hinc & inde collecti post captiuitatem Babylonis. aut ait Hieron. in prologo huius libri. Sed quia. lxxi. psal. repertus est post repertionem. lxx. psalmi ideo eodem loco collocatus est: sed ipse fuit ultimo factus in veritate. Et ideo apponitur appogramma in hebræo. Cōpletæ sunt orationes Dauid filii Isai. Duo ergo affirmat illud appogrāma, i. ascriptio. Primò quòd Dauid fecit omnes psalmos. Secūdò quòd ille fuit ultimus psalmus quem fecit: quia talis scriptura apponebatur ibi in psalterio ueteri, sicut nos apponimus scripturam in fine cuiuslibet libri: per quam denotatur auctor illius libri, dicēdo explicit liber de anima aut de animalibus Aristotelis: & explicit epistola Pauli ad Corinthios. ita pariter

A ter dicitur ibi expliciunt, siue completæ sunt orationes Dauid filii Isaia. Ex quo sequitur q Dauid fecit omnes psalmos. Item ille psalmus intitulatur in Salomone: & tamen Salomon non fecit ipsum per rationē iam dictā, & per illud appogrāma appositum in fine: & prout asserit Chamhi & maior pars Hebræorū. s. q Dauid fecit ipsum psalmū dum iam erat decrepitus in lecto. Ité ex hoc etiā sequitur, q psalmi qui distribuūtur cantādi filijs chore, & ipsi Asaf, & Idithō, non sunt facti ab ipsis, sed ab ipso David. vt latius patebit suis locis. Item hoc idem patet. 2. Paralipomenon cap. 7. Vbi legitur q cantores cā tabāt hymnos & carmina quæ fecit Dauid,
B ad laudandum & confitendū domino, quoniā bonus, quoniam in sæculū misericordia eius &c Ex quo patet q Dauid fecit omnes psalmos alleuiaricos appropriatos ad laudē Domini: & tamē illi psalmi non intitulātur ipsi: nec in eis exprimitur aliquis auctor. Et ideo dicunt multi Rabbi Hebræorū: q omnes psalmi in quibus nō exprimitur aliquis auctor: eos fecit ipse Dauid sine dubio. Item hoc idem patet. 2 Reg. 23. Vbi Dauid intitulatur egregius psaltes Israel, cui constitutum est de Christo Dei Iacob. Vbi etiā ipsemet asserit per se fuisse locutū Spiritum sanctum & per lingua suam: & suam profetiam esse claram sine nubibus: & hoc etiā omnes intelligunt & exponūt de profetia libri psalmorum ab ipso Dauid pronuntiata. Item hoc idē patet autoritatibus noui testamēti.
C Nam in secundo psalmo nullus proponitur titulus, tamen beatus Petrus & omnes apostoli asserunt Dauid fecisse illum psalmum. Actuū. 4. Item hoc idē probatur Apoca. 3. vbi dicitur q solus Christus habet clauē Dauid, per quā clauem omnes doctores intelligunt intelligentiā libri psalmorū, quam solus Christus aperuit. Primo omnia quæ ibi profeticè prædicantur in se cōplendo. Secūdò apostolis interpretando, vt patet Lucæ vltimo. Ex quibus patet q solus Dauid fecit omnes. 150. psal. Imo dicit Aug. q sicut solus Christus habuit clauem Dauid, ad aperiendā intelligentiam illius libri: ita spiritus sanctus dedit soli Dauid talem spiritum faciēdi psalmos. Nam multi post eum voluerunt psalmos condere: sed nunquam potuerunt peruenire ad talē & tantum spiritū. Ex his etiam patet q nulla fides est adhibenda Iudæis modernis: qui negant Dauid fecisse omnes psalmos: quia faciunt ex inuidia & D
iniquitate, videtes se manifeste conuinci per manifestissimas profetias psalmorum. Ideo volunt & conantur auertere psalmos à vero sensu spirituali. & auferre eis autoritatē: ne videantur tantæ autoritatis ipsi psalmi: sed dicunt q sunt orationes aliquorum bonorū virorū. Sed quid dicendū ad beatum Hieronymum uirum tantæ autoritatis, in lege & profetis tam expertum? Ad hoc dicunt q beatus Hieronymus in primo & secundo prologo psalmorum locutus est secundum opinionē sui magistri Barrabā & aliorū Talmudistarū sui tēporis, qui malitia infecti nouiter confinxerāt istam opinionē: sed postea beatus Hieronymus magis illustratus, cognoscens perfidiā illorum, asserit Dauid fecisse omnes psalmos. Nam in multis tractatibus & epistolis suis allegat & atribuit ipsi E
Dauid omnes psalmos, qui intitulātur filiis Chore & ipsi Asaf, & etiā eos qui sunt sine titulo. vt patebit locis suis: & sic omnes cæteri doctores sacri, & tota ecclesia Dei omnes psalmos asserunt esse Dauidicos.

In secundo capitulo ubi queritur quæ est materia huius libri intellecta per ly propositionem, & quæ est propositio quam nobis aperit Dauid in hoc libro. Est primo notandum q in doctrinis duplex assignatur materia. Vna dicitur materia ex qua, & altera materia de qua. Materia de qua, in doctrinis dicuntur propositiones præmissæ. nam sicut agēs naturale educit formam de materia in uirtute cœlestis influentiæ, ita intellectus in uirtute luminis naturalis educit cōclusionē siue notitiā cōclusionis ex præmissis, siue ex notitia præmissarum, & sic præmissæ, re- F
spectu cōclusionis dicūtur materia ex qua. Sed materia de qua est obiectaliter scientia, est ipsa conclusio, quia in ueritate de cōclusione habetur scientia ex præmissis. Ita ergo ad propositum, materia ex qua huius libri, est tota scripturā ueteris testamenti, quæ in hoc libro cōtinetur: ex qua materia tanquā ex propositione, Dauid educit & infert profetice notitiam omnium euangelicorū mysteriorum: & sic mysteria euangelica siue lex euangelica est materia de quā principaliter intenditur profeticè in hoc libro tanquā de conclusione, quia de mysteriis euangelicis Christi, & ecclesiæ, traditur profetice notitia ex scriptura siue per scripturā ueteris testamenti, ut magis patebit, & sic totum uetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A testamentū dicitur propositio respectu noui testamēti, eo q̄ habet oēs proprietates ppositionis. Ad cuius euidentiā est secundo notandū q̄ generaliter quatuor sunt proprietates & cōditiones propositionis: prout potest colligi ex Arist. primo, & secūdo perihermenias: & primo posteriorū. Prima conditio est quòd propositio nō ponitur gratia sui, sed gratia conclusionis inferendę. Vnde propositio diffinitur, q̄ est oratio proposita ad aliquid inferēdū, siue ex qua cōclusio infertur, & sic dicitur propositio: quasi pro alio positio. Secūda cōditio est, q̄ propositio cōtinet virtualiter & in cōfuso notitiā cōclusionis. Vnde dicit Arist. in principio posteriorū, q̄ conclusio scitur in præmissis in cōfuso, & ideo ante illationē aliquo modo scitur, quia
B virtualiter & in cōfuso, & aliquo modo non scitur, i. nō scitē distinctè. & in actu, sed post illationem scitur in se distinctè: & habetur pfectè sciētia de ipsa. Tertia cōditio est vt patet ibidē, q̄ notitia cōclusionis nō potest haberi nec fieri nisi ex præexistēti notitia præmissarū propositionū: & sic oportet demonstratorem, & quemcunq; dialecticum præcognoscere propositiones præmissas, in quibus latebat notitia cōclusionis quia aliter cognosceretur ignotū per ignotū. Quarta cōditio est, q̄ maiori & minori propositis, illicò cōclusio cognoscitur simul cū minori, in virtute luminis intellectus agentis, quia illicò intellectus assentit in virtute luminis naturalis sine aliquo interuallo. Vnde si positis præmissis: intellectus alicuius non assentit illicò cōclusioni, signū est q̄ ille nō est dispo
C situs nec habet lumē naturale, sed est impeditus, vt patet. 3. Meta. cōtra negātes prima principia. His ergo habitis, patet q̄ tota scriptura veteris testamenti & omnia mysteria scripta & facta in veteri testamento, fuerunt quædā propositiones respectu mysteriorum noui testamēti. Quòd probatur. Nā totū vetus testamentū habet omnes cōditiones propositionis respectu noui testamēti. Ad cuius intellectū ponūtur quatuor cōclusiones. Prima cōclusio est q̄ nullū mysteriū scriptum aut factū in veteri testamēto est gratia sui: sed omnia prænūciabāt mysteria Christi & ecclesię futura in nouo testamēto. Hanc cōclusionē affirmat apostolus primæ Cor. x. dicēs, omnia cōtingebāt illis in figura. Itē infra. Quæcūq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt fidē de Christo & spē habeamus. Hoc idē probat Eus. lib. de pparatione euāg. vbi probat: q̄ tota lex vetus nihil aliud fuit nisi pparatio ad euāgelū. Itē Aug. cōtra Faustū probat q̄ totū testamentū vetus nihil aliud fuit, nisi imago & figura noui testamēti grosso modo & lineata & depicta. Itē Gregor. i. morali. c. x. dicit, q̄ sicut sol præmittit lucifērū & alias stellas ad prænūciandū diē, ita Christus pmisit omnes patriarcas & profetas ad prænunciandū aduentū suū, aut per figuras & mysteria aut per uaticinia. Item Rabbi Salomon super Zacariam dicit. quòd nō sunt locuti profetæ nisi ad tēpora Messię: & intendit per profetas Moysem & omnes scripturas veteris testamēti. Itē dicit Rabbi Moyses de Egypto in suo lumine dubiorū parte secūda, quòd cerimonialia legis non sunt gratia sui, immo omnia sunt absoluēda per Messiā. Ideo cōcludit Aug. super Ioā
E nem c. ii. super mysterio sex hydriarū aquæ in uinū per Christum conuersæ, quòd sicut aqua est insipida, & inutilis sine vino, & nisi in vinū cōuertatur: ita sacra scriptura ueteris testamenti per illas sex hydrias aquę intellecta: est insipida & inutilis, nisi cōuertatur in uinū euangelicū noui testamēti. Et si quis legerit oēs scripturas ueteris testamēti & quālibet partē illarū, & in illis nō intellexerit Christū, & aliquod mysteriū euāgelicū, profecto nihil intelligit: imo eas scripturas nō intelligit, quia nō sunt gratia sui. Itē affirmat Aug. cōtra Faustū q̄ nihil est scriptū in veteri testamēto nisi ea quæ figurabāt, aut nunciabant Christū: nā multa gesserūt reges Israel & Iuda: quæ nō sunt scripta in
F libris Regū nec Paralipomenon, sed solum sunt scripta ea quæ figurabant aliquod misteriū futurū de Christo & ecclesia. Et ideo de quolibet rege dicit, Oia alia q̄ fecit talis rex sunt scripta in libris regū Iuda & Israel. hoc est in archiuio seculāri: ubi scribebātur oia gesta regū, tā sacra, quā profana, & ea q̄ nō figurabāt aliq̄d de Christo, vt patet ibidē. Itē Hieronymus sup illud Matt. 5. Vnū Iota nō pteribit à lege donec omnia fiāt. dicit quòd minima q̄ sunt in lege, sunt plena mysteriis & recapitularā & impleta in euāgelio. Secūda cōclusio est, q̄ totum testamentū nouum latebat & cōtinebatur virtualiter in ueteri testamēto sicut cōclusā est i pmissis. Hāc cōclusionē probat Aug. libro de cātecizandis

A zandis rudibus. dicēs q̄ uetus testamentū nihil aliud est nisi occultatio noui testamenti, & nouū testamentū nihil aliud est, nisi manifestatio & reseratio veteris testi. Item super Io. c. 1. dicit q̄ euāgelū nihil aliud est nisi veritas quæ latebat in lege uete. test. nā lex per Moysem data est. sed gratia & veritas illius legis per Xpm facta est in euāgelio. Itē Origenes dicit super Mat. q̄ testamentum vetus nihil aliud fuit, nisi sepulcrū, in quo erat clausum & sepultum euangelium. & erat quoddā velum, sub quo velabatur & cooperiebatur euangelium & veritas euangelica. Sed in
B' passione Christi, velum templi scissum est, & monumenta aperta sunt, & tunc fuit resecrata & surrexit veritas euangelica, quæ ibi latebat. Item Eusebius dicit quòd euāgelium nihil est aliud, nisi annuntiatio eorum mysteriorum quæ in lege à patriarchis & profetis fuerūt prænūtiata & præfigurata. Tertia conclusio est, q̄ mysteria noui testamēti de Christo & ecclesia nō pñt perfectè & propriè sciri, nisi ex præexistenti cognitione veteris testamenti. Hanc probat saluator Matt. 13. dicens: omnis scriba doctus in regno cœlorum
E similis est homini patrifamilias, qui profert de tesauro suo noua & vetera. Item Io. 5. dixit iudæis, Scrutamini scripturas, quia ipsæ testimoniū perhibent de me; & quia Moyses de me scripsit. Item Luc. 24. Iesus incipiens à Moyse & profetis, interpretabatur illis duobus discipulis omnia quæ de ipso erant scripta. Item oēs euangelistæ & apostoli per scripturas veteris testamēti probauerunt euāgelium & veritatē eius. Hoc idem facit Paulus
C in epistola ad Heb. per totum. & per oēs alias epistolas. Item Eusēb. in libro de præparatione euangelica, probat q̄ necesse est quem libet christianum scire vetus testamentum, ut per illud veniat in notitiam noui testamenti, eo q̄ est præparatio ad illud. Hoc idem probat Augu. in libris de doctrina christiana: & de catecizandis rudibus. & cōtra aduersariū legis & profetarum, ubi ait: q̄ nō omnes qui appellantur Christiani, in Christū trāseunt, sed quibus auertūr velum, quod in lectione veteris testamenti manet. qui enim sunt in ueteri testamēto, impediente uelamine, nec vetus intelligunt nec nouū, qui aūt ad Christū: amoto velamine, per nouum intelligūt uetus & nouum. Quarta conclusio est, quòd necessarium est lumen supernaturale ad intelligendas & interpretandas scripturas ueteris testamēti. s. ad inserēdas ex eo cōclusi o
D nes euāgelicas, & mysteria noui testamenti. Probatur. Nā sicut se habet lumē naturale in tellectus agēris ad ītelligibilia naturalia, ita lumē supernaturale ad intelligibilia supernaturalia. sed intelligibilia naturalia nō pñt intelligi nisi per lumē intellectus illustrent, & fiāt actu intelligibilia, q̄ erāt ante in potētia; vt patet per Aris. & cōmētatorē. 3. de anima, ergo est nobis necessariū lumē supernaturale ad intelligēdas & interpretandas scripturas veteris testamēti in qbus latēt veritates noui testamēti. Vt per tale lumen primo eleuetur intellectus noster ad capiendū illa altissima supnaturalia. Secūo ad illustrādum fantasmata quę ex illis habemus. vt ex eis eliciamus ueritates euāgelicas in eis latētes. Eo
E q̄ veritates & misteria noui testamēti nō habent esse reale in veteri testamēto, sed tātum esse figuratiuum & repræsentatiuum. vt magis patebit sequēti tractatu. Et sic patet q̄ est necessariū tale lumē desuper inspiratū ad intelligēdas sacras scripturas vet. test. & iō hoc lumē petebat Dauid ps. 118. cū dicebat. Reuela oculos meos & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Itē Da mihi intellectū, vt discā māda ta tua. Item Declaratio sermonū tuorum illuminat & intellectū dat paruulis. Ex supra dictis quatuor cōclusionibus, & quatuor cō
F ditionibus & proprietatibus scripturæ uete. test. patet q̄ totū test. uetus, dicit propositio seu propositiones respectu noui testam. Nā nil. il scribitur, nec ponitur, nec fuit gestū in veteri testamento gratia sui, sed ad figurandū & prænuntiandū mysteria euangelica: & totū test. nouum latebat in vete. test. nec mysteria euāgelica possunt sciri perfectè nisi ex præexistenti cognitione vete. test. & hoc per lumē supernaturale inspiratum, ergo de necessitate totum uetus test. & omnia mysteria in eo scripta, sunt propositiones respectu noui test. & mysteria noui test. nihil aliud sunt nisi conclusiones illatæ ex vete. testa. Ex toto igitur veteri & nouo testamento formatur & fit unus formalis syllogismus cuius vetus testam. est maior propositio & tota vita Christi est minor propositio. ex quibus elicitum & illatum fuit euāgelium per apostolos & euāgelistas. Vnde arguitur sic. Ille qui habet oēs cōditiones, et i quo sunt cōpleta oia q̄ scripta sunt in vete. test. est uerus Messias, sed Christus Iesus est huiusmodi, ergo ipse est verus Messias. Maiorē huius syllogismi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A præmiserunt patriarchæ & profetæ in ueter. test. Minorem uero protulit Christus in se dictis, & factis, cum dixit Matt. 5. Vnũ iota aut cũus apex nõ proteribit à lege, donec omnia fiãt. Itẽ filius hominis vadit sicut scriptũ est de illo. Itẽ uidens Iesus in cruce ꝙ omnia essent cõpletadixit, cõsummatum est. Io. 19. Luc. 23. dixit, oportebat impleri omnia quæ scripta erãt in lege Moysi, & profetis, et psalmis de me. Et sic Christus dictis & factis protulit minorẽ propositionem. Et Tũc Apostoli & Euangelistæ illico intulerunt & elicuerunt conclusionẽ ex his præmissis. s. ꝙ Christus filius dei est Messias in lege promissus. Nam duabus propositionibus præmissis, & verificatis, ipsi euangelistæ scripserunt unusquisq; suum euangeliũ quod nihil aliud est nisi cõclusio ex illis duabus propositionibus
B elicita et illata. Vnde sicut tota vita Christi est medium ad probandum Christũ esse Messiam in lege promissum: ita opera miraculorum facta per Christum sunt medium demõstratiuum ad probandum ipsum esse deũ, vt inferius patebit. Et ideo Ioãnes Euangelista in fine fui euãgelii concludit. Hęc aũt scripta sunt: vt credatis qm̃ Iesus est filius dei. Et sic patet, ꝙ omnia mysteria ueteris testamenti sunt propositiones ex quibus inferuntur cõclusiones euãgelicæ. Hoc enim affirmat Hieronimus in epistola de mansionibus dicens, ꝙ omnes illæ historiæ quæ memorãtur. psal. 77. non ponuntur gratia sui: nisi tanquam parabolæ & propositiones ad inferenda mysteria nouæ legis in eis figurata. Vt ibi patebit. Sed secundo notandum secundum Aug. ꝙ tria genera conclusionum possunt inferri
C & elici ex scripturis veteris testamenti, & ex quolibet mysterio eiusdem. s. conclusiones profeticæ quæ pertinent ad fidem: secundo conclusiones morales, quę pertinent ad caritatem & cõclusiones anagogicæ: quæ pertinent ad ipsam futuræ gloriæ, quæ reuelabit in nobis. Vnde dicit Aug. in principio super Gen. ꝙ in omnibus libris sacris intueri oportet, quæ ibi primo æterna intimẽtur: & quæ facta narrentur: & quæ futura prænuncientur: & quæ agenda præcipiãtur vel moneantur. Et sic patet ꝑm Aug. ꝙ ultra sẽsum literalẽ possumus elicere tria gña cõclusionũ ꝑm triplicẽ sensũ. s. allegoricũ, & moralẽ siue tropologicũ, & anagogicũ. Vñ ex sacrificio Abrahæ possumus inferre tres cõclusiones. Primo vnã profeticã. s. ꝙ sicut Isaac voluit immolari ex precepto patris: ita Christus erat increce immolandus: vt obediret patri. Secundo: põt inferri alia conclusio moralis. s. ꝙ filii debẽt esse deo & patri obedientes. Tertio infertur tertia conclusio anagogica: ꝙ sicut Abraham per obedientiam meruit benedictionẽ, ita omnes nos parendo & obtemperando diuinis præceptis consequemur benedictionẽ & felicitatem in cœlo. Vnde hunc ordinem tenet apostolus. 1. ad Cor. x. vbi dicit. Nolo vos ignorare fratres, qm̃ patres nostri omnes sub nube fuerunt, & oẽs mare trãsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Ecce ꝙ ex trãsitu maris rubri infert baptismũ legis euãgelicæ, & hæc dicitur profetica conclusio. Item ibidem: ex mysterio esus mannæ: infert Eucharistiam. Et ex mysterio percussionis petræ proferentis aquas, in-
E fert mystice & profetice passionem Christi: vt patet ibidẽ. Itẽ postea infert conclusionẽ moralẽ cũ subd. t: sed non in pluribus beneplacitũ est deo: nã prostrati sunt in deserto: Hæc aũt in figura facta sunt nostri, ne simus cõcupi scẽtes &c. Ex quo patet quomodo ex punitione eorum infert moraliter ne scimus cõcupiscentes. Item ad Heb. 12. ex mysterio terræ ꝓmissionis, infert cõclusionẽ anagogicã: cũ dicit. Nõ accessistis ad tractabilẽ ignẽ, sed ad montem dei, & Hierusalẽ cœleste dei viuentibus. Ex quibus patet ꝙ mysteria ueteris testamẽti nõ solũ sunt ꝓpositiones ad eliciendũ vnũ genus conclusionum: sed tria gña cõclusionũ. s. profeticarũ, moraliũ, & anagogicarũ: ꝑm ꝙ ad triplicẽ sensum põt exponi scriptura, eo ꝙ sit referta multiplici mysterio: vltra sensum literalẽ. Vnde nota ꝑm
F Aug. cõtra Faustũ: ꝙ sicut nostra humana cognitio procedit à sensibus nobis magis notis, ad intelligibilia, ita deus volnit procedere in lege. Nam omnia quæ præcipiũtur in lege veteri, sunt sensibilia & corporalia: ut per illa manu duceremur in spũalia & intelligibilia mysteria euãgelica, quia sic apti nati sumus scire. Et ideo allegorice ꝓcedimus a lege veteri ad euangelium, & anagogice procedimus ab euangelio in cognitionem futurorũ bonorũ gloriæ nobis promissorum. Ex quibus patet ꝙ totum testamentum uetus, dicitur verè propositio respectu noui testamẽti. Et hæc est propositio quã Dauid dicit se velle nobis aperire profetice in hoc libro psalmorum. Nam in quolibet psalmo aperit nobis aliquam propositionem, & aliquod

A quod mysteriũ, ex quo profeticè infert aliquã conclusionẽ euangelicam, seu aliquod mysteriũ noui testamenti de Christo & ecclesia ut patebit. Nã in primo psalmo ex mysterio arboris uitæ paradisi: infert custodiã & fructũ diuinæ legis & pœnã. Itẽ in secũdo psalmo ex uana cõiuratione. Saulis & suorũ facta cõtra Dauid, & ex uana cõiura ne fratrũ contra Ioseph, infert profeticè uanã & inanem futuram coniurationem principũ sacerdotũ & Fariseorũ contra Christũ. Item in Psalm. 3. ex persecutione sibi facta per Absalon, infert profecicè futurã persecutionẽ & resurrectionem Christi. Prout in illis mysteriis prœuidebat in spiritu profetico futura mysteria Christi: pront patebit tractatu sequẽti, & discurrẽdo in expositione psal. Et sic patet quomodo totũ testamen
B tum uetus est propositio quam Dauid promittit se aperire in hoc lib. Et per cõsequẽs totum uetus testamentũ est materia ex qua. Vnde omnes doctores tã catolici quam hebræi in hoc cõueniunt. s. ꝙ in hoc libro continetur totum testamentũ uetus per modũ laudis. Sed ueritas & fides catolica tenet ꝙ et totũ nouum testamentum, cõtinetur hic per modum profeticum. Nam scriptura ueteris testamẽti nõ adducitur nisi tanquam propositiones & parabolæ, ex quibus profetice infer untur cõclusiones & mysteria euãgelica de Christo & ecclesia. Et sic uetus testamentum est materia ex qua: sed nouum testamentum est materia de qua primo intẽditur in hoc lib. Sed in syllogismo propositiones sunt materia syllogismi ex qua, sed conclusio est materia quæ principaliter
C quæritur et intẽditur. Et ponit exẽplũ Au. Nam in torculari duplicem materiam cõsideramus. s. Vindemiam, ex qua trahimus et extorquemus uinum, et ipsum uinũ, quod ex undemia extorquemus, et utrũq; materiam appellamus. Hoc idẽ dicimus de oleario torculari. Nam primo cõsideramus oliuam quam torquemus, secundo oleũ quod extorquemus. Hoc idẽ consideramus in Arca. Nã primo cõsideramus spicas seu aristas et paleas quas trituramus, secundo granum quod purgatũ extrahimus. Et tamẽ in omnibus supradictis prima consideratio est sẽper propter secundã, et non econtra. Ita pariter in torculari sacræ scripturæ, primo cõsideramus scripturas ueteris testamẽti quas Christus in torculari crucis cõpressit: secundo ueritates euãgelicas et mysteria, quæ exinde extorsit, in se cõpleuit & cõsummauit. Hoc idẽ consideratur in arca domini. Nam primo cõsideramus ceremonialia et legalia quæ Chꝰ cũ uẽtulabro segreganit: secundo granũ euãgelicũ qđ exinde collegit: ut patet Marc. 3. et Luc. 2. Sed sicut cõpressa uindemia et oliuis, reiicitur uinaceũ et amurca, et colligitur et seruatur uinũ, et oleum ad utilẽ et necessariũ potũ, et condimẽtum, et separato grano reiicitur palea ad cõburrendum, siue datur bestiis ad comedendum, ita pariter postquã Christus expresit et extorsit et separauit uinum euãgelicũ à uinaceo legis, et oleum euangelicum sacramentorũ ab amurca legalium ceremoniarum, et granũ euangelicũ à paleis legis: ista amurca et uinacea simul cũ paleis legalibus sunt à nobis reiicienda, et tanquã mortiferũ uitãda, et solo uino et oleo et grano euangelico est nobis fruendũ ad salutẽ et uitam spiritualẽ. Et ideo Iudæi tanquã ceci et obstinati, et bestiæ comedũt hodie paleas sine grano, et amurcã sine oleo, et uinaceum sine uino, in suã pernicie et mortẽ ęternã, cum talia sint mortifera post Christi passionẽ. Ex quibus patet ꝙ uetus testamentum est materia huius libri: sed uetus testamẽtũ cõsideratur tã quam materia ex qua. nouum autẽ tanquã materia de qua principaliter intenditur. Et uinum, et oleum, et granum ex illa materia ueteris testamenti extorquere et colligere intendimus. Et etiã totũ uetus testamentum est propositio quã nobis Dauid aperit, et totum testamentum nouum est conclusio quam ex illo elicere intendit in hoc lib. Et ideo est diligenter aduertendum et spe- F
culandũ, quam propositionẽ ex ueteri testamento in unoquoq; psalmo Dauid nobis aperiat, et quã conclusionem euangelicam iste diuinus dialecticus exinde profeticè nobis eliciat. In hoc ergo decipiuntur Iudæi moderni. Nã qñ Dauit explicat in aliquo psalmo aliqđ mysteriũ de ueteri testamẽto, putant ꝙ illud adducit tanquã materiam principalẽ de qua principaliter agit et intẽditi: sed hoc est manifeste falsũ. Nam nõ adducit talia mysteria: nisi tanquã propositiones et parabolas. ex quibus inferet profeticè cõclusiones euangelicas principaliter intẽtas ab eo. Et ideo Iudæi manent ceci et obstinati comedentes uinaceũ et amurcã mortiferam, et paleas tanquam bestiæ. Et ideo

dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dicit Augu. lib. de unico baptismo. q̃ iudæi sunt mali in bona lege, peruersè eam intelligendo, & christiani sunt boni in eadē lege, recte & spiritualiter sapiendo. Nam ex eadem christiani colligunt fructus salutiferos, & Iudæi cibos mortiferos. Et hæc sint dicta de causa materiali huius libri.

In tertio capitulo quæritur de forma huius libri, quæ per ly in psalterio importatur. Iō quęritur, qd est illud psalteriū in quo David dicit se suā propositionē aperire. Ad cuius intellectū est primo notandū: q̃ psalteriū dicit a spallendo. Vnde psallere idē est quod laudes cātare. Ideo psalteriū dicit quasi laudatoriū: & dicit quoddā instrumentū laudatoriū decē chordarū: cū quo carmina laudū cantabātur. Et ideo iste liber psalmorū tripli ci respectu dicit psalteriū. Vno mō rōne modi tradēdi, eo q̃ oēs psalmi metricè sunt cōpositi, sed qa metrica pertinet ad musicā, vt patet p Terētium & Priscianū & Augustinū ideo verè liber psalmorū dicitur psalterium quasi decātatoriū, ratione modi tradēdi seu scribendi. Sedo dicit psalteriū iste liber: rōne instrumēti musici. Tertio iste liber dicit psalteriū, rōne modi significādi siue rōne significati. Nā illud psalteriū materiale. s. instrumētū musicū cū quo psalmi cantabātur, significabat psalteriū euāgelicū & spūale. Vnde sicut illud instrumentū musicū habebat decē cordas principales, & ideo dicebatur psalteriū decacordum, siue decē cordarū, ita psalteriū spūale euāgelicum, per illud materiale legis ueteris figuratū habet decem cordas, i. decē mysteria de Xp̃o & ecclesia, quæ quidē decē mysteria dicūtur decem cordę psalterii

C euāgelici. Prima corda huius psalterii ē mysteriū trinitatis personarū & unitatis essentiæ, quod primo in euangelio intenditur. Secunda corda est mysterium incarnationis & natiuitatis Christi. Tertia corda est mysterium prædicationis & sanctitatis Christi. Quarta corda est mysterium miraculorum quæ fecit. Quinta est mysterium passionis & mortis. Sexta mysterium resurrectionis. Septima mysterium ascensionis & regni vniuersalis. Octaua est mysterium spiritussancti missionis in discipulos. Nona corda est mysterium gentium ad ecclesiam uocationis & ex utroque populo congregationis. Decima est uniuersale iudicium & mysterium vltimæ glorificationis. Istæ sunt decem corde huius psalterii spiritualis & euangelici: quia in tota lege euangelica nihil aliud continetur nec traditur, nisi hęc decem supra memorata mysteria. Ideo lex euāgelica dicitur psalterium, decem cordarum multotiens in psalmis memoratū. Quod quidem psalterium spirituale euāgelicum figurabatur per illud instrumenrum musicum & psalterium materiale, cum quo psalmi cantabantur in templo. Vnde ideo David ordinauit vt psalmi cum illo instrumēto decem cordarum cantarentur, eo quòd significabat & figurabat nostrum psalterium euangelicum. Vnde hòc psalterium spirituale & euāgelicum decacordum cantabat profeticè David in suis psalmis, & has decem cordas euangelicas, id est decem mysteria Christi profeticè cantabat & pulsabat. Vnde dicit beatus Hieronymus in epistola ad Paulinū, quòd sicut Orfeus psallendo cum cytara re uocauit Eurydicem suam: Ita Dauid profeta cum suis psalmis & carminibus nitebatur Christum ab inferis multiplici cantu reuocare. Vnde sicut Dauid in quolibet psalmo aperit nobis aliquam propositionem de veteri testamento, Ita in eodem psalmo cantat & pulsat nobis aliquam cordam de psalterio euangelico. Et hoc debet attendere lector in quolibet psalmo. In hoc ergo psalterio decem cordarum dicit Dauid se uelle suam propositionem aperire, per quod denotatur forma siue causa formalis huius libri. Triplex ergo forma consideratur in hoc libro prout sequitur ex prædictis, scilicet forma tradendi: forma cantandi, & forma intelligendi. Sed quia de forma intelligendi agetur specialiter in tertio tractatu, & de forma cantandi tractabitur in quarto tractatu, ideo in hoc 3. capitulo, specialiter est agendum de forma tradendi qua traditus & scriptus est iste liber. Ad cuius euidentiam est aduertendum quòd in quatuor consistit forma tradendi huius libri. Primo, quia metrice scriptus est, in uersu lyrico. Secundo quia quandoque utitur modo tragico, introducendo personas alias ad loquendum: quandoque utitur modo heroico & narratiuo, narrādo mirabilia opera & beneficia dei. Tertio quia explicat profetias suas. quandoque per modum orationis & petitionis, quandoque per modum querellæ. Quarto quia in magna parte loquitur de futuro per uerba de præterito. Et ideo est uidendū quomodo unumquodque istorum ita fiat.

Quan-

A Quantū ergo ad primū est aduertendū, quòd causa quare David explicauit profetias in hoc libro uersu & modo metrico, & nō in soluta oratione siue in prosa, fuit multiplex. Nā hoc factū est, vt satisfaceret Deo & hominibus fidelibus, & satisfaceret materiæ quam intendebat. Nam sicut dicit Aug. in sexto suę musicę: cum Deus sit summa bonitas, in cōcordia omnia fecit, & creauit sub quadā harmonia & concordia & proportione: & sic omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura: ut patet Sapiētię 2. Et omnia habēt speciē modū, & ordinē inter se & Deū, ut ait Aug. in libro de Natura boni. Et sic dicit idem Aug. quòd in cœlo & in elementis & mixtis elementatis, & in omnibus creaturis seruatur musica proportio, eo

B quòd imitātur suum creatorē, qui est summa cōcordia. Et sic tantum durat res, quantum in ea durat concordia & proportio: ut uidemus in corpore humano: eo quòd sanitas consistit in mensura & proportione humorū & complexionum, & quando corpus humanum desistit ab illa concordia & proportione musica, illicò adest infirmitas, & ex cōsequenti interitus. Et ideo omnia animalia gaudēt in cōcordia & proportione: ergo à fortiori Deus gaudet in omni cōcordia: eo quòd ipse est summa cōcordia, & ad similitudinem sui, omnia sub quadā harmonia & cōcordia creauit, & ut sic in esse cōseruat. Et sic per oppositū discordia & omnis disproportio displicet Deo, & hominibus. Item per oppositū omnis cōcordia displicet diabolo, & omnis discordia ipsi placet. Et hęc est cau-

C sa quare Deus delectatur & sibi placēt carmina, & placent sibi orationes cōpositę & factę in uersu & cū carmine, eo quòd uersus cōponitur ex quadā musica proportione, & numero & mensura pedū & syllabarū. Nā uersus cōtinet numerū & ordinē pedum: & pedes cōtinent numerū & ordinem syllabarum: & syllabę numerum tēporū secundū quòd syllaba est lōga uel breuis. Et sic dicit Augustl. & Priscia, quòd hęc est causa quare harmonia & musica proportio sonora, delectat Deū & homines. Et sic homines naturaliter inclinātur ad cātilenas & ad carmina audiē da: eo quòd sub quadā harmonia & musica proportione cōsistit uita humana. Vnde dicit Aug. quòd ista harmonia & musica proportio seruatur in cœlesti patria. Nā sicut il la beata societas cōsistit in summa caritate &

D cōcordia, Ita eū cātu & harmonia uocū in

E secula seculorū laudabunt Deū. Et sic carmina delectāt nō solū audiētes: sed etiā cantātes &c. Et hęc fuit causa quare David fecit hunc librū in uersu & carmine. Nā ipse faciebat psalmos ad laudē Dei, ut cātarētur i tēplo & ecclesia in utroq; testamento, sed oportebat quòd talia carmina nō solū placerēt Deo, sed etiā hominib. tā audiētib. quā cantātibus, ideo sic psalmos cōposuit, & hāc eandē causam assignat Basilius in expositione primi psal. Alia causa quare Dauid fecit psalmos in uersu, fuit. Quia ipse in libro psalmorū cōplectitur totā sacrā scripturā utriusque test. Nā adducit oīa mysteria uete. test. tanquā parabolas & propositiones, ex qbus elicit futura mysteria noui testamēti, ut dictū est cap. pcedēti, sed qa tot & tāta nō potuisset cōprehēdere in prosa: ideò cōposuit

B psalmos in metro. Nā hoc habet metrū, qa sub paucis uerbis cōprehēdit plurimas sentērias. Vnde uersus, Metra parāt animos: cōprendūt plurima paucis. Aures oblectāt: pristina cōmemorant. Quatuor ergo proprietates habēt metra. Primo quòd in uerbis paucis cōprehendūt plurima gesta, & plures historias, & plures sentētias: ut patet in Virg. & Lucano & Persio. Secūdo quia melius retinentur in memoria ea quę per uersum habentur: & uersus diutius retinētur in memoria quā prosa. Tertio qa monēt animū hominis ad studiū. Quarto qa oblectāt aures Dei & hominū, sicut dictū est. Per cōtrariū autē fugiūt demones carmina musica, eo q̃ diabolus sicut deuiauit a ueritate & cōcordia & pace Dei & bonorū angelorū, ita tristatur i omni cōcordia, & delectatur in omni discordia F & ideo frequēter miscetur cum hominibus melāconicis & maniacis & arreptitiis. Et sic legitur. 1. Reg. 16. quòd spiritus nequā agitabat ipsum Saulē: sed cum Dauid canebat cū citara, illicò spiritus nequā dimittebat Saulem & fugiebat. Quod ex duobus prouenie-

bat: ut ait Iosefus & etiā Aug. Primo propter harmoniā sonorum & uocū, quę ipsi naturaliter displicet. Secundo p̃p laudes Dei, quas Dauid cātabat in psalmis, quia aliquos psalmos ad laudem Dei iam composuerat. Et sic patet causa quare Dauid fecit psalmos in uersu & metro: & eisdem de causis beatus Ambrosius fecit hymnos feriales Ecclesię in persecutione Arrianorū, quos fideles cantabant per totam noctem, & sic in tali cantu

delectati

Universidad de Deusto
Biblioteca

A delectati & cõsolati, tolerabilius patiebantur, imò contemnebant persecutiones Ariano-
rũ: vt inquit Dacius. Ad secundũ dicendũ, ꝙ causa quare Dauid quandoque vtitur
modo tragico: quãdoq; modo heroico. quãdoq; modo satyrico: est secundũ exigentiã
materiæ. Nã in hoc psalterio profetico ipse
cantat & pulsat triplex psalterium, ſ. psalte-
rium euangelicũ continens illa. x. mysteria.
quorũ quædam sunt lætа sicut incarnatio &
natiuitas Christi, & resurrectio. & quædam
flebilia: sicut peccatum ipsius Adæ & Passio
Christi. Et sic quandoq; introducuntur di-
uersæ personæ. Nam introducitur quãdoq;
Adam cum sua posteritate: ad defendũ pec-
catũ & miseriã suam. Et introducitur Chri-
stus ad conquerendum de sui iniusta perse-
cutione contra iudæos & gentiles. Et sic in
B tali materia Dauid vtitur modo tragico. Sed
quãdo prędicit magnificentiã regni Christi:
vtitur modo heroico: & sic quasi vtitur om-
ni genere poetico. Ad tertium dicendum, ꝙ
causa quare Dauid fecit omnes psalmos pro
maiori parte per modũ petitionis: fuit quia
in omnibus psalmis vel loquitur genus hu-
manum petendo aduentũ Messiæ vt ipsum
liberet, vel loquitur Christus ad partem pe-
tens salutem pro omnibus fidelibus per pas-
sionem & resurrectionẽ suam tanquam me-
diator, & vltionem de obstinatis tanquam
iustus iudex: eo ꝙ Christo conuenit iudictũ
facere. Ad quartum est dicendum ꝙ causa
quare Dauid loquitur de futuro frequenter
per verba de præterito: fuit triplex. Prima
causa est: quia Dauid refert locutionẽ suam
ad æternum propositum diuinũ. Nam licet
C Passio Christi & resurrectio non esset tunc
cõpleta in actu: tamen apud æternũ propo-
situm iam erat decreta & prædestinata. Se-
cũda causa fuit: ꝙ Dauid illam locutionem
referebat ad reuelationẽ sibi iam factã. Vn-
de quando dixit. Dixit dominus dño meo
sedẽ à dextris meis, nil aliud vult dicere: nisi
ego vidi in spiritu qualiter dominus Deus
pater dicebat domino meo Iesu Christo: se-
dẽ à dextris meis, & qualiter hoc ab æterno
fuit à Deo prædordinatum & mihi ex tẽpore
reuelatũ. Tertia causa fuit veritas & immo-
bilitas prosetiæ. Nã sicut impossibile est præ
teritum non fuisse. ita erat impossibile: ꝙ ea
quæ Dauid dicebat in psalmis, non comple-
rentur suo tẽpore à Deo statuto. Ideo loqui-
tur per verba de præterito ad certitudinem
profetiæ: vt populus ille crederet humanam D
redemptionẽ per Christũ faciendã, ac si iam
esset facta. Et hæc est causa quare. lxx. inter-
pretes spiritu profetico affiati etiã multa ver
ba de futuro traduxerũt de præterito: vt ait
Hier. super psal. 89. Quarta causa potest ad-
di: quia Dauid præsciuit in spiritu ꝙ sui psal
mi erãt cantãdi in nouo testamẽto: quãdo ta
lia mysteria nostræ redẽptionis iam essent
gesta & completa, ideò locutus est per verba
de præterito: vt iam nos in ecclesia cãtemus
talia mysteria potius historicè quã profeti-
cè. Nam profetia est de futuro, & historia de
ꝓterito. Et ita cãtamus nos hodie psalmos:
simul memorãdo profetiã, & agẽdo gratias:
quia iam profetia transiuit in historiã. Et sic
patet quare Dauid fecit psalmos in metro &
quare in omni genere poetico: & quare per
modũ orationis & petitionis: & quare per ver E
ba de præterito prædixit futura mysteria.
Quia sic exigebat sua materia de qua loque-
batur: & finis ad quẽ loquebatur: & personę
cũ quibus loquebatur. Et ideo dicit Rabbi
Moyses de Egypto in suo more, ꝙ quilibet
proseta habet suã linguam, & suũ idioma, &
suũ modũ loquẽdi. Et ideo Dauid habet pro
priũ, & extraneũ, & exquisitũ modũ loquẽdi
inter alios in suis psalmis: & hoc propter cau
sas supra assignatas. Et ideo est necesse vt
prudẽs lector & ecclesiasticus sit assuetus in
modo loquẽdi ipsius Dauid, & attẽdat mo-
dũ eius. Et ideo decipiũtur ceci & obstinati
Iudęi nõ attẽdẽtes ad modũ loquẽdi Dauid
quia ignorãt causas: ideo dicũt multa ineptè
dicta, & male intellecta. Et est vlterius specu
lãdũ, ꝙ sicut sacra scriptura cõtinet triplicẽ ꝙ
sensum vltra literalẽ, Ita illud psalteriũ ma
teriale significat triplex psalteriũ spirituale,
ſ. psalteriũ profeticũ & euãgelicũ, cõtinens
illis. x. cordas & mysteria de Christo & ec-
clesia. Et psalteriũ mortale continẽs. x. præ-
cepta moralia. Et anagogicum continens. x.
perfectiones siue fructus, aut dotes beatorũ
in gloria. Vnde in ecclesia militante canta-
mus psalterium euãgelicum mysticum: cre
dendo per fidem. & psalteriũ morale operã-
do per caritatem: sed beati cantant in gloria
psalteriũ anagogicum: fruendo per gloriã.
Et sic de quocũq; istorum trium intelligitur
hoc psalterium in hoc loco expositum siue
exponendum. Et hoc triplex psalteriũ cãtat
Dauid profetice in hoc lib. Nã sicut crinitus
Ioppas canebat errantẽ Lunã: Solisq; labo-
res,

A res. Arcturũ: pluuiasque, hyadas, geminosq;
triones: vt ait Virg. in primo. ita pariter
noster diuus poeta Dauit canit in hoc libro,
filiũ à patre æternã generationẽ, & spũsanc-
ti ab vtroque processionẽ. & uerbũ diuinũ
ex uirgine in carne natum, & Christum prę
dicantẽ. & miracula facientem, & sicut Oui-
dius & Virgilius & Seneca, & Claudianus
in tragœdiis canũt Hercule cum Theseo ad
tartara descẽdentẽ, & Proserpinã raptam ab
ipso Plutone, recuperatam & reductam: ita
iste noster poeta profetice canit in hoc libro
Christum ad inferos descẽdentẽ. & à diabolo
in carcere obtruso, limbũ expoliantẽ. Item
sicut poetæ canunt Orfeum dulci carmine
& sono Eurydicem suam ex inferis reuocan
tem, ita noster poeta Dauid dulci citara in
hoc psalterio suo vocat & reuocat Christũ
B ex sepulcro, & ab inferis in uitã gloriosam
resurgentem, & cœlos cum triumfo conscen-
dentem. vt patebit locis suis. Et hæc de cau-
sa formali huius libri.

In quarto capitulo restat uidere de causa
finali et utilitate huius libri. Quia finis ha-
bet rationem boni. et ideo qui tollit finẽ, tol
lit bonũ. ii. meta. Et sic Dauid motꝰ à spiritu
sancto propter aliquem bonũ finẽ, fecit psal
mos & aliquẽ bonum finem intendebat, eũ
eos faciebat. Primo ergo est notandũ secun-
dum Aristotelẽ primo Ethico. quòd licet in
actibus humanis possint esse multi fines: ta-
men omnes illi subordinãtur ad unũ, gratia
cuius omnia fiunt. & ille finis est humana fe
licitas & consuetudo illius. Ita ergo Dauid
primo intẽdebat felicitatẽ & beatitudinem
humanam. sed quia præuidit quòd illam nõ
C poterамus habere nisi per Christũ: ideo primo per tales psalmos intẽdebat inducere il
lum populum ad cultum ueri dei. & ex con
sequenti ad fidẽ & spẽ Christi futuri, sine quo
talis felicitas nõ poterat acquiri. Et ideo pri-
mus & immediatus finis fuit inducere illũ
populum ad fidem Christi in carnem uẽtu-
ri, & nos per passionẽ & resurrectionẽ redẽ-
pturi. Et sic dicitur ꝙ Christus fuit finis im
mediatꝰ illius legis· ut ait apostolꝰ ad Ro. x.
Sed ultimatus finis erat, ut homo iam re-
dẽptus, in cœlo vltimatè glorificaretur, per
Christum. Et sic Christus semper est finis to
tius legis, tam nouę quàm ueteris. Nam si-
cut Christus redẽptor est immediatus finis
legis ueteris: ita Christus præmiator, & glo-
rificator, & felicitator ẽ finis legis nouæ. Et
hæc est causa quare psalmi pro maiori parte D
intitulantur in finem. ad denotandum quòd
Dauid in illis psalm. nos dirigit in Christum.
qui est finis vtriusque legis eo modo quo di
ctum est Quia Christus est finis legis veteris
vt redẽptor: & est finis nouæ, ut glorificator
& beatificator. Et ideo dicit apostolus ad
Rom. x. quòd finis legis ad iustitiam omni
credenti est Christus. Sed est aduertendum.
quòd duplex est finis legis. Vnus ultimatus
& extrinsẽcus: qui est ipse Deus & homo
Christus. Et alius est finis intrinsecus: qui
est duplex, scilicet finis qui acquiritur in
ipsis beatis: qui dicitur ipsa fœcilitas & alius
est finis legis habitualis: quo acquirit & ha-
betur ipse Deus & ipsa fœlicitas, & iste finis
dicitur caritas. & sic dicit apostolus. i. ad Ti.
primo ca, quòd finis omnis præcepti est cari
tas. Et ideo ait Aug. primo de doctrina. quòd E
quicunq; legerit omnes scripturas: ita ut ex
isto respectu non colligit hanc geminam ca-
ritatem Dei & proximi, nondum intelligit.
Et sic patet ꝙ finis Dauid in psalmis facien-
dis fuit, vt inducere oẽs ad fidẽ Christi & ca
ritatẽ Dei & proximi, & hęc est causa finalis
huius libri in gñali. sed in quolibet psalmo
poterũt allegari aliæ causæ particulares. Fi-
nis ergo huius libri & totius sacræ scripturę
utriusq; testamenti est: ut credamus vnum
deum trinũ in personis & unũ in substantia.
creatorẽ omniũ, & Christum, deum & ho-
minem, redemptorẽ & glorificatorem gene-
ris humani. per quã fidem diligamus deum
& proximũ. declinando à malo & operãdo
bonũ propter futurã gloriam consequendã.
Ex omnibus supradictis in his quatuor capi
tulis patẽt quatuor causæ huius libri. Nam F
causa efficiens uniuersalis & principalis est
ipse spiritus sanctus, & actor particularis est
ipse Dauid qui fecit omnes psalmos. Et mate
ria ex qua est tota scriptura ueteris testamẽ
ti, scilicet materia de qua principaliter inten
tat, sunt misteria noui testamẽti & quasi tota
lex euangelica profetice in hoc libro uatici-
nata. Forma autem est modus tradẽdi & in-
telligẽdi: eo modo quo dictũ est, & finis est
fides Christi redemptoris & glorificatoris: &
caritas dei & proximi: qua cõsequitur futu-
ram felicitatẽ. Tota ergo intentio Dauid in
hoc libro fuit aperire sacras scripturas uete.
test. & ex illis profetica inferre misteria Chri
sti & ecclesię gestis uete. test. figurata. et ideo
dicit Dauid in uerbis in principio appositis.

Ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ego Dauid filius Isai, spiritu sancto afflatus & illustratus Aperiã in hoc libro propositionem meam i. totam scripturã vete. test. i. omnia mysteria ibidem mystice & figuratiuè inclusa. & hoc faciam in psalterio spiritualiter intellecto. scilicet ex illa ꝓpositione legis ueteris, eliciam decem mysteria euangelica de Christo & ecclesia. & hoc faciam ad utilitatẽ meam. & totius corporis mystici. s. ad fidẽ & caritatem Christi astruendam & confirmandam. per quam summa fælicitas est cũctis acquirenda. Ita etiam tota ista locutio potest aptius ad ipsum Iesum Christum referri. Nã sicut Dauid aperit nobis profetice in hoc libro oĩa mysteria Christi in uet. test. cõtẽta, ita peramplius & perfectius Christus nobis aperuit ipsã. Primo in se realiter complendo. Secundò apostolis & discipulis ea interpretando. Dicit ergo Christus seu ipse spiritus sanctus. Ego Christus qui solus habeo clauem Dauid, quæ claudit & nemo aperit, & aperit & nemo claudit. Nam ego cũ claue secreti mei clausi in lege ueteri mysteria incarnationis & redemptionis, quæ nemo poterat aperire nisi claue mea, ego inquam aperiam propositionem meam per seruũ meum Dauid, sibi ista mysteria reuelando. & ipsum illustrando, ut ea profetice aperiat in hoc psalterio. Sed primò ea ego idem aperiam, in me ipso supradicta mysteria complendo, & meis apostolis interpretando.

B

Tractatus Secundus.

C IN secundo tractatu de dignitate & excellentia profetiæ Dauid, Est primo uidendum, an Dauid sit dicendus uere profeta. Et arguunt moderni iudæi quòd non. Primò sic. Nam ille non est uere profeta, qui nõ fuit missus à Deo ad aliquem regem nec ad populum. sed Dauid est huiusmodi. igitur non est profeta. maior patet discurrendo per omnes. Nã primò Moyses fuit missus ad Farаonem ad liberandum populum Israel. ut patet Exo. iii. Item deus misit Esaiã ad populum Israel, & ad reges Iuda. ut patet Esai. 6. Item misit Hieremiam ad profetandum. Hier. 1. Itẽ misit Ezechielem, ad prænũciandam propinquam captiuitatem. ut patet ibidẽ. Et sic nisi fuit omnes alios duodecim proferas. ut patet in principiis librorum. Sed non legitur alicubi ꝙ Deus miserit Dauid ad aliquid prænuntiandũ. Itẽ secũdò arguitur, ille est uerus ꝓfeta cui deus immediatè reuelat secreta sua, & non ille cui profeta notificat secreta dei. sed deus non reuelauit ipsi Dauid successionem sui regni. imo immediate illã reuelauit Nathan. & præcepit sibi, ut notificaret illã reuelationem ipsi Dauid. 2. reg. ca. 8. ergo solus Nathan dicendus est profeta & non Dauid, quia unus profeta non indiget adminiculo alterius. Tertiò uolunt arguere, quidam catolici ex autoritate Hieronym. qui in prologo lib. reg. in quo diuidit totum testamẽtum uetus in tres partes scilicet in legem, & profetas. & agiografa, & ponit Dauid inter agiografa. ex quo patet quòd nõ est profeta. Item arguunt quartò, per hoc quòd ait saluator Luc. 24. oportet impleri quæ scripta sunt in lege, & profetis, & psalmis de me. Ex quo patet ꝙ tã Christus, quã beatus Hiero. segregant Dauid à collegio profetarum, & collocant ipsum in tertiò gradu & ultimò sacræ scripturæ. Et sic concluditur ꝙ Dauid non fuit profeta. In oppositum est saluator. Matth. 22. qui appellat Dauid profetam dicens. Quare ergo Dauid in spiritu uocat Christum dominum dicens. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Item Matt 27. & Ioan. 19. appellant Dauid profetam allegando scripturam psalmi dicentes. sicut scriptum est per profetam dicentẽ. Diui serũt sibi uestimenta mea, & super uestẽ meã miserunt sortem. Ex quibus patet Dauid fuisse uerũ profetã. Respondendo Ad decisionẽ huius q̃nis quatuor sunt uidẽda. Primo q̃d est profetia. & quæ, & quot requirunt ad ueram profetiam. ex quibus patebit Dauid fuisse uerum profetam. Secundo quot sunt genera siue modi uisiõis siue profeticæ reuelationis. Tertio uidebitur in quo genere profetiæ magis profecit Dauid. Quarto uidebitur, utrum Dauid sit eximius & excellentissimus omnium profetarum.

D E F

Quantum ad primum est dicendũ ꝙ profetia tripliciter diffinitur, ſm ꝙ magis largè, & magis strictè & ꝓprie sumitur. Nã primo diffinitur ab Augus. quod profetia est diuina reuelatio eorum quę procul sunt ab humano intuitu. Et sic profetia largo modo sumitur, eo ꝙ ambit tàm præterita quàm futura, & oĩa quæ sunt supra humanã intelligentiam. quia omnia ista sunt procul ab humano intuitu. Nã futura sunt ꝓcul ab humano intuitu, eo ꝙ nullũ habẽt esse & præterita cõtingẽtia, quę nõ sunt in scripturis, nec in memoria:

A moria: etiã nõ habẽt esse, & sic sunt procul à cognitione nostra. Ita diuina mysteria quæ nullo modo cadũt sub sensu, sunt iã magis procul à nostra cognitione. Et sic reuelatio uniuscuiusq; horũ trium, dicitur profetia. Et isto modo nõ solum Esaias quia prędixit futura diceretur profeta: sed etiã Moyses q̃ annunciauit præteritam creationẽ mundi. & etiam unitatẽ unius Dei, & multa quæ sunt supra humanam facultatem. Secũdo modo diffinitur magis strictè profetia ab ipso Cassiodoro in prologo libri psalmorum, dicẽte. ꝙ profetia est diuina inspiratio rerum euentus immobili ueritate demonstrans. Per hoc antẽ quòd ait diuina inspiratio: demonstrat ꝙ Caifas nõ fuit profeta, quãdo dixit: expedit ut unus homo moriatur pro populo: qa illud nõ dixit ex diuina inspiratione, sed ex malitia ad malum finem. Item per hoc q̃ ait rerum euẽtus: ostendit ꝙ profetia est solum de cõtingentibus futuris. Et sic Moyses non fuit profeta: inquantum annunciauit præteritam creationem rerum. Item per hoc ꝙ dicit immobili ueritate demonstrãs: excludun tur ũaticinia astrologorum & sortilegorũ: quæ sæpe impediuntur & falluntur. Tertio modo diffinitur profetia ab Origene super psalterium dicente: ꝙ profetia est de profetis futuris Christi & ecclesiæ in ueteri testamento diuinitus reuelatio facta. Et sic secundum Origenem de consueto modo loquẽdi: solum sunt sacri profetæ qui in ueteri testamento ex diuina reuelatione & inspiratione prænunciarũt mysteriũ incarnationis & nostræ redẽptionis, & uniuersaliter futura mysteria Christi & ecclesiæ. Et hoc modo Ioannes euangelista in Apocalypsi non esset profeta, quia non prænunciauit primum aduentum Christi. Sed Origenes quia loquitur de cõsueto modo loquendi ecclesiæ, distinguẽdo profetas ab apostolis, & euangelistis, solũ vocat profetas eos qui pronuntiant aduentum Christi in carne. & eos appellant apostolos & euãgelistas qui euangelizarunt & annunciauerunt Christũ iam uenisse. Sed ipsemet Origenes in enumerando libros sacræ scripturæ appellat Ioannẽ euang. profetam. Inquantum prænũciauit secundum aduentum Christi. & totum discursum ecclesię usq; ad iudicium in lib. Apocal. Et sic patet quid est profetia, & quis est uel profeta secundum modum cõsuetum ecclesiæ. Nã ut sic, ecclesia solum appellat profetas eos qui

B C

ex diuina reuelatione & inspiratione prædixerãt futurum aduẽtum Christi & mysteria nostræ redẽptionis & salutis in ueter. testa. Et sic distinguit eos ab apostolis & euãgelistis, & doct. Et sic isto modo profetia proprie dicta: nil aliud est nisi prænunciatio futurorum mysteriorum de Christo, & ecclesia, in spiritu & lumine supernaturali prægnitorum in uete. testa. Ex supradictis patet: quòd sex sunt de ratione profetiæ proprie dictæ. & sex requiruntur ad uerum profetam. Primo ꝙ prænunciet futura, quia de præteritis nõ est profetia. Vnde dicit Greg. super Eze. ꝙ cum ideo profetia dicta sit: eo quòd futura prædicat: quãdo de præteritis uel de præsentibus loquitur, sui nominis rationẽ amittit. Secundo requiritur, ꝙ sit de futuris mysteriis Christi & ecclesiæ: quia de rebus mũdanis & profanis, non est, proprie profetia: sed quædam pronosticatio & cõiectura. Tertio requiritur. ꝙ talia mysteria repræsententur ipsi profetæ in aliquo obiecto ænigmatico. Nam talia futura mysteria nullum esse reale habẽt in se: nec in aliquo cõiuncto, igitur oportet ꝙ ænigmaticè & obscurè repræsentẽtur in aliquo obiecto repræsentatiuo: ut clarius patebit. Quarto requiritur. ꝙ talia futura mysteria sint prægnostrata per diuinam reuelationem. Et ideo locutio Caifæ non fuit profetia, nec sominium Faraonis. Quinto requiritur: ꝙ profeta intelligat & interpretetur ea uisionem siue reuelationẽ, quia aliter non diceretur profeta: sed uidẽs tantum: ideo antiquitus omnes quos nunc appellamus profetas, & omnes qui uidebãt uisiones, siue intelligerent siue non, appellabantur uidentes, ut patet. i. reg. ix. Sed proprie nõ appellatur nec est uere profeta: nisi intelligat & interpretetur uisionem. Nam ex hoc profetia dicitur diuina inspiratio, eo ꝙ intuitus profetæ inspiratus lumine supernaturali & profetico interprætatur & intelligit uisionẽ: aliter non esset profeta, sed uidens tantum, sicut Farao & Nabuchodonosor. ideo dicitur Daniel. x. ꝙ opus est intelligentia in profetia. Et ideo Theodorus fuit cõdemnatus hęreticus in cõcilio Toletano: eo quòd asserebat profetas non intellexisse uisiones & profetias suas. Cuius oppositum patet per totum discursum Daniel, qui eo dictus est profeta, quia interprætatus est uisionem regum Caldæorum & Persarum: nec unquam quieuit usq; quo intellexit uisiones

D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A siones somniorum: vt patet ibidem. Ex quo patet sexto q requiritur lumen supernaturale & profeticum ad interpretandas & intelligendas obscuras & ænigmaticas visiones. Ex omnibus supradictis patet, q Dauid fuit verus propheta. Probatur. Nam habuit omnes conditiones quæ requiruntur ad verum profetam. Nam primo prædixit in veteri testamento omnia mysteria futura nostræ redemptionis de Christo & ecclesia. Secundo talia prædixit ex diuina inspiratione. Tertio omnia illa mysteria ex lumine profetico a spiritu sancto sibi collato intellexit. vt ipsemet profitetur, ii. regum xxiii, quia dicit, Dominus meus mihi locutus est. & spiritus domini locutus est per linguam meam. Ergo est verus propheta, vt latius parebit.

Quantum ad secundum articulum est adB uertendum: q tria genera profetiarum siue reuelationū distinguit nobis Deus numeri. xii. cum dicit. Siquis fuerit inter vos profeta domini, in visione apparebo ei, aut in somnis loquar ad illum, at non talis seruus meus Moyses ore enim ad os loquar ei palam, & non per ænigmata & figuras Deū videt. In quibus verbis ostenditur: q tribus modis reuelabat Deus profetis diuina & futura mysteria. s. per somnia, aut per visionem in vigilia, aut per locutiones angelorū & familiarem doctrinā. Primo modo apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph dicens. accipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptū. Matth. ii. Secundo per visionem in vigilia Esaias vidit dominum sedentē. Es. vi. Tertio modo per locutiones angelorum & familiarem doctrinam: Moyses accepit legē in monC te Sinay! Exod. xx. Et Angelus Gabriel reuelauit Dauid totū mysterium incarnationis. & primum & secundū Aduentū Christi, & quasi totum discursum à suo tempore vsque ad iudicium. Daniel. ix. Sed est aduertendū secundum Aug. contra Adamantium circa finem libr. quòd reuelatio facta in vigilia, quandoq; fit per visionē realem. i. corporalē ad extra. sicut Hieremias videbat realiter catenam ligneam: quam ferebat in collo ex præcepto Domini. vbi præuidebat futuram captionem Sedechię. Hier. xxvii. Quandoq; autem talis reuelatio fiebat per visionē imaginariam ab intra, sicut Esaias, vidit Dominum sedentem. Vnde est aduertēdum, quòd reuelatio per imaginariam visionē fiebat sub tali ordine. Nam quādoq; fiebat per species acceptas per visum ad extra: sicut dictum est D de catena lignea Hieremiæ. Sed quandoque fiebat per nouas species & imagines obiectas in fantasia ipsius profetæ. Et sic apparebat in fantasia Esaiæ, imago Dei sedentis super solium excelsum, & apparebant duo serafin cū senis alis. Item eodem modo apparebant in fantasia Ezechielis similitudines & imagines quatuor animaliū habētium facies quaternas plenas oculis & trahentium illam rotā. Istæ autē similitudines & imagines existētes in fantasia obiiciebātur intellectui profetę. sed intellectus profetæ ex proprio lumine naturali nō poterat abstrahere à talibus speciebus & imaginibus siue fantasmatibus species futurorū mysteriorū per illas imagines significatorum, quia lumen intellectus agētis non potest abstrahere à speciebus sensatis nisi species non sensatas ipsius quidditatis E naturaliter coniunctas ipsis accidentibus. vt patet. iii. de anima. Et ideo spiritus sanctus inspirabat & influebat lumē supernaturale, & profeticum in intellectum ipsius profetę. & irradiabat super ipsas imagines & similitudines. Et tunc intellectus profetę sic confortatus & adiutus & eleuatus per lumen profeticum: præuidebat futura mysteria in illis fantasmatibus figurata, & repræsentata: quę dicebantur veritates quædam supernaturales. Et sic profeta interpretabatur visionem imaginariam sibi obiectam. Et tūc visio imaginaria & ænigmatica, fiebat visio intellectualis & profetica, interpretata in virtute luminis profetici infusi & inspirati. Et sic pro maiori parte omnes profetæ contemplando tales uisiones imaginarias, ex nutu Dei eis F obiectas, in lumine & spiritu profetico prędiderūt futura mysteria eis reuelata. Vlterius autem aduertendum, q talis eleuatio intellectus sumpta ex imaginaria visione per lumē supernaturale, poterat fieri tripliciter in ipso vigilātę. Nā primo eleuabat intellectus profetę supra lumen naturale per lumen supernaturale illustrando fantasmata & imagines sibi obiectas: per quas præuidebat mysteria futura de Christo, & ecclesia in illis imaginib. repræsentata, vt dictū est. In quas visiones profeta nōdū erat alienus à sensibus interioribus, in quibus lucebant illæ imagines. Et iste gradus visionis fuit cōmunicatus omnibus profetis qui dicitur excessus mentis, in quantum illud lumē profeticū supernaturale, excedebat lumen naturale ipsius intelle-

A intellectus agentis. Secundo poterat eleuari meus profetæ per alitus lumen cum alienatione ab omnibus sensibus, nō solum exterioribus, sed etiā interioribus, vtendo solo intellectu p species intelligibiles quas abstraxerat à fantasmatibus & imaginib⁹ prius obiectis. In quibus bonis contēplatis & prę uisis, ipsa voluntas delectata conquiescebat per aliquam moram, & tunc dicebatur esse in quadam extasi. Extasis enim dr, quidam status hominis contemplatiui existentis alie nati, quasi extra seipsum. Est quidē verū q quidā nō sciūt differentiā inter extasim & mētis excessum. Sed in veritate extasis includit mētis excessum: addēdo affectū mētis. s. quietē in bono cōtemplādo, vel stuporē in aliquo terribili sibi obiecto ex pauore. Et ideo dicit Dio. 4. ca. de diuinis no. q amor diB uinus extasim facit &c. Tertio modo potest multo altius eleuari intellectus cū magna violētia ab ipso spāsctō vsq; ad visionē diuinę essētię: quę quidē eleuatio dr raptus, rōne violētiæ & rone termini, & rōne superioris naturæ, p quā eleuat. Iste aūt tertius gradus excedit limites profetiæ quē pauci potuerunt attingere in hac vita. Nam primum gradū mētis excessus attigerunt oēs profetæ. In secūdo autē gradu. s. in extasi, dr frequēter fuisse ipse Dauid, vt patebit. In tertio aūt gradu fuit beatus Paulus cum raptus est vsque ad tertium cœlum vbi vidit arcana dei quæ nō licet hoi loqui. 2. ad Cor. 12. Vnde isti tres gradus eleuationis intellectus supra naturā sui, dicunē tres cœli contēplationis. Extasis vero dr secundum cœlum. Raptus autem dr tertium cœlum: ad quod tertium C cœlum raptus fuit Paulus, & etiam Ioānes euangelista, qui supra pectus dñi in cœna recubuit. Et forsan oēs apostoli in die pentecostes: vt patebit psal. 67. De quibus tribus cœlis dicit in oratione dñica. Pater noster qui es in cœlis. i. in viris cōtemplatiuis. Et sic patent tres gradus eleuationis intellectus supra naturam in visione facta in vigilia. Ad quorum duos primos peruenerunt profetæ veteris testameti. Tertius autē gradus excedit limites profetiæ. ad quē pauci peruenerūt in nouo testamēto. Sed quia raptus includit extasim, & extasis includit excessum mētis, ideo vnum sumitur q̄nque pro alio in sacra scriptura. Nam raptus Pauli dr mentis excessus, vt patebit psal. 67. Et sic per supradicta, patet secūdum genus profeticæ visionis quod fit in vigilia per internā inspirationē. D Tertium autem genus profeticę visionis fiebat q̄nque per familiarem locutionem, & reuelationem angelorum. Sed istud poterat fieri duobus modis. Vno modo per visum & auditum. sicut Moyses realiter videbat & audiebat angelum qui sibi loquebatur in corpore assumpto in illis. 40. diebus in monte: & Daniel realiter videbat & audiebat Gabrielem angelum sibi reuelantem futurum aduētum Christi post 42. hebdomadas. Daniel 9. Secundo autem modo talis doctrina & locutio angelica fiebat per solum auditū, non videndo angelum: sicut audiebātur responsa de tabernaculo dñi à sacerdotibus: & sic audiuit Samuel vocem angeli ter vocantis ipsum. 1. Reg. 3. Quartum autem genus profeticè visionis addit Iosephus: quod fiebat per hurym & tumym in rationali sacerdoB tis: de quo dicetur in sequenti articulo. Ex quibus omnibus patet, q visio profetica nō poterat fieri absq; lumine supernaturali, eleuante mentem profetæ. Sed istud lumen supernaturale desuper infusum, qui dicit spiritus profeticus, non eodem modo cōsecuti sunt oēs profetæ. Nam quidā cōsecuti sunt simplex lumē, siue simplicem spiritum profeticum. Quidam autem cōsecuti sunt duplicem spiritum profeticum. Spiritus enim simplex profeticus dicebat ille per quem profetæ præuidebant materialia & temporalia gesta, futura & faciēda in illo populo ante aduentum Christi in tabernaculo, & primo & secundo templo, nō peruenientes vsque ad Christum. Spiritus autem duplex profeticus dicebatur ille, per quem profetę primo præuidebant gesta materialia & temporalia F futura in illo populo & templo: sed per illa materialia & temporalia trāscendentes, prę uidebant futura mysteria de Christo & ecclesia, in illis rebus materialibus & temporalibus figurata. Exempli gratia. Nam Esaias in spiritu profetico simplici, præuidit captiuitatem & destructionem Hierusalem faciē dā per Caldæos, & remissionem captiuitatis faciendā per Cyrum, & reędificationem tēpli ciuitatis faciendā per Cyrum & Zorobabel, & Iesum sacerdotē magnū. Sed in duplici spiritu prędidit qualiter remissio illius temporalis captiuitatis erat figura remissionis generalis, & ęternę, & spiritualis liberationis, faciendę per Christum. s. qualiter Xps debebat redimere totū genus humanū à ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ptiuitate & miserabili seruitute pcti, & debebat ædificare nouã Hierusalem toto orbe dissũ. Et sic uaticinãdo & pdicẽdo futuram remissionẽ illius captiuitatis tpalis faciendã p Cyrũ, & reædificationẽ tẽpli & ciuitatis materialis, pdicit & intermiscet remissionẽ totiº gñris humani faciẽdã p Xpm, ut patet Esaię. 45. Et sic oẽs sacri pfetæ p istũ duplicẽ spm pfeticũ, nõ solũ dixerũt gesta materialia & tpalia illiº populi, sed ét mysteria spũalia ꝺ Christo & ecclesia, p illa materialia figurata. Et iste est ille spũs duplex profeticus, quem postulabat Helyseus ab Helia. 4. Re 2. ubi legit, ꝙ cũ uenisset Helias cũ Helyseo in Hiericõ, dixerũt filii. i. discipuli pfetarũ ad Helyseũ. Nũq̃d nosti, qa dñs tollit hodie dñm tuũ a teſ qbus rñdit Noui, silete. Ex quo patet, ꝙ tã filii pfetarũ, q̃ Helyseus ꝑuiderunt in spũ
B futurũ raptum Helyæ, sed nesciebãt figurã illius raptus, nec qd amplius futurum esset de Helia. Quia nesciebant qũo ille ascensus Heliæ figurabat ascensum Christi in cœlum. Et qũo Helias erat uenturus in tpe Antichristi ad prædicandum ẽm aduentum Christi. Ex quo patet, ꝙ tam filii pfetarum, quam Helyseus, tñ habebant simplicem spm pfeticum de futuro raptu Heliæ, & ideo Helyseus cupiẽs scire quid esset futurum de Helia, dixit ad eum qñ ferebatur in paradisum. Obsecro dñe, ut spũs q est inter duplex fiat in me, qua si diceret, vt sciã in duplici spũ qd figuret & significet iste raptus tuus, & sciam & præuideam futura mysteria de Xpo messia in lege promisso, quæ non pñt præuideri nisi p duplicem spm & lumen profeticum. Cui rñdit
C Helias, Rem difficilem postulasti; quasi dicere, difficile est, & paucis est cõcessum talem duplicem spiritum pfeticum attingere. Hoc autem dicebat Helias, qñ ipse in duplici spiritu præuiderat per suum raptum, qualiter Christus post passionem, & resurrectionem, erat ascensurus in cęlum, & accepturus uniuersale dñium, & iudiciariã potestatem sup oẽs creaturas, & qualiter erat uenturus in fine mundi ad iudicandum oẽs gentes, & qualiter ipse Helyas debebat preuenire añ ipsum Christum ad prædicandum ẽm aduentu eius, et qualiter erat ab Antichristo occidẽdus. Hunc igit duplicem spm pfeticum impetrauit Helias à dño p ipso Helyseo, ut patet ibidẽ. Indæi autẽ et multi catolici dñt, ꝙ per duplicẽ spiritum Helysei, intelligit duplex virtus faciendi miracula, qa in duplo fecit plura et mãiora miracula quam Helias. Sed D
licẽt hoc sit uerum tñ primus intellectus est magis conformis, et continet maius sacramẽtũ. Ex supradictis patet qualiter spiritus simplex profeticus nõ attingebat, nisi materialia et tpalia gesta illius populi, et ciuitatis, et tẽpli. Spiritus autẽ duplex erat ille q nõ solũ ꝑuidebat et attingebat futura gesta materialia uel. test. sed p illa transcẽdebat usque ad mysteria Christi et ecclesiæ in illis figurata, imo profetæ in spiritu duplici pfetico p gesta uel. test. pterita, et psentia, et futura ꝑuidebãt misteria de Xpo et ecclesia in illis figurata. Vñ sicut homo habẽs bonũ uisum p montes ꝓpinquiores uidet mõtes ulteriores, ita pariter profetæ duplici lumine et spiritu pfetico illustrati, nõ solũ ꝑuidebãt gesta materialia, et tpalia ꝓpinquiora, sed ét ꝑuidebãt, E
qualiter illa gesta materialia erãt figura futurorum mysteriorum spũalium de Xpo et ecclesia. Et sic trãscẽdẽtes illa materialia, peueniebãt usq; ad pfeticã notitiam Christi et nostrę redẽptionis. Et sic Dauid et Esaias, et cæteri pfetę, p futurã liberationẽ Babylonicę captiuitatis, et p exitũ de Egypto, ꝑuidebãt futurã liberationẽ totius generis humani, faciendã p Christũ, ut patebit. Et iõ qa miseri & ceci Iudei nõ pñt percipere istũ spiritum duplicẽ pfeticũ, inde est ꝙ oes ꝓmissiones, et oia dicta pfetarum putãt esse in simplici spũ, materialiter & tpaliter de illo primo & scẽdo tẽplo, & de illa captiuitate & liberatione tẽporali, & de reædificatione illius materialis Hierusalẽ, & sic oĩa glossant tpaliter. Per supradicta patent tres gradus profetiæ cões. Primus per reuelationem factã in somnis. Secũdus per uisionem imaginariã & F
enigmaticam. Tertius per familiarem doctrinã angelorum. Et iste est pfectior secundo. & secundus primo, eo ꝙ una nox habet nescio quid latentis energiæ, ut inquit Hieronymus ad Paulinum. Sed quartus gradus quẽ habuit Dauid, s. per locutionem spiritus ſlãcti factam in extasi, est perfectior cæteris tribus, eo ꝙ sit cum altiori lumine, & claritate, & distinctione, & peruenit ad altiora. Ex supradictis sequitur primo, ꝙ profeta ratione luminis & spiritus profetici dicitur profeta. Probatur. Nã sine tali lumine nullus posset interpretari tales uisiones: qa in uirtute istiº luminis profetæ interpretabãtur illas enigmaticas uisiones. Et iõ nec Farao, nec Nabucodonosor fuerunt ꝓfetę: qa nescierũt inter

pretari

A pretari suas uisiones, eo ꝙ carebant tali spũ ꝑfetico, siue tali lumine: sed Ioseſ & Daniel interpretati sunt illas uisiones, eo qa habebãt lumẽ & spm ꝑfeticum. Imo Daniel nunquã dictus est ꝓfeta, usq; quo sciuit interpretari suas uisiones & alienas. Secũdo sequitur ꝙ oĩs profeta est interpres. qa intñ dicebãt intelligere uisiones; inquantũ interpretabatur eas p tale lumen. Vnde dr Daniel 8. Nesciebã interpretationẽ uisionis: & sic Daniel nõ intellexit ꝓfetiã, nec uisionẽ, usq; quo sciuit eã interpretari. Tertio sequit ꝙ dignitas ꝑfetæ sumitur scdm altiorẽ gradũ luminis profetici. eo ꝙ dignitas sumitur à forma rei. sed lumen est forma in tali interpretatione, quia lumen profeticum dat esse & dignitatẽ profeticæ uisioni, & sic secundum gradus lu-
B minis profetici, erunt gradus profetarum, & unus profeta dicetur dignior altero, secũdũ gradum altiorem ipsius luminis & spiritus profetici, & etiam secundum gradum ipsius raptus & extasis, inquantum sit maior excessus supra naturalem intelligentiam.

Quantũ ad tertiũ articulũ in quo erat uidẽdum qũo Dauid est uerus ꝓfeta, & in quo gñe profetię magis profecit, & in quibus obtectis præuidit futura mysteria de Christo & ecclesia. Est primo notandum, ꝙ oẽs doctores hebræorũ ante aduentũ Christi, & usque ad tpa Constantini, asseruerunt Dauid fuisse maximum profetã inter omnes. vt patet per Iosephum & Ionatam Abenhuziel, & per Filonẽ disertissimum iudæorum, qui fuit tpe Apostolorum, & patet per plures alios illius tpis. Vnde dixerunt quidã Thalmudistę, ꝙ
C Deus in principio mundi creauit oẽs animas simul cum anima ipsius Adam. Et quando Deus duxit omnes creaturas ad Adã: vt uideret quid uocaret eas, ostendit etiã oẽs animas filiorum successorum suorum in corpora humana ꝓturas, & tunc Adam cognouit aumã Abrahæ, & Isaac, & Iacob, & Moysi, & Dauid, & oĩum aliorũ. Inter quas prẽuidit in spiritu animam Dauid nobiliorẽ, & qũo in altitudine sciẽtiæ & profetię oẽs alias debebat superare. Sed præuidit in spũ ipse Adã qualiter Dauid in infantia ante annum cõpletum erat moriturus. Vnde tũc Adam tactus dolore cordis dixit ad dominũ. O dñe, quare uis tãtum bonum futurum impedire, propter mortẽ huius pueri? Rogo vt permittas ipsũ uiuere, usq; ad septuagesimũ annũ, ne tãta sciẽtia perdat in mundo. Cui dñs re-
spondit, ꝙ hoc non poterat fieri. Nam ipse iã D
diuiserat totã uitã humanam inter oẽs illas animas futuras, & unicuiq; assignauerat suã partem uitæ, & sic nõ remanebat plus spatii uitæ pro Dauid, nisi unus annus: quia iã inter oẽs erat diuisa & distributa tota uita humana. Cui dixit Adam. O dñe ego debeo uiuere. M. annis quos mihi assignasti ad uiuendum, ergo aufer à me 70. annos, & da eos ipsi Dauid. quia ego cõtentus sum de residuo, ne tantum bonum perdatur in mundo. Cui petitioni annuit Deus, & ita factum est. Nã Dauid uixit 70 annos & ideo Adam non uixit nisi 930. annor. sublatis 70. annis quibus uixit ipse Dauid. Quæ opinio licẽt sit falsa & & hæretica. s. ꝙ omnes animæ humanæ fuerint simul cum anima ipsius Adam, tamẽ ex dictis istorum doctorum hebræorum patet, ꝙ Dauid fuit maximus ꝓfeta, & profundior B
cæteris in scientia diuinorũ. Item dicũt etiã doctores eorum antiqui, ꝙ postquam Ionatas Abenhuziel fuerat interpretatus totam scripturam legis & profetarum ex Hebræo in Caldaicum, quam translationem appellãt Targum, incepit interpretari librum psalmorum ipsius Dauid. sed tunc audiuit uocẽ de cœlo dicentẽ. Quis es tu, qui uis reuelare ꝓfunda secreta mea? quasi diceret, nõ sufficit tibi ꝙ permisi vt declares legem & alios ꝑfetas, sed etiã uis interpretari librum Psalmorum, in quo latent profundiora secreta mea? cui respõdit Ionatas Abenhuziel. O domine ego hoc uolo facere ad honorẽ & seruitium tui, & utilitatem totius populi. Et sic dicunt ꝙ Deus permisit, vt Ionathan interpretaret psalmos Dauid. Quã interpretationẽ Iudæi habẽt in tãta reuerẽtia & autoritate, ꝙ nul- F
lus est ausus ei cõtradicere, vt latius patebit. Ex qbus patet, ꝙ de intẽtione antiqnorũ Hebreorũ erat, ꝙ altiora secreta & mysteria cõtinent in libro Psalmorum, q̃ in toto residuo legis & profetarũ, & ideo cõplures eorum dicunt, ꝙ tota lex & ꝑfetæ continentur in libro Psalmorũ, immo dicunt, ꝙ si tota lex & profetæ perderentur, liber Psalmorũ sufficeret, quia ibi reperit tota lex & profetæ. Sed causã quare quidã eorũ negant Dauid fuisse profetã, fuit ista, Nã uidẽtes magistri Iudæorũ ꝙ per cõuersionẽ Cõstantini, totus populus gentilis conuertebãt ad fidẽ Christi, & uidentes etiã ꝙ maior pars Iudæorũ conuertebãt ad Christũ simul cũ gẽtilibus, cognoscẽtes manifeste Christũ fuisse uerum Messiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in lege promissum per scripturas ꝓfetarum, maxime per scripturas libri Psalmorum, eo ꝙ manifeste prænunciat cõuersionem gẽtiũ in aduẽtu Messię: tunc videtes magistri Hebreorũ, cõgregati sunt in babylone Egypti, q̃ modo dr̃ Cayre, & ibi cõsinxerunt scripturã Talmud, vt retinẽt simplices eorũ, & glosauerunt falso modo scripturã vet. testa. Et q̃a quotidie conuincebanr̃ à cõuersis de iudaismo ꝓ scripturã psalmorum, q̃ clarius loquit de cõuersione gentium: iõ negauerunt Dauid fuisse profetã Et iõ distinxerunt totã scripturã vet. test in tres partes. s. in legem, & ꝓfetias, & agiografa. Et sic posuerũt Dauid & Danielem inter agiografa, vt auferrent eis dignitatem ꝓfetiæ, eo ꝙ clarius loquunr̃ de Xpo & de tpe aduentus eius, & q̃a magis & ſæpius cõuincebanr̃ ꝓ Dauid & Danielẽ.

B Et sic hodie inter Hebreos est maxima cõfusio. Nam q̃libet dicunt ꝙ Dauid est maximus inter oẽs profetas, ꝓ ea q̃ supra dicta sunt, quidã autẽ dicunt ipsum nõ esse profetã, ꝓpter hoc quia dixit. Et ecce ego mitto vobis heliam thesbitem antequã veniat dies domini magnus & horribilis. Et reuertetur cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum. Ne forte veniam & percutiam terram anathemate. Malachie. 4. Et dicunt quod hoc dixit Malachias de quodam alio heliam, & non de helia thesbite. Et ideo dicunt quod Dauid non fuit profeta, quia non vidit heliam. Et ideo dicunt quod Malachias non fuit profeta, quia dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est notandū secundum aliquos, q̄ nō est negandū Dauid fecisse aliquos psalmos antequā quiesceret à bellis, aliquando dum erat in statu gratię, prout uidebitur in expositione, sed maiorem partem fecit dum quieuit à bellis, & voluptatibus, & mudanis negotiis, & sē dedit totaliter contemplationi, & statuit ampliare diuinum cultū, & præparare omnia necessaria pro ędificando templo per Salomonem, ut patet in fine. 2. Paralipomenon, prout dictum est. Quia tūc totaliter deditus cōtemplationi incepit sedulo contemplari diuina mysteria contenta in quatuor obiectis supradictis. Vnde sic contemplādo diuina mysteria, & illa quatuor obiecta, rapiebatur à sensibus exterioribus. & manebat in sola imaginaria cōtemplatione. Sed rursus eleuatus per lumē profeticum supernaturale, præuidebat futura mysteria in illis obiectis, tāquā in speculo, & talis uisio imaginaria fiebat intellectualis in uirtute luminis profetici inspirati, confortātis & eleuantis intellectum ipsius Dauid, & irradiātis supra illa obiecta imaginata, & representātis futura mysteria in illis obiectis tanquam in speculo, sicut intellectus agens abstrahit & representat species quidditatum rerum materialiū in fantasmatibus naturalibus. Et talem gradum profetiæ & uisionem profeticā intellectualem, sumptam ex imaginaria uisione obtinuit Ysaias, & omnes alii sacri profetę. Sed supra istos obtinuit alium gradum ipse Dauid: nam postquām semel speculando sua obiecta præuiderat mysteria futura, representata in illis per lumen profeticum, retentis speciebus futurorum mysteriorum de Christo & Ecclesia, quas abstraxerat ab illis imaginatis obiectis, tunc per altius & fortius lumen magis eleuatus, rapiebatur totaliter à sensibus interioribus, & illis obiectis imaginatis ad sola mysteria futura. Et tūc oblitus omnibus tēporalibus, & rebus materialib. & etiā seipso, nude & absq; figuris & enigmatibus, præuidebat clarē & distinctē, & contēplabatur totū mysteriū incarnationis, & nostrę redēptionis in se, & non in aliquo enigmate, nec obiecto representatuo. Et tūc subtilius & magis particulariter & distinctē contēplabatur nō solū incarnationē, sed & resurrectionem, & ascensionē, & gloriā paradisi, quā Christus erat daturus suis fidelibus, & in tali cōtemplatione non utebatur sensibus exterioribus, nec interioribus. Et sic erat in quadā extasi, qui quidē status D tenet medīū inter uitā hominū & angelorū: in qua quidē extasi dicitur fuisse frequēter Dauid, & loqui cū Deo, immo Deus loquebatur ipsi in spiritu, ostēdens ipsi absq; enigmate mysteria Christi, & secreta cœlestia: vnde de tali clara uisione, & diuina locutione facta ipsi Dauid, eleuato in extasim, dicit 2. Reg. 23. Dominus mihi locutus est sicut lux auroræ oriēte sole mane absq; nubibus rutilat: quia in tali extasi iam uidebat illas supernaturales veritates, & illa futura mysteria, & secreta cęlestia, nō per obiecta enigmatica, sed per proprias species intelligibiles in uirtute altioris lumuis. Et ideo uidebat subtilius & clarius mysteriū incarnationis, & ꝓdicationis, & Passionis, & Resurrectionis, & Ascēsionis, & futurę beatitudinis, quā cęreri profetę. Et ideo locutio & doctrina facta in Spiritu, sub tali raptu & extasi, potest esse quādoq; perfectior, quām facta per locutionē sensibilē per angelū, inquātū ipsi Dauid potuit cōcedi altius lumē, & plura & altiora reuelari, quā per sensibilē locutionē angelicā factā ipsi Iosue, & Gedeoni, & plerisq; aliis. Nec est etiā negandū Dauid quādoq; habuisse similes familiares locutiones cū Angelis. Ordo ergo & modus profetię, siue proferādi ipsius Dauid est discutiēdus per singula obiecta. Vnde primo legēdo literalia mysteria sacrę scripturę reponebat tales species in fantasia: puta de creatione mundi, aut mysteriū diluuii, aut sacrificium Abrahę, aut agni paschalis, & imaginando & contēplādo talia mysteria in sua cella & camera secreta, large dabatur ipsi lumen profeticū, & tunc illā obiecta imaginata, illustrata lumine supernaturali, representabāt ipsi futura mysteria, & sic intellectus Dauid cōfortatus & eleuatus per tale lumē, ꝓuidebat futura mysteria de Christo & ecclesia in illis obiectis representata. Et sic per creationem mundi materialis, præuidebat recreationem mūdi spiritualis, quę est Ecclesia Christi. Et per arcam diluuii, ꝓuidebat, qualiter ecclesia Christi debebat sāluare oēs ad eā contugientes. Et per sacrificiū Abrahę, ꝓuidit totum mysteriū passionis Christi. Et per immolationē agni paschalis, & per sacrificium agni matutini & uespertini, ꝓuidit totum mysterium passionis Christi, & totū mysterium sacramēti altaris. Sed rursus in tali cōtēplatione augebatur ipsi lumē profeticū, & F

rapiebatur

A rapiebat supra ipsām primā cōtēplationē ad ām gradū extasis. Et tunc relictis obiectis ęnigmaticis uete. test. cōtēplabatur solas supernaturales ueritates, & solā illā incarnationē & mortē, & passionē, & resurrectionē christi, & mysteria nostræ redēptionis & sū pnæ brutudinis. Et tunc absq; aliquo ęnigmate ota illa videbat clarius & distinctius q̄ alii profetæ. Et sic contēplādo persecutiones & liberationes suas, & exaltationē sui regni, prēuidit in tali lumine & spū profetico oēs persecutiones Xp̄i & exaltationē eius regni post resurrectionē. Et iō Dauid reuersus ex tali extasi in se, & ad sensus suos, & dū esset cōpos suiip sius, rapiebat psalterium & citarā. Et sic fecit psalmū ām, de cōiuratione cōtra Christū faciendā per scribas & fariseos, prout prēuidit in cōiuratione Saulis & suorum, facta contra B ipsum Dauid. Et fecit psalmum tertium de ꝑsecutione Christi prout præuidit per persecutionem suā, factā per Absalonem ut patebit. Item cōtemplando promissionem sibi factā. 2. Re. 7. de rege filio suo, & successione regni æterni filii sui, præuidit in spē misterium incarnationis Christi de sua ḡnatione: de quo fecit psalmum. 88. & 131. & plures alios. Itē contēplando totā descriptionē tēpli sibi traditā à spūsācto, intellexit, & ꝓuidit totū mysteriū incarnationis, passionis, & resurrectionis Xp̄i, & oēs ꝑsperitates & aduersitates ecclesiæ. Et ꝓuidit modos q̄bus hodie Deus colit in eccla. Et iō fecit oēs psalmos alle uiatiros. Et sic Dauid in supradictis quatuor obiectis ꝓuidit oia mysteria Xp̄i & ecclesiæ, de q̄bus fecit 150. psalmos assumēdo parabolas & propositiones ex supradictis quatuor obiectis. Sed adhuc Iosefus & Rabbi Salomō adC dit quintū obiectū, in quo Dauid ꝓuidebat futura s. p hurym & thūmym. i. p imagines et doctrinas, nā sicut legit Exo. 27. in rōnali sūmi sacerdotis eranti cōsuti & ipressi 12. lapides prætiosi. s. sex in quolibet humero, & in frote mitræ erat affixa lamina aurea i qua erat scriptū nomē Dei tetragrammaton, q̄ lucebat & imprimebat imaginē illarū literarū in illis. 12. lapidibus. Iō dū filii Israel uolebāt ꝑscire futurā ꝓsperitatē & victoriā, ornabat sacerdos ad sacrificiū cū humerali, & efot, & mitra. Et si bellū erat eis ꝓsperū, tūc lucebat nomē dei tetragrāmaton & apparebat eius imago i duodecim lapidib. & sic cū fiducia ꝓcedebāt ad ꝑlīū, si aūt fortuna & uictoria erat aduersa nullo mō lucebat illud nomē in lapibus humeralibus. Et sic desistebāt D ire ad bellū. Et iō rōnale iudicii erat colligatū cū humerali, in quo ponebat doctrina & veritas, ut patet Exo. 28. Et dicebat rōnale iudicii, eo q̄ sūmus sacerdos in eo iudicabat de futuris, & docebat ueritatē de consultatis in quantum fulgebat nomen Dei in illis lapibus, quod quidem iudicium appellant Thaimudiste hurym & thummym, i. doctrinā & veritatem, immo in textu Hebraicè dicitur hurym & thummym. de quo mysterio legitur 2. Reg. 22. q̄ quando Dauid voluit scire an ciuēs Ceyle tradere vellent ipsum in manus Saul, dixit ad Abiatar: applica efot. i. ornate ornamentis sacerdotalibus, ut uideamus si uiri Ceyle tradent me in manus Saul. Et facta oratione, respondit dominus, tradēt te, ꝺ; quod nihil aliud fuit, nisi q̄ tunc nō apparuit imago nōis dñi in lapidib. sicut E ante apparuerat q̄ cōsuluit dñm de futura victoria contra Philisteos, vt patet eodē. c. 23. Per illud profectō mysteriū nominis dñi lucētis in illis. 12. lapidibus, præuiderat Dauid qualiter Xp̄s (qui est nomē dñi) debebat lucere & imprimere sapientiā suā in duodecim apostolis, qui debebant annunciare veritatem & doctrinam euangelicam p uniuersū mundum, de quo fecit plures psalmos. Ex supradictis patet qualiter Dauid fuit uerus ꝓta & excellentior cæteris, & patet modus ꝓsetandi, & excellentia profetiæ eiusdem.

Quantū ad quartū articulū in quo restat videndū an Moyses fuerit maior ꝓfeta q̄ Dauid, an ecōtrario. Est aduertendū q̄ cā quare Iudæi tenent q̄ Moyses est maior profeta q̄ Dauid, est, q̄a Moyses fecit multa miracula, & Dauid nullū. Et cā quare multi catolici asF serunt idē, est quia dñt q̄ Moyses vidit deū p essentiā, & Dauid non. Et iō est primo uidendum an Moyses uiderit deum per essentiam. Secundo dato q̄ Moyses uiderit deum per essentiā & fecit miracula, & Dauid non, an propter hoc Moyses dicatur maior profeta q̄ Dauid. Ad primum est aduertendum q̄ vsque ad præsentem diem nullus doctor Iudæorum ausus est cōcedere q̄ Moyses uiderit Deum per essentiam. Vnde Rabbi Abenazra in epistola ad Iudæos Africanos nititur probare per textum sacræ scripturæ quòd Moyses non uidit deum per essentiam: hoc idem ꝓbat Rabbi Moyses de Egypto in suo lumine dubiorum parte secunda, & ambo isti mouentur, propter hoc q̄ Deus respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dixit Moysi. Exo. 33. Non poteris uidere faciē meam, non.n. videbit me homo & viuet. Vnde ibidem patet, quòd absolute Deus negauit Moysi visionem suæ essentiæ, Sed dicit Rabbi Moyses ꝙ Deus bene cōcessit Moysi notitiā omnium creaturarum. cū dixit ipsi. Ego ostendebam tibi omne bonū. i. naturam & principium omniū creaturarum, quia oīa quæ fecit Deus erant valde bona, secundum naturas suas. Gen. 1. Hoc idē probat beatus Aug. 2. de Trinitate. ca. 17. & 18. ubi disputat hanc materiā. Vnde volens concordare illa duo quæ videntur adinuicem cōtradicere primo dicit ꝙ Moyses loquebatur deo, & Deus Moysi, facie ad faciem, sicut solet loqui amicus ad amicum. Et postea in eodem. ca. 33. quando Moyses petebat, ut Deus ostenderet sibi faciem & gloriam suam. Respon-
B dit Deus, facie meam uidere nō poteris &c. Ista duo quæ uidentur contradicere concordat Augu. distinguendo de facie Dei, quia ibi facies Dei sumitur æquiuocè, nam primo, qñ dicitur ꝙ Deus loquebatur Moysi facie ad faciem, ibi per faciē Dei intelligitur ille angelus per quē Deus loquebat familiariter ipsi Moysi, & p quē notificabat ipsi uoluntatē & secreta sua. Nā in scriptura p faciē notitia de signat, ſm Gregorium sup Ezech. Vnde qa oēs Angeli sunt nuncii & ministri Dei, ideo sicut Gabriel dicit̄ fortitudo Dei, eo ꝙ annū ciauit fortitudinem dei ipsi Danieli, & Rafael dicitur medicina Dei, eo ꝙ tulit medici nam ipsi Thobiæ, ita ille Angelus qui familiariter notificabat secreta Dei ipsi Moysi, dicebatur facies Dei, & sic Deus dicebatur loqui facie ad faciem ipsi Moysi, per ipsum an-
C gelum. Et ita Apost. ad Hebræ. 1. dicit ꝙ lex data est Moysi per Angelos. Et beatus Stefanus Act. 6. dicit ꝙ Angelus Dei loquebatur Moysi per substantiam mediam, & hoc idem dicit Rabbi Moyses, & omnes Hebræi. Sed postea qñ Deus dixit Moysi in eodem ca. Faciem meam uidere nō ppteris, tunc ibi per faciem intelligitur ipsa diuina essentia in sua gloria, cuius uisio fuit negata ipsi Moysi, vt ibi inquit Augu. Et sic determinat Aug. ibidem. l. secundo de Trinitate. cap. 18. ꝙ Moyses nō uidit deum per essentiam. Sed quid dicendum est ad eundem Augustinum q. 12. super Gen. ad literam, & in libello de uidendo Deum ad Paulinam, per longam disputationem & inquisitionem uidetur determinare quòd Moyses & etiam Paulus uidit Deū p essentiā? Et mouetur Aug. per hoc ꝙ deus D
dixit de Moyse. Numeri. 12. Palā loquar ei, & non per enigmata & figuras uidit deum, & sic dicit Aug. ꝙ uidit Deū in essentia sua. Ex quibus uidetur Augustinum cōtradicere sibiipsi. Ad hoc autem dicunt quidam quòd Augustinus in libro super Gen. & ad Paulinam non loquitur determinatiuè de ista materia, sed disputatiue, sed in 3. de Trinita. loquitur determinatiuè ꝙ Moyses non uidit Deum per essentiam. Sed hoc nō uidet satis facere: nam ibi super Gen. manifestè ꝓbat Augu. ꝙ non solum Moyses doctor Iudæorum, sed nec etiam Paulus doctor christiano tū uidit deu per essentiā, & ideo ne tantus doctor uideatur manere in cōtradictione, est dicendū, ꝙ sicut Exo. 33. æquiuocatur de facie Dei: ita Augustinus æquiuocat de uisione di-
E uinæ essentiæ. Nā de diuina essentia duplex uisio pōt haberi, scḋm ꝙ deus duobus modis pōt ostendere suam essentiam. Vno modo à priori per lumen gloriæ beatificū, scḋm ꝙ beati primo p lumē gloriæ uidēt diuinā essētiā uisione matutina, & ex inde uidēt in uerbo idealiter oīa creta, quia oīa apparent in illo uerbo diuino, tanquā in arce & sua cā, & sic uident beati qualiter Deus est principiū oīum in genere causæ formalis & efficiētis & malis, & talis uisio procedens a Deo ad creaturas, dicitur essentialiter essentialis. Aliā uisionē pōt Deus cōicare alicui de sua essentia à posteriori, ꝓcedendo, puta à creaturis usq; ad diuinā essentiā inclusiue. Exēpli gratia, nā punctus existens in medio circuli, inuisibilis est de se oculo corporali, sed si trahantur lineę puncto centrico ad circumferentiā, tūc
F ille punctus fiet uisibilis in quantū est principium omniū illarū linearū. Et sic oculus p lineam uenit ad uisionē puncti, inquātum est principiū eius. Ita pariter est dicendū de sole qui est oculo nostro quasi inuisibilis pp sui excellentiā, sed sequēdo radios eius peruenimus ad uisionē eius, inquātū est fons & principium oīum radiorum. Ita ergo pariter cum oēs creaturæ emanēt à uerbo diuino, sicut radii & lumē à sole, & sicut lineæ à puncto centrico, ut inquit Dion, iō Deus pōt cōicare alicui uiatori eleuādo eius intellectū p lumē supnaturale, ut ꝓcedēdo p creaturas, pueniat usq; ad uisionē realē diuinæ essētiæ, inquātū ab ea oēs creaturæ emanant realiter sicut lumē à sole, nā ficut linea emanat realiter à punc-
to, absq; hoc ꝙ cōponat̄ ex punctis, & radii

emanant

A emanant realiter à sole absq; hoc ꝙ trahant eius substantiā, ita creaturæ realiter emanāt a uerbo, absq; hoc ꝙ sint de eius substantia, nā sicut sol cōicat suā similitudinē ptotū diafanū, nō cōicando substantiā, ita deus cōicat similitudines suarū perfectionū & idearum creaturis, absq; cōicatione suæ substātiæ, vt clarius videbitur: deus ergo isto mō potuit cōicare ipsi Moysi talē visionē suę essentię à posteriori, inquatū est principiū & fons omniū creaturarū, & inquantū ex tpe per creationē ab eo procedūt & emanāt. Quæ quidē visio licet dicatur essentialis, in quantum attingit diuinam essentiā per illapsum & lumen supernaturale, & per raptū ab oībus sensibus per modū terminātis, tñ nō dicetur essentialiter essentialis, sicut illā uisio beatifica & glorioſa quā beati habent per modum
B mouentis per lumen gloriæ à priori, & per modum permanentis. Sed talis visio fuit ēt multum inferior visione quam habuit Paulus in raptu. ut patebit psal. 67. Sed ꝙ fuerit quasi necessarium Moysen assecutum fuisse talem visionem diuinæ essentiæ, pōt probabiliter deduci: nam Deus cōicauit cuicunque profetæ donum profetiæ, & scięti̇am, & virtutem ſm exigētiam suæ legationis. Sed quia tunc totus mundus laborabat in idolatria & cultu multorum deorum, & in fędis superstitionibus, & totus mundus putabat mundum fuisse ab æterno, ideo Deus misit Moysem ad docendū & prædicandū vnū tātum esse deum substātialiter & essentialiter, & esse principium omnium rerū à quo ꝓcesserunt ex tpe oīa per creationē, & quomodo
C deus oīa gubernat ſm suā prouidentiam. Et misit ēt illū ad educendū populū de illa captiuitate: & introducēdū ipsum in terrā promissionis, prout promiserat Abrahę, Isaac & Iacob, & vt doceret illū populū colere vnū deū solū creatorē, & separaret ipsum ab omni falsa superstitione. Ad quā legationē pficiendā tria erāt necessaria ipsi Moysi. primo clara notitia essentialis de substantia unius Dei, secūdo notitia emanationis creaturarū ab uno principio, vt prædicaret unū deū solū creatorē oīum rerum esse colendū & adorandū, & oēm superstitionē esse falsam. tertio erat sibi necessaria uirtus faciendi miracula, vt populus crederet ipsum à Deo missū, & Farao ex timore tātorū miraculorū & portēntorū dimitteret populum. Et hæc fuit
eā quare deus voluit cōicare Moysi visionē huius diuinæ essentiæ, & virtutem faciendi D
miracula, & modū creationis mundi. Hęc āt visio nō fuit dicta essentialiter essentialis, eo ꝙ nō fuit per gloriam, sed à posteriori ascendendo per creaturas vsq; ad attingentiā diuinæ essentię, & ideo nō dicit̄ simpliciter essentialis, in qua quidē visione diuina essentia potius se habet per modū terminātis ad intellectū: q̄ per modū mouētis, Et hoc pōt haberi ex textu ibidem Exod. 33. qñ deus dixit Moysi. Ego ostendā tibi omne bonum. i. unde ꝓcedunt oīa bona creata. Itē qñ dixit, posteriora mea uidebis, faciem aūt meā non videbis. i. ostendā tibi visionē essentiæ à posteriori ꝙ creaturas, inquantū emanant ab vno principio, sed non ostendā tibi essentiā meā à priori. i. lumen gloriæ, qualem visionē habēt beati. Et sic rōne huius visionis dicit̄ Nu-
meri. 12. ꝙ Moyses uidit deum palam, nō p E
ænigmata nec per figuras i. vidit deum realiter, non per imaginarias visiones, sicut Esaias & Hieremias, sed peruenit per creaturas usque ad diuinā essentiam à qua realiter emanāt. Sed ratione primæ visionis à priori essentialiter essentialis ꝓ gloriā dicit̄ Exo. 33. Faciem meam videre non poteris. Ita ergo pariter Augu. 2. de Trinita ca. 18. asserit Moysen non uidisse deum per essentiam per visionē à priori, sed. 12. super Gen. & ad Paulinā asserit Moysem deum uidisse per essentiā à posteriori secundum exigentiam suæ legationis, quia Moyses non habebat manifestare mundo gloriam beatorum. sed esse tantū vnum creatorem, & omnium conseruatorē & gubernatorem, cui soli adoratio & cultus latriæ debebatur. Et sic patet qūo vidit deū
per essentiam, & quomodo nō, & quomodo F
fuit ipsi necessaria virtus faciendi miracula. Quando aūt Moyses vidit Deum per essentiam nescitur, sed creditur ꝙ in secundo ascēsu in montem. Exo. 34. Sed nunc restat uidēdum utrū dato ꝙ Moyses uiderit Deum seu Dominum (idem enim est in hac rē Deus & Dominus) per essentiā modo prędicto, & habuerit virtutem faciendi miracula, an ipse propter hoc dicatur maior profeta quā Dauid. Ad quod dicendum, ꝙ ista stant simul, .s. quòd Moyses uiderit Deum perfectius q̄ Dauid, & habuerit virtutem faciendi miracula, & tamen ꝙ Dauid fuerit excellentior profeta quàm Moyses, quia aliud est esse uidentem, & aliud esse profetā, quia omnis ꝓfeta est uidens, sed non econtrario, nam dic-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctum est, q̃ profeta proprie dictus est ille qui ex diuina reuelatione dixit futura mysteria de Christo & ecclesia. vnde stat multũ bene q̃ Moyses uiderit diuinam essentiam eo mõ quo dictum est: tñ in tali uisione nõ est necesse q̃ viderit futura mysteria de Xp̃o & ecclesia: sed tñ uidit substantialiter & essentialiter quomodo Deus erat unus, & quomodo omnes creaturæ emanabant ab eo, tanquam à primo principio formali. Et sic tñ uidit ea quæ pertinebant ad suã legationem. Et in tali uisione nõ est inconueniens q̃ Moyses fuerit dignior q̃ Dauid, quia ut sic Moyses nõ dictus est ꝓpheta in illa uisione, sed postea Moyses præuidit multa futura de illo populo, & ẽt de Christo p imaginarias uisiones, & p doctrinã angelicam, ut patebit in expositione illius cantici qd incipit Cantemus dño: & in
B illo altero. s. Audite cœli quæ loquor, sed in tali uisione profetica præuidit illa Dauid & abundantius & distinctius quàm Moyses & cæteri: vt dictum est. Et sic Dauid dicitur eximius & excellentissimus omnium profetarũ ẽm omnes catolicos, ut dictum est. unde sicut Moysi data est uisio secundum exigẽtiã suæ legationis, ita pariter ipsi Dauid: nam articulus unius Dei, & articulus creationis erat iam creditus in populo Israel, ideo non fuit necesse ut Dauid haberet uisionem de illis sicut habuit Moyses, sed quia Dauid fuit missus ad liberandum populum Israel de manu Filistinorum, & ad ampliãdum diuinum cultum & ad præparandum materiam pro templo ædificando, quæ omnia erant figura corporis Christi & præsentis ecclesiæ. Et iõ fuit necesse ut profeticè præuideret omnia
C mysteria de Christo & ecclesia figurata per illud templum, & per cerimonias diuini cultus, vt faceret psalmos appropriatos, in quibus prædicerẽtur profeticè diuina mysteria Xp̃i. quia fuit missus ad prædicendum & ꝓsentandum omnia mysteria nostræ redemptionis. Et iõ fuit sibi cõcessum excellẽtissimum lumen profeticum ad interpretãdum totam sacram scripturam, & omnia gesta sua, & omnes promissiones & descriptionem templi q̃dificandi: ut de mysteriis Christi & ecclesiæ in illis quatuor obiectis figuratis conderet psalmos, sed non fuit necesse ipsum habere virtutem faciendi miracula, quia hoc non exigebat sua legatio, Sed quia sua legatio exigebat donum profetiæ ad interpretanda illa quattuor obiecta, ideo datum fuit ipsi donum proferiæ ſuper omnes alios ꝓphetas D per quod lumen & donum proferiæ confecit. 150. psalmos, q ꝓphetice cantabant, in quibus clare & distincte prædixit illa decem mysteria. & decem cordas psalterii euangelici. s. mysterũ Trinitatis, & incarnationis, & prædicationis, & passionis, & resurrectionis, & ascẽsionis Christi. Et in hoc excessit & supera uit Moysem & oẽs alios profetas. Et ideo ab omnibus doctoribus, & à tota ecclesia prædicatur eximius profetarum. Sed contra totum fundamentum arguitur, & videtur q̃ Dauid nunquàm fuit interpres: nam ſm Hiero. ad Desiderium in ꝓlogo super Pẽratheucum, Aliud est esse uatem, & aliud interpretẽ, nã ibi spũs futura ꝓdicit, hic aũt. s. interpres uerborũ copia eruditus, ea quę intelligit transfert. si Dauid fuit ꝓpheta, ergo non interpres. Itẽ si Dauid interpretatus est totam legẽ, & E omnia gesta sua, & ꝓmissiones, & descriptionẽ templi sibi traditã: ergo nõ fuerunt necessarii apli, & sancti doctores ad interpretandas scripturas uet. test. Ad primum est dicendũ q̃ duplex interpretario, una dicit ex una lingua in aliã facta traductio, & ista dicit interpretacio linguarum. Altera dicit alicuius obscuri & enigmatici sermonis facta declaratio, & ista dicitur interpretatio sermonum. Primo modo dicit Hiero. q̃ aliud est esse interpretem, & aliud Vatem. sed sẽdo mõ non solũ apostoli & doctores & oẽs glossatores sed etiam oẽs profetę dñr interpretes. eo q̃ a intellexerunt, & interpretati sunt in lumine profetico enigmaticas uisiones, & obscura mysteria sacræ scripturę. Et isto modo etiã angeli dñr interpretes inter deum & homines. Christus dicitur medius interpres inter F Deum patrẽ & ecclesiã. quia quęcunq; audiuit à patre, nota fecit nobis. Ioan. 15. Et sic angelus Gabriel interpretatus est Danieli mysteriũ 70. hebdomadarum. Et sic nõ solũ Dauid sed ẽt Daniel vocatur interpres, eo q̃ interpretatus est verba Hieremiæ de 70. annis captiuitatis Babylonicę. ẽt quia interpretatus est somnia Nabucodonosor, & ipsius Balthazar, & somnia sua propria: ut patet p totũ discursum Danielis. Et sic ẽt Virg. in 6. appellat Sibyllam uatem & interpretem, eo q̃ interpretabat responsa Appollinis, cũ dicit. Magnam cui mentẽ animumq; Delius ispirat uates aperitq; futura. Et sic patet Dauid fuisse interpretẽ ꝓphetici sacrę scripturæ. Ad ſm dicit q̃ tã Dauid & oẽs profetæ, q̃ apostoli

A postoli dicuntur interpretes, sed aliter & aliter, & altero & altero lumine. nã Dauid & profetæ interpretati sunt scripturam & illas ænigmaticas uisiões profeticè de futuro: sed apostoli & doct. interpretati sunt easdẽ esse iã in Christo cõpletas de ꝓterito, & hoc in lumine euãgelico. Et ideo interpretatio apostol. & doct. fuit multũ perfectior & distinctior & manifestior, q̃a fuit simul annũciatio veritatis & interpretatio: vt patet p totũ discursum euãgelicũ, & actuũ apostol. Ex supradictis patet, Dauid fuisse verũ interpretẽ & eximiũ profetarũ omniũ. Et hęc sint dicta de tota qstione in toto secũdo tractatu intẽtata. Sed restat nũc respõdẽdũ ad argumẽta facta in principio qstionis. Ad primũ. quãdo dicit Iudęi, q̃ Dauid nõ est profeta eo q̃ nõ fuit missus à Deo ad aliquẽ regẽ nec popu-
B lũ: sicut Moyses & cæteri profetæ. Respõdetur q̃ hoc est falsum: imo fuit electus & missus à Deo ad regẽdã & liberãdũ & ampliandũ illũ populũ & regnũ, & patscendũ ipsum. vt patet. 1. Reg. 16 & 2. Reg. v. cui dixit dominus. Tu pasces populũ Israel, & eris dux super Israel. Item c. 7. Ego te tuli de pascuis sequẽtem gregẽ: ut esses dux super populũ meũ Israel. Itẽ misit eũ ad ampliandũ & ordinandũ diuinũ cultũ, & tradidit ei exẽplar & descriptionẽ templi, & dedit ei lumẽ profeticũ, vt intelligeret oia q̃ erant figurata in exẽplari: vt ex illis mysteriis profeticis posset condere psal. Ad ſm est dicendũ q̃ licet promissio ęternitatis regni Dauid fuerit primo reuelata ipsi Nathã, vt ipsãm manifestaret ipsi Dauid, tamen melius intellexit Dauid illã promissionẽ p successum tpis in lu-
C mine ꝓphetico, q̃ia in Nathã. in. Nathã intellexit in principio illã promissionẽ de regno tpali & de Salomone: sed Dauid in lumine profetico intellexit postea ipsam de Christo & eius regno æterno. Ad tertium dicendũ q̃ beatus Hier. in prologo allegato recitat solũ diuisionem, quã docto. Hebræorum siti tpis fecerunt de sacra scriptura. Et sic scdm opinionem eorum ponit Dauid inter agiographa. sed postea in libris scriptis suis appellat Dauid eximium profetam, secundũ opinionem suam & totius ecclesiæ. Ad quartum dicitur: quòd licet Dauid non uiderit Deũ p essentiã, nec fecerit miracula sicut Moyses: tamen fuit maior profeta inquantum clarius intellexit mysteria sacrę scripturę in lumine profetico quàm Moyses. quia Moyses in illa momentanea visione non fuit profeta D de futuro, sed sõlum vidit vnitatẽ substãtialem vnius Dei, & emanationem omniũ creaturarum ab illo principio: quæ quidem visio data fuit sibi vt scriberet creationem mũdi, & vnitatẽ vnius Dei, cum certitudine ad annunciãdum illi populo, & per eandẽ rationem data est sibi uirtus faciẽdi miracula, vt Farao dimitteret illum populũ, & populus crederet Moysem fuisse missum à Deo, vt dictũ est, vnde in his Moyses fuit maior quam Dauid vt dictum est, sed hoc accidit profetę q̃ faciat miracula, & uideat Deum per essentiam: sed proprium cuiq; profetæ est vt ꝓuideat futura mysteria de Christo & ecclesia in lumine profetico, & in hoc Dauid superexcessit Moysem & oẽs profetas, q̃a magis clarè & distinctè prædixit mysterium incar- E
nationis, & omnia mysteria nostræ redemptionis quàm Moyses & cęteri profetæ. intãtũ q̃ in quibusdã psalmis magis videtur texere historiam quàm profetiam, & magis videtur euangelista quàm profeta, vt patebit exponendo psalmos. Ex maximè in psalmo 21. & 69. & 71. Et hæc de secundo tractatu.

Tractatus Tertius.

QVantum ad tertium tractatum de intelligentia profetiæ Dauid, erũt duo capitula. Nã in primo ꝓmittentur quædam principia sine quibus nulla pars sacræ scripturæ potest intelligi. In secũdo assignabuntur decem regulæ, q̃ magnam partem conferunt ad exponendum totam sacram scripturam utriusque testamenti. F
Quantum ergo ad primum est primo notãdum, q̃ post quã tota sacra scriptura ueteris testamẽti dicitur propositio siue propositiones q̃ aperiuntur in hoc libro. ex quibus inferuntur cõclusiones profeticæ de Christo & ecclesia, et etiam morales et anagogicæ, vt dictum est. Et q̃libet scientia habet sua propria principia, quæ dicuntur communes animi conceptiones, per q̃ principia probantur, & ad q̃ reducuntur omnia probata in illa scientia, et in quorum uirtute eliciuntur omnes conclusiones illius scientiæ, vt patet primo Posteriorum. Ideo in scientia huius libri psalmorum, et etiam in tota teologia viatoris, quæ est tota sacra scriptura, sunt assignanda aliqua formalia principia, ex quibus dependet tota notitia et scientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tia huius libri & totius scripturæ, eo quòd tota sacra scriptura cõtinetur in hoc libro spalmorum: vt dictum est & magis patebit. Quibus principiis ignoratis impossibile est intelligere ea quæ continẽtur in hoc libro, & quibus notis noscuntur omnia in hoc libro contenta: & ideo dicuntur principia intelligendi sacram scripturam. Item est iterum aduertendum, quòd sicut in Metafisica est vnum principium communissimum omnibus scitiis, & una maxima propositio, quam necesse est quemlibet docendum habere s. de quolibet esse vel non esse, vt patet primo Posteriorum: & quarto Meta. Ita in tota teologia uiatoris est unum communissimum principiũ: quod præsupponitur in tota sacra scriptura utriusq; testamenti, & in qualibet eius
B parte. s. ꝙ tota sacra scriptura utriusq; testamẽti est ab ipso Deo tradita & reuelata, & p spiritum sanctum inspirata: & ideo nullo modo potest mentiri. Hoc primum principiũ proponit beatus Petrus in sua canonica secunda cap. i. dicens. Hoc primum intelligentes, quòd omnis profetia scripturæ propria interpretatione nõ fit. nõ enim uoluntate humana allata est aliquando profetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei omnes. Hoc idẽ cõmunissimũ principium magis declarat Apostolus Paulus ad Heb. in principio, præsupponens ipsum tanquã primũ dicens. Multifarie multisq; modis olim loquẽs Deus patribus in profetis, nouissimẽ diebus istis locutus est nobis in filio, quẽ constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. In quibus verbis asserit, ꝙ idẽ Deus qui
C locutus est patribus in profetis in ueteri testamento. ille idẽ locutus est nobis in filio, siue per filium in nouo testamento. Ex quo patet ꝙ tota scriptura utriusq; testamẽti est à Deo tradita & reuelata: & per consequens non potest mentiri nec fall. Et hoc est primũ principium & cõmunissima propositio, quã necesse est quẽlibet fidelem, & quemlibet docendũ habere in tota teologia uiatoris. Hoc idem principium præsupponit Augustinus, & docet præsupponendum in primo de doctrina Christi, enumerãs omnes libros sacri canonis, de quibus nullũ est dubium esse nobis à Deo traditos, quibus omnimodã fidem dicit esse hadhibendã in primis. Et in quibus quæritur ueritas intemerata & inconcussa: & caritas Dei & proximi, & tota salus nostra & redemptio. Secundum principiũ est, quòd in diuinis est una substantia & unum D
esse, & una essentia tribus personis diuinis relatis communicata. Et sic est unus solus Deus trinus in personis, & unus in substantia, scilicet pater & filius & spiritus sanctus: quæ multiplicatio personarum fit, quia pater ab æterno communicat filio totam substãtiam, & esse, & essentiã diuinam quam ipse habet: & hoc per æternam generationem: ambo eandem substantia communicant spiritui sancto perspirationẽ. Et sic manet unus solus Deus per unam substantiam & essentiam, & tres personæ multiplicatæ per tres relationes, & duas emanationes. Hoc principiũ docet Aug. primo de doctrina christiana, oĩ docẽdos in sacra scriptura esse psupponẽdũ. Vnde quia Arriani carebant hoc principio, ideo inciderunt in nefandam blasfemiam, legendo sacras scripturas, separantes diuinas personas in substantia. Ideo dicit Aug. E
3 de doctrina christiana, quòd necesse est nobis præsupponere fidem trinitatis, ad intelligendas sacras scripturas noui ac ueteris testamenti. Tertium principium est ꝙ uerbum diuinũ qui est filius patris, secunda persona in trinitate, assumpsit uerã carnem humanam ex Virgine Maria, simul cum anima rationali ibidẽ creata, & per consequẽs assumpsit uerã humanitatẽ in unitate suppositi, I qua pro nobis posset pati, ita ꝙ Christus est uerus Deus & homo, constans ex duabus integris naturis in una persona. Et sic de Christo uerificantur quæ sunt dei, & quæ sunt hominis. Nam ista est uera. iste huomo creauit mundũ, Et ista: Deus passus est, demostrãdo Christũ. Et sic est uerũ F
ꝙ istæ homo dedit legẽ Moysi, & eduxit populũ de Egypto, ut patet in canonica Iudæ. c. unico, & hoc ratione unitatis psonæ, quia cadẽ est persona. Quartũ principiũ: ꝙ sicut uerbũ diuinum assumpsit illam carnẽ & humanam naturã in unitate personæ, ut in illa pateretur, quæ quidem persona dicit unus Christus, Deus & homo. Ita pariter ille Christus assumpsit & uniuit & desponsauit sibi totam ecclesiã, & unitatem fidelium in unitatem corporis mystici, ut pro illa pateretur: ita ꝙ Christus & ecclesia dicitur unus homo mysticus, & unus Christus mistycus, cuius caput est Christus uerus, & corpus sue membra dicitur tota ecclesia fideliũ. quæ per fidẽ & baptismum est isti capiti unita & desponsata: et sic Christus dicitur sponsus &

caput

A caput ecclesiæ. Vnde est aduertendum, ꝙ duo homines sunt capita et principia totius generis humani: unus, s. primus Adam fuit causa omnis peccati et miseriæ et omnis mali, et alter. s. Christus fuit causa omnis boni et omnis gratię. Nã sicut ille ex illo peccato omnes interfecit, et venumdedit, et captiui tari, et morti, et miserię subiecit, ita Christus ex suis meritis omnes à prędictis malis liberauit. Itaq; sicut primus homo fuit destructor et dissipator totius generis humani ꝙ suum peccatum et inobedientiam, ita Christus propter suã obedientiã, et meritũ, fuit liberator, et redemptor. et restaurator totius generis humani. Nec ab alio potuit genus humanum liberari, nisi à solo Xpo mediatore Dei et hominum. Item sicut Xps
B est caput totius ecclesię et corporis mystici, à quo formaliter descendunt omnia genera gratiarum et meritorum, in omnia membra sua, ita est subiectum pœnarum, et punitionis, et iustificationis oĩum nostrorum peccatorum, quia dñs posuit in eo iniquitates omniam nostrum: et languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit, quo ad pœnam. Esa. 53. inquantum in eo fuerunt punita omnia peccata nostra, et in eo fuimus omnes consepulti, et crucifixi, et mortui, ad Ro. 6. Immo Deus pater fecit ipsum Christum pro nobis peccatum. i. sacrificium pro peccato 2. ad Cor. 5. et sic patet ꝙ Christus non solum est caput nostrum, quo ad viuificanda, et mouenda sua membra per gratiam et merita, sed est subiectum nostrorum omnium peccatorum, quò ad punitio-
C nem et pœnam et iustificationem. Et isto modo Christus omnia peccata nostra dicit esse sua in multis psalmis: et hoc quò ad pœnam, vt in procedendo patebit. Nam non solum post peccatum Adæ, sed ab ęterno Deus pater proposuit, non per alium, sed solis meritis passionis, et oratione Christi filii sui, genus humanũ restaurari, vt quod Adam pdidit, Christus recuperaret. Hanc propositionẽ et principium probat Apostolus per totũ discursum ad Rom. vnde dicit ꝙ omnes in Adam peccauerunt, et egent gratia Dei: et ꝙ non potest nobis à patre gratia ꝓuenire nisi p Christum, quem pręposuit ꝓpitiatorem pro omnibus et mediatorem. Et primæ ad Cor. 15. dicit: ꝙ sicut in Adã omnes moriunt, ita et in Christo oẽs viuificabunt: et sic peccatũ Adę fuit causa aduentus Xpi D
in carnem. Quintum principium est: ꝙ Xps est finis et ueritas legis ad iustitiã oi credenti, ad Rom. x. Et p cõsequens lex nihil aliud est nisi via in Christũ. Item lex nihil aliud est nisi signum ueritatis cõplendę in Christo: quia tota lex et ꝓfetæ fuit verificata in Christo, et p cõsequens, sicut Christus fuit finis, ita fuit veritas legis qa lex p Moysem data est, gratia autem et veritas p Christũ facta est. Io. 1. Ad cuius intellectum est notandum scdm Aug. in libello: cur deus homo, ꝙ postquã deus decreuit à principio homine ꝓditum nõ redimere, nec liberare nisi p Xpm filium su ũ, deum et hoĩem, tõ illicò eiiciens ipsum de illa terrestri paradiso, dedit ipsi legem naturę p quã tẽderet in Xpm redemptorẽ suum de virgine nasciturũ. Et
B hoc fecit deus vt Adã nõ pp instantẽ miseriã desperaret, sed pp Xpm sibi de sua carne E
ꝓmissum, iã de suo, suę q; posteritatis remedio de longinquo gauderet. Et sic ab Adam, et sua posteritate fidelium, semp dñi presto labaĩ aduentus. Vnde dicit ꝙ Deus Adã ex ciue fecit peregrinum, mittens ipsum cũ tota sua posteritate ad Xpm, vt ab eo redimeretur. Sed ista lex continue accepit aliquã ꝓfectionem et augmentũ ad maiorẽ eius explicationẽ: vt patet p totũ discursum vet. test. Nã in Noe cepit quędã sacrificia et ꝓcepta. Et in Abrahã cepit circuncisionẽ. Et in Moyse pręcepta moralia, et cerimonialia, et iudicialia. Ex quo patet ꝙ lex vetus nihil aliud fuit, nisi via in Xpm tãquã in terminum et finem: in quo ꝓfecit cursum et officiũ suũ, et nihil aliud fuit nisi signũ veritatis cõpletę in Xpo. Item secundo patet, ꝙ lex vetus
C non erat gratia sui, sed gratia Xpi futuri cuius erat via. Probaĩ, nã via et cursus nõ agitẽ gratia sui, sed gratia termini et finis ad quẽ tendit: quia signum nõ est gratia sui, sed gratia significatę veritatis. Tertio sequit ꝙ tota lex et quelibet pars sui est principaliter intelligenda et glossanda de Xpo et ecclesia. Probaĩ, qa tota lex vetus, et quelibet pars sui erat signũ et figura et ꝓnunciatio de Xpo et ecclesia, vt inquit Aug. cõtra Faustum. et lib. de Cathecizandis rudibus, ergo principaliter est intelligenda de Xpo et ecclesia cuius erat via, et cuius erat signũ, et figura et officium. Quarto sequit, ꝙ oẽs patres et fideles vet. test. tendebãt in Christũ: vt in eo acciperent repromissiones, et p cõsequẽs magis saluati sunt p fidem Christi, quã p ope-

ra

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ra legis, quia non exercebant opera legis nisi
protestãdo fidẽ Christi futuri. Secũdo est no-
tãdũ, ꝙ sicut Deus remisit Adã & oẽs fideles
vet. test. ad Christum, vt ab eo redimerentur
in primo aduentu, ita Christus remisit suos
ad secundũ aduentum, vt ab eodem glorifica
rentur. Nã sicut per primum aduentũ pro-
missa est fidelibus per Christum redemptio,
ita nobis iã redemptis promissa est per eundẽ
Christum in secundo aduentu gloria & bea-
tificatio. iam.n. redempti tendimus in Chri-
stum vt glorificemur, expectamus.n. eum à
nuptiis reuersurum, vt patet per totum di-
scursum euangelicũ. Ex quo patet ꝙ vtraq;
lex est via in Christum, & Christus est finis
vtriusq; legis. s. vet. vt redemptor, & no. le. ut
B glorificator & beatificator, & sic utraque lex
est de Christo. Ideo dicit Cassiodorus, & Hu
go, ꝙ Christus vt Christus, est obiectum, &
subiectũ totius nostræ teologiæ & sacrę scri-
pturæ. vnde dicit Aug. super Ioãnem, ꝙ qui
in tota sacra scriptura & in qualibet eius par
te nõ intelligit Christũ, nihil intelligit. Sex-
tũ principium est, ꝙ Christus deus & homo
nõ solũ est caput & sponsus ecclesię, & finis
vtriusque legis, sed etiam est mediator dei &
hominum, primæ Timo. 2. Et ratio est. Nam
postquã Christus tenet mediũ inter Deũ &
hoies in quantũ hõ, oportet ẽt ꝙ sit mediator
in omnibus. Nã licet inquantũ Deus sit ęqua
lis patri, tñ est minor secundũ humanitatẽ.
Et inquãtum homo est maior & melior omni
homine, tũ ratione naturalis excellentiæ &
vnionis ad verbũ, tũ quia inter oẽs mortuos
liber in natura & in persona, tũ quia plenus
C gratiæ & veritatis. Ex quo patet ꝙ tenet me-
diũ inter deũ & hoies, & ꝙ cõsequẽs in oibus
debet esse medius. Ad cuius euidentiã est no
tandũ, ꝙ Christus septẽ modis est mediator
& mediũ inter deum & hoies. Nã primo me-
dius est propitiator, & interessor, & recõci-
liator inter nos & partẽ. ad Rom. 3. & 5. Secũ
do est medius fideiussor, quia pro omnibus
soluit peccatũ, & se obtulit hostiã Deo placẽ
tẽ. Ad Ro. 12. Tertio fuit medius interpres,
quia nobis interpretatus est totã legẽ & pro-
fetas sicut ꝓmissum fuerat Moysi. Deut. 18.
Profetã suscitabo de medio fratrum tuorum
similẽ tui. & ponã verba mea in ore eius, lo-
queturq; ad eos quęcunq; dixero tibi, & hoc
impleuit Christus Mat. 5. exponẽdo legem.
Item Lucę 24. incipiens à Moyse & profetis
interpretabat duobus discipulis omnia quæ
de ipso scripta erant. Vnde Ioannes vidit D
Apoc. 5. librũ scriptum intus & foris, & sigil-
latũ septem sigillis, quem nemo fuit dignus
aperire, nec soluere septem signacula eius, ni
si solus agnus qui occisus est, ille. n accepit
librũ de dextera sedentis, & soluit signacula
eius ut patet ibidẽ. Ille etiam liber, est liber
legis & profetarũ scriptus foris, secundũ sen-
sum literalem, & scripturis intus. secundum
sensum spiritualẽ profeticum, cõtinens sub
septem sigillis septem mysteria profundissi-
ma de Christo & ecclesia. s. mysterium incar
nationis, & prædicationis, & passionis, & re-
surrectionis, spiritussancti misionis. & gen-
tilium cõuersionis, & vltimę glorificationis.
Hæc septem mysteria in lege veteri clausa,
solus Christus nobis reserauit. Et ideo dixit B
Io. 17. Pater manifestaui nomẽ tuũ hominibus. Itẽ huius libri, & maximè libri psalmo-
rum, in quo tota sacra scriptura continẽt so-
lus Christus habet clauẽ Dauid, qui aperit
& nemo claudit, claudit & nemo aperit. Apo
ca. 2. Ex quo patet ꝙ solus Christus fuit ve-
rus interpres legis inter nos & patrẽ. Quarto
Christus dicitẽ medius dispẽsator & ꝓcura-
tor & distributor bonorũ patris, nã ipse di-
stribuit bona gratiarũ et sacramẽtorũ, et fina
liter bona gloriæ, vt patet Matt. 20, nã pater
dicet Christo ꝓcuratori & dispensatori suo:
Voca operarios, & redde illis mercedẽ de de-
nario diurno. Quinto dicitẽ medius ductor,
quia nemo venit ad patrẽ, nisi per Christum
Ioan. 14. nec põt introire ouile ouium, nisi ꝙ
Christũ, qui est ostium ouilis. Ioan. 10. quia
quos pater ab æterno ꝓdestinauit, hos Chri- F
stus ex tempore uocauit & iustificauit. ad
Ro. 8. Sexto Christus est medius iudex inter
Deũ & hominẽ, nã pater non iudicat quem-
quam. sed omne iudiciũ dedit filio Christo,
quia filius hominis est. Ioan. 5. Septimo Chri
stus est medius beatificator & glorificator, et
ratio est. Nam sicut est medius dispensator,
dator gratiarum, ita est medius dator præ-
miorum: Item sicut deus per Christum voca
uit, & iustificauit, quos ipse ab æterno præde
stinauit, ita oportet vt per Christum iusti-
ficatos glorificet, & beatificet, et magnificet.
Ex quibus omnibus patet quòd Christus
in omnibus est mediator Dei, & hominum,
quia est medius intercessor, & fideiussor, &
interpretator, & dispensator, & ductor, &
iudex & beatificator. quod est sextum ge-
nerale principium, quod necesse est quemli-
bet

A bet docẽdum habere in theologia, sine quo
sacra scriptura nullo modo bene potest in-
telligi. Septimum principium est, quòd si-
cut Christus est caput ecclesię, & omniũ fi-
delium, à quo deriuatur omnis virtus, & gra
tia in omnia membra eius, ita diabolus est
caput & principium omnium malorũ & om
nium infidelium, & obstinatorum, & perfi-
dorum hominum, & omnes infideles & ob-
stinati sunt membra diaboli, à quo prouenit
eis psuasiuè omnis iniquitas & malitia. Vn-
de sicut ex Christo & ecclesia fidelium con-
stituitur vnum corpus mysticum, tanquàm
ex capite & membris iustorum, ita ex dia-
bolo & ecclesia siue synagoga satanæ, & ob-
stinatorum, componitur vnum corpus dia-
bolicum. Et sic quandoque diabolus dicitur
B homo. Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit,
& malus homo etiã dicitur Diabolus. Io. 6.
Vnus uestrum diabolus est. Quia etiam cõ-
municantur in eis idiomata sicut in corpore
Christi mystico. Et etiam mali homines di-
cuntur filii diaboli. Ioan. 8. Vos ex patre
diabolo estis.

Secundum Capitulum.

QVantum ad secundum capitulum
huius tertii tractatus est aduerten-
dum, quòd sicut liber sacræ scri-
pturæ vet. test. dicit ꝓpositio, siue ꝓpositio-
nes, ex quibus eliciuntur & inferuntur con-
clusiones euangelicę, vt dictum est in primo
tractatu, ita pariter dicit liber scriptus in-
C tus & foris signatus septem sigillis, sub qui-
bus latent & clauduntur septem principalia
mysteria euangelica noui testamenti, scripta
intus, idest sub istis septem sigillis. s. myste-
rium trinitatis, incarnationis, & prædicatio-
nis Christi, & passionis, et resurrectionis, &
legis euangelicę publicationis, & vltimi iu-
dicii, & nostrę glorificationis. Hęc enim my
steria erant sigillata in veteri testamẽto sub
signis, et figuris, et vaticiniis in libro legis,
scripto intus, & foris, & maximè latebant in
libro psalmorum, in quo tota lex & profetæ
continẽtur, quem librum nemo fuit dignus
aperire, nec soluere septem signacula eius ni
si solus Christus agnus, qui occisus est, vt pa
ret Apoc. 5. eo quod ipse solus Christus ha-
bet clauem Dauid, qui aperit et nemo clau-
dit, & claudit et nemo aperit. Apocalypsis 2.
quam quidem clauem Christus communi-
cauit apostolis et discipulis in die Penteco- D
stes, conferendo dona spiritussancti, & com-
municauit beato etiam Augustino, et cæte-
ris sacris doctoribus ad aperienda mysteria
sacræ scripturæ. Et ideo sicut fuerunt neces-
sária septem principia assignata in primo ca
pitulo huius tractatus, ad probandas propo
sitiones sacræ scripturæ veteris testamenti,
ita pariter oportet assignari aliquas claues
ad aperiendum librum sacræ scripturæ, scri-
ptum intus & foris, et ad soluenda septem
signacula eius, et ad detegenda septem my-
steria euangelica in eo clausa. Et ideo Ticō-
nius Donatista post eius correctionem, cona
tus est assignare septem regulas, quas claues
vocauit, ad aperiendas omnes scripturas: vt
narrat Aug. 3. de doctrina christiana, quas
regulas correxit Augu. ostendens in multis
deficere, et in multis superfluere. Et ideo ex E
intentione et doctrina Aug. in libris de do-
ctrina christiana, et in plerisque locis assi-
gnabimus decem regulas, quæ maximè cõ-
ferent ad intelligendas sacras scripturas, et
maximè mysteria clausa in libro psalmo-
rum, quorum prima erit de persona et essen
tia. Secunda de Christo Deo et homine. Ter
tia de Christo capite et eius corpore mysti-
co. Quarta de natura et gratia. Quinta de spi
ritu et litera. Sexta de sensu verborũ in quo
fiunt. Septima de vnitate legis et corporis
mystici. Octaua de diabolo et eius corpore.
Nona de specie et genere, siue de toto et
parte. Decima erit de tropis et figuris gram-
maticalibus.

Prima Clauis.

F

PRima ergo regula est de essentia et per
sona. Nam cũ Deus sit trinus et vnus,
vt dictum est in secundo principio, et
vna persona distinguatur ab alia realiter, vt
inter se opponuntur, sed ut comparantur
ad diuinam essentiam, sunt una substantia,
et unus Deus: ideo opera trinitatis ab ex-
tra sunt indiuisa, quia tunc persona non
agit ut relatiua persona, sed ut Deus et es-
sentia. Et sic talia opera dicuntur essentia-
lia, quia omnes tres personæ concurrunt, pu
ta ad creandum et miserẽdum. Sed persona
cum agit ab intra comparata ad aliam, tunc
agit ut persona, et tũc distinguit ab alia: vt
generare cõuenit soli patri, et generari soli
filio, et spirare cõuenit vtriq;, spirari vero cõ

uenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uenit soli spiritui sācto. Et ideo est valde attendendum in legendis & exponēdis sacris scripturis, qñ est actus essentialis, & qñ personalis. Vnde qñ dicitur in principio Gen. In principio creauit Deus cœlum & terrā, ly Deus stat essentialiter, eo q̄ creare est actus essentialis. Et sic conuenit toti trinitati inquantum deus. Item qñ dicitur Exo. 3. Ego sum Deus Abrahā, deus Isaac ly Deus stat essentialiter. Sed qñ dicitur psal. 2. Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. ly dominus stat personaliter, quia pro persona patris tantum: eo quòd dicere & generare est actus personalis, & notio ipsius patris. Et ly ad me, stat pro persona filii, ad quam loquitur pater. Nam patrem dicere ad filium, filius meus es tu. &c. nihil aliud est, nisi patrem dicendo filium genera
B re: vt magis ibidem patebit. & per eandem rationem psal. 111. cum dicitur. Dixit dominus domino meo: ly dominus stat pro persona patris, & ly dño pro persona filii, quia opera trinitatis sunt diuisa ab intra. Itē per eandem rationem cum dicitur psal. 44. Sedes tua deus in sæculum sæculi, ly deus stat pro persona filii: propter illud quod sequitur. Propterea vnxit te deus deus tuus. Nam ly deus primo memoratus, est vocatiui casus, & ponitur pro persona filii qui est vnctus, & ly Deus in secundo loco, ponitur pro persona patris, qui est vnguens filium, & sic memoratur deus pater vngēs, & deus filius vnctus, & ipsa vnctio quæ est spiritus sanctus ab vtroq; procedēs. q.d. O deus fili, propterea deus pater tuus vnxit te in æternum. Ex quo patet quòd ly deus vtrobiq;
C stat personaliter & non essentialiter. Item Esa. 48. cum dicitur. Et nunc dominus deus meus misit me & spiritus eius. ly dñs misit, stat pro persona patris, & ly me, pro persona filii, et ly spiritus eius, pro persona spiritus sancti, & sic exprimitur totum mysterium personarum diuinarum. Item Zacar. 2. cum dicitur, Exulta filia Sion, quia ecce ego veniam, & habitabo in medio tui, et tunc cognosces quòd dominus, misit me vt prędicarem tibi: ly dominus, stat psonaliter pro persona patris mittentis: & ly me, pro persona filii missi, & sic in plerisq; locis sacrę scripturę exprimitur mysterium diuinarū personarum. Sed iudæi ceci & obstinati ignorātes, & non presupponentes supradictum secundum principium, præcipitātur in diuersas & varias & falsas expositiones. Item Ar- D
riani ignorantes supradictum principiū, diuiserunt substantiam diuinarum personarum, & ideo fidelis & prudens lector attendat tales locutiones quādo sunt essentiales, & quando personales.

Secunda Clauis.

SEcūda regula est de Christo Deo & homine, siue de forma Dei, & forma serui in Christo: Vnde cum Christus sit verus Deus & homo. s. Deus, inquantū habet naturam & formam Dei, & homo inquantum habet naturam siue formam hominis in eadem persona, ideo communicātur in eo idiomata, vt dictum est in tertio & quarto principio, & ideo debet aduertere fidelis lector, quando Christus loquitur in forma E
Dei, et quādo in forma hominis. et quando sit de eo locutio, inquantum est homo, siue inquātum Deus. Nam multa verificanē de ipso, inquantū homo tantum, vt ibi, In manus tuas domine commendo spiritū meū. Item ibi. Resuscita me & retribuam eis. psa. 40. Et sic vtrobiq; loquitur Christus in forma serui, & inquantum homo. Sed quādoq; loqnitur in forma Dei, & inquanttum deus, vt ibi. Clarifica me pater, ea claritate quam habui antequàm mundus fieret. Io. 17. Itē ibi. Exiui à patre, & veni in mūdum. Io 14. Itē. ibi. Antequàm Abrahā fieret ego sum. Io. 8. Item multa verificātur de Christo ratione vtriusq; naturæ. vt ibi. Omnia subiecisti sub pedibus eius, ps. 8. Item ibi. Sede à
dextris meis psa. 109. Vnde omnes tres mo F
dos comprehendit Apostolus ad Phil. 2. Nā cum dicit. Hoc. n. sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, hoc verificatur de Christo vt deus. Sed postea cum subdit, Humiliauit seipsum obediēs vsq; ad mortē: propter quod deus exaltauit illum, hoc verificatur de Christo inquantum homo, quia inquantum homo se humiliauit vsq; ad mortem, & inquantum homo suscitauit eū pater, et exaltauit illū. Sed totum illud quod sequitur, Dedit illi nomen quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, verificatur de Christo ratione vtriusq;, quia inquantum Deus et homo habet vniuersale dominium et principatum, et simul adoratur et glo-

A glorificatur humanitas cum diuinitate una latriæ adoratione, quia vna est persona in duabus naturis & econtra. Et sic prudenter aduertat lector tales locutiones in sacra scriptura, quādo fiunt & verificātur de Christo in forma serui. Vnde Arrius ignorās hoc principiū & hanc regulā fuit turbatus & deceptus in illa locutione Christi quando dixit. Vado ad patrem, quia pater maior me est. Io. 14. Et sic asseruit Arrius, quòd Christus nō erat cōsubstantialis patri. Vnde nescibat distinguere quomodo filius est æqualis patri ſm diuinitatem, & minor patre ſm humanitatem. Et quomodo filius loquebatur ibi in forma serui, & inquantū homo, & nō inquantum Deus. Ideo aduertat lector.

Tertia Clauis.

B TErtia regula est de Christo mystico. s. de Christo capite & eius corpore, quæ est ecclesia, quam Christus sibi vniuit per fidem in vnitate mystica, ut dictum est in quarto principio. Vnde tanta est vnio Christi ad suam ecclesiam, qua sibi vniuit p fidē & caritatē, q̄ totaliter uoluit per caritatē trāsformari in sua mēbra, in tantū q̄ cōicantur idiomata. Vnde Christus quandoq; se nominat peccatorē, & peccata mēbrorum dicit esse sua: nō q̄ ipse fuit formaliter peccator quantū ad culpā, sed quātū ad pœnā, qa pro suis mēbris peccatorib. pati voluit, & uoluit in se assumere pœnā peccatorū mēbrorū suorū, & sic peccata membrorū suorum dicit esse sua, nō quo ad culpā, sed quo ad pę
C nam, pro eis uoluit pati, ut mēbra sua à morte & pœna ppetua liberaret. Et sic est aduertendū quo fiant tales locutiones in sacra scriptura: vnde Apost. Paulus, & Aug. appellāt vnum Christum mysticū, totum aggregatū ex Christo capite, & tota societate fidelium membrorum. Et sic in toto isto corpore siue Christo mystico assignantur tres naturæ. s. vna diuina & ęterna: altera humana, psonaliter verbo ex tpe vnita: & altera peccatrix & corrupta in Adā, q̄ est Christo capiti mystičē vnita: q̄ quidem licet nō sit altera ſm speciem ab humanitate Christi, tamen est altera ſm cōditionē, qa ista libera, & im unis ab oi peccato, nō ex opere Adā traducta, illa autem in Adā corrupta & sauciata. Et ideo aduertēdum: q̄ quādoq; totus Christus mystičus introducitur ad loquendū in psalmis. Sed quādoq; loquitur ratione naturæ diuinę, q̄ est in capite: ut ibi Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Et quādoq; loquitur ratione humanæ naturæ, liberē & psonaliter assumptæ, ut ibi Dñe nō est exaltatum cor meū. & ibi. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatē tuā: & ibi. Vide si via iniquitatis in me est: quia tales locutiones non possunt uerificari, nisi de vero Christo pro humanitate psonaliter assumpta sine macula & sine peccato, de quo dicit. Solus inter mortuos liber. Sed qñq; loquit Christus in psona mēbrorum suorum, & ratione naturæ corruptę in mēbris mystičē sibi unitis, ut ibi. Lōge à salute mea uerba delictorum meorum, & ibi. Nō est sanitas in carne mea à facie peccatorū meorum: & ibi. Delicta mea à te nō sunt abscōdita. Quæ quidem peccata dicit Christus esse sua, nō quo ad culpā, sed quo ad pœnā. Igit Christus ca
put nō ibi loquit in psona sui, nec pro natura psonaliter assumpta, sed in psona mēbrorum, & pro natura eorū corrupta. Quæ q dē mēbra assumpsit Christus in unitate mystica p fidem & caritatem ut dictum est. Ideo talis caritas cogit sic loqui Christum pro mēbris suis. Et ideo prudenter aduertat fidelis lector tales locutiones in tota scriptura, maximè in lib. Psal. ubi magis frequentantur. Vnde quia ceci & obstinati Iudæi ignorant hoc principium, & hāc regulā: ideo incidunt in præcipitia irremeabilia. Nā qui hoc principio caret, impossibile est ut possit attingere intelligentiam libri Psalmorum.

Quarta clauis.

QVarta regula est de natura & gratia. Nam dictum est in quinto principio q̄ tota natura humana fuit corrupta in Adam, sicut probat Aug. in lib. de natura & gratia, & de perfectione iustitiæ hominis, et hyponostičō per omnes quatuor respōsiones, et in oibus libris quos fecit cōtra Pelagianos, in quibus disputat et probat, q̄ taliter fuit tota natura humana siue caro in Adā corrupta et sauciata fomite peccati, q̄ nullus hō ex tali natura uitiata à primis parentibus per libidinosam generationem traducta, pōt uitare peccatū, nec pōt facere bonum, nec implere diuina pcepta, nisi talis natura sic corrupta, per gratiā Xpi sanetur. Vn de dicit ibi, et in homelia de Publicano, et

C Fariseo,

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Fariseo, q̄ nullū est peccatū quod fecit hō, quod nō faciat alter hō, nisi iuuetur à Deo, à quo factus est hō. Hoc idē dicit libro de nuptiis. Hoc.n. fundamētū sumit Aug. ab Apostol. ad Ro. 7. vbi dicit Apo. Inuemo legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & quod nolo hoc facio &c. quis me liberabit à corpore mortis huius? Rndet dicens, gratia Christi. Et sic dicit Apostol. q̄ nos participamus duos hoies. s. primū Adā, & Christum, q̄a ab illo traximus naturā corruptam & oē malū & peccatum, & à solo Christo oēm gratiā. Vnde dicit Aposto. 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in Christo oēs viuificabuntur. Et ideo Aug. in locis supra allegatis, q̄ aliter est loquendū de natura humana corrupta in Adā, derelicta in seipsa, & aliter est loquendū de eadē humana natura
B prout est adiuta p gratiā Christi in quolibet homine. Nā nullus hō derelictus in sua natura corrupta sine gratia Christi potest vitare peccatum, nec facere bonū, nisi iuuetur p gratiā Christi quod nō est intelligendū absolutè & pcisè de gratia gratū faciēte. Nā multotiens aliquis peccator existens in vno peccato. s. in adulterio, uel simplici fornicatione vitat aliud peccatū. s. homicidiū, aut furtū: & nō habet gratiā gratificantē, sed hoc nō potest facere sine aliqua gratia specialiter gratis data, vt in suis locis dicetur. Et ideo dicit Aug. q̄ aliq̄ propositiones siue locutiones verificantur in sacra scriptura de homine ſm naturā corruptā: quę nō sunt veræ de pſona adiuta p gratiam Christi. Nam illa est vera ſm Apost. Oēs declinauerunt, iuutiles facti
C sunt, nō est qui faciat bonū. Sed hoc est intelligēdum ſm naturam corruptam & vitiatā, inquantū sunt filii Adam, & ab eo habent naturam vitiatam, nisi iuuarētur per gratiam: sed ista non absolutè est vera, quia multi adiuti per gratiam Christi, sicut Virgo Maria, & Io. Bab. & S. Nicolaus, & multi sanctī, nō commiserunt illa crimina & scelera quæ in illo psal. 13. scribuntur. s. Sepulcrum patēs est guttur eorum: quia non fuerunt mendaces nec blasfemi, nec homicidę: & ideo additur ibi. Dns respexit super filios Adam, siue super filios hominum: ad denotandū q̄ omnes homines, inquantum sunt filii Adam, & filii hominum, habent huiusmodi vitiatam naturā, sed cum hoc stat q̄ possint pſeruari & liberari per Christum à tali peste: & ideo cōcluditur in fine ps. Quis dabit in Sion salutare Israel. q. d. Quis potest hominē liberare D
à talibus criminib. Respondet q̄ Christus faciet hoc, cum auerterit captiuitatem &c. Et ideo dicit Aug. q̄ ratione naturæ corruptę, dicitur, Impulsus euersus sum ut caderem, sed ratione naturæ per gratiam adiutæ, dicitur, quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Et ista est vera per naturā, omnes in Adam peccauerunt, quia omnes in eo venūdati sunt peccato, quia omnes filios naturales suo peccato obligauit. Sed ista est vera per gratiam, in Christo omnes viuificabuntur. Et ideo est aduertendum, q̄ q̄dam vocales locutiones sunt intelligēdæ per notam sufficientiæ, vt ista, omnes in Christo viuificabuntur. i. q̄ passio Christi fuit sufficiēs saluare omnes, nisi quis obstinatus resistat.
E Et sic sunt intelligendæ similes locutiones. Ex supradicto fundamento probat Aug. lib. de natura & gratia: & 2. de bap. paruulorū q̄ solus Christus est liber à peccato per naturā, cæteri autem sunt obnoxii peccato per naturam corruptam, sed omnes possunt liberari per gratiam Christi præuenientem, aut subuenientem &c. Est tamen aduertendum, quòd humana natura tripliciter potest sumi in scriptura. Vno modo pro ipsa essentia & natura specifica. Secundo pro ipsa sola carne traducta successione ex primis parentibus, p libidinosam generationē. Tertio modo pro tota descendentia & generatione oium hominū descēdentium ab Adam primo homine per naturalem generationem. Primo
F modo natura humana respicit uerbū diuinum & ideā, ad cuius similitudinem est producta, & sic dicitur valde bona, Gen. 1. Secūdo autem, & tertio mō dicitur natura humana corrupta in Adā. Nā primi parentes transtulerūt in filios carnē libidinosam ex peccato, in qua erat peccatū seminaliter, & materialiter, & sicut ignis in silice, & mors in arsenico venenoso: quæ quidē caro sic morbida, morbo concupiscentię, per solum consortiū creat peccatum originale in anima, & per cōsensum deliberatū creat actuale in voluntate.

Quinta clauis.

QVinta regula siue clauis ad aperiendū librū sacræ scripturæ scriptū intus & foris, & sigillatū septem sigillis, & regula de spū, & litera, de qua fecit Aug. specialem librum, quæ quidem regula quia est necessaria

A ria toti sacræ scripturæ & cuilibet eius parti, ideo non potest esse breuis. Et ideo sunt notādæ quædā doctrinæ ad eius explicationē. Quarū prima est Aug. in primo de doctrina christiana. & adducitur à magistro li. 1. dist. 1. pro fundamēto totius sui operis. s. q̄ in hoc differt sacra doctrina theologica ab omnibus scientiis humanis, nā ois scientia humana, vel est rerū, vel signorum tm̄, sed sacra doctrina est rerū & signorū simul. Verbi gratia, nam scientiæ rōnales sicut est grāmatica & logica, sunt signorū tm̄, nā grāmatica cōsiderat nomina, & verba, & cæteras partes orationis, prout sunt tm̄ signa, q̄a tm̄ cōsiderat hoc nomē hō, prout est cōis generis, & habet duas syllabas, primā breuē, & aliā indifferentē, & prout significat substantiā, à qua actus verbi egredit. s, & prout simul cum uerbo facit oratiB onē pfectā, & quomodo ista oratio, homo est animal, est oratio cōgrua, q̄a cōuenit nomē cum uerbo in numero, & in pſona, & in debitā rectitudine. Logicus aūt cōsiderat eādē orationē, prout pōt esse ꝓpositio præmissa cum alia, ad inferendā conclusionem, & prout cum alia propositione pōt formare syllogismum. Ex quo patet, q̄ istæ duæ scientiæ sunt signorū tm̄, & ideo dr̄ rationales. Sed scientiæ reales sunt rerum tm̄, nā Fysica cōsiderat hoiem significatum per hoc nomē, inquantum homo habet formā in materia, & componit ex anima rōnali, et corpore fysico organico etc. Et sic est dicendum de Matematica, quæ considerat formas præter materiam sensibilem. Et de Metafysica, quæ considerat
C essentias rerum, præter omnem motum. Ex quo patet, q̄ omnis doctrina humana uel est rerum tantum, uel signorum tm̄. Sed doctrina theologica. s. sacra scriptura maximè uet. testam. est simul rerum & signorum, & ponit exemplum Aug. de illo ligno, quod Moyses intinxit in aquis Marath, & dulcorauit eas, cum essent amarissimæ, & reddidit eas potabiles filiis Israel, qui tribus diebus ambulauerant per solitudinē, non inuenientes aquam, ut patet Exo. 15. per quod lignum significabat & figurabat humanitas Christi, seu lignū crucis, nam cum totum genus humanū ambulasset p solitudinē huius mundi tribus diebus. s. in lege naturæ & in lege Moysi, non repperit aquam salutarem gratiæ. Et sic sitiēs peruenit ad Christum in tertio die mundi. Christus autem intinxit humanitatē, & carnē suā in aqua Iordanis per baptismum, per cuius contactum prębuit uirtutem regeneratiuā aquis baptismalibus, & remouit oēm amaritudinē peccati ab anima nostra, & refecit fidēles p aquas baptismales dulcoratas, p cōtactum carnis Christi, & per intinctionē ligni crucis, q̄a nō fit baptismus sine signo crucis, & inuocatione sanctæ trinitatis. Ex quib⁹ patet secundum Augustinū, q̄ theologus fidelis dupl̄r considerat illud lignum, & illud mysteriū dulcorationis aquarū Marath. Primo prout fuit quædā res realiter gesta. Secūdo ,put illud & illa dulcoratio fuit signum et figura Christi et sacramenti baptismi, quia theologus fidelis, et uerus christianus nō cōsiderat illud lignum, nec illud mysterium p se tm̄, sed prout fuit figura et signum Christi et baptismi nostri. Et iste modus cōsiderationis est seruādus à theologo, et oi christiano in tota scriptura vet. tes. nā nō solum cōsideE rat creationē mundi præcisè materialiter pp se, sed ,put fuit signum et figura recreationis ecclesiæ per Christum faciendæ, ut patebit Ps. 104. Item nō cōsiderat diluuium præcisè per se, sed prout per Noe figurabatur Christus, qui erat fabricaturus arcam ecclesiæ, in qua omnes fideles erant per Christum saluandi à dilluio et morte peccati, ut patebit ps. 34. Et sic considerat sacrificium Abrahæ, inquantum figurabat sacrificium Christi. Et sic considerat ipsum Iacob patrem 12. Patriarcharum, inquātum figurabat Christū, qui erat regeneraturus 12. Apostolos, per quos erat multiplicādus totus populus christianus per totum orbem. Et cōsiderat Moysen educentē Israel de Egypto, et dantem legē, et ducentē illum populum p desertum, inquātum figurabat Christum qui eduxit to F tum genus humanum de miserabili seruitute diaboli, et tenebris peccatorum. Itē considerat Iosue introducentem illum populum in terram promissam per aquam Iordanis super xii. lapides, inquantum figurabat Christum qui introduxit fideles in ecclesiam istā, per aquā baptismi, et per 12. articulos fidei, ut patebit ps. 67. Itē cōsiderat ipsum Dauid, q̄ post multas persecutiones fuit sublimatus in regnum, inquantum figurabat Christum q̄ post labores, et mortem, et passionem, et resurrectionem, accepit potestatem à patre super omnes creaturas. Item considerat Salomonem, qui ædificauit templum, et fuit ita sapiens quod regina Sabba uenit à finibus terræ audire sapientiam eius, ut patet 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Reg.10. & hoc inquantum figurabat Christum, q ædificauit ecclesia toto orbe diffusa. Ad cuius sapientia & legem euangelicam suscipiendam, uenit totus populus gentilis, nō solum ab austro, sed ab oriente, occidente, & aquilone. Vnde p illud mysterium Salomonis & regni austri, non sit intelligeudum pre cise literaliter de Salomone & illa regina, sed inquantum fuit signum Christi, & ecclesiæ, patet Mat. 12. Nam cum Scribæ, & Farisæi peterent à Christo signum de cœlo, respondit eis dicens. Generatio adultera signū quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetæ: nam sicut Ionas fuit tribus diebus & tribus noctibus in ventre Ceti, sic erit filius hominis in corde terræ trib. diebus & trib. noctibus, & ecce plusquàm Ionas hic.

B Itē Regina Austri uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce hic plusquā Salomon &c. Ex dictis Saluatoris patet: p mysterium Ionæ prophetæ non solum est intelligendum realiter pro illa historia, sed prout fuit signum & figura sepulturæ & resurrectionis Christi. Et p mysterium reginæ Austri non solū est intelligendum pro illa historia, sed principaliter prout fuit signū & figura, qualiter tota gentilitas erat uētura ad fidem Christi & legē euāgelicā. Item sequit secūdo p oia gesta uet. test. nō erāt gratia sui, sed gratia Xpi & ecclīæ, inquātum erant oia uerificāda de Xpo pp quem gerebant. Et sic principaliter sunt intelligēda de Christo, per hoc quod ait Christus, ecce plusq̄ Ionas, & plusq̄ Salomō hic. Ex quo uult innuere Saluator p ipse est uerus Salomon, & uerus Ionas, quia illa mysteria per amplius & perfectius fuerunt impleta in Christo, q̄ in eis. Et

C q̄a tam Salomon q̄ Ionas ordinabantur ad Christū, sicut figura ad figuratū, & ueritatē, & sic est dicendū p Christus fuit uerus Adā, & uerus Abel, & uerus Noe, & Abraham. & Isaac, & Iacob, & Moyses, & Iosue, & Dauid, & Salomon &c. quia oēs illi sortiti sunt talia nomina inquātū fuerūt figura Christi iuxta nominis interpretationē. Et iō talia nomina analogicè dīr de Xpo, & illis: sicut homo pictus nō est uerus hō, sed signum & figura ueri hominis. Et sic Christus dicīt uerus Dauid & verus Salomon in tota scriptura. Ex quibus omnibus patet p omnia gesta uet. test. principaliter sunt intelligenda de Christo, cuius sunt signum & figuræ. Ex quibus oībus concluditur, p ꝑter sensum literalē est q̄rendus principaliter sensus spūalis de Christo & ecclesia, per quē intelligunt oia diuina mysteria de Chhristo & ecclesia, q̄ erant clausa & sigillata in gestis uet. test. Et ideo omnia gesta & legalia vet. test. erant quædam sacramēta, quia erant signa sacrarū rerū futurarū in Christo & in ecclesia, quia inātum dicebaē sacra scriptura, inquantum cōtinebāt illa sacramenta. Et ideò dicit Origenes super Mat. p sicut homo cōponitur ex corpore, & anima, ita scriptura uet. test. cōponitur ex spiritu & litera, q̄a litera est corpus. sensus aūt spūalis est anima ipsius literæ. Et sic sensus spūalis est principaliʒ inquirēdus in gestis patriarcarū, & in lege & prophetis. & ideo dixit Christus iudæis. Io. 5. Scrutamini scripturas: quia illæ testimonium perhibent de me, & si Moysi crederetis, forsitan & mihi crederetis, quia

B ille de me scripsit. q. d. p nō solum gesta patriarcarum, sed ēt oia cerimonialia præter sensum literalē sunt spiritualiter de me intelligēda. Itē Luc. 24. Christus incipiēs à Moyse & prophetis interpretabaē illis duobus discipulis oia quæ de ipso scripta erant, q̄a oportebat impleri oia quę erant scripta in lege & prophetis & psalmis de ipso, ut Saluator inq̄t in eodē c. Et sic pręter sensum literalem principaliter est quęrendus sensus spiritualis de Christo in scriptura uet. test. ad quē sensum spūalem christus interpretatus est totā legē & prophetas, his duobus discipulis. Item Matt. 5. ait Saluator. Non ueni soluere legem & prophetas, sed adimplere. super quod ait Hieronymus, p quæ minima putantur in lege, sacramentis plena sunt, & omnia recapitulanaur in euangelio &c. Secundò est notan

C dum pro secunda doctrina, p licet omnia gesta & facta uet. test. sint intelligēda ad duplicem sensum, sicut dictum est in p̄cedenti doctrina, tñ oēs promissiones patriarcarum & oia uaticinia & prophetię prophetarum sunt intelligendę literaliter de Xpo & ecclesia. eo p oia literaliter fuerūt in eo impleta, nā litera liter fuit impleta in Xpo illa pmissio Abrahę, In semine tuo benedicentē oēs gentes. Ge. 22, & illa pmissio facta ipsi Iudę. Ge. 49. Nō auferet sceptrū de Iuda &c. Item illa prophetia Esa. 7. Ecce uirgo concipiet. Et illa Egredietur uirga de radice Iesse, & sic de singulis. Et sic patet p omnia pmissa patriarcarum, & uaticinia, pphetarū, sunt intelligenda literaliter de christo et ecclesia. Sed est ualde aduertendum quod sicut patriarchę habuerunt

A duplicem spiritum in suis pmissionibus, & prophetæ locuti sunt in duplici spiritu in suis vaticiniis, ita illa promissa & vaticinia fuerūt dupliciter impleta ad literam, & per consequens sunt dupliciter ad literā intelligenda: exēpli gratia. Nam Abrahā in illa promissione sibi facta Ge. 12. s. multiplicabo semen tuū, sicut stellas cęli, & sicut arenam quę est in litore maris &c. puidit in spiritu qualiter filii carnis debebant multiplicari, sicut arena maris, & possidere tēporaliter illam materialē terrā promissam, s. terram Palestinæ, sed filii promissionis, & spūs debebant multiplicari, sicut stellæ cęli & possidere terrā viuentiū æternalē. Quæ quidē promissio literaliter impleta fuit. Nā filii carnis. s. Iudæi possederunt illā terrā vsq; ad Christū: & Sa

B raceni qui sunt ēt filii Abrahæ sunt multiplicati sicut arena maris, & possident illā terrā Canaā, sed Christiani q̄ sunt filii promissionis ipsius Abrahæ p̄m spiritum, sunt benedicti in semine Abrahæ. s. in Christo, & possident terrā viuentium, figuratā per illā terrā materialem, quam possederunt filii carnis. Item tota illa promissio Ge. 49. quādo dicit Iacob Iuda, te laudabūt fratres tui &c. partim fuit literaliter & materialiter impleta in Dauid, q̄ obtinuit sceptrū regni, sed totaliter & pfectius fuit impleta in Xpo. Itē pmissio facta ipsi Dauid de succesione regni in filio. 2. Re. 7. partim & imperfectè & tpaliter fuit impleta in Salomone, sed pfectè & æternaliter fuit impletā in Xpo de regno æterno. Item prophetia Esa. 45. de Cyro, qui debebat relaxare captiuitatē, & reædificare ciuitatē

C Hierusalē, materialiter fuit impleta per Cyrū regem psarum, qui relaxauit illam tēporalem captiuitatē, & dedit licentiā reædificādi ciuitatē materialē & tēplum, sed per amplius & perfectius fuit impleta in Xpo, qui relaxauit captiuitatē totius generis humani, & ædificauit ecclesiā toto orbe diffusam: q̄ dicitur vera Hieruſ. Et sic illa pphetia est intelligēda materialiter de Cyro rege Persārū, sed literaliter & finaliter est intelligenda de Xpo figurato per Cyrum. Et hoc, accidit: nam Esaias & cæteri prophetæ in simplici Spū puidebant futuros euentus materiales & tpales illius populi, & templi, & ciuitatis, sed postea magis eleuati in duplici spiritu profetico, præuidebāt qualiter illa gesta tēporalia & materialia, futura erāt figura Xpi & ecclesiæ. Et tunc habentes sensum spiri-

D tualē ex illis gestis materialibus literaliter proferabant, & p̄dicabant futura mysteria de Christo & ecclesia. Sic ergo pariter Dauid eximius prophetarum, contemplando totam legem Moysi, & Iosue, & Iudicum, & contemplando omnes promissiones factas patriarchis, et contemplando promissionem sibi factam de regno filii sui, et contemplando omnes pſecutiones & prosperitates suas, et contemplando etiam descriptionem tēpli à Spiritu sancto sibi traditam, tunc in duplici Spiritu et lumine profetico percipiebat in illis sensum Spiritualem vltra literalem. et sic p̄uidebat mysteria futura de Christo et ecclesia. Et sic accepto et percepto sensu spirituali illorum mysteriorum, accipiebat parabolam seu propositionem ex gestis vet. tē

B sta. inferendo mysteria profetice futura. Et sic condebat literaliter psal. de Christo et ecclesia. Et sic omnes psalmi et omnia vaticinia profetarum sunt literaliter intelligenda de Christo et ecclesia, Sed miseri Iudæi non intelligentes, nec percipientes hunc duplicē Spiritum profetiæ, quem habuit Dauid, et omnes alii profetæ, et ideo putantes quòd oēs profetę locuti sint in Spiritu simplici, pręcise de rebus temporalib. et materialib. inde est p omnia dicta profetarū intelligunt de illa Hierusalem, et templo et terra materiali, et de illa captiuitate Babiloniæ, vel de ista in qua modo sunt, de qua frustra expectant liberari per falsum Messiam quē expectant. Tertio est notandum: p nō solū in scriptura vet. test. sed etiam in scripturis euāg. et in omnibus gestis et dictis Christi, vltra sensum literalem, est q̄rendus sensus spiritualis: eo p

F oia facta et dicta Xpi sunt maxima sacramēta, q̄a sunt signa visibilia, et sensibilia alicuius rei sacræ. i. p sub aliqua forma sensibili continent aliquā rem sacram inuisibilem. Vnde p omnia gesta et facta Christi sint q̄dam profunda sacramenta, in quibus præter sensum literalem sit q̄rendus sensus spiritualis de rebus occultis: ostendit Aug. p totum discursum sup Io. et maximè home. de miraculo quinq; panū, Io. 6. vbi ait: p miracula q̄ fecit Xps, sunt q̄dam diuina opera, et ad intelligendum Deum, de visibilibus admonent humanam mentem. Et infra. Interrogemus ipsā miracula quid nobis loquantur de Xpo: habēt. n. nisi intelligant, linguā suam. Hoc. n. miraculū sicut audiuimus q̄ magnū sit, q̄ramus q̄ profundū sit, et nō tātū in eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

A superficie delectemur, sed ét multitudinem
p̄scentemur. habet. n. aliq̄d intus, quod mire
mur foris &c. Ex quibus verbis Aug. patet q̄
in oibus gestis & factis Xp̄i debemus p̄scru-
tari sacramentum, quod latet sub superficie
literæ. Et ideo Aug. quærens sensum spiritua
lem illius miraculi, ostendit qualiter illi q̄n
que panes hordeacei significabant quinq; li
bros Moysi, quos Xp̄s fregit, & in multas par
tes diuisit, ex q̄bus extorlit quasi infinitas ve
ritates euangelicas, quas collegit duodecim
cofinis, ex quibus Xp̄s sanauit oēs fideles. Et
ita pariter Aug. extorsit sensum spiritualem
de miraculo sex Hydriarū aquę, quam Chri
stus conuertit in vinū. Io. 2. Et sic patet qua-
liter omnia gesta & facta Christi sunt q̄dam
sacramenta multo magis, quàm gesta & sa-
cramenta veteris legis: nam illa erant tantū
B sacræ rei signū, inquantū significabant futura
mysteria Christi & ecclesiæ, sed non conti
nebāt de p̄senti illā rem sacrā, quā significa-
bāt de futuro, sed oia gesta & facta Xp̄i nō so
lū significabāt gratiā inuisibilem, imo in præ
senti cōtinebāt & efficiebāt gratiā quā signi-
ficabant. Vnde sanatio corporalis ceci nati
significabat saluationē animæ eiusdē à pec-
cato, quā Christus de p̄senti in eo effecit. Et
hoc idem significabat sanatio infirmi, existen
tis in probatica piscina. Ideo dixit ei. Vade
amplius noli peccare, ne deterius tibi cōtin-
gat. Hoc idē patet de paralyticis & omnibus
quos sanauit, quia nullū sanauit in corpore,
quin sanaret in aia, & ita pariter oēs quos
Christus resuscitauit visibiliter à morte cor-
porali, resuscitauit ét à morte spirituali pec-
C cati. Vnde etiā nō solum gesta Christi quæ
fecit erga alios, fuerunt sacramenta cōtinen
tia in se aliquid profundū, & inuisibile my-
steriū, sed oia q̄ facta sunt in se fuerūt q̄dam
maxima sacramēta inuisibilia. Nam quando
Xp̄s fuit visibiliter mortuus in cruce: tunc
etiam cū eo fuerunt crucifixa & mortua oia
legalia, & tota lex & p̄fetæ: eo q̄ ipse erat
finis & terminus legis, ideo oia finierunt oth
ciū & cursum suū in eius morte & passione,
ideo antequā redderet spiritū patri, vidēs q̄
oia legalia & vaticinia profetarū erant in se
cōpleta, dixit. Consummatū est, in quorum
signum velū templi scissum est &c. Itē Xp̄s
visibiliter fuit sepultus, sed tota lex cum eo
fuit inuisibiliter sepulta, simul cum pasca &
sabbato. Sed q̄n Christus resurrexit, nō resur
rexit cū mortalitate & pœnalitatib, nec cum D
Pasca & Sabbato, sed relictis omnibus illis in
sepulcro, surrexit nouā vitā gloriosam simul
cū die dn̄ica, & veritate euāg. ostendens om
nia legalia manere mortua in sepulcro, & am
plius nunquā resurgere, & ideo illa legalia
non solū fuerunt tunc mortua æternaliter,
sed etiam sunt mortifera oībus obseruantib.
ea, post publicationem euangelii, vt inquit
Aug. Item nō solū gesta & facta Christi sunt
sacramenta cōmentia & faciēria aliquid in-
uisibile præter id quod videbatur, de quibus
est semper q̄rendus sensus spiritualis, sed ét
dicta Christi erant maxima sacramenta, nō
solū cōtinentia & significāria secreta præsen
tia, sed ét p̄terita & futura. Vnde in illa para
bola de illo qui descendens ab Hierusalē in
Hierico incidit in latrones &c. ibi significat
Xp̄s oia mala q̄ traxit Adā ex peccato, cum E
tota sua posteritat peregrināte vsq; ad Chri
stum. Et quō Christus reperit ipsum hominē
sauciatū, & quō erat ipsum sanaturus p̄ mor
tē & passionē &c. Et sic patet quō oia gesta,
& facta, & dicta Christi sunt sacramenta. Et
quō non solum septem sacramenta ecclesia-
stica, quæ cōtinuē exercemus in ecclesia, cō
tinent & efficiunt quod significāt, sed etiam
oia gesta & facta Christi cōtinebant, & effi-
ciebāt quod significabāt. Et ideo erāt magis
sacramēta quā oia gesta & legalia vet. testa.
Et p̄ consequens vltra sensum literalē, ma-
gis est q̄rendus sēsus Spiritualis in istis, quā
in illis. Sed est aduertendū q̄ oia gesta & dic-
ta Christi euāgelica simul sunt veritates &
Sacramenta. Sunt. n. veritates respectu vete
ris legis cōplexæ in Christo, sed sunt Sacra-
mēta inquantū cōtinent altissima & profun F
da Secreta, & cōtinēt gratiā in p̄senti, & ime
diate significāt futurā gloriā, & inquantum
sub se cōtinent sensum moralē & anagogi-
cū. Differt ergo litera legis à litera euangel.
nā sub illa significabatur gratia futura no-
strę redēptionis, q̄ iam impleta est p̄ Chri-
stū: sub litera euāgelica cōtinetur gratia no-
strę redēptionis in p̄senti, & significat glori-
ficatio nostra futura. Cū ergo ista mysteria
q̄ latent in litera tam euangelica quā lega-
lia, sint inuisibilia, oportet ut illustrentur p̄
lumen Spirituale, ad hoc q̄ nobis fiant visi-
bilia & nota. Vnde intantū est necessarius li
terę iste Spiritus siue lumē spirituale, q̄ di-
cit Origenes, q̄ sicut anima dat vitā corpori,
& corpus est mortuū nisi viuificetur per ani
mam, ita litera scripturæ, maximè veteris
test.

A test. de se est mortua, nisi uiuificetur per lu-
men spūle, quod est eius anima, & dat ei ui-
tam spūalem. Item 2. ad Cor. dicitur q̄ litera
nō solū est mortua sine spū, immo occidit le
gentem, nisi legat eā cum spiritu, quia litera
occidit, spiritus aūt uiuificat, unde q̄a iudæi
legunt totum testū vetus sine isto spiritu &
lumine, ideo occidit eos litera, & tanquam
ceci offendunt in lapidem offensionis, & ca-
dunt & confringuntur. Item non solum lite
ra ueteris legis occidit sine spiritu, sed ét lite-
ra euāgelica in quibusdam partibus occidit,
nisi legatur cum spiritu. Vnde Arrius legēdo
sine spiritu illud Ioan. 14. Pater maior me
est &c. incidit in hæresim & mortem æternā.
dicens filium non esse Deum, nec consubstā
tialem patri. Item Manichæus legens sine spi
rituali lumine dictum saluatoris Io. 14 Prin
B ceps mundi huius eiicietur foras, & in me
non habet quicquam, dixit diabolum esse
creatorem & Deum huius mundi sensibilis,
& q̄ solus Deus uerus creauit solas naturas
inuisibiles. Et sic posuit duas animas in ho-
mine, vnam immortalem creatam à bono
Deo, & alteram corporalem creatam à prin-
cipe tenebrarū, & à malo Deo, qui est diabo-
lus. Et sic dicit q̄ Christus non erat homo in
in re, sed in sola apparentia, ne cogeretur di-
cere, corpus Christi esse creatum à diabolo.
Et sic dicit multa alia detestabilia, præsumēs
de suo sensu, uolens legere literā sine spū. Et
sic est dicēdum de oibus aliis hæreticis, quos
occidit litera, eo q̄ non legebant eam cū spū
& lumine spirituali. Et ideo dicit August. cō
tra Donatistas, q̄ in eadem bona lege ueteri
christiani sunt boni & uiuificantur legentes eā
C cum spū, sed Iudæi sunt mali & cadunt & oc
cidunt legentes eam sine spū. Et sic eodem
modo in lege euangelica catolici sunt boni,
sed hæretici sunt mali & occiduntur nolen-
tes & præsumentes eā legere sine spū, quia
spūs est ille q̄ uiuificat literā, sicut anima cor
pus. Vnde est aduertendum ſm eundem Au
gust. in principio super Gen. q̄ sicut anima
dat corpori triplicem vitam. s. vegetatiuam
sensitiuam, & intellectiuam, ita spūs dat lite
ræ triplicem sensum, scilicet allegoricū, quò
ad fidē ad credendum, & moralem ad diligē
dum Deum, & proximum, & bene operan-
dum, & anagogicum ad sperandum cęlestia
& æterna, & contemnendum mundana, &
sic sacra scriptura vtriusque testamenti pōt
legi ad istū triplicē sensum præter literalē.

Sexta Clauis. D

SExta regula est de sensu verborum in
quo fiunt, & quem faciunt Ad cuius cui
dentiā est notandū q̄ multæ locutiones
fiunt in sacra scripturaa, maximè euangelica, quæ uidentur falsæ in sensu literali, quē
faciunt & generant in auribus carnalibus, tñ
sunt veræ ad sensum in quo, vel ad quē fiunt
spiritualiter. Et ideo ista regula licet coincidat cū superiori, cū possit in ea contineri, tñ
melius est ut de talibus locutionibus fiat re-
gula particularis expressa, ut magis imprima
tur in mente ipsius legentis, & audientis. Vn
de illa scriptura & locutio & oratio Christi
Matt. 26. q̄n dixit. Pater si possibile est tran-
seat a me calix iste, uerumtū nō sicut ego uo
lo, sed sicut tu, fiat uoluntas tua. Ista quippe
locutio unū sensum facit in auribus corporis
.s. q̄ Xp̄s timuit in principio morte, & des- E
derabat fugere mortē. Et sic rogabat patrē ut
talem passionē transferret, & mutaret suiam
suam, sed in alio instanti tpis, quia Xp̄s uidit
q̄ uoluntas patris erat vt pateret tale genus
mortis, iō subdit, Nō sicut ego uolo, sed sicut
tu, fiat uoluntas tua, sed iste talis sensus est
falsus, propter multa inconuenientia quæ se
querentur. Nam primo sequeretur q̄ petitio
Christi esset indiscreta, quia petebat illud
quod iam erat impossibile, cum ipse sciret
ab æterno fuisse à Deo patre decretum, ut sic
fieret. Item sequeretur q̄ Christus retracta-
bat suum propositum & promissum. Nam
Christus iam statuerat, & promiserat mori,
& pati tale genus passionis, prout ipse apo-
stolis paulo ante reuelauerat, q̄n dixit. Ecce
ascendimus Hierosolimam. & filius hominis
tradetur ad crucifigendum & flagellandum. F
Item sequeretur q̄ Christus pro illo instāti
perdidisset caritatē quā habebat erga genus
humanum. Item sequeretur q̄ volebat, p̄ illo
instanti facere falsas scripturas quę de ipso
erant, & omnia ista cedebāt in maximum in
conueniens ſm talem sensum. Nam ipsemet
dixerat quòd non venerat nisi ad faciendam
voluntatem patris. Et ad hoc natus erat, ut
testimonium perhiberet ueritati scripturā-
rum, & q̄ unum Iota nō prēteriret à lege de
eo scripta. Et ideo est dicendum q̄ talis locu
tio ad alium sensum facta est, s. vt Christus
notificaret nobis qualiter erat uerus homo,
& habebat ueram carnem mortalem contra
Manichæos. Et quō passio sua erat dolo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rosa & terribilis, quia aliter nō fuisset ita me
ritoria. Et sic voluit ostendere ueram humanitatem ultra diuinitatem. Et voluit distinguere in se duos appetitus, vnū naturalē, & sensitiuum, qui horrebat & timebat mortē, & alium intellectiuum, qui dicitur volūtas, quæ semper fuit conformis uoluntati patris. Et sic ēt in Xpō erant duæ uoluntates. s. humana & diuina. Nā suam volūtatē humanā subiiciebat & cōformabat diuinæ. Et sic talis oratio non facta est nisi ad exprimendum utranq; naturā, & ad exprimendū dolorē in tolerabilem suæ passionis. Est ergo talis sensus huius orationis. O pater, licet caro mea & sensualitas horreat & timeat tam crudelē mortem & passionem, eo q̄ oē ens appetit pmanere, & oē animal, inquantū animal, deuiter & uelit deuitare mortem & perniciem, tū
B ego nolo conformare uolūtatem meā carni meæ, nec sensualitari, sed uolo conformare tuæ uoluntati. Et sic ostendit q̄ voluntas sua simul tpe condolebat carni, & conformabaē paternæ voluntati, prout latius uidebiē psal. 10. & 21. quia ad hunc sensum dicitur illud. Clamabo p diem & non exaudies. Ex q̄bus patet q̄ supradicta locutio nō facta est ad sensum quē facit, sed in quo fit. Item illa locutio Matt. 20. ubi dicitur, q̄ qui laborauerant in vinea per totā diem murmurabant aduersus patrēfamilias, eo q̄ laborātes per unā horam æquales eis fecisset. Et ēt illa uerba filii obedientis, qui indignatus est aduersus patrem, eo quōd filium prodigum cum gaudio ad pœnitentiam recepisset. Luc. 15. Non sunt taliā uerba exponenda ad sensum quē faciunt. Quia ubi est summa caritas in illa ce
C lesti patria inuidere fas non est, cum unusquisque iustus gaudeat de præmio alterius. Sed sunt intelligenda uerba ad sensuum in quo fiunt. Nam ibi saluator in illis parabolis respondet tacitis quæstionibus, quæ ab hominibus carnalibus possent fieri. Nam in prima ostēdit Christus q̄ passiones huius mundi & labores non sunt condigni illo denario summæ beatitudinis. Ideo si eundē denariū dat primis & nouissimis, & econuerso nulli facit iniuriam, quia vltra condignum utriusq; præmium & stipendium impendit. Ideo utrique debent contentari, & gratias agere. In secunda uerō parabola ostendit Christus quō uenia datur pœnitentibus ex summa Dei misericordia, & quomodo Deus neminē vult perire, quia p̄ omnibus passus est, ideo gaudet de pœnitentia peccatoris. Item ostendit quōd nullus ex propriis uiribus resistit peccato & agit bonū, sed solū ex gratia Dei, ideo ita, immo magis debet agere gratias iustus, q̄ peccator pœnitens. Et sic iustus debet gaudere, & congaudere de pœnitentia peccatoris. Item illa verba Iob. 3. quando dixit. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua conceptus est homo: Non sunt intelligenda ad sensum quem faciunt, quia Iob homo iustus nō malediceret creaturam Dei sine magno peccato, sed intendit Iob hunc sensum, scilicet q̄ peccatum originale in quo concipitur unusquisque, est à Deo maledictum, & tale peccatum non est à Deo creatum, ideo non computatur in diebus, nec in mensibus anni, nec inter creaturas Dei, quia non creauit Deus malum nec peccatū. Sed fuit à diabolo causātum, persuadendo primis parentibus. Et sic illud peccatum fuit causā omnis mali, & ab illo peccato proueniūt nobis omnes infirmitates & omnia mala. Itē loquitur ēt Iob conditionaliter, q̄ si homo non haberet aliquod præmium de suis laboribus, & de patientia sua post hanc uitam, sequeretur q̄ maledictus esset dies cōceptionis, & natiuitatis omnium iustorū, q̄ maximē uexantur p̄secutionibus & infirmitatibus in hac uita. Et sic ad hos sensus sunt intelligenda uerba Iob. Itē ad hunc ēt sensum sunt intelligenda verba Hieremiæ 20. cap. qū dixit. Maledicta dies in qua natus sum, & dies in qua peperit me mater mea, q. d. Si tu dñe nō retribuis p̄miū iustis, p̄ laboribus, & pœnā malis p̄ peccatis, ergo maledicta esset dies in qua natus sum. Et sic magna pars sacrę scripturæ utriusque testamenti est intelligenda ad sensum in quo fit, & nō quem facit. Nā aures spirituales mētis suscipiunt sensum spiritualē & secretum. Sed aures corporis nō recipiunt nisi literā: de q̄bus auribus spūalibus dicit saluator Matt. 13. qui habet aures audiendi. i. intelligendi audiat. s. spiritualiter & nō carnaliter. i. intelligat sensum spūalem ad quē, & in quo uerba spūalia fiunt. Item Ioan. 6. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Spiritus est q̄ viuificat, Caro aūt nō prodest quicquā. Et sic patet q̄ ista sexta regula partim continetur in præcedenti. Item ista propositio Crux adoratur, non est intelligenda ad sensum quē facit, quia nulla creatura per se adoratur. Sed est intelligēda ad sensum in quo fit, scilicet Christus crucifixus adoratur

Septima

A

Septima Clauis.

SEptima regula est de seculis siue de ętatibus vnius legis & ecclesiæ, & de peregrinatione hoīs mystici p eā. Ad cuius intellectū est notādū sc̄dm Augustinū Hyponosticō respōsione 3. & in plerisq; locis. q̄ sicut in vtroq; testamēto vnus semper fuit Xps creditus, ita dē una & eadē esse fides patrū vet. test. & uostra, eo q̄ vnitas fidei est ab unitate obiecti crediti. Itē sicut fuit semper vna fides Christi, ita fuit & semp est una lex in utroq; testamēto, quia unitas legis sumit ab unitate fidei. Sicut ego in utroq; testamēto semper unus est Christus creditus & una lex, ita semp fuit una ecclesia, & una ciuitas Dei, & unū corpus mystieū ab Adā usq; ad iudiciū. Nā ciuitas dē una, inquantū est con-
B cors hominum multitudo unius legis cōsensu sociata, sicut ergo unitas ciuitatis sumit ab unitate legis, ita et unitas ecclesiæ & corporis mystici, sumit ab unitate unius legis, & unius fidei, & unius capitis. i. Christi crediti. Et sic in vtroq; testamēto est cōsiderandū unū caput, q̄ est Christus creditus, & una fides, & una ecclesia siue unū corpus mysticū cuius caput semper fuit & semper est Christus. Et ideo dicit Greg. homelia de uinea, q̄ ab Adā & Abel usq; ad ultimū electū, semp fuit una uinea & una ecclesia, cuius palmites & mēbra fuerunt oēs electi utriusq; testamenti. Et sic Adam & Abel & Abrahā iā erant membra Christi & ciues huius ciuitatis. Nam licēt Christus nondū esset incarnatus, tamen iam erat Christus creditus, quia
C fides est illa quæ cōpaginat mēbra suo capiti: Et sic dicit Aug. q̄ tota ecclesia fideliū est unus hō mysticus expulsus à paradiso terre ſti, ut sanaret ab eo. Et sic iste hō mysticus peregrinatus est p̄ fidē in primo testamēto, usquequo peruenit ad Christum, in quo, & à quo accepit nobiscū repromissiones, ut ait Apostolus ad Hebr. 11. Quia oēs illi patres vet. test. nō acceperunt repromissiones nisi nobiscū. Ex quo patet sc̄dm Apostolum, q̄ una est ecclesia, & una fides Christi, noui ac vet. test. Nā eadem fides Christi quæ saluat nos, saluauit & illos, quia quē nos credimus iā uenisse, & quē recipimus, illum et eundē Christum, ipi credebant & expectabant futurum. Et in tali fide saluabātur, ut ait Aug. 2. cōtra aduersarium legis & profetarum, &

libro de nuptiis, & patet 3. sententiarū. dist. D
25. Cōtra autē supradicta arguitur, & vī q̄ lex verus et noua nō sit una, imo altera, p hoc quod dī Hier. 31. Ecce dies veniēt dicit dñs & feriā domui Israel & domui Iuda fœdus nouū, nō secundū pactū quod pepigi cū patribus eorū, cum apprehēdi manus eorū, & educerē eos de terra Aegypti. Itē Baruc 2. Statuā illis test. alterum sempiternū. Vñ per hunc textū, p̄bat Apostolus ad Hebr. 8. Le gē nouā esse alterā à veteri, & veterē iā ptērisse. Ad hoc rñdet, q̄ legē nouā & veterē es se vnā stat dupliciter. Vno modo unitate essentiali, alio modo unitate accidētali. Ad cuius intelligentiā est valde aduertendū, q̄ in lege Dei sunt cōsiderāda aliqua essentialia, & aliqua accidētalia. Vnde ea quæ sunt de essentiā unitatis legis, sunt sex. s. unitas legisla E toris: Vnitas spūs intelligentiæ siue intellectus, & vnitas veritatis, vnitas fidei & spei, vnitas termini cōis, & vnitas finis. Accidētalia autē legis sūt officia legalia. s. ritus sacrificiorū & oblationū sacrorū & sacramētorū, & uniuersaliter oium legaliū cerimoniarū. Ista autē accidentalia siue officialia fuerunt mutata & abolita, & nō semper fuerunt eadē in eadē lege, eo q̄ accidens pōt adesse vel abesse præter corruptionē eiusdem subiecti. Sed essentialia legis semp manserunt vna & eadē, quod p̄bat. iNā semp fuit vnus legislator & cōditor utriusq; legis. Vñ dicit Aug. cōtra aduersarium legis et profetarum, q̄ sicut vnus est creator oium præteritorū et futurorū, ita vnus fuit et est dator amborum testamētorū. Nā ille idē Deus qui locutus est in F uet. testa. per ora profetarum, locutus est ēt in nouo test. per carnē assumptā, et per propriū os, ut ait Apostolus ad Hebr. 1. Multifariā multisq; modis olim Deus locutus est patribus in p̄fetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Et sic patet, q̄ idem Deus est cōditor utriusque test. Itē sicut fuit unus legislator, ità fuit unus et idē spūs, q̄ idē spūs q̄ illuminauit mentes Patriarcharū et profetarū, illuminauit ēt Apostolos et omnes christianos: probatur, quia idē ille spūs q̄ fecit Patriarchas p̄euidere futura mysteria de Christo et ecclesia, illemet fecit Apostolos cognoscere illa mysteria esse de Christo profetata, et ideo Apostoli et euāgelistæ et doctores allegāt dicta Patriarcharū et p̄fetarū, Ideo dicit Aug. cōtra aduersariū legis et profetarū, q̄ antiqui patres eundē spiritū

habue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

habuerunt nobiscum. Per eandem etiam rō
nem est dicēdum, q̄ eandē ueritatem habue
runt nobiscū de sacra scriptura: quia eādem
veritatē euangelicā quā nos audimus pscri-
tem & cōsumatam, audierunt & ipsi futuram.
Itē per eandē rōnem habuerūt eandē fidē no
biscū de Xpo & ecclesia, qa quod credimus
præteritū & præsens, ipsi crediderūt & expe
ctarunt futurū. ut supra dictū est, quia eādē
redemptionē credebāt, & eūdem Xpm futu
rū. Item sicut fuit una fides, ita fuit vnū obie
ctū fidei qui est Xps, q̄ est terminus cōis, co-
pulans utrāq; legē, & faciens ex utraq; unā:
quia Xps fuit finis illius legis ueteris, & prin
cipiū nouæ legis. Vnde arguit sic. sicut illa li
nea dicit una cuius partes copulātur ad unū
punctū & terminū cōem, ita & illa lex dicit
vna, cuius partes copulant ad unū terminū
& obiectum cōe. Sed lex uetus & noua sunt
hmōi, qa copulātur ad Xpm, qui fuit finis il-
lius, & principiū huius, ergo est eadem rōne
termini & obiecti. Itē p eandē rōnem utra-
que lex dicit una rōne finis: quia Christus est
finis utriusq;. Nā sicut Christus est obiectū
& terminus cōis rōne fidei: ita est finis utriusq;
rōne spei. Nā sicut Christus fuit finis in-
tētus, & speratus in illa, ita & in ista. Nā eun
dē Xpm quem ipsi expectabant redemptorē,
nos expectamus præmiatorē & glorificato-
rem. Et sic unus est finis utriusq; legis. Sed q̄
sit una fides & vnus Xps & vnus finis utriusq;
que legis. Probat Aug. cōtra Pelagianos hy-
pognosticon respōdendo. 3. dicens. ubi ait Apo
stolus ad Timotheū: Superabundauit gratia
dñi nostri Iesu Xpi cū fide & dilectione q̄ est
in Xpo Iesu. Eādē ergo fidē dixit q̄ salutē attu
lit, & illis & nobis. Hāc apertissimē demon-
strat Apostus scribēs ad Galatas dicēs. Priusq̄
aduenirent fides sub lege, custodiebamur con
clusi in eādem fidē q̄ reuelāda erat. Eadē ita
q; sp tpibus tacitis erat in seruis Dei p uerbū,
& reuelāda erat in gentibus p incarnatū idē
uerbū. Quia ut idē ait Apostolus ad Hebræ.
Heri & hodie & ipse in sæcula. tpa itaq; mu
tata sunt, nō fides: iustificatio igit̄ per fidem
Iesu Xpi data est, datur, & dabitur. Ex dictis
Augustini in hoc loco patet. q̄ idē est lator
& coditor utriusq; testa. & idem Xps & eadē
fides & idem finis. Ex quibus patet. q̄ essen-
tialia utriusq; legis sūt eadē, & p cōsequens
vtraq; lex est vna scdm essentialia, & sic est
vna p essentiā. Sed est altera scdm accidētia-
lia, & scdm officiū, & iō dixit Aug. cōtra ad-
uersariū legis & pfetarum, q̄ oīa cerimonia
lia quę fiebāt in lege ueteri, erāt officiū respe
ctu nouæ. Vnde inquit, q̄ inter offm & finem
hoc interest. Nam officiū est qñ facimus, sed
finis est pp quem facimus, & sic omnia illa
cerimonialia & legalia q̄ illi faciebāt, non fa-
ciebat nisi pp Xpm. ideo per eius aduentum
omnia fuerūt abdicata & abolita, postq̄ im-
pleuerūt officiū & cursum suū, quia a depto
fine cessat officium, & habitis existentibus in
materia, cessat motus. Et sic patet qūo est u-
na, & qūo est altera. Et ideo rndetur ad auto
ritates in contrarium adductas. Nam Deus p
Hieremiam non intendebat dare alteram le
gē fm essentialia, sed fm accidentalia & offi
cialia, & fm ritus & cerimonias, inquantum
omnia illa debebant cessare. Et per hanc rō-
nem pōt respōderi ad omnia q̄ possunt fieri
in cōtrarium. Ex quibus patet q̄ licet accidē
talia & officialia legis sint mutata per succes
sum tpis in aduentu Xpi, tñ non sunt muta-
ta essentialia legis. s. veritas & finis & fides le
gis. Et sic non est mutata lex essentialiter: im
mo manet confirmata & uerificata. Vnde in
hoc decipiūtur miseri et ceci Iudæi nescien-
tes distinguere inter essentialia legis, & acci-
dentalia, immo putāt q̄ illa legalia, acciden-
talia, & officialia sunt de essentia legis, cum
non sint data nisi ad officium & in signum
futuræ ueritatis & finis, & non gratia sui. Et
sic falsificant legem, & faciunt ipsām menda
cem, postquā nō recipiunt eius ueritatē. Ex
quibus sequitur, q̄ nos melius seruamus le-
gem Moysi q̄ Iudæi: quia tenemus et seruā-
mus ueritatem essentialem legis, q̄ qdem ue
ritas surrexit cum Xpo, & ipsi, repudiata veri
tate essentiali ipsius legis, seruant & colunt
accidentalia q̄ iam sunt mortua & abdicata,
postq̄ cursum suū compleuerūt q̄ nō solum
sunt eis inutilia, sed etiā mortifera. Iterum
est notandum Apoc. 22. q̄ Christus est alfa
& ω. i. primus & nouissimus. s. principium &
finis, & etiam dicitur medium & uia, Ioan.
14. Et sic est principium medium & finis. Est
.n. principium nostrum per creationem.
Item est medium nostræ redemptionis, quia
mediator Dei & hominum. Item est finis no
strę glorificationis. Ideo iste homo mysticus
peregrinatus est à principio mundi, usq; ad
primum aduētum Christi, tanqnam ad me-
dium, ut sanaretur, & Deo reconciliaretur.
Sed modo peregrinatur à primo aduentu,
per legem euangelicam usque ad fm ad-

uentum

uentum tanquam in finem ultimum, vt glo
rificetur. Et sic iste homo mysticus exiuit à
Christo per creationem, quia omnia per ip-
sum facta sunt. Ioā. 1. & transiuit per ipsum
per redemptionem, & tendit in ipsummet
Christum per glorificationē. Et sic semper
est idem Christus & idem homo mysticus,
qui cōtinuatur per vnum caput, & per vnū
medium. Sed dicit Aug. lib. de Catechizādis
rudibus, q̄ sicut Iacob in suo ortu prius emi
sit brachium, tenens plantā fratris sui Esau,
& postea ostendit caput, & exinde totum re
siduum corporis, ita pariter homo mysticus
prius ostendit, & traxit se sinistrū brachium
in veteri testamento, sed in aduentu Christi
ostendit & traxit totum residuū corporis sic
cessiuē. Ex quo patet q̄ sicut iste peregrinus
est vnus homo mysticus ab Adam usque ad
Iudicium, ita est vna lex & via per quam
peregrinatus est. Itaq; ergo lex tota est vna
secundum essentialia, sed altera secundum
accidentalia: est vna secundum finem, sed
altera secundum officium: est vna secun-
dum veritatem, sed altera secundum umbrā
& signum. Item vna secūdum Spiritum, sed
altera secundum literā. Est ergo dicendum
q̄ iste homo mysticus, qui per hoc peregri
natus est ab Adam usq; ad Christum, semp
cōtinuē in isto itinere & peregrinatione ac-
cepit aliqua accidentalia illius legis. Nam
in Adam & in Abel accepit oblationes, & in
Noe accepit āliquem modū sacrificiorum,
& in Abraham accepit circuncisionem, & in
Moyse accepit legem præceptorum cerimo-
nialiū, & cætera legalia, quæ oīa data sunt ei
in figuram Christi futuri. Et ideo cum iste
homo mysticus pernenit ad Christum, di-
missis & abdicatis omnibus supradictis ac-
cidentalibus, accepit veritatem & perfectio-
nem illorum, & repromissionem in Christo,
& sic iste homo mysticus iam perfectus in
Christo per primum Aduentum, adhuc pe-
regrinatur in hac ecclesia, usq; ad secūdum
aduentū Christi, in quo est recepturus vlti-
mam perfectionem corporis & animæ. s. glo
riam & immortalitatem corporis, & felicita-
tem vtriusque. Et ideo est aduertendum q̄
iste homo mysticus & peregrinus multotiēs
introducitur ad loquendum in psalmis. de
quo verificantur diuersæ locutiones secun-
dum diuersitatem sęculorum, siue statuum,
& ætatum suarum. Nam aliqua verificātur
de eo prout peregrinabatur in statu & ætate
legis naturæ, & aliqua verificātur de eo pro
statu sub lege Moysi, & aliqua prout fuit in
statu gratiæ: & etiā quia ista ecclesia habuit
multos status & ætates: ideo multa verificā-
tur de ea secundum diuersos status & æta-
tes: vt patebit locis suis. Nam circuncisio di
citur data fœdere sempiterno. Gen. 17. Sed
hoc est intelligendum secūdum illam ætatē
& sęculum, ab Abraham usq; ad Christum:
Nam æternum dicitur ætate. Et sic æternum
siue sempiternū dicitur illud quod est semp
cum aliqua ætate. Et sic circūcisio, dicta fuit
sempiterna: non simpliciter cum omni tem
pore, sed cum illa ætate ab Abraham usque
ad Christum: quia fuit sempiterna illi ætati
illius corporis mystici & legis. Et sic est di-
cendum de præcepto sabbati, & agni pasca-
lis. Quora ætas fuit finita in Christo. Nam
omnes Hebræi, & Talmudistæ dicunt & ap-
pellāt tempus Messiæ aliud sęculum, & aliā
ætatem. Et etiam est dicendū q̄ circuncisio
& tota lex Moysi est æterna ratione suæ veri
tatis & sui figurati. Nā æternitas legis Moysi
continuatur in veritate euāgelica, sicut æter
nitas regni Dauid fuit continuata in Chri-
sto. Ita ergo pariter iste homo mysticus, &
ista lex, continue, relinquendo imperfectio-
nes accidentales, accepit in Christo perfe-
ctiones essentiales in actu, quas ante habe-
bat in potentia & in figura. Et sic in scriptura
uer. test. multa verificantur de ista ecclesia,
siue corpore mystico secundū diuersos sta-
tus et ætates, vt patet in psalmis & in cāticis
Salomonis. Ideo valde debet attendere pru-
dens lector in huiusmodi Seculis, & ætatib.
legis et hominis mystici, quia cum sit vnus,
plures habuit status et ætates et sęcula. Nā
totum tempus ueteris legis, fuit tēpus signi-
ficandi, et figurandi et desyderandi, sed tem
pus nouæ legis fuit tempus adimplendi, et
verificandi, et recipiēdi promissiones. Vnde
quando dicitur in canticis, Osculetur me
osculo oris, uerificatur de ecclesia, secundū
statum vet. test. quia tunc desiderabat aduen
tum Christi sponsi sui. Sed cum postea dicit.
Quæsiui quem diligit anima mea, et inueni, et tenui, nec dimittā illum, Tunc verifi-
catur de ecclesia secundū istum statum illi-
cò post aduentum Xpi prout ipsum recepit.
Sed cum post dicitur. Quæ est ista quæ pro-
greditur, quasi aurora consurgens terribilis
vt castrorū etc. tūc verificat de ecclesia post
resurrectionē Xpi, prout exiuit ad ꝑdicandū

euangelium

Universidad de Deusto
Biblioteca

A euangelium populo gentili. Sed cum postea dicitur, Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectũ suum. Tunc uerificatur de ecclesia pro statu tporis, in quo fuit in sua maxima prosperitate, venerata per totum orbẽ terrarum. Et sic apparet per p̃dicta, qualiter una & eadẽ ecclesia habuit diuersos status & ætates, de quib. sunt diuersæ locutiones in sacra scriptura: quas prudens lector debet fideliter & cum tremore cõsiderare, quib. datur hæc septima regula. Iterum est notãdum: quòd sicut ista ecclesia siue hoc corpus mysticũ, habet tria distincta sæcula, ita ẽt tria genera membrorum. Nã q̃dam sunt pura, sicut est virgo Maria, q̃ nunquã peccauit, pro qua de tota ecclesia verificat̃ illud. Tota pulcra es amica mea. Et q̃dã sunt mẽbra iam sanata, pro qb.

B uerificatur illud. Impulsus euersus sum ut caderem: sed dñs suscepit me. Et q̃dam sunt infirma quæ adhuc in aliquo peccato laborant. De quibus uerificatur illud. Sana me domine quoniã infirmus sum. Et sic multę locutiones verificantur de tota ecclesia ratione alicuius mẽbri: quare aduertat lector.

Octaua clauis.

OCtaua regula est de Diabolo & eius corpore, siue de membris eius. Vnde est notandum, quòd sicut Christus uniuit & incorporauit sibi ecclesiam fidelium per baptismum & gratiã in unitate mystica, ita pariter diabolus vniuit sibi infideles & hæreticos & obstinatos per peccatum. Quorum

C quidẽ cõgregatio dicitur Synagoga Satanæ, siue ecclesia malignantium. Et sic omnes hæretici, & infideles & obstinati dicunt̃ membra Diaboli. Nã cum natura hominis à Deo sit creata bona naturaliter, tñ Diabolus inimicus seminauit zizaniã in ipsa. Matth. 13. Et sic cum homo male agit, tunc in eo non operatur Deus, sed Diabolus, siue malitia quam seminauit Diab. ut inquit Aug. in sermone unius martyris ubi ait, quòd q̃ te p̃sequitur hõ, noli attendere, nec desiruere naturã, nec animam, quam fecit & inspirauit Deus, quia non p̃sequitur quod fecit Deus, sed malitia quã fecit homo, quam malitiam persuasit homini astutia Satanę. Vnde intantum tenet Diab. & alligat & copulat sibi peccatores & obstinatos, quòd inter eos cõmunicantur idiomata tanquam inter caput & membra: ita quòd homines damnati nomi- D
nãtur nomine capitis sui Diaboli. Ideo Christus appellauit Iudam Diabolum. Io. 6. cum dixit. Vnus uestrum Diab. est. Item Esaiæ. 14. alloquitur ipsum Nabucodonosor sub noie diaboli dicens. Qũo cecidisti Lucifer, q̃ mane oriebaris? Item Ezec. 28. Alloquitur regem Tiri eodem modo dicens. Tu signaculum similitudinis in delitiis paradisi fuisti. Item econuerso Diab appellatur homo sub noie mẽbrorum suorum quãdoq. ut Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit. Item psal. 55. Miserere mei Deus q̃m cõculcauit me homo. i. Diab. Sed aduertendum quòd in synagoga Satanæ nõ sunt nisi mali, in ecclesia autem Christi miscentur multa membra Diaboli cum bonis, & dicuntur membra Christi simulata, q̃ in secreto sunt hęretici, hypocritæ. Est iterum aduertendum, quòd sicut om- E
nes perfectiones & uirtutes prius uerificant̃ de Christo, à quo primo deriuantur, & ex cõsequenti de eius membris fidelib. ita pari ratione omnia mala prius intelliguntur & uerificantur de Diabolo, à quo deriuantur & fugeruntur, & ex cõsequẽti de membris, in quib. & per q̃ Diabol. operatur. Vnde illud, Principes persecuti sunt me gratis: prius intelligitur de diabolis instigatoribus, & ex cõsequenti de tyrannis & hæreticis & malignis &c. quos Diab. instigat contra iustos & fideles. Item ptãl. 51. per Doech, primo intelligitur Diabolus infestator et excitator. Et ex consequenti intell'guntur omnes tyranni persecutores ecclesiæ, et omnes maligni, et susurrones, et seminatores zizaniæ.

Nona clauis. F

NOna regula est de specie et genere siue de toto et parte. Vnde cum pars sit aliquid totius, multotiens recipit denominationem totius, et econuerso, per synecdochen aut per metaforam. Et sic quandoque in scriptura cum nominatur una ciuitas, intelligitur totum regnum, aut tota prouincia, et quandoq; totus mundus cum dicitur memor ero Raab et Babylonis, intelligitur totus populus gentilis. Et sic Aegyptus, et Sodoma, et Gomorra, ponitur pro toto populo maligno, ut patet in epistola Iudæ. Et sic per iudæam et Hierusalem, intelligitur tota ecclesia, ut ait Hiero. ad Marcellã. Item hoc non solum intelligitur de toto, et parte in

A in loco. sed etiam in tpe, ut Apocalyp. 19. cum dicitur. q̃ Angelus siue Christus alligauit Sathan & diabolum. M. annis, hoc intelligitur per longum & magnum tempus. Hęc etiam regula intelligitur in numeris, ut cum dicitur in Apocalyp. 14. Vidi supra mõtem Sion. 144. M. ubi ponitur numerus determinatus pro indeterminato. Item Gen. 4. Quicunque occiderit Cain septuplum punietur. i. multipliciter. Ibidem. Septuplum dabitur ultio de Cain. de Lamech uero septuagies septies. i. multo pluries. Item Matth. 18. ait Christus Petro. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. i. infinites. Verumtamẽ aduertat lector, quòd tales numeri non ponuntur sine sacramento. Vnde est aduertendum quòd licet hęc regula contineatur sub se-

B quenti, tamen melius est quòd fiat regula ex parte expressa propter magna sacramenta & difficultates quę continentur & insurgunt ex talibus locutionibus &c.

Decima Clauis.

DEcima & ultima regula est de tropo & grãmaticalibus figuris. Ad cuius euidentiam est aduertendum, q̃ licet omnes species tropi & schematis reperiãtur in sacra scriptura, & maxime in libro psalmorum, tamen aliqua maxime in hac regula sunt notanda, eo q̃ magis frequentantur & maiorem afferunt difficultatem. Quarum prima est hysteron proteron, quę cãtur in ordine narrationis, de qua Tichonius fecit specialem regulam. Nam sępe in sacra

C scriptura quędam narrantur in eodem ordine quo gesta sunt, sed quandoque per anticipationem, aut posipositionem, aut per interpositionem, quę dicitur parenthesis, aut per recapitulationem, aut per suppletionem. Vnde totum secundum capitulum Gen. ponit̃ p recapitulationem & suppletionem eorum, quę prænarrata sunt in primo capitulo de ipso Adam. Item omnia quę scribuntur in libro Deutero. ponuntur p recapitulationem. Item omnia quę scribuntur in duobus libris Paralipomenon, ponunt̃ partim per suppletionem eorum quę omissa sunt in libris Regum, & partim per recapitulationem. Et sic est dicendum de secundo libro Macab. quę sunt quędam suppletiones eorum quę omissa sunt in primo. Item psal. 87. per anticipationem prius narrãtur, quę gesta sunt in deserto, quam signa quę facta sunt in ęgypto, D
vt ibidem patebit. Et sic in scriptura est valde attendendum in ordine narrationis: si dicantur res anticipando, aut recapitulando, aut interponendo. In secundo loco huius regulę est valde notanda figura quę dicit̃ metonymia, quia quãdoque, imo frequenter, ponitur contentum pro continente, & econuerso, et artifex pro artificiato & econuerso & effectus pro causa, & econtra, & abstractũ pro concreto & ecõtra. Itẽ in scriptura multum frequentatur metafora, quia fit nominis translatio rõne proprietatis: ut. Non arabis cum boue & asino. Et sic simplex homo dicitur agnus. Item frequentatur sinecdesis in psalmis, quando mutatur persona. ut psã. 4. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iusti-

B tię meę, i tribulatione dilatasti mihi. Sed inter ęteras figuras frequentatur allegoria, quando vnum ad literam dicitur; & aliud intelligitur. Et sic tota scriptura ueteris testa. est allegorica, quia non ponitur gratia sui, sed gratia noui testa. ut dictum est in quinta regula. Ad cuius clariorem euidentiam est notandum, prout dictum est in quinta regula, quòd omnia gesta uete. test. non erant gratia sui, sed erant quędam figurę, & picturę, & signa, & exemplaria, & parabolę respectu noui testa. inquantum figurabant & significabant, & nonficabant, & exemplificabãt & comparabant aliqua alia futura mysteria in nouo test. Et ideo processus & discursus, quẽ facit intellectus fidelis & catolicus à testamento ueteri in nouum, tanquam à figura ad suum figuratum, & à signo ad signatum, & ab exemplari ad exemplatum, & a parabo- F
la ad suam ueritatem euangelicam, dicitur processus & discursus allegoricus. eo quòd allegoria est tropica & conuersa locutio ab uno ad alterum, quando per unum aliud intelligitur. Ex quo patet quòd talis argumentatio & discursus allegoricus, reducitur ad quartam speciem argumentationis, quę fit̃ exemplum. quatuor. n. sunt species argumẽtationis. ut patet in Topicis, & in principio libri Posteriorum. s. syllogismus, enthymema inductio, & exemplum. Et ideo talis discursus allegoricus dicitur argumentatio exemplaris, inquantum extenditur & ampliatur à rebus uet. testa. ad mysteria noui testa. tanq̃ à figura ad figuratum, & à signo ad signatũ, & à parabola ad ueritatem, & ab exemplari ad exemplatum, & à propositionibus ad conclusio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A clusionē. Et tali modo argumentationis ſ. allegoricæ & exemplari, frequenter uſus eſt Xp̄s, diſputando cotra Iudæos inferendo ueritates euāgelicas ex geſtis vet. teſt. tanquam ex figuris & ſignis & parabolis & exēplis, ꝓcedendo à figura ad figuratum, & à ſigno ad ſignatum. unde Matth. 12. ꝓ myſterium Ionæ prophetæ probauit myſteriū ſepulturæ & ſuæ reſurrectionis, cū dixit, Generatio praua & adultera ſignū quærit, & ſignū nō dabitur ei, niſi ſignū Ionæ ꝓphetæ, ſicut. n. Ionas ſtetit tribus diebus, & tribus noctibus in uētre Ceti, ita erit filius hominis in uentre terræ. Ita ꝓ aduentū reginæ Auſtri ad audiendā ſapientiā Salomonis &c. ꝓbat Xp̄s & arguit aduentū populi gentilis ad fidē euangelicā audiendā. Et ſic vtrobiq; arguit Xp̄s à figura ad figuratum, quod ipſe declarat dicens, & ecce
B plusq̄ Ionas & Salomon hic, quaſi dicat, illi fuerunt figura mei. Ita à figura ad figuratum arguebat Chriſtus Luc. 10. qñ per miſſionē Heliæ ad uiduam in Sareptā, & ꝓ ſanationē Naamā Syri a lepra, ꝓbauit cōuerſionē & baptiſmū populi gentilis. Ita ſuā mortē & paſſionem & uniuerſalem redemptionē allegoricè ꝓbauit Xp̄s, qñ dixit: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hoīs. Ioan. 3. Item Chriſtus docebat Scribas & fariſæos, ut procederēt allegoricè in ſcripturis à figura ad figuratum, cum dixit. Scrutamini ſcripturas, quia illæ teſtimoniū perhibēt de me q̄a Moyſes de me locutus eſt. Ioan. 5. quaſi dicat, ꝙ omnia ſacrificia & legalia fuerunt data in figuram mei. Itē tali argumentatione allegorica uſus eſt Ioan. euāgeliſta qñ dixit, Facta ſunt aūt hæc
C ut ſcriptura impleretur, os nō cōminuetis ex eo. Ioan. 19. Item hoc genere allegoricæ argumentationis frequentiſſimè utit̄ Apoſtolus, maximè primæ ad Cori. 10. qñ dicit. oēs patres noſtri ſub nube fuerunt, & in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari &c. Itē ad Galatas 4. ꝓ Sarā uxorem Abrahæ, & ꝓ Agar ancillā probat duo teſtamenta, & per Iſaac, probat populum chriſtianū eſſe filiū promiſſionis, & ꝓ Iſmael ꝓbat populum Iudaicum poſt Xp̄m eſſe filiū carnis nū, & foras eiectū cum ſynagoga matre ſua. Sit ꝓ iſtum diſcurſum allegoricum probat Apoſtolus per totā epiſtolā ad Hebræos oīa ſcīa, & ſacra, & ſacrificia ueteris legis fuiſſe data in fixurā de Xp̄o & noſtra redemptione. Et hoc genere allegoriæ argumentationis utuntur oēs doctores catolici. Eſt ēt ulterius aduertendū ꝙ non ſolum Xp̄s & oēs Apoſtoli & euāgeliſtæ uſi ſūt hoc genere allegoricæ argumentationis in ſcriptura uete. teſt. ſed ēt ipſe Dauid in ſuis pſalmis. nā pro maiori parte procedit profetice à figura ad figuratū, & à ſigno ad ſignatum: nam adducit geſta patriarcarum & profetarum & myſteria legis Moyſi, non gratia ſui, ſed inquātum erāt ſigna & figurę, & ꝓut in eis præuidit in duplici ſpū futura myſteria de Chriſto & eccleſia, & ſic allegoricè ꝓcedit à figura ad figuratum, ut patebit p oēs pſalmos & maximè ps. 17. & 77. ubi manifeſtè dicit. Aperiā in parabolis os meū, loquar propoſitiones ab initio. ubi per tranſlationē tabernaculi ab Eſtraim in Hieruſalem, & p trnslationem ſacerdotū à filiis Heli in Samuelem, & per trāſlationem regni à Saul in Dauid, probat & infert profetice translationem regni & ſacerdotii à ſynagoga in Xp̄m & eccleſiā, ut patebit ibi. Et non ſolū Dauid, ſed etiā Eſaias & cæteri profetæ procedunt frequenter iſto diſcurſu allegorico, inquantum prædicūt futura myſteria de Chriſto & eccleſia, prout præuiderunt ea in ſpiritu, in geſtis ueteris teſt. & in quibuſdam ſignis & figuris. Ex quibus patet, ꝙ argūm allegoricum ſumens principium ex myſteriis vete. teſt. licet nō ſit efficax cōtra Iudæos, ꝓp contrariā indiſpoſitionem, eo ꝙ occecauit eos, malitia eorum, ne intelligāt ſacramēta Dei clauſa in litera: tñ eſt efficaciſſimū quātum ad ueritatem in ſe, & quo ad nos, q̄bus datum eſt noſſe myſterium regni Dei clauſum in litera ueteris teſta, Vnde quia ſpiritu ſanctus qui illuſtrauit mentes apoſtolorum & doctorum vt cognoſcerent illa myſteria in ſcriptur. ue F
tē. teſt. figurata, & per profetas uaticinata in Chriſto & eccleſia eſſe cōpleta, idem illuſtrauit mentem Dauid ſpiritu profetico ut cognoſceret eadē myſteria in Chriſto & eccleſia eſſe cōplenda. de q̄bus myſteriis ꝓfeticos condidit pſalmos. Ideo ex his patet ꝙ licet lumen euāgelicum fuerit clarius & perfectius in 12. Apoſtolis & doctoribus, q̄ lumen proticum in profetis, tamen ex parte rei, eadem eſt ueritas & certitudo. nam ſicut Apoſtolis fuerunt certa geſta euangelica quò ad ueritatem eſſe cōpleta, ita eadem geſta fuerunt certa & credita, ipſis profetis eſſe cōplenda in Chriſto. Et iō Dauid in ſuis pſalmis prædicit frequenter & prænunciat futura myſteria de Chriſto & eccleſia ꝓ verba de præterito

A to pp certitudinem profetiæ, oſtendens illa eſſe certiſſima in veritate. ac ſi iam tunc fuiſſent cōpleta, & iſtum modū ſeruāt etiam cæteri profetæ, prout dictum eſt in tractatu primo. Ex quib. oibus patet qualiter argumentū factum ꝓ diſcurſum & proceſſum allegoricū à figura ad figuratum, aut à ſigno ad ſignatū, & à parabola vet. teſt. ad ſuā veritatē euangelicā ſibi correſpondentē, licet nō ſit efficax cōtra cecos Iudæos, tñ eſt efficax inter catolicos fideles, quibus datum eſt noſſe myſteriū regni Dei, vt dictū eſt. Sed eſt iterū aduertēdum, quòd intellectus fidelis dupliciter diſcurrit à ſcriptura vet. teſta. ad nouū. uno modo allegoricè à figura ad figuratū, eo modo quo dictum eſt. Sēdo modo ꝓ expreſſa promiſſa literaliter, allegādo promiſſiones expreſſe factas in vet. teſt. & profetias
B profetarū: ſicut frequēter faciunt euāgeliſtę. vt Ecce virgo cōcipiet. Matt. 1. Itē oēs etiam iſtæ decē regulæ ſiue claues poſſunt reduci ad numerū ſeptenarium, iuxta numerū ſeptem figillorū, eo quòd ſexta & ſeptima regula reducuntur ad quintā, de ſpiritu & litera, & nona regula reducitur ad x. & ſic manent ſeptē principales claues ad aperiendū ſeptē ſigilla libri uet teſt. Et ideo oēs nouē regulæ ſupradictæ poſſunt reduci ad iſtā x. regulā: q̄a oia dicūtur ſub aliqua grāmaticali & tropica figura: uel ſub aliquo tropo ſiue typo. Ex oīb. ſupradictis patet qualiter, prudēs lector debet uigilāter attēdere in quolibet pſalmo quā ꝓpoſitionē ꝓfeta Dauid nobis aperiat, ſiue aperiendam proponat. Et ex quo myſterio accipiat & ſumat parabolā & propoſitionē ad profetādū & faciendū pſal.
C .i. à qua figura, ad quod figuratū allegoricè procedat & diſcurrat. Et in virtute cuius principii, & ꝓ quā regulā pſalmus ſit exponendus & intelligendus. Et in tali expoſitione quæ concluſio euangelica inferatur & eliciatur. i. quod myſterium de Chriſto & eccleſia exponeretur in ipſo pſalmo, aut quæ corda pſalterii euangelici pulſetur, quod idem eſt.

Tractatus quartus.

QVantum ad quartū tractatū, eſt primo notandū, quòd utriuſq. iuris profeſſores doctores nō ſolū ad uitandā prolixitatē, ſed etiam pp neceſſitatē faciunt ſpecialē tractatum & rubricam de Verborū ſignificationibus. Non ergo minus, imo magis neceſſarium arbitratus ſum antequam deueniam ad expoſitionem pſalmorum ꝓmittere ſpecialem tractatū de nominū ſignificationibus: quæ maximè in ſacra ſcriptura, & in hoc libro pſalmorum frequentantur. ne multiplex iteratio in quolibet pſalmo legētibus inferat tediū. Ad cuius euidentiā eſt aduertendū, quòd in tota ſacra ſcriptura uete. teſ. & maximè in pſal. aut Deus loquitur populo, aut populus loquitur ad Deū, aut Meſſias loquitur ad patrem orans & petēs ſalutē pro ſe & pro populo ſuo. Et quādoq; populus qui loquit̄ ad Deū, aut petit Meſſiam redemptorē, aut petit legē iuſtificantem, ſ. euāgelicam: aut cōqueritur de Diabolo & membris eius perſequentib. eum. Et ſic frequēter ſit ſermo de Deo & Meſſia in lege promiſſo, & de populo Dei, & de locis in quib. Deus
D dicit̄ habitare, & de locis in quib. habitabat, & ſit frequens ſermo de lege promiſſa, & de Diabolo & mēbris ſuis, ſiue de populo diaboli. & ſic frequentanē ſeptē genera nominū in hoc libro, & etiam in tota ſacra ſcriptura vete. teſta. ſ. nomina Dei, & nomina populi Dei, & nomina localia Dei, & nomina localia populi Dei, & noīa legis: & nomina diaboli & populi eius. Quorum ſignificationes ſunt diſtinguēdę & explicādę in hoc tractatu: in quo erūt. v. capitula. Nā in primo determinabit̄ de ſignificationib nominū Dei & Meſſiæ. In ſecūdo de noibus populi Dei. In tertio de noibus localibus Dei & populi ſui. In quarto de noibus legis. In quinto de nominibus diaboli & populi eius. Quantū ergo ad primū eſt notandum, quòd licet ſm Hie
E ronymum ad Marcellam Hebræi decem nominibus nominent Deū: tamen duo ſunt nomina Dei quæ maximè apud eos frequentātur. ſ. El & Adonai. El enim ſignificat vniuerſaliter & cōiter Deū. ſ. intelligibilē & ſpeculabilem & nō ſenſibilē. Eſt verū quòd reperitur multotiens Eloim in plurali in ſcriptura, tamen ſemper cū verbo ſingularis numeri. Vt in principio creauit Elohim cœlū & terrā. Sed dicunt Iudæi & maximè Rabbi Moyſes quòd Eloim eſt equiuocū ad Deū ſingularem & pluralē. Sed hoc dicunt ex ignorātia, nōpercipientes ſacramentum literæ. Nā ibi Eloim nō ſtat ſubſtātiuè, ſed actiuè, ſicut nos dicimus: diui creauit cœlum & terram. i. tres pſonæ dīuinæ i. tota trinitas, ſiue Deus trinus & unus creauit cœlū & terrā: ad denotandum quòd oēs, tres pſonæ cōcurrunt ad
F creandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A creandum cœlum & terram: quia opera trinitatis sunt indiuisa ab extra, & talia sunt ex re producta. Nam opera trinitatis ab intra sunt diuisa & æterna: sicut productio siue generatio filii, et productio Spiritussancti. Et ideo per hoc voluit ibi Moyses explicare ꝙ creatio est operatio totius trinitatis ad extra facta ex re. Et sic Eloim ibi nō sonat Deos: sed tres diuinas psonas in una essentia et substantia. Et sic in plerisq; locis sacrę scripturæ ponitur Eloim non notificando pluralitatem substantiarum, sed psonarū. Et ideo ubicunq; ponitur Eloim semper apponitur uerbum numeri singularis, eo ꝙ talis actus est essentialis. Et ideo interpretes tam græci, quam latini, ubicunq; inuenerūt in Hebræo Eloim, traduxerūt Deus in singulari. Sed quia pagani appellant etiā Deos B Idola sua, ideo ad differentiam falsorū Deorum multotiens in scriptura dicitur Deus exercituū, Deus cœli, et Deus Israel, ad denotandum quòd iste solus est uerus Deus, et Dii gentium sunt demonia. Secundo modo Deus in scriptura dicitur Adonai, sed reperitur scriptum dupliciter. Vno modo per proprias literas. s. Aleph, Daleth. Alio modo cum quatuor literis, s. Loth, Het, Vau, He, q̄ quidem literæ, licet non sonent tale nomen, tamen Hebræi ubicunq; reperiunt nomen istarum quatuor literarum, semper pronunciant Adonay, quod quidem nomē sic scriptum significant et denotat in Deo quatuor effectus ineffabiles et incomprehēsibiles. s. omnipotentiam, et sapientiā, misericordiam, et iustitiam: ista enim quatuor sunt nobis incōprehensibilia. Nam primo C dicitur. Potens es domine, et non est qui resistat tibi. De secundo. Sapientiæ eius non est numerus. De tertio. Miserationes eius sup omnia opera eius. De quarto autē. Iudicia Dei abyssus multa. Et sic dicunt quòd hoc nomen Tetragrammaton significat Deum ineffabilem, eo quòd importat ista quatuor ineffabilia. Sed omnes interpretes tam græci quam latini ubicunq; reppererūt Adonai, scriptum tam per istas quatuor literas, quā per proprias literas, semper traduxerunt Dominum: sed forsan melius fuisset apposuisse aliquam differentiam, tum propter sacramentum, quod hoc nomen Tetragrāmaton importat: tū quia hoc nomen Adonai sic scriptum, nō potest poni nisi pro ipsō Deo. Sed quando scribitur propriis literis potest indifferenter significare Dominum D terrenum vel ipsum Deum. Sic ergo est dicendum quòd hæc supradicta duo nomina Dei. s. Ely siue Eloim et Adonai sunt nomina Dei magis frequētata in scriptura. Sed nomina Messię sunt multo plura. nam plurib. nominibus Messias in lege promissus scribitur et nominatur. s. Deus, Dns, Tetragrammaton, verbum dñi: Nomen dñi; Salutare Dei: Dextera Domini, Brachium dñi, Sanctus Dñi: Sanctus sanctorū: Iustus: Hæres: Rex Sacerdos: Christus: Filius Dei: Dauid: Messias. Et sic oibus supradictis nominibus nominatur Messias Christus: quorū q̄dam sunt sibi naturaliter propria, et q̄dam ab effectu, vt patet. Nam naturaliter est Deus et filius Dei et Dns: sed ab effectu dicitur salutare et dextera Dei. Vnde Christus Messias in aliquibus locis scribuntur et appelatur Deus, vbi Iudæi non possunt cōtradicere: imo confunduntur confiteri mysterium trinitatis personarum diuinarū: ut psal. 44. Sedes tua Deus in sæculū sęculi: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ: per quod denotatur mysteriū trinitatis. s. Deus vngens, et Deus unctus: et Spiritussanctus intellectus per oleum quo filius ungitur, quò ad humanitatem. Item Messias etiā vocatur Deus Esaiæ. 45. Tu es Deus absconditus. Item. 48. Dominus misit me et spiritus eius, hæc dicit Dominus Deus tuus sanctus Israel. Item Zac. 2. Dominus misit me ut profetarem uobis, utrobiq; enim Messias dicitur Deus et Messias. Nam Messias interpretatur missus. Item Messias in lege promissus multotiens in scriptura scribitur sub nomine Tetragrāmaton. i. cum illis quatuor F liter per quod solus Deus intelligitur: ut Hier. 23. In diebus illis suscitabo Dauid germen iustum. Et hoc est nomen quod uocabunt eum, Dominus iustus noster. Itē thre. 4 Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Item Esa. 9. Vocabitur magni consilii angelus, dns Deus fortis. Vtrobiq; ponitur sub nomine Tetragrammaton, quod soli Deo conuenit, et in hoc manifestē conuincuntur Iudæi, quia Messias nō solum nominatur Deus, sed etiā Adonai. Item dicitur etiam uerbū dñi. psal. 104. Misit uerbum suum et sanauit eos. Itē dicitur, Nomen domini, ut Domine dns noster quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et Esaiæ. 3. Ecce nomen domini

uenit

A venit de longinquo. Itē 62. Vtinam dirumperes cœlos & manifestares nomen tuū. Sed quare Christus dicitur nomen domini, declarabitur psalmo 8. Item dicitur verbū Dei patris i. diffinitio. Nam diffinitio explicat totam essentiam diffiniti, ideo dicitur oratio quid est esse rei significās. Vnde intellectus concipiens essentiam rei, siue rem per sua essentialia formar cōceptum diffinitiuū, ideo græci conceptum siue diffinitionem essentia lem appellant logon, id est uerbum, sed nomen notificat rē per suos effectus. Et sic dicitur candela à candendo, & lucerna à lucendo, & indumentum ab induendo, vt inquit Aristoteles 7. Metaf. Ex his sequitur, quòd Christus vere dicitur uerbum dei, & nomen dei. Dicitur enim uerbum dei, quia est de to ta substantia & essentia patris, & sic explicat B totam eius essentiā, quia est primus & eternus conceptus patris, quo intelligit se patres & ideæ æternæ, ad quarū exemplar omnia sunt creata, & sic Christus inquantum Deus verè dicitur verbū, quia est dictum à patre, & per quod loquitur pater, & etiam Christus inquantum homo dicitur verbū, quia per ipsum nobis locutus est pater, nam sicut per verbū locutus est ad extra omnia creando, quādo dixit, fiat lux, ita postea per idem uerbum incarnatum, locutus est nobis ferendo legem euangelicam, & sic utroque modo Christus dicitur uerbum patris. Item dicitur nomen domini dei patris, inquantū nobis notificauit quatuor mirabiles effectus ipsius patris postquā fuit incarnatus. s. omC nipotentiam in miraculorum operatione, & quando expoliauit infernū, & resurrexit, ac ascendit in cœlum. Secundo notificauit sapientiam patris in datione legis. Tertio misericordiam in sua passione: Quarto iustitiam siue iudiciariam potestatem in sua ascensione, quæ magis ostenderur in generali iudicio. Et ideo Christus proprie dicitur nomē dñi Tetragrammaton notificās ista quatuor ineffabilia de patre, quæ omnia comprehenduntur sub hoc nomine Iesus. Vnde hoc est nomen quod Deus nō reuelauit patribus veteris testamēti, quia solus Christus debebat ipsum nobis reuelare. Ideo cum tanto affectu Patriarchę & profetę desiderabant vt venirer nomen domini, scilicet Iesus, quia hoc est nomen dñi Tetragrammaton, cuius interpretationem nullus potuit scire vsque ad

aduentum Christi, nam ille quatuor literæ: D
s. Ioth. he. vau. he. reddunt sonum huius nominis Ioth het sua. i. Iesus. Nā Ioth het sua hebraicè idem est quod saluatio, siue saluator latinè. Ideo Hier. ubicunq; reperiit Ioth het sua in hebræo transtulit Iesus, uel salutare in latinum, & hoc in plerisque locis, recētè ergo Christus appellatus est Iesus, quod est nomen dñi. Itē propter supradicta Christus etiā in scriptura dicitur dextera Dei & brachium dñi, eo ꝙ pater per ipsum operatus est quatuor supradicta ineffabilia. Item Christus dicitur hæres, inquantum recuperauit hæreditatem Dei, scilicet genus humanum de potestate diaboli, tāquam filius primogenitus patris. Item dicitur sanctus sanctorum, quia iustus & caput omnis sanctitatis & gratiæ à quo omnes gratiæ deriuantur ad sua membra. Item dicitur rex, quia hæ- E
res patris. Itē dicitur sacerdos, quia seipsum sacrificium pro omnibus obtulit, & omnia sacramenta ecclesiastica constituit. Item dicitur Christus, quia oleo letitię donorum spiritussancti, non ad mēsuram, præ cæteris est vnctus, tāquam caput, ut ab eo descenderet unctio ad sua membra per participationem.
Et sic fit unus Christus mysticus ex capite & mēbris. Etiam communicantur idiomata, Nā tota ecclesia cum Christo dicitur unus Christus. Est uerū ꝙ analogicè dicitur hoc nomē Christus de Christo capite & de ecclesia. Nam prius dicitur de Christo uero capite, & ex consequenti de corpore mystico, & etiam de quolibet fideli tanquam de mensura & mensurato. quia Christus est mensura omnium fidelium in iustificando. Itē Christus dicitur etiam Dauid. Hiere. 30. Seruient F
domino deo suo, & Dauid regi suo. Item Ose æ 3. Reuertentur filii Israel & quærent dominum Deum suum, & Dauid regē suū. Vnde Christus tripliciter dicit Dauid: uno modo, quia erat futurus de genere Dauid secundum carnē sibi promissus, secundo quia in multis Dauid fuit figura Christi pro maiori parte: tertio propter nominis interpretationem, quia Dauid interpretatur manus fortis, quod proprie Christo conuenit. Et ideo quando ponitur Dauid in titulo psalmorum, non intelligitur profeta Dauid tanquā actor psalmi illius, sed intelligit Christus qui loquitur, uel de quo fit locutio in illo psalmo. Sic ergo est dicendum ꝙ quotiescunq; in psalmis & cæteris partibus scriptu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rę ponitur Deus siue dñs, qñque intelligit̃ patet siue tota trinitas, & qñque intelligitur Christus Messias ut patebit in suis locis, sed oĩa alia noia supradicta. s. uerbũ dñi; Nomẽ dñi, semper verificantur de Christo Messia in lege promisso, & adhoc intendat lector.

In secundo capitulo huius quarti tractatus exponunt̃ noia populi Dei, quæ magis in scriptura frequentantur, quę sunt ista. s. Iacob, Israel, semen Abrahę, filii Abrahę, siue Israel, siue Iacob, filii Dei, populus Dei, vinea domini, ciuitas Dei, consilium & congregatio iustorum. Ecclesia Dei, siue domus Dei, quod corpus mysticũ siue hoiem mysticũ aut Christũ appellamus. De quibus p singula est dicendũ. Ad cuius euidentiam est aduertendũ ꝙ dicunt Iudęi, ꝙ totus populus Dei dr̃ Iacob & Israel, & semẽ Abrahæ, eo ꝙ secundum carnem descendit ab istis. Et

B sic dicunt ꝙ nos temere usurpamus nomen Israel, & Iacob, cum descendamus à populo gentili. Sed hoc est irrisorię dictum, nã tunc tota generatio Arabum per mundum diffusa diceretur semen Abrahæ, cum descendat ab Abraham secundum partem per Ismael. & magna pars populi gentilis, qui descendebat per Esau, à quo descẽdebant Syri & Idumęi gentiles & idololatrę. Et ideo est dicendum secundum Aug contra Faustũ, & 16. de Ciui. Dei c. 2. ꝙ multa nomina sunt imposita antiquis patribus vet. test. quæ non sunt imposita à casu nec humana uolntate, sed solo Dei precepto & inspiratione, inquantũ illi fuerunt imago & figura Christi & ecclesię, quia omnia cõtingebant illis in figura:

C Et sic ipsum Abraham appellauit Abrahã. i. patrẽ multarũ gentiũ, inquantum in semine eius erant oẽs gentes benedicendę, & omnes eraut futuri filii eius secũdum promissionẽ. & sic Sarai vocauit Saram. i. risum. eo quòd in Isaac facta est repromissio de Christo futuro. qui debebat afferre risum & gaudium uniuerso mundo. Gen. 18. & ideo quia in Isaac facta est de Christo repromissio. eius filii per Isaac descẽdentes dicti sunt filii repromissionis. Cęteri autem dicti sunt filii carnis, rursus Gen. 25. quia facta est repromissio in Iacob, & non in Esau: ideo filii Iacob dicti sũt filii repromissionis. Et filii Esau filii carnis, sic tàm filii Ismael, q̃ filii Esau pdiderunt & amiserũt nomẽ filiationis Abrahę in scriptura, quod fuit figuratum primo in Ismael, qui fuit ejectus de domo Abrahę cum Agar ancilla mr̃e sua, secundo in Esau, quę Iacob expulit primo de uentre Rebeccę tenẽs plantã eius. Per hoc fuit figuratum ꝙ filii promissionis ipsius Abrahę & Iacob debebãt eiicereuudęos filios carnis de domo & ecclesia Christi in aduentu suo, & illis reprobatis et ejectis, filii promissionis qui sunt christiani debebãt succedere & possidere hę reditatem promissam ipsi Abrahã & Iacob. Hoc ergo pręuidens Rebecca in spiritu vocauit illũ Iacob i. supplantatorẽ et luctatorẽ. Propter duo ergo Ismael et Esau cũ filiis suis amiserũt filiationẽ Abrahę. Primo quia fuerũt de domo ejecti, secundo quia nõ secuti sũt religionẽ Abrahę de cultu unius Dei, imo declinanerũt ad idola. Et intantũ Isaac dicit̃ filius Abrahę, inquãtum mansit in domo & secutus est religionẽ patris. Et sic dicẽ

E do de Iacob respectu Esau. Eadem ergo ratione Iudęi moderni amiserunt filiationem Abrahę et Iacob, qa ejecti sunt ab ecclesia, et non secuti sunt religionẽ Abrahę nec Iacob, quia nõ receperũt nec coluerunt Christũ illis promissum et expectatũ. et sic christiani manẽt ueri filii Abrahę et Iacob secũdũ repromissionẽ. Primo, quia ejecerunt Iudęos de domo et ventre ecclesię. Secundo, quia imitati sunt Abrahã et Iacob recipiẽdo ipsum Christũ illis ꝓmissum et expectatũ. Tertiò, quia sunt benedicti et regenerati in Christo qui est semẽ Abrahę, Iudęi autem, quia nõ sunt bñdicti nec regenerati in Christo, ideo falsò dr̃ filii et semen Abrahę. Itẽ rursum, quia Esau vendidit primogenitură ipsi Iacob pro cibo carnali, ideo non meruit habere hęreditatem, imo Iacob successit in

F hereditate et nomine filiationis. Per q̃ iod fuit figuratũ ꝙ nos debebamus succedere Iudęis in bonis spiritualibus, qa nobis primogenitură uendiderũt pro bonis tẽporalibus, qñ Christũ contẽpserunt, et sic perdiderunt nomen filiationis simul cũ primogenitura. Itẽ per hoc ꝙ Iacob surripuit benedictionẽ dum Esau iuit ad venandum cibos, fuit figuratum qualiter nos debebamus surripere benedictionẽ redemptionis et beatitudinis, dũ Iudęi vadunt post bona tẽporalia contemnentes bona spiritualia Christi et ecclesię. Et sic ecclesia successit in hęreditate, et benedictione, synagoga repudiata sequente bona temporalia, et cibos cerimoniarum. Ex quo patet quòd ecclesia Christi nerẽ dicitur Iacob, quia supplantauit, et ejecit synago-

A nagogam de ventre, & surripuit benedictionem, & sic supplantauit eam. Et sic manifestè patet etiam ꝙ Iacob non est nomen naturæ, sed nomen gratiæ ex dono Dei. Et ideo filii carnis ipsius Iacob non merentur dici filii eius in scriptura, quæ quidem scriptura nõ sequitur carnem, sed gratiam & spiritũ, & sic nos sumus veri Iacob, & filii eius. Item rursus, quando Iacob rediens de Mesopotamia luctatus est cũ Angelo, nec uoluit ipsũ dimittere vsq; quò benedixit ipsum, & tunc Angelus vocauit ipsum Iacob Israel, & cętera, Gen. 32. Vbi notantur septem mysteria. Primo quia Iacob transiuit vadum Iaboth. Secundo vidit Deum in forma viri. Tertio luctatus est cum Deo & tenuit ipsum fortiter. Quarto emarcuit neruus eius femoris sinistri, & mansit claudus pede sinistro. Quin

B to fuit benedictus & dilectus à Deo. Sexto mutauit Deus sibi nomen Iacob in Israel. Septimo vocatum est nomen loci illius Fanuel, id est facies Dei, eo ꝙ in eo vidit dñm facie ad faciem & salua facta est anima eius. Per quæ quidem septem mysteria figuratiua, pręuidit Iacob in spiritu alia septem mysteria futura de Christo & ecclesia. Nam per primũ prænidit qualiter nemo poterat peruenire, nec intrare in ecclesiam Christi nisi transiret vadum baptismale. i. per sacramentũ baptismi. Per secundum autem prænidit qualiter filius Dei erat incarnandus, & debebat apparere mundo in forma humana. Per tertiũ vero prænidit & figurabatur qualiter filii Iacob baptizati debebant recipere Christum, & tenere ipsum fortiter per fidem. Per

C quartum vero prędidit in figura qualiter filii Iacob erant diuidẽdi in duas partes, quarũ vna debebat manere clauda, deuiando & claudicando à veritate legis, non recipiẽdo Christũ in lege promissum, altera autẽ debebat manere recta, Christum & ueritatẽ legis recipiendo. Per quintum autẽ prędidit qualiter ille populus, qui Christum erat receptu rus, debebat ab eo benedici per ecclesiastica sacramenta, & dirigi per legem euangelicã. Per sextum vero prænidit qualiter omnes q̃ in Christo erant regenerandi & benedicẽdi & dirigendi, debebãt vocari nomine Israel. Per septimũ tandem prænidit in figura qualiter in sola ecclesia Christi erat Deus videndus facie ad faciem per fidem, & maximè in sacramento Eucharistiæ, & in sola ecclesia erant fideles saluandi, per hoc quod dixit,

D vidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta est ani ma mea. Ex supradictis patet ꝙ Iacob non dictus est Israel sẽdm carnẽ & natiuitatem carnalem, sed ẽm spiritũ & regenerationem & benedictionẽ spiritualẽ, & ideo filii Iacob qui non receperunt benedictionẽ, & baptismum, & regenerationem Christi; non sunt Israel, nec filii secundũ spiritũ, sed secundũ carnem tantum, & nõ secundum fidẽ, ratione cuius nõ dicuntur veri filii Israel & Abrahæ, quia pp fidẽ utiq; sortitus est tale nomẽ, & facta est sibi repromissio de Christo futuro, & de hæreditate eiusdẽ. Et sic patet ꝙ Iacob, & Israel, & semen Aorahæ non sunt noia naturæ nec carnis, sed gratiæ & ꝓmissionis: ideo conueniunt sòli ecclesię Christi. Et sic patet qũo populus christianus est verus Israel, eo ꝙ habet supradictas septẽ cõditiones. Nã Israel interpretat̃ vir videns Deũ E facie ad faciem. vt legitur ibidem, & etiã Israel interpretatur princeps fortis cum Deo, vel directus à Deo, vel bñdictus à Deo. Et sic cum populus Christianus videat Deum per fidẽ & receperit Christum, & teneat eũ fortiter, & est benedictus & confortatus per ecclesiastica sacramenta, & directus per legẽ euangelicam: ideo verè dicitur Israel. Et per cõsequẽs populus iudaicus falsò dicitur Israel, cũ nullam supradictarum cõditionum habeat, imo totum oppositum fecit, quia nõ solũ nõ recepit Christũ, sed & ipsum crucifixit, & sic non videt Deum, imo manet cecus & maledictus. Nec etiã potest dici Iacob, sed Esau. Primo quia ejectus ab utero ecclesiæ, secundo quia uendidit primogenitură nobis, tertio quia amisit benedictionẽ sãctorũ. Ex quibus patet ꝙ populus Christianus ve- F rè dicit̃ Iacob & Israel, & semẽ Abrahę secundũ promissionẽ & imitationẽ. Vnde occecationem illius populi reprehendit Esa. 6. Cũ dñs dixit, occeca cor populi huius & aures aggraua. Item 42. Quis cęcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quẽ nuncios misi? Et quis cęcus nisi qui uenundatus est? Itẽ 43. prædicit populum gentilem hereditaturum nomen Iacob et Israel dicens. Ab oriẽte adducã semẽ tuũ, et ab Aquilone congregabo, dicã Aquiloni, da: et Austro noli ꝓhibere, affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis tr̃ræ, et omnes qui inuocãt nomen meũ et gloriã meã, formaui eũ et creaui et feci eũ, educ foras populũ tuũ, oẽs gentes cõgregatæ sunt simul et collectę sũt tri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bus. Item 44. Noli timere serue meus Iacob & rectissime Israel quem elegi, effundam aquam super sitientem, & flumina super aridam. Et ille dicit, domine ego sum, & ille vocabitur nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur. Item ibidem 65. Dimittetis nomen uestrum hæreditarium, & uocábo seruos meos nomine alio. Ex supradictis patet q̃ populus iudaicus debebat amittere nomen Iacob & Israel, & manere cecus, & populus gentilis debebat succedere in nomine & hæreditate & uocari nomine Iacob & Israel, & manu, & ore, & scripto profiteri Deum, & Messiã in lege promissum. Ex quibus patet q̃ ecclesia Christi, & populus christianus est uerus Iacob, & uerus Israel, & uerum semen Abra

B hæ, sicut probat apostolus per epistolam ad Roma. Item populus christianus dicitur ciuitas dei, inquantum est cõcors fidelũ multitudo, consensu unius legis euangelicæ, & unius fidei & caritatis sociata. Item dicitur ecclesia inquantum est congregatio fideliũ. Item dicitur corpus mysticum, inquantum iungitur uni capiti Christo per fidem & caritatem. Item dicitur unus homo mysticus, inquãtum peregrinatur ab Adam usque ad Christum in primo & in secundo aduentu. Item dicitur uinea domini, quia ab Adam usque ad ultimum electum, quot sanctos germinauit, tot palmites protulit secundũ Gregorium. Et etiam quia Christus expressit ex ea uinum sacramentorum in suo aduentu. Ex supradictis patet q̃ ubicunque in

C scriptura, & maximè in psalmis scribitur & ponitur Iacob, aut Israel, aut semẽ Abrahæ, aut ciuitas Dei, aut domus Dei, aut Hierusalẽ, aut Sion, aut uinea dñi, semper intelligitẽ ecclesia fidelium Christi, quia omnia illa nomina posita sunt in ueteri testamento in figura Christi, & ecclesiæ, siue populi Dei, quia omnia figurabant & significabãt istam præsentem ecclesiam. Causa etiam quare tota ecclesia Christi dicitur Israel & Iacob, siue filii Israel, est. Nam omnes nos descendimus ab apostolis per generationem spiritualem. & sic sumus filii apostolorum secundũ spiritũ, sed illi sunt filii Iacob siue Israel ſm carnem & spiritum, ideo nos dicimur Israel & Iacob, siue filii Israel, & semen Abrahę secundum spiritum. Vnde sicut ille populus fuit continuatus à Iacob usque ad apostolos per generationem carnalem, ita populus christianus & ecclesia fidelium continuabi- D
tur à Christo & apostolis usque ad iudiciũ, per generationem spiritualem.

In tertio capitulo exponuntur nomina localia ipsius Dei & populi eius. Ad cuius intellectum est notandum q̃ quinque sunt nomina locorum, quæ maximè in psalmis frequentantur, in quibus deus dicitur habitare. s. arca dñi, tabernaculum domini, templum domini, mons domini, & cælum. Vnde Arca est quam dñs præcepit fieri p Moysen in mõte Sinai ex lignis Sethim, ut patet Exod. 27. & 37. In qua considerantur, quatuor, scilicet materia ex qua facta erat, quia ex lignis Sethim, scilicet Cypressi imputrefactibilis, Secundo ibi erant repositæ duæ tabulæ diuinæ legis. Tertio urna Aaron. Quarto Vrna ipsius Mannæ, ut ait Apostolus ad Hebr 9. In quibus quatuor figurabat perso E
na Christi qui est Deus & homo, rex, & sacerdos. Nam per lignũ Sethim notatur humanitas, per Manna diuinitas, per legem uero regnum, per uirgam autem sacerdotium figurabatur. Et ideo arca domini per prius uerificabatur de ipsa humanitate & persõna Christi, quam de cæteris, eo q̃ in ea habitat uerbum per unionem personalem. Secundo Arca dñi uerificatur de sacramento eucharistiæ in quo Christus habitat, & continetur realiter & sacramẽtaliter, & fit unum sacramentum ex Christo, & accidentibus sacramentalibus. Tertio uerificatur de beata uirgine, in cuius utero uirginali Christus 9. mensibus habitauit. Quarto uerificatur de tota ecclesia fideliũ, in qua Christus habitat per mysticam unionem, quam sibi uniuit, & desponsauit indissolubiliter per fidẽ, F
quam ex lapidibus uiuis fabricauit. Quinto uerificãt de qualibet anima iusti, quã deus inhabitat per gratiam. Sexto uerificatur de qualibet ecclesia materiali in qua Deus habitat per spiritualem dedicationẽ, eo quòd ecclesiæ fabricantur & dedicantur ad ministranda ecclesiastica sacramenta, & diuina officia celebranda. Septimo Arca dñi uerificatur de cœlo empyreo, in quo deus habitat per gloriam. Ex quibus patet q̃ Arca analogicè dicitur de istis 7. ſm prius & posterius per ordinẽ, ſm q̃ in eis maiorẽ habet unionẽ. Et ideo Arca dñi per prius uerificatur de humanitate assumpta, quia perfectius habitat in humanitate assumpta q̃ in cæteris, q̃ perfectius unitur ei, & ideo magis beatificat illam

A illã, quã cætera tabernacula, & sic Arca Dñi per ordinẽ verificaf de cæteris. Itẽ per eãdẽ rationẽ Tabernaculũ Dñi, & Tẽplũ Dñi veri sicanẽ de supradictis p ordinem, ſm prius & posterius. Nã tabernaculũ, siue templũ Dñi, primo figurabat humanitatẽ Xpi. Et ideo primo de illa verificatur. Et ideo Christus corpus suum templũ appellat. Io. 2. quãdo dixit: soluite templũ hoc & in triduo reædificabo illud. Et ideo subdit euangelista: q̃ hoc dicebat de templo corporis sui. Ideo Dauid in toto illo exemplari, & tota illa descriptio

B ne tẽpli sibi tradita à Spiritusanẽto fuidit in Spiritu totũ mysteriũ incarnationis, & fabricationis ecclesiæ: vt ipse Dauid ait primo Paralippo. 28. q̃ intellexit oĩa quæ erant in illo exemplari sibi tradito. Ideo totum illud tẽplum per Salomonem fabricatum verè fuit figura Christi ſm partes suas. Nam in illo templo erant tria, quia in medio erant sancta sanctorum, per quod figurabaf diuinitas quæ in Christo latebat, secundo erat in illo templo atriũ sacerdotũ, p quod figurabatur anima Xpi: tertio erat ibi atriũ populi p quod figurabatur caro Christi. Et sic totũ illud tẽplũ rectè figurabat persõnã Christi. Extra autẽ, cõiunctim cũ templo erat porticus templi, p quod figurabatur totũ corpus mysticum ecclesiæ. Ex quo patet q̃ templũ Dñi in scriptura prius verificatur de humanitate Christi, & exinde de sex sequentibus per ordinem. Hoc idem est dicendũ de tabernaculo quod fabricauit Moyses. Quia prius

C verificatur de humanitate Xpi, & inde de cæteris sex supradictis. Item per eandẽ rationẽ mõs Dñi & cælũ per prius verificanẽ de humanitate Xpi, & exinde de cæteris. Ex quib. patet q̃ quãdo nos legimus ista quinq; loca Dei in vet. test. nõ debemus sistere in litera, quia nõ ponũtur gratia sui, vt frequẽter dictum est, sed vt figurabant supradicta septẽ loca spiritualia, in quibus Deus verè dicitur habitare, modis quibus dictum est: & sic spiritualiter & profetice sunt exponẽda suprascriptura: & in hoc cõcordat Rabbi Moyses Deuteronomii, titulo de pœnitentia capit. 8. dicens: q̃ hoc est bonum, post quod nullũ est bonum: & hoc desiderarunt scire profetæ: quod bonum, multis vocauerunt nomi-

nibus, quæ sunt: mons Dei: & locus sanctus eius. & locus sanctuarii, & via sancta: atria Dñi, Templũ Dñi: domus Domini, & porta Domini. Item dicit q̃ illud templum quod D
describit Ezechiel. 144. non est intelligendũ de templo materiali, sed Spirituali & cælesti: ex quibus patet secundum istũ q̃ illa nomina locorũ Dei non sunt intelligenda ad literam de illo Templo materiali. In secũda parte huius capituli exponentur nomina localia populi Dei. Ad cuius intelligentiam est notandũ, q̃ nomina locorum in quibus habitat populus Dei, q̃ magis frequentãtur in scriptura, sunt quinque. s. Hierusalẽ, Syõ, Iudæa, terra Israel, & hæreditas Dñi. Vnde Hierusalem est ciuitas sita in monte Syon. & mons Syon est in Iudæa. s. in Tribu & sorte Iuda. Et Iudæa est pars meridionalis totius terræ promissionis. Et sic terra promissionis dicitur tota terra à Monte Libano, vsque ad Bersabẽ. Et á mari mediterraneo vsq; ad Eu-

E fratem, licet totam nunquam possederũt, ut patet Iosue primo, & Iudicũ tertio. Veruntamen est aduertendum q̃ hæc nomina non sunt imposita istis locis à natura, nec à casu; sed ex Dei nutu & voluntate propter futura mysteria, quæ in ipsis locis erant futura & implenda: & hoc patet per eorum interpretationes. Nam Hierusalem interpretatur visio pacis, & Syõ interpretaf Specula siue speculatio, & Iudæa cõfessio. Quæ quidẽ loca si ad literã sumantur tẽporaliter, videf q̃ falso noie nominenf. Nam in Hierusalẽ nunquã fuit uisa pax terrena & tẽporalis, sed sẽp litigium, & maximè hodie q̃ est subiecta infidelibus. Et ideo est dicendũ q̃ ratio & causa quare patriarchæ & profetæ tantũ cõmen darunt, & desiderarunt illã ciuitatẽ Hierusalem & Syon & Iudæam, non fuit propter

F situm, nec propter muros, sed quia præuiderunt in Spiritu profetico, qualiter Christus in lege promissus erat in illam terram & ciuitatem venturus, & in ea prædicaturus & miracula operaturus, & in mõte Syon debebat instituere sacramentũ Eucaristiæ, & in Hierusalem moriturus, & sepeliẽdus, et resurrecturus: et in monte Syon Spiritũsanctũ sup discipulos missurus. Et ideo q̃ Christus rex pacis in illa ciuitate nos debebat Deo patri, per suum sanguinem reconciliare, et pacificare, iuste vocata est Hierusalẽ. Itẽ quia Christus rex pacis in illa Hierusalẽ debebat fundare, et ædificare, et incipere suã ecclesiã in pace fundatam. Et pẽr eandẽ rationem ille mons dictus est Syon. i. specula et cõtemplatio: quia ibi apostoli debebant recipere Spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ritumsanctum, et dona gratiarũrper quę intellexerunt diuinas scripturas. Et per eandẽ rationẽ tota illa pars terræ dicta est Iudæa, idest cõfessio, quia in ea Xps erat nasciturus, et in ea Angeli debebant cõfiteri Christum esse Deum, in sua natiuitate cantãtes, gloria in excelsis Deo. Item quia ibi magis Christũ cõfessi sunt esse Deum et hominẽ, offerentes tria munera, et latria ipsum adorãtes. Et sic patet ꝙ confessio de Christo in Iudæa facta est in sua natiuitate, & in oblatione tẽpli per Symeonem. & Annam profetissam: postea p Apostolos & ideo ex diuina prouidentia ceci dit illa terra in sortẽ Iuda: & vocata est Iudæa. propter mysteria futura. Per eandem rationem tota terra illa dicta est terra promissionis, quia in ipsam erat venturus Christus in lege promissus: & in ipsa genus humanũ
B debebat recipere repromissiones: & sic etiam dicebatur hęreditas Dñi, quia in ea recepimus hęreditatem promissam. Et ideo dicit Hiero. in epistola de mãsionib. ꝙ causa quare patriarchæ & profetæ desiderabant sepeliri cum tanto affectu in terra promissionis, fuit quia præuiderunt in Spiritu ꝙ Christus erat ibi moriturus, & sepeliendus & resurrecturus: ideo desiderabant cũ illio resurgere ad vitam immortalem. Et sic putant multi doctores ꝙ Adam, & Abraham, & Dauid & multi sancti vere. tes. surrexerunt cum Xpo propter illam euangelicã sententiã. Multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo. Ex supradictis patet ꝙ non à casu, nec volũtate humana, nec propter naturã locorũ, fuerũt imposita talia nomina istis locis, sed pp di-
C uinam mysteria, quæ erant in eis futura, q̃ realiter fuerunt in eis per Xpm cõpleta. Sed qa tota ecclesia Xpi incepit in illis locis, & fuit instituta in Hierusalẽ, & exinde p totũ mundũ diffusa, ideo per totã scripturam ecclesia Xpi noiatur his quinq; nominib. s. Hierusalẽ, & Syon, & Iudæa, & terra promissionis, & hæreditas Dei Nã ecclesia Xpi incepit in illa sancta societate Apos. & discipulorum q̃ secuti sunt Xpm ante passionẽ, & post resurrectionẽ fuerunt cõgregati numero. 120. in monte Syon, vbi omnes receperũt Spiritũsanctum, vt patet Actuũ primo & secundo: quã societatẽ & ecclesiã Christus in pace fũdauit. quia nunquam venit ad eos quin diceret, pax vobis, vt patet per totum discursum euangelicum, & maxime post resurrectionẽ totus .n. tesaurus huius societatis fuit pax.
D Vnde dixit eis Christus. Pacem meam do vobis: pacem meã relinquo vobis. Vnde ista sancta societas siue ecclesia egressa ab illa Hierusalẽ, dispersa est per totum orbẽ: ideo tota ecclesia vere dicitur Hierusalem, quia ab illa ciuitate incepit, & ideo nomen eius retinet. sicut flumina retinent nomen fontis vnde oriuntur. vnde Araxes sic noiatur eo ꝙ fluit à montibus Arach ipsius Armeniæ, & Borysthenes sic noiatur per totũ, eo ꝙ oritẽ à monte Bory. qui est pars ipsius Rifæi Et sic pro maiori parte omnia flumina retinent nomina montiũ & locorũ à quibus oriunt. Propter duo ergo tota ecclesia Xpi dicitur & denominatur Hierusalẽ. Primo quia ibi fuit constituta à Christo & incepta, & inde orta, & per totũ orbem diffusa. Secundo propter proprietatem & nominis interpretationem, quia ipsa est visio pacis, in qua sola Christus
E videtur per fidem. Per eandem rationem dicitur Syon, quia in sola ipsa Christus speculatur & contẽplatur. Item per eandẽ rationẽ dicitur terra promissionis, & hæreditas Domini, quia in sola ipsa recepimus promissiones factas de Christo: & recepimus hæreditatem hic per gratiã, & in futuro per gloriã. Et sic est dicendũ ꝙ in sacra scriptura ista 5. nomina verificantur: primo de Xpo, secundo de ecclesia: nam Hierusalẽ & Syon primo verificantur de pśona Christi & de eius humanitate: quia ipsa anima Christi primo videt Deũ per essentiã, & in ipsa humanitate videtur Deus in patria à beatis. Item pax primo reperitur in ipsa humanitate Christi, in qua totũ corpus cum magna cõcordia subiicitur & conformatur animæ, & anima Deo:
F secundo ex cõsequenti in tota ecclesia. quæ dicitur Hierusalẽ propter rationes iã dictas. Tertio verificatur Hierusalem de ipsa virgine Maria, quia in ea maxime viguerunt supradictæ conditiones visionis, & pacis, & ordinis. Quarto verificatur de anima cuiuslibet iusti. Quinto verificatur de regno cœlesti. Et per eadẽ rationes sẽcũdum ordinem, Syon primo uerificatur de Christo: sẽcũdo de ecclesia. Et sic est dicendum de hoc nomine Iudæa: & terra uiuentiũ, & hæreditas Domini. & etiam de hoc nomine cœlum: nã cœlum interpretatur clarum; & dicitur à claritate. Ideo prius uerificatur de Christo, secũdo de ecclesia: tertio de Virg. Maria: quarto de qualibet anima iusti: quinto de cœlo Empyreo, siue de regno cęlorum, siue de curia

A ria beatorum. Sed hoc est secundum ordinem successionis: nam secundum ordine perfectionis, cœlum prius intelligitur & uerificatur de consistorio trinitatis: secundo de tota illa ecclesia triunfanti, tertio de ista militanti, quia illa est clara per gloriam, ista per gratiam & fidem. Aduertat ergo diligenter prudens lector, quia ista nomina non fuerũt imposita illis locis gratia sui, sed ratione futurorum mysteriorum de Christo & ecclesia, ideo ad talẽ sensum sunt exponenda. Vn de cum hoc cõcordat Rabbi Moyses de Egyto in suo mor. vbi dicit ꝙ hoc est desiderium
B desideriorum quod cupiunt scire, proferę, scilicet scire & intelligere significationes nominum localium terrę promissionis, quia p Hierusalem inferiorem, intelligenda est Hierusalem superior. Cum hoc etiam concordat illud quod legitur in glossa Beresith Raba, vbi per Talmudistas mouetur quęstio. An Deus, siue eius Messias cũ venerit debeat esse acceptator personarum: ad quam quęstionem respõdent, ꝙ absit, imo Messias cum venerit, saluabit omnes confitentes Deum corde & opere, quia sic scriptum est Hieremię. 60. In diebus illis saluabitur Iuda; id est omnes gentiles Deum confitentes qui dicentur Iuda, quia sic scriptum est etiam Esai. 49. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad fines terræ. Ex quibus patet quod nomina siue loca supradicta non sunt intelligenda etiam secundum Hebręos solum ad literam, sed spiritualiter pro tota ecclesia, à solis ortu vsque ad occasum diffusa. Vnde dicit Rabbi. Solo. super Zach. 9. ꝙ profetę non sũt locuti nisi ad tempus Messię, quia nihil est scriptum in lege veteri gratia sui, sed omnia referuntur ad Christum vt dictum est.

IN quarto capitulo exponuntur nomina diuinę legis. Ad cuius intellectum est aduertendum, ꝙ lex domini secundum ꝙ habet diuersos effectus & respectus, ita diuersis nominibus nuncupatur. Nam inquãtum est à Deo lata, & inquantum ligat & obligat hominem, dicitur lex Domini, sed inquantum est à Deo prolata & scripta in tabulis, dicitur sermo Domini: siue eloquium Domini, sed inquantum prohibet mala fieri, dicitur præcepta, siue præceptum, inquantũ aũt addata. monet bona fieri, dicitur mandatũ, siue mandata. Sed inquantum est testificata à Deo & profetis, dicitur testimonium Domini. Sed inquantum per legem cognoscimus voluntatem Domini, dicitur volũtas Domini. Sed
D inquantum fuit confirmata per mortẽ Christi testatoris, dicitur testamentum Domini. Sed inquantum iustificat obseruantes, dicitur iustitię, siue iustitia Domini. Sed operationes quę fiunt secundum iustitiam, dicuntur iustificationes. Sed punitiones & præmiationes quę fiunt per iustitiã, dicuntur iudicia Domini. Inquantum vero ducit & dirigit homines, dicitur via. Item inquantũ eius scripta omnia sunt impleta in Christo; dicitur veritas. Inquantũ per legẽ sumus liberati, dicitur misericordia. Item inquãtum Deo pacificati, dicitur pax. Item dicitur arbor siue lignum vitę, & hoc metaforicè. Nam sicut Adam colendo illam arborem vitę & comedendo eius fructum, iuxta præceptũ Domini fuisset præseruatus ab omni infirmitate & morte, & in tempore suo collegisset &
E adeptus fuisset immortalitatem, & post magnũ tempus translatus esset in uitam meliorem secuudum Augustinum, ita Deus post lapsum dedit homini hanc legem, loco illius lignivitę, vt eam seruaret; & coleret, expectãdo ex ea fructum vitę Et patres vete. test. eã seruarunt vsq; ad tempus Christi. Et sic ex ea receperunt fructum in tempore suo, scilicet fructum redemptionis, & sic eãdẽ legem sẽdm veritatẽ colentes nos expectamus fructum gloriç. Ista arbor sicut in primo aduentu Christi fecit fructum gratię, & nostræ redẽptionis, ita & in sẽdo aduentu faciet fructum gloriç. Item lex Domini dicitur etiam vinea Domini. Nam sicut vinea primo plantaẽ, & postea facit palmites & exinde vuas, ex quibus expressis in torculari, extorqueẽ vinum in tempore suo, ita pariter Christus
F in principio dedit legem naturę, quę fecit folia in Noe & Abrahã, & sic incepit facere vuas in Dauid & pfetis, quę maturę fuerunt in aduentu Christi. Ex quibus Xps expressit & extorsit vinum, ecclesiãsticorũ sacramentũ in torculari crucis, & ex eadẽ lege veteri extorsit ueritatem euangelicã, quã nos colimus & obseruamus, ex qua extorquemus & extorquebimus vinum gloriç in die iudicii, & etiam in fine cuiuslibet fidelis; ex quo patet, ꝙ lex diuina accõmodatè dicitur uinea dñi. Matthei. 2. & 22. Quę data est nobis ad colendum. Item lex diuina dicitur etiam seges, nam sicut fruméntum primo seminatur, & postea crescit in herbam, & exinde in granum, & ultimo in area cum

A ventilabro separatur granum à paleis, & granū reponitur in horreo ad sustentandū uitā hominū, paleæ vero cōburunt igni & proiiciuntur bestiis ad comedēdum, pariformiter Deus in principio seminauit legem post lapsum in Adam & Abel, quæ creuit in hærbā in Noe & Abrahā, & incepit facere spicas in Moyse, & incepit facere granum in profetis, quæ quidem seges legis fuit matura in Xpō, vnde dicit Christus Lucæ. 9. messis quidem multa. Itē Io. 4. Aspicite messes qm albæ sūt sed hanc messem Christus messuit, & in sua area crucis triturauit, & nētilabro suo granū euangelicę ueritatis à paleis cerimonialium, & cæterorum legalium separauit, & granū sacramentorum & legis euangelicæ in horreo ecclesiæ. pro nobis reposuit, & paleas cerimo

B nialiū tradidit igni extinguibili, quia cerimonias & cætera legalia totaliter reprobauit, & eiecit, & abdicauit. Et sic, sicut iam recepimus granum sacramētorum, nunc expectamus granum gloriæ post hanc uitā. Iudei autem ceci & obstinati adhuc comedunt folia cerimoniarum sine fructu, & bibunt siue comedunt uinaceū sine uino, quod iā exinde expulsum est, & ita comedunt paleas legaliū sine grano tanquā bestiæ. Et sic patet quomodo lex diuina, siue sacra scriptura nominatur istis. 20. nominibus, scilicet, lex domini, uerbum domini, eloquium domini, sermo domini, præceptum, mandatum, testamentum, testimonium, iustitia, iudicium, iustificationes, via domini, semita domini, veritas, misericordia, pax, arbor, siue lignum uitæ, uinea domini, ager, siue seges domini, & hoc secundum

C diuersos respectus & effectus, & ideo quandocunque aliquod istorum nominum in sacra scriptura ponitur, semper est intelligenda lex diuina, quæ semper est distinguenda secundum suas ætates, ut dictum est tractatu. 3. regula. 7. veruntamen de unoquoque istorum clarius dicetur in suis locis.

In quinto capitulo memorantur & exponuntur nomina diaboli, & populi eius magis frequentata in sacra scriptpra, vnde diabolus dicitur quia diuisus, quia ab initio in ueritate non stetit, sed à Deo discessit, & sicut ipse fuit diuisus, ita fuit etiam diuisor, quia hominem à Deo per peccatum separauit, & continuè inter homines zizaniā seminauit. Mat. 13. & à ueritate diuinæ legis nos separare conatur. Secundo dicitur Sathanas. i. contrarius & aduersarius, quia ab initio nobis aduersatur & inimicatur, & omni ueritati resistit. Itē dicitur Peccator, quia ab initio peccat qa mentitur. Ioan. 6. Item dicitur Exterminator Apocalyp. 9. quia hominem extra terminos diuinæ uisionis & beatitudinis eiecit, & continuè conatur extrahere. Item dicitur Mors Apoc. 6. quia hominem in mortē deiecit & auctor mortis ipse fuit, & sic hęc sūt nomina diaboli magis frequentata. Dicitur etiam Belial & Leuiathā. Nā Belial interpretatur ascensus siue superbia, & Leuiathā terribilis & vastans. Sed nomina populi diaboli sunt Sodomæ. Egyptus in epistola Iacobi: eo ꝙ tales sunt occecati in tenebris peccatorum. Item dicitur Babylon, quia confusio. Apocal. 16. Quia inter membra diaboli non est ordo, sed horror, & cōfusio, cū omnes seruiant vitiis & malis cupiditatibus, & sic in eis non ratio sed sensualitas dominatur. Et ideo per talia nomina in scriptura communiter populus, siue membra diaboli, aut hæretici & infideles et mali intelliguntur.

Tractatus Quintus.

IN quinto tractatu exponuntur generaliter & explicantur tituli psālmorum. Ad cuius intellectum est notandum ꝙ titulus in psālmis est cum sacramento occulto aliquid significans descriptio, unde per hoc quòd dicitur descriptio, denotatur ꝙ in tali titulo describuntur aliqui termini, siue quòd talis sit per aliquos terminos. Per hoc autem quòd dicitur aliquid notificans, denotatur quod illi termini ponuntur ad aliquid notificandum. Per hoc autem quòd additur cum aliquo sacramento, denotatur ꝙ illi termini includunt aliquod sacramentum de Christo & ecclesia. Item secundum alios, Titulus in psālmis est quorūdam terminorum sacramentum psālmi continētium annotatio, quę quidem descriptio idem significat cum superiori. Et ideo est notandum quòd sex prænotantur in titulis psālmorum, nam talis titulus, aut notificat nomen psālmi, aut personā aliquam, aut materiam psālmi, aut modum cantandi, aut instrumentum cum quo cantabantur illi psālmi, aut tempus in quo cantabantur. Nomina autem psālmorum sunt octo scilicet psālmus, canticū, hymnus, intellectus siue ertūditio, oratio, alleluia, psālmus cantici, canticum psālmi. Psālmus dicitur quasi sermo laudatorius. Et sic omnes generaliter

A raliter dicuntur psālmi. Canticum dicitur in quantum cantabatur voce humana. Hymnus autem dicitur inquantum dicit laudem Dei cum lætitia. Alleluia dicitur inquantum continet laudes Dei simpliciter. Vnde dicit Rabbi Abenazara in prologo huiusmodi, quòd hæc est differentia inter hymnum, & alleluia, quia hymnus dicit simplici ter laudem, sed alleluia dicit laudem simul cum Deo. Nam allelu, idem est quod laudate, sed, ia, idem est quod deus. i. laudate Deū. Et sic alleluia includit simul Deum cum laude. Sed ista sunt satis friuola, quia hoc idem dicit hymnus, nisi quòd addit lætitiam. Sed alleluia dicitur inquantum in illo psālmo narrantur beneficia Dei. Intellectus uero, siue eruditio dicitur inquantum ille psālmus

B continet aliquod mysterium profundum à spiritusancto profetice reuelatum. Oratio dicitur inquantum in illo psālmo fit aliqua petitio. Canticum uero psālmi dicitur inquantum ille psālmus cantabatur simul cum instrumento musico. Sed erat ista differentia. Nam quando Chorus cantorum incipiebat primum uersum psālmi, & instrumentum sonabat uersum sequentem, tunc dicebatur canticum psālmi. Sed quando instrumētum incipiebat psālmum, & chorus sequebatur secundum uersum, tunc dicebatur psālmus cā tici. Et sic patet quòd ista octo sunt nomina psālmorum in titulis prænotata & non plura. Secundo prænotatur quandoque in titulis aliqua persona. Sed illa persona potest esse triplex. Nam quandoque prænotatur & præscribitur persona actoris ipsius psālmi;

C vt quando dicitur psālmus Dauid. Quandoque autem in persona cantoris ut cum dicitur ipsi Asaf siue filiis Core. Quandoque uero persona de qua est psālmus, ut cum dicitur In Salomone, uel Doech psālmo. 51. Tertio in titulo quandoque prænotatur materia de qua est psālmus, siue ex qua est psālmus: ut cum dicitur, cum Dauid fugeret à facie Absalon. Quarto prænotatur quandoque in titulo modus cantandi, ut cum dicitur, in finem, siue ad uictoriā, siue super octauam, quia tunc unus chorus conabatur superare alium in elevatione uocis. Sed hoc non fiebat sine sacramento, ut patebit suis locis. Quinto quandoque in titulo prænotatur in strumentum cum quo psālmus cantabatur, vt cum dicitur, In organis Dauid. Sexto quādoque in titulo prænotatur & notificatur tē

D pus in quo psālmus cantabatur, ut cum dicitur pro torcularibus, siue prima aut quarta sabbati. Sed omnia ista non fiebant sine sacramento ut patebit, & dicit Rabbi Abenazara quòd quando in titulis ponitur ad uictoriam, siue in finem, aut canticum, semp prænotabat aliquod futurū. Item dicit Camhy in prologo huius libri quòd omnes psālmi q intitulantur ad uictoriam, siue in finem, siue in organis, loquuntur de Messia, & semper denotant aliquod mysterium profundum. Item dicit secundo, ꝙ Dauid fecit omnes psālmos qui sunt sine titulo. Item dicit tertio ꝙ Dauid non solum fecit psālmos in persona sui, sed etiam in persona aliorum: scilicet in persona Adam harisoni. i. primi hominis, & in persona Moysi. Vnde quando dicit oratio Moysi uiri Dei, non ponitur ibi Moy

E ses ꝙ fecerit psal. 3. sed ꝙ fecit Dauid psālmum illum in persona ipsius Moysi, inquantum introducit ipsum ad loquendum. Et sic est dicendum de psālmo. 17. qui intitulatur in Salomone. Et sic dicimus nos ꝙ multi psālmi sunt facti in persona illius qui introducitur ad loquendum, sicut in psal. 3. & 15. & 20. & multi facti sunt in persona ecclesiæ siue corporis mystici, ut est psa 5. Et multi sūt facti in persona ipsius Adæ cum sua posteritate fidelium, ut est psālmus. 6. & 12. Et ideo debet diligenter aduertere lector quæ persona introducitur ad loquendum in quolibet psālmo, & cuius est uox siue locutio, quia aliter non potest haberi uera intelligentia psalmi. Et etiam præter personam actoris psālmi, est prēnotāda & valde consideranda persona introducta ad loquendum in psalmo, si

F cut in comœdiis & tragœdiis prænotantur & considerantur personæ introductæ, quia nusquam loquitur auctor. Ex quo patet ꝙ omnes particulæ in titulis positæ sunt valdè notandæ, quia nulla ponitur sine magno sacramento. Nam ubicunq; ponitur in finē, ꝑnotatur ꝙ ille psalmus dirigit nos in Xpm, qui est finis legis. Et sic Dauid per illū psālmū dirigebat illū populū in Xpm Messiā futurū, quiā in illo psālmo loquebatur profetice de Christo futuro, quem ille populus tanquam finē illius legis expectabat, in quem tendebat & peregrinabatur. Item sunt ēt attendenda & consideranda instīa musicalia quæ nominātur in titulis & in psālmis, quæ sunt. 7. Cymbalū, Tuba. Quorum quodlibet nō ponitur sine sacramēto, immo significabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bat aliquod mysteriũ futurũ de Christo & ecclesia. Nã Psalteriũ est instrum musicale quadrãgularis figuræ altera parte lõgiori hñs de cẽ cordas principales. Per qđ significabat mistice lex euãgelica, q̃ primo est quadrãgularis, quia per quatuor euãgelistas fuit scripta & testificata. Quorũ duo sunt maiores de uisu, s. Ioãnes, & Metthæus: & duo minores de auditu, s. Lucas, & Marcus. Itẽ secũdo q̃ lex euangelica habet decẽ cordas, s. quæ cõtinet in se decẽ euãgelica mysteria. s. primo mysteriũ trinitatis. Scdõ mysterium incarnationis, & natiuitatis. Tertiò mysteriũ prędicationis. Quartò mysterium miraculorũ operationis. Quintò mysteriũ mortis, & passionis. Sextò resurrectionis. Septimò ascensionis. Octauò spiritussancti missionis. Nonò gentiliũ vocationis & totius ecclesiæ cõgregationis. Deci
B mo futuræ glorificationis. Hæc sũt decẽ cordæ psalterii euãgelici. Et hoc dr̃ psalteriũ de cacordũ figuratũ per illud psalteriũ materiale cũ quo cantabantur psalmi leg. ve. Itẽ lex euãgelica dr̃ẽt moraliter psalteriũ decacordũ, inquantũ continet decẽ præcepta moralia. Et sic in hac ecclesia militãti cõtinuẽ cantamus psalteriũ morale per obseruãtiã decẽ præceptorũ. Sancti uero in cœlo cantãt psalteriũ anagogicũ decẽ fructuum, & gaudiorũ gloriæ & fœlicitatis. Itẽ citara q̃ est triangularis figuræ, Primo significabat mysteriũ trinitatis. s. tres pensonas diuinas in una substantia & essentia. Secũdo significabat vnã ecclesiã septã triplici nutu. s. fidei, spei, & caritatis. Nã in tota lege euangelica nihil percipitur nisi quid credendũ, quid agendũ, quid sperãdum. Item significabat anagogicẽ statum fu
C turæ beatitudinis, quæ consistit in uisione, & tentione, & fruitione. 24. cordæ ipsius citaræ triangularis significabant. 24. seniores cantãtes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, in cõspectu agni. Itẽ tertio tympanũ significabat mysterium passionis Christi spiritualiter, quia fuit pcussus. Itẽ quartò per organũ, spiritualiter significabatur mysteriũ resurrectionis. Itẽ quinto per chorũ significabatur mysteriũ glorificationis. Sextò per tubam significabatur mysterium ascensionis. Septimò p cymbalum significabatur mysteriũ uocationis gentilium & congregationis in vnam ecclesiam. Ideo quando Dauid aut sacerdotes in templo cantabant psalmos cũ psalterio decem cordarũ, nihil aliud intelligebant nisi uocare Christũ vt veniret in carne ad implenda illa decem mysteria euangelica. Et sic est dicendum de D
cæteris instrumẽtis. Nos autem iã cantamus psalterium euangelicum agendo gratias pro beneficiis illis iã receptis. Ex quibus patet, q̃ quando ponuntur in psalmis, & memorantẽ talia musicalia instrumenta, non debemus sistere in litera materiali, sed transire ad sensum spiritualem, & ad mysteria euangelica quæ significabant illa materialia instrumenta. Item quando in psalmis, siue in titulo alicuius psalmi ponitur aliquod tẽpus, in quo cantabantur, puta pro torcularibus, aut pro dedicatione templi, tunc debemus recurrere ad mysteria illarum festiuitatum, puta quid significabant futurum in nouo testamento. Et sic sunt exponendi tituli, & etiam psalmi illius tituli, prout latius patebit in suis locis. Vlterius est tertio notandum quòd in Psal-
B terio. 70. interpretum præter titulos communes, reperiuntur quidã particulares tituli scripti in rubeo, qui dicuntur diapsalmata, & hoc sub nu. 7. Et hoc in medio quorundã psalmorum, & qnandoque in principio. De quo diapsalmate nulla est certitudo apud Hebræos, immo inter se multipliciter discordãt. Nam quidã dicunt, q̃ est mutatio metri. quidam aũt q̃ est cõmutatio siue pausatio cantus. quidam vero q̃ est mutatio sententię. Sed hoc non placet beato Hieronymo in epistola ad Marcellam. Sed dicit q̃ vbi Græci habent diapsalma, literis rubeis, Hebręi habent Sela quod significat semp. Et sic Aquila vbicunq; reperit Sela sic scriptũ, ipse traduxit semper. 70. vero & Symmachus & Teodocion traduxerunt diapsalma. Sed beatus Hieronymus sequens Aquilam transtulit, F
semper, in Latinum in suã traductione. Sed in veritate nullam videtur importare rationem. Nam quasi in infinitis versibus psalmorum reperitur hoc aduerbium semper, vbi non scribitur diapsalma, tali, modo, literis rubeis, quia solum reperiuntur. 7. diapsalmata, sic in rubeo scripta in medio psalmorum. Et quandoque bis aut ter in eodem psalmo. Et ideo Aug. aliter dicit. vnde dicit: quod sicut sympsalma dicitur continuatio psalmi apud Græcos, ita diapsalma dicitur diuisio psalmi, siue manifestę sententię. Nam manifestè videtur q̃ vbi ponitur diapsalma, est distinctio, siue mutatio sententię in eodem psalmo. Et sic Cassiodorus sequendo sententiam Augustini, vbicunque reperit diapsalma semper fecit diuisionem in literas suj cõ-

mentj

A mentj, & in sententia. Sed licet hoc sit bene & verè dictum, quia diapsalma realiter significat diuisionem psalmi, tamen adhuc positio Augustini non euacuat totam causam huius mysterii, quare hoc nomen diapalma pręponatur, siue interponatur literis rubeis, siue alterius coloris. Et ideo est aduertendũ q̃ si bene inspexerimus titulos psalmorum, potius pro maiori parte denotant modum cantandi, quàm materiam. Nam Dauid qui ordinauit diuinum cultum in tabernaculo, & distribuit psalmos in propriis festiuitatib. & sic intitulauit eos sicut ecclesia nunc intitulat hymnos appropriatos singulis festiuitatibus: & præcepit Dauid ut cantarentur illi psalmi cum cæteris instrumentis significantibus mysteria contenta in illis psalmis. Et sic in titulo psalmi memorabat instrumẽ
B ta determinata, cum quibus psalmi cantabãtur. Et etiam explicabat modũ cantandi ut supradictum est. ut unusquisq; chorus sciret secũdum uices suas, quem psalmum deberet cantare in qualibet festiuitate, & per quem modum: & talis modus quandoque explicatur in titulo. Et sic Dauid intitulauit psalmos, sicut Terentius intitulauit suas comœdias, explicando modum cantãdi, & psonas, & instrumenta cum quibus cantabãtur, cum dicitur Acta ludis megalensibus duabus tibiis &c. Item Dauid quandoq; diuidebat psalmum quem cantabat chorus in sua festiuitate, & accipiebat unã particulam psalmi abscisam, alteri festiuitati accõmodatam & appropriatã, quã uocabat diapsalma. Et cantores in medio psalmi ubi fiebat talis
C diuisio, scribebãt diapalma in rubeo, ut cognoscerentur diuisio & distinctio illius partis. Et sic reperiuntur. 70. diapsalmata, id est diuisiones in toto psalterio ẽm ritũ cantandi, qui fiebat tũc in templo Salo Quẽmodũ etiam nos seruamus in aliquib. psalmis, quia de toto psalmo accipimus quãdoq; aliquam particulã, & cantamus illã in aliqua hora. Nam de psa. 30. accepimus sex primos uersus. s. Inte Dñe speraui. Et sic relicta secunda parte psalmi cãtamus primã particulã in cõpletorio. Et sic prima particula proprie dicitur diapsalma i. partitio siue diuisio psalmi. Et sic etiam excerpimus & abscindimus duos ultimos uersus de psal. 79 s. Dñe refugium, & dicimus eos cum Gloria patri. post Præciosa in cõspectu Dñi ad primam. Et sic illa particula & abscisio psalmi dicit D
diapsalma: & sic etiam psal. 118. Beati immaculati in uia, qui habet. 22. octonarios, diuidimus in ii. partes ponẽdo duos octonarios in qualibet parte, & ponimus eos in prima, & tertia, & sexta, & nona horis. Quæ quidem partitiones dicuntur diapsalmata. Et sic patet quid est diapsalma. Item per oppositum etiam ecclesia latina facit aliqua sympsalmata. i. continuationes multorum psalmorũ. Nã quandoq; dicit duos psalmos sub uno Gloria patri: ut in laudibus dicimus Deus Deus meus: & Deus misereatur nostri, sub uno Gloria patri. Et postea in fine dicimus tres psalmos. s. Laudate Dominum de cęlis: & Cãtate domino, & Laudate dñm in sanctis eius, sub uno Gloria patri. Et ista talia dicãtur sympsalmata, siue apopsalmata. i. continuationes, siue appositiones diuer H
sorum psalmorum. Itaque sicut diapsalma est diuisio, siue partitio psalmi. Ita per oppositum sympsalma, siue apopsalma est continuatio, siue appositio psalmorũ, quãdo unus psalmus apponitur alteri, & continuatur cũ eo. Et sic patet quid est, aut quid significat diapsalma, quare literis rubeis scribebatur, quia significabat diuisionem, siue partitionẽ psalmi factam in illa parte psalmi, propter causas iam dictas Sed quid dicẽdum ad beatum Hieronymum uirum tantæ autoritatis, qui dicit q̃, Sela, significat semp? Ad hoc respondetur, q̃ hoc nomen Sela in hebręo erat tunc æquiuocum ad Semper & ad petitionem. Et ideo. 70. cum Symmaco & Teodocion cęperunt unam significationem & ue-
ram. Aquila autem quia ignorauit hanc F
ęquiuocationẽ cępit tantum unam significationem sibi notam, & hunc secutus est beatus Hieronymus Vnde est aduertendum q̃ multa fuerunt in primo templo, quantum ad diuinum cultũ, quę postea fuerunt ignorata in secundo templo, ut ait Iosephus: quia in secundo templo non fuit seruatus totaliter idem ritus cantandi psalmos, imo multa fuerunt omissa, & ignorata propter destructionem primi templi, & Ciuitatis: quia cum magno labore reuocauit Esdra sacerdotes & illum populum ad cultum diuinũ in Secundo templo: & sic non potuerunt omnia recuperare quæ fiebant in primo tẽplo. Immò dicit Iosephus, quòd non solum perdiderunt iudæi existentes in Babylonia cultum diuinum, & obliti sunt ritus colendi Deum, sed etiam obliti sunt li-

teras

Universidad de Deusto
Biblioteca

A teras & linguam hebræam : & ideo Esdras alios caracteres literarum repperit, quibus restituit et scripsit legem, vt inquit Hiero. in prologo libri regum, Non ergo est mirum si Iudæi moderni post destructionem secundi templi à finibus suis eiecti, et per totum orbem dispersi, perdiderũt oẽs ritus colẽdi Deum, antiquos, et linguã hebræam: et ignorant multas significationes et equiuocationes vocabulorum, et ideo inter eos sunt multę cõtradictiones et discordiæ in literali expositione scripturæ vet. test. Et ideo nulla fides est eis adhibenda : quia nesciunt quid dicunt, propter longam oblitionem. Et ideo est magis credendum. 70. interpretibus et ipsi Iosefo, qui fuerunt multo tempore ante destructionem secundi tẽpli, qui melius nouerunt ritus colendi Deum, et significatio-
B nes vocabulorum Hebraicorũ, quã Aquila et Talmudistæ, quos sequitur beatus Hiero. in hac parte. quia Iudæi moderni multas significationes vocabulorũ ignorãt, vt latius dicetur in sequenti tractatu. Et ideo Iudæi iam nesciunt quid dicant in titulis psalmorum, nec in cęteris ritibus antiquis.

Tractatus Sextus.

QVantum ad sextum tractatũ, quia totum test. mentũ vetus est tractum ex Hebręo in græcum et latinum, et multę et diuersæ sunt huiusmodi interpretationes, ex quib. est eligenda una ad exponendum librum psal. Ideo tria sunt præmittenda et videnda in hoc sexto et vltimo tractatu. Primo vnde habuit ortũ lingua Hebręa, et in quo
C differat à caldæa, et ab Arabica, et Syra. Secundo qui fuerunt interpretes maioris autoritatis. Et quæ fuit causa diuersitatis eorum. Tertio quę eorum interpretatio in lib. psal. ad exponendum, à nobis sit magis eligenda. Quantum ad primum est notandum, secundum q̃ dicit Albumasar in suo introductorio, q̃ Noe post diluuium descendit à montibus Armenię, et venit in Chaldæam, et q̃ vidit terram aptam ad scientiam, eo q̃ est sita in quarto climate, ideo decreuit in ea manere cum filiis suis et nepotibus, quos docuit astronomiam, et artes matematicas, et naturalem filosofiam. Postea Caldęi docuerunt Arabes et Fœnices. Sed Arabes docuerunt Aegyptios et Ethiopes : fœnices autem docuerunt Græcos, et Greci latinos, et Sarmatas. Et sic semper manent aliquę diuersitates D in literis et linguis, et aliquę similitudines in sonis literarum. Ex quibus patet q̃ in prima ætate iam erant literę, vt dicit Lisander. Nam Enos incepit inuocare nomen Domini Gene. 4. ergo iam habebat literas quibus commendabat memoriæ orationes quas cõficiebat. Et sic Noe nutritus in prima ætate iam sciuit literas, quæ literę et lingua dicebantur naturales, eo quòd in lege naturę fuerunt traditę : quas literas et linguam, Noe docuit filios et nepotes in secunda ætate post diluuium. Et sic illa lingua naturalis cum literis, durauit usque ad Heber, et Falech. In cuius tempore facta est confusio et diuisio linguarum in Babylonia. Vnde dicit Aug. 16. de ciui. capitulo. 11. q̃ illa lingua naturalis mansit in Heber et filiis suis; B ideo dicitur Hebræa ab heber. Sed Hebræi dicunt quòd illa lingua naturalis totaliter fuit extincta in illa confusione Babyloniæ. Sed in veritate non est necesse quòd illa lingua naturalis totaliter extingueretur, sed sufficit q̃ fuerit facta confusio & mutatio ex illa lingua in multas alias, per mutationem aliquarũ literarum in principio dictionum aut in fine. Et mansit aliqua similitudo & dissimilitudo inter linguas, maximè vicinas, vt patet manifestè. Sed cum hoc stat secundũ Aug. q̃ mansit illa lingua naturalis integra & perfecta apud filios Heber, & suos successores: & ista fuit lingua Caldaica, vt manifestè patet. Ad cuius intelligentiam est aduertendũ, q̃ sicut lingua Gallica & Hispana conueniunt cum Italica siue latina, eo quòd descenduut ab illa: Nam Romani co- F gebant Hispanos & Gallicos, quibus dominabãtur, loqui more Romano, eo etiã quod Romani habebant plures colonias in Hispania & Gallia &c. Et sic tam Galli q̃ Hispani loquuntur Romanè, in quibusdã literis & syllabis. Et sic lingua Hispana moderna nil aliud est nisi lingua Romana obliquata Et iõ Hispani pro maiori parte intelligunt linguã Italicam & econtrario. eo q̃ illa descendit ab ista, Et etiã Hispani intelligunt linguã Gallicã, eo q̃ ambæ descendunt & deriuant ab Italica & latina. Idem ergo pariter est dicendũ de lingua Hebraica & Syra, & Arabica. Nam quia omnes descendũt à Caldaica: vt dicit Albumasar, ideo omnes se intelligũt inter se, & omnes intelligũt faciliter linguã Caldaicã, vt manifestè patet intuẽtibus. Nã

pro

A pro maiori parte uocabula hebraica non differũt ab Arabicis & Caldęis nisi mutatis quibusdam literis aliquando in principio, aut in fine, Et ideo Iudæi faciliter addiscũt arabicũ propter vicinitatẽ linguę. Sed causa quare lingua hebræa deriuetur a caldæa fuit : q̃ Abrahã vir caldæus exiit à caldæa & Mesopotamia, quæ eadẽ est, & uenit in terrã Canaã q̃ est in Syria citra Eufratẽ, & ibi loquebatur Caldaicæ cũ filis & familia sua. Sed p lõgæ teporis morã illa lingua fuit obliquata cõuersãdo cũ Cananæis. Sed quia Cananæi & omnes Syri vocabãt hebræos, oẽs ue niẽtes vltra flumẽ Eufratẽ, ideo oẽs de familia Abrahę loquentes illa lingua appellabãt hebræos, & illã linguã appellabant hebręã, Nã hebræus interpretatur trãsiens, peregri
B nus ueniens ultra. Sed quia Abrahã cũ suis venerãt ultra de Caldæa, ideo appellabãt ipsum hebręum cum omnibus suis. Ideo dicitur Gen. 24. q̃ uenit Abrahã hebręus, quasi homo peregrinus veniens ultra Eufratẽ. Et sic exinde omnes sunt dicti hebręi quasi peregrini, & vltra flumiani & Caldęi. Ex quib⁹ patet q̃ Abrahã fuit Caldęus, & lingua sua quæ dicit hebręa fuit Caldęa. Et sic lingua hebręa est lingua Caldęa obliquata, & aliqualiter alterata propter conuersationem aliarum nationum. Item quia Ismahel filius Abrahę, & Esau filius Isaac populauerũt Arabiam, ideo lingua Arabica est ipsi hebraicæ vicina & similis. Et sic lingua Syriaca, & arabica dicitẽ lingua Caldęa alterata, & obliqua ta, inter quas est tanta vicinitas, ut ait Hie-
C ronimus in prologo galeato, q̃ se adinuicẽ intelligunt. Nam tota terra, quę est ultra Iordanem, pertinet ad Arabiam. Sed ab Hierusalem vsq; ad Iordanẽ vix sunt. 17. milia. Inde ergo est q̃ beatus Hieronimus, ita breui tẽpore didicit ita pfectè literas & linguam Hebręam, eo q̃ habitauit in terra promissionis ferme per 40 annos, in qua terra oẽs vulgares loquebãtur indifferẽter Arabice & Syriace. Et sic Hieronymus iam practicus i lingua Arabica & Syriaca faciliter transiuit in linguã Hebręã & Cãldaicã, ppter multitudinẽ linguarũ. Nã ipse prius nouit arabicũ, nã immediatè ex Arabico i latinũ trãstulit librũ Iob, ut ipse ait in prologo eiusdem libri. Et sic patet q̃ lingua hebręa nil aliud est nisi lingua Caldaica, quã Abrahã duxit in terrã Canaan siue Palestinã. Quę postea fuit obliquata propter conuersationem ca-

nanęorũ. Etiam fuit magis obliquata, dũ ipse populus degerit ultra cẽtum annos in terra Egypti. Et sic in hac lingua scripsit Moyses legem do mini, siue pẽtateuchum, & in eadem lingua fuit scriptũ residuũ vet. testa. & in eadem lingua fuit tota scriptura per Esdram scripta post captiuitatem Babylonis, sed forsan non eisdem caracteribus literarũ, ut ait Hieronymus in prologo galeato : & sic illa lingua & litera duravit & perseuerauit usq; ad Christum & destructionẽ secũ di templi. Sed postea Iudæi expulsi à finibus suis, & mixti inter alias nationes obliti sunt illam linguam, & multas significationes uocabulorũ, nec sciũt alia uocabula hebraica, nisi tãtum illa quæ ponuntur in scriptura. Et etiam ignorant magnam partem significationum illorum. Sed quia post expulsionem Iudęorum, Syri & Arabes inhabitarũt E illam terram, ideo omnes vulgares loquebãtur Arabice & Syriacè indifferenter. Et sic patet unde habuit ortũ lingua hebręa & eius literæ. Quantum ergo ad secundum est dicẽdum, q̃ causa & modus, quare ista sacra scriptura peruenit ad græcos & latinos, fuit ista. Nam secundum Aristeum & Eusebium de prępparatione euangelica, libro. 8. & Augu. 16 de ciui. Dei. ca. 42. & de doctri. christiana. ca. 10. Appropinquante tempore aduentus Messię spiritus sanctus, cuius est prouidere de ecclesia sua regenda, prænouit futurã cecitatem & obstinationem Iudæorum, & conuersionem gentilium, & ex omnibus linguis & nationibus in unam ecclesiã et fidei congregationem, tunc per. 150. annos ante aduentum Christi iniecit cupiditatem animo Ptolemęi Filadelfi regis Egypti habendi scripturam, siue legem Iudęorum in sua F bibliotecã, inter cęteros codices & facultates. Et sic misit nũcios ad Heleazarum sacerdotem, qui misit ei. 72. utros peritissimos in lingua hebręa & Caldaica & Greca, q̃ interpretati sunt totam scripturam uete. testa. ex hebręo in græcum, nemine in aliquo discrepãte, unmo omnes in eadem sententiam fuerunt conformes & conuenientes: quã interpretationem Ptolemęus reposuit in sua bibliotheca & coluit cum maxima reuerentia. Et hanc primam interpretationem, ut ait Eusebius, procurauit spiritus sanctus ante aduentum Christi propter quinque. Primo ne Iudæi post aduẽtum Christi in sua propter-
uitate & cecitate manẽtes, scripturam uete-

ris testa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ris testamenti christianis occultarent. Secundo ne ipsum falsum & corruptum christianis communicarent. Tertio ne dicerent ꝙ christum ad suum libitum falsant transtulissent. Quarto ut Græci in quibus uigebat scientia, ipsam haberent, eo quòd primi erant ad fidē conuertendi. Quinto quia Latini qui omnibus nationibus dominabantur, erant maximè fidem Christi amplexuri. Et sic erat necessarium ut scripturam ex Græcis tam interpretatam haberent, & faciliter ex Græco in Latinum possent traducere. Sed quia ex consequenti præuidit spiritusanctus quòd omnes Caldæi, & Persę, & Medi, & Parthi, & Arabes, & Armeni, & cæteri adiacētes populi, & nationes, erant ad fidē Christi uenturi, ideo in principio Imperii Cæsaris Augusti quasi 42. annis ante natiuitatem Christi

B cum, in lege & profetis perituſſimum, & iſte transtulit totum testamentum vetus ex Hebræo in Caldaicū. Sed scripsit illam translationem literis Hebraicis quæ non multum distant à Caldęis, sicut dictum est, quam traductionem Iudæi appellant Targum, quæ translatio magis exprimit sensum, quia magis fuit sollicitus traducere sensum ex sensu, quam verbum ex verbo, eo quia illæ linguæ sunt valde vicinæ, immo ponit talia vocabula, quæ magis explicant & declarāt sensū, sicut facit magister historiarū apud nos, in texendo historiam uet. test. Vnde iste Ionathas ubi nos habemus. Dixit dominus domino meo &c. ipse transtulit. Dixit domino uerbo suo. Quæ translatio apud Hebręos

C tradicere ei, tum propter uiri peritiam & autoritatem, tum propter eius sanctitatē. Nam dicunt Iudæi, quòd qñ ille scribebat istam interpretationem, si aliqua musca descendebat in cartam, tunc ignis descēdebat de cœlo & comburebat illam muscā ne sibi inferret impedimentum, absque læsione cartæ & manus illius. Sed quia Iudæi moderni nideruntur hanc translationem ita conformem & fauorabilem fidei catholicæ, nam ubicunq; in scriptura ponitur uel nominaſ Christus, ipse transtulit Messia, ut ibi. Quare fremuerunt gentes aduersus dñm & aduersus Messiam eius. Et quia ex tali translatione multi Iudæi conuertebantſ ad fidē, & ēt frequēter per eam christiani conuincebant Iudæos in disputationibus. Ideo Rabini Iudęorum occulterunt illam translationem, & maximè D illam, quæ facta est super Psalterium, nec permittunt vt Iudæi simplices uideant eam, nec etiam christiani propter causas tam dictas. Sed hæc translatio habetur in usu apud Christianos, Caldæos, & Persas, & Medos, & Parthos, & Aethiopes, & Arabes, & Armenios, eo quòd istæ nationes vtuntur literis & lingua Caldaica in rebus arduis & sactis, sicut Hispani & Galli & Italici utuntur lingua grammaticali Latina in similibus. Tempore autem Hadriani, à natiuitate Christi anno 144. postquam Iudæi fuerunt expulsi à finibus suis, & mixti extraneis nationibus & linguis, obliti sunt linguam Hebræam, & antiquam, & ritum colendi Deum, & significationes vocabulorū Hebraicorū. Et ideo quidam proselitus Ponticus, nomine Aquila ex gentili factus Iudæus, propter quandā B pulcram Iudæam filiam cuiusdā magni diuitis Rabini Iudæorum, adhibuit studiū solicitè literis Hebræis & Caldæis, ut placeret socero & cæteris Iudæis propter lucrum. Et iste ex Hebræo in Græcū transtulit totū uetus test. Sed quia iam nomen christianorum incipiebat crescere, ideo in multis, peruertit scripturas. Et ideo Theodocion christianus, vtriusq; linguæ peritus, vt cōfunderet peruersitatē huius Aquilæ, idem uetus test. etiā in Græcum traduxit, hoc postea idem fecit Symmacus. Sed quia isti fuerunt sectatores Hebionitarum, ideo non sunt habiti in magna autoritate apud ecclesiā. Origenes autē omnium linguarum peritus, & sacrarū scripturarū subtilissimus indagator, uidens tan tam diuersitatem in translationibus Greęis, omnes translationes habere procurauit, & F ex omnibus sub asteriſco & obelo unā correctam confecit, ostēdens editionem ipsorum 70. fuisse veriorem, & in hoc apparuit admirabilis labor & ingenium Origenis. Et sic tota ecclesia Græca utebatur translatione ipsorum 70. per Origenem correcta, & asteriſco & obelo notata. Tertio. est iterū ualde aduertendum, ꝙ causa tantæ diuersitatis istarum translationum est ista. Nam Caldæi & Hebræi & Arabes non habent uocales in literis suis, sed tantum consonantes. Sed utunt quibusdam punctis appositis, aut prępositis literis consonantibus, loco uocalium, sicut manifestè uidemus in literis Arabicis. Et sic tota sacra scriptura fuit scripta per Esdram sine uocalibus & sine punctis. Et

ideo

A ideo non sciebant legere scripturam legis & profetarum ante aduentum Christi, nisi magni magistri eorum, ex longo studio & consuetudine, eo ꝙ vocabula sic posita erāt multum æquiuoca, & poterant adduci ad diuersos sonos & significationes, per appositionē diuersarum vocalium aut punctorum. Et ideo 70. interpretes spiritusanctо inspirati, & in lege, & profetis peritissimi, elegerunt propias & ueras significationes uocabulorum Hebraicorum, & secundum illas significationes interpretati sunt totum uetus testamentum. Et sic transtulerunt ex Hebræo in Græcum, & nō solum uerbum ex uerbo, sed etiam sensum ex sensu. Ideo multis in locis aliquando mutarunt uocabula, & aliquā do aliud addiderunt ad sensum explicandū,

B & hoc fecerunt ex spiritusanctі autoritate, quia fuerunt ueri profetæ & pleni spiritusancto, ut ait Augustinus de Ciui. Dei cap. 43. & Hieronymus secundo prologo super Paralip. Et sic dicit Aug. ꝙ tanquam profetæ sunt habendi. Et ideo cęteris interpretibus non est adhibenda tanta fides, maximè Iudæis, qui semper conati sunt auertere scripturas a uero sensu. Ad cuius intelligentiam est iterum aduertendum, ꝙ post cōuersionem magni Constantini, uidētes Rabini Iudæorum omnes gentiles cum tanta deuotione ad fidē Christi conuerti per totum orbem, & ecclesiam tanto fauore prosperari, & etiam ꝙ infinita multitudo Iudęorum, uidentes manifestam ueritatem, per experientiam & miracula, pariter conuertebantur, & sic deficiebant quæstus & redditus & tributa Rabinorum.

C Hac igitur iniquitate commoti magna multitudo Rabinorum congregata fuit apud Babyloniam Egypti, quæ dicitur Cayre, vbi quanto magis cautè potuerunt, conati sunt falsificare & peruertere scripturas à uero sē su & significatione. Vnde confinxerunt supra quinque uel septē puncta loco uocaliū. Nam loco ipsius à, confinxerunt uirgulam transuersam quam Pathah appellant, & aliā quam camez uocant, & posuerunt pro ipso a, sub qualibet cōsonāte. Et pro, o, posuerūt vnum punctū supra, quod holem vocant. Et pro, i, ponunt punctum sub cōsonāte, quod hirich appellant. Et loco ipsius, e, ponūt duo puncta hic facta:, quæ Scæua, uel tria sic ⁖ facta, quod Segōl appellant. Et loco ipsius, v, ponunt tria hic facta ⁖ quæ seloſa necudoth vocant. Et sic hæc puncta apponūt, vel supponunt in literis consonantibus loco uocalium. Et sic isto modo deduxerūt omnia vocabula sacræ scripturæ vet. test. ad sonos & significationes prout eis libuit & ad intentū suum, vbi erant manifesta mysteria de Christo & ecclesia, peruertendo ad eorum intentum. Et sic dixerunt ꝙ translatio ipsorum 70 in multis deficiebat. Quorum punctorū inuentores fuerunt Rannia & Rauasse, duo doctores eorū. Ex quibus patet ꝙ scriptura veteris testamenti eo modo quo scripsit Esdras, ita indiget interpretatione apud Hebræos, sicut apud nos. Ex quibus etiā patet ꝙ tota scriptura quam hodie habēt Hebręi sic punctuatam est iam interpretata & ducta ad sensum & intentum eorum per illa puncta, & ideo nulla fides est adhibenda scripturæ Hebraicæ, sicut hodie habēt sic interpretatam & punctuatam, imo ipsimet cōstitenē E ꝙ potuit esse error in tali pūctuatione & interpretatione. Et ideo scribunt omnino sine punctis illā legem Moysi quā cum uenerationе tenent repositā in synagogis eorum, quam Thorat appellāt. Illa enim Thorat est scripta omnino sine punctis, sicut Moyses & Esdras scripsit eam. Et hoc faciunt ut ipsi dicunt, ne possit misceri aliquis error propter illa pūcta posita loco vocalium, quę possunt peruertere sonum, & sensum, & significationem vocabulorum. Item isti Rabini non solum peruerterunt scripturas modo supradicto, sed etiam cōfinxerunt libros Thalmud, in quibus scribuntur multa, & falsa, & digna irrisione, & contra totam ueritatem, non solum sacræ scripturæ, sed etiam philosoforū, & cōtra omnem rationem humanā. Et ideo quando Iudæi negant tibi interpretationē F 70. vel Hieronymi, eo ꝙ non conuenit cum sua litera, dic ꝙ mentiuntur, immo ipsi habent interpretatam literam, & falso modo per illa puncta deductam. Sed dic eis ꝙ remoueant puncta, & reperient ueritatē. Est verum ꝙ iam ignorant pro maiori parte significationes vocabulorū, & etiam ipsa antiqua vocabula Hebraica ut dictū est, immo manent per omnia cęci, ignari, & confusi. Quantum ad tertium articulum est aduertendum quòd tota ecclesia tā Græca, quàm Latina vsque ad tempora Theodosii, semper vsa est translatione ipsorum 70. & illam colebat & uenerabatur. Sed quia ut dicit Hieronymus illa translatio venerat in tantam corruptionem, ex uitio scriptorum, quòd

uix

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uix unus codex concordabat cum altero, & ideo in quibusdã ecclesiis Græcorum legebatur traductio Origenis, & in aliis traductio Luciani. Et sic erat magna confusio in ecclesiis Græcorum. Sed maior confusio erat in ecclesiis Latinis, propter diuersitatem traductionum Latinarum. Nam unusquisque doctor Latinorum traducebat uetus testamẽtum ex Græco in Latinum, eo q̃ omnes nouerant literas. Græcas, tantum q̃ quot erant ecclesiæ, tot erant traductiones apud Latinos, utinquit Hieronymus. Ideo Paula & Eustochius uidentes tantam cõfusionem inter ecclesias Latinas rogarunt beatũ Hieronymum Hebraicarũ & Græcarum & Latinarum literarum uirum peritissimum, ut ad uirandã talem confusionẽ uetus testamẽ-
B tum, immediate ex Hebræo interpretaretur, & uerteret in Latinum. Et sic rogatu earum transtulit pentateucum, & Iosue, et librum iudicum, et libros regum. Sed rogatu Chromatii trãstulit libros Paralipomenon, prout patet in prologo bibliæ, in qua traductione beatus Hieronymus tenuit istum modum, quia noluit sequi literã iã per Iudæos punctuatam, sed uoluit uidere translationẽ ipsorum 70. & Origenis, & omnium aliorum, & sic elegit significationes et sensus prout sibi melius et rationabilius uisum fuit. Et in quibusdam non transtulit uerbum ex uerbo, sed sensum ex sensu, sicut sæpius fecerũt 70. ut ipse dicit in epistola ad Pammachiũ de optimo genere interpretandi. Vnde Hieronymus non intendebat in tali interpretatione reprehendere 70. sed uitia scriptorum
C et defectus, eo q̃ uitio scriptorum, et imperitia et negligentia, illa translatio in multis locis erat uitiata, et quædam etiã erant omissa, quæ allegantur in scriptura noui testamẽti, ut ipsemet inquit. Et ideo papa Damasius et etiam uniuersalis ecclesia Romana benè acceptauit translationem Hieronymi, tanquam ueram et catolicam. Sed noluit ecclesia ut traductio Hieronymi, nec aliqua alia præferretur, nec anteponeretur interpretationi ipsorum 70. immo uoluit ut habeant tanquã prophetæ in omnibus quę interpretati sunt, et in his quæ addiderunt, eo q̃ spiritu sancto pleni sunt, ut ait Aug. 18. de ciuita te Dei ca. 42. et 43. Veruntamen paulatim cõsuetudo inoleuit i ecclesia, vt unusquisq; pro maiori parte scriberet ex exemplaribus Hieronymi ad uitandam confusionem aliarum editionum. Et sic intantum celebrata D
fuit editio Hieronymi, quòd impręsentiarum, aut uix, aut in paucis bibliothecis latinis reperitur traductio ipsorum 70. immo per omnes ecclesias latinas celebrat traductio Hieronymi. De Psalterio autem fuit maior difficultas. Nam Damasus Papa propter confusionẽ et corruptionem diuersorum exemplarium Latinorũ, rogauit beatum Hieronymum, ut ex græca editione ipsorum 70. traduceret Psalterium, et sic correctum redderet latinis. Et sic hoc Psalteriũ per Hieronymum primo ex Greco translatum et correctum, præcepit Damasus cantari in episcopatu Romano. Postea uero quia Sofronius frequenter disputabat cũ Iudæis nõ acceptantibus, immo negantibus interpretationẽ ipsorũ 70. ideo rogatu eius beatus Hieronymus traduxit Psalteriũ de uerbo ad uerbum ex Hebræo iam punctuato et interpretato per Iudæos Talmudistas. Et hãc translationẽ benè acceptant Iudęi, eo q̃ conuenit cum litera punctuata et interpreta. Sed ecclesia Latina nõ renuit hãc translationẽ. Veruntamen noluit quòd cantaret in ecclesia, eo quòd est aliquantulũ suspecta, cũ sit tradũcta ex Hebræo iam interpretato et punctuato, et ad determinatas significationes ad libitum Iudęorum, per illa pũcta ab eis deducta. Et hoc dicitur Psalteriũ secundũ Hebraicam ueritatem, non quòd illa traductio sit magis uera, q̃ traductio ipsorũ 70. Sed quia fideliter de uerbo ad uerbũ absq; aliquo addito siue remoto, ex Hebręo iam pũctuato sit facta traductio. Et ideo He- F
bræi imposuerunt illi tale nomen, scilicet Psalterium Hieronymi secũdum Hebraicã ueritatẽ. Postea uero quia traductio quam primo ad rogatũ Damasi Papę, fecerat Hieronymus ex Græco in Latinũ, uitio scriptorũ, aut astutia maleuolorum æmulorũ, iterũ fuerat corrupta, ideo Hieronymus ad instãtiã Paulæ et Eustochii Psalterium ex Græca editione ipsorũ 70. uertit in Latinũ, quod quidem Psalterium sic emẽdatum et correctum receperunt omnes ecclesię Gallicanę. Ide dicitur Psalterium Gallicanum. Et sic omnes ecclesiæ Italiæ, et Germaniæ, et Hispaniæ pariter sunt secutæ. Intantum quòd omnes ecclesiæ cantant hodie hoc Psalteriũ per Hieronymum ex interpretatione Greca ipsorũ 70. in Latinum transiatũ, et emẽdatũ, et correctũ: Ex supradictis patet q̃ beatus

A tus Hierony. licet totum residuum uer. test. fuerit interpretatus ex hebræo nõ punctuato, in latinum, tamen nullam interpretationem fecit de psalterio: sed solum fecit trãslationes. s. duas ex græco interpretato per 70. & unam ex hebręo iam interpretatio & punctuato vt dictum est. Reperitur ergo triplex translatio, siue triplex psalterium translatũ per Hierony. s. psalterium Romanum quod primo transtulit ex græco, ad rogatum Damasi, quod iam non est in usu. Secundum psalterium quod dicitur Hieronymi, secundum hebraicam ueritatem, immediate ex hebræo in latinum translatum: quod quidem psalterium licet reperiatur in multis bibliothecis antiquis, tamen in nulla ecclesia legitur, propter rationes iam dictas. Tertiũ dicitur psalt. per 70. interpretatũ ex
B hebræo in græcum, sed ex græco in latinum per Hieron. translatum, & emendatum, siue correctum: quod quidem psalt. per omnes ecclesias latinas cantatur, & allegatur, & celebratur, & apud omnes tam sæculares quã ecclesiasticos habetur in usu. Secundũ ergo hanc cõmunem trãslationem intendo sequi psalt. ipsius Dauid in præsenti expositione. Est tamen uerum q̃ utranq; translationem ante oculos habere intendo. Et ideo ubi uidebo aliquam contradictionem aut sacramenti occultationem in litera Hieronymi, aut concordabo translationes adinuicem, aut differentiam assignabo. Sed si fuerit sola differentia in rebus, absque contradictione sententiæ, nullum intendo facere casum aut
C mentionem.

Prologi tàm prolixi causa.

Non ergo quis miretur si antequã ueniam ad expositionem Psalmorum, ita prolixum præmisi proœmium & tractatũ, quia hoc usum est mihi necessarium, non solum ad intelligentiam libri psalmorum, & aliorũ librorum sacri canonis, sed etiam ad percipiendam mentem beati Augustini, & aliorum sacrorum doctorum, qui in uirtute sũpraedictorum principiorum nobis sacras scripturas exposuerunt. Vnde necesse est prudentem & catolicum lectorem præscire, in quolibet psalmo non solum autorem psalmi, sed quæ propositio uer. test. in illo psalmo proponatur, & quæ conclusio siue quod mysterium noui testamenti, nobis ex illa propositione aperiatur, & in uirtute cuius D
principii talis ueritas exquiratur. Et per quã regulam ille psalmus exponatur. Et quid q̃ nomina significetur spiritualiter. Et quæ sacramenta per titulos importentur, & quomodo diuersæ translationes concordentur, & adinuicẽ uerificentur. Et ne omnia simul ista in quolibet psalmo quærerentur & iterarentur, ad uitandam prolixitatem & fastidiũ, fuit necesse ex singulis in hoc prologo particularẽ & specialẽ præmittere tractatũ.

Protestatio autoris.

Veruntamen antequàm deueniam ad expositionem huius libri, duo intendo cum protestatione pręmittere. Primo, q̃ non intendo aliquid dicere nec asserere quod sit cõtra determinationem Romanæ ecclesiæ, nec E
sacrorum doctorum, ab ea approbatorũ, sed omnia mea in hoc opere & dicta & dicenda, sacrosanctæ Romanæ matri ecclesiæ submitto corrigenda, sub cuius fide & obedientia uiuere & mori intendo.

Intentio autoris.

Secundum est, q̃ cum ego non susceperim hoc opus aggrediendum ad ostentationem mei, sed ad satisfaciendum deuotioni & petitioni simpliciũ sacerdotum & Christianorum: Ideo in hoc opere nõ intẽdo disputare materias cũ iam sint satis digestæ & examinatæ per catolicos doctores, tã modernos q̃ antiquos. Et sic nõ intendo adducere diuersitatẽ opinionũ doctorum scolasticorum, ne uideãr alicui eorũ cõtradicere uel derogare. F
Sed solũ intẽdo ex doctrina sacrorũ doctorũ antiquorũ, ẽm gtatiam mihi desuper datã, ueritatem & tesaurum euangelicũ in hoc sacro agro libri Psalmorũ absconsum & latẽtem, in lucẽ fidelibus detegere & reserare, & tandẽ eccitati & obstinationi modernorum Iudæorum obstare, & eorum maledictis & vanis argumentis respondere & satisfacere.

Inuocatio autoris.

Ergo in nomine sanctæ Trinitatis ad expositionem accedamus.

Finis Prologi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDI ET OPTIMI PATRIS
D. IACOBI PAREM DE VALENTIA
CHRISTOPOLITANI EPISCOPI EXPOSITIO
SVPER PSALMOS DAVID
feliciter incipit.

PSALMVS I.

A BEATVS *vir qui non abijt in consilio impiorũ, & in via peccatorum nõ stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.*

Iste liber vulgariter appellatur liber psalmorũ Dauid, inquantum omnes generaliter appellantur psalmi, quia continet totam sacrã scripturam uete. test. per modum laudis, ut dictum est in prologo. Secũdo dicitur Liber hymnorũ Dauid, & hoc ratione finis, eo q̃ finis omnium psalmorum est lætitia & gratiarum actio pro beneficio redemptionis, ut
B patebit; hymnus enim dicitur cantus lætitiæ. Tertio dicitur liber soliloquiorũ Dauid: & hoc ratione modi loquendi, eo q̃ uel solus Dauid loquitur Deo, in Spiritu & contẽplatione uel introducitur Christus loquens solus ad patrẽ, uel introducitur chorus mystice loquens ad patrem, uel ad filium Messiam in lege promissum. Quem librum Hebræi appellant Tihilim, idest librum orationum. Sed quantum ad diuisionem huius libri est aduertendum, q̃ liber psalmorum non potest sufficienter & præcise diuidi per partes & materias, propter iam dicta in prologo, tractatu secundo, capitulo primo. Et
C hoc propter quatuor. Primo quia psalmi non sunt facti successiuè in eodem tempore immo in diuersis temporibus, propter diuersas causas & occasiones mouentes ipsum Dauid ad condendos psalmos, sicut accidebat sibi ex aduersitatibus aut prosperitatib. Secundo quia psalmi non sunt ordinati & collocati in hoc uolumine eo ordine quo fuerunt facti, Sed sicut successiuè fuerunt reperti, aut ait Hier. in prologo maiori. Tertio non possunt diuidi per titulos, eo q̃ inter psalmos eiusdem tituli interponuntur psalmi aliorum titulorũ. Quarto non possunt diuidi per materias, eo q̃ quandoq; multi psalmi habent eandem materiam. Et ideo oportet ut unusquisq; psalmus tanquam diuisus D ab altero exponatur & diuidatur per partes: Sic ergo ad expositionem psalmi primi accedamus, cuius nullus titulus præponitur in hebræo. Et sic non apparet actor huius psalmi. Sed dicit beatus Hieronymus, secundum opinionem quorundam hebræorum, quòd Esdras fecit psalmum tanquam prologum totius libri psalmorum, ut induceret omnes fideles ad studium diuinæ legis. Tamen beatus Augustinus, & Origenes & Basilius, & Cassiodorus dicunt quòd Dauid fecit hunc psalmum cum omnibus aliis. Vnde dicit Basilius in homelia primi uersus huius psalmi, quod Dauid, siue Esdras qui E collegit omnes psalmos in hoc uolumine, præposuit istum psalmum in principio huius libri, tanquam brauium & præmium omnibus obseruantibus diuinam legem, et ut inducat omnes ad amorem Sapientiæ diuinæ legis, quæ maximè in hoc uolumine continetur, eo quòd in hoc psalmo explicatur & promittitur uera felicitas & beatitudo contemplatorib. diuinæ legis et obseruatoribus. Item ipsemet Herouymus in epistola ad Paulinum, de omnibus libris sacræ scripturæ, attribuit hunc psalmum ipsi Dauid, cum dicit in descriptione uiri iusti. F Cum Dauid eum arbori uitæ, quæ est in paradiso, compareret, hoc intulit. In lege Domini uoluntas eius, & in lege Domini meditabitur die ac nocte. Ex qua patet quòd Dauid fecit hunc psalmum. Nec ualet euasio quorundam dicentium, quòd licet Dauid non fecerit omnes psalmos, tamen totus liber psalmorum denominatur à Dauid, tanquam à maiori parte. Sed hæc responsio uidetur friuola. Nam Hieronymus in maiori prologo psalmorum, de mente doctorum hebræorum, dicit, quòd Dauid nõ fecit nisi nouem psalmos: ergo secundũ illũ modũ loquendi

A quendi, Dauid minorem partem fecit. Et sic totus liber non denominaretur ab eo. Ex quo patet q̃ Hie. ibi solum locutus est secundũ opinionẽ magistri sui Barrabã, & quorumdã aliorum hebræorum illius temporis. Sed postea Hier. locutus est sm ueritatem, cum in diuersis epistolis, & tractatibus, oẽs psalmos diuisim alliegat pro ipso Dauid, vt patebit. Ex dictis ergo Aug. & Basilii paret q̃ Dauid fecit hũc psalmũ, in quo promittitur uera beatitudo cõtemplatoribus & obseruatoribus legis. Ad cuius euidentiam est ulterius notandũ q̃ oẽs sapiẽtes in hoc cõueniunt, q̃ uera beatitudo est finis oium actuũ humanorũ, vt patet. i. Eth. & q̃ est bonum per se sufficiens delectãs habentẽ, & per consequens q̃ est status oium bonorũ aggregatione pfect⁹, quo adepto nihil est amplius qđ desiderari
B quear, vt cõcludit Boe. 3. de cõsolatione. Sed de isto statu perfectio, & beatitudine, in quo cõsistat, sapiẽtes diuersimodè loquũtur quo ad modũ, licet quo ad obiectũ oẽs conueniãt in Deũ. Nã Peripatetici dicũt, q̃ cõsistit i speculatione summi intelligibilis, & cęterarum substantiarũ separatarũ, ut patet. 10. Ethi. & 12. Metafy. Sed Auicẽna & Algazel dicũt 9. Meta. q̃ ultima beatitudo & perfectio aię rõnalis est, vt fiat speculũ intelligibile. & deferi batur in eo forma totius. Et sic recipiat formas omniũ intelligibiliũ, vsq; quo iungatur primo intelligibili, qđ est Deus, & fiat vnũ cũ eo, & tũc est in ultima perfectione & beatitudine, qa tunc primus intellectus lucet in eo. Sed in ueritate licet hoc sit bene dictũ, tñ nõ explicat totã essentiã beatitudinis homi-
C nis. Nã intelligẽtia non solũ beatificatur in apprehẽsione & cõtemplatione summi intelligibilis, sed inquantũ mouetur propter ipsũ amatũ & desideratũ, ut patet. 12. Meta. Et sic beatitudo prout cõsistit in contẽplatione, & cõtentatione, & delectatione, explet totũ desideriũ humanũ & appetitũ: ergo nõ solũ pertinet ad apprehensionem intus, sed ultimatè cõpletur & perficitur per uolũtatẽ & amorẽ. Nec sufficit q̃ aia iũgatur primo intelligibili per intellectũ, sed necesse est, vt amore inhęreat ipsi per uoluntatẽ, ad hoc q̃ appetitus & desideriũ nostrũ finiatur, & sistat, & expleatur. Nã licet Deus inquantũ ens primum, & prima ueritas sit primũ & summũ intelligibile, tñ inquantũ est summum & sufficiẽs per se bonũ, est summũ appetibile & amabile, & vt sic, satiat appetitũ. Et sic fœlicitat & beatifi cat homines & Angelos & est eo fruẽdum. D Ideo ait Aug. primo de doctrina Christiana, q̃ frui, est amore inhærere alicui propter se. Et sic solis diuinis personis est fruendum, q̃ nos beatos faciunt. inquantum in eis est vna summa bonitas, & tamen fruimur cognitis, quibus uoluntas delectata conquiescat. Ex quo patet q̃ tria sunt de ratione beatitudinis, primo cognitio summi boni, & sic ait Christus Ioã. 17. Hęc est uita æterna, vt cognoscant te solum Deum & uerum, et quem misisti Iesum Christum. Secundo fruitio & possessio illius summi boni cogniti & apprehensi: & hoc per inhæsionem uolũtatis. Tertio delectatio, & quies, & contentatio in illo summo bono possesso. Et in hoc consistit essentialiter beatitudo. Et sic nullum aliud essentiale potest sibi addi nec desiderari, licet aliquid accidẽtale possit addi & appeti; E vt infra patebit. Ex his patet q̃ in hac uita nemo pot esse beatus in re, sed solũ in spe, in quantũ per bona opera q̃ hic facit, expectat pmium beatitudinis: Sed de modo inhærẽdi & acquirendi hanc beatitudinẽ, fuerũt multæ opiniones. Nam veri philosophi dixerunt q̃ per operationes secũdum morales virtutes. Sacerdotes autẽ gentilium dicebãt, q̃ nemo poterat peruenire ad illã beatitudinẽ nisi p cultum plurium deorum, & sic finxerũt cõplures superstitiones, & ritus nefandos, & falsas doctrinas, ad decipiendos, & attrahendos populos ad cultum plurium deorũ, ut ostẽdit Eusebius in quinq; primis libris, de ꝓparatione euangelica. Et Lactãtius in libris diuinarũ institutionum. Et Aug. in primis decẽ libris de ciuitate Dei. Sed sola ciuitas & populus Dei diuino nutu & Spiritu sancto in- F structus, à principio dicit, q̃ via acquirendi ꝓdictã beatitudinẽ, nõ est nisi studiũ & obseruãtia diuinæ legis. Et ratio est, nã sicut pcãm q̃ dat pœna, et miseria æterna, nihil aliud est nisi puaricatio diuinorũ ꝓceptorũ, & oẽ dictũ uel factũ, cõtra illud quod lex prohibet ut inquit Aug. et Amb. ergo meritũ quo acquiritur beatitudo, nihil aliud est nisi cõtẽplatio & obseruatio diuinæ legis. Et quia totũ hoc fuit reuelatũ in Spiritu ipsi Dauid, ideo fecit hũc psalmum &. 118 Ideo Esdras ꝓposuit ipsum tanquam breuium, in principio libri psalmorum ut supradictum est per Basilium. Ad cuius maiorem euidẽtiam est. Tertio notandum secundum Aug. lib. confessionum, q̃ Deus creauit hominem, ut ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſum cognoſceret, & cognoſcendo amaret, & amando frueretur. &c. & ſic beatificaretur in tali fruitione. Sed voluit Deus ꝙ homo non attingeret talem beatitudinẽ & præmiũ, niſi prius operãdo mereretur. Et ideo in paradiſo terreſtri dedit ſibi legem in principio ualdè leuem. ſ. vt operaretur, & cuſtodiret lignum vitæ, & coleret, & de omni ligno ederet ad vitam ſuſtendendam, ſed de ligno uitæ ederet ad vitam perpetuandam, & de omni ligno ederet, præter quã de ligno ſciẽtiæ boni & mali, & hoc ſub cõminatione duplicis mortis. vt patet Ge. 2. Et ſic patet ꝙ in illa lege erat duplex præceptũ. ſ. vnũ affirmatiuũ, & aliud negatiuũ, vnde erat propoſitũ præmiũ ſi obſeruaret & obtẽperaret, & pœna ſi tranſgrederetur. Sed quia præuaricati ſunt primi parentes præceptũ & legẽ dñi, ideo perdiderũt præmiũ & beatitudinẽ promiſſam, & inciderunt in pœnã mortis & miſeriæ. Et ſic à paradiſo terreſtri in qua ad præſens ſelicitabãtur, ſũt expulſi, & in hanc vallem lacrimarum deſtinati. Et ſic cum eſſent ſelices ciues illius ciuitatis per obedientiam & obſeruantiam illius legis, facti ſunt exules & miſeri peregrini propter inobedientiam. Sed quia Deus eſt ſummè bonus & miſericors, miſertus eſt homini, veniam & miſericordiam petenti. Et vt recuperaret ſœlicitatem promiſſam in cœlo, quam peccando amiſerat, voluit Deus ut eã in hoc mundo peregrinando, non aliter quã per legem fidei ambulando, & ipſam legem Dei obſeruando, ad cœleſtem ſœlicitatem p ueniret. Et loco originalis iuſtitiæ dedit ei iuſtitiam & legem quam nunc habemus, & p quam ambulat homo myſticus in hoc mundo. Et ſic per hãc legem, ſiue in hac, ambulauit Adã cũ tota ſua poſteritate fideliũ vſque ad Chriſtũ, & ambulauit in præſenti vſq; ad iudiciũ, vt dictum eſt in prologo, tractatu. 3. Ex quo patet ꝙ tota lex domini tam in uete. teſt. quã in nouo data eſt nobis à Deo, ad colendũ & obſeruandũ, loco illius originalis iuſtitiæ, quã homo debebat ſeruare in paradiſo. Et iſta dicitur lex dñi, & uia perueniendi ad veram beatitudinem: quæ ẽm diuerſas ætates accepit maiores perfectiones vſq; ad Chriſtũ, in quo accepit gratiã & redẽptionẽ. nũc aũt iã nõ expectat niſi vltimũ terminũ & beatitudinem. Et ſic dicitur via domini, per quã peregrinamur ad vltimã & verã beatitudinẽ. Hoc ergo myſteriũ præuidẽs & cõtemplãs Dauid in ſpũ, fecit hũc pſalmum in quo cõparat legẽ domini & cultorẽ eius ipſi arbori vitæ plãtatæ in paradiſo delitiarum. Nã ſicut ſi Ad. ſeruaſſet præceptũ dñi, & coluiſſet illã arborã, vixiſſet in præſenti fœlicitate in æternũ, & poſt longã vitã in præſenti fuiſſet, abſq; mortẽ trãſlatus ĩ meliorẽ & fœlicitatẽ vitã æternã in cœlo, ita nos colẽdo legem Dei, & obtẽperãdo eius præceptis, quæ quidẽ lex nobis loco illius arboris ad colendum data eſt, obtinebimus vitã gratię in præſenti, & vitã glorioſam & ęternã in futuro. Et ſicut Adã cõtemnẽdo diuinã legẽ & arborẽ vitæ, guſtãdo de cibo vetito, perdidit vtrãq; fœlicitatem, & incidit in vtrãq; pœnam mortis, ita pariter præuaricatõr huius legis, non ſõlum perdit præfatam promiſſam fœlicitatem, ſed etiam incurrit damnationẽ æternã. Vñ hoc myſterium & hãc propoſitionẽ aperit nobis Dauid in hoc pſalmo. Eſt ergo dicẽdũ ꝙ Dauid ex myſterio ligni vitæ plantati in paradiſo accepit parabolã & propoſitionẽ ad faciendũ hũc pſalmũ, in quo duo principaliter facit. Nã primo oſtendit ꝙ lex domini eſt via, per quã peruenitur ad verã beatitudinẽ, & ꝙ quã datur fœlicitas æterna. Secundo cõminatur pœnã æternã & priuationẽ beatitudinis tranſgreſſoribus huius legis, ibi. Non ſic impii nõ ſic. Quo ad primũ autẽ duo facit, nã primo facit quod dictũ eſt. Secũdo hoc probat per cõparationẽ & figurã ligni vitæ plantati in paradiſo. In qua etiam parte oſtendit implicitè, in quibus cõſiſtit eſſentialiter uera beatitudo, ibi. Et erit tanquam lignum. Quantum ad primum, eſt primo notandum ſecundum Ariſt. primo Ethicorum, quòd ſicut ſagittarius nõ põt trahere rectè, nec dirigere ſagittã in ſignũ, niſi præuideat & cognoſcat ſignum, ita & nos non poſſumus peruenire ad fœlicitatẽ, quæ eſt finis omniũ actuũ humanorũ, niſi præcognoſcamus terminũ, & fœlicitatẽ, & viã perueniendi ad fœlicitatẽ. Cũ ergo finis noſter, & beatitudo ſit poſſeſſio, & fruitio ſummi boni, quod eſt Deus, & via perueniendi ad hanc beatitudinem ſit lex domini vt dictum eſt, ideo ſunt duo nobis præcognoſcenda. Primo Deus trinus, & vnus, creator & redemptor. & glorificator, ſiue beatificator, qui, vt ſic, eſt finis noſter &c. Scẽdo ipſa lex diuina p quã ſumus ad ipſum finem peruẽturi. Sed q̃a primũ eſt ſupra humanã facultatẽ naturaliter in hac uita, ideo oportet vt hoc cognoſcamus & credamus per fidem. Et ſic, in hac fide ambulauerunt

patres

A patres antiqui ab Adã vſq; ad Chriſtum. Et ſic fuit neceſſe vt Deus reuelaret eis myſteriũ creationis, & futuræ incarnationis, & redemptionis Chriſti, in cuius fide ſaluati ſunt in aduentu Chriſti. Et in eadẽ nos ambulamus, vt recipiamus vltimum terminũ noſtræ beatitudinis. Et ſic per iſtam fidem & legem dñi, diligimus proximum, & per ſpẽ, ſecundum legem operamur, & viuimus, & meremur futurum præmium, aliter non. Ex quo patet ꝙ lex diuina eſt illã quę docet q̃d fit credendum, & operandum, & expectandum. Et ſic eſt neceſſaria præcognitio, & cõtemplatio aſſidua diuinæ legis. Et ſic credẽdo per fidem dicimur fideles & veri, & operando dicimur iuſti & boni, & licèt nondũ dicamur beati in re, tñ dicimur beati in ſpe, quia iam de iuſtitia, & de congruo debetur

B iuſtis, & fidelibus iſta beatitudo ex pacto promiſſa per Chriſtum in lege euangelica. Secundo eſt notandum ꝙ ſicut tripliciter cõuenit ambulare in via & lege Dei, ad hoc ꝙ perueniatur ad finem debitum ſ. credendo, & operando, & perſeuerando, & docẽdo: ita tripliciter contingit errare circa legẽ Dei. i. non credendo, aut nõ operãdo ſecundũ legẽ, aut non perſeuerãdo, aut falſo modo credendo & docendo. Primi ſ. nõ credentes, dicuntur infideles & impii. Secundi dicuntur iniuſti. Tertii dicunt irriſores & hæretici. Et ſic nullus iſtorũ põt peruenire ad terminum beatitudinis. Nã quilibet iſtorũ deuiat à via iuſtitiæ. Nã infidelis, nõ credẽdo, non intrat viã veritatis. Et ſic deuiat in principio viæ. Iniuſtus aũt, licèt credat, tñ exit à via in medio. hæreticus aũt deuiat in fine viæ. Et ſic

C nullus iſtorũ põt puenire ad terminũ. Quia ad cõſtruendũ, multa requirunt, ſed ad deſtruendũ, ſufficit vnũ, ſiue in vno deficere. Oportet ergo ut obſeruator diuinæ legis recte credat, & perſeuerando benè operetur, & rectè doceat, ut ait ſaluator Matt. 5. Qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus vocabit in regno cœlorũ. Itẽ Iacobi 1. Eſtote factores verbi, & nõ auditores tñ, &c. qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & pmãſerit in ea, no auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Ex quibus patet ꝙ ad hoc ꝙ quis perueniat ad terminũ beatitudinis, oportet ꝙ ſit pius & fidelis in credẽdo, & ſit iuſtus in operando ſecundũ legẽ, & perficiat curſum viæ in perſeuerando & docẽdo, aliter aũt diceretur impius aut iniuſtus, aut peſtilens & hæreticus. Hoc autẽ præuidẽs Dauid in ſpiritu, dicit in principio huius pſalmi. Beatus eſt ille vir qui nõ abiit in conſilio impiorũ, ſ. infidelium non credendo, imo credendo, & in uia peccatorũ non ſtetit, contrà legem agendo, imo operando ſecundum legem, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, falſa docendo & intelligendo. Vnde nota ꝙ vbi tranſlatio noſtra habet in cathedra peſtilentię, &c. litera Hieronymi habet, ſecũdum Hebraicam interpretationẽ, in cathedra irriſorum non ſedit, quod idem eſt. Nam hæretici peruersè gloſſando ſcripturas, dicuntur irriſores legis, & veritatis diuinæ. Et ſic etiam dicuntur peſtilẽtes, quia ſuo mortifero veneno cęteros ſauciant & inficiũt. Nota etiam ꝙ in hoc verſiculo ponuntur tria nomina adiectiua, ſcilicet impiorum, peccatorum, & peſtilentium, ſiue irriſorum, & pariter ponũtur tria nomina localia, ſcilicet in conſilio, & in via, & in cathedra: Et ponuntur etiam tria verba ſcilicet abiit, ſtetit, & ſedit. Sed nõ ſuperfluè ponuntur. Nam impii ſunt infideles, quia pietas pertinet ad fidem, peccatores ſunt iniuſti, à uia iuſtitiæ declinantes & errantes, peſtilẽtes uero ſunt hæretici, & obſtinati in peccato. Sed conſilium impiorum eſt falſa ſuperſtitio paganorum, Via peccatorum eſt via vitiorum, Cathedra peſtilentiæ eſt falſa doctrina hæreticorum. Infideles ergo Pagani recedentes à via veritatis, abeunt in conſilio impiorum non credendo, peccatores autem & iniuſti, ſtant & permanent in via vitiorum. ſ. in ſuperbia, & auaritia, & luxuria; Hæretici uero ſedent in falſis ſectis peruerſorum dogmatum & errorũ, & permanent in

F ſuo peccato & obſtinatione. Vnde in hac cathedra peſtilẽtiæ ſcilicet irriſorũ ſedit, & legit primo, Saucuniacus, q̃ primo apud Fœnices, & Egyptios tradidit nefandos ritus colẽdi falſos Deos. Et Muſeus, & Linus, & Homerus apud Græcos. Et Numa Pompilius apud Romanos. In hac etiam Cathredra peſtilentiæ ſedit Ariſtoteles cũ dixit 8. Fyſicorum, & primo cœli & mũdi, Mundũ eſſe æternũ, & cum dixit 2. de generatione, reuolutiones cœlorum eſſe æternas, & quorũ ſubſtantia ſemel deperiit, impoſsibile eſſe iterũ redire, & per cõſequens reſurrectionẽ eſſe impoſsibilẽ. Item in hac etiam Cathedra peſtilentiæ legit & ſedit commentator Auerroys, cum dicit eſſe vnicum intellectum omnibus homini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bus 3. de anima, commento v Item Auicenna, qui ponit datorem formarum in concauo orbis lunæ, & posse animas intellectiuas creare. Et sic in libro de diuuiis, homines posse naturaliter generari ex corruptione p̄ solam influentiam animę à datore formarū. Itē in hac Cathedra sedit Arrius cū suis, qui dixit filiū nō consubstantialē patri. Itē Nestorius qui asseruit duas personas in Christo. Item Eutichius qui posuit vnicā naturā cum vna persona, & hic de exteris pestilentibus & irrisoribus hæreticis. Item totus iste versus potest intelligi mysticè siue profeticè de Christo, & per oppp̄situm de Adā. Nā Adam abiit in cōsilio impiorū, quando persuasu diaboli, discessit à diuino præcepto, & comedere proposuit fructum prohibitū. Sed tunc stetit in via peccatorum quando actua B liter comedit. Sed tunc sedit in cathedra pestilentiæ qñ suo pestifero veneno oēs posteros sauciauit. Hoc idē est dicendum de diabolo, qui recedens ab amore Dei, conuersus ad amorē sui, magis dilexit seipsum q̄ Deū, nō implendo voluntatem Dei, & sic mansit obstinatus, sedens in Cathedra pestilentiæ. Et sic docet oēs Hæreses & falsas sectas. Sed Christus fuit ille qui nunquam abiit in cōsilio impiorum, quia nunquam recessit, imo semper impleuit voluntatem patris, & nunquam stetit in via peccatorum, quia peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, nec, sedit in cathedra pestilentiæ, quia viam C Dei in veritate docuit, quia est via, veritas, & vita, ideo ascendit in montē, & sedens docuit & declarauit legē. Matth. 5. Iste etiam versus p̄t exponi moraliter de quolibet fideli & iusto. Nā peccatū habet tres gradus. s. propositum, operationem, & obstinationē. Vnde qñ quis proponit peccare, tunc abit in cōsilio impiorum per cōsensum, siue cōsentiendo consilio diaboli. Sed quādo operatur per effectum, tunc iam stat in via peccatorū cum diabolo. Sed dum manet obstinatus, & moritur in peccato, tunc sedet in cathedra pestilentiæ cū diabolo. Duo ergo intelliguntur per sessionem in cathedra pestilentiæ. s. doctrina hæreticorū pestifera, & impœnitētia obstinatorū, quia ambo illi sedent in cathedra pestilentiæ, quia vterque istorū inficit socios, iste per falsam & pestiferā doctrinā, & illæ exēplo praui vitæ dat ceteris occasionē & audaciā peccādi, & ambo dicūtur irrisores diuinę legis, scilicet ille falso interpretando, & hic præuaricādo & diuina præ- D cepta & sacramenta ecclesiastica contemnēdo. Vnde nota q̄ sicut est triplex gradus malorum hominum, scilicet proponentiū peccare, & peccantium, & obstinatorū, ita sunt tres gradus bonorum. Incipientiū, & proficientiū, & perfectorum. Et ideo iste versus debet legi & intelligi hypothetice, sic: Beatus vir qui non abut in consilio impiorum, sed manſit in consilio fidelium & iustorum, & in via peccatorum non stetit, sed in via iustorum permansit, benē operando, & in cathedra pestilentiæ non sedit, sed in uera doctrina legis perseuerauit. Item licet aliquādo abierit in consilio impiorū consennēdo, & steterit in via peccatorum malē operādo, tamen nō sedit in cathedra pestilentiæ, quia finaliter pœnitentiam egit de peccatis.

Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. E

Notandum secundum Cassiodorum, q̄ totus iste psalmus p̄cedit per syllogismos, siue propositiones hypotheticas & duplices. Nā ex negatiua infertur affirmatiua, & ecō trario. Vnde qñ in primo uersu dicit negatiue. Beatus vir qui nō abiit, &c. ideo illico affirmatiue subdit. Sed in lege domini fuit voluntas eius, &c. Quasi dicat q̄ beatus est vir qui non recessit à Deo, nec a lege sua, sed opere & fide semper manet in lege Domini, per contemplationem, & operationem: Vnde quia non sufficit solum non agere malum, misi quisque agat bonum, & operetur secundum legem. Ideo postquam dixerat: F Beatus vir qui non abiit, &c. id est qui non deuiauit à lege in proposito nec in facto, &c. protinus addit. Sed in lege Dñi, id est semper ille est beatus, supple, cuius voluntas est in lege Dñi, & in ea meditabitur die ac nocte. Vnde notandum q̄ sicut superstitio & infidelitas reddit hominē infidelē & peccatorem & pestilentem, ita lex diuina & eius assidua contemplatio reddit ipsum pium, et fidelem, & cultorem unius Dei, & iustum, & salutem, & dignum vita æterna. Ideo subdit: Sed in lege Domini voluntas eius &c. Iterum aduertendū, q̄ duo dicit de viro iusto. Primo q̄ voluntas eius est in lege Dñi. Secūdo q̄ in ea meditabitur etc. Vnde per primum, intelligitur operatio secundum legē, per secundum uerō, assidua contemplatio. Nam primo quis credit per assiduam contemplationem, quod pertinet ad intellectū.

Secundo

A Secundo diligit Deum et proximū in affectu & in effectu, quod pertinet ad voluntatem. Nā ex assidua contemplatione, generatur fides, & ex fide generatur caritas, & ex vtraque nascitur spes, quia quod credimus bonū diligimus, & bonum futurū creditū, & amatum speramus. Quando ergo christianus baptizatur, et quādo non cōsentit diabolo, tunc non abiit in consilio impiorum, sed fidelium. Et quando uoluntas eius manet in lege Domini, tunc operatur secundū præcepta, et non stat in uia peccatorū, sed iustorum, et cum contemplatur assiduē in lege Domini cū humilitate & caritate, tunc nō sequntur falsas doctrinas, nec manet obstinatus. Et sic non sedebit in cathedra pestilentiæ, sed ueritatis et salutis. Et sic talis est beatus in spe. vt dictum est. Secundo est no- B tandum q̄ dies et nox tripliciter sumitur in sacra scriptura. Primo temporaliter. Et sic dies est præsentia solis super terram et nox absentia eiusdem. Secundo sumitur moraliter Et sic prosperitas dicitur dies, et aduersitas nox. Tertio sumitur allegoricē. Et sic lex vetus dicitur nox, et lex noua dicitur dies. Et sic dicit Apostolus ad Romanos 13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit, etc. Quomodocunque ergo sumatur, semper uerificatur hoc dictum, quia necesse est bonū uirum meditari in lege dñi die ac nocte. Nā beatus vir qui meditatur in lege Dñi die ac nocte temporali, i. per totū tēpus vitæ suæ, tūc cognoscet Deū, et exemplo bonorū, cauebit omne malum, et faciet omne bonū. Et sic non ibit in consilio impiorum, nec stabit C in uia peccatorum, nec sedebit in cathedra pestilentiæ, sed salutis, etc. Item beatus, qui meditatur in lege Dñi die ac nocte, id est in prosperitate et aduersitate. Nam considerando ista mundana esse transitoria, et omnia cœlestia esse æterna, quæ non acquiruntur nisi per bona opera, et per patientiam in aduersis. Et sic exemplo sanctorū patrū patien ter tolerabit aduersa, et prudenter disponet prospera. Et sic nec extolleē in prosperis, nec desperabit in aduersis, sed æquanimiter feret utraque. Item beatus qui meditatur in lege Dñi die ac nocte i. in test. vet. et nouo. Nam in testamēto uete. intelliget omnia mysteria Christi et eccle siæ fuisse figurata et profetata, et in testa. no. esse cōpleta. Et sic contemplando tā alta et profunda mysteria, totaliter elenabitur à mundanis, ad amorem cœlestium, intantum, q̄ nō ibit in consilio impiorum, nec stabit in uia peccatorū, etc. Vnde ait Augustinus ad Volusianum, q̄ tanta est autoritas et profunditas sacræ scripturę, q̄ si diebus ac noctibus quis uellet in ea cōtemplari, adhuc non sufficeret paruam partem eius attingere, propter profunda et insita mysteria latentia in lege ueteri, et reuelata per Christum in lege noua. Ideo ait saluator Matth. 13. q̄ omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias, q̄ profert de tesauro suo noua et uetera, ideſt qui de utroque testamento habet intelligentiam. Tota ergo intelligentia istorum duorum uersiculorū quos explanamus, stat in hoc. s. q̄ uera et futura beatitudo, quā perdidit Adā, nō recuperat nec acquiritur in hac vita, nisi per cōtēplationem et obseruationē diuinę legis, et nō p̄ solas uirtutes morales, E sicut dicebāt filosofi, nec per cultum plurimū Deorum, sicut dicebant poetæ, nec per uitā uoluptuosam, sicut dicebant Epicurei et hęretici, qui nō credunt aliā uitā futuram, nec beatitudinem bonorum, nec pœnam futurā malorum. Et sic soli fideles sunt beati, etc.

Et erit tanquam lignum quod plātatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

In hac secūda particula explicat præmiū beatitudinis, promissum obseruatoribus diuinæ legis, cōparando diuinā legem, siue ipsum Christū, siue uirū iustum, ligno plātato in paradiso. Vnde sicut Adam custodiendo et colendo illud lignum uitæ, collegisset duplicē fructum. Primo enim continuasset uitam fœlicē in præsenti, absque aliqua miseria. Secūdo fuisset translatus in cœlum ad F uitam meliorē et æternā, per unionē et fruitionē diuinæ essentiæ, ut inquit Augustinus super Gen. Ita ergo pari ratione omnes fideles obseruatores diuinæ legis receperūt fructum redemptionis in primo aduetu Christi, et nos continuè recipimus fructum grātiæ in præsenti, et recipiemus fructum gloriæ in futuro, post hanc uitam translati in cœlum. Et in secundo aduentu recipiemus vltimam perfectionem recuperando corpora gloriosa per resurrectionem. Et hoc est præmiū quod Dauid promittit cultoribus diuinæ legis in hac secunda particula. Ad cuius intellectū est primo notandū, q̄ illud lignū uitæ plantatum in paradiso, quatuor figurabat, scilicet Christū et legē diuinam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & quemlibet uirũ iustum, & crucẽ Christi. Primo enim ſm Augustinũ primo libro cõtra aduersarium legis & profetarum, figurabat Christum. Nam quia Adam perdidit illud lignũ uitæ plantatum in paradiſo, à quo ſumebat fructũ vitæ, ideo Deus pater in ſupplementũ huius ligni plãtauit aliud lignũ. ſ. Christum in ventre virginis Mariæ, qui dedit duplicem fructum in tempore ſuo. Nam primo dedit nobis fructum redemptionis & gratię in preſentis, ſecundo dat fructum gloriæ in futuro. Et ſic ſicut Chriſtus dicitur lignum vitæ, ita pariter virgo Maria, dicitur paradiſus delitiarum, in qua lignum verę vitæ fuit plantatum, & ex puris ſanguinibus formatũ, per quam currunt quatuor fluminа gratiæ, & ab inſtanti ſuæ creationis, ut dicitur canticorum quarto, Hortus concluſus
B ſoror mea. Hortus concluſus & fons ſignatus. Item Eſaiæ 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, &c. Item cap. 53. Et erit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, &c. Ex quo patet q̃ ſicut Chriſtus dicitur lignum uitæ, ita virgo Maria dicitur paradiſus delitiarum, in qua fuit plantatum illud lignum, de quo ligno uitæ & paradiſo dicitur Apoca. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo, &c. Secundo illud lignum paradiſi figurabat diuinam legem. Nã ſicut Deus plãtauit illud lignũ in paradiſo, vt Adam colendo illud, ſumeret fructũ ad continuandã, & perpetuãdam vitam fœlicem, colligendo fructum in tempore ſuo, ita poſt peccatum, in ſupplementum illius ligni, Deus plantauit legem diuinam in eccleſia ab Adam vſque ad iudicium, quã co-
C luerunt partes antiqui in vet. teſt. & collegerunt ex ea fructum redemptionis in tempore ſuo. ſ. in primo aduẽtu Chriſti. Nam ſicut arbor germinat fructum in tempore ſuo. ſ. in uere aut in eſtate, ita lex diuina uetus germinauit, & fecit, & peperit fructum. ſ. Chriſtum in tempore ſuo, quando venit plenitudo temporis. ad Gala. 4. Et lex euangelica fecit aſſiduæ fructus gratiæ, & faciet fructus gloriæ in tempore ſuo, poſt hanc uitam his qui ſeruant eã, de qua lege dicit Salomon, Prouerbiorũ 3. Lignum uitæ eſt his qui apprehenderunt eum, & qui tenuerũt eã beati. Tertio illud lignum vitæ paradiſi, figurabat quemlibet fidelem & hominem iuſtum, qui eſt plantatus ſecus decurſus aquarũ baptiſmalium, & aliorum ſacramentorum eccleſię, qui quidem homo iuſtus facit fructus D meritorum & bonorum operum in tempore ſuo. ſin hac uita, dum eſt tẽpus operandi & merẽdi. Et ſic homo iuſtus, faciendo fructus meritorios colligit fructus gratię in hac vita, & fructus gloriæ in futuro, de ligno uitæ qui eſt Chriſtus. Ex quibus patet, q̃ de quolibet iſtorũ triũ põt verificari iſte verſus, ſ. de Chriſto, & de diuina lege, & de homine iuſto. Et primo uerificatur de Chriſto. Vnde dicit Dauid. Beatus vir Chriſtus qui ſolus non abiit in conſilio impiorum, &c. Sed in lege dñi fuit voluntas eius, qui ſemper impleuit voluntatẽ patris, &c. Ideo eſt tanquã lignũ plantatum. i. quod plantabitur in utero virginali, & in medio eccleſiæ ſecus decurſus aquarũ gratiarũ, & donorũ, & omnium virtutũ, & dabitur loco illius ligni paradiſi, quod Adam perdidit pp peccatum, E quod quidẽ lignum dabit fructum in tẽpore ſuo ſ. in primo aduentu dabit fructum redẽptionis & gratię, & in ſecundo aduentu dabit fructum reſurrectionis & glorię.

Et ſolium eius non defluet. et omnia quæcunque faciet proſperabuntur.

Ad cuius intellectum eſt notandum, q̃ illa arbor ſiue lignum uitę, qui eſt Chriſtus, primo protulit folia, ſecundo protulit fructus. Folia enim eius fuerũt prędicatio & miracula, ſed fructus fuerunt noſtra redẽptio & glorificatio. Itẽ folia eius fuerunt eccleſia ſtica ſacramẽta, ſed fructus fuerunt res & effectus ſacramentorũ, ſ. remiſſio culpæ, & collatio gratię, quia ſacramẽta nouę legis ſunt viſibilis formę, & inuiſibilis gratię. Nã illa vi ſibilis forma ſacramẽti eſt folium, ſed res ſa- F
cramenti, & effectus quos facit, dicunt fructus eius. Et hęc ſunt folia & fructus huius arboris uitæ qui eſt Chriſtus, quã arborem vidit Ioannes Apocalyp. ultimo, plantatam in medio paradiſi eccleſię. cum dicit. Et oſtẽdit mihi Angelus flumen aquę uiuę ſplendidum, tanquam cryſtallum procedens de ſede Dei & agni, in medio plateæ eius. Et ex utraque parte lignum uitę afferens fructus 12. per ſingulos menſes reddens fructum ſuum. Et folia ligni ad ſalutem gentium. Et omne maledictum nõ erit amplius, &c. Vnde dicit Auguſtinus, quòd illud flumẽ quod uidit Ioannes, eſt gratia ſpiritus ſancti, irrigans ortã eccleſiam, qđ quidem flumẽ ſpiritus ſancti à Deo & agno, id eſt à patre, & filio, & illud lignũ eſt Chriſtus plantatus in me-

dio

A dio eccleſiæ, faciens fructus ſacramentorum per ſingulos menſes & dies in hac eccleſia, & folia illius ligni ſunt ſacramenta eccleſiaſtica, ad ſalutem noſtram, & ad ſanãdos noſtros languores inſtituta, quæ habent uirtutẽ ex ſanguine agni. Duodecim aũt fructus quos facit hoc lignum uitæ, ſunt: Caritas, Gaudiũ, Patientia, Benignitas, Bonitas, &c. quos enumerat Apoſtolus ad Gala. 5. quibus correſpondent alii 12. in gloria. Et ideo ualde miror de beato Hieronymo, q̃ in expoſitione huius pſalmi ne'at per lignum uitę plantatum ſecus decurſus aquarum, &c. poſſe intelligi Chriſtum, dicit enim q̃ magis nobile non poteſt comparari minus no-
B bili, ergo Chriſtus non poteſt comparari illi arbori, propter magnam diſtantiam nobilitatis. Sed pareat mihi reuerentia tanti uiri. Nam ipſemet Chriſtus ſe appellat lignum uitę in locis prędallegatis, ſcilicet Apocap. 2. & 22. Item appellatur idem Chriſtus leo de tribu Iuda, & lapis angularis, & uitis uera, &c. Ex quo patet q̃ ratione proprietatis, uerè dicitur Chriſtus arbor, ſiue lignum uitę, plantatum in utero uirginali, & in eccle. ſtica, loco illius etc. Dicit ergo Dauid quòd Chriſtus erit tanquam lignum uitę, quod plantatur ſecus decurſus aquarum ſpiritus ſancti in eccleſia, quod dabit fructum redẽptionis, & glorificationis in tempore ſuo. Et folium eius non defluet, in uanum, ſupple: Sed quęcunque faciet ſemper proſperabuntur. Nam paſſio eius & ſacramenta eccleſiaſ-
C tica, quantum ad ſe, ſemper ſunt ſufficientia ad faciendum fructum, & effectum. Sed ſi aliquando non faciunt, hoc non eſt ex defectu ſacramenti, ſed ex defectu recipientis, accedentis ficte ad baptiſmum, uel ad confeſſionem, &c. Et iſta de prędicatione Chriſti, quę fecit fructum ſecundum q̃ cecidit in terram bonam. Matth. 13. quia actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito 2. de anima. Et ſic eſt dicendum quod folia Chriſti nunquam defluxerunt in uacuum, ratione ſui. Ex quo patet q̃ tota prima pars huius pſalmi uerificatur de Chriſto, qui eſt uerum lignum uitę. Secundo poteſt uerificari de ipſa lege diuina. Nam quia dixit ſupra, Beatus uir qui in lege domini meditabitur die ac nocte, ideo ſequitur, et illa lex, ſupple, erit ſibi, ſcilicet uiro iuſto, tanquam lignum quod plantatur ſecus decurſus aquarũ paradiſi. Nam ſicut Adam colendo illud lignũ, D collegiſſet fructum uitę, &c. ita uir iuſtus colendo legem diuinam, et obſeruando eam, illa erit ſibi tanquã illud lignum, quia dabit ſibi fructus gratię, et glorię in tempore ſuo, quia lex uetus in primo aduentu peperit et germinauit Chriſtum, et noſtram redẽptionem, et in ſecundo germinabit reſurrectionem generalem, et continue proferet nobis lex euangelica fructus gratię in preſenti, et fructus gloriæ in futuro. Et ſolium eius nũquam defluet, quia uirtus ſacramentorum nunquam deficiet in hac eccleſia, quia cõtinuè fluit ex latere Chriſti. Et eccleſia continuè irrigatur ex flumine paſſionis Chriſti, à quo fluunt quatuor flumina, irrigãtia, quatuor partes terrę. Et ideo folia huius arbo- E
ris nunquam defluent, ſed ſemper proſperabuntur, quo ad effectum. Item 3. iſta prima pars huius pſalmi poteſt uerificari de quolibet iuſto, nam beatus uir iuſtus qui meditatur in lege domini die ac nocte, etc. quia talis erit tãquam lignum, etc. Nam ſicut illud lignum uitę, plantatũ ſecus decurſus aquarum illorũ quatuor fluminũ paradiſi terreſtris, nunquam perdebat folia, ſed ſemper faciebat fructum, etc. Ita pariter uir iuſtus et fidelis qui plantatur in eccleſia, ſecus decurſus aquarum baptiſmalium, et aliorũ ſacramentorum, dabit fructus meritorum et bonorum operum in tempore ſuo. i. huius uitę. Et colliget fructus gratię in preſenti, et fructus gloriæ in futuro, de ligno uitę, qui eſt Chriſtus. Nam homo iuſtus faciendo fructus meritorũ colliget fructus gratię et glo- F
rię, ex ligno uitę qui eſt Chriſtus, ut dicitur Apoc. 2. Qui uicerit dabo ei edere de ligno uitę, quod eſt in paradiſo Dei mei, etc. Ex quo patet, q̃ tam homo iuſtus, quam Chriſtus dicitur lignum uitę, ſed aliter et aliter. Nam homo iuſtus facit fructus pręmiorũ, et ideo ſubdit de uiro iuſto, Et ſolium eius non defluet, quia opera iuſti uiri in caritate facta, nunquam defluent in uacuum, imo quęcunque faciet proſperabũtur, et facient fructus meritorios, quia diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum. Item quarto illud lignum uitę paradiſi figurabat etiam crucem domini, quę data eſt nobis loco huius ligni, quę quidem crux fecit primo fructum noſtrę redemptionis, prout fuit plãtata in monte Caluarię. Sed poſtea plantata in medio eccleſię facit fructus eccleſiaſticorum ſacramentorũ per ſingulos dies et mẽ-

ſes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſes. Folia vero huius arboris ſunt eccleſiaſtica ſacramenta. Fructus autem eius ſunt effectus ſacramentorum, ſcilicet collatio gratiæ, & remiſſio culpæ. Vnde ſacramenta & eorum effectus dicuntur folia, & fructus crucis propter duo, primo quia eorum virtus procedit ex paſſione Chriſti, ſecundo quòd nunquam confertur ſacramentum ſine ſigno crucis. Et ideo accommodatè iſti duo verticuli poſſunt verificari de ipſo ligno crucis. &c. quia crux domini erit cultoribus diuinæ legis, tanquam lignum, id eſt loco illius ligni quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, in illa paradiſo. &c. quod dabit eis in tempore ſuo fructum redemptionis. &c. Et hoc eſt illud lignum vitæ quod vidit Ioannes Apoc. 22. de quo ſupra dictum eſt. Eſt vlterius notandum ſecundum Auguſt. quòd bene meritò Chriſtus comparatur illi ligno ſiue arbori vitæ, & etiam ipſe vir iuſtus comparatur cultori ligni vitæ, quia vltimum quod expectatur ab arbore dicitur fructus, & vltimus vſus dicitur frui. Nam ideo agricola colit agrum & arborem, vt finaliter inde colligat fructum, & fruatur eo, & ſic quieſcat in eo. Ita à ſimili, nos fideles colimus legem diuinam, & ipſum Chriſtum, obſeruando legē, vt inde colligamus fructus gratiæ, & in fine fructus gloriæ: & ſic vltimum quod expectamus ex cultu Chriſti, & obſeruantia diuinæ legis, eſt vltima fœlicitas & beatitudo, & vt fruamur toto Chriſto. ſ. diuinitate cum humanitate. Et ſic Chriſtus eſt verum lignum vitæ, ex quo expectamus & colligimus fructus vitæ, & nos ſumus veri cultores, qui fruimur fructibus Chriſti. Sed etiam vnuſquiſque iuſtus dicitur lignum vitæ vt dictum eſt, inquantum facit opera viua, & non mortua, ſcilicet fructus bonorum operum dignos vita æterna. Et ſic, ſicut nos exigimus à Chriſto fructus gratiæ & gloriæ, ita Chriſtus exigit à nobis fructus bonorū operum. Et ideo eccleſia fidelium dicitur arbor vitæ vt dictum eſt. Ex qua Chriſtus cōtinue exigit & colligit fructus fidei, & caritatis, & bonorum operum. Ex quo patet, quòd ſynagoga Iudęorum non fuit tanquam, lignum plantatum ſecus decurſus aquarum quando voluit Chriſtus, quia non fecit fructum in tempore ſuo: quia quando Chriſtus exegit fructum ab ea, non retulit ſibi fructum fidei, quia non recepit ipſum: Sed fuit tanquā ſiculnea ſterilis, in qua Chriſtus non reppe- D rit fructum. Ideo maledixit eam Chriſtus in figura. Matthæi. 21. Et ideo continuo aruit. Et ſic patet, quòd lex Moyſis fecit fructum p Chriſtum in apoſtolis & cęteris recipientibus Chriſtum, ſed non fecit fructum in Iudęis obſtinatis, quia ſine Chriſto, lex Moyſi non poterat facere fructum. Et ſic manet ſynagoga Iudęorum ſterilis & arida in ſempiternum, & maledicta per Chriſtum. Ideo Iudęi non colligunt ex ea niſi maledictionem & damnationem, quia oratio eorum vertitur in peccatum. Pſal. 8. Ideo ſequitur. Non ſic impii. &c. Ex omnibus ſupradictis patet, q̄ tota beatitudo, & pręmium quod promittitur cultoribus diuinę legis, eſt fruitio ligni vitę, qui eſt Chriſtus.

Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quē proijcit uentus à facie terræ. B

Poſtquam ſuperius profeta promiſit beatitudinem cultoribus diuinę legis. Quę quidē beatitudo conſiſtit in fruitione ligni uitę, qui eſt Chriſtus. Nunc autem in hac ſecunda parte comminatur pœnam & priuationem beatitudinis infidelibus, & tranſgreſſoribus diuinę legis. Ideo primo comminatur pœnā & ſupplicium. Secundo comminatur priuationem ęternę fœlicitatis, ibi. Ideo non reſurgunt impii. Quantum ad primum, quia ſuperius dicit quòd vir fidelis & iuſtus colens legem erit tanquam lignum ſerens fructum. Et quòd ſolium i. bona operatio eius non defluet. &c. Ideo dicit hic, quòd oppoſitum erit de viris impiis & iniuſtis, quia viri impii non erunt ſic, tanquam lignum faciens fructum C meritorium in tempore ſuo, nec folia eorum F erunt fixa, immo fluent & proicientur à facie Dei, tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terrę. Et ſic opera eorum erunt vacua, & vana abſque meritis, immo digna pœna ęterna. Et ratio eſt. Nam ideo iuſti conſequentur beatitudinem cœleſtem, eo quòd contempſerunt iſta terrena & vana, & dilexerunt cœleſtia quę ſunt firma & ęterna, & ſic operati ſunt opera firma & iuſta, vnde meruerunt pręmium ęternum. Sed quia iniuſti & impii abeuntes à Deo, & a lege diuina, & contemnentes cœleſtia, dilexerunt terrena & corruptibilia & vana, & abierunt poſt ſuperbiam & auaritiam, & ſic opera eorum fuerunt vana et caſſa, ideo in vanum ceciderunt et effluxerūt opera eorum abſque fru-

A fructu meritorum. Ad cuius intellectum eſt notandum ſm. Ariſtotelem, 4. metcororum q̄ humidum eſt cauſa compactionis, & cōtinuitatis, & tenacitatis i rebus mixtis naturalibus. Et ſic quæ ſunt arida ſine humiditate, faciliter reſoluuntur & affluunt in puluerem. Nā calor naturalis decoquit partes humefactas, & connectit & compactat eas adinuicem, & hoc videmus in arboribus. Nam in æſtate exit calor naturalis ad exteriora, & cōnectit partes humidas, & ſic retinentur folia in arbore fixa. Sed aduenuente autumno, & recedente calore continenti, tunc calor naturalis retrahitur ad interiora, & tunc reſoluitur humidum in partibus exterioribus: Et ſic cadunt folia, & ventus agitat illa, & proicit à facie terræ. Ita pariter accidit in corB pore myſtico eccleſiæ. Nam membra Chriſti humectantur per fidem, & viridificantur per caritatem. Et ſic ignis ſiue calor caritatis connectit membra ſuo capiti Chriſto, & inter ſe tanquam folia arbori, & ſicut palmites in vitę, vt patet Ioannis. 16. Et ſic folia eorum. i. opera radicantur & ſolidantur per fidem & caritatem formatam, & ſic non defluunt, immo faciunt fructus meritorios, & proſperantur in præmio. Sed ſi deficit eis talis fides aut caritas, tunc decidunt à corpore Chriſti myſtico ſicut folium ab arbore. Et ſic etiam opera eorum effluunt in vanum, & quæ facit eccleſia non proficiunt eis. Et ſic etiam ipſi impii tanquam vani & inutiles proijcientur à facie domini in iudicio, cum dicet eis. Ite & diſcedite à me maledicti in C ignem æternum. Mat. 25. Et ſic patet, quòd Iudæi obſtinati & omnes iniuſti & impœnitentes, non erunt tāquam lignum vitæ. &c. ſed tanquam ficulnea arida & maledicta, ex qua ceciderunt folia, & proiicietur eos uentus diuinæ vindictæ, ſicut ventus proiicit puluiſculum à facie terræ.

Ideo non reſurgunt impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum.

Hic comminatur eis priuationem futuræ beatitudinis. Ad cuius intellectum eſt notandum, quòd illud lignum vitæ plantatum in paradiſo, duo principaliter conferebat cultori ſuo Adæ, ſiue primis parentibus. Nam primo præſtabat vitam perpetuam ſine aliqua miſeria in præſenti, præſeruans ab omni infirmitate & triſtitia. Et conferebat immortalitatē, quia poterant non mori, edendo eius fru- D ctū. Secō poſt longam durationē ſuiſſent trāſlati in vitā meliorem, in cœlū æternū, vbi ęternaliter fruerentur Deo viſo & amato. &c. Et ideo poſtquā datus fuit Chriſtus in ſupplementum huius ligni perditi: oportuit vt per amplius & perfectius conferret ſuis cultoribus omnia bona quæ perdiderunt primi parentes, amittentes illud lignum. Et ſic etiā oportet vt recuperemus immortalitatē, & libertatem ab omni miſeria, & viſionem diuinæ eſſentiæ, & perfectam beatitudinem, & felicitatem per fruitionem ligni vitæ, qui eſt Chriſtus. Et ideo Chriſtus tāquam verus reparator & redēptor humanæ naturæ oia ſupradicta nobis recuperauit. Nā primo, p ſuā mortē & paſſionē nos à culpa & pœna æterna liberauit & ſanauit: cōſerēdo vim purgatuā & ſanatiuā ſacramentis. Secundo recuperauit nobis immortalitatem, & nos liberauit E ab oibus miſeriis corporalibus per ſuam reſurrectionē. Tertio nobis eſt adeptus ſummā beatitudinē, & diuinā viſionē, & fruitionē in cœlo, per ſuā aſcenſionē. Et ſic voluit Chriſtus q̄ illico liberaremur ab omni peccato p ſuam paſſionem, & eccleſiaſtica ſacramenta, & illico, poſt hanc vitam, facta omni pœnitentia debita, euolaremus ad cœlum, & poſſideremus illā perfectā felicitatē. Sed noluit vt oēs poſſideremus illā immortalitatem, & impaſſibilitatem corporis, vſque ad finē ſeculi, in illa generali reſurrectione: & tunc erit homo in ſua vltima perfectione, & hoc factum eſt propter maius bonum, vt inquit Aug. 13. de ciui. cap. 4. Nam ideo reliquit nobis Chriſtus iſtas pœnalitates, vt ſint nobis in meritum, quia ſi homines non relicti eſſent mortales & paſſibiles, non fuiſſet victoria & corona martyrum, nec eſſent merita & patientia virorum perfectorum & iuſtorum. Ideo iſtæ pœnalitates ſunt bonis bonæ, & malis malæ. Sed in die iudicij oēs iuſti reſurgent cum corporibus glorioſis & immortalibus, & tūc erūt perfectē beati: & tūc habebūt ſuū præmiū perfectum, & erunt beati in corpore & aia. Et hoc præmiū dabitur iuſtis in retributionē obſeruantiæ diuinæ legis, quia tanta eſt virtus & perfectio illius ligni vitæ, qui eſt Chriſtus: quòd etiam corpora mortua ſuſcitabit in nouiſſimo die, & ſic ſimul corpus glorificatum fruetur cū anima: quod præmium minimè habebunt impii, & infideles, & iniuſti, quia non reſurgent ad gloriam cum iuſtis in iudicio. Ideo ſubdit Dauid, q̄

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non resurgent impii in concilio & societate iustorum. Et ratio est.

Quoniam nouit dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit.

Dominus nouit & acceptauit uiam & bona opera iustorum, quia secundum legē Dei fuerunt facta. Et ideo dedit eis perfectū prēmium & fœlicitatē quo ad corpus & animā. Sed iter impiorum peribit, eo q̄ vita ipsorū non fuit secundum legem Dei, immo cōtra legem, eo q̄ abierunt & recesserunt à lege & via Dei, & steterunt in via peccatorum, & diaboli, & finaliter sederunt in cathedra pestilentiæ, & obstinationis, decedentes absq; finali pœnitentia, & infideles mortui sunt in sua infidelitate. Et ideo sicut uia legis diuinæ & præceptorum', duxit fideles & iustos ad illam summam beatitudinem, ita via peccatorum duxit impios & infideles in infer-
B num. Sed hic occurrunt tria dubia. Primum, q̄ cum summa beatitudo sit bonum sufficiēs, quo adepto nihil est amplius quod desiderari queat, vt inquit Boetius, cum ergo animæ sanctorum nondum recuperauerint corpora immortalia, & gloriosa, sequitur q̄ nondū sunt perfectè beatæ, quia adhuc restat aliquid quod desiderari queat, quia adhuc desiderant recuperare corpora gloriosa. Secundum dubium est de eo quod hic dicit, q̄ non resurgunt impii in iudicio, cū apostolus dicat, q̄ omnes resurgemus & erimus ante tribunal Christi. Et Dan. 12. q̄ infernus, & mare, & terra dabunt mortuos suos, &c. Tertium dubium est de eo quod dicit. Quoniam nouit dñs viam iustorū, cū Deus ęquè
C nouerit bonos, & malos, quia omnia aperta sunt oculis eius. Respondetur ad primū, q̄ hanc quæstionem mouet August. 12. super Gen. cyca finem, & adducitur à magistro 4. senten. dist. 49. Vnde dicit Aug. hāc esse difficilem quæstionē. Et dicit quendā appetitū naturalē inesse cuilibet animę separatę administrandi, & recuperandi corpus, quo retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum cœlum, donec ille appetitus quiescat. Et tamen anima nō desiderat recuperare corpus mortale, & graue quale dimisit. Sed immortale & impassibile, & gloriosum, ut secū fruatur, & sit ei ad gloriam, quod fuit ad sarcinam. Hāc ergo quę-
stionē partim reliquit Aug. indecisam, qa affirmat talē appetitum inesse animæ, vt illud corpus sit sibi ad maiorem gloriā, pro-
D pter consortium & societatem. Sed nō videtur soluere an illud desiderū tollat aliquid de eius beatitudine aut impediat. Sed ad hoc respondent doctores scolastici & moderni, secundum eundē Aug. q̄ sunt duo cōsiderāda in ipsā beatitudine. S. vnum quod est principale & essentiale, & illud est uisio, & fruitio summi boni securè possessi, quia fruimur Deo bono, & cognito, in quo voluntas delectata cōquiescit. Aliud autem, immo multa alia possunt esse accidentalia, & accessoria, & minus principalia, puta scire aliqua futura per reuelationem superiorum, & habere plures consortes, & socios in illa fœlicitate. Et habere corpus gloriosum in consortium ad fruēdum illo summo bono. Vnde primū præmium essentiale. S. videre, & frui illo summo bono, & essentia diuina, nunquàm auge
E tur neque beatis in illa cœlesti gloria, quia vnicuique datur secundū mensuram meritorum, & luminis gloriæ, & caritatis. Sed præmium accidentalē continuè augetur beatis in patria usq; ad diem iudici, qñ Deus erit omnia in omnibus, & recuperabunt omnes sua corpora. Et sic finietur appetitus accidētalis beatorum, quia tunc induentur stolis albis, &c. & erunt in ultima sui perfectione accidentali. Nam fruētur toti toto Christo. Nam per animam fruentur ipsa diuinitate, seu diuinis personis, & per potentias corporales glorificatas, fruētur humanitate Christi. Et sic omnes potentiæ tam intellectuales, quàm sensitiuæ beatificabuntur, ut inquit Aug. 22. de Ciui. cap. penul. & ultimo. Et sic patet responsio ad difficultatem. Nam
F omnes animæ beatorum sunt perfectè beatæ, quantum ad beatitudinē essentialē, quia nihil est essentialē, quod amplius desiderari queat, quia omnes fruuntur una essentia diuina in tribus personis, & econuerso, et uno summo bono. Sed posset desiderari aliquod accidentale, quod auget beatitudinem eorū accidentalem, quia quotidie desiderant cōuersionem peccatorum, quia gaudium corā Angelis Dei est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. Et sic continuè desiderāt recuperare corpora gloriosa, ut simul fruantur cum corpore, et anima. Vnde sicut homo existēs in carne laborauit, et passus est propter Christum in carne, ita martyres desiderant recuperare illa corpora gloriosa, ut sint eis in consortium suæ fruitionis. Sed hoc desiderium non tollit eorum beatitudi-

nem

A nem essentialem, nec in aliquo impediūtur, quia bonum finitum & accidentale non pōt impedire bonum infinitum & essentiale. Ad sēm dubium respondetur q̄ saluator iā hoc posuit Ioannis. 5. cum dicit, q̄ omnes qui in monumentis sunt resurgent. Sed non æqualiter, nam qui bona egerunt resurgent in resurrectionem vitæ, quia resurgent in corpus gloriosum & immortale in vitam æternam. Sed qui mala egerunt in resurrectionem iudicii & damnationis. Nam corpora eorum erunt passibilia. Et ideò dicit Apostolus primæ ad Corin. 15. quòd omnes resurgemus quantum ad resurrectionem primam. Sed non omnes immutabimur quo ad secundam & gloriosam resurrectionem. Sed soli iusti, supple. Item omnes homines tam boni q̄ mali resurgent in iudicio, sed non omnes re-
B surgent in cōcilio & societate iustorum, quia oēs mali resurgent in cōcilio & societate impiorum diabolorū. Et hoc est qđ intēdit dicere hic pfeta, q̄ ideo ppter causās supradictas impi nō resurgent, neque pēnōres in cōcilio & societate iustorum ad gloriam & vitam æternam, sed ad mortem & pœnam æternam, quia illud non erit resurgere, sed cadere & mori. Ad tertium est dicendum q̄ duplex est notitia Dei. Vna dicitur notitia discretionis, qua omnia nouit tam bona q̄ mala, de qua notitia dicit psal. 93. Dñs nouit cogitationes hominū, qm̄ vanæ sunt. &c. Alia dicitur notitia acceptationis & approba-
C tionis, qua acceptat & approbat sola bona, & nescit mala, de qua dicit Iatuis virginibus, nescio vos. Matt. 25. Et de hac notitia dicit hic profeta, Qm̄ nouit dominus. i. acceptauit & approbauit viam & opera iustorū. Ex oibus his patet, quòd tota sententia & intelligētia huius primi psalmi stat in hoc, quòd solus cultor & obseruator diuinæ legis est beatus, quod probatur, quia sola lex diuina est uia acquirendi veram beatitudinem, quod probatur, quia vera beatitudo consistit in fruitione ligni vitæ qui est Christus, qui datus est nobis in supplementum huius ligni vitæ quod perdidit Adam in paradiso. Sed sola lex diuina nos docet peruenire ad Christū, qui est finis legis, igitur solus cultor diuinæ legis erit beatus, & faciet fructus meritorū, & colliget fructus præmiorum in tempore suo. i. post hanc vitam, & hoc de ligno vitæ q̄ est Christus. Ex hoc sequitur quòd impii, & infideles, & iniusti non erunt beati, nec colli-
D gent huiusmodi fructus: ideo non resurgent ad vitā gloriosam in iudicio, quia Christus solis cultoribus suis communicabit beneficium glorioſę resurrectionis, quia solam uiā iustorum nouit & approbauit. Et sic iter & via impiorum peribit, ut dictū est. Et hæc est propositio quam aperit Dauid nobis in hoc psalmo.

Ex toto ergo isto psalmo possunt colligi. x. conclusiones.

Prima conclusio, q̄ solus cultor diuine legis est beatus, probatur, quia sola diuina lex est uia perueniendi ad beatitudinem.

Secunda conclusio, q̄ nullus impius siue infidelis, aut peccator, aut hæreticus potest esse beatus, probatur, quia quilibet talis agit contra legem.

Tertia conclusio, q̄ nullus obstinatus, &
E finalis impœnitens potest esse beatus, proba tur, quia talis sedet in catedra pestilentiæ.

Quarta conclusio, q̄ solus obseruator diuinę legis, erit tanquam lignum vitæ, faciēs fructus meritorios.

Quinta conclusio, q̄ solus Christus est uerum lignum uitæ, à quo sumuntur fructus fruibiles, & quo est uerè fruendum, à quo obiecto fruibili nō excluditur pater, & spiritussanctus. Item ēt ipsa crux dē lignum vitæ.

Sexta conclusio, q̄ quilibet iustus non solum est tanquam liguum vitæ, inquantum agit opera uitæ, sed etiam dicitur cultor ligni uitæ, inquantum fruitur Christo.

Septima conclusio, q̄ synagoga Iudæorū non est tāquam liguum vitæ, sed ficulnea arida & maledicta, inquantum in ea Christus non repperit fructum.

Octaua conclusio, quòd soli iusti resurgēt
F in iudicio ad vitam gloriosam.

Nona conclusio, quòd licèt deus nouerit omnia, notitia discretionis, tamen sola opera iustorum nouit, notitia approbationis.

Decima conclusio, quòd iter impiorum semper peribit, eo quòd deuiat à lege diuina

PSALMVS. II.

QVare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius.

Iste psalmus apud hebræos est oīno sine titulo. Et ideo quidam eorum dixerunt esse eū dem psalmum cū primo. Et sic ex titulo non

apparet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A apparet materia, nec actor huius psalmi. Sed R.a Salo. in principio glosiæ huius psalmi, conatur assignare materiã & autorẽ, cu dicit, q̃ magistri antiq̃ exposuerũt hũc psalmũ de rege Messia. s. de Christo in lege & ꝓfetis promisso. Sed a intellectũ planũ & literalem, et pp rẽspõsionem ad hæreticos, exponẽdus est de ipso Dauid. Et vocat hæreticos, conuersos de iudaismo ad fidẽ Christi, q̃ cũ sñia huius psalmi cõuincebant Iudæos. Et sic R.a. Salo. mutando veram sñiam antiquorum glossat hũc psalmũ de Dauid, & de victoria quã habuit de Philistæis scripta. i. reg. ca. 5. Ex verbis huius Rabini manifestantur tria. Primo quia ipse cõfitetur, q̃ Dauid fecit hũc psalmũ. Secundo q̃ oẽs antiqui ad literam exposuerũt ipsũ de Christo Messia. Tertio quòd ficto & iniquo modo glossat ipsum de Dauid, quia

B non propter veritatem glossat ipsum, sed ut contradicat Christianis, & fugiat eorũ argumenta, eo q̃ manifestè ab eis cõuincebatur. Ex quo patet, q̃ licèt quantum ad ſm dicat veritatem: tamen quantum ad tertium ipsemet confitetur se esse mendacem & falsũ & peruersum glossatorem. Et sic patet, q̃ nec in glossã huius psalmi, neq; in cæteris scripturis eius est ei aliqua fides adhibenda. Omissis ergo & reiectis fictionibus, & deliramentis modernorum Iudæorum, sequendo autoritatem spiritussancti, exponendus est iste psalmus de Christo & eius regno, & iudiciaria potestate. Vnde legitur act. 4. q̃ oẽs apostoli vna voce dixerunt, Domine qui spiritu sancto dixisti per os Dauid patris nostri pueri tui. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ:

C & principes conuenerũt in vnum, aduersus dñm & aduersus Christum eius: Cõuenerũt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerũ Iesum quẽ vnxisti, Herodes & Pilatus. &c. Item infra. ca. 13. dixit Paulus, Deus suscitauit Iesum, sicut in psalmo. 2. scriptum est. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Itẽ ad Hebræos primo hãc allegat autoritatem de Christo. Ex dictis ergo apostolorum patet, q̃ Dauid fecit hunc psa. de morte, & passione, & diuinitate, & regno Christi. Et sic apparet autor & materia huius psalmi. Secundo sequitur q̃ iste psalmus est secundus in numero, distinctus priori, quod est contra eos qui dicunt quòd iste psalmus est idem continuatus cum priori. Tertio sequitur, q̃ Dauid nõ fuit causa principalis huius psalmi nec aliorum. Sed ipse spũssanctus, D qui loquebatur per os Dauid. Sed Dauid est causa instrumentalis mota à spiritusancto, vt dictum est in prologo. Sed quia dictum est in prologo, quòd omnia gesta patriarcarum, & omnia mysteria veteris testa. fuerunt quædam figurę, & signa, & picturæ mysteriorum noui testa. in quibus præuidit Dauid oia mysteria futura de Christo, & ecclesia, & ex quibus assumpsit argumẽtum, & ꝓpositionem, & parabolam ad condendos psalmos, & dictum est etiã quomodo Dauid in quolibet psalmo aperit nobis aliquam propositionem & infert profeticè aliquã cõclusionẽ euangelicam, aut pulsat aliquã cordã psalterii euangelici, Ideo est quærendum in huius psalmi expositione, primo, in quo mysterio veteris test. præuidit Dauid mysteriũ passionis Christi, de quo tractaf in hoc psal E mo. Ad cuius intelligentiã est aduertẽdũ: q̃ in pluribus locis potuit Dauid præuidere. Nã primo hoc præuidit in sua ꝓsecutione & exaltatione. Nã ꝓ hoc q̃ Saul cũ suis cõplicibus, absq; demeritis præcedẽtibus cõspirarũt in mortẽ ipsius Dauid, sed finaliter post multas ꝓsecutiones, dissipatis omnibus inimicis, Dauid fuit in regnũ exaltatus, præuidit Dauid in spiritu qualiter principes sacerdotum & scribę & farisęi simul cum Herode debebãt cõspirare in mortem Christi, sed finaliter Christus post resurrectionem, debebat ascendere in cœlum & accipere vniuersalem potestatem sup̃ omnes creatusas, Iudæis manentibus cõfusis. Et hoc mysterium cãtat Dauid profeticè in hoc. psal. Sed licet Dauid in supradicta coniuratione ipsius Saul facta cõ tra ipsum, potuerit præuidere cõiurationem F Iudęorũ futurã cõtra Christũ, tamen hãc clarius & euidẽtius præuidit in cõiuratione fratrũ, facta cõtra Ioseſ. de qua habetur Ge. 37. vt potest patere diligẽter cõtẽplanti totũ discursũ ipsius Ioseſ. Vnde ꝓ hoc q̃ Iacob diligebat Ioseſ præ cęteris fratribus, pp puritatem & sapientiam suam, præuidit Dauid in spiritu qualiter deus pater debebat diligere Christum filium suum præ cęteris filiis hominum. Matth. & Lucę. 3. Item per hoc quòd fratres oderunt Ioseſ, eo quòd magis diligebatur à patre, præuidit Dauid qualiter scribę, & farisęi, & sacerdotes debebant odire Christum, eo quòd erat diligendus à Deo per signa miraculorum. Item per hoc quod fratres conspirarunt in mortem Ioseſ,

eo quod

A eo quod accusauerat eos apud patrẽ de crimine pessimo, inuidiæ fraternæ caritatis: & quia prædixerat exaltationem suã per somnium: præuidit Dauid in Spiritu, qualiter Scribę, & farisęi, & sacerdotes debebant cõiurare & conspirare in necem Christi: eo q̃ prędicabat contra eorum superbiam, & simulationem, & auaritiam, & quia ꝓdicebat exaltationem sui regni per uaticinia profetarum. Item per hoc quod Simeon & Leui, cõmouerunt alios fratres ad mortem Ioseſ, dicentes ecce somniator uenit, uenite occidamus eum &c. præuidit Dauid qualiter Scribę, & farisęi de tribu Simeon, & principes sacerdotum de tribu Leui, debebãt cõiurare contra Christum, & concitare alios aduersus eum: ut patet per totum discursum euangelicum: Item per hoc quod Ioseſ fuit

B positus in cisterna. et tamen inde exiuit uiuus: præuidit in Spiritu, qualiter Christus erat mortuus sepeliendus in sepulcro, tamẽ exinde erat viuus resurrecturus ad uitam gloriosam. Item per hoc q̃ fratres intinxerunt tunicam Ioseſ in sanguine hœdi &c. præuidit Dauid, qualiter caro Christi erat intingenda in sanguine suo qui est agnus sine macula. Item per hoc q̃ fratres vendiderunt Ioseſ Ismaelitis. &c. ꝓuidit Dauid qualiter Christus erat tradendus, et vendendus per Iudã. Item per hoc q̃ vxor Putifaris accusauit Ioseſ de adulterio apud uirum, eo q̃ noluit consentire uoluptati suæ et c. ꝓuidit Dauid, qualiter synagoga Scribarum, et Fa-

C risęorum debebat accusare et persequi Christum, eo q̃ non debebat consentire auaritiæ et superbiæ, et prauis moribus eorum, ĩmo debebat exprobrare mala opera eorum. ut patet Matth. 23. et per totum euangelium. Item per hoc q̃ ad persecutionẽ Ioseſ primo moti sunt, et conuenerunt fratres sui Israelitæ, et ipſi tradiderũt ipsum gentilib. Ismaelitis, per hoc præuidit Dauid in Spiritu, qualiter Israelitæ et Iudęi debebant tradere Christum Pilato gentili ad flagellandum et crucifigẽdum. Item per hoc quòd Ioseſ post exitũ de carcere accepit principatũ à Farao ne super totum ægyptum, ꝓuidit Dauid in Spiritu, qualiter Christus post resurrectionem & exitũ de sepulcro, esset in cęlũ ascensurus, et accepturus à patre uniuersalem potestatem super totum mundũ. Item per hoc q̃ fratres Ioseſ, uolentes contradicere diuinæ uoluntati quam Ioseſ notificauerat eis

per somnium, de futura eius exaltatione, D cum mala eorum uoluntate et intentione, impleuerunt uoluntatem Dei, quia si non uendidissent eũ Ismaelitis, non fuisset profectus in ęgyptum, nec per cõsequens fuisset exaltatus in principatum. Per omnia ista ꝓuidit Dauid, qualiter Iudęi uolentes impedire uoluntatem Dei, et omnia mysteria patriarcarum, et uaticinia profetarum, et opera nostrę redemptionis, et uolẽtes impedire Imperium Christi ne dominaretur super eos. etc. ipſi autem cũ malaeorum volũtate impleuerunt uoluntatem Dei, et uerificarũt omnes scripturas, et disposuerunt uiam ad exaltationem regni Christi, ipsum occidendo. Nam quia Christus humiliauit seipsum usque ad mortem, ideo pater exaltauit illũ etc. ad Filip. 2. Item per hoc quod consiliũ E iniquum fratrum factum contra Ioseſ fuit casſum et vanũ, eo quod putãtes fugere eius dominium, inciderunt in seruitutem, sub ditione et potestate eius, quod uitare cupiebãt etc. per hoc ꝓuidit Dauid, qualiter coniuratio et conspiratio Iudæorum facta contra Christum debebat esse casſa et uana. nam post mortem erat resurrecturus et in cęlum ascẽsurus, et uniuersalẽ potestatẽ accepturus. Et sic Scribę, et Farisęi, et omnes Iudæi debebant manere delusi et cõfusi in cõsilio suo: quia Christus regnauit super eos, et dissipauit, et dispersit eos in seruitutem p̃ uniuersum mundum. Et sic inciderunt in seruitutẽ, quã uitare putabãt et cupiebãt. immo ipsimet disposuerunt uiã ad seruitutẽ suam, sicut fecerunt Simeon et Leui, et cęteri fratres conspirantes contra eum. Vnde non so- F lum Dauid, sed etiã patriarca Iacob ꝓuidit in Spiritu omnia supradicta futura mysteria de Christo, figurata in persecutione, et uenditione ipsius Ioseſ. Et ideo ante obitũ suũ uocauit oẽs filios: ut ꝓdiceret eis omnia q̃ erant futura in generationibus suis in nouissimis diebus. i. in tempore Messiæ, sicut glossat Rabbi Moyses Gerũdensis Gen. 49. Et sic quando deuenit ad Simeon et Leui, uidens in Spũ qualiter Scribę, et farisei, descẽdentes de Simeon, et sacerdotes de Leui, debebant conspirare in mortem Christi, et cõcitare populum contra eum, sicut Simeõ et Leui, principaliter conspirarunt contra Ioseſ et concitarunt alios: ideo dixit Iacob, Simeon et Leui, uasa iniquitatis, in concilium eorum non ueniat anima mea,

et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & in cętu eorũ non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in uoluntate sua fussuderunt murum. quasi dicat: Sicut Simeon & Leui fuerunt fratres, & uasa iniquitatis ad cõiurandũ & conspirandũ in mortẽ, nõ solũ contra Sichen, sed etiam cõtra Ioseph. dicendo, Ecce somniator, uenite occidamus eum. &c. Ita pariter Scribæ & farisæi & sacerdotes descendentes de Simeõ & Leui, cõspirabunt in mortẽ Christi Messiæ uenturi, dicentes: Expedit ut unus moriatur pro populo. &c. & ita cõgregabuntur & facient consiliũ contra eum, ut eum morti tradant. &c. Et ideo subdit Iacob: In concilium eorum non ueniat anima mea, quia maledictus furor eorum: quoniam pertinax: & indignatio eorum, quia dura, & crudelis, & iniqua erit
B cõtra Christum. Diuidam eos in Iacob. &c. Et sic etiam patriarca Iacob, postquàm præ dixit, iniquum concilium & coniurationẽ Fariseorum & scribarũ super Simeon & Leui, allocutus est Iudam pro Christo prædicens mortem, & passionem & exaltationem regni Christi super utrunque populũ, prout præuidit per mysterium ipsius Ioseph. Vnde ait. O Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorum: adorabunt te filii patris tui &c. quasi dicat, ò Christe de tribu Iuda, fratres tui apostoli, & cæteri conuersi de Iudaismo, laudabunt te, & adorabunt te, sicut adorauerunt & laudauerunt Ioseph fratres sui: quando uiderunt ipsum regnãtem, & manus. i. potestas tua erit super ceruices inimicorum tuorum, tàm Getilium quàm Iudæorum, qui persecuti sunt
C te. sicut Ioseph fuit Dominus eorum qui uenditerunt eum & persecuti sunt eum. Et tu Christe de tribu Iuda, eris catulus leonis in uincẽdo Diabolũ, quia ad pdam repetendã ascendisti in crucẽ: & ibi accubuisti, ut leo, & quasi leæna paratus ad pdam: quia quãdo fueris exaltatus in cruce, omnia trahes ad teipsum. Et subdit. Quis suscitabit eũ? quasi dicat nullus nisi pater. sed quia post resurrectionem erat Christus regnaturus, sicut Ioseph post exitum de carcere: ideo sequitur Non auferetur sceptrum de Iuda. &c. sed qa erat regnaturus super utrunq; populũ, ideo subdit, Erit expectatio gentium ligans ad uineam pullum suum. i. populum gẽtilem: & ad uitem asinam suam. i. populum Iudaicũ. Sed quia hoc regnum erat Christus acceptu
rus per mortẽ & resurrectionem: ideo subD dit. Lauabit in uino stolam. i. humanitatem suam, & in sanguine uuæ pallium. i. carnem suã, sicut uestis Ioseph fuerat intincta in sanguine hœdi. Ex supradictis ergo patet, qualiter Iacob pdixit totum mysteriũ conspirationis Christi super Simeon & Leui. Et pdixit totum mysteriũ resurrectionis Christi, & exaltationis regni eius in persona ipsius Iuda, prout puiderat figuratuè in mysterio uẽ
E ditionis Ioseph, & exaltatione regni eius. Quomodo autẽ Simeon, et Leui fuerint principales cõiuratores et cõciatores cõtra Ioseph, et quomodo probetur, q Scribæ et Farisæi descenderint de Simeon: dicetur in fine expositionis huius psalmi. Dauid ergo qui post quam quieuit à bellis, die ac nocte contemplabatur in lege Dñi, ut dictũ est in prologo, tractatu. 2. contẽplando totum mysterium, et discursum uenditionis Ioseph, et exal
F tationis principatus eius: et contẽplando uaticinia patriarchæ Iacob, q dixerat super Simeon et Leui & sup Iuda de Christo, puidit in Spiritu, qualiter sicut Simeon, et Leui iniquè, et ex inuidia cõiurauerant in mortem Ioseph: ita Scribę et farisæi de tribu Simeon, et principes sacerdotum de Leui, debebãt conspirare in mortẽ contra Christum Messiam suum: et tradere ipsum in manus Pilati uiri gentilis ad crucifigendum. Sed sicut fratres Ioseph fuerũt frustrati in suo iniquo cõsilio: quia post uenditionẽ et exitum carceris, fuit exaltatus in principẽ totius ęgypti: et exinde fuit Dominus fratrũ suorum etc. Ita prę uidit Dauid, q Scribę et fariseι debebant deludi, et frustrari in cõsilio suo. Nam Christus post mortẽ erat resurrecturus de sepulcro, et accepturus uniuersale dominiũ, non solũ super Iudęos, sed etiam super populum gẽtilem, et in cęlo, et in terra, et in inferno: et debebat esse uniuersalis iudex oĩum. Oĩa ergo supradicta, per ordinẽ preuidens Dauid in Spiritu, inde assumpsit parabolã et propositionem ad faciendũ istum psalmũ. In quo tria principaliter facit: nam primo pdicit iniquum consilium et conspirationẽ scribarũ, et fariseorũ, et sacerdotũ contra Christum, et qualiter mãserũt deluσi et frustrari in suo consilio per resurrectionem Christi. Secũdo prædicit exaltationem regni Christi, et iudiciariam eius potestatẽ quam maxime ostendet in finali iudicio. Tertio exhortatur omnes reges, et principes, et populos: ut recipiãt Christũ in eius aduẽtu, et seruent eius legẽ

euange-

A euangelicam, & timeant eum tanquã Dominum, & iustum iudicem. Secunda ibi. Tũc loquetur ad eos. Tertia ibi. Et tunc reges intelligite. Quantum ergo ad primum est aduertendum, q causa quare principes, & Farisæi moti sunt ad conspirandum in necem Christi, fuit inuidia & timor, ne perderent regnũ & sacerdotium, & locũ, & gẽtem. Et ne perderẽt redditus, & pbendas, & oblationes. Et ideo dixerunt in consilio, si hunc dimittimus uenient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Ioan. 11. Et respondit Caiphas. Expedit vobis vt unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Ioã. 11. Et sic accusarunt ipsum apud Pilatum. Sed cum Pilatus non inuenisset causam, misit eũ ad Herodem Tetrarcam. Sed Herodes remi
B sit eum ad Pilatum. Sed cum Pilatus uellet eum dimittere, totus cętus Iudæorum clamauit. Crucifige crucifige, quia si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, & tunc Pilatus crucifixit eum. Et sic omnes isti tres conuenerunt in unum aduersus Christum, s. Herodes, & Pilatus, & conuentus Sacerdotum, & Fariseorum. Et unusquisque istorum motus fuit ex timore. Nam Pilatus timebat, ne perderet procurationem. Et Herodes timebat perdere Tetrarchiam, eo q Iudæi accusabant Christum q commouisset totam Galileam usque in Hierusalem, & sic timuit perdere Galilæam. Sacerdotes uero timebãt perdere locum & sacerdotium, Scribæ, & Farisæi timebant perdere iudiciariam potestatem, quia sedebãt super Catedram Moysi docentes, & iudicantes causas. Et sic tãm Pila-
C tus, quàm Herodes & Iudæi putãtes euadere hæc pericula, omnes cõspirauerũt in mortem Christi, & cõuenerunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et sic occiderunt eum, putantes eum toraliter de terra delere, ne amplius eis noceret. Veruntamen aliter quàm putabant, imo totum oppositũ euenit eis. quia inciderunt in illa pericula, imo maiora his quæ uitare putabant: quia Christus surrexit ad gloriam immortalem, & accepit potestatem à Patre in Cœlo, & in terra, & Pilatus perdidit procurationem, & sceptrum, & mortuus est in exilio apud Viẽnam in Gallia: & Iudęi perdiderunt locum, & sacerdotium, & fuerunt expulsi à finibus suis, et dispersi, et captiui per mundum, et in magna parte trucidati, et Templum, et Ciuitas incensa, et destructa. Et etiam Herodes

D miserabiliter finiuit dies suos. Et sic patet q omnes isti tres fuerunt frustrati à desiderio suo, & consilium eorum fuit cassum & uanũ & fatuum, quia non potuerunt implere desiderium & votum suum, imo totum oppositum accidit eis. Et sic manserunt & manent deluσi. Hęc ergo omnia supradicta pręuidens Dauid in spiritu dixit. Quare. i. ad quid fremuerunt gentes, id est, commoti sunt Pilatus & sui milites qui erant gentiles, qui commoti sunt cum magno fremitu & tumultu ad crucifigendum Christum? Et quare similiter populi Iudæorum, meditati sunt inania consilia, cogitantes occidere Christum, & putantes euadere pericula? Et similiter qualiter astiterunt reges terrę, scilicet Herodes, & principes sacerdotum, & Scribę & Fariseι, qui regebant populum, iudicantes iudicia, & ideo dicuntur reges in scriptu E ra, & cõuenerunt in vnũ conspirando aduersus Iesum, Christum eius. i. per Deum constitutum & missum? quasi dicat, quòd in vanum laborauerunt, quia non est consilium cõtra Dominum. Et ideo desiderium eorum fuit frustratum & vanum. Et sic ad nihilum valuit, imo magis nocuit, quia in vindictam mortis Christi, unusquisque eorũ in suo ordine punitus est, ut supra dictum est. Et sic meditati sunt inania, et uana: quia inaniter et frustra laborauerunt. Et nota q tripliciter populi Iudæorum meditati sunt inania & uana. Primo quia Christus uenit ad liberandum eos à seruitute, et ad dandum eis regnum æternum. et ipsi putabant q ueniebat ad auferendum eis regnum, et sacerdotium et bona temporalia, cum uellet dare cœlestia. Secundo quia putarunt ipsum per mor- F tem totaliter extinguere, ne haberet potestatem super eos, sed ipse surrexit ad altiorem uitam, et accepit potestatem à patre in cęlo, et in terra, et in inferno. Tertio, quia per mortem eius putabant euadere supradicta pericula temporalia, et inciderunt in maiora et spiritualia. Nam non solum perdiderunt sacerdotium & ciuitatem terrenã, sed etiam cœlestem, et non solum perdiderunt uitam temporalem, sed etiam æternam: et non solum inciderunt in perpetuam captiuitatem corporalem, sed etiam Spiritualem. Et sic patet quomodo meditati sunt inania.

Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.

F Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos.*

Iste uersus omnino continuatur superioribus, tamen diuersimode adaptatur, secundum quòd potest esse uox diuersorum. Nã uno modo secundum Aug. et Cassio. potest esse uox Iudæorum, et tunc est sensus, qualiter populi Iudæorum meditati sunt inania et uana consilia, dicentes, si hũc dimittimus uenient Romani, et tollent locum nostrum, et gẽtem: ergo ne ista perdamus, occidamus Christum, ut dirumpamus uincula et subiectionem eorum. s. Romanorum, et proiiciamus à nobis iugum ipsorum, i. ne ueniamus sub indignationem, et incurramus in captiuitatem, et in iugum ipsorum. Item dixerũt etiam, occidamus Christum et dirumpamus uincula eorum s. Christi, et Apostolorum,
B qui uolunt imponere nobis uincula noua, et legem nouam euangelicam, prohibendo ne uendamus in templo oues et columbas, et cætera pertinentia ad sacrificia, et oblationes, et improperant nobis peccata legis, uolendo nos subiicere suæ legi, et iugo euangelico, ergo proiiciamus à nobis iugum ipsorum, Christum occidendo et Apostolos exterminando. Ideo subdit profeta, q̃ licet talia consilia meditati fuerint ipsi populi Iudæorum, tamen dñs Deus qui habitat in cœlis irridebit eos, post resurrectionem non adimplẽdo uotum et desiderium eorum, et etiam subsannabit eos, multipliciter puniendo. Alio modo iste uersiculus potest esse uox ipsorum Apostolorum et totius ecclesiæ, vt sit sensus, Vt Populi Iudæorũ meditati sunt
C inania, uolentes occidere Christum, et nolẽtes recipere legem euangelicam, ut retinerent nos sub uinculis cerimoniarum, et sub iugo legis importabili. Dirumpamus ergo uincula et onera importabilia sacrificiorũ, et cerimoniarum eorũ. Et proiiciamus à nobis graue iugum ipsorum, et recipiamus legem euangelicam libertatis et gratiæ, quæ absoluit et liberat ab omni iugo, et uinculis legis, et graui seruitute, et tributo Scribarũ, et Fariſæorum: qui imponunt nobis onera importabilia. Quia iam Dñs qui habitat in cęlis irridebit, et subsannabit eorum consilium, infatuando, et supradicta uincula dirũpendo. Vnde nota q̃ tria uincula dirupit Xps, et triplex iugum abiecit a nobis p passionem, et resurrectionem suam. Primo, uincula cerimoniarum ueteris legis. Secundo, uincula tyrannica et iugum sacerdotum. D
Tertio, uincula malipolii, & coniurationis, & conspirationis eorum factæ cõtra ipsum, quia manserunt delusi & subsannati. Vnde est aduertendum, q̃ hæc est differentia inter irridere, & subsannare. Nam irridere idẽ est quòd quasi per risum illudere. Sed subsannare idem quod nasum rugare: quod totum hoc impletum est in Iudæis: nam omnes irrident eos & rugant nasum, improperantes eis exilium & maledictionem propter mortem Christi.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Hæc est secunda pars, in qua describit regnum Christi, & iudiciariam potestatem sibi traditam, prouenientem Christo iure hæreditario, ex naturali filiatione, & ex merito
E passionis. Vnde quia dictum est superius, q̃ consilium Iudæorum mansit infatuatum & delusum per resurrectionem Christi & quomodo Dominus irrisit, & subsannauit eos in hac uita, nunc autem in ista parte ostendit profeta q̃ magis erunt delusi, & confusi Iudæi in die iudicii, quando uidebunt Xpm uenientem in potestate magna, & maiestate, & uidebunt eum quem crucifixerunt, & pupugerunt, et in quẽ transfixerunt, quomodo erit Deus, & homo, & Rex, & Iudex eorũ, qui loquef ad eos in ira sua, & in furore suo, postquã noluerunt recipere eum in suo primo aduentu, qñ uenit ad eos cum benignitate, et humilitate. Ad cuius intelligẽtiã est aduertendum, q̃ Xps in iudicio non solũmodo examinabit facta nostra, sed etiam examinabit seipsum, ostendendo ueritatem
F suæ humanitatis, & diuinitatis, et ostendet ueritatem legis euãgelicæ, et quomodo oĩa q̃ dixit et fecit erant uera, & quomodo oĩa q̃ erant scripta in lege ueteri, fuerũt impleta in ipso in primo aduentu, ex quo poterant Iudæi cognoscere, q̃ ipse erat uerus Messias promissus in lege. Sed quia occecauerat eos inuidia, & auaritia, et malitia eorum, Ideo non potuerunt intelligere sacramenta ueteris legis, quæ in Christo fuerunt aperta et completa & uerificata. Sed in isto secundo aduentu ista non poterunt negare, quãdo uidebunt Xpm in potestate magna, et maiestate, et sic se uidebunt magis delusos et confusos, quia uidebunt Christum esse Deũ, et uerum Messiam, quem in primo aduẽtu negarunt, et putarunt esse purum hominẽ. Et

hoc

A hoc est quod dicit in hoc loco profeta, quòd tunc in iudicio Christus in lege promissus loquetur ad eos. s. ad Iudæos incredulos, non in benignitate sicut in primo aduentu, sed loquetur ad eos in ira sua, increpando, & improperando eis iniquitatem eorum, & finalem obstinationem, non recipiendo eos amplius, ad pœnitentiam, immo in furore suo conturbabit eos, ferendo sententiam damnationis perpetuæ. Et ostendet manifestè suam uniuersalem potestatem, & quomodo ipse est uniuersalis rex, & iudex constitutus a Deo patre, & quomodo est uerus filius Dei, & dicet hæc uerba sequentia, scilicet.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.

B

Quasi dicat. Ego ueni in primo aduentu cũ caritate & humilitate, & prædicaui in ciuitate Hierusalem uoluntatem patris mei, sc. rendo legem euangelicam, in mõte Sion impleui figuram de agno paschali, & institui sacramẽtum eucharistiæ, & probaui per scripturas & miracula me fuisse Messiã in lege promissum, & noluistis me recipere, immo me occidistis. Et iterum prædicaui legem meam euangelicam per apostolos & doctores, & uocaui uos per prædicatores, & noluistis uenire. Sed uos uidetis nũc qualiter ego sum missus à patre, & qualiter sum cõstitutus rex super Sion mõtem sanctum eius. i. super totam ecclesiam toto orbe diffusam, & non solum militãtem, sed etiam triumfantem, quia data
C est mihi potestas in cœlo & in terra. Nam statut sui prædicans præceptum, & legem eius super Sion terrenam, à qua sumit exordium & uocata est Hierusalem, & Sion tota ecclesia toto orbe diffusa, ita data est mihi potestas in cœlo & in terra, & in Hierusalem militanti & triumfanti. Veruntamen ne putet aliquis q̃ hoc regnũ prouenerit mihi ex adoptione, immo dico uobis q̃ prouenit mihi ex natura, & iure hæreditario, quia non sum filius adoptiuus, sed naturalis. Nam.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu ego hodie genui te.

Dominus pater dixit ad me, filius meus es tu, quia ego hodie genui te. Nam inquãtum deus es, genui te in hoc die æternitatis, & in quantum homo, genui & formaui te in hoc die gratiæ. Nam sicut tota æternitas dicitur G
una dies sine principio & fine, & successione, in qua generatur uerbum æternum, ita totum tempus gratiæ dicitur una dies, in cuius principio genitus & ortus est Christus, in quo die omnia regenerantur. Dixit ergo dominus pater ad me. Postquam tu es filius meus naturalis.

Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea. & tanquam uas figuli confringes eos.

Postula à me regnum mundi tibi naturaliter de iure debitũ. Et postquam Iudæi noluerunt te recipere in dominum, ego dabo tibi gentes, id est populum gentilem in hæreditatem tuam. Et dabo tibi omnes terminos H
terræ in possessionem tuam, & isti erunt tibi in populum, & tu eris eis in dominum & saluatorem. Et quia Iudæi noluerunt uenire, nec te recipere, ideo reges eos in uirga ferrea & crudeli, & dura, puniendo eos temporaliter & æternaliter. Et cõfringes eos tanquam uas figuli. Nam per Romanos, destrues eorũ ciuitates & regnum, & una pars trucidabit, & alia in seruitutem per mundum dispergetur, & sic in præsenti & in futuro pœna æterna punientur. Et nota q̃ Christus nõ solummodo rexit Iudeos in uirga ferrea, & tanquã uas figuli confregit eos, sed etiam confregit totum populum gentilem. Nam quosdam confregit temporaliter & ęternaliter, scilicet Neronem, & Domitianum, & Diocletianũ, alios autem aliter, tanquàm uas figuli confregit. Nam sicut figulus quando ex massa F
formauit aliquod uas, & postea efficitur tortum & inutile, tunc confringit illud, & ex eadem massa reficit aliud rectum & bonum, ita fecit Christus de populo gentili. Nam uidens ipsum in idololatria et peccatis deprauatum, confregit in eo infidelitatem et uitia, et reddidit, et refecit ipsum rectum per baptismum, mundando, et per legem euangelicam rectificando et iustificando. Et sic ex eadem massa, c'e torto, fecit rectum et utilem. Et etiam confractis Iudæis inutilibus, ex eisdem filiis Adam, scilicet gentilibus, fecit ecclesiam. Et sic dicit Dauid Profeta, quòd Christus loquetur ad Iudeos et infideles in iudicio. et ostenderet se esse verum Deum, et Messiam in lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

promissum & iudicem vniuersalem. Sed hic tria quæruntur. Primo quando & quomodo pater dixit ad filium aut ad Christum, Filius meus es tu &c. Secundo quãdo & quomodo Christus postulauit à patre regnũ mũdi uniuersale, & populum gentilem in hereditatẽ. Tertio quando & quomodo Christus rexit in virga ferrea &c. Ad primum est dicẽdum secũdum Aug. 15. de Tri. & 11. de ci. q Deus pater dupliciter loquitur. Primo locutus est ab intra & ab æterno. Et sic dicit verbum æternum scilicet filium per omnia sibi coæqualem de tota substantia sua. Secundo locutus est ad extra, & ex tempore, cum dicit Fiat lux &c. Et sic produxit creaturas ad similitudinem suam &c. Ex quo patet quòd patrem loqui ad filium, est loqui ad intra: & dicere Filius meus es tu, nihil aliud est nisi patrem dicere verbum, & producere filium sibi per omnia coæqualem, in esse & substantia, quia per talem generationem communicat pater filio eandem essentiam & substantiam. Et sic licet filius sit alia persona, tamen non est alius Deus. Item patrem dicere ad filium, Ego hodie genui te, nihil aliud est, nisi patrem producere filiũm, non ex tempore, sed ab æterno. Nam sicut pater communicat filio eandem substantiam, ita eandem æternitatem. Et sic est sibi consubstantialis & coæternus, quia in principio erat uerbum & verbum &c. Et hoc est quod dicit hic Christus, Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. Vnde non solum pater dixit hoc filio ab eterno, sed etiam hanc æternam generationẽ notificauit mundo ex tempore, cum dixit. Hic est filius meus dilectus, in baptismo & trãsfiguratione, vt patet Mat. 3. & 17. Et etiã cum vox de cœlo dixit. Clarificaui & iterum clarificabo. Io. 12. Ad secundum est dicendum quòd filius postulauit à patre gentes in hæreditatem sibi. Io. 17. per totum illud capitulum cum dicit: Non solum pro his rogo, sed pro omnibus qui crediturí sunt, & serua eos quos dedisti mihi &c. Item in trina oratione in horto cum dixit. Pater si possibile est transeat à me calix iste. i. passio ista ad omnes gentes vt eis prosit. Item in cruce cum dixit. Sitio, quia tunc sitiendo & desiderando petiuit salutem omnium, & petiuit & postulauit à patre gentes omnes in hæreditatem suam. Et ideo in resurrectione data est sibi potestas uniuersalis in cœlo & in terra, ut ipse ajt Mat. vltimo. Et sic filium a patre hereditatem postulare, nihil aliud est nisi pro pretio sui sanguinis, peccatores redimere & liberare: quod quidem premium filius obtulit & pater acceptauit. Et patrem filio hæreditatẽ dare, nihil aliud est, nisi patrem super fideles filium dñm constituere. Ad tertium est dicendum, q Christus primo rexit diabolum in virga ferrea, & in pãte insuperabili & inuincibili, quãdo fregit portas æreas, & vectes ferreos inferni, & expoliauit limbum, & abstulit prædã, & diabolum cõdemnauit ad pœnam ęternam. Secundo qñ vastauit ciuitatem & templum Hierusalem, & abstulit iudæis regnum, & sacerdotium, & trucidauit eos per Romanos, & dispersit per mundum vniuersum. Tertio punuit tyrãnos imperatores in virga ferrea. s. Neronem, & Domitianum, & Diocletianum, & ceteros obstinatos de populo gentili, quos diuersis punitionibus & tormentis plexit & afflixit. Sed tandem rexit totum populum gentilem in virga ferrea, cum in eis nefandos ritus gentilitatis & superstitionis extinxit, & eos ad ueram fidem suscitauit. Vltimo autem in finali iudicio reget eos infideles & obstinatos in virga ferrea, cum dicet. Ite maledicti in ignem æternum &c. Illa enim virga & punitio dicitur ferrea, quia ignis eorum erit æternus &c. Et sic Christum iudæos & incredulos in virga ferrea regere, nihil aliud est nisi æterna pœna fine misericordia punire. Et Christum malos tanquam vas figuli confringere, nihil aliud est nisi occidendo in eis errorem, & peccatum, & suscitando fidem & gratiam, eos ex via iniqua, in viam iustitiæ dirigere & reuocare.

Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Hæc est tertia pars in qua profeta exortatur omnes reges & omnes principes, & omnes gentes ad timorem Christi, & eius iudicii. Et vt omnes suscipiant eum tanquam regem & messiam in lege promissum, uerum Deum & hominem. Quæ est causa finalis & intentio huius psalmi, & ex consequenti exortatur omnes ad cultum & obedientiam Christi, vnde duo facit. Nam primo exortatur omnes principes ad cultum Christi & timorem iudicii, sub quadam comminatione. Secundo promittit præmium beatitudinis timentibus & colentibus Christum, ibi. Beati omnes qui confidunt in eo. Quantum ad primum est notãdum, q oés prefecti & iudices

dicer qui præficiuntur in prouinciis & ciuitatibus per reges & principes, duo principaliter debent attendere. Primo vt ipsi veneretur & defendant nomen regis, vice cuius gubernant: ut eorum exemplo omnes subditi deducantur ad obedientiam regis. Secũdo ut regant et gubernent populum iuxta leges et statuta legislatori & regni, ut ciues efficiantur boni, ut patet. 3. Polit. Cum ergo omnes reges et principes teneant locum Dei in terris, et sint Christo reddituri rationem de grege sibi cõmisso, cum uenerit Christus ad iudicium: ut patet Mat. xxv. Ideo primo reges, et principes terræ, et prælati ecclesiæ tenentur Christo obedire, et nomen eius defendere, et legem eius seruare, et omnes subditos ad seruandam legem tuam gentem dedicere. Secundo debent populi Dei regere unusquisq; in ordine suo. Nam principes seculares tenentur regere populum in temporalibus, et prælati ecclesiæ in Spiritualib. Aliter omnes reges, et principes, et prælati incurrunt indignationem Christi regis, uniuersalis iudicis, quos punict in iudicio, nisi duo supradicta seruauerint. Primo ergo exhortatur eos ad duo supradicta. Secundo cõminatur eis pœnam. ibi. Apprehendite disciplinam. Dicit ergo. O reges et omnes principes, et prælati, dicti reges à regendo, qui iudicatis terram, quos Christus reliquit loco et uice sui ad iudicandũ, et regendũ in terra, quibus cõmisit gregẽ suũ regendũ et pascendum: intelligite. i. examinate et discernite diligenter bene causas tam ecclesiasticas quã seculares: ut scitis discerniere inter iustum et iniustum, et inter lepram et lepram: quia grande officium uobis cõmissum est. Et erudimini uos qui iudicatis terram, tãm iudices ecclesiastici quam seculares. et primo.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Seruite domino nostro Iesu Christo in timore: quia primo vos debetis ipsi seruire, et ipsum colere et uenerari: vt exemplo uestro ceteros ad obedientiam et cultum Christi deducatis: Secundo exultate ei cum tremore. Tertio.

Apprehendite disciplinam: nequando irascatur dominus: & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Apprehendite disciplinam legis euangelicæ: uel apprehẽdite hanc disciplinã, quam dedi uobis: ut intelligatis: et discernatis causas iudiciales, et seruiatis Domino. Et hoc facite, nequando. i. ne aliquando dominus Iesus Christus irascatur uobis in iudicio finali: cum exarserit ira eius in breui tempore et ne dicat uobis. Ite maledicti in ignem æternum. Et sic pereatis de uia iusta regni cęlorum, et mittamini per uiam inferni ad perpetuam pœnam, et ignem æternum. Sed est aduertendum, q in prędictis tribus uerbis ponuntur. 7. uocabula, quę sunt ualde discutienda. Primo, quia dicit. Et nunc reges intelligite. Secundo, erudimini. Tertio, Seruite Domino in timore. Quarto, Exultate ei cum tremore. Quinto, Apprehẽdite disciplinam. Sexto, Nequando irascatur Dominus, cum exarserit in breui ira eius. Septimo. Ne pereatis de uia iusta. Et ideo de unoquoque istorum est differendum, s. quid est reges intelligere: quid iudices erudiri: quid seruire Domino in timore. quid exultare ei cum tremore. quomodo intelligitur ly Apprehendite disciplinam, secundum diuersas interpretationes: et quomodo et quando ira sęcetur Dominus in breui ira. Et quid est perire de uia iusta. Octauo quæritur qualiter est necessarium iudicium generale, cũ unusquisq; iudicetur particulariter post mortem suam. Quantum ad primum est dicendum, quod intelligere idem est q intra eligere: uel inter duo uel multa unum eligere. Et sic intelligere pśupponit discernere: et hoc maxime cõpetit regibus et principib. et prelatis, et uniuersaliter omnibus iudicib. ad quos pertinet discernere inter causam et causam: et iustum et iniustum: lepram et non lepram: bonũ et malũ. Et posquã hoc nouerint et discreuerint: tunc eligant et tribuant unicuiq. quod suum est. Et ad hoc oportet, q sciant iura diuina et humana. Nam iudex est quasi ius animatum, suum ius unicuique dans. 5. Ethi. Ad secundum est dicendum, q erudire idem est quod extra ruditatem agere, et erudiri extra ruditatem agi. Sed ruditas et ignorantia potest dupliciter alicui inesse. uno modo negatiue, alio modo per contrariam dispositionem: ut ait Aristot. in libro Eticorum, et ideo licet iudex nouerit iura diuina uel humana, tamen odium aut amor potest ipsum ducere in cõtrariã dispositionem et ruditatem: intantum q illa passio occęcabit iudicem, ne possit discernere inter iustum et iniustum, nec eligere: imo eli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ger partem iniustam, Et sic non tribuet unicuique quod suum est, sed erit acceptator personarum. Ideo ait propheta. Et nunc reges intelligite, idest discernite inter iustum & iniustum, & quod iustum est eligite, & eruditionem. i. ruditatem odii uel amoris deponite, & omnem passionem abiicite, & tribuite unicuique quod suum est. Ad tertium dicendum, quod duplex est timor: unus filialis, alter seruilis: aliter enim timet filius offendere patrem familias, aliter seruus. Nam filius timet offendere patrē, ne eum cōtristet, & ne perdat hæreditatem. Seruus autē quia non amore operatur, non curat de hæreditate, nec si contristat Dñm, quia non diligit eum. Sed timet offendere timore pœnæ, & ne feriatur aut maletetur aliqua pœna. Et ita mulier casta timet displicere uiro, nō timore

B pœnæ, sed uirtutis amore. Sed mulier adultera, timet offendere uirum, formidinæ pœnę. Vnde Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore. Ideo primus timor, dicitur timor filialis & castus. Secundus vero dicitur adulter & seruilis. Et de primo timore dicit propheta, Seruite Domino in timore, non seruili nec adultero, sed casto & filiali. Nam solus timor castus & filialis est meritorius. Alter autem excusat pœnam, sed non meretur gloriam. Est verum quòd timor seruilis est aliqualiter laudabilis, nam temerarius & præsumptuosus diceretur, siquis non timeret futurum iudicium iusti iudicis. Ad quartum est dicendum, quòd operatio secundum virtutem semper delectat virtuosum. Et ideo iusti, seruiendo Deo semper delectantur & exul-

C tant, ut patet Actu. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati &c. Sed talis exultatio non erat sine tremore. Nam iustus & sanctus semper tremit, primo ne perdat gratiam in qua stat, & ne cadat, ut ait Apostolus. Secundo tremit anseruitium suum sit Deo acceptum, & si inter bona quę facit aliquid sit quod oculos diuinæ maiestatis offendat, quia nemo scit an sit dignus odio uel amore. Eccl. 8. Et ideo dicit propheta, Seruite domino in timore, non seruili, sed casto & filiali, ut opera uestra & seruitium sit meritorium. Exultate, ei non præsumptione & temeritate, confidentes de

D vestris uiribus, & putantes ex uestra virtute bene regere populū, sed exultate cum tremore, trementes ne in aliquo Deum offendatis, & de cadatis à gratia, uel dubitantes an sitis, in odio, an in gratia Dei. Ad quintum est notandum quod Nassecubar sunt duæ dictiones in Hebræo. Nam Nassecu est uerbū & bar est nomen. Sed utcunque sit equiuocum ad tria. Nam Nassecu est secunda persona imperatiui, & uno modo significat apprehendere, alio modo adorare, alio modo osculari. Bar, vero est nomen, & uno modo significat disciplinam, alio modo pure adueruerbium. Tertio significat filium, ut patet ibi Beatus es Simon Bar Iona. i. filius Ioannis. Et ideo interpretes diuersimode tradi-

E xerunt hanc orationem. Nam 70. interpretes traduxerunt apprehendite disciplinam, Hieronymus uero adorate pure, Aquila autem, osculamini filium. Sed hoc idem est, nā adorare filium, et eius disciplinam apprehēdere, et iis pedes osculari, est sibi obedire et subiici. Et sic nemo turbetur in diuersitate translationum in hoc uersiculo, quia eadem est sententia, quia ad omnia ista tria exortatur nos, scilicet vt apprehendamus legem euangelicam, & ut adoremus Christum, et ut osculemur pedes eius. Ad sextum est dicendum, q̄ dies iudicii dicitur dies iræ domini signanter, eo q̄ tempus à primo aduentu usque ad iudicium, dicitur dies et tempus misericordiæ et ueniæ. Nam in primo aduentu Christus uenit cum benignitate et humilitate, et locutus est cum benignitate, exortando, et ad gratiam omnes uocando, sed in secūdo aduentu ueniet cum potestate magna et maiestate, et cum ira contra damnatos et obstinatos, et cum ira et furore pro-

F feret sententiam contra eos. Item torū tempus præcedens dicitur tempus ueniæ, sed in illa die non erit amplius uenia malis, sed ira et furor, Ideo cum furore dicet Dominus. Ite maledicti in ignem æternū. Et ideo dicit propheta. Seruite Domino etc. ne quando irascatur Dominus: in iudicio supple. cū exarserit in breui ira eius, ideſt finalis sententia contra obstinatos. Et dicitur illa ira breuis, ideſt non remissibilis. Sed quia ultra non erit patientia, nec uenia apud Christum: nā nunc longa patientia Dei ad pœnitentiam inuitat peccatorem. ad Ro. 2. tunc autem nō erit amplius talis patientia, nec Deus expectabit ulterius peccatores ad pœnitentiam. Et sic ira Dei erit breuis cum sententia. Ad septimū dicendum, quòd cum lex Domini

sit

A sit via quæ ducit ad vitam æternam, vt dicitum est in prologo, tractatu quarto, & psalmo primo, ideo ire per viam nihil aliud est nisi tendere in vitam æternam. Ita per oppositum perire de via, fue à via iusta, & à via iustitiæ deuiare, nihil aliud est nisi in interitum, & mortem æternam tendere. Sed quia tripliciter contingit à via & lege dominī deuiare, scilicet non credendo, aut contra legem operando, aut in peccato obstinari, aut falsō docere, vt dictum est primo psalmo, ideo hic propheta exortatur ne peream⁹ & ne deuicmus à via iusta. Et si alias deuiauerimus legem transgrediendo, quòd reuertamur ad viam iustitiæ, pœnitentiam agendo. Nam si quis manet obstinatus in peccato, tunc talis totaliter perit de via iu-

B sta, quia tendit in interitum. Ex quibus patet quòd reges, & principes, & prælatos ecclesiæ intelligere, nihil aliud est nisi causas tam ecclesiasticas, quàm seculares iustè discernere, & benè examinare, & quid iustum est eligere. Et erudire nihil aliud est quàm ruditatem deponere idest passionem amoris vel odii abiicere, & personas in iudicio non acceptare, sed vnicuique quod suum est tribuere. Et seruire domino in timore, nihil aliud est, nisi non solum formidine pœnæ, sed etiam virtutis amore, & casto & filiali timore domino seruire, quia tale ser-

C uitium est meritorium. Et exultare domino tali tremore, nihil aliud est, nisi in tali seruitio non vanè gloriari, nec gloriam sibiipsi, sed soli Deo tribuere, quia aliter perderetur meritum, vt patet de fatuis virginibus. Et sic in talibus semper Deo gratias agere, & semper ne cadat timere, & an sit dignus odio, an amore dubitare. Item apprehendere disciplinam Christi, nihil aliud est, nisi sibi obedire, & subiici, & ipsum latriæ adoratione adorare. Item Christum irasci, & in breui ira exardescere, nihil aliud est quàm in finali iudicio absque spe veniæ contra damnatos & obstinatos sententiam fulminare. Item perire de via iusta nihil aliud est nisi ad interitum æternæ mortis destinari, & nunquam ad viam vitæ reuerti, sed tanquam le-

D gis transgressorem condemnari. Ideo concludit. Beati omnes qui confidunt in eo. Ad octauum est dicendum, quòd licet Dauid in psalmo isto intendat exhortari omnes gentes, & nationes ad cultum Christi. cū sit verus filius Dei, & Deus, & homo, & messias in lege promissus, tamen principaliter in tendit exhortari principes, & reges terræ, & prælatos ecclesiæ, ad timendum Christum futurum iudicem, cui sunt reddituri rationem de populo & grege commisso. Nam Christus qui in primo aduentu fuit iudicatus à regibus, scilicet Herode, & Pilato, & à principibus sacerdotum, & populo iudæorum, & gentili, ipsemet Christus est uenturus ad iudicandum omnes populos, & reges, & principes in nouissimo die. Vnde licet vnusquisque sit iudicatus particulariter in fine vitæ suæ, tamen vniuersale iudicium erit necessarium propter quatuor. Primo ad manifestandum veritatem personæ Christi omnibus gentibus, & populis, & linguis. Nam qui in hac vita negauerunt, & ipsum recipere noluerunt, videbunt ipsum ibi, cum potestate magna & maiestate. Et sicut E generaliter lex euangelica fuit per totum mundum prædicata, ita ibi erit generaliter examinata, & transgressores eius puniti. Secundo veniet Christus ad manifestandum occulta. Nam omnia homicidia, & adulteria, & alia peccata quæ in hoc mundo non fuerunt, saltem per sacramentalem confessionem manifesta, ibi probabuntur. Tertio veniet Christus ad iudicandum male iudicata. Nam omnia quæ in hoc mundo fuerunt per reges, & principes, & malos iudices iniuste iudicata, ibi per Christum iustè iudicabuntur, & punientur falsi iudices. Quarto veniet Christus ad iudicandum non iudicata. Vnde quia reges, & principes huius mundi, & prælati non habuerunt iudices supra se, ideo mala eorum F manserunt impunita. Ideo Christus in finali iudicio, iudicabit eos, & ab eis, de populis eis commissis, rationem exposcet, ut cognoscant se super eos maiorem regem, & iustum superiorem iudicem habere. Vnde Seneca in Thyeste. Vos quibus rector maris, atque terræ Ius dedit magnum necis atque vitæ. Ponite inflatos tumidosque vultus: Quicquid à vobis minor extimescit: Maior hoc vobis dominus minatur: Omne sub regno grauiore regnum est. Ex quibus patet quod propter has quattuor causas supradictas, est necesse vt fiat generale iudicium in fine mundi per Christum legislatorem. Et ideo concludit, propheta in fine totius psalmi dic. Beati omnes qui confidunt in eo ideſt omnes qui ipsum in Messiam recepe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perunt, et eius legem seruarunt, et mãdum contemnentes spem suam in ipso Christo posuerunt, erunt beati in regno cœlorum: quæ quidem beatitudo consistit in fruitione ligni uitę qui est Christus, ut dictum est supra psalmo primo. Iniusti autem peribunt de uia iusta, quia iter impiorum peribit. Ex istis ergo in toto isto psalmo colligũtur sex conclusiones. Prima conclusio. quod sicut Simeon et Leui fuerunt principales conspiratores, et incitarunt alios fratres contra Ioseph, ita Scribæ et Fariszi descendentes de Simeõ, et sacerdotes de tribu Leui, conspirauerunt et concitarunt populum ad occidẽdũ Christum. Secunda conclusio, q̃ ita accidit Scribis, et Fariszis, et iudeis crucifixoribus Christi, sicut fratribus ipsius Ioseph. Nam sicut fratres Ioseph fuerunt frustrati in suo consilio et coniuratione, eo quòd uendendo Ioseph, inciderunt in seruitutem quam vitare putabãt, ita pariter iudei occidendo Christum inciderunt in omnia pericula, quæ vitare putabant, scilicet in dispersionem et seruitutem, et sic manserunt delusi, confusi in cõsilio, suo. Tertia cõclusio, quòd Christus iure hereditario adeptus est regnum mũdi, eo quia filius Dei. Quarta conclusio, quòd Christus rexit omnes inimicos in virga ferrea eo modo quo dictum est. Quinta conclusio, quòd non solum populi, sed omnes reges et principes terrę debent seruire Christo in timore, eo quòd est uenturus ad iudicãdum omnia facta eorum. Sexta conclusio, quòd solũ illi erunt beati, qui totam suam spem posuerunt in Christo, et obseruarunt eius legem euangelicam. Et sic patebit qualiter omnes iudei, et infideles, et obstinati videbũt se delusos et confusos in die iudicii, cum videbunt Christum, quem negauerunt et contẽpserunt, uenientem cum potestate magna et maiestate. Sed ex dictis in prima conclusione, et in fundamento expositionis huius psalmi occurunt duo dubia. Quorum primum est. Quomodo probatur quòd Simeõ et Leui fuerint principales conspiratores et concitatores in mortem et uenditionem ipsius Ioseph. Secundo quomodo probatur q̃ Scribæ, et Fariszi fuerint de tribu Simeon. Ad primum est dicendum: quòd maior pars magistrorum Hebræorum tenent quòd Simeõ et Leui fuerunt principales coniuratores, et incitatores contra Ioseph, et mouentur tali ratione. Nam illi fratres qui pascebant gregem, ad quod missus fuit Ioseph, erant tantum decem. Nam Beniamin paruulus domi manebat. Ex quibus decem: quatuor erant filii ancillarum: qui reputabantur quasi serui inter eos: et ideo non est uerisimile, quòd isti dedissent consilium contra Ioseph, pro uitanda seruitute, cum ipsi iam essent quasi serui: et sic eorum consilium non fuisset estimatum. Restabant ergo sex legitimi filij Liæ, scilicet Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, et Zabulon. Sed manifestum est, quod Rubẽ qui erat primogenitus, non dedit tale consilium: quia ipse conatus est ipsum Ioseph liberare de manibus fratrum: ut patet in litera. Item nec Iudas qui erat quartus in ordine dedit tale consilium, qui liberauit ipsum à morte dicẽs, Quid prodest nobis si occiderimus fratrem nostrum, et celauerimus sanguinem eius etc. Ergo Simeon et Leui fuerunt principales qui dixerunt, ecce somniator venit: venite occidamus eum. Nam, si ipsi paruissent Rubẽ et Judę: pariter paruissent duo sequentes, s. Isachar, et Zabulon qui erant minores: ergo Simeon, et Leui fuerunt principales conspiratores, quos secuti sunt cęteri, tanquam maiores. Etiam hoc probatur, nam isti duo fuerunt cęteris nequiores, et magis malitiosi et seditiosi, quorũ nequitia patuerat in vastatione Sichemitarum, facta contra iusiurandum et fœdus et pactum: vt patet Gen. 34. Et ideo magistri Hebræorum ad utrunq; casum referunt vaticinium ipsius Iacob, cum dixit: Leui et Simeon vasa iniquitatis etc. Et sic probant qd Simeon et Leui fuerunt principales coniuratores cõtra Ioseph. Sed quod Scribę et fariszi, qui cũ sacerdotibus coniurarunt in necem Christi, fuerint de tribu Simeon, affirmat magister in historiis, et multi alii non solum catolici, sed etiã Iudei. Vnde super illud q̃ dixit Iacob de Simeon & Leui. Gen. 94. Diuid eos in Iacob & dispergam eos in Israel. dicunt Hebręi quòd duę tribus discurrebãt per totam terram Israel, tempore secundi templi, scilicet tribus Simeon, et Leui. Vnde tribus Leui discurrebat per omnes synagogas, eo quod erat dedicata ad diuinum cultum: et ideo non habuit certam sortem. Iosue. 14. Et etiã illi de Simeõ non habuerunt certam sortẽ, eo quod erant pauci, sed habitarunt pro maiori parte intra tribum Iudæ: ut patet Iosue. 19. Et ideo maior pars eorum discurrebant per omnes ciuitates et loca terrę promissionis,

nis, docendo pueros, & scribendo libros legis, & profetarum, & sic lucrabantur victum & uestitum, sicut faciunt pauperes clerici, & studentes nostri. Et ideo surrexit prouerbium de eis inter cęteras tribus, dicẽs, quod non est pauper scriptor, nec pedagogus, nisi de Simeon. Et ideo factum est, quod de illis facti sunt multi literati, & periti in lege & profetis, eo quod continuè dabant operam literis. Intantum quòd à summo sacerdote accipiebant potestatem glossandi & determinandi quęstiones legis, & legendi in cathedris, & iudicandi iudicia. Et sic habebant portionem decimarum & oblationum, simul cũ sacerdotibus. Sed quia communiter inter viros literatos, accidunt diuersæ opiniones & sectę, hoc est quod. 40. annis ante aduentum saluatoris, insurrexerunt quædam sectæ in Hierusalem, vbi erat studium legis & profetarum, quæ fuerunt postea diffusæ per totam terram Israel: vt inquit Iosephus. 19. antiquitatum, & 2. de bello Iudaico. vnde primo surrexit secta Saduceorum, qui negabant resurrectionem, & angelos esse. Secundo surrexit secta Essenorum, qui dicebant omnia esse cõmunia, fugientes nuptias, & multa solatia naturæ. Sed de tribu Simeon, eo quod erãt magis periti in lege, & profetis, contra vtranque sectam supradictam surrexit secta & religio fariszorum, tanquam veri zelatores legis & profetarum. quę quidem religio fuit valde acceptabilis toti populo, eo quod erat conformis legi, & prędicabant, & declarabant legem & profetas, & simulabant sanctitatem vitę. Et ideo dicti sunt fariszi, quasi diuisi nõ solum in doctrina à cęteris sectis, sed etiam erant diuisi in habitu, & singulares in sanctitate vitę, à communi statu populari. Cęteri autem viri periti de tribu Simeon, qui non erant fariszi, sed ducebant vitam secularem & communem, dicebantur Scribę, quasi doctores & glossatores legis. Et sic tam Scribę quam Fariszi sedebat supra cathedram Moysi, dicentes & iudicantes iudicia. Et ideo venerunt in tantam reuerentiam apud populum propter simulationem vitę & doctrinę, quod omnes ciues quando moriebantur, eos executores testamentorum et tutores relinquebant pupillorum et viduarum, sed ipsi intantum abusi sunt officio, quod comedebãt, et dissipabant domos viduarum et pupillorum, et impinguabant, et augebant domos suas. Et sic etiam glossabant omnes scriptu-

ras, trahẽtes ad lucrum suum. Et sic propter lucrum suum faciebant nouas traditiones, contra caritatem dei et proximi. Quod videns Christus incepit exprobare prauos mores eorum. Ideo dixit saluator Matt. 23. Super cathedrã Moysi sederunt Scribę et Fariszi, quæcunque dixerint vobis facite, secundum vero opera eorum nolite facere etc. Vnde ibi et multis aliis locis, Christus multipliciter exprobauit, et detestatus est mores prauos eorum, et ideo mori fuit omnes simul cum sacerdotibus contra ipsum, et conspirauerunt in necem eius. Ecce ergo quomodo apparet qualiter Scribę et Fatisæi erant de Simeon, et quomodo vaticinium Iacob, et mysterium venditionis Ioseph, fuit impletum per eos contra Christum.

PSALMVS. III.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me, multi insurgunt aduersum me.

Huic psalmo proponitur talis titulus, in translatione. 70. et beati Hier. s. Psal. Danid, cum fugeret à facie Absalon filii sui. Sed qa iste psa. est primus habẽs titulũ, ideo aliqualiter est immorandum in expositione huius tituli, et sit doctrina pro cęteris. Nã dictũ est in prologo, tractatu. v. quòd titulus in psalmis est quædã breuis prænotatio quorũdã sacramentorũ in psalmis latens continentium. Et ideo debemus attendere, qui, et quot sũt termini, siue vocabula, quæ prænotantur in titulo, et quod sacramentum continent et figurant. Nam dictum est ibi, quod sex possũt prænotari in titulo. s. nomen psalmi, & persona, & materia, aut modus cantandi, aut instrumentum, aut tempus & locus in quo cãtabatur. In hoc autem titulo, tantũ prænotãtur tria, scilicet nomen psalmi, cum dicitur psalmus. Secundo, persona autoris. cum dicitur Dauid. Tertio, materia psalmi, cum dicitur cum fugeret à facie Absalon. Psalmus autem dicitur inquantum est factus ad laudandũ deum. & cantabatur indifferenter cum aliquo instrumento. Per hoc autem quod dicitur Dauid, prænotatur quod Dauid fecit hũc psalmum. Et sic apparet causa efficiens. sed per hoc quod subdit, cum fugeret à facie Absalon, prænotatur causa materialis, siue materia huius psalmi. sed quia dicitur in diffinitione tituli aliquod sacramentum continentium, prænotatur, quod talia vocabula prænotata, & posita in titulo, prænotãt & cõtinet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tinet aliquod sacramentum latēs in psalmis: quia aliter tituli non pertinerent ad sacram scripturam, nec ad profetiam, vt dictum est supra. Ideo videndum est de mystico sacramento contento in hoc psalmo prænotato per titulum, ut sit præcura doctrina pro omnibus. Ad cuius intelligentiam est notandum, vt legitur. 2. Regum. 15. quod postquam Dauid remiserat filio suo Absalon fratricidium, quod perpetrauerat contra fratrem suum Amon, & reuocauerat ipsum ab exilio, & reduxerat in pristinum honorem, tunc Absalon immemor & ingratus de tot beneficiis acceptis, insurrexit contra patrem & coniurauit cum Achitofel & cæteris malignis, & anhelauit ad regnum, & fecit se regem constitui & appellari à suis sequacibus: Et sic cum manu armata attentauit ve-
B nire in Hierusalem. Quod audiens Dauid, operto capite, & nudis pedibus, fugit à facie filii Absaloni, cum quibusdam paucis, qui ipsum per iugum montis sequebantur. Vnde Semei de domo Saul improperabat ipsi Dauid dicens. Egredere, egredere vir sanguinum &c. Sed Dauid in hac persecutione humiliauit se, quia sciebat hoc euenisse iusto dei iudicio, propter peccatum Bersabeæ & Vriæ. Ideo patienter tulit persecutionem. Sed dominus visa humilitate Dauid, destruxit consilium Achitofel, & Ioab vicit Absalon, Et sic Dauid restitutus est in regnum suum. In quo mysterio Dauid preuidit in spiritu totum mysterium passionis Christi. Nā per hoc quod Absalon filius eius, cui tot beneficia contulerat, insurrexit contra eum, notuit & præuidit in spiritu, qualiter populus
C Iudaicus qui tot beneficia quondam recepe rat à Christo, qui quondam ipsum eduxerat de captiuitate egypti, & per mare rubrum, & desertum traduxerat in manu potenti & brachio extento, & in terrā promissam introduxerat: & totiēs de tribulationibus & necessitatibus eum liberauerat, & peccata remiserat, vt patet per totum discursum libri Iudicum & Regum &c. Et tandem venit in carnem, vt eum à miserabili diaboli seruitute liberaret, & tot bona eis contulit, filios eorum sanando, & à morte resuscitando. Et tamen ille populus Iudaicus insurrexit aduersus dominum & Christum eius, & ipsum persecuti sunt, & flagellarunt &c. Item per hoc quod Dauid fugiens à facie Absalon ascendit in cliuum olliuarum nudis pedibus &c. præuidit Dauid in spiritu, D qualiter Christus nudis pedibus erat in crucem ascensurus, & ibi pro nobis moriturus. Iterē per hoc quod Dauid in tali persecutione intendit, & præ afflictione raptus à sensibus factus in extasi dormiuit, sed postea recuperatis viribus à tali deiectione surrexit, & fuit restitutus in regnum sublimius, q̄ ante, præuidit Dauid in spiritu qualiter christus erat moriturus, in sepulcro sepeliendus, & exinde ad gloriam resurrecturus, & vtile dñium, & potestatem accepturus, & super inimicos regnaturus. Iterē per hoc quòd Achitofel qui dederat cōsiliū cōtra Dauid, seipsum suspendit videns consiliū suum cōfusum & infatuatū, præuidit Dauid in spū, qualiter Iudas proditor videns Christi resurrectionem, erat seipsum laqueo suspensurus. Iterē q̄ Ioab armiger E & dux exercitus Dauid interfecit Absalon, & dissipauit conuenticula & fautores eius, præuidit Dauid in spiritu, qualiter Titus, & exercitus Romanorum, iussu & permissione diuina erat destructurus populum Iudæorū & dissipaturus. Et sic Iudæi erant per mundū dispergendi, & regnū, & sacerdotiū amissuri. Et sic Dauid p hāc suā fugā & persecutionē, præuidit in spū persecutionem Christi, & resurrectionem, & futurum regnū Christi. Et p eadē rōnem præuidit persecutionē ecclesiæ futuram p tyrānos, & resurrectionem, & prosperitatem ecclesiæ futurā tempore Constātini. Et hæc est causa quare Dauid motus est ad faciendum hunc psalmum. Ex quibus patet, quod duplex materia consideratur in hoc psalmo, sicut dictum est in prologo tractatu. 1. & cap. 2. 1ª materia ex qua, & historialis, & materia principalis de qua, & mysti F ca. Nam materia ex qua Dauid assumpsit parabolam & propositionem, est fuga Dauid à facie filii sui Absalon, quæ se habet tanquā parabola, & propositio ex qua spiritualiter aliquod misterium intelligitur, sed materia de qua, mystica, & principalis, est mysterium passionis, & resurrectionis Christi. Per hoc ergo patet expositio huius tituli, & omnium aliorum similium. Nam cum dicitur Psalmus Dauid cum fugeret &c. intelligitur sic, quòd istum psalmum fecit Dauid q̄n fugit à facie filii sui Absalon: quia ibi, supple præuidit in spiritu mysterium passionis, & resurrectionis Christi. Et ideo profetando passionem & resurrectionem Christi fecit hunc psalmum, habens & sumens occasionem

& para-

A- et parabolam et propositionem ex fuga sua et persecutione. Ex quib. patent omnes causæ quatuor huius ps. Nā actor, et causa efficiēs, est ipse Dauid. Causa materialis historialis ex qua, est fuga et persecutio Dauid. Sed materia de qua, et principaliter intēta, est passio et resurrectio Christi. Causa uero formalis, est modus scribendi et tradendi rhetrice, et modus intelligēdi. Nam iste psalmus est intelligēdus et exponēdus per quatuor regulas. Primo per regulam de essentia et persona. Nam in hoc psalmo Dauid introducit Coristum loquentem ad patrem. Et sic una persona diuina loquitur ad aliā. Item exponit per secundā regulā. f. de Christo Deo et homine. Nā Christus loquitur ratione humanitatis, quia sic passus est et re-
B surrexit. Tertio exponitur per regulam de Christo capite, et de eius ecclesia: quia Christus nō solum loquitur de persecutione sua in capite, sed etiā de persecutione ecclesiæ et suorum membrorum. Nam sicut Christus passus est et resurrexit: Ira pariter ecclesia passa est decē pſecutiones per tyrannos, et penè prostrata. Sed postea resurrexit t pe Cōstantini, et sublimata est, et regnauit in grādi prosperitate. Quarto exponitur per regulam de Spiritu et litera. Nam per fugā et pſecutionē ipsius Dauid intelligimus persecutionem Christi et ecclesiæ, et resurrectionem. Et sic expositio huius tituli et psalmi erit doctrina ad oēs alios titulos et psalmos: ne fiat iteratio. Causa uero finalis huius psalmi est, ut nos ad fidē et spem resurrectionis inducat, et cōfirmet: et nostram futurā expectemus.
C Et ideo licet iste psal. potest exponi ad literā de Dauid, tamen nō est ibi sistendū, quia esset cōtra doctrinam Christi: cōtra principia præmissa in prologo tractatu. 3. et 4. quia aliter iste psa. non esset profeticus: nec cōputaretur inter sacras Scripturas à Spiritusancto traditas, ut dictum est. Et ideo supradictus titulus non explicat materiam principaliter intentā: sed materiam ex qua Dauid accepit parabolā et propositionem, ad faciendū istū psalmū: sicut dictū est in prologo: tractatu. 3. regula quinta. Et talis ordo est seruandus in omnibus psalmis, et titulis eorū. Et ideo secundum intellectum profeticum, ad quē Dauid fecit eum, est exponendus. Secundū ergo hunc intellectum catolicum psalmus iste diuiditur in quatuor partes: prout Dauid introducit Christum loquentem. Nam sicut in comēdiis et tragœdiis poeta nusquā D loquitur, sed introducit psonas loquētes: ita licet Dauid fecerit hunc psalmū, tñ in hoc psalmo, et in multis aliis nusquam loquitur ipse, sed introducit Xpm loquentē uel ecclesiā. Psalmus ergo iste est uox Christi ad patrē: in quo quatuor facit. Nā primo Christus exponit suā passionē et pſecutionem apud patrē p modū q̄rimoniæ. Secūdo ostendit se exauditū et liberatū per resurrectionē. Tertio prædicit futuram Iudæorū punitionem, et uastationem. Quarto ostendit suā passionem fore in salutem, et redemptionem totius populi. Secunda ibi. Tu autē Dominę. Tertia ibi. Nō timebo millia populi. Quarta ibi. Domini est salus. Quantū ad primū ergo est dicendum, q̄ sicut Absalon et Achitofel et Semei, et multi alii insurrexerunt contra Dauid: et concitabant populum contra Da- E uid ad rebellionem, et dicebāt: quod Deus erat cōtra Dauid, et reprobauerat eum propter peccata eius: et Semei, auunculus Vrię, siue ipsius Bersabeę, publicabat prouerbium per totam ciuitatē, dicens, q̄ rapuit onem et interfecit pastorem, quomodo erit ei salus à Domino? quasi diceret nullo modo, immo à Deo reprobatus. Et sic cōcitabat populū: pariter ergo Iudæi improperabant Christo in cruce. Vah qui destruis templum Dei: et in triduo reędificas illud. Si filius Dei es descende de cruce: et salua temetipsum et nos. Et multa alia improperabant ei, putantes esse ipsum à Deo derelictum, et reprobatū. Et hoc est quod dicit hic Christus ad patrem. unde ait. O domine pater, quid idest quare cum nihil eis male fecerim, immo multa beneficia eis contuli, multiplicati, et F in magnum numerum congregati sunt Iudæi qui tribulant, et persequuntur me in passione: et multi absque iniuria præcedenti insurgunt aduersum me. Et hoc dico, et cum ratione conqueror. Nam.

Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.

Multi dicunt animæ meæ. i. loquentes cōtra uitam meam: et quærētes mortem meā, dicūt, persequamur et occidamus eum, quia iam non est salus in Deo eius. q. d. Iam non expectat à Deo salutem nec reparationem, q̄a derelictus et reprobatus est, si filius Dei est, descendat de cruce et liberet eum si uult etc. Vnde notandum secundum Aug cōtra Adamantiū Manichęum, quòd idem Chri-

stus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A flus, scilicet verbum, Dei filius, qui loquebatur in prosetis, locutus est postea in carne assumpta. Et ideo Christus licet nondum incarnatus nec passus, tamen iam loquebatur & conquerebatur proseticè per os Dauid, ante aduentum suum: Sed postea hanc eãdem querimoniam fecit in cruce, & in horto de sua passione, & hunc ordinem tenet Dauid pro maiori parte in omnibus psalmis, quia loquitur in persona Christi futuri, ut latius patebit.

Tu autem domine susceptor meus es gloria mea & exaltans caput meum.

In hac secunda parte prædicitur prosetice Christi liberatio. Vnde ostendit Christus se exauditum & liberatum per resurrectionem: vnde dicit: O pater, licet ipsi tanquam occecati, & in malitia obstinati dicant hoc,
B scilicet quod non est salus mihi in Deo, autem pro sed, tu domine susceptor, & sustentator, & liberator meus es. Nam licet ad tempus me dereliqueris in exponendo me in eorum potestate, quò ad passionem, quia illa fuit hora eorum, & potestas tenebrarum: tamen non dereliquisti me, quo ad plenitudinem gratiæ & amoris, quia quod verbum semel assumpsit, nunquam dimisit. Nam licet anima esset à corpore separata, tamen diuinitas semper fuit utrique unita. Et sic tu pater, cui verbum est consubstantiale, non me dereliquisti, quia semper fuisti susceptor & sustentator meus, & semper fuisti gloria mea. Nam licet paterer in cruce, secundum partem sensitiuam, tamen fruebar tanquam comprehensor per partem rationalem. Et ideo semper tu fuisti, & es gloria mea, & exal
C tans caput, & regnum meum. Nam ibi vbi eram in cruce, eram Deus, & caput ecclesiæ, à quo fluxerunt ecclesiastica sacramenta &c. Item tu es gloria & victoria mea, & clypeus meus, vt habet litera Hierony. & tu es exaltãs caput meum, & regnum super eos. Nam caput exaltare, idem est quod dominũ constituere. Voce mea ad dominum: vnde nota quod Christus multotiens petit à patre liberari per resurrectionem, vt patet Ioa. 17 cũ dicit: Clarifica me pater, ea claritate quam habui antequam mundus fieret. Item hoc idem petit in horto in trina oratione. Item hoc idem in cruce, cum dicit: Sitio &c. Ideo subdit hic.

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia dominus suscepit me. D

Voce mea ad dominum clamaui: scilicet pro mea resurrectione, & pro totius mundi salute, & meorum membrorum: & hoc clamaui in horto & in cruce. Et sic Dominus pater exaudiuit me de monte Sancto suo. i. de summã altitudine, & excellentia gloriæ suę. Vnde altitudo & excellẽtia quam habet Deus super omnes creaturas, eo q̃ habitat gloriam inaccessibilẽ, dicitur mons sanctus, & locus Dei. Item Deus pater exaudiuit me de monte sancto suo. s. de cruce, quæ dicitur mons Dei, per quem est accessus ad cœlum. Et probo q̃ Dominus exaudiuit me. Nam ego dormiui in cruce per verã mortem, quia anima fuit separata à corpore, & soporatus sum, & quieui in Sepulcro per 40. horas, & surrexi à mortuis. Et Dominus patet suscepit me à mortuis, resuscitando quantum ad humanitatem. Et nota quod in hebræo & in translatione Hier. habetur. Voce mea ad Dominum clamabo & exaudiet me &c. Sed 70. transtulerunt de præterito. Voce mea ad Dominum clamaui &c. Vnde hæc sunt cõsuetudo ipsorũ 70. Nã pro maiori parte vbi reperiebãt verbũ de futuro, transtulerũt p verba de præterito: & hoc diuina prouidentia factum est. Primo propter certitudinem prosetiæ. Secundo quia proseta post visionem faciebat psalmos, ideo referebat ad visionem de præterito, sicut suprædictum est, tractatu primo, cap. 3. Tertiò quia 70. præuiderunt in Spiritu, qualiter isti psalmi Dauid erant à fidelibus frequentandi in ecclesia post aduentum & passionem Christi, & post impletam prosetiam. Et sic pronunciamus omnia de præterito, quia iam sunt completa per Christum. Secundo est notandum quod differentia est inter dormire & soporari. Nam dormire dicit indifferenter omnem somnũ. Sed soporatio dicitur somnus profundus, post magnum laborem & angustiam, à quo quis difficulter euigilat. Et ideo mors Christi dicitur dormitio: eo q̃ per vigiliam soluta est, & per resurrectionem. Sed dicta fuit soporatio: eo quòd per 40. horas̃ duravit: & facta fuit post longa tormenta: quæ quidem soporatio erat difficilis ad soluẽdũ, immo impossibilis respectu cuiuscunq. creaturæ, licet fuerit facilis apud Deum. ideo dicit Christus non solum dormiui simplici dormitione, à qua surrexi: sed etiã soporatus sum somno

pro fundo

A profundo, à quo nullus potuisset surgere, nisi diuina potentia. Vnde mors magis similatur sopori quàm dormitioni. Nã dormiens simpliciter, aliqualiter mouetur. Sed sopora tus nullo modo mouetur propter profundi tatẽ somni. Ideo de soporato dicimus quod dormit tanquam mortuus. vnde Virg. in 6. Tum consanguineus læ sopor. Item in 2. Aeneid. Inuadunt urbem somno uinoque sepultam. Et loquitur de somno soporationis qui est similis morti, & econtrario. vnde ait Saluator Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. Sed eamus vt à somno excitemeum. Sed est aduertendum quod quidã autumãt ipsum Dauid in illa persecutione dormisse, & præ labore & angustia soporatum fuisse, in quo sopore & extaĩ præuidit in spiritu torũ mysterũ passionis, & resurrectio-
B nis Christi futuræ, ad instar suæ persecutionis, & qualiter sua persecutio erat figura passionis, & resurrectionis, & soporationis, & excitationis Christi, & ideo fecit hũc psalmũ in prosetia de Christo. Et ideo dicit hic in persona Christi, Ego dormiui &c. Et subdit. Dominus suscepit me. litera Hierony. habet Dominus sustentauit me, & tunc est litera clara. Et est sensus quod deitas semper sustentauit carnem cui erat vnita, ne corrumperetur, vt patebit psal. 15. Nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionem, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Non timebo millia populi circundantis me, exurge domine saluum me fac deus meus.

Nota quod hæc particula põt esse consecutiua, & pertinere ad rationẽ præcedentẽ.
C Nam Christus dormiuit & soporatus fuit in sepulcro. Sed dum fuit ibi, Iudæi petierunt à Pilato ut iuberet sepulchrum custodiri. Vnde per omnes 40. horas milites Pilati custodierunt & circundederunt, ne discipuli furarentur corpus, aut aliquis alius tolleret. Sed Christus non timuit milites Pilati, nec multa millia populi circũdantis; immo in despectu eorum resurrexit; & ecce terremotus factus est magnus, & præ timore exterriti sũt custodes, & facti sunt velut mortui &c. Et ideo dixit Christus: Licet fuero soporatus in sepulcro, non timebo millia. i. milites populi circundantis, nec si multa millia populi essent ibi. Quia tu domine exurges, me suscitãdo, & saluum me facies &c. Sed licèt sic possit exponi, cõtinuando hanc particulam præcedenti, tamen aliter potest intelligi, sicut licet & sit tertia pars huius psalmi, in qua D Christus petit vltionem de suis crucifixoribus & persecutoribus. Vnde est notandum, quod postquam Iudas audiuit Christum resurrexisse, iuit ad Fariseos, & reddidit eis pecuniam, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iusti &c. Sed quia Iudæi respondentes dixerunt, Quid ad nos, tu videris, tunc laqueo se suspendit. Et ex tunc fuit maxima confusio inter Iudæos, & inceperunt inter eos schismata, & seditiones, & strages, & mutuæ cædes, & aliæ tribulationes, quæ durarunt & perseueraruntper 40. annos; vt ait Iosefus de bello Iudaico, vsque quo venit Titus cũ exercitu Romanorum, & destruxit ciuitatẽ & regnũ, & eos partim trucidauit, & partim captiuauit. & per mundum dispersit. Et hoc est quod dicit hic Christus, vnde petit à patre punitionem Iudæorum & vltionem, di-
E cens. O domine exurge. i. licet per illud triduum uideris dormire, me obliuiscendo, & in manibus Iudæorum dimittendo, tamen exurge, tuam potestatem ostendẽdo, & saluum me fac resuscitando. Et sic nõ timebo millia populi. i. totam illam multitudinẽ populi Iudæorũ circundantis me & persequẽtis, quia multotiens circundederunt me, sci licet in templo, mecũ altercando, & in horto me capiendo, & ligando, & ante Annã & Caifam me percutiendo, & ante Pilatũ accusando, & in cruce improperando, & in sepulchro me custodiendo, & tamen nõ timebo, nec timui omnia ista millia, & multitudines Iudæorum, quia nõ potuerunt me uincere. immo vici eos resurgẽdo & eos destruendo.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorũ contriuisti. F

Tu pater percussisti omnes Iudæos, mihi sine causa aduersantes, & contristiui dẽtes. i. potentiam ipsorum, auferẽdo eis regnum & sacerdotium, vnde eos percussisti, & dentes eorum contriuisti, quoniam exercitũ Romanorum super eos induxisti, qui eis regnum & sacerdotium abstulerunt, & ciuitatem & templum incenderunt, & eos captiuarunt, & magnam partem trucidarũt. Et contriuisti dentes eorum, nam potestas sacerdotalis & potestas iudicandi Scribarum & Fariseorum, & bona temporalia erant dentes eorũ, quibus rodebant, & mordebant, & deuorabant pauperes & pupillos & viduas.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hæc est quarta particula in qua Xps orat patre, vt acceptet passionē suā in preciū, & redēptionē totius populi. Nā iste fuit effect⁹ & fructus passionis Xpi. Et ideo dicit Xps ad patrem. O pater o⁹ sālus huius passionis est D⁹ m.a. tui Dñi.i. a te Dñe. Nā Græci non hēt ablatiuū: ideo ponūt genitiuū ꝓ ablatiuo. Vnde dicit filius, O pr licēt ego inquātū homo passus sim, tñ tota virtus, & sālus, tota virtus sālutis est à te, qa tu dedisti me in sālutē populi, iō sit bñdictio tua sup populū. acceptā hāc passionē in salutē populi, & omnī mēbrorū meorū. Ité ly, &, pōt cōiūgere similes casus sub vno verbo & vna oīone, vt sit sēsus, O pater sālus tui Dñi, & tua benedictio, est. i. sit sup populū tuū. Vel pōt ēt iste versicul⁹ cōstrui ꝓ synecdochē, q sit mutatio pſonæ, q filius dicat, ois sālus & virt⁹
B salutis est Dñi i. à dño. Et postea cōuersus ad patrē dicat. O pater sit bñdictio tua sup populū, meā passionē in eius redēptionē acceptādo, & eos tibi recōciliādo, & eis pcā remittēdo, quæ quidē figura sæpe frequetat ī psalmis. Ex quo patet, q licet Xps inquantū hō passus fuerit, tñ virtus passionis & salutis attribuit patri. Nā sicut filius, inquātū Deus quicquid habet, habet à pre: Ita à fortiori totū suppositū, q quid virtutis habet, habet à patre. Et iō Xps totā virtutē passionis, & redēptionis, & salutis dicit esse ipsi⁹ patris, vel à patre, qa virtus salutis, & potestas erat in dninitate. Sed merita, pp quæ dat salus, & remissio. erāt ī humanitate. Vlterius est aduertēdū, q ex cōsequēti totus iste psal. pōt exponi de Xpo mystico. s. de capite & mēbris, ꝓ tertiā regulā, vt dictū est in ꝓlogo,
C tractatu 3. & tūc Xps nō solū loquit ꝓ se, & de pſecutione sua & resurrectione, sed ēt de pſecutione ecclesiæ. Nā q quid Xps passus est in capite, passus est siue passa est ecclesia postea in mēbris. Et ita post lōgas pſecutiones & soporationes surrexit tpe Cōstātini, & cōtriuit dētes tyrānorū &c. Pōt ēt totus iste psalmus esse vox totius corporis mystici, & cuilibet mēbri ecclesiæ, ad Xpm caput suū, eōquerēdo de pſecutoribus ecclesiæ, & gratias agēdo ꝓ liberatione ecclesiæ, & de punitione pſecutorū, & sic iste psal. & duo pcedētes, & subsequētes, possunt cuilibet martyri cōuenire, inquātū pro Xpo, & inquantū mēbrū Xpi passus est. Et ēt cōueniunt oibus cōfessoribus inquātū sunt mēbra Christi, & ꝓ Christo laborarūt. Et sic Xps loquit in eis & pro eis, & ipsi in Christo & pro Christo. Nā D
sicut Xps passus est pro mēbris, ita loquit & orat pro mēbris &c. Et hæc est causa, quare cātamus hunc psalmū & præcedētes & subsequentes in festiuitatibus martyrū & cōfessorū. Et ideo prudens lector & sacerdos cum recitat psalmos, aduertat intentionē ecclesiæ. Aduertat ēt lector. Nā modus exponēdi hunc psalmū pōt esse norma ad exponēdū & intelligendū oēs psalmos sequentes. Et sic patet q historia de persecutione Absalon facta cōtra Dauid prænotata in titulo, nō adducitur in hoc psalmo tanquam principalis materia, sed tanquam propositio figuratiua, ex qua Dauid profetice infert cōclusionem euangelicam de passione Christi, & hæc est materia principalis huius psalmi. Et hęc sit regula pro omnibus aliis psalmis.

PSALMVS IIII. E

CVm invocarē exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, et exaudi orationē meā.

Huic psalmo præponitur talis titulus secundum 70. In finem, psalm. cantici Dauid. Secūdum vero Hebræos, Ad victorem, siue ad victoriā in organis psalm. Dauid, secundum autē Hieron. victori psalm. Dauid, vn de est notandū pro semper, ubicūque apud Hebræos in titulo psalmorū ponit ad victoriam. siue ad victorē, siue vincētē, quod idē est apud eos. semper 70. trāstulerunt in finē: Hieron. vero traduxit in datiuo. Sed licēt differāt in verbis, tñ oēs conueniunt in sentētia, si bene velimus speculari & intelligere sacramenta titulorū. Nā ex titulis possumus intelligere sacramenta in psalmis contenta. F
Dictū est. n. in prologo, tractatu 5. q titulus est quorundā breuis prenotatio sacramentū retinentiū. Et sic vocabula posita in titulis prænotāt sacramēta psalmi. Et dictū etiā, q in titulis, sex præmittunt s. nomē psalmi, aut pſona actoris, aut cantoris, aut materię de qua siue ex qua est psalmus, aut modus cātādi, aut instrumētū musicale, cū quo psalmus cātabat, aut tps, aut locus in quo cātabatur, quorū quodlibet ꝓnotat sacramentū in psalmo cui ꝓponit. Et sic in hoc titulo ꝓnotant quatuor ex illis sex. s. nomen psalmi, & pſona, & modus cātādi, & instrm musicū, cū quo cantabat ps iste. Nā p hoc q dicitur ps cantici prænotat nomen psalmi. Nam dicit ps, inquantū cū instrumēto musico ad laudē Dei cantabat, & dicit psalmus cātici, inquā-

tum instrumētū musicale incipiebat primū uersum psalmi, & chorus uoce humana respondebat et sequebatur ſm uersum. Et sic alternatim usq; in finē. Per hoc q dicitur David, prenotatur persona & causa efficiens, et actor huius psalmi. s. q Dauid fecit ipsum: per hoc aūt q additur in organis, explicatur instrumentū musicū cū quo cantabatur. Per hoc aūt q ꝓmittitur ad victoriam, siue ad uictorē, et uincētē, est aduertēdū. q Dauid eligebat ad cātandū de leuitis habentes altiorem uocem, quibus dabat ad cantandū oēs psalmos sic intitulatos, qui ad æquabant uoces suas cū instrumentis musicis, et incipiebāt primū uersum submissa uoce, et in quolibet uersu eleuabant altius uocē et punctū, et sic procedebāt eleuando magis, et magis
B uocem usq; in finem psalmi, et usq; ad finē et ultimū conatū uocū. Et sic unus nitebatur uincere alium, et superare in eleuatione uocis. Et sic q̄u magis ꝓlerabant cantum, et eleuabant uocem dicebantur uictores, sicut nos facimus in ecclesia in festo Epifaniæ q̄n cantamus illum psalmū, Venite exultemus etc. quia semper procedimus eleuādo altius uocē in quolibet uersu, et unus chorus nititur superare alium. Ita pariter faciebant cantores in hoc psalmo, et cęteris hmōi in tēplo, et qui altius eleuabāt uocē, dicebant uictores. Et ideo ubi in talibus titulis in Hebræo ponitur ad uictoriā siue ad uictorem: Hier. transtulit uictori, qu ti dicat q dabatur iste psalmus uictori ad cantandū cū prēmio. 70
C uero traduxerunt in finem, quasi dicāt, iste psalmus cantabatur cum omni conatu usq; in finē, et ultimū punctum, eleuando uocē, et sic omnes cōueniunt in sententia. Ex quo patet, q in hoc titulo explicat actor psalmi, et nomen, et instrumentū musicum, et modus cantādi, qua iste mos et cōsuetudo fuit apud oēs poetas lyricos maximē comicos et tragicos. s. ꝓponere titulos in comędiis et tragędiis, in quibus titulis explicabatur actor, et tempus, et locus in quibus comœdiæ et tragediæ recitabantur, et instrumenta cum quibus cantabantur. Et sic in comędiis Terē tii ꝓponitur titulus. s: Acta ludis magalēsib. tali et tali consulibus, tibiis duabus etc. Et sic etiam Dauid tanquā uerus et diuinus Poeta, psalmis in templo cantandis ꝓposuit consimiles titulos, explicātes has pſonas, et materias, et instrumenta, et modos cātandi, et loca et tēpora ut patebit. Sed q̄a ista nō fecit D
Dauid sine mystico et profetico sacramēto ut dictum est, quia omnia ꝓnotata in titulis cōtinent sacramenta, ideo q̄rendum est de sacramento huius tituli, ut sit doctrina et norma pro omnibus cōsimilibus titulis sequentibus, ne liceat iterare. Ideo est valdè notādū, sicut dictum est in prologo, tractatu. 5. q hmōi instrumēta musicalia in titulis ꝓnotata significant mysteria Christi et ecclesię. sed inter cętera organū significat corpus ecclesiasticū et mysticū. Nā sicut in organis sunt diuersę uoces, tamē oēs sunt subordinatæ sub quadā proportione ad unū, et ex eis generatur dulcis harmonia. Ita pariter ī corpore ecclesiastico et mystico, licet sint diuersa mēbra, et officia, et dignitates ſm Apostolū: tamē oia ista conueniūt et cōpaginant sub una fide, et caritate formata, et habent B
attributionē ad unū caput q est Xps, à quo recipiūt sensum et motū spūalis gratię, et dona gratū. et unus Spūssanctus insufflat hoc organū Et sic reddit unā dulcē spūalem harmoniā proportionatā ad Xpm, seruādo legē euangel. Et ideo per hoc prenotat in titulo, psalmus cantici in organis, intelligitur q̄ iste psal. loquitur de Christo et ecclesia, et de harmonia, et proportione, et ordine, et conformitate corporis mystici ad caput suū, siue ecclesiæ ad Xpm: ut patebit ī psalmo. Per hoc aūt q dicit in finē, siue ad uictoriā, et cātabat cū oī conatu uocū, prenotatur qualiter lex et ꝓphetę cū in gēti de⁹ lerio et conatu uocabant Xpm, q est finis legis, ut nec iret in carnē, ad salutādū genus humanū, et ad ferēdā legē euang. in fine, ad uitā, et felicitatem eternā. Et hoc patebit in expositione F
psalmi. Et hęc est materia principaliter intēta, de qua iste psal. et pro qua est apud catolicos exponēdus. Sed de materia mystica et figuratiua, est multiplex modus dicēdi, nō solū apud catolicos, sed ēt apud hebręos modernos. Nā quidā dicūt q Dauid fecit hunc psa. in pſecutione Saul, q̄n Saul cinxit Dauid ad modū coronæ in deserto Maon. Sed quia nūciatū est ipsi Saul, q Filistęi uenerāt, et inpleuerāt terrā Iuda & Israel, tūc cōpulsus est dimittere Dauid, et ire et occurrere obuiā Filistæis. Et sic Dauid gras agēdo, fecit hunc psal. Alii autē dicūt q Dauid fecit hūc psal. contra consiliatores Absalō. Sed mihi uidet magis cōforme literæ huius psalmi, q Dauid fecerit ipsum, q̄n Saul congregauit oēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

A seruos in Gabaa, terēs hastam in manu & dixit. Audite me nunc filii gemini. Nunquid omnib. vobis dabit filius Esai agros, aut vineas & uniuersos vos faciet tribunos & centuriones, quoniā cōiurastis oēs aduersum me, & nō est qui mihi renūciet, nec est qui micē meā doleat ex vobis &c. Vnde tunc Doech Idumeus annūciauit qualiter viderat Dauid i Nube, & qūo receperat ipsum Achimelech sacerdos, & qūo porrexit sibi panes propositionis & gladiū &c. Vnde tūc Saul pcepit trucidari Achimelech, cū omni domo sua, & ciuitate incēdi, & tūc oēs serui Saul persecuti sunt Dauid, ut patet. 1. Reg 22. Ex quo patet q̄ Doech, & cęteri serui Saul, postposita omni iustitia & veritate conuersi ad bona tē
B poralia, & relicta spe diuina & lege, vt placerent ipsi Sauli, profanarūt Templum Dñi, & persecuti sunt Dauid iniustē, & uoluerunt displicere Deo, ut complacerēt regi propter lucrū tēporale. In qua cōiuratione & persecutione. Dauid p̄uidit in Spū iniquam cōiurationē Iudæorū cōtra Xp̄m. Et p̄uidit etiā dirā pſecutionē ecclesię futurā per tyrānos, à qua fuit liberata per Xp̄m, tēpore Constātini. Ex hoc ergo potuit Dauid sumere occasionē, & parabolā cōdendi hunc psalmū. Et sic principalis intentio Dauid est increpare Iudæos, ne Xp̄m persequātur, & tyrānos ne vexēt populū Christianū, sed relicta spe bonorū tęporaliū, cōuertantur ad Xp̄m, & legē eius obseruent. In quo quidem psalmo, ipse Dauid introducit Christū loquentem pro se, & membris eius, increpando Iudæos crucifixores suos, & tyrannos persecutores eccle-
C się. Et sic iste psal. potest esse uox Christi pro se & ecclesia, vel potest esse uox ecclesiæ pro seipsa. Et sic materia ex qua est iste psalmus, ideſt ex qua sumpsit Dauid occasionē faciendi hunc psalmum, potest essē coniuratio p̄dicta facta contra Dauid. Et hæc est propositio quam aperit nobis Dauid in hoc psalmo. Sed materia de qua principaliter est iste psalmus, est coniuratio Sacerdotum, & Farisæorum facta contra Christum & ecclesiam, q̄ fuit figurata & p̄uisa à Dauid, in coniuratione facta contra ipsum. Et hæc est conclusio euangelica, quā Dauid elicit ex illa propositione. Et ideo litera huius psalmi requirit, ut primo exponatur de Christo capite. Secūdo de ecclesia, quæ est corpus Christi pro se & corpore suo ecclesiastico. Quantū ergo ad
D ītū intellectum, psalmus iste habet tres partes. Nā in prima Xps orat & petit liberari. In secūda exortatur Iudæos & tyrānos, ut desistāt à cōiuratione & executione eius. In tertia agit gratias de sua liberatione á morte p̄ resurrectionē. Secūda ibi. Filii hominū. Tertia ibi: Dedisti lætitiā. Quantū ergo ad primū est notandū, q̄ Christus orauit patrē in mensa pro sua resurrectione, cū dixit Clarifica me pater, & orauit pro suis membris cū dixit, Salua quos dedisti mihi, & nō pro his oro tantū, sed pro oibus qui credituri sunt &c. Io. 18. Hoc idē orauit in horto & in cruce. Et sic fuit exauditus pro sua reuerentia. Ideo Christus ait Deus iustitiæ meæ .i. qui iustificat me, & glorificat, & p̄hibet testimoniū, ipse exaudiuit me cum inuocarem eū in
E mensa, & in horto, & in cruce .i. cum orando dicerem, Miserere mei, & exaudi orationem meam. In litera Hie. habetur, inuocātē exaudiet me Deus, quod idē est. Et ideo est melius q̄ sic ordinetur litera. Cū ego inuocarē patrem in mensa, & in horto, & in cruce, & inuocādo dicerē Miserere mei, me resuscitādo, & exaudi orationē meā, adimplendo ea, q̄ peto pro me & pro membris meis, tūc pater Deus iustitiæ meæ exaudiuit me, qm̄ resuscitauit me, & glorificauit me, & dedit mihi potestatē in cęlo & in terra .f.m iustitiam meā. Et sic dicitur Deus iustitiæ meæ .i. respiciēs ad iustitiā meā. Et postea Xps conuersus ad patrē dicit, O pater rectē possum dicere, q̄ tu es Deus iustitiæ meæ, & exaudiens orationem meā. Nā in tribulatione mea dilatasti mihi cor, & petitionem meā, quia abunde adimplesti, prout petebam, & sperabam. Et
F causatur figura grammaticalis, q̄ dicitur synepteſis, quia mutatur p̄sona, & accidēs verbi in locutione. Fit. n. mutatio personæ, à tertia ad secundā. Et ideo est valde aduertēdū. Nā sicut dicit Ra. Moyses, unusquisq; p̄ſeta habet suā linguam & suum modum loquendi. Sed inter cęteros ipse Dauid habet extraneum & difficilem modum loquēdi, eo q̄ scripsit metrice in uersu lyrico & sāfico. Et ideo est habenda eius familiaritas per longā cōsuetudinem, vt modū eius percipiamus, & ueritatem ex eius litera extorqueamus.

Filij hominum vsq; quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium.

Hæc est secunda pars in qua Christus increpat & exortatur suos persecutores, ut desistant à malitia, & sequantur doctrinam suā & legem euangelicam, & duo facit. Nam primo

A mo facit quod dictum est. Secundo remouet & soluit quandā falsam excusationē corū, ibi: Multi dicunt quis &c. Quantū ad primū est aduertendū, q̄ causa quare principes, & Farisæi moti sunt cōtra Christum, fuit quia Christus exorsabat ad cōtemptū temporaliū, & ut ponerēt spē in Deo, & in bonis cęlestib⁹ & spūalibus, & prædicabat legē Moysi nō esse intelligēdā ad literā, sed ſm sēsum spiritualē, & ideo cōiurarūt cōtra ipsum, dicentes. Si hunc dimittimus uenient Romani &c. Et tūc cōgregati sunt in Atrio Caiæ, vt ipsum morti traderent &c. Dicit ergo Christus: O filii hominū. i. homines mundani & carnales vsquequo eritis graui corde, & manebitis in corde graui & maliuolo? ò vos Iudæi conantes me occidere, & uos tyranni
B persequentes nomen meū & ecclesiam, ut quid. i. quare diligitis vanitatē. i. bona tēporalia, vana, & friuola? Nā vos Iudæi, p̄pter bonā tēporalia uana, quæritis mendaciū, falso modo glossando legē, ad literā tm̄ intelligēdo, & uerū sensum spūalem reſellendo, & in cerimoniis permanēdo, & ueritatē Messię negādo. Nā lex per Moysen data est. Sed ueritas per Xp̄m patefacta est, quā vos tanquā mendaces negatis, & suscipere recusatis. Et etiā vos gentiles tyranni diligitis vanitatem rerum temporaliū, & quæritis mendaciū superitionis, & cultus idolorum. Et ideo]

Scitote quoniā mirificauit dñs sanctū suū, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.

C Scitote, & volo q̄ sciatis, quoniā dñs pater mirificauit, & mirificum ostēdit Christū sanctum suū, & filium suū. Ostēdit enim mirificum in sua conceptione, quia non opere Adā, sed de spīritusancto conceptus est, & super naturā natus. Et etiā mirificauit eū per omnia signa quæ facta sunt in eius natiuitate per uniuersum orbem. f. quia Angeli cāta runt Gloria in excelsis &c. Et stella Magos duxit ad præsepe &c. Ité in eius ostēsione & prædicatione innumera operatus est, ęgros sanādo, & mortuos suscitando. Item in eius passione tenebræ factæ sunt per uniuersam terrā. Ité mirificauit eum in eius resurrectione & ascensione &c. Ideo cognoscite ipsum esse verū Deum, & Messiam in lege promissum, & caput totius ecclesiæ, sine quo nemo potest saluari, & nisi ipse orauerit pro eo ad patrē. Ideo subdit, Dominus pater exaudiet me, cum. i. quādocunque clamauero & oratio ad eum pro memoris meis. Ergo

D *Iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.*

Iraſcimini. i. licēt ad horam iraſcamini, tm̄ nolite peccare, i. iram, & malum propositum in effectū deducere, quasi dicat. Vos Scribæ & Farisæi ex ira & iniquitate & inuidia diligentes vanitatē, & quærentes mendaciū, cōsilium feciſtis vt me dolo caperetis & occideretis. Et ideo licet hoc feceritis, tm̄ nolite peccare. i. hanc malitiā in effectū & executionē deducere, cognoscite veritatē, & scrutamini scripturas, qm̄ ipse testimoniū perhibent de me, & nolite effundere & tradere sanguinē iusti. Et si forsan hoc dicitis & dixiſtis in cordibus vestris, & proposuiſtis me occidere, tm̄ compungimini in cubilibus vestris per pœnitentiā. i. videte & cognoscite peccatum & E erroē vestrum in penetralibus. i. secretis vestris, & cōpungimini, & agite pœnitentiā de his quę dicitis & dixiſtis, in cordibus contra me. Et etiam licet occideretis me, tm̄ cōpungimini per pœnitentiā, & cōuertimini ad me, baptismum & legem euangelicā recipiēdo, & iam deinceps abiicite & dimittite cerimonias, & sacrificia figuratiua vetę legis, sed &

Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in dño, multi dicunt quis ostendit nobis bona.

Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dediſti lætitiam in corde meo.

Sacrificate sacrificiū iustitiæ. f. eucharistiā in qua sacrificat, & offertur Christus filius Dei, qui est verum sacrificium iustitiæ, bo- F num de se, & acceptabile apud patrem, pro omnibus peccatis satisfaciens, quia bonū de opere operato. Et sperate in domino, & nolite amplius ponere spē vestrā in sacrificiis, & cerimoniis legalibus, quia non sunt gratia sui. Sed quia figurabant Christum vēturum & ecclesiam. Et ideo in eis non est spes ponēda, nec in cibis aut rebus temporalibus, sed in solo Deo, & in bonis futuris spiritualibus & cœlestibus. Et ideo sperate in dño, & non in mundanis rebus, & bonis corporalibus. Multi dicunt quis ostēdit. Vnde nota, quòd in Hebræo, & in litera Hieronymi hic incipit versus, nec in hoc est uis, nam dictum est quòd Dauid cōposuit psalmos in versu Lyrico, & ut plurium in versu safneo, aut pindarico, qui quidem versiculi sunt parui, cōtinētes 10. syllabas, aut 11. Sed ex duobus versiculis paruis, vel ex tribus faciebāt sacerdotes vnum versum ad cātandū in choro. Vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de hic est vnus versiculus. s. Sacrificate sacrificiū iustitię. Et iste est alius. s. Sperate i dño: & Multi dicunt, quis ostēdit nobis bona, est alius versiculus, & Signatum est super nos lumen vultus tui dñe, est alius versiculus. Vnde ex istis duobus ultimis uersiculis fit una sententia, co q̄ unus est interrogatiuus, & alter respōsiuus Et sic Iudęi in Hebręo ex primis duobus uersiculis faciunt unum uersum magnum, & ex duobus ultimis faciunt alium, eo q̄ causaturalia sententia per nouā interrogationē; & quæstionē. Ad cuius euidentiā est notandū, q̄ quia dictū est superi⁹ ad Iudæos & hoīes mūdanos: Sacrificate sacrificium iustitiæ, sperate in dño. i. q̄ relictis sacrificiis vet. legis offerant uerum sacrificiū Eucharistiæ, per illa legalia figuratū, & ét q̄ relictis rebus mundanis ponāt spē suā in bo
B nis spūalibus, futuris, in euāgelica lege promissis, ideo Iudæi & hoīes mundani de hoc volētes se excusare, dīt quis ostendit nobis ista bona spūalia in euāgelio promitlas? quasi dicāt, qūo poterimus dimittere, & contenere ista bona temporalia, quæ possidemus & uidemus, pp ista bona spiritalia, quæ vos Christiani prædicatis, cum ea nō uideamus nec cognoscamus? quasi dicant: Ostendite nobis ad sensum illa bona, & credemus vobis, & euāgelio. Omnibus istis Iudęis & mūdanis, loquendo ad patrem, respondet Christus, dicens. O dñe pater non possunt Iudęi, ét homines mundani hoc negare. Nā lumen vultus tui signatum est super nos. Ad cuius intelligentiam est aduertendum, q̄ duplex lumen signat Deus super animas. s. unū naturale,
C et aliud supernaturale & infusum. Lumen naturale est lumen intellectus agentis & rationis, quo, omnia naturalia, anima nostra potest cognoscere per studium et actionem, & sic potest cognoscere qūo anima nostra est immortalis, et dependens à primo esse quod est Deus, put naturaliter cognouerūt filosofi Deum, & intelligentias, et animā nostrā esse immortalem. Et in eadem parte intellectus ponitur lumē rationis, quę dicitur inferior pars, p quod potest cognoscere quę sunt bona, uel mala, iusta, uel iniusta, turpia vel honesta, agenda uel nō agenda. Vnde sicut primum lumē dicitur specularium, ita secūdum dicitur practicū, & tū utrumq; lumen dicitur nobis naturaliter insitum, per quod lumē pōt anima nostra naturaliter cognoscere tria naturalia principia, siue tres leD ges naturales nobis naturaliter insertas, quę sunt tria principia in genere morū. Quorum primum est, q̄ oē bonum est agēdum, & oē malum uitādum. Secūdum est. Quod fieri tibi nō vis, alteri nō facias, et q̄d tibi uis, alteri fac. Tertium principium et lex naturalis est, nullum bonum irremuneratum, et nullum malum impunitum. Ex his tribus legibus resultat quarta lex naturalis. s. q̄ Deus q̄ est principiū oīum, est iustus iudex, punitor malorū, & remunerator bonorū. Quę q̄dā principia et leges scribūtur Gen. 4. ubi dixit dñs ad Cain, cur iratus es cōtra fratrem tuum, & cur hoc egisti? vbi demōstrat nullū malum agendum, & postea cōsequitur: Nescis q̄ si bn egeris recipies, si autē male, pc̄ ñ statim in foribus aderit? per quod ostenditur nullum bonum irremuneratum, et nullum malum impunitum, esse legē naturalem nobis naturaliter insitā, eo quod per lumē naturale istā legē simul cū ceteris duabus possumus naturaliter cognoscere. Et hoc est lumē qđ dicit Christus esse signatum sup nos, per quod lumē, et p quę principia naturalia possumus prędere et cognoscere bona spiritualia nobis in lege euāgelica promissa, et pœnas eternas reprobis debitas, qđ ꝓbatur. Nā si nullum bonū irremuneratum, et nullum malum impunitū, ergo boni & iusti de iure naturę debēt remunerari hic uel in futuro. Sed multi iusti patiuntur ꝓsecutiones in hac uita pp ueritatē & iustitiā, q̄ hic nunquā fuerunt remunerati, sicut Abel & Hieremias. Et multi mali fuerunt prosperati, q̄ nunq̄ fuerunt puniti in hac uita, ergo sequitur q̄ isti remunerabuntur post hāc uitā bo
F nis spiritualibus, & illi punientur pœnis eternis. Ex quibus sequitur q̄ expectātur futura bona spiritualia quibus boni præmiātur, et futura mala q̄bus mali puniunt. Et sic tā Iudęi quā cęteri infideles, p hoc lumen naturale poterāt cognoscere futura bona & mala. et tria principia supradicta, quod quidem lumē dicit Dauid in persona Christi, quod est signatum super nos, de quo quidē lumine dicit Apostolus ad Rom. 2. quod gentiles habebant legem naturalem scriptā in cordibus suis. Lumē autē supernaturale est illud q̄ infunditur ex speciali dono spiritussanctī, eleuās intelligentiā ultra naturā sui, ad apprehendendum ea, quę sunt supra humanā facultatem, prout spiritussanctus diuidit singulis prout uult. primæ Cor. 12. Quod quidem

A dem lumen dupliciter peruenit ad nos. Vno modo ꝓ spiritualē infusionem & illustrationē, et sic receperunt ipsum Patriarchæ et ꝓfetę in vet. test. et Apostoli et sancti doctores in nouo testa. Secundo mō peruenit illud lumē ad simplices fideles, p doctrinā et prędicationē. Nā Moyses eadem legem quā accepit à Deo annunciauit populo. Et ꝓfetę annunciauerunt populo eadē mysteria et ualicinia, quę à spiritusancto fuerunt eis reuelata. Et ita ēt Apostoli reuelarunt nobis, ea quę à spiritusancto receperunt. Ex quib⁹ patet, q̄ scriptura utriusq; testamenti dicit lumen signatum sup nos, primo reuelatum patriarchis, & profetis, et apostolis, et ex consequenti nobis annunciatum. Ex qbus patet,
B quod licet gentiles nō habuerint hoc lumē supernaturale, tū habuerūt lumē naturale, quo potuerunt uitare malū, siue discernere inter bonum & malum, ut supradictum est, sed Iudęi, quia receperunt utrumq; lumē. s. naturale et supernaturale, minus sunt excusandi, quia multo magis oia supradicta poterāt cognoscere, eo quod habuerunt legē, et profetas loquentes de futura redēptione, et superna felicitate. Et ideo multo minus possunt dicere, quis ostēdit nobis bona. Dedisti lętitiā etc. Hic Christus agit gratias patri de beneficio resurrectionis, et bonorum spiritualium, quæ à patre recepit, p se et mēbris suis. Ad cuius intelligentiā est aduertendum, q̄ Iudęi carnales nō expectabant nec
C quęrebāt, nili tpalia, puta abundātiā frumēti, uini & olei, et dñium tpale et dignitates, & sub tali desiderio expectāt Messiā, qa oīa ista debet eis dare. Sed Xps in lege euāgelica pręcipit oīa ista contēni, et bona spiritualia et futura desiderari ut dictum est. Et ideo cō tempserunt ipsum et legē euāgelicā. Sed cū felicitas quam ipsi petunt sit tm̄ in hac uita, iō est trālitoria et tporalis et breuis. Et sic lę titia et gaudium eorum est breue, et multis miserijs admixtum. Christus autem qa expectabat resurrectionem, et ęternam uitam, et gloriam, ideo lętitia eius et suorum est æterna: Nā prēmium est conforme cum spe, ideo ait Christus, O pater gratias, supple, ago tibi, quoniam dedisti ueram lętitiam & perpetuam uitam, et fœlicitatem in corde meo.

A fructu frumenti uini & olei sui, multiplicati sunt.

Nam ipsi Iudęi omnes mundani multipliD cati sunt. i. abundarunt à fructu frumēti, uini & olei, et cęterorum bonorum temporalium. licet ipsi sint multiplicati in huiusmodi abundantia & copia bonorum, tamen

In pace in idipsum, dormiā & requiescā.

Quoniam tu dñe singulariter in spe constituisti me.

Ego dormiā simul et requiescā in pace, et quiete bonorum spūalium hic p gratiā, et in futuro p gloriam. Nā licet in hac uita passus fuerim ꝓsecutiones, et mortē, tū resurrexi ad gloriā sēpiternā, ipsi autē ad mortē ęternā destinabunt. Et unde hoc, q a tu dñe cōstituisti me singulariter in spe resurrectiōis et glorię. Nā sicut spes mea fuit bona, ita et effectus eius. Nā semp prēmiū correspōdet spei. Vnde est aduertendū, q̄ ly in idipsum stat aduerbialiter, et idē est quod simul uel similiter. Et ideo litera Hieronymi habet sic: In pace dormiā simul et requiescā. Et sic est E aduerbium cōgregandi. unde septies reperiē hoc aduerbium in idipsum in hoc libro psalmorū. Sed ubi 70. posuerūt in idipsum, Hieronymus traduxit et posuit hoc aduerbium simul, sed utrobiq; cōtinet magnum sacrm. Vnde est notādum scđm Aug. et Boe. q̄ hęc est differentia inter durationē tpalem, et æternā. Nam duratio tpalis est terminabilis et successiua, nec pōt haberi tota simul, sed æternitas est interminabilis uitæ, tota simul et pfecta possessio: Et ideo Deus q̄ est in æternitate, oīa bona simul possidet, et nullū bonū ipsi deesse pōt. Sed De⁹ q̄ habet hāc ęternitatē, et fœlicitatē p essentiā, cōmunicat eā sctis p participationē. Et ideo uita et fœlicitas sctorum erit et est interminabilis à parte
F post, et tota simul efsētialiter, licet possit accidētaliter augeri usque ad iudiciū, ut dictū est in primo psal. Et felicitas sāctorū dī tota simul et ęterna, et indeficiens, et sufficiēs bonū. Et hoc aduerbium in idipsum significat idē qđ ęternū, et est sensus: In pace in idipsum dormiā. i. dormiā et requiescā in æternū in pace et quiete beatitudinis, q a illa pax et qes est ęterna et tota simul, et nō trāsitoria nec tpalis etc. q a est status oīum bonorū aggregatione pfectā⁹, in cui⁹ possessione cōsistit uera beatitudo. Sed q a (ut apparuit ī titulo) iste ps nos dirigit in finē legis, qui es Xps, et etiā cōtinet statum, et persecutionem, et resurrectionem ecclesiæ, per hoc qđ ponit in organis, per qđ significat ecclesia Christi ut dictum est, ideo ostendit qđ specialiter exponatur iste psalmus pro ecclesia, nō quōd

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ecclesia sit separata à suo capite Christo (nã simul intelligitur cũ suo capite) sed oportet q̃ hoc fiat ad distinctionẽ nostræ intelligentiæ, vt iste psalmus cũ præcedenti sit norma & regula, ad exponendum oẽs subsequẽtes, ratione materiæ, & ratione titulorũ, ne amplius fiat iteratio. Nã sub una uoce poterunt exponi. Ad cuius intelligentiam est notãdũ quod sicut tota ecclesia dicitur vnũ corpus mysticum organizatũ & mensuratũ, & proportionatum ex ordine multorum membrorum ad vnum caput, qui est Christus, ita pariter dicitur una ciuitas organizata, & mẽsurata ex harmonia, & ordine multorũ ciuium ad vnum principem, qui est Christus, cõsensu vnius legis, & unius fidei sociata, cuius ortũ, & progressum, & proprietates describit Aug. 14 de Ciui. Dei c. vlt. & 15. de Ciui. Dei. c. 1. ubi dicit q̃ à primordio mũdi genus humanũ fuit in duo genera distributũ, vnũ qui secundum hoiem, alterũ qui secundum Deum viuunt, quas ẽt mystice duas ciuitates appellamus. i. duas hoium societates, quarũ una est in æternũ prædestinata regnare cũ Deo, altera cũ diabolo ęternũ subire supplicium, quarũ una. s. ciuitas Dei incepit ad Abel. Altera, s. ciuitas diaboli incepit à Cain. Ciues primæ ciuitatis dñr filii Dei, alteri aũt filii hominũ. Inter quas duas ciuitates assignat Aug. 7. differentias, quia differũt secundũ diuersos fines. Vnde dicit Aug. q̃ fecerunt has duas ciuitates duo amores, terrenã. s. amor sui vsq; ad contemptũ Dei. Cælestẽ aũt, amor Dei vsq; ad contẽptũ sui. Secũda differẽtia, quia illa in se, hæc in Dño gloriatur. Tertia, quia illa quærit ab hominibus
C gloriari, hæc dicit dño suo: Tu es gloria mea & exaltans caput meũ. Itẽ in illa hoies secũdum carnẽ viuentes, Deũ uerũ nõ honorarũt, in hac aũt est uera sapientia & pietas in qua rectè verus Deus colitur, expectãs præmiũ in societate sãctorũ Angelorũ. Ex quibus verbis Augustini patet q̃ istæ duæ ciuitates principaliter differunt. Primo ratione affectus & amoris. Secundo ratione cultus. Tertio ratione finis & spei, quia ciuitas terrena toto affectu diligit ista temporalia, & nõ rectè colit Deum, Ciuitas aũt Dei colit unũ uerũ Deum, & illum super omnia diligit q̃ est Christus Deus & homo, & in eo totam suã spẽ ponit. Et ideo semper ab initio mũdi fuit uexata & afflicta a ciuitate terrena, eo q̃ in moribus & cultu semper fuit ipsi contraria, & aduersa. Vnde illico à principio mũdi Cain interfecit Abel, & postea Caldæi persecuti sunt Abraham, & Esau, Iacob, & Ismael Isaac, & sic de cęteris iustis. In testamẽto autẽ nouo illico Scribæ, & Pharisæi persecuti sũt Christũ, qui est caput & princeps huius ciuitatis. Et postea Iudæi & tyrãni persecuti sũt eã in Apostolis & martyribus, postea hæretici uexarunt, & persequuntur ẽt per sectam Mahumeticam, & affligetur in fine per Antichristum. Tota ergo ciuitas cum principe suo Christo introducitur ad loquendum in psalmo, & conqueritur apud patrem, petens ultionem de suis inimicis affligentibus eam. Et ita pariter tota ista ciuitas quæ est ecclesia, introducit ad loquẽdum in hoc psalmo, agẽs Deo gratias, eo q̃ abstraxit & liberauit eã à solicitudine mundanorũ & rerum tẽporalium, & cõstituit eã in bonis spiritualibus gratiæ, & in spe futurorum bonorũ gloriæ. In quo psalmo quatuor facit. Nam primo petit bona spiritualia. Secũdo increpat ciues terrenos, vt desistãt à persecutione iustorũ, & exhortatur vt sequanẽ bona spiritualia. Tertio renouet quandã cautionẽ. Quarto agit gratias, quia reiectis tẽporalibus, constituit eã in bonis spũalibus. Secunda ibi. Filii hominũ. Tertia ibi. Multi dicũt. Quarta ibi. Dedisti lætitiã. Quantũ ad primũ est notandũ, q̃ tota iustitia hois, qua acquirit regnũ cœlorũ, cõsistit in tribus. s. in munditia cordis, & operatione bonorũ, & patientia in aduersis ꝓpter Deum. Vnde ista tria maximè debemus quærere à Deo, & ideo ait Saluator Matt. 6. Nolite soliciti esse dicẽtes: Quid mãducabimus &c. Sed primo quærite regnũ Dei & iustitiã eius. Hãc ergo petit in primis Dauid simul cũ tota ecclesia in principio huius psalm. Cũ inuocarẽ exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Alia litera habet: Cũ inuocauero exaudi me Deus. Litera uero Hieronymi habet, Inuocantem exaudi me Deus. Et tũc litera est plana absque figura. Et est sensus. O Deus iustitiæ meæ. i. in quo consistit tota mea iustitia, exaudi me inuocarẽ te, vel cum inuocauero te, dando mihi iustitiam. s. patiẽtiã in aduersis, & munditiã in corde, ut sine peccato possim meritorie operari. Ista ergo tria peto à te. s. primo in tribulatione dilatasti mihi, & ponitur præteritũ pro futuro siue pro imperatiuo. i. dilata & corrobora mihi animum, & cor in tribulatione, largiẽdo patientiam in aduersis, ut ualeã persecutiones

&

A & cętera aduersa æquo animo tolerare. Secũdo miserere mei, peccata mihi remittendo, & in gratia cõfirmando, vt possim bene operari. Tertio exaudi orationem meam, regnũ cęlorum largiendo. Vnde nota q̃ ista prima particula redditur difficilis secundũ nostram translationem propter mutationem pronæ. Sed forsan nõ est ibi mysterio. Vnde potest esse talis sensus, referendo ad diuersa. vt dicat ecclesia. Cum ego inuocarem sub lege veteri per patriarcas & prosetas, tunc Deus iustitiæ meæ exaudiuit me, mittendo filium suum in carnem. Et cõuersa ecclesia ad Christum dicit. Tu Dñe in illa tribulatione dilatasti mihi cor & animum, dando legem libertatis & gratię. Et ideo miserere mihi, peccata remittendo per gratiam. Et exaudi orationem meam, regnum cœlorum largiendo
B &c. & patientiam tũ aduersis contra persecutores conferendo. Et postquam liberasti me à peccato, libera me à persecutione impiorũ. Filii hominum. In hac secũda parte ecclesia increpat ciues terrenos & mundanos, vt desistant a pśecutione iustorum, & exhortatur eos ad colendum Christum & legem eius, contemnendo terrena, & appetendo bona Spiritualia. Vnde dicit. O filii hominũ vsq; quo estis maleuoli, & crudeli corde contra mee vt quid, ideo qualiter diligitis vanitatem, scilicet superbiam & auaritiam bonorum mũdanorum, quæ sunt vana & corruptibilia, & quæritis mendacium, scilicet vos Iudęi falso glossando sacras scripturas uetetis testamenti, literaliter pręcise intelligendo. Et nos gentiles idola, & falsos Deos colen
C tiem obseruando. Et uos hęretici falsa doctrina seminando, simplices decipiendo. Scitote, ideo volo q̃ sciatis, quia Dominus pater mirificauit Christum sanctum suum, & ipsum tanquam verũ Deum & redemptorẽ & legislatorem in mũdum misit. Et ideo ego colo eum, & eius legem euangelicam seruare decreui, & in ipso spem meam cõstitui. Et ideo ipse Dñs Iesus Christus exaudiet me, cum clamauero ad eum, & liberabit me de manibus, & persecutionibus vestris. Et ideo si trascimini. i. si aliquando fuistis irati cõtra me, & persecuti me, tamen in amplius nolite peccare. Sed desistite à pśecutione, & quę dicitis in cordibus uestris, & me cubilibus vestris cõpũgimini. i. si aliquãdo dixistis & proposuistis in cordibus & secretis penetralibus

D vestris facere malũ, tũ nõ deducatis ad effectum, sed resistite malis tentationib. & cogitationib. & cõpungimini in corde, pœnitentiã agendo. Et cognoscentes veritatẽ recipite legem euang. q̃ docet oẽm veritatẽ, & prohibet omne malũ fieri, & exhortatur ad omne bonum. Et sic seruantes legem euang. sacrificate sacrificiũ iustitiæ. s. sacrificiũ eucaristię, quod de se iustũ & bonũ, iustificans oia. Et ẽt sacrificate sacrificiũ iustitiæ. i. offerte Deo cor mundũ & cõtritum & humiliatũ, in quo cõsistit tota iustitia hois, & sperate in Dño. i. ponite spem vestram in Dño & nõ in reb. tẽporalib. sed in bonis Spiritualib. in euangelica lege promissis, q̃ vos beatos & fęlices facient. Multi dicunt &c. Hic respõdet quæstioni quã homines mũdani faciunt, & dicunt. Quis ostendit nobis ista bona futura q̃ Xps promittit? Quasi dicãt qũo cõtemnemus ista E bona temporalia q̃ videmus & possidemus pro illis quæ nõ videmus, nec cognoscimus: quasi dicant q̃ fatuũ esset hoc facere &c. Ad hoc respondet ecclesia, q̃ signatum est lumẽ vultus Dei super nos, per quod lumẽ possumus credere & pcognoscere ista bona Spiritualia, & exponitur ut supra. Dedisti lętitiã etc. in corde meo. Ista est quarta pars huius psalmi. Ad cuius intelligentiam est aduertẽdum q̃ sicut fides est q̃dam virtus teologica desuper infusa, quia mens eleuata & confortata credit & assentit rebus supernaturalibus & non visis. Et Caritas est alia virtus infusa, qua uoluntas eleuatur ad diligendũ Deum super omnia. Ita pariter, Spes est q̃dam virtus infusa, qua cõtemptis terrenis, spiritualia bona, & inuisibilia appetuntur & expectant. F Secundo est aduertendũ, q̃ hæc est differentia inter hominem iustum & prauum. Nam homo prauus quantuncũq; potens & diues sit, licet gerat lætitiã in facie, propter effluentiam bonorũ tẽporaliũ, tñ semper gerit tristitiam, & terrorem in corde, timẽs futurũ iudiciũ & punitionẽ, accusante eũ cõscientia sua, et etiã q̃a timet pdere bona tẽporalia q̃ possidet, & ideo cõtinuus timor nõ sinit ipsum esse fęlicẽ. Per oppositum homo iustus, licet aliquando gerat tristitiã et fletũ in facie, propter pśecutionem malorũ, tamen semp gerit lætitiã et gaudiũ in corde, eo q̃ expectat gloriam et pręmiũ propter mala, quæ patiẽter tulit propter Deũ. De hac ergo lętitia et spe agit hic gratias tota ecclesia. i. q̃a recepit fidẽ et spem per quam cõtemnit tẽporalia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A et appetit et expectat bona futura spiritualia. Et ideo dicit ecclesia: Gratias ago ò dñe, supple, qm̃ dedisti hac lætitiã in corde meo: qm̃ ipsi hostes mũdani multiplicati sunt, et lo cupletati à fructu frumenti, et olei, et aliorũ temporaliũ. Sed ego habens hanc spẽ et lætitiam in corde meo de bonis futuris, absque solicitudine temporaliũ, simul dormiam et requiescã in pace et quiete: et hoc faciam qm̃ tu dñe singulariter me in tali spe cõstituisti. Itẽ ipsi q. abũdant talib. diuitiis in hoc sæculo, tñ post finẽ, tanquam oues in interno positi sunt, et mors æterna depascet eos, ps. 48. Ego autẽ post hanc vitam dormiam simul et requiescam in illa pace et fruitione cœlesti: eo q. tu cõstituisti me in hac uita in spe, cõtemnendo terrena, et appetẽdo illa cœlestia. Nam illa cœlestia dantur in pmium fidei, et

B spei, et Caritatis, quam hic habuimus. Vnde est aduertendũ q. ad hunc intellectũ, et fm istam secundam expositionem legit ecclesia hunc psal. quotidie ad cõpletorium in principio noctis, eo q. Diabo. et ciuitas eius semp machinantur ad malũ cõtra ciuitatem Dei, et religionẽ christianam, ideo orat ecclesia ut defendat eam ab iniqua psecutione et malitia illorũ. Legit etiam hunc psal. in persona cuiuslibet martyris et confessoris, eo q. pro Xpo passus est et laborauit in hac vita, contẽnendo terrena, et appetẽdo cœlestia, et in spe futuræ beatitudinis uixit. Ex toto ergo isto psalmo possunt recolligi q nq; cõclusiones. Prima cõclusio, q. Iudæi multipliciter poterant cognoscere Iesum Christũ esse Messiam in lege pmissum. Primo quia Deus pater mirificauerat ipsum in operatione miraculorũ.

C Secundo, quia doctrina eius erat uera, et non vana. Tertio, quia semp fuit exauditus à patre. Et per consequens Iudei non debebant graui corde persequi Christum. Secunda cõclusio, q. omnibus hominib. est insertum et signatum lumen naturale, per quod quis potest discernere inter bonum et malũ & cognoscere tria principia moralia. s. omne malũ fugiẽdũ, et omne bonũ agendũ, et qđ tibi uis fieri alteri fac, et nullũ bonũ irremuneratũ, et nullum malũ impunitũ. Tertia cõclusio, q. pter lumen naturale, fuit signatũ sup populũ Iudaicũ lumen sacræ scripturæ, patriarchis et profetis reuelatum, per quod poterant magis cognoscere Deum, et discernere inter bonum et malum, et desiderare humanam redemptionẽ, et cognoscere Christũ esse Messiam in lege promissum per opera quæ faciebat. Quarta cõclusio, q. præter lumen proheticum, est signatum super populũ Christianũ lumen euangelicum, per quod cognoscit omnia mysteria et uaticinia uetertestamẽti, esse completa per Christum. Et p quod cognoscit spem nullo modo esse ponẽdam in hoc mundo, sed in sola futura beatitudine. Quinta cõclusio, q. ciuitas Dei. s. christiana religio, differt à ciuitate terrena ratione finis: nam cum cæteræ nationes mundanæ constituant finem suum, et ponant spem suam in bonis temporalibus, tamen sola religio christiana, contemptis huiusmodi temporalibus, ponit spem suam in futuris bonis Spiritualibus et æternis.

D

PSALMVS V.

E *Verba mea auribus percipe domine. intellige clamorem meum.*

Titulus huius psalmi fm Hebræos est. Ad victoriam sup hanehilot, psal. Dauid. Hier. autem transtulit, victori sup hæreditatibus canticum Dauid. Rabi autem Solomon qui in regno Franciæ, super psalterium et totum uetus testamentum scripsit, anno millesimo. 270. qui conatus est peruertere scripturas, ad literam dicit, q. Nehilot est æquiuocum ad hæreditates in plurali, et ad quoddam instrumentum musicum cum quo cantabatur iste psa. et ideo ly Nehilot ponitur pro utroque in eodem titulo. Sed licet hoc possit esse uerum, quia nullam contradictionem inducit literæ et sententię huius psalmi, tamen in nullo intẽdo eum, nec alios rabinos Iudeorum sequi, eo q. magis dubitant in titulis, et in cęteris rebus literalibus, quàm catholici, et plures diuersæ opiniones, et controuersiæ sunt inter eos, quã inter nos in hmõi. Et ratio est, nam istę cerimonię cantandi fuerunt aliquo modo deperditæ, imo post incensam Hierusalem per Romanos, et dispersionem Iudæorum per mundum, nunquam uis sunt hmõi cerimoniis, ideo totaliter fuerũt deletæ à memoria et scriptura eorum. Et sic nesciunt quid dicũt in his, et in cæteris, nec procedunt nisi per coniecturas, et falsas fictiones. ideo magis est credendum translationi, et interpretationi ipsorum. 70. qui præcesserunt aduẽtum Christi, et interpretationi Hieronymi qui fuit Paulo post aduẽtum Christi, quàm fictionibus Thalmudistarum et modernorum rabinorum, qui totaliter conãtur peruertere scripturas, et sensum earũ.

F

Et

A Et sic nolo amplius terere tempus in vacũ in eorum dictis, sed in omnibus sequi interpretationem. 70. & Hieron. quia fuerunt tũc bene & late examinatæ. Sequendo ergo eos in hoc titulo, & in cæteris, per hoc quod dicitur ad victoriã, siue victori, prænotatur q. iste psalmus Dauid cãtabatur cum toto conatu vocum, eiecuando vocem vsque ad vltimum punctũ & finem, eo quod lex vocabat Christum, vt dictum est. Per hoc quòd dicitur in finem, prænotatur q. iste psalmus dirigit omnes in Christum, qui est finis legis. Nam per primum aduentũ est finis legis veteris, & per secundũ finis legis euangelicæ, in primo, ad saluãdum & redimendum, in secũdo ad glorificandum & præmiandum. Et sic iste psalmus & cæteri cantabãtur in vtraq; lege. Sed diuerso modo finis, vt dictũ est. Sed per hoc

B quod additur, pro ea quæ consequitur hęreditatẽ, est notãdum, q. Iudæi vocant hæreditatem domini totam terram promissionis à Dan, usq; ad Berſabee, q. est pars Syrię meridionalis. Nam ab oriente claudituꝛ mõtibus indumeæ. s. Galaad, & Falga, & Petre: ab occasũ aũt terminatur mari nostro, ab Aquilone vero monte Libano, & Hermone maguo qui interiacet inter Damascum, & Ituream, Ab Austro uero terminatur deserto Cades, & Farã. Et ne tota terra promissionis est clausa prædictis terris, cuius longitudo à Dan. s. à monte Libano, usque ad Berſabee, sũt. 160. militaria. Latitudo vero à mari nostro. s. à Iope vsque ad Basam, & ad montem Abarin & Falga, sunt quasi. 55. militaria. In hac terra

C putant Iudæi ceci litam suam spem & fœlicitatem, eo quod data fuit eis & diuisa per Iosue post exitum de Egypto. Et totum desiderium eorum, & finalis spes, est hanc terrã possidere & inhabitare, & hęc est oratio eorum iugis & quotidiana. Ideo R. a. Salo. & cæteri, dicunt quod Dauid fecit hũc psalmum orãdo Deum pro hac hæreditate conseruanda, & ab inimicis liberanda. Et sic faciebat hunc psalmum in templo siue in tabernaculo per leuitas cantari, cum huiusmodi instrumento nehilot &c. Et sic sicut sunt ceci & carnales, nõ sapiunt nisi carnaliter & temporaliter. Et ideo non est credendum q. Dauid, p quem spiritussanctus locutus est profetice, pro re tam vili & transitoria fecisset hũc psalmum. Et nec ad hoc indiguisset lumine spiritussancti, nec esset profeta, cuius contrarium dictum est. Ideo nos quibus datum est nosse

D mysterium regni Dei aliter debemus hoc intelligere. Ideo est notandum, quod postquã Adam perdidit hæreditatem Paradisi, & eiectus est ab ea, Deus dedit totum mundũ ipsi, & posteris eius in hęreditatem terrenam, & legem diuinam in hæreditatem spiritualem, eo q. per illam erant consecuturi cœlestẽ hæreditatẽ. Sed quia post Adã fuit diuisum genus humanũ in duas ciuitates & societates, vt dictũ est psalmo præcedenti: Ideo tota ciuitas Dei, siue societates fidelium, legẽ diuinam obseruantium, dicitur hæreditas dñi, & populus electus & peculiaris, eo q. sunt consecuturi cœlestem hæreditatem, & pertinent ad illam. Cæteri autem dicuntur diaboli hęreditas, cuius supplicio sunt subiiciendi. Ex quo patet q. sola ecclesia est hęreditas domini, ab Adam & Abel, usque ad vltimum electum, vt ait Aug. & Greg. Quę quidem ecclesia, licet sit vna essentialiter ab Adam vsque ad iudiciũ, eo quòd viuit sub vna fide Christi & caritate, tamen differt accidentaliter, secundum diuersos status & diuersa sęcula, & fm minus perfectum & magis perfectũ. Nã totam suam perfectionẽ in hoc mundo possibilem adepta est p. Xpm. Vltimã autẽ perfectionem adipiscetur in iudicio vt dictũ est. Et ideo pro hac hæreditate conseruanda in gratia, & preseruanda à malis futuris & peccatis, & liberãda à presentibus, cõtinuè orauit & orat ecclesia. Et sic est intelligẽdus iste titulus. s. q. Dauid fecit hunc psalmum orando pro ea ciuitate Dei. s. ecclesia, quę cõsequitur hęreditatẽ spũalem hic p. gratiã. & in futuro p. gloriã. Et præcepit ipsum cantari ad victoriam vocum eo q. vocabat Christũ ad primũ aduẽtũ, vt daret hęreditatẽ hic p. gratiã. & semper vocat ipsum ad secundum aduentum, vt cõferat hęreditatem glorię cœlestis. Et sic dirigit nos in finem qui est Christus. Ex hoc apparet materia huius psalmi. s. q. Dauid introducit ecclesiam loquentem in hoc psalmo, orantem pro se ipsa, ut Deus conseruet eam in gratia, & liberet eam à malis tẽporalibus. Quę quidem ecclesia durat ab Adã, usq; ad iudicium, & est diffusa ab ortu usque ad occasum p. uniuersum orbem, uel loquitur ipse Dauid tanquam membrum ecclesię in persona totius ecclesię. Secundum ergo hunc intellectũ duo facit Dauid in hoc psalmo. Nam primo introducit ciuitatem Dei. s. ecclesiam, perentem liberari per Christum à persecutione diaboli & membrorum eius.

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Secũdo prædicit fines vtriusq; ciuitatis.s.ſup
pliciũ malorũ,& gloriã & præmium bonorũ
ibiã.Iudica illos Deus.Quãtum ad primum,
eccleſia primo proponit ſuã petitionẽ exaudi
ri,captãdo benuolentiã.Secũdo explicat ſuã
petitionẽ.ibi.Rex meus.ſiue, Qñ ad te ora-
bo . Dicit ergo eccleſia ad caput ſuum & re-
gem Chriſtum . O dñe Ieſu Chriſte percipe
verba mea auribus benignis . Et intellige cla
morẽ meum,& quia tu es rex meus & Deus
meus, intende voci orationis meæ. Vnde eſt
notanter aduertendum, q̃ tria ſunt neceſſã-
ria adhoc q̃ petitio impleatur.ſ.q̃ iudex pre
beat aures benignas petenti , vt cũ patientia
audiat.Secundo vt diſcernat & intelligat ver
ba & clamorem petentis, vt videat ſi petit iu
ſtum & iuſtẽ . Tertio vt liberaliter intẽdat &
annuat,& ſit propitius petenti,petitionem,&
B votum eius adimplendo. Et ideo propter pri
mum dicit, verba mea auribus percipe domi
ne.i.aures benignas verbis meis accommoda
& præbe : propter ſecundum dicit intellige ,
id eſt diſcerne clamorem meum. ſ. an ſit iu-
ſtus an iniuſtus,propter tertium dicit.

Intẽde voci oõnis meæ,rex meus & De⁹ meꝰ.

Intende.i.annue voci orationis & petitio-
nis meæ,tu qui es rex meus per gubernatio
nem,& Deus meus per creationẽ. Vnde quã
do in ſcriptura ſcribitur rex & Deus,ſemper
intelligitur Chriſtus,qui eſt Deus,& homo,
& caput & rex eccleſiæ & ciuitatis Dei,quam
gubernat & regit.

*Quoniam ad te orabo domine , mane exaudies
vocem meam .*

Quoniam ad te orabo . Hic explicat tem-
pus & opportunitatem, & modũ ſuæ petitio
C nis. Vnde eſt aduertendum ſecundum Aug.
q̃ ſicut ſol per ſuã præſentiam cauſat diẽ &
lucem in noſtro hemiſperio, in qua luce om
nia videntur & diſcernuntur à nobis, & per
ſuã abſentiam cauſat noctem & tenebram.in
qua res non poſſumus diſcernere, ita pariter
Chriſtus qui eſt ſol iuſtitiæ, per ſuam præſen
tiam cauſauit & portauit lucem in aduentu
ſuo,& dedit legem euangelicam, in qua vide
mus & diſcernimus veritatem omnium, quę
latebant in cerimoniis legis veteris.Et ſic lex
vetus,ab Adã vſque ad Chriſtum dicebatur
nox,vt Apoſtolus ad Ro. 13. nox præceſſit,
dies aũt appropinquauit &c. Et ideo Abrahã
& Moyſes,& Dauid, & omnes patriarchæ &
profetæ & vniuerſaliter tota ciuitas Dei a-
bulabat in nocte ante aduentũ Chriſti.Et ſic
expectabat diem & lucem venturã per Chri D
ſtum, vt in ipſo diſcernere poſſet veritatem,
quę latebat in nocte ſiue in vmbra legis . Et
ſic lex vetus , appellat tẽpus Meſſię diem &
mane.Et ſic nos appellamus tẽpus legis ver.
noctem præteritam quæ præceſſit, Vñ Abra
ham exultauit vt videret diem iſtum, vt pa-
tet Ioan.8. Et ideo Dauid qui erat in illa noc
te,& expectabat diem Chriſti ſiue mane, di-
cit in perſona totius eccleſiæ illius noctis , ô
domine Ieſu Chriſte quoniã tu es rex meus
& Deus meus laturus diem,& lucem ſuã ter
ram,ideo mane.i.in tuo aduentu, ego orabo
te, & tu exaudies vocem meam & petitionẽ
cõtra diabolum,& ciuitatem terrenam, quo
niam in nocte legis non potuit exaudiri,ideo
exaudies me in mane.ſ.tempore gratię,me à
diabolo et membris eius per tuam paſſionẽ E
liberando. Vnde eſt petitio mea vt habitem
tecũ in ciuitate tua. ſ. in hac eccleſia per gra-
tiam, & des mihi lumen legis euangelicæ, ut
videam veritatem . Et tunc quoniam aſtabo
tibi & iuxta te,in lumine euangelico, videbo
omnem veritatem quam in nocte non potui
clarẽ videre,& q̃d videbo.ſ.quoniam tu non
es Deus volens iniquitatem, ſed iuſtitiam &
æquitatem : Quia nõ habitabit iuxta te ma-
lignus in tua ciuitate , hic per gratiam , nec
in futuro per gloriam . Notandum quòd in
hebræo & in tranſlatione Hieronymi totus
iſte pſalmus videtur diſcordare à tranſlatio-
ne noſtra,in cõbinatione verſiculorum. Vn-
de ſic ordinantur verſus in Hebræo . Dicta
mea attẽde domine, intellige meditationem
meã.Auſculta vocẽ deprecationis rex meus F
& Deus meus,quoniam ad te orabo.Domine
mane præparabo ad te & cõtemplabor . Qñ
non uolens iniquitatem tu es , nec habitabit
iuxta te malignus.Ex quibus patet q̃ tertius
verſus incipit in ly. Domine mane exaudies
Et quartus verſus incipit in ly.Qñ nõ Deus
volens iniquitatem &c.Sed iſta noſtra tranſ-
latio ipſorum.70. fuit confuſa vitio ſcripto-
rum apud Græcos, vt ait Hieronymus, & nõ
quandoque confudit ſententiam, vnde ſecũ-
dũ literam Hieronymi, clarior apparet ſenten
tẽtia & diuiſio huius pſalmi , in quo memo-
rantur iſtæ duæ ciuitates & fines earum. Vn
de eſt aduertendum, q̃ Dauid in ſpiritu prę
uidit diſcurſum huius ciuitatis Dei . Vnde
primo præuidit in ſpiritu,qualiter hæc ciui-
tas non poterat habere ſuam perfectionem,
niſi per aduenrum Chriſti, qui erat laturus
dicas

A diem & lucẽ, & per conſequens deſideriũ &
orationes profetarum & Patriarcharũ non
poterant audiri niſi per Chriſtum , in tẽpo-
re gratię , quia tunc debebant ſortiri effectũ
ſuum, & tunc tota ciuitas Dei erat niſura ue
ritatem legis per Chriſtum, quia in lumine
Chriſti omnes eramus uiſuri lumẽ, ut patet
per omnes profetas. Secũdo pręuidit quos &
quales ciues debebat Chriſtus in ſuam eccle
ſiam,& ciuitatem cõgregare,& quos & qua
les excludere . Tertio prædixit fines diuiſos
iſtarum duarum ciuitatum . Et ideo tria fa-
cit in hoc pſalmo: Nam primo, in perſona ec
cleſiæ illius ſtatus, orat vt ueniat Chriſtus
in carne ad uiſitandum ſuam ciuitatẽ,ut ora
tiones ſuę exaudiãtur, & in lumine diei Xpi
uideat ueritatem eorum, quæ latebant in le
ge veteri,Secũdo prędicit quos & quales ci-
B ues congregabit Chriſtus in eccleſia,& qua-
les excludet.Tertio prędicit diuerſa pręmia
& diuerſos fines harum duarum ciuitatũ.
Secunda ibi, Quoniam non Deus volẽs ini-
quitatem.Tertia ibi. Iudica illos. Prima iam
declarata eſt per ea quæ dicta ſunt.Nam di-
cit profeta in perſona totius eccleſię pro illo
ſtatu:O domine Ieſu Chriſte & Meſſia perci
pe verba mea auribus tuis benignis,& intel
lige clamorem meũ . Et ò rex meus & Deus
meus &c. Et ſubdit tempus opportunum in
quo eſt exaudiendus,dicens.Mane exaudies
uocem meã quaſi dicat . O domine veni in
carne & porta illum diem & mane gratiæ,
ut in illo exaudias uocem meam . Quia

*Mane aſtabo tibi & uidebo, quoniam non
Deus uolens iniquitatem tu es .*

C Mane.ſ.in tempore gratię, aſtabo tibi & vi
debo.i.habitabo tecum in eccleſia , & vide-
bo & contemplabor te.Et ſic uidebo oẽm ue
ritatẽ quæ latebat in nocte & umbra legis ,
quia tunc ambulabo ſicut in die, poſtquam
nox præceſſerit.Sequitur ſecunda pars.Quo
niam non Deus volens . In qua prędicit q̃
ſunt excludendi ab eccleſia . Secũdo qui ſũt
introducẽdi.ibi. Ego autem in multitudine.
Ad primum dicẽdum, q̃ quinq; cõditiones
hominum excludentur.ſiue erunt excludẽ-
dæ ab eccleſia in aduentu Chriſti . à quibus
petit liberari.ſ.malign. iniuſti. mẽdaces,ui-
ri ſanguinum,& homicidæ,& ſuſurrones, q̃
incitant ad effundendum ſanguinẽ.Et dolo-
ueneris ad congregandos filios diſperſos ad
eccleſiam, & ciuitatem tuam,non cõgrega-

bis malos,ſed bonos. Quoniam tu es Deus D
non uolens nec diligens iniquitatem, ed
æquitatem .

*Neque habitabit iuxta te malignus, neque
permanebunt iniuſti ante oculos tuos.*

Homo malignus non habitabit iuxta te
in eccleſia & ciuitate tua,nec iniuſti, & uio-
lenti , & petulantes manebunt ante oculos
tuos,eo quòd tu es iuſtus & æquus. Ideo

*Odiſti omnes qui operantur iniquitatem ,
perdes omnes qui loquuntur mendacium .*

*Virũ ſanguinũ et doloſũ abominabitur dñs,
ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ .*

Odiſti & abieciſti omnes qui operanſ iniq-
uitatem & iniuſtitiam. Item quia tu es ue-
rax, ideo perdes omnes qui loquuntur mẽ-
dacium,quoniam dominus abominabitur.i.
tanquã nullum omen & monſtrum abiiciet E
ab eccleſia,& domo ſua, omnẽ virũ ſangui-
num,& omnẽ doloſum Vnde nota q̃ officiũ
mendacis,eſt zizaniam & diſcordias ſemina
re. Ex quibus ſequũtur homicidia & effuſio
nes ſanguinis.Ideo per virum ſanguinũ non
ſolum intelligit homicidam, ſed omnem ſu
ſurronem,& ſeminatorem diſcordiæ,& cau
ſatorẽ effuſionis ſanguinis. Secundum offi-
cium mendacis,eſt alios decipere & defrau-
dare,& talis dicitur doloſus. Vnde hos.ſ.vi-
rum ſanguinũ & doloſum abominatur Chri
ſtus , & excludet ab eccleſia ſua, hic p̃ gratiã
& in futuro per gloriam Vnde hoc prędicẽs
profeta in ſpiritu, dicit: Virum ſanguinũ &c.
quia iſti tales pertinent ad ciuitatẽ & ſocie-
tatem diaboli.Ego autem.Hic incipit uerſus
in Hebræo & ſententia ſecundum ueritatẽ ,
ubi eccleſia ſiue populus Dei, & corpus my F
ſticum gaudet, & dicit ſe eſſe electũ à Chri
ſto, & introductum in eccleſiam, & non ab-
iectum & reprobatum , ſicut prædictę con-
ditiones hominum. Ideo dicit .

*Introibo in domum tuam, adorabo ad tem-
plum ſanctum tuum in timore tuo*

*Dñe deduc me in iuſtitia tua propter inimi
cos meos,dirige in conſpectu tuo viam meam.*

*Quoniam non eſt in ore eorum veritas,cor
eorum vanum eſt .*

Ego autem in multitudine miſericordiæ
tuę. i.ſecũdum multitudinem miſericordiæ
tuæ, quia elegiſti me,non meis præcedenti-
bus meritis: Introibo in domum tuam & ec-
cleſiam,et adorabo te ad templum ſanctum
tuum, viuendo in timore tuo filiali.Et ſic nõ
ero malignus,neq; iniuſtꝰ, neq; mẽdax,nec

uir

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vir sanguinũ nec dolosũ*. Ex his ostẽdit profecta, q̃ nõ, ex nostris meritis, sed ex sua benignitate & misericordia nos prædestinauit in hæreditatẽ suam, & ex misericordia nos elegit Deus ad ecclesiã suam, & præseruauit, & liberauit per gratiã, ne essemus maligni, nec iniusti, nec mẽdaces, nec viri sanguinũ, nec dolosi, quia non est volentis nec currẽtis, sed miserẽtis. ad Roma. 9 Et ideo subdit. Deduc me domine in via tua id est in lege tua euangelica, quæ est via ad vitam, & dirige viam meã, id est omnes actus & operationes meas in cõspectu tuo. ut ne deuient, nec recedant à voluntate tua, sed omnia fiant ſm legem & voluntatem tuã, & sint accepta in cõspectu maiestatis tuæ. Et hoc fac propter inimicos meos, s. diabolũ, & membra eius, qui cõtinuè pugnant contra me, & tentant & conant me

B decipere. & in peccatum deducere, & à via tua retrahere & sẽparare. Et hoc faciunt, q̃n non est in ore eorum veritas: Et sic volũt me dolo decipere, et etiam quia cor eorum uanum est, per superbiam & auaritiam, & sic volunt alios opprimere, & affligere.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.

Guttur eorum est sicut sepulcrum apertũ & patens, plenum cadauerum, emittens fœtorem intolerabilem, quia sic isti emittunt, & euomunt fœtorem blasfemiæ & mendacii. Et ideo dolose agebant, id est loquebantur dolo se linguis suis pollutis, vt me deciperent, & in ignominiam deducerent. Et ideo tu domine Iesu Christe deduc me in via tua, & dirige viã meam in cõspectu tuo, propter inimicos meos, vt non sim particeps in peccatis &

C moribus eorum, sed libera me ab eis, gratiã conferendo, quia sine te nec possum malum vitare, nec bonum agere, nec à persecutionibus inimicorũ liberari. Deinde subdit. Iudica illos Deus. Postquam superius profeta per modum orationis prædixit, qui erant eligendi per Christũ ad ecclesiam, & qui pertinent ad ciuitatem Dei, & qui ad ciuitatẽ diaboli, à quibus petiit liberari. Nunc in hac tertia parte prędicit diuersos fines harum duarum ciuitatum. Nam primo prædicit punitionem & supplicium malorum. Secundo præmiũ & fœlicitatem iustorum, ibi. Et lætentur omnes &c. Ad primum ergo dicit: O Deus postquã ciues diaboli sunt ita iniusti & maligni & mẽdaces, & dolosi, & blasfemi, ergo iudica & puni eos secũdum opera & demerita eorum. Et

Decidant à cogitationibus suis, secundum D *multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.*

Decidant à cogitationibus suis, vt nõ possint explere malas cogitationes & desideria sua, nec possint nocere iustis fidelibꝫ tuis. Et expelle eos secundum multitudinem impietatum eorum, quia non merentẽ habitare in hac tua ecclesia, per gratiam, nec in superna per gloriam. Et quoniam irritauerunt & cõtempserunt te, & legem tuam euangelicam. Et ideo sicut recesserunt à via & lege tua, ita non merentur peruenire ad eius terminum, quæ est vera & cœlestis beatitudo.

Et lętentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis.

Hic describit, & prædicit, & petit finem & præmiũ iustorum & bonorũ, s. hæreditatẽ & fœlicitatẽ in cœlo promissam. Vnde nota se-B cundum Apost. 1. ad Cor. 15. & Apoc. 21. q̃ tota gloria & præmium sanctorum erit, q̃a Deus, s. Christus Deus & homo, habitabit in hominibus beatis per gloriã. Et sic erunt oia in omnibus, quia per partem rationalẽ fruentur diuinitate, & per sensus corporeos fruentur humanitate. Et sic lætabũtur ab intra, & exultabũt ab extra. Et sic eorũ gloria erit perfecta: dicit ergo profeta O dñe lætentur lęti tia. & gaudio interiori & exteriori oẽs q̃ sperãt, & ponũt spẽ suã in te, & in ęternum exultabunt in videndo humanitatem tuam, & in tali exultatione laudabunt te, & talis exultatio proueniet eis, quoniam habitabis in eis, & ipsi in te, in ciuitate tua cœlesti.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. F *Dñe ut scuto bonæ uolũtatis tuæ coronasti nos*

Gloriabuntur & beatificabuntur oẽs qui diligunt nomẽ tuum, quia gloria eorum erit vt tu habites in eis, & ipsi in te. Et tota ista gloria proueniet eis, Quoniam tu benedices iusto, conferendo gratiam in hac vita, vt possit vitare malum & facere bonum. Et hęc gratia fuit, quoniam tu domine coronasti, & ualasti, & circuisti, & protexisti nos scuto bonę volũtatis tuæ, vt liberaremur ab omni malo & faceremus bona. Vnde hoc non habet homo ex meritis suis, sed ex bona uoluntate & gratia tua, quia non est volentis nec currentis, sed Dei miserentis, volentis hominem ad iustitiam eligere, & scuto bonæ uoluntatis vallare et armare. Temporaliter ergo potest exponi iste psalmus, vno modo, pfeticè, put

Dauid

A Dauid prædicet hæreditatẽ et ciuitatẽ Dei affligendã per inimicos, & tyrannos, & hęreticos, de quib. petit liberari. Secundo potest exponi pro quolibet martyre, quia cõmuniter iusti affliguntur à prauis. Tertio potest exponi in persona cuiuslibet defuncti, existentis in purgatorio, petentis ex illis pęnis liberari. Et sic legitur in agenda defunctorum.

PSALMVS VI.

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

Titulus ſm Hebræos: Ad victoriã in organis super octauam psãl. Danid. Secundum vero. 70. In finẽ. psãl. Dauid. pro octaua. Hieron. Victori, in psãl. Dauid super octã. Per su-

B prædicta patet cõcordia diuersitatis dicendi in hoc titulo. Nam oẽs explicãt q̃ Dauid fecit hunc psãl. Sed in Hebræo explicatur modus cantandi, quia cantabatur cum toto conatu, gradatim eleuando vocem, vsq: super octauã vocem, & ratio est. Nã hic psãl. habet 10. versus, ergo si in quolibet versu succesſiuè eleuabant uocem per punctũ, sequitur q̃ ascendebãt sup octauã, vsque ad decimum punctum, & hoc cum organis. 70. uero explicant psonam, ad quã nos dirigit iste psãl. s. in Christum qui est finis legis. Hic vero explicat etiam personam cui dirigitur iste. ps. s. ipsi Christo, qui intelligitur p Dauid mysticè, & secũdum interpretationem. Sed est inquirendum de materia huius psãlmi, de qua

C est etiam altercatio apud Hebręos. Nam quidam dicunt q̃ Dauid fecit hunc psãm. postquã cognouit se peccasse cõtra Vriã. Alii dicunt q̃ fecit hunc psãl. quando misit Deus illam ingentem pestilentiã per totã Hierusalẽ, pp peccatum numerationis populi, ut patet 2. Reg. 24. Et secundum hunc intellectum diuidunt hunc psãlmũ in duas partes. Nam in prima explicat Dauid suã deuotam petitionem, in secunda ibi. Dixe dite, ostẽdit se esse exauditum à Deo, & peccatũ sibi remissum. Et sic exponunt istũ psãlmũ literaliter prout Dauid petit, ne Deus arguat nec puniat ipsum cum furore, & petit misericordiam alle-

gando suam fragilitatem. Sed licet prædicta expositio sit satis cõueniens, & conformis literę huius historię, siue mysterii, tñ nõ explicat intentũ profetę, nec mysterium, nec clausum in illa historia, nec euacuat intelligentiam psãlmi secundum fidem catolicam, nec D aperit intellectũ Christianorum: quia si sic manet mere literalis, tunc erit inutilis, quia non diriget nos in Christum, & sic maneret inanis & vacua. Nã, non minus Dauid fuit profeta illustratus Spiritu sanctõ in hoc psãlmo, q̃ in cæteris. Et ideo non est sistendum in Literatura sola, sed oportet q̃ exponatur moraliter ad intentionem profetæ, & secundum intellectum ad quem legit ipsum ecclesia, ut uere in Christum dirigatur. Ad cuius intelligentiã est notandum, q̃ Dauid in illa pestilentia vidit in Spiritu totum mysteriũ peccati ipsius Adam, & qualiter propter illud peccatum, totum genus humanũ erat, & fuit uulneratum, & percussum pestilentia peccati originalis, & concupiscentia peccati mortalis: à qua pestilentia non poterat liberari, nisi per Christum. Vnde per hoc q̃ ange B lus ex præcepto Domini percussit totum populum à Dan vsque Bersabee, & interfecit. 70. millia virorum, intellexit mystice qualiter ex sententia Dñi, in Adã fuit percussum, & mortuum totum genus humanum per septem climata mundi, & oẽs. 70. linguas, morte corporali & spirituali. Et p hoc q̃ illa pestilentia durauit tribus dieb. intellexit in Spiritu, quòd pestilẽtia peccati Adę erat duratura per tres ætates, usq; ad Christum venturũ. Et p hoc quòd angelus apparuit ei in area Iebuzei, qui erat de populo gentili, & Deus præcepit quod ibi ędificaret altare Dño, ubi postea ædificauit templũ Salomon: Intellexit Dauid, & ꝓuidit in Spiritu, quòd ecclesia erat ædificãda & cõgreganda in populo gentili, & synagoga repudiãda. Itẽ p hoc quòd Dauid emit illam aream prętio. L. siclorum, F ꝓuidit in Spiritu, quòd pestilentia peccati nõ poterat aboleri, nisi à Christo, & prætio sanguinis quinq; vulnerum & flagellorum. Et per hoc quòd præcepit Dominus offerri ibi holocausta pacifica &c. præuidit qualiter nostrum peccatum nõ poterat remitti, nec poteramus Deo pacificari nec conciliari, nisi Christus rex pacificus offerret seipsum patri in cruce in holocaustũ pacificũ, pro toto populo. Et sic debebat nobis culpa dimitti, et etiã pęna pctĩ remitti, hoc ergo prędidẽs Dauid in Spiritu, in illo mysterio, fecit hũc p sãl. et dedit ipsum leuitis cantandũ cum toto conatu uocum, semp gradualiter ascendẽdo, et eleuãdo uocem usq. sup octauã, ad denotãdũ q̃ ille populꝰ clamãdo vocabat Xp̃m,

ut uc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ut ueniret ad delendā pestilentiam peccati, p̄ suam mortē et passionē, et remitteret nobis culpā ante octauam diem. Sante iudiciū. Et sic patet q̄ iste psal. dirigit nos in finem qui est Christus, cuius regnū fuit in octaua die. s. post resurrectionē. Et hęc est ꝓpositio quam aperit nobis in hoc psal. Ex quo patet q̄ non est tistendū in litera. s. Nā Dauid bene sciebat q̄ peccatū suū et peccatū totius mūdi nō poterat remitti nisi per Xpm, in cuius fide saluati sunt oēs antiqui, ut patet p̄ primū principiū ꝓpositū in prologo, tractatu. 3. Et ostendit magister 3. sententiarum. dis. 44. Est ergo dicendum q̄ Dauid fecit hunc psalmū nō solū in persona sui, sed etiā in p̄sona ipsius Adam, à quo traximus omnes infirmitatēs, et naturā corruptam, et oēs causas peccandi: et per consequens non solū fecit hūc
B psalmum in persona solius Adam, sed etiam in p̄sona totius corporis mystici. Et ideo dupliciter exponemus psalmū istū. Primo prophetice & mystice de peccato cōi totius mūdi, causato in Adā. Secūdo exponemus ipsum moraliter pro quolibet pecca. pēnit. agente. Ideo fm primam expositionē duo facit Dauid in hoc psal. Nam primo in persona totius corporis mystici petit, peccatum totius mūdi, per Christi aduentū aboleri. Secundo gaudet per Christū se esse redemptum: ibi. Discedite à me. Quantum ergo ad primū est notandū, quoniā sicut p̄ sententiā datam à Deo super populū Israel, propter peccatum Dauid, fuit punitus populus. Ita pariter per
C sentētiam datā in Adā, punitū est totū genus humanū, dicta est etiā sententia furoris & iræ, eo q̄ peccatū Adæ imputatū est omnib. posteris, tam masculis q̄ feminis, & oēs exules sumus, & ad duplicē mortē cōdemnati. Et sic oēs facti sumus filii iræ & filii vindictę: qua ira & vindicta nō poteramus liberari, nisi per Christū mediatorē Dei & hominū, vt ait monstrat Apost. per totam epist. ad Ro. & Galatas, & Hebræos: hoc ergo puidēs Dauid in Spiritu dicit. ODne p̄cor ne arguas me in furore tuo. i. ne dānes me fm iniam, quā in furore promulgasti in Adā, & in oēs eius posteros: neq. corripias me in ira tua, sed in misericordia. Sed miserere mei, filiū tuum in carne mittēdo, qui p̄ morte & passionem mitiget irā & furorē tuū, & liberet nos à sententia mortis p̄ te data, & nos tibi reconciliet. Et possunt ēt dirigi verba ista ad Xpm Deū & hoiem: dicēdo, dne Iesu Xpe miserere mei

D .i. subleua me ab hac miseria: qm̄ infirmus & vulneratus sum in oīb. potētiis, & fomite cō cupiscētiæ sauciatus, in tm̄ q̄ sū. pnus ad cadēdū in malū, & infirmus & debilis ad resistēdū. Et ideo tu dne q̄ es verus medic⁹ sana me in virtute passiōis tuę, & ecclesiasticorū sacramētorū. qm̄ ossa mea. i. interiora cōscientię, sunt turbata, & omnes vires sunt ablatæ.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Tota anima mea cū omnibus suis viribus est conturbata. Nā inuenio legē in membris meis repugnātē legi mētis, & captiuantē me in lege pcti. Et sic quod nolo illud ago, & qđ velle facē nō facio: à qua captiuitate & morbo huius corporis, nemo pōt liberari nisi grā tua: & iō sana me &c. Sed tu dne q̄ solus hoc facere potes, vsq. quo tardabis venire sup. Et
E vsq; quo differs aduentū tuū vt redimas nos? Et iō dne cōuertere. Nā tu fuisti auersus à nobis postquam fui electus à paradiso. Iō nūc.

Conuertere domine & eripe animam meā: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Cōuertere ad nos p̄ incarnationē, & eripe animā meā per mortē & passionē: & qa tu es Iesus & Saluator, iō saluū me fac: nō ꝓp meritū, aut iustitiā meā q̄ nulla est: sed ꝓp misericordiā tuā, quia tu es pius, & misericors, & innocens sine pcto: nō tu solus me potes saluare & mūdare. Et hoc fac, qm̄ si nō saluaueris me, descēdā in infernū in ppetuā mortē, vbi nō te potero laudare, qm̄ nō est in mor-
F te infernali qui sit memor tui. Nam in inferno quis confitebitur tibi? quasi dicat nullus.

Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectū meū, lacrimis meis stratū meū rigabo

Hic aliegat suā pniam & labores ut magis moueat Deū ad misericordiā & uenat ad faluandū genus humanū. Vñ est aduertēdū. q̄ iste hō mysticus postq̄ electus est cū furore à paradiso, semp pegrinatus est iter inimicos, tā visibiles, q̄ inuisibiles, à qb. passus est pscutiones & tribulationes. Nā dictū est q̄ diabolus ē caput Ciuitatis terrenę & Synagogę satanę: & oēs praui pagani sunt membra eius. Et sic p̄ se vel p̄ membra sua semp pscutus ē ecclesiā & ciuitatē Dei, vt patet p̄ oēs ętates ab Adā vsq; ad Xpm, & vsq; ad iudiciū. Vñ ciuitas Dei, hic iste hō mysticus, semp in gemitu cōtinuo laborauit in fletu, expectando Xpm, vt ueniret ad redimendū & liberādū

ipsum

A ipsum: ideo hic allegat laborem continuū, & gemitum suum, ut moueat Christum ad misericordiā & uenia: ideo dicit, ò dne Iesu Christe Messia in lege promisse, usque quo differs aduentum tuū? quia ab Adā hucusq; laboraui in gemitu meo, patiendo persecutiones. Primo tentationes diaboli. Secundo uexationes membrorū eius, quia occisus fui in Cain, & uexatus per aquas diluuii, & uexatus in Abrahā in Hur Caldæorum. Et sic peregrinando in terrā Canaā semper passus sum labores, in Abrahā, Isaac, & Iacob à Cananeis. Item fui afflictus in Aegypto p̄ 180. annos, postea fui afflictus in terra promissionis, tēpore iudicum, & regum, à finitimis. Itē fui captiuus in Babylonia per 70. annos. Et postea fui flagellatus per Antiochum tempore Macabæorum. Et diabolus & mēbra eius
B sępe expugnauerunt me à iuuentute mea, in corpore & anima vsque nunc. Et sic semper laboraui in gemitu meo, in tantum q̄ tā crebris laboribus afflictus, laui lectulū meū p̄ singulas noctes flendo & plorando, & rigaui stratū meū lacrymis meis affluētibus prę dolore. Et notanter dī per singulas noctes, & nō p̄ singulos dies: Nā totū tempus legis ue. ante aduētū Christi fuit nox & tenebra, quia nondū ortus fuerat sol iustitiæ. Et ideo totū genus humanum erat in nocte peccati. Ité nox in scriptura etiam sumit pro tempore aduersitatis. Et sic ciuitas Dei semper fuit in nocte pscutionū. Ité pes lectulum & stratū
C intelligit caro & sensualitas infirma, & fauciata in Adā, in qua tanquā in lecto iacebat ęgrota nra ęgrota & infirma. Et sic dicit Aug. q̄ magnus descēdit de cœlo medicus, quia magnus in lecto iacebat ægrotus. Sed Christus medicus tenuit lectulū nostræ infirmitatis, carnē assumendo, & in ea patiendo, & sanatus est ęgrotus. Hūc ergo lectulū, in quo iste homo mysticus rigabat & lauabat, flendo & gemēdo p̄ singulas noctes peccati & aduersitatis, expectādo medicū Xpm. Ideo subdit.

Turbatus est a furore oculus meus, inuectus est inter omnes inimicos meos.

Turbatus est oculus meus à furore sententiæ tuæ datæ in Adā, quia ratio erat turbata p̄ sensualitatē, & caro infirma, intm̄ q̄ iudicabat bonum malū, & malum bonum. Et licet cognoscat ueritatem, tm̄ non potest operari sine gratia dei, propter legem membrorum repugnātem, &c. Et sequitur. Inueteraui inter inimicos meos, q. d. quod in tali in-

D firmitate & peccato inueteraui captiuus inter inimicos meos, ab Adā usq; ad Christū.

Discedite à me oēs qui operamini iniquitatē, quoniā exaudiuit dās vocem fletus mei.

Hæc est secunda pars principalis, in qua ostendit se exauditum & sanatum per aduētum Christi. Ad cuius intelligentiam est notandum, q̄ Christus in suo aduētu multipliciter eiecit diabolum. Nā primo eiecit eum ab animabus hominū, per baptismum & pœnitentiā, in uirtute suæ passionis. Secūdo eiecit eū à corporibus obsessis. Tertio eiecit ipsum à toto populo gentili, in quo habitabat per idololatriā, de qua triplici electione dicitur Zaca. 13. In illa die erit patens fons domui Dauid in ablutionē pctōris & mēstruatæ. Et disperdam omnia nomina idolorū, & omnem spiritum immundum auferam. Ité
E Ioan. 12. Princeps mundi huius eiicietur foras. Et hoc est quod dicit hic Dauid in persona totius corporis mystici. O nos oēs qui operamini iniquitatē, tam diabolus, quam membra eius, discedite à me, quia licet diu in captiuitate, & pctō, & afflictione temeritis, tm̄ uenit iam Christus saluator & redemptor, qui uos eiiciet foras per baptismum & pœnitentiā & prædicationē. Et sic in me non habebitis amplius partē, qm̄ exaudiuit dns uocem fletus mei, & omnium Patriarchārū & proferarum, qui diu Christum expectauerunt. Ideo dictū est per Gabrielem: Exaudita est oratio tua, Lucæ 1. Item R̄ simon accepit Simeon à spūsancto, nō uisurū se mortē nisi prius videret Christū dñi, ideo cū tenuit eum in ulnis, dixit. Nunc dimittis seruum tuum dne, fm uerbum tuum in pace. Quia
F uiderunt oculi mei sa. tuum. Ité Zaca. dixit. Benedictus dns Deus Israel, quia uisitauit & fe. re. ple. suę. Item beata uirgo Maria dixit, Magnificat anima mea dominum. Quia suscepit Israel puerum suum, &c. In persona ergo omnium istorum iustorum, qui uiderunt aduentum Christi, & in persona totius ecclesiæ, dicit Dauid, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Et

Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.

Per aduentum suum. Est autem differētia inter orationē & deprecationē, nā p̄ orationē petimus nobis gratiā elargiri. Sed p̄ deprecationē petimus pctā remitti, aut ex aliqua tribulatione liberari. Et sic Christus suscepit orationem profetarum & ecclesiæ iustorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sorum, qui uenit in carne. Sed exaudiuit deprecationē, cum omnibus peccatis remisit, & diabolum foras eiecit. Et ideo sequitur.

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde uelociter.

Ad cuius intelligētiā est aduertēdū, q̄ quis possēdit tyranice aliquā possessionē, non eicit ab ea, nec priuat sine magna cōfusione & erubescentia. Et ideo diabolus q̄ possidebat totum genus humanum p̄ peccm originale et actuale, et populum gentilē p̄ cultum & idololatriā, nō sine grādi cōfusione et violentia eiectus est p̄ Xp̄m ab aiabus p̄ baptismū, & à corporibus obsessis p̄ nomen Iesu, & à populo gentili p̄ predicationem Apostolorū et baptismū. Et iō dicit hō mysticus per baptismum liberatus. Erubescāt et cōturbentur uehementer. i. cum erubescētia & cōfusiō

B né recedāt à me diaboli inimici mei, i uirtute baptismi Xp̄i, et erubescāt ualde uelociter .i. eiciantē uelociter, uehementi uirtute Xp̄i ab animabus & corporibus obsessis, et à populo gentili, quem p̄ idololatriā possidebāt. Et nōta q̄ diabolus nō solum recedit confusus, q̄a priuat̄ tali possessione, sed etiā q̄a detegit iniquitas sua, et detecta est p̄ Xp̄m. Itē magis etiā cōfundit̄, q̄a uidet q̄ homo p̄ baptismum et humilitatem est possessurus felicitatē, quā ipse p̄ superbiā amisit. Et ideo eiicit̄ cum grādi erubescentia et cōfusione, iō in catechismo dicit̄, Ergo maledicte diabole recognosce sentētiā tuā, et recede ab hoc famulo Dei. Et dā honorem o potenti Deo, & uero, et Iesu Christo filio eius, etc. Item dicit. Erubescant ualde uelociter, quia uelociter et in instanti eiicitur culpa per baptis-

C mum, et introducit̄ gratia. Item totum hoc p̄t̄ referri ad Iudeos inimicos ecclesie, et ad tyrānos persecutores eius. Vnde dicit ecclesia, Discedite à me oēs inimici mei, q̄m dās Iesus Christ⁹ exaudiuit deprecationē meā, & liberauit me de manibus uestris, etc. Ideo Iudæi Christi crucifixores, erubescāt & cōturbent̄, et confundant̄ cum uideant ipsum à mortuis resurrexisse, et in cœlum ascēdisse, et spiritum sanctum in Apostolos misisse, et Principes & Scribæ & Fariſæi cōfundant̄ et conuincantur ab Apostolis idiotis et simplicibus, ostendentibus et probātibus p̄ scripturas, Christum esse Deum et Messiā in lege promissum, et à mortuis resurrexisse. Hæc profecto prophetia fuit impleta Actu 2. et 3. et 4. ubi Petrus et alii Apostoli confuderunt D Iudeos et scribas, et conuersi sunt de populo 4. mil. Ideo subdit, conuertantur populi ad Christum, et Scribæ et Fariſæi erubescant et cōfundant̄ ualde uelociter. Item populi gētilium, cognita eorum deceptione, et uita uerietate cōuersi sunt ad fidē. Sed diabolus eiectus foras, ualde uelociter conuersus est retrorsum in infernum. Et Iudæi obstinati cōuersi sunt retrorsum cōfusi in sua cecitate et malitia. Et sic unusquisque cōuersus est suo mō cum erubescentia. Ideo ad fidē Xp̄i, uel ad cecitatē et malitiā. Tota ergo sentētia huius psal. est q̄ Dauid fecit hunc psalmū in p̄sona ipsius Adæ, à quo traximus oēs infirmitates, et naturā corruptā, et causas peccādi, et dirigit ipsum in Christum, ut ueniat ad sānādum ipsum, et totum genus humanum in hac septimana ętatū uitę nostrę, in qua est E misericordia cum iustitia, et non differat arguere ipsum in furore et in ira octauæ ætatis, cuiusq; ad uniuersāle iudicium, quæ dicit octaua ętas, in qua fiet iudicium in furore, et in ira, sine misericordia, contra improbos.

Sensus moralis amplificatio.

SEd quia finis Dauid in hoc psal. nō solū fuit prædicere profeticē uniuersālē remissionē peccatorum futurā per Christum, ut ostēsum est̄ secundum prædictā expositionem, sed etiam ut doceret nos agere pœnitentiā exēplo sui, cum in aliquo Deum offendimus, ut furorē et irā Dei mitigemus, et ueniā mereamur sicut ipse merut, Ideo p̄s iste, inter septē psalmos pœnitētiales primus p̄ ecclesiā dēsignatur. Et sic tripliciter F legit ipsum ecclesia, primo in diebus diebus ad matutinas, et principaliter ad sensum p̄ feticum, eo modo quo expositus est, ut nos in fide Xp̄i cōfirmet, et nos tā remissionem p̄t̄orum per Xp̄m recepisse, cum gratiarum actione lętificet. Sēdo legit in diebus festalibus quadragesimæ post matutinas, genibus flexis, p̄ pœnitentibus, inquantū nos docet agere pœnit. Et sic legit ad sensū moralē, ut De⁹ nobis dimittat culpā et remittat pœnā. Tertio legitur in legenda et officio defunctorum, ut Deus remittat pœnā existentibus in purgatorio, quibus iā per pœnitentiā dimissa fuit culpa, quia cum caritate decesserunt. Et ideo cōsentaneum arbitror istum psalmum moraliter exponere pro pœnitentibus, et ad deuotio-

A deuotionē fidelium, ut discant et cognoscāt discursum pœnitētiæ, eo q̄ hunc horū exponē dū suscepi ad instāriā simpliciū presbyterorū, et deuotionē fidelium. Ideo nō pigeat lectorē iterū moralē expositionem legere, q̄m hic psa. et cæter, referti sunt mysteriis, et multiplici tesauro sapiētię, ad quē hauriēdū et explēdum vires humanæ nō sufficiūt. Secūm ergo hūc intellectū primo est notandū, q̄ tam in mūdo q̄ in hoie cōputantur septē ætates vitæ, et operationis meritū vel demeriti. Nā prima fuit ab Adā usq; ad diluuiū. Secūda usq; ab Abrahā. Tertia usq; ad Moysē. Quarta usque ad Dauid. Quinta usq; ad destructionē primi tēpli. Sexta usq; ad Xp̄m. Septima usq; ad iudiciū. Ita in hoie prima ætas dī infantia Secūa puericia. Tertia adolescētia. Quarta iu-

B uētus. Quinta uirilitas. Sexta senectus. Septima decrepitas. Et sic istæ septē ętates dīntur septē dies mundi et hoiis. Et sic tps quod erit post iudiciū dī octaua dies mundi, et tps post mortē cuiuslibet hois dī octaua dies ei⁹. Itaque septē dies tā mūdi q̄ hominis dī tps operādi et merēdi. Sed octaua diex. s. post iudiciū vel post mortem dī tps puniendi, vel p̄miādi vnūquenq; prout gessit, ideo ait Xp̄s. Io. 8. Oportet operari dū dies est, uenit autē nox q̄n nemo poterit operari. Itē Aug. in enchiri dip dicit, q̄ tps acquirēdi uitā æternā, in hac uita tū Deus hoib. dedit, ubi uoluit p̄niam esse fructuosam, quia p̄t̄ homo deposita malitia, et mutata uoluntate simul opera quoque mutare. Sed post hanc uitam nulla erit uenia nec meritum. Sed pœna aut præmium.

C Ex quo patet, q̄ tps ab Adam usque ad iudicium dicit̄ tempus misericordiæ & pœnitētiæ, et totū tps uitę hominis usque ad mortē. Sed post mortem unicuiusque, siue post iudicium, nec est locus pœnitentiæ, nec misericordiæ, Sed iudicii et pœnæ pro malis, et fœlicitatis pro bonis, et ideo dies iudicii quæ dicit octaua dies mundi, non dicitur dies misericordiæ pro impœnitentibus, sed dies furoris et iræ, eo q̄ sine misericordia dicet̄ impœnitentibus et dānatis. Ite maledicti in ignē æternum. Ad idem tps post mortē impœnitentis dicit̄ dies furoris et iræ, quia non est amplius orandum pro eo, quia peccauit ad mortē, et decessit sine pœnitentia et caritate. Secundo est notādum, q̄ de iure naturæ sicut nullum bonum est̄ irremuneratum, ita nullum malum impunitum. Et ideo omne peccatū uel habuit puniri in hoc seculo per pœnitentiam, deleendo culpā, uel in alio per perpetuā pœ- D nam. Et sic qui in hoc seculo non delet culpam per pœnitētiam, oportet q̄ puniatur in alio seculo in æternum, pœna æterna, cū ira, et furore Dei, sine misericordia, quia tūc dicitur uictor. Ideo punitio peccati in hac uita dicit̄ punitio misericordiæ, punitio uero post uitā dicit̄ punitio iræ. Et sic sēper ē orandū ut puniamur hic p̄ misericordiā, ne differamus puniri in alia uita p̄ furorē et irā. Ideo Dauid orat infra psa. 12. Illumina oculos meos ne unquā obdormiā in morte, et dicat inimicus meus prēualui aduersus eū. etc. Itē Aug. Hic ure, hic seca Dñe, ut in æternū parcas, uidens ergo Dauid q̄ in hac uita est tūc pœnitentia fructuosa, et q̄ post hanc uitā non est misericordia prauis impœnitentibus, Ideo in hoc psal. orat Deum ut remittat sibi culpam in hac uita, in una istarū septem E ætatum. Et non seruet sibi punitionē in octaua diem. s. in iudicio, uel post hāc uitā, qui dicit̄ dies iræ et furoris. Ideo præcepit ipsū psalmum cantari cum instrō musico octo cordarum, per quod figurat totum discursus huius uitæ et seculi, usq; ad iudicium et diē furoris etc. Item præcepit ipsum cantari ad uictoriā uocum, ad denotandum quāto cum conatu debet p̄ctor inuocare diuinā misericordiā, ut sibi remittat culpā, et quō cum p̄ctor conuertitur, et obtinet ueniā, uincit̄ diabolus, et pœnitens remanet uictor cōtra diabolū, eo q̄ eiecit ipsum de anima sua, quam per culpam possidebat. Secundum ergo hunc intellectū est dicendum q̄ Dauid fecit hunc psalmum, ut ultra sensum propheticum nos moraliter dirigeret in finem, qui est Christus, et in finem uitæ nostræ, putā q̄ non moriamur cum ob- F stinatione et finali impœnitentia. Sed in hac uita conemur totis uiribus agere pœnitētiā, et semper inuocare diuinam misericordiā, ut det nobis locum et tempus pœnitētię, et ne differamus p̄niam in diem octauam. i. in diē mortis, et in diem iudicii. In quo duo facit. Nam primo dat ordinē p̄niæ. Secundo ibi, Discedite, ostēdens se exauditū, describit effectum pœnitentiæ q̄ est remissio peccati. Quātum ad primum est aduertendum, q̄ tres sūt partes pœnitentiæ. s. cordis contritio, oris cōfessio, operis satisfactio, ideo tria facit. Nam primo ostendit contritionem cordis. Secūdo confitetur peccatū. Tertio ostendit se fecisse satisfactionem. Secunda ibi. Miserere. Tertia ibi Laboraui. Quantum ad primum est

notan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A notandum q triplex sit iudiciū de pctō. Primum dicitur iudiciū pœnitentię. Secundum iudicium obstinationis. Tertiū iudiciū publicæ cōdēnationis. Primum sit in hac uita, ubi solum est locus pœnitentiæ, quia hic Deus ded, t potestatē sacerdotibus de tali iudicio pertractādo. Secundū iudicium fit post mortē pctōris, quia tunc si pctōr moriē obstinatus in pctō, tunc anima destinatur ad infernum, usq; ad diem generalis iudicii. Primū dicit iudicium misericordiæ. Secundum dicit iudiciū iræ, eo q peccator moritur in ira Dei. Tertiū dicitur iudiciū furoris eo q cū furore fiet executio peremptoria pctōris, ad pœnā æternā. In primo iudicio iudicatur in corpore & anima secundū quantitatē peccati, & ostēsionē cōtritionis. In secundo iudicatur in anima tm. In tertio uero in corpore & B anima ad pœnā ęternā. Et est talis lex, q qui iudicatur in hac uita iudicio misericordię & pœnitentiali, euadit secundū & tertiū iudicium. Sed qui non iudicatur in hac uita iudicio misericordiæ, oportet de necessitate q iudicetur iudicio iræ & furoris in die octaua, &c. Ideo Dauid cupiens uitare illa duo iudicia, scz iræ & furoris, petit iudicari in hac uita iudicio misericordiæ & pœnitētiæ, ideo ait: Dñe rogo ne arguas me iudicio furoris tui in finali iudicio, neq; corripias in ira tua post hāc mortem, quasi dicat, corrige me in hac uita iudicio misericordiæ & pœnitētiæ, & remitte peccata mea, ne arguas me in finali iudicio cū furore, & post mortē meā cum ira tua, ne moriar obstinatus, & hoc pertinet ad contritionem cordis. Vnde est primo notandum secundum Augu. q pœnitentia est quædā dolentis uindicta, puniens in se quod dolet cōmisisse. Ex quo patet q dolor peccati cōmissi præcedit in pœnitentia ipsa, qui quidē dolor dicitur cordis contritio, quę est prima pars pœnitētię, qui quidē quemit ex duobus. Nam primo peccator ex gratia pręueniente cognoscit se peccasse cōtra Deum summum bonū. Et sic detestatur & abominatur peccatum & conuertit ad Deū, & tūc cōsiderat pœnā sibi debitā ex reatu. Et sic incutitur ipli timor futuri iudicii, & ex tali timore, & ex amore Dei prorūpit in dolorē. Et sic ex duobus prouenit ei talis dolor. Primo ex ingratitudine commissa contra Deū. Secūdo ex timore diuinę uindictę, & iræ, & furoris diuini iudicii. Et sic cum tali dolore proponit amplius nō peccare. Sed precatur Deum ne puniat eum in ira & furore per iu- D stitiam, & sic proponit cōfiteri. Et ista est prima pars pęnitētię quę dicitur cōtritio. Ideo ait: Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, Secundo est notandum q ira & furor sunt animi passiones siue affectiones. Nā ira est appetitus uindictę, ex accensu sanguinis circa cor, propter paruipensionē, ut patet primo de anima, & lib. de motu animalium, furor autē est executio talis vindictę sine misericordia, propter iram. Ex quo patet q tales passiones non possunt poni in Deo formaliter, sed dicuntur tales passiones de Deo quasi effectiuè, & nō ut passiones, sed ut effectus, quia in iudicio dabit dānatis talis sentētia sine misericordia, qualis datur ab homine irato & furioso. Et sic talis ira & affectio non erit in Deo, sed erit ef- E fectus irę & furoris in dānatis, quibus dicetur. Ite maledicti, &c. Itē talis sententia non dabitur à Deo cum ira, sed cum summa iustitia, quā homo nō pōt exequi sine ira, quę dicitur passio. Et sic Angeli exequuntur tales sententias absque ira, ut inquit Aug. 9. de Ciui Dei. c. 5. quæ quidem materia declarabitur psal. 21. Et sub tali intellectu dicit Dauid. Dñe ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, & est quędā figura grammaticalis antropopatos, qñ passiones hominis attribuuntur Deo. Tertio est notandū propter hoc q dicit ne arguas, neq; corripias, q sępe in sacra scriptura ponunt ista quatuor uerba scilicet arguere, corripere, flagellare, & castigare, quę differunt ratione finis. Nā castigare idē est quod castum reddere, tertio Ethicorum. Flagellare idē est F quod propter aliquod flagitium castigare. Et sic finis flagellationis & castigationis est ut à uitio flagitiosus desistat, et conuertatur ad uirtutē, ideo nemo castigatur aut flagellatur ad mortem. Sed ut bonus fiat & uiuat. Ideo ait Dauid psal. 117. Castigans castigauit me Dominus. & morti non tradidit me. Ideo non moriar sed uiuam & narrabo opera Domini, &c. Sed arguere, ut plurimū, significat crimē mortis alicui improperare, et propter ipsum ad mortē destinare, et cōmuniter conuenit iudicio examinationis, ut patet psal. 49 Arguam te et statuam cōtra faciem tuā. Corripere uero dicitur ex cō eripio quasi simul rapere, et hoc conuenit cōdemnato ad mortem, quia simul rapitur et corripitur à tortoribus, et clauditur, et ducit ad

A ad tenebras exteriores &c. Et sic corripere dicit executionem ipsius criminosi, iam arguti & examinati, & rei: quæ quidē correptio nō fit sine ira & furore. Sed flagellatio et castigatio fit cū misericordia, quia non est ad mortem, sed ordinatur ad bonam vitam. Et sic Deus quadrupliciter cōsueuit flagellare siue castigare quosdam, vt eorum patientiam probaret, ut Iob. quosdā ad augmentum meritorum, vt Tobiam: quosdam ad custodiā virtutum ne in superbiā eleuent; vt Paulū: secundæ ad Cor. 12. quosdam ad pœnitētiā, & sic flagellauit & castigauit Dauid propter pctm Vrię, ut castum redderet: & flagellauit eum pp peccatū numerationis populi: vt patet. 2. Reg. vltimo. Et sic castigauit omnes pę nitentes: quæ quidem castigatio & flagella- B tio facta istis quatuor modis, dicitur facta cū misericordia: qa castigat Deus ad tēpus, ut emplat hoiem à morte ęterna. Et sic cōfessor est arbiter in foro pœnitentiali, & flagellat, & castigat pœnitentię pœna temporali, ut eruat ab æterna morte. Ex quo patet, q pœni. agere nihil aliud est, nisi causam suā ad iudicū & forū pœnitentiale deducere, & à iudicio futuro retrahere. Et ideo ait Aug. in libro de pœnit. & peccato, peccata sua defleat, & futurum iudicium per pœnit. prœueniat. Et sic pœnitere nihil aliud est quā futurum iudicium pueritire, & ab ira & furore futuri iudicij aufugere. Et ideo dicit Dauid. Dñe ne in furore tuo, &c. nihil aliud intendens dicere, nisi Dñe flagella & castiga me in hac uita per pœnit. & misericordiam, quocunque istorum quatuor modorum: ne corripias & C arguas in futuro iudicio in furore & in ira: qa sicut pœnit. agere nihil aliud est nisi a iudicio & foro iræ & furoris declinare, eo q pœnitentiā agens declinat à curia & foro furoris & iræ, ad curiā & forū misericordiæ, Ita nolle agere pęn. & in peccato obstinari, nihil aliud est nisi examē & pœnā eius, ad iudiciū furoris reseruare. Vnde ait Apos. ad Rom. 2. Ignorans qm̄ benignitas Dei ad pœni. te adducit: sm̄ autem duritiā tuam, & impœnitēs cor, tesaurizas tibi iram in die iræ reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddit unicuiq; secūdum opera sua. &c Ideo ait Augu. Domine, hic vre, hic seca, ut in æternum parcas. Et sic ait profeta. Dñe ne in furore tuo arg. &c.

Miserere mei domine quoniam. &c.

Hic ponit secundam partem pœnitentiæ quæ est cōfessio pctōrum. Et sic hic cōfitetur peccatū suum: dicens. Miserere mei &c. Ad D cuius intelligentiā est aduertēdū, q peccatū reddit totū hominē miserum pp duo. Primo qa infirmat aiam & totum corpus. Secundo quia contrahit animā quo ad oēs potentias. Primū patet. Nā pctōr est in ira Dei ad pœnā æternā destinatus. Et nō pōt esse maior miseria quā esse in ira Dei: sicut nō est maior felicitas quā esse in eius amore. Et sic quo ad totum expectat miseriam, & pœnam. s. quo ad corpus et animam. Itē ex luxuria & gula nō solū infirmatur anima, sed etiā corpus: hoc idem facit inuidia & odium, quia totaliter urunt carnem: otium autē torpere facit corpus. Et sic ex his peccatis proueniunt etiam infirmitates corporales, in corpus, & animā. Secundo peccatū inducit perturbationē, quia perturbat rationē & potētias, ne libere faciāt operationes suas, imo sunt omnes pronę ad E malū, & infirmæ ad bonū faciendū. Nam peccatū quod per pœn. nō deletur, mox per sui pondus in aliud trahit, vt ait Greg. quia ex malo habitu, peruertitur iudicium rationis, & iudicat bonum malum, & malum bonū. Et sic uoluntas trahitur ad prauum appetitū sensitiuum, & sic efficitur quasi bestialis, in tantum q in omnib. actibus suis dicitur miser. & infirmus, & conturbatus, immo puersus. Ideo ait hic Dauid, Miserere mei dñe. i. subleua miseriā meam, qñ infirmus sum in corpore: & in anima pp peccatum. Sana ergo me Dñe per sacramentū pœnitentiæ, culpam et pœnā relaxādo, et me tua gratia fortificādo: qñ cōturbata sunt omnia ossa mea, idest interiora mea, et uires meæ, et potentiæ tam sensitiuæ, quā rationales: et tota anima F mea. s. uita, et appetitus sensitiuus. s. tota sensualitas et uolūtas turbata est ualde, et ligata pp peccatū: quia huiusq; fuit auersa à bono incōmutabili, qui est Deus: et cōuersa ad bonū cōmutabile. s. ad mundum. Vnde est aduertēdū q sicut ossa sunt fundamētū totius corporis, ita ratio est fundamentū sustentās et regens totum hoiem: Et sicut fractis ossib. dicitur totus homo fractus et inualidus ita perturbata ratione, dicit totus homo perturbatur. Et sic pars rationalis hominis dicunt ossa totius hominis et fundamētum. Sed qa per peccatū infirmatur et perturbatur ratio, ideo dicit q infirmus sum, et cōturbata sunt omnia ossa mea. i. vires rationis. Et sic anima mea tota, quo ad omnes partes. s. quo ad sensualitatē, et vitā, et rationem, turbata est val

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de & infirma. Nã sicut homo infirmus redditur inualidus, nec valet se sustentare, sed frequenter ruit & cadit, & scandalizatur, & offendit à quolibet lapide & calculo, immo offendit oẽs lapides, ita hõ peccator ex vno pctõ, ruit & cadit in aliud, tanq infirmus, & inualidus, & turbatus. Nã ex gula & otiositate cadit in luxuriã: & ex luxuria in zelũ & inuidiã æmulosũ. Et sic ruit i odiũ & homicidiũ, & etiã in sortilegia & blasfemias & infidelitatẽ. Itẽ ex superbia cadit in inuidiã & odium, quia nõ vult pati maiorẽ, nec æqualem. Et sic ruit ad furta & homicidia &c. Itẽ ex peccato auaritiæ ruit in rapinã, & vsuram & simoniã, & inuidiam, & odiũ, & homicidium. &c. Ex quo patet, q peccatum reddit hominem miserum, & perturbat rationẽ &
B animam. Quæ quidẽ infirmitates non possunt sanari nisi per pœnitentiam: ideo ait, Sana me Domine quoniam infirmus sum. &c.

Sed tu domine vsquequo. &c.

Sed quia scit q nemo põt agere pœnitẽtiã nisi p misericordiã, & gratiã pueniẽtẽ, vt patebit infra. psã. 58. Misericordia eius pueniet me. Nã oportet vt Deus illuminet pec. vt cognoscat pctũ suũ, & detestetur ipsum: & cõuertat ad Deũ, & petat veniã: ergo oportet vt Deus prius cõuertat ad nos, donãdo istã gratiã puenientem bonã volũtatẽ. Nã Deus ꝓpter pctũ erat ante auersus à nobis. Oportet ergo vt prius ipse cõuertat ad nos dãdo talẽ gratiam, vt nos possimus ad ipsum cõuerti, dimittẽdo pec, & eligendo pœn. vt ait Hieremias Treno. vlti. Cõuertere Dñe ad nos & cõuertemur. Et ideo hanc gratiã desi
C derans Dauid, ait. Sed tu dñe vsquequo sup. differs dare mihi hanc gratiam, vt des mihi veniam: ergo cõuertere ad me dãdo gratiã, & eripe animã meam &c. Sed melius videtur mihi q ly vsquequo, nõ stet interrogatiue: sed ponatur pro aliquantulũ: sicut infra psã. 89. Cõuertere Dñe vsquequo, i. conuertere Dñe aliquantulũ, sicut habet alia translatio: & tunc ly vsquequo continuat sibi versum sequentẽ isto modo. Sed tu Dñe vsquequo cõuertere. i. aliquantulũ ad me: & ne auertas faciẽ tuã. Sed cõuertere aliquantulũ ad me, & libera, & eripe animam meam de manu Diaboli. & saltũ me fac ꝓ misericordiam tuam, à supradictis infirmitatib. peccatorũ. Nam si tu habes conuerti ad me, oportet q facias propter misericordiã tuã pueniẽtem, quia ex me nihil mereor, nisi pœnam ex pec-

D cato. Quia nullũ bonũ est in me, nisi tolum peccatum: ergo suppleat misericordia tua, & saluũ me fac. Quoniam nõ est in morte. Hic cõcordat cum supradictis in principio. Nam si homo nõ agit pœnit. in hac vita, sed differt eam vsq; ad octauum. i. vsq; ad mortem exeluiue, tunc tali impenitenti nõ debetur iudicium misericordiæ, sed irę & furoris in infernum: vbi non est locus pœnitẽtiæ: sed pœnæ æternæ & supplicii: qa ibi nullus põt esse memor Dei, nec cõfiteri Deũ, sed blasfemare ꝓ dolore pœnarũ, ut dictũ est. Ideo ait Dauid in plona cuiuslibet pœnitentis: O Dñe cõuertere ad me aliquantulum, dando gratiam, et eripe animam per pœnitentiam, ne descendã in infernum ad iudicium irę & furoris, quoniam nõ est aliquis q memor sit tui in morte. i. post mortem, nec in illa morte infernali. E
Nam in inferno quis cõfitebitur tibi? quasi dicat nullus, præ dolore pœnarum. Et etiam hoc dicit propter multos q differunt, & expectant agere pœnit. & cõdere testamentum in fine vitæ, & in morte, quãdo nõ sunt sui iuris, quia cõmuniter pdunt loquelã, & sensum propter infirmitatem corporalem, & sic nõ possunt esse memores Dei nec sui. Vnde etiã Deus nõ pmittit q tales agant pœnitentiam, nec vult eis dare gratiam in morte, eo q nusquam sunt recordati Dei in vita, vt ait Aug. in sermone de Innocẽtib. Hac animad
uertione inquam cõuitur peccator vt moriens obliuiscatur sui, q dũ viueret oblitus est Dei. Et ideo Dauid desiderat agere pœni. in vita, & petit gratiam & veniam, & cõfitet peccata sua i plona cuiuslibet pctõris dicẽs.

Laboraui in gemitu meo lauabo per. &c. F

Hic assignat tertiam partẽ pœnitẽtię, quę dicitur satisfactio: vt ostendat se egisse perfectam pœnitentiam. Nam postq primo ostendit cõtritionem, & doloré de peccatis, & petiit nõ argui in furore, nec corripi in ira furiosi iudicii, & cõfessus est se esse infirmũ, & turbatũ ex ęgritudine deccatorũ, & petit nõ differri pœnitentiam suam vsq; ad mortem, hic agit satisfactionem, uel ostendit iam fecisse. Ad cuius euidentiam est notãdum, q satisfactio vel habet fieri proximo, & sic nõ remittitur peccatum, nisi restitutum ablatum ipsi proximo. Sed licet sit restitutum ablatum adhuc manet satisfactio Deo faciẽda, quæ dicitur pœna, eo q peccauimus contra Deũ per superbiam, & rebellionem, transgrediendo eius præcepta. Et sicut peccauimus

A mus corde, & ore, & opere, ita oportet q tribus modis satisfaciamus. s. contritione, confessione, & restitutione. Et ideo talis satisfactio oportet q fiat primo p fletũ & gemitum cordis: ut inde veniat pietas & humilitas vnde præcessit iniquitas. Secundo per ieiunium ad puniendã carnem & animã. Tertio per orationẽ, vt inde egrediat laus & benedictio, uñ egressa fuit blasfemia, aut stultiloquiũ. & ualuquium. Quarto p eleemosynã, vt mitigemus Deũ aliquo munere, & vt pauperes deprecentur Deum, vt dimittat nobis debitũ peccati. Et sic dolore, & fletu, & oratione, & munere redimimus & soluimus debitũ peccatorũ. Et tunc pœnitentia dicit completa. Et hãc pniam dicit se Dauid cõpleuisse cũ ait. Laboraui in gemitu meo, q. d. dñe da mihi ve
B niã, quia iã cõpleui pniam. Primo p cõtritionem. Scdo per confessionẽ. Tertio per satisfactionẽ. Nam iam laboraui in gemitu & fletu meo, semp gemẽdo & plorãdo, & cũ lachrymis lauabo lectulum meũ in quo dormio, & per singulas noctes & dies rigabo stratum & pauimentum in quo iaceo: q. d. ꝓ diebus & noctibus semp dolleo pctã mea. Nã de nocte lauo lectulum meum in quo dormio lacrymis assiduis, & per diem rigo pauimentũ in quo iaceo, orando & plangendo. Stratum. n. dicitur à sternendo, ideo solum, terræ pauimentum, lateribus vel lapidibus. dicit stratum, ad denotandum q Dauid in pauimẽto terræ agebat pœnitentiam, in die flendo & plangẽdo, quod quidẽ stratum lacrymis suis rigabat. Etiam per lectulũ & stratũ põt intel
C ligi caro nostra: in qua tanquã in lecto & stramento iacet anima peccatoris infirma, quã carnẽ debet peccator macerare per ieiunium, & rigare ora per fletum &c. Sed dubitatur quare dicit primo laboraui in gemitu meo. Vnde ostendit se iam pœnitentiam egisse. Et postea dicit lauabo lectulum meum. &c. quasi promittens se facturum pœnitentiam. Ad hoc respondetur, q licet peccator egerit pœnitẽtiã perfectam de peccatis suis, p cõtritionẽ & cõfessionẽ & satisfactionem, tñ tenetur semper dolere, flere, & pœnitere, quotiescunque recordatus fuerit illius peccati. Nã si post actã pœnitentiam quis complaceret sibi fecisse illud peccatũ, tũc rediret sibi culpa. Ideo semper tenetur dolere, & pœnitere quandocũq; recordatur. vñ dicit Clemẽs in itinerario suo & beatus Petrus semper flebat peccatũ negationis Christi, quotiescũque recordabatur:

D intantũ q lacrymæ decurrentes, sulcauerãt genas ipsius Petri. Et ideo Dauid vt ostendat nos semper debere dolere & flere pctã, quoties in memoriã uenerit, dicit. Laboraui i gemitu meo. i. licet laborauerim i gemitu meo, & egerim pniam, tamen quoties recordatus fuero, semper lauabo stratũ & lectulum meum, & lacrymis meis stratum meũ. s. conscientiam meam rigabo die ac nocte, eo quia oculus conscientiæ, & orationis meæ turbatus est à furore, quia timeo futurum iudicium, qm̃ inueteraui & senui inter omnes inimicos meos dæmones: quasi dicat antiquatus sum in peccatis, non agendo pœnitentiã.

Discedite à me omnes qui operamini. &c. E

In hac secunda parte ostendit effectum & virtutem pœnitentiæ, quæ est remissio peccati. vnde tria facit pœnitentia. Nam primo impetrat gratiam. Secundo delet culpam, & mi
nuit pœnam. Tertio fugat diabolum tentatorem. Ideo Dauid videns ista tria sẽ fuisse per pniam consecutũ, ait ad demones tẽtatores, O vos dæmones inimici mei, q semp operamini iniquitatẽ hoies tẽtando, q nie diu alligatũ tenuistis, & ad interitũ deduxistis, & in diuersa scelera ꝓcipitastis, discedite & fugite à me, qm̃ iã exaudiuit dñs vocẽ fletus mei, pniam acceptando. Et dñs exaudiuit de precationem meam, culpam remittendo. Et oronẽ meã suscepit, gratiã cõferẽdo. Et iõ iã amplius peccare nõ ꝓpono, nec vos vltra sequi intẽdo. Sed fm gratiã mihi collatã, tentationibus vestris cõtraire decerno, nec amplius Deo ingratus esse uolo, q a uera pnia est, pctã præterita plangere, & plangenda iterũ nolle cõmittere. Et nota q ter nominatur hic dñs, ad denotandũ q tota trinitas concurrit ad re F
missionẽ peccati. s. omnipotentia patris, mia filii, & benignitas & illustratio spiritussancti. Nã illustratur peccator p gratiã præuenientẽ, vt cognoscat & detestetur ipsum. Et sic p talẽ inspirationẽ dolet peccasse & conuertit. Scdo filius offert patri suã passionẽ in ptiũ ꝓ peccatore. Et sic pater p merita passionis filii, remittit culpã, & etiã pœnam si dolor & cõtritio est uehemens, & ideo nominat Deus ter, ut tota trinitas cõprehendat. Erubescãt, Nota q diabolus tripliciter abiicitur ab anima peccatoris per pniam. Primo cum erubescentia & cõfusione, quia reputat sibi ad magnam confusionẽ, q viderat se victũ & confusum & expulsum ab homine, qui est minoris naturæ, et nobilitatis. Secundo abiicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cum magna vehementia & violētia, quia omnes uires adhibet, ne à domo quā diu possederat expellatur, & animam quā diu possederat deperdat & amittat. Tertio abicit cū grandi uelocitate, quia peccator qui diu inter peccata erat inueteratus & antiquatus, iustificatur in instanti per pœnitentiam. Nā in eodem instāti expellitur culpa, & introducitur gratia. Et sic diabolus quod per magnum tempus acquisiuit & possedit, in uno instanti perdit & amittit per pœnitentiam. Ideo dicit Dauid, & quilibet peccator pœnitēs. Erubescant omnes demones inimici mei cum uideant se cōfusos, & cōturbentur cū uideāt se uictos, & cum violēta abiectos, & erubescāt valde uelociter, cum uideant in uno momēto & instāti perdidisse, quod p longa tpa possederūt. Discedite ergo demones cōfusi & cōturbati uehemēter & uelociter, & violēter, & nunquā reuertamini. Et ideo caueat peccator postquā eiecerit peccatum, ne iterū uincatur. Nam cū immundus spiritus exierit ab homine, ex confusione & erubescentia uadit & assumit septem spiritus nequiores se, & laborat recuperare domū unde exiuit, nisi fortis armatus custodiat atrium animæ suæ, resistendo tentationibus cum humilitate & oratione, & ieiunio, & eleemosyna. Item ly erubescāt, pōt dirigi ad cōsocios peccati, quos in peccato habuit consortes & consultores & fauorabiles: ideo ait pœnitens. Erubescant & cōturbentur omnes inimici mei qui mecū erāt participes in peccatis, nam licet uiderentur amici propter societatem, tamen uerè erant inimici, eo quòd ad interitum & mortē peccatorum me deducebant, & in peccatis fouebant. Ideo postquā me uiderint per pœnitentiam conuersum, erubescant manere in peccato, & conuertantur exemplo mei, & agāt pœnitentiam, & erubescant valde uelociter, ne amplius maneant in peccato. Et si uolunt cōuerti, erubescant & cōturbentur, & cōfundātur in peccato suo. Et hoc de sensu morali. Sed quia iste psalmus legitur in agenda, & officio defunctorū, ideo ex prædictis lector poterit ipsum applicare ad animas fidelium defunctorum existētes in purgatorio, qui cum pœnitētia & caritate decesserunt, sed ibi propter peccata oblita, aut iniunctam pœnitentiam non impletam ad tempus detinentur. Vnde orat ecclesia ad Christum caput suum in persona cuiuslibet istorum, dicens, Domine Iesu ne arguas & corripias me in furore tuo, & in ira tua dest si ex meis demeritis me ad hanc pœnam temporalem per cētum annos destinasti, non me uelis punire in furore, secundum sentētiam latam, sed Miserere mei, pœnam taxatam remittendo, quoniam infirmus sum in hoc purgatorio. Et ideo sana me per misericordiā. i. adhibe merita tuæ passionis, & offer ante patrem, & solue pro me. Et sic conuertere ad me aliquantulum, & eripe animam meam ab his pœnis: quoniā non est in morte qui memor sit tui. i. dū existo in hac pœna, non possum me redimere, nec eleemosynas elargiri, quia iā nō sum pure uiator. Et ideo supple tu per miam tuam & passionem. Nā quis poterit confiteri tibi in inferno? quasi dicat nullus, præ dolore pœnarum, & ideo absolue me ab hac pœna, & duc me tecum in cœlum, & ibi te laudabo. Et iō anima iā liberata per talia suffragia dicit ad demones qui eā torquebāt. Discedite à me qm̄ dñs exaudiuit oēs orationes ecclesiæ, pro me factas, & suffragia acceptauit, ideo erubescant &c.

B

C

D

Ex toto isto psalmo possunt recolligi 8. conclusiones.

Prima conclusio, quòd octaua dies hominis quæ est post mortem, non est tempus pœnitentiæ sed furoris.

Secunda conclusio, q̄ octaua dies mundi, quæ erit in iudicio, non erit tēpus ueniæ, sed furoris pro obstinatis.

Tertia cōclusio, q̄ iudicium pœnitentiale quod fit in hac uita, dicitur iudicium misericordię, eo q̄ imponit sōlam temporalem pœnam, & absoluit à pœna æterna.

Quarta conclusio, q̄ post hanc uitam non est iudicium misericordiæ, sed iræ & furoris, destinans ad pœnam æternam, ex quo patet q̄ qui in hac uita non iudicatur iudicio pœnitentiali & misericordiæ, iudicatur iudicio iræ Dei & furoris, post hanc uitam.

E

Quinta cōclusio, q̄ qui in hac uita agit pœnitentiam, mutat cām suā, & declinat à iudicio furoris, & iræ Dei, & dānationis, ad iudiciū misericordiæ. Et per oppositū qui nō agit hic pniam, declinat à iudicio misericordiæ ad iudicium iræ, & furoris, & damnationis.

Sexta conclusio, q̄ tres sunt partes pniæ quas Dauid ostendit in hoc psalmo. s. cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio.

Septima conclusio, q̄ peccatū multiplicitер perturbat rōnem, & dissipat totus corp⁹.

Octaua conclusio, quòd diabolus per pœnitentiam confusus, recedit ab homine, quia per-

A perdidit animam hominis, quam ex peccato possidebat.

PSALMVS. VII.

Domine Deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me & libera me.

Titulus communis. In fine, psalmus Dauid, quem cantauit dño, pro uerbis Cusi filii gemini. In Hebræo aūt, Ignorātia Dauid quā cecinit dño super verba Cusi filii gemini, secundum Hieronymum autē, pro ignorātia quā cecinit dño, super uerba Aethiopis filii gemini. Ex interpretatione Hiero. patet, q̄ ly cusi, nō est nomē proprium sed appellatiuum, & interpretatur niger siue Aethiops, per quod intelligitur Saul filius gemini. i. de filiis Beniamin. Ad cuius intelligentiā est secundo notādū, q̄ postq̄ Dauid euasit de manu Saul, & declinauit in Nobe ab Achimelech, & refectus est ab eo panibus propositionis, & accepit gladium Goliath, fugit inde ad Achis regē Geth, & inde ad spelunca Odolam, ut patet primo Reg. 21. tunc Saul cōgregauit oēs contribules & sequaces, & in deserto rama, hastā in manu tenens, locutus est omnibus, dicens. Audite me filii gemini, nunquid filius Isai dabit uobis agros, aut uineas, & faciet vos tribunos, quia cōiurastis aduersum me, &c. Vnde tūc Doech Idumæus dixit sibi corā oibus qualiter viderat Dauid in Nobe, & qualiter Achimelech dederat sibi panes propositionis, & tradiderat gladiū Goliæ, vñ tūc Saul præcepit trucida ri Achimelech sacerdoté cū tota domo sua, & incendi totā ciuitatem, & pronūciauit Dauid proditorē, qui coniurasset contra eū, &c. B Ex quo patet, q̄ Saul in illa locutione coram toto populo accusauit Dauid de falso crimine cōiurationis, & malipolii, & proditionis, de quibus omnibus Dauid erat innocens & ignorans. Ideo Dauid tribulatus de morte tā cerdotum, & de falso crimine sibi imposito per Saul, fecit hunc psalmum, allegādo ignorantiam & innocentiam suam, & cātauit ipsum coram dño. Sed restat dubium, quare Saul appellatur Cusi. Ad quod respondetur, quòd eus siue cusi interpretatur niger. Ideo Aethiopes dicunt cusi, qa nigri. Vnde Saul hic dicitur niger, non à nigredine corporis, sed à nigredine animæ, quia fuit denigratus odio, et liuore inuidię contra Dauid absque ratione, & datus in obstinatum & reprobum sensum contra Deum, & conscientiam suā, persequendo Dauid, ut patet per discursum libri secundi Reg. Et sic intitulat̄ niger nigredine peccati. Nam mos & consuetudo Iudeorum est, ut omnem rem malam, & puersam, & nociuam appellent nigram. Et sic dicunt istam nigram feorem, istum nigrum Christianum, &c. Est ergo sensus quod Dauid fecit hunc psalmum allegando ignorātiam & innocentiam suam, propter verba comminatoria ipsius Saulis, ira & inuidia denigrati cōtra ipsum Dauid. Et sic secundum ista historiam & intellectum Iudęi moderni glossant hunc psalmum de ipso Dauid literaliter. Sed in veritate non est insistendum præcisè in tali expositione literali, quia non explicat intelligētiam prophetę, nec fuit ista præcisa eius intentio, vt sæpius dictum est, nec sunt tacēda mysteria quę latent in hoc psalmo, nec omnino cōuenit litera sequenti, cum præfata expositione. Nā Dauid non consueuit petere vindictam; immo orare pro Saul, nec peteret iudicari sēdm innocentiam suam, quia nullus excusatur à peccato, immo ipse rogat Deū ne intret secū in iudiciū, psalmo 142. Et ideo est dicendum q̄ Dauid p supradicta uerba Saulis, & p falsa crimina sibi imposita, prænidit in spiritu qualiter synagoga & populus Iudeorū, erat denigrādus ex inuidia, cōtra Xpm. Et q̄so debebat imponere sibi falsa crimina, dicens. Hic dixit, possum destruere templum Dei, & in triduo reædificare illud. Et q̄ commouit totum populum à Galilea usq; in Hierusalem. Et q̄ fecisset cōiurationem cōtra Cæsarē, vt se regē faceret, &c. Et prænidit etiam Dauid quomodo per talia falsa crimina, ille populus erat Christū crucifixurus. Sed propter illud peccatum in fine erat destruendus & dispergendus. Sed Christus erat resurrecturus & in cęlum ascensurus & regnaturus. Et de hoc mysterio fecit hunc psalmum, & tradidit ipsum leuitis publicè cantandum in templo. Ex quo patet, q̄ Dauid fecit istum psalmum pro Christo & ecclesia. Nā si tantum fecisset cum de seipso, tunc non præcepisset ipsum publicè in templo cātari, nisi inquantū cōtinet prophetiā de Xpo & ecclesia, vt sæpius dictū est. Est ergo sēsus huius tituli, q̄ Dauid fecit hūc psalmū pro ignorātia & innocentia Xpi Messiæ futuri, super verba Cusi. s. crimina falsa ipsius populi Iudaici, peccato inuidiæ denigrati & obstinati, qui Xpm falsō de supradictis criminib⁹ accusauit, siue falsō erat accusaturus

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum dico filii gemini. s. filii asini nō filii dextere. Nam gemini est æquivocum ad asinū, & ad dexteram. Nam licet ille populus fuerit filius dexteræ, inquantum viuebat in fide Christi Messiæ futuri, tamen postq̄ nō receperunt ipsum in suo aduentu, iā nō dicuntur filii dexteræ, sed filii asini. i. sine sensu & intellectu legis & prophetarū, imo ceci & filii seruitutis, quia dorsum eorū semp est incuruatū, sicut asinus ad onera portāda. Et sic iste psalmus explicat Christi innocētiam, & punitionem Iudæorum propter falsa crimina, quę Christo imposuerūt. In quo psalmo Dauid introducit Xp̄m loquentē & excusantē se apud patrē de falso crimine sibi impositō, in quo quatuor facit. Nā primo petit liberari de psecutione Iudeorū p resurrectionem. Secundo allegat suā innocentiā. Tertio petit vltionē de Iudæis. Quarto ꝓmittit se agere gratias. Secunda ibi. Dñe si feci istud. Tertia ibi. Exurge dñe. Quarta ibi. Cōfitebor domino. Quātū ad primū ergo Xps vt homo dicit ad patrem. O dñe per regimen vniuersale, & Deus meus per creationem secundum humanitatem, & spiritualē obedientiā. Ego semper in te speraui, omni humano auxilio postposito, ideo salūm me fac in capite & in membris, & libera me ex omnibus Iudæis p sequentibus me. Libera dico in capite per resurrectionem. Et in membris, eripiendo ecclesiam à tyrannis & infidelibus.

Nequando rapiat ut leo animā meā. dū nō est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Nequando. i. ne aliquando leo s. diabolus aut infernus rapiat animam vt leo, & ipsam retineat sicut cæteros peccatores; dum, pro, postq̄, vel quia, non est alius qui redimat genus humanum, neque qui saluum faciat ipsum, nisi tu principaliter qui es Deus & creator. Et ex cōsequenti ego per mortem & passionem, in virtute diuinitatis. Nam si ego nō essē liber, nō possem aliquos saluare, nec p aliis pati. Et ideo oportet ꝓ sim solus inter mortuos liber à peccato, & per consequens ab inferno, & quòd suscites me vt possim cōmunicare membris meis merita passionis, & beneficium resurrectionis.

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meā, & cōprehendat, & conculcet in terra uitam meam & gloriam meam in puluerem deducat.

Hic allegat suā innocētiā & se esse liberū ab omni pēcato, nō solū ab his quę sibi Iudæi imposuerunt, sed simpliciter ab oi peccato, ideo ait, Domine Deus si ego feci istud peccatū & crimen quod mihi imponit à Iudæis. s. ꝓ prohibuerim dari censum Cesari, & sim blasphemus &c. & si sit ēt quæcunque alia iniquitas, & iniustitia, & peccatū in manibus & operationib⁹ meis, & si reddidi mala Iudæis retribuentibus mihi mala pro bonis, quia ego sānaui filios eorum, & mortuos suscitaui, & viā salutis eis ostendi, & ipsi pro talibus bonis retribuunt mihi mala, falsa crimina imponendo, si talia ergo egi, Decidam ex tali merito inanis, & victus, & vacuus ab inimicis. Sed hic vī dubium. ꝓ Christus velit adiurare seipsum & periurare, quia vī ꝓ hoc sit cōtra dignitatem suam & reuerētiā. Et ideo est notandum ꝑm Aug. ꝓ passio Xpi ideo fuit tantæ efficaciæ & virtutis ad redimendum hominē, & delēdum omnino peccatum, quia fuit in homine innocente & libero ab omni pēcō, quia aliter fuisset inanis & vacua illa passio, nec Christus potuisset vincere diabolū, si primo ipse fuisset victus, & seruus diaboli p peccatum, & per consequēs nō potuisset nos liberare, nec seipsum. Nā vt ait Aug. cōtra Arrium. Si verbū diuinū esset factum & creatū, nō potuissent oia fieri p ipsum, quod est cōtra illud. Oia per ipsum facta sunt. Ita pari rōne, si Christus verbū, caro factū, fuisset obnoxius pēcō, tūc nō potuisset alios liberare. Ideo hic tē ostendit liberum ab omni pēcō, & sub typo & figura admirationis, & pœnæ rei, ostendit ꝓ si esset peccator, eecidisset inanis, & victus, sine fructu passionis. Nā dictū est in prologo, tractatu primo, ꝓ quilibet profeta habet suā linguā, & modum proprium loquēdi, inter quos Dauid habet extraneum & exquisitū modū loquendi. Nā prædicit futura mysteria de Xpo & ecclesia, q̄q; per verba de prę tertio, propter certitudinem profetię, q̄nque per modum orandi, ad ostendendum ꝓ omnia facit pater p filiū, q̄nque loquitur per modum adiurationis, vt ostendat ꝓ si Christus fuisset peccator & reus, in his quæ sibi imponebant, tunc sua passio non fuisset efficax ad delenda oia pēcā. Est ergo sensus: Dñe si feci istud qđ mihi imponitur, & si esset iniquitas, & aliqđ peccatū in manibus meis, & nō essem liber ab omni pēcō, tūc decidissem inanis

inanis & victus ab inimicis, quia nō potuissem superare diabolum. Et passio mea esset inanis & infructuosa, quia tunc inimicus, scilicet diabolus, persecutus fuisset animam meam, & conculcasset animam meam in terra, calce peccatorum, sicut vitam aliorū hominum conculcauit. & tūc tota gloria mea & fama esset deducta in puluerē & ad nihilum, sine fructu redemptionis. Et sic ista verba supradicta non sunt intelligenda ad sensum quē faciūt, sed ad sensum in quo sunt, sicut dictū est in prologo, tractatu tertio, & regula sexta. Vnde ꝓsera p modū aduerationis prædicit puritate & innocentiā Christi, per quam meruit destruere nostra peccata.

Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

In hac tertia parte petit vltionem. Vnde est notādum secundum Hilarium & Aug. ꝓ Christus filius Dei oia quæ facit per se, attribuit patri, eo ꝓ non solū inquātum hō, sed inquātum Deus quicquid habet, habet à patre. Nā inquātum Deus ab ęterno quicquid habet nascendo accepit, & inquātum homo ex tpe, in incarnatione accepit omnē virtutē à patre; ideo quicquid facit attribuit patri, & sic dicit Doctrina mea nō est mea, sed eius qui misit me patris, &c. Ioan. 7. Et ideo Christus, quia loquitur hic inquātū homo, & resurrexit in virtute diuinitatis; Et iō hāc resurrectionem & virtutē attribuit patri, iō ait ò dñe pater. Exurge. i. fac me à mortuis resurgere. Exurge dico, in ira cōtra Iudęos & obstinatos: nā resurrectio mea erit gaudiū & gloria fidelibus. Sed infidelibus erit ira, & mors, & punitio. Ité exurge quia hucusque sedisti, expectādo populum Iudaicum p 40. annos post passionē meā, sed qa mālerūt obstinati et ad prædicationē apostolorum noluerunt cōuerti, ideo exurge in ira tua contra eos. Primo tpaliter eos destruendo, & per mundum dispergendo. Et secundo æternali ter condēnando. Et exaltare. i. ostende potētiam & rigorē in finibus inimicorum meorum Iudæorū, eos ab omnibus finibus terræ promissionis exterminando, & expellendo, & trucidando per exercitum Romanorum.

Et exurge dñe Deus meus in præcepto quod mādasti, & synagoga populorū circundabit te.

In Hebræo habetur promissum quod ꝓmisisti. s. per profetas, per quos prædixisti punitionem Iudæorum. Et ēt ista pōt esse vox ecclesiæ ad Christum, dicentis, Exurge dñe Iesu Christe in præcepto quod ꝓmisisti, qñ fleuisti super Hierusalem, dicens. Circūdabunt te inimici tui vallo, & non relinquent in te lapidē sup lapidē. Lucæ 19. q. d. imple illud dictum, & profetiam quam ibi dixisti, & māda & præcipe Romanis, vt veniāt contra Hierusalē ad vindicanda mortem tuam, quia synagoga, id est congregatio omnium populorum gentilium circundabit te, & venient tecum ad destruēdam Hierusalē. Itē synagoga, id est congregatio omnium populorum, scilicet Romanorum & aliorum gentilium circundabit te, in verum Messiam recipiendo, & sic Iudæis reprobatis & abdicatis, dabis hæreditatem gratiæ & gloriæ populo gentili ad fidem conuerso.

Et propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos.

Propter hāc synagogam, i. ecclesiā, ex populo gentili congregatam, regredere ad ꝓtegendum eam. Vel etiā regredere in cęlum vnde descendisti propter hanc ecclesiam populorum ad fidē cōuersorum, vt des eis hæreditatē in regno cęlorum, quia tu, sūpple, es dominus qui iudicat populos. i. ad quem pertinet iudicare populos, & dare vnicuiq, secundum opera sua. Dñs iudicat. Hic proprie incipit versus & sentēria in hebręo. Vt de ait Christus ad patrem. O pater quia tu es ille dominus, qui iudicas populos, ideo

Iudica me domine secūdum iustitiam meā, & secundum innocentiam meam super me.

Quasi dicat, tu scis iustitiam meam, quia nulli iniuriam feci, & tu scis innocentiam meā, quia nulli nocui, ergo fac vt opera mea mereantur, & nō permittas me amplius iniustē pati, sed redde mihi præmium iustitiæ & innocentiæ meæ. Et fac ut consumatur & destruaē nequitia peccatorum iudęorum, vt cum viderint me iam surrexisse, & in cęlos ascēdisse, & iudiciariam potestatē super omnes accepisse, tunc confundatur & conteratē nequitia & malitia eorum. Item confundatur nequitia eorum, cum. i. quoniā tu qui es Deus scrutās renes & corda hominum, diriges iustum filium tuum in cęlo, & etiam qī diriges ecclesiam tuam & prosperabis in terra. Item tu qui es Deus iustus scrutans corda & renes, & scis iustitiam & innocentiam meam, nosti malitiam eorum, ergo fac vt

Consumetur nequitia peccatorum & diriges iustum scrutans corda & renes Deus.

Eorum consumetur nequitia, & diriges

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iustum, idest exaltabis Christum tuum cum sua ecclesia, & hoc facies, quia semper speraui in te qui es.

Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde.

Ex his verbis patet, q̄ iste psalmus nō potest exponi precise pro Dauid, quia ille nō potest dicere iudica me secundum iustitiam & innocētiam meam, quia hoc soli Christo conuenit, qui nūquam peccauit, nec potuit peccare. Et nota q̄ Christus nō solū petit hic vltionem pro se cōtra Iudæos, sed ēt p̄ membris suis cōtra tyrānos persequētes ecclesiā, quę tota simul, ratione capitis, & perfectorū membrorū, dr̄ columba sine macula in canticis, & dicitur nō habere maculā neq; rugā. Et ideo pōt esse vox ecclesiæ, ad Xp̄m caput suum dicentis. Exurge domine in ira tua cō
B tra Iudæos, & ciuitatem Hierusalē in præcepto quod mandasti & prædixisti. Lucæ 19. quando fleuisti super ciuitatem Hierusalē, & dixisti. Circundabunt te inimici tui uallo, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Veniant ergo Romani & tollāt & auferant eis locum, & gentem, ac sacerdotium, & destruant ciuitatem & templum &c. Etiā destrue tyrannos, & prosterne populū gentilem à superbia sua, &c.

Deus iudex iustus fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies?

Hic exhortatur Iudęos & gentiles & omnes peccatores ad pœnitentiam, sub comminatione, quæ est principalis intentio huius psalmi. Vnde dixit, ò Iudæi peccatores, licet Deus sit iustus in iudicando, & patiēs in expectando peccatorem ad pœnitentiā, tamen
C nunquid irascitur per singulos dies? i. nunquid videmus quod quotidie irascitur, & cū ira punit impœnitentes & obstinatos, sicut puniuit Farāonem, & Saulem, & Achitofel, & multos alios? quasi dicat sic. Et ideo dico vobis Iudæis, quod

Nisi cōuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum.

Nisi cōuersi fueritis ad Messiā Christū, & receperitis eum, cauete, quia iam gladiū suum vibrauit, id est exercitum Romanorū cōtra vos præparauit, & arcū suum & sententiā iræ tuæ præparauit, & tetendit cōtra vos.

Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Et in eo parauit sagittas suas, quæ sunt vasa & instrumēta mortis, & sagittas suas effecit similes fulminibus ardentibus, quasi dicat, Deus est paratus ad mittēdum fulmina iræ & sententiæ suæ contra vos. Cōuertimini ergo quia satis vos per 40. annos expectauit, aliter autem mittet cōtra vos sententiā, quam præparauit. Vnde nota q̄ sicut homo quando procedit ad bellum, vel quādo vult ferre feram, primo in domo extendit arcum seu balistā, & postea ponit sagittam, & quādo videt opportunitatem trahit & ferit Ceruum, ita pariter Deus, primo per aliqua tempora expectauit Iudęos, sed quia vidit q̄ nō cōuertebantur, incepit vibrare gladiū suum, conuertendo Hierusalem, immittendo seditiones & bella intestina: imo ēt visus est gladius igneus per annū supra Hierusalē, vt ait Iosefus. Sed videns Christus q̄ nondum etiā conuertebantur, permisit vt rebellaret ciui
E tas Hierusalem cōtra Neronē, & tunc Nero incepit tēdere arcum suū & præparare exercitum contra Hierusalem, & misit ducē Vespesianū. Sed postquā Vespesianus factus est imperator, & Titus sū⁹ filius mālit dux exercitus, & incepit obsidere Hierusalem, tūc incepit ponere sagittas suas in arcum. Sed cōpletis 42. annis post passionē Christi, videns Titus obstinationem Iudæorum, tunc sagittas suas similes fulminibus ardētibus effecit, & totaliter euertit & incendit ciuitatem. Effecit etiam sagittas suas ex fulminibus siue ferris ardentibus. Quam obsidionem & vastationem præuidens Dauid subdit.

Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem.

Ecce parturit. i. licet Deus istum populū ad pœnitentiā per multa signa inuitasset, vi
F brādo gladium comminationum, & tendendo arcum, et ponendo sagittas vt dictū est, tū ipse populus in sua malitia accecatus, simul & semel concepit dolorē & odium contra Christū, ita semper parturiuit iniustitiā, apostolos pse̊quēdo, & cōtinuo peperit iniquitatē in sua obstinatione pseuerando. Et sic

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Lacum aperuit, quando contra Imperatorem rebellauit, & sic ipsemet procurauit sibi causam sui interitus. Et sic incidit in foueam quam fecit, quia ipsemet se vallauit et inclusit in festo paschæ, vt ait Iosefus, & ibi periit totus populus. Et sic

Conuertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Conuer-

A Cōuertet & conuersus est dolor, & destructio eius in verticem ipsius, id est in Hierusalē, quæ erat vertex, & caput totius Israel, & terræ p̄missionis. Et sic iniquitas eius descēdit in verticē ipsius. i. in Hierusalē. Sed totū ēt hoc pōt referri ad excidiū spūale. Vñ posset quis quęrere, vnde accidit illi populo tale exterminiū et excidiū. Respōdet p̄seta dicēs, quia accepit doloré et odiū cōtra Christū dolore inuidiæ. Et iō frequēter parturit iniustitiā, ipsum Christū accusando et persequēdo, et falsa crimina imponēdo, et peperit iniquitatē, ipsū crucifigēdo sine causa et aliquo demerito. Et sic iste populus lacum aperuit contra Xp̄m, tractando et cōspirando in eius mortē. Sed incidit in foueam quam fecit. Nam ipsi crucifixerunt eum, timētes ne
B venirent Romani et tollerent locum suū et gentem, et ne perderent redditus oblationū et sacerdotium. Et sic putantes euadere occidendo ipsum, inciderunt in foueā quā timebāt. Nā Christus resurrexit et regnauit post mortem, et abstulit eis sacerdotium et regnū temporale et spirituale. Et sic inciderunt in ruinā quam vitare putabant. Et sic iniquitas conuersa est in caput, et in verticem ipsius. Nā non solum perdiderūt regnū et sacerdotium, sed ēt intelligentiā scripturarū, et maneāt ceci et obstinati, et priuati vita et regno
C eterno. Et hæc est iniquitas quæ descēdit in verticē, et intellectū eorum, quia nō possūt veritatē percipere. Et sic totus iste psalmus pōt exponi etiā profeticē de tyrannis persecutoribus ecclesiæ Christi, tēpore martyrū. Et ēt pōt exponi moraliter de quolibet pctō re in pctō obstinato, cui Christus et profeta cōminatur, nisi egerit pœnitentiam, contra quos pctōres Christus quotidie vibrat gladium, fl igella immittēdo. Item tēdit arcum bella tpalia permittendo, et pestilentiā et famen super populos et regna deducēdo. Sed in finē si nolunt agere pœnitentiā, ardētibus fulminibus eos in inferno præcepit cruciari.

Confitebor domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini domini altissimi.

In hac tertia parte Christus promittit se agere gratias patri pro resurrectione, et aliis beneficiis receptis. Ideo ait: Postquam recemino patri, secundum iustitiam eius. Primo quia puniuit inimicos meos. Secundo quia retribuit mihi præmiū resurrectionis, et universalis iurisdictionis. Et ideo psallam nomē

Psalmi VIII.

domini altissimi, celebrādo festiuitates sanD ctitatis et passionis et resurrectionis et ascēsionis, in quibus agā gratias pro supradictis beneficiis receptis. Et nota etiā q̄ iste psalmus pōt exponi pro quolibet defuncto, existente in purgatorio, inquantū pōt liberari ab illis pœnis per suffragia ecclesiæ, et ideo ecclesia cantat istū psalmū in agenda defunctorū, in persona cuiuslibet defuncti, et omnium aliorum existentiū in purgatorio, eo q̄ adhuc pertinēt ad istam ecclesiam, inquantum discesserunt cū pœnitētia et caritate, et adhuc non peruenerunt ad terminū patriæ.

PSALMVS VIII

Domine dominus noster, quam admirabile nomē tuum in uniuersa terra.

Huic psalmo secundum 70 præponitur tatis titulus. In finem pro torcularibus, psal. Dauid. Secundum verō Hiero- E nymum, victori pro torcularibus, psalmus Dauid, pro cuius tituli declaratione dicit Rabi Eliezer cū suis sequacibus quod Dauid fecit hunc psalmū agens gratias de rerū creatione, i qua Deus subiecit primo huiusmodi omnia creata, sed quia talis creatio facta fuit in septimo mense. s. tpe torcularium, ideo dr̄ in titulo, pro torcularibus. Sed ista opinio deficit tripliciter. Primo quia creatio facta est in principio tēporis, et in primo mē se anni, sed Martius siue Aprilis fuit principium in mensibus anni, vt patet Exo. 12. et Leui. 23, et Numeri 27. ergo creatio non est facta in mense septimo, sed in primo. Itē secundo deficit ista opinio, quia litera et sentētia huius psalmi aliquod aliud mysteriū explicat præter creationem. Tertio deficit quia F ausert dignitatem profetiæ huic psalmo, qđ est contra intentum profetæ. Et ideo est alia opinio quorundam aliorum hebræorū Talmudistarū, dicentiū q̄ Dauid in hoc psalmo prędicit victoriam Regis Messiæ, quā debet habere de toto Romano imperio, qđ intelligunt per ly, torcularibus. Et isti fundant̄ super illud Esa. 62. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestib⁹ de Bosra? quare rubrū est vestimētū tuū? vnde dicūt q̄ iste q venit de Edom est Rex Messias q solus, calcabit torcular. q. debet subiicere totū Romanū imperium, quod intelligunt per Edom. Nā Iudęi moderni oēs Romanos et latinos appellāt Edom, qđ interpretat̄ rubeus, unde dicunt, q̄ Messias ab eis expectatus erit dñs temporalis, et subiiciet oēs nationes et specialiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cialiter Romanorū imperiū, cū magna effusione sanguinis Christianorū, quia sicut calcātes vindemiā in torculari intingit pedes, & manus, & vestes ex guttis vindemię calcatę, ita pariter Messias intinget pedes & manus & vestes ex sanguine Romanorum, & omniū Christianorū, vsquequo obtineat victoriā, & totum orbē subiiciat. Et ideo Esaias videns in spiritu Messiā venientem de Romano imperio cū victoria in Hierusalē, tinctis vestibus, & aspersum sanguine Romanorum, & Christianorū, dicit. Quis est iste q venit de Edom. i. de Romano imperio cū triumfo & victoria vestibus tinctis de Bosra. i. de sanguine rubro Romanorū? Et tunc ipse Messias respōdet dicens. Torcular calcaui solus, quasi dicat, iō venio rubeus tinctis vestibus sangui

B ne rubro, qa ego solus calcaui imperiū Romanorū, sicut calcans in torculari, &c. Et sic dicūt isti q hoc idē præuidit Dauid in spū. Ideo fecit hūc psalmū, in quo præcidit futurā victoriā, & vniuersāle dñium Messiæ futuri, & ideo intitulauit ipsum pro torcularibus. Sed licet ista positio sit valde extorta, & extranea totaliter à titulo huius psalmi, tñ quantū ad autoritatē quam adducit, aliqua liter, & partim dicit verum, & partim dicit falsum & blasfemat. Nā dicit verum p hoc quod dicit, q per illum qui venit de Edom intelligit Rex Messias in lege promissus, sed blasfemat inquantum quod est præteritum expectat futurum. Nam Christus filius Dei verbum incarnatum, venit in mundum, & ipse solus calcauit vindemiā in torculari crucis, & aspersit vestē humanitatis in suo sān-

C guine. Nam primo calcauit vindemia sacræ scripturæ, ex qua expressit & extorsit veritatē legis & profetarum, & vinum euāgelicū, & reposuit ipsum in cellario ecclesiæ ad salutē & vitā fidelium. Secundo calcauit carnem suā per mortē & passionem, ex qua expressit vinum ecclesiasticorum sacramentorum, in præmium nostræ redēptionis, sed quia in cruce fuit victor & nō fuit victus, quia diabolū vicit & calcauit simul cum populo Iudaico, ideo nō dicit fuit calcatus, sed torcular calcaui solus. Item tertio calcauit infernum & ligauit diabolum. Quarto calcauit & subiecit totum mundum, & imperium Romanorū, & oēs reges mundi. Item dicunt verum, inquantum dicunt q Messias aspersus sanguine erāt totum orbem subiecturus, sed dicūt falsum inquantum dicunt, q sanguine alieno erat aspergēdus, immo sanguine proprio D erat mundum redēpturus. Et sic patet eorū ineptia, & cecitas, & ignorātia, quia ista propositio nihil facit ad propositū huius tituli. Et iō reiectis eorū fictionibus, & eorū mēdaciis, p vera intelligētia huius psalmi, & eius tituli, est primo notā dū, q totū tēpus gratię, & septimę ętatis, in qua sumus, fuit figuratū in lege p septimum mensem, q dicebat mēsis & tēpus torcularių, eo q tūc colligebant & torquebantur vindemiæ in torcularibus, ī quo septimo mēse celebrari præcepit Deus tria festa. s. festum tubarum, in memoriā sacrificii ipsius Abrahæ, & festum ppitiationis in decima die, & festum tabernaculorum in

E 15. die in memoriā peregrinationis p desertū, qñ filii Israel habitabant in tabernaculis. Et voluit Deus q illa tria festa celebrarētur in septimo mēse, tempore torcularium. Primo quia mysteria illorum triū festorū erāt implēda in hac septima ætate in qua sumus. Nā ī hac septima etate fuit immolatus Xps, figuratus per sacrificium Abrahæ, vbi & per quod fuit facta generalis ppitiatio & redemptio, & finita fuit tota peregrinatio, in quo tempore fuit expressa & extorta tota vindemiæ sacræ scripturæ, & extortum vinū euangelicum, & repositum in cellario ecclesię. Et sic totum tempus gratiæ & tota ista septima ætas dicitur septimus mensis mundi, & tēpus torcularium spiritualium, quia cōtinue extorquemus vinū sacramentorum ex cellario ecclesiæ & sacrę scripturę, prout latius patebit psal. 80. & in quæstione finali totius operis. Secundo est notādū q totū desideriū F patriarcarum, & profetarum, & fidelium vetest. fuit scire virtutes & perfectiones, & videre effectus nominis Dei Adonai, quod illis quatuor literis scribebatur in lege & profetis, quod quidem nomen, Deus nulli voluit reuelare in vete. test. vnde dicit Deus Moysi. Exo. 6. Nomen meum Adonai non indicaui eis, sed Deus promisit omnibus ꝑfetis reuelare nomen suum in mundo. vniuersō p Messiam filium suum: Ideo omnes patriarchæ & profetæ desiderabant tanto tempore videre aduentum Christi, vt reuelaret mundo & declararet illud nomen suū omnibus ignotum. Ideo Esaias 62. clamabat dicens. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes, vt notum fieret nomē tuum, &c. Preuidens ergo Dauid in spiritu qualiter in illa septima ętate erat Christus venturus, & implere

debe-

A debebat omnia quæ erant figurata per septimum mensem, per mysteriū torcularium, & illorum erum festorū, & quō nomē dñi debebat dilatari & magnificari per vniuersam terrā, & Christus regnare per totum orbem. Ideo fecit hunc psalmum de vniuersāli dñio Chri, & de dilatatione nominis eius per totū orbē. Et præcepit ipsum cantari tpe torcularium in mense septimo, eo q ille erat figura huius rpis gr̄æ, in quo ota illa sunt impleta. Est ergo sensus tituli præpositi, q Dauid fecit hunc psalmum dirigens nos in Christum, q est finis legis, & præcepit ipsum cantari cum toto conatu vocum, vsque ad vltimum punctum, eo q cum magno affectu vocabat Christum, vt veniret ad regnandum & manifestādum nomē suum in vniuersa terra. Et voluit

B vt cātaretur in templo pro torcularibus. i. in tpe torcularium, pp figuram iam dictā. In quo quidem psalmo duo principaliter facit Dauid, nam primo admiratur magnificentiā & virtutes illius nominis Dei, quæ erant manifestandæ in vniersa terra, per aduentū Chri sti. Secūdo explicat cās suæ admirationis, ibi. Qm̄ eleuata est magnificentia. Quantum ergo ad primum est notandum, q nomen proprium dñi magis frequentatum in sacra scriptura, qđ hebræi pronūciant Adonai, vt dicitum est in prologo, dr admirabile & ineffabile, pp mysteria mirabilia quæ in eo significabat. Et ideo scribebatur quatuor literis hæ braicis in hebræo. s. iot. he. vau. he. Et hoc pp quatuor mysteria pſonalia, & alia quatuor essentialia, quæ cōtinet & notificat illud nomen in Deo, significata per illas quatuor literas. Nā ista litera iot inter prætatur princi-

C pium Iō significat patrē in diuinis, q est principiū oīum personarū non de principio, he vero interpretatur esse, ideo significat verbū siue filium p quē facta sunt oīa, & à quo habet esse, vau aūt interpretatur ipse siue virtus, ideo significat spiritum sanctum, qui spirat omnē virtutē & motū in oibus rebus. vltima vero litera. s. he, signat humanitatē filii iunctam verbo. Et ideo bis ponitur he, ī hoc nomine, ad notādū q ista litera he. bis sumpta denotat duas naturas in vna persona. Et licet sint duæ naturæ in Christo, tamē nō manent nisi vna persona. Et notanter, ſm he, ponitur in vltimo loco, ad denotandū q licet tres pſonæ diuinæ sunt ab ęterno, tñ incarnatio facta est vltimate ex tempore, & illa humanitas ita est iuncta personaliter filio, q nō

D ceteris personis. Ex quo patet quòd per illas quatuor literas significatur mysteriū trinitatis, & incarnationis simul. Significant. n. tres pſonas diuinas, & humanitatē assumptā i verbo. Et sic significabāt suprādicta quatuor mysteria personalia in diuinis. Itē ille eędem quatuor literæ significabāt alia quatuor ineffabilia mysteria essentialia. s. summā omnipotētiā, summā sapiētiā, summā miam & summam iustitiā. Et iō istud nomē dicebatur ineffabile & mirabile apud pfes ue. test. qa nunq̄ supradicta mysteria fuerūt scripta, nec reuelata pribus ue. test. nisi sub qbusdā figuris. Iō dixit Deus Moysi. Exo. 6. q nomē Addonai nōdum reuelaui eis. &c. vñ tria sūt prænuntiata in ve. te. de hoc nōie Dei qua

E tuor literarum. Primo q Messias in lege promissus debebat habere hoc nomē, & debebat uocari illo nomine patrib⁹ incognito: ut patet Hie. 23. Ecce dies uenięt & suscitabo Dauid germē iustum & sapiens, & Rex erit & facit iuditium & iustitiā in terra. Et hoc est nomē q uocabunt eū, dñs iustus noster &c. Vbi ly dñs, scribitur quatuor literis, qđ soli Deo cōuenit. Et omnes hebrei dicunt q iste est Rex Messias, ergo nomē Messiæ est illud nomē Dei tetragrāmaton. s. quatuor literarum: Secundo asserit sacra scriptura: q nō solum Messias debebat uocari hoc nomine Dei quatuor literarū, sed etiam realiter esse illud nomen Dei, quia Messias nihil aliud debebat esse nisi nomē Dei. Esa. 30. Nomē Messias. Sedo. q solus Rex Messias debebat notificare & manifestare et declarare illud nomen Dei. Et q nomen toti mundo debebat esse notum: & q omnes gentes debebant ipsum venerari & inuocare. Esa. 64. Vtinam di

F rumperes cœlos & descenderes, & notum fieret nomen tuum. Item psal. 95. Cātate domino & benedicite nomini eius, annuntiate inter gentes gloriam eius. Et sic asserunt omnes Iudæi & moderni, q solus Rex Messias debet hoc nomen dñi quatuor literarū mūdo declarare: & q soli illi qui erunt in seculo Messiæ scient proprietates & uirtutes huius nominis. Et ideo excommunicant & anathematizant omnes præsumētes declarare proprietates, & secreta huius nominis, cum hoc pertineat ad solum Messiam. Et ideo ponitur prima conclusio, Christus saluator noster habuit illud nomen quatuor literarum tanquam nomen proprium. Quod taliter probatur. Nam istæ literę

iot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iot.he vau he.præpositæ in illo noie, si recte cõbinent cũ suis puctis appositus reddũt et sonãt hoc nomẽ ioneſſua:quod græce declinat iesõs,et latine Iesus, quod interpretatur sãluator, siue salutare, siue saluans. Et ideo ubicunque reperitur iotsua, siue ioheſſua,oes interpretes traduxerũt,saluator, siue salutare, siue Iesus,quod idẽ est,ut patet in trãslatione Hic.ex quo patet, q Iesus est realiter nomẽ quatuor literarũ. ſm proprũ sonũ. Sedã cõclusio, q Iesus nõ nominaliter tm, sed realiter est ipsũ nomẽ Dei, sicut profetæ predixerũt, probatur. Primo q in Iesu Xpo realiter sunt illa supradicta quatuor mysteria psonalia.Nã in eo est verbũ cũ humanitate psonaliter iũcta,et in eo est persona patris, licet nõ incarnata,cũ sit eiusdẽ substãtiæ, et p
B eundẽ modũ est persona spũsanctı,quia pater est in uerbo et spũsanctio,et econuerso. Et Christus cõtinet illa quatuor personalia mysteria Et per eandẽ rationẽ alia quatuor mysteria essentialia, immo ipse Xps est realiter omnipotẽtia,et sapiẽtia,et mia, et iustitia, et go sequitur q Iesus realiter est nomẽ Dei tetragrãmaton. Secũdo hoc idẽ probatur ratione.Nam ſm Arist.7. Meta.inter diffinitionẽ quã græci uocãt verbũ,et nomẽ interest. Nã diffinitio siue uerbũ explicat totã substãtiam et essentiã rei diffinitæ, et ideo datur per elsẽtialia.Sed nomẽ, notificat rẽ per suos effectꝰ. Et iõ uestimẽtum dr à uestiendo ,et lucerna à lucendo etc.Ideo dicit Aug. q uerbũ diuinũ qui est filius,explicat totã substãtiã et essentiã diuinã ab æterno. Sed vt Deus pater posset nobis loq et notificare sua secreta , induit
C uerbũ suũ carne.Et sic uerbũ Dei xternũ,factũ est nomen, per quod nomen, et per quem Christum, Deus pater locutus est nobis diebus istis,et notificauit sua secreta.Et sic est dicendũ, q IesusChristus ut incarnatus,est uerũ nomẽ Dei realiter,Tertia cõclusio,q solus Iesus notificauit toti mundo supradicta quatuor mysteria tã psonalia quãm essentialia. Probatur primum . Nã solus ipse notificauit nobis mysterium trinitatis, cum dicit. Cum uenerit paracletus quem mittet paret in nomine meo.etc.Item notificauit nobis humanitatem verbo iunctam,cum dixit Pater maior me est , & notificauit vnitatem essentialẽ cũ dixit,pater & ego vnum sumus. Secundo notificauit toti mũdo illa quatuor mysteria essentialia, primo diuinam omnipotentiam in sua natiuitate & vita sua , per miraculorũ operationem, mortuos suscitando.&c Itẽ no D tificauit suam sapientiam in legis datione & ecclesiæ constitutione, & fundatione, & spiritussancti missione.Itẽ notificauit suã misam in sua passione, per quã facta fuit copiosa redẽptio, totũ proprũ sanguinẽ largiendo Itẽ quarto notificauit suam iustitiã et iudiciariã potestatẽ in die ascensionis,qñ sedit à dextris Dei,quã quidẽ iustitiã magis notificabit in finali iudicio, qñ ueniet cũ potestate magna et maiestate &c Ex quibus patet q solus Iesus sãluator noster fuit ille , qui notificauit omnia mysteria & secreta,& virtutes huius nominis Dei quatuor literarum,quod quidem nomen magno opere & affectu desiderarunt scire & intelligere omnes patriarchæ & profetæ ve.te. Immo dicunt omnes doctores hebræorum, q totũ desideriũ patriarcarũ & p
E fetarũ fuit scire & intelligere virtutes & p
F prietates illius nominis, quod solus Messias debet mundo notificare.Ex quibus etiam patet q solus Iesus Christus est verus Messias i lege promissus,eo q supradicta mirabilia mũdo notificauit. Item sequitur q hoc nomẽ Iesus est illud nomen Dei, quod per illas quatuor literas importatur & significat. Primo qa in hoc nomine Iesu ,illæ quatuor literæ cõtinẽtur, & ipsum vocaliter sonant,vt dictum est.Secũdo qa in virtute huius nominis Iesus facta sũt supradicta quatuor mirabilia i uniuersa terra, vt patebit per singula. Hoc autẽ præuidẽs Dauid ispũ, dicit. O dñe Iesu Xpe q es dñs noster, q.d.quantũ, est,& erit admirabile nomẽ tuũ i vniuersa terra.q.d. q hoc nomẽ Dei , quatuor literis scriptũ , qd nos Adonai proferimꝰ,cuiꝰ uocẽ,& mysteria,et
F proprietates ignoramus,sed scire desideramꝰ qd quidẽ nomẽ Adonai in sola iudea & terra promissionis nũc inuocat et nominatur. Istud inquam nomẽ in tuo aduentu erit admirabile in vniuersa terra,eo quia tũc manifestabitur eius propria vox & sonus , qd est Iesus: in cuius virtute et sono fiẽt & manifestabũtur oia supradicta quatuor mysteria , tã psonalia.q essentialia, in vniuersa terra, qa a solis ortu vsq; ad occasum inuocabit, & venerabitur nomẽ tuum quod est Iesus .

Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos .

Quia dictũ ex superius q hoc nomẽ Dei Iesus,debebat eẽ admirabile in vniuersa terra, eo q in eius aduentu et virtute debebat mundo manifestari illa quatuor Dei mysteria.s.

A steria.s.ſm na Dei omnipotentia,& sapientia,& misericordia,& iustitia. Ideo in hac secunda parte hoc ostendit per singula. Nam primo probat q Iesus notificauit toti mundo, Dei omnipotentiam, & hoc in miraculorum operatione.Secundo ostendit Dei sapiẽtiam,in legis datione & ecclesię constructione.Tertio qualiter ostendit summã Dei misericordiam in morte & passione.Quarto summam Dei iustitiã siue iurisdictionem,& hoc in sua resurrectione & ascẽsione. Secũda ibi. Qñ videbo cęlos.Tertia ibi.Quid est homo. Quarta ibi Gloria & honore. Quantum ad primum est aduertendum, q in duobus fuit mundo notificata omnipotentia & magnificẽtia huius nominis Iesus,primo miraculorum operatione, quia omnia elemẽta & om
B nes cœli obedierunt Christo in nomine suo. Secundo quia duodecim homines rustici & plebei,conuicerunt primo populum Iudaicum inimicum Christi,& conuicerunt ẽt populum gentilem,& ultimo destruxerũt diabolum vltorem & executorem diuinæ iustitiæ.Et totum hoc fecerunt apostoli & discipuli per suã prędicationẽ,& in virtute huius nois Iesus, in quibus mysteriis fuit notificata omnipotentia & magnificẽtia Dei & eius nois Iesus. Dicit ergo Dauid,o dñe Deus noster,bene admirabile est nomen tuũ Iesus in uniuersa terra, qñ in hoc noie, omnipotẽtia & magnificẽtia tua, eleuata est super omnia elemẽta,in miraculorũ operatione,qa mare & uenti obedierunt nomini tno.qñ Iesus præcepit & imperauit nũtis & mari,& liberauit Petrũ & filios Zebedęi &c.Itẽ qñ suscitauit Lazarum & cęteros de morte ad uitã.Itẽ
C quãdo sanauit cęcum natũ & cæteros ægros eos de corporibus obsessis. Itẽ imperauit tonitrui elemẽto terræ,qñ tremuit in sua morte & resurrectione.Item imperauit inferno, quãdo in ipsum descendit,& latanam alligauit, & purgatorium, & limbũ expoliauit, & portas eius æreas confregit &c. Itẽ magnificẽtia & omnipotentia ipsius Iesu non solũ est elevata super elementa & super inferniũ, sed ẽt super cœlos. Nam in sua natiuitate non solũ omnia terrestria, sed etiam cœlestia dederũt signum sũæ magnificentiæ. Nam illico facta est multitudo cęlestis exercitus clamãtium & dicentiũ,gloria in excelsis Deo,&c. & angelus annunciauit gaudiũ magnum pastoribus &c. Lucæ 2. Item noua stella apparuit in cœlo quæ magos ad Christũ adorandũ perduxit. Item in Christi passione sol fuit obscuratus & luna . Item in die ascensionis cœlos penetrauit. Et sic cęli & angelorum agmina obedierunt ei. Ex quo patet q eleuata fuit Christi magnificentia nõ solum super infernum, & omnia elementa, sed etiã super cęlos & angelos. Et sic fuit magnificatum hoc nomen Iesus super omnes cęlos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos ,ut destruas inimicum & ultorem .

Ad cuius maiorem euidentiam, est aduertendum quòd hoc nomen Dei, Iesus, Primo fuit mirabile & magnificatũ per ipsummet Iesum, in miraculorũ operatione, & hoc in sola terra promissionis.Secundo fuit magnificatum in cœlo,primo in Christi natiuitate per cantum Angelorum. Secundo in cęlo p E
stellę ductũ & apparitionẽ.Tertio in summo cęlo per ascẽsionẽ, qñ Angeli ipsum in dñm recipientes clamabant dicentes.Quis est iste qui uenit de Edom tinctis vestibus de Bosra? hic formosus in stola sua &c. Esa. 62. Et sic nomen Iesu fuit magnificatũ super cęlos p angelos ut dictũ est.Tertio uero hoc nomen Iesu, fuit magnificatũ ex ore infantiũ & lactentiũ. s.per Apostolos & simplices, in vniuersa terra , qñ in nomine Iesu conuicerunt inimicum populum Iudaicum & gentilẽ, & corruerunt noia idolorum . Et sic destruxerunt,nõ solum inimicũ, sed ẽt diabolũ ultorem & executorẽ diuinæ vindictæ.Ad cuius intelligentiã est notãdum ſcdm Aug.22. de ciuitate Dei, q tria non solum mirabilia,sed etiam impossibilia reputabantur apud philoso F
fos ante Christi aduentum . Primum erat q Deus posset fieri homo .Scdm q hoc posset mundus credere,maximẽ philosofi . Tertio q hoc mysterium possent credere philosofi ex doctrina & persuasione piscatorũ & plebeiorum. Ex hoc ergo arguit Aug. myst eriũ incarnationis esse verum. Nam nos videmus q non solum mundus, sed maiores philosofi , puta Dionysius Areopagita,& cęteri hoc crediderunt , & hodie pro maiori parte oẽs credunt,& oẽs isti crediderunt ad prędicationẽ & persuasionem apostolorũ, qui fuerunt rustici piscatores , ergo sequitur quòd postq̃ ista duo quæ reputabãtur magis impossibilia sunt vera, vt patet intuẽti . Sequitur ergo quòd primum est verũ , scilicet quòd Deus factus est homo. Hoc ergo præuidẽs Dauid

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in spiritu dicit, O dñe, multũ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: qñ ex ore infantũ et lactentiũ, qui fuerunt apostoli, ps cisti laudẽ. i. cõfirmasti & autorizasti nomẽ tuũ & laudẽ in uniuersa terra, qñ misisti eos ad prædicãdum euangeliũ omni creaturæ: & appellat apostolos infantes, inquãtũ fuerunt primitiæ, & infantia, et exordiũ ecclesiæ. Et ẽt vocat eos infantes, quia pte docuit eos loq. Nã in principio nesciebãt nisi linguã munda nã & grossam, & ideo qñ loquebatur eis cœlestia, nõ poterãt intelligere, nec capere, ut patet Io. 6. qñ dixerunt, durus hic sermo, et qs pót eum audire? Ideo respondit Iesus, uerba q̃ ego loquor spũs & vita sunt: &c. Et ita dicit, Vos adhuc sine intellectu estis. Sed veniet spũs veritatis et docebit uos oẽm ueritatem. Itẽ, non enim vos estis q̃ loquimini, sed spiri
B tus patris uestri, &c. Ex quo patet, q̃ Christ⁹ docuit eos loqui in die penteco. qñ misit eis spiritumsanctũ et dedit dona gratiarũ, & iõ vocat eos infantes. Item vocat eos lactentes q̃a Xps lactauit eos lacte suæ sapientiæ, et prædicationis, cum ante essent idiotæ et ignari. Ideo ait Petrus, loquens de hoc lacte Christi primæ Petri. 2. Quasi modo geniti infantes lac cõcupiscite. Et sic frequenter apostoli et discipuli Xpi appellãtur pueri, vt patet Esa. 8. Ego & pueri mei etc. Item Xps vocat eos pueros. Io. ult. dicens. Pueri habetis pulmentum. etc. Ex quo patet q̃ grande miraculum fuit in uniuersa terra, q̃ apostoli infantes, et a
C ctentes, et simplices in puritate et sanctitate magnificarẽt et dilatarent nomen Christi p totũ orbem, et subiicerent Christo principes et Reges et Imperatores et philosophos. Vnde dicit Aug. q̃ non per philosophum piscatorẽ, sed per piscatorẽ lucratus est philosophum et Imperatorem. Et sic tanto fuit magis mirabile nomen Christi, quanto per simpliciores homines magnificatum est. Item hoc idẽ impletum fuit ad literã in die rami palmarũ, qñ nõ solum apostoli, sed ẽt pueri Hebræorum clamabãt osanna filio Dauid, benedictus q̃ uenit in nomine dñi. Vnde cum farisæi dicerẽt Christo, increpa discipulos, &c. Respondit Christus allegans hanc scripturã dicens. Nũquid legistis, q̃a ex ore infantium, et lactentiũ perfecisti laudem? Vnde hic Xps non solum pueros Hebræorũ uocat et appellat infantes et lactẽtes, sed ẽt apostolos et cæteros discipulos. Nã sicut infans et lactẽs nescit de se loqui, nisi sicut mater docẽs facit ipsum lo
D qui, ita illi Apostoli & pueri non à se loquebantur, sed per Spiritumsanctum qui in eis loquebatur, & immutabat in eis hæc diuinæ sapientiæ, & impellebat eos ad loquendũ & dicendum, Benedictus qui venit &c. Vnde illemet Spiritussanctus qui posuit hæc propheticum in ore Dauid, vt in hoc psalmo diceret ex ore infantiũ & lactẽtiũ &c. & psalmo. 117. O Domine saluum me fac, ó Domine bene prosperare, benedictus: &c. ille Spiritus sanctus mouit linguas illorũ puerorum & Apost. in die in ramis palmarum, vt cantarent Benedictus qui venit &c. & implerent hanc prophetiam. Hoc ergo prævidens Dauid in Spiritu dicit hic. Ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem. Et ibi. ò Domine saluum me fac, Benedictus qui venit: &c. Sed subdit hic propter inimicos tuos. Nã Dauid
E uidit in Spiritu, q̃ laus Apostolorũ, & Puerorum fuit ad maiorem cõfusionem, & damnationẽ, & inexcusationem Scribarum & Fariseorum. Nã Apostoli ignari legis & prophetarum, & illi pueri inani literarũ cognouerunt & cõsitebãtur Xpm esse verum Messiã in lege promissum, & recipiebãt ipsum cantãdo prophetiã de Messia in scriptura. s. Osanna. i. saluos nos fac, & Benedictus q̃ ve. &c. psalmo. 117. & ipsi Farisæi in lege periti negabant Christũ huore inuidię percussi & oc
F cecati. Nam per hoc poterant cognoscere Christũ fore Messiã, & Apostolos & Pueros, nõ loqui à Se, sed à Spiritusancto. Et quia cõfessio istorum Puerorũ & Apost. fuit ad cõdemnationem Iudæorum, ideo ait prophetа & subdit, Propter inimicos. i. ad cõfutionem inimicorum tuorum Iudæorum perfecisti laudẽ ex ore infantium &c. Vt destruas inimicum. Sed quia ex tali obstinatione & peccato, ille populus perpetrauit homicidium & mortem Christi, propter quod peccatum fuit ciuitas & regnum destructum, & Sacerdotiũ ablatũ, ideo sequitur, Vt destruas inimicum. s. populum Iudęorũ in peccato obstinatorum. Itẽ sequitur et vltorem. Ad cuius intelligentiam est notãdum q̃ Diabolus fuit et est vltor Dei, et executor diuinæ vindictæ. Nam postquam Adam peccauit cõtra Deũ, quasi vindicãdo seipsum, et oẽs posteros in possessionẽ Diaboli, est verũ q̃ Diabolus non possidebat genus humanum tanquã verus Dñs, sed tanq̃ vltor diuinæ iniurię et executor diuinę sententiæ. Et sic cruciat malos in inferno et cruciabat oẽs, tẽporaliter bonos

A bones, æternaliter malos. Et sic cruciat hodie Deus malos christianos, per infideles tẽporaliter. Ex quo patet, q̃ Diabolus vere dicit vltor diuinæ iniuriæ, qa executor est diuinæ sententiæ. Et sic possidebat totũ populum per idololatriã. Et totũ genus humanũ per peccatum. Sed Apo. infantes, & lactentes perficientes laudes Christi, & magnificantes nomen eius per totum orbem destruxerunt vltorem. s. Diabolum, destruendo idololatriã & peccatũ, per prædicationẽ & baptismum. Et sic ergo Christus destruxit inimicum populum Iudæorum per Romanos & destruxit Diabolũ vltorẽ diuinæ iniuriæ per prdicationem Apostolorũ. Dicit ergo David. O Dñe Iesu admirabile est nomen tuũ in uniuersa terra. Quoniã ex ore infantiũ & lactentiũ, s. Apost. Doct. perfecisti & autori-
B zasti, & dilatasti laudẽ nominis tui propter inimicos. i. ad confusionem & destructionẽ eorum. Et explicat dicẽs, vt destruas inimicum populũ Iudæorum & Diabolũ vltorẽ.

Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorũ Lunam & Stellas quæ tu fundasti.

In hac secũda parte ostendit qualiter nomen Iesus fuit ad ostensionẽ summæ sapiẽtiæ, quã notificauit in legis datione, & ecclesiæ fundatione & constructione. Ad cuius intelligentiã est notandum, q̃ sicut Deus pater creauit mundum per verbum, tanquã p principium formale. Ita pariter recreauit & cõstruxit totã ecclesiam suam per idem verbum incarnatũ, per principiũ formale. Et sic totus Christus Deus, & homo caput ecclesię
C mediator Dei & hoium, cõparatus ad patrẽ, dicit construxisse ecclesiã, tanquã principiũ formale. Et sic patet tãquã principiũ primũ dicit cõditor & redẽptor ecclesię p filiũ suũ incarnatum, tanquã per principiũ formale, & ideale siue exẽplare. Et sic filius appellat patrem redemptorẽ frequenter in sacra scriptura, vt psalm. 30. Redemisti me Domine Deus veritatis. &c. Sed Christus Deus & homo frequentius appellatur redemptor in sacra scriptura, quia tanquã principiũ formale. Sed rursus quia in Christo sunt duæ naturæ, s. verbum & humanitas, ideo licet ad opera redemptionis & ecclesiæ cõstructionis tota illa persona concurrat tanquam vnum principium indistinctũ, tamen licẽ paretur humanitas passa, ad verbum, non eodem modo concurrit. Nam verbum concurrit tanquã principium principale, & virtuale, & humanitas tanquã principiũ instrumentale coniunctum, sine quo non facta est redẽptio, nec ecclesiæ cõstructio. Et sic dicit Damascenus, q̃ illa humanitas fuit sempèr immediatũ & cõiunctũ instrumentũ, nõ solũ in passione, sed etiã in multorũ miraculorũ operatione & in legis datione, quia Deus pater, imo tota Trinitas loquebatur per humanitatẽ filii. Vnde ad vocem filii suscitabant mortui, & mitigabatur mare. & obediebant vẽti, & instruebãtur Apost. & ad flatum eius receperunt potestatẽ dimittẽdi peccata. &c. Et sic patet, q̃ humanitas fuit instrumentũ cõiunctũ, & immediatũ diuinitatis, in fundatione & constructione ecclesiæ. Sed totus Christus Deus & homo, dicit vnũ principiũ actiuũ & formale, respectu totius operis ec-
E clesiæ. Et sic Iesus Xps dicitur ecclesiã construxisse & formasse. Et sic cõceditur q̃ illud verbũ Dei filius, q̃ in principio creauit cęlum & terrã. s. Cęlũ, & Terrã, & Lunã, & Stellas materiales: illud idem verbum incarnatum, postea creauit Ecclesiam & Cęlos, & Stellas Spirituales & omnia ornamẽta Ecclesiæ. Ad cuius euidentiam est vlterius notandum, q̃ tota Ecclesia dicitur vnus Mundus mysticus, & Spiritualis, & cõstructus ad instar huius mundi materialis: cuius cęli sunt Apostoli, & Stellæ sunt Doct. & prælati. Et Luna est totus populus simplicium. Sol autẽ huius mundi est ipse Christus à quo sumunt lumen & influentiã omnes Apost. Doct. & Populus. Et sic Christus se habet in hoc spirituali mundo velut Sol, qui omnia illuminat, & vegetat, & creat, & nutrit, & haberur vt fabricator huius mundi spiritualis. Elemẽ-
F ta huius mundi, sunt ecclesiastica Sacramẽta &c. Hunc ergo mundũ spiritualẽ dicit Dauid, q̃ Christus fabricauit in virtute sui nõminis. Et ideo prophetа nõ facit mentionem de Sole in hac recreatione, quia ipse Iesus sol huius Ecclesię: ideo nõ creauit seipsum, sed fundauit Cęlos. i. Apostolos, & stellas. i. Doctores, & Lunã. i. totũ populum fidelium. Hoc ergo prævidens Dauid & contẽplans in Spiritu, dicit, ó Dñe Iesu quàm admirabile erit nomen tuum in vniuersa terra. Nã in tuo aduentu ostendes & notificabis tuam summam Sapientiam in toto mundo, in legis datione & ecclesiæ constructione. Nam sicut nunc video istos Cęlos, & Lunam, & Stellas, & cętera opera huius materialis mũdi, quæ in principio tu fundasti: Ita pariter

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tunc in aduentu tuo, videbo cælos spirituales.ſ. Apoſtolos, & lunam,ſ. totum populũ fidelium, & ſtellas .ſ. Doctores & homines ſanctos & pfectos, & opera manuum & digitorũ quę tu fundaſti in fabricatione huius mundi myſtici, & Spiritualis, q̃ eſt eccleſia tua, quæ quidem operamanuum & digitorum tuorum, ſunt eccleſiaſtica ſacramenta. Ad cuius intellectum eſt notandum, quod Chriſtus fabricauit iſtos cœlos.i. Apoſtolos, inſtruendo eos ante paſſionem & poſt reſurrectionem, & quando aperuit eis ſenſum, ut intelligerẽt ſcripturas Et in die pentecoſtes, quando miſit eis Spiritumſanctum, vbi receperunt omnia dona gratiarum, & ſic facti ſunt cœli, & ſtellę huius mundi Spiritualis. Lunam autem .ſ. totum populum fidelium
B regenerauit & febricauit, per baptiſmum & cætera ſacramenta. Opera digitorum ſuorum,ſ. eccleſiaſtica ſacramenta fundatur primo in ſuo baptiſmo, vbi contulit aquis virtutem regeneratiuam per ſuum cõtactum. &c. Secundo in ſua paſſione, quando ex eius latere exiuit Sanguis & Aqua, in remiſſionẽ peccatorum, vnde omnia iſta Sacramenta traxerunt & receperunt virtutem.

Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum?

In hac tertia parte Dauid admiratꝰ Miſericordiam & Caritatem Dei Patris, & humilitatem filii in myſterio noſtrę redemptionis. Vnde eſt ãduertendum & notandum ſecundum Aug. & Greg. quod in hoc Deus pater oſtendit maximè ſuam Caritatem & Miſericordiam circa hominẽ, quia, vt ipſum redi
C meret, filiũ ſuũ tradidit. Et in hoc oſtenſa eſt ſimul Miſericordia, & obedientia Filii, quia ut patri obediret, & homini miſereret, & miſeriam hominis ſubleuaret, Seipſum ſponte obtulit morti & paſſioni, & quod maximũ eſt, cum eſſet Deus, factus eſt hõ, vt hominẽ redimeret. Vnde Xp̃s cum eſſet Deus, oblitus eſt ſuæ dignitatis & deitatis, vt eſſet memor noſtræ fragilis & miſeræ humanitatis. In hoc oſtendit tãm pater q̃ filius ſuam inefabilem Miſericordiam & Caritatem, quia memor fuit hominis lapſi, qui eſt tam paruę dignitatis, & infirmus inter creaturas intelle
ctuas, & ingratus & rebellis contra Deum. Nam communiter res digniores. & ſuperiores obliuiſcuntur & contemnunt inferiores. Sed Deus nõ oblitus, imo memor hominis, factus eſt filius hominis, carnem aſſumẽdo, vt hominem redimeret & liberaret: & hoc D
vult dicere hic Dauid. Nam præuidit in Spiritu, qualiter Deus, licet per magna tẽpora permiſerit hominem affligi in poteſtate Diaboli, tamen non totaliter debebat ipſum obliuiſci, immo memor miſeriæ, & fragilitatis eius debebat incarnari, & pro homine pati, & ipſum liberare. Ex quo patet q̃ maiorem Caritatem, & Miſericordiam, oſtendit homini quãm Angelo. Nam hominem aſſumpſit & redemit, & non Angelum Et ideo valde admiratur Dauid, dicens. O Domine quid eſt homo, & quam dignitatem habet in ſe, quòd ſic es memor eius, eius carnem aſſumendo, cum ſit infimæ naturæ, & mi
ſ
& indignæ, & non aſſumpſiſti, nec redemiſti Angelum cũ ſit nobilioris naturę? quaſi dicat, hoc eſt admirabile & incomprehenſi
f
bile excedens humanam intelligentiam & facultatem, quia memores hominis & oblitus es Angeli. Aut quid eſt, ſupple, filius hominis Chriſtus, qui eſt verus Deus, quoniã viſitas eum per mortem & paſſionẽ propter hominem, & ut per ipſum hominem redimas & liberes? quaſi dicat, quid meruit homo ut pro ipſo Chriſtum affligas? Ad cuius intelligentiam notandum, quòd Adam in Caldæo & Hebræo idem eſt quod terra rubra. Et ſic vbicunque in ſcriptura in Caldæo & Hebræo ſcribitur Adam, in latino habet homo, quod idem eſt. Nam homo dicitur ab humo, quod eſt terra, eo quòd Adã ſiue homo fuit formatus ex terra Et ideo pro maiori parte vbi in ſcriptura ponitur homo, intelligitur Adam cum tota ſua poſteritate, & quando in ſcriptura ponitur filius hominũ vel filii hominum, intelliguntur filii Adam, f
& ita reperitur apud Hebræos. Nam Adam nũquam dicitur filius hominis nec filius hominum, quia nõ fuit genitus ab homine, ſed à Deo formatus: ideo dicitur filius Dei per creationem, & non per generationem. Sed omnes deſcendentes ab Adam dicuntur filii Adam, ſiue filii hominum, eo quòd ſunt geniti ex homine maſculo & ex homine fœmina. Sed quia Chriſtus, licet ſecundum carnem deſcendat ab Adam, tamen non per naturalem generationem, quia non ex maſculo & fœmina ſimul, ſicut cæteri, ſed ex ſola Maria virg. opere Spiritusſancti, ideo Chriſtus nõ poteſt dici filius hominum: ſed filius hominis, quia eſt filius Marię, quę eſt homo fœmina, quia hoc nomen homo eſt commu
nis

A nis generis ad maſculum & fœminã, ſiue ad virum & mulierem. Et ideo Chriſtus ꝓpter duo dicitur filius hominis in ſcriptura. Prio, quia eſt filius ipſius Adam ſm carnem, non deſcendens per generationem naturalem ex viro & muliere. Secundo, quia eſt filius ſolius virginis. Et ſic ſortitur hoc ſpeciale nomen. Et ideo vbicunq; in ſcriptura ponitur homo, intelligitur Adã cum tota ſua poſteritate, & vbi ponitur filii hominum, intelligũtur ſolum deſcendentes ab Adam per naturalem generationem ex viro & fœmina. Et ꝓ filium hominis intelligitur ſem̃ꝓ Chriſtus Deus & homo, ſiue inquantum homo. Dauid ergo prænidens qualiter Deus pater, miſertus & memor ipſius hominis, ſ. ipſius Adã, cum tota poſteritate, vt ipſum liberaret,
B debebat mittere verbum diuinum filiũ ſuũ, & facere ipſum filium hominis, carnem ex virgine aſſumendo, vt in ipſa pateretur, & flagellaretur, & crucifigeretur pro homine, quam rem nõ erat facturus pro Angelo lapſo, ideo admiratur Dauid, dicens. O Dñe pater, quid eſt homo. ſ. Adam cum tota ſua poſteritate, & quid tibi meruit, quod ita memor es eius, filium tuum in carnem mittendo, aut quid eſt, aut quid demeruit filius hominis. ſ. filius virginis, quoniam ſic viſitas & affligis eum dura morte, & paſſione, & fame, & ſiti, & cæteris humanis defectibus, cũ ipſe ſit Deus & innocens ſine peccato. Item cum ſit Deus maior Angelis.

Minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

C Minuiſti eum paulominus ab Angelis, ſacieẽdo ipſum filiũ hominis & mortalẽ & paſſibilẽ pro homine. In Hebræo habetur. Quid eſt homo qm̃ memor es eius, aut filius Adã qm̃ viſitas eum: vnde Chriſtus ſemper ſe nominat filium hominis .i. filium Adã, eo ꝓ ex Adã accepit carnẽ, vt ipſum redimeret cum ſua poſteritate. Hic eſt aduertendum ꝙ David admiratꝰ nõ ſolum ꝓpter nos multa. Primo quo ad filios Dei, cũ ſit Deus maior illis angelis, factus eſt hõ, & quo eſt poſſibile. Secõ quare verbum, aſſumptũ hominẽ, qui eſt infimę naturę, & nõ Angelũ q̃ eſt nobilioris naturę. Tertio quare fuit memor hominis & oblitus eſt Angeli, quia hominẽ remedemit & nõ Angelũ, cũ vterq; eſſet peccator & rebellis. Quarto quare volute ſic viſitare. i. affligere Xp̃m talib. tormẽtis, & tali genere paſſionis, cum eſſet innocẽs. Quinto qa vi- D
detur per talem incarnationem eſſe factus Xp̃s minor Angelis in dignitate & poteſtate. Iſta quinq; admiratur Dauid de myſterio incarnationis & paſſionis Xp̃i, nõ ex defectu fidei, quia iſta in ſpiritu prænidebat: Sed admirabatꝰ ineffabile Dei miſericordiã & Caritatẽ, quã cõprehẽdere nõ poterat. Vnde nota ꝙ tria tangunt̃ in his trib. particulariter. Primo miſericordia patris, q̃ miſertus hominis ꝓditi, filiũ propriũ morti tradidit: cum dicit. Quid eſt homo q̃ memor es eius. Secõ notaꝰ patiẽtia & obediẽtia filii q̃ paſſus eſt talib. tormentis viſitari, & affligi, vt patri obediret, & genus humanũ liberaret, ꝓ hoc ꝙ ſubdit: Aut filius hois qm̃ viſitas eũ. Tertio notaꝰ eius filii humilitas, q̃ humiliauit ſeipſum formã ſerui accipiẽs, ꝓ hoc ꝙ ſequitur, Minuiſti eum paulominus ab angelis. Et B
ſic tã in pſe q̃ in filio notificata fuit mũdo, vniũ erſæ terræ ſũma Dei miſericordia p myſteriũ paſſiõis. Gloria & honore. Hic Dauid in hac quarta parte admiratꝰ diuinã iuſtitiã, & ꝑmium, quod Xp̃s cõſecutus eſt ex meritis ſiuæ paſſionis, & tãte obedientiæ & humilitatis. Ad cuius euidentiã eſt primo aduertẽdum ſicut dictum eſt in prologo, tractatu ſecundo, ꝙ duo homines dicunt̃ principia generis humani .ſ. primus Adã, qui eſt principium oium hoium carnalium ꝓ generationẽ naturalẽ, & ſecundus Adã .ſ. Xp̃s, qui eſt principium omnium hominum ſpiritualiũ per baptiſmalem regenerationem, vnde omnia quæ primus Adã perdidit per inobediẽtiam, recuperauit Chriſtus per ſuam humilitatem & obedientiã, implendo voluntatem Dei patris. Vnde Deus cõſtituerat Adã ſup P
omnia opera creata, vt preſideret & dominaretur piſcib. maris, & volucrib. cœli, vt patet Ge. 2. Sed propter peccatum & inobediẽtiã fuit eiectus à tali honore & dñio. Ideo Deus pater cõſtituit Xp̃m filium ſuum inquãtum homo, qui patri obediendo, recuperauit omnia quę primus Adã perdiderat. Et ſic Deus pater ſubiecit Chriſto omnia, ſub pedibus eius. ſ. oues, & boues, & volucres cœli, & piſces maris. Et hoc eſt quod miratꝰ Dauid in hac parte, dicens. Quid eſt hõ. &c. q.d. quid meruit hõ. ſ. primus Adã, ꝙ memor es eius, cum ſit peccator, aut quid demeruit filius hominis. ſ. Chriſtus qm̃ taliter viſitas eum, per mortem & paſſionem, cum fuerit innocẽs ſine peccato? & cur minuiſti ipſum pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lominus ab angelis, cū sit maior angelis, qꝛ licet ſm deitatē ſit immortalis & impaſſibilis, tamē adhuc ſm humanitatē nō merebatur mortē, quia nō ex opere Adā natus eſt, nec peccauit in illo, nec in ſe. Veruntamen licet minuerit ipſum ab angelis ipſū morti ſubiiciēdo, tñ poſtea pp realē obedientiā feciſti ipſum maiorē ang. Nā ota ſubiecciſti ſub pedibus eius &c. Scīdo eſt vlterius notandum, qꝛ tria principaliter meruit Xps pp ſuā paſſionē, & inobedientiā, & humilitatē, & propter immenſam Caritatē erga genus humanum. Nam primo meruit liberare totum humanā naturā de poteſtate Diab. & hoc offerendo ſuā vitā & ſanguinē pro nobis in prętiū. Secūdo meruit immortalitatē & reſurrectionē, p ſe & mēbris ſuis, & hoc ratione ſuæ obedientiæ & caritatis, qꝛ propter nos fuit vſitatus.

B Tertio meruit vniuerſale dñium, & iudiciariam poteſtatem ſuper homines, & angelos, in cœlo, & in terra, & in inferno, & meruit vniuerſaliter dñium ſup cœlos & ota elemēta, & oēs creaturas tā rationales q̄ irrationales, & hoc qꝛ exinaniuit & minuit ſeipſum pauſominus ab ang. & humiliauit ſe, factus obediēs patri vſq; ad mortē. ad Eſe. 2. Ex quib. patet qꝛ maius fuit meritū Xpi, q̄ peccatum ipſius Adam, quia plura recuperauit Xps p ſuam paſſionem & humiliatem, q̄ perdidit Adā p peccatū. Nā Adā ſolū perdidit dominiū & poteſtatē quā habebat tantum ſuper creaturas irrationales, & animalia bruta, ſed Chriſtus adeptus eſt poteſtatem & dominiū nō ſolūmodo ſup hoies & alia bruta, ſed etiam ſuper oēs angelos & dęmones, & ſup omnes cęlos & omnia elemēta, ſic ipſe dicit

C Matt. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. &c. Hoc ergo pręuidens Dauid in ſpiritu, dic. O Dñe pater quā admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, quantū ad iuſtitiā & equitatē. Nam licet minueris filium tuū Ieſum paulominus ab ang. faciēdo ipſum filiū hominis mortalē, & paſſibilē, & viſitaueris & cruciaueris eum dura mortē & paſſione pro homine liberādo, tamen pp merita ſuæ humilitatis & mortis, tribuiſti ei iuſtum pręmiū. Nā primo Gloria & honore coronaſti eū, quia ipſum de morte ad vitam gloriosam ſuſcitaſti: quod ptinet ad gloriā. Secūdo in cęlum recepiſti, & in dextera tua collocaſti, & vniuerſalē poteſtatē in cœlo & in terra, & in inferno ei tradidiſti, & tanquā regem hominū & angelorū coronaſti. quod ptinet ad honorē. Vñ nō ſolū cōſtituiſti ipſum ſup creaturas rationales, ſed etiā cōſtituiſti eā ſup omnia opera manuū tuarū. Nā.

Omnia ſubiecciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas. inſuper & pecora campi

Volucres cœli & piſces maris, quę perambulant ſemitas maris.

Omnia creata ſubiecciſti ſub pedib. & poteſtate eius. ſoues & boues vniuerſas, & inſup ſubiecciſti ſibi oia pecora cāpi, & omnes volucres cœli, & omnes piſces maris qui perambulant & natant ſemitas maris. Ad cuius intellectū eſt aduertendum, qꝛ omnia illa animalia & etiam elemēta fuerunt realiter & literaliter ſubiecta virtuti nominis Chriſti, & eius poteſtati: nā mare & venti obedierāt tibi ante & poſt reſurrec. & etiā piſces obedierūt ſibi, nā in virtute & p̄cepto Xpi Apoſt. laxarūt rethe & ceperūt magnā multitudinē piſciū vt patet Luc. 5. Io. 21. Sed etiā iſta locutio profetę intelligitur metaforicē. Nam p oues & boues non ſolum intelligit beſtias, ſed etiam rationales creaturas, per huiuſmodi intelle&tas. Nam per oues intelligit populos, & ſtatus inferiores hominum: & per boues intelligit reges principes & maiores, & per pecora campi intelligit gētes barbaras, quę ad modum pecorum viuebant, campos & nemora peragrātes, ſicut ſūt ſcytæ & Aethiopes p deſerta iugiter errantes: & p piſces intelligit habitantes in inſulis maris, & per perambulātes ſemitas maris intelligit nauigātes. Itaq. nulla regio, nulla habitatio, nulla hominū cōditio ſeiuncta ab Xpi & eius nois poteſtate. Iterē per volucres cęli intelligit angelos qui ceciderūt de cęlo, & etiā bonos qui in cęlo māſerunt. Angelus dicūtur volucres a volando, & a velocitate intelligētię & virtutis. Oia ergo pater ſubiecit ſub pedibus & poteſtate Xpi, etiam inquantū homo eſt, & hoc ab inſtāti ſuę cōceptionis. Sed hoc magis appatuit in ſua vita, per miraculorum operationē, & multo magis fuerunt manifeſta in ſua reſurrectione & aſcēſione. Sed multo maxime manifeſtabitur executio ſuę poteſtatis in finali iudicio. Ideo Dauid in fine huius pſalmi admirando virtutes & poteſtatem huius nominis Ieſu, propter omnia ſupradicta, admirando concludit, quod in principio prǽmiſit, dicens.

Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra

Tota ergo ſententia & argumentū huius pſalmi

A pſalmi conſiſtit in hoc, quoniam Dauid prę videns myſteria huius nominis Ieſu, quæ in eius aduentu debebant in vniuerſo mundo manifeſtari, ideo cum admiratione dicit. O domine dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum. &c. Nam primo erit admirabile in potentia & magnificentia, probatur. Quoniam eleuata eſt magnificentia &c. Secūdo erit admirabile in ſapientia. Quoniam videbo cœlos. &c. Tertio erit admirabile in miſericordia, nam quid eſt homo qꝛ memor es eius. &c. Quarto eſt admirabile in iuſtitia, quia gloria & honore. &c. Eſt tandem notandum qꝛ iſte pſalmus legitur in officio virginis eo qꝛ eſt mater ipſius Ieſu, qui dicitur huius hominis. Item quia cum ipſa ſit minor angelis ſecundum naturam, tamen per gratiā fuit eius magnificentia ſuper omnes cęlos eleuata

B tā, & gloria & honore, hominū & angelorū regina coronata, & ex ore infantium & lactēntium benedicta, & per omnes gentes beatificata, quæ ſingulari gratia prǽuenta, inimicū & vltorem diabolum deſtruxit & ſuperauit, cui Ieſus filius eius omnia ſubiecit & ſuppoſuit. Item iſte etiam pſalmus legitur in feſtis martyrum & confeſſorum, eo qꝛ ſunt participes regni Chriſti, & regnāt cū eo pp merita martyrii aut laboris. Et ſic eorum magnificētia eſt eleuata ſuper cœlos, & Chriſtus in cęlo gloria & honore coronauit eos, & ſubiecit omnia ſub pedibus eorū, nam ipſi in dicabūt cum Chriſto, 12. tribus Iſrael in die iudicii. Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quinque concluſiones, quarum.

Prima eſt, quōd in aduentu Chriſti fuit

C manifeſtum & admirabile in vniuerſa terra illud nomē Dei Adonai, quod in veteri teſtamento per illas quatuor literas ſcribebatur.

Secūda cōcluſio, qꝛ hoc nomen Ieſus eſt illud nomē qꝛ illis quatuor literis ſcribebatur.

Tertia cōcluſio, qꝛ Ieſus Chriſtus verbū incarnatū, manifeſtauit in vniuerſa terra ſignificatū nois Dei tetragrāmaton. ſ. trinitatē diuinarum perſonarū, & myſteriū incarnationis duarum naturarum in vna perſona.

Quarta concluſio, qꝛ Ieſus Chriſtus manifeſtauit in vniuerſa terra perfectiones eſſentiales quas ſignificabat illud nomen Dei tetragrāmaton, probatur, nam Chriſtus primo per ſe, & ex conſequenti per ſuos apoſtolos manifeſtauit omnipotentiam Dei in vniuerſa terra per operationem miraculorum. Secūdo manifeſtauit Dei ſapientiam in fundatione eccleſiæ, & datione legis euangelicæ.

Tertio manifeſtauit Dei miſericordiam in morte & paſſione, & i peccatorū remiſſione.

Quarto manifeſtauit Dei iuſtitiā, quia pater omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & tradidit ſibi iudiciariam poteſtatem, & dominium ſuper omnes creaturas.

Quinta cōcluſio, qꝛ nomē Ieſus, qꝛ eſt nomē Dei, per aduentū Chriſti fuit manifeſtatū & magnificatū non ſolum in vniuerſa terra, ſed etiā in cœlo & in inferno, quia in nomine Ieſu omne genu flectitur. &c. Sed contra prædictas cōcluſiones, & contra totā ſupradictā expoſitionē arguūt Iudæi moderni, dicentes, quod hoc nomen Ieſus nō eſt nomen Dei tetragrammaton, nec illud nomē Dei admirabile in vniuerſa terra, de quo loquitur Dauid in hoc pſal. quod erat manifeſtādū in aduentu Meſſiæ, vnde arguunt primo ſic, illud E nomen fuit ignotū & incomprehenſibile patriarchis & profetis, ſed eſt manifeſtandum per ſolum Meſſiam in lege promiſſum, quia tunc erit nomen nouū quod os dñi nominauit. vt patet Eſ. 62. ſed hoc nomē Ieſus eſt nomē antiquum & notum patriarchis & profetis, quia multi vocati ſunt hoc nomine Ieſus puta Ieſus filius Naue, qui introduxit Iſrael in terrā promiſſionis, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, qui ædificauit ſm tēplū, & Ieſus filius Sirach qui renouauit ſapientiam, ergo hoc nomen Ieſus non eſt illud nomen Dei tetragrāmaton. Secundo arguunt ſic. Nā illud nomē Dei Adonai debet cōprehēdere totā plenitudinē diuinitatis, et totum pelagus diuinarum perfectionū & virtutum. Et ideo dē meſſabile & incomprehenſibile, quia F eſt nomen omnipotentiæ & virtutis, in cuius virtute Meſſias debet detegere oēs theſauros abſconditos, & ſubicere ſibi totum orbem, & cogere angelos & dęmones venire ad ſuum imperium, immo dicūt qꝛ in virtute huius nominis ſuſcitabit mortuos, & conuertet ferrū & ſtannum in argentum & aurum, & murabit mōtes ex vno loco ad alium, quia cum manu capiet mōtem Sinai & mōtem Tabor, & iūget eos cū mōte Sion, & ſuper eos reędificabit magnam & nouam Hieruſalē, p ſuis Iudæis. Sed nos videmus quōd ad inuocationem huius nominis Ieſus nihil horum fit, ergo ſequitur quōd non eſt illud nomen Adonai. Tertio arguunt ſic. Nam illud nomen Dei in aduentu Meſſiæ debet dilatari & magnificari à ſolis ortu vſque ad occa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sum, vt patet Malach. primo. Sed hoc nomẽ Iesus nõ est magnificatum, nec notum apud sarracenos, nec Iudæos, nec apud Indos, nec manifestum in aliquibus partibus mundi, igitur non est illud nomen Dei manifestum & admirabile in uniuersa terra, nec est adhuc manifestum.

In oppositum est saluator. Ioan. 17. qui dixit, Pater manifestaui nomen tuum hominibus: &c. Respondeo. In hac quæstione erunt duo articuli. Nam in primo est videndum an possit esse aliquod nomen ita sufficiẽs & ꝓprium, quod comprehendat & notificet totã essentiam & plenitudinem deitatis, cũ omnibus perfectionibus suis. In secũdo vero videbitur an possit reperiri aliquod nomẽ vocale, ita proprium ad notificandum Deũ, &
B Messiam in lege promissum, sicut est hoc nomen Iesus. Quantũ ad primum est notandũ secundum Aristotelem secundo de anima, & septimo Metaphysicæ, ꝙ intellectus noster i sui prima operatione apprehendendo rem ꝑ sua essentialia, formatꝫ cõceptum diffinitiuũ rei intellectæ, absq; compositione & diuisione, quia in tali apprehensione nec dicit rem esse, nec nõ esse, nisi solum quicquid est secũdum essentiam suam, quem quidem conceptum græci appellant, logon. i. verbum, per quem conceptũ res dꝫ nota tantum ipsi intelligenti. Et dicit Aug. super Ioan. & Auicẽna in logica sua, ꝙ ad hoc ꝙ talis conceptus ad extra notificet cæteris, oportet ꝙ induat vocem, & tñc per vocem notificatur cæteris. Et tunc cõceptus, siue diffinitio mentalis, efficit nomen, quasi notamen, quia vt sic, cæteris no
C tificatur. Ideo dicit Arist. primo perihermenias, ꝙ nomina & voces sunt notæ earũ quæ sunt in anima passionũ. i. ipsorũ cõceptuum & cogitationũ. Itẽ quarto & septimo Metaphy. dicit ꝙ nomen significat diffinitionẽ. Ex quo patet ꝙ nomen vocale, in se includit cõceptũ simul & vocẽ, qa nomen non est aliud nisi cõceptus notus per vocẽ, siue vox explicans & notificans cõceptum & verbum mentis. Ita ergo dicit Aug. 15. de trinitat. ꝙ sicut nos per simplicem intelligentiam formamus cõceptũ diffinitiuũ de tota essentia rei, quod dꝫ verbum explicans totã essentiã rei, Ita pariter Deus ab æterno intelligẽdo se, dicit verbum de tota memoria sua fœcunda, & ꝑ consequens de tota essentia & substantia sua, diffiniens & cõprehendens totã essentiã & substantiã suã, & plenitudinẽ suæ deitatis, & perfectionum omnium suarũ perfectionum. Nã cũ il-
D lud verbum sit de totã substantia ipsius dicẽtis, in eo sunt & apparent oẽs diuinæ perfectiones, & Ideæ omnium rerum. Et sic Deus pater per illud verbũ diffinit & cõprehendit seipsum, ſm totam plenitudinem suæ deitatis & perfectionis. Et sic infinitæ seipsum cõprehẽdit & diffinit. Ex quo patet, ꝙ illud verbum non põt esse finitum, nec tẽporale, nec successiuũ, sed æternũ; quia pater nunq̃ fuit sine tali verbo. Ideo dꝫ 1o. primo: ꝙ in principio erat verbum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Rursus quia in tali verbo sunt Ideæ omniũ rerũ, à quo dependent ſm suum esse, ideo pater, solo verbo, dicendo ad extra, omnia creauit ex tempore. Et ideo subdit euãgelista, ꝙ oĩa per ipsum facta sunt: &c. Dicit vlterius Aug. ꝙ sicut verbũ nostrum, siue cõceptus, ad hoc ꝙ notificet ad extra, & notificet rẽ, oportet ꝙ efficiatur nomen, induendo vocem, quia aliter esset nota soli intelligenti, Ita pariter Deus pater, vt notificaret nobis verbum & filium suum, & voluntatem suam toti mundo, induit verbum suum carne, & fecit ipsum nomen, per quod nobis locutus est. Et Christus sic verbum incarnatum, factũ nomen, nonficauit nobis diuina mysteria, quę vsq; ad illud tempus nũquam fuerãt occulta. Ideo subdit euangelista, ꝙ verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Et vidimus gloriam eius, &c. Et sic patet qualiter verbum Dei æternum, factũ est nomen temporaliter & nouiter carnẽ assumendo. His habitis, ponit prima cõclusio. s. ꝙ nullus conceptus creatus põt cõprehendere, nec explicare, nec diffinire Deum secundũ totã ꝙ essentiã & substantiã, & plenitudinẽ siue deitatis & perfectionis. Probatur: qa nullũ finitũ põt cõprehendere nec ambire aliquod infinitum, sed Deus quo ad plenitudinẽ deitatis & perfectionis, est infinitus, ergo est incõprehensibilis & indiffinibilis à quocũq; finito, minor patet, maior probatur. Nã diffinire nil aliud est q̃ rem ſm totam essentiã cõprehendere & ambire, & cõcludere, & terminare. Et ideo philosophus dicto posteriorũ, diffinitionẽ appellat terminum rei, eo ꝙ claudit rem diffinitã, & terminat, & ambit secundũ totã suam essentiã. Hoc idẽ dicit Aug. 12. de ciuitate ca. 8o. ꝙ quicquid scitur, scientis scientia comprehenditur, & scientis comprehẽsione finit. &c. Ex quo patet ꝙ solus Deus per verbũ suum, seipsum potest diffinire, eo ꝙ illud

verbum

A verbum est sibi cõsubstãtiale & infinitum & coæternum. Et qa solus Deus de se põt dicere & ꝓfitere tale verbũ sui ipsius diffinitiuum: imo Deũ dicere verbũ de tota substãtia sua, nil aliud est, nisi seipsũ diffinire ſm plenitudinẽ suæ deitatis. Secda cõclusio ꝙ Iesus Xps saluator noster. s. illa ꝑsona q̃ nos redemit, est nomen Dei patris: probat. Nam illa ꝑsona est verbum incarnatum, factum nomen induẽdo carnẽ, ꝙ quod nobis pater notificauit suã voluntatem, & suã oipotẽtiã, & sapientiã, & misericordiã, & iustitiã, & notificauit nobis totum mysterium Trinitatis & incarnat. ergo est nomẽ Dei. Nã sicut cõceptus humanus siue verbum internum notificat nobis rẽ ꝑ suã essentiã, & per suos effectus, ꝙ vocẽ sibi iunctã: Ita verbum Dei no-
B tificauit nobis per carnẽ & humanitatẽ, mysteria Dei occulta, vt dictum est. Vnde sicut nomen nostrum vocale cõunet in secõceptum: Ita humanitas Christi quasi induit verbum, & sic verbũ carne indutũ, notificauit mũdo oĩa sup. Vnde sicut nomẽ nr̃um vocale nil aliud est nisi verbum indutũ voce, seu habẽs vocẽ, Ita Xps nihil aliud est nisi verbũ Dei hns carnẽ, vel verbũ in carne, vel verbũ caro ꝑsonaliter factum. Ioã. 1. Qui qdẽ Xps declarauit nobis legẽ & ꝓphetas tanquã verũ nomẽ Dei pris: qa lex per Moysen data est: gra autẽ per Xpm nobis facta & manifestata est. Ex supradictis patet ꝙ nullum nomẽ vocale vel scriptum, nec aliqs humanus cõceptus nec creatus põt diffinire Deum ſm essentiã & plenitudinẽ deitatis & perfectiõis, quia omnis talis cõceptus est creatus & finitus. Et per cõsequens talis cõceptus per nul-
C lã vocẽ humanã, indutus, poterit notificare Deum ſm totã suam essentiã & substantiã, nec ſm plenitudinem suæ deitatis, nec ſm qa hoc conuenit soli verbo incarnato: quod est proprium nomen Dei vt dictum est. Secundo sequitur, ꝙ ꝑsona Christi. s. verbũ incarnatum, est illud nomen Dei ꝙ os Dñi nominauit. Es. 62. quia primo ab æterno est verbum à patre dictum, & sapientia quæ ex ore altissimi prodiit, qui cum patre & Spiritusancto fuit cuncta cõponens. Pro. 8. & ex tempore à patre nominatum. i. caro factum. Nam patrem filium nominare, nil aliud est quam verbum in carnẽ mittere. Item sequitur ꝙ illud nomen Dei quòd per illas quatuor literas significabatur, non est aliquod nomen vocale, nec scriptum, sed realis ꝑsona Xpi. s. verbum incarnatum, quod q dẽ nomẽ desiderauerunt scire & cognoscere, & videre patriarchæ, & profetæ, & oẽs fideles vet. tes. in quo expectabãt saluari, & liberari. Vnde nõ expectabãt aliqd nomẽ vocale vel scriptum, sed filium Dei in quo & per quem erant omnes saluãdi. Vnde qm̃ Es. 30. dicit: Nomen Dñi veniet de longinquo. &c. non intendebat dicere ꝙ aliquod nomen vocale vel scriptum deberet venire de lõginquo ꝙ lo, sed ꝑsona Christi. s. verbum in carnẽ. Item nomen vocale nõ est nomen, quod os Dñi nominauit, qa ex ore Dei non exit aliquod accidens: sed intendit dicere ꝙ os Dñi ab æterno produxit verbum Dei, & ex tempore misit ipsum in carnẽ. Hoc idem dicitur Es. 45. vnde dicit pater ad filium arcana secretorum: Vt scias quia ego Dñs, qui voco
B nomen tuum Deus Israel, propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo & assimilaui te &c. quæ qdem verba nõ possunt intelligi nisi de solo Xpo Iesu, quẽ pater nominauit, & Deum vocauit, cui tesauros absc̃oditos sacrę scripturę & cœlestis gloriæ reuelauit, & cui dedit nomen, quod est sup omne nomen. &c. de quo dicit Apost. 19. ꝙ Christus habet nomẽ scriptum in diademate, qd nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomẽ eius, verbum Dei. &c. Ex quo patet, ꝙ ꝑsona verbi incarnati est nomen Dei incõprehensibile, quod nemo nouit nisi ipse, quia sicut solus Deus se diffinit illo verbo æterno, ita se nominauit illo nomine
F s. verbo incarnato, significato per illud nomen tetragrãmatõ veteris legis, & per hoc nomen Iesus nouę legis. Ex supradictis patet esse stultã & vanã cupiditatem & solertiam modernorum Iudæorum circa intelligentiã, & inquisitionẽ, & declarationẽ illius nois Dei, quatuor literarum, qui videntes tot & tãta scripta in lege & profetis de illo nomine, cõtinuò quærunt & inuestigãt declarationem illius. Vnde dicunt ꝙ est vnum nomẽ vocale, & scriptum, significatum per illas quatuor literas Iot. he. vau. he. quod nõ nouit nisi Moyses, cum quo fecit illa miracula, & Salomõ, cum quo sciuit oẽs scientias, & acquisiuit multas diuitias. Alii autẽ dicũt quod nullus antiquorum potuit scire illud nomẽ, sed solus Rex Messias quẽ falso expectant, debet scire illud, cum quo reuelabit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tesauros absconditos, & subiiciet sibi totum orbem. Alii autem dicũt q̃ Iesus Nazarenus furatus est illud nomen scriptum à Necromanticis, & Magis ægypti. Et ideo cũ illo nomine suscitabat mortuos, & sanabat ægrotos, & faciebat cætera miracula. Et ideo exin de fuit iniecta cupiditas oibus rabinis & magistris Iudæorum inquirendi hoc nomen & proprietates eius: quod no mẽ Semãmeforas appellãt, cum quo putãt detegere tesauros absc̃ditos, & trãsmutare plumbũ & cuprũ &cet. metalla in argentum & aurum. Et sic inuocant dæmones, vt doceant illud nomẽ. Et sic omnes rabini eorum sunt Necromantici decepti à Diab. Sed q̃ sit stulta, & vana talis opinio de se est manifestum. Nam primo isti decipiuntur circa substantiam nominis Dei: & isti quærunt vnum nomen vocale
B vel scriptum, quod solum est in aere vel carta. Secundo errant circa tempus: quia quod iam venit & factum est, quærunt futurum, quia iam venit Christus, qui est verum nomen Dei, & reuelauit tesauros absc̃ditos sacræ scripturæ, & regni cælorum, & cõfregit portas & vectes ferreos inferni; & liberauit omnes de seruitute inferni & peccati. Etiam mutauit mõtes, quia humiliauit principes & reges & Imper. & direxit praua in directa, & aspera in vias planas & cæt. Item errãt circa modum inquirendi hoc nomen. Nam hoc nomen & eius proprietates nõ quæruntur nisi per Fidem, & Spem, & Caritatẽ, & Humilitatem, & ipsi quærunt ipsum ex proprio conatu, & partes magicas. Itẽ errãt circa finem & effectũ eius. Nã Deus pater promisit & misit ipsum ad saluandum, & liberandũ
C à seruitute peccati, & ad dandã gloriam in futuro, & regnũ cælorum. Et ipsi desiderãt ipsum ad diuitias corruptibiles acquirendas & tesauros temporales detegendos, & dominium temporale adipiscendum, & opera magica, & fere est ibi lis faciendi. Ex quibus in promptu patet eorum deceptio & vana & stulta cupiditas, & ridenda solicitudo circa inquisitionem eius: & hoc de primo articulo. Quãtum aũt ad 2m articulum est primo notandum 2m philosophum 7. metaphysicæ, & secũdo posteriorum, q̃ sicut illa est melior & perfectior diffinitio quæ magis explicat diffinitum: Ita illud nomen est melius & cõuenientius & magis propriũ, quod manifestius notificat rẽ. Et ideo si est aliquod nomẽ notificãs rem, non solum quo ad essentialia, inquãtũ nomen significat diffinitionem, sed si notificat quo ad rei effectus, illud erit magis proprium & sufficiens, quia sicut proprium est diffinitioni diffinire rem quo ad essentialia, ita propriũ est nomini notificare rẽ quo ad eius effectus, & 2m oẽm modũ notificandi possibilẽ, quia nomen dicitur à notificãdo. Ex quo patet q̃ illud nomẽ erit magis propriũ Deo, quod plura & magis propria notificat nobis de Deo: nõ solũ quo ad essentiã, sed etiã quo ad eius effectus. Sc̃do est notandum q̃ ista quatuor se habent per ordinẽ. s. esse, viuere, sine vita: & saluere siue salus: & saluare siue saluator. Vnde, esse, dicit actũ essendi siue durationẽ. Vita autẽ, dicit esse cũ vitali operatione, quia viuere, viuentib. est esse. Salus autẽ dicit vitam cum integritate sine defectu. Saluare autẽ siue Saluatorem esse, dicit actum saluãdi. s. cæteris rebus vitã
E dare. Et sic ille qui dat salutem & saluat, ille idem dat vitam & esse. Et qui dat vitam & saluẽ & esse: necesse est vt de se habeat salutem & vitam & esse, quia vnum per ordinẽ includit aliud, & vltimum includit omnia tria per ordinẽ præcedentia. Sed cum in Deo nullum sit accidens, nec aliquod dependẽs, ideo essentialiter est quicquid habet, & sic Deus essentialiter est sua salus & vita & esse, etiã est causa omnium salutis & vitæ & esse, per cõsequens qui solus de se potest dare salutem, ideo essentialiter est saluator. i. quia ad ipsum pertinet saluare & dare salutem & vitam integram rebus à se creatis.

His ergo habitis ponitur prima cõclusio. s. q̃ esse simpliciter & per se, est proprium ipsi
F Deo, probatur. Nam Deus est primũ necesse esse, á nullo dependens, & dans esse omnibus rebus, ergo soli Deo est proprium esse. Hãc cõclusionẽ probat Auicenna & Algazel in sua metaph. & philosophus secundo & quinto & decimo metaph. Et ideo dixit Dñs Moysi Exod. 3. Ego sum qui sum: dic filiis Israel, qui est, misit me ad vos. Hoc est nomen meũ memorabile in æternum. Hoc idem probat Aug. 12. de ciuitate Dei. cap. 2. & in plerisque locis. Secunda conclusio, q̃ viuere & vita, est propriũ ipsi Deo: quod probatur per eandẽ rationẽ. Nã, si solus Deus viuit & est vita per essentiam suam, & dat oibus vitam & viuere, ergo sibi est proprium vita & viuere, hanc conclusionem probat philosophus. 12 metaph. dicens q̃ esse, & vita, & voluntas dicuntur de Deo essentialiter, vt ipse est sua vi
ta. Et

A ta. Et sic omnibus rebus dat vitã. & oia viuũt in ipso. patet Io. 1. quia quod factum est in ipso vita erat. Itẽ in ipso mouemur & sumus. Actu. 18. Et ideo quia Deus per se viuit, & dat cæteris vitam, hinc est q̃ Deus semper iurat per vitã suã dicẽs. Ezec. 18. Viuo ego, no lo peccatoris mortẽ. &c. Iõ fideles ve. test. iurabãt per vitã Dei. Vñ primo Reg. 14. dixit Saul, viuit dñs saluator Israel. Ionatas absq; retractatione morief &c. Et sic iurabãt oẽs fideles ve. te. Ex quo patet, q̃ vita & viuere est propriũ ipsi Deo. Tertia cõclusio, q̃ salus & saluare est per se propriũ ipsi soli Deo, probatur, quia solus Deus per se viuit vita integra,
B sine defectu, & sine termino, quia duratio sua est interminabilis vitæ, tota simul & perfecta possessio, libera ab oi infirmitate, & miseria, et defectu. Vnde nulla duratio aliorũ dr̃ proprie vita: nã duratio hominũ, & oĩum aĩa liũ, & plãtarum tẽdit ad interitũ, ergo nõ est proprie nec simpliciter vita, sed tm̃ 2m aliquid. Itẽ duratio angelorũ, licet nõ tẽdat ad interitũ, tñ hoc non habent angeli à se sed à Deo, & ideo Deo volẽte possunt deficere 2m Platonem in Timæo. Et iõ soli Deo est propriũ viuere, & cæteris ad libitũ vitã cõicare. Et sic omnes per talem vitã integrã, quæ dr̃ salus, Deum unitare desiderãt. Ideo semper amicis salutem optamus, dicẽdo, Salus sit tibi à Deo, & salue amice. i. viue in æternum. Et sic dicebat Paulus ad Colossen. 4. Salutat vos Lucas medicus. i. saluẽ & vitam æternã vobis optat. Itẽ Terẽtius in Eunuco. Plurima
C salute Parmenonẽ suũ impetit gnato. Et iõ quia solus Deus est suã salus, & vita intellectus illi, decus atq; virtus &c. Et quia solus ipse Deus potest dare talem saluẽ. s. vitam integram sine defectu, hinc est q̃ in tota scriptura dicitur Saluator, & saluare, & salus nostra. Et sic patet qualiter ista quatuor per ordinem se includunt, & sunt propria ipsi Deo s. esse, viuere, salus, siue saluere, & saluare, siue saluatorem esse.

Quarta cõclusio, licet supradicta quatuor nomina. s. esse, & vita, & salus, & saluator sint propria ipsi Deo, tamen vltimũ nomen. s. saluator est magis propriũ & propriissimum ei, & magis accommodatũ. Prima pars est probata per tres cõclusiones supradictas. Scda pars probat: nã licet esse, & vita, & salus sint propria ipsi Deo, tñ absq; cõtradictione põt cõicare, & cõicat ea cæteris creaturis. Nam
D omnibus cõicat esse, tam animatis quã inanimatis, & solis animatis cõicat vitã scu viuere, & solis rõnalibus, & intellectualibus cõicat saluté. s. vitam integrã & æternã & beatã, sed nulli puræ creaturæ cõicat q̃ possit saluare. s. dare saluté & vitã, & esse, quia hoc soli Deo conuenit, cum sit omnia ista per essentiã. Et sic Deus ista nõ posset dare alicui puræ creaturæ, nisi faceret ipsam Deum, quod est impossibile. Et ideo hoc nomen Iesus. i. saluator, est nomen solius Dei proprium. Et soli filio ipsum cõmunicauit, eo q̃ seipsum, factus obediens vsq; ad mortem: crucis, humiliauit, ideo pater dedit sibi hoc nomen quod est super omne nomen &c. ad Filipp. 2. Quod quidem nomen intantum dr̃ magis proprium
E Deo, inquantum in se continet oẽs alias perfectiones, & est puris creaturis incõicabile quantum ad suũ significatũ, quia nulla creatura põt saluare. i. dare esse. & vitam & salutem. s. vitam integram, & saliclẽ sine defectu. Et quia soli filio suo hoc nomẽ pater potuit cõicare, quia quicquid filius habet, habet à patre: Ideo sub tali ratione salutis siue saluatoris promisit ipsum mittere in mundum, vt patet in toto tẽsto veteri, vnde Isai. 12. In illa die haurietis aquas de fontibus saluatoris. Item cap. 25. Saluator ponetur in ea &c. Itẽ cap. 36. Dabo in Sion salutem. Item cap. 63. Ego propugnator ad saluandum. Item sub tali nomine receptus est Christus in nouo testamento. vnde Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum, hoc idem Lucæ. 1. Itẽm sub tali nomine saluatoris recepit ipsum Simeon in vlnas suas, dicens. Nunc di-
F mittis &c. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Item ipse Christus sẽ nominat saluatorem. Ioan. 3. cum dicit. Non enim misit Deus filium suum in mũdum vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ex quibus patet quòd Iesus. i. saluator est nomẽ magis proprium, quia magis conuenit & pertinet ad Christum inter cætera nomina, qa sibi soli conuenit & nulli alteri, & magis explicat officium eius quam cætera nomina, quia primo & principaliter venit ad saluandũ oẽs, & dandũ vitam æternam, quia hoc nomen Saluator duo explicat simul. s. redẽptionẽ & glorificationẽ. Nã Iesus siue Saluator est dator salutis, id est vitæ integræ, sine defectu & miseria. Quarto excludit & abiicit mortem & oẽm miseriam, & dat vitã felicẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quod soli Deo conuenit. Ex quibus patet q̄ pater & spūsanctus nō excluduntur ab hoc nois Iesus. Nam sicut pater est æternus & vita integra, ita pariter est saluator, & dator æternæ vitæ, & sic est dicēdū de spūsancto, qa saluator pr̄, & saluator filius. & saluator spiritussanctus, nō tres saluatores, sed vnus saluator, & vna salus, & vna vita æterna. Sed hoc nomen Iesus, & saluator, intantum attribuitur filio, inquantum p̄ ipsum in humanitate facta est nostra redemptio & salus, & inquantū est mediator & verbū & incarnatū. Quia sicut tota trinitas creauit nos, ita saluauit nos, & ita dicitur q̄ pater redemit nos p̄ filium, imo quia pater de se, & à se habet hoc nomen saluatoris, ideo donauit ipsum filio, qa pater dedit filio hoc nomen Iesus, qđ est

B supomne nomē: ad Filip. 2. & sic hoc nomen conuenit toti trinitati. Et hæc est causa quare in primitiua ecclesia baptizabāt apostoli i nomine Iesu. Actu. 3. eo quia hoc nomen cōpetit toti trinitati, sed ex nutu spiritussancti, postea baptizarunt in nomine patris, & filii, & spiritussancti, iuxta formā sibi traditam à Christo Matt. 28. & Mar. vlti. ad explicationē trinitatis diuinarū personarū, & vt obuiarent perfidiæ Arrianorum & Iudæorum. Et sic patet qualiter hoc nomen Iesus est magis proprium ipsi Deo, quia magis & plures perfectiones explicat, quia explicat creationem & redemptionem, & glorificationem. Et sic explicat totū intentum sacræ scripturæ, quia nil aliud intendit tota sacra scriptura vtriusque testamēti, nisi ostendere Deum esse unū, primum ptincipium, æternū, trinum & unū

C & creatorē, & redemptorem, & glorificatorē. Nā si Deus est prima salus, & vita integra, & æterna, & dator salutis, & vitæ sine defectu, ergo est creator, & redēptor, & glorificator. Et patet ēt quō licet hoc nomē Iesus, & saluator cōpetat toti trinitati, tñ attribuitur filio, eo q̄ tota trinitas operata est p̄ eum nostrā redēptionē, tanq̄ per mediatorē, vt dictū est in prolngo tractatu. 3. & dicetur psalmo 17. Et quia per ipsum Christū manifestatum est hoc nomen Iesus in vniuersa terra, quia ipse manifestauit mysterium trinitatis & creationis, & redemptionis, & glorificationis, ideo verē dicitur Iesus & nomen Dei. Sed cōtra omnia prædicta arguitur, nā dictum est in toto primo articulo, quòd nomen Dei nō est vocale nec scriptū, sed est ipsa persona filii. s. verbum incarnatum, quod patres veteris testa. expectabant. In hoc aūt secūdo articulo dicitur q̄ nomen magis proprium Deo, est hoc nomen Iesus, habens tres syllabas, ergo cōtradictio in verbis. Ad hoc respō detur, q̄ Deus habet duo noia. s. vnū quo ipse nominat se, & alterum quo nos nominamus eū. Nomē quo Deus nominat se, est verbū incarnatum. s. ipsa persona filii. Nam inquantū verbum, est ab æterno dictū à patre, & est conceptus quo pater dilhnit se, vt dictū est. Sed inquantū incarnarum, est nomen quo pater se, & per quem filius manifestauit seipsum mundo, & per quē locutus est nobis pater nouissimè diebus istis. Heb. 1. Ideo ait Saluator. Ioan. 17. O pater manifestaui nomē tuum hominibus. &c. Et sic pater qualiter filius incarnatus est nomē, quo Deus pa

E ter nominat se nobis. Sed hoc nomē Iesus habens tres syllabas est nomē vocale scriptum, quo nominamus Deum, et specialiter illam personā incarnatā ipsius filii, sicut patres antiqui nominabant ipsum p̄ illud nomen quatuor literarū, qđ idem est qđ Iesus, Nam illę quatuor literæ. s. ior. he. vau. he si rectè combinentur in Hebræo cū suis punctis, reddūt hoc nomen Iohessua Hebraicè, quod idē est Iesus græcè, & Iesus. s. saluator latine. Et sic hoc nomen Iesus, est quo nos nuncupamus illā p̄sonam Xp̄i, eo q̄ significat saluatorem, & redemptorem, & glorificatorem, quem oēs patres uete. testa. expectabant, vt veniret ad saluandum & redimendum genus humanū Ideo tantopere desiderabant scire proprietatem illius nominis tetragrammaton, non ratione signi, sed ratione significati, quia significabat Messiam in lege promissum. Et illi

F tantum habebant literas huius nominis Iesus. s. ior. he. vau. he. in illo nomine, sed non habebant sonū, quia non pronunciabant, nisi Adonai. & sic nondum habebant propriū sonum, nec sciebāt propriū significatum, quia nesciebant propriè quid significabāt illæ quatuor literæ. Et ideo vtrūq; desiderabant scire .i. sonū propriū illius nominis quatuor literarū, & significatum eius. Sed nobis q̄bus datum est nosse mysterium regni Dei, Deus revelabit in nouo test. sonū illius nominis tetragrāmatō, qñ Gabriel dixit uirgini Mariæ, Ecce cōcipies & paries filium, & vocabis nobis nomē eius Iesum. Et hoc idem reuelauit Angelus in somnis ipsi Iosef dicens, Vocabis nomen eius Iesum, & reuelauit etiam eius significatum cum subdit. Ipse enim sal-

uum

A uum faciet populum suum à peccatis eorū. Sed hoc magis reuelauit nobis Christus, cū realiter prædicauit & dedit legem euangelicam, & pro nobis passus est & resurrexit &c. per quā passionē nos realiter saluauit & redemit, & sic fuit natum nomen Dei in manu do per Christum, & diuulgatum in vniuersa terra per apostolos, & factum est admirabile in cœlo, &c. Sed restat adhuc difficultas. Nā Apostoli & sancti viri in hoc nomine Iesu faciebant signa & miracula, vt pater per totū discursum actuum apostolorū, ergo sequit q̄ virtus faciēdi miracula erat in illis tribus syllabis breuibus huius nominis Iesus. Ad hoc respondetur quod virtus faciendi miracula non erat realiter in illo nomine trissyllabo, nisi tamquam in signo, sed illa virtus

B erat realiter in eius significato. s. in illa persona filii, & verbo incarnato, & in tota trinitate, quam quidem personam Christi apostoli inuocabāt sub illo nomine. Sed causa quare Christus magis faciebat miracula inuocatus sub illo nomine, erat, quia illud nomen magis notificat diuinitatem Christi, & omnes eius perfectiones & eius potestatē, quia est nomen omnipotentiæ & sapientiæ, & misericordię, & potestatis, & iustitię, vt dictum est. Et ideo vult quod qñ nominamus ipsum sub hoc nomine Iesu, oē genuflectatur &c. Et sic voluit Deus eligere magis hoc nomen quàm aliud, vt in eius prolatione Deū adoremus, sicut voluit eligere crucem, vt in illo signo adoremus ipsum. Et sic patet qualiter

C persona Christi. s. verbū incarnatū, est nomē Dei, quo ipse nominat seipsū, & hoc nomen vocale Iesus, est illud nomen quo nos Deū nominamus, specialiter personam filii attribuiuē, eo modo quo dictum est. Sed nunc restat rndere ad argumenta Iudeorū in principio adducta. Ideo ad primū, quādo dicitur q̄ hoc nomē Iesus iā fuit notum in vet. testa. ergo non est illud nomen Dei &c. Respondetur, q̄ licet hoc nomen vocale trissyllabū Iesus fuerit notum in veteri testa. tñ verbū incarnatum quod est verum nomen Dei, quo Deus nouit seipsum, nunq̄ fuit notū nec manifestum in vet. test. vsquequo Deus venit in carnē, nec etiā nomen dñi tetragrāmaton fuit notum, quo ad eius proprium sonum, & eius proprium significatum, vsquequo p Angelū fuit Mariæ & Iosef expressum & revelatum, vt dictum est. Itē hoc nomen Iesus valde æquiuocè dicitur de Iesu Naue, & de

D Iesu Christo. Nam de illis tribus, s. Iesu Naue, & de Iesu filio Sirac, & de filio Iosedech dicebatur hoc nomen Iesus tāquam de figura, inquantum fuerunt figura Christi, sed de Xp̄o dē Iesus tanquā de veritate figurata p illos, sicut æquiuocè dī homo de homine picto, & de homine vero & viuo. Ad secūdum autē cum dē, q̄ per illud nomen Dei erāt facienda miracula, quod nō videmus fieri hodie ad inuocationē huius nominis Iesus &c. Respondet q̄ Iesus Xp̄s. qui est nomen Dei, iā fecit infinita miracula in vita, & in morte, & in resurrectione, vt patet per totū discursum euangelicum. Et apostoli iā fecerūt infinita miracula cum inuocabāt eum, sub hoc nomine Iesu, vt patet in actibus apostolorū & in ecclesiastica historia, & in gestis martyrum & aliorum sanctorū. eo q̄ tunc erāt necessaria miracula pro fidei fauore. Et Xp̄s iā

E mutauit & cōuertit ferrum & cuprum in argentum & aurum, qñ populum gētilem ad fidē conuertit, & cōuertit ferrum, & stānum veteris legis in aurum, & argentum euangelicum, & detexit thesauros euangelicos qui latebant in scriptura vet. testa. & hoc in nomine Iesu, & in eius virtute suscitati sunt mortui, & sanati ægroti, & mitigatum mare &c. Et iā ædificauit nouā Hierusalem. s. ecclesiam, & dominatus est toti orbi, vt patebit ps. 18. & 71. Causa autē quare nunc non fiunt tot frequentia miracula sensibilia, est quia nunc nō sunt ita necessaria. Vnde duplici ex causa tunc fiebāt sensibilia miracula. Primo ppter exigentiam temporis, vt infideles videntes miracula mouerentur ad credendum, & venirent ad fidem Christi. Secundo hoc accidebat, propter feruētem fidem, & caritatem, &

F sanctitatem apostolorum, & martyrum inuocantium Christum sub hoc nomine, & sic fiebāt miracula, propter augmētū Christianæ religionis. Secundo propter fidem inuocātium, sed quia Christiana religio iam fuit dilatata per vniuersum orbem, ideo nō sunt necessaria miracula sensibilia & corporalia, sed miracula necessaria & spiritualia iugiter fiunt, ad inuocationem huius nois Iesus. Nā iugiter remittuntur peccata in baptismo & pœnitentia & extrema vnctione, & iugiter confertur gratia in omnibus sacramentis, & in orationibus ecclesiæ ad inuocationē huius nominis, sed hoc non percipiunt miseri Iudęi & infideles. Ad tertium autem respondetur, q̄ hoc nomē Iesus iam fuit magnificatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tam, & dilatatū, & prædicatū per totū orbē á solis ortu, vsq; ad occasū, & ab Aquilone in Austrū, quia in oēm terrā exiuit sonus & pdicatio Apostolorū, & totus populus venit ad fidē post cōuersionē Cōstātini imperatoris, sed postea Sarracenī deuiauerunt à fide. Veruntū adhuc nomē Iesu est magnificatū inter eos, & in Alcorano eorū, & nomē virginis Marię. Qd aūt Iudęi nō credāt, nec venerent hoc nomē Dei qd est Iesus, hoc accidit ex cecitate & maledictione eorū, sicut iā ꝓpetratū est p oēs ꝓphetas. Vñ de Iudęis & infidelibus persequentibus hoc nomeū dñi, dr Isa. 52. Qm̄ ablatus est populus meus gratis, dānatores eius inique agunt dicit dns, & iugiter tota die nomen meum blasfematur. Sed de populo Christiano subdit prophetā, ꝓpter hoc sciet populus meus nomē meum in
B die illa, qa ego qui loquebar, ecce adsū &c. Ecce ergo qualiter Iudæis manentibus cecis & reprobatis, nomen dñi Tetragrammaton, quod est Iesus, fuit admirabile & magnificatum in vniuersa terra per aduentū Christi, prout Dauid prosetizauit in hoc psalmo.

PSALMVS IX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Lætabor & exultabo in te, psallā nomini tuo altissime.

In conuertendo inimicum meū retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua.

Quoniā fecisti iudiciū meū et causam meā, sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Titulus: In finē, pro occultis filii, ps. Dauid. Ex titulo apparet q̄ Dauid fecit hunc psalmū dirigens nos in Christum & tempus
C Messiæ, qui est finis legis, quapropter cantabat ad victoriā vocē. Sed reiectis vanis modis dicendi Iudæorū, est aduertendum propter id quod additē, pro occultis filii, q̄ licet ad totā trinitatē pertineat iudicare, eo q̄ opera trinitatis sunt indiuisa ad extra, tñ filio attribuitur iudicium, inquātum homo, sicut ipsa redēptio, eo q̄ est mediator Dei & hominum, vt dictū est in prologo. Et eo q̄ fuit missus ad ferendam legem euāgelicam, ergo ad eum specialiter pertinet iudicare obseruatores legis & transgressiores, tribuendo vnicuique præmium secundum opera sua. Quā quidem iudiciariam potestatem adeptus est filius propter suam humilitatem & patientiam, vt dictum est psalmo præcedēti. Verūtamen est attendendum q̄ triplex legitur de Christo iudicium. s. iudicium discretionis, & D
secretionis, & discussionis, siue publicę examinationis & retributionis. Nā primum iudicium. s. discretionis fecit Xps in primo suo aduentu, qñ dedit legē euāgelicā, in qua discreuit & separauit granū à paleis, & veritatē ab vmbra legali, annullādo ceremonialia, q̄ erāt figura legis & veritatis euāgelicæ, qa lex ꝓ Moysen data est, gratia aūt & veritas ꝓ Xpm facta est. Ioā. 1. Discreuit ét inter veā & falsam religionem, eligendo fideles in ecclesia sua, & hic ascendens in cœlum sedit à dextris Dei, vbi accepit iudiciariā potestatē à patre, per quam totū istum statum iudicat in occulto & in secreto. Sed in vniuersali iudicio iudicabit in publico. Et ideo omne iudicium quod facit Xps ab ascensione vsq; ad finem mundi, vocatur iudicium secretio
nis, eo q̄ est nobis secretum & occultum, co E
q̄ non videmus iudicem oculis corporeis. Et ét qa iudicata sunt nobis occulta, qa nescimus discernere qūo sunt iudicati illi, qui ab hac vita discesserunt. s. an sint dānati an saluati. Sed solum generaliter scimus, q̄ solum boni Christiani saluantur, qui cum caritate discesserunt, & sunt etiam nobis occultę punitiones malorum & præmia bonorum. Ité videmus in hac vita bonos affligi, & malos tēporaliter prosperari, quod nō sit sine occulto iudicio. Item videmus q̄ licet mali ad tempus prosperentur, tamē multi eorū, vel in vita puniuntur, vel mala-morte finiunt. Et ideo oia ista iudicia quæ Christus facit in hoc tpe, dñr occulta, de quibus dr q̄ cathedrā tenet in cœlis, qui occulte & manifeste iudicat in terris, de quibus iudiciis occultis est F
materia huius psal. de quibus dicitur in titulo, ꝓ occultis filii. i. q̄ Dauid fecit hunc psalmū de occultis iudiciis & punitionibus Xpi filii Dei, quæ facit præcipuē de malis, affligentibus bonos in hac vita, quia nullū bonum irremuneratū, & nullum malū impunitum. Et etiam iudicium finale dī occultū, inquātum eius tēpus est nobis ignotum. Secundo est notādum q̄ Dauid prēuidit in spiritu omnes persecutiones, quas passura erat ecclesia à primo aduentu vsque ad secundū, & prævidit etiam oēs punitiones, & vltiones quas Christus debebat succesiuē facere de psecutoribus et afflictoribus ecclesię, ex suo occulto & iusto iudicio. Nā licet Xps permiserit ad tempus suam ecclesiā ab iniquis & malis affligi, tamē in fine semper puniuit

malos,

A malos, & exaltauit, & liberauit bonos: de qbus persecutionib. & punitionibus Dauid fecit hunc psal. Sed est aduertendū s̄m Aug. q̄ quatuor principales psecutiones erat passura ecclesia à primo aduentu Xpi vsque ad s̄m. Primo psecutionē Iudæorum in Apost. Secūdo psecutionē tyrannorū tēpore mart. Tertio psecutionem hæreticorū & prauorū hominum, in qua nunc sumus. Quarta erit persecutio Antichristi. Sed in omnib. his licet Xps permiserit ecclesiā suā ad tps affligi per malos, tamē semp finaliter liberauit ecclesiā & puniuit malos. Nam post primā psecutionē puniuit Iudæos & Romanos. In secunda puniuit tyrannos Impera. & cæteros persecutores marty. diuersis pœnis, vt patet de Nerone, & Domitiano, & Diocletiano, &
B liberauit ecclesiā. In tertia puniuit hereticos, & videmus quotidie prauos & malos puniri post lōgam prosperitatē. Quarto puniet Antichristū & suos sequaces, antequā Xps veniat ad vniuersale iudiciū. Et de istis quatuor iudiciis occultis facit Dauid psentem psal. Causa ergo finalis & intentio Dauid in psalmo est deterrere, & incuttere timorem malis, vt timeant diuinum iudicium, & desistant à peccatis, & inducere bonos ad patientiā in aduersis, quia nullum bonum irremuneratum & nullum malum impunitū. Duo ergo principaliter agit. Nam primo dicit se velle confiteri mirabilia iudicia Dei. Secundo incipit narrare per singula, ibi, Increpasti gētes. Quātum ad primū est aduertendū, q̄ cōfiteri idē est quod veritatē spōte fateri,
C & hoc cōtingit dupliciter. Nā aut cōfitemur facta nostra, aut facta Dei: primo modo nō possumus cōfiteri nisi peccata, qa in actibus nostris vt nri sunt, non inuenīt nisi peccatū s̄m Aug. Si quid boni agimus, illud non est ex nobis tanquā ex nobis, quia omnis sufficientia nostra ex Deo est, s̄m Apost. Et ideo talis cōfessio voluntaria, dicitur cōfessio peccatorum, & hoc pertinet ad pœnit. De hac autem cōfessione dicetur. psa. 31. Dixi cōfitebor aduersum me &c. Cōfessio autem de Deo est triplex, quia aut cōfitemur eius excellentiam & omnipotentiā, vtputa ipsum esse trinum & vnum, & omniū creatorē, & incarnatū & redemptorē &c. Et tunc dicitur cōfessio fidei, de qua ait Saluator Matt. 10. Qui me cōfessus fuerit corā hominib. cōfitebor & ego eum &c. Aut cōfitemur eius boni tatē & misericordiā. Et sic narramus & allegamus eius nobis collata beneficia, & talis D
dicitur cōfessio beneficiorū, & pinet ad gratiarū actiones, & ad laudes. Et de hoc Dauid fecit plures psal. qui incipiunt à cōfessione, puta Cōfitebor, aut Cōfitemini Dño qm̄ bonus &c. Item de hoc fecit oēs psalmos alleuiaticos & hymnos de laudib. Dei, memorādo beneficia. Tertio autē possumus cōfiteri iustitiā Dei, narrando eius iudicia iusta, occulta aut manifesta, & hęc dicitē cōfessio iustitiæ, & iudiciorū occultorū, & inestābiliū, & tremēdorū Dei, & de hac materia est iste psal. Ideo ait profeta Dauid. Cōfitebor tibi Dñe in toto corde meo, i. non solū ore, sed toto corde tibi spōte manifestabo, & profitebor omnia mirabilia & tremēda iudicia tua. Vnde licet non possim nec sufficiā narrare omnia mirabilia in numero in hoc psalmo, tamen narrabo omnia mirabilia iudicia tua E
in genere q̄ facturus es, siue fecisti in ecclesia à primo aduētu vsq; ad s̄m. Et licet ista narratio iudiciorū Dei sit ad terrorē malorū & prauorū pec. tamē est ad exultationē iustorū, vt habeant etiam patientiā in aduersis, & nē desperent in persecutione, sed expectent præmiū de sua patientia, & credant futurā punitionē suorum psecutorum. Ideo subdit Dauid in persona ecclesię, & cuiuslibet iusti, ego lætabor facie, & exultabo in gestu in te ō Dñe altissimē, & psallā tibi, gratias agēdo de præmio bonorū, & punitione malorum. Lætabor dico in cōuertendo inimicū. i. quia cōuertisti inimicum meū retrorsum. s. Diab. & mēbra eius. Litera Hieronymi habet Gratulabor in te: & psallam nomini tuo, & reuersi sunt inimici mei retrorsum & corruerunt, & perierunt ante te. & sic est litera plana. Nota q̄ inimicus ecclesiæ est primo Diabolus in capite, & ex cōsequenti mēbra eius. Mēbra autē diaboli primo fuerunt iudæi. Secundo tyranni. Tertiò hæretici. Quartò erit Antichristus cū sequacib. suis. hos Christus conuertit retrorsum, & fecit retrocedere, quādo eis abstulit vires, et debilitauit, et infirmauit, et abstulit arma in quib. cōfidebāt. Ideo subdit ipse, inimicus diab. et membra eius infirmabuntur in aduētu tuo, primo, et secundo, et peribunt à facie tua. Nam diab. fuit infirmatus, et eiectus per baptismum, et mortem, et passionem Christi. Et membra eius. Iudæi, et tyranni, et Antichristus fuerunt primo puniti in hoc mundo temporaliter, et in alio æternaliter cum Diabolo.

Increpasti

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Increpasti gentes & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculū seculi.*

Hæc est secunda pars in qua explicat & narrat singula occulta Christi iudicia p manifestas punitiones tēporales malorū, & inimicorum ecclesiæ, per iudiciū secretionis. Et tria facit: nā primo p̄dicit punitionem in hoc mundo cēporalē persecutorū ecclesiæ, tam Iudæorū q̄ gentilium. Secūdo punitionem æternā in inferno omnium peccatorū impœnitentium siue obstinatorū. Tertio punitionē Antichristi & suorū. Secūdā ibi, Cognoscetur Dñs iudicia faciens. Tertia Exurge dñe. Quantū ad primum est aduertēdum q̄ dupliciter puniut Xp̄s populum gentilē, & etiā Iudæos. Primo destruendo in eis errorem & susceptāo fidem, vt inquit Augu. Et sic destruxit in eis, & exterminauit Diabo.

B Secundo puniuit & destruxit obstinatos in corpore & anima, dicit ergo. O Dñe Iesu Christe, tu increpasti gentes & etiā Iudæos gentiliter viuentes: & hos increpasti p prædicationem Apost. in quibus conuersis periit Diab. impius, qui eis dominabatur, quia destruxerunt omnia idola quæ adorabant. Et sic delesti nomen eorum in seculum seculi, quia non vltra nominātur gentiles, sed christiani: vt patet Za. 13. In illa die destruā omnia nomina idolorū, & nō nominabunt vltra. Et omnem spiritum immundum auferam &c. Item nō solum destruxisti superstitionem gentiliū sed etiā delesti regnū & sacerdotium Iud. & legalia, & cerimonialia, quia nō erunt amplius in memoria quo ad effectum, vt patet Esa. 37. Item non solum delesti gentiles, & Iudæos spiritualiter vt

C dictum est, sed etiam temporaliter.

Inimici defecerunt framee in finem: & ciuitates eorum destruxisti.

Nam framee, arma & potestates inimici, s. populi Iud. defecerunt in finem, i. finaliter, & æternaliter, & ciuitates eorum. s. Hierusalem. & cæteras ciuitates Iudeæ, & Galileæ destruxisti p Titum, & Romanos in vindictam mortis Christi. Et etiam destruxisti ciuitates gentilium obstinatorum. Nā misisti pestilētias & guerras & stragies inter eos, & hoc in vindictā sanguinis martyrū, vt patet in octauo & decimo, & vndecimo ecclesiasticæ historiæ. Vnde, licet Xp̄s ad tempus permisisset gentiles persequi christianos: tamē in fine reges christianorū destruxerūt cōplures ciuitates paganorum, & subiecerūt eos. Vnde Carolus magnus vastauit tōtam D Saxoniam, & interfecit omnes paganos vltra ætatem septē annorum. Item legitur q̄ multę ciuitates Paganorum fuerunt fulminatę, & submersę, & terræmotu subuersę & viscerali & etiā exterino bello desolatę, quæ omnia facta sunt iusto Dei & occulto iudicio in vindictā sanguinis martyrum. Et sic

Periit memoria eorum cum sonitu: & dominus in æternum permanet.

Memoria illorum obstinatorum pūt cū sonitu, & strepitu armorū, & clāgore tubarū, & tñ Dñs. i. nomen Xp̄i in æternum pmanet stabile, & firmum cum ecclesia sua. Nā ipsi conati sunt delere nomen Xp̄i, & tñ ipsi deleti sunt, & fides Xp̄i manet stabilis & inconcussa, & sic Diab. fuit extinctus & delectus, in se, & in membris suis. Nā primo fuit eiectus foras p baptismum a cōuersis. Scēo fuit de- E structus in membris obstinatis. Nam principes facti christiani obtinuerunt ciuitates gētilium, & cōminutis idolis cōsecrarunt Xpo templa eorum. Et sic periit memoria Diab. cum sonitu prædicationis Apost. & Doct. Et etiam periit memoria obstinatorum cum sonitu diuinæ punitionis & sentētiæ. Et nō solum periit memoria supradictorum infidelium, sed etiam memoria diuitum & magnorum principum christianorum periit cum sonitu campanarum & cymbalorum. Nam cū mori aliqs magnus diues malus, cōmuniter fit magnus sonus cāpanarum & exequiarum. Et sic periit memoria eius, quia nihil dignum memoria dimittit in mūdo. Sed memoria iusti nunquā peribit, quia in memoria æterna erit iustus. Et sic patet q̄ Xp̄s F destruxit oēs malos & infideles, & omnes impœnitentes. & ratio est. Nam ipse in die Ascensionis assumpsit iudiciariam potestatem, sedens ad dexteram patris, & tunc.

Paratit in iudicio thronum suum: & iudicabit orbem terræ in æquitate iudicabit populos in iustitia.

Paratit thronum suum in iudicio, & ideo iudicabit populos in æquitate & iustitia, & hoc in occulto: quia sicut est iudex iustus, ita nullum bonum relinquet irremuneratum & nullum malum impunitum.

Et factus est Dominus refugiū pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

Factus est refugium pauperis populi Christiani vexati & afflicti, & factus est adiutor eius in opportunitatibus, &

A in tribulatione persecutionū. Et nota q̄ Dauid in toto libro psalmorum vocat & appellat populum Christianū pauperē; eo q̄ lex euangelica contemnit omnes diuitias mundanas propter regnum cœlorū. Matth. 5. Iteū non solum fuit adiutor populi Christiani cōtra persecutores paganos, sed etiam est adiutor in tribulatione & p̄secutione cuiuslibet pauperis Christiani iusti, contrā oppressiones diuitum. Nam licet Christus ad tempus permittat malos prosperari, & bonos persequi, tamē in fine liberat eos, & punit malos. Et sic Christus liberauit ecclesiam de manu Tyrannorum. Et ideo vt iusti non desperēt in persecutione, sequitur.

Et sperent in te qui nouerunt nomē tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te dñe.

B Et sperent in te qui nouerūt nomen tuū, quod est Iesus, cui propriū est saluare. Ideo non dereliquisti quęrentes te domine, quasi dicat, quia proprium est tibi saluare, cum sis Iesus, ideo nō dereliquisti quęrentes & sperantes in te. Vnde nota q̄ ista p̄fetia fuit impleta tempore Constantini, q̄n Deus dedit pacem ecclesiæ, per conuersionē gentiliū & quotidie impletur, quia frequenter Xp̄s punit malos, & liberat iustos sua potestate.

Psallite domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius.

Hic Dauid p̄dicit festiuitates, quas ecclesia incepit celebrare in memoriā sanctorū martyrū, postquam cessauit persecutio tē- pore Constātini. Vnde ecclesia lætatur in celebrando memorias martyrum, & etiā in punitione tyrānorū & persecutorū ecclesiæ, iō C Dauid exhortat fideles ad laudē Dei, dicēs, psallite ò vos Christiani, cātate, & agite gratias dño Iesu Christo qui habitat in hac Siō per gratiam, & in superiori per gloriam, & annunciate studia eius, id est legem euangelicam, & triumfos martyrum, in ecclesia celebrando eorum festiuitates, & hoc annūcia te inter gentes ad fidem conuersas.

Quoniā requirens sanguinem eorū recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Nō est oblitus clamorē pauperū martyrū, imo est requirens sanguinē eorū de manu tyrannorū, quia in vindictam sanguinis martyrum, puniuit Neronem, & Domitianum, & Diocletianum, & cæteros tyrannos.

Miserere mei domine, vide humilitatē meā de inimicis meis.

Hic forsan ecclesia liberata à tyrānis, siue de manu tyrannorum per Constantinū, pō- D stea petit liberari de prauitate & persecutione hæreticorum. Vnde dicit, miserere mei ò dñe Iesu Christe, & libera me de inimicis meis hæreticis Arrianis, & cæteris qui surrexerunt contra me post Constantinum, & vide humilitatem meam, & hoc dicit, quia ecclesia non vicit tyrannos & hæreticos cum armis, sed cum humilitate, & autoritate sacræ scripturæ. Miserere mei, dico:

Qui exaltas me de portis mortis, ut annūciem oēs laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Qui exaltas inquit me de portis mortis. Nam fuit persecutio ecclesiæ per Arrianos, quę quasi superauit persecutionē tyrānorū, vt ait Rufinus 12. ecclesiasticę historię: ideo Xp̄s exaltauit & liberauit eā de portis & interitu mortis & totalis desolationis, cū misit Athanasiū, & Basiliū, & Ambrosium, & Hi- E lariū, & Hieronymū, & Augustinū ad defendum eam de prauitate hæreticorū. Vnde oēs isti, extincto mendacio hereticorum, annunciarunt laudationes Christi, & veritatem scripturarum in portis filiæ Sion. s. ecclesiæ toto orbe diffusæ, vt patet intuenti illam persecutionem, & ideo subdit ecclesia.

Exultabo in salutari tuo, infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quem abscōderunt, comprehensus est pes eorum.

Exultabo in salutari tuo. s. in nomine Iesu, quia supple gentes. i. gentiles & hæretici infixi, & submersi sunt in interitu quem fecerunt, & astruxerūt cōtra me. Nā peccator & populus gētiliū, & cœtus hæreticorū cōprehēsus est in laqueo quē abscōderunt, qa ipsi quærebant & machinabantur laqueum F mortis contra fideles, sed ipsi cōpreheſi sunt in morte. Nā Nero interfecit seipsum, & Domitianus interfectus est à senatu, & Diocletianus grandi & turpi plaga est percussus, & Arrius cum suis complicibus, qui cum falsa expositione, & intelligentia scripturarū, volebat fidem & ecclesiam confundere, ipse in suo mendacio cōfusus, & interemptus, & à diabolo suffocatus est, & crepuit medius, vt ait Ambr. Item tota illa bestia sectæ Arrianorū, quę ab inferis extulerat caput, postea triceps facta in se, contra se confusa est, & sic in laqueo quem abscōderat contra ecclesiā, ipsa comprehēsa est. Et sic communiter videmus pedes peccatorum comprehēsos in laqueo quem parant contra iustos. Et sic cognosco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gnoscetur dominus iudicia faciens, quia vnusquisque peccator cōprehensus est in operibus manuum suarum.

Cognoscetur dñs iudicia faciēs in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Convertantur peccatores in infernum,omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.

Licet iste versus possit adaptari cum sentētia superiori, tamē eo q̄ hic interponitur, vel præponitur diapsalma, videtur q̄ comprehēdat aliud genus sententiæ. Nam superius locutus est, & prædixit punitionem temporalem persecutorum ecclesiæ. Hic aūt in hac secunda parte prædicit punitionē spūalem omnium peccatorū obstinatorū post hanc mortem in inferno. Nam si pēctores in hac vita non conuertuntur,nec corriguntur per punitiones tēporales,sed moriuntur impœnitentes, tunc cōprehenduntur in malis operibus manuum suarū,& sic conuertuntur,& destinant in infernum in æternum. Potest etiā dici,q̄ postquam superius profeta prædixit iudicium & punitiones temporales persecutorum Christi & ecclesiæ, hic eorum prædicit perpetuam damnationem factā in inferno. Et hic duplici pœna puniūtur. Dicit ergo David,Dñs Iesus Christus non solum cognoscetur iudex & faciens iustitiā temporaliter in hac vita,sed ēt post hanc vitā, imo cognoscetur Xps faciens iudicia & punitionem de obstinatis post mortem. Nam ipse comprehendet peccatorem in operibus manuum suarū, quia veniet ad eum sicut fur, & in illo statu condemnabit eum ad pœnam perpetuā. Ideo sequitur,conuertātur.i.cōuertentur,& destinabunt pēctores in infernū.s. oēs gētes & carnaliter viuētes, quę obliviscunt Deū. Nā hac animaduersione percutitur pēctor, vt moriēs obliviscat sui,q dū viueret oblitus est Dei,vt inquit Aug. Sed per oppositum erit de iustis.

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis,patientia pauperum non peribit in finem.

Deus non in finem & æternaliter oblitus est pauperis iusti, nec patientia pauperū peribit,imo præmiabitur, quia sicut nullū malū impunitū, ita nullū bonū irremuneratū. Ideo sicut mali ęternaliter cōuertūtur in infernū,ita iusti destinabunt in gloriā cœlestē. Pēctores ergo qui in vita sua noluerūt cōuerti ad Deum, nec dimittere pēcā, iō cōprehēsi sunt in malis operibus. Et sic post mortem cōuersi sunt in infernū,i. destinati sunt in infernū. Vnde licet talia iudicia facta de dānatis & improbis,& impœnitentibus post mortē, sint nobis occulta quantum ad euidentiam, tamē sunt nobis certa quantum ad fidem quia credimus omnes impœnitentes æterna dānatione puniri, illico post vitam, ad infernum.

Exurge domine non confortetur homo,iudicentur gentes in conspectu tuo.

In hac tertia parte prædicit persecutionē ecclesiæ futurā tpe Antichristi, & duo facit. Nā primo prædicit prędictā persecutionē. Secundo petit vltionē de Antichristo & sequacibus suis ibi,Exurge. Dicit ergo O dñe Iesu Christe exurge ne videaris dormire. Postquā permisisti regnare Antichristū, veni nę cōfortetur,nec prosperetur amplius homo. s. Antichristus. q est hō purus, licet faciat se Deum & iudicent gentes in cōspectu tuo. Primo occulto iudicio tpaliter. Sēdo in publico & vniuersali iudicio, æternaliter puniēdo, quasi dicat,accelera aduētum tuum & veni ad iudicium,ne confortet & prosperet p longum tps iste hō iniquitatis Antichristus, & nō permittas ipsum diu regnare, sed abbreuientur dies illi,ne deficiāt electi,quia Antichristus tērabit delere omnes electos, & trahere ipsos ad hæresim suam, ergo veni ad iudicium &c.

Constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Cōstitue, & ostēde te legislatorē sup eos, & sciant oēs gentes, qm Antichristus, & sui hoies carnales & voluptuosi sunt, & nō spūales. Nā in primo aduentu tu venisti cum humilitate,& dedisti legē euāgelicā. sed cōtēpserunt eā,& noluerunt seruare eā,nec tibi credere, imo putarunt te esse hoiem purum,& nō Deum, iō ostēde te verum legislatorē in iudicio sup eos & sciāt oēs gētes,& cognoscāt qm hoies sunt & carnaliter viuētes. Nota q̄ multi referunt ly legislatorem ad Antichristum,vt sensus, O dñe Iesu Chīe, postquam Iudæi,& pēctores carnales,& obstinati noluerunt te recipere,nec legē tuā seruare, iō constitue Antichristum pessimū legislatorem super eos,& permitte eum regnare super eos in pęnam peccati,& sciant & cognoscant,qm homines carnales sunt,& ita puniantur &c. Jo. 5. Ego veni in nomine patris mei, & noluerunt me recipere, veniet autem alius in nomine suo & illum recipient. Et sic vterque sensus potest esse verus & applicabilis litęræ.

Vt quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione?

Dū superbit impius incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Hic dat causam sui clamoris & querelæ & petitionis. Nā q̄a dixit. Exurge.i.ne videaris dormire,& ne permittas amplius regnare hoiem iniquitatis. Ideo sequitur, Vt quid,i. quare recessisti tā diu lōge à populo & ecclesia tua,permittēdo ipsam crudeliter cōcuti,affligi,& vexari,& cōculcari p Antichristū. Et despicis populū christianū,& quēliber iustū in opportunitatib. & tribulatione persecutionis.i.dando opportunitatē Antichristo & sceleratis, vt ipsum persequātur & tribulēt? Nā dum Antichristus & quilibet impius superbit, & in superbiā eleuat per potentiā sibi permissam, tunc pauper populus christianus, & quilibet iustus incendit,& affligitur,& vexat. Cōprehenduntur in consiliis. Hic incipit Sentētia, quia in Hebræo habet. Capiat in cōsiliis:ideo est sensus. O Dñe fac vt Antichristus & maligni nō amplius affligant iustos nec regnent. Sed capiantur & cōprehendantur in consiliis quibus cogitant, & simili pœnā plectantur & puniantur.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominum peccator: secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Qm Antichristus & quilibet obstinatus laudat & gloriat in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicit. Nā oēs sequaces sui laudāt & magnificant eum adulādo. Et sic pēctor in tali prosperitate elatus,exacerbauit & provocauit Dñm,& cōtempsit,& sic p̄m multitudinē iræ.i. superbiæ suæ nō quæret Deum, vel Deus nō quæret eum,dando sibi gratiā, quia Deus exacerbatus & iratus non dabit sibi gratiam. Et sic manebit in sua obstinatione & superbia induratus. Ideo sequitur.

Non est Deus in conspectu eius: inquinate sunt vię illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.

Nō est Deus in conspectu eius, inquinatę sunt vię & operationes illius in oi tpe, non q̄a ab infantia sua fuit possessus à Diabo. Et sic ergo non habendo Deū in cōspectu eius, nec iudicia eius præ oculis, & p̄missus à Deo in sua obstinatione & potestate omnium inimicorum suorum iustorum, dominabitur, ideō dominari permittetur. Et sic deceptus.

Dicit enim in corde suo: non movebor à generatione in generationem sine malo.

Dicit.i.dicet in corde suo elatus, nō movebor ab hac generatione sine malo.i. non perdā dñium & potestatē sup hāc generationem sine malo & pœna eorū. q.d. nullus poterit mihi resistere sine maximo damno suo. Et nō est mirū q̄ iste dicat Antichristus. Nā cum viderit omnia sibi bene ad votum suū succedere,putabit Deū nō curare, nec prouidentiā habere de istis inferiorib. Et blasfemabit contra Deum, quia forsan erit illius sectę & opinionis, qui dicunt Deum nō esse, nec curare ista inferiora. Ideo sequitur.

Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolo: sub lingua eius labor & dolor.

Cuius ōs maledictione,i.blasfemia, & amaritudine.i. prouocatione ad irā cōtra Deū, & dolo cōtra homines plenum est: sub lingua eius non erit nisi labor & dolor.i. crudelitas cōtra iustos & tormenta. Et sic.

Sedet in insidijs cum divitibus in occultis vt interficiat innocentem

Sedet.i. sedebit cum diuitibus sequacib. suis, quos diuites efficiet de bonis pauperū raptis in occultis, vt interficiat oēm innocentē & iustū. Et sic sedebit in ꝓsperitate tpali.

Oculi eius in pauperem respiciūt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur vt rapiat pauperem rapere pauperem dum attraxit eum.

In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

Oculi eius in pauperē fidelē respiciūt, & insidiāt,& parabit insidias in abscōdito cum astutia, sicut facit Leo in spelunca sua. Nam sicut Leo insidiatur in spelūca sua, vt rapiat pdam ad comedendū, ita Antichristus cum suis insidiabitur rapere.i. ad rapiendum pauperē, & spoliandum & interficiendū eum. Nam sicut auceps abscondit se in tugurio, & cadit inclinatus in terrā, ne videatur ab auibus, & sic capit eas in laqueo & reaticulo suo: ita iste malignus, humiliando se, quasi cadens in terram cum suis persuasionib. capiet eum. s. pauperem. Et hoc cum dominatus fuerit pauperum. Et hoc faciet iste miser filius perditionis, quia putabit Deum ista nō respicere, nec curare. ideo sequitur.

Dixit enim in corde suo oblitus est Deus: avertit faciem suam ne videat in finem.

Sed forsan melius est, quod ly in laqueo suo, referatur ad punitionem Antichristi, & cuiuslibet maligni, vt sit sensus. Sed dū iste malignus Antichristus insidiatur, vt rapiat

pauperem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pauperem populum Christianum, tūc Deus humiliauit eum, quia cadet cum dominatus fuerit pauperum. Nā postquā Deus pmiserit regnare istum filium pditionis, & sedere in templo tribus annis cum dimidio, tunc Deus interficiet ipsum spiritu oris sui. Et sic cadet in terram. Secundo ad Tessa. Et tunc apparebit eius iniquitas & delusio, qui ante dixerat in corde suo, oblitus est Deus, ne videat nec curet ista inferiora, immo ipse & omnes iniqui cognoscent iustum Dei iudicium, per experientiam. Et ideo sequitur.

Exurge domine Deus, & exaltetur manus tua ne obliuiscaris pauperum.

Iexurge Domine Deus, & exaltetur manus. i. potentia tua. i. veni ad iudicium cum potestate magna & maiestate, & ne obliuiscaris pauperum, sed fac vltionem de persecutoribus eorum. Nam.

B *Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, non requiret.*

Vides quoniam tu laborem & dolorem cōsideras vt tradas eos in manus tuas.

Propter quid impius Antichristus, & quo iure irritauit & cōtempsit Deum, & dixit in corde suo, Deus non requiret ista scelera de manu mea, putās te nō esse verū Deum & iustum iudicem, vides qm̄ tu cōsideras laborē, & dolorem malorum, vt tradas eos in manus tuas. Nā Deus permittit malos regnare ad tempus, vt finaliter tradat eos in manus suas ad puniendum. Sed tamen cōsiderat & vindicat laborem & dolorem quem pauperibus intulerunt. Et ideo sequitur.

Tibi derelict⁹ est pauper, orfano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius & non inuenietur.

C Tibi derelictus est pauper ad defendendū, & liberādum, & orfano tu eris adiutor: quia nō deseres eū sine auxilio. Quia in fine pſecutionis duplici pena punies Antichristū, & oēs oppressores pauperū. Nā prīo cōteres & frāges brachium & potestatem Antichristi, & cuiuslibet maligni. Secūdo q̄retur & examinabitur pēm eius. Et sic ille malignus nō inueniet scriptus in libro vitæ, nec numerabitur inter electos, sed numerabit in iternū. Et sic pibit ꝓ̄speritas & regnū Antichristi, & oīum tyrānorū simul cū corpore & aia. Sed

Dominus regnabit in æternum & in seculū seculi, peribitis gentes de terra illius.

Dominus Iesus Christus regnabit in eternū post iudicium cum iustis, & electis, & pau-

peribus, cuius regni nō erit finis. Ite vōs gentes, ideſt infideles homines terreni, peribitis ęternaliter de terra viuentium. Quoniam

Desiderium pauperū exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Dominus exaudiuit desiderium pauperū, eo ꝙ cōtempserunt terrena, & desiderauerūt cœlestia, & præparationes cordis eorū audiuit auris tua, eo ꝙ nō prēparauerunt neque ędificauerunt magnas domos in terra, sed ꝓ bona opera præparauerunt perpetnas mansiones in cœlo, & passi sunt persecutiones propter iustitiam. Et ideo auris tua exaudiuit prēparationes cordis eorum.

Iudicare pupillo & humili: vt apponat vltra magnificare se homo super terram.

Iudicare. i. ad iudicandum iniurias factas pupillo & humili, vt homo iniquitatis Antichristus & quilibet alius iniquus non apponat, nec prēsumat, nec addat vltra sē magnificare super terram: quia vltra non regnabūt tyranni & iniusti super terram, sed in inferno ęternaliter cruciabūtur. Est etiam aduertēdum q̄ totus ille psalmus potest exponi de iudiciis, quæ Christus facit quotidie de tyrannis & oppressoribus pauperum, quos licet Deus permittat ad tempus prosperari, tamen finaliter videmus eos in bonis & personis mala morte perire.

PSALMVS X.

In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer?

Titulus, In finem, psal. ipsi Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit iustum psalmum dirigens nos in Christum qui est finis legis, sed de materia, dicunt Iudei moderni, ꝙ Dauid fecit hunc psal. quando fugiens a facie Saul abiit in speluncam Odolam vltra Iordanē, vbi cōgregati sunt quadringēti viri de tribu & cognatione sua, & factus est eorum princeps, cui dixit Gad, noli manere in ꝑsidio, sed proficiscere in terrā Iudam, quia Deus est tecum. Ecōtra autē pſuadebant cognati sui, ne rediret in Iudeā, quia Saul quærebat ipsum interficere, vt patet. 1. Reg. 20. Et Dauid voluit magis obedire ipsi Gad profetæ, quā suasioni cōsanguineorū. De quo aduentu & regressu in Iudeā, dicunt Iudei quod fecit hunc psal. quasi dicat ad cōsanguineos. Ego in Dño cōfido, cur prohibetis me redire in Iudeam? quia dicitis, Fuge à facie Saul, & transmigra in mōtem, sicut passer fugiens sagittarium, transmigrat in montem, quia

Saul

A Saul iam parauit sagittas suas in faretra, quę rens te interficere. Iō fuge ad mōtes. & ne re uertaris in Iudęam &c. Et sic ista mō Iudæi literaliter exponūt istū psalmū de illa fuga, & reditu ipsius Dauid in Iudæam, ad præceptū Gad profetę. Sed manifeste patet talē expositionē esse inutilē, nō explicantē aliquod sacramētū, cū Dauid nō minus sit profeta in hoc psalmo, q̄ in cęteris, maxime qa ꝑ hūc psalmū dirigit nos in Christū, qui est finis legis, vt apparet in titulo pręposito. Et ideo est dicendū, ꝙ supradictus reditus Dauid in Iudæam non est prædicta & principalis materia huius psal. Sed fuit materia exēplaris & figuratiua, inquantū Dauid prænidit in spiritu spōtaneū aduētū Christi in Hierusalē, ad mortē & passionē, & ꝑ cōsequēs spontaneā

B oblationē apostolorum, & martyrū ad martyrium susciꝑiēdū ꝑ Christo, ex illa ergo fuga, accepit Dauid parabolam, & ꝓpositionē ad faciendū psalmum. Ad cuius intelligētiā est notādum, sicut hī Mat. 16. ꝙ cum Christus esset in partib⁹ Tyri & Sydonis, incepit ostendere discipulis mysterū suę passionis. Et primo qūo oportebat eū ire Hierosolymā, et ibi multa pati à senioribus etc. Cuius accessum volens prohibere Petrus dixit, absit à te dñe, nō erit tibi hoc, cui rndit Christus, vade satana qa mihi scandalū es. Et tūc Christus cōuersus ad oēs discipulos dixit. Si

C quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suā et sequaē me etc. Ité legitur Ioan. 10. ꝙ cum Iudæi voluissēt Iesum apprehēdere, exiuit de manibus eorū et abiit trās Iordanē, vbi sōlebat Ioānes baptizare in ꝛā speluncā Odolam, ad quā fugerat Dauid à facie Saul, vt supra dictū est, et ibi mansit Iesus ꝑ aliquot dies etc. Sed cum esset ibi, venit nuncius ex parte Marthæ et Magdalenę, notificans qualiter Lazarus infirmabatur ad mortē, et tunc dixit Iesus discipulis suis. Lazarus amicus noster dormit, ideo eamus in Iudæam, vt à somno excitem eū, cui dixerunt discipuli. Rabi nunc quęre bāt te Iudæi lapidare, et iterum vadis illuc? Ex quibus patet, ꝙ discipuli multotiens conati sunt prohibere Iesum ne rediret in Iudæā, ad patiendum pro nobis. Sed Iesus magis voluit obedire, & satisfacere pris voluntati, q̄ piæ et humanæ suasioni discipulorū. Sed venit in Iudæam, et suscitauit Lazarū, vt patet Ioan. 11. et postea passus est pro nobis. Ex supradictis patet, ꝙ illa fuga Dauid

D à facie Saul fuit propria figura Christi. Nam ad eundē locum trans Iordanē ad quē fugit Dauid, vbi cōgregati sunt quadringenti viri etc. ad eundē etiam locum fugit Christus cum discipulis suis a facie Fariſæorū, ad quē venerunt et cōgregati sunt multi. Ioan. 10. Ité spontaneus reditus ipsius Dauid in Iudæam, ex præcepto Gad profetæ, fuit etiam figura reditus, et aduentus spontanei ipsius Christi in Iudæam et Hierusalē cōtra suasū discipulorum. Omnia ergo ista præuidens Dauid in spiritu, per illam figurā et reditū, fecit hūc psalmum, in quo introduxit Xpm loquentē, in quo duo facit. Nam primo increpat discipulos suos prohibentes ipsum venire in Hierusalem ad patiendum, increpat eos dicens. O modicæ fidei, nescitis ꝙ ego in dño confido, qui liberabit me ꝑ resurrectionē, et puniet Iudæos per æternā damnationē? qūo ergo timentes dicitis animæ meæ, nō vadas ad Iudæā, quia ibi te volebant lapidare, sed transmigra in

E montē. i. fuge ad montem. Sicut passer fugit sagittarios, volentes ipsum interficere.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in faretra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Peccatores et maligni. ſ. principes sacerdotum et Fariſæi, parauerunt sagittas suas in faretra. Nā sicut auceps intēdit arcum suum, et parat sagittas suas in faretra, ad sagittandum passeres: Ita Iudæi intenderunt arcum suæ potestatis, et malitiæ, et præparauerunt sagittas suas in faretra. i. machinati sunt falsa testimonia, et crimina cōtra te, et tuos, in occulto. ſ. ꝙ tu dixisti destrnā tēplum, hoc, et in triduo reædificabo illud. et ꝙ ꝓhibuisti dare censum Cæsari etc. Et omnes has sagittas parant in occulto, vt postea sagittent et feriant rectos corde. ſ. te et omnes discipulos tuos, et iustos, ideo caue ne vadas illuc, quasi dicat Christus, omnia ista dicitis animæ meæ putantes me retrahere ex timore mortis. Sed magis volo obedire patri meo, et compati toti generi humano, q̄ vobis pro nunc cōplacere, quia in domino patre meo confido, qui liberabit me per resurrectionem, et totum genus humanum per meam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A passionē, & puniet Iudęos crucifixores meos ad ęternam damnationem. Et ideo Christus cōuersus ad patrem dicit. O pater omnia supradicta dicunt discipuli mei ex quadam pia dilectione & compassione.

Quoniam quem fecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit?

Iniqui Iudęi destruxerūt & interfecerūt iustum filium tuum, quē tu tā magnis donis perfecisti, verbo tuo vniendo, & omnia dona gratiarum non ad mensuram attribuēdo, & mediatorem Dei & hominum cōstituendo, quid ergo mali fecit iste iustus filius tuus, quem ita grauiter per Iudæos tractari permittis, cum sit iustus sine peccato? &c.

Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius.

B In hac secunda parte prædicit punitionē crucifixorū suorū, in qua duo facit. Nā primo allegat Deū esse iustū iudicē. Scdo ex iusto Dei iudicio prædicit dānationē, & punitionē suorum persecutorum. ibi. Pluet super peccatores. Dicit ergo, licet Iudęi occiderūt istū iustū sine pctō, tn nō euadēt punitionē, qn dns Deus sedet in tēplo sancto suo, in ęlo, & quia est dns & iustus iudex, ideo sedes eius iudiciaria est in cœlo. Et notanter ponit ibi Dns bis. Nā dns in tēplo sancto suo refertur ad prem, sed p ly dns in cœlo sedes eius, intelligitur filius. Qui sedens à dextris pris, accepit iudiciarią potestatē, & ideo dicit Dauid ꝙ dns pater est in tēplo sancto suo, & dns filius, & sedes eius est in ęlo. q.d. ꝙ licet Iudæi iudicauerint Xpm falso modo, & occiderint iniustè, tn sicut Deus pater est in templo sancto suo, ita dns Christus eius filius est à
C dextris patris, quia in cœlo est sedes eius iudiciaria, & sic iudicabit eos, qui ipsum iudicarunt, & interfecerunt iniustè. Vnde

Oculi eius in pauperē respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.

Oculi eius respiciunt in quemlibet paupere oppressum iniustè, & passim iniuriam, vt puniat oppressores suos & vindicet ipsū: Et palpebræ eius, eo ꝙ oia sunt nuda & manifesta oculis eius, interrogant filios hominum carnaliter viuentes. Et dominus Iesus Christus iudex vniuersalis, nunc in iudicio occulto, & in fine mundi iudicio manifesto:

Dns interrogat iustum & impium, qui autē diligit iniquitatem odit animam suam.

Interrogat iustum & impium. i. examinat sanctum, & discutit inter iustum & impium. Et sic tribuit vnicuiq; scdm opera sua. Sed D
quia dixit, ꝙ dns interrogat iustū & impiū. i. pctōrem, posset aliquis dubitare quare vocat pctōrem impium. Ad hoc rndet & subdit, ꝙ ois peccator est impius et crudelis. Nā peccator est ille qui diligit iniquitatem, sed talis odit animam suam & aborret, offerens eā ad mortem perpetuā & xternā, ergo est sibi impius, & sęuus, & crudelis. Et est valde aduertēdū pp hoc ꝙ ait. Palpebræ ei⁹ interrogāt filios hoium. Nā hæc est differentia inter iudicē prouidū, prudentē, & tardū. Nā iudex grossus, & tard⁹, ꝓcedit p ambages & longā locutionē, & interrogationē verborū & circuitionē. Sed iudex ꝓuidus & prudēs in solo aspectu iudicat, & cognoscit, & apprehēdit veritatē inter iudicādos, & quali E
soloaspectu, & colore, & facie cognoscit reū. Et sic dicit profeta ꝙ Deus ꝓuidus iudex nō indiget longa interrogatione & circuitu, ad cognoscendam veritatē. Nam in ictu oculi faciet iudicium. Vnde palpebræ eius, & solus aspectus interrogant filios hominum, & cognoscunt iustum & impium, quia omnia nuda sunt oculis eius. Et iō est prouisum, ne quis cecus possit esse iudex, vt possit iudicare p colorē & mutationē facieī & alterationē, &c. Duo ergo hēt Xps in iudicio. Primo ꝙ est iustus. Scdo, ꝙ prouidus & prudēs &c.

Pluet super peccatores laqueos, ignis sulfur et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Hic prædicit punitionem & destructionē Iudæorum pp peccatum mortis Xpi. vnde est notādum, quod Deus nō pōt offendere maiorem iram pctōri, quam nō dare sibi gratiam, & dimittere eum in admuentionibus suis. Nā ex natura sua corrupta & vitiata semper ruit in diuersa scandala, & diuersos laqueos, postquam nō habet præseruatorem. Ita Iudæi obstinati post mortem Christi ruerunt in diuersa scandala, & inciderūt in diuersos laqueos, per illos 40. annos, vt ait Iosefus de bello Iudaico. Nam primo inter eos fuerunt maximę discordiæ et seditiones, & commissa sunt multa homicidia, & furta, & rapinæ. Secundo cōmouerunt rebellionem cōtra Romanos, vnde euenit obsidio et destructio, ergo seditiones, et rebellio fuerūt ei⁹ laquei, quos Deus pluit eis de ęlo, ꝓmittēdo eos ruere in similia scādala, vñ euenit eis destructio & iudiciū, vñ quatuor mala fuerūt inflicta illis Iudęis. Primo laquei, et occasiones scandali, rebellio, et obsidio ꝙ

Roma-

A Romanos. Secūdo ignis, qa ciuitas fuit incensa. Tertio sulfur tormētorum & ballistarum trahentium lapides contra muros, ex impetu pulueris sulfurei, quas bombardas vulgariter vocant. Quarto fuit ipus procellarum, vētorum, & fulminum de cœlo, vt ait Iosefus. Multa fulgura & signa visa sunt in cœlo supra ciuitatem illis diebus. Et sic omnia ista mala realiter & corporaliter fuerunt Iudæi passi. Sed vltra hanc pnam temporalem, patiuntur in inferno æternaliter laqueos, & catenas perpetuæ captiuitatis, & ignem, & sulfur, & procellā æternam, ad quam manifestè mittet eos Christus in iudicio finali cū dicet. Ite maledicti in ignem ęternum &c. Dicit ergo, ꝙ eo ꝙ Iudæi occiderunt Xpm iustū, ideo in punitionē illius peccati, pluet dns sup eos laqueos scandali, vt dictum est, & ignes, sul-
B fur, & spiritus procellarum quæ erunt pars & port io calicis, & punitionis eorum.

Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Hic assignat causam quare Deus puniet eos sic, & dicit ꝙ ideo Deus sic puniet, quia est iustus & semper dilexit iustitias. Et iō vultus & veritas suæ iustitiæ videt æquitatem, & illam amplectitur. Cū ergo iustitia sit virtus quæ tribuit vnicuique quod suum est, & sm opera sua, iō Deus puniuit Iudæos iuxta iniquitatem suam, & tribuet bonis sm merita eorum. Totus ēt iste psalmus exponitur in persona totius ecclesiæ, quæ tpe tyrannorum fugiebat per montes. Sed licet ad tps permiserit Deus affligi, tamen postea iusto iudicio puniuit tyrannos & persecutores.
C Nam primo puniuit Iudæos & postea tyrannos. i. Neronem & Domitianum, & Diocletianum & cæteros. Et ideo iste psalmus legitur in festiuitatibus martyrum, eo ꝙ confidētes in domino, & sequētes Christum, se martyrio sponte obtulerunt. Et sic quilibet martyr potest dicere verba huius psalmi, & tota ecclesia simul cum capite suo.

PSALMVS XI.

Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Huic psalmo præponitur talis titulus sicut licet. In finem, psalmus Dauid ꝓ octaua. Ex quo titulo apparet, quod Dauid fecit hunc psalmum dirigens nos in Christum qui est finis legis. Et ꝙ cātabatur in tēplo gradatim eleuando vocem vsque ad octauū punctū, D
vel quia cantabatur cum instrumento octo cordarum. eo ꝙ homo mysticus introductus ad loquendū in psalmo, expectabat liberari in octauo die, ab omni ignorantia, & pestifera doctrina. Sm die resurrectionis, quę erit octaua dies mūdi, vt dictum est ps. 6. De materia aūt huius psalmi dicūt qui dā Hebrei, & catolici, ꝙ Dauid fecit hunc psalmū, vidēs ingratitudinē ciuiū Ceile, qui voluerūt ipsū tradere in manus Saul. 1. Re. 13. Ideo ait Dauid. Saluū me fac Deus, qū defecit sanctus: quasi dicat, quia iam nulla est sanitas nec fides in hominibus, qa diminutę sūt veritates à filiis hominum. s. à ciuibus Ceile, &c. Et sic glossant literaliter totū istum psalmum de Dauid cōquerente de illa ingratitudine de quibus petit vltionē &c.
Sed talis intelligētia & expositio nullo modo videtur cōuenire litere huius psalmi, nec detegit tesaurum latentē in hoc psalmo, cū in medio eius dicatur. Propter miserią inopū & gemitū pauperum, nunc exurgā dicit Dns &c. Ite, Eloquia Dni eloquia casta &c. Ideo dimissis modis dicendi Iudæorum, est dicendum, ꝙ Dauid cōsiderans mores hominum esse corruptos propter superstitionem gentilium, & prętuides in spiritu scripturam sacræ legis fore deprauandā ante aduētum Christi, p falsas traditiones Scribarū, & Fārisæorum, & Saduceorum, ideo fecit hunc psalmum, in quo petit liberari à tali pestifera doctrina p aduētum Christi, & doctrinā, & veritatē euangelicā. Duo ergo facit: nam primo ostēdit oēs mores hominum esse corruptos ex falsa superstitione gentilium, & E
oēm doctrinā esse deprauatā ante aduētum Christi. Secundo p modum petitionis ꝓdicit mundū esse liberādum à tali peste per Xpm, & legē eius euangelicā, ibi: pp miseriā. Quātum autē ad primū est dicēdū, ꝙ licet sit difficile loq de veritate, vt pater scdo Matasy. tamē quantū ad psens spectet, est aduertendum sm Aug. 15. de tri. & super Ioā. ꝙ cum Christus sit prima veritas, inquantū est verbum patris, ideo est metrum, & mensura, & causa omnis veritatis, & per cōsequens est dicendum ꝙ ipse est prima iustitia, & causa omnis iustitiæ, & prima sanctitas, & causa omnis sanctitatis. Et sic dicitur veritas verificās, & iustitia iustificās, & sanctitas sanctificans, qa docuit oēm veritatē. Sed qa ois veritas & iustitia, & sāctitas ipsius Dei, lucet &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A manifesta est per Christum in vtroque testō, primo patriarchis & profetis in vete. test. secundo per scripsum in nouo, sicut pluries dictum est, ideo est dicendum q̄ tota sacra scriptura vtriusq; testamenti, dr̄ veritas, & iustitia, & sanctitas, inquantum ista tria manifestantur in ipsa sacra scriptura, vel inquantū Deus lucet in scriptura per veritatē, & iustitiā, & sanctitatem, vel inquantum Deus per legem diuinam verificat, & iustificat, & sanctificat homines, ista ergo tria consequuntur per ordinem. s. ueritas, & iustitia, & sanctitas. Nam veritas est quædam adæquatio, & conformitas hominis fidelis ad Deum, per fidē articulorum. Et iustitia est quędā adequatio hominis iusti ad Deū per obseruātiam diuinorū præceptorū, & mandatorū. Et sanctitas
B est quæda æquatio, & conformitas hominis ad Deum f̄m ordinem totius diuinæ legis, quia hō intantū dr̄ verax & fidelis, inquantū adæquat & cōformat intellectū, & inhæret per fidē concredendo articulis fidei. Et intūn dr̄ iustus, inquantū cōformatur diuinæ volū tati obseruādo mādata. Et in tūn dr̄ sanctus, inquantū cōformatur & cōfiguratur Deo p ecclesiastica sacra, & inquantū ordinat vitā suam in Deū f̄m ordinē diuinæ legis. Quia sanctus dr̄ quasi bene ordinat⁹: de sancio sanctis sanxi sanctū. tu. Sancire. n. idem est quod bene ordinare, Ideo ille qui bene ordinat vitā suā in Deum f̄m legē. i. credendo articulis, et diligēdo Deū in se & pp se, & diligendo proximum in Deo & pp Deū, ille talis dr̄ sanctus. i. bene ordinatus, quia seruat speciē & modū & ordinem in credendo, & diligen-
C do Deū & proximū, & ponendo & constituēdo spem suam in Deo, & tanquam in fine vltimato. Ex supradictis sequitur primo, q̄ q. negat Christum, negat omnem ueritatem: probatur. quia Christus est verbū patris, & prima ueritas, & cā omnis veritatis, & sanctitatis, & iustitiæ, & sic qui negat Xp̄m negat totam legem diuinam, quæ à Christo tradita est in vtroque testō, ut dictum est in prologo tractatu. 3. Vnde Xp̄s ad hoc venit in mundum, vt declararet veritatē, quę latebat in lege vete. quia lex per Moysen data est, sed veritas & gratia per Christum facta est, vt ostē sum est in nouo testa. Ideo Xp̄s dixit Pilato. Ioā. 19. Ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati omnes. n. qui ex veritate est audit vocem meam. Et sic patet, q̄ qui negat Christum ne gat omnem ueritatē. Item sequitur secundo q̄ qui negat Christum, & eius legem euangelicā, negat Deū patrem. qui in Iordane, & in monte Tador testificatus est de Xp̄o, dicens. Hic est filius meus dilect⁹, ipsum audite, vt de dr̄. 1. Ioā. 5. Qui credit in filiū, habet filiū Dei in se, qui nō credit, mēdacem facit eum, quia nō credit testimonio, quod testificatus est Deus de filio suo. Et sic patet qualiter qui negat Xp̄m, negat omnem veritatem & iustitiam, & sanctitatem, & totam sacram scriptu ram utriusq; test. quæ tota est de ipso Christo. Et etiam qui negat Christum facit Deū patrem mendacem, vt dictum est. Secundo est notādum q̄ cum ista tria. s. ueritas, & sanctitas, & iustitia, cōueniant in vno modo generali, inquantum dicunt quandā æquationem & cōformitatem hominis ad Deum, p̄ obseruationem diuiuæ legis, ideo cōicāt ideo mata sibi adinuicem in sacra scriptura, nam quandoque nomine veritatis intelligitur iustitia, ut psal. 113 Omnia mandata tua veritas Item ibidē. Principiū uerborū tuorū veritas. Item Esa. 39. Non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatē. i. iustitiam tuā. Et sic patet, q̄ omnia quæ scribuntur in lege, dicuntur quædā veritates, & quædam iustitiæ, & quædam sanctitates, eo q̄ ista reddunt hominem uerū. & iustum, & sanctū, q̄ ordinant ipsum in Deum & debitum finē. Et iō ita dr̄ mendax qui declinat à mandatis, in q̄ bus consistit iustitia, sicut qui declinat ab articulis, unde primæ Ioā. 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eus nō custodit, mendax est, & in eo, veritas, non est. Pariter ēt dr̄ maledictus & nō sanctus qui declinat à mandatis Dei. psal. 118. Et sic patet qualiter ista tria cōicant sibi nomina in sacra scriptura. Et ita Dauid per ueritates, intelligit oia ista tria. s. ī dem articulorum, & obseruantiā præceptorū & gratiam sacramentorū & ordinem caritatis. Et hæc eadem tria ēt intendit per sanctitatem, quia sanctitas includit & veritatem, & iustitiam, & econuerso, quia non solum dr̄ homo uerus inquantūm credit, sed etiam in quantum per fidem operatur, nec dr̄ iustus, solū inquantum bene operatur, sed inquantum operatur per fidem ordinando vitam in Deum, ut patebit psal. 14. His habitis, est dicē dum f̄m Aug. super Gen. ad literam, & etiā. 11. de ciuitate. ca. 13. & 14. & 15. quòd nō solum homo, sed etiam diabolus fuit creatus à principio cum tali veritate, & sanctitate, &

A iustitia, quia Deus simul fuit, condens naturā, & largiens gratiā, & per cōsequens cognouit Deū trinū & vnū creatorē &c. & proposita est sibi lex iustitię, quā si seruasset fuisset beatus: de qua lege dicetur psalmo. 81. Sed quia nō seruauit illam legē iustitiæ, ideo dicit Saluator Ioa. 8. quòd inueritate nō stetit ab initio ideo mendax est & pater eius, in quantū deuiauit ab illa veritate & diuina lege: & sic cecidit vt patebit ps. 81. Eodē modo tenēt, q̄ Adam primus homo fuit creatus in eadē veritate, & iustitia, & sanctitate, q̄ ante pctū cognouit Deū trinū, & vnū, & creatorē oium, & gubernatorē, & p̄uidit Deum incarnatū, & futurū glorificatorē. Et fuit sibi posita lex iustitię, in cuius obseruantia, promissa erat sibi cęlestis fœlicitas, cui legi per
B aliquod tēpus fuit subordinatus & obediēs, & per cōsequens, fuit iustus & sanctus, eo q̄ Deo erat cōformis per intellectū & voluntatē, & in hoc cōsistebat eius originalis iustitia, & veritas, & sanctitas, sed peccādo, defecit, & cecidit ab illa veritate, & sanctitate, & q̄ cōsequens nō permansit in veritate & iustitia, & sanctitate, in qua fuit creatus. Et sic p̄didit iustitiā originalē, & diminuit veritatē, q̄ Deus in ipso impresserat. Et sic mēdax est à veritate & iustitia, & diminuta fuit in eo omnis veritas, & iustitia, & sanctitas, q̄ defecit, & deuiauit à diuino præcepto. Et sic fuit in eo tota natura corrupta, & oēs potentiæ fuerunt vulneratæ & debilitatę. Et sic fuit etiā causa omnis mendacii, & peccati in suis posteris, quia cōtinuē omnis veritas, &
C Sanctitas, & iustitia, fuit in eis diminuta, vsque ad Xp̄m. Et sic postquā iste Adā sanctus, & iustus defecit & peccauit, cōtinuē veritates & iustitię fuerūt diminutę à filiis hoium per successionē temporis, vsque ad Christū, qui restauranit omnem veritatem, & iustitiam, & sanctitatem. Vnde licet Adā non potuit diminuere veritatem primam essentialem in eo, quia semper mālit imago Dei in eo, tamē diminutæ sunt in eo veritates & iustitiæ Dei, quia nō habuit tam clarā cognitionem de rebus diuinis, sicut ante pctm, vt cōmuniter tenetur, & hoc propter impedimentū passionū, & carnis corruptæ, nec habuit libertatē & facultatē de se, ad seruandū legem Dei, & declinandum à malo, & faciē dum bonum, propter eandem corruptionē. Ex quibus patet, q̄ sicut Adam defecit à sanctitate, & iustitia erga Deū, ita in eo fuit diminuta sanctitas, & ordo partium inferiorū D
ad superiores, quia corruptus fuit totus ordo, & natura in eo, & languor concupiscentiæ inflictus in carne &c. prout magis patebit ps. 13. Sed istæ veritates iam fuerunt magis diminutæ in Caim, qñ occæcatus iuuidia, cum dolo vocauit fratrem suum Abel in agrum, & interfecit cum Gen. 4. Et ideo ait sibi Deus quare iratus es? & cur concidit facies tua? nōne si bene egeris recipies, sinautē male, statim pctū in foribus aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi. &c. Ex quibus verbis ostēdit Deus, q̄ Caim defecerat, & deuiauerat à veritate cognitiua & legali, quā Deus in mēte, & ratione eius impresserat, pro cuius præuaricatione erat sibi pœna infligenda. Sed magis istæ veritates fuerunt diminutæ à filiis hominum carnalibus, qñ filii Dei. s. filii Seth, instructi in E
lege Domini naturali, vidētes filias hominū descendentes à Caim, q̄ essent pulcræ, acceperunt eas in vxores. ex quibus nati sunt gigātes. i. homines carnales & terreni, qui dediti carnalibus voluptatibus, totaliter obliti sunt legem Dei, intātum q̄ corrupta est vni uersa caro, & multiplicata fuit malitia hominum super terram, & sic Deus deduxit diluuium super omnem carnem, solo Noe saluato cum vxore, & filiis &c. Gen. 6. Item magis diminutæ sunt veritates à filiis hominū, cū Zoroastres relicta vera scientia, & regimine sui creatoris, declinauit ad falsas artes magicas, q̄ nullā in se cōtinent veritatem. sed mēdacium & dolum, in cuius tēpore Nēbroth, cum sequacibus, putans fugere ditionē & dominium Dei, decreuerunt fabricare Turrim in Babylonia. Sed iam magis sunt diminutę F
veritates à filiis hominum, cum Ninus rex Assyriorū fecit fabricare Idolum. i. statuam Beli p̄ris sui, & fecit ipsam ab oibus venerari, intantū quòd Diab. intrauit statuā, & cępit loqui & dare respōsa in ea. Et sic oēs reges fabricauerunt statuas filiis & patrib. suis defunctis, intantū quòd idololatria diffusa, & multiplicata fuit per totum mundum, vt patet Sap. 14. Sed adhuc magis fuerunt diminutæ veritates à filiis hominū, cum inceperūt superstitiones, & nefanda sacrificia in ęgypto & monstra multorū Deorū. Et sic nefandæ & detestabiles superstitiones, & artes diffusæ sunt per totū orbē: vnde intantū verus Deus fuit eis ignotus, & cōtemptus, & Diabolus veneratus, quòd compellebat patres,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A immolare filios & filias sibi, & constitui, & celebrari ludos scenicos, & turpes, ipsi Bacco & Veneri, & deę Vestæ, & Priapo, & multa alia detestabilia sunt commissa, q̃ solus Xps eiecit de mundo cũ Diabolo actore eorũ, vt probat Eusebius in quinto & sexto de præparatione euãgelica. Sed iã magis fuerũt diminutæ à filiis hominũ, qñ Scribæ, & Fariſęi peruerterunt verã intelligentiam legis, trahentes leges & profetas ad suum falsum sensum, & occecati inuidia & malitia negarunt Christũ, qui est prima veritas legis, & cruci fixerũt eũ, qui erat in lege promissus. ad declarandum legem & profetas, & ad liberandum de ingo legis, & de captiuitate peccati. Et sic simul crucifixerunt sibi veritatẽ cum Christo. Ideo quia nullo modo veritas lucet in eis manent occecati ne intelligant sacramẽta Dei. Oia ergo supradicta p̃uidens Dauid in spiritu, clamat ad Christũ in pſona hominis mystici, vt veniat ad liberãdum eum de talibus superstitionib. & mendaciis, & detestabilibus moribus, & de tali cecitate Iudæorum. Ideo dicit. O Domine Iesu Christe veni in carnem, & saluum me fac. Nã postquã sanctus Adã defecit & peccauit, diminutæ sũt veritates à filiis hominũ. Nã Adã fuit creatus sanctus & in gratia, sed qñ peccauit, defecit gratia in eo, & ois sanctitas, & sic postea diminutæ sunt veritates. ſ. cognitio veri Dei & legis diuinæ. Vel potest sic cõstrui. O Dñe Iesu Xpe saluũ me fac. Nã post quã Adã peccauit sup. defecit sanctus. i. omnis, sanctitas & iustitia, quia perdidit originalem iustitiã, & gratiã, & oia præmia quæ consequebantur illam originalem iustitiã,

C quoniam exinde successiuè diminutæ sunt supradictæ veritates à filiis hominũ succesſoribꝫ Adam, vsq; ad Christum, quia diminuta fuit diuina cognitio, & fides, & obediẽna, & cognitio diuinæ legis: probatur, nam

Vana locuti sunt vnusquisq. ad proximũ suũ labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.

Vnusquisq; locutus est vana documenta, & exempla ad proximũ suum, nam locuti sunt labia dolosa in corde. i. per labia dolosa in corde. i. aliud habẽdo in corde, & aliud in labiis. Et ideo corde locuti sunt mendaciũ sup. vnde corde & corde. i. duplici corde locuti sunt. Vnde Caim per labia dolosa, & duplici corde locutus est ad Abel fratrem suum, quando dixit. Egrediamur foras: sed interfecit eum in agro. Item duplici corde

D & lingua dolosa, & mendaci locutus est ad Deũ. cũ dixit, nũquid custos fratris mei sũ? Itẽ vana locuti sunt hoies terreni, & filii hominũ, cũ dixit alter ad alterũ: Venite faciamus nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius culmen ptingat vsq. ad cœlũ, & celebremus nomen nostrũ anteq̃ diuidamur in vniuersas terras. Gen. 11. Itẽ vana locuti sunt, & lingua dolosa, & duplici corde oẽs muẽtores artiũ magicarũ, & oẽs arioli, & hydromantici, & geomãtici, & muẽtores superstitionũ, & fallorũ Deorũ, vt patet Sap. 13. & 14. Itẽ vana & falsa duplici corde, & lingua dolosa locuti sunt ad proximũ suũ falsa, iudices & aduocati, & causidici, q̃a propter lucrũ detinẽt litigia, & destruũt pauperes, & viduas & pupillos. Itẽ vana locuti sunt oẽs poetæ, q̃ ad demulcendas aures hominũ, cõfinxerũt falsa figmẽta de falsis diis. Itẽ vana locuti sunt, & duplici corde oẽs oratores, & scriptores, & poetæ, q̃ vt cõplacerent principib. & magist. & consequerentur fauores eorũ, multa falsa scripserunt in historiis, & libris suis, sicut Homerus de græcis, & Titus Liu. de Romanis, & Quintus Curtius de Alexandro, & Herodotus de regibus Persarum &c. Item vana, & labiis dolosis, & duplici corde locuti sunt Scribę, & Fariſęi ad Christum, cum dicebãt, Magister scimus quia verax es. &c. Item vana locuti sunt cum dixerunt. Si hũc dimittimus veniẽt Romani & tollent locũ nostrũ & genteꝫ. Ioã. 11. Et ideo subdit profeta dicẽs.

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.

Disperdat Dñs vniuersa labia dolosa supdicta, tã Indæorũ, quã gentiliũ, & hæreticorum, & linguã magniloquam. i. poetarum & oratorum magna mendacia lõquentium.

Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus; labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est.

Qui dixerunt inter se, linguam nostrã cũ ornatu & schemate verborum magnificabimus inter gentes. i. per linguam nostram, & propter eloquentiam erimus magnificati p̃ totum mundum, quia labia nostra à nobis sunt, & nõ à Deo, quia nõ est Deus p̃ter naturã, nã quis noster Deus est? quasi diceret, nullus Deus est, nec habemus hoc donũ nisi à natura. Vnde Tullius, Quintilianus, & Liuius, & Saluſtius, & cæteri oẽs oratores & poetæ, propter linguam suam, & eloquẽtiã, putabant magnificari in mundo, & p̃ famã

in æternum

A in æternum viuere. vnde ait. Qui in fine. 15. Metamor. Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignis. Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Quaq; patet domiti Roma na potentia terris, Ore ferar populi, per quę omnia secula fama, Si quid habent veri vatũ præsagia viuam. Sed peiores fuerunt Scribæ & Fariſæi, qui volẽtes dilatare fimbrias & filateria sua, confidentes de proprio ingenio, noluerunt intelligere, sed falso modo glossare scripturas, nec voluerunt audire veritatẽ à Christo, nec ipsum recipere, immo negauerunt eum coram Pilato dicentes, non habemus regem nisi Cæsarem. Et quãdo dixerũt Hunc autem nescimus vnde sit. Et cum dixerunt: Quis noster dominus est? quasi dicerẽt: Iste Iesus Nazarenus non est dominus, nec Messias noster. Et ideo tunc Iesus clamando

B dixit eis. Et me scitis, & vnde sim scitis. Io. 7. Item Ioan. 5. dixit eis: Scrutamini scripturas quia illæ testimonium perhibent de me, q̃a Moyses de me locutus est. &c. Ex quo patet q̃ quando Iudæi negauerunt Christum, lingua dolosa, & duplici corde locuti sunt. Et sic maximè diminutæ sunt veritates in eis, & ab eis, quia negauerunt ipsum Christũ qui est prima veritas per essentiam. Et negarunt veritatem legis, & profetarum, & per consequens negarunt omnem veritatem. Et ideo dixit eis Christus. Vos à patre diabolo estis, ille. n. in veritate non stetit. Et ideo cum loquitur, de propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ioã. 8. Ex hoc innuit Christus, q̃ sicut diabolus non stetit in prima ve-

C ritate in principio quando peccauit, ita pariter Iudæi qñ negauerunt Christum recesserunt à prima veritate, & per cõsequens recesserũt aboi veritate. Et sic iã nõ loquũtur nisi mendacium, qñ de lege loquunt, quia totam legẽ faciũt mendacẽ, expectãdo aliũ Messiã, quia postquã errauerunt ab vtero, nõ loquũtur nisi falsa. Ex quibus patet, q̃ profeta non solum dicit veritates esse diminutas in populo gentili, sed multo magis in populo Iudaico, qñ negauerunt Christum, & veritatem scripturarũ voluerunt occultare, corrumpẽdo sacrã scripturã cum suis falsis glossis. Sed magis sunt in eis diminutæ veritates, quãdo Mair idumæus simul cũ Fariſæis cõfinxit, q̃ Moyses accepit duas leges à Deo in monte Sinai. ſ. vnam in scriptis, quam oẽs habemus & alteram oretenus, quam misna appellãt, in qua continẽtur omnes detestabiles traditiones Fariſæorum, & multa alia etronea. Itẽ

D etiam magis diminutæ sunt veritates à filiis hominum, quando rabini iudæorum congregati in Babylonia composuerunt scripturam ipsius Talmud, in quo confirmant omnes traditiones Fariſæorum, & ipsius misna, quibus addi debent multa abominabilia & horrenda, vt patebit psal. 54.

Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus.

Hæc est. 2. pars, in qua quasi consolatoriè prædicit Dauid, qualiter Xps in suo aduẽtu debebat liberare totum mundum de prædictis miseriis, & depellere omnem deceptionem, & mendacium, & superstitionem, & dare legem euangelicã. continentem & docentem omnem veritatem. Ad cuius intellectũ est notandum, q̃ ante aduentum Xpi mundus non solum erat in miseria, & captiuitate

E pcti, sed etiã laborabat in duplici miseria corporali & temporali, vt ostendit Eusebius per totum quintum librum de præparatione euãgelica. & Lactãtius in libris diuinarum institutionum. Nã demones cogebãt patres immolare filios, vt patet de Agamemnone, qui immolauit, & sacrificauit filiã Diis, vt haberet pſperos ventos. Et Pyrrhus immolauit Astyanactem filium Hectoris ad sepulcrum Achillis &c. Item demones in rõsis suis sem per persuadebãt bellũ inter principes & finitimos, & pſuadebãt rebelliones populorum cõtra reges suos, & seditiones inter ciues, vt fierent cedes & homicidia, eo q̃ omnes illi implebãt infernũ, & multa enormia, & turpia cõtra bonos mores, & naturã pſuadebãt. Et nõ solũ in populo gentili regnabant istæ

F superstitiones, sed etiam pro maiori parte in populo Iudaico, vt patet per totũ discursum libri Iudicũ & Regũ. Et vltra hoc regnabat in populo iudaico multiplex miseria, nam sacerdotes, & Scribę, & Fariſęi opprimebãt pauperes, & pupillos, & comedebant domos viduarũ, & cũ violẽtia & tyrãnide regebãt populum, ducẽtes & glossantes falsõ legẽ. & pfetas ad libitũ & lucrũ suũ, vt improbabat eis Xps Mat. 23. dicẽs. Væ uobis Scribæ & Fariſæi hypocritæ &c. Et ideo Christus in suo aduentu non solum liberauit populum gentilem ab illa miserabili seruitute diaboli, totam idololatriam destruendo, & bella & seditiones per legem, & baptismum auferẽdo Sed etiam liberauit pauperes de populo iudaico à miserabili iugo Scribarum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Fariſæorum, & à ingo legis importabili. Et hoc eſt quod dicit proſeta, vñ ait. Dñs meus Ieſus Chriſtus dicit mihi in ſpũ, ex reuelatione ſup. Ego exurgam. i. in carne apparebo, & veniam in mundũ propter miſeriam inopũ, & pp gemitum pauperum. i. vt liberẽ & releuem inopes à miſeria & pauperes à gemitu, hoc eſt vt liberẽ vinctos de limbo inferni, & inopes gentiles à miſerabili ſeruitute diaboli, & à nefandis ſuperſtitionibus, & deteſtabilibus moribus. Et vt liberem pauperes de populo Iudaico à gemitu & oppreſſione Scribarum & Fariſæorum. Et oẽs pctores à miſerabili ſeruitute pcti. Et n otã q Dauid in hoc verſiculo refert reuelationẽ & promiſſionẽ quã habuit de ſaluatore mundi. q.d. dñs promiſit mihi p reuelationem, q ipſe exurgeret apparẽdo in mũdo, ad liberandũ pauperes à
B gemitu, & inopes ab oi miſeria ſupradicta. Itẽ reſurrexit Chriſtus à mortuis, & miſit ſpm̃ ſanctum in apoſtolos, qui per totum orbẽ legẽ euangelicã prædicauerũt, & idola deſtruxerũt, & deteſtabiles ſuperſtitiones gẽtilium deleuerũt, & falſas traditiones Scribarum & Fariſæorũ detexerũt, ideo dicit propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam &c Ideo ſequitur & ſubdit proſeta in perſonã totius corporis myſtici.

Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.

Ponam ſpem & fidem meam in iſto ſalutari, & ſaluatore meo Ieſu Chriſto, cũ venerit in carnem, & recipiam eum tanquã ſaluatorem & Meſſiam. Et recipiam legem ſuam euangelicam, quam ipſe ore ſuo prædicauit, & in cordibus hominum ſcripſit. Et dat rationem quare vult recipere Chriſtum, & po
C nere fidem & ſpem in Chriſto ſaluatore, & lege euangelicã. Vnde ait.

Eloquia dñi eloquia caſta, argẽtũ igne examinatum, probatũ terræ, purgatũ ſeptuplum.

Ad cuius intellectũ eſt notãdum q quinque perfectiones memorat & attribuit legi euangelicæ. Primò, quia omnia quæ ſunt in lege euangelica, ſunt eloquia Dei. i. q eſt à Deo prolata, eo quia Chriſtus lator eius, eſt verus Deus & prima veritas. Secundò, q oia vera q̃ ſunt in lege euangelica ſũt caſta. i. vera abſq; mendacio. Tertiò, q tota lex euãgelica eſt argẽtum igne examinatum. Quartò, quod eſt multipliciter probatum. Quintò, q eſt terræ purgatũ ſeptuplum. Nota q in quibuſdã exẽplaribus & antiquiſſimis reperitur verſus iſte ſic ſcriptus: Eloquia dñi eloquia caſta, argentũ igne examinatum probarũ D
ter repurgatum ſeptuplum, & ſic eſſet vitiũ ſcriptorum q ſyllabã, re, diuiſſent à ly purgatũ & iunxiſſent ad ly ter. Aug. tñ & cæteri poſtillatores exponunt ſm q noſtra nũc habẽt pſalteria &c. Vnde per iſta quinq. vocabula in hoc verſiculo poſita, oſtendit proſeta quinque perfectiones legis euangelicæ, & quinque differentias quibus differt à cæteris ſcientiis. Nam primo dicit q lex euangelica ſunt eloquia dñi, per quod oſtẽdit prima dignitas eius, quia eſt à ſolo Deo tradita, et p cõſequens nõ põt mẽtiri. Et ẽ oſtẽdit, q lex euãgelica differt ab oibus ſcientiis humanis, tã practicis, quã ſpeculatiuis, quæ ſunt ab hominibus inuentæ. Per hoc aũt qd dr. 2. eloquia caſta, oſtendit q lex euãgelica eſt veriſſima, & caſtigata ab oi mẽdacio. nã caſtus dr à caſtigo caſtigas, & ſic dr caſta & correcta &
E caſtigata ab omni mẽdacio & vitio, quia caſtigat omnia vitia, inquantũ prohibet omne vitiũ, & docet oẽm virtutẽ, per qd differt ab omni ſcientia & ſcriptura ſuperſtitioſa, & ab oibus artibus magicis, quæ oẽs ſunt mẽdaces & adulterinæ, docẽtes omne mẽdaciũ, & deteſtabiles & prauos mores, de quibus ſupradictũ eſt. Et ió oẽs ſequẽtes illas magicas artes, dñr adulteri in ſacra ſcriptura, eo q deuiant à caſtitate, & veritate ſacræ ſcripturæ. Tertiò lex euãgelica dr argentũ igne examinatũ. Et hoc multipliciter, Primò quia fuit tradita à Chriſto, ſed poſtea fuit examinata, & digeſta igne ſpũſſanctũ in die Penteco. qñ venit ſpũſſanctus ſuper apoſtolos & diſcipſt los in linguis igneis, & ſuggeſſit eis omnia q̃ Xps dixerat eis. Itẽ fuit examinata igne caritatis apoſtolorũ & martyrum, qui oẽs mortui ſunt, p lege euãgelica defendẽda. Itẽ fuit examinata igne miraculorũ. Itẽ fuit examinata igne inſpirationis, quia igne ſpũſſanctũ inſpirati doctores ipſam eluciderũt & declararũt. per hoc ergo differt ab omnibus ſcientiis humanis, quia in ſolo lumine intus agentis ſunt tradite, & gloſſatæ per homines ſeculares, licet hoc nõ fiat ſine eõi influxu ſuperiori. Quartò dr, q eſt argentũ probatum, quia lex euãgelica multipliciter fuit approbata, nã primò fuit prenũciata per patriarchas & profetas & fuit pmiſſa Moyſi. Deu. 18. eũ dixit dñs, profetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuorum, loqueturq; ad eos omnia quæ dixero illi. i. dabit legẽ euangelicã ſuo ore plata. Sedo fuit prædicta, & probata, & deſiderata
per

A per Dauid in oibus pſal. maximè pſal. 118. vbi dicit, Legẽ pone mihi &c. Item Eſaiæ 2. De Sion exibit lex, & verbũ dñi de Hieruſalẽ. Item Hier. 31. Dabo legẽ meã in cordib⁹ eorũ, & in viſceribus eorũ ſcribam eam. Itẽ fuit approbata p Deũ pr̃em, qñ dixit. Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite. i. legẽ eius audite & recipite. Vltimo fuit approbata p innumera miracula. Ex quibus patet q lex euangelica eſt argentũ multipliciter probatũ, & examinatũ p autẽtica teſtimonia. Et ſic patet veritas, & dignitas, & autoritas eius. Et ió hęc ẽ cã quare iudicialiter eſt acceptãda lex euãgelica, & eſt viuẽdũ in ea. Primò, quia eſt à dño Ieſu Xpo prolata. Secũdò, q a eſt caſta & vera. Tertiò, q a tanquã argentũ igne examinatũ. Quartò, quia eſt tanq̃ argẽ
B tum purgatũ & ſeparatũ à terra & rubigine. Quintò, dr argentũ terræ purgatũ & probatũ ſeptuplũ, per qd nõ ſolũ differt ab oibus ſcientiis humanis, ſed etiã à ſcripturã veteris. Ad cuius intelligentiã eſt notandũ, q ſicut lex euangelica dr oleũ expreſſũ ab oleo vete. teſt. & ſeparatũ ab amurca ceremoniarũ, & dr vinũ expreſſum ab vuis vete. teſt. & ſeparatũ à vinacio ceremoniarũ. Et dr granũ triturarũ, ex ſegete vet. teſt. ſeparatũ à palcis ceremoniarũ p ventilabrũ Xpi, vt dictũ eſt in prologo, tractan. primo. Ita pariter dr argentũ igne ſpũſſanctũ examinatũ & probatũ, & terræ purgatũ ſeptuplũ. Nã ſicut lex euãgelica erat in vet. teſt. tanquã oleũ in oliua, & vinũ in vuis, & granũ in ſpica. Ita erat in eadẽ lege veteri, & in cerimoniis, tanquã argentũ in minera mixtũ cũ terra. Vnde ſi-
C cut argentũ effluum à minera, nõ põt purificari, & ſeparari à terra, & purgari à cæteris metallib⁹ vilibus cũ quibus eſt mixtũ, niſi cũ igne materiali, & magnõ artificio, & ſtudio, & labore. Ita myſteria euãgelica q erãt clauſa & mixta, & tecta ſub terrenis, & materialibus, & ſenſilibus ceremoniis vet. teſt. nõ poterãt ſeparari & purificari & purgari ab illa terra ceremoniarũ, niſi per laborẽ & mortẽ & paſſionẽ, & doctrinã Chriſti, & per ignem & lumen ſpiritusſanctũ, qui oĩa illa ceremonialia figuratiua in ſe copleuit & cõſummauit, & veritatẽ cõrũ nobis aperuit, cũm incipiẽs à Moyſe & ꝓphetis interpretatus eſt duobus diſcipulis oĩa quæ de ipſo ſcripta erant. Et cũm clauſo oſtio introuit ad diſcipulos, & aperuit eis ſenſum & ſcripturas, & omnia myſteria quę erant ſcripta in lege, & proſe-
tis, & pſalmis de ipſo. Lucæ 24. Et ſic purga- D
nit myſteria euangelica à terra ceremoniarum igne paſſionis, & lumine ſuę doctrinę. Et ſi hoc argentũ euangelicũ fuit igne examinatũ & probatum, & terręa. i. ex terra, & à terra ceremoniarũ purgatũ & purificatũ, nõ ſemel tñ, ſed ſeptuplũ. i. ſepties p Xpm. Nã primò fuit purificatum p ſuã prædicationẽ & doctrinã. Secundò p mortem & paſſionẽ. Tertiò poſt reſurrectionem qñ aperuit eis ſenſum & ſcripturã. Quartò, qñ aſcendit in cœlum, & præcepit vt irent ad prædicandũ euãgelium pr̃e vniuerſum mundũ. Quintò qñ miſit ſpiritumſanctum in die pent. Quia tunc data ſunt apoſtolis dona ſpirituſſanctꝰ, quibus intellexerũt omnes ſcripturas. Sexto fuit hoc argẽtũ examinatũ & probatum & purgatum p doctrinã apoſtolicã in epiſ- E
tolis Pauli, & Petri, & Ioannis, & Iacobi, & Iudæ, & in actibus apoſtolorũ, & in Apocalypſi. Septimò fuit examinatũ, & declaratũ p eccleſiã, & ſacros doctores, qui fuerunt illuſtrati lumine, & igne ſpiritusſanctꝰ. Et ió Auguſt. & cæteri ſacri doctores reliquerunt nobis quędam principia & doctrinalia, & quaſdã regulas, ad intelligẽdas ſacras ſcripturas, vt ſcitemus ſeparare argẽtũ euãgelicũ cum ex terra cerimoniarũ, q̃ſ leginus ſcripturas vet. teſta. Et ideo non debent mirari lectores fideles huius operis, quia tot principia & regulas præmiſſurus, & tot doctrinas in prologo, quia abſque illis impoſſibile eſt vt lector perfectẽ & integrẽ poſſit ſeparare myſteria euangelica, à terrenis ceremoniis, vete. teſta. & extorquere veritates euangelicas ex lege & proſetis. Nam ſi humana ſolli- F
citudo indiget tanto ſtudio & labore, & arti- ficio, & tot inſtrumentis ad purgandum & purificandum argentum, & aurum, & ſeparandum ipſum a terra & rubigine & cęteris ſpurcitiis & ſordibus, ergo multo maiori ſtudio & labore, & maiori igne ſpirituali, & pluribus principiis, & regulis, & doctrinis indiget fidelis lector, cum legit ſcripturam vet. teſt. ad extorquendas & ſeparandas veritates euangelicas ab illis terrenis, & materialibus cerimoniis, & ab illa materali literatura, & ab ænigmatibus profetarum, quia omnia illa ſeptem principia, & decẽ regulæ præpoſitæ in tertio tractatu, & omnes doctrinæ præmiſſæ in toto reſiduo prologi, nõ ſũt niſi quędã ſpiritualia inſtrumenta, & adiumẽta, ad extorquẽdum, & purgandũ, & purificandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

K rificandum argẽtum euangelicũ à terra vete. testa. Et hoc est quod intendit dicere Dauid in hoc versu, vnde ait. Ego ponam totam spem, & fidem meam in salutari. i. in saluatore meo Iesu cũ venerit in carnem. Et fiducialiter. i. cum confidentia agam in eo. i. omnia opera faciam secundum præcepta, & secundũ legem suam euangelicam, eo ꝙ talia præcepta sunt eloquia dni. i. à Deo prolata. Et sunt eloquia casta, & verissima absq; mẽdacio, quia docent omnem veritatem & virtutem, & prohibent omne vitium & mendacium. Et non sunt eloquia adulterina & adulatoria, sicut eloquia oratorum, & poetarum & artiũ magicarũ, & sicut superstitiones gentiliũ continẽt oẽ mendaciũ. Itẽ eloquia Chri euãgelica, sunt argẽtum igne spũsancti examinatũ & probatum. Et terræ. i. ex terra purB gatum, & purificatum septuplum, per Christum, & p apostolos, & doctores, prout dictũ est. Et ẽt purgatum, & purificatum septuplũ & septies per illa septem principia, & per decem regulas in prologo, tractatu tertio præmissas, sine quibus perfectẽ, & integrẽ nõ potest intelligi scriptura vet. test. nec ex ea argẽtum euangelicum extorqueri, vt dictum est ibi, & ly septuplum ponit̃ pro multipliciter indeterminatẽ, q̃a multis modis, & exẽplis, & multis doctrinis, & p multos doctores lex euãgelica fuit examinata, & probata, & purgata, & elucidata, quasi dicat concludendo, ꝙ postquam lex euangelica est ita vera & perfecta, ideo fiducialiter agam, & viuam in ea, & operabor secundum eius præcepta. Deinde cum dicitur.

Tu domine seruabis nos, & custodies nos à
C *generatione hac in æternum.*

Petit & reasumit quod in principio incepit petere. s. liberari per Christum ab oi mendaci, & detestabili superstitione gẽtilium, & generatione magorum, & necromanticorũ, & obseruatorum syderum, & à praua generatione prauorum iudæorũ & causidicorum, & à fermento, & falsa doctrina, & malitia scribarũ, & fariseorũ, de q̃bus dictum est in prima parte, de q̃bus miseriis & afflictionibus, & dolis, & deceptionibus nemo poterat mundum liberare, nisi solus Iesus Messias in lege promissus. Iõ ait profeta. Tu dñe Iesu Chie q̃ veneris in carnẽ, seruabis, custodies, & liberabis nos in æternũ ab hac praua & detestabili generatione magorum, & superstitiosorum, & maleficorum, & deceptorum, & de miserabili seruitute demonum, & à praua & D falsa doctrina, & fermento scribarum & fariseorum, qui negarunt Christum, & eius legem euangelicam, & falsificauerunt scripturas legis, & prosetarum, in quibus Christus promittitur & figuratur. Et subdit.

In circuitu impii ambulant secundum alti-
tudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Oẽs isti impii ambulãt nõ rectẽ p viã veritatis, sed in circuitu p deuia mẽdacia, vt decipiãt simplices nõ intrãtes viã veritatis, vñ primo ambulãt in circuitu oẽs magi, & necromãtici, deuiãtes à prima veritate qui est Deus, & quærẽtes auxilia à spiritibus immũdis & mendacibus, quia diabolus ab initio in veritate nõ stetit. Et iõ mendax est, & pr̃, & dux oĩs mendacii, & semper ambulat in circuitu, q̃o decipiat hoĩem, & faciat ipsum deE uiare à uia veritatis & rectitudinis, & p cõsequens oẽs eius sequaces ambulãt p eundem circuitũ extra centrum veritatis. Scdo in circuitu ambulabãt oẽs sacerdotes gẽtilium, q̃ cum suis superstitionibus, pp lucrũ decipiebãt populum. Tertiò i circuitu ambulãt oẽs poetæ, & adulatores, & passionati rerũ gestarũ scriptores, q̃ ad demulcẽdas aures audientium, multa mẽdacia scripserunt. Et sic in eo dẽ circuitu ambulant oẽs q̃ legunt & terrũt tps legẽdo eorum scripta. Itẽ in circuitu ambulãt oẽs Saraceni. & infideles, & hereticicũ sua dolosa, & impura, & execrabili doctrina. Item in circuitu ambulãt oẽs falsi iudices, & causidici qui cupiditate lucri, falso, & obliquo modo interpretãdo leges, detinẽt simplices populares, & pauperes, & viduas in lõgo litigio, vsq; quo destruant & expolient eos. Itẽ in circuitu ambulãt impii, & ceci Iudæi F extra centrũ veritatis euãgeliæ, qui vt defendant proceruitatẽ, & obstinationẽ suã, falso glossant sacrã scripturã vet. testa. retrahentes eam à vero sensu spirituali, cõfingentes enormia, & execrabilia, & irridenda mendacia de Messia, quem frustra & falso expectant, vt patet per totum discursum Talmud, & in glossis eorum, de quibus omnibus dicit profeta, Tu domine Iesu Christe seruabis, & custodies nos in æternum ab hac generatione impiorum!, quoniam omnes isti impii ambulãt in circuitu per deuia mendacia, extra centrũ veritatis euangelicæ doctrinæ. Nam euangelica doctrina est centrum, & mensura omnis veritatis, eo quòd est tradita à Christo, qui est prima ueritas simpliciter. Et sic Iudæi

A dæi moderni vsque ad vesperam mundi, vt canes circuibunt ciuitatem euangelicam, nõ valentes intrare sanctuarium veritatis euangelicæ. ps. 58. Ex supradictis patet, qualiter Xps qui est prima veritas reparauit oẽs veritates q̃ fuerant diminutæ à filiis hominum. Vnde sicut Sol per suos radios pellit oẽs tenebras, & illuminat totum hemisferium, ita Xps Sol instituit, p radios legis euang. fugauit & extinxit, nõ solum tenebras peccatorum & ignorantiæ, sed ẽt fugauit oĩa mẽdacia, & superstitiones, & execrabiles ritus gentilium, & fermentũ fariseorum. Deinde cum dicit, Secm altitudinẽ tuã multiplicasti filios hoĩum, Respõdet cuidam tacitæ q̃stioni, quã faciebat Porsyrius cõtra christianos, & quæ nũc cõtinuẽ fit per curiosos. Vn de dicunt, ꝙ si ita est ꝙ magici, & necromãti B ci, & syderũ obseruatores, & oẽs superstitiosi, & gẽtiles, & sarraceni, & Iudæi moderni, oẽs ambulãt in circuitu per deuia mẽdacia extra centrũ veritatis, & soli christiani boni ambulãt in via rectitudinis & veritatis p legem euang. ergo quare Deus pmisit multiplicari per mundũ supradictos infideles in tam magno numero? quia semp fuerunt, & sunt in mundo plures infideles q̃ fideles. Itẽ si Xps solus erat liberaturus mundũ ab huiusmodi infidelitate & pctõ, ergo quare distulit tantũ aduentũ? Item si soli christiani ambulant p viam rectã, ergo quare Deus pmittit multiplicari Iudæos, & Sarracenos, & hæreticos, & oẽs alios infideles, cũ sint in maiori numero q̃ Christiani? Et sic apparet C ꝙ paucos saluauit Xps, quia plures sunt dãnati q̃ saluati. Ad hoc respõdet, pfeta, ꝙ nemo potest hoc arcanũ cõprehẽdere in hac vita, q̃a hoc pũnet ad solã altitudinẽ & p- Dauid. O Dñe nemo q̃rat solutionẽ huius q̃stionis in hoc mũdo, quia tu multiplicasti. i. multiplicari pmisisti filios hominum. s. carnales, & terrenos, & infideles, fm altitudinem tuam. i. secundum profundum & altũ secretũ, & arcanũ Sapientiæ tuæ inaccessibilis, & incõprehensibilis. Dicat ergo christiana humilitas. O altitudo diuitiarũ Sapiẽtiæ & sciẽtiæ Dei &c. Litera vero Hie. habet: In circuitu impii ambulant cũ exaltati fuerint viliſſimi filiorũ hoĩum's & tunc est sensus ꝙ ipsi mali & peruersi hoĩes nõ exaltant nec multiplicant diuitias, nec acquirunt dignitates ambulando p viam iustitiæ, sed in circuitu extra iustitiam. i. rapinam & dolum, & D cum adulationibus & cęteris illicitis. Ex toto ergo isto psal. & dictis in eo possunt recolligi. 12. conclusiones.

Prima, ꝙ ille dicitur verus qui adæquat, & confirmat, & subiicit intellectum suum credibilibus in lege Domini reuelatis, siue ille qui conformatur primæ veritati quæ est Deus, quę quidem prima veritas manifestatur in lege Domini.

Secunda, quod ille est verè iustus, qui cõformat voluntatem suam diuinę voluntati, & adæquat operationes suas diuinis præceptis.

Tertia, ꝙ ille est verè sanctus, qui rectè ordinat vitam suam, viuendo secundum legẽ Domini per Fidem, & Spem, & Caritatem.

Quarta, ꝙ quando Adam peccauit, defecit & deuiauit, à prima veritate, & iustitia, & 5 sanctitate, in quibus consistebat originalis iustitia, in qua fuit creatus, & per cõsequens diminuta fuit in eo veritas & iustitia.

Quinta, ꝙ postquam Adam peccauit, cõtinuè & successiuè fuerunt diminutæ veritates à filiis hominum vsq; ad Christum, & per cõsequens diminutæ fuerunt iustitiæ & sanctitates: quia postquam homines perdiderunt fidem, inceperunt incidere in detestabiles ritus, & superstitiones, & falsas opiniones, & prauos mores in populo gentili.

Sexta, ꝙ non solum in populo gentili fuerunt diminutæ veritates & iustitiæ, sed etiã in populo Iudaico per falsas traditiones Scribarum, & Fariseorum, & Saducæorum. Et F multo magis per falsam fictionem & fermentum Talmudistarum.

Septima, ꝙ solus Christus in suo aduentu deleuit, & eliminauit falsas superstitiones gentilium, & detexit fermentũ Fariseorũ, & Saducæorum, & restaurauit veritatem de perditam, & verificauit legem et proferas. Et hoc per radios lucidos legis euangelicæ.

Octaua, ꝙ lex euãgelica est casta, et inuiolata, et septuplum igne Spirituſſancti examinata, et purgata, et ideo in sola ipsa est viuẽdum, et secundum ipsam operandum, et in sola ipsa est spes et fiducia ponenda.

Nona, ꝙ solus Christus custodiuit, et liberauit mundũ à praua generatione idolatrarũ, et paganorũ, et iudæorũ, et infidelium.

Decima, quòd sicut soli catolici ambulãt p viam rectitudinis, et veritatis, et iustiriæ: ita omnes impii, et infideles ambulant in

circuitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

circuitu extra viam & centrum veritatis.

Vndecima, q̃ hoc arcanum ſ. quare Deus permittit impios & infideles, & peccatores multiplicari, eſt ſoli Deo cognitum, ſecundum altitudinem ſuæ ſapientiæ.

Ex ſupradictis infertur. 12. cõcluſio. ſ. q̃ iſte pſal. non eſt factus, nec cõmodè, nec debite poteſt exponi literaliter de proditione ciuiũ Ceile machinata cõtra Dauid, ſed eſt factus, & exponẽdus de diminutione & corruptione humanæ naturæ, facta in Adam propter peccatum, quæ erat per ſolũ Chriſtum reſtaurãda per gratiã, & per legẽ euangelicam, eo modo quo dictum eſt: quod nõ ſolum probatur ex ſacra ſcriptura vtriuſq; teſtamenti, ſed etiam ex gloſſis & dictis Talmudiſtarum & magiſtrorũ Hebræorũ. Ad cuius probationem eſt aduertendum, q̃ iſta dictio Toldach in Hebræo, idem eſt q̃ generationes latinè, quæ quidẽ dictio vbiq; ſcribitur diminutè, per ſola puncta ſyllabicata, præterquã in duobus locis. ſ. Gen. 2. vbi dicit, Iſtæ ſunt generationes cęli & terræ &c. & Ruth vlt. ca. vbi dicitur, Iſtę ſunt generationes fares &c. In quibus duobus locis iſta dictio Toldach ſcribitur perfectè cum oibus ſuis literis integrè. vbi quærit Rabi Salmay, quæ eſt cauſa quare dictio Toldach in oibus aliis locis ſcribitur diminutè, præterq̃ in his duobus locis? Ad qđ reſpondet q̃ cauſa eſt hæc. Nam in principio oia fuerunt creata in plenitudine perfectionis ſuę, ſed quãdo peccauit Adã primus homo, omnia fuerũt corrupta & diminuta, & maximè generatio humana, Et dicit vlterius, q̃ iſta corrupta & diminuta, nõ reuertentur ad perfectũ & integrũ ſtatum & diſpoſitionem, donec veniat filius Fares & Dauid. ſ. Chriſtus Meſſias in lege promiſſus. Vnde dicit q̃ iſta dictio Toldach, ideo Gen. 2. ſcribitur integrè cũ oibus ſuis literis, q̃n dicitur, Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ &c. eo q̃ Adã nondum peccauerat. ideo omnia erant perfecta, & integra in ſua natura. Sed quia poſtquam Adam peccauit, omnia fuerunt corrupta & diminuta, ideo vbicunq; ponitur poſtea hęc dictio Toldach, ſcribitur diminute, ideo Gen. 5. vbi dicit, hæ ſunt generationes Adã. Et Gene. 9. hæ ſunt generationes Noe. Et Ge 25. hæ ſũt generationes Iſrael, & generationes Iſaac, & & Iacob &c. ſemper iſta dictio Toldach ſcribitur diminutã, ad denotandum q̃ tota humana generatio erat corrupta in omnibus illis. Sed poſtea, Ruth vltimo, quando dicit. Iſte ſunt generationes Fares, iſta dictio Toldach ſcribitur integrè, per quod denotatur q̃ tota generatio humana corrupta & diminuta in Adam, debebat reſtaurari, & reintegrari, & refici per Chriſtum in lege promiſſum, filium Fares & Dauid. Ex quib. patet q̃ iſte Rabi Salmay in ſuis dictis concordat cum Dauid in hoc pſ. ſecundum prædictam expoſitionem, quia nihil aliud intendit prædicere Dauid in hoc pſal. niſi quòd quandò Adam defecit à prima veritate, & iuſtitiã, & ſanctitate, tunc tota humana natura fuit in eo corrupta & diminuta, & ſic ſucceſſiuè diminutæ fuerunt omnes veritates à filiis hominum. Sed quia humana natura non poterat reſtaurari, niſi per Chriſtum, ideo Dauid vocat eum, vt veniat ad ſaluandum genus humanum à peſte ſupradicta, prout dictum eſt.

PSALMVS. XII.

V ſquequo domine obliuiſceris me in finẽ? vſquequo auertis faciem tuam à me?

Titulus: Victori, ſiue in finem, pſal. ipſi Dauid. Ex titulo apparet, q̃ Dauid fecit hũc pſalmum dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis, & verus Dauid, victor contra diabolum: qui quidem Chriſtus ſiue Dauid in mundo expectabatur Saluator, & redẽptor. In quo pſal. profeta in perſona ipſius Adã, & totius corporis myſtici conqueritur de lõga mora Chriſti, & longa ſua captiuitate: ideo exclamabat, vt Chriſtus in breui veniat ad illuminandum, & liberandum ipſum de captiuitate Diaboli, & cecitate tenebrarum. Vnde eſt aduertendũ, q̃ licet ipſe pſa. ſit paruus in litera, tamen eſt magnus in ſententia, & virtute, & vtilitate, eo q̃ ſub eiſdem verbis explicat Primò, deſiderium patriarcarũ de aduẽtu Chriſti. Secundò ſtatũ peccatoris pœnitẽtis, deſiderantis p̃ gratiã iuſtificari, & à peccato liberari. Et ſic iſte pſalmus eſt ſimul proſeticus & pœnitentialis, & ſic oportet q̃ dupliciter exponatur. Primo, pſetice. Secũdo moraliter. Quantũ ad primum ſenſum tria facit Dauid in hoc pſal. Nã primo dolendo de longa mora Aduentus Chriſti, explicat miſerabilem ſtatum ſuum. Sed o petit liberari. Tertio promittit ſe gratias actũrum. Sed a ibi. Reſpice & exaudi me. Tertia ibi. Ego aũt in miſericordia tua ſperaui. Quãtum ergo ad primũ eſt notãdum, quòd inte aduẽtum Xpi totum genus humanum erat in triplici miſeria conſtitutum. Primo, quia erat pręclum à facie Dei p̃p pcẽtũ Adę, & p conſequẽs extra gratiã. Scdo, qa erat ſubiectum diabolo propter pcẽtũ, & idololatriam. Tertio, quia diu expectauerat Xpm & nondũ veniebat: iõ Dauit in perſona totius generis humani, deflendo longã miſeriã ſuã, & longã morã Xpi, cupiens liberari, ait. Vſque quo dñe obliuiſceris me in finem. i. deducere ad te, q̃ es finis legis, & finis oĩs miſeriæ? qa per te debet finiri omne pcẽtũ & oĩs miſeria, qa in tuo aduentu finem accipiet peccatũ & ducet iuſtitiã sẽpiternã. Daniel. 9. ergo Adã myſticus, cupiens liberari per Xpm futurũ, dicit, Vſquequo dñe obliuiſceris me in finẽ. i. obliniſceris venire, vt des finem legi. & ducas iuſtitiam? Et vſquequo auertis faciẽ tuã & gratiã à me differendo aduentum tuum? Et vſquequo exaltabit̃ diabolus inimicus ſuper me? quia toti mundo dñatur & poſſidet genus humanum in hoc ſeculo per idololatriã, & pcẽtũ. Et in inferno omnibus dominat̃ per pœnam ſenſus aut damni. Et quia homo ſemper erat in tali querela & meditatione, conſiderãdo ſuum miſerum ſtatũ, & quia erat proiectus à facie Dei, & captiuus in poteſtate diaboli, iõ affligebatur in mente, & continua meditatione in nocte, & affligebatur in corde, & corpore ex continuo dolore & timore pœne. Ideo ſubdit.

Quã diu ponã conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Quam diu ponam conſilia in anima mea? i. vertam & agitabo cogitationes in mente, & ponam, & patiar dolorem in cordẽ per diem. i. per totam vitam meam, timendo pœnam, & expectando te, vt liberes me? Quia dum tu tardas, diabolus ſemper dominatur in mundo. Ideo ò domine.

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice & exaudi me domine Deus meus.

Vſquequo exaltabitur ſuper me? quia in toto orbe adoratur, & colitur à paganis vſquequo tu venias & eiicias eum foras; ergo vſquequo tantum tardas? reſpice & exaudi me domine Deus meus. Hic exponit ſuã petitionẽ, petendo liberationẽ, dicens, O Chriſte due Deus meus, quia hucuſq; auertiſti faciem tuam & oblitus es mei, ideo nũc reſpice miſerendo & gratiam cõferendo, & exaudi me, tuum aduentum accelerando. Et

Illumina oculos meos ne unquã obdormiã in morte, ne quando dicat inimicus meus prævalui aduerſus eum.

Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Illumina oculos meos. i. animã meã cecã, & ignorantem, & tenebroſam, & falſa ſuperſtitione ſeductã, & in tenebris pcẽtorũ obrutã. Et hoc facies per legem euangelicã, & ecclesiaſtica ſacramẽta. Ne vnquã obdormiã in morte peccati, & ignorantiæ in qua ſum. Ne inimicus meus diabolus dicat aliqñ, nec poſſit gloriari dicendo. Ego prævali aduerſus eũ. ſ. aduerſus hoiem in ęternã eũ captiuitate poſſidẽdo. Nã ſi ego motus fuero ab hac vita ſine fide euãgelica, & caritate: tunc inimici mei diaboli, qui tribulãt me, in quorum poteſtate ſum, tũc exultabunt, ętnaliter, me cruciãdo, & i poteſtate ſua poſſidẽdo: ergo veni, ne differas, & noli tardare, vt liberes me. Ego aũt. Hic promittit ſe gratias actũrũ poſtq̃ fuerit liberatus, & redẽptus, poſt aduentum & paſſionem Xpi, & hoc in exibendo Chriſto verum cultum. Vnde nota, q̃ verus Chriſti cultus cõſiſtit in tribus principaliter. Primo interius in fide, ſpe, & caritate. Nã fides eſt in intellectu, & ſpes, & caritas in voluntate. Secunda pars cultus diuini cõſiſtit in laudãdo Deum. i. cõfitendo eum ore coram hoĩbus, & agẽdo gratias beneficiorum, ſiue ex beneficiis receptis. Tertio in bene operãdo erga proximum. Vnde primo credimus & diligimus Deũ, & ponimus ſpem noſtrã in eo, & hoc pertinet ad actũ interiorem animæ. Secundo ex hoc prorumpimus in laudes eius, & verã adorationem. Et exinde operamur opera mię erga proximũ. Et hoc ſeruat eccleſia. Nã primo pręcipit, & dat fidem, & ſpem, & caritatẽ, et dona ſpũſancti per ſacramenta eccleſiaſtica. Secundo ordinauit officia eccleſiaſtica, q̃ ſepties i die Deo cãtamus. Et ordinauit feſtiuitates in q̃ bus cãtamus bñficia, q̃ Chriſtus nobis exhibuit per ſuã incarnationem, et natiuitatẽ, & paſſionem, et reſurrectionem, et aſcenſionẽ, et prædicationẽ. Et ſic prædicamus in eccleſia oĩa beneficia Chriſti agendo gratias, et quotidie recõmemoramus paſſionẽ Chriſti. et offerimus Chriſtum mediatorem Dei et hoĩum, in ſacramẽto Eucariſtię. Et in his conſiſtit ſecunda pars diuini cultus. Tertio operãdo opera mię erga proximũ, propter Deũ: quę eſt tertia pars diuini cultus. Hoc ergo prævidens Dauid in ſpiritu, dicit. O Chriſte veni in carnem, et illumina oculos

mentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mentis meæ, per tuam legem euãgelicã: Ne vnquam obdormiam etc. Nã demones qui tribulant me exultabũt. i. exultarent si motus fuero à stabilitate fidei, et sine redemptione ab hac vita: autem, pro, sed, quia per fidem, et spem meæ redemptionis intendo saluari (in qua omnes antiqui saluabantur, quasi dicat, q si motus fuero et recessero ab hac vita sine redemptione, tunc diaboli exultabunt) ergo veni ad liberandũ me etc. Ideo semper in misericordia tua speraui, qa tu per misericordiam tuam et passionẽ me saluabis. Et cum fuero à te per passionẽ saluatus, et cum reposueris et constitueris me in lege gratię, tunc reddã tibi verum cultũ.

Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

B Primo exultabit cor meum, in salutari & redemptione tua ex firma fide, & spe, & caritate. Et hoc quo ad primam partem diuini cultus, quia gaudebo & exulabo me esse à te, & per te redẽptum. Et sic dolor quem in corde habebam ex statu miseriæ, conuertetur mihi in gaudiũ & exultationem per aduentum tuum. Secundo cãtabo domino patri. q bona tribuit mihi, mittẽdo filiũ suum. Et sub eodem cultu & adoratione, cantabo laudes domino Iesu Christo filio suo, q tribuit mihi bona. s. beneficia incarnationis, & natiuitatis, & legis euangelicę, et passionis, & redemptionis, &c. Et sic confitebor ipsum verum Deum, & prædicabo publicè p vniuersum mundum beneficia recepta, & celebrabo officia in festiuitatibus septies in die &c. Tertio adimplebo legem suam bene o-

C perando erga proximum. Et sic ergo triplici ter colam ipsum, scilicet ore, & opere, & vita contemplatiua, & actiua. Et sic tripliciter agam gratias pro beneficiis à Deo receptis in tuo aduentu. Sed quia intentio Dauid in hoc psalmo non solum est profetica, defidrando & prædicando aduentum Christi, vt expositum & dictum est, sed etiam intentio eius fuit deducere nos ad veram pœnitentiã exẽplo sui, Ideo iste psalmus est moraliter exponendus pro quolibet peccatore pœnitẽte. Vnde forsãn Dauid fecit hunc psalmũ post peccatum adulterii Bersabee, quod per annum celatum tenuit, vt patebit psal. 50. Ideo deflet in hoc psalmo miserabilem statum suum, & longam moram in illo peccato, per quod fuit separatus per annum à gratia Dei, et à spiritu, p fetico. Ideo in hoc psal D mo agens pœnitentiam, duo facit. Nam primo describit totum processum, et decursum veræ pœnitentię. Secundo vero discursum, et processum status gratiæ post pœnitentiã, in quo homo satisfacit peccato, ibi: Ego autem in misericordia tua speraui etc. Quantũ ad primum est notandum secundum Aug. libro de vera et falsa pœnitentia, quòd pœnitentia est quędã dolentis vindicta, puniẽs in se quod dolet cõmisisse. Gregorius vero dicit, q pœnitentia vera, est peccata præterita commissa plangere, et plangenda iterũ non committere. Et sic omnes aliqñt tres partes pœnitentiæ. s. contritionem, et cõfessionem, et satisfactionem. Sed in prima parte multa præcedunt scilicet ad contritionẽ: Nam processus pœnitentię debet correspõdere processui peccati, quod similiter consti E tit in corde, & ore, et opere: vnde in prima parte multa cõtinentur. Nã quis primo proponit peccare, sed cognitio præcedit propositum. Nam primo homo considerat, et cognoscit apparẽs bonum, ad quod conuertitur, et iam habet cognitionem Dei, et legis eius, à quibus auertitur. Et postea conuertitur ad commutabilẽ sibi apparens bonum. Primo ergo auertitur ab incommutabili sibi cognito bono ex lege sibi data. Secundo conuertitur ad cõmutabile sibi apparens bonum, et proponit peccare. Et hic dicitur primus gradus peccati, scilicet in corde, per quod homo ilico perdit gratiam Dei in qua erat. Secundo sequit locutio per os, vel esse ctus, et opus peccandi. Tertio sequitur prosecutio. Et ideo oportet q tripliciter pœnitear. f. corde per contritionem, et ore per F confessionem, et opere per satisfactionem. Sed quia propositum peccandi præcessit cogitatio. (Nam ideo dicitur peccatum, quia propositum et voluntarium, ita ideo dicitur propositum et voluntarium quia pręcognitum, ita pariter vera contritio dicitur quæ est præcogitata et præcognita) ideo duo vel tria præcogitantur ante cõtritionem. Nam primo peccator cõsiderat Deum quem offendit, et à quo separatus est, et gratiam quã perdidit, et legem, contra cuius præceptum et iustitiam fecit. Secundo considerat vilitatem peccati, et miserabilem statum in quo est, et detestatur peccatum et reuertitur ad Deum, et tunc conuertitur, in code versãdo supradicta. Et sic dolet se contra Deum pecca-

A peccatum commisisse. Et iste est primus gradus pœnitentiæ, & sic in eodem gradu & statu proponit deo. Primo dimittere peccatũ. Secundo confiteri. Tertio nunquã amplius committere. Et sic perficitur primus gradus pœnitentię, & sequitur secundus. s. cõfessio peccati apud ecclesiam, si adest facultas, & opportunitas. Tertio sequitur post cõfessionẽ satisfactio, & bona operatio in statu gratiæ. Et hunc ordinem seruat hic Dauid, & docet seruare omnem pœnitentem. Nã conuersus ad se, & videns miserum statũ suum. separatum à gratia Dei, eo q a deo fuerat auersus, & Deus ab eo, & subtraxerat gratiã propter peccatũ, & permisit per longum tẽpus manere in ipso, iõ dicit Dauid ad Deũ. O domine vsquequo obliuiscéris me in finem, permittẽdo me tamdiu manere in pec B catos? Et vsquequo, & quamdiu auertis faciẽ tuam à me subtrahendo gratiam? Secundo cõsiderando peccatum & miserum statum suum, dicit, Quamdiu ponam cõsilia in anima mea. i. cogitabo peccatum in quo sum, tam detestabile & abominabile, & hucusq; non potui nec volui exire. Tertio ex hoc sequitur dolor & contritio in corde, ideo ait: Quamdiu ponam dolorem in corde meo p diem, i. continue dum recordatus fuero peccati, & offensę Dei. Et sic sequitur detestatio peccati, in quo diabolus dominabat sibi, cũ dicit, vsquequo exaltabitur, & dominabit diabolus inimicus meus super me, possidendo me per peccatum? Et hæc est vera cõfessio, quia confitetur peccatum suum, & proponit dimittere, & amplius non committe- C re, ideo petit liberari per gratiam gratificantem, dicens: Respice dando gratiam, O dñe Deus meus postquam per tantum tempus auertisti faciem tuã à me, propter meũ peccatum, exaudi me, dando veniã & dimittendo. Et illumina oculos mentis meæ. Ne vnquam obdormiam in morte. i. ne moriar in mortali peccato, quia tunc esset peccatum obstinationis, & finalis impœnitentiæ, quod non dimittitur in hoc seculo nec in alio, p quo non est orandum. Et gloriaretur diabolus se pręualuisse aduersum me. Et ideo nequando, id est aliquãdo inimicus meus diabolus dicat, ego prævalui aduersus eum, tu propter misericordiã, illumina oculos meos lumine tuę gratiæ, mihi prȩteritam culpam remittendo, ne amplius humilia peccata cõmittam. Nam si motus fuero ab hac vita, & decessero sine pœnitentia, tunc demones D qui tribulant me, tentando per peccatum, exultabunt: & ponitur futurum indicatiui pro coniunctiuo, eo quòd Hebræi carent optatiuo & coniunctiuo, vt frequenter dictum est, quasi dicat. Si decederem sine pœnitentia, tunc exultarent inimici mei demones. Ego autem. Hic describit statum gratiæ in quo fit vera satisfactio, nam sicut status peccati habet tres gradus, scilicet malum propositum, & executionem & prosecutionem, quia corde, ore, & opere, peccator offendit Deum: Ita pariter in statu gratiæ iustus tripliciter Deo seruit, scilicet corde per fidem, spem, & charitatem. Secundo ore Deum laudando, & de beneficio remissionis peccati adepto, & pœnitentia facta gratias agendo. Tertio bona opera per charitatem exercendo, & pro E reatu & peccato quondam commisso, plenè satisfaciendo. Et ista tria tangit Dauid in hac litera. Vnde dicit primo, ego autem postquam egero veram pœnitentiam, & mihi fuerit remissa culpa, & illuminatus fuero per gratiam, tunc in misericordia tua speraui, id est sperabo, & hoc per fidem veram & spem, ex quibus sequitur charitas, & vera exultatio in corde. Nam sicut cum eram in peccato, delectabar in eo, ita post actam pœnitentiam, delectabor in statu gratię per fidem, spem, & charitatẽ. Et sic exultabit cor meum in salutari tuo. i. in salute animæ meæ, quam per pœnitentiam acquisiui, & tunc delectabiliter seruiam Deo. Primo in vita contemplatiua Deum laudando, & gratias agendo pro beneficiis receptis. Et sic cantabo domino qui F tanta bona tribuit mihi, culpam remittendo, & gratiam conferendo. Secundo psallam nomini domini altissimi, benè operando erga proximum, & pro peccato satisfaciendo. Vnde nota, quòd tria ponuntur in hoc versiculo scilicet exultatio cordis, per quam intelligitur status & gaudium, fides & spes & charitas Dei & proximi. Secundo ponitur cantus per quem intelligitur gratiarum actio, & vita contemplatiua. Tertio ponitur psallere per quod intelligitur bona operatio ad laudem Dei, & vtilitatem proximi, quæ est obseruatio decem præceptorum. Ex toto isto psalmo possunt recolligi quatuor conclusiones. Quarum prima est, quòd Deus obliuiscitur peccatorem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & auertit faciē suam ab eo, subtrahēdo gratiam propter peccatum. Vnde peccator non peccauit, quia Deus subtraxit gratiam, sed ideo Deus subtraxit gratiā, eo ꝙ homo peccando abiecit eam. Et sic Deus non est causa peccati, sed iste homo qui peccando abiecit gratiam. Secunda conclusio, ꝙ oppositū accidit in iustificatione peccatoris, quia collatio gratiæ præcedit abiectionem culpę. Nam ideo peccator conuertitur & iustificatur, qa Deus illuminat eum, gratiā conferēdo. Ideo Dauid in persona pœnitentis, petendo gratiam gratificantem, dicit. Illumina oculos meos &c. Tertia conclusio, ꝙ si peccator nō egerit pœnitentiam in vita, sed moritur obstinatus, tūc diabolus dicitur victor, & præualuisse aduersus eum, eo ꝙ tenuit hominē in peccato vsque ad terminum, & non reliB quit ipsi locum pœnitentiæ. Quarta conclusio, ꝙ tria recuperat, & consequitur homo per pœnitentiam. Primò lætitiam in corde, recuperando caritatem. Secundò cantat, domino gratias agēdo, quia euasit perpetuam damnationem. Tertiò liberè operatur meritorie secundum diuina mandata.

PSALMVS XIII.

Dixit insipiēs in corde suo, nō est Deus.

Titulus: In finē, psalmus ipsi Dauid. Ex titulo patet, ꝙ Dauid fecit hunc psalmū dirigens nos in Christum qui est finis legis, & liberator & saluator Israel, vt patebit in fine huius psalmi. Sed de materia huius psalmi dicit Rabi Salo. ꝙ Dauid fecit hunc psalmum prænidens destructiC nē Hierusalē faciendā per Nabucodonosor, & captiuitatē Iudæorum in Babylonia. Et dicit ꝙ iste insipiēs qui dixit in corde suo nō est Deus, fuit Nabucodonosor, & populus Caldæorū, qui dixit, ꝙ Deus Israel non erat verus Deus, qua non potuit Iudæos liberare de manibus suis. Et ideo Nabucodonosor, & omnes Caldæi, corrupti, & abominabiles facti sunt. Et isto modo Rabi Salo. & multi Rabini Iudæorum literaliter præcisè ad hūc sensum glossant istum psalmum, sed manifestè patet talem expositionem esse inutilem & inanē. Primo quia sequeretur ꝙ iste psalmus non pertineret ad sacrā scripturā, cum talis expositio non explicet aliquod sacramentum de Christo & ecclesia. Secundo nō dirigeret nos in Christum, quod est contra titulū præpositū huic psal. Tertio qa expoD sitio nō est sufficiēs, nō explicans intelligētiā psalmi, in quo dr. ꝙ Deus de cælo prospexit non solū super Babylonios, sed super oēs filios hominū, & oēs declinauerunt &c. ergo nō solum Caldæi &c. Et ideo Catholici exponit hunc psalmū de populo Iudæorū, qui dixit in corde suo, ꝙ Christus non erat Deus, & ideo incurrit oēs corruptiones, & maledictiones, in hoc psalmo memoratas. Sed etiā ista præcisè expositio facta de solis Iudæis videt insufficiens, propter hoc ꝙ dE ꝙ Deus respexit super omnes filios hoium, & non solum super Iudæos: Sed omnes declinauerunt &c. Et ideo Beatus Augustinus non solum exponit psalmum de Iudeis, sed etiam de populo gentili, & de quibusdā filo sofis, qui negarunt Deum esse creatorem mundi, et iustum iudicem, et retributorem, F nec habere prouidentiam de actibus humanis, nec posuerunt vnum Deum, sed plures. Et ideo negato hoc primo principio, prorumperunt in omnem corruptionem, & omnia scelera in hoc psalmo memorata: Sed cū reuerentia tanti viri, adhuc expositio & præsata causa præcisè assignata, nō videt esse sufficiens, nec videtur euacuare totam sententiā, & intelligentiā huius psalmi, vnde Apostolus, ad Romanos tertio, per scripturā huius probat non solum gētiles, sed etiam Iudæos, & omnes homines fuisse corruptos in Adam. Vnde dicit. Caufati, id est argumenti sumus Iudęos & Græcos omnes sub peccato esse, & intelligit per Græcos, omnes gētiles, & barbaras nationes, & oēs filios Adā, vt patet intuenti. Et sic ex fundamento huF ius psalmi profert illam vniuersalem sententiam. Omnes in Adam peccauerūt. Ex quibus verbis apostoli videtur innui, ꝙ ille insipiens, qui dixit in corde suo non est Deus, per quem, & cuius peccato omnes homines sunt corrupti, & incurrunt omnia scelera in hoc psalmo memorata, fuit ipse Adā, qui dixit in corde suo nō est Deus. Sed hæc sententia apostoli, & intelligētia videtur nimis dura & extranea, scilicet ꝙ Adā dixerit in corde suo, Deum nō esse, et quòd aliquo modo negauit Deum, cum fuerit creatus in tanta scientia & sapientia, cui Deus commiserat gubernationem omnium creaturarum inferiorum, & qui omnibus propria nomina imposuerat, secundum proprias naturas. Et sic sciuit Deum esse omnium creatorem & gubernatorem etc. Item ex textu Genesis non habetur quòd Adam negauerit Deum quādo peccauit, imo post peccatum fugit à facie Dei ex timore et confusione, et p cōsequens semp confessus est, et nouit ipsum esse Deū et dominum. In oppositū videtur litera huius psalmi secundum intentionem apostoli. Ad cuius intelligentiam est valde aduertendum, ꝙ aliquem negare Deum stat dupliciter: Vno modo directè et assertiuè, alio modo indirecte. Primo modo Adam nō negauit Deum directè et assertiuè: quia semper cognouit Deum esse creatorem et Dominum: vt dictum est. Sed secundo modo potest dici ꝙ negauit Deum indirectè et dubitatiuè, inquātum putauit aliquid melle siue deesse Deo: quòd est contra eius maiestatem et immensam sapientiam, ad quod sequebatur B Deum non esse Deum: quia putauit Deum esse inuidum, et inuitum in Sapientia, quòd probatur. Nam quando Adam credidit diabolo dicenti tibi. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut Dii, scientes bonum et malū etc. tunc Adam putauit tria de Deo. Primò Deum essa mendacē in verbis, nō facientem quod cōminabatur. Secundò putauit eum esse inuidum, eo ꝙ timebat ne Adā sibi æqui pararetur in scientia. Tertiò putauit Deum esse finitum cum de facto ipse Adam præsumpsit Deo parificari: vt ait Aug. ꝙ Adam et Eua volentes rapere diuinitatem, perdiderunt felicitatem. Ex quibus sequebatur Deum non esse Deum, quia ista tria sequebātur ex verbis diaboli. Vnde diabolus fecit Deum mendacem, dicendo. Nequaquā moC riemini. Et fecit eum inuidum, cum subdit: Scit enim Deus, quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut Dii scientes. i. æquales in scientia. Ex quibus sequebatur nō solum Deum esse finitum, sed etiā inuidum, et per cōsequens sequebatur nō esse Deum. Et sic Adam credendo diab. et vxori inducitur in eosdem errores licet indirectè. Sed gentiles et quidam philosofi magis directè negarunt Deum, dicētes Deum nō habere curam, nec prouidentiam de actibus humanis. Sed Iudæi magis directè negarunt Deum, negādo Christum esse Deum et Messiā in lege promissum, vt patebit. Tres ergo inscipiētes negarūt Deū. Primò Adam indirectè, dubitādo de eius veritate et infinita sapiētia. Secundò populus gentilis, negando eius vnitatem, et prouidentiā et iustitiam. Tertiò populus Iudaicus D negando Christū esse verum Deū et Messiā. Triplicem ergo corruptionē præuidit, et vidit in spiritu Dauid cōsiderando omnes status hominum. Nam primo vidit vniuersalē corruptionem humanæ naturæ factam, et etiam prouenientem ex peccato ipsius Adā. Secundò vidit corruptionem morum totius populi gentilis, et omnium barbararum nationū, prouenientē ex negatione iustitiæ et prouidentiæ diuinę de rebus humanis. Tertio præuidit corruptionem populi Iudaici, venturam ex negatione Christi in lege promissi. Triplicitèr ergo exponetur iste psal. secūdum quòd Dauid fecit ipsum de supradicta corruptione. Nam primò exponetur de corruptione totius humanæ naturę facta in Adam, et iuxta intelligentiam Apostoli. Secundò exponetur de corruptione totius E populi gentilis, negantis diuinam prouidētiam et iustitiā, et hoc secundum expositionem Aug. Tertiò exponetur de corruptione populi Iudaici, negantis Christum esse Deū et Messiam. Quantum ergo ad primam expositionem est aduertendum sicut dictum est in prologo, quòd duo homines fuerunt principia generis humani. Primus Adā qui fuit principium carnalis generationis omnium hominum, et causa corruptionis humanæ naturę, et omnis mali, et peccati. Secūdus Christus fuit principium spiritualis regenerationis, et salutis omnium hominum, quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes viuificantur, primæ ad Cor. 15. Hoc ergo præuidēs Dauid in spiritu, fecit hunc psalmū in quo duo facit. Nā F primo ostendit primo genus humanum esse corruptum propter peccatum ipsius Adam. Secūdo ostendit Christum esse iudicem omnium, et saluatorem, ibi. Nōne scient. Quātum ad primum est aduertēdum secundum Aug 2. libro de nuptiis, quod illud peccatū quod primum hominem, mutauit in peius, multo grandius fuit, q̄ iudicare possumus: ideo ab omni nascente trahitur, quia totum genus infecit humanum. Causa autem tātę grauitatis illius peccati fuit multiplex circunstantia, vt inquit August. in enchiridio, quia quasi omnia genera peccatorum fuerunt illi peccato annexa, sed maximè fuit ibi blasfemia, et sacrilegium, et crimen lesæ maiestatis, inquantum putauit et dubitauit Deū esse mendacem et inuidum, et temere

Universidad de Deusto
Biblioteca

A presumpsit rapere diuinitatem, vt supradictum est. Ex quo patet, q̄ indirectè negauit Deum esse: ex quo detestabili pctō, ipse fuit corruptus & tota sua generatio in eo. Et hoc est quod dicit Dauid in hac prima parte huius psal. Vnde ait, q̄ Adā factus insipiēs, credēdo diab. dixit in corde suo, non est Deus: nō assertiue & directiē, sed dubitatiue & cōsecutiue, quia hoc sequebatur ex sua dubitatione & presumptione. Et ideo ex grauitate tam grādis peccati, perdidit totam hæreditatem, non solū quam possidebat in illa terrestri paradiso, sed etiam futurā felicitatē sibi promissam in cœlo. Et sicut perdidit illā originalem iustitiam, qua voluntas sua erat diuinæ voluntati cōformis, & subiecta, Ita pariter perdidit obedientiam sensualitatis ad rationem, quia illico caro sua fuit languore

B & vitio cōcupiscentiæ fauciata, & omnes potentiæ vulneratæ, & tota natura corrupta. Et sic caro illico insurrexit ad luctandū aduersus spiritum. Quam quidem corruptionem, & languorē, & morbum transmisit in oēs filios per carnalem generationem, & illi filii Adam transmiserūt illam corruptionem acceptā à patre in filios eorū. Et sic successiuè corruptum & infectum fuit totū genus humanū ex illo pctō primi parentis, q̄ dixit in corde suo non est Deus etc. Et ideo subdit.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum.

Omnes inquit filii Adam corrupti & abominabiles Deo facti sunt in studiis suis, & cogitationibus, & operib. intantum q̄ non est aliquis eorū qui naturaliter faciat bonum,

C nec est bonus naturaliter vsq; ad vnum. Et notāter dicit prosecta, q̄ corrupti sunt & abominabiles. Nam omnes filii Adā fuerunt facti corrupti in sē, inquantum traxerunt naturam corruptam à parentibus. Et sic sunt proni ad omne malum, & fragiles ad omne bonum faciendū. Sed fuerunt Deo facti abominabiles & odiosi, & filii iræ, q̄a Adā oēs posteros vendidit & obligauit suo peccato, & ad pœnam & damnationem sui peccati. Et sic omnes incurrerunt indignationē Dei, & cōdemnationem, & pœnā. Sed quia non solum fuerunt Deo abominabiles propter peccatum parentum, sed etiam omnes fuerunt in natura corrupti, ideo nō est qui faciat bonum, nec est bonus vsque ad vnum. Sed est aduertendū q̄ ly vsq; ad vnū, dupliciter po

D test poni, & intelligi. Vno modo inclusiuè. Et hic est sensus, q̄ intātū oēs filii naturales ipsius Adā sunt mali, q̄a nullus est naturaliter q̄ faciat bonū, nec sit bonus, & iste sēsus est verus. Sedo pōt poni exceptiue ly vsq; ad vnū q̄ sit sensus, inter oēs homines nō est q̄ naturaliter sit bonus, p̄ter vnū. i. Iesum Xp̄m, eo q̄ nō est ex opere Adā natus, & ideo non defecēdit p̄ generationē naturalē, licet cœperit carnem ex Adā. Et ideo Adam nō potuit ipsum venundare nec obligare suo peccato. Et sic solus Xp̄s est inter mortuos liber, & inter malos naturaliter, bonus. Et ideo ad maiorem confirmationem dicit Dauid.

Dñs de cœlo prospexit sup filios hoīum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum.

Dominus Deus prospexit de cœlo super omnes filios hominum & filios ipsius Adā, E vt videat. i. videret, & prospicit quotidie, vt videat si inter eos sit aliquis intelligens aut requirēs Deum. i. si sit aliquis qui totum intellectum & studium adhibeat ad intelligēdum Deum, vt possit ipsum super omnia diligere, aut adhibeat totum conatum & volātatem ad requirēdum Deum per bona opera propter regnum Dei adipiscendum. Sed

Omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum.

Omnes simul declinauerunt à via iusta & recta, & diuina volūtate ad scelera, & peccata nefanda, & oēs simul facti sunt inutiles & debiles ad bene operādum. Intantū q̄ nō est aliq̄s inter eos q̄ faciat bonū, nec est bonus naturaliter aliquis, vsq; ad vnū inclusiuè, F siuè exceptiuè, vt supradictū est, p̄ter vnum qui est Xp̄s. Nam si ly vsq; tenet inclusiuè, tūc naturaliter nullus est bonus de filiis naturalib. ipsius Adam. Si autē ly vsq; tenetur exceptiue, excluditur & excipitur Xp̄s, qui nō est naturaliter filius Adam, vt dictū est. Sed cōtra hoc arguit Iulianus, dicēs q̄ humana natura est de se bona, quia oia quæ fecit Deus erant valde bona: ergo naturaliter homo est bonus. Ad hoc respōdet Augu. quōd humana natura dupliciter potest intelligi: vno modo pro essentia hominis vel natura specifica, & sic omnis natura naturaliter est bona, quia ad similitudinem boni exemplaris & à bono Deo est facta & creata. Secūdo modo sumitur pro ipsa generatione humana: scilicet inquantū est collectio omnium hominū descēdentiū ab Adā per generationem

A nem naturalem & libidinosam, quia sicut dicitur natura Aeneadū ab Aenea, & natura fabiorum à Fabio, & graccorum à Gracco, ita dicitur natura & generatio humana ab Adā primo homine, quia Adam hebraice idem est quod homo latine. Et sic tota humana natura, siue humana generatio fuit in Adam corrupta & vitiata à peccato, & sic dicitur mala. Et per cōsequens omnes trahentes illam humanam naturam ab Adam, dicuntur natura liter mali & corrupti. Ex quo sequitur q̄ solus Christus est naturaliter bonus, eo q̄ non traluit talem naturam ad Adam per generationem, sed ex opere spiritus sancti.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine

B *plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

Contritio & infelicitas in vijs eorum, et viam pacis non cognouerunt, nō est timor Dei ante oculos eorum.

Quia superius dixit in generali qualiter ex peccato ipsius Adam omnes homines fuerunt corrupti, & declinarunt ad omnia scelera ex tali corruptione percussi & excitati, iō hic explicat & magis particulariter exprimit scelera, in quæ omnes inciderunt & prorupe runt, quasi morbo quodam hæreditario. Vn de dicit quōd primo ceciderunt in fœtidam blasfemiam contra Deum, Ideo guttur eorum fuit euomens fœtidas blasfemias, sicut sepulcrum patens & apertum emittit fœtorem ex cadaueribus putridis, quasi dicat q̄

C sicut cadauera putrida emittunt illum fœtorem de sepulcro, & sunt causa illius fœtoris, ita corpus hominum est sepulcrum corruptionis contractæ ex Adam in generatione. Et sic ex tali corruptione euomit blasfemias & omnia peccata. Item sicut sepulcrum continet in se illa cadauera putrida, ex quibus emittit abominabilem fœtorem, ita non solum corpus est sepulcrum illius morbi & corruptionis, sed etiam anima est sepulcrum malarum cogitationum & iniquorum propositorum. Ex quibus malis homo euomit blasfemias & omnia alia scelera, vt ait saluator. Matthæi. 15. quōd ex corde exeunt blasfemiæ, & homicidia, & furta &c. quæ coinquinant hominem. Et ideo subdit Dauid quōd ex tali corruptione non solum procedunt blasfemiæ contra Deum, sed etiam contra

D proximum. Nam homines sic corrupti, linguis suis dolose agebant. i. dolose loquebantur, ad deceptionem proximorum, quia blādis verbis decipiūt proximos, & sic sunt mēdaces & dolosi. Tertio sunt detractores, accusando, & falsa crimina proximis imponendo. Et sic in labijs eorum reperitur venenū aspidum. i. venenum inuidiæ & detractionis & infamationis, quorum os est plenum maledictione, quia sunt maledici contra Deum & proximum, & est plenum amaritudine. i. odio & zizania. Et sic pedes eorum sunt veloces ad effundendum sanguinem, quia non solum effundunt sanguinem proximorum, propria manu ex ira & odio, sed etiam seminando zizania concitant alios ad effundendum sanguinem. Et ideo ex tali odio & inuidia & superbia semper est contritio & infelicitas. i.

E litigium, prelium, discordia, & tristitia, & bella intestina & infœlicia in vijs & operationibus eorum, quia nunquam cognouerunt viā pacis, sed discordiæ, cuius causa est, quia nō est timor Dei ante oculos eorum. Ex quibus patet, quod defectus timoris Dei est causa omnium supradictorum malorum, quod p̄uenit ex corruptione & prava concupiscentia, inflicta in carne ex illo primo peccato. Nam ex illa prava & corrupta concupiscentia prouenit omnis inordinatus appetitus. Nam primo prouenit appetitus propriæ excellentiæ, quæ dicitur superbia, non compatiens maiorem neq; æqualem, & venit homo taliter corruptus vsq; ad contemptum Dei, non timens eius iudiciū, & per cōsequēs magis contemnit & despicit proximum, & q̄a non patif maiorem & æqualem: exinde prorumpit in inuidiam, non patiens prosperitatem proximi, & exinde in homicidium. & ex

F tali etiam inuidia seminat discordias & zizaniam inter proximos. Et ex tali superbia & inuidia prorumpit in auaritiam, & omnem rapinam, & furtum, & vsuram ad sustinendum statum suum vt nulli subiiciatur, sed oēs sibi subiiciat. Itē ex illo vitio & corruptione carnis prorumpit in luxuriam & accidiam. Ex quibus patet, q̄ ex illa corruptione inflicta in Adam proueniunt omnia genera vitiorum, & omnia scelera detestabilia in totum genus humanum, vt demonstrat Dauid in hac prima parte huius psalmi: & Apostolus per totam epistolam ad Roman. Sed contra supradicta videntur esse duo dubia, quorum primum est contra literam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Nam isti tres versus vltimi ab illo loco. Sepulcrum patens est guttur eorum &c. non reperiuntur in hebræo, & ideo dicunt, q̃ Christiani interposuerunt eos, vel 70. interpretes addiderunt eos in græca interpretatione. Ad quod respondetur quod ipsa veritas confundit eos. Nam manifestum est quod. 70. interpretes fuerunt vltra ducentos annos ante aduentum Christi, & ideo nullam habuerunt causam & passionem aliquid addendi vel remouendi in græca interpretatione, sed interpretati sunt prout reperierũt i hebræo. Et hoc cõfirmatur. Nam apostolus Paulus in lege & prosetis doctor & magister, qui hebraica textura vtebatur, allegat hos tres versus simul cũ versibus præcedẽtibus, ad Rom. 3. Et ideo est potius credendũ, q̃ Talmudistæ amputauerunt hos tres versus ab hoc psalmo, eo q̃
B in eis prosetice memoratur & explicatur tota correctio & maledictio Iudæis inflicta, eo q̃ negauerunt & crucifixerũt Christũ, vt patet in tertia expositione. Secundo dubitatur contra totam prædictam sententiam & expositionem, in qua dictum est q̃ omnes homines fuerunt corrupti in Adam. Vnde arguit Pelagius ex fundamentis sacræ scripturæ, q̃ multos iustos cõmedant sacra scriptura, qui nõ perpetrarũt talia scelera & peccata qualia in hoc psalmo explicant, sicut Abel, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, & Iob & Daniel in testõ veteri. Et in nouo Zacarias, & Ioannes, & Simeon, & Anna, & Ioseph sponsus Mariæ, quos omnes istos sine peccato & quærela vtriusque testa. sacra commendat autoritas. Ec quibus patet, q̃ peccatum ipsius Adã,
C nec omnibus posteris fuit imputatũ, nec omnes in eo fuerunt corrupti. Sed hanc pestiferã opinionem exterminauit Augustinus ab ecclesia, respondens ad hmõi argumenta in libro de natura & gratia, & de baptismo paruulorũ, & in omnibus libris quos contra Pelagianos consecit. Ad cuius intelligentiam est valde aduertendum ſm Aug. q̃ duo sunt considerãda in peccato ipsius Adam. Primò obligatio naturæ, quia omnes filios naturales & posteros obligauit & vendidit peccato suo. Et hoc dicitur in nobis peccatum naturæ, quia omnibus nobis fuit imputata pœna illis peccati, & ad illam fuimus omnes obligati & vendati. Et de tali peccato naturæ dicit Paulus apostolus, quòd omnes in Adam peccauerunt in natura, sed non in persona, q̃a nullus nostrum ibi personaliter erat &c. Vnde sic exponit Augustinus hanc autoritem 2. de baptismo paruulorum, & hyponosticon respõ. 2. Secundò est considerãda natura corrupta, quam Adam transmisit in posteros per generationem successiue, quæ quidem causat omne peccatum in anima. Nam per solã vnionem & consortium causat originale in anima, quia illa anima in puris naturalibus in illa carne vitiata creata & infusa, illico obligatur peccato & sententiæ ipsius Adæ, eo q̃ ex carne & anima resultat una naturalis persona, & ideo tota persona obligatur. Item postea illamet caro corrupta per consensum in adultis, causat mortale & veniale in eadem anima, inquantum caro semper luctatur aduersus spiritum. Vnde voluntas per sõlum cõsensum indeliberatum contrahit venuale, sed per consensum deliberatum contrahit actuale & mortale. Ex quo patet quod omne peccatum prouenit ex illa carne corrupta in omnes homines per libidinosam generationem transmissa. Sed est vlterius aduertendũ quòd ista natura corrupta siue totus homo habens istam naturam corruptam, qui dicitur sauciatus & vulneratus per consortium talis naturæ. dupliciter potest considerari secundum Augustinum in locis prælegatis, vno modo in se sine aliquo adiutorio derelicta, alio modo per gratiam Christi adiuta. Primo modo dicit Augustinus, quòd est impossibile q̃d quis in sola tali natura derelictus possit peccata vitare, aut aliquid bonum agere. Et ratio est. Nam illa corruptio taliter vitiauit & vulnerauit omnes potentias, quod voluntas siue liberum arbitrium manet taliter claudicatum & debilitatum & infirmum ex tali
F languore & pondere carnis vitiatæ, quod semper trahitur in præceps ad omnia mala, sicut trahitur vna statera à pondere lapidis nisi apponatur aliud pondus in alia opposita. Quod quidem vitium carnis & pondus, licet non tollat totaliter cognitionem peccati, tamen tollit potestatem resistendi, nisi per gratiam liberum arbitrium adiuuetur. De quo vitio dicit apostolus ad Rom. 7. Inuenio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ideo quod nolo id ago, & q̃d volo id non facio. Vnde non ego id facio, sed quod habitat in me peccatum. Ex quo patet, quòd talis lex & corruptio membrorum, licet non tollat totaliter cognitionem & affectum, tamen tollit effectum. Sed quia talis voluntas non potest adiuuari nisi per

A per gratiam Christi, ideo subdit Apost. Quis me liberabit de morte corporis huius? Et respondet ipsemet dicens, Gratia Christi me potest liberare. Ex quib. patet quòd volũtas adiuta per gratiam Christi potest liberari ab huiusmodi pugna, & vincere carnem & omne peccatum. & hoc est quod dicit Dauid in hoc psal. quòd licet omnes homines prout sunt corrupti in Adam, sint proni ad supradicta scelera, & nullo modo possint ea vitare ex propriis virib. tamen per gratiam Christi ad iuti & preuenti, nõ solum possunt supradicta scelera vitare, sed etiam ea bona q̃ sunt supra hominem facere, & omnia mala superare, & bene operari, & supradicta necessitate liberari. Ex supradictis fundamẽtis
B respõdit Aug. ad argumenta Pelagianorum dicens, quòd licet Abel, Noe, & Abraham, & Ioannes Baptista vitauerunt peccata supradicta, hoc tamen nõ fecerunt in propriis virib. sed ex gratia Christi adiuti & liberati. Sed si fuissent in sua natura corrupta sine gratia derelicti nõ solũ supradicta, sed peiora scelera cõmisissent. Est verum quòd nullus sanctorum supradictorum potuit vitare originale peccatum, quod anima cõtrahit p cõsortium ex carne corrupta: à qua regula fuit excepta B. V. Maria, vt Aug. ait ibidem. vt declarabitur psal. 45. Et ideo dicit Augu. libro de sancta virginitate, quòd nullus sanctus debet in se gloriari de sua iusticia, sed gratia Dei. Et ideo dicit, quòd magis tenet
C iustus qui nunquam peccauit q̃ pœnitens cui dimissa sunt multa: quia plura peccata sunt dimissa iustis q̃ peccatorib. Nam licet iustis non sint dimissa peccata quæ non cõmiserunt: tamen sunt dimissa peccata quæ fecissent nisi per gratiam fuissent præuenti. Et sic dicit Aug. quòd magis tenet diligere Deum virgo q̃ corrupta. Vnde ait deputate vobis tã quam omnino esse demissum, quic quid mali à vobis nõ est regente illo cõmissum. Nam quisquis ab initio pmanet pudicus, ab illo regit. Et quisquis impudicus est, ab illo deseritur. Hoc idem dicit Aug. in hõmelia de peccatrice cum ait, quòd nõ est peccatũ quod fecit homo, quin faciat alter homo. nisi adiuuet ab illo à quo factus est homo. Et in hoc patet veritas huius psã. & præfatę dubitationis, & huius primæ expositionis. Quantum vero ad secundam expositionem est aduertendum ſm Aug. quòd sicut in scientijs speculatiuis est dare vnum principium à quo generaliter habent virtutem D
omnia, probata illa scientia, vt patet primo posteriorũ, quo ignorato destruitur, & ignoratur tota illa scientia: Ita pariter in actibus humanis est dare vnum primum principiũ à quo sumunt virtutem & diriguntur omnes actus humani: quod quidem principiũ est, Deum esse iustum iudicem omnium actuum & operationum humanarum, & præmiatorem bonorum, & punitorem omnium malorum. Ex quo sequitur illud generale: nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum: quo principio negato destruuntur & corrumpunt omnes mores & omnes actus humani: q̃a qui nõ credit tali principio illico cõtemnit Deum, nõ timens eius iudicium. Et sic cadit & prorumpit in omnia scelera detestabilia. Secundo est notandum, quòd gentiles quatuor modis ne-E
garunt istud supradictum principium. Nã quidam eorũ totaliter negarunt Deum esse. Sed ora prouenire à casu & fortuna. Quidã autẽ crediderunt & coluerunt plures Deos. Et sic negabant Deum esse, eo quòd negabãt vnitatem & essentiam vnius Dei. Quidam autẽ alii negabant Deum habere curam & prouidentiam de actibus humanis & sic negabant Deum esse iustum iudicem &c. Quidam autem alii asserebant animam esse mortalem, & per cõsequens negabãt illud principium nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum. Ex quib. patet, quod omnes istæ sectæ negarunt illud primum principium. s. Deum esse iustum iudicem &c. Et inde est quòd gentiles ante aduẽtum Christi, negantes illud principium, tradiri sunt in reprobrum sensum, & in passio-F
nes ignominiæ, & in corruptionẽ & alia scelera detestabilia, quæ narrat Apost. ad Rom. 1. Videns ergo Dauid totum populum gentilem esse corruptum in suo tempore, propter negationem huius principii, dicit in prima parte huius psalmi, quòd quando insipiens populus gentilis dixit & asseruit in corde suo quòd nõ est Deus, vel quòd Deus nõ est vnus, & iustus iudex, remunerator bonorum & punitor malorum, quòd tunc omnes illius sectæ Deum cõtemnẽtes nec Deũ timentes corrupti, & abominabiles & odibiles Deo facti sunt, in tantum quòd non fuit nec est qui faciat bonum, nec est bonus ex eis vsque ad vnum inclusiue, idest quòd nec vnus eorum fuit bonus. Et sic Deus pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A spexit de cælo super omnes filios hominum, & filios terrenos, si reperiretur aliquis intelligens Deum quantum ad fidem & deuotionem & dilectionem, aut requirens Deum in suis operationib. Sed nõ sunt vsque ad vnum illorum. i. nullus fuit qui faceret bonum. Et non solum ille populus gentilis, sed etiam nullus malus Christianus fuit qui faceret bonum, cares illo principio, quod est timor Domini. Et sic omnes gentiles & mali Christiani cõtemnentes Dei iudicium, in tantum sunt corrupti, quòd guttur eorum est factũ sicut sepulcrum patens, & fœtens, & prorũpens in blasfemias contra Deum, & in dolum contra proximum &c. Exponuntur autem isti tres versus sicut in prima expositione. Quantum vero ad tertiam expositionem est notandum prout dictum est in prologo,

B quòd vnum de principalibus principijs sacræ scripturæ veteris testamenti erat, quod filius Dei erat incarnandus, & in paupertate & humilitate venturus & per mortem & passionem suam mundum a peccato liberaturus, qui quidem Christus erat finis totius legis, ad quem omnia legalia ordinabantur. De cuius aduentu omnes profetæ fuerant locuti. Ex quibus patet, q̃ quando negarunt Christum esse Deum, & Messiam in lege promissum, tunc negarunt totam legem & profetas. Et sic fecerunt Deum mendacem in suis prómissis: & per cõsequens negarunt Deum esse Deum. Negato ergo isto principio. i. Christum esse Messiam, in tantũ corruptus est ille populus iudeorum, q̃ prorupit in scelera detestabilia, & perpetrauit

C deteriora quã populus gentilis. Nam primo Deum & hominem interfecit, & Deum & totam legem mendacem fecit, & in tantam cecitatem & infamiam deuenit, q̃ post publicationem euangelii nullum Deum coluit: quod probatur, quia nõ intẽdit colere Deũ trinum & vnum, nec incarnatum, imo blasfemat, & execrat talem Deum. Sed nullus alius Deus est nisi trinus & vnus & incarnatus, ergo nullum adorat. Et sic ficta sunt nouissima huius populi peiora priorib. Mat. 12. & Luc. 11. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu, dicit in hac prima parte huius ps. Dixit insipiens populus iudaicus in corde & in lingua sua, Christus nõ est Deus, nec Messias in lege promissus. Et hoc dixit iste insipiens populus, eo q̃ vidit Christum pauperem, & cum humilitate venientem, & eorũ superbiam & auaritiam detestantem. Et ideo D negato isto principio omnes Iudei facti sunt corrupti in se & abominabiles Deo, & odiosi, intantũ q̃ vsque ad vnum eorum inclusiue, non est qui faciat bonum. Vnde Dominus de cœlo prospexit super omnes istos filios hominum, tãquam homines carnaliter viuentes post aduentum & passionẽ, vt videret si est aliquis intelligens Deum per fidẽ & veram intelligentiam legis, aut requirens Deum per operationem bonam. Sed omnes declinauerunt a via veritatis & fidei, & a vera intelligentia facere scripturæ, non puerterunt verum sensum & intelligentiam scripturæ ad falsum sensum. Et sic facti sunt inutiles, quia orationes & sacrificia eorum sunt eis inutilia, quia nihil eis prosunt, imo nocent quia mortuum. Et sic nõ est aliquis eorum qui faciat bonum, non est etiam quousque vsq. ad vnum inclusiue, quasi dicat q̃ nullus eorum est bonus nec vtilis, imo malus & peruersus in credendo & operãdo. Vnde ex tali peruersione & corruptione prorumpunt in omnia scelera nefanda & detestabilia. Nam primo sepulcrum patens est guttur eorum, blasfemiam perpetrãdo, quando vocauerunt Christum yoracem, & demonium habentẽ. Secundò linguis suis dolose agebant, quando volentes ipsum capere in sermone, dixerunt: Si licebit dari censum Cæsari an non? Tertio fuit venenum aspidum sub labiis eorum; quando dixerunt: Nos audiuimus eũ dicentem: possum destruere templum hoc manufactum, & in triduo reædificabo aliud non manufactum &c. Item os eorum fuit plenum amaritudine, & maledictione, cum dixerunt, Auditis blasfemiam. Et nal edixerint, & coram pedes eius irruerunt velocesad effundendum sanguinem, cum dixerunt, crucifige, crucifige, & cætera. Item fuit contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, quando dixerunt: Si hunc dimittimus venient Romani & tollent regnum nostrum, & cætera. Ideo expedit vt vnus homo moriatur, &c. Sed quia omnia ista fecerunt Iudæi ex defectu timoris & fidei, negando Christum esse Deum & Messiam & Saluatorem, ideo subdit: Non est timor Dei ante oculos eorum. Quia si credidissent scripturæ, timuissent Deum & recepissent Christum, & timuissent, & si timuissent regem gloriæ, iustum non crucifixissent. Ex quibus patet, quòd in

peiora

A peiora scelera cecidernnt Iudæi quam gentiles. Ideo omnia scelera supradicta manent in populo Iudæorum, iure hæreditario. Ad quã sententiam & maledictionem ipsimet se obligarunt, quando dixerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Ex quo patet, q̃ sicut Adam in peccando obligauit se & omnes posteros ad pœnam mortis, ita pariter Iudæi Christum crucifigentes obligarunt se & suos posteros ad perpetuam maledictionem & vindictam mortis Christi. Et sic omnibus imputatur homicidium Christi, & oẽs sunt blasfemi, & dolosi, & mendaces, & subsurrones, & maledici, & latrones, & peiores quam idololatræ, quia nullũ Deum adorãt, imo verum Deum detestãtur & maledicunt. Et sic sicut gentiles in colendo plures Deos, & negãdo diuinam iustitiam & prouidentiã, addiderũt corruptionem supra corruptionem inflictam in Adam, ita Iudæi negando Christum addiderunt supra corruptionem populi gentilis, & sic sunt corrupti triplici corruptione.

B Item est aduertendum, quòd omnia suprædicta non solum sunt intelligenda profetice de populo gentili & iudaico, sed etiã de omnibus malis Christianis, qui non credunt diuinam iustitiam & prouidentiam, nec credũt resurrectionem, quia tales non timentes Dei iudicium, audent omnia scelera perpetrare. Ex suprædictis patet, quòd tres fuerunt impientes negantes Deum. Primo enim negauit Adam Deum indirectè, volendo rapere diuitatem, per quod peccatum totum genus humanum fuit in eo corruptum in bonis naturalibus, & priuatum bonis gratuitis, eo mo

C do quo dictum est. Secundò negauit Deum populus gentilis falsos Deos adorando, propter quod peccatum, vltra corruptionem naturæ, fuit magis corruptus in moribus, & incidit in detestabiles passiones, & ignominias, ad Rom. primo. Tertiò negauit Deum populus iudæorum, quando ex certa scientia, & malitia, & inuidia negauit Christum in lege promissum, & crucifixit eum, propter quod peccatum vltra corruptionem naturæ, & vltra pœnam populi gentilis, incurrunt Iudei omnes maledictiones contentas & memoratas in hoc psalmo. & 108. Sed contra suprædicta arguere possent quidam catolici. Nam licet gentiles & Iudæi negauerunt Deum, prout dictum est, tamen non est dicendum quòd Adam negauerit Deum consentiendo vxori. Quia vt ait Augusti. de verbis apost

127 toli, Adam nõ fuit seductus nec credidit verbis serpentis, sed comedit fructum, vt complaceret vxori, ne destitueretur eius solatio &c. Ad hoc autem respondetur, q̃ in hoc videtur Augustino contradicere sibi, propter hoc quod fuit supra allegatum. s. q̃ Adam & Eua volentes rapere deitatem perdiderunt fœlicitatem, & ideo reducenda sunt verba August. ad quoddam sanum medium, scilicet quòd Adam non credidit assertiuè verbis serpentis, nec credidit nec inhæsit firmissime præcepto, nec comminationi Dei, annuẽdo & complacendo vxori. Et sic est dicendũ quòd hæsitauit in vtroque. Et ideo dixit sibi Deus. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperã ne comederes &c. Quasi dicat: quia magis credidisti vxori & serpenti qdãm mihi, ideo hæsitasti & dubitasti &c. Et sic patet quòd ille consen E sus Adæ, nec fuit vera & expressa negatio, nec firma confessio Dei, sed fuit indirecta negatio, inquantum ex verbis diaboli sequebatur Deum esse mendacem & inuidum & finitum, & per consequens sequebatur ipsum non esse Deum. Ita pariter est dicendum de Moyse quando non paruit Deo numeri. 20. imo distinxit in labiis suis: psalmo 104. Ideo dixit dominus sibi & Aaron. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me. &c. Itẽ hoc idem fecit Zacarias pater, Ioannis baptistæ, Lucæ primo. cui dicit Angelus, Quia non credidisti verbis meis &c. Ex quibus patet, q̃ isti duo non negarunt, nec contempserunt Deum directè, nec crediderunt firmissimè, sed visi sunt hæsitasse & dubitasse. Ita ergo potest dici de Adam qui magis paruit & credidit verbis & vxoris, quàm præcepto & cõ F minationi diuinæ, ex quo sequebatur Deum esse mendacem &c. Et ideo sicut Moyses & Zacarias fuerunt puniti solum in personis, propter illam inobedientiam, ita pariter Adã fuit punitus in persona & in tota sua natura & generatione prout dictum est.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escã panis?

Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Qm̃ dñs in generatione iusta est, consiliũ inopis confudisti, quoniam dñs spes eius est.

Postquam superius profeta descripsit triplicem corruptionem, prouenientem ex trina negatione Dei. Nunc verò in hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

A parte volens eliminare supradictas falsas & detestabiles opiniones duo facit. Nã primò demonstrat Christum esse verum, & iustum iudicem & præmiatorem bonorum, & punitorem malorum. Et hoc contra negantes diuinam iustitiam, & prouidentiam. Secundo ostẽdit Christum esse saluatorem & redemptorem & liberatorem omnium de captiuitate, & peccato, & corruptione inflictia in Adã: & hoc contra Iudæos negantes Christũ, ibi. Consilium inopis confudistis. Quantum ergo ad primum, quia dictum est superius, ꝙ gentiles negato primo principio s. ꝙ Deus est iustus iudex, retributor bonorum, & punitor malorum, & sic postposito Dei timore proruperunt in omnia scelera, Ideo dicit hic profeta, quòd omnes isti qui in vita negarũt & noluerunt cognoscere Deum esse iustum
B iudicem, tunc in die iudicii hoc scient & cognoscent per experientiam, quia uidebunt Christum Deum & hominem venientem cũ potestate magna, & maiestate & sedibit in concilio iustorum & sanctorũ, & puniet oẽs supradictos iniustos, & scelerates. Et sic tribuet vnicuique ꝓm opera sua, quia iustis dabit gloriam, & malis pœnam æternam. Et nominat hic profeta quatuor generationes improborum, quos Christus condemnabit. s. iniquos, tyrãnos, infideles, & seminatores discordiæ, & quasi sub his quatuor comprehendit oĩa genera malorum hominum, de quibus supra dixit. Dicit ergo, nonnè omnes iniusti qui operãtur iniquitatem cõtra Deum & proximũ? & intendit per operãtes iniquitatẽ oĩa genera peccatorũ. Itẽ oẽs tyrãnos &
C raptores q̃ deuorãt plebẽ meã & domos paperũ, sicut qui deuorãt escã & cibũ panis. Itẽ oẽs infideles & mali christiani qui Deũ non inuocauerunt, imo Deũ contẽpserunt. Item omnes seminatores discordiæ, qui trepidauerunt timore, vbi non erat timor, id est qui non cognouerunt viã pacis, sed posuerunt & seminauerunt cõtritionem & infelicitatem, & discordiam inter proximos, quorum pedes fuerunt veloces ad effundendum sanguinem. oẽs ergo isti. s. iniusti, & tyranni, & infideles, & seminatores discordiæ siue iracundi & inquieti, qui nõ cognouerunt Deum esse iustum iudicem, nec timuerunt eius iudiciũ, Nonne oẽs isti cognoscẽt qm̃ dominus Iesus Christus Deus. & homo est, & habitat in generatione iusta, idest diligit iustos, & reprobabit omnes supradictos iniustos, quasi dicat. imo certè, quia duæ negationes interro- D
gatiuè positæ, æquipollent vehementi affirmationi, q. d. profeta, ꝙ omnes supradicti scelerati qui in hac vita negarũt Deum esse iustum iudicem omnium actuum humanorũ, ex quo contemnentes iudicium Dei perpetrarũt omnia scelera supradicta in prima parte, cognoscent per experientiam & videbunt Christũ in iudicio generali, & etiam in particulari post hanc uitã esse verum iudicẽ dantem iustis gloriã, & iniustis pœnam æternã. Et est aduertendũ, ꝙ hæc particula supradicta non solũ intelligitur de gentilib. negantibus diuinã iustitiã, & prouidentiam, sed etiã de Iudæis negantibus Christum. Nam ipsã sacerdos, & Iudæi qui operabantur iniquitatem propter superbiam & auaritiam, deuorabant plebem sicut escam panis, comedẽdo
C Christus in ecclesiam congregauit, cæteris in suis carnalibus desideriis et mundanis adinuentionibus permanentibus. Tota ergo volū tas et desideriū et conatus Christi, fuit volūtatē patris adimplere, quos ipse prædestinauerat reducere et iustificare. Et tota volūtas patris fuit Christum in omnibus his mirificare, et vota eius adimplere, et sic de omnibus his agit gratias Christus in hac parte. Primò qua adimpleuit desideriū suū in conuersione fidelium. Secundò in cōgregatione eorum ad ecclesiam. Tertiò quia mirificauit eius redēptionem, tribuendo sibi meritum et hāc hæreditatē in præmiū. Quartò quia hāc hæreditatem magnificauit et præclarā fecit. Secunda ibi, Nō congregabo. Tertia ibi, Dns pars hæreditatis. Quarta ibi, Funes ecciderunt. Quantum ad primū, dicit Xps, gratias ago patri meo, quia mirificauit voluntates meas. i. mirifice adimpleuit desideria mea in D eis sanctis, qui sunt in terra eius. Et hoc multipliciter fecit Deus. Nam primò.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, i. cū multæ essent infirmitates in sanctis, an te cōuersionem, postea ad solam meam vocationem accelerauerunt venire ad fidē. Nā primò vocauit Apost. S. Ioannem, & Andream, & Petrum, & Philippum, & illico acceleraue runt ad sequendum me. Itē cum vocauit eos ad mare Galileæ, illi, relictis retib. & naui, secuti sunt me. Item cum Matthæus esset publicanus, ad solam vocationem secutus est me. Item omnes cæteri Apostoli cum essent multipliciter infirmi & ignorātes, & fragiles, illico post receptionē Spiritussancti, acceleraverunt ad pdicādum per vniuersum mū dum, vt implerent voluntatē meam & præ E ceptū & desiderium meū, nō timentes mortem & persecutiones propter nomē meum. Item nō solum mirificauit volūtates meas in Apostolo, sed etiam in toto populo gentili. Nam, cum ante gentiles essent multiplici infirmitate, & detestabili vitio corrupti, vt dictum est ps. 13. postea ad prædicationem Apostol. cum magnis signis miraculorū, acceleraverunt ad fidem Christi, & ad mortē & persecutiones pro eo tolerandas. Ex quo patet, q̄ mirifica fuit conuersio fidelium, & mirificas fecit pater voluntates & desideria Christi in eis. Item secundò fecit mirificas voluntates Christi in sanctis fidelib. quando nō cōgregauit nec iustificauit, nec approbauit peccatores & carnales, sed iustos & spirituales: & ideo ecclesia Christi non dicitur F cōgregatio impiorum, & carnalium, & mundanorum, sed cōgregatio spiritualium & sanctorum, nō ponentium spem suam in carnalibus & mundanis: quia non cōgregati sunt in ecclesia, nisi Iudæi, qui legalia & cerimonialia reliquerunt, & gentiles qui relictis idolis, detestabiles superstitiones abiecerūt: & ideo dicit hic Christus.

Nō cōgregabo cōuēticula eorū de sanguinib. nec memor ero nominum eorū per labia mea.

Nō cōgregabo ad ecclesiam meā cōuenticula & societates eorum, de sanguinibus, & peccatoribus, & voluptuosis, & mundanis, nec ero memor nominum eorum per labia mea: quiæ non pertinent ad hæreditatem meam carnales & mundani, nisi soli illi qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nō ex sanguinibus, neq; ex voluītate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo, per baptismū & pēnitentiā, nati & regenerati sunt. Io. 1. Et notanter dicit Xps. Nō ero memor nominū eorū p labia mea. Nā Xpm esse me morē alicuius, nihil aliud est nisi per gratiā vocare & iustificare. Et Xpm nomē alicuius p sua labia nominare, nihil aliud est quā ipsum esse iustū approbare, & nomen eius in libro viuentium scribere & annotare. Vnde de reprobis & obstinatis & infidelibus dicit psal. 68. Deleātur de libro viuentium, & cū iustis nō scribantur. Tertiò fuit mirifica ista hēreditas Christi, quia mirifico & grādi pretio fuit redempta, & Deus pater mirificauit voluntates filii, quia vtramq; ecclesiā. s. militantē & triumfantem pro pretio sanguinis, B calicis, & passionis sibi tribuit. Et iō subdit.

Dñs pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Dns pater est pars hæreditatis meę i. portio & sors hæreditaria calicis, & passionis meæ. Quia ex pretio passionis meæ regnum cœlorum in portionem & sortem hæreditariam mihi debeē, & ideo cōuersus ad patrē dicit O pater tu fecisti hoc pactum, & p mi sisti mihi hæreditatē vtriusq; ecclesię, in premium calicis & passionis meæ. Ideo tu es ille qui restitues hęreditatem meā mihi. Nā sicut Adam perdidit eam per superbiā & inobedientiam, ita ego lucratus sum eam & recuperaui per humilitatem & obedientiam, & mortē, & passionē, ergo dignū est vt hanc C hęreditatem restituas mihi. Et notāter dicit: Dominus pars hæreditatis meæ. Nam patet dupliciter esse portio & sors huius hæreditatis, quia in ea meluditur. Nā visio Dei est tota merces & felicitas sanctorum. Ioan. 17. & sic tota beatitudo & hæreditas sanctorū finaliter cōsistit in possessione regni cœlestis in quo mansiones multæ sunt, secundū diuersitatem meritorum. Secundò pater dē portio hæreditaria passionis Christi, inquantum seipsum cum toto regno celesti prębuit, pro pretio illius passionis. Quartò pater mirificauit voluntates & desideria Christi in sanctis eius, quia omnes eos quos filius iustificauit & redemit per suam passionem, ipse pater clarificauit per suam glorificationem. Et deo fillus quartò agit gratias dicens, Gratias ago patri quoniam

Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris, i. sōrtes prędestinationis ceciderunt mihi in sanctis. Nā quos pater prædestinauit ego iustificaui & sanctificaui, & postea hæreditas mea præclara est mihi. i. valde clara & glorificata. Nā quos ego sanctificaui & iustificaui, ipse pater clarificauit & glorificauit. Et nota q̄ funes, & funis, & funiculus, cōiter sumunt in sacra scriptura, p sorte & hęreditaria portione, eo q̄ hæreditates & portiones hęreditatū mensurabant funibus siue funiculis, & sic distribuebātur portiones inter fratres & parentes ſm merita, vt patet in libro Iosue, qui funibus mensurauit & distribuit totam terram promissionis. Ita ergo pariter Deus secundum funiculum & propositum suę voluntatis, ab æterno prædestinauit & prępara uit diuersas mansiones suis electis in regno cœlorum, quas postea filius distribuit eisdē E electis per ipsum vocatis & iustificatis, & hoc fecit secundum mensuram & gratiā meritorum vniuscuiusque, & sic Christus sanctis, quos ab æterno pater prædestinauit, & quibus mansiones præparauit, eisdem filius easdem mansiones post resurrectionē distribuit. & condonauit. Et ideo subdit.

Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Benedicam dñm qui tribuit mihi scientiā & intellectū ad distribuendū supradictas portiones hęreditarias secundū propositū & mensurā voluntatis patris mei. Nā sicut funes ceciderunt mihi in præclaris. i. secundū F q̄ pr̄ præparauit has sortes, & portiones, & māsiones hęreditatis. etenim. i. certē, ita hæreditas mea præclara est mihi. i. ita eā iustis distribui, & pr̄ eam clarificauit. i. gloriā dedit. Deinde cū dicit. Insuper & vsq; ad noctem, respōdet Christus mordaci blasfemię. & inani querelę iudęorum, & omnium obstinatorum. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ iudęi continuē blasfemant & increpant Christum, dicētes: quare non vocauit eos & compulit eos intrare in ecclesiam, sicut vocauit & iustificauit gentiles, & quare reprobauit eos & non gentiles. Sed huic fatuæ querimoniæ putat Christus respōdisse per ea quę dicta sunt in prima particula. Nā omnes vocauit, sed ipsi noluerūt venire, sed remanere in suis carnalibus voluptatibus & sanguinibus, & peccatis, gentiles autē relictis omnibus his, & relicta superstitione idolorum

A lorum accelerauerunt venire ad fidem & sic admissi sunt in ecclesia & iustificati. Sed rursum arguunt, & increpant Christum, quare nō compulit eos sicut compulit Paulum: Ad hoc respondet Christus per penultimam particulam, q̄ ipse nō renebatur iustificare nisi quos pater prædestinauerat, & super quos sortes prædestinationis ceciderant. Sed quia ipse Paulus erat prædestinatus, & ipsi non, ideo Paulum compulit & non eos. Et hoc est quod dicit hic Christus. s. Insuper. i. propterea renes mei. s. Iudæi qui sunt de tribu mea & de renibus Iacob, secundum carnem, increpuerunt & increpant me vsque ad noctē B i. vsq; ad finē mundi, propter supradicta, eo q̄ non iustificaui & glorificaui eos sicut gentiles. Sed iam respōsum est eis, q̄ ipsi nō accelerauerunt venire quando vocaui eos, nec sunt prædestinati sicut gentiles. Sed si rursus arguunt & increpant Deum quare non prędestinauit eos sicut gentiles. Ad hoc respondet apostolus Paulus, & Augustinus. q̄ hoc fecit Deus ſm propositū suæ æternæ voluntatis, & iō nō est quærenda causa diuinæ voluntatis cum ipsa sit causa omnium. Vnde multi volētes inquirere de hoc profundo, versi sunt in profundo diuersarum hæresum. Iō de hac materia melior est fidelis ignorātia, quam temeraria scientia. Sed licet hæc particula. s. Insuper & vsque ad noctē &c. sit superius exposita cū sua præcedenti, tū quidā ordinant ipsam cum parte subsequēti ad alium sensum. Ideo ſm istam intelligentiam est dicendum q̄ hic incipit secunda pars, in qua Christus agit gratias patri de sua resurrectione, & corporis glorificatione, quæ est tertia pars suæ C hæreditatis. Vnde dicit Xps, q̄ insuper, vel, quāuis renes. i. contribules, & consanguinei mei Iudæi increpuerunt me, & accusauerūt me vsque ad noctē. i. vsque ad mortē, putantes me totaliter de mundo delere, tñ in vanum laborauerunt, quia à mortuis resurgā, quia non potero incinerari, nec corrumpi in sepulcro. Et ratio est, quoniam.

Prouidebā Dñm in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Ad cuius intelligentiam est notandum, q̄ duplici ratione Christus erat certus de sua resurrectione. Primò qa sciebat corpus suū non posse incinerari nec corrumpi, & hoc ratione vnionis ad verbum, eo q̄ verbum ſm per fuit vnitum personaliter non solum animæ in inferno, sed etiam corpori mortuo in sepulcro. Et sic verbum conseruabat corpus, D & carnem in esse existētiæ, licet caro esset separata ab anima, quæ dabat sibi esse actuale vel suppositale. Et sic non poterat deficere nec corrūpi. Secūa rō est, nā anima Chri semper videbat verbū visione matutina, in quo infallibiliter videbat oīa futura contingentia tanquā præsentia. Et sic videbat futurā resurrectionē ſm æternā & diuinā voluntatē. Et sic ab instāti suæ creationis illa anima fuit certa de recuperatione sui corporis, & p consequēs de sua resurrectione. Hoc est ergo qd̄ dicit Xps inquātū hō in hac parte. Vnde aut: quāuis renes mei, & cōsanguinei Iudæi increpuerunt. i. persecuti sunt me vsque ad noctē. i. vsque ad mortē & finē vitæ, & etiam p totā illā noctē me afflixerūt in domo Annę, & Caifæ, & Pilati, & in mōte Caluariæ crucifixerūt, & finaliter in sepulcro sepelierunt E & clauserunt, tamē semp fui certus de mea resurrectione: ratio est, qm̄ semp p̄uidebam Dēm in cōspectu meo. i. verbū iunctū corpori mortuo in sepulcro. Et iō qm̄ Dns est mihi à dextris, ideo nunq̄ cōmouear nec corrumpar. Et nota q̄ aliter est verbū iunctū humanitati Xpi, & aliter pater. Nā verbū psonaliter, & pater cōcomitāter, inquantū est idem essentialiter cū verbo. Et iō tā pater quā verbū dicit à dextris filii. Et de vtroq; intelligit hic. Nā vidēs aīa Xpi verbum esse vnitū sibi indissolubiliter p incarnationē, & patrē esse sibi à dextris per cōcomitātiā & fauorē, ideo certus de resurrectione, ait, quoniam à dextris est mihi ne commouear nec corrumpar.

Propter hoc lætatū est cor meū, & exultauit līgua mea, insup & caro mea requiescet in spe.

In spe dico resurrectionis, propter rationes iam dictas, quia scio. F

Quoniā nō derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctū tuū videre corruptionē.

Non derelinques animam meam in inferno vltra. 40. horas nec dabis Christum sanctum tuum videre corruptionem sui corporis in sepulcro, nec permittes ipsum incinerari. Et hoc propter rationes iam dictas, & etiā quia ex merito suæ obedientiæ & passionis, meretur resurrectionem. Et nota quòd spes, quam habuit Christus de resurrectione, nō erat virtus teologalis, eo q̄ erat cum euidentia, inquantum suam resurrectionem intuiri ue, tāquam præsentem videbat in verbo, sed dicebatur spes equinocè, inquantum eam cū desiderio expectabat pro salute fidelium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dexterâ tua vſque in finem.*

Hæc eſt tertia pars, in qua Chriſtus agit gratias ſe adeptum fuiſſe vltimâ partẽ hæreditatis. ſ. principatũ in cælo, & ſuper oẽs creaturas, & hoc in die aſcẽſionis. Vnde eſt aduertendũ ſm Aug. q ante Xpi aduentũ, cœlum erat nobis clauſum, & via vitæ æternæ p cœlũ erat nobis ignota, quia nullius adhuc fuerat ſtrita veſtigio. Sed poſt Chriſti Aſcenſ. facta eſt nobis via uitæ nota per cælum, quæ ante habebatur ignota, eo q Chriſtus fuit primus homo, qui penetrauit cœlos, & aperuit nobis viã per eos. Tria ergo fecit Chriſtus in die aſcenſionis. Nã primò penetrauit & aperuit nobis cœlos, recipiendo tanq̃ Dñs poſſeſſionẽ pro nobis, & viã nobis aperiẽdo.

B Scdò ſedit à dextris patris in ęternũ: vbi accepit principatũ in ęternũ ſup oẽs creaturas & iudiciariã poteſtatẽ ſuper hoẽs & dæmones, in terra, & in inferno. Tertiò adeptus eſt nobis diuinã viſionẽ & fruitionẽ, & æternam fœlicitatẽ, q̃ cõſiſtit in tribus. ſ. in manſione cęli empyrei. Secũdò in viſione diuinæ eſſentiæ. Tertiò in ſummo & æterno gaudio, & q̃te & delectatione. Et de his Xps agit gratias patri, cũ dicit, ò pater gratias tibi ago qm̃ notas mihi feciſti vias vitæ in die Aſcenſionis, quando cœlos penetraui, & viam membris meis præbui. Secundò adimplebis me lætitia cum vuultu tuo, in cuius viſione cõſiſtit tota merces & fœlicitas. Tertiò ſedebo in dextera tua, vbi erũt mihi delectationes & gaudium vſq; in æternũ & finẽ. Ex quibus patet, q in

C hoc vltimo verſu cõplectitur profeta oẽs partes beatitudinis. Nã per ly notas mihi feciſti vias vitę, intelligit mãſiones quas, nobis Xps adeptus eſt in cœlo. Et per ly implebis me lętitia cũ vultu tuo, intelligit viſionẽ diuinæ eſſentiæ, ex qua reſultat fruitio & ſumma lętitia. Et per ly delectationes in dextera vſq; in finẽ, intelligit æternã delectationẽ, & ſecurã poſſeſſionẽ illius æternæ hæreditatis. Ex quibus patet, q totus iſte pſal. eſt gratiarum actio, quam agit Chriſtus patri pro adeptione ſuæ hæreditatis, quam pro nobis adeptus eſt. Ex omnibus ſupradictis tam in ſecunda, quam in tertia parte patet, q Xps nõ accepit hanc hæreditatem de nouo pro ſe in ſua reſurrectione & aſcenſione. Nam totam hanc hæreditatem habuit à principio ſuæ conceptionis. Nam primo habuit principatum ſup clemẽtas; quia venti & mare obediuerũt D ei: & etiam dæmones fuerunt ſibi ſubiecti, & homines & angeli qũ voluit. Item habuit ſecũdã partem hæreditatis, quia ſi voluiſſet, nunquam fuiſſet mortuus, per rationes ſupradictas, eo q diuinitas erat cõiuncta humanitati. Et ſic poterat ipſam ſine morte cõſeruare, ſicut potuit mortuam ſuſcitare. Itẽ ſicut habuit poteſtatẽ animã deponẽdi & reſumẽdi, ita habebat poteſtatẽ retinẽdi eã in ęternũ in carne. Ex quo patet, q Chriſtus non mortuus eſt cauſa recuperandi immortalitatem pro ſe, ſed pro ſuis membris. Nam ſi voluiſſet, abſq; morte & paſſione fuiſſet ſanctus immortalis & impaſſibilis: ſed oportuit ipſum mori, vt hanc hæreditatem, & immortalitatem ex meritis ſuæ paſſionis, membris ſuis poſſet communicare. Ad maiorem euidentiam eorum quæ dicta ſunt, eſt aduertendum, q quinq; habuit Chriſtus in primo inſtanti ſuæ cõceptionis, ſ. plenitudinem gratiæ, & ſapientiæ, & poteſtatis, & firmũ propoſitum & decretum nos redimendi per ſuã paſſionem. Et exinde habuit quintum. ſ. plenitudinem meritorum. In quibus quinq; nullo modo creuit, nec profecit Chriſtus intenſiuè, & habitualiter quo ad ſe, ſed bene creuit & profecit extẽſiuè, & effectiuè, & oſtenſiuè, quo ad nos: illa quinq; cõicando & oſtẽdẽdo, ſicut Sol in aurora & ortu ſuo habet in ſe totã plenitudinẽ ſui luminis, & caloris, & virtutis, ſed in illis ſucceſſiuè creſcit & proficit quo ad nos, ſucceſſiuè accedẽdo. Et iſto modo dicit euãgeliſta, q Xps proficiebat & creſcebat ſapiẽtia apud Deũ & hoẽs ſimul cũ ætate. ſ. apud Deũ voluntatẽ patris adimplẽdo, & apud hoies prędeſtinatos, vocãdo, & inſtificãdo, & docẽdo, & p miracula ſuam poteſtatẽ oſtendendo. Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi. 15. cõcluſiones. Prima cõcluſio, q omnis creatura indiget bonis Dei, & nõ ecõtrario, probatur, quia omnis creatura dependet à Deo in triplici genere cauſæ. ſ. efficienti, formali, & finali. Scda concluſio, q Deus mirificauit voluntates & deſideria Xpi in ſanctis eius: probatur, quia ſicut totum deſiderium Chriſti fuit adimplere voluntatem patris, ita tota voluntas patris fuit adimplere deſiderium & petitionem filii. Tertia cõcluſio, quod licet Chriſtus omnes homines vocauit ad fidem, tamen ſoli electi acceleraverunt ad conuertendum. Quarta cõcluſio, q Chriſtus non ſanguineos & carnales cõgregauit i eccleſia, ſed ſolũ iuſtos. Quinta cõcluſio, q Xps non ſcripſit nec annotauit in libro viuentiũ pętores & carnales, ſed ſpiritales. Sexta cõcluſio, q Xps per calicem paſſionis, lucratus, & adeptus eſt hæreditatẽ Dei. Et ſic nõ pot ſibi denegari. Septima concluſio, q Xps eos iuſtificauit & clarificauit, quos ab æterno pater prædeſtinauit, & ideo nõ ſunt inſtificati & clarificati niſi illi, ſuper quos ceciderũt funes, & ſortes prædeſtinationis. Octaua cõcluſio, q cã quare Chriſtus nõ poterat incinerari fuit virtus verbi cũ corpore in ſepulcro. Nona cõcluſio, q Chriſtus sẽper fuit certus de ſua reſurrectione, probatur hoc, quia non ſolum reſurrectionẽ, ſed oĩa futura contingentia, tanq̃ præſentia videbat in verbo, ab inſtãti ſuæ cõceptionis. Decima

B cõcluſio, ſi Chriſtus voluiſſet, nunquã fuiſſet mortuus, probatur. Nã ſicut habebat poteſtatẽ deponẽdi aiam & aſſumẽdi, ita habebat poteſtatẽ retinẽdi ſemper eã in carne, quia verbũ, aiam in corpore ſine ſenio & morte cõſeruaſſet, ſicut cõſeruauit corpus ſine corruptione. Vndecima cõcluſio, q Chriſtus non fuit mortuus cauſa recuperandæ immortalitatis pro ſe, probatur, quia ſi voluiſſet, abſq; morte fuiſſet factus immortalis & impaſſibilis, rõne verbi cõiũcti, qđ probatur. Nã multotiẽs ante paſſionẽ ſe oſtendit immortalem & impaſſibilẽ cum dotibus corporis glorificati quia in transfiguratione, in nauitate. &c. Duodecima cõcluſio, licet Chriſtus ab inſtãti ſuæ creationis poſſideret ad libitũ totã hæreditatẽ pro ſe, tñ oportuit ipſum pati & mori, vt illã hæreditatem ex meritis ſuæ paſſionis poſſet iuſtis cõicare, vt nos iuſtè redimeret, probatur, quia diabolus nõ potentia, ſed iuſtitia fuit vincẽdus. Tertiadecima cõcluſio, q ſolus Chriſtus primus aperuit nobis viam per cœlum ad vitam, & adeptus eſt nobis illam beatitudinem. Decimaquarta cõcluſio, q tota beatitudo cõſiſtit in viſione diuinæ eſſentiæ: probatur, quia ex illa viſione reſultat ſumma fruitio, & delectatio, & quies, & æterna ſecuritas. Quintadecima cõcluſio, q quinque habuit Chriſtus in primo inſtãti conceptionis. ſ. plenitudinem gratiæ, & ſapientiæ, & poteſtatis, & meritorum, & firmum propoſitum & decretum patiendi pro nobis, in quibus non creſcebat, nec proficiebat intenſiuè quo ad nos, habitualiter in ſe, ſed extenſiuè quo ad nos, per effectum, ſicut ſol creſcit paſſim attingẽdo partes terræ.

PSALMVS XVI.

E *Xaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam.*

Titulus: Oratio Dauid. Ex titulo apparet q Dauit fecit hunc pſalmũ, in quo aliqd petit. Et eſt primus qui ſic intitulat. Vnde hæbrei moderni, dñt & quidã catolici eos ſequẽtes, q Dauid fecit hũc pſalmũ petens liberari de manu & ira Saul, allegãdo ſuã iuſtitiã & innocentiã. Et ſic literaliter exponũt ipſum de ipſo Dauid. Sed hæc expoſitio primò eſt inutilis, & negat Dauid eſſe profetã. Scdò eſt falſa, quia ea quæ dñr hic, non poſſunt ipſi Dauid cõuenire, quia nullus eſt iuſtus & innocẽs niſi Chriſtus & mater ſua. Iõ nullus alius põt allegare iuſtitiã ſuã corã Deo. Itẽ hoc cõ tradicit illi qđ Dauid dicit infra pſa. 42. Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe, quia non iuſtificabit in cõſpectu tuo &c. Ex quibus pa- E tet, q iſta verba nõ poſſunt verificari niſi de Chriſto. Ideo eſt dicendũ q Dauid p perſecutionem ſuam, præuidit in ſpũ perſecutionem Chriſti, in capite & mẽbris. Et ideo fecit hũc pſalmũ in perſona Chriſti, in quo introducit Chriſtũ, qui petit liberari in ſe per reſurrectionẽ, & in mẽbris à perſecutione tyrãnorum tam iudæorum q̃ gentiliũ. Vñ totus iſte pſalmus eſt profetia illius oronis quam Chriſ fecit in horto Mat. 26. Et illius petitionis. Io. 17. Tria ergo facit Chriſtus, nam primò petit in forma ſerui, ſuam orationem exauditi, allegãdo ſuam iuſtitiam. Scdo petit liberari in ſua paſſione, & ſuam eccleſiam in ſua perſecutione. Tertiò petit de perſecutoribus vltionem. Scda ibi, perfice greſſus meos. Tertia ibi, exurge dñe. Quantũ ergo ad primũ, dicit Chriſtus in forma ſerui. Exaudi dñe iuſtitiã F meam. i. exaudi me ſm iuſtitiam & innocentiam meã, qui pctm̃ nõ feci, nec inuctus eſt dolus in ore meo. Et intẽde deprecationem meam. Vnde eſt dñia inter oronem & deprecationẽ. Nã orare eſt aliquid petere indifferẽter. Sed deprecari eſt ab aliquo malo petere liberari. Iõ vtrunq; facit Chriſtus. Nã primò præcatur liberari. Scdo orat & petit præmiũ gloriæ pro ſe & pro membris ſuis. Ideo ait,

Auribus percipe orationem meam, non in labijs doloſis.

Scilicet procedentem à rectitudine ex deuotione cordis, quia oratio & petitio mea eſt iuſta & pura. Ideo ſubdit.

De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideant æquitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Rogo inquit, vt iudiciũ meũ cõtra inimicos meos prodeat, de vultu & notitia tua, quasi nõ permittas faciem impunitũ, sed oculi tui videant æquitates, & actiones meas iustas, ideo iustè iudica & discerne causam meam, inter mè & persecutores meos. Nam.

Probasti cor meũ & visitasti nocte, igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas.

Tu probasti cor meũ & visitasti me nocte, i. in totà illa nocte passionis, & igne tormentorũ me examinasti, quia fui captus & tanq̃ latro ligatus, & in domo Annæ, & Caifæ alapis cæsus, & in domo Pilati delusus & flagellatus &c. Vnde in omnibus his per totam illam noctem fui probatus & examinatus, & non est inuenta in me iniquitas, nec aliqua culpa: in tantũ q̃ Pilatus dixit, nullam in eo inuenio causam mortis. Et sic fui bene impu
B gnatus, & accusatus, & percussus, & crucifixus sine causa, quia nullum malũ feci, quia impleui voluntatem patris mei, & prædicaui veritatẽ. Vnde intantum non est inuenta in me iniquitas nec mendacium nec dolus.

Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Vt os meũ nõ loquatur. i. non loqueretur verba hoium, sed verba Dei, & verba labiorũ tuorũ. Nã qui loquitur verba hoium. i. ad nutũ & obsequiũ hoium, loquitur verba mẽdacia, & dolosa, & adulatoria, sed ego nolui talia verba loqui, nec hominibus placere & adulari, imo volui Iudæos & Fariseos corrigere & exprobrare, quia malui implere volũtatem tuam, ò pater, quã voluntatem hominum. Ideo propter verba labiorum tuorum
C .i. quia impleui verba labiorũ tuorũ, prædicãdo eis veritatem, ideo custodiui. i. sustinui vias duras. i. dura tormẽta & persecutiones. Litera. Hieronymi habet. Custodiui vias latronis, qđ idem est. Nã Christus pœnas debitas latroni sustinuit, quia fuit flagellatus, & crucifixus inter duos latrones, pp veritatem prædicandam. s. quia magis voluit prædicare verba Dei, q̃ verba hominũ. i. qa maluit corrigere & reprehendere, q̃ adulari & blandiri, & ideo passus est pœnas duras. Ex oibus supradictis patet, q̃ ista ratio, & ista verba non possunt verificari de aliquo puro homine, ni si de solo Christo, vt demonstrat Augu. 2. de bapt. paruulorum, quia omnis homo mẽdax & pctõr, nisi solus Deus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus de debito, & ma
D ter sua per gratiã. Et sic solus Xp̃s põt intrare innocẽs in iudiciũ ante patrẽ & dicere verba supradicta. Et iõ solus est ipse mediator, & põt interpellare pro mẽbris, & p iustitia suã potest petere apud patrem sua membra iustificari, quod nulli alteri hominum conuenit.

Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea.

Hæc est secunda pars, in qua postquã Xp̃s allegauit iustitiam, & examinauit innocentiam suam, cuius intuitu pater cœlestis confert ei omnia bona, nunc explicat suam petitionem. Vnde duo petit. Nam primo petit gratiã & fortitudinẽ pro membris suis. s. pro fidelibus, vt sint fortes, & cõstantes, & patientes in aduersis. Secõ vt liberentur de manu persecutorũ ibi. A resistẽtibus dexteræ. Vñ nota q̃ cum Christus sit caput ecclesiæ siue corporis mystici, & nos simus eius mẽbra, tamen
E illa membra nõ eiusdem actũm habent, neq; eodem modo membra dñr. Nam alios dedit Christus in ecclesia apostolos, & alios euangelistas, alios doctores, alios simplices. Ideo apostoli dicuntur vno modo pedes Christi, eo q̃ Christus p apostolos ambulauit, & prædicauit euãgelũ p vniuersũ mundũ. Iõ apostoli dñr euangelizantium pedes &c. Esa. 52. & ad Ro. cæteri aũt fidẽles dicuntur vestigia Christi, quasi impressio relicta ex doctrina & prædicatione apostolorũ. Sed quia apostoli non pòtuerũt perfici in tali prædicatione, nec fideles cõueri, nec sustinere persecutionẽ nisi ex gratia Christi pro eis interpellantis, vt patet Lu. 22. Ego pro te oraui Petre ne deficiat fides tua. Iõ proficiẽs orat hic Christus pro oibus mẽbris, vt apostoli dirigantur in tali prædicatione, & fideles populi cõuertantur, & persecutiones vbique constanter tolerent & patiantur. Dicit ergo Christus, ò pater perficẽ gressus. i. apostolos, & discipulos, & doctores meos in semitis tuis euangelicis, per septem dona spiritus sancti in die penteco. vt intelligant scripturas, & constanter prædicent veritatem, & perficẽ eos signis, & miraculis, & exemplo vitæ & doctrinæ, vt vestigia mea. s. populi simplicium nõ moueãtur, nec titubent à fide, sed ad ipsã veniant, et in ipsa firmiter figantur & permaneant, q̃a.

Ego clamaui q̃m exaudisti me Deus, inclina aurem tuam mihi & exaudi verba mea.

Ego clamaui in horto & in mensa, rogando pro eis: ideo tu Deus exaudisti me, ideo inclina semper aurem tuam, & exaudi

verba

A verba mea, quasi dicat, sicut exaudisti me in capite, me resuscitando, exaudi me nunc in membris scilicet fidelibus, eos conuertẽdo. Item sicut exaudisti me eos conuertendo, exaudi me nunc eos de persecutoribus liberando, &

Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te.

Mirifica. i fac mirificas in nos misericordias tuas, nos mirabiliter à periculis liberando. Qui saluos facis sperãtes in te, id est ficut cõsueuisti saluos facere sperãtes in te, puta sicut saluasti filios Israel de Egypto, & in mari rubro, & per totum desertũ, & in terra promissionis tẽpore Iosue & iudicũ &c. Sic ergo custodi me in mẽbris meis, de persecutione tyrannorũ & hæreticorũ, & ab omnibus
B luntati tuæ, & de resistentibus mihi qui sũm dextera, custodi me dico vt pupillam oculi. Nam sicut pupilla oculi habet à natura plures tunicas nernosas, & palpebras, ad sui custodiã, ita tu da mihi, id est mẽbris meis dona gratiarum ad eorum custodiam & defensionem. Sicut pupilla oculi nõ patitur ad pulnerem neq; aliquam festucam, Ita tu pater nõ permittas hereses in ecclesia, neq; scisma ra, sed ipsam redde non habentem rugã neque maculam, neque aliquid huiusmodi.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circundederũt,
C *adipem suum conclusserunt, os eorum locutum est superbiam.*

Proiicientes me nunc circundederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædã, & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Custodi me ab oibus hæreticis & scismaticis resistentibus dexterę tuæ. Item protege me sub vmbra & influentia alarum tuarũ, sicut gallina fouet & ptegit pullos suos sub alis ne milluus rapiat eos, Ita tu ptege me à facie impiorum iudæorum, & tyrannorũ, & hæreticorũ, qui me afflixerunt, & ecclesiã meam multis persecutionibus infestarũt, & animã meã. i. ecclesiam meã circundederũt, sicut leo rugiens, fideles occidẽdo. Et hoc fecerunt ex abundantia bonorum temporaliũ & potestate terrena, quia erant diuites & potentes. Ego autem cum meis discipulis eram
D simplex & pauper. Nã ipsi concluserunt adipem suum, id est pingues diuitias congregarunt. Et ideo cæteros contemnentes, eorum locutum est iuperbiam contra me, rapiendo bona, & inferendo opprobria, & sic proiicientes me à domo mea circũderũt me verberibus & plagis. Et statuerũt declinare in terram. i. ad bona temporalia, spiritualia relinquendo. Et sic circundederunt me, sicut leo paratus ad prædam, circundans ouẽ ut laniet eã, Ita ipsi circũdederunt fideles meos interficiendo, & bona diripiendo. Et nota q̃ tota ista persecutio verificatur de Christo capite. Nam Iudæi circundederunt eũ, & multotiens iniuriis affecerũt, & ad terrã in horto deiecerunt & ligauerunt, & trahentes per terram ad Annam & Caifam deduxerunt, & finaliter flagellarunt & crucifixerunt.

Exurge domine præueni eum & supplanta
E *eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.*

In hac tertia parte primò Christus petit vltionem & punitionem de inimicis. Secundò petit præmium suæ passionis: ibi Ego autem. Quantum ad primum est notandũ, q̃ tàm Iudæi, qui persecuti sunt Christũ in capite, quàm gentiles, qui persecuti sunt eũ in membris, fuerunt puniti, licet diuersimodè. Nam Iudæi rebellantes cõtra Romanos, per 40 annos passi sunt multa discrimina & seditiones, vt ait Iosefus in libro de bello iudaico. Sed in fine 40. annorum in festo paschæ, fuerunt obsessi per Romanos. Et fuerunt inclusi & præuenti non solũ ciues Hierusalem, sed etiam oẽs qui venerant ad festũ ex diuersis partibus, & tandem post longã F
obsidionem, & cædem, & cladem fuit capta ciuitas, & fuerunt trucidati decies cẽtena milia, secũdum Iosefum & totidem capti, & ciuitas incensa cum tẽplo, & fundamentis euersa, & captiui fuerunt vẽditi & dispersi per mundum, & sic fuit ablatum à Iudeis sacerdotium, & sacrificium, & regnum, & hoc est quod dicit hic Christus per os Dauid, O pr exurge à lõga patientia, quia iam expectasti istũ populum per 40. annos & noluit venire ad pẽnitentiã, sed semper perseuerauit obstinatus in sua malitia cõtra Christum & ecclesiã, qa lapidauit Stefanũ, & occidit vtrumque Iacobum & relegauit Paulũ &c. Ergo exurge & præueni eũ in festo paschæ inclusum ne possit fugere. Nã sicut ipsi præuenerũt me in festo paschæ, quia ex parte noctis

cepe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ceperunt me in horto &c. ita tu preueni istũ populum per Romanos, & destrue ciuitatẽ, & supplanta populum istum á sedibus suis, & dispergе ipsum per mundum, & eripe animam meá. i. me & ecclesiá meá ab hoc populo impio & crudeli, qui me crucifixit, & eripe & aufer frameá. i gladium sacerdotalẽ, & sceptrum temporale à Iudeis inimicis manus tuæ s. ab inimicis filii tui, qui est manus & dextera tua, cui volunt resistere, Et tu

Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum, de abscónditis tuis adimpletus est venter eorum.

Dñe diuide & dispерde eos de terra sua à paucis. i. ex paucis quaũ dicat licèt ipsi sunt pauci respectu aliarum nationũ, tñ ex paucis diuide eos in multas partes, & dispersi p oẽs partes mũdi seruiãt cæteris nationibus,
B in ostensionẽ sui sceleris, & in memoriá meę passionis, vt in vita eorum patiantur temporaliter in hoc mundo, & post mortẽ æternaliter in inferno. Deinde ibi, In vita eorũ, incipit alia sententia, vbi rñdet tacitæ quæstioni. Nã diceret aliquis, si Iudæi & oẽs infideles sunt ita maledicti, quomodo ergo abundant diuitiis temporalibus & prole filiorũ? Ad hoc respondet Christus, ꝙ hoc sit occulto Dei iudicio. Et tñ bene potest reddi aliqua ratio, eo ꝙ sunt diuersi fines inter fideles & infideles. Nam Iudæi & omnes infideles ponunt suum finẽ & totam spem & felicitatem in hoc mundo, nõ expectantes aliã gloriam præter diuitias & res mundanas. Et ideo nolnerunt Christũ recipere qui præcipiebat tẽporalia contemni, & cœlestia desiderari, & ideo apponunt totum desiderium
C suũ in pecuniis & diuitiis congregandis, cõmittentes vsuras & dolos absque timore futuri iudicii. Et ideo de necessitate oportet ꝙ abundent bonis temporalibus. Et sic sustinẽtur à principibus mundi propter munera q̃ recipiunt ab eis. Sed finaliter expoliant eos. Et etiam videmus ꝙ populi insurgunt cõtra Iudæos, & expoliãt domos eorum, & q̃que interficiunt eos. Et ideo viuunt in continuo timore, & sic diuitiæ vertuntur ad detrimentũ eorũ. Christiani vero quia timent diuinũ iudicium, & viuunt secundum euãgelium, ex iusto labore, ponentes spem suã in bonis cœlestibus, ideo non curant congregare tesauros in terra, sed in cœlo, secundum cõsilium Christi, quia ibi expectant beatificari. Dicit ergo Christus in persona sua, & membrorum, ò pater tu permittis vt isti Iudei & D homines mundani habeant aliquam felicitatẽ in hoc mundo, licet cum dãno suo. Nã venter. i. appetitus eorum adimpletus est de absconditis tuis. i. de bonis temporalibus.

Saturati sunt filijs, & dimiserũt reliquias suas parvulis suis.

Saturati sunt. i. abundauerunt filiis in copia prolis, & dimiserũt post mortẽ reliquias suas. i. bona relicta paruulis suis, quasi dicat, licet isti homines mundani abundauerint diuitiis & copia filiorũ, & reliquerint filius magnã hereditatẽ ex malè acquisitis, pp quod patiuntur pœnã æternam in inferno, tñ ego volui magis viuere pauper in hac vita quam rapere bona aliorum, vt vitarem pœnam æternam, & cum mea paupertate acquirerem diuitias cœlestes. Et ideo subdit.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui B
tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.

Ego aũt in iustitia mea. i. quia iustè vixi in hac vita, iõ iustus apparebo cõspectui tuo. i. ante faciem tuã in cuius visione cõsistit tota nostra felicitas & fruitio. Et tunc cũ apparuerit gloria tua, ego satiabor fruendo illa sũma deitate, & illo summo bono, quo adepto nihil est amplius quod desiderari queat. Ex quibus patet, ꝙ decepti fuerunt Iudei & cæteri homines mũdani, qui posuerunt spẽ suã in rebꝰ terrenis & corruptibilibus, quas breui tempore possederunt & secũ deferre non potuerunt, sed paruulis suis cũ magna damnatione corũ reliquerunt'. Et notanter dixit De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Nam bona tẽporalia dicuntur abscondita, vel de absconditis Dei, eo ꝙ occulto Dei iudicio permittuntur ét mali ista possidere in ꝙ
damnationem sui. Et ideo Deus quandoque non permittit iustos bona tẽporalia possidere, ne eis malè vtantur & damnẽtur. Ex quo patet, ꝙ paupertas est sálubris & vtilis iustis, sicut copia diuitiarum est, reprobis damnabilis & nociua. Ex quibus omnibus patet, ꝙ Christus introductus ad loquendum in isto psálmo, petit liberari in se & in mẽbris suis de persecutione malorum, & orat pro ecclesia sua, vt in paupertate seruetur in hac vita, tolerando persecutiones malorũ, vt possit satiari bonis æternis in regno cœlorum.

PSALMVS XVII.

Diligam te domine fortitudo mea dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.

A *Deus meus adiutor meus: & sperabo in eũ. Protector meus & cornu salutis meæ: & susceptor meus.*

Laudans invocabo dominum: & ab inimicis meis salvus ero.

Huic psálmo in 2. reg. cap. 22. præponit titulus sub hac forma. s. Locutus est autem Dauid Dño verba carminis huius in die qua liberauit eum de manu omnium inimicorũ suorum & de manu Saul. & ait, Diligam te Domine &c. Et sic Dauid prosequitur totum istum psál. vsq; in finem in illo capitulo. Sed quia iste psál. datus est ad cantandum in tẽplo cum toto conatu vocum cum cęteris ps. Ideo Dauid siue cantores addiderunt postea in principio tituli hanc particulam. s. In finem puero suo Dauid, qui locutus est verba carminis huius &c. Et in hoc conueniunt.
B 70. & ipse Hierony. in suis translationib. Ex quo titulo habetur ꝙ Dauid fecit hunc psa. in senectute, in fine bellorum suorum, postq̃ dedit studium cultui diuino, vt patet per totum discursum primi & secundi regũ. Nam secundi Reg. 22. inferitur totus iste psál. cũ suo titulo. Et ideo dicit Rabi Salo. cum cæteris iudæis modernis, ꝙ propter nullã aliã causam fecit Dauid istum psál. nisi quia epilogat totum discursum vitæ suæ, agendo gratias Deo, quia liberauit ipsum de omnibus persecutionibus suis, & dedit sibi victoriam super omnes inimicos suos, vt videtur sonare litera totius psálmi. & sic omnes iudæi moderni exponunt istum psál. præcisè literaliter de Dauid & regno suo. Et eos sequuntur quidam catolici in expositione sua. Sed ma-
C nifestum est, ꝙ talis præcisa literalis expositio non solum est inutilis christianę religioni, sed etiam de se est manifestè falsa. Et hoc propter quinque. Primò quia tollit dignitatem profeticam ab ipso Dauid, & ab hoc ps. quia vt sic, nõ pertineret ad sacram scripturam, nec locutus esset Dauid in spiritu profetico in hoc psálmo, nec præcepisset ipsum cantari in tabernaculo & templo cum cæteris psálmis, sicut pluries dictum est. Secũdò quia in translatione Caldaica huius tituli dicitur, ꝙ locutus est Dauid in profetia verba carminis huius &c. Tertiò, quia finito psál. sequitur immediatè. 2. Re. 23. Hæc sunt verba nouissima quæ dixit profeticè Dauid filius Isái, egregius psáltes Israel, cui constitutum est de Christo Dei Iacob: & sequitur infra Dñs per me locutus est, & Spiritus Dñi per linguam meá &c. vbi manifestè ostenditur, Dauid locutum esse profetice in hoc ps. & in cæteris. Quartò, quia ea quæ narrantur in hoc psálmo, nõ videntur conuenire ipsi Dauid filio Isai: quia ipse non fuit liberatus ex Egypto. nec in mari rubro, sicut memoratur in hoc ps. Itẽ nõ potest cõuenire ipsi Dauid illud quod dicitur, Et retribuet mihi Dominus ſm iustitiam meam, & ſm puritatem manuum mearum &c. quia hoc soli Xpo cõuenit, quia Dauid non cõsueuit allegare iustitiam & puritatem suã, cum dicat psa. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo Dñe, quia apud te nõ iustificabitur omnis viuens &c. Quintò hoc idẽ probatur per Rabi Cãhi magistrum eorum, qui dicit, ꝙ omnes psál. qui intitulantur In finẽ, Ad vincentem, loquunt de rege Messia, Et latent in eis multa & profundissima mysteria de rege Messia. E
Ex quibus omnibus patet, ꝙ Dauid in hoc psálmo nõ minus fuit profeta quam in cęteris, nec loquitur principaliter de seipso, sed de Xpo in lege promisso. Et ideo, pro vera intelligentia huius ps. & tituli eius, est aduertendum, ꝙ Dauid profeta postq̃ quieuit ab omnibus bellis, & incepit dare operam diuino cultui, & studio sacræ scripturæ, cõsiderando afflictionem filiorum Israel, dũ erant in Egypto, & quomodo fuerunt liberati, & eductꝰ p Moysen ex pcepto Dñi, & quomodo fuerunt liberati in trãsitu maris rubri, Faraone cum exercitu suo pereuntib. in signis & portentis, Et quomodo postea Iosue intro duxit illum populum in terrã promissam, etiam cum magnis signis & portentis, præuidit Dauid in spiritu, qualiter Christus in lege promissus debebat liberare totum genus F
humanum de seruitute peccati: & educere fideles veteris test. de limbo inferni, & introducere eos in terram viuentium, patriæ cælestis, & hoc per mortẽ, & passionẽ, & resurrectionẽ suã. Ideo sẽdò Dauid cõsiderando & cõtemplando tòtum discursum vitæ suæ, & magnas persecutiones suas, & qualiter liberatus de Saul & Absalon, & finaliter obtinuit victoriã de omib. inimicis suis, & obtinuit totum regnum super omnes tribus Israel, & subiecit, & fecit sibi tributarios Amonitas & Moabitas & Syros & cæteros finitimos de populo gentili: in tali cõtemplatione prẽuidit in spiritu, qualiter Christus post mortẽ, & passionẽ, & resurrectionẽ debebat obtinere regnũ totius orbis, & qualiter per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Apostō. mart. & doct. debebat sibi subiicere totum populum gentilē, & repudiato populo iudaico & dissipato, debebat fieri caput totius populi gentilis ad fidē cōuersi. Ex omnib. ergo supradictis cōtemplatis, & cōsideratis, Dauid assumpsit parabolā & propositionē ad faciendum istum psāl. de triunfo & regno Christi vniuersali. Est ergo sensus tituli huius psāl. q̄ Dauid profetice locutus est verba carminis huius, postq̄ liberauit eum Dñs de manu Saul & omnium inimicorum eius &c. quasi dicat q̄ Dauid in cōtemplādo qualiter Deus liberauit ipsū de manu Saul, & omnium inimicorum eius, p̄uidit in spiritu, qualiter Xp̄s post multas p̄secutiones, & mortem, & passionem, & resurrectionem debebat liberare totum genus humanum de seruitute peccati, & patres de limbo inferni,
B & postea erat adepturus totum regnum mūdi, & regnaturus sup̄ omnes inimicos suos. Et exinde accepit Dauid parabolā & propositionē ad faciendum hunc p̄sl.m. & dedit illū cantorib. ad cantandū in templo in finem, & ad victoriā vocum, eo q̄ lex vetus vocabat Xp̄m, cum omni conatu, vt veniret ad redimendum, & liberandum genus humanum, & acciperet imperium totius mundi. In quo quidem psāl. Dauid introducit Xp̄m, inquātum est homo, ad loquendum & agendum gratias patri de regno mundi, & triumfis sibi collatis, & de beneficiis à patre receptis, pro se & membris suis. In quo p̄s. Dauid in p̄sona Xp̄i seruat modum bonī rhetoris & oratoris, diuidendo siue partiendo suum carmē in tres partes principales. Nam primò p̄mittit proœmium siue præfationē, in quo breui
C ter, & in generali cōplectitur totam materiā dicendorum, agēs gratias in cōmuni de omnib. beneficiis receptis à patre. Secundò prosequit narrationē suā, explicando in specie & particulari oia beneficia recepta. Tertiò cōcludit p̄s. & carmē suū, gratias expressas agēdo. Secunda ibi, Circumdederunt me. Tertia ibi. Viuit Dñs & benedictus. Quantum ergo ad primum, est notandum ℣m Augu. q̄ Xp̄s in hoc psālmo loquit in forma serui, & inquantū homo, & vt p̄sona cōmunis & caput ecclesiæ, & sic vt plurimū loquitur in p̄sona totius corporis mystici & membrorū, inquantum non solum pro se & pro suo ét corpore mystico accepit à patre beneficia in hoc p̄s. memorata. Et ideo cum proœmiū sit breui loquium dicendorum, sub nouē vocabulis cōplectitur, & refert oia beneficia q̄ accepit à patre, pro se & membris, vt capter benivolentiam in exordio, & præfatione suę narrationis: sub quib. nouē vocabulis subtilantius & adiectiuis appellat patrē tanquā beneficū, & benefactorē suum. Vnde primo vocat patrem fortitudinem, inquantum recepit ab eo vires ad triunfandum de mundo & Diabo. Secundò vocat eum firmamentum, inquantum in eo fundantur oia, & in eo mouemur & sumus. Tertiò vocat eum refugiū, inquantum in omnib. tribulationib. ad eum refugimus. Quartò vocat eum liberatorem, inquātum per resurrectionē, pater, eum & nos ab omni miseria, & passione liberauit. Quintò vocat eum Deum & Dñm, quia creator est & rector. Sextò vocat eum adiutorem, inquātum præbuit nobis auxilia sacramentorum contra Diab. Septimò vocat ipsum protectorem, ratione donorum Spiritussancti, & gratiarum, & virtutum, quibus cōtinuè nos protegit. Octauò vocat eum cornū salutis, inquantum propter humilitatem exaltauit illum, & dedit illi nomen &c. Nonò vocat eū susceptorem, inquantum eum à dextris in cœlo recepit & collocauit. Dicit ergo Xp̄s ad patrem, O Dñe pater ego simul cum membris meis diligam te, & teneor te semper diligere, & tibi gratias agere propter beneficia quæ à te recepi. Primò quia tu semper fuisti, & eris fortitudo mea dando mihi, & membris meis fortitudinem & vires ad resistendū Diabo. & inimicis meis, & ad debellandum eos. Item secundò, quia tu es Dñs & firmamentum meum: & tertiò es refugium meū. Et quartò liberator meus. Et quintò adiutor, & ideo sperabo in eum. S. patrem meū. Sexto est Deus pater protector meus. Septimo cornu, & victoria, & honor meæ salutis. Et octauò es susceptor & glorificator meus. Nonò es Dñs noster per creationem & gubernationem, inquantum ego sum homo. Et sic propter ista nouem ego laudans eum fiducia inuocabo eum, tanquam Dñm & fortitudinē & protectorem &c. Et sic semper salvus ero ab inimicis meis, imo de omnibus inimicis meis, & de toto mundo triunfabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circumdederunt me, præcupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui Dominum: & ad Deum meum clamaui.

Et

A *Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.*

Hæc est pars narratiua huius carminis, in qua Christus explicat particulariter in specie beneficia quę à patre recepit & accepit in p̄sona sua, & membrorum suorum. In qua duo principaliter facit. Nā primo explicat beneficiū humanæ redēptionis, & liberationis, quod Christus adeptus est à patre ex iustitia per suam puritatem, & mortem, & passionē. Secundò explicat vniuersale dominium super totum mundum, & super omnes inimicos suos, quod Christus meruit adipisci, & accipere a patre, propter suam obedientiam & humilitatem, quæ quidem secunda pars incipit 3 6. versu, ibi, Retribuet mihi dominus &c. In prima autem parte tria facit. Nā
B primò explicat miserias & infirmitates, in quibus iacebat sanciatum genus humanum ante aduentum Christi, quas traxerat ex Adam. Et hoc dicit per parabolam & figuram afflictionis & seruitutis in qua erant filii Israel in Aegypto. Secundò prædicit & explicat liberationem. & redemptionem totius generis humani de seruitute peccati, & hoc per figuram liberationis Israel de Aegypto, & de oppressione, & periculo transitus maris rubri. Tertiò ondit qualiter hāc victoriā adeptus est Xp̄s ex iustitia per suā puritatē & humilitatē. Sc̄da ibi. Commota est. Tertia ibi Et retribuet mihi dñs. Quantum ad primum est notandum ℣m Aug. in hoc p̄s. & prout dictū est in prologo, q̄ tanta est vnitas Xp̄i ad sua mēbra mystica, q̄ communicantur idiomata. Et iō Christus omnia peccata nostra et af
C flictiones, & miserias, & infirmitates nostras, quas traximus ex Adā, dicit esse suas, quātū ad pēnā. Vnde est aduertendū, q̄ septem modis cōtingit, vt quis aliena dicat esse sua. Primò mō, tanquam aduocatus: nā aduocatus causam quam aduocat dicit esse suā. Sc̄dò, procurator causam sui principalis dicit esse suam, quia pro illo laborat, & litigat, & recipit redditus, & soluit creditorib⁹, & agit omnes actus in p̄sona illius. Tertiò, fideiussor debitum alterius dicit esse suum, eo q̄ se obligauit soluere pro illo. Quarto, caput, dolores membrorū dicit esse suos, vnde dicit. Do leo pedē aut brachiū. Quinto, vir, aut spōsus causam vxoris aut sponsæ dicit esse suam, et pro ipsa sumit bellū. Sextò pater aut mater causam filiorum dicit esse suam. Septimò do
minus aut Rex causam vassallorum dicit esse suā, & pro eis assumit bellum, & quādoq; pro eis intrat duellū, & singulare certamen pro iniuria eorū vlciscenda, aut præda repetenda. His ergo septē modis Xp̄s oia p̄cta & oēs infirmitates, quas traximus ex Adā, dicit esse suas, nō quo ad culpā, sed quò ad pœnā & solutionē, inquantū pro omnibus his passus est, et exoluit pœnā. Nā tanquā fideiussor & procurator & aduocatus se uoluit obligare soluere pro nobis, et defendere causam nostram. Et tamquā caput et pater, et spōsus cōdoluit dolorib⁹ & infirmitatibus nostris. Et tanquam verus dominus, & hęres patris, cū diabolo cōgressus, suā hæreditatē repetuit & liberauit, & iniuriā paternā vltus est & vindicauit, & de diabolo triunfauit. Et iō dicitur liberator & liberatus propter rōnes supradictas. Dicitur. n. liberator in capite, & liberatus in membris, quia in eō omnes fuimus liberati. Et sic est verū dicere, q̄ dolores nostrę mortis circūdederūt Xp̄m ī Adā, & nostra p̄cta circundederūt eum in cruce: quia pro doloribus, & peccatis nostris mortuus est. Dicit ergo Christus in p̄sona ipsius corporis mystici afflicti in Adam, & in p̄sona fideliū existentiū in limbo inferni. Bene possum dicere, q̄ pater est fortitudo mea. & refugium, & protector, & liberator meus, quia ipse liberauit me ex omnibus infirmitatibus, & tribulationibus, quas in mēbris meis traxi ex Adā. Nam primò in Adā circundederunt me dolores mortis, quia p̄p p̄ctm Adæ, factus fui mortalis m currēdo necessitatem moriendi, & fui condemnatus ad duplicem mortem. s. corporis & animæ. Secūdò, torrentes iniquitatis conturbauerūt me.
Nam sicut tempore pluuiarum torrentes decurrentes cum impetu, rapiunt omnia quæ sunt in ripis, ita postquam Adam peccauit, torrentes iniquitatis eius rapuernut omnia bona mea gratuita, & vulnerauerūt, & debilitauerunt omnes potentias, & fauciauerūt sensualitatem, & carnē, veneno concupiscentiæ, & formitis peccati, & sic fracta & destructa sepe, & ripa, & muro originalis iustitiæ, mansit liberum arbitrium, & claudicatū: & mansit corrupta to a natura & caro mea, & iudicium peruersum & vires peruersæ, & totus ordo peruersus, quia quod nolo quādoque hoc ago, & quod volo nō facio: quia caro q̄ deberet obedire, insurgit aduersus spiritum. & sic possum dicere, q̄ torrentes iniq-

tatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tatis ipsius Adæ cõturbauerunt me, & pertterterunt totum ordinem in me. Item tertiò, dolores inferni circundederunt me, qa fui ad pœnam inferni destinatus. Etiam dolores inferni, & sanctorũ patrũ, qui erant in limbo, circundederunt me. Et præoccupauerunt me laquei mortis ipsius pcti originalis, in cuius laqueo oẽs filii Adã fuerunt capti & alligati. Et iõ in tot & tantis tribulationibus, & afflictionibus constitutus, inuocauit dñm patrem, & ad Deum meum clamauit p patriarcas, et profetas, & omnes fideles vet. testa. vt me de hac peste liberaret, sed tandẽ ipse pater exaudiuit vocem meam de tẽplo sancto suo. i. de cœlo empyreo, & de consistorio trinitatis, & sic clamor meus fuit in conspectu eius, & introiuit & penetrauit au

B res eius, intantum, q̃ misit filium suum in carnem ad liberandum me, per mortem & passionem. Et tamen rursus aduertendũ, q̃ Christus in supradictis, non solum loquitur in persona membrorũ & sui corporis mystici, sed ẽt in persona sui, inquãtũ caput, quia ip se inquantũ caput fuit circundatus doloribꝰ mortis, et doloribus inferni, et torrentibus iniquitatis etc. sed diuersimode. Nam membra Christi sumus, fuimus circũdati oibus illis, quantum ad culpam & pœnam, sed Xps nõ fuit circundatus nec vulneratus, nisi quo ad pœnam tantum, propter culpam nostrã, inquãtũ pro omnibus nobis, & propter culpam nostram passus est, vt nos à culpa et pœna liberaret. Et sic potest dicere Christus, q̃ dolores nostræ mortis circundederunt eum in hac vita, & in horto, & in cruce, quia ut

C nos à morte ppetua liberaret, passus et crucifixus est. Et sic etiam circundederunt eum dolores inferni, quia vt nos ab inferno liberaret, in cruce passus est, & sic in toto isto psalmo Christus qñq; loquitur in persona capitis tantum, quandoq; in persona membrorum, qñque in persona totius. s. capitis & corporis, sed diuersimode, vt dictum est & patebit. Ideo aduertat lector, quia iste psalmus est valde difficilis ad extorquendã veritatem latentem in eo. Iterum aute est aduertẽdum q̃ supradicti quatuor versus possunt referri ad afflictione filiorũ Israel, quã patiebantur in Aegypto, inquantũ illa seruitus & afflictio significabat seruitutẽ peccati, in qua erat totum genus humanum propter peccatum Adæ. Nam sicut omnes Hebræi qui erant in Aegypto iam concipiebãtur, et nascebantur in seruitute, propter quã D
affligebantur, et tribulabantur ab Aegyptis, ita omnes filii Adam concipiebantur, et nascebantur in seruitute peccati originalis, et postea in adulta etate affligebantur in cæteris peccatis actualibus. Ideo sicut filii Israel clamabant ad dominum, vt liberaret eos ex illa seruitute et afflictione et dolore, ita pariter patriarchæ, et profetæ, et fideles veteris testamenti clamabant ad dominum vt omnes à peccato liberaret. Et sicut clamor filiorum Israel penetrauit, et introiuit ad aures Dei, et Deus exaudiuit eos de mõte sancto suo, et misit Moysen qui eduxit et liberauit eos, ita pariter Deus audiuit clamorem patriarcarum et profetarum, et misit Christum filium suum, qui per mortem, et passionẽ, et resurrectionem liberauit genus humanum à peccato, et eduxit patres E
sanctos de limbo etc. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu, in illo mysterio seruitutis Aegyptiacæ, dixit. Circundederunt me dolores mortis etc. Et sic explicat clamorem patriarcarum et profetarum Christum petentium et vocantium, per figuram afflictionis filiorũ Israel, existentium in Agyptiaca seruitute. Vnde accepit Dauid parabolã & propositionẽ ad prædicendum, et profetice explicandum captiuitatẽ totius generis humani, sub potestate diaboli, et oium sanctorum patrũ in tenebris limbi inferni, et explicat oẽs miserias, quas traxit genus humanum ex Adam, et omnes pœnas quas Christus passus est pro illo peccato. Nam sicut illud peccatum comprehendit nos omnes, F
quò ad culpam et pœnam, de iure naturæ corruptæ, ita illud peccatũ cõprehẽdit Xpm quo ad pœnam tantum, non de iure naturæ, cui Christus non obligabatur, sed quia voluntarie ex charitate has pœnalitates, et pœnas voluit pro nobis assumere. Et hoc explicat Dauid in hac parte, qbia Christus dicit q̃ illud peccatum comprehendit ipsum quo ad pœnam tantum, et omnia sua membra quo ad culpam et pœnam.

Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis.

In hac parte explicat modũ liberationis & redẽptionis generis humani, et quomodo Christus triumfauit de diabolo, et per figuram liberationis Israel de Aegypto, et de mari rubro, eo quòd illa liberatio fuit figu-

A figura generalis redemptionis. Nam secundum Apostolum Iudã in canonica sua, idẽ Iesus qui eduxit Israel de Aegypto, liberauit totum genus humanũ de seruitute peccati. Nam Christus sicut tunc liberauit nos in figura, ita postea nos liberauit in re, quia omnia contingebant illis in figura 1. Corin. 10. Et ideo est aduertendum secundũ Leonem Papam in sermone de passione, et sm Aug. q̃ cum Christus sit agnus occisus ab origine mundi. Apoc. 13. inde est q̃ in figura tam fuit occisus in Abel, et vexatus in Abraam, Isaac, et Iacob, et afflictus in Egypto, et in mari rubro, et in Dauid, et in omnibus patriarchis et profetis, et in omnibus membris suis vet. testa. inquantum erant figura eius, sed postea Christus fuit passus

B omnia illa realiter in se, quæ illi passi sunt in figura, et fide Christi futuri, quia quod passus est figuraliter in illis, postea passus est realiter in se, et quod passus est realiter in se, passus est postea in membris suis noui testamenti, quia propter Christum martyres passi sunt tormenta et persecutiones. Vnde Christus iam factus immortalis et impassibilis, adhuc dicebat Actuum 6. Saule Saule quid me persequeris etc. Et ideo qa illa afflictio filiorum Israel, et illa liberatio, fuit figura afflictionis et passionis Christi, liberationis generis humani, et quia ibi fuit Xps in figura afflictus, et corpus mysticũ Christi liberatum, et in figura redemptum, Ideo Christus se dicit ibi afflictum et liberatũ. s. afflictum in se, et liberatum in membris. Et

C ideo volendo explicare mysteriũ nostræ redemptionis, adduxit figuraliter liberationẽ filiorũ Israel de Aegypto et mari rubro. Et sic vtitur figura pro figurato, et signo pro signato, quia per afflictionem seruitutis tẽporalis illorũ, intelligit, et explicat afflictionem et seruitutem peccati totius generis humani. Et per liberationẽ temporalẽ illorũ, intelligit voluersãlem redemptionẽ factã p Christum, et sic vtitur figura pro figurato, sicut frequenter facit Dauid in psalmis. Et hoc idem faciunt oẽs profetæ, sed miseri et ceci indæi hoc capere non possunt. Et ideo in hoc psalmo, et in cæteris locis sacræ scripturæ, dicunt multa inepta, et falsa, impligo in persona Christi alludendo ad liberationẽ Israel, et vtens figura pro figurato, dicit in hac parte, q̃ sicut in illa liberatione cõmota est et contremuit terra, et facta sũt D
signa, et prodigia in mari rubro in illa liberatione, ita multo maiora facta sunt p Xpm in inferno, et toto mũdo in nostra redemptione. Ideo ait, q̃ sicut tunc, qñ clamauit Israel in illa tribulatione maris rubri, videns se oppressum à Faraone inter mõtes, et mare, clamauit ad dominum, et dñs exaudiuit eum, immittẽdo tempestatem in mari, quia tunc commota est, et contremuit tota terra Aegypti, et fundamenta mõtium cõturbata et commota sunt, quoniam Deus est iratus eis, immittendo decẽ plagas Aegyptiis.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.

Fumus illarum decem plagarum ascẽdit per totã terram Aegypti, et ignis exarsit, cõburendo oẽs arbores, et plantas, et fructus terræ Aegypti intantũ, q̃ sicut carbones succensi, sunt ab eo, vt patet in Exo. à 6. cap. vsque ad vndecimum. Sed forsan totũ hoc potest referri ad solum tempestatem factã in mari rubro super Faraonẽ et exercitũ eius, et tunc est sensus q̃ dum Farao persequeretur illum populum, vt teneret ipsum angustiatum, et oppressum inter mõtes et mare, tũc ille populus in illa tribulatione clamauit ad dominum, et clamor introiuit in aures eius, et sic exaudiuit eos de cælo etc. Nã tũc Moyses ex præcepto Dei percussit aquas, q̃ diuisæ sunt, præbentes iter, et sic trãsiuit ille populus illęsus ad aliã partem littoris. Sed cum Farao cum exercitu suo persequeretur eos per aridam inter aquas diuisas, tũc com E
mota est, et contremuit terra circũquaque, F
et fundamenta montium cõmota sunt quoniam dominus iratus est Aegyptiis, et illico mota est tempestas in aere et in mari. Nam ignis exarsit à facie Domini, id est fulmina ignea apparuerunt in aere et in mari, et ipsi Aegyptii fuerunt combusti, et succensi ab eo scilicet igne, vel à Deo quasi carbones.

Inclinauit cœlos & descendit, et caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super Cherubin & volauit, volauit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando & carbones ignis.

Et intonuit de cœlo dñs, altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis.

Deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Deinde explicat actorem huius tẽpestatis,& dicit q̃ Deus inclinauit cęlos & descẽdit,quia ille Angelus qui ducebat castra, q̃ Deum representabat,& per quem miracula faciebat,posuit tabernaculum in illa nube, & aqua tenebrosa, mittens fulmina & coruscationes, & sic nubes ardentes, & grando & carbones ignis transierunt super Egyptios.

Et misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

Dominus misit sagittas suas fulmineas, & dissipauit eos, & multiplicauit fulgura, & coruscationes, & conturbauit eos, & tunc fuit tanta motio & agitatio vẽtorum, quòd mare aperuit se, intantum quòd terra apparuit arida in medio maris.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

B Id est apparuerunt loca vbi situabantur aquæ, quæ quidem terra est fundamentũ, & centrum totius orbis terrarum. Et conuersus ad Deum dicit.

Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

O domine tota ista tempestas facta est ab inspiratione spiritus.i.venti iræ & sententiæ tuæ,quia misisti super eos terribiles ventos, q̃ causarũt hanc tempestatẽ. Et nota propter illud qđ dicit.Apparuerũt fontes aquarum &c.q̃ in pro fundo & solo maris, manat,& bulliunt multi fontes aquarum dulcium,qui fontes tunc apparuerunt in apertione illius maris. Deinde cum dicit:

Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.

C Descripta tẽpestate,& dissipatione Egyptiorũ, memorat liberationem Israel, dicens in persona illius populi,quòd dominus misit auxilium de summo cęlo,& assumpsit,& liberauit me de illis multis aquis maris rubri,quia transiui illæsus,& non solum liberauit me de illis acquis, sed etiã eripuit me de Egyptiis inimicis meis fortissimis & armatis, cum ego essem inermis, qui quidem inimici oderunt me, & cõfortati sunt super me,quia fortiores me erant, & sic pręuenerunt me in die afflictionis, dũ eram in Egypto, mihi onera importabilia imponẽdo, & tñ dñs factus est protector meus, quia liberauit me de illis angustiis, & deduxit me in latitudinem, per loca spatiosa, vsquequo introduxit me in terram promissam. & hoc nõ fecit ex meis meritis, sed ex gratia, quoniam me voluit eligere in populum sibi peculiarem.Ex supradictis patet,quòd hæc litera non potest intelligi de ipsõ Dauid,quia ipse non fuit liberatus in mari rubro. Et ió est dicendum sicut prius, q̃ Dauid nõ addu cit istam historiam gratia sui, sed figuraliter,prout in illa prędidit in spiritu totũ mysterium nostræ redẽptionis factæ per Christum,vt patebit in litera sequenti, & sic ponit figuram pro figurato,secundum consuetudinem prophetæ,& ideo videndũ est totum mysterium figuratum,de quo principaliter intendit loqui,ꝓpheta in persona Christi. Vnde ait Christus caput nostrum, quòd sicut tunc dolores inferni,& laquei mortis circũdederunt Adam & totum genus humanũ, quando peccauit in eo, ita nunc in passione circũdederunt me omnia illa mala, nõ quò ad culpam,sed quò ad pœnam.Itẽ sicut patres vet.testa.clamabant, vt sanarentur,ita ego clamani in cruce apud patrem, vt sanarem & liberarem eos. Item sicut ille populus Israel oppressus in Egypto, & in mari rubro clamabat ad dominum, vt mitteret eis auxilium de cœlo, ita pariter clamabant fideles, & sancti patres veteris testamẽti ad dñm in tenebris inferni, vt mitteret eis saluatorem qui eos liberaret. Item sicut Deus exaudiuit vocem illorum filiorum Israel,& misit eis Moysen ad liberandum eos,ita pariter Deus exaudiuit voces patriarcarũ, & prophetarum, & misit eis Iesum saluatorẽ ad redimẽdum eos. Item sicut Deus inclinauit cęlos,& descendit,ponendo vel mittendo illum Angelum clausum in illa nube, inducẽtem illam tempestatẽ super mare rubrũ, & liberauit filios Israel, & fulminauit, & submersit Egyptios:ita pariter Deus pater misit filium suum latentem in nube humanitatis.In cuius morte & passione tota terra mota est,& factę sunt tenebrę super vniuersam terram ab hora sexta vsque ad nonã. Vnde anima Christi descendit ad inferos,& misit sagittas suas, & fulmina suæ potestatis, & ignis inferni fugit à facie eius, & dissipauit demones,& damnatos, & cõturbauit eos,& abstulit eis prędam expoliando limbum,& purgatorium Et isto modo liberauit fideles veteris testamenti, & debellauit diabolum & triunfauit de eo. Itẽ sicut tũc misit sagittas suas,& dissipauit Egyptios, ita postì passionem suã misit multas plagas in Hierusalẽ per illos 40.annos, & similiter misit exercitum

A citum Romanorum,& dissipauit omnes iudæos in vindictam suæ mortis. Item sicut in mari rubro dominus intonuit super mare,& super Aegyptios,& aperuit mare, & transierunt Hebræi illęsi,submersis Aegyptiis: ita pariter in die pentecostes dominus intonuit super collegium apostolorũ, & super mare sacræ scripturæ, & fecit duodecim vias, quæ sunt duodecim articuli fidei,per quos transeunt omnes fideles per mare sacræ scripturæ.Item sicut ille vẽtus aperuit mare,& diuisit aquas, & apparuerunt fontes aquarum. & reuelata sunt fundamenta orbis terrarũ de quibus fontibus dulcibus biberunt filii Israel in illo transitu,ita pariter in die Pẽte. qñ intonuit dñs, & aperuit apostolis mare scripturarũ, diuisit aquas amaras cerimoniarũ,& legaliũ, & apparuerunt tunc fontes aquarũ dulcium. s.duodecim articuli fidei, & ꝯa mysteria, & sacra noui testa. quæ sub illis aquis amaris latebãt. De quibus fontibus dulcibus, & ecclesiasticis sacris, oés fideles noui test.bibũt & reficiuntur.Itẽ sicut postquam transiuit ille populus illæsus,per illas duodecim vias,reuersæ sũt aquę sup Aegyptios cũ illa terribili tẽpestate, & suffocauerunt,& dissipauerunt eos.Ita pariter post publicationẽ euãgelii, postquã nudi noluerũt Christũ recipere,nec noluerunt de fontibus dulcibus bibere, reuersæ sunt aquæ salsæ & amare ceremoniarum & legaliũ vete. testa. & suffocauerunt,& occecauerunt, & dissipauerunt eos, intãtũ q̃ circuncisio,& cętera legalia,nõ solũ sunt eis inutilia, sed etiã morti fera. Sed populus Christianus qui transiuit inter aquas, p articulos fidei, fuit liberatus p Christũ, quia aperuit sibi mare sacręq̃ scripturæ.Ideo Christus in persona huius populi Christiani agendo gratias,dicit.Dñs pater misit filium suũ de summo cęlo in carnẽ, & accepit me p incarnationẽ in vnitatẽ suppositi,& persona filii,& assũpsit corpus meũ mysticũ in vnitate mystica,& sic liberauit me de aquis multis.i.de supradictis tribulationibus. Et nota q̃ filius,inquantum homo, põt dicere q̃ verbum diuinum accepit eum,eo q̃ accepit illã humanitatem in vnitatẽ suppositi & persona liter. Sed quia totus Christus accepit ecclesiam per fidem in quadam vnitate mystica, ideo in persona membrorũ potest dicere, q̃ accepit eum tali vnitate mystica, & liberauit ipsum de aquis multis. Et ideo sicut liberauit illũ populum de multis aquis maris rubri, ita liberauit suos fideles veteris testa. de aquis tenebrosis limbi & purgatorii. Et ideo subdit Christus in persona membrorum.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Præuenerunt me in die afflictionis meæ, et factus est dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit quoniam voluit me.

Eripuit me à diabolis, inimicis meis fortissimis, qui oderunt me ab initio,qñ cõfortati sunt sup me, quia in limbo captũ me tenebant, & præuenerunt me, & captiuauerunt me in die afflictionis meæ. i. in die peccati. Sed ly in die afflictionis meæ, põt ordinari cum litera sequẽti, vt sit sensus, q̃ dñs factus est protector meus, & adiutor in die afflictionis meę,dũ essem in limbo& purgatorio:nã exinde eduxit me in latitudinẽ & libertatẽ, & saluum me fecit, nõ meis meritis, sed per gratiã,qñ voluit me redimere. Itẽ totũ hoc dĩ in persona totius ecclesiæ noui testa.quia eduxit eã de peccato,& de ergastulo culpæ, in latitudinẽ gratiæ,& ex meritis suæ passionis saluauit eã.Et sic patet qualiter Christus in persona mẽbrorum agit gratias pri, pro redẽptione generis humani, adducẽdo figurã supradictã.Sed cõtra fundamentũ põt argui.Nã dictum est supra,q̃ Iesus Christus q̃ liberauit populũ Israel de Aegypto, ipsemet postea liberauit totũ genus humanũ de potestate diaboli.Sed in tota ista parte vr Christus agere gratias,eo q̃ pr redemit, & liberauit genus humanum, ergo falsa est tota expositio.Ad hoc rñdetur,q̃ hoc est grãde mysterium, quod ceci & miseri Iudæi non pñt capere,eo q̃ cecidit sup eos spiritus iręDei. Ad cuius intelligentiam est aduertẽdum, q̃ cum in Christo sint duę naturę, diuina.s. & humana, nostra redemptio erat in diuinitate,tanquã in principio potestatiuo & virtuali,sed in humanitate Christi, tanquã in principio meritorio,quia potestas,& autoritas relaxandi captiuitatem, & peccata, erat in patre,sed merita erant in humilitate filii, & in tota persona, eo q̃ illa redemptio facta est p merita passionis Christi, inquantũ Christus obtulit suã passionẽ pro genere humano,& pr acceptãdo illã passionẽ i prętũ, relaxauit captiuitatẽ.Et ideo Christum, inquantũ homo est,mundũ redimere,nihil aliud fuit, nisi suam passionem patri pro nobis offerre,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A patrem genus humanum liberare, nil aliud fuit, quia passionē Christi in prętium acceptare, & pro illo prętio captiuitatem relaxare. Et ideo in tali redemptione Christus agit gratias patri, eo q̄ voluit passionē suam in prętium acceptare. Et sic filius semper attribuit opus redemptionis patri suo, nō solum in redemptione: sed in omnibus aliis, eo q̄ quicquid habet filius habet à patre, vt magis patebit in parte sequenti.

Et retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia custodiui vias domini, nec impiè gessi a deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo. & iustitias eius non repuli a me.

Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquicate mea.

B Et retribuet. Postquam superius explicauit modū redēptionis generis humani, p figurā liberationis Israel de Aegypto, & in mari rubro, hic explicat & ostēdit quo iure, & quibus meritis potuit liberare genus humanū, & cōgredi cū diabolo, & adipisci hæreditatē & regnū mundi. Ad cuius intelligentiā est notandum sēm Aug. 11. de trini. c. 13. q̄ diabolus nō fuit superandus potentia, sed iustitia. Sed est aduertendum sēm Arist. 5. Eth. q̄ cum iustitia sit perpetua volūtas tribuens vnicuiq; quod suum est, iō duplex est iustitia. Vna dr legalis, alia dr iustitia particularis. Iustitia legalis cōsistit in operationibus quæ fiunt sēm legē, siue iuxta legē. Nā iustitia dr à iuxta. Et illa operatio dr iusta, q̄ fit iuxta legē, eo q̄ nō deuiat à lege nec à voluntate legislatoris, qui intendit ciues facere bonos. C Et sic iusta dr omnis virtus. Iustitia vero particularis est duplex. Vna dr cōmutatiua, quæ fit in cōmutationibus & vēditionibus, quæ cōsistit in proportione, & æqualitate cōmutatorū, quia tunc cōmutatio dr iusta, qn̄ fit iuxta mediū rei, secundū ꝓportionē aritmeticam. s. q̄ vnum cōmutatū non excedat alterum in prætio, vt dr 5. Eth. Iustitia aūt distributiua sit in distributione dignitatum & præmiorum bonorum, cōmunium, iuxta meritū, & proportionē meritorū, sēm mensurā, & proportionē laborum & virtutū, & hoc fit cōparando res, & psonas, sēm proportionē geometricā, vt patet ibidē. Est ergo triplex iustitia. s. legalis, cōmutatiua, & distributiua. Et ideo sēm hanc triplicē iustitiā Xps adeptus est totū genus humanum in hæreditatē, & hoc triplici iure, liberauit & adeptus est genus humanum cum tota hæreditate paterna. s. iure legali, & cōmutatio & distributiuo, probat. Nā de iure legali & hæreditario proueniebat, & pertinebat ad eū tota hæreditas patris. Et per cōsequens iustē potuit assumere bellum, & cōgredi cum diabolo pro iniuria vlciscenda, & præda repetenda, ergo iustē debellauit diabolum, & expoliauit infernum, & liberauit prædam s. fideles vet. test. quos iniustē, & tirannicē possidebat. Secūdò potuit liberare genus humanum iure cōmutatiuo, siue sēm iustitiam cōmutatiua. n. probatur, quia iustū pretium obtulit patri pro relaxatione illius captiuitatis. Nā obtulit seipsum, quod erat pretium infinitum. Primò quia Deus & homo. Secundò quia innocens, sine macula & peccato. Et ideo solus potuit auferre peccatum, & esse pretiū pro peccato, rōne puritatis. Vnde ait August. super Ioāne, & psalmo 50. q̄ solus ille infans innocens esse potuit, qui non ex opere Adam natus est. Et rursus solus ille agnus tollit peccata mundi, qui pcūn non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Et iō q̄a Christus nunq̄ fuit obnoxius peccato in natura nec in persona: ideo solus potuit esse pretiū cōueniēs, & iustū ꝓ peccato totius generis humani. Tertiò adeptus est Xps totum genus humanum in hrēditatē sm iustitiā distributiuam, ex qua meruit totum principatum mūdi in premium laborū suorum, & obediētiæ, & humilitatis, eo q̄ sem impleuit, & fecit volūtatem patris. Et sic patet, q̄ tota iustitia Christi consistebat in tribus. s. in natura, quia filius naturalis. Secundò in puritate, & innocentia, quia omnino sine pcō. Tertiò in humilitate & obedientia quia humiliauit seipsum factus obediēs vsq; ad mortē, ad Filip. 2. Et ideo pp hāc triplicē iustitiā, iustē potuit Christus liberare genus humanum, & adipisci principatum totius mundi in hæreditatē. Et hoc ostendit Dauid in hac particula. Vnde ait Christus, dñs pr, quia est iustus iudex, retribuet mihi hrēditatem generis humani sm iustitiam meā, quia secundum iustitiam legalem mihi debetur, & iustē acquisiui eā, quia sum filius naturalis, & ideo iustē potui cōgredi cum diabolo pro præda repetēda, & pro iniuria patris vlciscenda. Et sic iure potui genus humanum liberare, & de diab. triunfare. Ita etiam pa-

ter

A ter retribuet mihi secundum puritatem manuum mearum, quia purum sacrificium, & prętium pro genere humano sibi obtuli in cruce, qui pcūn non feci etc. Et p cōsequēs secundum iustitiam cōmutatiuam pater relaxauit captiuam hæreditatem, & retribuit mihi eam. Tertiò modo pr retribuit mihi hanc hæreditatem secundum iustitiā distributiuam, eo q̄ fui humilis & obediens patri, quia semper custodiui vias, & præcepta dni, nec aliquid impiè gessi, nec feci alienū à Deo meo, nec quod esset cōtra eius voluntatem, & legem, nec iustitias eius repuli à me. imo semper legem eius ante oculos habui, & opere seruaui. Et ideo semper ero immaculatus, & purus sine peccato coram eo, & obseruabo me purum ab iniquitate mea.

B *Et retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.*

Hæc est secunda pars totius narrationis. Nam postquam Christus ostendit qualiter ex supradicta triplici iustitia meruit liberare genus humanum de seruitute diaboli, et tenebris peccati, nunc in hac secunda parte ostendit quomodo per eandem iustitiam. s. propter puritatem et obedientiam, et humiliatem, meruit dissipare populum iudaicū, et inimicos suos, et subiicere sibi populū gētilem, et sic meruit regnum, et principatū totius mundi. Vnde duo facit in hac secunda parte. Nam primò in generali præmittit cōclusionem intentam. Secundò exequitur de intento, ostendendo quibus armis fuit armatus à patre, et quibus armis armauit discipulos suos ad debellandum, et subiiciendū sibi totū orbem. ibi. Qn̄ quis Deus præter Deum nostrū. Quantū ad primū est aduertendū, q̄ cum Deus p natura sit excelsus et iustus, et oia alia sint infirma respectu sui: Ideo humilia respicit, et alta, et superba à longe cognoscit. Et sic officium suum est humiliare et deprimere superbos, et exaltare humiles, et parcere subiectis, et debellare superbos. Et sic in primordio mūdi debellauit, et eiecit diabolum appetentem exaltari vltra meritum et naturam sui. Et sic depressit Adam propter inobedientiam et rebellionē. Sed quia Christus seipsum humiliauit, vsq; ad mortem factus obediens, ideo pater exaltauit illum, et dedit illi nomē etc. ad Filip. 2. Et sic patet quomodo Deus respondet vnicuique secundum iustitiam suam, et ideo dr

C

metaforicē, superbus cum superbis, humilis cum humilibus, eo q̄ amplectitur humiles, et abiicit, et deprimit superbos. Et sic per eādem iustitiam Christus respondit vnicuique secundum humilitatem, vel superbiā suam. Nam saluauit populum gentilem, quia humiliauit se ad credēdum, et sic exaltauit eū, sed quia populus iudaicus ex superbia et malitia, noluit se humiliare ad credendū Christo, et euangelio, ideo Christus humiliauit eū, et dissipauit, et eradicauit à sēdibus suis, et redegit ipsum in seruitutem. Et hoc est quod dicit Christus in hac parte. Et dominus pater retribuet mihi, supple regnum, et principatum totius mundi. Et hoc secundum iustitiam meam supradictam, scilicet quia filius naturalis obediens et humilis. Et secundum puritatem manuum, et operationum mearum, quia peccatum non feci, nec inuentus est dolus in ore meo, sed semper fui, et sum inter mortuos liber, et factus fui obediens vsque ad mortem in cōspectu oculorum eius. Et deinde Christus conuersus ad patrem subdit.

D

E

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

O pater cū sancto sanctus eris, idest quia semper eris benignus sanctis, tribuens eis præmium secundum iustitiam suam, et eris innocens cum viro innocente, quia sicut ipse innocens nemini nocet, ita tu non nocebis ei, imo tribues ei præmium secundum innocentiam et puritatem suam, et cum electo electus eris, et iustus, iuste ei retribuendo, et cum peruerso eis peruersus secundum peruersionem suam, cum puniendo et tribuendo pœnam pro culpa. Nam sicut ipse se auertit et recessit à te, ita tu auertes faciem tuam ab eo. Vnde nota quòd Deum esse sanctum cum sanctis, nihil aliud est, nisi tribuere eis secundum sanctitatem suā, et Deum esse peruersum, cum peruersis, nil aliud est nisi respondere eis secundum peruersionem et superbiam suam. Et ideo sequitur.

F

Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

Qn̄ tu saluum facies humilem populum Christianū, et humiliabis, et deicies, et reprobabis oculos superborum iudeorum et aliorū obstinatorum, qn̄ Deus superbis resistit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sistit. humilibus autem dat gratiam. Vnde nota quòd Iudæi dicuntur superbi, eo q̃ noluerunt inclinari ad audiendum euangeliũ, confidendo de viribus suis, & præsumendo de scientia sua. Nam Christus venit ad declarandam legem & profetas, & illi totaliter sibi conati sunt resistere & contradicere. Et iõ quia voluerunt resistere gratiæ, meritò occecauit eos malitia eorum, ne intelligerent sacramẽta Dei. Vnde ait apostolus. 2. ad Cor. 4. quod opertum est euangelium his qui pereunt, in quibus Deus huius sæculi occecauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Christi. Ex quibus patet q̃ Deus ita est sanctus cum sanctis, quod humilibus dat gratiam, & populum humilẽ sãlaat, & ita est peruersus cum peruersis, q̃ superbis resistit, subtrahendo gratiam, eo q̃ B ipsi superbi resistentes, nolunt eã recipere. Et occecauit sic mentes iudæorum. Et ideo dicit profeta: Oculos superborum humiliabis, id est occecabis, Sed quia apostoli fuerunt humiles & simplices, quia humiliter Christum receperunt & audierunt. Ideo datum est eis nosse mysterium regni dei &c. Item quia populus gentilis voluit prædicationem humiliter audire, ideo de eo subdit profeta.

Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.

Ad cuius intelligentiam est notandum, q̃ lucerna Christi fuerũt apostoli & discipuli, q̃ per mundum lucem euangelicam portarunt qui exemplo vitæ, & doctrinæ, totum populũ gentilẽ illuminarũt, de quibus ait Saluator Mat. 5. Vos estis lux mũdi, per quã lucernã Xp̃s tenebras populi gentilis illuminauit. De quo populo tenebroso per lumẽ euãgelicum illuminatio dr. Esai. 40. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Et ideo subdit Xp̃s in hoc psal. O pater postquã tu humiliasti & occecasti populum iudæorũ & illuminasti meam lucernam. s. collegium apostolorum, Ideo per eos & prædicationem eorũ illumina tenebras meas. i. populum gẽtilem, qui hucusque in tenebris ambulauit: Et sic per tale lumen euangelicum in te eripiar à tentatione & persecutione, & in Deo meo .i. in virtute Dei mei transgrediar, & penetrabo murum & potentiam populi gentilis, & ipsum mihi subiiciam.

Deus meus impolluta via eius, eloquia domini igne examinata, protector est omnium D *sperantium in se.*

Nam quia Deus meus est supple impolluta & iusta: Iõ via eius. i. lex euangelica est impolluta, nõ habẽs rugã, neq; maculã, & eloquia dñi. s. verba euãgelica sunt multiplici igne & examine examinata, sicut dictum est ps. 11. Iõ sunt tãtæ virtutis, nõ solũmodo ad resistendũ, sed ẽt ad triũfandũ, quia totũ populũ gentilẽ, apostoli, per verbũ euangelicũ subiecerũt. quia Deus protector est omniũ sperantium in se. Ex supradictis patet, q̃ Christus per suã iustitiam, & humilitatem, & puritatem, meruit debellare diabolũ, & liberare, & redimere genus humanũ, & p eam dẽ puritatẽ, & humilitatẽ meruit trãsgredi, & penetrare murũ diaboli, & omnes peccatã originalis, quã actualis, & meruit trãsgredi & superare murũ, & potentiã, & superfitionẽ populi gentilis, & ipsum sibi subiicere. Et sic meruit regnũ & principatũ totius orbis. Secũdò ex supradictis ẽt patet, q̃ omnia verba supradicta nullo mõ possunt literaliter verificari, nec intelligi de ipso Dauid filio Isai, sed de solo Christo, qui fuit iustus & purus, & semper humilis, & obediens patri per quam iustitiam meruit liberare genus humanũ, & adipisci populum gentilẽ in hæreditatẽ, ut magis patebit in sequenti litera.

Quoniam quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?

Postquã superius profeta prædixit, qualiter Xp̃s illa triplici iustitia debellauit diabolũ, & liberauit genus humanũ, & adeptus est principatũ totius orbis, in hac secunda parte F ostendit profetice, qualiter Xp̃s quadruplici virtute debellauit inimicos suos obstinatos, & eiecit diabolũ foras, & subiecit populũ gentilẽ, vbi duo facit. Nã primò ostendit quibus armis & virtutibus fuit armatus, & armauit apostolos, & discipulos ad debellãdos inimicos: secũdò exequitur de intento, ibi Persequar inimicos. Quantũ ad primũ est notandũ, q̃ Christus quadruplici virtute armauit apostolos, & discipulos, & quatuor genera armorũ dedit eis ad debellãdos inimicos, quando misit eos ad prædicandum per vniuersum mundum. Nã primò tradidit eis ecclesiastica sacra. Scdò septẽ dona spũssancti, ad intelligendũ scripturas. Tertiò tradidit eis hoc nomẽ Iesus, in cuius virtute ineffabilia miracula faciebãt, & fuerũt semper victores. Quartò tradidit eis legẽ euãgelicã, in cuius lumine to-

A ne totũ orbẽ illustrarũt, quæ omnia quatuor patẽt Marci vlt. c. quando Xp̃s dixit Apost. Ite p̃ vniuersum mundum, & prædicate euang. oi creaturæ, & baptizare eos in noie patris, &c. In noie meo demonia eicient &c. Et lin guis loquentẽ no uis. Ex q̃b. patet, q̃ hac quadruplici virtute armauit Xp̃s discipulos suos q̃s misit eos ad p̃dicandũ. i. virtute sacramẽtorũ, & virtute septẽ donorũ, & virtute nois Iesu, & virtute legis euãg. Has ergo quatuor virtutes enumerat, & p̃dicit pfeta in hac parte, cũ ait in pſona Xp̃i. Quis Deus pter Deũ nostrũ, aut q̃s Dñs &c. q. d. nullus est protector oium sperãtiũ in se, nisi solus De⁹ & Dñs Tetragrãmatõ, qui est oĩpotens, & sapiẽs, & misericors, & iustus: iõ solus est ipse, q̃ est, protector oĩm sperãtiũ in se, & ideo ipse est De⁹ B potẽs q̃ præcinxit & armauit me virtute septẽ ecclesiasticorũ sacram. ad sananda vulnera pecc. & ideo posuit immaculatã viã meã. Nã sicut ego sui absq; omni petõ cõceptus p̃ naturã, ita ego p̃ gram sacrorũ regeneraui, & feci immaculatã ecclesiã meã, virtute sacrorum. Et nota, q̃ ly quis Deus, debet ordinari cum particula præcedenti, vt sit sensus, quis est Deus protector sperantium in se, præter Dñm Adonai? aut quis Deus fortis, & potens præter Deum nostrum? Et ideo subdit.

Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Deus noster est fortis, q̃ præcinxit & armauit me virtute septem sacramentorũ. Et ideo posuit immaculatã, & innocentem viã meã, vt habetur in Hebræo, quia ecclesiastica sacramenta reddunt hominem sine pecca C to. Secundo armauit me virtute septem donorum Spiritussancti, per confirmationem.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorũ: & super excelsa statuens me.

Perfecit pedes meos. i. Apostolos veloces ad ambulãdũ p̃ mundũ, p̃dicãdo, tanquã pedes ceruorũ, statuẽs me supra excelsa. i. i alto gradu, & pfecto ad aggrediendũ excelsa & arptẽ dona Spiritussancti, ad roborandũ, & resistendũ, & aggrediẽdũ ardua, & excelsa, cõtra mundum, & carnẽ, & diabol. Et ideo subdit.

Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea.

Qui docet & armat, & fortificat manus. i. vires meas ad prælium. Et cõuersus ad patrẽ dicit: Tu pater q̃ es fortis & potẽs, posuisti, & fecisti brachia mea fortissima, vt arcũ æreũ, & ferreũ. q. d. q̃ p̃ ista septẽ dona Spũssancti D fortificasti vires meas, quę nõ possunt flecti ad cõtrariũ, sicut arcus æreus. Fortificasti. n. brachia mea, vt arcũ æreũ ad trahẽdũ sagittas euangelicas, ad penetranda corda hominũ.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Tertiò dedisti mihi protectionem & clypeum salutis tuæ, vt habetur in litera Hier. q̃ clypeus salutis est hoc nomẽ Iesus, quod interpretatur Saluator. quod quidem nomẽ dedisti mihi in protectionẽ. Et dextera tua, quæ est ipsemet Iesus, susscepit & confortauit me. vt habet litera Hieronymi.

Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.

Quartò armasti me virtute & doctrina legis euang. quæ quidẽ disciplina & lex euãg. correxit me in mẽbris meis ab omni vitio, & E ipsamet disciplina docebit omnẽ veritatem. Nam ipsa doctrina euang. perficit hominẽ, eo q̃ simul corrigit & docet. Corrigit. n. inquantũ prohibet omne vitiũ. Docet autẽ & instruit inquãtũ p̃cipit oẽm virtutẽ. Et ideo.

Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea.

Cum tali doctrina euãgelii: dilatasti pedes meos. i. Apostolos per totũ orbẽ subtus me, & vestigia mea. s. populi ad fidẽ cõuersi, non sunt infirmati. Imo per doctrinam euangel. fuerunt à pctõ sanati, & ad oẽm virtutem fortificati & roborati. Et appellat apostolos gressus & pedes, eo q̃ per eos peragrauit mundũ, euãgelium prædicãdo. Et appellat & intelligit vestigia sua populos ad fidem Xp̃i cõuersos, eo q̃ Apostoli q̃ fuerunt pedes Xp̃i, impresserunt vestigia eius in illis populis per baptisinum & prędicationẽ, q̃a in eis impresserunt characterem fidei, spei, & caritatis. De q̃ bus pedibus & gressibus dicit Esa. 52. Quàm pulcri sunt pedes annunciantis pacẽ, euangelizantium bona, Deinde cum subdit.

Persequar inimicos meos & comprehendã illos, & non conuertar donec deficiant.

Exequitur de intento: vnde ait Christus: postquam pater meus armauit me talibus armis sic inuincibilib. cũ audacia persequar inimicos meos iudæos, & cõprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. i. non reuertar nec cessabo donec consumam eos.

Confringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Cõfringã illos & superbiã illorũ: nec pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A runt stare nec surgere, & cadent subtus pedes meos. Hoc dicit: q a postq̃ Iudei semel ceciderunt à regno & sacerdotio, nunq̃ amplius potuerũt surgere, nec sacerdotiũ, nec libertatẽ recuperare. Sed semp erunt subiecti & captiui sub pedib. christianorũ. Est tamen aduertendum, q̃ ea quæ sunt dicta in his duobus versib. licet principaliter sint intelligenda de destructione populi Iudæorum, tamen etiã possunt intelligi de destructione populi gentilis, licet aliter & aliter. Nam in populo gentili destruxit tantum errorem, & detestabiles ritus. Sed suscitauit in eis fidem & lumen veritatis, & subiecit eos iugo fidei, quæ est maxima libertas: Iudæos autem destruxit quantum ad corpus & animam, & libertatem, & lumen mentis. Deinde cum dicit.

Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me.

B Et p̃cinxisti me virtute. Explicat modũ destructionis, & captiuitatis Iudę. Ad cuius intelligentiã est notandũ, q̃ sicut Xp̃s armauit Apo. armis spiritualib. ad debellandũ mũdũ & diab. vt dictũ est: Ita pariter armauit Titũ cum exercitu Rom. ad destruẽdum cum armis tẽporalib. totum popu. & ilatum Iudæorũ. Ideo Xp̃s ad patrẽ, Tu pater præcinxisti, & armasti me virtute & potentia temporali ad bellum cõtra iudæos, & per Titum & Romanos supplantasti, & eradicasti, & dispersisti iudæos insurgentes, & rebellantes cõtra me, & subiecisti eos subtus me, & dedisti mihi iudæos inimicos meos dorsum .i. vt sint dorsum sup quod sedẽt, & calcãt christiani, & calcant tanquam seruos & captiuos, q̃a dorsũ eorũ semp est incuruatũ ad seruitutẽ.

C *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.*

Istos Iudęos inimicos meos me semp odio habentes, à sedib. eorum eradicasti, & dispersisti. Nã quosdã trucidasti, & quosdã fame cõsumpsisti, & quosdam per mundum captiuos dispersisti. Deinde cum dicit.

Clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad dominum exaudiuit me.

Clamauerunt. Explicat sedam plagã Iud. q̃a nõ solum sunt reprobati & abiecti à Deo tpaliter, sed ẽt spiritualiter. Nam ante aduentũ Xpi, licẽt multotiẽs fuerit flagellati & captiuati, tñ clamabant ad Dñm & exaudiebat eos, vt patet p totũ discursum lib. Moysi, & Iosue, & iudicum, vt dictum est in captiuit. Babylo. & p̃secutione Maccabęorum. Sed in hac captiuitate, post pas. Xp̃i, ita clausum est eis cęlum, q̃ oiones non exaudiunt à Deo: Ideo in hac capti. pleuerauerunt per. 1430. annos, q̃ enumerant à passione Xp̃i, vsq; in hodiernum diẽ, q̃a trãslato sacerdotio & sacrificio, trãslata fuit ẽt oro. Et sic oro eorum vertit in pctũ, q̃a nõ verum Deum adorant, nec orãt, vt dictum est ps. 13. Et ideo quãdo Iudæi clamabant ad Deum in illa obsidione Ro. nõ fuerunt exauditi: q̃a iam erat eis cęlũ clausũ: q̃a extra eccl. nemo exaudiẽ, nõ solũ ad salutẽ spũalẽ, sed nec ẽ tpalem. Ideo dicit Xp̃s, q̃ Iudæi in illa obsidione clamauerunt, nec erat q̃ faceret eos saluos. Nam in oibus aliis oppressionib. & captiuitatib. misit eis aliquem saluatorem & liberatorem, sed nunc non fuit, nec est qui eos saluet, imo permisit Deus eos vastari & deleri. Ideo sequitur.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearum delebo eos.

Cõminuam vt puluerem ante faciem vẽti, & dispergent, & delebo eos de terra promissionis, & de sacerdotio, & sacrificio. Vt deleẽ lutum platearum, & proiiciẽ extra ciuitatẽ ad loca immunda, ita ipsi proiicientur à templo & sacerdotio, tãquam immundi & abominabiles Deo. Et sic sacrificia & orationes nõ erunt Deo acceptæ, imo abominabiles.

Eripies me de contradictionibus populi constitues me in caput gentium.

Eripies me de cõtra. Hic p̃dicit electionem populi gent. & obedientiã, p̃ p rebellionẽ p̃q̃ populi iudaici. Vnde notandũ, q̃ populus Iud. quinq. notibus nuncupat̃ s. populus cõtradictionis, & tentationis, & populus alienatus, & populus claudus, & populus mẽdax, & populus inueteratus. Primo dr̃ pop. cõtradictionis, q̃a semp Deo cõtradixerunt, vt patet Num. 20. apud aquã cõtradictionis, q̃a nõ poterãt credere Deũ posse eis elicere aquã de petra: q̃d fuit figura, q̃ cũ vera petra veniret. s. Xp̃s ipsi erãt cõtradicturi. Nã viderunt exire aXp̃o verã Aquã sapiẽtię, & virt. miraculorũ, & tamẽ nõ crediderunt, imo ipsi cõtradixerunt. Item dr̃ populus tentationis, q̃a semp Xp̃m tentauerũt: q̃a licẽt viderunt doctri. & miracula, tamẽ adhuc signũ de cœlo q̃rebant tentãtes, vt patet Mat. 12. & Luc. 11. & sic semp eũ tẽtauerũt, sicut tentauerũt eũ in rupe Oreb, & tẽtauerũt decies in deserto. Nu. 13. Itẽ dicuntur filii alieni, siue alienati, q̃a cum esset populus electꝰ, & hæres, repudiauit hęreditatẽ, quando Christũ in lege promissum negauit. Et

A Et sic alienatus est à vulua legis. Itẽ dicit populus mẽdax, quia mentiti sunt Deo & legi: q̃a p̃miserũt imo maledictione recipere Messiã in aduẽtu suo, sed tamẽ crucifixerunt eũ. Item dr̃ populus inueteratus in malitia, q̃a ab initio semper patres eorũ fuerunt rebelles & occisores profetarum. Et sic ipsi secuti sunt eos, vt eis improperat Xp̃s. Ioa. 8. & Mat. 22. Itẽ dr̃ populus claudus, quia claudicauit, & deuiauit à semitis legis, cum Christum non recepit. Ideo bene merito iste populus reprobatus est à Xp̃o. Sed per oppm̃ populus gẽtilis, qui nunquã habuerat legem, nec p̃fetas, illico recepit Xp̃m in aduentu suo, nec ei contradixit, nec vidit eũ prædicantem, nec miracula facientem, sed ad solã prædicationem Apostolorũ obediuit Christo, & ipsum recepit. Et hoc est quod hic dicit Xp̃s in persona

B capitis. O pater, tu eripies me de cõtradictionibus populi iudaici ipsum reprobãdo, & cõstitues me in caput, & principẽ gẽtiũ. i. populi gẽtilis ipsum eligẽdo. Vñ populus iudeorũ dr̃ populus cõtradictionis. Primò, quia Deo cõtradicunt eũ mihi cõtradicunt. Secõ contradicunt legi & p̃fetis, qui de me scripserũt. Tertiò cõtradixerũt iudæi sibiipsis. Nã q̃dam dicebãt q̃ bonus est, & alii q̃ nõ, sed q̃ seducit turbas. Et sic schisma semp fuit, & erit inter eos. De his ergo cõtradictionibus pp hoc eripies me, illũ reprobando, & cõstitues me in caput populi gentilis ipsum eligendo.

Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Cõstitues me inquã in caput populi gẽtiC lis, eo q̃ ille populus gẽtilis quẽ nõ cognoui, q̃a legẽ ipsi nõ dedi, nec apud eũ miracula fecit, nec ego in p̃sona, ipsi p̃dicaui, tñ in solo auditu, ex p̃dicatione Apostolorum obediuit, & seruiuit mihi, legẽ euãgeli. & baptismũ recipiẽdo. Iõ mihi ipsũ desp̃sauit, & vniui p fidẽ & populus qui erat alienus, factus est proprius, sed oppositum fecit populus Iudaicus.

Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Nam ipsi qui erãt filii propriꝰ, q̃bus facta erat p̃missio hæreditatis, facti sunt alieni me negando. Et sic alieni, & alienati mẽtiti sunt mihi, nõ seruãtes quod in lege promiserũt. Deuter. 18. per totum. Itẽ mentiti sunt legi Moysi, & profetis qui de me scripserũt. Et in ueterati sunt in peccatis patrũ suorũ, q̃a fuerunt homicidæ sicut patres eorũ. Nã sicut patres eorum occiderunt p̃fetas, qui locuti sũt de Xp̃o: ita ipsi filii occiderũt, & p̃secuti sunt Xp̃m de quo locuti sũt p̃fetæ. Et sic inueterati sunt in malitia patrum suorum, qui semp Deo cõtradixerunt. Itẽ inueterati sunt, quia noluerunt in Xp̃o reuocari, nec seruare legẽ: imo claudicauerunt à semitis suis. Vnde nota sedm Apostolũ ad Ro. 10. q̃ Christꝰ est finis legis, quia lex & p̃fetæ dirigunt̃ in Xp̃m, tamquã ad finẽ. Nã sicut oẽs lineæ ductæ à circũferentia circuli terminant̃ ad punctũ mediũ & centrũ, ita tota lex & p̃fetæ terminãtur in Xp̃m, tanq̃ ad centrũ, & terminũ legis & p̃fetarum. Vñ oia gesta, & mysteria, & dicta vet. test. dirigebãt in Xp̃m tanq̃ in terminũ, & erãt viæ & semiæ in eum. Et sic lex duxit illũ populum à Moyse, vsq; ad Christum, p̃ semitas suas & præcepta. Sed q̃ Iudæi fuerunt p̃pe terminum, errauerunt, & claudicaeerunt a semitis suis, q̃ ipsum Christum & terminum E negauerũt. Et sic errauerũt ab vtero & via & semitis legis, & locuti sunt falsã cũ dixerunt: Nõ habemus regẽ nisi Cæsarem, & hunc nescimus vnde sit &c. Vnde nota q̃ claudicatio huius populi fuit figurata Gen. 32. q̃ Iacob luctãs cum Angelo mãsit claudus pede, eo q̃ emarcuit neruus femoris eius, & sic gradiebatur vno pede recto & firmo, & altero claudo per q̃d fuit figuratum, q̃ vna pars filiorũ ei' debebat incedere pede recto, quæ fuit illa q̃ recepit Christum & legẽ euãgelicã. s. discipuli, & exteri cõuersi, sed altera pars mãsit claudа & obliqua. s. oẽs negantes & obstinati, q̃a claudicauerunt à semitis legis in Xp̃m dirigẽtis. Et sic bene merito iste populus factus alienus, & mendax, & claudus, & contradicens, fuit reprobatus, & gentilis factus obediens, F electus & capiti Christo incorporatus.

Viuit dominus & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

Hęc est tertia pars principalis & vltima in qua Christus claudẽdo agit gratias in forma serui p̃ beneficiis receptis. Vñ ait. Viuit. i. viuat dñs, & benedictus. Deus meus, & exaltetur &c. Vnde nota q̃ Christus in hoc versiculo in p̃sona corporis mystici cõfitet mysteriũ trinitatis, & ratio est, nã supra dixit q̃ Iudæi mentiti sunt ei, & claudicauerũt à semitis suis. Nã Iudæi dr̃ mendaces, inquantum falsificant legem, falsõ modo intelligendo, & glossando, retrahẽdo & peruertendo à vero sensu. Et dicuntur claudi, inquantum incedũt vno pede recto & alio obliquo, nã incedunt vno pede sano, inquãtũ cõfitent vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Deū creatorē cæli & terræ. Sed claudicāt altero pede, inquantū negāt Xpm esse Deū & Messiā in lege promissum, & redemptorē & saluatorē oium &c. sicut tota scriptura testatur. Et sic negādo Xpm, negāt totā scripturā & claudicāt ī ea. Et iō Christiani habēt fidē rectā & orthodoxā, qui cōfitentur Deū vnū in substātia & essentia, & trinū in psonis, & filiū incarnatū qui est Xps saluator, & redēptor, & Messias. Et sic populus Christianus tenetur reddere, & agere gratias Deo, q dedit sibi talē fidē. Et iō Xps in forma serui, & in psona ecclesiæ confitetur oēs tres personas in vna essentia. Et primò cōfitetur personā pris cū dicit: viuit dominus, pater supplè. Secdò cōfitetur psonā spūssancti, cū subdit, & benedictus Deus meus, ad denotandū q spūssanctus est Deus. Tertiò cōfitetur personam filii incarnati. cū subdit: Et exaltetur Deus salutis B meæ, ad denotandū q filius est Deus & saluator, & per cōsequēs Deus & hō Messias in lege ꝓmissus. Vnde nota q patrē nō appellat Deū, sed dominū siue Adonai, eo q in hoc loco scribitur cū quatuor literis, q nomen sic scriptū soli Deo cōpetit. Sed explicando appellauit Deū spiritumsanctum & filium, ad denotandum q sunt cōsubstantiales patri & inter se, sed specialiter appellat filium Deū salutis, ad denotandum, q solus est incarnatus, & passus &c. Et sic patet q Deus est trinus & vnus, quam fidem sola religio Christiana profitetur. Et ideo ad denotandum q omnes istæ tres personæ sunt vnus Deus in substantia, subdit Christus in forma serui.

Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis C *meis iracundis.*

Deus inquā qui das vindictas mihi. i. tu es Deus trinus qui das vindictas mihi. q. d. sicut liberasti Dauid de manu Saulis & Absalō, & cęterorum inimicorum, & dedisti ipsi de omnibus vindictā & victoriam, & finaliter subdidisti omnes populos. 12. tribuum, & populos finitimos. i. Amonitarum, & Idumæorū, & Moabitarum, quæ omnia fuerunt in figura mei: Ita tu es Deus, & liberator meus de inimicis meis, tām iudæis quām tyrānis iracūdis & persecutoribus, qui das mihi vindictas de eis primò de iudæis: secundò de tyrānis, & finaliter subdis omnes populos sub me per fidem, à solis ortu vsque ad occasum.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me.

Nō solū liberasti me de iudeis inimicis irā D cundis, sed etiam exaltabis mē ab insurgentibus tyrānis & hæreticis, qui cōtra ecclesiam meam insurgent, & eripies me ab omni viro iniquo tā hæretico quā tyrāno, & psecutorē

Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam.

Ipsis propterea iudæis merito reprobatis cōfitebor in nationibus. i. in populo gētili, & nomini tuo psalmū dicā, qa ecclesia cōgregata ꝓ maiori parte de populo gētili cōfitebit nomini tuo. Io. 10. q dr nome Dei tetragrāmatō, vt dictū est in ꝓlogo tractatu. 4. & ps. 13. & septies in die cātabit tibi psalmodiā, & ꝓpria diuina & canonica officia, ꝑm sesthuitates, ad honorē & memoriā incarnationis & natiuitatis, & passionis, & resurrectionis &c. Et totū hoc faciā in ecclesia eo q Deus pī est B

Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiā Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

Magnificans salutes regis eius. i. quia sem per magnificauit Christum regem eius, & Messiam ab eo missum in oibus actibus humanæ redemptionis & salutis, qui magnificauit eum in incarnatione, & in natiuitate, quando omnes creaturæ & demones dederunt signa suæ natiuitatis, vt dictum est, & magnificauit ipsum filium in baptismo, cum dixit: Hic est filius meus dilect⁹ &c. Hoc idē fecit ī trāsfigurationē. Itē magnificauit eius prædicationē per signa & miracula. Itē magnificauit eius passionē, quia terra mota est & petræ scissę sunt, & factę sunt tenebręsup vniuersam terram &c. Item magnificauit eius descensum ad inferos, quia fregit portas æreas, & vectes ferreos cōfregit, & cū triūfo F & pōpa nobili prædā recuperauit. Itē magnificauit eius ascēsionem, qū ascendit in altū ca ptiuā ducēs captiuitatē, & Angeli dicebant. Quis est iste qui venit de edom. Et sic Xps sedit à dextris dei, & obtinuit vniuersalē prā tē in celo et in terra. Ex quo patet, quod pī magnificauit salutes Christi regis eius. Item est faciens multas misericordias Christo suo Dauid mystico. Primò in capite, ꝓpter suprā dictas rōnes, quare liberauit ipsum ab inimicis, et dedit ipli ūdictas & uictorias ut dictū. est. Secdò ex cōsequēti est semp faciēs misericdias semini Christi. i. populo Christiano per baptismū regenerato. Et hoc durabit vsq; in finē, quia licet ecclesia passa sit multas tribulationes, & persecutiones ꝓ hæreticos, & tyrannos,

A rannos, & patietur vsq; ad Antichristū, tamē Deus semper liberauit eā finaliter, maximè cū Christus restituet regnū Deo patri, ad q nos pducat &c. Ideo ait Christus. Dns pater quia iustus retribuet mihi hereditatē generis humani ꝑm iustitiā meam, qa de iustitia legali, & iure hæreditario mihi debet, eo q sum filius naturalis eius. Ideo iuste potui cōgredi cum diab. pro iniuria vlciscēda, & pda repetenda. Et sic iuste potui liberare genus humanū de captiuitate. Item etiam pater retribuet mihi ꝑm puritatē manuū mearum, qa purum sacrificiū, & prætiū obtuli ipsi in cruce, qa obtuli meipsum in prætiū, q pcūnō feci &c. Et ꝓ cōsequens iure cōmutatiuo, & ꝑm iustitiam cōmutatiuā relaxabit pī captiuitatē & hereditatē & pdā, & retribuet mihi B eam. Tertiò pater retribuet mihi hanc heredi tatem secundū meam iustitiā distributiuam, eo q ratione humilitatis & obedientiæ debet mihi de iure, & de iustitia distributiua: profbat. Quia fuerim humilis & obediēs, eo q cū ftodiui semper vias Dñi, nec impie gessi nec feci aliquid alienū à Deo meo, nec q esset cō tra eius voluntatē & legē. Ex toto isto ps. post sunt recolligi. 16. cōclusiones, in quib. cōfstit tota sniā huius psa. Prima cōclusio est, q pater in omnib. fuit fortitudo, & refugium, & protector, & liberator Xpi inquātū est homo nō solum ratione sui sed & ratione membrorū. Secunda cōclusio, q oēs infirmitates, & miseriæ, & dolores inferni cōprehēderunt Xpm, quo ad pēnā, sed nō quoad culpā: sed cōprehēderunt eius membra, quoad culpā & pēnā. C Tertia cōclusio, q sicut filii Israel clamauerūt ad Dñm, vt liberaret eos de illa seruitute, & afflictione Aegypti: Ita patriarchæ & profetæ, & oēs fideles vet. test. clamabant ad Dñm, vt mitteret filiū suum, & liberaret totū genus humanū ab afflictione, & seruitute pcti. Quarta cōclusio q sicut Deus audiuit vocē, & clamorē filiorū Israel in Aegypto, & in mari rubro, & liberauit eos ꝑ Moysen: Ita audiuit clamorem fidelium vet. testa. & misit filium suum ad liberandū eos de seruitute pcti. Quinta cōclusio, q Xps in hoc psa. dr liberator, & liberatus s. liberator in capite, & liberatus in membris. Sexta cōclusio, q filius attribuit patri totum opus nostræ redēptionis, inquantū acceptauit suā passionē in prætium, qa nostra redemptio erat in patre protestatiuè & auctoritatiuè, & humilitate Xpi meritoriè, & instrumentaliter. Et sic tam pater quā filius dicit redemptor noster. D Septima cōclusio, q triplici iure Xps liberauit genus humanū, & adeptus est principatū mundi. Primò iure hæreditario & legali, eo q filius natur. Secdò iure cōmutatiuo, qa iustū ptium obtulit rōne puritatis & innocentiæ. Tertiò iure distributiuo rōne humilitatis, & obediētiæ, & laboris, qa semper impleuit voluntatē patris. Octaua cōclusio, q Deus dr sanctus cū scīis, & puerfus cum puerfis esse ctiuē, eo q vnicuiq; tribuit ꝑm iustitiam & meritum, qa parcit humilib. & debellat superbos. Et sic populū gentilē & humilē saluauit, & populū iudaicū superbū & obstinatū dissipauit, & subiecit. Nona cōclusio, q quadruplici virtute armauit Xps Apost. quando misit eos ad prædicandū. s. virtute septem donorū Spir. san. & virtute huius nois Iesus, & gladio euangelicæ doctri. ad ferienda corda E hoim. Decima cōclusio, q his quatuor armis supradictis Apo. debellarunt totum orbē, & Xpo subiecerunt. Vndecima cōclusio, q sicut Christus ꝑ Apo. debellauit totū populū gentilē, ita ꝑ Ro. debellauit iudæos. Duodecima cōcluho. q populus Iudaicus nō solū fuit dissipatus tpaliter, sed etiam spiritualiter: eo q ora legalia sunt eis mortifera, & orationes inanes, imo odiosæ in blasfemiā apud Deū. Decimatertia cōclusio, q ille populus benemeritò fuit reprobatus, qa semp Deo cōtradixit. Ideo dr populis cōtradictionis in vtro q; testamēto. Decimaquarta cōclusio quod quadruplex nomē sortitus est ille populus in hoc psa. in pernicię sui post aduentū Xpi. Nam primò dicit mendax, qa in veritate legis nō stetit, imo fecerunt legem mendacē, & F profetas, & Deū, quando negarunt Christū. Secdò dr claudus, qa claudicauit, & deuiauit à termino, & fine legis, q erat Christus. Tertiò dicitur alienus, qa cū esset filius Abrahæ & Israel ꝑm carnem, quib. facta fuerat promissio, ipse degeneravit & factus est alienus negando Christum. Quartò dicitur inuetera tus, qa secutus est mensurā patrum suorum q occiderunt profetas & mālit obstinatus in sua malitia. Decimaquinta conclusio q Xps reprobato populo iudaico factus est caput populi gētilis q sibi obedierūt. Decimasexta cōclusio q Xps de trib. triumfauit. Primò de diab. ipsum expoliando. Secundò de Iudæis ipsos reprobando & dissipando. Tertiò de populo gentili ipsum iugo fidei subiiciendo. Et sic patet tota sententia huius psalmi.

PSAL-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PSALMVS XVIII.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Titulus. In finem psal. Dauid. ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc psalmū dirigens nos in Xp̄m, & legem euāgelicā, q̄ erat finis legis vete. Iō spretis, & omissis fabulis iudæorū de materia huius psalmi, & sequendo doctrinā apostoli ad Ro. 10. q̄ ex scriptura huius psalmi ꝓbat euāgelium esse publicatum ꝑ totū orbem, est dicēdum ꝙ Dauid in hoc psalmo p̄dicit publicationem euāgelii, & perfectiones & fructus eius. Ad cuius intelligentiā est aduertendum, ꝙ sicut tota ecclesia dī vnus homo mysticus, ita pariter dī vnus mundus mysticus. Nā sicut totus iste mundus sensibilis & visibilis constat ex cœlis & elementis, ꝑ membris, & ex sole, ꝑ capite, & principio omnium ḡnabilium & corruptibilium, ita ecclesia cōstat ex sole, q̄ est Christus sol iustitiæ, & cœlis q̄ sunt apostoli, & stellis q̄ sunt doctores, & sancti viri, & ex terra q̄ sunt populi fideles. Nā sicut sol influit, & mittit virtutem suā in cœlos & stellas, & cœli influunt in terrā & elementa, ita Christus influxit euāgelicā doctrinā, & sacra in apostolos, & apostoli in populos. Hoc ergo præuidēs Dauid in spū contēplādo dispositionē huius mundi sensibilis fecit hunc psalmum, inquo tria facit. Nā primò prædicit publicationem euangelii per apostolos per vniuersum mundum faciendā, & hoc per dispositionem cœlorum, & cursū, & influxum solis. Secdò prædicit ꝓprietates, & dignitatem, & perfectionem, & fructus, & præmium legis euangelicæ. Tertiò petit gratiam, vt valeat legem euangelicā obseruare.

Secunda ibi. Lex dñi. Tertia ibi, Delicta qs intelligit, Quantum ad primum est aduertendum, ꝙ sicut in mundo sensibili est dare diē q̄ causat ex p̄tia solis super terrā, & noctem q̄ causat ex absentia solis super terrā. Ita pariter in ecclesia q̄ dī mundus mysticus & figuratus, est dare vnum diem & vnam noctē. Nox aūt fuit ab Adam vsque ad Christū facta pp p̄tū Adæ, & absentiā solis q̄ dī Christus. Dies autem incepit à baptismo, & prædicatione Christi, quia tunc Christus sol iustitiæ incepit mittere lumen euangelicum, & influentiam ecclesiasticorum sacrorum sup vniuersam terram. Et hic facta est dies ex præsentia Christi, & euangelii super terram, de quo die & nocte ait Apost. ad Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Item sicut in nocte nō apparet sol, sed solum apparet cœlum stellatum, & dī firmamentum, in quantum videntur stellæ in illo fixæ, q̄ stellæ & maxime Venus, q̄ dī lucifer, cum cæteris planetis in noctæ apparentibus præuntians aduentum solis, & diem futurum ꝓpinquum, Ita pariter secundum Gre. primo moralium cap. 10. Christus in nocte legis veteris præmisit patriarcas, & profetas, tanq̄ stellas prænunciantes aduentum suum. Et sicut sol in suo ortu pellit & fugat omnes tenebras noctis, & nō amplius videntur stellæ, sed oia sunt manifesta in terra, & omnia videtur clara, tam cœlum q̄ elementa, quia in omnibus manifestatur, & apparet imago solis, ita pariter in aduentu Christi, cessauerunt omnes visiones & profetiæ, & omnia quæ latebāt sub umbra, & litera noctis uete. testa. fuerunt in Christo, & per Christum manifesta & clara. Et sicut tunc nox firmamenti. s. patriarchæ, & profetæ prænunciabant nocti. i. synagogg, & in nocte scientiam, & aduentum Chri futuri, ita pariter Chris, qui est verus dies eructauit verbum euangelicum Dei. i. collegio apostolorū iam in dies gr̄æ exñti, & ipse dies .s. collegiū apostolorū eructauit, & enarrauit verbū euangelicum dici. i. toti ecclesiæ, quæ iā ambulabat in die, & gr̄a, & lumine Christi. Et hoc est ꝙ intendit dicere Dauid in hac prima parte. Vnde ait: Cęli, i. apostoli à Christo q̄ est sol iustitiæ illustrati in die Pēt. enarrant gloriam Dei in nouo test. q.a per totum orbem prædicant euāgelium Christi, in quo manifestatur gloria, & omnipotentia, & sapientia, & iustitia, & mia Dei. Et firmamentū .i. cœtus patriarcarum & profetarum annunciat opera eius. Et est figura quæ dī histeron proteron. i. prępositio, & postpositio, nam secunda clausula debet pręponi. Nam prius in vet. test. patriarchæ prænunciarūt hmōi mysteria Christi & ecclesiæ. Debet ergo litera sic ordinari, ꝙ sicut in vet. test. firmamentū. s. cętus patriarcarum & profetarum annunciant opera Dei per Christum faciendā: ita pariter cœli. i. apostoli enarrant gloriam Dei, & legē euangelicam in nouo test. q.d. ꝙ ea quæ lex vetus prænunciauit de Christo in vet. test. eadem enarrant apostoli, & prædicarūt esse cōpleta in nouo test. Vnde sicut apostoli dicuntur cęli noui testa. ita lex vetus dicitur firmamentum vet. test. Vnde nota, ꝙ hæc est differentia inter scientiam & verbum. Nam scia dicitur vt, est in habitu intra intellectum absconsa. Sed cum scientia dicit verbū, inquantū ad extra ꝑ vocē in manifestatur. Ita ergo pariter mysteria Xp̄i & ecclesiæ dicunt scientia, inquantū erāt in vetero leg. vet. test. absconsa ante aduentum Christi, Sed eadem mysteria dicuntur verbum, qñ per Christū & Apost. fuerunt in mundo in manifestata. Ideo sequit.

Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.

Dies Xps eructat verbum euang. ipsi diei .s. collegio Apostolorum, & Apost. eructant ipsummet verbum euang. diei. i. toti ecclesię, quę post aduentum Xp̄i incepit in die ambulare, & nox, s. vetus annunciat & prænunciat scientiā Xp̄i futuri ipsi nocti. i. synagogæ vet. testam. q.d. sicut ante aduentum Christi lex Moysi prænunciauit synagogæ scientiam & mysteria Christi futuri, quæ in ea erant clausa, ita post aduentum Christi dies. s. Christus & Apo. eructant & manifestant verbū euāg. in quo omnia legalia sunt manifestata & impleta. quia vt dicit Augu. in libro de catezizandis rudib. nil aliud est test vetus, nisi occultatio noui, & nouum test. nil aliud est nisi manifestatio veteris. Et nota ꝙ collegium Apost. appellatur dies in hoc loco. Sed Christus magis dicitur dies, & Apost. horæ huius diei. Nam sicut dies artificialis habet 12. horas ita Christus qui est verus dies habuit 12. Apostolos, & ideo Apost. sunt 12. horæ diei qui est Christus ſm Aug. super Ioā. 11. Ideo dixit Christus Apost. Nonne 12. horæ sunt &c. Ex quo patet ꝙ tam Christus quàm Apostoli dicuntur dies. Iterum est aduertēdum, ꝙ ly nox nocti indicat scientiam: maximè verificatur de synagoga pro statu isto. Nam synagoga ceca & tenebrosa vult indicare scientiā legis ipsi nocti .s. populo ceco iudæorum, cū ipsa sit ceca, nullam habens scientiā nec intelligentiā legis, & profetarum. Iterum est aduertendum, ꝙ per ly firmamentum, potest intelligi ecclesia simplicium, nam sicut cęli mittunt suam influentiam ad terram quę dicitur fundamentum, & centrum mundi, ita Apost. miserunt influentiam euang. supra totam ecclesiam manifestantur Christi opera per miracula & ecclesiastica sacr. q.d. sicut cœli. i. Apostoli enarrant gloriam Dei per prędicationē, ita firmamentum. i. ecclesia annunciat opera Dei quæ facta sunt in ipsa. Item iste versiculus potest referri ad principium nostræ miseriæ, & nostræ resurrectionis, nam tunc nox nocti iudicauit scientiam, qñando Serpens tenebrosus dixit Euę. Quo hora comederitis, eritis sicut Dii scientes bonum & malū. Sed nunc dies diei eructauit verbum, quando Angelus Gabriel dixit. Aue gratia plena: concipies &c. Sed prima expositio videtur melior. Nam sequitur.

Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

Non audiantur, i. nō intelligantur voces. i. idiomata eorum: quia in die Pent. receperūt Apost. septem dona Spiritus sancti, inter quæ receperunt omnia genera linguarum. Et sic loquebātur variis linguis, nec fuit aliqua lingua eis ignota, nec lingua quæ voces eorum non intelligeret: nec fuit aliqua pars mundi nec prouincia eorum prædicat. non audiret. Nam Bartholomęus & Thomas prædicauerunt in India maiori & minori citra & vltra Gangem: & Matthæus in Aethiopia: & Andreas in Syria: Iacobus in Hispania: Cæteri aut in medio terræ. Litera. Hic habet: Nō est dictum, nec sunt verba, quib. non audiatur vox eorum: & tunc est sensus, ꝙ vox Apost. fuit audita, & intellecta per omnes linguas, & nationes mundi. Ideo subdit.

In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

In oēm, inquit, terrā exiuit sonus. i. prædicatio eorum, & in fines orbis terrę verba eorum euange. Et sic nulla fuit pars in mundo aut lingua, ad quam nō peruenit euangeliū, aut per Apo. aut successores eorū. Vnde licet Apost. non trāsierunt ad Hunnos, & Gottos, q̄ habitabant in orbe ignoto, & inaccessibili vltra Mæotidem p̄laudē, tamen in die Nati. oia idola eorū clamarunt regē pacis, & Dñm totius mundi fuisse natū in medio mundi. Et sic congregati oēs Gotti, & Hunni duobus agminib. factis & relictis sedibus transierunt Mæotidem plaudē sup aquas glaciales. Et sic puenerūt ad partes nostras, & per successionē tpis baptismū susceperūt. Ex quo patet, ꝙ ex diuina ꝓuidentia illud factū est, vt possent audire vocem euāg. Et hoc idem factū est apud Aethiopes. Vñ Vir. in 6. Huius i aduētu iā nūc & caspia regna Rūsis horrēt diuū, & Męotica tellus: Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. Ex quo patet ꝙ lex euang. p totū mundū fuit publicata, & prædicatio Apl̄orū ꝑ oēs linguas fuit manifest. vnde sicut Deus ꝑ cęlos, & stellas nat. influctias ad generādū ista inferiora mittit & viuificādū &c. ita christus per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stus per tuos Apostolos misit suas spirituales & euangelicas influentias in suã ecclesiã toto orbe diffusam ad regenerandos fideles, & nutriendos, & conseruandos &c. Et hunc versiculum allegat Apost. ad Ro. 10. vbi probat fidem euangelicam per totum orbem terrarum ab Apostolis esse publicatam.

In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Hic ostendit vnde, & à quo illi cœli supra dicti habuerunt & traxerũt hãc virtutẽ tam efficacem, & qs fuit ille qui fecit hunc diem in ecclesia. Ad cuius intelligentiã est notandũ q̃ nõ solum gesta patriarcarum & profetarum vet. test. fuerunt figura Christi & ecclesiæ, vt dictũ est, sed etiam productio & dispositio creaturarũ, & totius machinę mũdi fuit
B figura cõceptionis, & natiuitatis Xpi, & nostræ regenerationis vt inq̃t Aug. cõtra aduersarum legis & profetarũ, sicut magis patebit ps. 103. Et ideo Dauid volens ostendere mysterium natiuitatis Christi, & modũ publicationis legis euãgelicę, & vniuersalẽ, & quasi subitã illustrationẽ ecclesiæ per euang. Xpi, adducit in figuram ortum solis, & lationem, & cursum eius, & girum super terram, p quẽ girum, & lationẽ causat diem: & loquitur hic quasi modo poetico, & figuratiuo de solis ortu. Vnde est ãduertendum fm modum loquendi poetarum, q̃ sol est filius aurorę, & aurora est filia noctis. Nam ex nocte nascit aurora, q̃ est nobilior & clarior nocte, & ex aurora nascitur sol, q̃ est clarior & nobilior q̃ aurora. Et ideo aurora dicit talamus solis, quia anteq̃ oriatur videt regi in thalamo au
C rorę. Et sic procedit ex aurora tanquã sponsus ex thalamo. Veruntamen licet Sol naturalis videat rectus in illo thalamo aurorę, q̃ dicit aer supremus, & illuminatus: tamẽ Sol semp manet in sua sfera semp lucens sine tenebris. Nã talis apparentia est quò ad aspectum nostrum. Itẽ licet videat sol, quò ad nostrũ aspectũ, procedere, & nasci ex aurora noctis, tñ ortus & egressus est à sũmo cęlo in quo manet: q̃ q de cœlũ est multo altius & superius aurora ipsa. Et sic sol procedẽs ab aurora, & egrediẽs à summo cęlo, discurrit sup vniuersam terrã, & gyrãs eam in 24. horis regredit ad eundẽ locũ. Et sic causat diem, & illuminat partes terræ. Ita ergo parisratione intendit, & dicit Dauid, quod Christus q̃ est Sol iustitiæ & filius Marię virginis fm humanitatem. Quæ quidẽ virgo dicitur aurora per puritatẽ, & gratiam ornata, & nata ex nocte D leg. vet. s. ex tribu Iuda, & stirpe Dauid, & p cõsequens ex vtero legis: & tamẽ ipsa nõ traxit tenebras noctis peccati, eo q̃ in ea splendebat & lucebat Sol iustitiæ, & ipsam irradiabat per specialẽ gratiã, ideo Christus nõ processit ab ea tanquã vir de thoro maritali & corrupto, sicut nos omnes processimus, sed tanquam spõsus de thalamo virginali. Et sic vterus virginalis & intactus dicit aurora, & thalamus intemeratus, à quo, & de quo Christus processit, & ideo dicit Dauid: q̃ verbum æternum posuit, & præparauit tabernaculũ suum in sole humanitatis assumptæ. & ponitur transitiuè. q. d. q̃ ipse, qui est sol posuit se in tabernaculo humanitatis, & vniuit sibi illam in vnitate suppositi. Et sic humanitas facta est tabernaculum solis æterni. Vnde illa
B humanitas facta est tabernaculũ, & facta est B Sol, in quo verbũ æternũ fulgebat mũdo, sicut lumẽ latẽs in laterna fulget p laternã. Et sic verbũ caro factũ, verus Sol fuit, procedens de aurora & vtero virginali tanquã spõsus de thalamo suo matrẽ virginẽ & inuiolatam & intactã relinquendo, sicut sponsus relinquit spõsam virginẽ in thalamo in die despõsationis, antequã copulet cũ ea in thoro maritali. Et sic ostendit Dauid q̃ Xps nõ processit nec fuit natus ex virgine thoro maritali & corrupto, sed de thalamo spõsali & intemerato. Et dicit V. Matia thalamus Christi propter pulchritudinẽ virginitatis, & diuersitatem ornamentorũ virtutum & gratiarum. Sed ne quis crederet Xpm habere totũ suum principiũ ex thalamo V. Mariæ, sicut blasfemauit Ebion, & Cherintus, & iudæi hodierni, ideo F subdit. q̃ Christus fm humanitatẽ, & carnẽ, processerit tẽporaliter ex V. Maria, sicut Sol ex aurora, tamen fm diuinitatem egressio & natiuitas eius est à summo cęlo. i. æternaliter à summo patre. Nã sicut Sol quò ad nos nascitur ex aurora, tamen fuit semper ante auroram & semper manet in suo cœlo altissimo, ita Deus verbũ æternũ, licet sit natus ex matre de vtero virginali secundum carnem, tamẽ ab æterno nascitur, & procedit à summo patre semper in eo manens. Nã licet sit Christus natus in Bethlehem terra Iuda ex semine Dauid fm carnem, tamen egressus eius fuit à diebus eternitatis secundũ diuinitatem vt patet Michæ. 5. Et ideo dicit Dauid, q̃ licet Christus processerit tanq̃ spõsus de thalamo virginali secundũ carnẽ tñ ipse,

Exultauit

A *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo est egressio eius.*

Et occursus eius vsque ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius.

Exultauit vt gigas fortis & potẽs. i. extra cœlum saltauit in vterũ virginis per incarnationẽ, & factus est hõ viator, ad currẽdã viã huius mortalitatis, & cucurrit p istã viã laborũ per 33. annos, & postea cucurrit finaliter per viã mortis & passionis pro nostra redemptione. Sed peragrato cursu huius vitæ & debellato diabolo, sicut egressio eius fuit à summo cęlo patris, ita occursus eius fuit vsq; ad summum ipsius patris, prædã & triumfum secum reportãdo. Vnde sicut egressio eius fuit mirabilis, & p egressus eius per mundum fuit velox & fortis. ita occursus & regressus eius
B fuit triumfalis in cęlum per resurrectionẽ, & ascensionem, & vniuersalẽ iurisdictionẽ. Et sic Xps sol iustitiæ egressus à summo cœlo, & girãs, & perambulans viã huius mundi, quæ ante erat tenebrosa, illuminauit eã per lumẽ euãgelicum, & calefecit eã ardore, & calore suæ passionis. Et sic per suum aduentũ & per radios euãgelicos pepulit, & fugauit noctem & tenebras veteris legis & peccati vniuersalis, & causauit diem gratiæ super terram. Sed primò illuminauit cęlos. i. apostolos, & misit eos tãquã radios suos, & perlustrarũt populũ gentilẽ ducentes diẽ Chri, & lumen euangelicũ p oẽs partes mundi, intrũ q̃ nulla est regio, nec pars mundi, quæ se abscõdat à calore & lumine eius. Sed contra hoc arguunt Iudæi dicentes, q̃ lex euangelica non peruenit ad oẽs partes mundi. Nam nos videmus
C q̃ Saracen obtinent totam Africam, & Arabiam, & Syriam, & Assyriam, & Tartari, quorum vna pars est idololatra, & altera sequitur sectam sarracenorum, obtinẽt oẽs Indias & totam Scythiam, igitur iste psalmus non est intelligendus de publicatione euangelii. Ad hoc respõdetur, q̃ ists non solum loquuntur ex cecitate mentis, sed etiam ex ignorantia historiarum. Nã licet ista profetia non fuerit simul impleta, tamen per omnes partes mũdi successiuè fuit verificata. Nam primò tpe Augusti. tota Affrica, & Aegyptus, & Arabia, erat per Christianos habitata, imo hodie totum Iacobitarum, quorum magna pars habitat in Aegypto. Item omnes tres Indiæ ante aduentum Tartarorum colebant euangelicã legem, licẽt secundum ritum Nestoreitarũ vbi præsbyter Ioannes præsidebat, q mõ habitat in regione Synarum, quæ est vltima regio nobis nota, vnde omnes Indiæ, & tota Persia, & Media, & Mesopotamia, & Armenia, & magna pars Scythiæ est plena Iacobitis, & Nestoreitis, & multis aliis diuersis sectis, & ritibus Christianorum habitantium in ter infideles. Et sic patet q̃ ad omnes illas partes peruenit euangelium. Vltimò autem qa restabat Noruegia, & Suessia, quæ erant partes absẽsæ ad Aquilonẽ, ideo circa 400. annum receperunt euangelium, & facti sunt Christiani. Ex quo patet, q̃ nulla remanet pars in mundo, quæ nõ audierit famam euãgelii p apostolos, aut p successores eorum, & tãoibus partibus mundi dñati sunt Christiani. Si aũt pdiderũt magnã partem, quã occuparũt Sarraceni, & Turci, & Tartari, hoc non
E est ex defectu legis, nec ex defectu huius, psę E tiæ, quæ iã totaliter fuit impleta, sed ex defectu Christianorũ, p p ingratitudinem, & multitudinẽ peccatorum, quia Deus iam fecit q̃ promisit vt magis patebit psal. 70. & 71.

Lex dñi immaculata conuertens aïas, testimoniũ dñi fidele, sapientiã præstans paruulis.

Quia superius ondit legẽ euangelicã p totũ orbẽ fuisse publicatã, & hoc p cõparationẽ ipsius solis. Nã sicut sol exns in cęlo p suũ cursum mittit radios p omnes ptes mundi repræsentantes ipsum solẽ, ita Christus misit apostolos, q̃ portarunt & prædicarunt euangelium, & nomen suum p vniuersam terrã. Et sic illuminarunt totum mundum p lumẽ euangelicum. Et sic vr̃ lex euãgelica sit lux huius solis q̃ est Xps. Iõ in hac secũda parte explicat proprietatẽ, & perfectiones, & fructus legis euãgelicæ. Ad cuius intelligentiam F est notandũ, q̃ lex euãgẽlica quinq; nomini bus nominatur in hoc psal. Primò dr lex, inquãtum fuit à Christo lata. Secõ dr testimonium, inquantum fuit à Deo patre approbata, & testificata in baptismo, & in transfiguratione, cũ dixit: Hic est filius meus dilectus ip sum audite, fuit ẽt testificata, per profetas, & angelos, vt dictum est in prologo. Tertiò dr iustitia inquãtũ iustificat rõne cõsiliorum & mandatorum affirmatiuorum, & sacrorum. Quartò dr præceptum rõne prohibitorum, quia prohibet omne vitium. Quintò dicitur iudicia, inquantum tribuit præmium obseruatoribus. Ex quo patet, q̃ vna & eadem lex habet multa nomina fm diuersos respectus. Secundo est notãdum quòd sicut lumen solis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lis, siue radii solares, faciunt septē effectus in istis inferioribus. Primò, qa totū hemisferiū illuminat. Secdo fugant omnes tenebras. Tertiò manifestāt oia, q̄ latebant in nocte. Quarto congregāt heterogenea, & cōgregant homogenea. Quintò conuertūt, & attrahūt vapores ad se. Sexto omnia viuificat, & generāt fructus, & cōseruant. Septimò penetrates faciem terræ, generant pretiosa metalla & lapides ptiosos in viscēribus terræ. Ita ergo pariter dicit David, q̄ lex euangelica fecit septem mirabiles effectus in mūdo. Nā primo, quia ipsa lex Xpi est de se immaculata & pura, iō segregauit gramū à paleis, & fideles ab infidelibus, & purificauit fideles à peccatis, & cōuertit animas, & traxit ad Xpm, iō ait q̄ quia lex Xpi est immaculata & pura, iō purificat, & est cōuertens animas. Secūdo dicit q̄
B testimoniū dñi est fidele. i. q̄ lex euangelica est fidelis, quia testificata per legē & ꝓfetas, & per Deum patrem qñ dixit, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Iō præstat sapiē tiā & lumē paruulis & simplicibus. Nā Apostolos ex paruis fecit magnos. Tertiò dicit.

Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda: ꝓceptum domini lucidum illuminans oculos.

Timor dñi sanctus permanens in seculum seculi: iudicia dñi vera iustificata in semetipsa.

Iustitiæ domini quātum ad cōsilia, & mandata affirmatiua sunt recta, qa homem rectificāt & perficiūt. Quartò lætificāt corda hominū, qa virtuosus delectat in sua operatione 2. Ethi. Quinto dicit q̄ ꝓceptū dñi. s. lex euāgelica quantū ad ꝓcepta ꝓhibitiua, qa ꝓhibet omne vitium, est lucidum illuminans oculos mentis, qa vt sic discernit inter bonū
C & malum, & docet qd fugiendum, & vitandum, & qd agēdum. Sexto lex euāgelica sāctificat & viuificat hominē, cōstituens eū in timore sctō & caritate erga Deum qui quidē timor domini sanctus permanent in eternū in homine. Ad cuius intelligentiā est notandū. q̄ quinq; modis dr timor in sacra scriptura. Primus dicit seruilis. Secūdus filialis. Tertius casus. Quartus gratus. Quintus dr timor sanctus. Primi tres timores reperiunt in domo patrisfamilias. Nā aliter timet seruus, aliter filius, aliter vxor. Vñ seruus timet delinquere cōtra dñm ne verberetur. Filius aūt ne abdicetur, & primet hereditate. Vxor vero timet delinquere, & adulteriū comittere, ne repudiet, & perdat amorē viri. sed vt diligatur ab eo. Et iō primus timor dicit seruilis. Secūdus filia lis. Tertius dicit timor casus. de quibus tribus timoribus est dictū ps. 2. Sed quartus timor dicitur gratus, inquātū beneficiatus timet offendere beneficū, à quo recepit beneficium, ne ipsi videatur ingratus. Quintus timor dicitur sanctus, inquātū est bene ordinatus respectu obiecti. Et talis timor solū est respectu Dei. Nā qa solus Deus est à se, p se, & pp se, & oia alia sunt à Deo creata, & p Deū cōseruant in esse, & sunt pp Deū, qa ad ipsū ordinātur, ergo solus Deus est de se, & per se, & ꝓpter se diligendus & timēdus, ne offendatur, eo q̄ omnipotēs, & bonus est p se, iustus & misericors, & creat, & cōseruator, & glorificator: & iste timor ponit hoiem in statu perfectissimo, & iō dicitur sāctus, quia sanctificat hoiem. ēt ordinat ipsū in Deū, qa sanctus dr bene ordinatus Vñ ista se habent per ordinē isti quinq; timores. Nā
D sc̄ūdus timor est pfectior primo, & tertius scdo, & quartus tertio, & quintus est pfectior oibus, eo q̄ vnusquisq; aliorū habet aliqd ꝓprium interesse: & sic patitur aliquē defectū ēm magis & minus. Sed nō est nepādū, quin primi timores sint boni. Nā bonū est timere offendere Deū, ne quis æternaliter dānetur, qui dr timor seruilis. Sed talis non est meritorius. Et melius est timere Deū ne perdamus fēlicitatē æternā. Sed ita est melius timere offēdere Deū ne pdamus eius amorē, quod pertinet ad timorē castū. Sed forsan est melius timere offendere Deū, ne simꝰ ingrati de tātis beneficiis receptis, qa magis accedit ad quintū, qa vī q̄ timeamus ipsū p se, et pp se. Sed absq; dubio quintus timor est perfectissimus & ordinatissimus, qa seruat speciē modū & ordinē. Et iō dr sanctus, & perficit & sāctificat hoiem. Qui quidē timor cōtinet quasi timorē filiale, & castū, & gratū, & iō vel est idē quod ipsa caritas, vel cōsequitur caritatē. & idō dicit ꝓpheta, q̄ iste timor sanctus manet in seculū seculi: qui q̄dē timor est effectus legis euāgelicę. Nā sola obseruātia legis cōstituit hoiem in isto sācto timore. Ex quo patet, q̄ obseruātia legis euāgelicæ sanctificat hoiem, quia constituit hoiem in statu pfectissimo. Et sic lex euāgelica dr sancta, quia ordinat hoiem ad Deū, siue quia ordinat caritatē & timorē Dei in ipso hoie, quod idē est: & hęc est inctio ꝓphetæ in hac particula. Septimò dicit ꝓpheta q̄ lex euāgelica dr iustificata in semetipsa ratione iudiciorum, eo quòd iudicia facta in ipsa

A ipsa sūt iustificata in semetipsis. Ad cuius intelligentiā est aduertēdum q̄ tria possumus intelligere p iudicia euāgelica. Nā primo acti iudicādi, quē fecit Xps in multis ad eū venientibus. Secundò prēmia tributa eis talibus iudiciis. Tertiò promissa obseruatoribus legis euāgelicę. Quocunq; autē intelligāt & sumant ista tria iudicia, semp sunt iustificata in semetipsa. Nā primò oia iudicia quæ Xps fecit fuerunt iustificata, qa nullus venit ad eum petēs veniā de peccatis, quin abiret iustificatus, & sanatus, vt patet de Magdalena, cui dimissa sunt pcā multa, qm̄ dilexit multū. Et ideo Xps iudicauit inter eā & fariseum, ostendens qūo est iustum dare veniā
B petenti, ponēs exemplum de duobus debitoribus. Et sic Xps mansit iustificatus in suo iudicio, & Magdalena abiit iustificata in sua pœnitentia, vt patet Lucæ 7. Itē iustum fuit iudicū qd Xps fecit de adultera, siue inter adulteram, et fariseos accusantes eā de adulterio. Nā postquā ipsa promisit nō peccare, dixit ipsi, nec ego te cōdēnabo, vade: & amplius noli peccare. Ioan. 8. Et misit eā iustificatam. Et sic est dicendum de Cananea & latrone, & tale iudicium de pœnitentibus cōmisit Petro, & toti ecclesię, cū dixit, q̄ nō solū remittat peccata septies pœnitentibus, sed septuagies septies. Matth. 18. Ex quibus patet, q̄ talia iudicia quæ fecit Christus, & prēcepit fieri in ecclesia de pœnitentibus, sunt iustificata semper in semetipsis, quia humilitas, & pœnitentia iustificat hominem, & meretur veniam. Secundò talia iudicia sunt iustificata, ratione promissionum, nā Christus
C nemmē fallit in promissis, quia semper eius promissa fuerūt impleta, quia semper dedit & dabit gloriam promissam obseruatoribus legis, vt patet de Apostolis & martyribus: ꝓ quos non solum ante, sed etiam post mortē Christus ostendit multa miracula, per quæ possumus credere eos obtinere gloriā & fēlicitatem promissam. Et sic Christus & lex euāgelica manet vera, & iustificata in suis iudicijs & promissis. Ideo dicit ꝓpheta, q̄ iudicia domini. i. lex euangelica quantum ad sua iudicia & promissa, est vera & iustificata in semetipsa, quia omnes pœnitentes iustificat, & omnia promissa complet, quia omnibus obseruatoribus suis præbet gratiam in præsenti, & gloriā promissam in futuro. Tertiò dicit iustificata, quia præmiat vltra condignum, & punit citra condignum. Ex supra dictis patet, q̄ si lex euangelica est sic iustificata in semetipsa, q̄ semper dat veniam pœnitentibus, iustificans eos per gratiam, & nūquam fallit in promissis, sed tribuit fēlicitatem promissam obseruatoribus suis, & præmia vltra cōdignum, sequitur ergo, & subdit & concludit ꝓpheta, quòd iudicia legis euangelicæ sunt

Desiderabilia super aurū & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel & fauū.

Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Desiderabilia sup. i. magis q̄ aurū, & sup oēm lapidē pretiosū, & sunt dulciora gustui spūali super. i. magis q̄ mel & fauū. Etenim .i. ꝓpterea certē seruus tuus Christianus custodit ea. s. oia iudicia, & ꝓcepta legis euāgelicę. Primò qa ipsa sunt iusta de se, & faciunt hoiem iustū. Secundò, quia in custodiēdis illis dāt retributio multa & magna, quia dat
E æterna fēlicitas in eis. Per supradicta ergo patent septem perfectiones legis euāgelicæ, scilicet quia est immaculata, fidelis, recta, lucida, sancta, iustificata, & desiderabilis.

Item explicat ꝓpheta septē effectus legis euangelicæ, cū dicit q̄ conuertit animas, & præstat scientiā paruulis, & lætificat corda, & illuminat oculos mētis, & sāctificat, & iustificat, & vltimò retribuit prēmiū æternū & infinitū. Ex pmissis sex sequit vltimū. Nā si ipsa habet tres proprietates & perfectiones & effectus, sequitur q̄ lex euangelica est super omnia desiderabilis & seruanda, & in ea totū nostrū desideriū, & spes est cōstituēda. Ex supradictis septem cōditionibus & perfe
F ctionibus patet differentia & eminētia legis euangelicæ supra legem veterem. Nam illa in pluribus potius cōuertebat corpus q̄ animam, quia nō prohibebat animū explicitē, sed manū. Secundò illa nō præstabat sapientiam in ea latentē, sed literā & sensum apparentē. Tertiò illa non lætificabat corda, sed corpora, in copia ciborū, & temporaliū promissorum. Quartò illa non illuminabat oculos mentis, sed corporis tātum de præsenti: Quintò illa nō sānctificabat hominem timore casto & grato & sancto, sed ex timore seruili & formidine pœnæ. Sextò illa nō iustificabat nec dabat veniā simpliciter pœnitētibus, nec eos expectabat, sed illos pœna aut morte corporali puniebat etiā de cōdigno, & etiā vltra condignum quantū ad apparentiam vt de colligente ligna in sabbato. Nū-

me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A me. 15. & de Oza qui solum tetigit arcam
dñi 2. de Reg. 6. de Ozia qui presumpsit ado
lere incensum 4. Reg. 15. Et 2. Paralipome-
non 26. Septimo quia illa non promittebat
nisi bona tẽporalia. Ex quibus omnibus pa-
tet q̃ lex euãgelica in omnibus supercreuinet
veteri. Et ideo dicit ꝓpheta, q̃ sola ista est per
se desiderabilis, & q̃ bona quæ promittunt
& dant in lege euãgelica tã in presenti q̃ in
futuro, sunt desiderabilia sup aurũ, & lapi-
dem pretiosum, & super oẽs diuitias quę ꝓ-
mittebant & dabant in veteri lege. Et bona
gloriæ quæ dantur in futuro, sunt dulciora
super mel, & omnes cibos veteris legis. ibi
enim promittebatur copia lactis & mellis tẽ
poralis, hic aũt fruitio cœlestis & ẽternalis,
qa nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hois ascẽdit, quæ præparauit Deus dilig-
B ẽntibus se. Esa. 64. & 1. ad Cor. 2. Et ideo cõ-
cludit q̃ in custodiendis illis mãdatis Chri-
sti datur retributio multa, in cœlo supple.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis mũda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo.

Postquã superius explicauit pfectiones,
& fructus, & premia legis euãgelicę: nũc in
hac tertia parte petit gratiã, vt valeat hanc
legem euangelicam obseruare, sine qua nec
lex põt obseruari, nec peccatũ vitari. Ad cu
ius intelligentiã est notãdum secundũ Aug.
de natura & gratia, & contra Pelagianos in
omnibus tractatibus suis, q̃ causã quare nul
lus homo põt vitare peccatũ, nec implere di
uina pręcepta, nisi per gratiã Xpi fuerit adiu
tus, quę est duplex, vna se tenet ex parte no
stra, alia rõne triũ impugnatorũ. Causa pri-
C ma est corruptio nostræ naturæ. Nã sicut di-
ctum est psal. 13. taliter sunt corrupta caro,
& natura, & sensualitas nra in Adam, q̃ oẽs
potẽtiæ fuerunt debilitatæ, & vulneratæ, in
tantum q̃ homo mansit pronus ad cadendũ
in oẽ vitium, & difficilis, & infirmus ad resi-
stendum, & magis difficilis ad resurgendũ,
eo q̃ liberum arbitrium nostrũ manet clau-
dicatũ. Sicut hõ claudus, quẽ impossibile est
rectẽ ambulare nisi sanetur. Vnde sicut hõ
claudus semp cadit ad partẽ pedis læsi & est
pronus ad illã inclinari, & nõ ad aliã, ita libe
rum arbitrium nostrũ ita est pronũ ad cadẽ-
dum ad partẽ peccati, q̃ nõ ad seruandũ præ
cepta diuina. Et hęc est prima causa ex parte
nostri. Secũda causa est triplex rõne triũ impu
gnatorũ, q̃ cõmune suggerunt & impugnãt
ad malum. Primus suggestor & impugnator

dr intrinsecus, & occultus, quæ est cõcupi- D
scentia in carne, & sensualitate nra ex pcõ
primorũ parentũ inflicta. Quæ duo facit. Nã
primò infirmat & debilitat oẽs potentias vt
dictum est. Secundò insurgit & luctat aduer
sus spiritũ, infligens in co oẽm inordinatum
appetitũ. A qua quidem concupiscentia oĩa
mala oriuntur, vt inquit Aug. de verbis Apo
stoli. Nam primò ista concupiscentia infligit
appetitum propriæ excellẽtię in honoribus,
cui voluntas consentiens non patitur maio-
rem nec æqualem. Et sic incidit in peccatũ
superbiæ, & per concupiscentiã carnis inci-
dit in gulã & luxuriam. Et ex cõcupiscentia
bonorum fortunę, incidit in auaritiã. Et ex
appetitu vindictę, incidit in irã & odiũ, & sic
de singulis. Et iste dr impugnator, & sugge-
stor intrinsecus, q̃ multis nominibus nomi-
natur, dr enim cõcupiscẽtia, inquantum ex E
citat animã ad omnem appetitum inordina
tum, vt dictum est. Secundo dr fomes omnis
peccati. Tertiò dicitur lex membrorũ. Quar-
tò dicitur tyrannus. Quintò languor & mor
bus, & corruptio naturæ, inquantũ infirmat
& destruit vires naturę. Sed præter istũ sug-
gestorem intrinsecum, sunt duo alii sugge-
stores exteriores, quorum primus est diabo-
lus, qui semper ab initio tentat hominem,
qui ex sua astutia habet infinitos modos, &
parat infinitos laqueos ad capiendum homi
nem, de quo dicit saluator Mat. 12. q̃ si non
potest hominem capere in vno laqueo, aut
eicere per unum peccatũ, tunc assumit sep-
tem alios spiritus nequiores, & ingressi ha-
bitant in hoie. Tertius impugnator est mun
C dus, qui non habet pauciores modos & vias F
ad prosternendum hoiem, qui quidẽ mun-
dus impedit hominem ad bene agendum, &
sollicitat ad oĩa mala, tũ ratione vxoris aut
filiorum aut amicorũ, vt eis complaceat, &
eos sustineat. vñ dicit Apostolus 1. ad Cor.
7. q̃ vir sollicitus est mundo, quomodo pla-
ceat vxori & ecõuerso. Item ipsi inimici in-
citant hominẽ ad iracundiam, & omne ma-
lum ex inuidia & alia causa. Vnde nascitur
odiũ, & homicidia, & cætera huiusmodi. Ex
supradictis patet, q̃ impossibile est hominẽ
sic in natura corruptum & infirmum, posse
resistere istis tribus impugnatoribus absque
auxilio, cum impugnent ipsum intus, & ex-
trà, & in occulto & in publico. Et hoc est
quod dicit profeta. O domine Iesu Christe
adiutor meus, & redemptor meus, da mi-

A hi gratiam vt possim legem euangelicam ser
uare, & delicta & peccata vitare. Nã delicta
quis intelligit, i. quis potest intelligere & di
scernere, & præcauere, & enumerare tot ge-
nera delictorũ & peccatorum, & tot modos
tentationum & suggestionũ, cum habeam⁹
tres impugnatores, vnum intrinsecum & oc
cultum, qui dicitur concupiscẽtia, quę nos
semper impugnat i occulto, & duos exterio
res & alienos, s. mũdum & diabolum, q̃ nos
exterius impugnãt, & in publico incitãt mo
dis infinitis ad omnia mala perpetrãda, qua
si dicat, nullus poterit resistere tot & tantis
tentatoribus, nec peanere delicta, nisi p tuã
gratiã fuerit adiutus. Et ideo tu dñe munda
me ab occultis peccatis meis, & ab alienis par
ce seruo tuo. Ad cuius intelligentiam est no
tandum, ꝓpterea possunt dici tripliciter aliena
B & occulta. Vno modo, quia ab occulto impu
gnatore. s. interiori concupiscentia sunt sug-
gesta & illicita vel illecta, aut in solo propo
sito sunt cõmissa, aut in secreto sunt perpe-
trata. Ité per oppñ pcta dicuntur aliena, qñ
suggestione alienorum impugnatorũ. s. mun
di, & diaboli sunt cõmissa, aut ex ꝓposito in
effectum, & in personam alienam sunt cõple
ta, & deducta, sicut sunt furta, homicidia, op
probria, & adulteria, & cætera huiõi, aut qñ
ex occulto in publicum sunt manifestata, &
diffamata, quia iam tunc alios scandalizãt et
offendunt aures eorum. Ab illis ergo pecca-
tis tam occultis, quam alienis petit munda-
ri & liberari cum dicit. Ab occultis meis mũ
da me domine. i. à peccatis quæ in occulto &
in secreto, aut in solo ꝓposito, aut ab occul-
C to impugnatore & concupiscentia propria F
commissi, & parce mihi seruo tuo ab alienis
delictis, quæ ex alienis impugnatoribus, aut
in personas alienas aut in publico perpetra-
ui. Vnde notanter dicit & petit ab occultis
tã occulta & non in effectum consummata,
aut in secreto commissa, sine læsione proxi-
mi, per solam pœnitẽtiam occultam possunt
deleri & mundari. Sed peccata aliena in effe
ctum contra proximum commissa, nõ remit
tuntur, nisi per restitutionem rei ablatæ, aut
remissionem iniuriæ. Et ideo subdit.

Si mei non fuerint dominati tunc immacula tus ero, & emundabor à delicto maximo.

Si mundaueris me ab occultis meis, & pe
perceris mihi ab alienis, tunc nõ dominabũ-
tur mei isti tres impugnatores, imo ego supe

rabo, & vincam eos per gratiam & pœniten- D
tiam. Et si isti tres impugnatores mei nõ fue-
rint dominati, imo fuerint victi per pœniten
tiam, tunc ego ero immaculatus & purgatus
& mundabor à delicto maximo. Ad cuius
maiorem intelligentiam est notandũ, quòd
licet omne delictum dicatur magnum, in-
quantum contra Deum committitur, tamen
peccatum finalis impœnitentiæ, & obstinatio
nis dicitur maximum, eo quòd post mortem
non potest per pœnitentiam deleri, quia non
amplius est locus, nec tempus pœnitentiæ,
pro quo peccato non est orandum, vt ait Io.
in prima canonica sua, c. 5. quod quidem pec
catum postquam non remittitur in hoc secu
lo per culpam, non remittetur in alio per pę
nam. Mar. 12. Et ideo tale peccatum non po-
test euitari nisi per prævium pœnitentiam fac
tam in vita. Iterum est aduertendum, quòd B
diabolus non dicitur dominator nec victor,
nisi per peccatum finalis impœnitentiæ, eo
q̃ quotidie vincitur per pœnitentiam factã
in vita. De hoc ergo delicto maximo, per qđ
diabolus dicitur dominari obstinatis & im-
penitentibus, dicit profeta. Si mei non fue-
rint dominati isti tres impugnatores mei. s.
caro, mundus, & diabolus, imo victi per pœ-
nitentiam factam in vita, tunc ero immacula
tus, & emundabor. i. euadam à delicto maxi-
me finalis impœnitentiæ. Sed quia post fac-
tam pœnitentiam, omnes orationes & cæte-
ra bona quæ homo facit in statu gratiæ sunt
Deo placita & acceptа, ideo subdit.

Et erunt complacentes eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Et erunt, inquit, vt cõplacent. i. postquã F
fuero mundatus per pœnitentiam, tunc medi
tatio cordis mei. i. omnes cogitationes, & elo
quia oris mei, & cætera bona q̃ fecero, erunt
iuste, & in caritate facta, vt complaceant. i.
sint cara, & placita, & accepta in conspectu
tuo semper. Sed quia omnia supradicta sine
gratia peragere non potero, ideo subdit.

Domine adiutor meus & redemptor meus.

Rogo te domine Iesu, vt postquã dedisti
mihi legem euangelicã sis adiutor meus gra
tiam præuenientem cõferendo ad seruãdum
eã, & ad resistẽdum tribus impugnatoribus,
& sis redemptor meus gratiam subuenientẽ
conferendo, & à peccatis occultis, & alienis
mihi parcendo. Et nota q̃ tota cõstructio, &
sententia tertiæ partis huius psal. põt incipe
re ab hoc vltimo versiculo, vt fit sẽsus. O do-

O mine

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mine Iesu Christe adiutor meus & redẽptor meus, da mihigratiã, suple quia delicta, quis intelligit.1.quis poterit vitare, & resistere ꝓ rõnes iã dictas? Ideo ab occultis meis mũda me, &c. Hx toto isto psal. posſũt recolligi 11. cõclusiones. Prima cõclusio, ꝙ lex euãgelica fuit per oẽs partes mundi audita & publicata. Secunda cõclusio, ꝙ Christus sol iustitiæ, qui ab ẽterno summo patre processit temporaliter, venit in carnem, & peracto cursu nostræ redemptionis regressus est in ẽlo, vnde descendit. Tertia conclusio, ꝙ Christus non processit ex Maria virgine, tanquãm ex thoro maritali & corrupto, sed tanquãm spõsus de talamo virginali, ipsam virginẽ relinquẽdo. Quarta conclusio, ꝙ Christus sol iustitiæ ꝓ aduentũ, & cursum suũ fugauit noctẽ veteris legis & peccati, & causauit diẽ gratiæ in
B ecclesia militanti. Quinta conclusio, ꝙ sicut lex euangelica habet septẽ perfectiones, qa est immaculata, & fidelis, & recta, & lucida, & sancta, & vera, & iustificata: Ita facit septẽ salubres effectus. s. quia conuertit animas, & præstat sapientiam paruulis, & lætificat corda, & illuminat oculos mẽtis, & sanctificat, & complet promissum, & iustificat hominẽ. Sexta cõclusio, ꝙ lex euãgelica propter omnia supradicta est per se desiderabilis, magis quàm lex vetus, eo ꝙ illa solũ permittebat, & dabat tẽporalia, ista aũt vitã & felicitatem ẽternã. Septima conclusio, ꝙ nemo põt implere legẽ euangelicam, nec vitare peccata, nisi per gratiã Christi fuerit adiutus. Octaua conclusio, ꝙ nemo potest ab occultis peccatis mundari, nec ab alienis liberari, nisi per
C gratiã subuenientem fuerit subleuatus. Nona conclusio, ꝙ nemo potest mundari, & liberari à delicto maximo finalis impœnitentiæ, per quod Diabolus dominatur, nisi per pœnitentiam factam in hac vita præuenientem ipsam mortem. Decima cõclusio, quòd orationes, & cętera bona non sunt Deo placita, & accepta, nisi post actam pœnitentiam in statu gratię. Vndecima conclusio, quòd sola lex euangelica perfectè iustificat hominẽ: probatur, quia mundat, & rectificat, & sanctificat, & gratificat, & fructificat ad gloriã.

PSALMVS XIX.

EXaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

Titulus, in finẽ psal. Dauid. Hx titulo apparet, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum, dirigẽs nos in Christum, qui est finis legis, & victor D & triunfator, sicut supra dictum est psal. 17. Sed perfidus Ra. Sa. qui semper conatur peruertere scripturas, & retrahere à vero sensu ad suã perfidiã, dicit, ꝙ Dau d fecit hũc psalmum in sua senectute, quãdo Ioab, & cęteri armigeri dixerũt ipsi Dauid, ne amplius exiret ad bellum cũ eis, ne occideretur ab inimicis, & extingueret lucernã in Israel, sed oraret pro suo exercitu, quia magis vinceret orationibus, quàm armis, vt patet. 2. Reg. 21. Et sic literaliter exponit hunc psalmum de Dauid, & de illa historia. Sed talis expositio sic literaliter præcisa non solummodo est inutilis, sed etiã falsa, faciens iniuriã prosetę & nõ explicans verũ mysteriũ, & intelligentiã huius psal. quia Dauid nõ fuit minus prophęta, nec minus illustratus de Christo futuro i hoc psal. q̃ in cęteris. Vnde ipsemet Ra. Sa. di E cit super Zacariã ca. 9. ꝙ oẽs prosetę nõ sunt locuti nisi super annos redẽptoris, & in dies Messiæ. Ex quo patet, ꝙ in tali literali expositione vł sibupsi cõtradicere. Iõ reiecta omni iudaica perfidia exponendus est iste psal. de Christo & ecclesia, ad quẽ intellectũ legit ꝓ sum ecclesia. Ad cuius intelligentiã est notandum, ꝙ sex memorantur in scriptura vetere sta. de Christo Messia in lege promisso. Primò, ꝙ debebat esse Deus & homo, Rex & sacerdos. Secundò, ꝙ debebat esse legislator, & ferre legẽ nouam. Tertiò, ꝙ ipsemet debebat esse hostia & sacrificium. Quartò, ꝙ debebat esse pastor populi sui. Quintò, ꝙ regnũ eius debebat esse gloriosum in corpore & anima. Sextò, ꝙ expoliato inferno debebat ascendere in cœlum victor & triunfator, & accipere F vniuersalẽ, & iudiciariã potestatẽ. Hæc aũt ꝓ oia prœuidens Dauid in spiritu confecit plures psalmos, de quorũ numero ponũtur hic sex per ordinẽ. Nã psalmũ præcedentẽ fecit de Christo legislatore, & publicatione, & perfectione legis euãgelicæ. Istũ aũt psal. 19. fecit de sacerdotio & triunfo Christi: psalmum verò sequentem fecit de eius regno glorioso: & psalmum 21. fecit de hostia, & sacrificio Christi. In 22. prædicit Christũ futurũ pastorẽ ecclesiæ. In 23. prędicit regnũ vniuersale eiusdem. In hoc ergo psal. Dauid prædicit sacerdotiũ Christi, vocando Christũ, vt accelere ret aduẽtum suum, vt veniret ad liberandũ nos per suũ sacrificiũ: & ideo dedit ipsum ad cantandũ in tẽplo ad victoriã vocum, ad denotãdũ, ꝙ fideles vet. test. cũ magno desidẽ-

A rio, & clamore expectabãt, & vocabãt Christũ, vt veniret ad liberandum eos. Duo ergo facit Dauid in hoc ps. Nã primò vocat Christũ, vt veniat ad sacerdotium, & offerendũ sacrificiũ, per qđ triunfauit de diabolo. Scdò prædicit qualiter cõcauit apostolis & ecclesiæ sacerdotium suum & ptãtem p quã triunfauit de toto populo gentili, & subiecit totũ mundum, ibi: Lærabimur in salutari tuo, vel ibi, In potentatibus salus dexteræ eius. Quantum ad primũ est notãdum sicut dictum est in prologo, ꝙ sicut Adam per suum peccatũ omnes ad pœnam, & captiuitatem obligauit & vendidit, & à Deo separauit, ita Deus pater statuit, vt ab illo peccato non possemus sibi reconciliari, nec redimi, nisi per intercessionem, & sacrificiũ vnius iusti, & innocẽtis mediatoris Iesu Christi, in cuius virtute, &
B meritis, nostræ operationes essent Deo gratę & acceptæ, & ideo Christus voluit incarnari, & pro nobis ieiunare, & labores tolerare, orare, & seipsum in sacrificium pro nobis patri offerre, quod pertinet ad officium sacerdotis. Primò pro populo ad Deũ interpellare & orare, ideo dicitur mediator inter populum & Deũ. Scdò pertinet ad sacerdotẽ sacrificiũ offerre: & sic dicitur sacerdos. Tertiò legẽ ponere & cõstituere, & sic dicitur põtifex, quasi leges & positionem faciens, per quã populus iustẽ viuat, & in Deum dirigatur. Et ideo Christus voluit assumere nomẽ, & officiũ sacerdotis, & põtificis, vt ꝓ nobis cõpleret oia ista. Hoc ergo prœuidẽs Dauid in spũ, vocat Iesum ad sacerdotiũ dicẽs. O dñe Iesu Chrẽ
C in lege ꝓmisse accelera aduentũ tuũ, & veni ad exercendum officiũ veri sacerdotis, quod est pro populo orare, & sacrificiũ offerre, & legem ponere, ideo veni vt dñs pater exaudiat te in die tribulationis, scilicet mortis & passionis, qñ pro nobis orabis in mẽsa, & in horto, & in cruce, vt tunc nomen Dei Iacob, qđ est Iesus, protegat te, & Deus pater.

Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.

Mittat tibi auxilium de sancto. i. de altissimo sanctuario suo, & de Sion triũfanti tueatur, & defendat te. Ad cuius intelligentiam est notandum ꝙ Christus ter orauit pro genere humano, & pro nostra resurrectione, in quibus tribus orationibus semper pater misit sibi auxilium de cęlo sancto suo. Nam primò orauit corã toto populo anteq̃ caperet, qñ dixit Pater clarifica filiũ tuũ, quia tũc au D dita est vox patris de cęlo dicentis: Clarificaui, & iterum clarificabo. Io. 12. Item qñ orauit in horto, misit pater auxilium & tuitionẽ de sancto, qñ misit sibi angelũ qui confortaret eũ, annunciãs sibi fructum suæ passionis, & suam & nostram resurrectionem. Et etiam exaudiuit ipsũ in cruce, quando sol, & luna, & tota terra ostenderunt se compati sibi. Ex quibus omnibus patet, ꝙ Christus sẽp fuit exauditus pro sua reuerentia, vt magis patebit. Et iterum est notandum ꝙ nomen Dei tetragrãmaton, quo Christus fuit protectus & victor, dicitur nomen Dei Iacob eo ꝙ nomẽ Iesus, in quo consistit tota nostra salus & redẽptio, fuit promissum ipsi Iacob & semini eius, & illud nomen accepit Iesus à patre. per quod fuit victor & triunfator. ad Filip. 2. De E dit illi nomen qđ est super omne nomen &c. Deinde subdit.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.

Cum dicit Memor sit oĩs sacrificii, vocat Christũ vt offerat seipsum in sacrificium pro nobis in cruce, & instituat sacramentum eucharistiæ in memoriam suæ passionis, ideo subdit. O Dñe Iesu Christe veni ad passionẽ vt dñs pater sit memor & acceptor totius sacrificii tui, accipiens ipsum in prætium nostræ redemptionis, & holocaustum tuũ igne caritatis totũ crematum & consumptum, hat pingue & sufficiens & copiosum ad satisfaciendũ pro nobis. Nam sicut holocausta quę fiebant in veteri lege ex agno matutino & vespertino, quæ in figura tui offerebanꝰ, quanto magis erãt pinguia, tanto altius fumus eo F rũ ascẽdebat in cęlũ, ita sacrificium tuum ò Christe tũ erit pingue & copiosum, & igne caritatis concrematum, ꝙ totus sanguis tuus haurietur, & euacuabitur, & effundetur in redemptionẽ ꝓ nobis. intũ ꝙ fumus & odor illius caritatis & obedientiæ penetrabit cęlos, & introibit in aures patris & sic pater tribuet tibi ſm cor & desiderium tuum, relaxando debitum generis humani. Deinde subdit.

Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.

Tribuat tibi. vocat Xpm ad dãdã legẽ euãgelicã. O Xpe veni ad mortẽ & passionem, vt pr tribuat tibi ſm cor & desideriũ tuũ oĩa q̃ petieris, & cõfirmet oẽ cõsiliũ tuũ, i, totã legẽ euangelicã, in qua tradunt consilia ad dirigendũ hoĩem in Deũ. Et notãter appellat cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A filium, ad differẽciam legis veteris, eo ꝙ illa data est cum comminatione pœnæ per modum præcepti, ista autem data est cum amore & benignitate, per modum consilii, & cũ promissione gloriæ; Deinde cũm dicit:

Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Prædicit propheta fructum, & effectũ passionis Christi in hac secũda parte. Ad cuius intelligentiã est notandũ, ꝙ duo fecit Christus per sũũ sacerdotium, & morte & passionem. Nam primò nos à morte, & captiuitate liberauit. Secũdò, sacerdotium & potestatẽ, quã accepit à patre, apostolis & ecclesiæ cõicauit: per quod sacerdotium & potestatẽ de mundo, & diabolo triunfauit: & hoc est, qđ dicit in hac secũda parte. Vnde dicit primò:

B O domine Iesu Christe bene pater tribuet tibi fm cor tuum: quia debitum nostrũ relaxabit per sacrificium, & passionem tuam, & resurrectionẽ tibi tribuet, & cõsilium tuũ confirmabit. Et ideo tunc à tali debito liberati, & per legẽ tuam confirmati lætabimur in salutari tuo i. in saluatione, & redemptione facta. Itẽ lætabimur in salutari tuo i. hoc nomine Iesu, ꝙ est nomẽ Dei nostri. Et ideo in isto nomine Dei nostri magnificabimur, & exaltabimur. Et hoc ergo dico, qm̃ ego David cognoui, & in spiritu profetico præuidi, nunc per contemplationẽ, qm̃ dñs pater fecit saluum Christum suum, ipsum à mortuis resuscitando, & etiam fecit ipsum saluum. i. Saluatorem cõstituit, & exaudiet illum pro nobis de cœlo sancto suo. Et dirigens David uerba sua ad Christũ, dicit: Impleat dñs petitiones tuas, & ordinatur cũ litera superiori,

C ut sit sensus. O domine Iesu Christe post passionẽ, & resurrectionẽ lætabimur in salutari tuo, & in noie Dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus oẽs petitiones tuas, nunc cognoui, qm̃ saluũ fecit dominus Christũ suũ.

Lætabimur, inquit in salutari tuo, qã impleuit dñs oẽs petitiones tuas, & ponitur optatiuus pro futuro indicatiui, fm cõsuetudinẽ profetarum, & ideo subdit causam, quare profeta prædixit omnia supradicta de Christo, & nostra redẽptione: quia ego cognoui, qm̃ dñs pater faciet saluũ Christum suũ, &

Exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salus dexteræ eius.

Exaudiet, inquit illũ de cœlo sancto suo, relaxando debitũ generis humani, & ipsum à mortuis resuscitando. In potẽtatibus salus dexterę eius. Hic incipit versiculus, & sentẽtia. Nam postq̃ profeta vocauit Christum ad sacerdotium & sacrificium, & ostendit fructum & utilitatẽ mortis, & passionis, hic ostẽdit, qualiter Christus cõicauit apostolis suis suum sacerdotium, & potestatem ad mundũ & diabolum debellandũ. Ad cuius intelligẽtiam est aduertendũ, sicut dictũ est psal. 17.

Christus inquãtum homo, omnia quæ habet, accepit à patre, & ea cõicauit discipulis suis. Vnde quadruplici uirtute eos armauit. Primò, ecclesiastica potestate. s. uirtute septẽ sacramentorum, in quibus consistit sacerdotium, & eius potestas. Secundò, uirtute donorum spiritussancti. Tertiò, dedit eis hoc nomen Iesus in clypeum, & protectionẽ. Quartò, legem euangelicam, tanq̃ lanceam, & sagittam, & gladium ad ferienda corda hominum, quæ omnia continentur in hoc nomine Iesu, quod est nomen omnipotentiæ, & sapientiæ & salutis, & iustitiæ, vt dictum est psal. 8. Hæc ergo quatuor arma tradidit Xps discipulis suis, quibus totum mũdum debellarunt, & subiecerunt. & hoc est, quod dicit Dauid, cum ait Potentatibus, dicit ergo: Ego cognoui in spiritu, quoniam saluum faciet dominus Christum suum. i. in saluatorẽ constituet, & cognoui in spiritu, quòd salus dexteræ eius, quod est hoc nomen Iesus, continens omnia quatuor supradicta, erit communicatum in potentatibus. i. in apostolis fidelibus potentibus, & fortibus, & armatis in potestate huius nominis, & ideo cum hoc nomine uincemus, & debellabimus totum orbem, & potentiam populi gentilis.

Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.

Hi in curribus. Hi. i. quędã uirtutes, & reges in curribus pugnabunt contra nos. Et hi. i. alii pugnabũt in equis, & in copia equorũ, & armorũ. Nos autẽ in solo nomine Dei nostri, quod est Iesus, inuocabimus: quia illo noie fuimus armati. Et ideo ipsi principes, & imperatores cõfidentes in suis curribus & equis, obligati & victi ceciderunt sub pedibus nostris. Nos autẽ, qui ante eramus pauperes, & subiecti, & afflicti, surreximus à persecutione, & erecti, & exaltati sumus eos, & eos iugo fidei subiecimus, & diabolum principem huius mundi destructis idolis foras eiecimus, quæ omnia fecimus in uirtute huius

A ius nominis Iesus. Et sic de Diabo. & mundo triunfauimus. Vltimo aũt profeta conuersus ad Deum patrem dicit.

Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

O Dne si tot & tãta bona debẽt fieri in aduentu huius regis, ideo saluũ fac regẽ & saluatorem, & saluum fac eum per resurrec. & exaudi nos in die gratiæ, in qua inuocauerimus te, quia tunc inuocabimus te in noie eius, quod est Iesus, in quo speramus saluari. Ex toto ergo isto psalmo possunt recolligi quatuor cõclusiones. Prima cõclusio, ꝙ Christus semper fuit exauditus in sua oratione & sacrificio pro nobis: quia pater tribuit ei fm desiderium suum. Secunda cõclusio, ꝙ Christus fuit verus sacerdos offerens pingue, &

B copiosum sacrificium pro nobis. Tertia conclusio ꝙ Dauid præuidit in spiritu profetico totum mysteriũ sacerdotii Christi, & nostræ redemptionis. Quarta conclusio, ꝙ Apostoli solo nomine Iesu armati debellarunt totũ orbem, & triunfauerunt de mundo & de Diabolo: quia principe huius mundi foras ejecto, omnes infideles Christo subiecerunt.

PSALMVS XX.

Domine in virtute tua lætabitur rex? & super salutare tuũ exultabit vehemẽter.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Titulus. In finẽ, siue ad victoriã psl. Dauid Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc psl. dirigens ipsum & nos in Xpm̃, qui est finis legis, & victor, & triunfator, vt dictũ est. Sed de

C materia huius psl. dicit R. a. Salom. ꝙ antiqui magistri glossarunt psl. 2. simul cum isto 20. de rege Messia: Sed ꝓpter hæreticos, melius, & communiẽtius exponitur de ipsomet Dauid, & de regno eius: & appellat hæreticos conuersos ex Iudaismo ad fidem Christi, & appellat antiquos magistros oẽs qui eum præcesserunt, & maxime Talmudistas. Ad cuius intelligentiã est notandum, ꝙ doct. siue scriptores iudæorum repiuntur in quadruplici numero. Nam quidã præcesserunt aduẽtum Christi. Alii autem fuerunt tempore Christi vsq; ad destructionẽ 2. Templi. Alii autẽ fuerunt post destructionem 2. Templi tempore magni Constan. t. Cæteri autem fuerunt post tempora Heraclii Impe. Ante vero aduentũ Christi non reperiuntur, nisi opera Ionatam Abenuziel, qui. 18. annis ante aduentum Christi tempore Octauiani traduxit totum testamentum vetus ex Hebræo in Caldeum D transferendo sensum ex sensu, exponendo vocab. quę quidem scriptura dicitur Targũ, & est tantæ autoritatis apud Hebræos, ꝙ nullus ausus est contradicere. Iste enim exponens, & interpretans psal. 2. dicit. Vt quid fremuerunt gentes &c. astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dñm & Messiã Christum eius. Item cum dicit. Dñs dixit ad me filius meus es tu &c. subdit. Isti duo Pater & Filius sunt tres. i. vna tertia persona. s. Spiritussanctus procedit ab eis, & hi tres sunt vnum. s. vna substantia & vna essentia & vnus Deus. Vnde dicunt Iudæi ꝙ tunc facta est vox de cœlo dicens. Quis est hic qui secreta mea vult gentib. reuelare? cui Ionatan respondit. Ego Dñe hoc facio propter reuerentiam tuam. Et sic dicunt magistri Hebræorũ ꝙ Ionatã Abenuziel fuit doctus, B & inspiratus à Spiritusanctο in toto Targo. Et ideo tota sua interpretatio, & expositio habetur tanq̃ textus apud Hebræos, cui nullus est ausus cõtradicere. Et sic Ionatam exponit & interpretatur totum istum psã. 20. de rege Messia, & regno eius glorioso. Et sic pro maiori tempore interpretatur oẽs alios psl. Tempore autẽ Christi Paulo post floruit Iosefus filius Matthiæ, qui multo tempore Atenis philosofiæ operam dedit. hic in 18. lib. antiquitatum de Christo tale testi. perhibet dicens: ꝙ tẽpore Cæs. fuit in Iudæa Iesus vir sapiens, si virum fas est nominari: erat. n. operum mirabilium effector, & verus doctor legis, & plurimos tam de iudæis, q̃ de gentilib. habuit sectatores, Christus hic erat: hic post quam ex inuidia nostræ gentis Iud. traditus F & crucifixus est, apparuit rursus tertia die viuus, sicut hæc, & multa alia profetæ de eo in carminib. dixerunt &c. In quibus verbis Iosefus confitetur primo ꝙ Iesus erat Xps & Messias in lege promissus: & ꝙ erat plusq̃ homo, propter miracula & doctrinam suprafacultatem humanam. Tertiò ꝙ post mortẽ resurrexit & regnauit spiritualiter. Quarto ꝙ Dauid in psl. & cæteri profetæ locuti sunt de regno Christi & resurrectione. Eodẽ modo tempore Apostol. fuit Filo discertissimus iudæorum, qui in libro de vita contemplatiua dicit mirãda de Christo & eius discipulis & sanctissima vita eorum. Et sic Hebrei moderni bene habẽt i magna veneratione scripta Iosefi & filonit. Sed nõ audent in publicũ propalare, eo ꝙ tales testimoniũ prębent de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christo. In tertio ordine antiquorum Hebr. fuerunt Talmudistæ post tempora Constan. De quib. dictum est in prologo, tract. 6. Illi videntes q̃ taliter conuinceb antur à docto. Christianorum per scripturas psal. & prosetarum q̃ regnum Messiæ huius mundi non erat temporale: sed spirituale: eo q̃ primò debebat mortẽ pati, & postea resurgere & regnare: Ideo volentes defendere pfidiã, conati sunt cõfingere duos Messias in lege promissos. Vnũ vocatum Benioseſ de tribu Effraim & alium Bendauid, i. filium Dauid de tribu Iuda, & dicunt q̃ iste Messias Benioseſ debet congregare oẽs 12. tribus Israel ex omnibus partib. mundi & ducere in Hierusalem. Sed postea venient Gog & Magog, & pugnabunt cõtra Messiam Benioseſ & vincent, & occident eũ ignominiosè cum toto populo suo: & hic de
B isto Messia exponunt Talmudistæ omnes passus scripturæ, faciẽtes mentionem de morte & passione Christi Messiæ, & maximè illud Zaca. 12. tunc erit planctus magnus in Hier. & lugebunt eum, quasi mortẽ primogeniti. &c. Et subdunt magistri iudæorum: q̃ post mortem Messiæ Benioseſ: surget Messias Bendauid, & regnabit in vniuerso mundo: qa sic scriptũ est ps. 2. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionẽ tuã terminos terræ. Item dicunt istum Messiam nunq̃ moriturum: sed in æternum regnaturum: imo resuscitabit Messiam Benioseſ cum toto populo: qui cecidit cũ eo in bello Gog & Magog. Et sic Messias Bendauid cum suis viuet in æternum: quia tunc dicet Dño Deo:
C Dñe da mihi vitam: cui respondebit Deus: Vitã petis à me, cum adhuc non dixisti hęc: etiam profetauit de te pater tuus Dauid. ps. 20. Vitam petiit à te, & dedisti ei longitudinem dierum in æternum & vltra. Ex quibus patet, q̃ quicquid dicãt de cõficto Messia Benioseſ, tamẽ in hoc oẽs magistri antiq. Hebr. cõueniũt, q̃ ps. 2. & iste ps. 20. sunt facti de ipso profeta Dauid profetando de Christo filio suo vero Messia in lege promisso, & regno eius glorioso. Ideo perhibus. R. a. Sa. videns se conuictum à doct. Christianorum, per dicta istorum antiquorum, coactus est negare oẽs antiquos, & dicere q̃ licet antiqui exposuerunt istos duos ps. de rege Messia, tamẽ propter hæreticos conuenientius exponuntur de Dauid rege Israel. Sed iste proteruus cecus cõpore, & anima manifeste cecidit in tria inconuenientia. Primò, quia contradicit expositioni & interpretationi ipsius Ionaran, D cui nullus eorum fuit ausus cõtradicere vsq; in hodiernũ diem. Item non solum cõtradicit Filoni & Ioseſo, sed etiam contradicit supradictis antiquis magistris talmudistis. Et sic incidit in excommunitationẽ sm omnes Hebræos. Secundum inconueniens est quia ipsemet fatetur se non exponere istos ps. sm veritatem, sed tanquam cõuictus à Christianis vt retrahat eos à vera expositione, non solum Christianorum, sed etiam antiquorum, heb. Tertium inconueniens est, q̃ litera illorum duorum psã. nullo modo potest conuenire ipsi Dauid. Nã Dauid nõ est æternaliter genitus à Deo, nec possedit populum gentilem vsq; ad terminos terræ, ps. 2. Nec regnũ eius fuit gloriosum, nec vixit in seculum seculi: sicut dicitur in hoc ps. 20. Ex quib. patet, q̃ relicta perfidia ipsius Rab. Sa. & sequẽdo veritatem in se & doctrinam antiquorũ hebr. s. Ionatan & Filonis, & Ioseſi, exponendus est iste ps. profeticè ad literam de Christo & regno eius glorioso, q̃ præuidens Dauid in Spiritu, fecit istum ps. in quo duo facit. Nam primò predicit & describit regnum gloriosum. Secundò punitionem & vltionẽ suorum persecutorum ibi: Inueniatur manus. Quantum ad primum est notandum, q̃ tota gloria & lætitia regni Christi cõsistit in tribus. primò quia pater cõplcuit desiderium & petitionem suam in omnib. quia in omnib. fuit exauditus pro sua reuerentia, vt dictum est ps. præcedenti. Secundò cõsistit in glorificatione sui corporis, quia tunc anima di dominari toti corpori post resurrec. Tertiò in gloria animæ quæ resultat ex visione diuinæ essentię. Tria ergo facit in prima parte: nam primò prædicit gloriam regni Christi inquantũ pater cõpleuit totum desiderium suum remitendo debitũ generis humani, & triumfando de Diab. post mortem & passionẽ, vt dictum est ps. præcedenti. Secundò prædicit gloriam corporis Christi quã adeptus est per resurrec. Tertiò prædicit gloriã quam adeptus est in in sua ascensione. Secunda ibi quoniã præuenisti. Tertia ibi: qñ dabis eum in benedictionẽ. Quantũ ergo ad 1. dicit Dauid ad Deum patrem. O Dñe pater ego præuidi in spiritu qualiter rex Messias Christus filius tuus, post passionẽ & resurrecti. lętabitur in virtute tua

A ne, quã facies per eũ, & exultabit super salutare tuum. i. super hoc nomẽ Iesus, quod est cum quo de oibus triumfabit, & per qđ ommia meruit & potuit. Ideo in duobus exultabit. Primò qa in oibus cõpleuit tuã voluntatẽ. Secũdò, qa desideriũ cordis eius tribuisti ei, & nõ fraudasti eum in voluntate, & in oibus petitionibus labiorũ eius, qa omnia q̃ desiderauit & petiit adimplesti. Nam tria desiderauit. Primo nostrã redemptionẽ. Secũdo suam, & nostrã resurrectionẽ. Tertiò gloriã aiæ & no
bis, quæ oia tria sibi tribuisti. Deinde subdit.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit & tribuisti ei, longitudinem
B *dierum in seculum & in seculum seculi.*

Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum.

Cum dicit, qñ præuenisti, prædicit gloriã corporis Christi quã adeptus est per resurrectionem: quæ quidẽ gloria cõsistit in quatuor. s. in immortalitate, & claritate, agilitate, & subtilitate, quæ sunt dotes corporis gloriosi, & dicuntur quatuor lapides coronæ corporis gloriosi, qua corona quatuor lapidũ pretiosorum, primo Deus pater coronauit filiũ in resurrectione, qua etiã corona ipse Christus sponsus coronabit suos in generali resurrectione. De hac ergo corona corporis, dicit Dauid. O pater bene tribuisti filio tuo desideriũ cordis & gloriam corporis, qñ tu præuenisti eum in omnibus benedictionibus ante passionem, nã primo in benedictione & gratia,
C quia nõ ex opere Adã sed ex solo opere spũs sancti cõceptus, & omnibus donis & benedictionibus spũs sancti non ad mensurã fuit repletus &c. Et sic ipsum talibus benedictionibus prẽuenisti in sua creatione & cõceptione, q̃ nulli pctõ fuit obligatus nec subiectus in persona nec in natura, sed solus fuit inter mortuos liber. Et sic iã tunc coronasti eũ corona omnium gratiarũ & benedictionum. Sed post passionẽ in sua resurrectione posuisti in capite eius. s. humanitate, per quam est caput ecclesię, coronam gloriosam de lapide pretioso, s. quatuor lapides pretiosos, & prę
tiosas dotes continentem, quorum lapidum primus est immortalitatis & vita eterna. Hãc vitam petiit Christus filius tuus à te qñ dixit, clarifica me pater. Ioan. 12. & 17. Sed tu pater tribuisti ei hanc immortalitetem, quia tribuisti ei longitudinem dierum in seculum D seculi. i. vitam in æternum, quia iam vltra nõ morietur, nec mors vltra sibi dominabitur. Secunda dos fuit gloria & claritas, hanc et dedisti ei: quia magna est gloria eius in salutari, & saluatore Christo tuo, impones etiam super eum magnum decorẽ, per quem intelligitur agilitas & subtilitas, & impones etiam gloriam per quam intelligũtur omnes quatuor lapides ptiosi, & dotes huius coronæ corporis ipsius Xpi: qua pp magna est gloria Xpi in salutari. i. saluatione tua. i. quam in nostra redẽptione sibi tribuisti, ex quibus quatuor resultat gloria totius corporis. Deinde subdit

Qñ dabis eũ in benedictionem in seculũ seculi lętificabit eum in gaudio cum vultu tuo.

Cum dicit, qñ dabis, explicat duo dona quæ Christus accepit à patre ratione totius humanitatis. Nam primo accepit dotes ani- E
mæ. s. visionem diuinæ essentiæ, & fruitionẽ, & perpetuam lætitiam, & gaudium, in qbus consistit tota felicitas & beatitudo, vt dictum est psalmo. 15. Sed hanc gloriã accepit Christus à principio suæ conceptionis per vnionẽ verbi: de quo semp anima Christi habuit visionem matutinam, & per consequẽs fruitionem & gloriã perfectã essentialem. Sed post resurrectionem accepit Xps à patre executionẽ ostensam, & potestatẽ cõicandi gloriã corporis & animę suis mẽbris & oibus fidelibus, quia per mortẽ & passionẽ meruit vt omnia supradicta nobis posset cõicare, & hoc est qđ ait profeta in isto loco, vnde ait: O pater tu tribuisti filio tuo regi nostro desideriũ cordis eius, qñ dedisti eum in benedictionem. s. dulcedinis. i. in benedictionem omnium gentiũ, F
vt posset oẽs alios benedicere, & gloriam corporis & animæ cęteris cõicare, put fuit Abrahæ promissum. s. In semine tuo benedicentẽ oẽs gentes. Gen. 22. Deinde exprimit gloriã animæ, & etiam totius, cum subdit. Lętificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo. in visione vultus tui. Ex qua siue in qua visione resultat & consistit tota beatitudo. Oia supradicta. s. gloriam corporis & animæ accepit Xps à patre in præmiũ suę passionis, vt eam nobis cõicaret, & quia in omnibus his pater cõpleuit desiderium Xpi vt dictum est prius, ideo concludit profeta. O pater omnia supradicta tu fecisti & compleuisti in filio tuo. Cur hoc?

Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi non commouebitur.

Eo q̃ rex Messias Christus sperat. i. posuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A spem suam in te, nostam salutē desiderādo, & posuit spem in misericordia altissimi. Ideo nunquā desiderium suum cōmouebitur, nec frustrabitur. Sed ēmper implebitur, & nunquam deficiet. Et ly misericordia dupliciter pōt ordinari indifferenter, ut sit sensus. quoniā rex Christus sperat in dño, & in misericordia altissimi, iō nunq̄ cōmouebit: aut sic: qm̄ rex sperat in dño patre: ideo nō cōmouebit, nec frustrabit in misericordia altissimi, q̄a semp misericordia altissimi impleuit desideriū eius, vt patet. Sed cōtra prędicta arguitur, & vr. q̄ pater nō semp impleuit desiderium Cpisti, nā ipse orauit in cruce pro transgressoribus, & tn nō oēs sunt saluati, q̄a maior pars in sua infidelitate permānsit. Secūdò arguitur, q̄ Christus non adeptus est gloriā corporis & aiæ, nec meruit eā p passionē, q̄a
B hanc habuit, & meruit à principio suæ cōceptionis, pp vnionē verbi, in quo videbat vultum patris, & semper fruebatur. Tertiò vr, q̄ lapides pretiosi coronę Christi nō sint, nec dicantur dotes in eo, cum ipse sit sponsus ecclesiæ, & nō spōsa. Quartò vr, q̄ in Christo nūquam fuerit spes, quia semper facialiter videbat verbum, &c. Ad primū dicendum, q̄ sicut in Deo assignatur duplex volūtas, i. duplex ordo voluntatis: quarum vna dr antecedens, quia vult oēs homines saluos fieri, quam magister sententiarum vocat voluntatem signi: & altera dr voluntas consequens, quam magister appellat voluntatē beneplaciti, quia vult iustos saluare, & impœnitētes damnare: Ita pariter in Christo, qui in omnibus fuit conformis patri, ponebatur duplex
C desiderium. s. antecedēs, quod respiciebat diuinam misericordiam, & passionē suam, quo desiderabat passionem suam, omnibus prodesse. Et erat in eo desiderium consequens, respiciens diuinā prædestinationē, & iustitiā & obstinationē malorū, quo voluit diuinæ iustitiæ & prædestinationi conformari. Et hoc desiderio dicebatur deliberatum. De primo desiderio dicit Christus Mat. 22. Hierusalē Hierusalē quotiēs volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Et Luc. 23. Pater ignosce his, quia nesciunt, quid faciunt. De secundo vero dicit Saluator Io. 17. Pater non pro his rogo nō, sed pro oibus, q̄ crediturī sunt. Ex quo patet, q̄ nō rogabat nisi pro fidelibus, & prædestinatis: & hoc desiderio Christi semp fuit impletū. Vnde sicut voluntas patris antecedens non est necesse, q̄ semp impleatur, D sed semper implctur voluntas cōsequēs: Ita pariter non fuit necesse impleri desiderium antecedens Christi, sed secundū semp fuit impletū. Et de hoc dicit, prophetā, Desiderium cordis eius tribuisti, &c. Ad secundū respōdetur, sicut dictū est ps. 15. q̄ totā gloriā corporis & aiæ habuit Christus potestatiue, & meruit à principio suæ cōceptionis rōne vnionis. Nā nō solū ostēdit gloriā animæ ante passionē, sed dotes & gloriā corporis. Nā subtilitatē ostendit in sua natiuitate, q̄a ex clauso vtero virginis exiit: & claritatē ostēdit in sua transfiguratione, & agilitatē, quando super aquas siccis pedibus ambulauit: Et impassibilitatē quando miserunt lapides in eum Iudæi. &c. Ex quo patet, q̄ per suā passionē nō meruit pro se, sed pro nobis, & sic gloriā re-
E surrectionis nō acquisiuit potestatiuā pro se, sed pro nobis, & sic nō passus est, ut mereretur pro se, sed vt satisfaceret p nobis, & mereretur eo q̄ diabolus nō erat superandus p potētiā, sed p iustitiā, vt inquit Augu. Vnde si Christus voluisset, absq; morte & passione potuisset fieri immortalis. Ad tertium dubiū est dicendum, q̄ si prædictæ dotes comparētur ad Christum, inquantū est caput & spōsus ecclesiæ, tunc non dicuntur dotes nisi sortē actiuè, inquantum ipse tanquam sponsus ecclesiæ cōmunicat nobis in baptismo, cum per fidem sibi desponsamur, & tunc in nobis dicuntur veræ dotes, quia iam nobis promittuntur pro futura resurrectione, quia tunc possidebimus eas, vt patet Apoc. 21. Gaudete & exultate, quia venerunt nuptiæ agni, & tunc absterget omnē lacrimā, &c. Sed hi istæ F dotes existentes in Christo comparentur ad patrē, vel verbū, à quo anima Christi eas habet per vnionem personalem, tunc non mēo nent, quin dicantur dotes à uerbo donatæ: quia uerbum se habet, vt sponsus, & humanitas Christi vt sponsa. Can. 3. Videte filię Hierusalem regē Salomonē in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis suæ. Ex quo patet, q̄ incarnatio fuit quędam desponsatio, in qua verbū desponsauit, & vniuit sibi suppositi aliter illā humanitatem quā muniuit multiplici dote, & lapide pretioso. Et sic isto mō lapides pretiosi possunt dici dotes in humanitate Xpi. Sed si cōparent ad ecclesiā, & mēbra inquātū Christus est spōsus ecclesiæ, & cōicat ista ipsi ecclesiæ spōsæ suæ, tunc in Christo nō dicuntur dotes, sed fons

gratiarum

A gratiarū & principium. Sed inquātum sunt membris donatæ & toti ecclesiæ cōmunicatæ, tunc dicuntur veræ dotes. Nā sicut verbū cōicat eas humanitati Christi, ita Christus cōicat eas ecclesiæ spōsæ suæ. Ad quartū dubiū est dicēdū, q̄ spes prout est quædā virtus teologica de bonis futuris non visis, non fuit in Christo, quia ab instanti suę creationis anima illa semper nouit in verbo suam resurrectionem futuram. Et ideo firmiter & certissime expectabat eam, & non solummodo videbat & expectabat suam resurrectionem, sed etiam nostram redemptionem. Et ideo talis spes in Christo non dicebatur spes, quæ est virtus teologica, sed aliquid maius supra spem & fidem.

Inueniatur manus tua oībus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

B *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos & deuorabit eos ignis.*

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum a filijs hominum.

Postquam superius prophetā explicauit & prædixit gloriā quā Christus adeptus est p se & suis in sua resurrectione, nūc in ista parte prædicit vltionē & punitionē persecutorū Christi, & victoriā eius cōtra eos. Ió dicit, O Christe rex noster inueniatur manus tua vltrix & nocēs oibus inimicis tuis crucifixoribus obstinatis. Et dextera. i. prās tua inueniat & puniat oēs qui te oderūt, tā in capite q̄ in mēbris, & duplici pœna punies eos: primò in aia, q̄a pones eos vt clibanū & furnū ignis in
C tpe vultus tui. i. in die iudicii quando præsentialiter venies manifestus i potestate magna & maiestate: quia tunc dns conturbabit eos cum dicet. Ite maledicti in ignem æternum. Et ignis infernalis deuorabit eos. Quantum vero ad corpus perdes fructū eorum. i. filios de terra, & eorum posteritatem delebis à finibus hominum, & hoc facies per Titū & Romanos quia partem eorum consumes igne & fame & gladio, & partem dispersos in captiuitatem perpetuam. Et tali pœna punies eos.

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

Ipsi declinauerūt in te mala, cōuitia & opprobria & falsa testimonia & flagella &c. Et cogitauerūt cōtra te cōsilia q̄ nō potuerunt stabilire, nec firmare, nec probare: nā statuerunt te occidere & annihilare & abiicere iugum tuum à se. Sed oppositum accidit eis qm̄ per Romanos fuerunt destructi, & dedisti D eos in captiuitatem corporis & animæ.

Quoniam pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

Qm̄. i. propterea pones eos dorsum, proiciens eos retro à facie tua, & præparabis vultū eorū in reliquiis tuis. i. cū diabolis à te relictis & reiectis. q. d. q̄ sicut tu posuisti electos tuos in benedictionibus, & lætificabis eos in gaudio cum vultu tuo, ita per oppositum iudæos & oēs obstinatos pones retro in maledictionibus, proiciens eos à facie tua, & pparabis vultum eorum in reliquiis. i. inter demones à te relictos & reiectos, vt cū magna tristitia & dolore videant horribiles pœnas suas. Et nota, quod prophetā appellat demones reliquias Dei, eo q̄ fuerunt reliquiæ bonorum angelorum. Nam electis illis, fuerūt, relicti & reiecti. Deinde subdit. E

Exaltare domine in virtute tua, cātabimus & psallemus virtutes tuas.

Cū dicit. Exaltare domine, vocat regem Christum Messiam, vt acceleret aduentum suum vt compleat omnia suprædicta. Ideo dicit, ò rex veni in carnem & resurge post mortem & passionem & exaltare in virtute tua in die ascensionis. Et tunc cantabimus & psallemus virtutes tuas in hac ecclesia, festiuitates celebrando, & exaltare etiam in virtute tua in die iudicii, & facta vindicta de obstinatis, cantabimus & psallemus virtutes tuas in ecclesia triumfante.

PSALMVS XXI.

DEus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum. F

Huic ps. secundum. 70. proponitur talis titulus. s. In finem psal. Dauid pro susceptione vel assumptione matutina. & tunc est sensus q̄ Dauid fecit hunc psalmum dirigēs nos in Christum qui est finis legis pro susceptiōne mortis & passionis, & pro resurrectione, per quā summo mane reassumpsit corpus gloriosum. Secundum vero Hie. Victori Dauid psalmus pro cerua matutina, & tūc est sensus q̄ Dauid filius Isai fecit hunc psalmum dirigēs ipsum Messiæ, Dauid in scriptura nominato, & hoc fecit pro cerua matutina, per quam intelligitur humanitas Christi. Nam sicut cerua magis tempestiuè inter cætera animalia se recludit in latibulo ad dormiendum, sed summo mane præ cæteris surgit & saltat exiens à latibulo. Ita pariter Christus depositus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tus de cruce hora ante occasum solis repositus & clausus est in sepulcro. Sed summo mane ante ortū solis surrexit & saltanit ab eo, & orto iam sole apparuit Magdalenæ, & postea cæteris Apostolis. Sed ad maiorem cuidē tiam est adnertēdum, quòd Christus in hoc titulo huius psalmi dicitur cerua matutina ratione similitudinis. Nam sicut cerua abundat copia lactis præ cæteris animalibus, qđ multo labore & periculo acquirit, & præ cæteris est sollicita circa hinnullos alendos & custodiendos. Nam summo mane surgit ad lactandos eos. Ita pariter Christus quasi sine mensura abundauit copia lactis meritorum suæ mortis & passionis. & valde fuit sollicitus circa filios suos fideles liberandos & alēdos. Et summo mane post triduum surrexit de sepulcro ad lactandum lacte gloriæ quos eduxerat de limbo, & lacte gratiæ meritorū
B suæ passionis quos liberauerat & redemerat à peccato. Vnde ratione copiæ huius lactis doctrinæ & sacramentorum nō solum Christus, sed & ecclesia & sacra scriptura dr cerua Prouer. v. vbi ait. Cerua carissima & gratissimus hinnullus, vbera eius inebrient te & in amore eius delectare iugiter &c. Ex quo patet, quòd sacra scriptura & Christus & ecclesia dicuntur cerua in scriptura. Ex quo patet, q Dauid non temerè appellat Christum ceruā matutinam in titulo huius psalmi, à quo ecclesia traxit copiam lactis gratiarum & sacramentorum Contemneudi ergo sunt Rabini iudęorum qui ex posuerunt hūc psalmum de populo Iudæorum afflicto sub Assuero tempore Hester. Et etiam Teodorus hæreticus condemnatus est in concilio Tole
C tano, q exposuit ipsum pro Dauid rege Israel. Et ideo magis est credendum euangelistis qui allegant scripturam huius psalmi pro Christi passione, Matthæi. 27. & Ioan. 19. allegant illud. Diuiserunt sibi vestimenta mea & super vestem meam miserunt sortem, esse dictum de Christo per profetiam. Item Matthæi. 27. dicitur quòd Christus in cruce dixit principium huius psalm. i. heli, heli lama zabatani, quod interpretatur Deus Deus meus quare me dereliquisti. Ex quo patet, q idem Christus qui incarnatus pēdens in cruce dixit ista verba huius psalmi, ille idem pos Dauid ante incarnationem dixit eadem verba. Et sic vtrobique loquitur Christus in psalmo & euangelio, in psalmo profetizādo, & in euangelio veritatem completam manifestando. Et ideo Dauid in hoc psalmo magis videtur texere historiam de passione Christi quàm profetare. Prævidens ergo Dauid in spiritu totum mysterium passionis & resurrectionis Christi, & exordium, & profectum & prosperitatem ecclesiæ, introduxit Christum ad loquendum, & fecit hunc psalmum, in quo principaliter tria facit. Nam primò explicat totum mysterium suæ passionis apud patrem per modum querelæ. Secundo petit liberari per resurrectionem. Tertiò promittit agere gratias post beneficia recepta. Secunda ibi, Tu autem domine, Tertia ibi. Narrabo nomen tuum. Quantum ad primum tria facit. Nam primò conqueritur se esse derelictum à patre. Secundò conqueritur se esse cōtemptum & irrisum à Iudæis & militibus. Tertiò conqueritur se multipliciter afflictum. Secū
D da ibi. Ego autem sum vermis. Tertia ibi, Circundederunt me vituli multi. Sed antequam veniamus ad expositionem totius psalmi sūt præaduertenda & præsupponenda quædam principia cum suis regulis in prologo præmo tata. Nam cum Christus sit in omnibus mediator Dei & hominum, ideò in eo reperiūtur duę mirabiles vniones, ex quibus fiunt mirabiles locutiones & intellectū difficiles. Nam primò humanitas Christi vnitur verbo diuino vnitate personali. Et sic in Christo sunt duę naturę in vna sola persona. Et sic Christus habens duas naturas in vna sola persona, est perfectus Deus & perfectus homo. Et ideo ratione istarum duarum naturarum communicantur idiomata vtriusque naturę quia verificantur de eo, quę sunt Dei & de
E quę sunt hominis. Et sic de Christo verificantur ineffabiles locutiones quę videntur contrariæ ad sensum quem faciunt in auribus
F corporis, & tamen sunt verę & catholicę ad sēsum in quo fiunt. Vnde de Christo verificat, q est creator & creatura, & creator & nō creator, & q est ęternus & temporalis, & verificatur de eo q iste homo creauit mundum, & iste Deus est mortuus & passus &c. quia inquātum homo est passus, & inquantū Deus creauit mūdum. Sic etiam in illo triduo mortis Christi de eo verificantur ineffabiles locutiones, primò q anima Christi fuit realiter à corpore separata. Et sic fuit vere mortuus, & tū tam anima q̄ corpus erāt verbo personaliter vnita, & per consequens anima & corpus erant vna persona, qđ est mirabile dictū scilicet q anima & corpus non essent in se &

inter

A inter se vnus homo nec specificè vnita, & q essent vna psona in vno tertiò. sin verbo. Et pp hoc magister sententiarū & multi magni viri cōcesserunt, q Christus fuit homo in triduo, isto modo q non erat homo in se postq̄ aīa non informabat corpus, imo realiter erat separata: & ideo licet in se anima & corpus nō essent vnus homo, tamen in verbo in quo personaliter vniebant erant vnus homo. Et sic fm istos verbū erat homo: eo q habebat animam rationalem, & corpus sibi personaliter vnitū, licet inter se vnum ab altero esset separatū. Sed iste homo verè dicebatur mortuus. Quam quidem conclusionē plures magni viri non volunt concedere, eo q videtur dicere oppositum in adiecto. s. q sit homo & mortuus. Et ideo hoc relinquatur determinationi ecclesiæ. Sed vltra istam vnionem est
B altera vnio facta inter Christum & ecclesiā, inquantum Christus assumpsit ecclesiam nō in vnitate personali, sed vnitate mystica & sacramentali. De qua vnione & desponsatione dicit Apost. 1 ad Cor. 6. & ad Efe. 4. Erūt duo in carne vna. Hoc sacramentū magnum est: dico in Christo & ecclesia. Et ideo propter hanc mirabilem vnionem etiam inter Christum verum, & mēbra sui corporis mystici cōmunicantur idiomata, & de ipso toto Christo, & de capite, pro toto corpore mysti
C eo, & quolibet membrorū causantur & verificantur mirabiles cōclusiones, quæ videnē falsę, imo etiā detestabiles, & offendere pias aures si intelligantur ad sensum quem faciūt in auribus corporis, nisi pie intelligantur ad sensum in quo fiunt in auribus mentis fidelium. Vnde sub tali sensu & prætextu ipse Christus se dicit peccatorem & derelictum a patre, & peccata suorum dicit esse sua. Vnde est valde aduertendū, sicut dictum est ps. 17. q septē modis Xps dicit peccata nostra esse sua, non quo ad culpā, quia nec peccauit in Adam nec in se, sed quo ad pœnā, inquantū pro peccatis nostris voluit pati. Vnde primò modo peccata nostra dicit esse sua inquantū aduocatus. Secundò inquantū procurator. Tertiò inquātum fideiussor: eo q obligauit se causam nostram aduocare & defendere, & debitum pro nobis soluere & satisfacere. Quartò tanquam pater pro filiis. Quintò tanquā caput pro corpore & membris. Sextò tanquā spōsus pro spōsa. Septimò tanquam Dns pro vasallis & seruis. Et etiam Octauò tanq̄ pastor pro grege, qa vnusquisq; istorū

obligatur defendere causam sibi assumptā. ad D
quā se obligauit. Ideo Xps his oibus nominibus appellatur in scriptura respectu nostri. Et ideo hæc est causa quare Christus peccata nostra dicit esse sua, & loquitur in persona ecclesiæ spōsæ suæ. His ergo præsuppositis aduertat lector, q Christus per totum ps. loquitur inquantum homo in forma serui, & non solum loquitur inquantum Christus verus & persona priuata, sed etiam persona cōmunis, & inquantum caput & spōnsus, & Dns, & pastor, & aduocatus, & procurator, & fideiussor pro sua ecclesia & corpore mystico sibi vnito. Et ideo Christus in hoc ps. procedit per modum orationis & petitionis. Nam primò de se prædicit profeticè passionem & futuram resurrectionem suam. Sed deprecatiue petit pro suis membris redemptionem & resurrectionem. siue petit omnia membra sua in se redimi & resuscitari. Et sic non solū B
peccata nostra, sed etiam dolores nostros dicit esse suos. Et ideo est tertiò aduertendum, quòd duplex dolor reperitur in nobis. s. dolor passionis & cōpassionis. Vnus ergo dolor passionis dicitur quando caput dolet expropria passione cerebri vel hemicranei, vel alicuius particulæ capitis, quia tunc caput dicit heu patior. Alter dicitur dolor cōpassionis: vt quando malum est in pede vel in brachio, quia tunc caput compatitur pedi vel in altero mēbro, & tunc dicit caput: heu patior in pede &c. Et talis dolor dicitur compassio. Ita pari modo in Christo capite nostro fuit, & erat duplex dolor in illo triduo s. passionis prout patiebatur in corpore suo & in illa carne assumpta & apta ad patiendum. Alter fuit F
dolor cōpassionis, quia pro nobis patiebatur. Et sic non solum patiebatur & tristabatur in propria carne ex verberibus & flagellis, sed multomagis cōpatiebatur nobis & miserię & captiuitati nostræ propter peccatum. Et magis cōpatiebatur in suis mēbris vulneratis & afflictis a Diab. Et sicut quandoq; accidit q homo patitur in capite & in aliquo mēbro, sed caput magis condolet membro quam sibiipsi, si in membro est fortior ęgritudo: Ita pariter Christus in triduo magis condolebat & cōpatiebatur membris suis quam sibi ipsi eo, q erat maior infirmitas mēbrorū quam sua. Nā sua erat corporalis, nostra aūt spiritualis & ille patiebatur in corpore, nos vero in anima. Et sic magis cōdolebat & compatiebatur nobis q̄ sibi. Et ideo Christus in hoc ps. ma-

gis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gis loquitur vt caput & persona cõmunis, q̃ vt persona priuata, & sic verba huius psalmi magis intelligenda sunt ad sensum in quo fiunt, quàm ad sensum quem faciunt, quia sicut in passione nõ solum patiebatur in se, sed cõpatiebatur magis nobis: ita non solum conqueritur apud patrẽ de passione sua, sed de cõpassione & miseria nostra. Christus ergo non solum inquantum homo pro se, sed etiam inquantum caput ecclesiæ pro suis mẽbris conqueritur se esse à patre derelictum, & non exauditum. Vnde ait. O Deus p vniuersalẽ creationẽ, & Deus meus per specialẽ fauorem & conseruationem, respice in me: quare me dereliquisti longe à salute, & vita mea? quia permisisti me à iudæis affligi & occidi. Et sic non fuisti propitius saluti, & vitæ meæ: imo longè factus es à salute mea: quia totaliter in potestate iudæorum me dereli-
B quisti, & morti & passioni me obtulisti.

Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi.

Clamabo per diem in cruce verba delictorum meorũ in persona membrorũ meorum peccatorum, & clamabo clamore magno dicens verba supr. s. hely hely lamazabatani, .i. Deus Deus meus quare me dereliquisti. Et etiam clamabo in cruce per diem, i. in die passionis, dicens. Pater ignosce his quia nesciunt quid faciunt. Et desiderans salutem omnium dicam in cruce, Sitio. Item non solum in die, sed etiam in nocte præcedẽti clamabo, Pater si possibile est transeat à me calix iste: & tamen in omnib. his non exaudies me nec exaudisti. Nam me à iudæis affligi, & flagellari, & irrideri, & crucifigi, & occidi pmisisti: & pauci de iudæis & crucifixoribus
C meis pro quib. oraui sunt saluati: nec etiam omnes gentiles sunt illico conuersi, quia per centum annos pro maiori parte permansẽrunt in sua superstitione, ecclesiã persequendo & affligendo: ergo sequitur q̃ non mihi non exaudisti, & per consequens me aliquando dereliquisti: quare ergo me dereliquisti & me non exaudisti?

Tu autem in sancto habitas: laus Israel.

Laus & Deus Israel qui tãquã iustus iudex habitas in sancto cœlo & solio tuo iudiciali, scis supple q̃ hoc non cõtingit, nec accidit, nec debet imputari mihi ad insipientiam & culpam & delictum s. q̃ patiar hãc afflictionem & mortem, & q̃ sim derelictus & non exauditus à te: quia tu qui habitas in sancto scis q̃ ego nunquam peccaui, nec inuentus D
est dolus in ore meo: ergo non mereor pati hanc afflictionem, nec mereor contemni nec derelinqui a te. Et nota q̃ isti tres versus non solum sunt difficiles in sententia ad intelligendum, sed etiam sunt difficiles in contextura literæ ad ordinandum particulas adinuicem: nec nisi vix reperi conuenientiam inter doct. in ordinatione particularum istorum trium versuum. Nam quidam ordinãt ly longè à salute meæ cum ly verba delictorum meorum, vt sit sensus: O Deus quid dereliquisti me? quia verba delictorum meorum. s. patriarcarum, & prosetarum, & omnium fidelium peccatorum sunt longè à salute mea, quia omnes clamant quod debeo mori & expectant meam passionem. Nam peccata membrorũ meorum exigunt quod moriar. Item litera Hie. habet Lõge à salute E
mea verba rugitus siue clamoris mei, q. d. q̃ verba rugitus clamoris quæ feci tãm in cruce q̃ in horto sunt longè à salute mea: qa non sunt audita: imo clamabo per diẽ & nõ exaudies, & non est silentium mihi: quasi dicat, non fuit mihi silẽtium in toto illo die & nocte passionis, sed semp clamaui & tamen nõ exaudisti: O pater quasi dicat, inuanũ laboro & clamo. Quæ quidẽ litera Hier. licet magis clara, tamẽ plura & altiora sacram. continet translatio ipsorũ. 70. vt patet in 1. expositione. Itẽ ly respice in me, q̃d est in nostra traslatione, non reperitur in Hebræo. Sed forsitan. 70. voluerunt supplere, ad denotandum q̃ Christus in breui debebat liberari de illa afflictione: conqueritur ergo dicens. O Deus Deus meus respice in me citò liberando. Nã F
C qua de causa dereliquisti me, & recessisti lõge à salute meæ? probo q̃ dereliquisti. Nam non clamabo verba mea, .i. peccata mea. Sed verba delictorum meorum .i. membrorum meorum peccatorum, quasi dicat: in cruce & horto non deflebo, nec patiar, nec clamabo pro peccatis meis, sed pro peccatis membrorum meorum, & tamen non exaudies me in tali clamore. Sed hoc non erit mihi ad insipientiam nec ad culpam, quia tu laus Israel qui habitas in sãcto solio iudiciali, scis quod nunquam peccaui nec mereor hãc afflictionem. Deinde subdit.

In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos.

Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi.

Cum

A Cũ dicit. In te sperauerunt patres nostri, reddit causam suæ iustæ querelæ arguens à minori. Nam si pater exaudiuit patres uetetestã. & exaudiuit, & liberauit eos de tribulationibus suis, ergo multo magis debebat liberare filiũ, & exaudire in tali tribularione, eo q̃ erat filius naturalis, & iustus, & innocens. Sed oppositum fecit pater, quia non exaudiuit eum: imò dereliquit eum in potestate iudæorum, & permisit ipsum irrideri, & multipliciter affligi. Et ideo primò probat, & ostẽdit, qualiter Deus exaudiuit, & liberauit patres antiquos. Secundò, qualiter permisit ipsum contẽni, & irrideri. Tertiò probat, qualiter ipse est filius naturalis, & iustus, & innocens. Quartò, qualiter permisit ipsum multipliciter affligi, & in hoc consistit tota sententia, & intelligentia huius primæ partis principalis. Secunda ibi. Ego autem sum uermis,
B & non homo. Tertia ibi. Quoniam tu es, qui extraxisti. Quarta ibi. Circundederunt me uituli. Quantum ad primũ ergo dicit: O pater, q̃ habitas in sancto, bene habeo ius querelæ. Nã omnes patres nostri sperauerunt in te, & clamauerunt, & tu exaudisti, & liberasti eos de afflictione Aegypti, & de mari rubro. Vnde clamauerunt ad te multotiens in deserto de terra promissionis, cum tribularẽtur. Et sic clamauerunt, & sperauerũt in te, & tri non sunt confusi, nec frustrati in sua petitione, qa. semp liberasti eos, aut per Moysen, aut per Iosue, aut per Iudices, aut p Reges, aut p Zorobabel de Babylonia, aut per Machabeos de Antioco. Ego autem non fui exauditus, sed fui reputatus tãq̃ vermis, & nõ homo, & tãq̃ opprobrium hominum, &
C abiectio plebis, quia fui multipliciter cõtentus, & irrisus. Nam omnes uidentes me sic à te derelictum & abiectum, multipliciter deriserũt me: primò in domo Caifæ & Annæ dicendo mihi alapas. Deinde in domo Pilati me arundine percutiendo, & dicendo, profetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Item uidentes me in cruce derelictum, & abiectũ, locuti sunt labijs, dicẽdo: Alios saluos fecit, & non potest seipsum saluum facere, si filius Dei est, descẽdat nũc de cruce, & credemus ei. Itẽ mouerunt caput, dicendo, aue rex Iudæorum, & vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, &c. Et sic dixerunt, si Iesus Nazarenus sperauit in eum, scilicet in Deum, ergo saluum faciat eum, liberando de cruce, q̃n vult eum, id est, post q̃ D
diligit Deus pater tãq̃ filium naturalem, sicut ipse dicit. Ex his uerbis patet, qualiter Christus dicit, & conqueritur se esse derelictum à patre in potestate Iudæorum, & confusum, & non exauditum, & inde moti sunt Iudæi ad irridendum, & illudẽdum ei, post q̃ viderunt ipsum non exauditum, & sic putarunt totaliter ipsum à Deo abiectum, & derelictum: ideo hoc ei improperabant in cruce, vt dictum est. Nam ideo Iudæi irridebant eum, quia putabant ipsum à Deo derelictũ: & de hoc conqueritur hic Christus. Ex quo patet, q̃ Dauid hic magis videtur texere historiam euangelicam, quàm profetiam. Et nota quòd licet Christus fuerit uerus homo quò ad naturam, tamen quò ad generationem fuit, ut uermis. Nam sicut uermis generatur, ex terra ex sola influentia cœlesti, ita Christus fuit genitus in utero virginali sine E
patre carnali ex puris sanguinibus, solo opere spiritussancti. Ideo dicit Christus

Ego autem sum uermis, & nõ homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes uidentes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Ego autem sum vermis, & non homo, id est genitus ad modum vermis, & nõ per coitum ad modum hominis: & ideo sicut Christus non habuit patrem carnalem in terris: Ita non habuit defensorem. Deinde eũ dicit; Quoniam tu es, ostendit se esse vnicum filiũ naturalem, & iustum sine peccato. Nã sicut supradictum est, Christus nullũ habuit aliũ patrem in terris nisi solum Deum, qui opere spiritussancti formauit ipsum in utero uir- F
ginali. Ex quo patet, q̃ est filius Dei naturalis ratione personæ, & ratione formationis. Secundò sequitur, quod Christus est iustus sine peccato naturæ, & personæ: quia non ex opere Adam natus est, sed ex opere & uirtute spiritussancti. Et ideo sicut nulli peccato erat obnoxius, ita nullius pœnæ erat reus. Ex quo patet, q̃ non erat delinquendus à patre, sed in omnibus exhaudiendus. Et hoc est, quod dicit hic. O pater tu non debes me derelinquere, nec orationem & personam meam contemnere, quia sum filius tuus naturalis, & iustus sine peccato.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de uentre spes mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus sum ex utero.

Tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Tu es ille, qui extraxisti me de ventre & vberibus matris meæ, & nullus alius pater carnalis extraxit me, quia non habeo patrẽ carnalem in terris. Et ideo ex vtero matris meæ proiectus sum in te solum.i.tibi soli, & nulli alteri datus sum filius. Et ideo subdit.

De uentre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me.

Tu solus es Deus meus à principio conceptionis de uentre matris meæ, quia in eodem instanti, in quo fui creatus, fui verbo personaliter vnitus, & sic simul fui creatus & assumptus, & per consequens nulli peccato obnoxius: ergo postquam tu es pater meus naturalis, & ego filius iustus sine peccato, ne discesseris à me, & ne derelinquas me.

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam
B *non est, qui adiuuet.*

Quoniam tribulatio proxima est mihi, & quoniã nullus alius est, qui adiuuet nisi tu, qui es pater meus: ergo ne discesseris à me, & ne derelinquas me in agone passionis, sed exaudi me. Ex supradictis patet, ꝙ de duob⁹ conqueritur Christus. Primò, quia pater dereliquit eũ. Secundò, ꝙ nõ exaudiuit eũ. Tertiò, quia cum esset filius naturalis & iustus sine peccato, permisit eum derideri & affligi. Sed contra prædicta arguitur: & videtur, ꝙ Christus nunquàm fuit à patre derelictus, sicut ipse conqueritur. Nam ipsemet dicit Ioan. 7. Pater semper mecum est, & ita me solum non dereliquit. Item contra illud quod dicit, ꝙ non fuit exauditus in sua oratione, arguitur. Nam Apostolus dicit ad Hæb 5. ꝙ Christus in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eũ, qui posset illum saluum
C tudinem & iuſtitiā &c. Et iō ſequitur: hic. ſ. Chriſtus innocēs, & mundus corde, & verax accipiet benedictionem cœleſtem à domino, & miſeram à Deo patre ſalutari ſuo. Nā Chriſtus à patre habuit vt ſit ſaluator, quia hęc. i. talis generatio eſt quęrentium eum, & quęrentium faciem Dei Iacob. i. querentium hic Deum per gratiam, & in futuro per facialem viſionem & p gloriam. Sed eſt aduertendum ꝙ i his ſupradictis quatuor verſib⁹ latet magnum ſacramentum. Primò p hoc quod ait Quis aſcendet in mōtem. Secūò per hoc quod ſubdit. Hic accipiet. Tertiò per hoc qđ additur: hæc eſt generatio quærentiū faciem Dei Iacob. Iō eſt notādum, ꝙ quādo Iacob vidit in ſomnis ſcalā ſtantem in terra, cuius ſummitas attingebat cœlum, & vidit Angelos aſcendentes & deſcendentes per eam, & vidit D dominum innixum ſcalæ dicentem. Ego ſū Deus Abraham Deus Iſaac &c. & tibi dabo terram hanc & ſemini tuo, & dilataberis ab oriēte in occidentem &c. & benedicent̄ in te omnes tribus terræ vt patet Gen. 28. tunc p illam ſcalam cognouit Deum incarnandū. Nam ſicut eadē ſcala ex vna parte tangebat cœlum, & ex altera terram: prēuidit ꝙ Chriſtus futurus de genere ſuo, erat futurus Deꝰ & hō. Iō vidit Deū innixum ſcalę. Et per ꝓ miſſionēm ſibi factam, & per angelos aſcendentes per ſcalam, prēuidit ꝙ nō ſolùm xp̄s Deus & hō erat in cœlum aſcenſurus, & erat dñs cœli: ſed etiam omnes filii Iacob ſecūdū ſpm & ꝓmiſſionem, qui debebant implere mundum à ſolis ortu uſq; ad occaſum, & ab aquilone ad auſtrum, erant aſcenſuri in cę- E lum per illam ſcalā qui eſt xp̄s, & habituri manſionem in cęlo per Chriſtum Et prēuidens ꝙ nemo poterat efficī membrum Chriſti, nec aſcendere in cęlum cum Chriſto, niſi mundaretur per aquam baptiſmalem & ungeretur oleo ſpūſcti, ut efficeretur Innocēs manibus & mundo corde: Iō poſtq̄ ſurrexit à ſomno, effudit oleum ſuper lapidē, oſtēdens ꝙ oēs eramus baptizandi & ungendi in lapide Chriſto Ieſu. Et iō dixit: verē dominus eſt ī loco iſto, & nō eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli &c. Legēs ergo Dauid iſtā viſionē Iacob, & ꝓuidēs p eā: ea q̄ ſupradicta ſūt de Chriſto & eccleſia: ait. Quis aſcendet in mōtem domini. i. qs eſt ille figuratus p ſcalā Iacob aſcendentē vſq; ad cęlū? & reſpondet, iſte eſt Xp̄s Deus & hō ſupple, Innocēs manibus. i. iuſtus in operibus & mūdo corde, q nō F accepit ī vano animā ſuā, applicādo eā adva na ꝓpalia: nec iurauit ī dolo ꝓximo ſuo, imo pcātū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: Iſte aſcēdet in mōtem domini tanq̄ dominus, q̄a Deus & hō per ſcalā figuratus. Et quis aſcēdet per illā ſcalā, & qui ſunt aſcēdentes per illā ſcalā cū Xp̄o in cęlū? Reſpondet: innocens manibus. i. omnis innocēs p pnitētiā, & mūdo corde &c. quaſi dicat ꝙ oēs regenerati per baptiſmū & purgati per pnitētiā, vt dictū eſt, aſcendēt cū Xp̄o in mōtē dñi. Ité eſt vlterius notandū ut legit Gene. 27. ꝙ Iacob ſubripuit benedictionē, dum Eſau iret ad venandū, q̄a Iacob indutus & coopertus pellibus caprinis & ſimulatus, fuit benedict⁹ à patre, & pater ī ſpū prēuidit myſteriū incarnationis, & ꝓuidit verbū incarnandum &

mortali

Universidad de Deusto
Biblioteca

morrali carne induēdū, & iō dicit ecce odor filii mei sicut agri pleni quē benedixit dominus &c. Ité legit Gen. 32. qualiter Iacob luctatus est cū angelo & noluit ipsum dimittere vsquequo fuit benedictus ab eo, iō dicit sibi dñs: nequaquā vocaberis Iacob, sed Israel .i. videns Deū, aut fortis cū Deo. & directus & benedictus à Deo. In vtraq; visione prēuidit Dauid qualiter reprobata synagoga, solus populus Christianus debebat supprimere primogenituram & benedictionē per Christū, & videre Deū & vocari Israel: qa solus populus Christianus est directus à Deo per legē euāgelicā, & videt Deū per fidē, & est à Deo benedictus per baptismū, & videt facie Dei Iacob, qa videt Deū facie ad faciem, & salua facta est anima eius. Hoc ergo prēuidēs Dauid dicit, q nō solū Christus per naturā: sed cor
B pus suū mysticū q est populus Christianus, innocēs manibus & mūdo corde per sacrālē sanctificationē ascēdet in mōtē dñi cū Christo capite suo, & stabit in loco sctō eius. Et hic talis accipiet benedictionem spiritualē à domino, figuratam per benedictionem Iacob, factam à patre & ab angelo. Nam

Hæc est generatio quærentium eum quærentium faciem Dei Iacob.

Hęc talis est illa generatio querētiū dñm .i. isti sunt figurati p Iacob q tenuit angelū, donec fuit à Deo benedictus, & uidit facie Dei Iacob, qa uidit Deū facie ad faciē: & ita omnes isti uidebūt hic Deū per fidē, & in futuro facialiter per gloriā. Ex quibus patet, q solus Xps meretur de iure ascendere in cęlū. Sed oēs fideles merēt ascēdere per gr̄am, in
C quātū efficiūtur mēbra Xpi, & purificātur p sanctificationē baptismalē & pēnitētialē. Vñ qđ cōuenit capiti Xpo per naturā, hoc idē cō uenit mēbris per gratiā, vnde mēbra Christi quasi violēter rapiūt cęlum, vt ait Chis Ma. 11. Regnū cęlorū uim patitur, & violenti rapiunt illud. vnde Hie. & Chry. Grādis q̄ppe violētia est rapere per gratiā & pēnitentiam, q quis nequeat attingere per naturā. Sed est aduertendū q licet in his tribus. s. innocentia operis, & mundtia cordis, & cogitationis, & ueritate oris cōstat tota iustitia hominis, ut latius dictū est ps. 14. tñ nullus hō inuētus est usq; ad præsentē diē quin peccauerit in aliquo prędictorū, nisi solus Xps per naturā, & uirgo Maria per gratiā, ut ait Aug. in libro de natura, & gratia, & de natura paruulorū, & de perfectione iustitię hominis. Hoc idē approbat Hie. in altercatione cōtra Pelagianos. Et sic solus Christus reperitur innocens manibus, & mundo corde, & uerax per naturā, & uirgo Maria per gratiā. Et sic isto mō solus Christus meretur ascēdere cęlū, & habere uniuersāle dominiū i orbe: cęteri aūt oēs peccauerūt in aliquo p̄dictorū, & electi fuerūt per sanctificationē baptismalē & pēnitētiā liberati: & iō vnusquisq; eorū pōt dici innocens māibus & mūdo corde. Nā p.ā deleta per pēnitentiā & baptismū, reputatur apud Deū tāquā nō facta: qa Beati quorū remissę sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata, & sic unusquisq; eorū pōt dici innocens &c. Ex quib⁹ patet, q solus Christus est uere dominus orbis terrarū, & vniuersāle habet potestatem in cęlo & in terra, nō solū vt De⁹, qavt sic, creauit oia, sed etvt hó inocēs.

Attollite portas principes uestras, & elevamini portæ æternales & introibit rex gloriæ.

Postq̄ Dauid ostēdit Christū de iure esse dñm uniuersālē totius orbis, tam in cęlo q̄ in terra, & per cōsequēs in inferno: iō hic apostrofat ad principes inferni vt aperiāt portas Xpo, quando vēerit ad repetendā prędā, & cognoscant ipsum tāquam dñm, quia p.q uidit in spū qualiter Christus erat in inferū descēsurus, & debebat rūpere portas ęreas & uectes ferreos cōfringere, & limbū & purgatoriū spoliare, & captiuitatem sanctorū patrū liberare, & cū eis i cęlū ascēdere, & ad dexterā pris sedere, & in ęternū cōregnare. Iō Dauid apostrofat ad diabolos prīcipes inferni dicēs: O principes inferni attollite uestras portas infernales .i. aperite eas. & ò portę æternales .i. ęternarū pęnarū eleuamini & date locū, &
E introibit Chris rex glorię cum venerit ad expoliandum infernum & repetēdam prędam. cui respondent diabolī.

Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

Quis est istę rex glorię, qui ausus est venire ad domū nostram & loca pęnarū, ad q̄ nulli iusto fas est accedere. Ad quos rursum Angeli ministri & comites Christi dicūt, iste rex glorię est Christus dns sortis & potēs operē & sermone corā Deo & omni populo, i potētia miraculorū, & dominus potēs in prælio. qa vicit vos in area crucis: & p.prio sanguine mercatus est genus humanū, & satisfecit p.p peccō priorū parētū & suorū posteriorū & placauit patrē p.p suā humilitatē, & deiecit vestrā superbiā. Et iō tāq̄ victor & triūfator

A uenit ad repetendā hereditatē sibi debitā, q̄ tyrannice diu tenuisti. Ideo attollite portas vestras. Et quia data est ipsi vniuersālis ptās in cęlo, & in terra, & in inferno, ideo non venit tanquam reus sicut cęteri, sed tanquam iudex iustus & triunfator.

Attollite portas principes uestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Hic p̄dicit ingressum Xpi in cęlu ad suscipiendam iurisdictionē cælestis patriæ, tāq̄ dominī cęli: iō Dauid apostrofat ad naturā angelicā, vt aperiat cęlū & recipiat Xpm tanq̄ vniuersālē dñm. & dicit in pſona angelorū Xpm comitātū i die ascēsiōis cū tota captiuitate. Oprincipes cęlestis exercitus attollite. i. apite vras cęlestes portas, & ò portę ęternales cęli, eleuamini & date locū: & itrabit Xps
B rex glorię. Quos principes cęlestes interrogat *Quis ē iste rex gloriæ? dñs virtutū ipse rex gliæ.*

Quis est iste (aūt) rex gloriæ, q ausus est i gredi cęlū, cū sit clausum oibus hoibus p pctm primorum parentū, & qui ausus est in cedere ista via nulli us hōis adhuc trita vestigio? Quibus respōdet comitatus Xpi. Iste est Xps dominus omnū uirtutū cælestiū: quem ppter suas uirtutes. s. qa est innocens manibus & mūdo corde: & uerax, & quia humilia uit semetipsum, patri factus obe diens vsq; ad mortē, morte aūt crucis, parte exaltauit illū, & dedit illi nomen qđ est sup oē nomen, ut i nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestiū, terrestriū, & infernorū, & q a iā expoliauit infernū victor & triunfator, & uenit cū prēda, iō ipse de iure est rex glorię, quapro-
C pter attollite portas &c Ex quib. patet, q tū dominium orbis terrarum est ipsius Xpi, Primo quia ipse creauit orbē, & hoc inquantū Deus. Secdo quia innocens & mundus, verax & humilis, & hoc inquantū hō. Sed nota q nō solū recreauit & fundauit ecclesiā sup Maria & aquas baptismales, sed ēt super flumina aquarū sapientiæ, quæ sunt doctrina & præcepta euangelica, præparauit & dispo suit eā, quia ab ecclesia fluunt flumina aquę uiuæ salientis in uitā æternam. Ioan. 7. Ex to to isto psal. possunt recolligi quatuor conclusiones. Prima conclusio, q Christus tripli ci ratione de iure est dominus totius orbis terrarum. Primo quia creauit totum orbem: & hoc inquantum Deus. Secundo quia regenerauit & recreauit ecclesiā: & hoc inquantum sponsus & caput. Tertiò inquantum iustus & innocens. Secūda conclusio. q nullus

poterit ascendere cęlum cum Christo n si efficiatur iustus & innocens & membrū Christi per gratiam. Tertia conclusio, q Christus tanq̄ dominus & triunfator confregit infernū & expoliauit limbū & purgatoriū. Quarta conclusio, q Christus tāq̄ rex et dominus angelorū & omniū creaturarū cū triūfo intrauit cælū reportans captiuitatem antiquā.

PSALMVS XXIIII.

AD te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido: non erubescam.

Titulus i habrēo: Ipsi Dauid. fm vero 70. In finē ps. Dauid. Ex titulo apparet q Dauid fecit hūc psal. dirigēs nos i Christū, quia est finis legis. Ad cuius intelligentiā est notandū fm Aug. libro Cur Deus homo, q quādo Adā fuit expulsus à paradiso terrestri, & pdidit nō solū illā prēsentē felicitatē, sed ēt futurā beatitudinē q̄ fuerat in cęlo sibi promissa, E tūc ne de se et sua posteritate videret desperare. fuit sibi Chis de sua carne promissus: q ipsū cū posteritate, de captiuitate diaboli liberaret: et uiā in cælū demōstraret, et finaliter ad cælestem beatitudinā introduceret, et sic Deus dedit legē sacrificiorū et oblationū. ipsi Adam et filius suis, per quā eos in Christum dirigeret. Quæ quidem lex semper creuit per ętates, suscipiendo incrementum in Noe, et Abrahā, et Moyse usq; ad Christū, vbi compleuit cursum suum. Ex quo patet, q lex uetus nihil aliud fuit nisi quędam uia dirigens in Christū, tanq̄ in finē immediatū, et ideo nusq̄ petit regnū cęlorū, sed semper petit Christum Messiam futurum, q doceat uiā i regnum cęlorum. Et ideo sicut lex uetus dicitur uia in Christum: ita lex euangelica dicitur uia in regnū cęlorū, et ideo Chris- F tus dicitur ostiū. Io. x. et dicitur uia, ueritas, et uita. Ioā. 14. Nā sicut patres uet. test. semp rogabāt ut Deus diligeret eos vsq; ad Christum per illā legem: ita nos rogamus ut diriga t nos per legē euangelicā usq; ad eundem Christū, ut in eo glorificemur in scdo aduentu. Hoc ergo prēuidēs Dauid in spiritu, fecit hūc psal. in quo introducit Adā mysticū loquentē, et totā suā posteritatē fidelium peregrinātē per istā viā diuinæ legis, qui in uete. semper orabat et uocabat Christū, ut ipsū in hac uia dirigeret usq; ad eū, et daret sibi legē euangelicā in cælū dirigētē. Et iō Dauid fecit istū psal. per ordinē alfabeti ad denotā dū q lex successiuē processit ab imperfecto ad perfectū. Nam sicut puer incipiēdo primam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A literā alfabeti: & discurrendo usque ad ultimā semper crescit & proficit in doctrina vsq; ad vltimā literā: Ita hō mysticus peregrinādo per legē semper profecit vsq; ad Chim: in quo accepit vltimā pfectionē illius legis quæ fuit vniuersalis redēptio & veritas euāgelica. Nūc aūt peregrinatur per legē euāgelicā vsq; ad scām aduentū Chimin quo recipiet vltimā pfectionē & vitā æternā: & hoc est q intendit Dauid in hoc psal. in quo quatuor facit. Nā primò iste hō mysticus petit dirigi in lege vet. vsq; ad Chim. Secdò petit liberari à vetcri pctō p Chim in suo aduētu. Tertiò petit legem euangelicam per quā iustificetur. Quartò petit fructum legis euangelicæ. s. fruitionem vitæ æternæ. Secunda ibi. Reminiscere. Tertia ibi. Dulcis &rectus. Quarta ibi. Quis est hō qui timet dñm. Quantum

B ad primum dicit iste peregrinus. O dñe Iesu Christe Messia future: postquā fui eiectus à paradiso semper ad te leuaui animā: mētem & spem meā, semper orādo vt venias ad liberandū me cum tota mea posteritate. O ergo Deus meus fac vt non erubescam, nec cōfundar, frustra expectando aduentum tuum.

Neq; irrideant me inimici mei: etenim uniuersi qui sustinent te non confundentur.

Hoc est, neq; diaboli inimici mei & infideles irrideant me, dicentes, q frustra confido in te: & in vanum te expectо saluatorē & liberatorem: etenim, pro certè, quia ego scio q non confundentur vniuersi qui expectāt te: imo tu liberabis eos in aduentu tuo. Sed

Cōfundātur oēs iniqua agētes superuacuè.

Id est cōfundātur oēs infideles agētes superuacuè & frusta iniqua: & ppetrantes ma

C la contra me: quia omnes idololatræ: & infideles agentes iniqua contra me, & volentes me delere, de mundo frustrabūtur desiderio suo: quia veniet Christus & expoliabit limbum inferni, & exterminata idololatria eiiciet foras principē huius mundi, & subiiciet populum gentilē, qui me conabatur destruere. Ergo tu domine Iesu Christe

Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Demonstra mihi vias tuas & præcepta, & doce semitas. i. cōsilia legis tuę: & dirige me i veritate tua me declinē ad dexterā neq; ad sinistrā, quia tu es Deus Iesus saluator meus iō sustinui & speraui in te tota die i. à principio mundi vsq; ad aduentū tuū. i. expecta te videre veritatem legis. Et ideo notāter dicit

Dirige me ī ueritate tua et doce me, quia tu D *es Deus saluator meus: et te sustinui tota die.*

Dirige me in veritate: quia duo considerare debemus in lege veteri. s. literam superficialem et veritatem clausam in litera. Hāc ergo veritatem petit intelligere, et in ea dirigi per aduentum Christi: quia iam habebat literam tunc de præsenti.

Reminiscere miserationū tuarū domine: et misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Hic petit liberari à pctō & saluari p Christū i aduētu suo, & dicit: Dñe ne memineris delicta iuuētutis meę. i. pctā q ego cōmisi in mea iuuētute, & à principio in paradiso terrestri, pp q ego fui expulsus, & ne memineris ignorātias meas. i. peccata q p ignorantiā crassam cōmisi. Sed reminiscere et recordare E miserationū et misericordiarū tuarū q à sæculo et principio per discursum tpis, sunt: qa fecisti miam cū Noe liberādo de diluuio, et cum Abrahā et Isaac et Iacob liberādo de Labā et Esau: et cū filiis Israel liberando de ægypto, et per totū desertum et terram promissionis tēpore Iosue et iudicum. Et inde q Dauid per delicta iuuētutis intelligit peccata primorū parentū q fuerunt cā nīæ miīæ: et dicit delicta in plurali, eo q illi pctō multa pcā fuerūt annexa, puta furtū, superbia, homicidū, sacrilegiū, vt inquit Aug. i libro Enchiridii. Item vocat etiam delicta iuuētutis pctm originale vniuscuiusq; : eo q à cōceptione, et natiuitate, et iuuētute cōtrahit. Ité per ignorātias intelligit corruptiones naturæ et fomitē cōcupiscētiæ, nā taliter F fuit natura corrupta et vulnerata in Adā, et oēs potētię vulneratę, q est prona ad malū, et infirma et difficilis ad bonum, et tudicat bonū malum, et malum bonū, et talis ignorantia dr pœna peccati et peccatū simul, et per talem ignorantiam committuntur ota pctā, et omnis malus est ignorās isto mō: et iō ait. Ignorantias meas ne memineris. Sed

Secundum misericordiam tuam memētο mei tu propter bonitatem tuam domine.

Quasi dicat: non uelis respicere peccata mea, sed misericordiam et bonitatem tuam.

Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in tua.

Hic petit legē euangelicam, et enumerat perfectiones eius. Vñ dicit: dominus Iesus Chris in aduētu suo veniet dulcis et rectus et

mansue-

A mansuetus. Ideo propter hoc qa dulcis & rectus, dabit legem euangelicam in hac via delinquentibus. & quia dulcis & mansuetus, iō

Diriget mansuetos in iudicio. docebit mites uias suas.

Diriget mansuetos, & docebit apostolos & discipulos mites, vias suas, qa nō cōgregabit superbos & elatos, sed mites & māsuetos, & nō docebit superbiā sed humilitatē & māsuetudinē, quia mitis est & humilis corde, & dicit, Diriget māsuetos in iudicio, non examinationis, sed discretionis, quia in primò aduētu Christus neminem iudicauit, sed discreuit veritatem à litera, & euangeliū à cerimonialibus, & virtutes à vitiis &c. Et bene dicit quod in lege euāgelica diriget māsuetos. Nā

Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas, re B *quirentibus testū eius & testimonia eius.*

Vniuersæ viæ & præcepta & consilia dñi euāgelica nihil aliud sunt nisi mia & veritas. Nam nihil aliud docetur nisi mia. Nam primò Christus pp nimiam caritatem & miam incarnatus est, & pro oibus passus & mortuus est. Et sic prædicauit miam & caritatem erga proximū. Et hāc miam operatus est cecos illuminādo, infirmos sanādo, & mortuos suscitādo, & tādē finis totius legis euangelicæ est misericordia & caritas, de qua misericordia & eius operibus petet Christus in die iudicii. Ité vniuersæ viæ dñi sunt veritas, qa doctēt oēm veritatē. Et etiam dr lex euangelica veritas legis vet. vt dictū est. Et sic in aduentu Christi mia & veritas obuiauerūt sibi, & iustitia & pax osculatæ sunt. Et iō dicit quod omnes viæ & præcepta dñi sunt misericordia C & veritas, requirentibus, & contemplātibus, & seruantibus testamentum eius, quia non præcipitur nec legitur in euangelio nisi misericordia & veritas requirentibus test. & testimonia eius. Et ideo subdit Dauid.

Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.

O domine Iesu tu propiciaberis & misereberis pctō meo, propter nomen tuum, quod est Iesus. Nam Iesus idem est quod saluator ergo si tibi est proprium saluare & misereri, ergo secundum officium & virtutes nominis tuī propiciaberis peccato meo, quia multum & magnum est peccatum meum, ideo indiget magno medico, & saluatore, & multa misericordia. Et sic tibi soli cōuenit secūdū proprietatem nominis, quia nō est aliud nomen sub cœlo in quo nos saluari oporteat. Item

Psalmi XXIIII. 273

Multum est. n. potest referri ad nomen Christi quia multum est potens et magnum. D

Quis est homo qui timet dominum legem statuit ei in via quam elegit.

Hic enumerat fructus legis euangelicæ in futuro. Nam sicut per legem euangelicā consequimur misericordiam & veritatem & indulgentiam peccatorū, ita in patria cōsequemur fruitionē. Vnde dicit, q si quis est qui timeat dñm: Dñs statuit & firmauit ei talē legē in hac via quam elegit. i. Christus statuit omni homini timenti Deum, q si seruauerit eam, non frustrabitur nec decipietur, imo.

Anima eius in bonis demorabitur, et semen eius hæreditabit terram

Anima eius demorabitur in bonis patriæ post hanc vitam, & illis bonis fruetur, & semen eius. s. semen Christi. i. omnes fideles p baptismum regenerati hæreditabunt terram E viuentium.

Firmamentum est dominus timentibus eum, & testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Tale firmamētum & promissum est omnibus timentibus eum, & testū ipsius Christi, & memoriale est vt manifestetur illis. i. omnibus fidelibus. i. tale test. firmauit Christus & dimisit, vt manifestaretur omnibus Christianis per apostolos & doctores, quòd oēs timētes Deū & seruātes legē dñi habebūt præmiū in cęlo, quod erit quia anima vniuscuiusque iusti timētis Deū & seruātis legem euāgelicā, demorabitur æternaliter in bonis cœlestibus, & illis fruetur, & semen eius. s. Christi, hæreditabit terram viuentium. Et ly semen, pōt referri ad quemlibet timentem Deum. Nam semen iusti dicuntur oēs sequaces & F imitatores eius. Et sic nos sumus semen apostolorū & omniū iustorum, eo q sequimur eorum iustitiam & doctrinam. & iō dicit Dauid, quòd anima timentis Deum & seruantis legē, demorabitur in bonis cœlestibus, & semen eius. s. omnes imitatores, hæreditabūt terram viuētium &c. quia tale test. firmauit Christus & statuit cum dixit. Si vis ad vitā ingredi serua mandata.

Oculi mei semper ad dominum, quoniam ip se euellet de laqueos pedes meos.

Postquam superius orauit Xpm Adam, vt dirigeretur in lege dñi & liberaret à pctō, nūc orat Xpm, vt in aduētu suo liberet eū a fomite & causis & pœnalitatibus pcti. Vñ est aduertēdū, q Adā peccādo nō solū incurrit pctm in aīa, sed ēt multa incommodā in

corpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

A corpore, quę causant peccatū in anima, Nam illico fuit priuatus omni libertate & subiectus necessitati & miseriæ multipliciter. Nā ante casum, tāta erat libertas in voluntate q̄ poterat stare in gratia & nō cadere in aliqđ peccatū si voluisset: quia in nulla parte erat læsum liberū arbitrium, imo erat equale ad vtrumliber, quia nullum erat intrinsecū impedimētum: quia tota sensualitas erat subiecta rationi. Secundò poterāt nō mori si voluisset, & nō infirmari comedēdo de ligno vitæ, quod ad libitum possidebat. Tertiò erant sibi tāta fauorabilia elementa propter aspectū cęli q̄ nō sentiebat frigus neq; intensum calorem. Quartò: quia oēs bestiæ erant ipsi subiectę & nulla ipsi poterat nocere, neq; aliquis humanus inimicus poterat aduersari, fuisset. n. ppetua pax & cōcordia inter homi
B nes, & cōformitas voluntatum, postquā homo erat cōformis diuinæ voluntati quia omna supradicta erāt in prēmium originalis iustitiæ. Sed peccāte Adā, omnia supradicta p didit, & omnia quę erāt libera facta sunt necessaria. Nā sicut ante habuit libertatem stādi & nō peccandi si voluisset, nunc perdita illā libertate, habet necessitatē peccādi: quia taliter fuit corrupta natura & sensualitas in Adā, & percussa fomite cōcupiscentię, q̄ illico fuit facta rebellis rationi, & prona ad omne malum, & liberū arbitrium fuit læsum & claudū. Et sic semper caro pugnat aduersus, spiritum, intātum q̄ si liberū arbitrium non confortaretur & iuuaretur gratia Dei, de necessitate traheretur ad libitum carnis & sensualitatis. Et sic quæ erat libera à diaboli po
C testate, est nunc ipsi subiecta: hoc est q̄ potestatem quā ratio habebat ante, supra sensualitatem & carnē, habet nunc diabolus, nisi ratio et voluntas fuit liberū arbitrium iuuetur per gratiā, ad resistendū diabolo, & trahendā sensualitatē ad sē, & defendendā à diabolo nē vincatur tentatione. Et ita pariter totū corpus incurrit necessitatem moriendi, & patiendi miserias & tribulationes ab inimicis visibilibus & inuisibilibus, et fuit subiectum elementis & motibus cęlorū. Et sic omnis libertas vertā est in necessitatem, necessitas. n. dicitur à necto nectis, quod idem est quod ligo ligas: quia homo manet obligatus ad oēs prędictas miserias. Et ideo orat Christum vt veniat ad liberandum ipsum à præfatis miseriis tām interioribus q̄ exterioribus & visibilibus, per passionē &c. Dicit ergo Adā mysticus. Oculi mei semper erunt eleuati ad dñm D
Iesum Xp̄m Messiam futurum: vt ipse euellat & eruat pedes meos. i. sensualitatū, de laqueo diaboli et fomite cōcupiscentiæ. Nam licut caro siue sensualitas illaqueatur cōsentiendo tentationi diaboli: ita voluntas illaqueatur si consentit cōcupiscentię et sensualitati. A tali ergo laqueo non potest homo liberari nisi gratia Christi, vt inquit apostolus ad Rom. 7. Ergo Christe

Respicè in me & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego.

Respice in me. i. respice istas infirmitates et multiplices laqueos, et miserere mei. dādo gratiā per baptismū et alia sacramenta: et dādo gratiam præuenientem, et operantem et cooperantē, qm̄ ego sum inops. i. sine ope et auxilio et factus sum pauper et expoliatus E
omnibus bonis gratuitis, quādo descendens ab Hierusalem in Hierico, incidi in latrones, qui non solum expoliauerunt: sed etiam percusserunt et plagis affecerunt, et semiuiuum reliquerunt: Et sic

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt de necessitatibus meis erue me.

Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt: quia multiplici plaga fui sauciatus. Nā expoliatus omni libertate: incidi in supradictas calamitates et necessitates: ergo de illis necessitatibus erue me per gratiam et ecclesiastica sacramenta in tuo aduentu: et tandē

Vide humilitatem meam & laborem meū, & dimitte uniuersa delicta mea.

Vide humilitatē. i. dejectionē meā, et laborē meum. i. infirmitates meas: et etiam vide humilitatem et laborem. i. pœnitentiam et cōtritionem meam: et dimitte vniuersā delicta mea per supradictas necessitates commissa. Nam ideo dicuntur delicta: quia ex tali infirmitate et necessitate committā. Vnde concupiscentia et prædictæ infirmitates dicuntur necessitates, vno modo, quia perdita libertate obligati sumus ad ea, siue ab eis alio mō, quia sunt quidam laquei ad nectendam et ligandam et trahendam voluntatem et rationem. Et ideo à talibus necessitatibus interioribus orat liberari.

Respicè inimicos meos quoniam multiplicati sunt & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam & erue me. nō erubescam quoniam speraui in te.

Hic petit liberari ab inimicis et necessitatibus exterioribus: ió ait: Respice inimicos meos

A meos tā visibiles, quām inuisibiles, qñ̄ multiplicati sunt: na multitudinē tentat diabolus & multipliciter tribulat & persequitur hominem. Etiam amplius fuit afflictus populus Dei ab Adam vsq; ad Christum, & exinde vsq; ad iudicium. Nam ecclesia sępe & semper fuit impugnata à iuuentute sua, & exosa prauis & infidelibus, & ideo subdit. Odio iniquo oderunt me. Nam semper iniqui oderunt iustos, & infideles fideles: & quare oderunt me odio iniquo? quia

Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

Quia inquit innocentes & recti adhæserunt mihi, & quia sustinui te. i. ideo oderunt me: quia defendebam innocentiam & rectitudinem iustitiæ. Et quia posui totam spem meam in te, relictā spe mundana.

B *Libera Deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.*

O Deus, libera Israel. i. populū fidelem ex omnibus tribulationibus suis tām interioribus, quām exterioribus. de quibus supradictum est. Ex quibus patet q̄ Dauid non orat in hoc psalmo pro se tantū & pro suis tribulationibus, de quibus iam fuerat liberatus, sed orat Christum profeticè pro toto Israel. i. pro toto Adā, & corpore mixtico. Et sic tota ecclesia orat pro isto statu, vt liberet filios suos à prædictis tribulationibus & necessitatibus in Adā perpetratis. Et quilibet peccator orat moraliter Christum caput suum in hoc psalmo, vt liberet eū à prædictis necessitatibus & peccatis personaliter cōmissis, & dirigatur in lege euangelica. Et sic potest ex
C pom primo profeticè. Secundò moraliter. Et sic etiam ecclesia dicit hunc psalmū in agenda defunctorum, orans: vt liberet eos ab illis tribulationibus & pœnis purgatorii.

PSALMVS XXV.

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. & in domino sperans non infirmabor.

In hebræo nullus alius titulus præponitur nisi Ipsi Dauid ad denotandum q̄ Dauid scripsit hunc psalmū dirigens ipsum ipsi Dauid, s. Christo, futuro Dauid, frequenter in scriptura nominato, vt sæpius dictū est, eo q̄ in solo Christo fuerūt repertæ pfectiones & virtutes in hoc psalmo memoratę. Ad cuius intelligentiā est notandū, q̄ cū Christus sit caput & sponsus ecclesiæ, & rex & sacerdos, oportuit vt acciperet à patre plenitudinē gratiarum & virtutū: vt de eius plenitudine oēs acciperemus gratiā pro gratia. Et sic fuit principiū & origo omnū gratiarum, vt suis membris cōicaret, & in omnibus luceret, & in eo tanquā in speculo & exēplari oēs aspicerēt. Et ideo in quantū rex, fuit exemplar & regula omnium regū. Et inquantū sacerdos, fuit norma & exēplar omnium sacerdotū. Et in quantū caput ecclesiæ, fuit norma & regula oium mēbrorum fidelium. Et ideo Christus accepit à patre, & habuit in se decē perfectiones, & virtutes, vt suis membris cōicaret. Nā primò fuit Christus innocens, & mansuetus in conuersando. Secūdò in omnibus habuit Deum præ oculis. Tertiò castus & mundus corde & carne. Quartò misericors erga delinquentes, propter infirmitatem & fragilitatē eorum. Quintò nunquam consensit concilio vanitatis, nec habitauit cum iniquis. Sextò E
non dilexit prauos: imo eos exprobrauit, dicens: væ vobis Scribæ & Farisei. Matt. 23. Septimò erga Deū fuit mundus & iustus. Octauò in audiendo & loquendo de rebus diuinis & de lege diuina assiduus. Nonò circa cultum diuinum, & in visitando templū Dei fuit sollicitus. Decimò in omnibus actibus suis diuinum auxilium imploravit. Hæ sunt decem conditiones, quas quilibet rex debet habere vt bene regat regnum suum: & quilibet prælatus & sacerdos, vt bene regat ecclesiam suam, & gregem sibi cōmissum: & quilibet fidelis vt bene regat seipsum, erga Deū & proximū. s. vt semper sit Deo gratus & acceptus, & cū cęteris iustè, & cū caritate possit conuenire & cōuersari. Has ergo debet pe F
tere à Christo vnusquisq; rex, & sacerdos, & fidelis: eo q̄ Christus habet eas formaliter & per excellentiam à patre. Hoc ergo prequidēs Dauid in spiritu, fecit hunc psalmum, in quo introduxit Christum loquentem & petentē istas decē perfectiones à patre, vt posset suis membris cōmunicare. Vnde ait tanquā rex & sacerdos & caput ecclesię. O domine pater iudica me iudicio discretionis, & elige me, à prauis segregādo: quasi dicat, gratias tibi ago qñ̄ elegisti & segregasti me ab omni prauitate, qñ̄ primò ingressus sum in hunc mundū in innocentia & sanctitate mea, & non cum prauitate & malitia. Secundò ideo sperans in domino nunquam infirmabor, imo semper ero stabilis in omni bono. Et sic semper habeo Deum prę oculis sperando in eo. Tertiò

Proba

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Proba me domine & tenta me: ure renes meos & cor meum.*

Ideſt da mihi munditiam carnis & cordis. Quarto

Quoniam misericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.

Miſericordia tua ante oculos meos eſt: q̃a ſemper fui miſericors omnibus qui ad me venerunt, compatiens eorum infirmitatibus & fragilitatibus, vt patet de Cananea & adultera, & per totum diſcurſum euangelicum. Et ſic ſemper complacui tibi in miſericordia & veritate. Quinto

Non ſedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Nunquam ſedi cum concilio vanitatis .i. nunquam volui ſocietatem malorum ſuperborum: nec introibo cum gerentibus iniqua
B negocia: imo fugi eorum ſocietatem: quaſi dicat auaros & iniquos nolui in ſocietate mea: ſed humiles & iuſtos elegi Apoſtolos & diſcipulos. Sextò

Odiui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo.

Odiui & abieci eccleſiam & congregationem iudæorum, & omnium aliorũ malignantium & iniuidorum, & non ſedebo cum impiis. i. cum hæreticis & infidelibus, ſed catolicis & fidelibus. Nec ſedebo cum crudelibus ſed cum manſuetis & mitibus. Septimò

Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum Domine.

Vt audiam vocem laudis: & enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Lauabo manus mea, & operationes meas inter innocẽtes & mundos, & circundabo al
C tare tuum Dñe, quaſi dicat: ego cuſtodiã corpus, & cor meum, ab omni ſorde & ſpurcitia, vt mundus & innocẽs poſſim introire altare tuũ, & digne offerre orationes & oblationes, & ſacrificium tãm acceptabile, & vt digne & deuotè audiã vocẽ laudis tuę: quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: & dignè enarrem, & enumerare poſſim mirabilia tua, quia cuius vita deſpicitur, neceſſe eſt vt eius prędicatio, & correctio contemnatur: ergo neceſſe eſt: vt ſim mundus, & innocens, vt poſſim alios docere, & corrigere. Octauò

Domine dilexi decorem domus tuæ: & locũ habitationis gloriæ tuæ.

Quia ſemper fui ſollicitus ad cultum diuinum, & ad templum ædificandum, & viſitandum & venerandum. Nonò

Ne perdas cum impijs Deus animam meam & cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ideſt, ne permittas me cum crudelib. & homicidis, & iracundis ſociari, nec cum eis condemnari: Sed fac q̃ ſim mitis, & humilis corde. Decimo non permittas me ſociari cũ auaris, & falſis iudicibus: in quorum manibus ſunt iniquitates. i. quia iniquè & iniuſtè iudicant: & dextera eorum plena eſt muneribus .i. quia acceperunt munera pro iudicio. Et ſic pecunia corrupti ſunt acceptores perſonarum, & iniquè iudicant, condemnando innocentem, & abſoluendo reum & nocentem, amore, vel odio, vel pecunia. Et ideo concludit Chriſtus, licet iſti falſi iudices, & omnes maligni, & impii velint falsè iudicare, & inique agere.

Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum, redime me & miſerere mei.

Autẽ pro ſed, ego ingreſſus ſum in hũc mũdum in innocentia, & puritate mea ſine peccato: vt poſſim innocentiam, & perfectiones, & omnes virtutes membris meis cõmunicare & docere: vt ad me omnes aſpiciant, & diſcant ex me. Et ideo redime me, & miſerere mei in membris meis. i. vt mea membra participent ſupradictas perfectiones.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te domine.

Quia pes meus. i. intentio mea ſemper ſtetit firma in directo. i. in via recta diuinorum præceptorum. Et ideo benedicam te in eccleſiis, & congregationibus fidelium. Ex ſupradictis patet, q̃ ſolus Chriſtus ſine defectu habuit ſupradictas. 10. perfectiones & conditiones, tanquam verus rex, & ſacerdos, & caput & ſponſus eccleſiæ. Et ideo omnes reges terræ, debent has virtutes à Chriſto petere, vt bene & rectè regant regnum ſuum: & omnes prælati, & ſacerdotes: vt bene regant eccleſiam, & gregem ſibi commiſſum: & vnuſquiſque fidelis vt bene regat ſeipſum: & ſic vnuſquiſque iſtorum debet dicere hunc pſalmum. Hoc ergo præuidens Dauid iam petebat omnia iſta forſan à Chriſto: vt iuſtè & bene poſſet regere regnum ſuum.

PSALMVS XXVI.

Dominus illuminatio mea: & ſalus mea quem timebo,

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo.

Huic

A Huic pſ. præponitẽ talis titulus in Hebræo. ſ. Ipſi Dauid, ſine aliquo additamento. In biblijs autẽ noſtris reperitur ſic. In finem pſ. Dauid priuſquã liniretur. Sed forſan hoc addituũ eſt ab aliquo ſcriptore latino: eo q̃ dicit Hie. in prologo huius libri q̃ Dauid fecit hũc pſalmum poſt mortẽ Saulis, antequam vngeretur in regem, & ſic poſſet indifferenter intelligi de ſeda, vel tertia vnctione. Et ſic dicunt quidã Hebræi, & etiã catolici q̃ Dauid fecit hunc pſalmum, poſtquam adeptus eſt regnum. Vnde dicunt q̃ qñ Deus promouet aliquem ad aliquam dignitatem: cõiter dat ſibi gratiam: vt poſſit exequi, & regere illã, & miniſterium ſibi commiſſum. Et ideo Dauid deuotè ſe præparauit ad recipiendum illam gratiam. Et ideo fecit hunc pſalmum, in
B quo tria facit. Nã primò petit conſtantiã cõtra impedientes. Scdò petit gratiam vt diligenter ampliet cultum diuinum. Tertiò petit perſeuerantiam, vt dictum finem conſequatur. Et ſic tãm Hebræi q̃ quidam catolici literaliter exponunt iſtum pſalmum pro ipſo Dauid iuxta ſuam ſupradictam. Sed licet litera huius pſalmi poſſet aliquo modo ſuiæ ſupradictæ applicari, tamen talis præceſſa literalis expoſitio non euacuaret intentũ profetæ: quia Dauid non fuit minus profeta in hoc pſalmo, quam in cæteris. Et ideo eſt aduertendum, q̃ qñ Dauid fluctuabat in perſecutione Saulis, multoties vouit Deo, & promiſit in corde ſuo, q̃ ſi Deus liberaret eũ ab illa perſecutione, & ſublimaret ipſum in regnum, q̃ ipſe ædificaret templum dño, &
C reponeret arcam in eo, & ordinaret, & ampliaret diuinum cultum. Et ideo poſtquam adeptus eſt regnum poſt mortẽ Saulis, illico decreuit adimplere votum de tẽplo ędificando: ſed quia fuit ſibi prohibitum, & fuit ſibi facta promiſſio de templo, & eccleſia ędificanda per Chriſtum, ideo in contemplatione illius promiſſionis, fuerũt ſibi factæ multæ reuelationes de diſcurſu, & effectu eccleſiæ Chri. Inter quas reuelationes præuidit in ſpiritu, qualiter poſt redẽptionẽ, & liberationẽ gñis humani, eccleſia Chriſti erat paſſura multas afflictiones, & perſecutiones per imperatores, & tyrãnos: ſed finaliter per conuerſionẽ Cõſtantini liberata, debebat ſublimari ſuper omnia regna mundi, & habere libertatem ædificandi eccleſias per omnes partes mũdi, quas reges, & imperatores debebant multis diuitijs ornare, & ditare, & diuinum cultum ampliare. Hoc ergo præuidẽs Dauid in ſpiritu, D
in perſona totius eccleſię fecit hunc pſalmũ, in quo tria facit. Nam primò iſte homo myſticus agit Deo gratias, ſe per Chriſtũ eſſe liberatum, non ſolum de poteſtate diaboli, ſed etiam de perſecutione tyrannorum & infidelium. Secundò cupit implere deſiderium ſuum de eccleſia per Chriſtum ædificãda, & de cultu diuino ampliãdo, & de eccleſijs cõſtruendis, & reparãdis tempore Cõſtantini. Tertiò petit in tali diuino cultu, & proſperitate per diuinum auxilium perſeuerare, & cõſeruari. Secunda ibi. Vnã petij. Tertia ibi. Exaudi dñe. Dicit ergo eccleſia. Multa mala paſſa ſum ab infidelibus tpe legis & profetarum, & etiam à diabolo expectando Chriſtum redemptorem: Sed nunc poſtquam redemptor meus venit in carnem, & dedit mihi lumen ad intelligendam ſcripturam, & de E
dit mihi eccleſiaſtica ſacramenta ad delenda peccata, & poſtquam dominus meus Ieſus Chriſtus eſt illuminatio mea, tollendo omnem ignorantiam & cecitatem, & eſt ſalus mea, tollendo oẽ peccatum, ergo quem amplius timebo? q. d. nullum. Item poſtquam dñs Ieſus Chriſtus eſt protector uitæ meæ, à perſecutione tyrannorũ, ad repellendos eorum incurſus, à quo trepidabo? q. d. à nullo, quia talibus armis donorum ſpiritusſanĉti, & ſacrorum, munitus me, q̃ nullũ amplius timebo, imo dum ipſi inimici mei tyranni nocentes .i. volentes me diſſipare appropriant ſuper me, ut edant carnes meas, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt uicti. Vnde hoc dicit profeta propter Dioclerianum, & Maximianum & alios tyrannos, qui volebant cogere
F Chriſtianos & martyres ad adoranda idola, ſed dum hoc Chriſtiani recuſabant, tunc tyranni adhibebant eis tormẽta intolerabilia, & etiam dabant ipſos martyres leonibus, & cæteris feris deuorandos, ſed finaliter omnes illi tyranni mala morte perierunt, & eccleſia prævaluit, & tota gentilitas conuerſa eſt ad fidem, poſt conuerſionem Conſtantini, vt patet per totum diſcurſum eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Dicit ergo iſte homo miſticus.

Dum appropiant ſuper me nocẽtes, ut edãt carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Quod cum iſti inimici mei nocentes, appropiant, & adhibent beſtias feras, ut edant carnes meas, eo q̃ nolebam Chriſtum abne

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gare, tunc ipsi infirmati, & victi. per Christum, superati ceciderunt à dignitate, & superbia sua, & dominio. Nã Nero & Domitianus seipsos interfecerunt: & Maxẽtius, & Diocletianus, & Dacianus, & Maximianus, victi ceciderunt, & miserabili morte perierũt. Et omnes alii principes populi gentilis à sua superbia ceciderunt, & collaqueo fidei subiecerunt. Item in dei Christi crucifixores, & apostolorum persecutores à regno & sacerdotio ceciderũt, & ciuitas eorum fuit destructa, & per Romanos templum fuit incensum, & sic ipsi qui ante erant superbi, & mundanis diuitiis repleti, fuerunt infirmati, & diminuti, & in contemptum, & abominationẽ dediti, & in subiectionem, & captiuitatem per totum mundum dispersi. Dicit ergo iste homo mysticus. Si dominus meus Iesus Christus fuit
B illuminatio mea, mihi dãdo legem euangelicam, quæ tollit omnem ignorantiam, & delet omne peccatũ, & fuit protector meus, me à captiuitate diaboli liberando, & fuit adiutor meus contra potentiam tyrannorum, & regum, & imperatorum, & eos victi, & superati, ergo deinceps

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Si consistant aduersum me castra demoniorum, & omnium inimicorum ecclesiæ iã non timebit cor meum. Et si exurgat aduersum me totum prelium hereticorum, & sarracenorum, & antichristi, & cæterorum prauorũ, nõ timebo eos, quia in hoc redemptore meo ego sperabo & confidam. Nam sicut
C liberauit me de potestate diaboli, & dira persecutione tyrannorum, & imperatorũ, qui toti mundo dominabantur, & eos fidei subiecit: Ita à fortiori cum eius auxilio, & gratia, & fortitudine liberabit me de quacũque futura persecutione, & sic nullum timebo.

Vnã petij à dño, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.

In hac secunda parte iste homo mysticus petit proficere in cultu diuino, postquam liberatus est de potestate diaboli per passionẽ Christi, & liberatus est de persecutione tyrãnorum nẽt eius gratiam, & auxilium. Vnde dicit: postquam ego fui illuminatus & liberatus per passionem domini mei Iesu Christi, & fui liberatus à persecutione tyrannorum, & subiecti, & superaui eos cum auxilio diuino, iam intendo & desiderio quiescere, & uacare diuino cultui, & contemplationi, & augere diuinum cultum, & ædificare ecclesias. Et ideo vnam gratiam, & vnam petitionem petij à domino Iesu Christo, & hanc requiram semper, & in hac petitione perseuerabo: scilicet ut inhabitem in domo domini. i. in ecclesia, omnibus diebus uitæ meæ, quam ecclesiã Christus cõstituit, in quã sola, solus Deus adoratur, & per fidem uidetur. Et ideo desidero habitare in ea.

Vt uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius.

Quia in ista sola ecclesia declaratur voluntas domini, per legem euangelicam. Et in sola ecclesia saluantur fideles, per ecclesiasticã sacramẽta. Nam extra ipsam ecclesiam Christi, nulla est salus, nec medicina, nec præmiũ nec meritum, quoniam dominus meus Iesus
E Christus, quãdo me ad fidem vocauit, & gratia baptismali regenerauit:

Qm̃ abscẽdit me ī tabernaculo suo, in die malorũ protexit me in abscõdito tabernaculi sui.

Tunc abscõdit me, & uallauit me in tabernaculo suo intra muros ecclesiæ, q̃ sunt, spes fides, & caritas. Et protexit me in abscondito tabernaculi sui in die malorum. i. in tempore persecutionum. Vnde in triplici die malorũ protexit Christus fideles suos in abscondito, & gremio tabernaculi sui. Primò, in die malorum peccati orginalis: quando per baptismum introducit eos in ecclesiam, liberando de potestate diaboli. Sẽcundò in die malorum peccatorum mortalium: quando per pœnitentiam eos reconciliat, & etiam quando per confirmationem armis donorũ spiritussanctĩ, contra demonum incursus eos armat, & armatos protegit. Item protegere etiam eos in die malorum, scilicet in die iudicii, quia omnes & soli qui reperientur in gremio ecclesiæ, saluabuntur: cæteri autem extra gremium ecclesiæ reperti, in ignem destinabuntur. Item Christus protexit ecclesiam in die malorum, & tempore tyrannorum. Et ideo iste homo mysticus agit gratias Christo, quia protegit ipsum in tabernaculo ecclesiæ, in isto triplici die malorum. i. de triplici periculo, putã ingressu huius mundi, & progressu, & egressu. Et ideo subdit,

In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Ego teneor supple gratias agere Deo, quoniam in petra qui est Christus exaltauit me, & fun-

A & fundauit me, & dignificauit me, membrũ Christi faciendo, & mihi nomen Christiani largiendo, quod est nomẽ dignius super omne nomen. Et sic exaltauit caput meum, & nomen, & dignitatem, & honorem super omnes inimicos meos, quia non solum me fecit digniorem eis, sed etiam omnes mihi subiecit. Et ideo gratias agendo

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam uociferationis, cantabo & psalmum dicam domino.

Circuiui ecclesiam toto orbe diffusam, & cãtabo Christo meo hostiam uociferationis, id est offeram Deo patri hostiam, & sacrificium eucharistiæ, cum uociferatione, & confessione laudis, & dicam domino, & cantabo psalmum in laudem, & honorẽ sui, pro vniuersis beneficiis receptis. Nam cõstituam, &
B celebrabo dies festos in ecclesia, in memoriã incarnationis, & natiuitatis, & passionis, & resurrectionis, & ascensionis domini mei Iesu Christi, & singulis festiuitatibus dedicabo, & cantabo propria officia: in quibus explicabuntur mysteria supradicta, & beneficia mihi collata, & offeram sacrificium eucharistiæ, quod in lege veteri fuerat figuratum. Quæ omnia supradicta fuerunt impleta post conuersionem Cõstantini, ut dictum est plu ries, qui ædificauit, & ampliauit ecclesiam, & diuinum cultum per totum orbem.

Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram.

In hac tertia parte petit ecclesiam conser
C uari, & perseuerare in diuino cultu, per auxilium gratiæ. Vnde ait. Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te, & miserere mei in collata prosperitate conseruanda, & exaudi me, quia semper peto in orationibus meis, vt peccatores conuertas: vt proficiant, & proficientes conserues, vt perficiant, & totam ecclesiam liberes ab inimicis, vt tibi in pace & quiete deseruiat. Vnde hoc tibi semper dixit & orauit cor meum, & facies. i. conscientia mea semper exquisiuit te, & sic requirã semper faciem tuam, ut ostendas mihi auxilium misericordiæ tuæ. Et ideo rogo,

Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.

Ne auertas faciem tuam. id est gratiam, & auxilium tuum à me, & ne declines in ira à seruo tuo, id est ne nelis me repellere propter aliquod peccatum commissum. Sed da D
mihi gratiam. vt reuertar ad te per gratiam præuenientem, & maneam in te per gratiã cooperantem & perficientem.

Adiutor meus esto ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus.

Esto adiutor meus, & ne derelinquas me, quia si tu dereliqueris me, gratiam subtrahẽdo, aut negando, tunc ruar & præcipitabor in oẽ malum: ergo tu qui es Deus salutaris, & redemptor meus, ne derelinquas me, qm̃ nullũ aliũ habeo redemptorem & adiutorẽ.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit me.

Primus pater meus Adam, & mater mea Eua, & ẽt parentes qui me genuerunt, dereliquerunt me nudum, & bonis gratuitis expoliatum, & plagis impositis sauciatum & vulneratũ: Quoniam in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: & sic in potestate diaboli derelictus, & captiuus, & venundatus, sed dominus meus Iesus Christus liberauit me, & redemit me, & assumpsit me in adoptionem filiorum, & membrum suũ me fecit per passionem suã, & per baptismum regenerauit me. Item pater meus populus gentilis, & mater mea synagoga dereliquerunt me: quia relictis idolis gentilitatis, & relictis cerimoniis veteris legis, ex duobus populis, in vnam ecclesiam congregauit me. Et sic ipse Christus factus est caput meum, & ego mẽbra eius. Et ideo iste homo mysticus conuersus ad Christum dicit. O domine postquam iam liberasti me & assumpsisti me de potestate diaboli, & de persecutione tyrannorum, F

Legem pone mihi domine in uia tua, & dirige me in semitã rectã propter inimicos meos.

Pone mihi legem in uia tua. i. da gratiam, vt valeam legem tuam obseruare. Quia sine gratia tua, nemo potest malum vitare, nec bonum operari: & ideo Dirige me in semitã rectã tuæ euangelicæ doctrinæ, ne deuiem à lege tua, & ne recedam à voluntate tua, & fac hoc propter inimicos meos, tam visibiles quàm inuisibiles, qui me à tua lege conãtur auertere. Et ideo da mihi gratiam, ut eorum possim incursus pellere. Et

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerũt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

Credo uidere bona dñi in terra uiuentium.

Ne tradideris me. i. ne tradi permittas in

Universidad de Deusto
Biblioteca

animas.i.in desideria istorum inimicorū tribulantium me, quoniam testes iniqui insurrexerunt in me. Primò testes iniqui cōtra caput meū Xpm, falsa crimina iponēdo. Scdò cōtra eius membra, dicēdo q̄ erant Magici & Necromantici, vt ipatet in ecclesiastica historia, & historiis sanctorum martyrum, & virginum, & tñ mērita est iniquitas istorū inimicorū ecclesię, q̄a pualuit veritas & euanuit iniquitas. Et tō dicit iste hō mitheus, licet isti inimici insurgerent in me, falsa crimina imponendo, tamen ego opprobria patienter tolerabam, recordatus illius p̄missionis, & doctrinæ magistri mei Christi, qui dixit: Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in cęlis: propter hanc ergo promissionem, quia credo videre bona domini mihi promissā in terra viuentium, per redemptorem meum Christum, ideo patienter passus sum opprobria, & supradicta tormenta mihi illata, & crimina mihi falsō imposita.

Expecta dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

In hoc ultimo uersiculo profert Dauid exhoratur, & concludendo confortat seipsum, & oēs fideles ad perferēdas omnes p̄secutiones propter Christum, & ueritatē, vt ponant spē, & fiduciā in eo, in omnibus tribulationibus. Vnde dicit. O tu fidelis expecta dñm Iesum Xpm, & cōfide, & pone fiduciam, & spū in eo, in omnibus tribulationib⁹, sicut ego feci, & age uiriliter sustinendo, & defendendo fidē Xpi, & veritatem, & cōforteť cor tuum cōtra tyrannos & inimicos, & ne deficias, & sustine dñm. i. pone spē in eo, quoniā ipse liberabit te sicut liberauit me. Nā licet ad tempus p̄mittat iustos affligi, tamen finaliter liberat eos de manibus inimicorū. Itē nō cōfidas nec p̄sumas de tuis viribus, & tua iustitia, sed pete gratiā. Totus ēt iste psalmus potest exponi moraliter de quolibet pœnitēte qui agit gratias, se per pœnitentiam esse illuminatum, & à pcō liberatū, & petit gratiam, vt intra gremium ecclesiæ sāluetur & conseruetur, per auxilium gratiæ. Item potest etiā exponi pro quocunq; in tribulationibus afflicto, qui petit illuminari & liberari. Item pōt ēt exponi p̄ quocūq; fidei existēte in purgatorio, q̄ agit gratias se ab hoc sęculo cū pœnitētia decessisse, & à culpa liberatū fuisse, & petit liberari per suffragia ecclesię, & petit videre bona domini in terra uiuentium. s.in gloria cęlesti, liberatus ab illis pœnis. Et iō ecclesia cantat hunc psalmum in agenda defunctorum. Item vnusquisq; fidelis potest dicere etiam quotidie hunc psalmum vt Deus conseruet ipsum in gratia, quam in baptismo, aut per pœnitentiam semel accepit.

PSALMVS XXVII.

Ad te domine clamabo. Deus meus ne sileas à me ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum

Titul⁹ Ipsi Dauid. Ex titulo apparet q̄ Dauid facit hunc psalmum, sed de materia eius est uarius modus dicendi apud Hebręos, & quosi ta catolicos. Nam quidam dicunt q̄ Dauid fecit hunc psalmum petens liberari de persecutione ipsius Saul. Alii dicūt, q̄ fecit ipsum quando fugit à facie Absalon, & ascendens in montem oliuarum, & conuertēs faciem suam uersus Hierusalē, extollebat manus suas uersus locum, ubi erat tabernaculum, & orabat Deum, ne traderetur in manū inimicorum. Et ideo dicit: Exaudi uocē meā dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum: & sic exponunt istum psalmum literaliter, precisè de illa persecutione. Sed licet illa potuerit esse causa, vnde Dauid ceperit occasionem ad faciēdum istum psalmum: tamen non est sistendum in tali precisa literali expositione, sed est trāseundū ad profectū intelligentiam. Et ideo est dicendū q̄ Dauid in tali p̄secutione præuidit totum mysterium passionis, & resurrectionis Xpi. Et ideo fecit istū psalmū, in quo tria facit. Nā primò in p̄sona Xpi petit liberari ab inferno, & sepulcro, per gloriosā resurrectionē. Secundò petit ultionem de crucifixoribus iudæis, prędicendo eorum damnationem, & suę ciuitatis destructionem. Tertiò agit gratias de beneficio resurrectionis adepto. Secunda ibi. Da illis. Tertia ibi. Benedictus dominus. Dicit ergo Christus ad patrē. O domine pater, ego clamabo ad te pro me, & toto genere humano in mēsa, quando rogabo pro omnibus membris meis. Ioan. 17. & etiam clamabo in horto p̄ trinam orationem, rogando pro omnibus bidelib⁹. Rogo ergo ne sileas, & ne taceas à me, imo annue & concede quod me resuscitem à mortuis, ne assimiler descendentibus in lacū. Vnde nota, quòd sicut respondere, & annuere petenti, est facere vel promittere: Ita tacere & non respondere petenti, est quasi negare.

negare. Et ideo Christus petens resurrectionem à patre dicit, ne fileas, & nequando taceas. i. nō renuas nec neges: sed fac quod peto. i. resuscita me à mortuis, & libera me, & p passionem, & resurrect, meam, libera fideles à peccato. Et nota q̄ illud aduerbium, nē, iteratur, & præponitur illi verbo assimilabor, & ponitur futurum. indicatiui pro optatiuo. q.d. nequando taceas, & nec assimiler descēdentib. in Lacū. Nam si tu non resuscitaueris me, ero similis descendentib. in Lacum: quæ pœna mihi nō debetur: quia ego sum solus inter mortuos liber. Et sic non sum debitor mortis sed immunis: quia nō peccaui in Adā. Sed volo spōte mori pro uobis meis mēbris: vt faciam vol. tuā. Sed non debeo in inferno manere nec Corpus meū incinerari. resuscitа ergo me ad vitam gloriosam. & nō ero similis aliis peccatorib descendentib. in Lacū inferni. Nā licet descēderim in infernū. tamē nō ex debito, nec vt ibi maneā, sed vt limbū, & purgatoriū expoliem, & cæteros liberem.

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te: dum extollo manus meas ad Tē plum sanctum tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

Exaudi ergo Dñe vocem deprecationis meæ, dum oro ad te in mensā, & horto, & dū extollo manus meas extensas in cruce, ad Templum sanctū tuum. i. maiestatē diuinitatis tuæ, orando ne simul tradas me. i. mēbra mea cum peccatoribus, & ne perdas me cum operantib. iniquitatem, ad damnationē perpetuam destinando. Qui quidem peccatores operantes iniquitatem, sunt Scribæ, & Farisei, qui loquuntur pacē cum proximo suo. s. mihi, qui eram proximus eorū de tribu sua, & loquebantur mihi cum pace simulata, & dolosa, dicētes: Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c. Et tamē mala erant in cordibus eorum: qui hoc dicebant: vt me caperent in sermone, & me possent accusare. Et sic imposuerunt mihi crimē læsæ maiestatis, puta q̄ eram rebellis Cæsari, & seminabam seditionem in populo.

Da illis secundum opera eorum: & secundū nequitiam adinuentionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini: & in opera manuum eius destrues illos: & nō ædificabis eos.

Hic petit vltionem de crucifixoribus, prædicendo eorum destructionē, dicens: O Dñe pater, postquam supradicti iudæi ita dolosè, & iniquè processerunt contra me, & volunt manere obstinati in sua iniquitate & cecitate: ergo da illis debitam, & meritam pœnam secundum opera eorum. quia fuerunt homicidæ, & secundum nequitiam adinuentionū ipsorum, quia cum iniquitate & dolo, & mē dacio, & falsō crimine procurarūt mihi mortem, & tribue illis pœnam, secundum opera manuum eorū, & redde retributionem eorū ipsis: nam pœna debita eorū est: vt sicut ipsi voluerunt me de terra delere: ita deleantur de terra viuētium, quantum ad animam, & expulsi à sedibus eorum vadant dispersi, & captiui per mundum, quantū ad corpus. Itē redde retributionem eorum ipsis. i. redde eis omnes maledictiones, quæ scribūtur in lege & profetis, contra eos, qui non erant recepturi Christum in lege promissum, quoniam isti Iudæi non intellexerunt opera, & miracula quæ ego feci, per quæ poterant cognoscere me esse Messiā in lege promissum, sicut scriptum erat in lege & profetis. Quam scripturam non intellexerunt, eo q̄ excecauit eos malitia eorum ne intelligerent sacramenta Dei. Et ideo in opera manuum eius. i. secundum opera ipsius populi destrues illos, & nū quam reædificabis eos. Nam licet ante multotiens fuerint destructi, puta per Caldæos, & Antiocum: tamen reædificasti eos per Neę miam, & Macabæos. Sed in ista tertia destructione facta per Romanos, in vindictā mortis Christi nunquam reædificabis eos: sed vsque ad consummationē, & finē sęculi persęuerabit statuta desolatio, Danie. 9. & sic nunquam exit tertium Templum.

Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus & protector meus: & in eo sperauit cor meum & adiutus sum.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est.

In hac tertia parte Christus agit gratias patri: quia fuit exanditus pro sua reuerētia: quia recuperauit vitam gloriosam pro se, & suis membris per resurrectionē. Vnde dicit. Benedictus Dominus Deus pater meus: qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A niã: exaudiuit uocẽ deprecationis meæ, & fuit adiutor & protector meus. Et ideo cor meũ sperauit in ipso, & auditus sum sicut petebã: nam caro mea quæ erat mortua in sepulcro, reflоruit per resurrectionẽ ad uitam floridã & gloriosam. Et ideo ex tota uoluntate mea, & toto corde, & affectu, confitebor ei, confessione laudis, memorando & referẽdo omnia beneficia recepta: tàm redemptionis, quã resurrectionis: quoniam ipse est fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui. i. omnium membrorum filii sui: quia per passionem eius omnes fideles liberauit à maledicto peccati, & debito pœnæ æternæ. Deinde cum dicit,

Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ: & rege eos & extolle illos vsque in æternum.

B Christus rogat patrẽ, vt recipiat eius mortem, & passionem, & sanguinem in præciũ & redemptionem populi sui, & recipiat eos in hac ecclesia per gratiam, & in futura per gloriam. Vnde ait O Dñe pater, saluum fac populum tuum, meam passionem pro eius redemptione acceptando, & benedic hæreditati tuæ, quam tanto labore acquisiui, & recuperaui eam à maledicto peccati, & à sentẽtia data in Adam, absoluendo, & postquam iste populus est hæreditas tua: rege eos in hac ecclesia per legem euangelicam, & ecclesiastica sacramenta, in gratia conseruãdo. Et post hanc mortalem vitam extolle, & exalta eos vsque in æternum, vitam & felicitatem æternam in cœlo eis conferendo.

PSALMVS XXVIII.

C AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

Titulus. Psalmus Dauid in consummatio. tabernaculi. Ex quo titulo apparet q̃ Dauid fecit istum ps. in cõsummatione tabernaculi vel templi, quod præcepit ædificari per Salo. Hieron. autem dicit q̃ Dauid fecit istum ps. in consummatione tabernaculi lignei: quod prope domum suam construxit, & in eo arcã recondidit & q̃ inuitat omnes fideles ad cultum diuinum: qui fiebat in illo tabernaculo. Sed Ra. Sal. & cõmuniter omnes Hebræi dicunt, q̃ Dauid in hoc ps. inuitat etiam totũ populum ad offerendum oblationes, & omnes sacerdotes ad offerendum sacrificia, & omnes Leuitas ad cantandum psal. & laudes in Templo per Salo. ędificando, post eam cõsummationem. Rabi autẽ Camhi Barchinonensis dicit in glossa huius psalmi, q̃ Dauid præuidens in Spiritu mirabilia quæ facturus erat rex Messias in suo aduentu, fecit hunc psal. in quo inuitat omnes iudæos, vt sequantur eum in suo Aduentu, & offerant sacrificia in Templo, quod debet ædificari in Hierusalem. Et dicit, quòd ille Messias debet facere cum voce sua mirabilia, quæ scribũtur in hoc psalmo. Et sic glossant ipsum de Messia, quem falsò, & frustra expectant moderni iudæi. Ex quibus patet manifestè, quòd iste obstinatus partim dicit verum, inquantũ dicit, q̃ Dauid prævidens mirabilia quæ facturus erat Messias fecit hunc psal. & quòd Dauid inuitat omnes fideles vt recipiant Messiam in suo Aduentu. Sed mentitur & blasfemat, inquantum expectat futurum, quod iam est impletum & præteritum: quia Iesus Messias in lege promissus iam venit, & fecit omnia quę in isto psalmo memorantur. Relicto ergo mendacio, recipiamus veritatem, exponendo istum psal. de Iesu Christo redẽptore nostro, in le. promisso, qui in suo aduentu omnia mirabilia, quæ in illo psal. continentur, fuit operatus. Ad cuius intelligentiam est notandum, quòd duo inter cætera præuidit Dauid in Spiritu in illo exẽplari, & descriptione Templi sibi tradita. i. Paralipp. 28. Nam primo præuidit in Spiritu, & intellexit qualiter Christus in suo aduentu debebat ædificare ecclesiam toto orbe diffusam, & figuratam per illud templum materiale, quod ipse præcipiebat ædificari. Secundò præuidit, quòd in sola ecclesia verum sacrificium Eucaristiæ erat offerendum, figuratũ per Agnũ, qui in lege mane, & vespere immolatur, in quo sacrificio Christus, Deus & homo, erat colendus, & adorandus. Tertiò præuidit per miracula facta in lege veteri per Moysẽn, qualiter Christus in lege promissus, debebat operari multo maiora miracula in virtute nominis Dei, in ecclesia per ipsum ædificanda. Tria ergo facit Dauid in hoc ps. quem fecit præuidens in Spiritu suprædicta. Nam primò inuitat omnes infideles: vt recipiant Christum in Aduentu, tanquam verũ Deum & hominem, & exhibeant sibi honorem latriæ. Secundò assignat rationes quare Christo debetur latria, probans ipsum fore Deum per septem mirabilia quæ erat operaturus in suo aduentu, in virtute nominis sui, maiora quàm vnquam fuerint facta in vete-

A ver. test. Tertiò resumit exhortationem primò factã, exhortando omnes fideles, ut exhibeant Deo honorem latriæ pro beneficiis receptis: secundò ibi. Vox Dñi super aquas iter tia ibi. In Tẽplo eius omnes dicent gloriam. Quantum ad primum est aduertendum, q̃ latria est cultus soli Deo debitus, ratione sũmæ omnipotẽtiæ, & maiestatis, & sapientiæ, & bonitatis, & in munere, & confessione laudis, & adoratione cõsistens. Et sic de iure pp seipsum debetur Deo ipse latria. Sed adhuc etiam Christo & Deo patri, respectu nostri, debemus & tenemur exhibere latriã, propter tria principalia beneficia recepta. Nam primò tenemur exhibere adorationẽ pro beneficio creationis, in quo recipimus esse simpliciter. Secundò tenemur offerre oblationes, & sacrificium pro beneficio redẽptionis. Tertiò B gloriã, & honorẽ, & laudes pro beneficio nostræ glorificationis, & ratione victoriæ & triũfi, quem Xps obtinuit de mundo & Diab. Et ideo Dauid primò inuitat fideles, ut tribuãt Xpo, & Deo patri primã speciem latriæ, quę est oblatio, & sacrificiũ pro beneficio, in memoriã nostræ redẽptionis, & vt simus partici pes suæ passionis. Vnde dicit. O filii Dei per fidem, et baptis. regenerati, afferte Dño Iesu Christo honorem latriæ, quæ cõsistit in tribus. i. in oblatione, et laudis confessione, et adoratione. Et primò offerte, et afferte Dño Iesu Christo filios arietum. i. agnos ad sacrificium, i. afferte sacrificium Eucharistiæ, in quo offertur Christus filius Dei per agnos, qui in lege, mane, et uespere imolabantur, figuratus. hoc ergo sacra. et Agnum offerte in C Eucharistia. Ad cuius intellectum est notandũ, q̃ in sacramento altaris propriè offertur humanitas Christi uerbo unita, pro pctõ totius pop. ut ipse Christus sit mediator inter nos et patrem. Et sic tale sacrificium nõ dicitur ꝓpriè offerri Christo, sed patri: sed totus pop. offert seipsum Christo & patri, quia ibi offerimus totã animam, et cor cõtritum et humiliatum, et in tali casu unusquisq; fidelis dicitur Agnus oblatus. et de talib, agnis q. d. proferta. O uos sacerdotes qui estis filii Dei, dedicati ad ministerium sacerdotale, nõ solum offeratis in templo Christum, qui est Agnus immaculatus: Sed etiã offerte Dño filios arietum. i. oẽs fideles tanq̃ Agnos, quia sicut pro toto pop. offertis patri sacrificium Eucharistię, ita etiã offeratis Deo oẽs fideles, unusquisq; fidelis offerat seipsum. Item etiã D per illos Agnos filios arietum, intelliguntur omnes martyres qui in ecclesia pro Xpo fuerunt immolari. Nam sicut in cruce seipsum pro nobis obtulit immolatũ, ita pariter oẽs martyres Christo, et patri seipsos obtulerũt immolandos: qui quidem martyres fuerunt figurati per illos agnos, et arietes, et uitulos, qui in lege immolabantur, ut magis patebit ps. 50. De talibus ergo agnis dicit etiam proferta: Afferte Domino filios arietum. Et hæc est una species latriæ soli Deo debita, quæ dicitur oblatio et sacrificium. Secunda pars latriæ est confessio laudis, et oratio, et glorificatio pro beneficiis receptis, et hanc dicit proferta, quòd fideles exhibeant Christo in suo aduentu. Vnde dicit.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio sancto eius. E

Afferte Dño Iesu Christo gloriam, et honorem, ipsum laudando, et glorificando, et afferte gloriã nomini sancto eius, quod est Iesus, eo q̃ nos saluauit et liberauit, et quia est nomen omnipotẽtiæ, et sapiẽtiæ etc. Et ideo tenemini ipsum laudare, et glorificare, quæ est secunda species latrię. Tertia species est adoratio, quæ non solum fit cum genuflexione, sed etiã cum procidentia, et prostratione, quæ soli Deo debetur propter beneficium creationis: et hanc dicit proferta, ut fideles exhibeãt Christo et patri, eo q̃ est uerus Deus: et ideo subdit, Adorate Dñm Iesum Christũ in atrio sancto eius. i. in sua humanitate, quę est tabernaculum, et atrium et Tẽplum diuinitatis, in quo uerbum habitat per unionem personalem. Item adorate Dñm in atrio sancto eius. i. in ecclesia toto orbe diffusa, quam F ipse ædificauit, et sanctificauit. Ex quibus patet, q̃ proferta in his duobus uersiculis explicat omnes tres species latriæ, soli Deo debitas, quæ sunt oblatio, et glorificatio, et adoratio. Ad cuius declarationem est notandũ q̃ ista quinq; se habent per ordinẽ. s. Reuereri, Honorare, Laudare, Glorificare, et Adorare. Reuereri est reputare aliquod bonum maius in altero, quã in seipso. Honorare est exhibere reuerentiã in testimonium uirtutis quã in altero reputamus. Laudare est honoratum aliis cõmendare. Glorificare autẽ, est laudes honorati largè lateq; præconizare. Adorare uero est reuerendum, honorandũ, laudãdũ, glorificãdum, colere pp eminẽtiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnipotentiã,& sanctitatem,& omni spe,& fiducia postposita, se totũ illi subiicere. Ideo adoratio dicitur diuinus cultus, oĩa quatuor suprad. cõprehendens. Et sic tale obsequium exhibetur cum oblatione & confessione laudis, & prostratione. Vlterius est aduertendũ, q̃ notanter dictum est in textu, Afferte Dño gloriã nomini eius. Nam per ly nomini eius, intelligitur Iesus, q̃ est nomen Dei patris quatuor literarum: ad denotandum, q̃ vnica adoratione adoratur Christus cum patre, eo q̃ est nomen eius simul cũ Spiritusancto, eo qd est amor vtriusq. Et sic vnica adoratione & latria coluntur tres p̃sonæ, eo q̃ vnica diuinitas, & omnipotentia, & æqualis maiestas reperitur in trib. ratione cuius debetur eis latria: & ideo adorando Iesum Christũ, adoramus patrem, cuius Iesus est nomen: nam

B sicut Iesus est verbũ Dei: ita est nomẽ Dei: quia nomẽ Dei addit humanitatẽ supra verbũ, quia nomẽ Dei, nil aliud est, nisi verbum incarnatũ, siue humanatũ: vt dictũ est in prologo, & ps. 8. Et ideo vbicũq. ponitur nomẽ Dei quatuor literarũ in ve. tes. semp intelligit Iesus Xps, qui est nomẽ Dei patris, explicãs sensibiliter eius omnipotentiã, & voluntatẽ, & sapientiã, & misericordiã, & iustitiã. Et ideo nouẽdecim vicib. memoratur nomẽ Dei 4. literis scriptũ in hoc ps. p quod semp intelligitur Iesus Xps. ideo dicũt Iudæi q̃ vices reperit scriptum nomen Dñi in hoc ps. cõputando cũ cæteris ly nomini eius, qa idẽ est q̃ Dñs, siue Adonay, quod est nomẽ Dei.

Vox Domini super aquas: Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

Postquam superius profeta inuitauit oẽs

C fideles ad recipiendum Christũ in suo aduẽtu, & ad exhibendũ sibi honorẽ latriæ, eo q̃ est Deus & nomen Dei, nunc in hac secũda parte probat p rationes & effectus, qualiter Xps est Deus, & illud nomen Dei, quod expectatur in lege. Ad cuius intelligentiã est primò notandũ, q̃ sicut totus Iesus Deus & homo dicit nomẽ Dei, vt dictũ est ps. 8. ita sola humanitas, prout est vnita verbo, dicit Vox Dñi. & ratio est. nam sicut nomẽ nihil aliud est, nisi verbũ cũ voce: ita Iesus Xps. nihil aliud est nisi verbũ incarnatũ, seu verbũ habens humanitatẽ. Item sicut vox nostra, nihil aliud est, nisi vehiculũ verbi, per quod verbum mentale secretum, fit notum aliis, & sensibiliter manifestũ, vt ait Auicenna: Ita pariter dicit Aug. q̃ humanitas Christi fuit vehiculum & instrumentum, per quam verbum diuinum instrumẽtaliter, & sensibiliter notificauit mundo voluntatẽ Patris, legem euang. proferendo, & per quã instrumentaliter, & sensibiliter ostẽdit, & notificauit omnipotentiã Dei patris, miracula faciendo, & notificauit misericordiã pro nobis patiendo. Et ideo dicit Leo, q̃ humanitas Christi erat instrum. per quod verbum diuinũ miracula faciebat. Ex quo patet q̃ sicut totus Xps vere dicit nomen Dei, ita humanitas verbo vnita, dicitur vox Dei, ad cuius vocem, & præceptũ miracula fiebant. Et ideo in hoc ps. vices nominatur nomen Dei scriptũ quatuor literis in Hebræo, per quod semper intelligit Iesus Xps, qui est nomen Dñi. & septies nominatur vox Dñi, per quam intelligitur humanitas Christi, per cuius vocẽ verbũ operabatur, & fecit septem miranilia in hoc ps. E memorata. Nam sicut ante incarnationem Deus clamabat, & loquebatur per ora prosetarũ, vt inquit Aug. Ita in nouo test. locutus est nobis per os propriũ, & humanitatẽ verbo vnitã: vt inquit Apost. ad Heb. 1. Et sic per vocẽ Dei, intelligit etiã verbũ incar. siue humanitas verbo vnita. de qua voce dicitur ps. 94. Hodie si vocem eius audieritis. Secundò est notandũ, q̃ tota scriptura uet. tes. pro maiori partẽ nil aliud clamat, nisi q̃ Christus in lege promissus debebat notificare, & manifestare mũdo nomẽ Dei, & uirtutes eius, quod quidẽ nomẽ nunq̃ fuit manifestũ alicui patriarcarũ, aut profetarũ, cũ quo nomine, & in uirtute cuius, ipse Xps rex Messias debebat facere maiora miracula, quã unquã fuerunt facta in sæculo priori: & ita hodie iudæi F moderni asserũt, q̃ solus Messias, quẽ ipsi expectant, debet facere maiora miracula cũ nomine Dei tetragrãmaton, quod semiforas appellãt, quã q̃ fuerint scripta in lege & prof. Ex quorũ dictis manifestẽ confitentur, Messiam fore Deũ: nam nullus potest possidere illud nomen, nisi solus Deus, cũ sit nomẽ omnipotentiæ. Sed reiecta ceecitate istorũ, inquã tum expectant futurum, quod iam est impletũ per Iesum Xpm, est dicendum quod præuidens Dauid mirabilia, quę Xps ad solã uocem & præceptum erat facturus, appellat ipsum nomen Dñi, & uocem Dñi, propter septem mirabilia quæ fecit in mundo, in hoc psal. memorata, in quibus ostendit suã omnipotentiam, & deitatẽ, propter quod debetur sibi adoratio latriæ, quæ quidem mirabilia

A rabilia fuerunt figurata in ueteri lege facta p Moysen in ductu illius populi. Quorũ primũ mirabile Xpi fuit institutio baptismi: qui accepit uirtute regenerationã ad solã uocem Dei patris, & contactũ carnis Xpi, & influentiã uirt. Spiritussancti: quod quidẽ mirabile etiam Sacramentũ fuit figuratũ per transitũ Israel per aquas maris rubri: ut ait Apo. 1. ad Cor. 10. sed istud mirabile fuit maius illo. Nam in illo tantũ sunt liberati filii Israel à morte corporali. Sed per baptismum liberatẽ totus mundus à morte, & captiuitate spirituali, & hoc est quod dicit profeta. Vnde ait Adorate Dñm Iesum Christum in atrio sancto eius, qm̃ ipse erit Vox Dñi super Aquas baptismales. Et sic erit Vox Dñi, & nomen Dñi Tetragrãmaton. quod probo. Nam Dñs

B Deus maiestatis intonuit vocem suam super ipsum dicens. Hic est filius meus dil. in quo mihi bene cõplacui. Itẽ filius, ibidem, super Aquas Iord. intonuit uocẽ suã, quãdo dixit Ioanni: Baptiza me quia sic oportet impleri oẽm iustitiã. Item ibi intonuit Spiritussanctus, quando apparuit in signo colũbæ, non quod sit alia uox patris, & alia filii. Sed una uox, Virtus, & potẽtia omniũ triũ p̃sonarũ, qa pater loquitur per filiũ in spiritusancto, quia potentia, & Virtus oĩum trium personarũ manifestatur per humanitatẽ filii, tanq̃ p uocẽ, vt dictũ est, & sic ista uox cecidit sup Aquas Iorda. & cõtulit uim regeneratiuam omnib. aquis elemẽtarib. Et ideo dicit quod Dñs Deus maiestatis intonuit super Aquas multas. Ad denotandũ, q̃ collata est Virtus regeneratiua, omnib. aquis Mundi, ad purgã

C dõ peccatũ, eo q̃ oẽs sunt unum elementũ. Ex supradictis patet, q̃ non per solã. Aquam perficitur Baptismus, sed per inuocationẽ trinitatis, cuius forma est. Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Sp. sãn. Ideo nãbi apparuit Pater in Voce, Filius in Carne, Spi. san. in signo columbę. Item sequitur secundò, quod baptismus non potest perfici sine Aqua, eo q̃ ibi tota Trinitas fuit super Aquas. Tertiò sequit q̃ maius mysterium, & magis mirabile fuit institutio Baptismi, & maioris Virtutis fuit illa Vox Dñi, quæ cecidit super Aquas baptismales in Iorda. quam illa quæ cecidit super Mare rubrũ. Nam ista liberauit totum genus humanum à morte & captiuitate æterna, illa autem solũ liberauit filios Israel à morte, & captiuitate tẽporali: quæ multitudo fuit parua, respectu multitudinis omnium fidelium per baptismum D Christi regeneratorum. Deinde cum dicit,

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

Adducit secũdum exemplum, & mirabilẽ operationẽ, quã fecit Xps super oẽm humanã facultatẽ ad solã uocẽ, & p̃ceptũ in operatione miraculorũ, in quib. ostendit suã diuinitatẽ, & se esse nomen & uocem Dñi, & uerum Messiam in lege promissum. per quã uocẽ in uirtute cõprehẽdit omnia miracula quæ fecit Xps. Nam ad solã Vocẽ, & præceptum Xpi cessauerunt Vẽti, & quieuit Mare. Vnde dixerũt circunstantes, quis est hic qa Mare, & Vẽti obediunt ei. Itẽ ad solã Vocẽ, & p̃ceptũ suscitauit Lazarũ dicens. Lazare Lazare ueni foras. Io. 11. Item ad solã Vocẽ, & imperiũ suscitauit filium Viduæ, & filiam Archisynagogi, & sanauit ægrotos, & mundauit leprosos &c. Ex quib. patet, q̃ ista uox E Christi facta super mortuos, & ægrotos, & in omnib. miraculis fuit maioris uirtutis quãtum ad effectũ, quã illa Vox facta sup ægyptum, quæ induxit illas decẽ plagas. Nã illa occidebat, & ista suscitabat mortuos. Itẽ illa inducebat morbos, & tempestates: & ista mitigabat Ventos, & sanabat oẽs in firmitates. Et ideo dicit profeta, q̃ Iesus Christus fuit Vox Dñi in uirtute. in cuius uirtute debebãt fieri, & fuerũt facta multa miracula, in quib. Xps ostendit suam diuinitatẽ & omnipotentiam. Deinde cum dicit. Vox Dñi in magnificentia adducit tertium exemplũ, & opus mirabile quod fecit Christus per suã mortem & passionem, & resurrect. quando triunfauit de Diab. & expoliauit infernũ, & F deduxit totam prædã, & liberauit totum genus humanum, quando dixit: Redemisti me Dñe Deus ueritatis. Quæ quidem Vox fuit maioris uirtutis, ex maioris triunfi, quã Vox facta in Aegypto, quando Moyses, & Israel expoliauerunt Aegyptios. Nam illa Vox solum expoliauit ægyptum bonis temporalib. & liberauit solum populum à captiuitate temporali, sed Vox Christi facta in passione, & resurrectione expoliauit infernum, et liberauit omnes fideles, qui ibi detenti fuerãt ab Adam usque ad Christum, et etiam liberauit omnes fideles futuros in maiori num. sine proportione. Ex quo patet, q̃ illa Vox Christi fuit facta cum maiori magnificentia et triunfo: quod præuidens Dauid in Spiritu dicit, q̃ Christus fuit Vox Domini in magnificentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gnificentia, & triunfo, supple nostra redemptione & inferni expoliatione. Deinde cū dicit

Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Hic adducit quartum exemplum, & opus mirabile, quod fecit Christus ad sotam vocē, & præceptum, quando descendit ad inferos dicens, Attollite portas princi. vestras. &c. quia tunc portas æreas & vectes ferreos confregit, & confregit oēs principes inferni, & alligauit Satanam. & abstulit sibi prædam, & arma in quibus cōfidebat &c. Et ideō Christus fuit Vox Dñi confringentis cedros, i. superbos principes inferni. Item Christus fuit Vox Dñi confringentis cedros, quando ad solam prædicationem Apost. comminuit, & cōfregit omnia idola mundi, & confregit, & subiecit omnes reges, & imperatores, & principes mundi. Ex quibus patet ꝙ ista vox sine proportione fuit maioris utrtutis: quantum B ad effectum, quàm illa vox quam intonuit Dominus super Faraonem, & exercitū eius in mari rubro. Nam illa solùm confregit, & dissipauit Faraonem cum exercitu suo: Ista autem vox Christi confregit, & dissipauit totum infernum, & dissipauit omnia idola mūdi, & omnes ritus detestabiles, & nefandas superstitiones populi gentilis. Et ideo dicit propheta ꝙ Iesus Christus, fuit nomen & vox Domini confringentis cedros i. principes inferni. Et etiam vox Domini facta per prædicationem Apost. confregit, & confringet cedros libani. i. principes mundi superbos per cedros Libani figuratos.

Et cōminuet eas tanquām vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicorniū.

Et cōminuet eas sicut vitulum Libani. q.d. ꝙ sicut altissimę cedri Libani prosternuntur C & confringuntur cum securi ferrea: Ita pariter omnes reges, & principes terræ fuerunt prostrati & confracti cum securi euangelica, & prædicatione Apostol. Item sicut armenta vitulorum quę pascebātur in mōte Libano, successiuè diminuebantur, & iugulabantur pro sacrificiis, & pro cibo ad comedendum vsq. ad cōsumptionem: Ita Xps cōminuit, & prostrauit omnia idola, & oēs principes mundi. Sed dilectus popu. christianus fuit liberatus, & saluatus sicut filius unicornium. Ad cuius intelligentiā est notādum ꝙ vnicornis habet talem naturam, et virtutem in cornu suo quod fugat omne uenenum ad tactum suum, et ideo omnia animalia sequuntur ipsum, nec audent bibere aquas in Aetiopia D. nisi unicornis prius intingat cornu in aquis, eo ꝙ in Aetiopia sunt multæ aquę venenosę. Sed vnicornis tāgendo aquas cum cornu suo mundat eas à veneno: & sic securè bibūt animalia, aliter multa alia aīalia pereūt, nisi bibant in societate unicornis, & bibant Aquas unicornis mundauit. Et ideo prof Dauid in hac particula cōparat Iesum Xpm filium Dei cum popu. suo ipsi unicorni. Nam sicut unicornis ex tactu suo mundat aquas à ueneno, & præbet aquis uim purgatiuam ueneni & sanatiuam: Ita Christus per suum cōtactum in baptismo præbuit uim purgatiuā & sanatiuam peccati & regeneratiuā, & renouatiuam ad uitam spirituālē intingendo cornu suum. i. humanitatem in ipsis aquis baptismalibus. In quo cornu, & carne erat unita uirtus diuina unione personali. Quæ quidē aqua baptismalis ex contactu, & illa uirtute Christi recepta sanat omnē languorem animæ, & fugat omne uenenum peccati. Et sic est dicendum de omnib. sacramentis, quæ receperunt uirtutem ex cornu uirtutis Xpi. Et etiam Christus intinxit cornu suæ crucis in sacr. Et sic habuerunt sacramenta uirtutem purgatiuam, & sanatiuam omnis peccati. Et ideo sicut omnia animalia sequuntur unicornem ut securè bibant aquas sine uenено, ita totus pop. Christianus sequit Christū, ut operetur sm legem suā sine peccato. Vnde sicut animalia quæ bibunt aquas uenenosas extra societatē unicornis oia pereunt, & moriuntur ex illo ueneno: Ita oēs infideles, qui sunt extra ecclesiam & societatē Christi, pereunt & moriuntur ex ueneno peccati, quia aliter homines nō possunt liberari, nisi uirtute passionis Christi fuerint sanati à peccati ueneno, quod biberunt in Adā, & in seipsis, F nisi ex cōtactu cornu Xpi & uirtute passionis eius. Solus ergo Christus potest dici isto modo unicornis, quia solus nunquam bibit uenenum peccati. Et per suum cōtactum liberauit alios. Sed solus pop. Christ. dicitur filius unicornis, eo ꝙ est liberatus à Christo, qui est uerus unicornis, & ab eo regeneratus & sanatus. Et hoc est ꝙ dicit hic Dauid ꝙ cum Christus ad uocem suam, & præceptū cōfregit omnes cedros, & omnia idola, & omnes infideles superbos, solus pop. Christ. sibi dilectus euasit illæsus & saluatus: quemadmodum filius unicornis. i. sicut illa societas animalium manet illæsa & sanata à ueneno

A neno per contactū & ductum vnicornis, ita pop. Xpi maner saluatus & liber. Et etiā hoc dicit, quia vnicornis etiam liberat filios suos paruulos ab illa Aqua venenosa. Nā ipse primò intingit cornu in aquis: & postea facit bibere filios suos sine periculo. Et ita Xps intingendo humanitatem suam in aquis liberauit oēs filios adoptiuos. Et ideo totus pop. Christianus Deo dilectus dicitur liberatus à patre, & capite suo Christo, sicut filius vnicornis. Ex quibus patet ꝙ maioris virtutis fuit ista Vox Xpi facta cōtra diab. & idola, q̄ Vox facta contra Faraonē, & exercitū eius, & hoc est intelligendum quò ad effectum, respectu nostri; quia respectu Dei æqualis virtus fuit. Vnde sicut vnicornis in suo ductu liberat & salutat filios, & oia animalia ipsum sequēB tia: Ita Christus per baptis. saluat omnes sequentes. Item sicut ille populus Israel Deo dilectus, tunc transiuit mare illæsus sicut filius vnicornium, pereuntibus ægyptiis: Ita populus Christianus Christo dilectus transit illęsus, & mundus per aquas baptismales, pereuntibus iudæis & cæteris infidelibus.

Vox Domini intercedentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum: & cōmouebit Dominus desertum Cades.

Hic adducit quintā operationem & beneficium Christi, quæ fuit missio Spi. san. in discipulos. Nam sicut ante incarnat. dedit legē Moysi, inter flāmam ignis inducendo tonitrua & fulgura, tremante toto monte, vt patet. Exo. 19. Ità pariter Christus post suam ascens. quando misit Spi. san. in discipulos, fa C ctus est repentè sonus de cœlo tanq̄ aduenientis spiritus vehementis, & apparuerunt dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum: vt patet Act. 2. Et sic Spi ritussanctus dedit septē dona gratiarū, cum quib. intellexerunt Apost. oia mysteria clausa in lege & profetis. Vnde sicut in monte Sinai Deus dedit legem Moysi, quasi clausam & nubibus velatam: Ita in monte Sion dedit Apost intelligentiā, & aperuit eis sensum totius legis & profetarū. Ex quo patet ꝙ Vox Christi facta in monte Sion per missionem Spi. san. fuit maioris virtutis, quā Vox facta in monte Sinai. Nam ibi data fuit lex clausa & velata sub illis cerimoniis & mysteriis, sed hic fuit nobis reuelata, & aperta eius intelligētia & veritas: quia maioris virtutis est aperire intelligentiam, & veritatē legis: & hoc est quod dicit hic Dauid: ꝙ Vox Dñi Iesu Christi intercedentis flammam ignis fuit in D monte Sion: quando misit Spi. san. in Apost. linguis igneis intercisis, & dispertitis. Nam Christus siue vox tunc intercidit, & diuisit flammā ignis intelligētiæ sacræ scripturæ, & flammam ignis caritatis omnibus discipulis, singulis prout voluit diuidendo dona gratiarum. Et hoc est visum in signo: quia supra singulos eorum apparuerunt dispertitæ linguæ tanquam ignis. Et in hoc ostendit Christus suam omnipotentiā, & diuinitatē: & sic fuit Christus vox Dñi intercidentis & diuidentis flāmam ignis in missione Spi. san. Deinde subdit. Vox Dñi concutientis desertū. Hic adducit profeta sextum mirabile opus Xpi: ꝙ fecit per prædicationē Apost. qua voce totum mundū cōmouit. Nam sicut ante incarnationē suam, ad suā vocē & præceptū fuit cōmotū totū desertū Cades, & terra aperta E est, & deglutiuit Datā, & Abiron, & Core, cum omnib. sequacib. & solū fuerunt saluati oēs qui noluerūt sequi cōiurationē eorum: Ità vox Xpi in prædic. Apost. intonuit & cōmouit totū desertū huius mundi, & cōcussit totam terrā, & cōminuit omnia idola, & prostrauit oēs principes mundi: inter quos infernus deglutiuit totum pop. iudaicum, qui cōiurauit contra Xpm. Primò Scribas, & Farisæos, & principes sacerdotum, qui fecerunt illam cōiurationē: Secundò deglutiuit infernus totum pop. Iudæorū: qui vult sequi cōiurationem, & obstinationem, & perfidiam illorum. Item deglutiuit infernus Neronem, & Domitianum, & Seuerum, & Decium, & Diocletianum, & Maximianum, & oēs alios tyrannos, qui fecerunt cōiurationem, & decretum cōtra ecclesiam ad delendum nomē F Christi de terra. Et solum saluati sunt illi, q̄ noluerunt sequi eorum obstinationē, & infidelitatem, imo relictis idolis cōuersi sunt ad fidē. Et ideo profeta totam gentilitatē vocat desertum Cades: eo ꝙ tota fuit immutata, & translata de infidelitate ad fidem. Vnde Cades mutata, & translata interpretatur: qa gentilitas ad vocem Christi per prædicationem Apost. fuit mutata, & translata ab illis nefandis ritibus ad veram fidem, & religionē Christi. Et sic obstinatis pereuntibus ipsa fuit saluata. Et hoc est quod dicit hic Dauid. Vnde ait. Vox Dñi Iesu Christi concutientis desertum fuit in hoc mundo in prædicatione Apostō. ideſt Christus percussit desertum huius mundi: siue concutiet in predicationē

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tione Apost. & declarando seipsum subdit. Nam vox Dñi euãgelica cõmouebit desertũ Cades.i.totam gentilitatem, quæ dicebatur deserta à Deo, eo ꝙ nunq̃ habuerat legẽ & profecas. Sed dicta est Cades, eo ꝙ ad vocem euang. fuit ad fidem mutata translata cęteris obstinatis pereuntib maximæ Iudæis. Et fuit figuratum in conuersione deserti, & pręcipitio Chorę, Datan, & Abiron &c. Vnde sicut illa vox Dñi concutientis desertum Cades puniuit Chorę, & sequaces eius, & conuertit alios ad sequendum Moysen: Ita pariter prę dicatio Apostolorum puniuit Chorę obstinatos, & conuertit maiorem partem populi gentilis ad sequendum Christum.

Vox Dñi præparãtit ceruos, & reuelabit cõdensa, & in templo eius omnes dicent gloriã.

B Hic adducit septimũ beneficium, siue opus mirabile quod fecit Christus in suo aduẽtu. Nam sicut tẽpore Iosue Deus interfecit oẽs principes terræ Canaam, & cõminuit omnia idola, & constituit 12. principes de populo Israel super totã terrã Canaã, & Palestinę, & fecit habitare 12. tribus in illa terra & sic creuit ille populus in magnam multitudinẽ vt dictũ est. Ita pariter Christus prostratis omnibus principib, huius mundi, & diab. eiecto foras, constituit 12. principes super omnem terram. s. 12. Apost. qui destructa idolatria, infinitam multitudinem in Christo regenerauerunt, & totum mundũ impleuerunt. Et sic postea successerunt Episcopi, & Prælati, & Sacerdotes qui dicũtur principes terræ, & patriarchæ, qui infinitos filios per Baptismũ in Ecclesia Christi regenerauerunt. Et ideo

C Dauid in hoc versu per ceruos intelligit principes Eccl. s. Episcopos, & Prælatos, & sacerdotes, vt patet in cãticis Salo. Ideo dicit. Vox Dñi Iesu Christi præparantis ceruos. i. Episcopos, Prelatos, & Sacerdotes fuit in Ecclesia q.d. ꝙ Christus per suam virtutem & vocem ordinauit Episcopos, & Sacerdotes in Ecclesia, eis suam potestatẽ cõmunicando, & p eos reuelauit condensa. i. per prędicationẽ reuelauit secreta, quæ erant velata, & occulta in lege veteri. Vnde litera Hieron. habet Vox dñi emundans siluas, q.d. ꝙ prædicatio Apo. primò mundauit filios sacræ scripturæ, eius secreta reuelando, & cerimonias abscindẽdo. Item vox euangelica fuit emundans siluas, .i. populos gentiles, eos à spurcitia dęmoniorũ, & ritibus nefandis abstergẽdo & mũdãdo. Et sic reuelauit condensa. i. multitudinẽ eorũ sanando, & eis lumen præbendo. Et sic omnes qui fuerunt mundati ab ignorantia peccati, & fęditate dicent gloriã in Templo eius .s. in Ecclesia per Christũ in toto orbe dissusa, & ædificata in prædicatione Apost. Est. n. aduertendum, ꝙ p r septem supradictas voces Christi possunt intelligi septem voces, & septem formę verborũ, quibus Christus instituit septẽ ecclesiastica sacramenta, quę quidem sacramenta sine forma verborum perfici nõ possunt. Nam accedit verbũ ad elementum, & fit Sacramentum, vt inquit Aug. Et ideo quodlibet Sacramentum habet propriam formã verborum per quam cõficitur, sicut forma baptismi est. Ego te baptizo &c. Et forma Eucaristiæ, hoc est corpus &c Dicit ergo profeta, ꝙ Christus vox Domini super Aquas, per quam vocẽ constituit Baptismũ. Secundò fuit Vox Dñi in virtute, per quam constituit confirmationẽ, in qua datur virtus & robur ad resistendum, & pugnandũ cõtra Dia. Tertiò Christus fuit Vox Dñi in magnificentia, constituendo Eucaristiã, quod est Sacramentum magis magnificum, & nobilius cæteris. Quartò fuit Vox Dni confringentis cedros constituendo Sacramentum pœn. per quam confregit dęmones, & septem vitia capitalia. Quintò fuit Vox Dñi intercedentis flammã ignis, constituendo matrimoniũ, per quod extinguitur & excusatur flamma libidinis. Sextò fuit Vox Dñi concutientis, & cõmouentis desertum Cades, cõstituendo extremam vnctionem, per quam submergũtur peccata, & transmutatur fideles ab hac vita mortali in vitam ęternam. Septimò fuit Vox

E Dñi præparantis ceruos, constituendo prælatos, & sacerdotes in Ecclesia per sacramẽta ordinis, qui quidem sacerdotes, & prælati figurantur per ceruos in canticis Salom. Et sic patet qualiter Christus, per septem voces instituit septem ecclesiastica sacram. Deinde subdit. Et in Templo eius omnes dicent gloriã. Hæc est terna pars, in qua ex supradictis concludit, & resumit quod in principio dixit .s. Afferte Dño gloriam & honorem. Nam licet Christo debeatur tota latria, tamen prę cipuè & specialiter tenemur, & debemus sibi cantare laudes & gloriam pro supradictis beneficiis receptis, in quibus ostẽdit suam omnipotentiã, & misericordiam, & bonitatem, & deitatem. Vnde arguit sic. Si Christus ad suam vocem, & præceptũ instituit baptismũ, in quo ostendit suã maiestatẽ, & ad suã vocẽ

A fecit miracula in quibus ostendit diuinã virtutem: Item si ad solam vocem, & præceptũ fecit omnia supradicta septem miracula & instituit septem sacramenta: per quę ędificauit templum & ecclesiam, & ex quibus venerũt nobis tot & tanta beneficia. Ergo in isto templo & ecclesia omnes fideles dicant laudem & gloriam ipsi Christo, tãquam vero Deo & redemptori. Item sequitur, ꝙ si Christus contulit nobis supradicta septem beneficia & sacramenta: ꝙ debemus septies in die & septẽ horis canonicis ipsum Xpm magnificare, & laudare in templo suo. Et hoc est qd intẽdit dicere profeta cum ait: in templo eius oẽs dicẽt gloriam. s. septies in die. Deinde cũ dicit,

Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in ęternum.

B Explicat tria beneficia quę recepit ecclesia à Xpo per illa septẽ miracula & septẽ ecclesiastica sacramenta. Nã primo reparauit, & rędificauit totã ecclesiã quæ erat per peccatũ desolata. Sãò cõicauit ecclesiæ, & prelatis, & sacerdotibus potestatem ministrãdi sacramẽta quę ipse cõstituit. Tertiò dedit ecclesiæ & fidelibus suis fructum & effectum horum sacramentorum. s. benedictionẽ & gram in prę senti, & pacem & gloriam in futuro. Et ideo dicit: ꝙ sicut diluuium aquarũ destruxit, & desolauit totum mundum tpe Noe, & tamẽ Deus reparauit ipsũ ex illis tribus filiis Noe per generationẽ carnalem. quãdo dixit Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Ge. 9. Ita pariter diluuium peccati ipsius Adam destruxit & desolauit totũ genus humanũ, & exterminauit à gratia Dei, & peccatũ homicidii, & obstinationis, & cecitatis populi

C Iudaici, desolauit totam Sinagogam, quę ante erat ciuitas Dei, paucis vt apostis & discipulis in Christi fide redeuntibus, & tñ Christus ex illis paucis apostolis per ecclesiastica sacramenta regenerauit, & reparauit totum genus humanum per diluuium peccati ipsi⁹ Adã desolatũ, & dissipatũ, & reparauit, et reędificauit ẽ Sinagogã diluuio peccati obstinationis, et cecitatis desolatã. Et sic ex duobus populis dissiparis reparauit, et reędificauit vnã ecclesiam, in qua facit fideles habitare. Et etiam reparauit ruinam angelorũ per diluuium peccati luciferi desolatam. Ex qui bus patet, ꝙ triplex diluuium siue ruinã reparauit Christus per ecclesiastica sacramẽta .s. ruinam generis humani, et ruinam Sinago

D gæ, et ruinã angelorum, quia sedes eorũ ob tinent fideles per baptismum regenerati. Et hoc est quod dicit profeta, dominus diluuiũ inhabitare facit. i. fecit fideles inhabitare ecclesiã per diluuiũ pctorum desolatã. Et hoc est primum beneficium. Secũdum, quia cõicauit ecclesiæ virtutẽ & potestatẽ cõficiendi & ministrandi sacramenta. Et ideo subdit,

Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.

Dns virtutem populo suo dabit, i. potestatẽ ministrãdi supradicta sacramenta ecclesię suæ cõicabit. Tertiũ beneficiũ fuit, quia fructum istorũ sacramentorum. s. gratiã in prę

E senti & gloriã in futuro nobis dedit. Iõ subdit dns benedicet populo suo in pace. i. benedictionẽ, & gratiã dabit in præsenti per ista ecclesiastica sacramẽta, & pacẽ i futuro. quasi dicat oẽs fideles agant Deo gratias, & dicant laudes in tẽplo suo, qñ per supradictas septẽ voces reparauit genus humanũ ꝙ diluuium pctorum dissipatum, & cõtulit virtutem populo suo, & benedixit ipsũ, & pacificauit per gratiã & gloriã Ex toto isto psal. possunt recolligi septem cõclusiones. Quarum prima est, quòd Christo debetur adoratio latriæ. s. oblatio, & laus, & adoratio: eo quod est creator, & redemptor, & glorificator.

Secunda conclusio, ꝙ Iesus est nomen domini inquantum est verbum incarnatum, & est vox domini ratione humanitatis: inquantum per eam sensibiliter notificauit voluntatem patris, & instrumẽtaliter, & sensibiliter per eam fecit miracula.

Tertia cõclusio, ꝙ profeta duo principaliter intendit. Primò qualiter Christo debet latria. Secundò explicare virtutem nominis eius, & suam diuinitatem: & ideo vicies ponitur nomen domini quatuor literis scriptum in Hebręo: per quod intelligitur hoc nomen Iesus in hoc psalmo.

Quarta cõclusio, ꝙ septem opera mirabilia supra humanã facultatem ad solã vocem & preceptum i virtute huius nominis Iesus, sunt facta: quod intelligitur per septẽ voces in hoc psalmo memoratas: in quibus ostendit ꝙ Iesus est nomen & vox domini. qđ ꝙ batur. Nã Iesus primò fuit vox domini sup aquas. Secundò fuit vox domini in virtute miraculorum. Tertiò fuit vox domini in magnificentia, & triunfo, infernum expoliãdo. Quartò fuit vox dñi cõfringẽtis cedros, idola cõminuendo, & principes huius mũdi sub ũciendo. Quintò fuit vox domini intercidẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tis flammam ignis, dona spūsanctī apostolis diuidendo. Sextò fuit vox domini conc̄utentis desertum Cades, populum gentilem ad fidem transmutando & cōmittendo. Septimò fuit vox domini p̄parantis cernuos, i. p̄latos & sacerdotes in ecclia constituendo.

Quinta cōclusio, q̄ Christus per supradictas septē voces constituit ecclesiastica sacramēta discurrendo per singula vt dictum est.

Sexta cōclusio, q̄ licet Christo debeatur tota latria inquātū est Deus & nomē & vox Dei, tamen specialiter ecclesia debet sibi cantare gloriā, & honorē, & laudes, ꝓpter tria beneficia: quæ Christus operatus est in ecclesia, per supradicta septem mirabilia & septē sacramenta: Nam primò reparauit ecclesiam diluuio peccatorū desolatam. Secundò cōlocauit sacerdotibus, & prælatis ecclesię potestatem administrandi sacramenta. Tertiò contulit omnibus fidelibus suis, & filiis ecclesię fructum, & benedictionem supradictorum sacramentorum. s. gratiam in præsenti, & pacē, & gloriam in futuro.

B

Septima conclusio, quòd septies, in die in septē horis canonicis debemus, & tenemur cantare laudes, & gloriam, & reddere Christo gratias: eo quòd per septem voces, & septem sacramenta contulit ecclesię ista tria supradicta beneficia.

PSALMVS XXIX.

EXaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Titulus: Psalmus cantici pro dedicatione domus Dauid. Ex titulo patet q̄ Dauid fecit hunc psalmum. Sed pro cuius domus dedicatione fecerit ipsum est altercatio inter Hebræos. Nā Abnazra dicit, q̄ Dauid fecit hunc psalmum pro dedicatione & cōsummatione domus, quam ad suum vsum ædificauit in mōte Sion: sed hoc videtur esse manifestē falsum. Nā illa domus fuit ędificata ad vsum p̄ fanū: in qua habitabāt vxores & cōcubinæ: ergo Dauid non debuit celebrare eius dedicationem: nec facere psalmum de ipsā. Ideo Rabi Salo: & Camhi dicunt, q̄ Dauid fecit hunc psalmum ꝓ dedicatione templi Salomonis, quæ dicit domus Dauid: eo q̄ Dauid p̄cepit ipsum ædificari, & p̄parauit omnia necessaria ad eius ędificium: ut patet primo Paralipo. 22. Sed quia materia huius psalmi nō correspondet tali dedicationi. ideo Hebræi commentum fin. talem fabulam fictiuit q̄

C

quando Salomon cum processione sacerdotum, & leuitarum reponebat arcam domini in templo: post eius consummationem in die dedicationis eiusdem: cū fuerunt in tredecimo gradu templi cum area: tunc portę templi miraculosè clausę sunt; sed tūc cognouerunt sacerdotes quòd hoc factum fuerat propter peccatum ipsius Dauid commissum cōtra Vriam, & q̄ illud peccatum nondū erat expiatum. Et dicunt Iudæi, q̄ tunc sacerdotes cantarunt psalmum. 131. Sed cum fuerūt in illo versu. s. Propter Dauid seruum tuum non auertas faciē Christi tui: tūc illico portę fuerunt apertæ, & introducta fuit arca. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu fecit hunc psalmum pro illa dedicatione: in qua patuit qualiter peccatū Dauid fuerat sibi remissum per apertionem portarum. Sed quām sit media & irrisoria ista fabula, de se est manifestum. Nam illud peccatū Dauid iam fuit sibi remissum in vita sua: ut magis patebit ps. 31. Item si tam grande miraculum tunc factum fuisset in tali dedicatione. nō tacuisset sacra scriptura. 3. Reg. nec. 2. Paralipo. sicut non tacuit miraculum de nube & gloria domini quæ obumbrauit totum templū. vt memoratur ibidem. Et ideo relictis eorum ineptiis & mendaciis: est dicendū q̄ Dauid in illa descriptione tēpli sibi tradita. præuidit in simplici spiritu: qualiter illud templum materiale erat destruendum per Caldæos: sed postea reędificandum per Zorobabel, & filium Iosedech sacerdotem magnum. Et per istā destructionem, & reędificationem tēpli materialis, præuidit in duplici spiritu dissolutionem tēpli corporis Christi per mortem & passionē. Et præuidit etiam resurrectionem: eo quòd præuidit qualiter illud templum materiale erat figura corporis Christi quasi per omnia. Nam ipsa humanitas Christi verissimè & p̄ prissimè dicitur templum Dei: eo q̄ verbū diuinum habitat in ea per vnionem personalem. vt sępius dictum est: de quo tēplo dicit Christus Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in triduo reędificabo illud. Et subdit euangelista: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Prouidens ergo Dauid istam dedicationē & resurrectionem corporis Christi post suā dissolutionem, quod quidem corpus Christi verē dicitur tēplum Dei, per illud materiale figuratum, & quæ resurrectio verē dicta est dedicatio, per illā dedicationem templi Salomonis figuratam: ideo fecit hunc psalmum

D

A mum ꝓ dedicatione domus Dauid spiritualiter cantatur in illa dedicatione templi materialis, in figura huius dedicationis spūalis & æternæ. Vt templum siue ecclesia nō dedicetur nec cōsecretur, vsquequo sit perfecta & cōsummata, & vt amplius nō seruiat vsibus profanis, & hoc in æternū. Et ideo dedicatio tēpli Salomonis nō fuit propria nec vera ac ęterna: quia postea fuit destructū & profanatum. Sed dedicatio corporis Christi facta in resurrectione: fuit vera & æterna. qa post consummationem totius nostræ redemptionis fuit facta, & Christus amplius iā nō morit̄: nec vltra mors illi dñabitur. Et sic est dicendum q̄ pro hac dedicatione, Dauid principaliter fecit hunc psalmum introducens Christum loquentem. In quo duo facit. Nam primo Christus agit gratias Deo pa

B tri de sua resurrectione, & gloriosa dedicatione sui corporis post cōsummationem nostræ redēptionis. Secundò explicat modum suæ resurrectionis. ibi: Ego autem dixi: Quātum ad primum dicit Christus. O dñe pater, ego semper exaltabo te, & magnificabo, & mitis laudibus efferam te in ecclesia mea: eo qm̄ suscepisti me de inferno, & sepulcro me resuscitando: nec delectasti. i. non delectari permisisti Iudæos inimicos meos super me. Nam ipsi putabant me taliter de terra deleuisse per mortem: sed tu non implesti desiderium eorum. imo me ab inferis resuscitasti: ideo manent confusi & illusi.

Dñe Deus meus clamaui ad te: et sanasti me.

Domine pater ego clamaui ad te in oratione facta in horto, & in cruce pro mea resur-

C rectione, & salute membrorum meorum, sed tu sanasti me resuscitando, & membra mea saluando: quod patet. Nam tu

Domine eduxisti ab inferno animam meam saluasti me à descendentibus in lacum.

Scilicet inferni: quia licet descenderim ad inferos tū non tanq̄ reus: sed tanq̄ iudex & victor & triunfator. Et ideo recuperaui, & liberaui prædam sanctorum patrum, & fidelium de longa captiuitate. Et sic tu per me saluasti animam meam. i. membrorum meorum à descendentibus in lacum, imo introduxi eos in regnum cœlorum in mea ascensione. Et ideo Christus conuersus ad societatem sanctorum patrū, quos de limbo duce-

D bat in cœlum in die ascensionis, dicit.

Psallite domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

O vos sancti patres, Adā, et Abel, et Abraham, et cæteri qui in limbo diu me expectastis. psallite et cantate dño laudes, et confitemini memoriæ sanctitatis eius: q̄ hodie vos eduxit de ergastulo inferni, et ad patriā paradisi cum tāta gloria introduxit. Et vos sancti fideles nouī testa. celebrate festiuitates resurrectionis et ascensionis &c. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius, prędicantes beneficia recepta, et celebrate dies festos in memoriam beneficiorum eius.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Ira fuit magna in indignatione eius, quādo peccauit Adā: quia tunc fuit iratus Deus contra totum genus humanum, et oēs erant filii iræ, et Deus omnes ad damnationem, et perpetuam captiuitatem condemnauit, et à se illos abiecit, et sic fuit nobis ira et mors in E illa indignatione. Sed postea nunc fuit vita nostra in voluntate eius. i. benignitate: quia per meam mortem et passionem omnes saluare voluit, et per meā resurrectionem oēs resuscitauit, et omnibus vitam restituit: q.d. q̄ per me fuit mitigata eius. ira, et vita vobis restituita: quod patet. Nam

Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

In die veneris, et in die sabbati ad vesperū demorabitur fletus. quia mater mea, et apostoli omnes flebunt mortem meam. Sed ad matutinum. i. die dominica fuit eis magna lætitia, cum uiderunt me resurrexisse. Item ad vesperum. i. ab Adam vsq̄ ad Christum semper demorabat fletus in mundo ꝓp peccatum: sed ad matutinum post resurrectionem, orta est mundo magna lætitia: quia F tunc fuit fractus infernus, et expoliatus, et cęlum fuit omnibus apertum et sacramenta ecclesiastica data ad sananda peccata.

Ego autem dixi in abundantia meam non mouebor in æternum.

Hic declarat modum suæ resurrectionis, et dedicationis sui corporis. Vñ dicit. O pater bene debeo psallere et lærari cum membris meis: imo dixi et dico in abundantia tātæ gloriæ et felicitatis: quia non mouebor iam in æternum postquam surrexi: iam non moriar, nec mors vltra mihi dñabitur: quia corpus meum iam est ad gloriam dedicatū immortale et impassibile. Ideo hæc est vera dedicatio et æterna, multo perfectior, quam dedicatio templi Salomonis, quod post

ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ea bis fuit destructum. Quia tu

Domine in voluntate tua: præstitisti decori meo virtutem.

Auertisti faciem tuam à me. & factus sum conturbatus.

Domine inquam, præstitisti virtutem decori, & gloriæ corporis mei cum omnibus dotibus glorioſis. Nam primò auertisti faciē & auxilium tuum à me: quando me dereliquisti in potestate iudæorum in ſilo triduo, & sic factus sum conturbatus ex timore mortis: vt dictum est psalmo 21. Et sic

Ad te domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.

Ad te clamabo. i. clamani per trinam orationem in horto: vt ille calix transiret &c. & sic rogaui pro mea resurrectione, & membrorum meorum. Nam

B *Quæ vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem?*

Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam.

Quæ vtilitas fuiſſet mihi, & mēbris meis in sanguine meo, si descendissem in corruptionem, & fuissem incineratus & non surrexissem: quasi nulla fuiſſet vtilitas, nec fructus meæ passionis. Nam puluis & corruptio. i. si fuissem incineratus & corruptus in sepulcro: non potuissem annunciare veritatē missionis meæ. nec fuissem creditus redemptor nec Messias. Ipsa ergo resurrectio verificauit omnia opera redemptionis, & me ostendit verum Messiam, & verum redemptorem, & verum Deum. Ergo

C *Audiuit dominus & misertus est mei. dominus factus est adiutor meus.*

Dominus pater audiuit me, & misertus est meis, & factus est adiutor meus, cum me ad gloriā resuscitauit: vt possent mea mēbra resurrectionem meam participare, & vt essem primitiæ resurrectionis omnium. Vnde Christus conuersus ad patrem dicit. O pater

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum & circundedisti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea: & non cōpungar domine Deus meus in æternū confitebor tibi.

Tu conuertisti planctum meum, & oium membrorum in gaudium mihi per meam resurrectionem. Nā primo concidisti. i. concidi, & vulnerari permisisti saccū. i. corpus meū per passionem. Sed postea circundedisti me lætitia: quia corpus glorioſum mihi reddidisti, & immortale per resurrectionem: quia D non amplius cōpungar: nec vulnerabor, nec patiar. Ideo ratio est, vt cātet tibi gloria mea, & confitebor tibi in æternum. O dñe Deus meus in ecclesia mea pro tantis beneficiis receptis. Et appellat Christus corpus suum sāc cum: eo q̄ in eo portauit pretium nostræ redemptionis. Vnde Aug. super psāl. 21. Ecce Christus passus est: ecce mercator ostendit merces: ecce pretium quod dedit: ecce sānguis qui effusus est: in sacco ferebat pretium: percussus est lancea, scissus est saccus, & manauit precium orbis terrarum. Ex prædictis patet hunc psalmum esse factum pro dedicatione, & resurrectione corporis Christi prophetice. Sed moraliter vnusquisq; peccator p̄ misericordiam suscitatus, & renouatus, p̄ot dicere hunc psālmum post actam pniam. Ex toto isto psālmo possunt recolligi septem cō E clusiones. Quarum prima est, q̄ resurrectio Christi, quæ prophetice p̄dicitur in hoc psālmo, fuit vera dedicatio corporis eius glorioſi, figurata per dedicationem domus Dauid, scilicet templi Salomoni: prout annotatur in titulo huius psālmi.

Secunda conclusio, q̄ per Christi resurrectionem fuerunt sānati omnes languores, & infirmitates corporales ipsius corporis mystici. Quia inde expectamus futuram resurrectionem.

Tertia cōclusio. q̄ per resurrectionē Christi fuit mitigata ira Dei, & placata eius volūtas.

Quarta conclusio, q̄ resurrectio Christi fuit lætitia, & gaudium maximē virginis Mariæ, & oium fidelium tām viuorum q̄ mortuorum. Quia fideles liberati sunt de limbo, F & virgo Maria & apostoli, & discipuli cum mulieribus, qui per totum triduū fleuerunt, lætati sunt in matutino diei dñicæ audita & visā Christi resurrectione. Et sicut fuit ad vesperum fletus: ita fuit ad matutinum lætitia.

Quinta conclusio, q̄ resurrectio Christi fuit perfectio & consummatio totius nostræ redemptionis: per quam omnes recuperauimus immortalitatem. Et fuit etiam resurrectio Christi perfectio & verificatio omnium scripturarum legis & profetarum. Quia si Christus non surrexisset, effusio sanguinis, & passio eius fuisset inutilis, & scriptura simul cum fide fuisset inanis & falsa.

Sexta cōclusio, q̄ Christus per suā mortē & passionem meruit sibi, & nobis resurrectionem, & claritatē, & gloriam corporis & aiæ,

A mæ, impassibilitatem, & felicitatem.

Septima cōclusio, q̄ corpus & humanitas Christi fuit saccus thesaurorum spiritualiū & meritorum, ferens pretium totius nostræ redemptionis ex quo afflicto & flagellato, & clauis perforato, & lācea percusso, emanauit & fluxit pretium orbis terrarum & virtus sacramentorum, quo precio nō solum fuimus à morte æterna liberati, sed etiā fuimus beatas mansiones in cœlo adepti. Sed contra aliqua prædicta in hac expositione arguitur. Et primò contra expositionem tituli huius psalmi, & contra primam conclusionem, in qua dicitur, quòd resurrectio Christi fuit dedicatio corporis eius, figurata per dedicationem templi Salomonis siue domus Dauid. Nam talis dedicatio corporis Christi potius B videtur impleta & verificata in Christi incarnatione, q̄ in eius resurrectione, quia tūc dei licet in incarnatione, illa humanitas Christi fuit dedicata, tanquam verum templum ver bi dei perpetuū, quia quod semel assumpsit nunquām dimisit. Ex quo patet, q̄ dedicatio corporis Christi, & eius constructio, magis fuit facta, in incarnatione, quā in eius resurrectione. Et illa dedicatio templi Salomonis magis figurabat mysterium incarnationis, q̄ resurrectionis Christi, & per consequens titulus & expositio huius psāl. non est ad propositum dedicationis domus Dauid. & tēpli Salomonis. Ad hoc respondetur, q̄ tria considerabantur in illo templo Salomonis: Primò eius cōstructio & dedicatio præcepta per Dauid, & facta per Salomonem. Secundò considerat eius destructio facta per Nabuchodo C nosor, & Chaldæos. Tertiò eius reædificatio & renouatio, facta per Neemiam, & Iesum sacerdotem magnum, & Aggeum, & Zacariā: vt patet in eorum scriptis. Prima ergo constructio, & dedicatio tēpli facta per Salomonem fuit directa figura mysterii incarnationis, & formationis corpis Christi in vtero virginali, quia tūc tota illa humanitas fuit facta & dedicata tanquām verum & æternum templum Dei, in quo habitat personaliter verbū diuinum. Sed destructio templi Salomonis facta per Caldæos fuit figura mortis & passionis Christi, & dissolutionis corporis eius ab anima. Et ideo ecclesia in toto triduo passionis Christi cantat lamentationes Hieremiæ prophetæ, factas de destructione templi & ciuitatis, inquantum illa destructio & diruptio tēpli, sunt figura dissolutionis corporis Christi, & separationis corporis eius ab anima. Reædificatio autem tēpli, & restauratio facta per Neemiam, & Esdram, & Iesum sacerdotem, & dedicatio secundæ domus fuit uera figura resurrectionis Christi, & glorificationis eiusdem, de qua dissolutione corporis, & resurrectione dixit Christus iudæis. Ioan. secūdo. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Ex quibus patet, quòd Dauid non indebite, immo decenter, & accommodate, & profeticè prædixit in hoc psālmo resurrectionem, Christi per figuram dedicationis, & restaurationis domus Dauid. Et per hoc patet veritas tituli huius psāl. & eius expositionis. Sed secundò dubitatur circa sextam conclusionem, vbi dicitur, q̄ Christus per suam mortem & passionem meruit suam, & nostram resurrectionem. Nā cū Christus sit deus & hō, & caput ecclesiæ, iā E à principio habuit plenitudinem meritorū, sicut dictū est psāl. xv. ergo ante passionē iā merebatur suam resurrectionem. Item Christus quia solus inter mortuos liber, & nō obligatus in Adam, non solum non merebatur mori, sed etiam merebatur non mori, imo viuere in æternum, ergo non oportebat ipsum mori, vt resurgeret, & mereretur resurrectionem pro se. Item sicut Christus habebat ptātem dimittendi animam suam per mortē, & iterum sumēdi eam per resurrectionē, vt patet Ioan. x. ita habebat ptātē retinēdi eam in æternū absque morte, & sic habebat ptātē viuendi in æternū. Et per consequens nō oportebat ipsum mori, vt mereretur resurgere saltem p̄ se. In oppositum aūt est Apostolus ad Filip. ii. dicēs, q̄ quia Christus seipsum exinaniuit factus obediens patri vsque ad mortem F crucis, p̄pter quod exaltauit illū &c. Pro huius dubii declaratione, & propter ea quæ dicta sūt psa. xv. & xvii. & xxi. est valde aduertēdum, q̄ persona Christi quantū ad p̄sens spectat, potest tripliciter cōsiderari. Vno modo inquantum suppositatur & personat in verbo. Secūdò inquantum est persona humana perfectissima in summo, & est filius virginis. Tertiò inquantum est caput ecclesiæ. Et sic cōsideratur in illa humanitate, siue in illo homine personato in verbo triplex gratia. s. primò gratia vnionis, Secūdò gratia habitualis. Tertiò gratia capitis, per primā Christus hō meretur dici Deus creator, & q̄ sibi cōicētur idiomata eorū quę sunt dei effectiua, & sic Christus tanquam suppositum diuinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & humanum habebat potestatem deponēdi & resumendi animam, & retinendi eā & nō moriendi, & sic non oportebat ipsum mori, vt resurgeret. Secūdo autem modo & per secundā grām Christus non merebat mori, qa erat solus inter mortuos liber, quia non ex opere Adā conceptus nec natus, sed plenitudine omniū gratiarū totaliter perfectus. Et sic nullo modo merebat mori: sed si iniustē occideretur, merebatur resurgere. Tertio vero mō, inquantū caput non merebat mori p̄ter supradicta, sed debuit mori, postquam desponsauerat sibi ecclesiam, & factus fuerat eius aduocatus, & procurator, & pater, & dominus, & pastor, quia his modis causam nostrā fecerat suā, & sic obligauerat sed ad soluendum pro nobis, vt dictum est psal. xvii. & xxi. Et ideo quia Christus non assumpsit causam nostrā ex necessitate, sed ex caritate, inde est q̄ licet de se non merebatur mori, tñ meruit formaliter suā gloriosam resurrectionem vt effectiuē posset eam suis membris cōicare. Et ideo dicit Magr in. sentē. dist. xviii. q̄ Christus per suam passionem meruit sibi, & nobis resurrectionem, & claritatē. Et hoc probat ex autoritatibus Aug. & Ambr. Vtrum autem gratia unionis, & gratia habitualis, & gratia capitis sit vna gratia realiter, an plures, non est ad præsens disputadū, sed sufficit, q̄ sint tres modi distincti. Sed hoc est certum q̄ Christus p̄ hunc triplicem modū gratiæ, à primo instanti suæ cōceptionis fuit factus caput ecclesiæ, & habuit plenitudinē meritorum, ut mereret pro se, & pro nobis, s. vt sua merita omnibus posset communicare. Et illico habuit firmum propositum patiēdi pro nobis, & illico incepit opera nostræ redēptionis, & incepit operari tanquām caput ecclesiæ. Nā statim mouit virginem matrē, vt ascenderet in iudeā ad salutādum Elisabeth, & ibi sanctificauit Ioannem baptistā, & elegit eum in præcursorē. Et sic etiam Christus in vtero virginis iam cōtinnē orabat ad patrē pro ecclesia sua, absq; intermissione, quia semper erat in actu, & in officio nostræ redemptionis. Et sic totum opus nostræ redemptionis fuit unicus actus & cōtinuus, & non interpolatus, respectu Christi, ratione firmi propositi, & cōtinuæ operationis. Sed opera redemptionis dicuntur distincta effectiuē, siue subiectiuē respectu nostri, inquantum nō statim fuit crucifixus in effectu, nec eduxit patres de limbo, nec ascendit in cē-

B

C

lum, nec misit spiritum sanctum in discipulos &c. vnde talis successio dicitur facta in effectu & respectu nostri, sed in affectu vnicus fuit actus respectu Christi, sicut positū fuit exemplum de sole, psal. xv. Nam sol totā plenitudinē sui luminis, & virtutis habet in aurora, & in ortu suo in se simul, sed totum hemisferium non simul recipit totum lumen, & virtutem, & calorem solis, sed successiue terra recipit incrementum luminis, & virtutis solis p̄ eius accessum. Et sic illa illuminatio, vnicus actus est respectu solis, sed uariat respectu nostri. Ita ergo pariter est dicēdum de Christo: quia à principio suę conceptionis habuit totam suam plenitudinem scientiæ, & sapientiæ, & gratiæ, & meritorum, & fuit factus caput ecclesię & principiū, & mensura omnium gratificandorū, & fons omnium gratiarū, & donorū, & meritorum. Et illico incēpit opera nostræ redemptionis: & cum firmo proposito, & affectu hne interpolatione continuauit suum officiū. Et sic patet qualiter Christus semper fuit nō solum in actu primo, sed etiam in actu secundo, operando nostram redemptionem. Et patet etiam quōd Christus non profecit in gratia, nec scientia quo ad se, sed quo ad nos: ideſt, quōd gratia, & scientia & sapientia, & plenitudo meritorum non creuit quo ad se, sed quo ad nos. Et isto modo dicitur Luc. ii. q̄ Christus proficiebat, & crescebat sapientia & gratia simul cum ætate apud Deum & hominēs, scilicet apud homines eos docēdo, & illuminando, & iustificando, & apud Deum peccatores sibi reconciliando. Et tale incrementum & profectus sapientię, & gratię erat tātum respectu nostri: quia plenitudo huiusmodi à principio fuit in Christo. Et sic ergo concludit, quōd Christus ratione puritatis, & innocentię, & ratione plenitudinis gratię, & meritorum à principio ante passionē meruit suam claritatem, & resurrectionem: vt videntur innuere Aug. & Ambrosius. Item ratione firmi propositi patiēdi, & ratione vnici actus continui nostrę redemptionis, tam Christus affectiuē meruit suam & nostrā resurrectionem: sed effectiuē, & quōad nos dicitur quōd Christus per suam passionē meruit suam & nostram resurrectionem. Et isto modo Christus post suam resurrectionem dixit Mat. vlti. Data est mihi potestas in cęlo & in terra &c. non quōd non esset tradita talis potestas à principio: sed quia per mortem

D

& resur-

A & resurrectionem tota nostra redēptio fuit in nobis consummata, & post resurrectionē in cœlo, & in terra, & in inferno potestas Christi fuit manifestata. Ité Christus ratione supradicti vnici & continui actus, & firmi propositi patiendi, nō solum meruit nostram sālutem ante passionem, & in morte, sed etiam post mortem, quādo fuit lācea in latere perfossus: vnde exiuit sanguis & aqua in remissionē peccatorum: & vacuauit virtus omnium sacramentorum: quia alias illud vulnus non fuisset meritorium sibi & nobis. Item euam dicitur, q̄ ratione talis firmi propositi, & affectus, martyres non solum merebantur in vita, & in tormentis sed etiam merebātur in omnibus quæ fiebant post mortem ergā eorum corpora an vituperium eorum, putā quando corpora eorum crematāntur: ac tradebantur bestiis deuorandā: & prouisebātur ad loca immunda &c. Et per hæc patet responsio ad dubium supradictum.

B

PSALMVS XXX.

1 *In te domine speraui: non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.*

Titulus, In finem, siue ad victoriam psalmus Dauid. Ex titulo apparet q̄ Dauid fecit hunc psalmum dirigens nos in Christū, qui est finis legis. Sed de materia huius psalmi est disceptatio apud expositores Hebræorū. Nam quidam dicunt q̄ Dauid prædidens in spiritu captiuitatem Babylonicam & liberationem, fecit hunc psalmum in persona totius populi liberati. Alii aūt dicunt q̄ Dauid fecit hunc psalmum in persona totius Israel liberati de seruitute Philistinorū per Dauid. Rabi autem Salomon dicit: q̄ Dauid existēs in persecutione Saulis fecit hunc psalmum, de multis periculis in illa longa persecutione. Sed ſpius dictum est, q̄ nulla fides est adhibenda illi cęco obstinato: qui semper conatus est peruertere sacram scripturam & retrahere à vero sensu spirituali. Nam Dauid non fuit minus propheta in hoc psalmo, nec minus inspiratus, quām in cæteris: maxime cum ipsemet R.a. Sa. dicat super Za. q̄ prophetæ non sunt locuti, nisi ad tpa messię. Et ideo est dicendum sicut ſpius dictū est: q̄ Dauid in suis persecutionibus prędidit inspiritu totum discursum ecclesiæ ab Adā vsq; ad Christum, & exinde vsque ad iudicium. quæ qui dē ecclesia dē vna, & vnum corpus mysticū, propter vnā fidē, & spem vnius Christi mediatoris. Nam eadem fides & spes essentialis Christi quæ saluauit antiquos: saluat & nos: solum est differentia accidentalis: vt dictū est in prologo. Nā illi expectabāt Christū redēptorē: Sed nos iā redēpti expectamus ipsum glorificatorem. Et fides nostra includit fidē & spem antiquorū, quia quod illi credebant futurum, nos credimus præteritum, & quē ipsi expectabant redēptorem: nos expectamus glorificatorem. Ex quo patet, q̄ spes est habitus infusus, quo bona spiritualia Christi expectantur, scilicet redemptio siue saluatio, & glorificatio, quæ quidem diffinitio conuenit ipsi in commun. Nam per eādem spem, qua nos speramus Christum glorificatorem, expectabant ipsi redemptorem: in cuius virtute ipsi peruenerunt ad Christum, & dirigebantur ad ipsum, & in ea saluati sunt. Hoc ergo prædidens Dauid in spiritu, p suas persecutiones, fecit hūc psalmum hāc spem commendans: in quo introducit Adam loquentem, cum tota sua posteritate fidelium, & expectantium Christum, qui quidem Adā vt sic, dicitur corpus mysticum Christi, & vna ecclesia, quæ per veram fidem, & spē dirigebatur in Christum. Et ideo in titulo præponitur, In finem psalmus Dauid. Sed quia Dauid in hoc psalmo ostendit q̄ ipse Adam mysticus siue populus Dei propter spem, & fidem, passus est multas persecutiones cum magna patientia: & tamen nunquām amisit spem, immo sunt liberatus à Christo finaliter per tālem spem: Sed spes consistit in quadam extasi, eo quōd spes retrahit hominem à terrenis, & constituit eum in desiderio cęlestium, & in tali extasi constitutus, tolerat omnia mala propter Deū, Ideo in aliquibus bibliis apponitur huic titulo pro extasi, scilicet. In finem psalmus Dauid pro extasi, scilicet spei. Quinq; ergo facit in hoc psalmo. Nam primò iste homo mysticus petit redimi de captiuitate peccati, & à penalitatibus intrinsecis eiusdem, per aduentum Christi. Secundò petit liberari à persecutionibus infidelium tyrannorum & hæreticorum. Tertiò prædicit punitionem persecutorum ecclesiæ. Quartò prædicit præmium bonorum in Christum sperantium. Quintò exhortatur fideles ad fidem & spem Christi, & patientiam in aduersis propter Christum. Secundum ibi, Miserere mei Domine. Tertiū ibi Erubescant impii Quartū ibi: Quām magna multitudo. Quintum ibi: Diligite dominum.

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Quantum ergo ad primum Adam cũ tota sua posteritate fideliũ lassus, & cõfractus longa captiuitate sub diabolo, infectus peccato in aïa, & fomite concupiscentiæ in carne, desiderans accelerari aduentum Christi, p quẽ sperat, & intendit saluari & liberari, apostrofat ad Christum dicens. O domine Iesu Christe, in te speraui posthq̃ fui eiectus à paradiso, peregrinando per hunc mundum, fac ergo vt veniας, & nõ confundar in ęternũ, & ne spes mea sit frustra, ideo in iustitia tua libera me à culpa aïæ, & à fomite & concupiscentia carnis, & à lege peccati. Et libera me in tua iustitia, & nõ in mea, quia in me nulla est iustitia, sed solũ peccatũ. Et ideo nõ possum liberari, nisi per tuã iustitiã & mortẽ, & passionem, per quam spero iustificari. Ideo

B *Inclina ad me aurẽ tuã: accelera ut eruas me.*

Inclina ad me aurem tuam, quia per magna tẽpora clamaui ad te, ideo accelera aduẽtum tuum, ut eruas me de manu diaboli, & à spirituali captiuitate & miseria. Et nota q̃ ista vox corporis mystici, nõ solum dirigitur ad filium, sed etiam ad patrem. Nam sicut filius incarnatus dicitur facies patris, per quam nobis notificatus est, & lingua patris, per quam nobis locutus est, ita etiam dicitur auris patris, per quam pater nos audit, & nostras petitiones, & præces acceptat. Ideo ait, Inclina ad me aurem tuã .i. mitte filium in carnatum, & accelera, vt eruas me à peccato per passionem eius. Item lingua Christi & auris est humanitas, per quam verbum nobis loquebatur, & nos audit. Et sic ista vox

C indifferenter potest dirigi ad patrem vel ad filium. Nam pater liberauit nos per filium incarnatum, & filius liberauit nos per carnẽ in qua passus est. Vnde subdit,

Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij: vt saluum me facias.

Esto mihi in Deum protectorem, id est, cum veneris non te recipiam ut purum hominem, sed eris mihi in Deum protectorẽ, & sic confitebor te Deum & hominem. Et esto mihi cum veneris in domũ refugii: quia in te ponam totam spem meam, vt saluum me facias per mortem & passionem.

Qm̃ fortitudo mea & refugium meũ es tu: & pp nomen tuũ deduces me & enutries me.

Tu solus es fortitudo mea, & refugiũ meũ es tu, quia non est alius sufficiens ad saluandum nisi tu, quia Deus & homo liber solus à peccato, quoniã tu vocaris Iesus quod est nomen salutis. Et ideo propter nomen tuum D deduces me à peccato per passionẽ, & enutries me per ecclesiastica sacra, quia non est aliud nomen sub cœlo in quo nos oporteat saluos fieri. Et ideo per tuam passionem educes me de laqueo demonũ venantium, quẽ parauerunt mihi in paradiso, quando comedi de ligno vetito, qui quidem laqueus illaqueauit omnes filios meos. Et ideo

Educes me de laqueo quem absconderunt mihi quoniam tu es protector meus.

Tu educes me de laqueo venãtium, quod est peccatum originale, & ex consequenti actuale, quem laqueũ absconderunt mihi. Vnde fomes concupiscentiæ dicitur laqueus absconsus in carne huc lateus in membris. Et hoc facies, quoniam tu solus es protector meus, ideoque E

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine Deus veritatis.

In manus tuas cõmendo spiritum meum & animam meam, quia tu non eris saluator tẽporalis tantum, sicut sperant Iudæi obstinati, sed saluator aïæ à peccato ideo in manus tuas commẽdo spiritum meum, quia tu Deus veritatis redemisti, id est, redimes meã peccato per passionem. Nam ideo potens me redimere, quia es verus Deus & homo, ideoque tanquam Deus veritatis, id est tanquam verus Deus redimes me. Vnde est aduertendum, q̃ hæc eadem verba, quæ dicit corpus mysticum ad Christum per os Dauid, eadẽ verba dixit Christus ad patrem in cruce in persona totius corporis mystici pro quo patiebatur. Nam sicut Christus patiebatur pro F omnibus fidelibus, ita in cruce commẽdauit patri animas omnium fidelium membrorũ suorum, sicut pro eis oranerat ante, in mẽsa & in horto & hoc declarauit Christus cum dixit. Redemisti me domine Deus veritatis. Manifestum est enim q̃ Christus non fuit redemptus in persona sui, quia non indigebat redemptione, quia omnino fuit sine peccato, sed ipse vt caput & mediator commendat nostras animas patri, sed in persona sui corporis mystici siue membrorum dicit: Redemisti me & membra mea in me, ò Deus veritatis. Vnde pater dicitur nos redemisse per filium suum, in quantum passionem Christi acceptauit in precium, vt dictum est psal. xvii. Vnde subdit.

Odisti obseruantes vanitates: superuacuè.

Odisti ifideles obseruãtes vanitates .i. vana auguria

A auguria & obseruantes superuacuè, idest frustra mẽses & annos: quia superuacuè, & frustra obseruant.

Ego autem in Domino speraui: exultabo & lætabor in misericordia tua.

Quasi dicat: Ego non pono spem meam in rebus mundanis, nec recurro ad signa, & cõstellationes, nec ad sortilegia nec superstitiones: quia scio q̃ odisti obseruantes istas vanitates superuacuæ & frustra: sed ego cõmendo Spiritum meum in manus tuas, quia tu me redemisti tanquam verus Deus, & ideo in te tanquam Domino speraui, & spem meã posui, & ideo exultabo, & lætabor in misericordia tua, per quam liberabis me à captiuitate, & sic spes mea non erit vana nec superuacua, sicut spes gentilium obseruantium cõstellationes & sortilegia vana &c. Et quare

B lætabor in misericordia.

Quoniam respexisti humilitatem meam: salvasti de necessitatibus animam meam.

Respexisti humilitatem meam, quia cum humilitate ad te confugi. Et ideo saluasti de necessitatibus animam meam. I. à pœna quæ necessario sequitur culpam, & à culpa quæ necessario sequitur ex fomite, & concupiscẽtia quæ dicitur lex membrorum, quæ quasi necessitat, & cogit alliciendo hominem ad peccatum. Ista enim dicuntur necessaria, q̃a sunt connexa, & alligata. Nam ex peccato primorum parentum ineſt nobis fomes, & corruptio naturæ in carne, ex cuius cõtractu anima inaculatur peccato originali, & ex eius consensu causatur peccatum actuale, & mortale in voluntate, ex quo sequitur reatus, &

C pœna sensus. Et ideo ista dicuntur necessitates quædam in nobis, à quibus nos Christus liberauit per suam passionem, & sacramẽta ecclesiastica. Nam liberat nos à peccato, vt nõ fit nec imputetur, & liberat nos à fomite, non vt non sit, sed vt non imputetur, vt inquit Aug. Et ideo sequitur.

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Non conclusisti me in manibus inimicorum, in quibus ineluctus & captiuus eram, imo me abstraxisti in uirtute passionis, & sacramentorũ. Et statuisti pedes meos in loco spatioso, .i. in ecclesia me collocasti, quæ dicitur locus spatiosus. Primò pp libertatem, quia liberata ab importabili iugo legis veteris. Secundò quia habet multa remedia, & facilia ad delẽdum peccatum, ad quæ quilibet D potest faciliter recurrere & sanari. Ideo nullus habet excusationem, quia Deus non solũ damnat hominem, quia peccauit, sed quia currere ad medicum recusauit. Tertiò dicitur ecclesia locus spatiosus, quia non in sola Hierusalem terra Palestinæ arctatur, & astringitur. sed à solis ortu vsq; ad occasum dilatat. Exultat ergo iste bonus homo quia per amplius, & perfectius, & abundantius, et multiplicius est liberatus, nõ solum ab infirmitatibus carnis, sed etiam animæ, & non temporaliter, sed æternaliter, & non solum à visibilib. sed etiam inuisibilib. Totus iste textus potest etiam vox Christi, cõquerentis apud patrem de sua persecutione, et supplicantis pro sua liberatione, et resurrectione, & in persona membrorum, vt sæpius dictum est.

Miserere mei Domine quoniam tribulor: cõturbatus est in ira oculus meus: anima mea & venter meus. E

In hac secunda parte petit liberari à passionib. et afflictionibus extrinsecis. Vnde est aduertendum, q̃ Adam multiplicem pœnã incurrit propter primum peccatum, et inobedictiam. Nam primò incidit in pœnas intrinsecas, et infirmitates tàm corporis q̃ animæ de quibus dictum est. Secundò in pœnas exteriores, et miserias, cuiusmodi sunt paupertas bonorum temporalium, et odium, et ira inimicorum. Nam sicut miseriæ, et necessitates interiores infestant hominem ab intra, ita paupertas, & inimici, et iniqui infestant, et affligunt hominem ab extra, et ideo postquam in prima parte petit Adam, mysticus liberari à malis, et necessitatibus intrinsecis per decem versus, in hac secunda parte petit liberari ab extrinsecis, per alios decẽ uersus. F Nam ecclesia, et homo mysticus semper passus est ab Adam, vsq; ad Christum persecutiones, et maiores passa est post Christum à iudæis, et tyrannis, et hæreticis, et patietur vsque ad iudicium, licet aliquãtulum quieuit post Constantinum à qua persecutione, fuit liberata ecclesia per Christum, qui Constantinum, et reges terræ illuminauit. Hoc ergo prouidens Dauid dicit, in persona ecclesiæ. O sponse Christe, quoniam non solum tribulor interius à carne, et peccato, sed etiã exterius ab infidelibus, et hæreticis, nam in ira, et sententia data primis parentibus, oculus meus .i. ratio conturbata est per ignorantiam, et anima, scilicet sensualitas turbata est, et vulnerata fomite concupiscentiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cæteris passionibus, & venter meus, i. caro conturbata est multis infirmitatibus, & doloribus, & ægritudinibus, quæ omnia euenium mihi ex illius primi iustissima cõdemnatione peccati.

Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Ex istis infirmitatibus corporalibus, vita mea defecit in dolore, & destruitur, vincitur in me natura, & sic sequitur mors corporalis, & sic anni mei, & totum spatium vitæ, semper in gemitibus præ dolore, & non solũ patior infirmitates corporales, sed etiam paupertatem, & inopiam bonorum temporaliũ, quibus vita humana sustentatur. Ex qua paupertate causatur in me duplex defectus, nã primò defecit virtus naturalis, nam si homo non comedit moritur fame, & si non operit vestibus moritur frigore, & etiam deficit virtus moralis quia non potest vti liberalitate, nec subuenire indigenti, nec dare vbi, & qñ, & quantum oportet: Item ex paupertate, & indigentia quis furatur bona alterius, & sic efficitur iniustus. Item nõ potest soluere creditori: nec implere promissum, & sic efficitur mendax. Vnde omnia ista mala euenerunt mihi ex illo peccato, nam si ego paruissem imperio, & præcepto Dei, fuissem liber ab omnibus his miseriis, & sic fui punitus interius, & exterius, & continuè defecit in paupertate virtus mea. Item totum hoc potest ecclesia referre, ad tribulationes exteriores, & ad persecutiones tyrannorum. Vnde dicit ecclesia. O sponse Christe, miserere mei, & libera me à persecutionibus infidelium, & tyrannorum, quoniam infestor, & tribulor ab inimicis, nam oculi mei qui fuit doctores, conturbati sunt ab hæreticis: & anima mea qui sunt Apost. conturbati, & afflicti sunt à tyrannis: & vẽter meus qui sunt omnes martyres, & totus cœtus fidelium, turbati sunt ab infidelib. & paganis. & sic tota vita mea, & discursus annorum est in gemitibus, quia sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea. &c. Et sic potentia mea temporalis, & virtus fuit infirmata, & minorata: quia tyranni occupauũt bona Christianorũ, & Christiani fugientes ferocitatem tyrannorum discurrebant per montes, & latibula patientes famem, & inediã, & sic ossa mea, qui sunt prælati, quib. ecclesia, & cęteri fideles sustentantur, cõturbãti sunt: tantũ q̃ Marcellinus Papa, ex timore adoleuit incensum idolis, ex persecutione Diocletiani. Et ideo subdit.

Super inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: & timor notis meis.

Factus sum opprobrium, vicinis meis super inimicos: quia inimici mei me odio, & opprobrio habebãt, & factus sum timor notis, & amicis: nam quãdo cæteri fideles videbãt ecclesiam conculcari, ex timore deficiebant, & idola adorabant. Et ideo sequitur.

Qui videbant me: foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde.

Qui videbant me foras fugerunt à me, & sic ego datus sum obliuioni, i. à memoria, & corde eorum, sicut mortuus in paucis diebus est in obliuione. Et

Factus sum tanquam vas perditum: quoniã audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

Factus sum tanq̃ vas perditum, & fractum: nam sicut vas fractum non appretiatur, imò proiicitur foras: ita ego fui proiectus ab eis, & traditus obliuioni tanq̃ mortuus. Nam sicut homo mortuus non habet amicum, ita homo positus in persecutione nõ habet auxiliantem, quia deletur à memoria amicorum. Et in hoc cognoui me esse abiectum, & obliterum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium, & existentium in circuitu meo, quia omnes vituperabant, & condemnabant me: quia omnes nationes habebant odio Christianos: intantũ q̃ nullus se audebat Christianum nominare, imò infideles imponebant Christianis multa mala, & nefanda, dicentes eos magos &c. Vnde Iustinus philosophus conuersus ad fidem, fecit apologiam pro religione Christiana: defendẽs eos à tali labe & ideo infideles faciebant cõcilia, & cõuenticulas contra christianos. Ideo sit,

Tu eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.

Dũ cõuenirent simul aduersũ me, cõsiliati sunt accipere aiam meã, & vitã meã pdere.

Ego autem in te speraui Domine: dixi Deus meus es tu, tu manibus tuis sortes meæ.

Ego supradictis persecutionib. speraui in te, & dixi, Deus meus es tu, & nõ alius, & nõ cõfugi ad magos nec sortilegios, sed ad te. Et dixi. O Dñe sortes meæ, i. spes mea, & vota sunt in te, & non in alio. Ideo.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.

Illu-

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua Domine, nõ confundar quoniam inuocaui te.

Illustra ergo faciem tuam, & intelligentiam super seruum tuum, & saluum me fac in misericordia tua me liberando, & non cõfundar, postquam inuocaui te, & nõ alium. Est autem aduertendum, q̃ tãm prima pars, quam ista secunda, potest esse vox Christi, qui orat pro sua liberatione, tam in capite, quam in membris. Nã Christus prius passus est in se omnia ista à iudæis, postea passus est in suis membris à tyrannis, & hæreticis, & infidelibus.

Erubescant impij, & deducantur in infernum muta fiant labia dolosa.

Hic Christus caput, siue Ecclesia petit vltionem de crucifixoribus, & persecutoribus suis, profetando eorum punitionem, & prædicit triplicem pœnam persecutorum Christi, & ecclesiæ. Prima pœna fuit confusio in terra: nam quando iudæi viderunt Christum resurrexisse, & quãdo gentiles persecutores, viderunt veritatem euangelicam, per miracula: & viderunt Constantinum conuersum ad fidem, & viderunt ecclesiam prosperari, vtrique fuerunt confusi, & frustrati à desiderio suo. Secunda pœna fuit perpetua cruciatio in inferno. Tertia obturatio loquelæ, quæ est confusio exterius. Nam tam iudæi quàm gentiles, cum viderunt manifestè per scripturas, Christum esse verum Messiã, tunc conuicti, facti sunt muti. Vnde de prima pœna dicit, Erubescant impii, & infideles. De secunda dicit, deducantur in infernum, in perpetuum cruciandi. De tertia dicit. Muta fiant labia eorum dolosa, & mendosa, & fraudulenta falsificantia sacras scripturas, & imponẽtia falsa crimina Christo, & mẽbris suis.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia: & in abusione.

Quæ quidem labia dolosa loquuntur iniquitatem, et falsa crimina aduersum iustũ, s. contra Christum, et populum suum blasfemando, et in abusione loquendo etc. Et ideo tota ista particula, potest esse vox Christi capitis, petentis vltionem de iudæis persecutoribus suis, et de persecutoribus Ecclesiæ, qui omnes erubuerunt, et confusi sunt cognita euang. veritate, et præterita eorum cecitate.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.

In hac parte prædicit præmium, et retributionem bonorum qui passi sunt pro Christo. Dicit igitur: O Dñe quã magna est multitudo, et sufficientia dulcedinis, beatitudinis, et fruitionis tuæ, quam abscõditam seruasti, ab æterno timentibus te. Nam ita sunt nobis abscondita, et incõprehensibilia, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparasti diligentibus te. vnde hanc beatitudinẽ, et præmiũ perfecisti, et præparasti eis qui sperant in te, in conspectu hominum, quia in hac vita lucrati sunt, et meruerunt ipsum præmiũ per bona opa, quæ fecerunt per persecutiones, quas passi sunt in conspectu filiorũ hominum, et ante reges, et præsides propter iustitiam. Et ideo.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ: à conturbatione hominum.

Abscondes eos, et collocabis in abscondito faciei tuę, quia semper videbunt faciem tuã, quę ab impijs est abscõdita, et separabis eos à cõturbatione, et persecutione hominũ, quia non erit amplius luctus nequeclamor: sed.

Proteges eos in tabernaculo tuo: à contradictione linguarum.

Proteges eos in tabernaculo tuo cęlesti, à contradictione linguarum malorum hominum. Et ideo de tanta tęlicitate, agit gratias: dicens.

Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.

Benedictus sit Dñs, quoniam mirificauit. i. mirificam ostendit misericordiam suã mihi in ciuitate munita, quia nemo saluatur, nisi per misericordiam Dei, quia cuius vult miseretur, quia non est currentis, nec volentis, sed Dei miserentis. Et vocat istam ecclesiam, ciuitatem munitam, propter gratiam, et abũdantiam sacramentorum, et munitam armis donorum, quibus nos defendimus undique, ab omnibus malis contra Diab. et membra eius. Vnde nota, q̃ ista ciuitas militans tripli ci munitione est munita s. munitione doctrinæ, et sacramẽtorum, et donorum Spiritus sancti. Et triplici muro est septa, scilicet fide, spe, et caritate, et sic nihil est nobis timendum. Ciuitas vero cęlestis est munita, et copiosa, et abundans omnibus bonis fruibilibus, quia est status omnium bonorum aggregatione perfectus: et sic est perfecta beatitudo in ea. Et subdit.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *proiectus sum a facie oculorum tuorum.*

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

Bene Domine mirificasti misericordiam tuam mihi, nam dum essem in excessu mētis, & in profundo persecutionum, ego dixi in corde meo proiectus sum.i. putabam esse proiectus à facie oculorū tuorum, & quod dimisisses me, & ideo multoties clamaui: sed tu exaudisti vocē orationis meę dum clamarem ad te: quia non deseris clamantes ad te. Nam licet ad tempus exponas hominē persecutionib. & aduersitatib. vt probes eum, & probatum ostendas: tamen in fine nō deseris eum, sed releuas per gratiā, & misericordiā, & sic misertus liberasti me à malo culpę, & pęnę, & cōstituisti me in bonis gīę, & glorię.

Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

B Hic prosequitur exortatur oēs fideles. ut non desperent in persecutionib. sed firmiter ponant spem suā in Deo. s. in Christo capite nostro, sine quo nemo potest saluari: quia nunquam deseret sperantes in se. Ideo ait. O vos sancti, & fideles, diligite Dñm, & ponite spē vestram in eo, & tollerate patienter persecutiones: qm̄ in finali iudicio, & etiam in hoc tempore Dñs requiret veritatem. i. secundū veritatem, & iustitiam iudicabit, & ideo retribuet abundanter pœnam facientibus superbiam. s. tyrānis, & pravis, qui cum superbia persequuntur iustos. Igitur.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

Agite, & pugnate viriliter contra Diab. & membra eius patienter sustinendo, persecutiones, & omnes qui speratis in Dño, cōfortetur cor vestrum in malis tollerandis, quōniam Dñs retribuet vobis, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. In hoc etiam psal. Dauid exhortatur quemlibet peccatorem, vt recurrat ad Deum, qui liberet eum ab intrinsecis, & exterioribus necessitatibus, & pœnalitatibus peccatorum. Et sic moraliter potest exponi totus psalmus, pro quolibet peccatore, & pro quolibet patiente persecutiones ab improbis, & malignis hominib. Et sic est quędam oratio de precatiua.

PSALMVS XXXI.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Titulus, Eruditio Dauid. Ex titulo apparet D quod Dauid fecit istum psm. eruditus à Spiritusancto, vel in quo erudit nos ad aliquam virtutē. Vnde dicit Cambi, q̄ quandocunq; in aliquo titulo ponitur eruditio, signum est quod Dauid, eruditus à Spiritusancto intendit aliquod magnum mysterium, & prosundum futurum. De materia huius ps. cōmuniter dicunt Doct. q̄ postquam Dauid cōmisit adulterium, cum Bersabæ, & machinatus est mortem Vriæ, per totum quasi annum, siue per totos 9. menses tenuit peccatum celatū, vsq; ad Natiuitatem pueri: licet populus de tali facinore iam murmurabat. Sed post 9. menses in Natiui. pueri, missus est Natan ad Dauid, qui exposuit sibi parabolam de ouecula rapta &c. Sed Dauid qui nondum fecerat pœnitentiam tunc cognouit reatum suum dicēs peccaui. Cui Natan dicit, transtulit Dñs peccatum tuum. q. d. culpa est tibi remissa pp confessionem, & pœnit. sed remanet pœna E temporalis Ideo Dñs transtulit, i. cōmutauit tibi culpam, & pœnam æternam temporalem, quia filius de domo tua insurget contra te &c. vt patet. 2. Reg. 12. Vnde tunc Dauid iacuit super terram, non māducans, neque bibens, vsque ad mortem pueri. & tunc in tali pœnitentia insistens, fecit psalmum quinquagesimum. s. Miserere mei Deus. In quo petit veniam de peccato suo. Secundò petit triplicē Spiritum quem perdiderat. s. Primò Spiritum gratiæ præuenientis, cum dicit, Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Secundò petit, Spiritum gratiæ gratificantis, cum dicit, Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Tertiò petit, Spiritum profetiæ ipsum erudientem, quem propter pēcm perdiderat, cum dicit, Spiritu principali confirma me, à Spiritu profetię, & eruditionis, & F doctrinæ, quo ante me docebas, & eruditebas de mysteriis profundis, & futuris Ideò sequitur, Docebo iniquos vias tuas. &c. Sed peracta ista puia, Dauid recuperauit hunc triplicē spiritum. s. gratiæ duplicis, & profetiæ. & tūc Spiritusanctus eruditit eum, & certum fecit qualiter Dñs remiserat sibi culpam, propter pœnit. & confessionem factam, ipsi Natan, quando dixit peccaui. Et inde fuit eruditus à Spiritusancto, qualiter pœniten. est illa quæ sola delet peccatum. Et quomodo pœnit. non est valida, nec fructuosa nisi fiat in hac vita. Et quomodo talis pœnitentia cum confessione, erat seruāda in ecclesia, post aduētū Christi,

A Christi, quæ quidem pœna non habet virtutem, nisi ex passione Xpi. His ergo eruditus Dauid à Spiritusancto hunc ps. in quo erudit oēs fideles, & exhortatur ad pœnam exemplo sui, sicut promiserat psal. 50. cum dicit, Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur. &c. In quo psm quatuor facit. Nā primo ostendit pœnam esse necessariam, cum suis conditionib. Secundò q̄ pœna non habet virtutem, nisi à Christo per suam pas. Tertiò exhortatur omnes peccatores, ad pœnit. in hac vita. Quartò denunciat pœnam impœnitentium, & obstinatorum, & beatitudinem pœnitentium. Secundum ibi: Tu es refugiū. Tertium ibi. Intellectum tibi dabo. Quartū ibi, Multa flagella peccatoris. Quantum ad primum, primo præponit vnam cōclusionē principaliter intentam. s. q̄ pœna, est necessaria peccatoribus ad cōsequendam beatitudinē. B Secundò exprimit modum pœnitentiæ, cum omnibus suis partibus, & conditionibus, ibi: Nec est in Spiritu &c. Cōclusio ergo principaliter intenta est ista, q̄ pœnitentia est necessaria peccatoribus, ad beatitudinem cōsequendam. ꝛ. d. q̄ beatus est qui agit pœnit. & sine pœna, nemo peccator potest esse beatus. Vnde dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Ad cuius probationem, & intellectū est notandū, q̄ cuilibet fideli debetur beatitudo, nisi impediatur per peccatū. Nam peccatum tripliciter impedit, peccatorē ad beatitudinem. Primò, quia est in odio Dei, pp culpam, & sic est extra gratiam. Secundò quia pp reatum, & culpā est obligatus, ad pœnā æternā. Tertiò, quia dum est in culpa, C quasi iure hæreditario est sub captiuitate, & potestate Diab. Nam dum homo manet in illa iniustitia, & culpa, & reatu, semper diab. habet iustam causam accusandi eum, & retinendi, & possidendi in inferno. Et sic istæ tres causæ impediunt peccatorem, ad beatitudinem. Ad hoc ergo, q̄ peccator expediatur, oportet q̄ remouentur ab eo ista tria. s. q̄ remittatur sibi iustitia, siue reatus, & pœna. Secundò q̄ deleatur sibi culpa, ne Deus imputet sibi peccatum ad pœnam æternam, sed sit Deo gratus. Tertiò, quòd peccator iustificetur, ne Diabol. habeat ius possidendi, nec cruciandi, nec accusandi eum. Sed ista tria non possunt remoueri, nisi per pœnitentiam. Nam pœnitentia est illa quæ iustificat, & reconciliat hominem Deo, & reducit in gratiā, & etiam remittit, & abolet pœnam. Ergo necessaria est pœnitentia omnibus peccatoribus, ad consequendam beatitudinem, & ad hoc q̄ sint beati. Et hoc dicit Dauid, cum ait, beati sunt illi homines quorum remissę sunt iniquitates, per pœnitentiam. supple: quia aliter remitti non possunt, & ponuntur iniquitates pro iniustitia facta: & pro reatu siue noxa. Item beati sunt, quorum peccata sunt tecta, & absconsa apud Diabolum, quia iam non habet aliquid vnde iure possit eos accusare, nec possidere, postquam sunt iustificati per pœnitentiam. Item

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum nec est in Spiritu eius dolus.

Beatus sanctę vir cui Dñs non imputauit peccatum ad culpam, nec pœnam æternam, postquam est iustificatus per gratiam, & pœnitentiā, quia sibi deleta est culpa, & est iam in gratia Dei. Nam Deum culpam delere, nihil E aliud est, nisi peccatum ad pœnam æternam, & odium non imputare, vt inquit Aug. Ex quibus patet, quòd peccator non potest cōsequi beatitudinem, nisi per pœnit. & sic est necessaria peccatoribus pœnitentia, ad beatitudinem quæ est cōclusio principaliter intenta. Deinde cum dicit. Nec est in Spiritu eius dolus, exprimit modum, & discursum pœnitentiæ faciendæ exemplo sui. Ad cuius intelligentiam est notandum, q̄ peccatum secundum Ambrosium est inobedientia, & præuaricatio diuinorum præceptorum, & sic nil aliud est, nisi quædam rebellio, & voluntaria deuiatio à diuinis præceptis, & per consequens à diuina voluntate, quę licet in præceptis, & ideo peccator omnis dicitur iniustus, inquantum deuiat à regula veritatis, & à diuina voluntate, quæ est regula, & mensura omnium actuum humanorū, sicut dictū est psal. 14. Et per eandem rationem dicitur omnis peccator mendax, quia deuiat, & mētitur à prima veritate, & à prima mensura, quæ est voluntas diuina. Tertiò ois peccator dicitur dolosus, eo q̄ est violator promissi. Nam omnis fidelis promisit in baptismo seruare diuinam legem, & præcepta quandocunq; ergo quis voluntarie violat, & præuaricatus est diuina præcepta, dr dolosus, & sic omne peccatum dicitur dolus. Et talis dolus potest esse duplex. Vno modo in lingua, vt quādo quis habet aliud in lingua, & aliud in Spiritu. Alio modo potest esse in solo pū, vt quādo quis habet peccatum absconsum, in conscientia non agens pœnitentiam, nec vult

peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pctũ suum cõfiteri. Et de hoc dicit Dauid, beatus est vir in cuius spiritu nõ est dolus, i. qui non habet pctũ absconsum in cõscięna: sed eiecit ipsum per pœn. sed de modo euellendi, & eiiciendi dolum siue pctũ à cõscientia, est Secundò notandum q̃ pctõ cõmisso, siue ex puricatione præceptorũ, tria remanẽt in aia sicut dictum est. Primò reatus quo obligat ad restituendam, & etiam ad pœnã. Secundò deformitas, quedã per absentiã gr̃æ qua est pec. in odio Dei, & imputat sibi Deus illud pctũ ad culpam, & pœnã. Tertiò remanet in aiã culpa, per quam dr̃ iniustus, & dignus accusari, & possideri à Diab. Et nõ solũ per istam culpam, accusatur à Diab. sed etiã cõtinuè accusatur à seipso. Nam culpa dr̃ de culpo culpis culpi, siue de culpo. as: siue de cudo, dis, quod idẽ ẽ, quod terebrare, figere,
B & cõpungere: q̃a cudit, & pungit cõscientiã peccatoris. Vnde licet quodlibet istorũ triũ dicatur pctũ: tamen ista culpa cõmuniter dr̃ pctũ, & dolus in aia siue in spũ, & dr̃ tellũ fixum in anima, & dr̃ etiã spina iugiter mordens, & pungens cõscientiam. Quæ quidem spina, siue dolus non potest eiici, nec euelli ab aia, & cõscientia, nisi per pniam. Nam dupliciter potest mordere, siue pungere cõscientiam pctõris. Vno modo ex solo timore pœnę, & cognitione mali: vt iudei postq̃ crucifixerunt Xp̃m, bene nouerunt se male egisse, contra iust. Et ideo q̃n viderunt Solem obscuratum, & terræmotum &c. reuersi sunt in ciuitatẽ plangentes, & percutientes pectora sua: sed talis cõpunctio, & remorsus cõscientiæ, nõ fuit pnialis, & fructuosus, q̃a fuit ex sola cõfusione, & formidine pœnæ futuræ pp̃ pec
C catum, & ita in multis pctõribus. Alio modo illa spina culpæ, potest pungere pctõrem cũ dolore, eo q̃ offendit Deum summe bonũ. & perdidit gratiã, & amorẽ Dei. Et ista est bona cõpunctio, sed nondum est perfecta, & pœnitentialis. Sed ad hoc vt sit perfecta, oportet habere quatuor cõditiones. Primò, q̃ sit dolorosa cum supradi. respectu. Secundò, q̃ sit cum proposito nunquã amplius cõmittendi pctũ. Tertiò cum firmo proposito cõfitendi. Quartò cum proposito satisfaciendi. Et tunc talis remorsus, & compunctio, dr̃ contritio pœnitentialis, & fructuosa. Et sic patet, quod illa spina culpę, licet pungat continuè, & accuset conscientiam, tamen non potest eiici, nisi per contritionẽ, & confessionem, & cum proposito satisfaciendi. Et tunc dr̃ vera pnia, quia tunc vere remissæ sunt iniquitates, & D
pctã sunt tecta Diab. & amplius non imputat Deus peccatori. Et tunc homo potest dici beatus in spe, quia iam est reductus in gratiã Dei, & est dignus vita æterna. Et totum istũ discursum probat Dauid exemplo sui. Nam primo cõmisit pctũ s. adulterium, & furtũ, & homicidium, & hoc cellauit per nouem mens. sed in toto illo tempore spina culpę mordebat, & pugnebat cõscientiam eius timore pœnæ, & diuini iudicii, & pp̃ infamiam, & cõfusionem. sed quia talis cõpunctio, non fuit cum intẽtione cõfitendi, ideo nõ erat pœnitẽtialis, nec fructuosa, sed q̃n ex tali remorsu, & cõpunctione cõfessus fuit pctũ dicens peccaui, tũc fuit remissa, & eiecta spina culpæ ab eius anima, & transactũ pctũ: q̃a talis cõpunctio fuit pnialis, & fuit perfecta pniã: quia amplius non fuit dolus in eius spiritu: E
& hoc est quod dicit hic, ait enim, Beatus vir in cuius spiritu, non est dolus culpæ. imo eiecit dolum, & culpam per pniam, ideo remissę sunt ei iniq tates, & tecta sunt peccata, apud Diab. & non imputata apud Deum, postq̃ non est in Spiritu eius dolus, nec culpa facta pœnitentia. Et hoc probo exemplo mei. Nam

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die.

Q̃n tacui pctũ cõmissum, nõ cõfitendo sacerdoti, licet dolerẽ in corde, ex confusione, tamẽnõ fuit mihi remissum pctũ, q̃a erat, & manebat dolus in spũ, imo quod peius est ex F
taciturnitate inueterata sunt ossa, i. viscera i. debilitatæ sunt vires aiæ, ad resistendum pctõ, & tentati. & facta est caro prona magis ad peccãdum, q̃a pctũ quod per pniam non deletur, mox p̃ sui pondus in aliud trahit, vt inq̃t Greg. Et licet clamare tota die, me interius accusando, tamẽ inuet. sunt ossa i. vires aiæ, q̃a retinebã dolũ in spũ, & nõ ꝓdebã ad extra, cõfitẽdo culpã meã, ideo talis clamor & talis cõpũctio erat infructuosa, q̃a nõ sanabat, q̃n tacebãp̃ctũ sacerdoti. Vnde clamabã, & gemebã in cõscientia, sed tacebã pctũ in ore. Sed dum sic clamarẽ in me ipso die, ac nocte cõsiderãdo scelus, & crimẽ cõmissum, & detestãdo vitã meã infamẽ apud populũ.

Q̃n *die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sũ in ærũna mea dũ cõfigit spina.*

Q̃n inquit die ac nocte grauata est manus tua sup̃ me per remorsum cõsciæ, & talis spina culpæ figebatur in conscientia, & mordebat, & pugnebat me tũc cõuersus sum i ærũ-
na

A na, & misericordia pcti mei cum maximo dolore, & contritione respectu diuinæ offensæ, & cognoscens me peccatorem, & reum, proposui confiteri, & detegere peccatum, & dolum absconsum, & diu celatum in conscientia. & sic

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non abscondi.

Delictũ meũ cognitũ, & manifestũ tibi feci per cõfes. & iniustitias quas cõmiserã nõ abscõdi. imo cõfessus sum, & manifestaui prof. Natan sacerdoti dicẽs, peccaui &c. cui largo modo totũ modũ, & discursum cũ lacrimis, & dolore, & cõtritione, & proposito satisfac. manifestaui. Et tunc ille ex diuina reuel. absoluit me dicens: transtulit Dñs pctũ tuum. Vnde ò Domine, magna est misericordia, & liberalitas tua, & grandem virtutẽ tribuisti sacramento pœnitentiæ. Nam solummodo.

Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã Dño, & tu remisisti impietatem peccati mei.

B Dixi & deliberaui, & ꝓposui cõfiteri dicẽdo: ego cõfitebor Dño iniust. & pctũ meum aduersum me ipsum, & tu illico remisisti impietatẽ, & iniustitiã, & culpã pcti mei cõmissi cõtra Vriã. q.d. q̃n cum cõtrit. & lacri. propo sui cõfiteri. illicò cũ cõfiterer, & etiã ante vo calem cõfessiam remisisti impietatẽ pcti mei. Vnde nota q̃ litera istorũ. 4. versuũ est sic ordinãda. s. q̃n ego Dauid tacui pctũ per totũ illud tps non cõfitendo sacerdoti, ideo inueterata sũt oia ossa mea, q̃n tacui pctũ in ore mere in consc. Et causa quare clamabã, & gemebã tota die fuit, q̃n die ac nocte grauata est sup̃ me manus tua i. iudiciũ manus tuæ quod timebã. Et sic dũ talis spina, cõfigebat
C in cõsc. mea, cõuersus sum in erũna, & misetacebã pctũ in ore, sed q̃n delictũ meũ feci tibi cognitũ, & iniustitias meas non abscõdi, sed manifestaui, & dixi cõfitebor. i. ꝓposui cõfiteri, tunc illicò remisisti impietate pcti mei. Et ex oib. his probat Dauid, & ponit pro conclusione, q̃ ad verã pniam est necessaria cõf. siue firmũ propositũ cõfitẽdi, q̃ citius pctõr habuerit locũ, & copiã sacerdotis, seu in tpe per Eccl. determinato. Et ostendit, q̃ sine cõfessione, aut firmo proposito confitẽdi nõ est valida nec fructuosa pnia. Nã ille dolus siue illa spina, nõ potest eiici, nec euelli à spiritu, & consc. sine contritione, & confes. Vnde Salomon ab hoc loco, ex doctrina patris sui Dauid, accepit illud quod ait Proue. 28. Qui D
abscondit scelera sua non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit: & reliquerit ea: misericordiã consequetur. Ex quo patet, q̃ ad hoc vt pctõr consequetur misericordiã, & veniam, oportet q̃ cum contritione confiteatur peccata, & relinquat ea, i. proponat amplius non cõmittere. Et sic fuit Dauid eruditus à Spiritu sancto, & docuit filium suum, & omnes nos agere pniam. Et sic patet, q̃ tres sunt partes veræ, & perfectæ pœnitentiæ. s. cordis contritio, oris confessio. & operis satisfactio, & ista delet peccatum. Ista quinq; sunt per ordinẽ seruanda in pnia. Nam primò peccator detestatur peccatum. Secundò conuersus ad Deũ dolet, & conteritur propter offensam Deo, & proximo factam. Tertiò proponit eiicere dolum à conscientia, & confiteri pctũ. Et proponit satisfacere, & hoc amplius non cõmittere. Et nota q̃ spina culpæ, dupliciter pungit conscientiã. Primo modo inferendo cõfu E
sionem, & detestando pctũ. Secundò modo inferendo dolorem, & contritionem, ex qua contritione insurgit propositum confitendi, & satisfaciendi, & amplius non committẽdi. & ille est ordo, & discursus veræ pœnitentiæ, vt iam dictum est psalm. 6.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno.

Hic ponit tertiam conclusionem. s. q̃ pœnitentia, non solum est necessaria peccatoribus, sed etiam omnibus hominib. quantumcunq; sint iusti, & sancti. Quæ quidem conclusio siue litera dupliciter potest intelligi. Vno modo absolute, q.d. q̃ omnes homines sunt peccatores, vel fuerunt peccatores, & sic omnes indigent, vel indiguerũt pœnitentia. Hanc conclusionem probat Aug. de baptismo paruulorum, & de natura, & gratia, q̃a omnes præter Christum, & Virg. Mariã fue- F
runt peccatores imò Hierony. contra Pelagianos probat, q̃ vsque ad præsentem diem, nullus inuentus est sine peccato, propter naturam corruptam inclinatam ad malum, & ideo absq; gratia præueniente, nemo potest uitare peccatum etiamsi velit, & quilibet habet necesse dicere: Dimitte nobis debita nostra. Ideo ait hic Dauid, quòd pro hac remissione, & venia orabit ad te omnis sanctus, quasi dicat, omnes peccarunt mortaliter, vel saltem venialiter, præter Virginem Mariam, quæ fuit præuenta per gratiam, vt inquit Augustinus, libro de natura, & gratia: ergo omnibus sanctis, fuit necessaria

pœnitentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pœnitentia,& pro hac remissione orabũt futuri,& oraverunt pteriti.Secundò potest intelligi hæc litera pro recidiuo,Nam licet aliquis sit sanctus,& iustificatur per pœn.tamẽ adhuc debet orare pro venia.i.ne iterum recidat in peccatum, quia septies in die cadit iustus. Vnde nota q̃ peccatores debẽt orare, vt Deus remittat eis culpam quam perpetrarunt.Iustificati autem per pœn. debent orare,vt Deus remittat eis pœnam debitam],& ne amplius recidant in peccata præterita. Sed iusti qui nunq̃ actualiter peccauerunt debent orare ne perdant gratiam,&ne cadãt in peccata quæ possent facere, & ne intrent in tentat.Deinde cum dicit. In tẽpore opportuno,hic potest esse alia cõclusio,q̃ pœn. nõ est valida,& fructuosa nisi in hac vita. Probatur : quia hæc vita est tempus opportunũ
B & determinatum,& assignatum ad pœnitẽtiam faciendã.Hanc cõclusionẽ probat Aug. in libro Enchiridii. vbi dicit:q̃ tẽpus acquirendi ad vitam æter. in hac vita tantũ Deus hoib.dedit, vbi voluit pœn.esse fructuosam. Et dat rationẽ,Ideo.n.hic pœn.fructuosa est, quia potest hic homo mutare voluntate, simul, & opera mutare.Et ideo si quis decesserit ab hac vita sine pœnit. habebit dolorem, & pœnam sine venia,quia mors tollit locum, & spatium pœnitendi, quia iam homo definit esse viator . Et ideo Dauid dicit, pro hac pœn.& remissione orabit ad te oĩs sanctus,& omnis iustificatus,in hoc tpe opportuno,& dedicato ad pœn.q.d.quòd omnes homines qui hodie sunt sancti in gloria egerunt pœn. in hac vita,& non distulerunt pœnitentiam post mortem,quia post mortem nõ est locus
C penitentiæ nec veniæ,nec misericordiæ:imo est tempus pœnarum tormentorum,& punitionis perpetuæ:quia nõ est nisi fletus,& stridor dentium.Et talia tormenta infernalia,& tales fletus non inclinabunt Deum ad misericordiam, nec ad veniam. Ideo sequitur.

Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eum non approximabunt.

Quasi dicat,q̃ peccatores qui decesserunt sine pnia,& patiuntur tormẽta in inferno,& sunt in cõtinuo fletu,nunq̃ in diluuio,& abũdantia aquarum.i.lacrimarum multarũ approximabunt ad Deum,& voces damnat.sanctę in diluuio,& abundãtia lacrimarũ,nunq̃ approximabunt nec peruenient ad Deum, nec Deus exaudiet dãnatos , nec miserebit eis. Item per ly diluuium aquarũ multarum potest intelligi pnia facta in vita , & tunc est D
sentius, pro hac remissione orabit oĩs sanctus in tpe opportuno. veruntñ i.quia in diluuio, & copia aquarũ .i. lacrimarũ multarum.i.an pœn. facta in tpe opport. pœnæ inferni, & pctã nõ approximabunt ad eum.s. ad virum sanctũ, & pœnitentẽ Item diluuiũ aq.mult.dr̃ iufernus,qa ibi est abund.lacr.& torment. q̃ dr̃ aquæ multæ in scriptura. Item diluuiũ, & furia aquarum mult.dr̃ dies iudicii.qñ dicetur dãnatis,ite in ignem æternum sine misericordia,& remiss.vbi damnati gemẽtes, & frustra pniam agentes dicent, nos insensati &c.Sap.5 .Sed talis pnia,& tales lacrimę non approximabunt ad aures iudicis,licet sit magnum dil.& abund.lacrim.vt patet de diuite epulone qui cupiebat guttam aquæ &c. Alii dicunt, q̃ per diluuium aq.mult.intelligitur abundantia , & copia bonorum temporaliũ, E
& sic existentes in copia bonorum tpalium: non curant agere pniam pp amorẽ tpalium, & ideo nunq̃ approximant ad Deum per pœnitentiam, sed sancti viri cõtemnentes bona tpalia pp cœlestia, agunt pniam in hac vita, & recurrunt ad Deum . Et ideo sequitur, & dicit Dauid . O Dñe ego nolo ponere spem meã in diluuio bonorum tpalium , sed ad te recurro, quia tu es refugiũ meũ,& exultatio mea , ideo erue me &c. Sed licet ista moralis expositio sit bona,tamẽ nõ est pcitã,quia tollit magnum sacramentũ latens in hac litera: Ideo est sequenda prima expositio, & quærendũ aliud sacramentum inversũ sequenti.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me : exultatio mea erue me à circundantibus me.

In hac parte Dauid offendit,q̃ pœnitentia F
habet virtutem à sola pas. Christi, & q̃ non est valida nisi fiat cum Fide,& Spe, Misericordiæ Christi.Nam fides Christi, & spes venię deducit peccatorem ad pniam. Et ideo vnusquisq; peccator debet recurrere ad passionẽ Christi per quam soluitur omne debitum,& illam passionem debemus applicare cum nostra pœnitentia,aliter pœnitentia esset inualida. Hoc ergo præuidens Dauid in Spiritu, quòd nemo poterat saluari , nec à peccato absolui, nisi per fidem & passionem Christi mediatoris,dicit.O Christe mediator,& Messia future, sicut est quòd nemo potest consequi beatitudinem, nisi remittatur culpa, & pœna , & tegantur eius peccata ne imputentur apud Deum, & hoc non possit

fieri

A fieri nisi per cõfessionem & perfectã pniam factam in hac vita, & q̃ omnes sancti egerunt pœnitentiam,& q̃ post hanc vitam non est locus pniæ, nec veniæ, nec misericordiæ, quæ venia non potest haberi nisi per te & in virtute tuæ passionis : ideo in hac vita antequam moriar volo agere pœnitentiã,& ideo ad te recurro in hoc tempore opportuno & dedicato ad pœnitentiam: quoniam tu es refugium meum à quacũq; tribulatione mea, id est,à quacunque tribulatione quæ circundedit me,& à quocunque peccato fugio ad te , ergo ò exultatio mea erue me ab omnibus peccatis circundantibus me,& non solũ à peccatis:sed à necessitatibus & prænalitatibus peccati. quæ est concupiscentia & fomes & lex membrorũ,quæ circundant & tenent me ligatum , erue me per virtutem tuæ passionis: quoniam tu Christe es exultatio mea,
B & omnium patriarcarum & profetarum & omnium fideliũ veteris legis : quia in te speramus, vt liberes nos,sicut nobis est reuelatum.Ex his patet, q̃ Dauid in hoc psalmo & in cæteris Christum Messiam futurum inuocat; quia ipse & omnes patres antiqui sciebant q̃ non poterant liberari ab inferno & a peccato nisi per Christum mediatorem : in cuius fide saluabantur.Petit ergo Dauid gratiam vt faciat pœnitentiam in hac vita: & dimittatur sibi culpa in virtute Christi: nec veniat ad diluuium aquarum multarum infernec reseruetur sibi pœnitentia post mortem, nec ad diem iudicii : quia tunc non erit fructuosa.

Intellectũ tibi dabo & instruã te in via hac qua gradieris : firmabo super te oculos meos.

C Quia ille psalmus intitulat. Eruditio Dauid:ideo sicut ipse fuit eruditus à spiritusancto quo ageret pniam , ita ipse erudit & docet & exhortatur nos ad agendam pniam in hac vita , cum omnibus cõditionibus suprascriptis.Ideo dicit Dauid : ô peccator quicunque sis , ego dabo tibi intellectum .i. consilium,& instruã te & erudiã te in hac via qua gradieris & peregrinaberis , & firmabo oculos meos sup te monendo & exhortãdo. Nã sicut magister dr̃ habere & firmare oculos sup discipulũ,qñ frequẽter docet eũ:ita ego firmabo super te oculos meos, te exhortãdo scilicet, vt facias pniam in hac vita, sicut supradictũ est, eo q̃ ista vita dr̃ via qua gradimur & peregrinamur, vt pueniamus ad aliã vitam.s.ętrnã.Ideo dicimur viatores & peregrini vsq; ad mortem, Ideo in hac vita & D
peregrinatione habemus lucrari & adipisci mercedem,& recompensare peccata per pœnitentiam, quia oportet operari dũ dies est, veniet enim nox .i. mors , qñ nemo poterit operari,nec mereri,nec pniam agere.Ioã.9. Et ideo vos peccatores nolite fieri insensati, & bestiales,& imprudẽtes sicut equus & mulus in quibus non est intellectus , nec ratio, nec consilium,nec prudentia , quia non curant nisi de pñti , & non prouidẽt de futuro: sed non est mirum , quia non hñt intellectũ & rationem , ideo non pñt consultare de rebus futuris. Sed vos quibus Deus dedit intellectum & rationem & legem, in qua prohibetur oẽ malum,& iubetur oẽ bonũ,& promittitur iustis felicitas , & impœnitentibus pœna perpetua, scitis q̃ nullum bonum irremuneratum, & nullũ malum impunitũ : & ideo debetis consultare & prouidere in hac E
vita pro vita futura,uitando malum,& agẽdo bonum,& agendo ueram pniam de malis cõmissis in hac vita &non referuetis pniam, nec differatis post mortem, quia tũc erit infructuosa:ergo nolite fieri insipientes & stò iudi sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, sed accipite cõsilium & instructionem & eruditionem meam &c.

Nolite fieri sicut equus & mulus : in quibus non est intellectus.

In camo & freno maxillas eorum cõstringe qui non approximant ad te.

Hic explicat ꝓpheta suũ consiliũ & instructionẽ & salubrem doctrinã. Ad cuius intellectũ est bene notandũ q̃ per equum profeta intelligit mundũ, & per mulũ intelligit carnem.In quibus duabus bestiis equitat & sedet diabolus ad pugnandũ cõtra aiam hois, F
per quas bestias inducit oĩa septem vitia & peccata mortalia in hoiem . Nã mundus inducit quatuor peccata.s.superbiã,inuidiam, irã,& auaritiã, eo q̃ superbus non patit priorem nec æqualem,& sic prorumpit in inuidiam:nec patitur iniuriã nec paruipensionẽ, & sic prorũpit in irã, quæ est appetitus vindictæ propter paruipensionẽ . Itẽ superbus nõ patitur indigentiã . Ideo prorumpit in auaritiã,vt possit sustentare statum & honorẽ mũdanũ,& sic cõmittit furtũ,vsurã,rapinam,& simoniã &c. Ex quo patet,q̃ ista tria vitia.s. ira, inuidia, & auaritia,sequũtur superbiã, & sunt eius filię. Sed oĩs quatuor inducit ille magnus equus, & illa magna bestia ferox &

petulans

Universidad de Deusto
Biblioteca

petulans qui de mundus, in quo sedet diabolus ad pugnandū! Ite caro intellecta per mundū voluptuosum, inducit & importat tria vitia voluptuosa, luxuriā, & gulā, & acidiā. Quæ quidē tria vitia carnalia, sunt quasi radices: nā mundū inducit luxuria requirit gulā & acidiā, & acidia inducit gulā, & gula luxuria. Et ideo caro est intellecta p mundū voluptuosum. Hic ergo duas bestias, s. mundū & carnem cum diabolo assellore suo consulit & exhortatur & admonet profeta à nobis esse fugādas & cōpescendas, eo q̄ inducunt in nobis illa septem capitalia vitia, & septem venena. Et ideo dicit: O fideles de populo Dei, nolite fieri superbi, & inidi, & iracundi, & auari: sicut equus per quē intelligitur mundus: j. nolite sequi mundū & cōcupiscentiā eius, eo q̄ inducit hominē in superbiā, & invidiā, & iracundiā, & auaritiam. Iste nolite fieri carnales & voluptuosi sicut mulus, per quē intelligitur caro & concupiscentia eius, eo q̄ inducit in luxuriā, gulā, & acidiam, quæ sunt bestiales affectiones & voluptates: quasi dicat, nolite fieri sensuales & bestiales sicut ista duæ bestiæ, nec permittatis q̄ vobis dominentur, sed tu fidelis christiane, cōstringe & cōpesce illas duas bestias cū suis affectionibus in camo & freno, qui nō approximāt ad te. j. vt nō approximēt ad te, prout habet litera Hieronymi. Ad cuius intelligentiam est aduertendum, q̄ sicut diabolus equitat super illas duas bestias ad pugnandū contra hominem, ita Christus cōtulit nobis frenum ad cōpescendum equū. s. mundum, & chamum ad ligandū mulū. s. carnem. Vnde frenū compescens mundū est humilitas & mansuetudo contra superbiam & iracundiā, & caritas contra auaritiam & odiū, & etiam contra auaritiam. Sed chamus ad ligandum carnem, est castitas & sobrietas. Et similiter ad compescendas & ligādas omnes istas bestias, docet nobis Christus omnes virtutes cardinales & Theologales, & omnia septem dona spiritus sancti. Et ad sanādos morsus & vulnera istarum bestiarum cōtulit nobis septem ecclesiastica sacramenta, quæ omnia continentur in lege euangelica: quæ prohibet oē vitium, & consulit & mandat omnem virtutem. Et ideo dicit profeta. O fideles de populo Dei, nolite fieri sensuales & bestiales sicut equus & mulus in quibus nō est intellectus. s. nolite sequi mundū, qui inducit ad superbiā, &c. nec carnem quæ inducit ad luxuriam & cæteras voluptates bestiales, sed

A ut fidelis, cui Deus dedit intellectum ad cognoscendū et discernēdū bonū & malū, & dedit liberum arbitrium ad eligendum bonum & fugiendum malum, & dedit habitum memoriæ, vt per præteritum probui deus futura, & dedit tibi rationē vt sequaris & facias iustitiam, & dedit tibi per baptismo fidē, spē, & caritatem, & in cōfirmatione septē dona spiritus sancti, & per alia sacramenta quotidie ubi de omnipotente deo, cōtra istas duas bestias, & septem vitia, vt essent mechanum & frenum ad compescendum, & destruendum, & ligandum prædictas bestias & vitia, ergo in isto chamo & freno virtutum & sacramentorum constringe mihi illas istarum vitiorum, vt non approximent ad te, et ne devorent te, quasi dicat, q̄ si non compescueris et constringeris istas duas bestias cum supradictis instrumentis, et chamis, tunc accedent et approximabunt ad te, et dominabuntur tibi. Nam illa bestia carnis et mundi, nihil parcit, impetum et dominatum vt inquit Horatius, et ideo hæc bestia deducent te in profundum sui mundi, vbi sunt omnia flagella peccatoris et tormenta. Ad deo cum gratia

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Hæc est quarta pars huius psalmi, in qua profeta comminatur pœnā peccatoribus obstinatis, et impenitētibus, et promittit venia pœnitentibus, et lætitiam et gloriam iustis. Vnde dicit: O vos peccatores cauete ne permittatis q̄ istæ supradictæ bestiæ apprehendēt ad vos, et cōprehendant et deducēt vos, et sine pœnitentia ducant vos ad infernū et locum pœnarum infernalium, cum demonibus et damnātis in perpetuū cruciādos, quia multa flagella peccatoris, multa flagella et tormenta patientur peccatores obstinati: nō solum propter peccata commissa, sed quia noluerunt agere pniam, sed voluerūt sequi bestias supradictas, q̄ quidem flagella et tormenta erunt multa in quantitate intensiue, et extensiue in duratione, quia in æternū durabunt. Per oppositum erit de ipsis pœnitentibus, nā sperantes in dño misericordia circundabit. i. mia Dei circundabit et liberabit eos, qui recurrerunt ad pœnitentiam, et sacra ecclesiastica, et cum pnia constricta erunt et fugarunt bestias supradictas, quia consecuti sunt misericordiam et veniam. Ideo profeta conuersus ad pœnitentes et iustos dicit.

Lætamini in dño & exultate iusti & gloriamini

riamini omnes recti corde.

Lætamini in domino, quasi dicat. O iusti lætamini & exultate in domino: eo quod ego filius pœnitentiam & confessum estis misericordiā & bona aperta gloriamini in dño qui declinandū a malo & faciendum bonum. Ite, vos iusti & iustificati p pœnitentiam, & vos recti corde, qui peccata sine dolo cōsilii estis, & recti iudicati fuistis ab iniustitia ad iustitiā, & remissa sunt iniquitates apud Deū, & quorū recta sunt pcta apud diabolum per pœnitentiā integrā. s. per cōtritionem & cōfessionē & satisfactionem: gloriamini & lætamini p tanto beneficio hic recepto per gratiam, & in futuro per gloriam, quasi dicat agite gratias &c. Ex omnibus supradictis potest colligi sufficiens pœnitentia. Nam pœnitentia est cordis contritio cū proposito cōfitendi & satisfaciendi & amplius non peccandi. Vel potest dici: quod pœnitentia est dolorosa confessio peccatorum commissorum cū cordis cōtritione, facta in hac vita cum proposito satisfaciendi & amplius peccata non committendi.

Ex isto etiam psalmo possunt recolligi. 13. conclusiones & doctrinæ. Quarum prima est, q̄ per pœnitentiam remittitur pœna & culpa debita peccatorum.

Secunda est, quod per pœnitentiam sunt tecta & absconsa peccata ipsi diabolo: ne amplius valeat hominem accusare.

Tertia, quod per pœnitentiam Deus amplius non imputat peccatum ad culpam, nec ad pœnam quantam.

Quarta, quod peccator sine pœnitentia non potest consequi beatitudinem propter impedimentum culpæ.

Quinta, q̄ pœnitentia non potest esse perfecta & fructuosa sine cōfessione facta ecclesiæ. Probatur: nam licet Dauid clamaret die ac nocte, & gemeret ex remorsu cōscientiæ: sed tamen quoniam tacebat peccatum sacerdoti: ideo non fuit sibi remissum vsque quo proposuit confiteri, & confessus est peccatum vocalem cōfessionem esse necessariam in effectu & in affectu.

Sexta cōclusio, q̄ oēs sancti indigēt pœnitentia ad delēda pcā vel ad cōsernādas virtutes.

Septima cōclusio, q̄ pœnitentia debet esse accelerata in hoc tempore opportuno: quia solū in hac vita est valida & fructuosa: quia post hanc vitam est infructuosa.

Octaua conclusio, q̄ pœnitentia nō est valida nisi in virtute passionis Christi: ideo est ad Christum recurrendum.

Nona cōclusio, q̄ peccator qui in hac vita no agit pœnitentiam, est imprudens, sicut equus & mulus in quibus nō est intellectus: si non prouidet prudenter a iudicio.

Decima cōclusio, q̄ diabolus & mūdus & caro & septem vitia capitalia sunt bestiæ in domitæ, semper pugnantes ad deponendum hominem vt demergant eum in infernum.

Vndecima cōclusio, q̄ istæ bestiæ sunt cōstringendæ & compescendæ per camū ecclesiasticorum sacramentorum, & per freū virtutum & legis euangelicæ, & per assiduam orationem & pœnitentiam: &c.

Duodecima conclusio, q̄ peccator qui in hac vita non agit pœnitentiam: sicut est bestialis sicut equus & mulus: ita tractabitur sicut equus & mulus: quia constringetur & ligabitur in camo & freno & infernali carcere, & torquebitur & flagellabitur in æternū.

Tertiadecima cōclusio, & doctrina, q̄ sicut pena obstinatorum erit multitudo flagellorum & tormentorū: ita præmium pœnitentiū & iustificatorum erit lætitia & gaudiū in hac vita per gratiam, & in futuro per gloriam.

Sed cōtra totum fundamentum & discursum & intelligētia huius psalmi arguūt greci & Iacobitæ: negātes & cōtenentes vocalem cōfessionē pctōrū, & dicētes nō esse necessariā cōfessionē pctōrum ad salutem & pœnitentiam. Vnde arguūt sic. Illud nō est necessariū ad salutem: quod Christus nō docuit nec instituit in lege euāgelica: sed Christus nō docuit nec præcepit fieri cōfessionem pctōrū: ergo nō est necessaria: minor est nota, maior probatur, q̄a Christus sufficienter docuit & instituit omnia necessaria ad salutē, vnde bene dixit Pœnitentiam agite: &c. & vade amplius noli peccare, sed nulli dixit vt cōfiteatur peccata. &c. Item nostris temporibus surrexit quidam Hispanus magister scolarum apud Salamanticam, qui concedebat esse faciendā confessionē de peccatis actualiter cōmissis dictis aut factis, sed non de peccatis in solo proposito & voluntate commissis, postq̄ nō deuenerunt ad actū. Vnde arguebat sic. Ordo pœnitentiæ debet fieri secundum ordinē & discursum peccati, secundum Chrysostō. Nam si tripliciter peccauimus, scilicet corde

& locu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & locutione, & opere ita triplicitèr debemus pœnitere: scilicet cõtritione, & confessione, & satisfactione. igitur si quis peccauit solum corde: & non locutione, nec opere non tenetur de necessitate confiteri: nisi peniteri tantum in corde per contritionem, quia pœnitentia debet correspondere peccato, & sic nõ de quolibet peccato est necessaria vocalis cõfessio. Item confirmabat suam positionẽ tali ratione: vt suis verbis vtamur. Nã regula iuris est, quod per quascunque causas res nascitur, per easde dissoluatur. Sed ista peccata solo consensu cõtrahuntur: ergo solo dissensu dissoluuntur: quia per quæ quis peccat per hæc & torquetur Sap. xi. Nõ ergo est necessaria vocalis confessio in peccatis sola cogitatione commissis: sed sufficit sola contritio sine ordine ad claues ecclesiæ, & cõfessio gene
B ralis & cerimonię ecclesiæ sicut in venialib⁹. Sed in oppositũ est Dauid propheta in hoc psal. vbi dicit. Quoniam tacui inueterauerũt omnia ossa mea, sed quando dixit cofitebor, & cætera. tunc remisisti impietatem peccati mei. Respondeo quod dupliciter probat cõfessionem peccatorũ esse necessariam peccatoribus ad perfectam pœnitentiam. Et hoc probatur primo auctoritatibus sacræ scripturæ vtriusq; testamenti. Secundo probatur rationibus multis. Vnde probatur primo quod vocalis cõfessio de peccatis perpetratis sit de lege naturæ: & hanc cõfessionem exigit deus à peccatore. Vnde Deus vocauit Adã ad cõfessionem cum dixit: Adam, vbi es. &cęt. vn de Adam cõfessus est peccatum dicens: mulier quam dedisti mihi. &cęt. Item vocauit Caim ad confessionem quando dixit: vbi est
C Abel frater tuus: &cęt. sed quia ille negauit: ideo taciturnitas peccati fuit ipsi dãnabilis, vt patet ibidem Geneſis quarto. Item secundò confessio peccatorum est de lege mosaica tàm in actu quã in figura, ut patet de capro emissario, leuitici, xvi. Item de leproso. leuitici. xiii. Item numeri quinto vbi dicitur quod vir & mulier confitebuntur peccatum suũ. &cęt. Tertiò confessio peccatorum est de traditione prophetica vt patet. ii. Regum. xii. in casu prædicto, & in toto isto psal. Quartò est de doctrina sapientiali. prouerbiorum. xxviii vbi dicit Salomon: Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequet. Ex quo patet quod necessaria est abstinentia à peccato post factam cõfessionem. Quintò cõ
fessio peccatorum est de lege euangelica. Ni D Christus non solum nos admonuit & docuit dictis sed factis, cũ omnis Christi actio fuerit nostra instructio, secundum Gregor. sed Christus neminem sanauit nisi prius confiteretur, & manifestaret morbũ suum: vt patet per singula miracula, ergo &c. Item hoc idẽ patet de filio prodigo, qui non fuit susceptus à patre, nec remissus y quequo confessus est, & dixit. Pater peccaui in cęlum & coram te &c. & sic post confessionẽ recepit eum, & tradidit sibi stolam primã gratiæ. Lucæ. xv. Item decem leprosos Christus remisit ad sacerdotes dicẽs, ite. &c. Item latro confessus est peccatum suum cum dicit. Nos digna factis patimur. &c. & conuersus ad Christum dixit. Mẽmento mei dum veneris in regnum tuũ. Lucę. xxiii. Item confessionem præcepit Chri- E
stus quando tradidit claues ecclesiasticę potestatis Apostolis ad discernẽdum peccata. Matthæi. xv. & xviii. Nam sacerdos non potest discernere, nec iudicare de peccatis nisi audierit ab ipso peccatore. Sextò confessio peccatorum est de traditione apostolica, ut patet actuũ. xix. vbi dicitur, quod Paulo prædicante veniebant confitẽtes peccata sua. Et ideo Iacobus Patriarca & Episcopus Hierosolymitanus in sua canonica capitulo vltimo fecit constitutum de confessione dicens. Confitemini alterutrum peccata vestra. similiter fecit constitutũ de extrema vnctione ibidẽ. Septimò confessio peccatorum est de cõstitutione, & præcepto ecclesiæ, & sentẽtia omnium sacrorum doctorum, vt patet de pœnitentia distinctione prima per totum. Item per de- F
cretalem. Omnis vtriusque sexus, de pœnitentiis & re. Ex quo patet quod confessio peccatorum est de autoritate sacræ scripturę vtriusque testamenti, & præcepto ecclesię, & doctrina sacrorum doctorum. Sed secundò hoc probatur multis rationibus. Nam primò est necessaria confessio peccatorum inquantũ pœnitentia est quoddam iudicium in foro pœnitentiali, & spirituali. Quia sacerdos qui est iudex loco Dei, non poterit iudicare nec discernere inter leprã & lepram absconsam, & latentem in anima, nisi didicerit per confessionem, ut ait Aug. libro de pœnitentia. Item nullus debet puniri secundum leges nisi confessus fuerit reatũ per os proprium. Itẽ hoc idem patet inquantum pœnitentia est quędã medicina. Vñ sacerdos talis medicus animæ, non poterit adhibere remedium nec imponere
re pœni-

A re pœnitentiam secundũ qualitatem & quãtitatem & meritum peccatorũ: nisi hoc sciat per confessionem, vt ait Boetius primo de cõsolatione dicens. Si operam medicatis expetentibus vulnus detegas. Item hoc idẽ patet ratione rectitudinis iudiciũ: quia nemo potest esse iudex in causa propria: nec iudicare seipsum. Item nemo potest esse actor & iudex. i. quarta quæstione 4. Nullus. Ex quo patet, quod debet alteri cõfiteri. Itẽ quartò hoc probatur ratione autoritatis ecclesię. Quia si quis faceret pœnitentiam absque cõfessione peccatorum: tunc essent datę claues ipsi ecclesię vt inquit Augustinus: quia frustrare videtur claues ecclesię: qui sine ecclesia sibi pœnitentiam imponit. quarto sententiarum, distinctione. 18. Item quintò: cõfessio peccatorum facta sacerdoti est necessaria ratione vsus et valoris. Quia nulla pe
B nitentia nec aliquod opus est validũ: nisi cõcurrat ecclesia per ecclesiastica sacramenta: cui data est talis potestas, et virtus à suo spõso Christo. Vnde talis pœnitentia sine confessione non esset sacramentalis: quia aliter nõ cõcurreret nec cooperaretur ecclesia, et per consequens esset inualida. exto confessio peccatorũ facta ecclesiæ est necessaria ratione securitatis ipsius pœnitentis: quia nemo scit an sit dignus odio an amore: nisi audiat à sacerdote se esse absolutum. Item hoc idem est necessarium ad securitatem proprii sacerdotis et curati: vt sit securus de sua oue de qua tenetur reddere Deo rationẽ: vt ad minus semel in anno cognoscat eã. Septimo hoc est necessarium ad vitandũ scandalum
C populi ne talis reputetur malus christianus: si semel ad minus in anno nõ venerit ad ecclesiam, et videatur confiteri et facere pœnitentiam. Et etiam est necessaria ratione supplementi & perfectionis & virtutis sacramẽti. Quia quandoque pœnitentia & vocalis confessio ex attrito facit cõtritum, & in quo deficit pœnitẽs, supplex sacramẽtum. Tria ergo facit sacerdos in tali sacramẽto. Nam primò imponit pœnitẽtiã tãquam iudex. Secò reddit pœnitentẽ securũ & absolutũ ab obligatione qua tenebatur semel in anno ostẽdere se sacerdoti. &c. Tertiò ex vi sacramenti cõfert gratiam et supplex contritionẽ pro attritione: inquantũ mouerit diuinã misericordiã dicens pe reflusionẽ sanguinis Christi ego te absoluo. &c. Deus autem dat gratiã per se & remittit culpã, & quandoq; totã pœnã secundũ seruorẽ & cõtritionẽ pœnitẽ D
tis. &c. Nunc aũt restat respõdere ad argumẽta in cõtrarium. Vnde per autoritates noui ac uet. test. in prima parte inductas, patet respõsio ad Græcos & Iacobitas qui negant cõfessionem. Nam manifestum est q confessio peccatorum est de præcepto Christi dictis & factis. Item per rationes adductas in secũda parte: patet q cõfessio peccatorum est necessariò facienda de omni pctõ et in solo proposito cõmisso. Quia aliter sequeretur q talis pœnitentia nõ esset sacramentalis, postquã ad eã nõ cõcurrit ecclesia, & p cõsequẽs nullius ualoris nec remissionis, & sic sequeretur oia supradicta incõuenientia. Ad cõfirmationẽ & rõnem illius Hispani, inquantũ dicebat q per easdem causas res generant & dissoluuntur. &c. Dicendum q illa est simpliciter falsa. Ideo tota propositio procedit ex falso fundamento. Nam illa propositio nõ solum est cõ E
tra sacrã scripturam, quæ vult quod solus Deus delet iniquitates, & peccata, et iustificat hominem per ecclesiastica sacramenta, dum fuerit opportunitas: Sed hoc èt est cõtra Arist. 3. Eth. qui dicit q uitia & peccata sunt in nostra potestate quò ad generationẽ sed non quò ad corruptionem & dissolutionem. Nam uitia & peccata sunt morbi animi, & ideo sicut morbus corporis est in nostra potestate, sed non sanitas eius, ita pariter est dicendum de egritudine animi. Nam in nostra potestate est infirmari per inordinatum cibum aut potum: aut aliquid huiusmodi, sed non est in nostra potestate sanari nisi medicus adhibeat medicinam. Ita pariter homo per liberum arbitrium de se potest
F peccare in solo proposito aut in actu, sed nõ potest sanari nec liberari nisi per medicinalia sacramenta: quia ad hoc sunt instituta. Item iste non considerabat quomodo omne peccatum est concupitum uel factum cõtra legem & uoluntatem Dei, & per cõsequens per tale peccatum semper Deus offenditur, & sic tale peccatum non potest deleri nec dissolui: nisi Deus remittat culpam: iustificando per gratiam, & nõ imputando ad pœnam æternam, sed talis iustificatio & remissio non fit nisi concurrente ecclesia ex euangelica & Christi institutione, ut dictum est ergo. &c. Item cõtritio pœnitentialis est dolor cordis de peccatis commissis cum proposito confitendi & satisfaciẽdi: & sic in sui diffinitione includit confessionem in proposito,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quia aliter non esset cõtritio sacramentalis, & per cõsequens nõ deleret culpã. Nam cõtritio non delet culpã nisi in virtute sacramenti propositi, & desiderati. sin virtute desideratę cõfessionis, & satisfactionis. quia aliter non iustificaretur pẽtor. Et ideo positio, & opinio illius Hispani fuit cõdẽnata apud Complutum oppidũ Hispanię per archiepiscopum Toletanũ, cũ cõsilio & determinatione multorũ sacræ theologię professorũ: cui archiepiscopo facta sunt specialis cõmissio per summum Romanũ pontificem super hac causã. Item eadẽ positio fuit cõdemnata Cęsaraugustæ, in conuentu & concilio magistrorum, & docto. Vnde licẽt ista quæstio alibi subtilius disputetur: tñ ista sufficiãt ad sanã intelligentiã, & expositionẽ huius ps. Vnde licẽt Dauid per totũ illud tẽpus elamaret ad Dñm in cõscientia: tamen tacebat
B peccãtum confiteri sacerdoti: ideo nunquã meruit veniã vsquequo proposuit cõfiteri.

PSALMVS XXXVI.

Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.

Licet apud Hebræos iste ps. sit sine titulo: tamen multi eorum dicũt q̃ Dauid fecit hũc ps. Item Hier. in magno sermone de assumptione V. Mariæ attribuit hunc psal. ipsi Dauid dicens: Vnde per Dauid dr, verbo Dñi cœli firmati sunt: &c. Item in latinis bibliis pręponitur titulus huic psal. In finem psal. Dauid. Ex quo patet q̃ Dauid fecit hunc ps. dirigens nos in Christum qui est finis legis: & sic exponit ipsum Aug. & oẽs sacri Doct. Vnde licẽt doctores hebręorum exponant hunc psal. literaliter tantum inquantũ Da-
C uid inuitat oẽs iustos de populo Israel ad laudandũ Deum, inquantum est creator & bonus: tamen nos christiani quibus datum est nosse misterium regni Dei. nõ debemus tacere nec occultare tesaurũ. absc̃ditum in hoc agro, & sacramẽta in eo latentia: sed inuocata gratia Spiritussancti, semp debemus pulsare vt nobis aperiat diuitias regni, & tesauri sui repositas in gazofilacio, & scrinio sacrę scripturę, & quantũ nobis desuper datum fuerit, quodã pio affectu haurire. Ideo est aduertendũ sicut in prologo dictũ est: q̃ Dauid triplici principio sumpsit occasionẽ, & causam cõponendi ps. Primò a suis gestis: inquantum per persecutiones, & prosperitates præuidit persecutionem Christi, & exaltationẽ regni eius. Secundò ex descriptione templi sibi tradita à Spiritusanctio. Tertiò ex mysteriis scriptis in libris Moysi, & aliorũ: & sic est dicendum q̃ Dauid cõtemplando, misterium creationis mundi: prævidit totũ misterium recreationis, & regenerationis humanæ, & institutionis ecclesiæ, per Xpm faciendæ. Et ideo fecit hunc ps. in quo profetice inuitat oẽs iustos & rectos vet. test. vt cũ exultatione & lætitia recipiant Christum cũ venerit ad regenerandũ genus humanũ, & cõstruendam ecclesiam. Nam sicut per Christũ qui est verbũ patris, fuit creatus mũdus: ita per ipsum incarnatum erat regenerandus mundus & ecclesia construenda. Et sic etiam inuitat omnes fideles noui testamẽti, vt exultent in Christo se esse regeneratos, & sibi latriæ honorem impendant, & eius cõficeantur & memorent inegnifica beneficia. Et ideo voluit q̃ cãtaretur iste ps. in templo cum psalterio, & cithara, & tono conatu vocũ vsque ad vltimum punctum: vt patet in eodem ps. Duo ergo facit in hoc ps. Nam primò inuitat omnes fideles noui ac vete. testa. ad laudandum Christum. Secundò reddit causam quare: ibi Quia rectũ est. Quantum ad primum duo etiam facit. Nam primò inuitat omnes ad laudes Christi. Secundò tradit modum laudandi: ibi Confitemini Dño in cithara: Vel põssumus dicere: q̃ primò excit quales debent esse laudatores Christi. Secundò quomodo debent ipsum laudare. Ad primum ergo dicit q̃ laudatores Christi debent esse iusti. i. iustificati per fidẽ Christi, & recti in operibus: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Sed est aduertendum q̃ eadem fide qua iustificati sunt antiquiiustificati sumus & nos: sed erat differentia ilĺ iustificabantur in fide, & spe Christi futuri & futurorum sacramentorum: nos vero in fide Christi quia iam nos redemit, & in fide præsentium sacramentorum. Et ideo vtrosq; inuitat Dauid ad laudem Christi, s. illos vt expectarent, & laudarent Christum eos redemptorũ & nos vt iam laudemus ipsum redemptorem. Dicit ergo Dauid. O vos fideles vete. testam. iusti, idest iustificati in fide Christi futuri: & vos christiani iam redempti, & iustificati: exultate non in vobis: quia non propriis meritis estis iustificati: sed in Dño qui vos iustificauit, & cum intraueritis templum ad laudandum Dominum, facite vt sitis puri, & iusti per pœnitentiam. Nam rectos decet collaudatio. i. decens est, vt

A vt recti laudent Deũ. i. q̃ laudatores Dei sint recti, & puri & mundi. & iusti: nam non est speciosa laus in ore peccatoris. Item rectos decet collaudatio. i. decens & iustum est, vt illi qui sunt iustificati & redempti per Christũ, laudent eum, aliter essent ingrati.

Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem cordarum psallite illi.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione.

Hic tradit modũ quo debemus Christũ laudare, & quot & quibus cõditionibus debemus Christũ laudare. Vnde quatuor dicit. Primò q̃ debemus Christo cãtare canticum nouũ. Secundò q̃ debemus cãtare istud canticũ cum citara. Tertiò cum psalterio decem cordarum. Quartò cũ vociferatione, & cona
B tu vocũ. Et ita præcepit Dauid cantari hunc psal. in tabernaculo & in templo per leuitas, quæ oia significabant magnum mysterium. Nam per cantu nouum intelligitur lex euãg. siue testm nouum, ad differentiã cantici veteris ipsius Moysi, vt patet Apo. 15. Et sic in toto libro psalmorũ per canticũ nouum intelligitur testm nouum, & per psalt. 10. cordarum intelligitur lex. x. præceptorum in lege euang. confirmatorum, etiam intelligitur lex euangel. continens in decem cordas. i. decem articulos pertinentes ad Christũ. Nã prima corda huius psalterii est verbi incarnatio. i. q̃ Christus est Deus incarnatus. Secunda corda est Christi natiuitas de Maria virg. Tertia corda est Baptismus Xpi. Quarta eius prædicatio. Quinta miraculorum operatio. Sexta mors, & passio. Septima resurre-
C tussancti in cœlum ascensio. Nona Spiritussancti in Apostolos missio. Decima per quam prædicat. Apostolo. Ecclesiæ congregatio. Per citaram intelligitur fides, spes, caritas. Nam citara est vnum instrũm triangulare: ita pariter vnus est Christus, sed est colẽdus triplici virtute. s. fide, spe, & caritate. Per vociferationem intelligitur q̃ debemus Christũ cõfiteri, & publicare publicè coram hominib. & eius laudes, & beneficia iugiter memorare, & exaltare, & magnificare. Dicit ergo David, O iusti confitemini Dño, eius laudes manifestando, & cantate ei canticum nouum. s. prædicate legem nouam euang. & hoc cum psalterio. x. cordarum. i. confitemini, & prædicate in isto nouo cãtico. x. articulos Christi. s. incarnationem, natiuitatem, baptismũ, prædicationem, miracula, passionem, & resurrectionẽ, ascensionem, Spiritussancti missionem, & ecclesiæ cõgregationem. Quia hæc sunt x. cordæ huius psalterii euangelici. Et hoc est psalteriũ x. cordarum, & canticum nouum quod cantauit & pulsauit V. Maria, tympanistria nostra cum magna exultatione Spiritus, cũ dixit. Magnificat anima mea Dñm, &c. Nam hoc canticum siue psalteriũ Virginis continet x. versus qui sunt decem cordæ, in quibus x. cordis continetur totum testamẽtũ, & cãticum nouũ, & etiam totum tellm vetus. Nam ibi annunciantur omnia promissa in vet. testa. esse completa in nouo. cum dicit: Suscepit Israel puerũ suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros. &c. Vos ergo iusti cantate canticum nouum legis euãg. per totum circuitũ anni, & in omnib. horis diurnis pariterq; nocturnis: sed cantate specialiter in vesperis D quotidianis canticum nouum siue psalte. x. cordarũ virginis, in quo implicitè continet vtrumq; testm. Item cantate hoc canticum nouum cum citara i. cum fide ipsius Christi, & spe, & caritate, quia aliter non esset meritoria laus nec confessio. Item bene psallite ei in vociferatione cũ publica prædicatione, & manifesta confessione coram hominibus: sicut ipse cõfessus est omnes in cruce, & pro omnibus membris suis passus est publice. Item bene psallite ei cũ vociferatione in offi cius canonicis Eccl Et nota q̃ antiqui cantabant hunc psal. cum vociferatione, vocando Christũ ad redimendũ. Nos autẽ cantamus ipsum ps. & oẽs alios agẽdo gratias pro redẽptione facta, & vt Christus veniat ad remittendum peccata nostra, & nos glorificandũ. Iterũ est aduertendũ q̃ triplex canticũ memoratur in sacra scriptura. Primò canticum vetus quod dr canticum Moysi. Apo. 15. Secundò canticum nouum gratiæ quod dr canticum euang. siue lex euangelica. Tertiò canticũ gloriæ, & eternũ. Primũ canticũ cantauerũt oẽs patres vet. test. Secm cãtamus nos in hac ecclesia militanti. Tertiũ cantãt beati in ecclesia triumfanti. Primũ cantabatur sub protestatione, & fide, & spe Xpi futuri, q̃ pnunciabat p vaticinia profetarũ, & pfigurabat per mysteria patriarcarum, & oia præcepta cerimonialia & legalia, & ideo antiqui cantabant cum citara, & psalterio materiali & legali. Secundum canticum cantant fideles noui testamenti, cum citara spirituali, s. fide, & spe, & caritate, & cum psalterio spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tuali cordarum.s.cū confessione supradicto
rum articulorum, & cantāt ipsum cum voci
feratione, quia publicè cōfitētur Christū &
hos decē articulos corā hominib. Tertiū cā
ticū cantāt sancti in cœlo cū clara uisione &
fruitione & felicitate, dicētes. Sanctus, san
ctus, sanctus &c. Apo. 5. Et hoc canticū diri
gitur toti trinitati, sed p̄m canticū.s. canti
cū nouū dirigitur ipsi Christo de quo cātat
psal. 97. cordarum. i. decē articulorū,
ut patet Apo. 2. vbi dicitur q̄ sancti cantabāt
canticū nouum dicētes. Dignus es dñe acci
pere librū et aperire signacula eius. &c. Vn
de hoc est canticū nouum ad quod cātandū
nos exhortatur prophet a in hoc psal. cū dicit
cantate ei canticum nouum &c.

Quia rectum est verbum domini, & omnia opera eius in fide.

B In hac secūda parte reddit & assignat cām
quare & de quibus tenemur ipsum laudare,
assignat tres causas. Primò quia Christus est
Deus omnipotens: cum sit verbum patris p̄
quod facta sunt omnia. Secundò quia iustus
iudex. Tertiò quia misericors, & sic est laudā
dus ratione summæ potentiæ, & iustitiæ, &
misericordiæ, & ideo sicut est rectus, & iustus
ita debet à rectis & iustis laudari. Dicit ergo
bene dico q̄ iustos & rectos decet laudare
Christum. Nam ipse Christus est rectū uer
bum domini per quem omnia fecit, ideo om
nia opera eius sunt facta in fide. i. sunt natu
raliter recta & perfecta, quia cuncta quæ fe
cerat erant valde bona. Secundò est laudan
dus, quia est iustus & misericors. nam

Diligit misericordiam & iudicium, misericordia domini plena est terra.

C Diligit inquit, misericordiā & iudicium,
& ideo misericordia eius plena est terra. q̄ iā
omnibus miseretur, & plenè & abundanter
redemit genus humanū: quia pro omnibus
effudit totum sanguinem. Et notanter dicit
tur, quia rectū est verbū domini nā filius di
citur ars patris, sed ars est recta ratio factibi
lis, & ideo verbū in quo ab æterno sunt ideæ
siue exemplaria omnium creaturarum dici
tur rectum. Nam sicut quod libet artificiatū
dicitur rectum inquantum assimilatur arti
existenti in intellectu practico artificis ita
omnis creatura dicitur recta & perfecta secū
dum suā naturam & speciem, inquantū assimi
latur ideæ & rationi existenti in verbo diui
no, quod dicitur ars patris. Et notanter dicit
etiam misericordia domini plena est terra,
quia ante aduentum Christi misericordia D
Dei solum erat in Iudæa.

Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Hic probat per singula, quę dixit. Nā pri
mò probat q̄ Christus sit rectum verbū do
mini. Secūdo q̄ est iustus iudex. Tertiò q̄ est
sūmè misericors. secūda ibi. Dris dissipat cōn
filia. tertia ibi. Beata gēs. Dicit ergo primò.
probo q̄ Christus sit verbū rectū Dei patris,
& per cōsequēs sit Deus cōsubstātialis patri.
Nam cœli firmati sunt verbo dñi, q̄a Deus
dixit fiat firmamentum &c. nam si Deus di
xit ergo per aliquod verbum sibi cœternū
locutus est & dixit, quod quidem verbum
nō potest esse nisi sibi consubstantiale, cum
in eo non sit aliquod accidens temporale.
Itē sicut cœli sunt firmati & creati verbo do
mini, ita omnis uirtus eorū. s. cœlorū est eis
data & emanat à spū oris Dei patris. s. à spū
sctō, & sic omnia sunt creata verbo domini,
et habēti uirtutē à spiritu oris eius. s. à spiritu
sancto, & sic tota trinitas concurrit ad crea
tionem rerum, quia opera trinitatis sunt in
diuisa ad extra. Ad cuius intelligentiam est
notandum secundum Aug. q̄ licet tota trini
tas sit creatrix ut Deus, & opa trinitatis sint
indiuisa in creatione rerum, tamē modus est
distinctus. Nam in hac creatione aliquo mō
attribuitur autoritas patri. nam pater qui
ab æterno dixit suum verbum, & diligendo
filium & è cōuerso ambo spirant spiritū san
ctum, ille idem pater ex tempore per suum
verbum æternum dixit omnes creaturas ad
extra, quando dixit: fiat lux; & fiat firmamē
tū &c. & sic per suum verbum fecit omnia.
Ioan. 1. Item pater & verbum q̄i ab æterno
spirant spiritum sanctum ab intrā, ita postea
ex tempore tanquam unum principium per
spiritum sanctum spirant ad extra esse, exi
re, & virtutem omnibus creaturis ad opera
dum: quod quidem esse sine virtus dicitur tā
in rebus sine viuere, quia viuere viuentibus
est esse: & ideo subditur: Spiritus domini
ferebatur super aquas. i. super omnia fluxibi
lia & mobilia creata. Itaque res omnes crea
tę vt assimilātur ideis & exemplaribus exi
stentibus in libro, & vt dicuntur per verbū,
dicuntur habere essentiam & speciem, sed vt
aspiratur eis esse uirtutis per spiritum sanc
tum, dicuntur habere existere & habere vir
tutem & habere operationē. Et sic oia creata
habēt in se vestigiū trinitatis scilicet subs
stantiam

A stantiam virtutem & operationem: siue nu
merum: pōdus: & mensurā: siue speciem mo
dum: & ordinem. Nec per hoc est dicēdū q̄
opera trinitatis sint diuisa: quia tota trinitas
concurrit tanquā unum principium & unus
Deus & unus omnipotēs: & hoc est de intel
lectu Aug. 11. de ciu. Dei. & 12. cōfes. Et hoc
est quod dicit hic Dauid. Verbo dñi cęli fir
mati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eo
rū. Nec p̄ hoc intēdit Dauid excludere quin
spiritus sanctus sit spiritus filii: quia non ne
gat ipsum à filio procedere: sed intantum di
cit ipsum spiritū oris patris, inquātū talis au
toritas est in patre, nam pater habet de se &
à se vt spiritus sanctus procedat ab eo, cū sit
principium non de principio, sed filius hoc
habet à patre ut spiret spiritum. s. simul cum
patre. Sed ne quis putaret q̄ solum cęli sunt à
B Deo creati sicut blasfemabant Manichei: iō
sequitur q̄ ipsemet Deus pater & filius & spi
ritus sanctus q̄ creauit cęlos ipsemet creauit
terram & aquas & elementa & tūc sequitur.

Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Congregans omnes aquas maris in valli
bus & locis deprestioribus & infimis terræ,
quando diuisit aquas ab aquis & apparuit a
rida: congregationes aquarū appellauit ma
ria, ut patet Gen. 1. Nam terra continet ma
ria inter montes, sicut uas continet aquas, ut
patet de mari Caspio & Indico vt magis
patebit ps. 103. & ipsemet fuit ponens abys
sos. i. aquas abyssales in thesauris suis. i. in lo
cis secretis terræ, & sic congregauit aquas
C maris in Oceano inter valles, quasi in utre
siue i vase. & posuit aquas abyssales & aquas
fontales & fluuiales in thesauris & locis secre
tis. Nam fontes & flumina oriuntur & ema
nant à locis secretis. Et dicit in thesauris suis,
quia de emanatione fontium & fluuiorum
insurgunt tot mirabiles quæstiones & opi
niones, quòd quasi nullus vel pauci potue
runt peruenire ad ipsam veritatem. Nam Pla
to dicit quòd emanant à tartaro. Aristote
les dicit quòd continuè generatur aqua ex
aere infrigidato in cauernis terræ. Aliqui di
cunt quòd fiunt magnæ submersiones aqua
rum in profundo maris, & serpunt per uisce
ra & uenas terræ, & dulcoratæ ebulliūt & e
mergunt per impulsum aut æquilibrium ad
alias partes terræ, & sic fontes emanāt in pla
nis & montibus. Et sic disceptant philosophi se
cundum diuersas opiniones, sed ista manent
secreta & reposita in thesauris & secretis scien D
tiæ Dei: ideo ait, Ponens in thesauris abyssos.
Sed dubitatur quare nō facit mentionem in
hac creatione de duobus elementis. s. de igne
& aere. Dicendum quòd ignem & aerem cō
numerat inter cœlos. Nam communiter in
scriptura aer dicitur cœlum, ut dictum est
psalmo. 8. Volucres cœli. &c. Sed est aduer
tendum, quòd cum creatio rerum fuerit figu
ra recreationis & regenerationis nostræ, q̄
per illud idem uerbum per quod facta fuit
creatio: p̄ illud idem facta est nostra redem
ptio & recreatio: & per illud verbum cōstru
cta est ecclesia per quod facta fuit machina
mundi, & eodem ordine. Nam sicut pater in
creatione per verbum, filium suum dicendo
produxit res ad extra quò ad species & es
sentias suas, & pater cum filio per spiritum
sanctum spirauit uitam & esse & uirtutē in E
rebus: ita pari ratione in nostra regeratio
ne, pater per filium suum incarnatum locu
tus est nobis, & dedit legem euangelicam,
ut patet ad Hebræos primo, & sic construxit
ecclesiam ex viuis lapidibus fidelibus: sed
quia non sufficiebat dedisse legem et creasse
apostolos, nisi spirasset in eis uitam et uirtu
tem spiritualem: ideo pater cum filio misit
spiritum sanctum in discipulos. et per ipsum
spirauit uitam et virtutem gratiarum et do
norum in discipulos, et sic uiuificauit eos
ad intelligēdas scripturas et ad robur et for
titudinem, et dando eis ecclesiasticam pote
statem, fecit eos principes ecclesiæ. Item si
cut creauit. 12. cœlos scilicet decem cęlos su
periores & ignem et aerem quos connume
rat inter cœlos ut dictum est: ita creauit. 12. F
apostolos in ecclesia, qui dicuntur cęli eccle
się, ut dictum est psalmo. 18. & illos ornauit
syderibus et astris gratiarum et donorū spi
ritus sancti: et sic intelligit Gregorius illud
Iob. 26. Spiritus domini ornauit cœlos. Vnde
dicit. Verbum, qui est filius patris, ornauit
cœlos, id est apostolos: sed uirtus apostolo
rum de spiritu sancto sumpta est. vnde alibi
Spiritu oris eius &c. ornamenta enim cœlo
rum sunt uirtutes prædicantium, et cætera.
Ex quo patet quòd pater per verbum firma
uit et elegit apostolos, sed per spiritum san
ctum dedit eis uirtutem et dona gratiarum
in die penteco. et sic constructa et cōfirmata
est ecclesia. Et hoc est quod dicit hic Dauid,
q̄ non solum in creatione mundi cęli mate
riales, uerbo, qui è Christus, armati sunt, et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A spiritu oris eius omnis uirtus eorum, sed ēt in nostra recreatione eodē verbo domini.s. Christo cęli.i apostoli firmati, & electi sunt: & omnis uirtus eorum fuit sumpta à spiritu oris eius: quia per spiritumsanctum spirauit in eos, & in totam ecclesiam virtutem & viā spiritualem:ecclesiasticam potestatem eis largiendo. Et sic tota trinitas concurrit ad nostram regenerationem: & ideo nos Christiani per fidem generati portamus imaginem & vestigium passionis Christi in fronte & totius trinitatis. Nam licēt Deus luceat in omnibus hominibus per creationem tamē in solis fidelibus lucet per recreationem & gratiā, quem carácterem recepimus in baptismo, & etiam in cōfirmatione. Sed ne putaret aliquis ꝙ Christus solum creauit. 12. apostolos & in
B eis solis gratiam spirauit: ideo subdit. Cōgregans sicut in vtre aquas maris. i. postquā firmauit cœlos. i. apostolos: postea per eos congregauit aquas maris. i. multitudinem populi gentilis sicut in vtre. i. in vase & gremio ecclesiæ & reposuit abyssos. i. aquas abyssales. i. septem sacramēta ecclesiastica: in tesauris & secretis suis. Nam ecclesiastica sacramenta dicuntur aquę abyssales: quia virtus eorū nūquam euacuabitur: eo quòd sunt plena meritorum passionis Christi: & sic habent virtutem infinitam & abyssalem ad iustificandū peccatores successiue in infinitū. Item Christus. posuit abyssos in tesauris suis, sin sacra scriptura in qua continentur infinita secreta, & abyssus diuitiarum scientiæ Dei. Ideo sequitur: si ergo Christus est illud verbum patris quo non solum cœli materiales in principio: sed etiam in nostra regeneratione cęli firmati sunt, scilicet apostoli: ergo

C *Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.*

Timeat eum omnis terra in suo aduentu omnes gentiles inhabitantes orbem commoueantur. & vniantur, & conuertantur ab eo & cognoscant ipsum Deum & creatorem & recreatorem.

Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.

Ipse pater dixit: & facta sunt omnia: & ipse mandauit. & creata sunt in creatione materialiter: & in regeneratione spiritualiter. Item sicut in principio mandando & dicendo fecit omnia: ita in suo aduentu mandando & percipiendo faciebat miracula: & resuscitabat mortuos: & dimittebat peccata, & in

D stificabat peccatores tanquam potestatē habens, quod plus fuit quàm creare cœlum & terram: quæ mircula nullus poterat facere nisi solus Deus: ergo Christus est Deus uerbum patris per quem sumus creati & recreati: ergo sibi debetur honor latriæ & laus &c. ergo cantate ei canticum nouum cum psalterio decem cordarum & cithara & uociferatione & cętera.

Dñs dissipat cōsilia gētiū reprobat aūt cogitatiōes populorū: et reprobat cōsilia principū.

Hic assignat secundā rationem quare debetur Christo latria, & debemus sibi cantare sic canticum nouum. s. quia est iustus iudex, siue propter summam iustitiā. Nota ꝙ Christus in suo aduentu tres potentias dissipauit & puniuit. in quibus ostendit potentiā & iustitiā suam. Primò destruxit falsam sapientiā
E & superstitionem gentilium & philosophorum, & falsos ritus Deorum. Secūdò dissipauit cogitationes populorum. s. malitiam iudæorū insurgentium cōtra eum: quia cogitauerunt Christum delere per mortem: sed ipse resurrexit & dissipauit eos auferendo eis regnum & locum &c. Tertiò dissipauit consilia & cōuenticula principum mundi, & tyrannorum qui proposuerant penitus distrahere ecclesiā & delere nomē Christi, sed ipsi dissipati sūt, ut Nero & Domitianus & Maximianus: imo tota gentilitas fuit subiecta iugo Christi. Et hoc est quod ait Dauid. s. dominꝰ Iesus Xpūs bene est iustus, quoniam ipse dissipat & dissipauit in suo aduentu cōsilia & sapientiam gentium. s. falsas opiniones philosophorū de ęternitate mundi &c. dissipauit ritus & superF stitiones falsorum Deorum: & uanitates poetarum, & ostendit qualiter mūdus est à Deo creatus ex tēpore, & quō est vnus solus Deus trinus in pſonis: & ꝙ vnus solus Deus est colēdus. Secūdò dissipauit & confudit cogitationes et pessima proposita populorum. s. iudæorū, qui dixerunt: si hunc dimittimus venient Romani &c. sed contrarium accidit eis, ut dictū est psal. 2. Nam postquàm Christus resurrexit fuerunt electi à sedibus suis, et crucidari et dispersi per mūdum in captiuitatem &c. Tertiò dissipauit consilia principū et tyrannorum machinantium et conantium destruere legem euangelicam et totā Christianam religionē: sed ipsi dissipati sunt: et eorum superstitio et idololatria fuit destructa: et ecclesia multiplicata per Constantinum, et ex euangelica exaltata et ampliata.

Ideo

A Ideo subdit.

Consilium aūt dñi in ęternū manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationē.

Consilium. i. lex domini in æternum manet, & cogitationes cordis eius, id est ea quæ Deus ab æterno proposuit futura, manent in generatione & generationem: quia oīa facta sūt & cōpleta, ꝙ Deus ordinauit aut ꝓuidit ab æterno cuius scia falli nō pōt. Et ideo

Beata gens cuius est dominus Deus eius. populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Beata est gens Christiana cuius dominus est unus verus Deus trinus & vnus, & non est decepta in colēdo plures Deos, & beatus populus Christianus quē dñs Iesus Christus elegit in hæreditatē sibi dissipato cōsilio gentiū & principū & tyrannorū & cogitationibus iudæorum. Nā dissipatis omnibus supra
B dictis, Deus elegit populū Christianū in hæreditatē sibi: vt colat eū: & seruet legē euangelicam. Potest etiam iste versus ordinari cū sententia sequenti: quæ est tertia causa. Beata gens. Hic assignat tertiam causam quare Christus est colendus & laudandus à Christianis rectis &c. s. quia misericors. Nam qui maiorem misericordiam & plura beneficia recepit à Christo: magis tenetur & obligatur Christum laudare. Dicit ergo. Beata gēs Christiana cuius Deus est dominus eius: & beatus populus Christianus quem dominus Iesus Christus elegit sibi in hæreditatem, & vocauit ipsum ad fidem. Nam dominus ostēdit sibi magnā misericordiā, quia propter eū incarnatus est & mortuus & passus. Vnde

De cælo respexit dñs vidit oēs filios hoīm.

De præparato habitaculo suo respexit super
C *omnes qui habitant terram.*

Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Dominus filius Dei respexit de cęlo, & vidit oēs filios hominum seu filios Adam peccatores, & de habitaculo suo præparato. i. de cęlo empyreo qui est locus Deo præparatus & debitus, respexit super oēs homines qui habitant terram quodam oculo misericordiæ, & videns omnes in captiuitate, commonus misericordia & pietate, ipse qui erat ęter homo mortalis formam serui accipiens vt peccatores liberaret. Itē ille æternus filius ꝙ creauit & finxit sigillatim, id est in unoquoque corda. i. animas eorum. s. hominum: & intelligit oīa opera eorum & cogitationes ip

D sas, factus est homo mortalis vt eos redimeret. Vnde nota quod per hoc quod ait, Qui finxit sigillatim, excludit falsam opinionem Pytagoræ & etiam Talmudistarum, qui dicunt omnes animas esse ab initio creatas, & trāsmigrare de corpore ad corpus & sic unaquæq; anima præcedit suū corpus: sed hic dicit ꝙ Deus finxit. i. creauit animas sigillatim in vnoquoq;. Itē excludit falsam opinionem cōmentatoris qui dixit vnū intellectum esse in omnibus hominibus. Hic autem dicit ꝙ vnusquisq; sigillatim habet suā animā. Item per hoc ꝙ ait. Intelligit omnia opera eorum, excludit falsam opinionem Manicheorū & aliorum hæreticorum, qui dicunt Deum nō curare, nec etiam intelligere ista inferiora.

Nō saluatur rex per multā uirtutē, et gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ.

Hic reddit causam quare Deus motus misericordia voluit incarnari, & dicit: ꝙ voluit humiliari & exinaniri & fieri homo, eo ꝙ nulla creatura erat sufficiens ad saluandum seipsam nec alios, sed solus filius Dei erat sufficiens ad saluandum. Ideo dicit: Non saluatur rex per multam uirtutem i. nullus rex mundanus habuit tantam virtutem & potentiā vt seipsum posset saluare aliquo modo, nec aliquis gigas magnus & fortis saluabitur, nec poterit saluari in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autem uirtutis suæ non saluabitur.

Equus. i. multitudo equorum fallax erat ad salutem regum & principum. Et ideo nullus saluabatur nec poterat saluari in abundātia uirtutis suæ. Et hoc propter duo. Primò quia oēs erant peccatores & immundi, ideo F oportebat vt nostra redemptio fieret per hominem iustum & innocētem. Secundò quia peccatum primorum parentum fuerat tam graue ꝙ non poterat deleri nisi per Deum & hominem. Tertiò quia potentia diaboli erat tàm magna, ꝙ non poterat nisi per Deum superari: & ideo sequitur.

Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos infame.

Oculi domini super metuentes & sperantes in eum. i. super fideles, & eos qui sperant super misericordia eius ut eruat animas eorū à morte æterna per mortē & passionē, & alat & nutriat eos in fame. s. pabulo sacramē

Universidad de Deusto
Biblioteca

A torum, & sapientiæ: quasi dicat Christus nõ saluauit superbos neq; cõfidentes in superbia & viribus suis & bonis mũdanis: nec saluauit infideles: sed fideles & humiles, & illos pauit pabulo sapientiæ, & sic esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes. Ex omnibus his patet qua liter Deus ostẽdit nobis suam magnam misericordiam: quare ipsum obligamur laudare & magnificare. Per hoc etiam excluditur falsa opinio Pelagianorum dicentium vnumquemq; absq; gratia, ex propriis viribus posse saluari.

Anima nostra sustinet dominum: quoniam adiutor & protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius speramus.

Hic proseta petit aduentũ Chri accelerari, vt posset sibi cãtare canticũ nouũ: &c. Et ẽt
B exhortatur fideles ad fidẽ, & spẽ, & caritatẽ Christi saluatoris dicens, Si ita est q̃ solus Christus põt oẽs saluare, & nõ saluat nisi solos fideles et humiles sperãtes in se: ergo aĩa nostra sustinet, id est sustineat & expectet cum patientia aduentũ Christi: qm̃ ipse solus est adiutor & protector noster: quia in eo lætabitur cor nostrum cum venerit, & solos nos fideles saluabit: eo q̃ sperauimus in nomine sancto eius, quod est Iesus saluator: quia non saluabuntur nisi habentes fidem Christi. Et ideo Dauid apostrofat ad Christum: vt acceleret aduentum suum, dicens.

Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum speramus in te.

O Domine Iesu veni, & fiat misericordia tua super nos redimendo & saluando, quẽ-
C admodum & sicut speramus in te, & nõ sit vana & frustra spes nostra: vt saluet nos: hic per gratiam & in futuro per gloriam. Ex supradictis patet, q̃ Dauid in toto isto psalmo exhortatur fideles noui testamenti: vt recipiant Christum in aduentu suo, & cantent sibi canticum nouũ, & prædicent legẽ euangelicam cum fide, & spe, & caritate: Sed in vltima parte petit accelerari aduentũ Christi: in quo canticum nouum. i. euangelicum erat cantandum in ecclesia. Ex quo psalmo colliguntur octo conclusiones.

Prima conclusio, quòd iusti obligantur præ cæteris Deum laudare, & in eo exultare pro beneficiis acceptis.

Secunda conclusio, quòd laus iustorum est decora & Deo grata.

Tertia, q̃ canticũ nouum debet cantari, & confessio laudis iustorum debet fieri tripli D
citer. s. cum psalterio decem cordarum. i. cũ confessione supradictorum decẽ articulorũ, quod dr̃ psalterium euangelicum. Secundò debet cantari cum citara. s. cum fide trinitatis, spe, & caritate. Tertiò cum magna vocis ratione: quia talis confessio fidei, debet fieri publicè & non sõlum in occulto.

Quarta conclusio, q̃ propter tria est Deus laudãdus. Primò quia rectus & verax in promissis. Secundò quia iustus in iudiciis. Tertiò quia misericors: quia iustificauit nos in nouo testa. per misericordiam, quam promiserat in veteri testamento.

Quinta conclusio, q̃ sicut indiuisibiliter tota trinitas concurrit in mundi creatione: quia pater per verbum suum creauit oĩa, & per spiritum sanctum spirauit esse & operari
E & vitam in omnibus rebus: ita pariter in nostra regeneratione pater per verbum filium suum regenerauit nos, & per spiritum sanctũ viuificauit nos dona gratiarum infundendo &c. & per consequens est dare trinitatem personarum in diuinis.

Sexta conclusio, q̃ sicut Deus fuit misericors in nos iustificando: ita fuit iustus iudex cogitationes populorum & consilia principum infidelium dissipando & reprobando.

Septima cõclusio, quòd populus christianus solus est beatus: eo quòd dissipatis iudæis & infidelibus solus ipse est electus in hæreditatem Dei.

Octaua conclusio, q̃ in hoc psalmo excluduntur & improbantur quinq; falsæ opinio
F nes. Nam primò improbatur opinio Aristo. dicentis mundum esse ab æterno: cum hic dicat proseta, Qm̃ ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt &c. Secundò improbat falsam opinionẽ Talmudistarum & Origenariorũ dicentium oẽs animas esse simul creatas à principio: cũ hic dicat proseta, Qui finxit sigillatim animas eorũ &c. Tertiò improbatur per idẽ opinio commentatoris, dicẽtis, vnicum esse intellectũ in oĩbus hominibus. Quartò improbat falsa impietas, Manicheorum, dicẽtium Deum nõ creasse ista visibilia inferiora: nec habere curã de ipsis: cum hic dicat proseta. Qui intelligit omnia opera eorum &c. Quintò improbat impietas Pelagianorũ dicentiũ vnũquemq; sine gratia posse saluari, & ex ꝓpriis viribus posse vitare omne malum & agere bonũ: cum hic dicat: Nõ saluatur rex per multã virtutẽ: &c.

Psal.

A PSALMVS XXXIII.

B*Enedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.*

Hic est secundus psalmus alfabeticus habens 22. versus iuxta numerum 22. literarum hebraorum. Est verum q̃ deficit sexta litera. i. vau. loco cuius geminatur he. cuius titulus talis est. Dauid quando mutauit faciem siue rationem suam corã Abimelech, et fugauit eum et abiit. Hunc titulum præposuit Esdras huic psal. Nam dictum est q̃ Dauid solũ fecit illos titulos in quibus exprimitur cantor: aut instrumentum: aut modus cantandi: aut tempus: aut locus in quo cantabatur iste psalmus, et ratio est. Nã Dauid ordinauit psalmos et dabat eos cantandos determinatis cantoribus: cum instrumẽtis et modis determinatis, et in determinato
B tempore, et ideo explicabat in titulo omnia supradicta. vt patet in quibusdam psalmis. Sed quando exprimitur materia aut autor psalmi: non est credendum q̃ Dauid fecit illum titulum: sed Esdras aut aliquis sanctus homo: prout fuit sibi reuelatum. In hoc ergo titulo patet, q̃ Dauid fecit hunc psalmũ quando fugiens à facie Saul, declinauit ad Achis regem Geth, quo cognito dixerunt serui Achis: nonnè hic est Dauid rex terræ. i. quem Iudæi dicunt esse vnctum in regem, et qui expectatur rex post Saulem: eo q̃ occidit Goliat Geteum? Vnde Dauid vidẽs imminere periculum vitæ suæ: simulauit se insanum, et mutauit os suum torquendo et variando oculos et labia, et spumando velut
C furiosus epileuticus. Et tunc rex Achis fugauit ipsum à domo sua iubens ne amplius ꝓmitteret eũ ingredi, et tunc Dauid recessit inde in spelũcam Odolam, et sic euasit manus seruorum Achis, vt patet 1. Regum 21. Et tunc agens gratias fecit hunc psalmum. Sed hæc historia non videtur concordare cum titulo. Nã in titulo dicitur q̃ Dauid mutauit faciem suam coram Abimelech: et rex Geth appellatur Achis in supradicta historia. Ad hoc dicit Rabi Salomõ, q̃ Abimelech est nomen dignitatis regalis. Nam omnes reges Geraræ appellabantur Abimelech: vt patet Gene. 20. & 26. sed quia ciuitas Geth est Gerara, memorata in Genesi: ideo idem est Achis et Abimelech. Nam Achis est nomen proprium, et Abimelech nomen dignitatis. Sed mentitur iste cecus obstinatus. Nam licet dicat verum quòd omnes reges Geraræ dicti
D sunt Abimelech, tamẽ ciuitas Geth non est eadem cum Gerara. Nam ciuitas Geth cuius Achis erat rex: est sita in parte aquilonari iuxta Betleem et tribum Beniamin, et est prima de ciuitatibus Filistinorum in parte aquilonari, et Gerara est finibus Palestinæ ad partẽ Australem in finibus Aegypti iuxta Bersabee: vt patet Gen. 26. Et ideo est melius q̃ dicatur: q̃ Achis erat binominis: quia alio nomine dictus est Abimelech. Vel est dicendum et melius, q̃ Abimelech in lingua palestina idem est quod rex terræ. Nam Abimelech: interpretatur rex patris mei, et sic quẽ nos appellamus regem ipsi vocant Abimelech. Nota quòd Abimelech idem est quod rex paternalis siue rex naturalis: Ideo quilibet rex naturalis cuiuscunq; regni sic diceba
E tur Abimelech apud Palestinos, et sic non solũ rex Geraræ dicebatur Abimelech: sed ẽt rex Geth et rex Acarió et cæteri: quasi regnũ paternum iure paterno possidentes. Vnde melech arabicè: rex interpretatur latinè. Secundum ergo hunc intellectum dicunt Hebræi q̃ Dauid fecit hunc psalmum, et sic exponunt ipsum literaliter præcisè de Dauid: prout agit gratias pro liberatione sua. Et secundũ hoc tria facit Dauid. Nam primò ipse agit gras. Scdò inducit alios ad magnificandum Deum. Tertiò ad timendum Deũ per obseruantiam legis. Secundum ibi: Magnificate dominum. Tertium ibi: Timete dm̃. Dicit ergo Dauid. Benedicam dominũ Deũ Israel in omni tempore. s. tàm in aduersitate. q̃ in prosperitate, et semper. s. die ac nocte laus eius erit i ore meo, agẽdo gratias: eo q̃ liberauit me de manu seruorũ regis Achis.

In domino laudabitur anima mea: audiant F
mansueti & lætentur.

Anima mea laudabit in dño. i. gloriabit in dño et non in se: quia nolo laudes hominum: nec laudari de superbia, sed de humilitate & mansuetudine: ideo dico vt mansueti audiant humilitatẽ meã et lætentur. Postea inuitat oẽs alios ad laudes Dei, exẽplo sui, dicẽs

Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui dñm & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

O vos humiles & mãsueti magnificate dominũ mecũ et in idipsum. i. in simul exaltemus eũ similiter. Et reddit causam. quia sem per in tribulationibus exquisiui dominum oĩa alia spe relicta, & ideo exaudiuit me, &

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex omnibus tribulationibus meis eripuit me
de manu Goliæ & manu Saul cum traxit
lanceam contra me, & cum misit clientes vt
circuirent me in domo, & tunc eripuit me de
rege Achis, & ideo

Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

Accedite ad eũ & nõ quęratis aliũ liberato
rẽ, & illuminamini. i. illuminabimini qa da-
bit vobis gratiã & modum euadẽdi, & sic fa-
cies vestræ nõ cõfundẽtur: qa nũquã dicetis
vos esse delusos, nec repulsos, nec frustratos.

Iste pauper clamauit: & dñs exaudiuitẽ: & de oĩbus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Gustate & videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.

B *Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.*

Diuites eguerunt & esurierunt: inquirẽtes autem dominum non minuentur omni bono.

Iste pauper quẽ videtis ego, clamauit, &
dñs exaudiuit eum, & de omnibus tribulatio
nibus eius saluauit eũ, vt dictũ est. Nam an
gelus bonus dñi immittet virtutem suam in
circuitu humiliũ timentium eũ, & sic eri-
piet eos: ergo relinquite humana auxilia, &
gustate & videte qm dominus suauis est &
non crudelis: imo facilis ad dandum gratiam
& petitionem. Ideo beatus vir qui sperat in
eo. Et sic non sitis crudeles & maleuoli: sicut
Saul & sequaces eius sed timete dominũ, ò
vos oẽs sancti & iusti eius: qm nõ est inopia
bonorum temporalium & spũalium timenti
C bus eum. imo copia & abundãtia gratiæ. Nã
nos videmus q multi diuites huius mũdi cõ
fidentes in bonis mundanis facti sunt paupe-
res & egerũt & esurierũt mendicãdo. quia
bona transitoria sunt, & nõ potuerunt ea re
tinere: sed timentes dominum no minuentur
omni bono: imo abundabunt bonis spiri
tualibus, & etiam bona eis non deficient.

Venite filij audite me: timorẽ dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos.

Venite ergo filii, audite me, & docebo vos
timorem domini. i. legem diuinam quæ cõsi
stit in timore dñi, & si quis homo timet dñm
vt cupiat videre dies bonos in hac vita &
etiam gloriam in alia: faciat quod sequitur.

Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.

D *Diuerte à malo: & fac bonum: inquire pacem et persequere eam.*

O vir iuste prohibe linguam tuam à malo
&c. Et sic exponũt Iudei literaliter hũc psal
mũ faciliter: quia vt sic, litera est satis plana
applicando ad ipsum Dauid. Sed si sic precisè
literaliter exponatur videretur hũc psalmũ
nullum continere sacramentum, & titulum
esse nõ à spiritusancto, sed inutiliter positũ:
quod est falsum. Nam Dauid nõ fuit minus
propheta in hoc psalmo quàm in cæteris: nec
latẽt minora sacramẽta in hoc titulo & psal
mo quàm in cæteris: quia idem est spiritus.
Et ideo est dicendum q Dauid per illam fu-
gam & descensum in Geth: per illã mutatio
nem & simulationem & derisum: præuidit in
spiritu totum misterium incarnationis & pas
sionis & sepulturæ & resurrectionis Christi,
& persecutionem & liberationẽ & prosperi-
tatem ecclesiæ. Nã præuidit qualiter Dei fi-
lius erat in mundum descẽsurus, & debebat
mutare faciem & os suum accipiendo formã
serui inuentus vt homo, & pati multas perse
cutiones, & qũo Herodes rex Galileę debe-
bat ipsum fatuũ reputare & cõtemnere, & à
se fugare, & ad Pilatum remittere, & quomo
do ab oibus debebat tanquã insanus & arre-
ptitius & demoniacus reputari, & qũo erat
deludẽdus & irridendus à principibus sacer-
dotum & ministris, & crucifigẽdus, & à mor
te per resurrectionẽ liberandus: & ẽt nouit
q oẽs persecutiones easdem erat passurus in
mẽbris & in sua ecclesia. Ex omnibus his pa-
tet, q Dauid fuit magis figura Christi quàm
aliquis alius, & magis fuit figurã in sua hu-
militate & mansuetudine & patientia in ad-
uersis, quam in alia virtute ac pfectione. Et
ideo hoc præuidẽs Dauid fecit hunc psalmũ
in persona Christi & ecclesię: in quo introdu
cit Christum non solum in persona capitis:
sed ẽt in persona membrorũ, & ecclesiæ. Nã
quicquid passus est Christus in capite: passa
est ecclesia postea à tirannis: imo vt verius di
catur, passus est Christus in membris, & sic
Christus loquitur, pro membris, & sic tria fa
cit. Nã primò laudat Deũ patrẽ agẽdo gra-
tias de sua liberatione & resurrectione. Secũ-
dò inuitat omnia mẽbra sua & congregatio
nẽ iustorum ad laudẽ Dei: vt agant gratias si
mul cum eo. Tertiò prædicit prẽmiũ iustorũ
& punitionem malorum. Secundum ibi: Ma
gnificate dñm. Tertium ibi: Oculi dñi super.
Quantum ad primum dicit Christus: ego

benedicam

A benedicam Dñm Deum patrẽ in omni tem-
pore agendo gratias, pro beneficiis receptis,
& laus eius erit semper, & continuè in ore
meo. Et nota q differẽtia est inter benedice-
re, & laudare: Tam benedicere est agere gra-
tias, pro beneficiis receptis. sed laudare est vir
tutes, & bonitatem alicuius cõmemorare. Itẽ
est aduertendum, q licet quælibet creatura
teneatur Deum iugiter, & sine intermissione
laudare, & benedicere, eo q totaliter à Deo,
dependet ẽ esse, & essentiam, ideo tenetur
Deum amare ex toto corde, & ex tota mẽte
& ex omnib. viribus suis, sine aliqua intermis
sione temporis, & operis. Nam sicut Deus nõ
cessat influere suam virtutẽ, in creaturam in
essendo, & conseruãdo, ita homo non debet
cessare ferri tota mente, & anima, & contem
B plari in illud summum bonum, à quo habet
oẽ bonũ. vt Deo satisfaciat, & reddat vices,
sed hoc non potest implere, viator in hac vita
pp pondus corporis, & miserias mundanas,
& impedimenta intrinseca, & exteriora, sed
hoc implent beati comprehẽsores in patria,
de quib. ait Xps. Matt. 8. Angeli eorum semp
vident faciem patris. Item ps. 83. Beati qui
habitant in Domo tua Dñe, in sæcula sæcu-
lorum, laudabunt te. Sed quia Xps, non solũ
erat viator, sed etiam comprehensor, cuius
anima, tàm dormiendo, quam vigilãdo sem
per contemplabatur faciem patris, ideo solus
Christus potuit dicere. Benedicam Dñm in
omni tẽpore huius vitæ, & semper laus eius
in ore meo. Sed quod Christus impleuit capi
te, facit tota Ecclesia, simul in membris. Nã
non est aliqua hora, nec particula temporis,
C nec aliquod instãs, in quo non laudet Deus,
in aliqua parte mundi. Nam cum in nostro
hemisferio est nox, in alio est dies, sub hori-
zonte nostro: & sic quando in vna parte mũ-
di, dẽ officium diuinum, in alio dẽ officium
nocturnum, nec est aliqua hora diei, quin di
catur, aut prima, aut tertia, aut sexta, aut no-
na, aut vesp. aut complet. aut officium noct.
aut laudes matutinæ, aut orationes deuoto-
rum Chr, stianorum. Et sic quod vnus solus
homo, non potest implere, nec satisfacere, fa
cit tota Eccl. in cõmuni. Ex quo patet, q pri
mus versic. huius ps. non potest verificari de
ipso Dauid, sed de ipso Christo, in se, & in
sua ecclesia, & ideo dicit Christus: ego simul
Ecclesia, & membris meis, benedicam Dñm,
celebrando diuina officia, agendo gratias in
omni tempore, huius vitæ. Quia in alia vita,

D non est tempus, sed æternitas, & laus eius,
erit semp in ore meo, in alia vita. s. in patria,
vbi beati in sæcula sæculorum, sine intermis
sione laudant Deum. Et subdit Xps, sicut ego
iugiter laudabo patrem. ita anima mea lau-
dabitur, ab omnibus membris meis, in Dño
patre: quia in omnib. orationibus, quæ diri-
guntur ad patrem concluditur. Per Dñm no
strũ Iesum Chri. &c. Ideo Christus, etiam vt
homo semper laudatur in patre. Item vnica
adoratione, adoratur cum verbo, per vnionẽ
hypostatica. Et sequitur, Audiant mansueti,
& lætentur. q. d. Christus, vt homo, ego adep
tus sum, hanc dignitatem pp humilitatem,
& mãsuetudinem: quia humiliaui meipsum
factus obediens, vsq; ad mortem crucis, ideo
pater exaltauit me, & dedit mihi nomẽ, sup
oẽ nomen, vt in nomine Iesũ, omne genu fle
ctatur: & sic sum in gloria patris. i. simul ha-
E beo gloriã cum patre, sedendo à dextris eius:
& sic in patre, semp laudabitur anima mea,
ab omnibus fidelib. ergo audiant hoc man-
sueti, & lætentur se esse humiles, & mansue-
tos: quia pp humilitatem, hanc gloriã adep-
tus sum pro me, & membris meis. Magnifi-
cate Dñm mecũ. In hac secunda parte, qua-
tuor facit Christus. Nã primò excitat, & ex-
hortatur omnia membra sua, ad magnifican
dum Deum, Secundò ad ponendam, spem in
eo. Tertiò ad timendum eum. Quartò ad ser
uandum legem, & voluntatem Dei. Secun-
dum ibi: Accedite ad eum. Tertium ibi: Time
te Dñm. Quartum ibi: Venite filii. Quo ad pri
mum, quia dicit: Audiant mansueti, & læten
tur: dicit, ò mansueti supple, audite me be-
nedicẽtem, & laudantem Deum patrem. ma
F gnificate Dñm, simul mecum: quia vos estis
membra mea, & ideo cum capite debetis, si-
mul magnificare Deum: quia non est distin-
ctio inter caput, & membra: oẽs. n. magnifica
mus patrẽ: nam ego non solum per me, sed
etiã per voces cõtinuè, magnifico eũ in eccl.
& sic in idipsum. i. simul vos, ergo exalta-
mus eum. Nota, q iste terminus circunuolu
tus in idipsum, idẽ significat quod simul, uel
similiter, vel pariter, vt ait Apost. Cupio vos,
idipsum sapere. i. simul, & n. ecũ. Et ideo vbi-
cunq; in hac translatione, ponitur idipsum.
Hieronymus posuit simul, ideò pariter, vt
ps. 4. In pace in idipsum dormiã, & requies-
cam Hiero. posuit in pace simul dormiam, &
requiescã. Hic autem posuit, Dñm mecũ: &
exaltem⁹ nomẽ eius pariter. i. simul magnifi

cemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cemus & exaltemus & eodem modo Et reddit causam quare debemus magnificare simul & exaltare: quia inquit exquisiui & exoraui dominū patrem in mensa, & in horto, & in cruce, & exaudiuit me, largiendo quæ petebā pro me & membris meis, & eripuit me ex omnibus tribulationibus per resurrectionem: quia iam amplius non moriar, & mors mihi vltrā non dominabitur. Ergo si ita est, ꝙ ego fui exauditus pro me & pro vobis: qa ego orauit pro te Petre & pro tota ecclesia ne deficiat fides tua: ergo ò vos martyres nolite timere nec deficere, sed cū firma spe accedite ad eū. s. patrē, & illuminabimini & corroborabimini luce & fortitudine & virtute spiritussāncti contra tirānos, & infideles, & tortores, & facies vestræ non cōfundentur: imo vincetis eos: quia licet occidant corpus, anima tamen non poterūt occidere: quia cū steritis ante reges & præsides nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ideo ipsi tiranni manebunt cōfusi, & vos victores, & ideo vos membra mea nolite timere in psecutionib. tirānorū: quia pater non deficiet vobis sicut mihi non defecit. Nam iste pauper quē videtis, clamauit & orauit in mensa, & in horto, & in cruce, & semper dñs exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus saluauit eum: ergo sicut saluauit caput & resuscitauit, ita saluabit mēbra: nam sicut in horto apparuit mihi angelus domini confortans me, quę quidem confortatio potius fuit pro mēbris meis, ita pariter in persecutionibus vestris angelus immittet virtutem & influxum suum in circuitu martyrum & fidelium timentium eum:
C quia circundabit eos sua virtute & protectione, & sic eripiet eos de manu tirannorum ne perdant fidem & fortitudinem, immo audacter morientur pro fide & veritate, & in fine eripiet tota ecclesiam tpaliter de manu tirānorū per conuersionem Constantini: intantū ꝙ relictis idolis oēs gentiles conuertētur ad fidē, & sic fideles manebūt omnino victores. Litera Hieronymi habet, castrametatur angelus in circuitu timentiū eum, & sic litera est magis plana: quasi dicat, ꝙ Angel⁹ Michael qui est custos ecclesiæ ponet castra & exercitus Angelorū in circuitu fidelium ad custodiēdū eos de manu tirannorū, sicut frequenter visum fuit, ꝙ Angeli apparebant in circuitu martyrū conforrantes eos, sicut legitur in historiis beati Laurentii & beati Sebastiani, & ēt in historia beatæ Catherinæ D
legitur ꝙ Angeli de cœlo descēderunt & fregerunt rotas &c. sicut Angelus domini descendit cū Azaria & extinxit flammā ignis. Daniel. 3. Et subdit, gustate & videte gustu, & visu fidei quoniā dominus suauis & propitius est omnibus inuocantibus eum, quia eis non deficiet in persecutionibus: ideo Beatus vir qui sperat in eo. Totum ēt hoc pōt referri ad legē euangelicam, ut dicat Christus, gustate operando, & videte cōtemplando legē euangelicam, quam fero & prędico vobis ex parte patris mei, quoniā suauis est dominus in lege euangelica, & non seuerus sicut fuit in lege veteri. Nam lex euangelica non fert onera importabilia, nec multiplicationē ceremonialiū præceptorū sicut lex Moysi: quia iugum meum suaue & onus meū leue, & pę E
mium promissum in lege euangelica est maximum & sufficiens, quia promittit fęlicitatem & beatitudinem æternā: ideo Beatus vir qui sperat in eo: ideo vos omnes sancti timete dominū timore filiali. qui quidem timor insurgit ex summa caritate: & sic sustinebitis persecutiones pro eo, vt acquiratis præmium & beatitudinem promissam. quod est bonum per se sufficiens & status omnium bonorū aggregatione perfectus, & sic nō est nec erit inopia nec defectus boni, christianis & fidelibus diligentibus & timentibus Deum, nam beatus habet quicquid vult, & nihil mali vult. Item quia illud gaudium & bonum beatorum nemo tollet ab eis, nec est amissibile nec hauribile sicut bonum mundanum. Nam multi diuites & principes huius mundi amissis bonis temporalibus egue- F
runt & esurierūt, sicut filii Priami regis Troię. Et sicut filii & nepotes & familia regis Saulis: & sicut Darius & Porus capti ab Alexandro. Et sicut filii Dionisii tirāni, qui post mortem patris ostiatim mendicabant. Sed nō sic erit de fidelibus sperantibus in Deum: nam licet sint pauperes in hac vita, & non habeāt copiam bonorum temporalium, tamen non minuentur omni bono in alia uita, imo abū dabunt spiritualibus inamissibilibus: quia beatitudinem nemo tollet ab eis. Duo ergo habebunt beati obsernantes legem euangelicam. Primò quia sātiabuntur bonis cœlestibus. Secundò quia erunt sęcuri de sua beatitudine, quod in hac uita nullus unquā potuit adipisci. Venite filii. quia superius dixit Accedite ad eum & illuminamini, & gustate

A & videte, & timete dominum oēs sancti &c. possetne aliquis qęre & dicere, quomodo gustabo, & in quibus consistit iste timor dñi, & quid agendo possem assequi illud summum bonū indeficiens, & in quo consistit ista lex euangelica in cuius obseruatione tantū bonum acquiritur? Ad hoc respondet & satisfacit Christus dicēs. O filii regenerati per baptismū venite ad fidem & audite me cum affectu & docebo vos timorem domini patris mei. s. docebo uos nō legem timoris seruilis: sed filialis: nam initium sapientiæ timor domini, & docebo vos in quibus consistit timor dñi castus & filialis. Et quid debet agere homo ut q tingat dām & cupit videre dies bonos in illa gloria æterna. Vnde si quis est homo qui timet Dōm, & diligit, i. cupit videre dies
B bonos in patria cęlesti, & nō malos in inferno, faciat quod sequit, & tu Christiane fac quod sequitur. Prohibe linguam tuā à malo non blasphemando, nec in prosperis, nec in aduersis, nec murmurando de aliquo, & labia tua ne loquātur dolū nec fraudē, cōtra proximū, sed sis verax in verbis, & promissis seruādis, diuerte à malo. i. vita, & fuge omne malū seruando præcepta negatiua, & fac bonū seruando præcepta affirmatiua, & inquire pacem cū proximo, & sequere, & cōserua eam. Nota ꝙ lex Christi, dicitur lenis, & suauis respectu legis Moysi. Dā illa præcipiebat & mandabat, & imponebat onera importabilia, & multitudinē præceptorum. s. sexcenta, & tredecim præcepta inter cerimonialia, & iudicialia, & moralia, eo ꝙ ille populus erat dure cernicis, & inclinatus ad rebellionē, &
C tota illa lex erat figura Xpi futuri. Et ideo Christus sublatis omnib. cerimoniis, & iudiciis reducit totam legem, ad duo præcepta. s. ad dilectionem Dei, & proximi. Matt. 22. Et declarauit præceptum Dei dilectione proximi. Matt. 7. cum dixit: quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hęc lex, & profetæ: quia in isto affirmatiuo intelligitur negatiuum. i. quod non vultis, vt faciant vobis homines, non faciatis illis. i. quòd tibi non vis alteri ne faciat. Et totum hoc nihil aliud est nisi declinare à malo, & facere bonū. Sed quia homo nō solum iustificatur ex operibus: sed etiam corde, & lingua, & exbitur, ideo Christus non solum prohibet manus, sed etiam cor. Matt. 5. qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio &c. Item Matth. 12. ex ore tuo iudicaberis: quia ex abundantia cor D
dis os loquitur: & ideo Dauid hic profetice in persona Christi prohibet cor, & linguam à malo: cum dicit, prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum. Itē prohibet omne opus malum fieri cum dicit. Declina à malo, & mandat omne bonū fieri per mandata affirmatiua, cum dicit, & fac bonum: & mandat Caritatē Dei, & proximi, cū subdit, inquire pacem: cum Deo, & proximo supple, & persequere eā: nam qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo: & sic manet, & quiescit in pace Dei, & proximi. Vnde declinare à malo, est bonā vitā incōhare, & facere bonum, & bonā vitā perficere, & cum ea proficere. Per primū euadimus pęnam per secundum cōsequimur præmiū: quia nemo potest inchoare bonā vitam nisi desinat malefacere, & pęniteat præteritæ, vt E
inquit Aug. Et in eis consistit tota lex euangelica, & tota iustificatio hominis, ad vitam æternam consequendam: de qua iustitia dictum est psalmo: 14.

Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

Hic ponit præmiū iustorū legem Christi obseruantium, & punitionē trāsgressorum. Vnde dicit, si quæris quē fructū cōsequētur iusti ex obseruātia legis euangel. dico tibi ꝙ duos fructus: primū, quia oculi Dñi sup iustos: qa erūt grati, & accepti ad vitā æternā. Secundū quia aures eius. s. aures Dei erunt propitiæ, & suaues in preces eorū: quia orationes, & petitiones eorū erunt auditę, & acceptæ apud Deum. Sed oppositum est de trāsgressoribus legis: Ideo sequitur.

Vultus autem Domini super facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum. F

Vultus Dñi iratus ad vindictam, erit sup facientes mala, vt perdat memoriam eorum de hac terra per mortem corporalem, & de terra viuentium per mortem spiritualē quia delebuntur de libro, & numero viuentium, & cum iustis non scribentur: nec memorabuntur, nec habitabūt cū eo. Sed ꝙ oculi Dominus super iustos, & aures eius in preces eorum: probatur cum subditur.

Clamauerūt iusti & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationib. eorū liberauit eos.

Iusti clamauerunt, & Dñs exaudiuit eos, vt patet de omnibus martyribus, & de oibus tribulationib. liberauit eos. Nā martyres p mortē liberati sunt, & absoluti vinculis corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A poris huius: & à miseriis huius mundi, & cõ
secuti sunt felicitatem æternam, & etiã mul
ti liberati sunt à pœnis corporalibus, ut pa
tet de beato Vincentio. Item tota ecclesia
post longas persecutiones liberata & prospe
rata est etiam temporaliter post conuersionẽ
Constantini: qui reddita pace ecclesiæ, eam
bonis temporalibus ditauit. Quia

Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus.

Iuxta est dominus his qui tribulato sunt
corde propter ueritatem et iustitiam: et iõ
saluabit omnes mites & humiles spiritu. Nã
licet sunt multæ tribulationes iustorum &
Deus permittat eos pati persecutiões in hac
uita, tamen dominus liberabit eos de omni-
B bus his malis, & liberabit eos per gloriam &
resurrectionem futuram.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.

Dominus custodit. i. integrẽ resuscitabit
in finali iudicio oia ossa eorũ: intãtũ q̃ unũ
ex his ossibus nõ cõteretur, nec deficiet, nec
minuetur nec capillus de capite peribit, q̃m
integrẽ cũ tota sua perfectione immortales
ad gloriam resurgent liberati & absoluti ab
omni tribulatione & miseria quia tũc abster
get Deus omnem lacrimam, & iam nõ erit
amplius dolor, nec clamor, nec luctus q̃m
priora mala transierunt. Apo. 12.

Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum delinquent.

Mors peccatorum erit pessima, quia non
C resurgent in resurrectionem uitæ, sed in re-
surrectionem iudicii ad perpetuas pœnas per
ferẽdas. Et manifeste patet, q̃ tirãni & obsti-
nati qui oderũt et persecuti sunt quemlibet
martyrem & iustum simplicem, delinquẽt. i.
errabunt, et reperientur malam partem eli-
gentes, et peccabunt contra legem, quę præ
cipit declinare à malo & facere bonũ, & in-
quirere pacem & caritatem erga proximum
& seruare eam quia in fine

Redimet Dominus animas seruorum suorũ, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Dominus & redimet & liberabit ab his
malis animas seruorum suorum. Ex quibus
patet, q̃ qui sperãt & cõfidunt in eo & ponũt
totã suã spẽ in eo, perferẽtes persecutiones
et tormenta, nõ delinquet, i. nõ errabunt nec
confundẽtur: nec frustrabũtur desiderio suo.
Sed delinquent, & errabunt, & fraudabũtur D
omnes tirranni, & superbi ponẽtes ipem suã
in hoc mundo. Totus etiã iste psã. potest esse
vox ipsius Dauid inuitantis oẽs fideles uere-
tes. ad susciperi dam legem Christi, & ex
martyr. iustos non tẽtare cum humilitate &
patientia tolerent persecutionẽ, & tormenta
pp Christum, q̃m magnã felicitatem, & pre
mium cõsequentur in illa uita: & sic ẽt pos
moraliter exponi, totus ps. quo ipse Dauid
exemplo sui exoratur oẽs fideles utriusque
testamenti ad patientiam & humilitatem,
in tolerandis persecutionibus à quocunq; in-
iusto: & ne desperent de misericordia Dei:
quia hic uel in futuro liberabunt, & iniusta
hic aut in futuro punientur. Sed si uolumus
attendere figuram & sacram, contentum in
titulo huius psal. melius est q̃ dicatur q̃ est E
vox Christi hominis agentis gratias patri &
inuitantis oia membra sua ad perferendas
persecutiones, & tormenta tyrannorum pp
eum, & exhortantis eos ut cum humilitate
& patientia, perferant persecutiones, & orẽt
etiam pro persecutoribus. Ideo iste psalmus,
& præcedens legitur in festiuitatibus marty
rum. Et ideo dicit Augustinus, in sermone
plurimorum martyrum, q̃ inquantum pos
sumus debemus martyres, & ipsum Christũ
imitari. s. quòd simus mites, & humiles cor-
de in persecutionibus, & debemus pro per-
secutoribus exorare. Et tota supradicta ex-
positio est conformis ipsi titulo psalmi, in
quo continetur figura passionis Christi, & F
martyrum.

PSALMVS XXXIIII.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Titulus. In finem ipsi Dauid. Ex titulo ha
betur q̃ rex Dauid fecit hunc psã. & dirigit
nos in finẽ legis qui est Christus, & attribuit
ipsum ipsi Dauid Messiæ. Et ideo apud He-
bræos titulus est Ipsi Dauid, tãtùm sine alio
addito. Et ideo dicunt Hebræi, q̃ cũ Dauid
laboraret in uehementi persecutione, rogas-
uit Dñm, ut Deus mitigaret iram ipsius Sau
lis, sed fuit sibi reuelatũ qualiter Saul, cum
suis debebat interire in montibus Gelboe, &
sic erat peritura tota domus Saulis, & domus
Dauid erat exaltanda. quod præuidens Da-
uid in Spiritu fecit hunc psalmum. Et sic ex-
ponunt hũc psalmum ad literam de Dauid
prout

A prout petit profeticè liberationẽ sui, & præ-
dicit ruinã Saul & suorũ. Sed Aug. & Cassio-
dorus, & Origenes exponũt hunc psãm de per-
secutione, & passione Christi & excidio re-
gni iudæorũ, quã præuidit Dauid in Spiritu
per persecutiones suas. Ideo dicit Cassiod.
q̃ iste est secũdus ps. eorum qui manifestius
explicãt misteriũ passionis Christi. Et ideo
sequendo finiam sacrorum Docto. iste psãl.
exponendus est de persecutione, & passione
Christi. Et tamen aduertendũ q̃ iste ps. non
pòt sufficiẽter & distincte diuidi, eo q̃ narrã
do afflictiones: interponit petitiones & gra-
tiarum actiones, sed generaliter possumus
dicere q̃ Dauid triplicìter fuit afflictus. Pri-
mò p insidias. Secò per falsa testimonia sibi
B impposita. Tertiò p irrisiones, quia gaudebãt
simuli sui in aduersitatibus eius. Ita pariter
iudæi tripliciter persecuti sunt Christũ. Pri-
mò per insidias: ut qñ quærebant: an liceret
dare cẽsum Cesari: & qñ interrogabãt eũ de
magno mãdato. Secò per falsos testes impo-
nẽtes q̃ dixerat posse destruere tẽplũ Dei.
Tertiò per iniurias & irrisiones. Et ideo Da-
uid prudens in spũ prædictas tres oppressio-
nes Christi futuras, fecit hunc ps. in quo in-
troduxit Christũ loquentẽ, & cõquerentem
apud patrẽ de Iudæis: afflictibus cũ. In quo
tria facit: nã primò conquerit de insidiis sibi
paratis petẽdo liberari. Secòde falsis testimo
niis sibi impositis. Tertiò de cõiurationibus
cõtra eũ factis, & iniuriis & opprobriis illatis.
Et in qualibet particula petit liberari: & agit
gratias, & quærit ultionẽ. Secũa ibi: Surgẽtes
testes iniqui. Tertia ibi: Et aduersum me læta
C ti sunt. Quò ad primũ dicit Christus. O Dñe
pater iudica Iudæos nocentes. i. lædentes me.
Iudica dico iudicio examinationis & condẽ-
nationis, & expugna imputantes. i. volentes
impugnare me, tàm in membris, quàm in ea
pite. Et nota q̃ noceo noces, quãdoq; apud
antiquos reperitur ordinari cum accusatiuo
& ratio est, nam nocere uno modo est cõtra
riũ ad proficere siue prodesse, & tũc est ac-
quisitiuum, & sic exigit dat. uũ: quia idẽ est
quod obesse, alio modo idem est quod lædere,
& sic ordinatur cũ accusatiuo casu: & sic
ponitur in primo versu. Et ideo dicit. Iudica
Dñe nocentes. i. lædentes: & persequentes
me: & ideo sequitur: & expugna impugnã-
tes me. expugna dico: ciuitates eorum deua
stando & dissipando, & eos dispergendo per
Titum & Romanos. Et ideo sequitur.

Apprehende arma & scutum: & exurge in D
adiutorium mihi.

Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequũtur me: dic anima mea salus tua ego sum.

Apprehẽde arma & scutũ cõtra eos Rom.
cõcitãdo, & exurge in adiutoriũ mihi, & ef-
funde frameã, & gladiũ tuæ potẽtiæ, & sisix
aduersus Iudæos, & tyrãnos: qui psequnt
me in capite, & mẽb. & dic aĩę meę: salus tua
ego sum. a quibus te tãlutem vitę meę: q̃ h
pcipis. i. dicis: factum erit & liberabis me ab
eis: me resuscitando, & eos puniendo: ergo

Confundantur & reuereantur: quærentes animam meam.

Auertantur retrorsum & confundantur: cogitantes mihi mala.

Iudæi quærentes animã meã, & vitã meã
delere & tollere ab hoc mundo, confundan E
tur, & reuerecantur, & verecundentur, & ti-
meant cum viderint me resuscitatũ, & auer
tantur ab honorib. retrorsum perdentes di-
gnitatem, & regnũ & sacerdotiũ, & cõfundã
tur Scribæ, & Pharisæi, & principes cogitãtes
mihi mala, & machinantes & cõspirantes in
necem meam: quoniam frustrati sunt à desi-
derio suo postquam resurrexi.

Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & angelus Domini coarctans eos.

Fiant tanquã puluis ante faciem venti. dis-
persi per vniuersum mundũ, & angelus Dñi
sit pseqũs eos. Quia vt ait Iosef de bello iu-
daico angeli visi sunt recedere à tẽplo, & gla
dius igneus visus est supra Hier. per aliquot
dies ante excidium: et sic patet quòd Angeli
tam comminabantur stragem futuram.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & F
Angelus Domini persequens eos.

Fiat via illorũ lubricũ. i. scandalũ et lapsus
ad cadendũ, et angelus Dñi sit pseqũs eos.
Nota q̃ via hois est cogitatio, et operatio: et
sic est dicendũ q̃ oẽs cogitationes, et actus et
operationes Iudæorũ post passionẽ Xpi fue-
runt eis in lubricũ et scandalũ. Nã vt ait Iose
fus, pp iniurias et ignominias quas Iudęi pã
tiebanf à prefidib. Romanorũ: multotiens
statuerũt rebellare, et finaliter rebellarũt, et
lapsi sunt in cõiurationes et monopolia, q̃
oia fuerunt via ad destructionẽ eorũ, et sic
viæ et cõsilia eorũ fuerũt lubricũ siue scãda-
lũ ad labãdũ et cadẽdum. Et etiam vię illo-
rũ fuerũt lubricũ. i. obscuritas qa fuerũt occe
cati p malitiam, et pctm. vt rebellarẽt cõtra

Romanos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Romanos, & si ceciderunt, & angelus domini bonus fuit persequens eos, mordendo aduersarios, & angelus malus male consulendo & ad rebellionem impellendo & infligando. Item viam illorum. Lex Moysi fuit eis lubricum & lapsus & petra scandali: in qua ceciderũt falsè interpretando; & malè intelligẽdo, & fuit eis lubricum & obscuritas: quia Deus abstulit eis spũ intelligentiæ quia cececauit eos malitia eorũ ne intelligerent sacramenta Dei, & sic lubricantur & labuntur & scandalizãtur in lege & via domini, & occecãtur.

Qm̃ gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerũt ãiam meã.

Hic addit causam quare Iudæi patiuntur supradictas cõfusiones, & incurrent cecitatẽ scandalũ & ruinam tãm temporalem quàm spiritualem, & corporis & mentis, & subdit.

B Quoniam gratis, & sine causa ablcõderũt & incluserũt mein interitu laquei sui: q̃a sine culpa parauerũt mihi laqueũ mortis per insidias & tentationes iniquas & falsa testimonia, & superuacuè & sine causa exprobrauerunt & vituperarunt ãniam & vitam meã. Et etiam in uanum exprobrauerũt: qm̃ resurrexi & manserunt confusi. Ideo sicut iniquo modo parauerũt mihi laqueum mortis; ita

Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in idipsum.

Veniat illi populo laqueus captiõis & excidii per Romanos: quem laqueum ignorãt nam ignorantibus ipsis Titus duxit vnam legionem militum ex Egypto, & venerunt ex parte orientali per terram Moabitarum, &

C trãsierunt Iordanem propè Hierico, quã trã fuit Iosue cum filiis Israel, & obsedit inopinatè ciuitatem Hierusalẽ, & sic fuit laqueus quem ipsi ignorabant: nam sicut per illã partem fuit transitus ad capiendam terram promissionis tempore Iosue, ad expellendos & destruendos Cananeos, Amorreos, & Iebuzeos: ita per eandem partem fuit ingressus ad capiendam & destruendam Hierusalem. Itẽ sequitur. Et captio quam abscondit apprehẽdat eum. Ad cuius intellectum est notandũ, quòd Iudæi ex inuidia & timore Christum tradiderũt, timebant enim perdere primã sacerdotium & oblationes. secundò perdere locum & gentem, & ideo pararunt Christo insidias, & occultè cum cautela in festo paschæ ceperunt & tradiderunt Christum: Sed eodem modo fuerunt capti sub eodem laqueo

& illud quòd timebant euenit eis, & ceciderunt in laqueum quem vitare putabant. Nã in festo paschæ dum ex omnibus partibus erant in Hierusalem congregati, fuerunt obsessi, & ciuitas capta & diruta & incensa. Et sic perdiderunt locum & sacerdotium, et dispersi sunt per mundum captiui. Ideo dicit. Veniat illi populo laqueus et obsessio Romanorum quem ignorat, et captio quam abscondit, i. in abscondito parauit: id est talis captio qualem ipse Christo parauit: apprehendat eum, & cadat in ipsum laqueum quem vitare putabat. i. in laqueum mortis et ruinæ et dispersionis: vel cadat in ipsum laqueũ. i. in talem qualem ipse præparauit mihi in die paschę. Nã laqueũ mortis mihi parauerũt, et i laqueũ obsidionis mortis ceciderũt.

Anima autem mea exultabit in domino & delectabitur super salutari suo.

Hic prædicit Christus gaudium suum ex ecclesiæ de resurrectione sua et excidio Iudæorum: dicens. Anima mea. i. ergo i. mul cũ mẽbris meis et tota ecclesia exultabit in domino reddẽs gratias de beneficio redemptionis et de vindicta iudeorũ et excidio eorũ, et delectabitur super salutari suo. i. de liberatione sua. Nam licet passio Christi fuerit amara: tamen effectus eius fuit nobis salubris et delectibilis et eius resurrectio memorabilis: quia diem dominicam cum delectatione et lætitia colimus in memoriam resurrectionis. sed Iudæis fuit in magnam confusionem. Ideo subdit.

Oĩa ossa mea dicẽt: domine quis similis tui? Eripiens inopẽ de manu fortiorũ eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.

Omnia ossa mea dicent. i. omnes apostoli qui sunt ossa mea et fundamenta ecclesiæ, in quibus apparuit robur et fortitudo, et omnes martires et cæteri fideles attribuendo tibi potestatem liberandi genus humanum, et mihi attribuendo meritum passionis: dicent et prę dicabunt per mundum: domine quis similis tui? quasi dicant nullus. Nam tu es eripiens pauperem hominem de manu dęmonũ fortiorũ eius; ex ponitur genitiuus eius pro ablatiuo ad modum græcorum. qui carent ablatiuo. i. de manu fortiorum se, et es eripiens egenum et pauperem expoliatum et sauciatum à latronibus diripientibus eum. Nam tu eripuisti illum hominem qui descendens ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones: quem expoliauerunt bonis gratuitis, et plę-

A gis affecerunt. & seminuum reliquerũt. Luce x. Iustum ergo egenum & pauperem sauciatũ tu Christe sanasti sanguine tuo, & suphumerum tuum portasti, & stabulario ecclesiæ cõmisisti, & à demonibus fortioribus & diripientibus, & depredantibus & expoliantibus eum eripuisti, quod nullus alius potuit facere, ergo quis similis tibi? quasi dicat nullus. Eodem modo eripuisti egenum & pauperem populum christianum de manu tyrãnorum fortiorum, & à diripientibus eum. Nam sicut primò liberasti illum populum de Diab. spiritualiter, ita postea liberasti eũ de membris Diab. temporaliter facta vindicta de Iudæis & tyrannis persequentibus ecclesiam. Ad cuius intelligentiam est notandum q̃ sicut Diab. per se in principio expoB liauit & eripuit & sauciauit Adam cum tota sua potestate, qui quidem Adam dicitur vt sic homo mysticus siue corpus mysticum & ecclesia, ita postea Diab. conatus est per membra sua. s. per infideles, & tyrannos persequi istum hominem egenum & pauperẽ, & maximè in nouo testa. Et ideo Christus non solum loquitur, & conqueritur hic in persona sui de Iudæis persequentibus & crucifigentibus eum, sed etiam conqueritur in persona istius hominis mystici cuius naturã assumpsit. Et cõqueritur primò de Diab. qui hunc hominem sauciauit, & ex consequẽti cõqueritur de membris Diab s. de tyrannis & infidelibus qui ipsum à iuuentute sæpe expugnauerunt: à quibus Christus istũ hominem tãm tẽporaliter q̃ spiritualiter liberauit, vt dictũ est. Ad hunc ergo intellectũ C potest & tota suprad. pars prima exponi. Dicit ergo homo sauciatus. s. ecclesia. O Dñe Deus iudica dęmones nocentes & lædentes me, quia sauciauerunt me in corpore & anima vulnere peccati, & fomite eiusdem, & expugna tyrannos & infideles, expugnantes me à iuuentute mea & vsq; ad iudicium. Et ideo tu Deus apprehende arma & scutũ humanitatis, & exurge & veni in carnẽ in adiutoriũ mihi. Nam aia Xp̃i & caro dicuntur arma cõtra Diab. ad offendendũ & defendendum. Nã in anima erant dona Spiritus sancti & oẽs virtutes. s. humilitas & caritas, quibus Christus vicit Diabo. Item caro Christi fuit scutum ad defendendum in quo Christus recepit ictus tormentorum & afflictionum & passionum pro nobis. Et sic Christus in sua incarnatione apprehendit arma & scutum,

in adiutorium nostrum contra Diab. Et sequitur. Effunde framea. i. extende gladiũ tuę passionis, & ecclesiasticę potestatis, & virtutis sacramẽtorum aduersus dęmones qui persequuntur me. Nam sicut gladius diuidit & radit & interficit: ita tua passio & ecclesiastica sacramenta delent & necant & extinguunt peccatum & interficiunt Diabolũ. Et ideo dic animæ meæ salus tua ego sum, & præcipe Diabolo, vt recedat, quia tuum pręcipere est facere. Item dic animæ meæ salus tua ego sum. i. da mihi salutem redemptionis, & sana me à peccato per tuam passionẽ, & confundantur & reuereantur Dœmones quærentes animam meam, vt videntes me redemptum, & ipsi Dœmones cogitantes, & machinantes mihi malas tentationes cõfundantur & conuertantur retrorsum cum viderint me sanatum & lotum à sorde peccati, & tuo caractere munitum, & fiant idest fugiant à me sicut puluis fugit & pellitur ante faciem venti, & Angelus Domini bonus sit coarctans & cogens eos fugere, & vię illorum sint & fiant tenebræ, ne possint me videre ad nocendum, & fiant lubricum vt victi cadant ne possint prędalere cõtra me. Et Angelus Domini sit persequens eos. Nam Angeli boni prohibent Dœmones, ne noceant nec prævaleant contra iustos & fideles, & sic reddit causam dicens, quoniam dę mones gratis. i. cum grandi desiderio abscoderunt mihi laqueum tẽtationis in interitu mortis in Paradiso terrestri, cum dixit serpens, nequaquam moriemini, sed si comederitis eritis sicut dii scientes bonum & malum, & sic incidi in duplicem mortem, s. corporis & animæ. Et isto modo exprobrauerunt & tentauerunt animam meam, & defrauderunt & deceperunt eam superuacuè & sine ratione. Fac ergo Domine vt laqueus tuæ passionis quem ignorat, veniat illi, & sicut ipse cepit me laqueo tentationis, ita tu cape & liga eum laqueo tuæ passionis. Et sicut ille fructus vetitus fuit muscipula ad capiendum hominem, ita sacramentum incarnationis, & passionis tuæ sit muscipula ad capiendam Diabolum. Quem laqueum & muscipulam incarnationis, & crucis ignorauit Diab. vsque ad resurrectionem, nam tũc cognouit se esse victum & expoliatum per triumfum crucis, quando Christus fortis, & potens in prælio cum triunfo descendit ad inferos & fregit portas æreas & vectes ferreos

T

Universidad de Deusto
Biblioteca

A reos, & expoliauit infernum. Et ideo sequit. Captio quam abscondit apprehendit eum: quia sicut per fructum illius arboris decepit hominem, ita per fructum arboris Christi deceptus est. Et sequitur cadat in ipsum laqueum. Quia sicut per lignum vicit, ita per lignum victus est. De quo beneficio redemptionis iste homo promittit se gratias acturū, cum subdit, Anima mea exultabit. Exponatur vt supradictum est. Sicut exposita est ista prima pars de Diab. ita potest exponi de mẽbris eius persequentibus ecclesiam, & sic ẽt totum residuum potest exponi in persona totius corporis mystici: Sed primo & principaliter debet exponi in persona Christi, qui primo in capite passus est, sed ex consequẽti potest exponi in persona ecclesię: nam quod Christus primo passus est in capite, postea passus est in membris.

B *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.*

In hac secunda parte prædicit secundum genus persecutionis & afflictionis Christi, quod fuit per falsa testimonia. Dicit ergo Christus. Surgentes testes iniqui Iudæi interrogabant me de his, quæ ignorabam, i. quæ nũquam feci nec commisi: quando me dixerunt blasfemum, & inimicum Cæsaris, & commouisse totam terram à Galilea vsq; Hierusalem, & tamen omnia ista ignorabã, quia nunquàm feci, nec alicuius horum conscius eram, quia quod non est, non cõtingit sciri. Et sic retribuebant mihi mala pro bonis. Nam ego sanaueram filios eorum, & resuscitaueram mortuos eorum, & ipsi procurabant mortem meam, & retribuebant mihi

C malum pro bono, & sterilitatem pro fertilitate. Et nota quòd Christus vsurpat hoc vocabulum translatiuè. Nam sicut ager dicitur sterilis quando in ipso seminatur bonum frumentum & triticum, & ipse pro frumento reddit carduos & spinas & lolium, ita Iudęi dicuntur steriles: nam Christus seminauit in eis legem euangelicam. & virtutes & bonã doctrinam, & ipsi reddiderunt mala opera & vitia & peccata. Item ipse seminauit in eis multa beneficia sanitatum, & dedit vitam filiis eorum resuscitando, & ipsi retribuerũt ei mortem pro vita, & odium pro dilectione. Ex quo patet quòd fuerunt steriles: vnde quæsiuit bonos fructus ex bono semine quod in eis seminauerat, & ipsi retribuerũt sibi fructus malos. In cuius figura maledixit ficulneam in qua non repperit fructum. D Tripliciter ergo Iudæi fuerunt steriles Christo. Primò quia non retribuerunt Christo fructus legis & doctrinæ. Secundò quia nõ retribuerunt præmium pro beneficiis collatis: imò fuerunt ingrati. Tertiò quia tribuerunt & procurarunt sibi mortem quæ dicit sterilitas & priuatio vitæ. Nam homo mortuus dicitur sterilis, quia non potest exercere fructus & opera vitæ. Ideo ait Christus.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Retribuebant mihi mala pro bonis, & sterilitatem, idest priuationem animæ. idest vitæ meæ. Et probo quod retribuebant E mihi mala pro bonis. Nam cum essem Deus ab æterno immortalis & impassibilis in sinu patris propter eos meipsum exinaniui formam serui accipiens, induens me cilicio humanitatis, in quo cilicio dum ipsi molesti essent mihi, ego humiliabam animam meam in ieiunio & afflictione, & orabam pro eis. Quasi dicat: ego pro eis induebar cilicio humanitatis, & affligebar, & ieiunabam & orabam pro eis, & ipsi erant mihi molesti retribuendo mala pro bonis, quia vocabant me voracem & potatorem vini, & blasfemum & demoniacum, & inimicum Cæsaris. Et tamen ego pro eis orabam in horto & in cruce, cum dixi, Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt, & tamen quia voluerunt resistere gratiæ Dei, F & sponte voluerunt obstinari & non conuerti. ideo oratio mea fuit eis sterilis & inutilis. Sed non fuit oratio mea simpliciter inanis, & vacua. Nam in sinu meo conuertitur, idest conuersa est illa oratio in membris meis quæ sunt in sinu meo. & & in ecclesia mea, quia illis profuit oratio & passio mea, licet obstinatis fuerit sterilis. Sed hoc non fuit ex defectu meo sed ex defectu eorum. Nam.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrũ sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Ego quasi proximum & quasi fratrem meum sic complacebam, i. tolerabam & sustinebã eos, dum me affligerent, & persequerentur. Et ego quasi lugens eorum perditionem

A nem cõtristatus sic humiliabar, nõ maledicendo nec murmurãdo: sed patienter tollerando eorum conuicia, & opprobria. Et nota quod quãdo aliquod verbum neutrum actiuitium vsurpat significationem actiui transitiui similiter vsurpat regimẽ, & mutat ordinem cõstructionis. Vnde noceo, noces. est verbum neutrum acquisitiuum: & tamẽ quãdoque ponitur pro lædere, & sic vsurpat significationem verbi actiui: ideo tunc ordinatur cum accusatiuo, vt dictum est supra. Iudica Dñe nocentes me. Pari modo placeo, places. in hoc loco pro tollerare, & patiẽter sustinere: ideo ordinatur cum actiuo. Nam quando quis alium tolerat, & patienter ei morem gerit: dicitur ipsum complacere. i. complacendo ipsum tolerare, & sustinere, ideo ait hic Christus. Quasi proximum & B fratrem sic complacebam. i. complacendo tollerabam, & patienter sustinebam. Vel subintelligitur hæc præpositio super: complacebam quasi super proximum, & fratrẽ. In hebræo autem habetur, Sicut ad proximum & fratrem ambulabã. ideò sequitur. Et quasi lugens, & cõtristatus sic humiliabat, i. humiliter & patienter tollerabã, sicut quis tollerat fratrem suum. Item est aduerbium Fm Augustinum: & Christus in superiori verticulo etiam vsurpat, & transfert illud vocabulum cilicium. Nam caro humana dicitur cilicium translatiuè. Nam sicut cilicium contextum ex pilis caprinis, & setis bestiarum est asperum: intantùm & punit & affligit carnem hominis pœnitentis: ita pariter caro nostra dr cilicium respectu C animæ inquantùm stimulat eam, & spinis cõcupiscentiæ & pœnalitatum pungit animam in pœnam peccati originalis. Sed est aduertendum quod in carne, quam traximus ab Adam, sunt seminata duo genera spinarum. Primò sunt inflictæ spinæ cõcupiscentiæ, & libidinis: & ista dr corruptio naturæ & lex membrorum, quæ per cõtactum infligit culpam originalem in anima, & per consensum culpam actualem siue peccatum mortale. Secundò sunt inflictæ & seminatæ spinæ pœnalitatum, sicut sunt dolor labor, fames, fetus. Et hæc duo genera spinarum traximus ab Adam, & genitoribus nostris per generationem naturalem, & libidinosam. Sed Christus qui sponte assumpsit nostram carnem, non per generationem naturalẽ sed opere Spiritussancti noluit assumere primum genus spinarũ in cilicio carnis, sed assumpsit fm. s. spinas pœnalitatũ. Ideo ait Aug. 1. de baptismo paruulorum, q assumpsit pœnas peccati sine peccato. In hoc loco etiam dicit Aug. q similitudo & vestigium peccati, sed nõ peccatum erat in Dño. Hoc ergo cilicio induit se Dñs. s. carne sine pctõ, sed cum spinis pœnalitatum: hoc cilicium pungebat, & affligebat Christum pro nobis, quia talem carne assumpsit, vt esset instrumentum ad patiendum & merendum pro nobis. Hoc ergo cilicio se induit Christus ad agendam pœnitentiam pro nobis.

Et aduersum me lætari sunt & cõuenerũt: cõgregata sunt super me flagella & ignorani.

Hic conqueritur de coniurationibus, & insidiis factis contra eum, de quibus petit liberari petendo vltionem. Vnde nota q in illa persecutione & passione Christi, fuit E coniuratio, captio, falsa testimonia, flagellatio, irrisio, crucifixio: ideo hæc omnia explicat hic Christus. Vnde ait, & Iudæi lætati sunt malignando contra me, & conuenerunt & congregati sunt contra me in atrio principis sacerdotum, inferendo, & procurando mihi flagella, & ignorant falsa crimina quæ mihi imponebant, quia nunquàm talia commisi. Vnde de communi locutione ea quæ non fecimus dicimur communiter ignorare. Sed postea visis miraculis factis in mea passione.

Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, fremuerunt super me dentibus suis.

Dissipati. i. discordes & confusi, nec tamẽ compuncti sunt, nec moti ad pœnitentiam præ iniquitate & cecitate, imò adhuc tenta- F uerunt me & subsannauerunt me nasum rugando subsannatione iniquitatis, dicendo: alios saluos fecit, & seipsum nõ potest saluũ facere: si filius Dei est descendat de cruce & credimus ei: & ita ex iniquitate frenduerũt super me dentibus suis, mihi conuicia iniquè inferendo. Deinde cum dicit,

Domine quando respicies? restitue animã meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.

Petit liberari. Vnde ait. O Domine patet quando respicies in me supplet ergo postq iniustè patior, restitue animam meam corpori me resuscitando: & liberando eam à malignitate & nequitia eorũ, & libera vnicam animam meam à leonibus Iudæis superbis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A perbis: quia vnica est sine pctō & sic iniustè patitur, & per consequens iustè me debes & potes liberare. Deinde cum subdit,

Confitebor tibi in ecclesia magna in populo graui laudabo te.

Promittit agere gratias pro tali liberatione. Ideo ait. si tu resuscitaueris me, ego cōfitebor tibi in ecclesia magna toto orbe diffusa festū resurrectionis, & diem Dñicam celebrando in memoriam resurrectionis, & celebrando exteras festiuitates pro beneficiis receptis, & laudabo te in populo graui, & potenti quasi dicat: quod postq̄ iudæa, & Synagoga noluit me recipere: ideo ipsa repiobata conuertam me ad populum gentilem: qui est populus magnus & validus & potēs & in illo populo dilatabo ecclesiā meam à solis ortu vsque ad occasum: in qua ecclesia
B magna, & populo graui, & potenti laudabo te. quia in eō celebrabuntur diuina officia, & festiuitates.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Hic petit vltionem de iudæis. Ad cuius intellectum est notandum, quod duplici pœna affliguntur & vrūtur, & friguntur iudæi, & frigebantur pro tunc. Primò pœna interiori quia non potuerunt adimplere desideriū & intentum suum de Christo: imò euenit eis oppositum. Nam ipsi putabant se Christum annihilasse postquam viderunt ipsum in cruce mortuum: & putabāt euasisse pœnas quas Christus eis cōminatus fuerat: sed oppositū eis eccidit. Nā resurrexit à mortuis, & fuerūt frustrati in desiderio suo: quod potius fuit pro eis, quia pp pctū mortis Christi fuit ciuitas eorum destructa. Secunda pœna fuit exterior, quia qñ iudæi vident quod aliæ nationes receperunt Christum, ipsis reprobatis & captiuis, tunc patiuntur confusionem maiorē, maximè cū improperatur eis mors Xpi. Et sic duplici pœna, & cōfusione vrunē, & friguntē. s. in corde, & in oculis & aspectu hominū. Et hanc dupplicē pœnā & cōfusionem petit & pdicit Xps pro iudæis obstinatis. Ideò primò petēdo prædicit primā cōfusionē iudæorū interiorē. Secundò secundā in oculis, ibi erubescant. Dicit ergo O Pater resuscita me supple, vt non supergaudeant mihi iudæi quia aduersantē mihi iniquè, & qui oderunt me gratis & sine causa, & qui annuunt oculis mē irridendo, & subsānādo nam rugando nasum me subsannabant, & annuendo & signando oculis me irridebāt: ideò pater fac vt non videant intentum, nec compleant desiderium suum.

Quoniam mihi quidē pacificè loquebātur: & in iracūdia terræ loquētes dolos cogitabāt.

Mihi quidem pacificè loquebantur dicēdo. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, sed in ira terræ. s. in ira terrena, & maliuola loquentes dolos cogitabant cum dicebant, si licebat censum dari Cæsari an non: quia illud dicebant vt me caperent in sermone, & me inducerent in irā, & indignationem terreni populi, si diceremq̄ sic, aut in indignationem Cæsaris si dixissem q̄ non erat licitum dari sibi censum: & sic loquebantur in iracundia terræ vt incurrerem iracundiam, & indignationem terrenam, & temporalem. s. populi iudæorū aut
B Imperatoris. Et ideo cum tenuerunt captū & ligatum ante Pilatum: dixerunt quod erā inimicus Cæsari, & cum Pilatus me flagellauit, & cum me viderunt in cruce, tunc fuerunt gaudentes.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerūt euge euge viderunt oculi nostri.

Ideō lætemur, quia oculi nostri viderunt quæ desyderabamus. Nota quod cōmuniter tenent magistri iudæorū ex hoc textu. s. Ad uersantur mihi imiquè, & qui oderūt me gratis, & similibus in sacra scriptura, quod illa lōga captiuitas, & punitio q̄ patiuntur iudæi dispersi per mundum non prouenit nisi ex odio sine causa, & gratis concepto contra Deum, vel aliquem iustum. Et sic ceci, & obstinati murmurarit contra Deum quærentes
C de hoc peccato propter q̄ patiuntur, de quo tractabitur psal. 108. & 68. In ergo

Vidisti Domine ne sileas: Domine ne discedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus & Dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam Dñe Deus meus, & non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis euge euge animæ nostræ, nec dicant deuorabimus eum.

Vidisti iniquitatem istorum iudæorum, ideo ne sileas peccata eorum tegendo, & desyderia corū implendo, & ne discedas à me auxilium denegando. Sed exurge, & intende in iudicium meum, & in causam meam examinando, & defendēdo: quia tu es Deus meus, & Dñs meus per specialem gubernationem.

A nationem. Et iudica me secundum iustitiam tuā quia tu es iustus iudex, & scio q̄ nō permittes mihi iniuriam fieri, sed denegabis auxilium secundum consuetudinem iustitiæ tuæ, quæ tribuit vnicuiq; secundum opera sua, & ideo cum fiducia audeo dicere: vt me iudices secundum iustitiam tuam: quia tu es Deus meus. Et ideo fac: vt non supergaudeant mihi lætantes de morte mea, & non' dicant in cordibus suis euge euge animæ nostræ, ideō lætemur, & gaudeamus in anima nostra. Et ne dicant deuorabimus eum, ideō lætemur, quia deuorauimus eum. Sed

Erubescant & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.

Erubescant dico simul, & reuereantur, id est vt reuerendē in facie & corde, qui gratulantur malis meis. q. d. q̄ non solum in corde vrantur: quia non impleuerunt desideriū
B mīnū: qñ vident me resurrexisse, & videāt populum gaudēte me in Messiam suscepisse.

Induantur confusione, & reuerentia: qui maligna loquuntur super me.

Induantur confusione & reuerentia, i. vt recundia, & timore oēs iudæi qui maligna loquuntur super me. q. d. reperiantur mēdaces & conuincantur in omnibus criminibus quæ mihi imposuerunt. Et per oppositum.

Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem servi eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Exultent gestu, & lætentur in facie omes
C christiani populi qui volunt iustiriā meam. s. qui receperunt legem euangelicam iustificēt dominum in ecclesia omnes qui volūt pacem Christi serui eius, scilicet omnes qui adhærent Christo filio eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuā, id est lingua mea pronunciabit & prædicabit per totum orbem iustitiam tuam quam credit, & meditatur in corde & mente. Et tota die, & omni tempore annunciabit, & prædicabit Christū Iesum Christum filium tuum quem misisti saluatorem in mundum. Ex supradictis patet, q̄ iste psalmus non potest verificari litteraliter de ipso Dauid nec de aliquo alio, nisi de solo Christo. Nam passio Christi magis vt memorari historialiter in hoc psalmo q̄ profecē, & sic magis vī Dauid Euangelista, q̄ profeta in hoc psalmo: vt pōt patere intuenti. Sed contra totam cōceptionem arguitur, & vī quod Christus non loquatur in hoc ps. Primò, sic: nam Christus orauit semper pro inimicis, & persequentibus eum: Sed iste qui loquitur in hoc ps. petit vltionem de inimicis, & persecutoribus: igitur Christus non loquitur in hoc ps. Secundò sic, nā Christus semper ab instanti suæ cōceptionis, fuit certus de sua resurrectione: vt dictum est ps. 15. ergo non oportuit ipsum rogare pro sua resurrectione. Sed iste continuè orat in hoc ps. pro sua liberatione: ergo iste non est Christus. Ad primum respondetur, q̄ verba huius ps. & omnium aliorum potius sunt intelligenda ad sensum in quo fiunt: quā ad sensum quem literaliter & mortaliter faciunt. Vnde dictum est in prologo, quod multipli
E ci ratione ps. procedunt per modum orationis ex parte Christi. Vno modo ad exprimēdam auctoritatem patris: ad quē pertinet tribuere vnicuiq; quōd sibi debetur, & ideo debet iudicare inter Christum hominem, & iudæos persecutores ipsius Christi. Ideo Christus per modum orationis explicat iustitiam patris: & iniquitatem, & finalem obstinationē iudæorum; & sic prædicit eorum punitionem, & damnationem. Secundò modo hoc dī ad firmitatem, & certitudinē profetiæ eo q̄ Christus semper fuit exauditus pro sua reuerentia, & ideo Christus nō dicit hoc vt petat vltionem sed vt pdicat certissimam punitionem, & dānationem iudæorum pp suam obstinationem. Tertiò vt ostendat se mediatorem. Ad secundum est dicēdum, q̄ omnis oratio Christi facta in ps. duplicem sensum F importat. Nam primò prædicit suam liberationem & resurrectionem, & exaltationem. Secundò petit à patre liberationem, & redēptionem, & resurrectionem, & exaltationē membrorum suorum pp merita suæ passionis, & sic potius orat pro nobis, q̄ pro se. Nā Christum ad patrem orare nil aliud est nisi suam passionem patri pro nobis in satisfactionem offerre, & misericordiam patris, & Christi caritatem explicare & se mediatorē inter nos & patrem ostendere. Et hæc est causa quare Christus in psalmis procedit per modum petitionis, & orationis.

PSALMVS XXXV.

D*Ixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Titulus, In finem, siue ad victoriam seruo domini Dauid. Ex titulo apparet quod Dauid seruus domini fecit hunc psalmum dirigens nos in Christum qui est finis legis. Qui quidem psalmus varie exponitur apud Hebræos. Nam quidam dicunt quod Dauid fecit hunc psalmum in persona populi cupientis exire de captiuitate Babylonica, & redire in terram fertilem promissionis scilicet in iudæam. Vnde dicit. Iniustus, & iniquus Nabuchodonosor cum populo Babylonico: dixit id est deliberauit delinquere, & opprimere populum Dei: eo quòd non est timor Dei ante oculos eius, sed superbia, & infidelitas. Sed tu dñe Deꝰ Israel liberabis seruos tuos, & inebriabis, & satiabis eos ab vbertate, & abūdantia domus tuę. (terrę promissionis, quę est domus tua. Sed ista expositio est falsa. Primò
B quia maior vbertas, & abundantia bonorum naturalium, & artificialium erat in Babylonia quam in Iudæa. Secundò, quia in hoc psalmo, non memoriatur, nec promittitur vbertas temporalis, sed spiritualis, & celestis, propter id quòd sequitur. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ideo alii dicunt quòd Dauid fecit hunc psalmum in persecutione Saulis: videns quod Saul deliberauerat absque causa ipsum interficere: ideo petit hic liberari per diuinam largitatē, quę omnibus prouidet, & absoluit innocentes. Sed nec talis expositio sufficienter explicat intentum prophetæ, nec intelligentiam huius psalmi. Nam maiora bona petuntur, & promittuntur in hoc psalmo quàm sint bona temporalia, & etiam quia bona spiritualia sub alio ordine prom
C tuntur. Ideò præsuppositis principiis superius sæpe memoratis scilicet, quod Dauid est vere propheta, & habuit duplicem spiritum, & quod per persecutiones suas præuidit in spiritu persecutionē Christi, & mysteriū nostræ redemptionis, & quod Dauid, & cęteri antiqui in sola fide, & spe Christi fuerunt saluati: Est ergo dicendum quod Dauid per totū discursum suę persecutionis & exaltationis præuidit totum discursum malitię & inuidiæ Synagogæ contra Christum, & discursum nostræ redemptionis, & præuidit præmium bonorum, & punitionem malorum, & ideo fecit hunc psalmum. Ad cuius intelligentiam est notandum quod Dauid p obstinationem, Saulis præuidit obstinatiō nē, & malitiā iudęorū cōtra Christū. Sed est aduertendum, quòd obstinatio Saulis proD uenit ex superbia, primò, & principaliter, nam superbia non patitur superiorem nec æqualem, ideo. Saul superbus, siue ex superbia prorupit in inuidiam non valens sustinere prosperitatem & honorem Dauid, quia populus canebat. Saul occidit mille, & Dauid decem milia, & hęc inuidia occecauit mentem eius, ne posset audire bonum aliquod de Dauid, vt patet quando Ionatas, & Abimelech excusabant Dauid, quia eos nolebat audire. Item Saul ex inuidia, & malitia occecatus, non cognoscebat se agere cōtra conscientiam, & contra legem Dei, ideo cum quis volebat allegare legem Dei, nolebat audire, & sic inueteratus in malitia, factus est ignorans in lege domini, quę ignoratio dicitur crassa & affectata, quando pronenit ex passione & consuetudine peccandi: quia vt sic omnis malus est ignorans. Ethi
cor. Et sic ex tali ignorantia, & malitia ipse Saul venit in contemptum Dei, & falsam opinionem de diuina prouidentia. non credens Deus regere actus humanos. Quod patet, nam relicta spe diuina, adiit & recurrit ad Pythonissam, & sic obstinatus interiit in monte Gelboe, vt patet. 1. Regum vltim. Per istam ergo obstinationem Saulis præuidit Dauid in spiritu obstinationem iudęorum contra Christum. Nam idem ordo seruatus est in obstinatione eorum, nam primò sacerdotes, & farisei ex superbia christi omnes studebant auaritiæ ad sustinendum fastigium, & statum suum, & ideo videF tes Christum prædicantem contra superbiam, & auaritiam eorum, & videntes populum sequentem Christum, sauciati zelo inuidiæ, & occecati, nec poterant intelligere, nec audire doctrinam Christi legem declarantis, imo tunc pèrterterunt totam intelligentiam legis diuinæ, quæ promittit Messiam, vt redimeret eos à captiuitate diaboli, & daret eis vitam sempiternam, & bona spiritualia, & cœlestia. Sed ipsi mallent, & auaritia occecati noluerunt intelligere sacramenta Dei, ad sensum spiritualem, nec voluerunt recipere Messiam bona spiritualia, largientem: sed temporalem Messiam expectare statuerunt. Et ex tali malitia & ignorantia crassa diuinam prouidentiam negauerunt, agentes contra legem & conscientiam. Et sic quando viderunt Christum cum tanto honore in Hierusalem

A salem ingredientem, & pueros clamantes: Benedictus qui venit in nomine domini, tunc Deum, & legem, contemnentes ipsum Christum interficere statuerunt. Ex quo patet, quòd ex superbia prorūperunt in auaritiam & inuidiam, & ex inuidia in falsam intelligentiam Dei & ignorātiam, & ex ignorātia in contemptum Dei, & obstinationem. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu, fecit hanc psalmum. In quo tria facit. Nā primo prædicit obstinationem iudęorum cū suis causis. Secundò cōfutat prædictam obstinationem, & falsam opinionem iudæorum describendo diuinam prouidētiam per beneficium nostræ redemptionis factæ per Christum. Tertiò orat propheta in persona ecclesiæ præseruari per gratiam Christi à tali pestiferā opinione, & obstinatione. Secundum ibi.
B Domine in cœlo misericordia tua. Tertium ibi. Prætende misericordiam tuam scientibus te. Quantum ad primum ponit vnam conclusionem, scilicet q contemptus Dei qui prouenit ex superbia, & ignorātia legis: fuit causa obstinationis iudęorum. Probat: nam sicut humilitas est causa pœnitentiæ & timoris Dei, ita superbia est causa contēptus. Nā ex humilitate sequitur fides, quia humilis subiicit intellectum legi diuinæ, & credit his quæ in lege continentur, & per consequens credit in deum, & credendo diligit, & sperat in eum, & ex tali caritate sequitur timor dei filialis, quia timet Christum perdere, & etiam sequitur timor seruilis, quia timet futurum iudicium, & sic mouetur ad pœnitentiam, si erat in peccato, & quando est in
C gratia timet dominum offendere ne perdat gratiam, & ne puniatur in iudicio. Ex quo patet, quòd sicut ex humilitate sequitur fides, spes, & caritas, & timor dei, & per consequēs conseruatio in gratia, ita per oppositum ex superbia sequit omne malum. Nam primò sequitur infidelitas, quia superbus non vult subiicere intellectum legi, & sic non credit, nec vult operari secundum legem, & sic cōtemnit deum, ex quo cōtemptu sequitur obstinatio per longam consuetudinem peccandi, sicut accidit iudæis crucifixoribus Christi. Ait ergo Dauid, populus iniustus iudæorum, siue cętus sacerdotum & farisæorum, dixit, id est, deliberauit in semetipso, vt delinquat, quia supple non est timor Dei in conspectu eius, quasi dicat, quòd ideo illa synaga deliberauit peccare, & interficere Christum, quia non erat timor dei, imo contemD ptus in cōspectu eius, nam quia contempsit deum non credendo futurum iudicium, nec deū habere prouidentiam de actibus humanis, ideo statuit delinquere Christum interficiendo, nam qui non timet futurum iudiciū, non credit diuinam prouidentiam, & sic negat primum principium in actibus humanis, & in moralibus. Nam sicut in scientiis speculatiuis est dare vnum principium, & vnā propositionem maximam, quā necesse est quēlibet docendum habere, qua negata nil cōuenit scire vt patet primo Posteriorum, & iiii. Metafysicæ, ita in moralibus, & in scientia diuina de actibus humanis est dare vnum primum principium. s. q nullū bonum irremuneratum, & nullū malū impunitū, & q deus est iustus iudex præmiator omnis boni & punitor omnis mali hic: vel in futuro. quo principio negato: nil cōuenit bene operari. Vnde E
negatio huius principii prouenit ex superbia & infidelitate, ex qua sequitur cōtēptus dei, & cōsuetudo peccandi, & exinde obstinatio. Et ideo subdit, quoniā, id est, quapropter iste iniustus, & iniquus non timens deū dolose egit in cōspectu eius, quia cum dolo per insidias insidiatus est Christo, & persecutus est eum, imponendo falsa testimonia, intantum vt iniquitas illius populi iueniatur ad odiū, id est, conuersa in odium, & obstinationem contra Christum. Dicere enim in corde idē est quod deliberare: vnde cogitatio præcedit deliberationem, vnde qui solum cogitat nōdum dicit, sed cum deliberat facere, tūc iā dixit in corde. Et sic iste iniustus dixit, id est, delibe rauit in semetipso, vt delinquat, id est, deliberauit delinquere & opprimere iustū, & hoc accidit, quia nō est timor Dei ante o- F
culos eius: quia principium omnis sapientiæ, & omnium actuum bonorū humanorū est timor domini, quo negato & cōtempto, est impossibile aliquod bonū operari sed est necesse omnia scelera perpetrari, vt dictū est psa. xiii. Nota quòd dicere prius conuenit intellectu, & ex consequenti cōuenit voluntati, tertio cōuenit linguæ, vñ intellectus qñ intelligit vel cogitat: dicit. item voluntas qñ debebat & proponit: tūc dicit quòd intellectus cogitauit, itē lingua dicit quòd voluntas primò dixit, & deliberauit. Et sic in diuinis pater dicit verbum suum ab æterno per intellectū: sed ex tempore dixit creaturas per voluntatem: quando dixit. Fiat lux, & facta est

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lux. Sed postea locutus est dñs multitudine p linguas pfetarū, sed similiter loquitur est nobis p linguā filii: & iuste locutus est sp linguam propriam sibi vnitā personaliter. Qui ergo dicitur in hoc psalmo. Dixit iniustus: idem est quod deliberauit & proposuit iniustus populus iudeorum deliberauit in semetipso delinquere, Christum occidendo: eo quod non est timor Dei in conspectu eius, quia non habuit Deum pre oculis, imo contemnendo Deum deliberauit Christum occidere. Et quia malum propositum mandauit executioni fraudulenter per insidias, & falsa testimonia, ideo subdit,

Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

Quoniam, i. propterea, i. negato illo principio, & quia non habuit timorem ante oculos dolose egit in conspectu eius, i. in conspectu Dei, non timendo eius iudicium, intantum vt iniquitas eius inueniatur ad odium Dei & proximi: quia sua iniquitas conuersa est in odiū & obstinationē. Et ideo sequitur,

Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

Verba oris eius iniquitas & dolus. Nam iudei primo loquebantur cum Christo cum dolo & fraude, vt caperent eum in sermone dicentes: Magister scimus quia verax es. Secundo loquebantur iniquitatem contra eū, quando vocabant eum demoniacum, & blasphemum. Et hoc accidebat à superbia & inuidia, eo q impropterabat eis peccata legis. Io occecatus ille populus malitia nolunt intelligere legem Dei ad bonum sensum spiritualē sicut Christus prædicabat, sed carnaliter, C & temporaliter volunt intelligere, ne bene ageret & operaretur, & sic occecauit eos malitia eorū, ne intelligerent sacramēta Dei in lege scripta, & per Christū prædicata. Sequit.

Iniquitatē meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ: malitiam autē nō odiuit.

Sanciatus ille populus inuidia & malitia, mediatus & machinatus est iniquitatem in cubili suo quomodo Christum occideret, & sicut cogitauit ita executioni mādauit, quia astitit viæ non bonæ, imo pessimæ, quando Christum tradidit Pilato crucifigendum, & sic factus est obstinatus, quia malitiam non odiuit, imo malitiam & iniquitatem dilexit. Et in illa obstinatione manet vsque in hodiernum diem. Ex quo patet quōd consuetudo peccandi, & superbia, & inuidia fuit causa occecationis, & obstinationis iudeorum, D eo quod Christus prædicauit veritatem legis contra eorum mala opera, nam qui male agit odit lucem, ne videantur eius opera mala. Ex quo patet quōd ignorantia iudeorum est damnabilis, quia crassa, & affectata. Verumtamen licet Dauid prædicat hic profectē obstinationem & cecitatem iudeorum ex contemptu Dei, tamen ista particula ista prædicta potest exponi de quolibet obstinato & hæretico. Nam obstinatio procedit ex contemptu Dei & contemptus venit ex superbia, & infidelitate, & consuetudine peccati, quæ omnia proueniunt ex cōtemptu Dei. Nam negato illo principio, vnusquisque prorumpit in omnia scelera, sicut dictū est psalmo. 13.

Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.

Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

In hac secunda parte Dauid improbando falsam opinionem iudæorum, & aliorum hæreticorum de diuina prouidentia, & detestando obstinationem eorum: confitetur diuinam prouidentiam circa omnia, & specialiter circa actus humanos per beneficium redemptionis. Nam sicut dictum est, iudei zelo inuidiæ, & malitiæ occecati, propter rerum superbiam & anaritiam non solū Christum negarunt esse Messiam & Deum, sed etiam noluerunt doctrinam eius audire, & sic legem negauerunt verum sensum repellendo, & falsum sensum tribuendo, & sic Christum & legem oderunt, & ipsum interfecerunt, & negando Christum & legem, etiam negarunt diuinam prouidentiam, imo negando Christum esse Deum, negauerunt totam legem & prophetas, vt dictum est psal. 13. Nā diuina prouidentia maximē fuit ostensa in incarnatione filii Dei, & nostra redemptione, nequam nihil valuisset hominem creari, nisi redimi profuisset, vt ait Gregor. & Aug. Dicit ergo Dauid. O domine licet iudei obstinati contempserint, & negauerint te esse Messiam, & negauerint diuinam prouidentiam, & Deum esse iustum iudicem, tamen ego detestando eorum malitiam & obstinationem, confiteor diuinam prouidentiam se extendere circa oia, & Deum esse misericordē & veracem, & iustum iudicē præmiatorē bonorum & malorum. & q non reliquie bonum

A num irremunerarum, nec aliquod malū impunitum, & confiteor quōd in cœlo est misericordia tua, & veritas tua descendit vsq; ad nubes, & iustitia tua est, sicut mōtes Dei, & iudicia tua multa sicut abyssus. Intantū q tu domine saluabis nō solū homines, sed iumēta quo ad vitam temporalem. Ex quo patet q prouidentia tua est in cœlo, & in nubibus, & in terra, & in mari, & in abyssis inferni, & prouides hominibus & bestiis de vita temporali, quia creasti hærbam pro bestiis, & fructus terræ pro hominibus. Vnde est notādum, q ad ostendendam diuinā prouidentiam, Dauid hic ponit quatuor terminos ex parte Dei. Ponitur enim misericordia, veritas, iustitia, & iudicium, quæ dicunt & explicant diuinam prouidentiam. Secundò memorantur quatuor partes, s. cœli, nubes, mōtes, abyssus. Oceanus sitie infernus, quę comprehendunt totum mundum. Et memorantur duo genera animaliū. C homines & iumēta, per quæ quasi includuntur oia animātia. Et sic apparet vniuersalē prouidentiā Dei se extēdere per oia & circa oia. Sed ista prouidentia dī generalis circa oia, quātū Deus à principio creationis habet. Sed alia specialis prouidentiam habet, & ostendit Deus circa genus humanum in nostra recreatione. Vnde sicut creatio mundi fuit figura recreationis ecclesiæ ita prouidentia generalis quam habet Deus de vniuersitate creaturarum, est figura specialis prouidentiæ circa actus humanos, quam Christus mōstrauit in nostra redemptione & recreatione. Vnde licet prædicta litera teneat verum de vniuersali prouidentia Dei circa oia creata, tñ termini positi in litera ostendunt, q loquitur specialiter de prouidentia speciali, circa actus humanos. Vnde Christus q est ipsa misericordia & veritas & iustitia maximē ostēdit suam misericordiam hominibus & angelis in cœlo, vbi eos beatificauit: quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ad Titum. 3. Ité ēt per cœlū intelligitur Christus, in quo solo ostēditur misericordia. Per nubes intelligūtur apostoli, per quos veritas euāgelica prædicata est. Per mōtes Dei intelliguntur martyres, & tota ecclesia fundata in montibus sanctis, in qua est firmitas iustitiæ euangelicæ. Per abyssum intelligitur infernus, in quo manifestantur diuina iudicia, & indicati puniūtur. Item per homines intelligitur populus Dei: cui Deus dederat legem, & sic tanq̄ homines viuebant. Et per iumenta intelligitur populus gentilis, qui tanquām bestiæ sine lege viuebant in bestialibus voluptatibus. Dicit ergo Dauid. O domine tanta est prouidentia tua circa actus humanos, quod in cœlo est misericordia tua, i. per misericordiam tuam hominibus iustus beatificationem in cœlo præparasti, & veritas tua vsq̄ ad nubes, i. apostolos descendit, quibus pluuiam tuæ veritatis communicasti, qui ut nubes volantes per totum orbē pluuiam euangelicæ veritatis sparserunt. Et iustitia tua fuit firma sicut montes in ecclesia, i. tua iustitia, i. tua lex euangelica quę dicetur iustitia inquātum homines iustificat: fuit in montibus firma. i. in hominibus fidelibus. & iudicia tua quæ fecisti de bonis & malis sunt multa. i. profundissima sicut abyssus. i. sicut oceanus. Vnde ly multa potest et fē adiectiuum de ly iudicia, & tunc est sensus sunt multa in numero & profunda. sicut aquæ abyssiles sunt multæ & profundæ, vel potest esse adiectiuum de ly abyssus cum sit semini generis, & tunc est sensus, sunt tanquam abyssus profundissima et magna. Nā iudicia Dei quare quosdam prædestinauit, et alios non, et quare elegit hos, et non illos, et similia iudicia sunt profundissima: et incomprehensibilia, sicut abyssus Oceani. Potest etiam per abyssum intelligi infernus, vbi est multitudo damnatorum, in quibus apparent iudicia Dei. Iste sequitur, Homines et iumenta saluabis domine. i. sicut saluasti in vita temporali homines, et iumenta indifferenter: quia omnibus prouidisti de cibis tēporalibus ita indifferenter saluasti salute spirituali de hoibus. i. iudæis. et de iumentis. i. de gentilibus. nam ex utrisq; vnam ecclesiā congregabis. Sed quare quosdam saluasti, et eis gratiam tribuisti, et quosdam non, hoc quidem incomprehensibile est, quia iudicia tua abyssus multa: nam eos quos saluasti, ab æterno prædestinasti, cum nondum fuissent, nec aliquid boni fecissent. Ergo non ex propriis meritis saluasti, sed quemadmodum voluisti, et sic in eis misericordiam tuam multiplicasti, magis in eis quām in aliis: quia non est currentis, nec nolentis, sed Dei miserentis. ad Rom. 11. Ex quo patet q ista particula potest exponi de diuina prouidentia, prout naturaliter et temporaliter se extendit ad omnia creata indifferēter, et per figu-

ram

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ram etiam potest exponi, prout specialiter se extendit ad actus humanos, & magis specialiter & spualiter, prout Deus prouidit lapsui nostro per incarnationē & redēptionē.

Hoīes & iumenta saluabis dñe, quemadmodum multiplicasti misericordiā tuam Deus.

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Homines & iumēta saluabis. Hic incipit forsan snia probationis huius quæstionis. s. q̄ Deus habet specialem curam de hominibus. Vnde dicit Dauid. O domine licet tu indifferenter saluabis & sāues homines & iumēta, siue bestias temporaliter & corporaliter: quia omnibus das vitam temporaliter per cibum corporalem, aūt pro sed filii hominū, i. homines specialiter sperabunt sub tegmine
B alarum tuarum, vt des eis aliam vitam spiritualem, & salues eos à peccato, quemadmodum multiplicasti in eis misericordiam tuā magis quām in iumentis: ideo vltra vitā corporalem sperant à te aliam vitam, & salutē spiritualem, vt protegas eos in tegmine alarum tuarum in cruce, hic in ecclesia per gratiam, & in futuro per gloriam.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quando amplexus fueris eos sub tegmine alarum gratiæ tuæ inebriabuntur, & satiabuntur vbertate & abundantia sacrorum domus. s. ecclesiæ tuæ hic per gratiā, & potabis eos de torrēte voluptatis, & fruitionis, & sęlicitatis tuę de cęlo per gloriā. Itē satiabis eos de torrente uoluptatis doctrinæ tuæ in hac ecclesia, & de torrente uisionis claræ &
C facialis in alia. Item inebriabuntur ab vbertate pretiosi sanguinis domus. i. lateris tui, vnde procedūt ecclesiastica sacramēta. Nā sicut ecclesiastica sacramēta sunt cibus animæ, ita euangelica doctrina est potus eiusdem, quibus correspondent visio & fruitio in patria. Ideo subdit,

Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

O domine Iesu, tu satiabis & saluabis, & inebriabis, & potabis eos, quoniam fons vitæ gratiæ, & gloriæ est apud te, quia gratiā, & gloriam dabit dns, & in lumine tuo videbimus lumen hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Vnde nota q̄ Christus qui est verbum patris specialiter dicitur vita & lux. Nam inquantum Deus omnia per ipsum facta sunt, & ab eo emanant omnia creata, sicut radii solares à sole. Ideo omnia habent D
ab eo, & in eo uitam, & esse, & conseruātur in esse. Ideo ait Io. 1. Quod factum est in ipso uita erat, nam intantum res sunt, inquantū verbū influit eis uitā & esse, & inquātum lucet in eis per essentiam. Sed specialiter verbum, quod est scia patris, lucet in angelis & hoībus per intellectum, & sic causāt in eis intelligentiam, & lumē sciæ naturalis. Et ideo subdit Ioannes, & Christus qui est vita omnium, erat lux hoium. Sed ultra istā gñalem lucem, siue gñale & naturale lumen Christus incarnatus influxit aliud lumen supernaturale doctrinæ hoibus in sua prędicatione & lege euangelica. De quo Ioannes subdit. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eā non comprehenderunt. Nā Christus erat lux vera, quæ illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū. Et istud dicitur lumen fidei & E
gratiæ. De quo Esa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Sed loco huius luminis in patria erit lumen gloriæ qui est Christus. Sed vt possimus videre & apprehendere illud in comprehensibile lumen, Deus creauit in nobis, & in intellectu nostro illud lumen, nam per lumen naturale intellectus agentis non possemus intueri illud incomprehensibile lumen obiectale. Ex quibus patet q̄ duplex lumen influxit Christus in nobis. s. lumen fidei, ut ipsum Deum hic cognoscamus, & intueamur per gratiam, & in patria lumē gloriæ, vt Deum contemplemur per gloriam. Ideo Dauid de vtroq; lumine dicit hic In lumine tuo. s. infuso & creato uidebimus lumen increatum hic per fidem, & in futuro F
per gloriam: quod quidem lumen non potuissemus sine Christo attingere. Ex quibus patet diuinam prouidentiam se extendere non solum vniuersaliter & corporaliter circa omnia creata, sed etiam spiritualiter & ęternaliter circa actus humanos. Nam Deus præparauit gratiam & gloriam pro iustis, & æternam pęnam pro malis & obstinatis. Ex quibus patet, q̄ Dauid non fecit hunc psalmum pro redacta captiuitate Babylonica, nec pro sola persecutione Saulis, nec pro sola prouidentia generali, quia per talem prouidentiam non datur talis fructus & vita.

Prætende misericordiā tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.

In hac tertia parte petit præseruari per gratiam à peccato & obstinatione, & à tali pestifera opinione. Vnde aduertendum, q̄ cum

A cum natura nostra sit corrupta in Adam, nemo de per se sine gratia potest vitare malū, nec facere bonum, vt frequenter dictum est. Et sic sine gratia nemo posset peruenire ad visionem illius eterni luminis. Sed quia gratia non datur ex meritis, nisi ex sola Dei misericordia: ideo ait Dauid in persona totius ecclesiæ. O domine prætende miam tuam sciētibus te. i. omnibus fidelibus qui te voluerunt audire, vt bene agerent & bene operarentur, dando eis gratiam. Et prætende iustitiam tuam his qui recto sunt corde. i. iustificā eos filium tuum mittendo.

Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

Et tu Christe iustifica nos, & gratifica per tuam mortem & passionem, & continue da nobis gratiam ad bonum agendum, & malū
B vitandum, & fac nt per talem gratiam non perueniat mihi pes superbiæ, quæ est pes & fundamentum, & initium omnium aliorum peccatorū. Nota quod superbia dicitur pes & fundamentum omnium peccatorum & vitiorum. Patet: nam peccator per superbiam cōtemnit Deum, vt dictum est, & sic incidit in omnia alia peccata. Item per superbiā incidit in auaritiam, & rapinam, & vsuram, & simoniam, vt sustineat superbum statum suū & exinde incidit in inuidiam, & odiū fraternum, quia non suffert priorem nec parē. Et sic venit vsq; ad contemptum Dei & obstinationem, non timens eius iustū iudiciū. Et sic contemnit ēt legem, & negat diuinam prouidentiā. Et sic patet q̄ superbia est pes & ini
C tium peccatoris, & cætera vitia sunt manus eius. Nam per superbiam incedit peccator, & per alia vitia operatur. s. per auaritiā, & inuidiam ad sustinendam superbiam. Et ideo superbi dicuntur hic pes peccatoris, & vitia cætera dicuntur manus. Ideo Dauid cupiens vitare hanc pestiferam bestiam dicit. O dñe prætende miam & gratiam, ut pes superbiæ non veniat mihi, & manus peccatoris, quæ sunt cætera uitia, nō moueat me à tuo timore, & amore, & statu gratiæ, & eadem etiam superbia dr pes & manus peccatoris, quia in ea fundatur, & per superbiam male operatur. Item superbia est pes, & manus diaboli quo luctatur contra homines, & deiicit eos ad terram, & remouet eos ab amore & timore Dei. Ideo ait Dauid. Domine prætende misericordiam tuam, per gratiam præueniē tem: ne pes superbiæ & manus diaboli luctatoris, & receptoris amoueat me à tuo timore D
& amore: & ne efficiar in peccato obstinatus: sicut deiecit peccatores à statu gratiæ, & sicut eiecit Adam de paradiso.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

Nam ibi in ipsa superbia ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, nam omnes per superbiam ceciderunt, & expulsi sunt à gratia, nec potuerūt stare in ea. Nam primo dæmones expulsi per superbiam ceciderunt de cœlo. Secundo Adam & Eua per superbiam, & inobedientiam ceciderunt & expulsi sunt de paradiso terrestri, & à statu sęlicitatis, nec potuerunt in eo permanere. Itē per superbiam cecidit Farao cum suis in mari rubro. Item per superbiam cecidit Sennacherib, & Nabucodonosor, & Horofernes. Et finaliter per superbiam & inuidiam, & con- E
temptum Dei, & legis ceciderunt iudæi & expulsi sunt à regno: & sacerdotio, & à sedibus suis: nec potuerunt in eis stare, imo vagā tur captiui, & dispersi per mundum: & patiuntur hic pœnam temporalem, & in futuro æternam. Ex quibus patet q̄ Deus est iustus iudex, & prouidens actibus humanis, tribuens præmium & sęlicitatē iustis, & pęnam eternam malis, & obstinatis non timētibus Deum, & bonos persequentibus. Ex hoc psalmo intelliguntur 8. conclusiones siue doctrinæ. Prima conclusio est, q̄ sicut timor domini est principium, & causa omniū bonarum operationum, ita per oppositū defectus timoris Dei, & cōtemptus Dei est causa & principium infidelitatis, & omnis peccati. Probatur: quia iste iniustus non timuit F
Deum, ideo statuit in semetipso delinquere, & peccare contra Deum & proximum. Secunda conclusio: q̄ ex contēptu Dei deuenit iniustus ad odiū Dei & ,pximi, & in contemptum & odium legis, imantum: q̄ non vult intelligere, nec audire legē Dei ne bene agat nec operetur. Tertia conclusio, q̄ ex defectu timoris Dei iniustus negat diuinam prouidē tiā circa actus humanos, & exinde ꝑcipitat in oē nefas, & oia scelera. Quarta cōclusio, q̄ prouidēta Dei quæ prouenit ex eius mia & bonitate, incipiēs à cęlo, descēdit vsq; ad nubes, & exinde ad montes vsque ad abyssos. Nam ex sua bonitate & larguate mouet cęlos, & facit eos influere super oēs creaturas, & facit nubes, pluere super montes, & campos ad germinādas plātas, & exinde aquæ, descen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

descendunt vsque ad abyssos maris. Quinta conclusio, quòd sicut prouidentia Dei naturaliter se extendit super omnes creaturas, ita pariter se extēdit super totam ecclesiam. Nā misericordia Dei est in cęlo iustorum scilicet in Christo, & veritas doctrinæ descendit de Christo vsq; ad nubes, id est, apostolos, & ex apostolis vsq; ad montes, id est, martyres, & doctores, & ex doctoribus vsque ad abyssos scilicet simplices fideles. Item misericordia est in cęlo, id est, in Christo, & veritas in nubibus, id est apostolis, & iustitia in mōtibus, id est prælatis, in quibus est ecclesiastica potestas, & iudicia in abysso infernī. Sexta conclusio, quòd licet prouidentia Dei se extēdat generaliter ad salutem, & conseruationem tēporalem omnium animalium: quia deus prouidet tam iumentis quàm hominibus de vita temporali, & saluat eos temporaliter prouidendo de cibo temporali, tamen specialiter prouidet hominibus de cibo & vita spirituali: quia dat hominibus gratiam ad merendum, & fidem ad credendum in præsenti, & lumen ad credendum in futuro. Quia in lumine eius videbimus lumen: & potabit nos de torrente suæ vbertatis glorię & fruitionis. Septima conclusio, quòd necessaria est misericordia & gratia Dei ad vitandam infidelitatem, & omne peccatum. Octaua conclusio, quòd superbia est pes, & fundamentum omnium vitiorum, & peccatorum: & sic superbia est pes & pedes peccatoris: quibus peccator ambulat, & cętera vitia sunt manus quibus operatur. Probatur, quia ibi per superbiā ceciderunt omnes peccatores à gratia in omnia scelera: nec aliquis superbus potest stare quin cadat in alia peccata:

PSALMVS XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquàm fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

Titulus, Ipsi Dauid, sine aliqua additione. Ex titulo apparet quòd Dauid fecit psalmū. Vnde est aduertendū, quòd multi amici Dauid videntes Abner, & Doech, & multos malignos prosperari in domo Saul: & videtes bonos à malignis deprimi, desperādo de diuina prouidentia tranibant ad partes Saulis dere linquentes ipsum Dauid, & sic laudabāt, qd ante vituperant, & econuerso, & quasi negantes diuinam prouidentiam imitabantur malos, & eorum opera. Et ideo Dauid fecit hunc psalmum, in quo soluitur eorum mala opinio. Et ideo dicebāt aliqui, quòd iste psalmus continuatur cum præcedenti. Sed hoc nō videtur verum quia Hieronymus & omnes antiqui quotant hunc psalmū xxxvi. distinctum à præcedenti. Item quia Dauid cōplures psalmos fecit de diuina prouidentia: vt patebit. Et ideo est dicēdum, quòd Dauid bene sumpsit occasionem cōdēdi hunc psalmū ex causa supradicta. Sed adhuc iste psalmus non caret mysterio, & profetia de Christo & ecclesia quia aliter non computaretur inter sacras scripturas. Sed dicūt Hebræi moderni, quòd etiā iste psalmus est proseticus, quia prędicit interitum ipsius Saulis, per hoc quod dicit. Vidi impium super exaltatū. Sed in hoc ipsimet contradicunt sibiipsis nā Dauid erat senex quando fecit hunc psalmum, sed pro tunc ium Saul perierat, & erat quasi in obliuione, quod pater per hoc quod dicit Iunior fui etenim senui. Et ideo est dicendū, quòd Dauid cōsiderans totū discursum Saulis, & suorū sequacium, & Abſālonis, & Achitofel, & omnium persecutorum, quomodo mala morte uitam finierunt cum sæculis suis, propter eorum malitiam, & superbiam, & quomodo ipse Dauid fuit sublimatus, & exaltatus propter patientiā in aduersis, in illo mysterio præuidit in duplici spiritu profetico persecutionem Christi, & excidium iudæorum, & præuidit etiam in spiritu persecutionem ecclesiæ, & exitū & externinium omnium tyrannorum, & exaltationē ecclesiæ, & omnium sanctorum. Et ideo fecit hunc psalmum, in quo exhortatur omnes iustos ad patientiam in aduersis, ne diffidāt de diuina prouidentia & misericordia. Et sic iste psalmus est simul proseticus & moralis. Nā Dauid per exempla & præcepta moralia intēdit prædicere profetice futura mysteria de Christo & ecclesia prout dictum est in prologo, tractatu. iii. regula. v. doctrina tertia. Et ideo primò exponetur moraliter ad vtilitatē afflictorum. Secundò breuiter exponet profetice, de punitione iudæorum, & persecutione Christi & ecclesiæ, ne taceatur sacramentum in hoc psalmo contentum. Quantùm ergo ad primam expositionem, diuiditur iste psalmus in septem partes secundùm septem doctrinas in eo cōtentas. Nam primò Dauid exhortatur iustos afflictos, ad patienter perferendas persecutiones malignorum. Secundò ad perferendas eorum prosperitates. Tertiò ad perferendam patienter pauperatem. Quartò exhortatur iustos ad eleemosynas faciendas. Quintò ad obseruantiam diuinæ legis. Sextò ad studium & cōtemplationem legis diuinæ. Septimò ad seruādam inno cētiam, & mansuetudinē, & iustitiā. Secunda ibi. Noli æmulari in eos. Tertia ibi. Melius est modicum iusto. Quarta ibi. Mutuabitur peccator. Quinta ibi. Declina à malo. Sexta ibi. Os iusti meditabitur. Septima ibi. Custodi innocentiā. Quantum ad primam doctrinā est aduertendū, q licet Arist. in quarto Ethicorum ponat inter morales virtutes indignationem de malo, & prosperitate malorum, tamē hoc intendit semper cum moderatione, & medio. s. quantum, & quando, & vbi oportet: q non excedatur modus, & mediū virtutis. Ideo Dauid non intendit in hoc psalmo agere contra morales virtutes, imò confirmat eas. Nam multi tempore suo videntes malos prosperari: & bonos deprimi: diffidebant de diuina prouidentia, & iustitia, & imitabantur malos, & deficiebant ab omni morali virtute, & lege diuina. Hos ergo exhortatur, & reprehendit, & exhortatur ad fortitudinem, & veritatem. Dicit ergo Dauid. O tu vir afflicte quicunque pateris iniustè persecutionem à malignis, noli æmulari in malignantibus. Notā q æmulari est æquiuocum. Nam idem est quod indignari, inuidere, sequi, imitari, aut amare. Hic autem ponitur pro indignari, i. noli indignari, vltra modum, perdendo fidem, & desperando de diuina prouidentia & iustitia, videns malignantes contra te prævalere, & contra alios iustos: neque zelaueris, i. ne desendas facientes iniquitatem sequendo eos: zelare idem est quod amare, inuidere, defendere, conformem in amato non pati. Et nihilominus bonus quidam zelus, quo quis sic intensè aliquē amat, q ab omnibus illum cupiat amari, & reuereri: & est malus zelus quo quis adeo feruidè alicui inuidet & eum odit, vt optet ab omnibus odiri & contemni, & idē est de æmulatione. Dicit igitur ne ames, nec defendas facientes iniquitatem: quoniam licēt ad tempus regnent & dominentur: tamen finaliter cadent, & tanquàm fœnum & herba velociter arescent, & marcescent, & siccabuntur à viriditate prosperitatis, & potestatis: & arescent, & decident, & deorsum cadent tanq̄ olera, s. sicut caules, & lactucæ, & cætera olera & legumina, quæ licet in vere sint viridia, tamen in autumno siccantur & decidunt. Ideo tu nō desperes nec diffidas de diuina prouidentia & iustitia, sed dicas: Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem, mala videlicet æmulatione, seu zelo malo, sicut nec fecit Moyses qui quamquàm pro idololatria aurei vituli de æmulatione & zelo succensus multos interfecerit: pro eisdem tamen prius deuotè rogauerat dicendo, Dñe obsecro ignosce eis, aut dele me de libro in quo me scripsisti: & huic sensui multum aliudit litera sequens. Nam sequitur,

Spera in Domino & fac bonitatem: & inhabita terram: & pasceris in diuitiis eius.

Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela Domino viam tuam & spera in eo: & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudicium tuum tanquàm meridiem: subditus esto Domino & ora eum.

Spera in Dño, & fac bonitatem cum proximo non offendendo Deū, & inhabita terram inter malos eos patiendo & tolerādo, & inhabitabis terram viuentiū in patria, & pasceris, & satiaberis in diuitiis gloriæ in præmium patientiæ, & dabit tibi Dñs petitiones, & desyderium cordis tui: reuela ergo Dño viam tuam in hac vita, nō temporalia, sed cœlestia appetendo, sed spera in eo ponendo tuam spem in cęlestibus, & ipse faciet quod desyderas, & educet claram, quasi lumen iustitiam tuam. i. pro omnibus operibus tuis iustis gloriam dabit, & iudicium tuum non erit tenebrosum, sicut damnatorum qui iudicantur ad infernum propter mala opera, imò erit clarum, & educet Deus ipsum tanquàm meridiem dando præmium in cœlo, & Deus approbabit opera bona, quæ sicut lucent coram hominibus, ita lucebunt coram Deo ad præmium, quia in luce sunt facta & in gratia, ergo subditus & obediens esto semper Domino, & legi suæ, & ora eū, quia non tibi deficiet: quia licet patiaris in hac terra mortalium, tamen ibi in terra viuentium regnabis.

Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua in homine faciente iniustitias.

In hac secunda doctrina exhortatur iustos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ne indignentur contra Deum de prosperitate malorum, quia in fine Deus deprimit iniustum, & exaltat iustum, hic aut in futuro. Dicit ergo. O vir iuste noli æmulari, & indignari in eo qui prosperatur tam in dignitatibus quàm in temporalibus, nec in homine faciente iniustitias, sed dimitte Deo iniuriam. Vel exponatur, vt supra de mala æmulatione, quia in nullo æmulantur etiam occidendo, nec enim Finees peremit fornicatorem cum Madianite zelo malo in proximum, sed Dei zelo, qui bonus & sanctus est, & propterea sequitur,

Desine ab ira & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram.

B Quoniam qui malignantur exterminabunt finaliter ab hoc sæculo vitâ male finiẽdo, & à regno cęlorũ ad pœnã destinando. sustinentes autem Dñm. i. patientes, ipsi hæreditabunt terram viuentium. Per oppositum peccator malignus: nam in breui morietur in corpore & anima, & perdet ista temporalia & futuram gloriam. Ideo subdit.

Et adhuc pusillum & non erit peccator: & quæres locum eius & non inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.

Et adhuc pusillum & breue tempus est. i. viuet breui tempore peccator, & quæres locum. i. prosperitatem eius, & non inuenies, quia breuiter præteribit. Mansueti autẽ hæreditabunt terram viuentium, quia beati mites qm̃ ipsi hęreditabunt terram viuentium.
C Matth. 5. Et delectabuntur in multitudine & abundantia pacis, & quietis perpetuæ, quoniam quiescent iusti ab omni labore, & absterget Deus ab eis omnem lacrymam, & iam non erit amplius neque luctus neque dolor, quoniam prima abierunt. Apo. 21.

Obseruauit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod veniat dies eius.

Obseruauit peccator. i. licet peccator & malignus obseruet, & temporaliter vexet & affligat iustum, & studeat dentibus suis. i. cũ malitia, & potestate, & fauore suo sæuiat in eum, tamen Deus, licet permittat peccatorẽ ad tempus affligere iustum, tamẽ non fauet peccatori, imò irridet eum, & decipit eum, quia expectat Deus, vt veniat dies interitus eius, vt puniat eum, quia in hoc decipiũtur peccatores. Nam videntes & faciendo malũ, magis prosperantur in hoc mundo, ideo putant Deum non curare de istis inferioribus, nec esse aliam vitam post istam; & non cognoscunt qualiter Deus expectet eos ad pœnitentiam, & thesaurizant peccata, vsque ad diem vltionis. Et sic patet q̃ fortuna prospera decipit eos. Ideo ait Dauid: q̃ Deus irridet peccatorem malignum, expectando vt veniat dies interitus, & vltionis eius vt puniat eum. Vnde Deus neminem irridet, nec decipit: quia ipse peccator seipsum decipit: sed Deus ostendet eum esse deceptum & irrisum in die interitus & vltionis eius.

Gladium euaginauerunt peccatores intenderunt arcum suum.

Vt decipiant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Gladium euaginauerunt. i. licèt peccatores maligni aliquando euaginauerint gladium. i. potestatem suam, & intendant arcũ suæ malitię, vt decipiant pauperem in bonis temporalibus, & inopem in amicis, & desertum in fauoribus, & simplicem sine malitia, & trucident simplices, & iustos rectos corde, tamen gladius ipsorũ malignorum intret. i. intrabit in corda eorum. q. d. sicut crudeliter vexarunt, & afflixerũt iustos ita crudeliter punientur, & eadem mensura, qua mensi fuerint iustis eadem metientur eis: & eodem gladio crudelitatis & tormentorum, quo percusserunt iustos, eodem gladio peribunt. q̃ Matth. 7. Et sic arcus, & fortitudo & potentia eorum confringetur, & peribit, & finietur, & auferetur ab eis, vt patet de Faraone, & Domitiano, & Nerone, Attila, & Totila cuius arcum vidit frangi beatus Benedictus. Et sic patet quòd finis malorum est infelicitas.

Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

In hac tertia doctrina exhortatur iustũ, ne desperet in paupertate, nec appetat superfluitatem pecuniarum, & bonorũ temporalium, quia natura paucis contenta est, sed perferat patienter paupertatem. Nam vt plurimum abundantia bonorum temporalium est occasio mali in prauis hominibus, vt magis possint exercere malitiam suam, vt

A patet in superbis & luxuriosis. Et licet bona temporalia sint bona bonis, & mala malis: tamen vt plurimum nocent propter malum vsum & peruertunt hominem. Et sic quibusdam est melius ipsa non habere nisi solum ad victum necessarium: & sic paupertas est ad salutem iustorũ, & diuitiæ sunt ad damnationem prauorum. Et sic pauper licet in hac vita patiatur penuriam, tamen in patria satiabitur. Per oppositum autem diues malus qui hic abundat, & in alia vita esuriet, vt patet de Lazaro paupere, & diuite epulone Lucæ. 16. Dicit ergo, Nemo desperet propter paupertatem, licèt videat prauos bonis temporalibus abundare. Nam melius, & tutius, & salubrius est modicum iusto, sup
B multas diuitias peccatorum, i. magis prodest iusto paupertas, quàm peccatori multitudo diuitiarum.

Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Dominus.

Quoniam brachia. i. diuitiæ & fauores temporales, quę sunt brachia & vires in quibus peccatores confidebant, conterentur & peribunt per mortẽ temporalẽ, aut quouis alio infortunio, vt patet de Crœso rege Lydorum, & de Sardanapalo, & Dario regibus Assyriorum, & Persarum, quibus in vita fuit ablata & contrita potestas sed Dominus cõfirmat iustos in illa felicitate, quorum potestas & felicitas non auferetur, & gaudiũ nemo tollet ab eis. Nam paupertas vertetur in æternas diuitias, & tristitia eorũ vertetur in gaudium: & gaudium eorum nemo tollet ab eis. Ioan. 16. Ex quo patet q̃ diuitiæ
C huius mundi sunt transitoriæ: diuitiæ autem spirituales sunt firmæ, & securæ, & æternæ, & sufficientes: quia satiant habentem ps. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in istis diuitiis confirmabit Dominus iustos in præmium & meritum laborum & persecutionum, quas passi sunt à peccatoribus, & malignis cum patientia, & mansuetudine, & munditia cordis.

Nouit Dominus dies immaculatorum: & hereditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo: & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.

Nouit Dñs dies & vitam immaculatam iustorum, & ideo hęreditas fęlix eorum erit in ętternum: quia contempserunt transitoria & terrena, & elegerunt cœlestia, & æterna Ideo bene meritò in modico stabunt iusti in D magna constantia, contra eos qui se angustiauerunt. & in die famis, idest in tempore quo peccatores esurient in inferno: iusti vero saturabuntur in gloria, quia tũc peccatores peribunt ex fame & defectu refrigerii glorię. Vnde patet q̃ prosperitas malorum est deceptoria & breuis.

Inimici vero Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodũ fumus deficient.

Inimici Dñi illicò vt fuerint honorificati, & exaltati ad dignitates, & potestates deficientes deficient & cadent. Vt patet de Alexandro, cuius regnum vix durauit annis 12. Et de Cæsare, qui vix imperauit. 6. annis & de Falare, & Dionysio tyranno. Ergo est melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas. E

Mutuabitur peccator & non soluet: iustus autem miseretur & retribuet.

In hac quarta doctrina exhortatur iustos ad eleemosynas faciendas: vt pro bonis temporalibus, & transitoriis recipiant bona cœlestia. Nam eleemosyna non est nisi quædã mutuatio & cambium: quia damus terrena parui prætii, & recipimus beatitudinem cęlestem, quæ est prætii infiniti, & sic iustus dando terrena, recipit cœlestia. Per oppositum peccator retinendo, & amando terrena temporalia non dãdo pauperibus, recipit pę nam æternam propter ingratitudinem. Nã nos omnes ista temporalia à Deo mutuo accepimus: vt pauperibus reddamus. Vnde bo
F na temporalia sunt tertium talentũ, quod Deus hominibus ad negotiandum mutuo reliquit ad vsuram, i. vt viuãt de bonis temporalibus, sed soluant Deo vsuram, i. quòd subueniant pauperibus Christi. Matth. 15. Et ideo auarus abscondit talentum in terra: cum non vult dare eleemosynam pauperibus: quia non soluit vsuram de bonis quæ mutuo à Deo accepit: & ideo auferetur ab eo præmium illius talenti: & dabitur iustis: vt patet Matt. 25. Ex quo patet q̃ cum facimus eleemosynam: nihil damus de nostro: sed soluimus vsuram, & retribuimus quod mutuo accepimus. Et auarus nõ soluit: imò furto retinet quod mutuo accepit: cũ negat subuenire pauperibus qui sunt hæredes Xp̃i ad vsuras, i. eleemosynas exigendas. Vnde Christus in die iudicii dicet. Esuriui & non dedistis mihi mãducare. Nã qd vni ex minimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mis istis feciſtis: mihi feciſtis. Matt. 25. Ideo dicit Dauid: Mutuabitur peccator, i. mutuo à Deo accipiet bona tẽporalia, & non ſoluet vſuram pauperibus, eleemoſynas negando, pro quibus Deus diuiti bona temporalia mutuauit. Iuſtus autem miſeretur pauperibus: & retribuet quæ mutuo accepit: largiendo eleemoſynam. Et ſic ſatisfaciat debito, quia eleemoſynam pauperibus dare nihil aliud eſt, niſi debitum ſoluere: & cum iuſtus dat eleemoſynam, miſeretur dando pauperi, ſed retribuit Deo quod mutuo accepit. Ideo ſequitur,

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem diſperibunt.

Apud Dominum greſſus hominis dirigetur: & viam eius volet.

Cum ceciderit non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.

B Benedicentes Deo, i. gratias agentes, i. iuſti, quia ſunt Deo grati in dandis eleemoſynis, hæreditabunt terram, maledicentes, autem. ſ. peccatores ingrati diſperibunt, i. vbiq; peribunt, ſ. hic, & inferno. Iuſti autem per oppoſitum: nam hic, & in futuro premiabũtur. Vnde greſſus hominis iuſti, & via, & operatio dirigetur in bonum finem per gratiã, & Deus volet viam eius, i. acceptabit eleemoſynas, & operationes eius ad vitam ęternam. Et etiam tutabitur viam eius, ne cadat per impatientiam in blasfemiã, & peccatum dum affligitur à malignis. Et ſi forſitan ceciderit iuſtus in aliquod peccatum: tamen nõ collidetur, i. obſtinabitur in illo: quia ex merito eleemoſynarum Dominus ſupponit manum, & illuminat eum: vt ſurgat à peccato:

C quia eleemoſynę releuant hominem, vt plurimum, à peccato. Item licet iuſtus ceciderit ĩctus, & afflictus à malignis: tamen Deus nõ permittit eum temporaliter perire: imo manum ſupponit auxilii, & releuat, eum eruendo de manu impiorum, ſicut pluries releuauit Athanaſium, & Ambroſium, de perſecutione Arrianorum. Et etiam ſi iuſtus ceciderit per mortem temporalem, tamẽ Dñs ſupponit manum, releuando eum per gloriam in cęlo. Et etiam ſi iuſtus ceciderit per paupertatem, tamen Dñs releuat eum, prouidendo ſibi de victu: quia beati miſericordes: qñ miſericordiam conſequentur hic & in futuro. Quia eleemoſynæ non ſolum valẽt ad augmentum gloriæ: ſed quandoq; etiam ad augumentum ſibi neceſſarii. Ideo ſequit.

Iunior fui: etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærẽs panẽ.

Ego Dauid fui puer, & poſtea ſenui: ſed nunquam vidi iuſtum, & miſericordem totaliter derelictum, nec ſemen eius quærens panem mendicando, & licet hic patiãtur penuriam bonorum temporalium, tamẽ in futuro ſaturabuntur, & ſic hic, vel ibi habent præmium. Ex hoc patet q̃ Dauid fecit hunc pſalmum in ſenectute. Et ſequitur,

Tota die miſeretur & commodat, & ſemẽ illius in benedictione erit.

Iuſtus tota die vitæ ſuę dando eleemoſynas miſeretur pauperibus & commodat, q̃a dando temporalia recipit ſpiritualia & ętterna: & ideo ſemen & proles eius erit in benedictione, & abundantia bonorum etiam tẽporalium: quia quandoq; Dominus non ſolum retribuit ſpiritualia pro eleemoſinis ſed etiam temporalia. Et etiam per ly ſemen eius intelliguntur opera bona quæ dicuntur ſemina noſtra, primo ad Corinth. 4. capitulo. Quia ſeminamus ſpiritualia, vt colligamus temporalia: & econuerſo, quia dare eleemoſynam nihil aliud eſt niſi ſeminare tẽporalia, & colligere, & metere ſpiritualia. Ex quo patet quòd diuitiæ auarorum, & pctõrum ſunt inutiles & ſine fructu, diuitię verò iuſtorum, ſunt fructuoſæ vt patet in littera hac. Nam ſex fructus facit eleemoſyna. Primò, quia dat hæreditatem in cœlo. Secundò, dirigit vitam hominis in bonum ne cadat. Tertiò, ſi ceciderit reducit in gratiam. Quartò, quia non deſerit hominem in tribulationibus temporalibus, imò liberat. Quintò, quia auget bona temporalia, & liberat à paupertate vt plurimum. Sextò, quia etiam proſunt filiis temporaliter eleemoſynæ patris. Nam ſeptuplum augentur bona temporalia propter ſpiritualia, & non ſolum hic, ſed in futuro, nam qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet fructum in vitam æternam. Secundò ad Corinth. 9.

Declina à malo & fac bonum, & inhabita in ſeculum ſæculi.

In hac quinta doctrina exhortatur oẽs ad obſeruandum legem diuinam, & præcepta tàm affirmatiua quàm negatiua. quæ quidẽ lex nil aliud docet, niſi declinare à malo, & facere omne bonum: quia prohibet omne vitium. & iubet omnem virtutem. Dicit ergo declina à malo implendo omnia præcepta negatiua.

A negatiua: & ſic bonum implendo affirmatiua, & inhabita. i. inhabitabis in ſæculum ſæculi, in terra viuentium ſupple.

Quia Dñs amat iudicium: & nõ derelinquet ſanctos ſuos in æternum conſeruabuntur.

Dominus amat iudicium, ſ. iuſtum, quia nullum bonum irremuneratũ, & amat ſanctos ſuos qui iuſte vixerunt: ideo in æternũ conſeruabuntur ipſi ſancti non derelicti ſine præmio.

Iniuſti punientur, & ſemẽ impiorum peribit.

Iuſti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.

Iniuſti punientur, & ſemen. i. generatio impiorum peribit: punientur equidẽ ſi ſunt imitatores parentum. Iuſti autem hæreditabunt terram iſtam per gratiam: & futuram

B per gloriam: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam fruentes illo bono æterno.

Os iuſti meditabitur ſapientiam & lingua eius loquetur iudicium.

In hac ſexta doctrina exhortatur omnes ad iuge ſtudium & cõtemplationẽ legis diuinæ. Nam qui occupantur circa ſtudiũ ſacræ ſcript. primò declinãt à malo dũ ſunt in illa meditatione: quia ara ſatiata illo cibo ſpirituali, cõtemnit illa tpalia. Secũdò abhorret pcm: pp pœnas, quæ leguntur in lege, & punitiones malorum, & ſic iuſtus vitat oẽ pcm. Tertiò cupit agere oẽ bonũ cum legit beneficia collata ſanctis viris, & vniuerſaliter odit pctũ, & amat virtutes, inquantum legendo magis Deũ cognoſcit. Ideo dicit. Os iuſti meditabitur ſapientiã. i. intellectus & memoria hominis, quæ dr os animæ, meditabitur, & cõtemplabitur ſapientiã Dei, quæ maximè

C in lege Dñi memoratur. Item os iuſti meditabitur. i. loquetur ſapientiã legis quã meditatur intus: & eſt figura. Ideo ſequitur: Et lingua eius loquetur iudicium. ideſt quod iuſtum eſt, & ſic non peccabit per linguã. Et ſimiliter lex Dei erit ſemper in corde, & voluntate ipſius iuſti cum proposito adimplendi, & ſic greſſus. i. opera eius nõ ſupplãtabuntur de bono ad malũ, nec deprehendetur. via & ꝓpoſitũ eius nõ fruſtrabitur nec deficiet. Item ſicut os meditat iuſtitiã, ita lingua loquitur iudiciũ: quia lingua loquetur ad extra, quod intellectus cõcipit intus intelligentia ſpirituali, & loquetur quod iudicat & ſentit de lege. Ideo ſequitur,

Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplãbuntur greſſus eius.

Lex Dei in corde, & proposito, & voce ipſius ad obſeruandum, & ſic non ſupplantabuntur greſſus eius. i. vt non transgredietur præcepta legis operando. Nam iſte eſt fructus ſacræ ſcripturæ, vt diligamus Deum & proximum, & declinemus à malo: & faciamus bonum, & ſic greſſus iuſti nũquam ſupplantabuntur ad male agendum, nec mouebuntur à via iuſtitiæ.

Conſiderat peccator iuſtum & quærit mortificare eum.

Dñs autẽ non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Oppoſitum huius eſt ſtudium peccatoris qui non dat operam legi. Nam ſemper cogitat & deſiderat mortificare, & extinguere iuſtum. Sed tamen Dñs non relinquet eum in manibus eius, nec permittet vt totaliter extinguat, eum licèt ad tempus affligat, nec B peccato damnabit eum cum iudicabit illi. i. ab illo. Nota q̃ ly iudicabitur poteſt eſſe impersonale, & ſic poteſt eſſe duplex ſenſus. Primo modo ſic: pctõr non damnabit, nec poterit dãnare iuſtum in die iudicii, cum iudicabitur. i. fiet illi iudicium in nouiſſimo die. Secundò ſic. licèt peccator cogiter, & conetur mortificare, iuſtũ, tñ Deus nõ damnabit eum in nouiſſimo die cũ iudicabitur, & fiet iudicium illi peccatori. q. d. q̃ Deus non damnabit iuſtum, ſed peccatorem in iudicio, quod patet de tirannis, qui licet vexauerunt martyres quò ad corpus: tamen non potuerunt animam extinguere nec damnare: tamen ipſi damnabuntur in iudicio.

Expecta Dominum & cuſtodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

Hic exortatur iuſtos ad patientiã in ad- F uerſis & dicit. Expecta Dñm: quia impii nõ abibunt ſine pœna, & cuſtodi viã Dñi: ſicut Dñs præcipit in lege: vt capias terram viuẽtiũ hæreditate. i. pro hæreditate. ſiue ad hæreditatem & præmium quam impii cõſequi non potuerũt. Nam tu videbis cũ perierint pctõres. i. videbis eos perire & ad pœnam æternam deſtinari in die iudicii. Etiam videbis eos quandoq; temporaliter perire. Nam

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatũ ſicut cedros Libani.

Et tranſiui & ecce non erat: quæſiui eum: & non eſt inuentus locus eius.

Ego vidi impium Saul cum ſuis ſequacibus malignis ſuperexaltatum, & in dignitã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A te regali constitutum, & eleuatum in superbia & prosperitate sicut cedros Libani, quæ sunt arbores altissimæ & in monte altissimo: & postea transiui per domum suam, & non inueni nec erat ibi: & quæsiui locum eius dignitatem, & non inuenit nec est inuentus locus, & dignitas eius regalis, quia perierat cū suis in monte Gelboe. vt patet. 2. Reg. 1. Et ita est dicendum de Faraone, & Nabuchodonosor, & Sennacherib, & de omnibus qui vexarunt populum Dei.

Custodi innocentiam & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

In hac septima vel octaua doctrina exhortatur iustos ad innocētiam, ne velint reddere malū pro malo: sed orare pro persequentibus, nec nocere alicui: sed omnibus prodesse: quia Deus est vltor impiorum. Dicit ergo. Tu iuste custodi innocētiam nemini nocendo, & vide, & sequere æquitatem & iustitiam: quia innocentia & iustitia sunt reliquiæ debitæ homini pacifico & simplici corde, vt mereatur præmium in cœlo.

Iniusti autem disperibunt: simul reliquiæ impiorum interibunt.

Iniusti disperibunt. i. vndiq; & vbiq; peribunt hic, & in futuro, & reliquiæ. i. corpora impiorū simul interibūt cum aia. & sic peribunt in corpore & anima. Et ēt reliquiæ. i. filii impiorum simul peribunt temporaliter cū patribus: vt patet de Sodomitis & iudeis: & etiam filii peribūt, quo ad animam si fuerint sceleris parentum imitatores.

Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

C *Et adiuuabit eos Dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.*

Salus autē iustorum, & liberatio, & redēptio erit à Dño, quia erit protector eorum in tpe tribulationis, & adiuuabit eos, per gratiam: vt patienter tolerent persecutiones & eruet eos à peccatoribus, ne totaliter extinguāt eos, & finaliter saluabit eos, felicitatē æternā conferendo, eo q sperauerunt in eo omni spe, & felicitate mundana postposita. Sed licet totus iste ps. fuerit moraliter expositus de Dauid, & pro quocunq; iusto afflictoq; per malignos, tamen Dauid non fuit minus propheta in hoc ps. quàm in aliis. Nam per suam persecutionē præuidit persecutionem Christi & ecclesiæ vt dictum est. Nam sicut Saul persecutus est Dauid iniustè retribuendo mala pro bonis ex inuidia, ita pop. D Iudæorum qui tot bona receperat à Christo & inuidia & malitia persequebatur Christū vsq; ad mortem cum falsis testibus. Et sic tyranni persecuti sunt ecclesiā. Et sic iusto Dei iudicio Saul cum oibus suis interiit in monte Gelboe: quia seipsum interfecit. Ita pariter illa ciuitas fuit euersa & incensa, & maior pars populi trucidata, & perdiderūt regnū, & sacerdotium, sicut Saul & domus sua perdidit regnum. Eodem modo accidit Neroni & Domitiano, qui seipsos interfecerūt. Et ideo Dauid fecit hunc psal. prædicendo prophetice excidium Iudæorum, & tirrannorum persequentium ecclesiam. Et potest exponi propheticè de eis totus iste psal. Vnde dicit Dauid & cœtus apostolorum. O ecclesia Christi noli æmulari, nec indignari in malignantibus iudæis, nec tyrannis, neq; zelaueris, facientes iniquitatem. Nam licet iudæi interfecerint Christum, & tyranni persequantur ecclesiam, tamen vtriq; tanquā fœnum velociter & in breui arescent, & citò decident à dignitatibus & sedibus. Spera ergo in Dño. Nam adhuc pusillum, & non erit: quia post quadraginta annos subuertetur Hierusalē, & postea peribunt etiam tyrāni persecutores ecclesiæ. Et per singulos versus poterit cognoscere fidelis lector præsuppositis principiis sacræ scripturæ, & exponere totum ps. de liberatione Christi, & ecclesiæ, & exaltatione eiusdem pp innocentiam & patientiā, & de excidio & exterminio iudæorum pp mortem Christi, & de misero exitu tyrannorum, ecclesiam persequentium, & de exaltatione etiam ecclesiæ, de saluatione iustorū hic per gratiam, & in futuro per gloriā. Nā ad istum sensum cantat ecclesia istum psalmum, quia omnia contenta in hoc psalmo, impleta sunt literaliter in Christo, & ecclesia, & Synagoga, & cœtu tyrannorum.

PSALMVS XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Titulus. Psalmus Dauid ad recordandū. Ex titulo apparet q Dauid fecit hunc psalmum. Sed in materia disceptant Hebrei. Nam quidā dicunt quòd Dauid fecit hunc psalmum recordatus adulterium quod commiserat cum Bersabee. Camhi autem dicit quòd Dauid in hoc psalmo introducit Adam

A Adam harisōn, idest primum hominem, qui enumerat oēs miserias suas quæ sibi ex illo peccato prouenerunt. Sed vtriq; istorum dicunt verum in patre, sed quia deficiebat eis lumen fidei: ideo non potuerunt peruenire ad totam perfectionē veritatis. Ideo est aduertendum, q ipse Dauid in illa persecutione filii sui Absalon recordatus fuit quod illā persecutionē patiebatur propter adulteriū Bersabee: sicut prædixerat sibi Nathan. s. q filius surgeret de domo sua contra eum: & dormiret cum vxoribus suis: vt patet. 2. Regum. 12. Et ideo tunc recognoscens hæc sibi euenisse ex pctō carnis, & ex corruptione cō cupiscentiæ, quam omnes traximus ex Adā. tunc incepit detestari vitium, & corruptionem carnis, & fomitem concupiscentiæ in

B seipso torquendo peccatum in ipsum Adā: qui transtulit hoc vitium in posteros per libidinosam generationem. Sed postquàm fuit Dauid liberatus à persecutione filii Absalon: eo quòd patienter tulerat persecutionem, & frequenter meditaretur in supradicto vitio carnis contractio ex Adam: fuit sibi reuelatum à Spiritusancto, qualiter Christus nos debebat liberare à culpa prædicti peccati per passionem suam, & ecclesiastica sacramenta, sicut impletum fuit in baptismo, in quo deletur nobis originale peccatum, & etiam mortale si inest. Et licēt non tollat concupiscentiam carnis, vt non sit: tame tollit eam vt non imputetur, vt ait Augusti. libro de nuptiis. & tamen totaliter tolletur concupiscentia, & omnis corruptio cum pœnalitatibus in generali resurrectione. Hoc ergo

C præuidens Dauid in spiritu introducit Adā loquentem in hoc psalmo: qui deflet casum & culpam suam, & miserias, & pœnalitates in quas incidit propter peccatum inobedientiæ, à quibus omnibus petit per Christum liberari in suo aduentu. Sed ad maiorem intelligentiam est vlterius notandum secundum Apostolum prima ad Corint. 15. quod Adam idem est quod homo. Nam quem nos hominem vocamus: Hebræi appellant Adā. Et sic reperitur duplex Adam. Vnus dicitur primus Adam, quid est principium carnis & omnis peccati, in quo omnes peccauimus: quia transtulit peccatum suum, & omnes pœnalitates per generationem libidinosam in omnes posteros. Et iste fuit forma futuri et secundi Adam. s. Christi. Secundus Adam fuit Christus, qui fuit figuratus per oppositum in illo primo. Nam sicut ille per inobedientiam fuit expulsus à paradiso, & incidit in omnem miseriam, et fuit principium omnis peccati transferendo in omnes posteros per libidinosam generationem. ita Christus per oppositum, s. per obedientiam fuit principium omnis gratiæ: quam gratiam transtulit in omnes fideles, et membra sua per generationem spiritualem, s. per baptismum: et liberauit à prædicta captiuitate et miseria, et reduxit nos in fœlicitatē amissam in Adam. Primus ergo Adam dicitur homo vetus: quia omnes in peccato inueterauit. Secundus dicitur Adam nouus quia omnes nos renouauit. Primus dicitur Adam de terra terrenus. Secundus dicitur de cœlo cœlestis. Omnes ergo fideles qui fuerunt inter primum Adā et secundum, habent duplicem respectum: quia participant, vtrumque Adam. Nam à primo Adam traximus peccatum, et fomitem cum omnibus pœnalitatibus. A secūdo vero, s. à Christo traximus omnem gratiam: per quam absoluimur ab omni culpa contracta in Adam, et perpetrata occasione illius. Nam vt dictum est sæpius, concupiscentia, et fomes carnis per contactum causat culpam originalem in anima: et per consensum causat peccatum mortale in voluntate: à quibus non absoluimur nec liberamur nisi per gratiā Christi. Es sic oēs portamus duplicem imaginem in carne. s. imaginem primi Adam, quæ est cōcupiscentia, et fomes cum pœnalitatibus, et in anima culpa: sed remota culpa animæ portamus imaginē Christi, et caracterem baptismi et confirmationis. Et ideo per carnem omnes dicimur filii Adam, et facimus vnum corpus cum eo et sumus eius membra. Primus ergo Adam cum omnibus suis posteris prout habent fidem Christi, dicuntur vnus Adam mysticus, et vnum corpus Christi in suo capite Adam secundò libertatum et redemptum. Et iste Adam peregrinatur exul per hunc mundum vsque ad iudicium. Nā primo peregrinatus est vsq; ad Christū in quo fuit saluatus, nunc autem adhuc peregrinatur vsque ad secundum aduentū, in quo sperat glorificari. Nā primò expectabat Xpm vt redimeret, sed nunc iam redemptus expectat secundum aduentum, vt totaliter liberetur à pœnalitatibus corporalibus. Sed continuè orat et petit gratiam vt præseruetur ne incidat in peccatum, et surgat à peccatis quæ commisit. Et iste homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sortiē multa nomina sm diuersus respectus. Nā vt est cōgregatio fideliū dr ecclesia Xpi, siue ciuitas Dei: sed vt videt Deū per fidē: dr Israel; & ut suscipuit benedictionem à Synagoga, dicitur Iacob: sed vt fuit vulneratus in Adam & peccauit in eo dicitur Adam sauciatus. Et est ille homo qui descendens ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones. Luc. 7o. Iste ergo Adam vulneratus, & sauciatus introducitur in hoc ps. deflens casum suum, & miserias & corruptionē carnis, quā incurrit in Adā, & petit liberari per Christum. Et sic patet q̄ Dauid fecit hunc psal. in persona totius corporis mystici prout traxit corruptionem, ab ipso. Et sic cantat ecclesia hunc ps. in persona corporis mystici, siue mēbrorum Christi. Ideo proponitur in titulo.

B Psalmus Dauid ad recordandū. Quia in hoc psalmo iste Adā mysticus recordatur, & memorat oēs miserias: quas contraxit ex illo peccato. Duo ergo facit. Nā primò recordat & memorat, & deflet miserias, & pœnas intrinsecas corporis & animæ in quas incidit. Secundò pœnas extrinsecas. s. persecutiones, & afflictiones ab extraneis inimicis. ibi. Amici mei & proximi. Quantū ad primū dictum est ps. 6. q̄ per iram intelligit diem mortis: & per furorem diem iudicii. Et ideo iste Adam mysticus petit liberari à pctō per Xp̄m, anteq̄ veniat dies obitus sui, ne moriatur impœnitens, & mira Dei, & petit liberari ante diē iudicii ne in furore ad æternam pœnā cōdemnetur. Dicit ergo. O Dñe Iesu Christe veni ad liberandū me per mortem & passionem & per gratiam, ne moriar sine gratia & pœnitentia:

C & ne arguas me in furore tuo in die iudicii, & ne corripias me in ira tua in die obitus mei. Nam qui moritur in peccato: moritur in ira Dei: & sic veni ad liberandum me antequàm peream.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Quoniam sagittæ tuæ sententiæ. s. corruptio carnis & fomitis, & pœnalitates infixæ sunt mihi postquā peccaui, & tu confirmasti manum sententiæ tuæ super me: quando fui expoliatus & sauciatus, & dixisti maledicta terra in opere tuo. Et ideo

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ non est pax ossib. meis à facie peccatorū meorū.

Non est nec mansit sanitas in carne mea: quoniam ex quo me proiecisti à facie iræ & sententiæ tuæ, non est, nec remansit pax in ossibus, & viscerib. meis à facie & culpa peccatorum meorum (per faciem enim notitia designatur) ideſt, à notitia publica peccatorum meorum: quia in corpore & anima fui vulneratus & sauciatus. Vnde ante casum cum eram in statu innocentiæ eram in summa libertate: quia caro obediebat, & liberè conformabatur rationi absque cōtradictione, sed illicò post peccatum taliter fuit caro & sensualitas corrupta, q̄ illicò insurrexit aduersus animam, & spiritum vehementi rebellione. Et sic non est sanitas in carne mea, nec pax in ossibus meis, sed continua & grauis pugna carnis aduersus spiritum & rationem. Et hanc pœnā incurrimus propter sententiam iræ tuæ. Et nota q̄ illa sententia dicitur tota cum ira aut furore. Nō q̄ in Deo sit formaliter ira aut furor: sed effectiuæ recipitur in nobis talis sententia ad modum iræ & furoris: vt dictum est ps. 6. Nam quælibet humana sententia capitalis exercetur quasi cum ira & furore: tamen intantum dr fieri, cum ira inquantum reus iudicatur ad mortem tanquam inimicus regis siue reipublicæ. Sed executio sententiæ dr fieri cum furore, quia sine misericordia corripitur siue ra pitur reus per carnificē & punitur & interficitur. Ita propriè factum est in Adam: nam primò Deus iudicauit ipsum ad duplicem mortem & ad exilium. Secundò præcepit Angelis, vt cum furore exequerentur sententiā datam: cum dixit. Eiicite foras ne forte cōmedat de ligno vitæ, & viuat in æternum: sic raptus & correptus fuit Adam cum furore & eiectus de paradiso in exilium. s. in hanc vallem lacrimarum, & pro tūc iam corporaliter incepit mori: vt ait August. i. tendere ad mortem per successionem dierum: quicquid enim retro est, mors tenet, vt ait Seneca ad Lucilium. Nam licet mors sit segnis tamē ad ipsam prosperamus ipsi, vt ait Seneca in Hercule furente. Ideo dicit hic Adam. O Dñe ne arguas me in furore tuo: ne arguas me, i. nō velis me punire in æternum secundum sententiam datam in furore tuo, sed redue me in gratiam tuam: neque corripias me in ira tua, ideſt non in æternum maneas in illa sententia & executione, qua cum ira & furore me à facie tua eiecisti, & ad mortem corporis & animæ destinasti, sed veni in carnem, & libera me, & redde mihi fœlicitatem, & hæreditatem amissam.

Qm̄ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum

A *meū et sicut onus graue grauate sūs super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.*

Nō est sanitas in carne mea, nec pax in ossibus meis postquā eiectus sum a facie tua: quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū. i. animā & rationē meā obscurarūt & peruerterunt. Nam rō quæ dicitur caput totius hominis superatur & trahitur à carne & sic peruersa in iudicando dicit malum bonum, & bonum malum. Et istæ iniquitates grauatæ sunt super me sicut onus graue. Nā sicut tumentū grauatum magno onere, vel pondere excedente non potest liberè ambulare, ita homo oneratus onere fomitis, & cōcupiscentiç, & corruptionis carnis & pœnali

B tatum nō potest moueri ad bonum agendū, nec potest uitare casum, sed frequēter cadit & lædit̄r, & paruis lapidibus peccati scāda lizatur & lædit̄r. Et totum hoc traximus à primo Adam ex illo peccato: & illud onus traximus à conceptione libidinosa & nariui tate. Et licet anima sanetur per gratiam Christi à vulneribus sagittarum infixarum, per baptismum, & pœnitentiam, aut circunciso nem, & sacrificia ante Christi aduentum, ta men quia manet vitium in carne, ideo ex ta li vitio & corruptione, & fragilitate, frequen ter cado in peccatum, & sic corruptę sunt ci catrices meæ, & putrefactæ sunt à facie insipientiæ meæ, quia omne peccatum prouenit ex insipientia, inquantum ratio indicat malum bonum & econtra, & non resistit sensua

C litati & carni, & sic omnis peccator dicitur insipiens & ignorans. Et sic

Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem tota die contristatus ingrediebar.

Miser factus sum, quia seruus & captiuus peccati: quia non est maior miseria quā peccato seruire. Ide sequitur, & curuatus, & cōstia uel homo excessiuè oneratus pondere corporali, ex nimio excessu incedit tristis & curuatus, non libere ualēs ambulare: ita peccator oneratus peccatis est curuatus, & oblitus in anima & ratione, & cōscientia non valens resistere futuris peccatis, nec surgere, ni si per gratiam Christi releuetur, & erigatur, & rectificetur à curuitate rationis & conscientiæ, & in tali statu nec potest lætari nec gaudere, sed tristis & curuus incedere timēdo futuras pœnas ꝓpter peccata, & cōquerit̄ specialiter de corruptione & vitio carnis dicēs,

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. D

Lūbi mei impleti sunt illusionibus, id est tentationibus carnalibus, quia luxuria est in lumbis, vt dominus de diabolo ad Iob loquitur dices. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventis eius. Ad cuius intelligētiam est notādum, q̄ licet Deus creauerit animam liberam & corpus, tamen post peccatum aliqua pars corporis mansit aliquo modo diabolo subiecta, inquātum sibi aliquādo à Deo permittitur, ut patet Iob: 1. Quia diabolus nunquàm potuit supra corpus Iob, vsquequo fuit sibi à Deo permissum. Sed habebat diabolus potestatē specialem supra aliquam partem corporalem hominis, scilicet supra partes pudēdas, hoc est supra genitalia, tàm uiri quàm mulieris: nō E q̄ diabolus possit eos cogere ad coitum, sed q̄ potest allicere & tentare, & illę partes magis sunt pronę ad obediendū diabolo, & fragiles ad resistendum tentationibus, quam ce tęræ partes corporis: & hoc prouenit ex peccato, & inobedientia primorum parētum. Et ideo diabolus sæpius, & multifariē obicit homini obiectum ad luxuriandum, non solum in præsentia mulierum, sed etiam in absentia, & non solum in uigilia, sed etiam in somno, in somniis. Et sic cōtinuē ducit illusiones hominibus: & ideo peccatum luxuriæ est generalius ceteris, nisi quis per specialem gratiam preseruet̄. Ideo ait: Lumbi mei, in quibus est principium, & radix luxuriæ, impleti sunt illusionibus, & tētationibus carnalibus, & sic non est sanitas in carne mea. Hoc for- F sān dicit, quia tota natura intantum fuit corrupta, quod nullus inuentus est sine hoc uitio, nisi sola virgo Maria, quæ per gratiā fuit præseruata & præuenta, ut ait August. eo q̄ in ea fomes totaliter fuit extinctus. Sed cętęri puri homines non fuerunt immunes à fomite, licet quidam fuerunt liberati ab actu peccandi, sed non à fomite & tentatione. Nā apostolus, qui iam erat perfectus, & in gratia confirmatus, tamen conqueritur de stimulo carnis ipsum colaphizante, sed gaudet, quia data est sibi gratia Christi ad resistendum. Ideo dicit Adam: lumbi mei, id est filii lumborum meorum sunt impleti illusionibus ex fomite concupiscentiæ. Et non est sanitas in tota carne mea, id est in omnibus filiis meis naturaliter generatis, nisi quis prævenitus fuerit gratia Christi, ut patet de virgine Maria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Et ideo subdit.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Afflictus sum à tali pœna & corruptione & humiliatus, ideſt deiectus, & proſtratus ſum nimis à libertate priori in præſentẽ miſeriam. Et ideo conſiderans ſẽlicem ſtatum à quo cecidi, & miſerum ſtatum in quem inci di, ſemper rugiebã tanquã leo ſiue tãquã leę na, quando rugitu vult ſuſcitare filios ſuos, quos mortuos peperit. Ita ego Adã cõtinuè rugiebam dico: à gemitu cordis mei cum ma gno dolore, & cõtritione propter peccatum in ſe & propter damnum, reminiſcendo ſẽlicem ſtatum qnem perdidi, & miſerum. in quem cum tota mea poſteritate incidi.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Hic Adam petit liberari per Chriſtum:
B cui ante dixerat Domine ne in furore tuo. Ad cuius intellectum eſt aduertendum ſecũ dum Anguſtinum: q̃ iſte homo miſticus lãguidus & vulneratus fuit figuratus per illũ languidũ, quem Chriſtus ſanauit in proba tica piſcina. Ioannis. 5. Nam ſicut ille langui dus iacebat iuxta illam piſcinam habentem quinque porticus, in quibus iacebat multi tudo magna lãguentium: & ita anima cuiuſ libet filiorum Adam iacebat languida, & ægrota in piſcina huius corporis mortalis & corrupti, habentis quinque proticus, id eſt ſenſus exteriores, & quinque interiores, in quibus iacebat multitudo paſſionum & infir mitatum, tàm ſpiritualiũ quàm corporaliũ quas traxerat ex Adam. Et ſic corpus noſtrũ ſic corruptum & fauciatum nihil aliud eſt,
C niſi piſcina & porticus infirmitatum & vitio rum. Sed per hoc q̃ ille languidus nõ potuit ſanari vſquequo venit Chriſtus ad piſcinam: fuit figuratum, quòd totum genus humanũ non poterat ſanari à languore peccati, niſi p Chriſtum venientem ad piſcinam huius mũ di. Hoc ergo præuidens Dauid in ſpiritu in perſona totius hominis miſtici fauciati, & languidi vocat Chriſtum: vt veniat in carnẽ ad ſanandos languores quos ſupra memora uit. Vnde dicit, Ô domine Ieſu licèt cum ira & furore proiecceris me à facie tua in tãtã mi ſeriam: tamen nõ diffido, nec deſpero de tua miſericordia: quia ſemper ſpero, quòd tu ue nies in carnem ad liberandum me. Ideo om ne deſiderium & ſpes mea eſt ante te, & ge mitus meus à te non eſt abſconditus: quia continuè ago pœnitentiam de peccatis, & D
ſpero aduentum tuum: quia ſub hac fide Chriſti venturi intendo ſaluari cũ tota mea poſteritate. Vnde pœnitentia ipſius Adam legitur Sapienti. 10. vbi dicitur. Hęc illum, qui primus creatus eſt homo pater orbis ter rarũ, eduxit à peccato ſuo. Ex hoc patet qđ Dauid dirigit hunc pſalmum in Chriſtum qui eſt finis legis & ſaluator. Nam Dauid ſciebat quòd Adam & ipſe & cæteri non po terant ſaluari: nec à peccato liberari: niſi per Chriſtum, in cuius fide omnes ſaluati ſunt. Ideo dicit: Domine ante te eſt omne deſide rium meum. Quia

Cor meum conturbatum eſt: dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum: & ipſum non eſt mecum.

Cor meum & ratio & tota anima contur- E
bata eſt, & appetitus peruerſus ex peccato; & dereliquit me uirtus mea; quia fauciatus nõ poſſum peccato reſiſtere, nec bonũ agere. Et hoc non ſolum quo ad uoluntatem: ſed etiam lumen oculorum meorum ſcilicet in tellectus, & rationis dereliquit me & ipſum lumen non eſt mecum: quia perdidi ipſum propter peccatum. Vnde notandum quòd in ter cætera, quatuor bona habuit Adam an te pecatum. Primò obedientiam liberam carnis ad animam, & ſenſualitatis ad ratio nem. Secundò libertatem & immunitatem ab omni pœna, & miſeria corporali: quia erat immortalis, & impaſſibilis: ut ſic. Ter tiò ſcientiam indicam omnium rerum natu ralium. Quartò obedientiam omnium ani malium: & uſum omnium rerum creatarũ ad uſum ſui: & amicitiam parem aliorum ho F
minum. Sed omnia iſta perdidit ex pecca to. Nam primò caro ſurrexit aduerſus ani mam. Secondò incidit in omnes miſerias, & pœnas corporales ſcilicet famem, ſitim, la borem, dolorem, & mortem. Tertiò inci dit in ignorantiam: quia quando naſcimur, Anima noſtra eſt tanquam tabula raſa in qua nihil depictum eſt, 3. de Anima. Quartò incidit in miſerias exteriores ſcilicet in per ſecutiones, & in iniudiam & iram aliorum hominum. De tribus primis conqueritur in tota iſta prima parte, & breuiter in hoc verſiculo: cum dicitur. Cor meum contur batum eſt ideſt appetitus peruerſus eſt in me, & uirtus mea naturalis: & libertas ſani tatis membrorem & fortitudo dereliquit me & lumen & uirtus intellectus agentis, & ſcię tia

A tia mihi indita dereliquit me, & ipſum lumẽ & ſcientia non eſt mecum; imo anima mea in ſui principio eſt tanquàm tabula raſa, in qua nihil depictum eſt: & ſic non poſſum a dipiſci ſcientiam naturalem, niſi per ma gnum & longum ſtudium: nec ſcientiam de tebũr diuinis, niſi ſpeciali reuelatione.

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt.

In hac ſecunda parte conquerendo recor datur & memorat quartum beneficium, qđ amiſit per peccatum, & miſerias exteriores, in quas incidit: quia incidit in iram, & o- D
dium & perſecutionem, & inuidiam malo rum. Nam ſi Adam non peccaſſet: omnes ho mines fuiſſent unanimes ſine inuidia & ira, & ſine odio, & non eſſet perſecutio nec rixa.
B Ideo dicit. Non ſolum perdidi bona interio ra: ſed etiam exteriora, & incidi in multitudi nem, & multiplicationem miſeriarum exte riorum. Nam amici mei, & proximi aduer ſum me appropinquauerunt: ut mihi no cerent, & lædarent lingua & manu, & ſtete runt aduerſum me, ut deprędarentur & occi derent. Nam Cain motus à zelo inuidiæ in ſurrexit, & occidit Abel fratrem ſuum. Et an te diluuium inſurrexerũt filii hominum cõ tra filios Dei id eſt mundani contra bonos & fideles, & ciuitates diaboli contra ciuitatem Dei. Quia illico diuiſus eſt mundus in duas ciuitates Dei: ſcilicet & diaboli. Et ſic ſuc ceſſiuè ſemper ciuitas diaboli perſecuta eſt ci uitatẽ Dei. Et illico poſt diluuium Cam per ſecutus eſt patrem ſuum Noe. & fratrem ſuũ Sem, & diuiſi ſunt tres fratres per tres partes
C mundi. Item filii Nembroth perſecuti ſunt Abraham: & Iſmael perſecutus eſt Iſaac: & Eſau Iacob: & uniuerſa liter filii carnis perſe cuti ſunt filios promiſſionis. Et Farao cum Aegyptiis perſecuti ſunt, & oppreſſerunt fi lios Iſrael, & uniuerſaliter populus gentilis populũ Dei & eccleſiã Xpi. Et ſic vſq; ad cõ ſummationẽ ſęculi ſemp ciuitas diaboli ter rena pſequitur ciuitatẽ Dei & eccleſiã. quod totũ, patet ex pãtõ primorũ parẽtũ, & hoc eſt quod dicit: & conqueritur hic Adam. Nã omnes amici mei & proximi & fratres: quia omnes ſumus filii vnius Dei per creationem, vnius primi hominis per generationẽ natu ralẽ, & ſic deberemus eſſe cõcordes & unani mes; ſed omnes qui diuiſi ſunt à ciuitate Dei & ſunt in ciuitate terrena, appropinquaue runt aduerſum me, & ſteterunt cõtra me, ut me lædarent & deprędarentur, & opprimerent, & occiderent, ut patet de Cain, & Cam de Caldæis, de Iſmaël, & de Eſau, & Faraone, & Moabitis & de Amonitis, & ti rannis contra eccleſiam. Ideo ſubdit.

Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Qui iuxta me erant per coniunctionẽ, & conſanguinitatem carnis. de longe ſteterũt. religione fidei: quia relicto Deo creatore, declinauerunt ad idola quæ non ſunt dii, ſed creaturæ, & lapides, & ligna. Et ſic inſurrexe runt contra me, & tum faciebant, & uio lenter quærebant animam meam, & uitam meam delere ab hoc mundo.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates & dolos tota die meditabantur.

Quærebant mala mihi ſcilicet pagani, & infideles locuti ſunt vanitates, & me- E
ditabantur dolos contra me tota die. Quia ſemper infideles machinabantur contra popu lũ Dei tã ante aduentũ Chriſti quã poſt.

Ego autem tanquàm ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Ego autem, dicit eccleſia, non audiebam tanquàm ſurdus. i. ſemper patiẽter ferẽs per ſecutiones tirannorum nõ reſpondebam ad maledicta eorum, & eram ſicut mutus non aperiens os ſuum, ut cantat eccleſia de marti ribus Ceduntur gladiis more bidẽtium, Nõ murmur reſonat, non querimonia, Sed cor de tacito mens bene conſcia Conſeruat pa tientiam. Et ideo ſequitur.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo vindictiones.

Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies F
me domine Deus meus.

Quia nõ expectabam auxilium hominũ, ſed tuum tantum. Quoniam in te ſperaui. Et ſic poteſt tota iſta ſecũda pars exponi in per ſona eccleſiæ, quæ cõqueritur de ſuis perſe cutoribus. Sed forſan melius eſt, quòd in toto iſto pſalmo loquatur Chriſtus qui eſt ſecun dus Adam. Nam dictũ eſt ſæpius q̃ Xp̃s tan tũ traxit, & ſpõte aſsũpſi pœnalitates, & cul pã à primò Adã, eo q̃ Chriſtus erat paſſurus pœnam pro culpa ipſius primi Adã & ſuorũ. Sed poſtea Chriſtus uniuit ſibi primum Adã cum ſuis in unitate miſtica per fidem. Sed quia tanta eſt iſta unitas inter caput, & ſuũ corpus miſticum q̃ cõueniantur idiomata, ut di ctũ eſt, iõ Chriſtus caput ſæpe loquitur in p ſona membrorum, & peccata eorum dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A esse sua, postquã pro eis patitur & soluit. Et ꝓ̃ Xp̃s duo facit in hoc psalmo. Nã primò loquitur in persona primi Adã, & suorũ: quod dicit corpus mythicũ Xpi, & deflet pcã & pęnalitates quas traxit ex pcto. Secundò Christus in persona sui ipsius deflet, & memorat pœnas & afflictiones, quas passus est pro peccato primi Adam, & totius corporis mistici: ibi. Amici mei & proximi. Quantũ ad primũ dicit. Xps ad patrem. O dñe pater ne arguas me. i. membra mea in tuo furore, id est secundum sententiam datã in tuo furore: qñ eiecisti Adam de paradiso terrestri. Neque corripias me in æternum pro illo pcõ mẽbra mea puniendo. Quoniam sagittæ sententiæ tuę in fixę sunt mihi. Et sic exponatur prima pars, ꝙ Christus loquitur in persona primi Adam

B cum tota sua posteritate fideli: quod dicitur corpus misticum, sicut supra expositum est: nihil mutando, nisi personam Christi, inquã tum loquitur pro suo corpore.

Amici mei. In hac secunda parte postquã Christus defluit, & memorauit peccatũ, & corruptionem, & fomitem, quẽ incurrit Adã ex inobedientia: nũc loquitur in persona sui, & deflet, & memorat pœnas & persecutiones quas passus est pro peccatis membrorũ & primi Adam. Vnde duo facit. Nam primò facit quod dictum est. Secundò petit liberari: ibi. Ne derelinquas me. Dicit ergo Chris, Amici mei iudæi: quibus tot bona operatus sum & feci; filios eorum sanando, & suscitando à mortuis, & proximi mei de tribu Iuda, aduersum me appropinquauerunt necem meã per

C petrãdo: & steterunt, ideſt instanter aduersãti sunt, & qui ante erant iuxta me, amicitiam simulando, postea tempore passionis à longe steterunt: quia auxilium negauerunt: imo se inimicos ostenderunt. Et ipsi qui quærebant animam meam: faciebãt vim. i. ad posse laborabãt animam. i. vitam meam auferre. Et etiã apostoli qui erant iuxta me, & in societate mea tunc tempore captionis steterunt longè à me: quia me relicto omnes fugerunt: & hi iudæi, & ministri, qui quærebant animã meã & vitam meam perdere, laciebant vim: quia ligarunt me & violenter me trahebant. Et ipsi inquirentes mala mihi locuti sunt vanitates, & falsa testimonia cõtra me in domo Annæ, & Caifæ, & Pilati, & sic tota die meditabantur dolos & fraudes contra me, accusãdo coram Pilato. Ego autem dum mihi conuicia, & falsa testimonia improperarent: tanquã surdus non audiebã: ideſt ac si essem surdus non respondebam, & eram sicut mutus nõ aperiẽs os suũ, & sacꝫ sum tacẽs: sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, nec responsiones ad satisfaciendum iniurijs & falsis accusationibus: intantũ vt vehementer miraretur præses. Qm̃ in te domine speraui. Hic reddit Christus causam quare ita patienter sustinuit illa conuicia. & dicit. ꝙ nõ pro se; sed pro mẽbris patiebatur. Ideo triplici ex causa patienter passus est. Primò vt pro peccato superbiæ & inobedientiæ ipsius Adam satisfaceret. Secũdò vt esset exẽplum martiribus & fidelibus in futurum: vt patienter toleraret persecutiones. Tertiò qã propter patientiam & humilitatem se sperabat resurrecturum in capite & membris. Ió

B dicit: Quoniã in te domine speraui in tota illa pſecutione: ideo tu exaudies me domine Deus meus me resuscitãdo, & membra mea tibi reconciliando. Et hęc est prima & secũda causa quare tacui, & patiẽter tuli. Tertia est.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quia dixi: hæc volo pati: nequando inimici mei gaudeant: imo tristentur de mea resurrectione: & dũ pedes mei. i. Apostoli & martires, & vniuersaliter omnia membra mea commouentur & affliguntur: magna locuti sunt super me: id est locuti fuerunt tirãni super me: tunc ipsam membra mea ferant patienter exemplo mei.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. F

Quoniam, id est propter causas supra dictas ego sum paratus tota die m flagella toleranda pro membris meis, ideſt semper propono pro eis pati. Et ideo in persona membrorum subdit.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Quoniam iniquitatẽ meam: scilicet membrorum meorum annunciabo, & confitebor in cruce, & cogitabo pati pro peccato meo, scilicet membrorum meorum.

Inimici autẽ mei viuũt & cõfirmati sũt super me: & multiplicati sũt qui oderũt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Hic reddit causam quare moti sunt iudæi ad persequendum Christum, & dicit, ꝙ tota causa fuit: quia prædicabat, & sequebatur iustitiam,

A iustitiã, & virtutes opere & doctrina. Dicit ergo: autem pro sed, inimici mei iudæi viuũt, & prosperabuntur, & cõfirmati i roborati, & fortificati sunt super me, & multiplicati sunt iniquè, qui oderunt me retribuẽtes mihi mala pro bonis, & illi quibus impenderam multa beneficia filios eorum sanando. Et isti tanquam ingrati detrahebant mihi, & accusabant coram Pilato. Et totum hoc fecerunt: Quoniam sequebar bonitatem. Primò faciendo: Secundo docendo: quia in prędicationibus meis improperabam eis peccata legis, & prædicabam contra eorum auaritiam, & superbiam, & simoniam, & cætera vitia, & quia eram dissimilis operibus eorum.

Ne derelinquas me domine Deus meus: ne

B *discesseris a me.*

Ne derelinquas. Hic petit liberari per resurrectionem in capite, & membris. Dicit ergo Christus. O Domine Deus pater ne derelinquas me dia in posse iudæorum, & ne discesseris à me. Sed

Intende in adiutorium meum: domine Deus salutis meæ.

O dñe Deus salutis meæ intẽde in adiutorium meum, me tertia die resuscitando: vt possim mea membra tibi reconciliare, & per meã resurrectionem eos ab vtraq; morte resuscitare. Itẽ ista vltima particula potest esse vox prosetæ ad Christum dicens. O Christe domine Deus & saluator accelera aduentũ tuum, & ne me derelinquas in potestate diaboli, & in hac miseria. Sed tu qui es Deus sa-

C lutis meæ: quia es verè saluator: ideo vocaris Iesus: intende ergo in adiutorium meũ, & redemptionem meam per passionem. Iste psalmus est tertius in ordine psalmorum pœnitentialium. Ideo vltra sensum misticũ potest exponi moraliter in persona cuiuslibet pœnitentis. Et sic recitat ipsum ecclesia in diebus ferialibus in persona cœtus pœnitentium. Vnde conqueritur ecclesia de diabolo & membris eius: eo ꝙ vexat fideles variis tẽptationibus, & consequenter de incommodis quæ accidũt peccatoribus ex peccato. Dicit ergo. O dñe Iesu Christe ne arguas me in furore tuo. i. da mihi veniã, & ne reserues vindictam & pœnam in die furoris tui. i. vsq; ad obitum meũ: vel vsq; ad diem iudicii: sicut dictum est psal. 6. Quoniam sagittæ sententiæ tuæ infixæ sunt mihi. Et sic deflet incommoda intrinseca & extrinseca quæ eueniunt peccatoribus ex peccato.

PSALMVS XXXVIII. D

Dixi custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Titulus. Ad victoriam, siue. In finem ipsi Iditum psalmus Dauid. Hieron. vero Victori Iditum cãticum Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc ps. & tradidit ipsum cantãdum coro ipsius Iditum cum toto conatu vocum. Ex hoc titulo apparet ẽt, ꝙ qñ in titulis ponitur filius Core, vel Asaf, aut Ethan non memorantur tanquam factores psalmorum: sed tanquã cantores: sicut per hoc ꝙ dẽ ipsi Iditum psalmus Dauid. Et hoc idem dicit Amb. in principio libri de officiis: qui adducit hunc psalmum tanquam procemium, & dicit ꝙ Dauid fecit hunc psalmum, & dedit ipsum cantandũ sancto. Iditũ. Sed de ma E teria huius psalmi est varius modus loquẽdi. Primò apud Hebrẽos, & apud latinos. Nã Ra. Salo. dicit, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum prænidens pressuram populi Dei in captiuitate babilonica. Vñ in persona populi oppressi ait. Ego populus Dei vexatus in illa captiuitate dixi. i. proposui custodire vias meas: vt non delinquerem nec peccarem murmurando in lingua mea, sed patienter ferrẽ opprobria, & vexationẽ: post puniuit me dñs pp peccata mea. Et sic exposuit totũ psalmũ de illo populo desiderãte cum patientia exire ab illa captiuitate. Sed in veritate licẽt aliqua pars literæ possit applicari illi intentioni: tamen multa sunt in hoc ps. quæ videntur deuiare, & extorte applicari. Ideo quidã latinorũ exponunt literaliter de Dauid cum F fugeret à facie Absalon per iugum mõtis oliuarũ, & Semei proiiceret contra eum terrã & lapides dicẽs. Egredere: egredere vir sãguinis. Sed cũ Abisai vellet descẽdere: vt interficeret Semei, prohibuit Dauid dicens. Dimittẽ eũ vt maledicat. Dñs enim pœpit: vt maledicat Dauid. 2. Reg. 16. Ex quibus patet ꝙ Dauid patienter tulit hãc persecutionẽ, nec peccauit peccato linguæ murmurando: imo oia imputauit peccato suo. Et sic fecit hunc psalmũ memorans, qualiter patienter tulit hãc persecutionẽ absq; pcõ linguæ seu murmurationis. Sed licẽt in veritate magis & cõuenientius posset hæc litera applicari pſatæ historiæ, & forsan illud misterium fuit causa mouẽs, quare fecit hunc psal. tamen nõ fuit causa præcisa & finalis: nec est sistendũ in litera, cũ in hac psalmo nõ fuerit minus prose-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A feta & inspiratus quã in cæteris, & maximè quia aliqua ponũtur in hoc psalmo quæ vñr extranea ab illa historia, sicut est illud. verũtamẽ vanitas oĩs homo viuens. Et ideo est dicendũ, ꝙ Dauid p electionẽ à regno, & p rebellionẽ filii, & populi pp pctm cõmissum, vidit in spũ totũ misteriũ peccati primorum parentum, qui pp inobedientiam, & ingratitudinẽ, fuerũt electi à paradiso, & perdiderũt felicitatẽ: imo oĩa fuerunt eis rebellia. Nam pars sensitiua, & caro insurrexit cõtra spũm. Et elementa, & bestiæ insurrexerunt contra eos. Et sic Adã qui erat rex & dñs in illa ciuitate, electus est, & factus est peregrinus cũ sua posteritate in hac valle lacrimarum. Itẽ sicut populus regni Dauid fuit diuisus i duas partes. Nam quidam adhæserũt ipsi Dauid,
B & peregrinati sunt cum eo. Alia pars adhesit ipsi Absalon, & persequebatur ipsum Dauid. Sed finaliter Dauid patienter ferendo illam persecutionem prævaluit contra Absalon & suos. Et sic Dauid per suam humilitatẽ & patientiam meruit reduci, & recuperare regnũ extinctũ Absalone, & confuso cum suis sequacibus. Ita pariter. vt ait Aug. 15. de ciu. dei. Filii Adam postq̃ electi sunt à paradiso, diuisi sunt in duas ciuitates. s. terrenã, & cęlestem, siue spũalem, siue in duos populos: quorum vnus dicitur terrenus, ponẽs suam spem in hoc seculo. Et alter dicitur spiritualis ponens suã spem in Christo expectãs per ipsum liberari, & ad ciuitatẽ de qua electus est reuocari. Ille populus incepit à Cain. Iste verò ab Abel iusto. Ille populus pertinet ad
C hanc terrenam ciuitatem, in qua ponit suam spẽ. Iste verò pertinet ad ciuitatẽ supernã ad quam tendit. Ideo dicitur peregrinus, & nõ ciuis in hac terrena ciuitate. Vñ dicit Aug. ꝙ duo amores diuiserunt has duas ciuitates. s. terrenã amor sui vsq; ad contẽptum Dei: cęlestẽ autẽ amor Dei vsq; ad contẽptũ sui. Et ideo illa in se, ista in dño gloriatr. Et ideo illa q̃rit ab hominibus gloriari & exaltari. Ista aũt dicit dño suo, tu es gloria mea tu exaltas caput meum &c. Et ideo semper illa ciuitas terrena quæsiuit prosperitatem in hac uita. Ista aũt noluit habere hic manentem ciuitatem, sed futurum expectauit. Et sic legitur ꝙ Cain ædificauit ciuitatem, quasi intẽdens in hoc mundo permanere. Sed Abel non legitr ædificasse ciuitatem, quia non intendebat in hoc sæculo permanere, sed ad ciuitatem cęlestem peregrinari. Et sic oẽs carnales, & terreni dicuntur successores Cain, & pertinent ad ciuitatem terrenam, sed oẽs spirituales dicũtur successores Abel & peregrini, eo ꝙ posuerunt spem in Christo futuro. Et sic vsq; ad Christum per fidẽ spem, & caritatẽ peregrinati sunt patiendo persecutiones, & vexationes à ciuibus ciuitatis terrenæ, sed finaliter sunt per Christũ liberati, & ad ciuitatẽ cęlestẽ reuocati. Filii aũt terrenę ciuitatis licẽt partim perierunt in primo aduentu Christi, tñ in finali iudicio totaliter peribũt cum diabolo capite suo, sicut pernt Absalon cum suis. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu fecit hunc psalmũ. Considerat ergo Dauid totum populum Dei tanquã unum corpus mysticum, & vnum peregrinum, qui ab Adã, & Abel peregrinatur per fidem, & spem vsque ad Christum, & exinde vsq; ad iudicium, vt recuperet per fidẽ & humilitatem ciuitatẽ, quam perdiderat per superbiam, & tẽdit primò in Christum, ut dirigat ipsum in illã ciuitatẽ. Sed in peregrinatione semper patitur, & passus est, & impugnatus à diabolo & membris, quorum persecutionem cum silentio & patiẽtia passus est, per q̃ patientiam efficitur membrum Christi, & sic meretur uenire. Et ipsum peregrinum introducit Dauid loquẽtem in hoc psalmo. Et ideo in titulo dicitur ad victoriã, siue in finẽ ipsi Iditum psal. Dauid: quia Iditũ interpretatur transiliens eos. Nã peregrinus transit alios, & relinquit post se, & ipse assequitur terminum. Ita populus fidelis, quia non mansit in hac terrena ciuitate, nec ponit spem in ea, relinquit hoies terrenos, & saltat in patriã, præteriens eos in miseria mundana, & ipse transilit ad felicitatẽ æternã. Et sic dr transiliens eos. Et ideo in titulo addit ad victoriã, quia trãsiliens alios vincit, & consequitur brauium, vel dr in finẽ quia dirigit in Christũ. Iste ergo transiliens & peregrinus introductus ad loquendũ quinq; facit. Nã primò deflet psecutiones, & pœnas sibi inflictas ex pctõ. quas cũ patiẽtia, & sine murmuratiõe se dicit pati. Secdò petit aduentũ Xpi accelerari, vt imponat finẽ suæ peregrinationi. Tertiò gaudet se uicisse terrenos, & posuisse spem & finẽ in Christo. Quartò confitetur se iuste pœnas pati ex peccato suo. Quintò petit agere pniam & sibi remitti culpam in hac vita. Secundum ibi. Locutus sum in lingua mea. Tertiũ ibi. Verumtñ vniuersa uanitas. Quartũ ibi: Obmutui & nõ aperui. Quintũ ibi. Exaudi dñe. Vel potest di-

A ci, ꝙ duo iste peregrinus generaliter facit. Nã primò narrat suam patientiam cum silentio in persecutionibus. Secũdò inuocat & petit aduentũ Christi accelerari, vt liberet eũ. ibi. Locutus sum in lingua. Quantum ad primũ est notandum, ꝙ inter cæteras cõditiones hominum, duę sunt maximè necessariæ ipsi peregrino. s. humilitas & patiẽtia. Et rõ est. Nam qñ peregrinus peregrinatur inter gentes habẽtes extraneos & pravos mores: semper vexatur & sæpe patiẽ opprobria & iniurias qui bus si vellet satisfacere per linguam, aut per opera deficeret in via, & nõ perficeret suã peregrinationem: ergo oportet ꝙ patienter ferat cum humilitate. Ita pariter populus fidelium, qui peregrinatus est à principio mũdi
B inter terrenos, & mũdanos, & infideles dispares in cultu, & moribus, sp fuit & erit impugnatus, & vexatus ab eis, & hoc pp cultum vnius Dei in vtroq; testamento contentum, & pp diuersitatem morum, & modi viuendi. Nã primò Abel occisus est à Cain ex inuidia, & Noe irrisus à filio suo Cam, & Abraham vexatus a Caldæis, & Isaac ab Ismael, & Iacob ab Esau, & Israel ab Aegiptiis. Et ideo oportuit istũ peregrinũ cum humilitate transisse, aliter non meruisset. sed quia posuerat spem suã in Christo: ideo meruit ad ipsum peruenire cũ humilitate & patientia. Dicit ergo iste trãsiliẽs siue peregrinus. Ego dixi cũ deliberatione, & humilitate, & patiẽtia, custodiam vias meas, i. ego deliberaui taliter custodire vias meas, in oĩbus meis peregrinationibus inter amatores huius mũdi & ciues huius terrenæ ciuitatis: vt non delin-
C quã in lingua mea contra Deum murmurãdo, nec cõtra persecutores maledicẽdo, imo statui tacere in omnibus persecutionibus.

Posui ori meo custodiam: cum cõsisteret peccator aduersum me.

Posui custodiam ori meo, & linguam cõpescui, & obstruxi ora, cum peccator scilicet diabolus cum membris suis, & totus populus infidelis consisteret. i. simul staret aduersum me vexando, & affligendo. Nam ego tacui & posui ori meo custodiam in occisione ipsius Abel, siue quãdo fuit occisus in Abel, & irrisus in Noe & vexatus in Abraham, Isaac, & Iacob. Item

Obmutui & humiliatus sum & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.

Obmutui & silui à bonis in omnibus istis persecutionibus. Vnde nota, ꝙ istud silere à bonis potest dupliciter intelligi. Vno modo D ꝙ dicat iste peregrinus. Non solum silui & tacui à malis persecutoresnõ im aledicendo, & cum superbia eis respondendo: sed etiã silui à bonis, per bona verba legis eos exhortando. q. d. nec respondebam eis bonum nec malum: sed patienter & cum silentio tolerabam iniurias, & sic dolor meus renouatus est, id est crescebat in me. Secundò

Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Concaluit cor meũ intra me irã comprimendo, & in tali meditatione exardescebat ignis doloris siue caritatis: quia cum caritate ferebam. Aliter potest intelligi & forsan melius. Nam vt ait Aug. 1. de ci. Dei ca. 8. persecutiones, & flagella tẽporalia sunt bonis bona, & malis mala. Nam vna & eadẽ infirmitas, & aduersitas operatur diuersa in bonis & E malis. Nã malus blasfemat contra Deum, & homines in aduersitatibus, & iustus laudat Deum, & fert cum patientia, & talia flagella sunt bonis ad meritum, & malis ad mortem & damnationem. Et ideo persecutiones fuerunt bonæ, & vtiles sanctis patribus, & toti populo Dei: quia in eis laudabant Deum, & silebant nõ ferẽdo malum pro malo suis persecutoribus. Iõ ait iste peregrinus: obmutui in oĩbus persecutionibus, & aduersitatibus, & silui à bonis. i. à talibus flagellis: quia mihi bona & salubria reputaui, & per talia putabã mereri: imo quia sciebam ꝙ talia flagella data sunt mihi in pniam propter peccatũ primorum parentum, aut ad purgationem pctõrum meorum: quia Nemo sine crimine viuit: aut putabam mihi esse data illa flagella ad custodiã virtutũ: ne magnitudo reuelationũ extolleret me: sicut Paulo, aut ad augmẽtum meritorum. sicut Iob, & Tobiæ. quia virtus in infirmitate perficitur. Et sic silui in talibus bonis. imo dolor meus renouatus est: cõsiderans ꝙ mihi eueniebat ex peccato primorum parentum: vel ex propriis commissis. Et tunc concaluit cor meum intra me ex dolore & contritione retorquendo talia flagella ad peccatum meũ, & in tali meditatione exardescebat ignis doloris respectu peccati. ẽt exardescebat ignis amoris & caritatis erga Deum: pro cuius amore patiebar humiliter, & ẽt erga persecutores, pro quibus rogabam, vt conuerterentur. In talibus ergo persecutionibus decreui custodire vias, & peregrinationes: & operationes meas vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nō delinquerem in lingua mea, & sic posui custodiam ori meo, ne murmurarem contra Deum: nec maledicerem. cū peccator .s. diabolus cum membris suis infidelibus consisteret & pugnaret aduersum me: sed obmutui tanquam mutus: & silui à talibus bonis mihi reputatis & dolor contritionis renouatus est in me. Et sic cor meum cōcaluit intra me ex cōtritione peccatorum, & caritate Dei & proximi, & i tali meditatione talis ignis exarsit & ardescet. Aliter etiam potest intelligi. Nā antiqui patres patienter tolerabant persecutiones: eo q liberari sperabant per Christum. Ideo ait. Obmutui in talibus flagellis: & silui à bonis mihi promissis, & expectatis in Christo futuro: & sic dolor meus fuit renouatus. i. rememoratus. & sic concaluit cor
B meum in me. i. quasi lætum ex spe Christi futuri, & in tali meditatione, & spe exardescet ignis fidei & caritatis Christi.

Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.

Postquā superius dixit iste peregrinus: q in omnibus persecutionibus nō peccauit lingua: nec respondit maledictis nec factis. imo concaluit cor eius propter spem Christi futuri: hic in hac secunda parte petit aduentū Christi accelerari: ut ponat finē suæ peregrinationi: & liberet eū. Vnde quatuor facit. Nā primò facit quod dictū est. Scdò irridet & reprehēdit amatores huius mūdi. Tertiò petit liberari à pœnis, & tribulationibus corporalibus huius mūdi per aduentū Christi. Quartò petit liberari à culpa animæ. Secundū ibi.
C Verūtāmen vniuersa vanitas. Tertiū ibi. Ab omnibus iniquitatibus. Quartū. ibi. Exaudi. Quantum ad primū, & ad totam istā secundā partē est aduertendum, q iste psal. 38 39. & 101. sunt similes in materia. Nā in omnibus tribus defletur breuitas, & miseria uitæ humanæ propter peccatum Adæ, & petitur Christus: vt ueniat ad liberandum hominem ab huiusmodi miseria & culpa. Qui quidē Christus in lege promissus, & expectatus multis nominibus nūcupat vt dictū est in prologo tractatu quarto. Vnde inter cętera uocatur finis legis veteris in primo aduētu per redēptionē, & finis legis nostræ p glorificationē in 2. aduētu. Ipse idē dicitur dextera Dei patris: eo q p ipsū operatus est nostrā redēptionē. Item dicitur dominus. Ideo in hoc psal. dicitur finis: cum dicitur: Notū fac mihi domine finē meū. & in 39. ps. dicitur: Dextera Dei cū dicitur. Dexterā tuā sic norā fac. Et in 101. dicitur dñs: cū dicitur: Tu exurgēs dñe misereberis Sió. Dicit ergo iste peregrinus. O dñe ego iā dixi, q cū humilitate patiēter tuli oēs tribulationes, & miserias i mea peregrinatione, & nunq̄ deliqui in lingua mea: nec volui satisfacere iniurias mihi illatis, sed solū ad te habui refugiū in quo sperabā, & locutus sū in lingua mea dicens. O dñe fac mihi notū finē meū. s. Christū qui est finis legis, per quē omnes speramus liberari, & accelerer aduentū suū: ut omnes eū cognoscamus à maximo usq; ad minimū, & fac mihi notū numerum dierū meorū usq; ad aduētum eius. ut sciam quid, & quantū tēpus desit mihi usq; ad aduentum tuum, in quo erit finis miserię meę.

Et numerum dierum meorū quis est, ut sciā quid desit mihi. B

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Notū etiā fac numerū dierū meorū, quæ numerus. i. quotus sit, ut sciam quis est numerus dierum meorū: & scia ēt quid & quātū desit mihi, ecce pro quia, tu non posuisti dies meos immensurabiles & infinitos, imo mēsurabiles & finitos, quia vita nostra non est æterna in hoc mūdo, sicut tua, imo substantia. i. tota uita mea est tanquā nihilū ante te. i. breuissima, & quasi nil respectu tuæ æternitatis, q. d. aduentus tuus non potest differri in æternum, quia uita mea breuis est.

Verūtamē universa vanitas: oēs hō uiuēs.

Veruntamen in imagine pertransit homo: F

sed & frustra conturbatur.

Hic reprehendit & irridet amatores huius mūdi & terrenos, qui ponūt spem suā in hoc mundo, & in rebus temporalibus, cum sint breues & transitoriæ, & contemnunt finē uerū qui est Christ⁹. Dicit ergo. Si ita est quod substantia. i. uita mea est mensurabilis & nō infinita: quia oē mensurabile est finitū: imo est tanquā nihilū ante te: uerūtamē. i. ió certe omnis homo uiuēs est uniuersa uanitas. i. uniuersā uita hominis terreni est uanitas, ut patet in libro Ecclesiastes. Probatur: quia omnis hō pertansit hunc mundū in imagine. i. quadā umbra. q. d. q uita hominis in hoc mūdo, ita est breuis q nō meretur dici uita, sed imago & umbra uitæ, & felicitas eius nō est felicitas, sed imago & umbra felicitatis, & quoddam somnium. Ergo frustrā cōturbatur & laborat in congregandis pecuniis, postquā uita eius est ita breuis. Nam

Thesaurizat

A *Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea: & nunc quæ est expectatio mea? nonne Dñs? & substantia mea apud te est.*

Thesaurizat cōgregando bona temporalia & ignorat cui, & pro quibus cōgregabit ea: quia ipse est breuiter moriturus. & nescit qs possidebit ea. Nam filii eius erūt prodigi vel fatui nescientes custodire quod ipse grandi labore, & sollicitudine acquisiuit. & bona sua transibunt ad alienos. Ideo iste peregrinus irridens istos amatores mundi subdit, & nunc quæ est expectatio mea: nonne Dñs? q. d. nō fuit talis spes mea sicut istorum: quia nō posui spem meā, nec constitui finē meū in hoc mundo sicut illi: sed in solo Dño meo Iesu Christo: quē spero saluatorem: quia no lui esse ciuis in hoc mundo: sed peregrinus tē
B dens in finē meum. qui est Christus. Et ideo subdit, nonne substantia mea. i. substantia diuitiarum mearum, & tota vita mea apud te est O Dñe Iesu? q. d. imo certè. Ex hoc patet, q iste se ostendit verū peregrinū, & transeuntem amatores huius mundi. Nam sicut quando in stadio duo currunt: ille qui citius currit dicitur transiliens alterum, & accipit brauium: ita in hoc mūdo fideles, & iusti trāsiliunt amatores mundi, & relinquentes eos retro in bonis mundanis transitoriis, ipsi consequūtur brauium felicitatis in Christo. Ité fideles dicuntur peregrini: quia relinquētes amatores huius mundi in hac ciuitate terrena: ipsi peregrinando peruenerunt vsque ad Christum: qui est finis vtriusque legis. Et sic patres antiqui peruenerunt vsq; ad Christū in primo aduentu, in quo receperunt gratiā.
C Nos vero peregrinando tendimus ad eundē Christum: vt recipiamus gloriam in secūdo aduentu. Iterū ex supradictis patet, q verba huius psalmi sunt sumpta ex libro Iob. ibi enim dicitur. Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est. Hic autem dicitur: Mensurabiles posuisti dies meos. Ité ibi dicitur. Dies mei sicut vmbra. hic vero: In imagine pertransit homo.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Hic petit liberari ab omnibus penalitatibus, & infirmitatibus tàm tēporalibus q̄ spiritualibus inflictis sibi in Adam. Vnde dictū est, q duo genera malorum traxit Adā cum tota sua posteritate ex illius primi cōdemnatione peccati. Quædā. n. sunt corporalia, & quędā spiritualia. Corporalia sunt in duplici genere. s. corruptio & fomes peccati in sensualitate: secundò infirmitates in corpore. s. fames sitis, ægritudo. In aia autem traximus pœnā: primò originale in nobis: secūdo actuale ex cōsensu cōcupiscētiæ. Ideo iste peregrinus primò petit liberari à pœnis corporalibus. Secundò à spiritualib. s. à pctō ibi: Exaudi orationem. Dicit ergo. O Dñe erue me ab omnibus iniquitatibus quas cōtraxi & commisi ex cōsensu peccati: siue ab iniquitatib. quas traxi ex Adam: pp quas dedisti me opprobrium cuicunq; insipienti, & infideli, & maligno. Vnde nota, q propter quatuor causas potest Deus hominē affligere. Primò ex pctō primi parentis: pp quod omnes incurrimus suiam mortis: & omniū pœnalitatum corporaliū. s. infirmitatum & persecutionū & in hoc omnes conuenimus tam iustique pctōres. Secundò patimur flagella quando- E quę pp pctā propria: sicut psalus est populus iudæorum captiuitate babilonica. Tertiò ne iustus extollatur in superbiā: vt patet de Paulo. Quartò ad augmentū meritorū: quia virtus in infirmitate perficitur: vt patet de eodem Paulo, & Atanasio, & Iob, & Tobia. Quocunq; ergo modo eueniat homini flagellum s. n. p Deus dr autor: aut efficienter: aut permissiue. Sed primo & secūdo modo: licēt Deus dicatur autor: tamē causa est in nobis, & sic Deus dr nos iustè flagellare, & ideo in talibus flagellis & persecutionibus nō debemus imputare Deo, sed nobis. qa cōmisimus pctm: ex quo iustè flagellamur: vel qa descēdimus ex propagine illius qui cōtra Deū peccauit. Ideo iste peregrinus petens liberari retorquet flagella ad peccatum suum dicens. F

Obmutui & non aperui os meum quoniam tu fecisti: amove à me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ergo defeci in increpationib. pp iniquitatē corripuisti hominē.

Et tabescere fecisti sicut aranea animā eius: verumtamen vane conturbatur omnis homo.

O Dñe in omnibus tribulationibus & persecutionibus ideo obmutui, & nō aperui os meum. nec deliqui in lingua mea: quia non imputaui tibi: sed pctō meo: quia tu fecisti iuste dando mihi ista flagella in pœnā peccati mei, & parentum meorum. sed rogovt amoueas à me plagas tuas. i. plagas quas mihi ex meo pctō inflixisti: quoniā ego defeci. i. iam deficio à fortitudine manus. s. sententiæ tuæ: quia iam nō valeo sustinere flagella mihi inflicta à fortitu dine sententiæ tuæ. Nā per il-

lam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lam suiam tuã qñ dixisti. Maledicta terra in opere tuo. corripuisti & punisti hominem. s. Adã cũ tota sua posteritate, & taliter corripuisti & punisti eũ in increpationib. & correptionibus tuis: ꝙ tabescere, & lãguescere, & debilitari fecisti aiam, & vitã eius: sicut araneã. i. sicut telam araneæ, quę est fragilis & debilis ad resistendum q. d. ꝙ tu per suiam tuam tabefecisti, & attenuasti vitam ipsius hominis. Nã qui erat quasi immortalis, & impassibilis & liber ab omni miseria: nunc factus est miser, & corruptus, & passibilis, & mortalis, & breuis vitę: non valens resistere miseriis corporalibus, nec spiritualibus tẽtationibus, nec pcõ: sicut tela araneæ nõ valet resistere frangenti. Ex quibus patet, ꝙ si tu inflixisti homini hmõi miserias pp pcm̃ suum: ergo vane & inaniter cõturbatur & cõqueritur omnis
B homo: quia iuste patitur pœnas & flagella pp pcta sua, & sic nõ habet ius quærelæ cõtra te, sed incuset seipsum. Et ideo ego cognoscens me iuste pati: dixi custodiã vias meas: vt nõ delingnã in lingua mea, & ideo posui ori meo custodiam: & ideo obmutui.

Exaudi orationem meam dñe & deprecationem meam auribus percipe lacrimas meas.

Hic petit liberari à culpa, & agere pniam in hac vita, nẽ decedat cũ pcto dicens. Exaudi Dñe orationẽ meam: dando mihi gratiã, & veni ad liberandũ me p̃ morte & passionẽ, & exaudi deprecationẽ meam. remittẽdo pcm̃ in hac vita. & auribus misericordiæ percipe lacrimas: vnde quidam. Interdum lacrymæ pondera vocis habent.

Ne tileas: quoniam aduena ego sum & peregrinus sicut omnes patres mei.

C Ne tileas mihi negando petitionem. Qñ ego nõ sum ciuis terrenæ ciuitatis: nec amator eius: nec volo in ea mancre sicut terreni, sed sum in ea tanquã aduena & peregrinus, sicut oẽs patres mei. s. Abel, & Noe, Abrahã, Isaac, & Iacob, qui non habuerunt ciuitatem manentem expectantes hereditatem æternã in cœlo: ita ego tanquam peregrinus in te posui spem meam ad te cõfugio, in te tendo tanquam in finem legis. Ideo

Remitte mihi vt refrigerer: priusquam abeam & amplius non ero.

Remitte mihi pctã mea in hac vita, & nõ differas: sed parce mihi antequam recedam & amplius non ero, i. antequam amplius nõ sim & non subsistam. Et ponitur futurũ indicatiui pro præsenti coniuncti sine optatiui, quo carent hebræi. Vel potest aliter intelligi. s. remitte mihi culpam antequam moriar: qa amplius post morte nõ ero capax veniẽ: quia tunc pnia non erit fructuosa: nec est tempus veniæ, sed iudicii & pœnæ. Ex supradictis patet, ꝙ totus iste ps. est abstractus ex libro ipsius Iob. Et est similis psã. 98. & 101. quia vtrobique defletur miseria & breuitas vitæ humanæ pp pcm̃ Adæ. Moraliter autẽ iste psal. potest exponi de quolibet in afflictione posito: cui datur doctrina vt cum patientia sustinerat persecutiones & flagella nec murmuret contra Deum nec contra persecutores: sed imputet sibi & cõsideatur se pati iuste pp peccata sua propria, retorquendo sibi oẽm culpam: & petat gratiam vt agat pẽ nitentiam antẽ mortem: vt decedat cũ gratia de hac mortali vita, & transiliat in cœlum; g & consequatur finem promissum tanquam verus & bonus transiliens & peregrinus saltãdo vltra ista tẽporalia. Itẽ iste qui loquit in hoc ps. potest esse Christus qui in persona capitis dicit. Dixi custodiam, & obmutui. Sed in persona mẽbrorum: dicit Ab oibus iniquitatibus meis erue me: & remitte mihi priusquã abeam ab hoc seculo. Ex oibus suprad-ictis patet qualiter tota intẽtio Dauid in hoc ps. est exhortari fideles ad cõtemptum huius mundi, & ad perferendas patienter iniurias & persecutiones: eò ꝙ nõ sunt ciues: sed peregrini in hoc mundo: nec iste mundus est nobis ciuitas: sed via qua tẽdimus in supernã ciuitatẽ nobis promissam ad q̃ nõ possumus puenire nisi p̃ multas tribulationes, & cũ humilitate & pnia. Et ideo spes nostra non est ponẽda in hoc mũdo: sed in termino ad qnẽ ꝙ tendimus. Et ideo ex isto ps. possumus recolligere 8. doctrinas siue conclusiones.

Prima doctrina est, ꝙ vnusquisq; fidelis debet custodire & compescere linguam suã à murmuratione in persecutionibus & aduersitatibus nẽ perdat meritum: sed cum humilitate & zelo caritatis debet tacere & tolerare iniurias & aduersitates propter Chri-
stum & regnum cœlorum.

Secunda doctrina, ꝙ vnusquisque fidelis continuè debet meditari in morte quæ est finis vitæ suæ, & considerare, residuum vitæ in quo habet locum pœnitentia.

Tertia doctrina, ꝙ nullus debet ponere spẽ suã in hac vita: eo qa est mẽsurabilis & finita.

Quarta doctrina, ꝙ vana est spes & sollicitudo hominum terrenorum: qua tesaurizãt

cum

A cum magno labore & violentia & rapina, & nescium futurum hæredem: nec cui congregant diuitias, nec quis possidebit eas.

Quinta doctrina, ꝙ tota nostra spes est in Deo ponenda eo quòd est æternus.

Sexta doctrina, ꝙ persecutiones & mala q̃ patimur: nõ debemus imputare nisi nobismetipsis: quia omnes in Adam & in nobismetipsis peccauimus contra Deum & legẽ.

Septima doctrina, ꝙ oẽs sumus peregrini & viatores in hoc mundo, & sic oẽs sumus mortales. sicut oẽs patres nri Abrahã, Isaac, & Iacob, & oẽs Apostoli, & martyr. Et ideo debemus eos imitari. non ponendo spem nostrã in hoc mundo: sed in bonis cœlestibus.

Octaua, ꝙ dũ sumus in hac vita: debemus agere pniam & petere remissionẽ pctorum à Deo, antequam moriamur & abeamus ab
B hoc sæculo: quia post morte nõ est locus nec tẽpus pniæ: sed pœnæ vel gloriæ. Ex quibus cœluditur ꝙ illi sunt veri peregrini & transilientes: qui cõtemnentes mundũ cum põpis suis, ponunt spẽ suã in bonis cœlestib. & patienter tolerant persecutiones & aduersitates, & agunt pniam antequam discedant ab hac vita. Quia tales licèt peccauerunt aliqñ in via: tamen non in termino sicut obstinati & impœnitentes: imò facta pnia decedũt cum caritate, perueniẽtes in cœlestem ciuitatem: in qua spem suam cõstituerunt & finem. Et in his consistit tota sententia huius ps. Sed oia ista primò impleuit Christus tanquam caput totius ecclesiæ: quem imitatur fideles: quia ipse fuit solus verus & purus pe
C regrinus transiliens oẽs mundanos. Ideo ipsi primò & per se conuenit iste psalmus.

PSALMVS XXXIX.

Expectans expectaui Dominum: & intendit mihi.

Titulus. Ad victoriam, siue. In finem psã. Dauid. Ex titulo patet: ꝙ Dauid fecit hunc psal. dirigens nos in Xpm̃, qui est finis legis. Sed de materia huius psã. altercatio est non solum apud catolicos: sed ẽt apud hebræos modernos. Nã Rabi Salo. dicit ꝙ Dauid fecit hunc ps. in persona populi Israel gratias agẽtis: eo ꝙ Dñs eduxit eum de lacu miseriæ captiuitatis Egypti, & de luto fecis: quia ibi mundabat cloacas, & faciebat lateres de lumaris rubri cantauit canticum nouum, &

carmen Deo nostro: cũ dixit. Cantemus Dño D
mino, gloriosè. vt patet Exo. 15. Et sic Rabi Salo. glosat hunc ps. ad literam de illa liberatione captiuitatis. Sed iste obstinatus sicut etat cecus corpore, & ita in hoc misterio. Nã cecus habet aliquo modo notitiam de rebus in confuso: sed non in distinctum: quia solũ tangit res per tactum: sed nõ potest eas videre. Ideo sua cognitio est confusa ẽm quid & imperfecta. Ita facit iste cecus hic & in plerisque locis. Nam verum dicit ꝙ iste ps. fundatur super illud mysteriũ liberationis captiuitatis. Nam Dauid cõtemplans illud mysterium, & promissiones factas ipsi Moysi, fecit hunc ps. sed non ad præcisum intellectum, sicut intelligit iste cecus, sed inquantum Dauid præuidit in spiritu in illa liberatione temporali totum mysterium nostræ redemptionis faciendæ per Xpm̃. Et ideo est E
magis credendum Apostolo Paulo: quia ad Hebræos. 10. asserit hunc psã. esse factum de Xpo & ecclesia: allegans scripturã huius ps. s. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autẽ adaptasti mihi. Ad cuius intelligentiã est aduertendũ: ꝙ aduentus Xpi & mysteriũ nostrę redẽptionis multipliciter fuit figuratum per liberationẽ populi Israel de Egyptiaca captiuitate: per quã vidit Dauid in spiritu totum mysterium nostrę redemptionis. Puta qũo Xps, debebat educere oẽs fideles vere. testa. de carcere & lacu miseriæ inferni post passionẽ suã, & qũo totum genus humanum debebat liberare de luto fecis pcti & miseriæ. Item aduentus Xpi fuit multipliciter promissus ipsi Moysi. Primo Exo. 33. qñ Deus dixit Moysi. Facies mea præcedet te, F
& ostendam tibi omne bonum, & cognoscã te ex noie, & ponã te in foramine petræ, & proteget te dextera mea. Quã promissionẽ contemplando Dauid præuidit in spiritu: ꝙ Deus pater debebat mittere filium in carnẽ: q filius dr facies & dextera Dei, & nomẽ Dei: prout declaratũ est in prologo tractatu. 4. Et præuidit Dauid ibidem qualiter Xps debebat fundare ecclesiã supra petrã fidei, & nos debebat ponere in foramine petrę sui lateris vn de fluxit pretiũ nostrę redẽptionis. Itẽ aduẽtus Xpi promissus ipsi Moysi. Deuter. 18. cũ dixit Deus. Profetam suscitabo de medio fratrum tuorũ similem tibi: ponamq; verba mea in ore eius: loqueturq; ad eos quæcũq; dixero tibi. Vbi præuidit Dauid in spiritu qualiter verbũ diuinũ debebat assumere car

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nem nostram & declarare nobis omnia misteria legis Moysi, in qua figuraliter continentur omnia misteria de Christo & ecclesia & omnia misteria euangelica. Item per hoc quod Deus præcepit Moysi in eodem capitulo .s. ꝙ nullus imitetur magos nec ariolos, nec maleficos, nec pytones, nec ritus gētiliū, prēuidit Dauid qualiter Christus in suo aduentu debebat delere de mundo artes magicas, & oēs maleficos, & totam superstitionem gentiliū. Omnia ergo supradicta præuidens Dauid in Spiritu fecit hunc psalmum, in quo introducit Christum loquentē quādoq; in persona sui corporis mistici, quando quę in persona capitis. In quo ps. tria principaliter agit. Nam primò agit gratias patri: quia per ipsum impleuit omnia quæ erant
B figurata & promissa de nostra salute & redēptione. Secundò orat patrem & petit nostrā liberationem, postq̄ ipse soluit pretium nostræ redēptionis, & impleuit voluntatē patris, & fecit oia quæ de eo scripta erāt. Tertiò petit vltionem de persecutoribus suis & ecclesiæ, & petit præmium pro iustis & fidelibus sequentibus ipsum. Secundū ibi: Tu aūt Domine ne. Tertium ibi: Confundantur & reuereantur. Quantum ad primum duo facit. Nā primo Christus agit gratias in persona corporis mistici & totius ecclesiæ pro beneficiis quę recepit in aduentu Christi. Scdò agit gratias patri in persona sui, inquantum pater voluit operari per ipsum totā nostrā salutem & redemptionem. ibi. Multa fecisti tu Domine Deus. Quantum ad primum est aduertendum, ꝙ cum spes sit de promissis,
C ideo multiplex promissio facta de Christo fuit causa quare patres vet. testa. cum tanta vehementia & affectu expectabāt Christum in carne venturum. Sed quia quanto maior est spes & affectus sperandi, tanto maius est gaudium sperātibus quando venit res expectata: Ideo Zacharias & Simeō, & Maria, & Ioseph & Apostoli quando viderūt Christum in carne, & viderunt misterium nostrę redēptionis, ineffabiliter gauisi sunt & egerunt gratias Deo patri & Christo, pro tantis receptis beneficiis quę fuerant in lege figurata & promissa, vt supradictum est. Vnde septem beneficia operātus est Christus in suo aduētu, prout fuerant in lege figurata & promissa. Nam primo liberauit omnes fideles vetes. test. de lacu miseriæ inferni. Secundò liberauit totum genus humanū de luto fecis peccatorum. Tertiò ædificauit ecclesiam super D seipsum, q̄ est vera & firmissima petra. Quartò dedit legem euangelicā per quā direxit gressus & operationes nostras. Quintò abolevit & annullauit oīa cerimonialia & legalia, instituens nouum sacrificium, & nouum ritum colendi Deum. Sextò conuertit multos de populo Iudaico, & gentili in unam ecclesiam. Septimo eiecit Diabo. de mundo & omnia nomina idolorum, & omnes ariolos, & maleficos, & vanas artes & infanas, & falsas superstitiones gentilium. Dicit ergo Dauid siue Xps, in persona illorū & totius ecclesiæ, quæ recepit ista septē beneficia. Gratias ago Deo patri supplex: quoniam ego expectās expectaui. i. cum ineffabili spe & affectu per totū vetus test. per patriarcas & prophetas expectaui Dñm patrem, vt mitteret filium, sed finaliter & tandem intendit mihi complendo promissiones & figuras vet. test. Nam primò Christus in suo aduentu eduxit me, de lacu miseriæ & captiuitate inferni, sicut fuit figuratum per liberationem captiuitatis ægypti. Secundò,

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis.

Eduxit me. .s. totum genus humanum de luto fecis peccatorum. Nam sicut per mortē & passionem, eduxit sanctos patres de lacu inferni, ita per ecclesiastica sacramenta eduxit totum genus humanum de luto & cœno & fece peccatorum: quia per baptismū nos eduxit de originali, & per pœnitentiam de mortali. Item Tertiò

Et statuit supra petram pedes meos & direxit gressus meos. F

Statuit & firmauit pedes meos i. fidē meā supra petram qui est Christus. Quartò direxit gressus & operationes meas, per caritatē & legem euāgelicam, quæ præcipit omnem virtutem, & prohibet omne vitium, & oīa supradicta facit Christus sicut Deus promisit Moysi. Exod. 33. Item Quintò

Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.

Misit in os meum canticum nouum, cum repudiatis cerimonialibus legis veteris, dedit mihi legem nouam, & nouum sacrificiū Eucharistiæ, & nouum ritum colendi Deum, & nouum modum cantandi. Nam quod illi cantabant & prædicabāt futurum, nos cantamus iam completum & perfectum. Nam sicut pater posuit verba sua in ore Xpi: ita

Christus

A Christus posuit, & prædicauit verba sua in ore nostro, & cantamus cāticum nouum, & carmen Deo nostro: cum fidem euangelicā dicitis & factis cōfitemur. Vnde nota ꝙ hoc fuit impletum in principio in Zacaria, & Simeone, & beata Maria. Nam Zacarias pater Ioannis Baptistæ cantauit canticum nouum quando dixit, Benedictus Dñs Deus Israel. Item Simeon quando tenuit Christū in manibus dixit. Nunc dimittis seruum tuū Dñe. Et B. Maria dixit, Magnificat anima mea Dñm. Ex quo patet: quōd vnusquisque istorum cantauit canticum nouum. Quæ quidem tria cantica cantat quotidie ecclesia ag̃e do gratias de Christi aduentu, & pro omnibus beneficiis quæ à Christo recepimus,
B & hoc est quod hic dicitur .s. immisit in os meum canticum nouum, & carmen Deo nostro, quia hoc carmen siue ista tria carmina cantamus quotidie Deo nostro. Sextò ago gratias: quia

Videbunt multi, & timebunt: & sperabūt in Domino.

Multi ex Iudeis videbūt, & viderunt Xpm in carne prædicantem, & miracula facientē, & morientē, & resurgentē, & multi ex pop. gentili videbunt miracula quæ faciet Christus per suos Apost. & oculo fidei videbunt doctrinā euang. & oēs isti cōuersi timebunt Xpm. & sperabunt in Dño. Nā iudei relictis legalib. & gētiles relictis idolis & superstitionib. ponēt totā suā fidē, & spē, in Dño Iesu Xpo, & illi adhærebunt feruenti caritate, & ex iudæis & gētib. credētib. fiet vna ecclesia.
C Itē septimò princeps huius mundi Diab. eiciet foras cū suis errorib. & delebunt oēs magnabit in mūdo nomē Dñi Iesu. .s. nomē Dñi Tetragramatō, ꝙ est Iesus, ꝙ q̄dē nomē oēs suscipient, eo ꝙ in eo manifestat oi potentia patris per miracula, & ois sapiētia & veritas legis veteris p eius doctrinā, & pdicationē. Tertiò manifesta fuit eius misericordia per mortē, & passionē, & eius iustitia per legem euang. per quod nomen oēs sumus iustificati, & saluati, & beatificati. Ideo dicit

Beatus vir cuius est nomen Dñi spes eius, & nō respexit in vanitates, & insanias falsas.

Beatus vir cuius nomen Dñi spes eius. .s. qui posuit totā spē in noie Iesu & nō respexit in vanitates. i. in vanas artes magicas & maleficas, nec insanias falsas. .s. superstitiones & rit⁹ nefandos gētiliū, nec ivanis & euacuatis legalib. iam mortuis & mortiferis, & in falsis D glosis iudæorum posuit spē suam, sed in solo noie Iesu, quia nō est aliud nomē sub celo in quo nos oportet saluos, & beatos fieri. Act. 4.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

C ecclesiæ, & vt homo est suscitatus & exaltatus à patre, quia ut Deus resurrexit in ppria uirtute, ut ait apostolus. Vnde Christus post resurrectionem suā recuperauit & adeptus est regnum & uniuersalem potestatem in cęlo in terra & in inferno. Et sic tribuit crucifixoribus pnam temporalem in pniti, regnū & sacerdotium auferendo, & eos trucidādo per Romanos & captiuando, & in futuro ad pœnam æternam destinādo. Misericordibus uerò qui sibi subuenerunt, & de corpore suo curam gesserunt, & euangelio obedierunt, tribuit gratiam in præsenti & gloriam in futuro tam corporis quam animæ.

In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniā non gaudebit inimicus meus super me.

Hic agit gratias de sua resurrectione & ascensione dicens, O pater ego in hoc cognoui, idest cognoscere oēs fecisti membra mea cognoscere potuerunt, quoniam uoluisti & D dilexisti me qm inimicus meus populus Iudæorum & infideliu non gaudebit super me. Nam cum uiderunt me surrexisse & cœlos ascendisse & spiritumsanctum in apostolos misisse & per eos miracula operari, tūc viderunt se suo desiderio frustratos, & sic nō potuerunt gaudere super me, imo tristari.

Me aūt propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Nō solum pater me suscitasti, sed et ad maiorē confusionem eorum, me pp innocentiā & puritatem & obedientiam meā in cœlum susceptisti & cōfirmasti me in cōspectu tuo in æternum à dextris collocādo & vniuersālē potestatem & iurisdictionem tradendo. Nā propter humilitatem exaltasti me, & dedisti mihi nomen quod est super omne nomen. E Ideo gratias agam semper in ecclesia dicens,

Benedictus dominus Deus Israel à sæculo & usque in sæculum fiat fiat.

Benedictus dns Deus Israel. i fideliu & credentium: & dicet totus populus christianus fiat fiat. i. amē amē: q.d. iugiter in ecclesia laudabitur Deus, & prædicabitur eius incarnatio & passio & resurrectio, & ascensio, & gloria sempiterna. Ex supradictis recolliguntur septem conclusiones. quarum prima est ista.

Prima conclusio, q Adam in peccando septem damna & miserias incurrit, scilicet famem, sitim, nuditatem, infirmitatem, carceres, captiuitatem, & mortem corporalem, quas omnes Christus in se voluit assumere & pati, vt nos ab eis liberaret. F

Secūda cōclusio, q Christus nō solū voluit supradictas septē miserias sustinere, sed et uoluit ut sibi in talibus subueniretur, vt exemplo sui oēs paupertatē & cæteras miserias patienter tolerarent, & cęteris miseris succurrere discerent, & de paupertate & subuentione nō erubescant, & subueniendo miseris merita passionis Christi participent.

Tertia cōclusio, q septē pmia petit à patre in hoc psal. pro his qui in sua paupertate & afflictione et sepultura subuenerūt, et pro oibus septē opera miæ cum proximis exercentibus. Primò, vt in iudicio ab inferno liberentur. Secundò, ut à morte peccati per gratiam uiuificent. Tertiò, ut in gratia cōseruentur. Quartò, vt in terra uiuentium. s. in cęlo beatificentur per gloriam, et in hac terra in copia bonorum temporalium. Quintò, vt liberentur ab omnibus inimicis uisibilibus et inuisibilib. Sextò, vt adiuuetur in infirmitatibus suis corporalib. Septimò, vt corpus eorum mortale & infirmum verset, & mutet in corpus immortale & impassibile, & gloriosum in finali resurrectione, ita quod infirmitates versentur in dotes gloriosas. Ex quib. pater q eleemosyna septe facit. Nā primo liberat ab inferno. Secdo liberat à pcto. Tertiò cōseruat in gratia. Quartò facit beatum in cœlo, & in terra dat bona temporalia. Quintò liberat ab inimicis. Sexto confert salutem corporis liberādo ab infirmitate. Septimò suscitabit corpora ad immortalitatem. Et ideo iste psal. dicitur in agenda defunctorum vt pręcibus ecclesiæ & meritis passionis Christi liberentur à pœna, & miseria purgatorii.

Quarta cōclusio, q tota cōiuratio & persecutio ipsius Absalō cōtra Dauid fuit figura
B ipsius cōiurationis factæ cōtra Christum, & ipsius persecutionis, & passionis, & resurrectionis, & fuit figura Iudæ proditoris.

Quinta cōclusio, q Xps post suā resurrect. retribuit iudæis crucifixoribus suis pœnam sui reatus, & auxiliatoribus suis retribuit pmium.

Sexta cōclusio, quòd iudæi post resurrectionem Christi manserunt delusi, & confusi in desiderio suo.

Septima conclusio, q Christus post suam resurrectionem ascendit in cęlum, & sedens à dextris patris, fuit confirmatus in regno, & vniuersali potestate.

PSALMVS XLI.

C *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.*

Titulus. In finem eruditio siue intellectus filiis Chore. Vnde nota q nō solum Augustinus pf. pponit eruditio siue intellectus: sed et Camhi hebræus dicit q vbicunq; in titulis pf. pponit eruditio siue intellectus: est signū q in illo pf. pdicit aliquod magnum, & profundū mysterium de Messia futuro. De quo sicut pfeta fuit eruditus à Sp. san. ita erudit nos in hoc pf. Ex quo patet q Dauid dirigit nos in Xpm, qui est finis legis erudiens nos de aliquib. mysteriis de Xpo, & Ecclesia. Sed dicit Rab Salo. & multi alii hebreorum, quod Dauid nō fecit hunc pf. nec alios decē sic intitulatos: sed filii Core fecerunt eos. Dicunt enim q quidā Core nō cōsenserunt in illa cōiuratione patris sui & Datan, & Abirō facta cōtra Moysen, & ideo qñ terra absorbuit Chore, & Datan, & Abirō cum cæteris sequacibus, isti filii Core fuerunt liberati pp D eorum innocentiā, q fuit grande miraculum Num. 26. Et ideo dicunt isti, q Deus cōtulit spiritum profetiæ in præmium, qa nō secuti sunt iniquitatē patris. Et sic cōsiderunt oēs. 11. pf. sic intitulatos. Sed ista positio est falsa & irrationabilis. Primò qa sequeretur q filii Core habuissent altiorē gradum profetiæ q̄ Dauid, eo q pf. intitulati filiis Core sunt altiores & profundiores in sententia q̄ cæteri pf. vt patebit. Sed hoc est falsum vt probatū est in prologo, qa Dauid dr egregius psaltes Israel. 2. Re. 23. Itē si isti pf. fuissent facti tpe Moysi, non tacuisset nec omisisset Moyses scribere eos in lege sicut scripsit res minores autoritatis. Ideo dicēdum est cum Origene & Augustino, & Cassiodoro. q Dauid fecit hunc pf. & oēs alios. Sed dedit ipsum cātandū E filiis Core qui erant de cātorib. Dauid. Et sic filii Core non memorantur tanq autores istorum pf. sed tanq cantores, eo q erant sapientiores cæteris cantoribus. Sed cōtra hoc arguunt quidam dicentes, q filii Core nunq fuerunt cantores, sed ianitores tātum: primi Paralypomenon. 26. Sed pareat mihi eorum reuerentia: quia autoritas sacræ scripturę est in oppositum: Nam Heman qui erat de principalibus cantoribus erat de filiis Core, vt patet primi Paralypo. c. 6. Ibi enim describitur genealogia ipsius Heman, ascendendo vsque ad Core, filii Isar, filii Cahat, filii Leui. Ex quo patet q Heman cum suo coro erat de filiis Core, & per cōsequens ex eadē descendentia filiorum Core, quidam erant cantores, quidam erant ianitores. Nec hoc F erat incōueniens, quia etiam de filiis Iditum quosdam fecit Dauid portarios siue ianitores, vt patet primi Paraly. 16. & tamen Iditū fuit de principalibus cantoribus, vt patet in eodem li. c. 6. Sed quid dicendum ad beatum Hierony. virum tantæ autoritatis & in lege & profetis tantū exercitatum & periti? Ad hoc respondetur q beatus Hierony. nulla autoritate mouetur, nisi sola autoritate magistri sui Barabam. qui fuit illius opinionis, & sic locutus fuit secundum opinionem & doctrinam illius hebræi magistri sui. Sed postea magis illustratus asserit istum psal. & omnes alios sic institutos fuisse factos ab ipso Dauid, vt patet in multis epistolis in quibus psal. sic intitulatos attribuit ipsi Dauid, vt patebit. Itē Origenes in homilia de tabernaculo asserit Dauid feciſſe hunc psal. cum

dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dicit. Dauid eximius oium profetarum q̄ magnifice de tabernaculo sentit, dum dicit p singulos inquit dies vbi est Deus tuus. Itē Greg. hom. 25. Hinc Dauid ait. Sitiuit aia mea ad Deum fontē viuum &c. Ex quib. patet ꝙ Dauid fecit hunc psal. & oēs alios sic intitulatos. Sed quare dedit hos ps. ad cātādum filiis Core? Fuit in figura, eo ꝙ ecclesia cōgregata ex pop. gentili & ēt Iudaico est figurata p filios Core. Nā sicut filii Core licēt essent filii praui hois cōiuratoris & mali, tñ ipsi fuerunt bo m nō cōsequentes iniquitatē pīis, ideo parte peunte ipsi mā serunt mūnes, ita pariter ecclesia fuit cōgregata pro maiori parte ex cōuersis de pop. gentili, quorum patres fuerunt idololatræ & pra ui & dānati. & sic patrib. eorum peuntib. in illa execrabili superstitione, tñ filii fuerunt saluati, nō sequendo detesta-

B biles ritus patrum suorum. Ita pariter Apost. fuerunt in Xp̄o saluati, nō sequendo cōiurationē Scribarum, & Farisæ, factā cōtra Xp̄m. Et ideo Ecc. inquātum est cōgregata ex filiis prauorum hoium ad Xp̄m cōuersis, fuit figurata p filios Core. Et ió Dauid tradidit istos 11. ps. filis Core ad cātandum, eo ꝙ isti ps. cū cæteris maximē dirigunt toti eccl. ex popu. gētili cōgregatę, vt magis patebit ps. 44. & in cæteris. Est ergo sensus huius tituli, ꝙ Dauid fecit hunc ps. dirigens nos in Xp̄m & Eccles. ex gentibus congregatam, prout. eruditus à Sp. sān. & dedit ipsum cātandum filiis Core, .i. ipsi Heman cum sodalibus suis, eo ꝙ figurabant ecclesiam pp rationes supradictas. Declarato titulo & autore, de materia huius ps. est aduertendum, ꝙ Dauid contemplando discursum populi hebræorum ab exitu

C Egypti vsq; in finem, præter captiuitatem & pressuram Egypti, prænidit duas alias pressuras futuras. s. captiuitatem Babyloniæ, & pressuram Macabæorū. Quidem tres pressuræ figurabant tres pressuras in ecclesia Dei Fm tres status eius. Et ideo Dauid contemplando supradictas tres pressuras prænidit alias tres pressuras per supradictas figuratas in ecclesia Dei. Nam per captiuitatē filiorum Israel in Aegypto prænidit captiuitatem totius generis humani in potestate Diab. Et p captiuitatem Babyloniæ prænidit in spiritu persecutionem Ecclesiæ faciendam per Imperatores & tyrannos tempore martyrum. Et per pressuras Maccabæorum prænidit p-secutionem & pressuram ecclesiæ tempore hæreticorum. Hæc ergo prænidens Dauid in spiritu fecit hunc ps. In quo tria facit in per- D
sona totius ecclesiæ & corporis mystici. Nā primò desiderat & petit liberari de captiuit. peccati per baptismum Christi. Secundò desiderat liberari de persecutione tyrannorum & liberè Christo seruire. Tertiò petit discerni à societate, & liberari de persecutione hæreticorum. Secundum ibi Abyssus abyssum inuocat. Tertium ibi. Iudica me Deus. Quantum ad primum duplici exemplo explicat & prædicit desiderium patrum vet. test. quo deliderabant liberari de capti. Diab. & mundari à peccato originali per baptismum & cę tera sacramēta Et primo exemplo cerui vulnerati. Ad cuius intelligentiam est notandū ꝙ cerous habet talem naturam, ꝙ quando est vulneratus sagitta venenosa nullū aliud remediū habet nisi currere ad fontes aquarum, quarum potu & refrigerio putat sanari, & etiam lauando vulnera in aquis putat liberari, maximè ad fontes aquarum, vbi vnicornis intinxit cornu, eo ꝙ vnicornis per suum cōtactum præbet aquis virtutem purgatiuam contra oē venenum, sicut dictum est ps. 28. Nam non solum fugat oē venenū ab aquis, sed etiam præbet eis virtutem salubrem contra omne venenum. Et ideo qñ cer nus est sauciatus sagitta venenosa magno co natu & desiderio currit ad fontes aquarum vbi vnicornis intinxit cornu, & sic potu & lotione illarum aquarum sanatur & liberat. Ita ergo pari ratione Christus voluit baptizari in Iordane intingens cornu humanitatis in aquis. Ex cuius contactu præbuit aquis virtutem regenerativam ad sanandum peccatum originale & etiam actuale in adultis. F
Hoc ergo dicit Dauid in persona totius corporis mystici pro illo statu ante aduentum Christi. Vnde ait. O Dñe Iesu Christe Deus & homo, quemadmodum cerous sauciatus sagitta venenosa desiderat currere & ire ad fontes aquarum in quibus vnicornis intinxit cornu, ita anima nostra sauciata telo originalis peccati desiderat ire ad te, vt sanes eā ab omni morbo peccati Ideo.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Anima mea sitiuit ad Deum fontē viuū à quo emanat fons aquę viuę saliētis in vitam æternā. Qñ veniēs ergo ò Christe, & qñ veniam ad te, & apparebo ante faciem tuam, vt sanes me per aquam baptismi? In litera autem Hieronymi habetur. Sitiuit aia mea ad

Deum

A Deum fontē viuum, siue ad Deum fortissi. quod idē est. Nā intārum Deus ostendit suā virtutē & fortitudinē in baptismo, ꝙ fregit capita draconum in aquis. ps. 18. Vnde tanta est virtus baptismi ꝙ fregit & prostrauit oīa idola & eiecit foras principem huius mundi. Ideo subdit. Quando veniā & apparebo ante faciem Dñi. i. ante humanitatem tuam, quæ quidem humanitas dicitur facies Dei, eo ꝙ per ipsam humanitatem fuit notificata Dei omnipotentia, & sapientia, & miser icordia. Deinde cum dicit,

Fuerāt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus.

Adducit ēm exēplum de desiderio in quo erant filii Israel in Aegypto. Vñ qñ Moyses ꝓmisit illi pop existenti in illa afflictione ꝙ

B educeret eos de illa capti. & introduceret eos in terrā promis. q̄ irrigat Aqua Iordanis, tūc creuit eis desiderium exeundi ab illa captiu. & pueniēdi ad terrā promis. Pari & tali desiderio desiderabat pop. fideles vet. test. vt Xp̄s veniret in carnem & educeret eos de illa captiuit. & pcō, & introduceret eos in hanc Ecclesiā per Aquas baptismales, & in patriā cęlestem p gloriam. Et hoc est quod dicit in hoc secundo exemplo. Vnde ait, Sicut popu. Israel flebat in Aegypto, dum Aegyptii dicebant vbi est Deus vester q liberet vos de manib. nris, ita pariter dicit homo mysticus. Fuerūt mihi lacrimę meę panes die ac nocte .i. lacrimę erāt cibus & potus dum dr mihi & audio ab infidelib. Vbi est Deus tuus? Ter tiò dicit profeta in pson̄a Zachariæ & Simeonis & cæterorum quorundam virorum qui

C magno desiderio expectabant Messiam in lege promissum, quibus dicebant infideles irridendo. Vbi est ille vester Messias? quare non venit ad liberādū vos & subdit ille afflictus.

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei

In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.

Recordatus sum hęc verba supradicta & afflictiones quas patiebar. Et tunc effudi in me aiam meā. i. cōuerti in meipsum cogitationem meā, & recordatus sum promissionis mihi factæ de Xp̄o futuro, qñ trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei. i. recordatus sum in tali afflictione qualiter mihi fuit promissus Xp̄s, qui in suo aduentu me debet educere de ista captiuitate

pcī in qua sum, & debet me introducere in D
ecclesiam suā. & introibo in locum tabernaculi vbi ipse habitat per gratiā. Et introibo in domum Dei in voce exultationis & cōfessionis. i. cum hymnis & canticis introibo in ecclesiā, vbi erit sonus populi siue regis epulantis. q. d. ꝙ maior & dulcior sonus erit in ista ecclesia p gratiā sanctorum, & in supna per gloriam, q̄ in epulis regum vbi sonant oīa genera musicorum: q. d. ꝙ sicut filii Israel transierunt Iordanem in voce exultationis & confessionis cum tympanis & tubis & hymnis in terram promissionis, & ibidem firmarunt tabernaculum, ita ego introibo ecclesiā Christi per Aquam baptismi in voce exultationis. Et ibi firmabo habitationem meam in tabernaculo Dei in hac ecclesia p gratiam & in alia per gloriam. Et sic iste homo cōsolatus de promissione sibi facta al- E
loquitur animam suam dicens.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi. salutare vultus mei & Deus meus.

O anima mea quare tristis es & quare cōturbas me? Nō tristeris sed cōsolare & lætare & spera in Deo qñ adhuc ante multum tempus ipse Deus meus & salutaris meus veniet in carnem, & ego confitebor illis gratias agēdo: quia erit salutaris meus, & Deus meus: quasi dicat, in breui videbo ipsum Christum saluatorem meum, et instituam ipsi festiuitates in quibus laudabo eum septies in die, et confitebor ipsum esse meum Deum et Saluatorem. Et subdit.

Ad meipsum anima mea conturbata est. propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à monte modico. F

Ad meipsum aia mea turbata est. i. licēt aia mea sit turbata ad meipsum, i. cōtra meipsum, propterea et adhuc O Deus ego ero memor tui de terra Iordanis et Hermoniim à mōte modico. Ad cuius intelligentiā est notandum, ꝙ tota terra promiss. est irrigata et penetrata per aquam Iordanis quę nascitur ex mōte Libano et currit per mediā terram promissionis et submergitur in mari mortuo in fine terræ promissionis ad partem australem. Et sic terra promissionis est clausa ab Aquilone monte Hermon, et ab ortu altero monte parno dicto etiam Hermon iuxta Iordanem vbi Christus baptizatus est: et sic est duplex Hermon, scilicet magnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gnus & paruus. Et terra promissionis dr̃ terra Iordanis & Hermoniim. Prꝙuidẽs ergo Dauid in ſpiritu ꝙ ibi debebat Xp̃s baptizari, & dare virtutẽ oibus aquis baptiſmalibus per quas eramus liberandi & ſaluandi, ideo dicit Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonium. Vnde ly Hermonium eſt genitiui caſus numeri pluralis, & ponitur exvi partitionis: vt ſit ſenſus. O Chriſte in tuo aduẽtu ero memor tui de terra Iordanis & à monte modico & paruo Hermoniim. Et ponit̃ partitiuè ſicut dr̃ vna & parua ſororũ, & modicus & paruus fratrum &c. Quaſi dicat: ego te videbo Dñm meũ Ieſum Chriſtũ in Iordane iuxta montem paruum Hermon baptizatũ à Ioãne & baptizantem apoſtolos, vbi inſtitues baptiſmũ ad ſanandum pc̃m̃, ſicut
B mihi reueleſti, & tunc per talem baptiſmum liberabis me de hac captiuitate Diab. & miſeria peccati, & ſic ero memor tui de illa terra Iordanis & à monte modico Hermon: per cuius radicem tranſit Iordanis, vbi Chriſtus fuit baptizatus. Ad maiorem aũt euidentiã eſt notandum ꝙ tria myſteria facta ſunt in Iordane iuxta illum paruum montem Hermon figuratiua baptiſmum Chriſti, & Eccleſiæ. Nam primo per illum locum trãſiuit Iordanẽ arca Dñi, aquis Iordanis conuerſis retrorſum ad prẽſentiã Dñi, quã arcã ſequebatur totus populus Iſrael. Et ſic pede ſicco per. 12. lapides intrauit ille popu. in terram promiſſionis. Ioſue. 4. Per quod myſterium prænuidit Dauid in ſpiritu qualiter Chriſtus verbũ incarnatũ in arca humanitatis debebat baptizari, pro omnib. nobis in Iordane
C in eodẽ loco quo Xp̃s per aquas baptiſmales debebat introducere popu. fidelium in eccleſiam ſuam, ad quam nemo poteſt introire niſi per baptiſmum. Secundum myſteriũ in eodẽ loco factũ fuit qñ Helias percuſſit Iordanem cum pallio ſuo, & diuiſæ ſunt aquæ Iordanis, & tranſiuit Helias cum Heliſæo à terra promiſſionis. ſ. ripa occidentali ad aliam ripam orientalem. Exinde Helias raptus eſt, & aſcendit per turbiné in paradiſum terreſtrem 4. Reg. 4. Per quod myſteriũ prænuidit Dauid in duplici ſpiritu qualiter Xp̃s verus Helias. ſ. Dñs Deus aſcendẽs debebat in eodem loco intingere veſtem ſuæ humanitatis, & præbere virtutem regeneratiuam aquis baptiſmalibus: per aquas baptiſmales primo intramus in iſtam eccleſiam per gratiam, & aſcendimus ab iſta eccleſia in ſupernam per gloriam. Tertium myſterium factũ in Iordane iuxta illum paruum monte Hermon fuit quãdo Naaman Syrus ad præceptũ Heliſæi, pfetæ fuit lotus ſepties in aquis Iordanis, vnde fuit curatus à lepra. 4. Reg. 5. Per quod myſterium prænuidit Dauid in duplici ſpiritu qualiter Chriſtus in eodem loco pro nobis erat baptizandus præbendo aquis virtutem regeneratiuam, vt per baptiſmum non ſolum nos à lepra culpæ originalis, ſed etiam à lepra ſeptem peccatorũ mortalium in adultis mundaret. Omnia ergo iſta præuidens Dauid in ſpiritu per ſupradicta myſteria, dicit in hoc verſu, qui incipit in ly Deus meus in tranſlatione Hierony. ſm hebr̃os: dicit ergo. O Chriſte ſalutare vultus mei, & Deus meus ad meipſum anima mea turbata eſt. Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à monte modico. i. licet
D anima mea ſit turbata & triſtis in me dum exiſto in hac captiuitate peccati, tñ adhuc videbo te baptizatum à Ioanne baptiſta in Iordane iuxta montẽ Hermon paruũ, inſtituẽdo noſtrum baptiſmum, per quem lauabis & liberabis omnes fideles à peccati ſeruitute, & introduces eos in hanc eccleſiam per gratiam & in ſupernam per gloriam, ſicut per Aquas Iordanis introduxiſti populum Iſrael in terrã promiſſionis, & ab illis aquis aſcendit Helias in paradiſum.

Abyſſus abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum.

In hac ſecunda parte iſte homo ſiue eccleſia petit & deſiderat liberari de preſſura & perſecutione tyrãnorum, quã puidit Dauid per captiuitatem Babylonicam. Ad cuius intellectum eſt notãdum, ꝙ poſtq̃ eccleſia fuit liberata per Chriſtum & bãptiſmum eius à pc̃õ & captiuitate Diab. illicò poſt aſcenſionem incidit in perſecutionem Iudæorum & tyrannorum, & regum infidelium, quę quidem perſecutio durauit vſq; ad cõuerſionẽ Cõſtãtini, in qua occiſa fuit infinita multitudo martyrũ. Intantum ꝙ pauci mãſerunt abſconditi in ſpeluncis montiũ. In qua pſecutione Sylueſter & cæteri epiſcopi orabant die ac nocte, vt Deus liberaret eccleſiam, & redderet libertatẽ, vt liberè poſſent ſibi ſeruire. De qua afflictione fuit liberata per cõuerſionem Cõſtantini. Et hoc eſt quod dicit Dauid hic in pſona eccleſię. Vnde ait. O Deus poſtq̃ primo fui liberatus de captiuitate & preſſura pc̃i, nũc incidi in alã preſſurã inf-

A delium. Nam abiſſus abiſſum inuocat in voce cataractarum tuarum: quaſi dicat: ſicut tẽpore magnę tẽpeſtatis vnus abiſſus & multitudo aquarum inuocat & inducit aliam multitudinem & tempeſtatẽ aquarũ in voce & ad vocẽ tonitruũ cataractarũ. i. nubiũ: quæ dr̃ cataractæ cœli. Nã tonitrus nihil aliud eſt niſi fractio nubis. Ita pariter venerũt diluuiũ & abiſſus perſecutionũ & afflictionũ ſuper me. Nã primo venit perſecutio facta Hieroſo
B limis illico poſt aſcenſionẽ: in qua lapidatus eſt Stefanus; & decollatus Iacobus. Poſtea perſecutio Neronis qui interfecit Petrum & Paulum. Tertiã perſecutio Domitiani. Quarta Traiani. Item perſecutio Antonini, & Decij, & Valeriani, & Maximiani, & Diocletiani qui per vniuerſum orbem publicarũt edictum contra eccleſiam de eccleſiis diruendis, & ſcripturis exurẽdis diuina officia. Et ſic vnus abiſſus afflictionis & tormẽtorum veniebat poſt aliam in me cum voce & edicto in fulminibus minarum & tormentorum. Et ſic

Omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

Omnia excelſa, i. turres tormentorum & fluctus afflictionum ſuper me tranſierunt.

In die mandauit dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum eius.

Ad cuius intelligentiã eſt notãdũ, ꝙ eccleſia in illa perſecutione orabat ſine intermiſſione pro apoſtolis, & martiribus & infidelibus, ut patet Actuũ. 12. Itẽ Syluester papa la
C tens in montibus Serapinis continue orabat vt Deus mitteret miſericordiã ſuã ſuper eccleſiã: qa quotidie interficiebãtur multa milia martirum per diuerſas partes mundi. Et ſic profeta per noctem intelligit totum tempus illius pſecutionis & aduerſitatis in quo fiebat iugis oratio in eccleſia. Et hoc eſt qđ dicit, in die mandauit miſericordiã id eſt dominus mãdauit & miſit miſericordiã ſuã, in tio es fuit in nocte. i. in illa perſecutione. Quaſi dicat, ꝙ in tota illa perſecutione & nocte in qua afflictus fuit ingenter factum eſt canticum & oratio in eccleſia: vt Deus mitteret & mandaret miſericordiam ſuam & libertatem eccleſiæ, ut libere poſſet Deo ſeruire & ceſſaret illa perſecutio. Et ideo ſubdit

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo ſuſceptor meus es.

Apud me oratio Deo vitæ meæ. i. ſẽper apud me fiet oratio Deo vitæ meæ, & dicã id eſt dicebã Deo. O Deus tu es ſuſceptor meus et D
ſpes mea, et i nullo alio cõfido nec ſpero. Er.

Quare oblitus es mei: & quare cõtriſtatus incedo dum affligit me inimicus?

Quare oblitus es mei? quia per 170. annos me dimiſiſti in hoc diluuio et abiſſo perſecutionum: et quare incedo contriſtatus & afflictus fugiendo per montes et latendo per antra deſerti: dum inimicus Diocletianus cum exteris tirannis affligit me?

Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum confringuntur oſſa mea. i. dum martires decolłantur et flagellantur et laniantur et trucidantur, tũc inimici mei infideles qui tribulant et torquent me: exprobrauerunt mihi et improperauerunt et irriſerunt.

Dũ dicũt mihi p ſingulos dies vbi ẽ Deus tuus. E
quare triſtis es ãa mea: et quare cõturbas me?

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: quia quotidie dicũt vbi eſt Ieſus Xp̃s Deus tuus? quare nõ venit ad liberãdũm te de manibus noſtris et de his tormentis? Si Xp̃s tuus eſt Deus ſicut tu dicis: quare ergo permittit te totaliter affligi et torqueri? Hꝛa et ſimilia verba exprobrabant et improperabant tiranni et tortores ipſis martiribus dum torquebant eos. Sed qma eccleſia nunquam perdidit fidẽ nec ſpem in illa perſecutione: ideo conuerſa in ſe alloquitur animam ſuam et conſolatur eã dicẽs. O anima mea quare es triſtis in hac afflictione, et quare cõturbas me? ne deſperes: ſed

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: ſaluare vultus mei & Deus meus.

Sperra in Deo: quia nõ deſeret te: imocõfi F
do ꝙ ipſe liberabit me, et dabit mihi libertatem et facultatẽ vt liberè poſſim et publicè ſibi ſeruire, et adhuc ego cõfitebor illi et celebrabo feſtiuitates et officia ſeptics in die, & cõfitebor publicè qualiter Ieſus Xp̃s eſt Deus meus et ſalutare vultus mei. Vnde eſt aduertendũ ꝙ omnia iſta fuerunt impleta per magnum Conſtantinum: qui poſt conuerſionẽ conceſſit chriſtianis publicam licentiã & facultatem per totũ orbem ędificandi & conſtruendi eccleſias, & celebrandi feſtiuitates Chriſti & diuina officia, & ſic fuit exaudita ſupradicta oratio & impletũ deſideriũ eccleſię. Ex ſupradictis patet, ꝙ ſicut Chriſtus liberauerat prius eccleſiam ſuam de captiuitate diaboli & per baptiſmum in aduentu ſuo: ità poſtea liberauit eam de perſecutione tirannorum per ſanguine & orationes ſanctorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & per conuersionem Constantini. Iteꝝ sequitur: ꝙ sicut liberatio Egiptiaca figurabat liberationem generis humani faciendā per Christum & aquam baptismalem à peccato originalitita liberatio de captiuitate Babilonica figurabat liberationem ecclesiæ de persecutione tirannorum, & de peccato actuali per pœnitentiam. Et nota ꝙ ly in die mandauit dominus misericordiam suam potest etiam referri ad redemptionē generis humani. Ad cuius intelligentiam est aduertendum, ꝙ duplex canticum memoratur in scriptura. s. nouum & vetus. Canticum enim vetus erat lex vetus in qua petebatur & desiderabatur misericordia & redemptio. Canticum vero nouum est lex euangelica: in qua annunciatur ista misericordia & redemptio Et ideo sicut lex vetus erat canticum petitorium huius re
B demptionis & misericordiæ: ita lex euāgelica est canticum annunciatorium eiusdē misericordię. Ideo in hoc loco per diem intelligit tempus gratię, & per nocte intelligit tempus legis ve. in quo fiebat canticum petitorii huius misericordię. Dicit ergo Dauid quòd licet antè aduentū Chri vna abissus pctorum & afflictionū inuocaret & portaret aliam: tamen dominus mandauit misericordiam suam & redemptionem in die gratię & legis euangelicę: sicut mandauit canticum & petitionem eiusdem gratiæ in nocte legis veteris. q.d. ꝙ sicut patres vet. test. cantarunt canticum petitorium misericordię & redemptionis: ita dominus mādauit misericordiam suam in die & tempore legis gratiæ Et sic nos cantamus canticum annunciatorium misericordiæ & gratię: in cœlo autem cantatur canticum glorię.

C

PSALMVS XLII.

IVdica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Iste psalmus apud hebræos est omnino sine titulo: imo reperitur continuatus cum superiori, & sic Iudei dicunt esse eundē cū supe riori, & esse partē eius: sed cōiter apud nos dicitur psalmus per se diuisus ab altero, & numeratur. 42. Sed vtrunq; pōt esse verum scilicet ꝙ sit idem cum superiori: quod satis est verisimile: eo ꝙ eodem modo finitur sicut duæ partes supradicti psalmi. Et potest esse diuisus: eo ꝙ est diapsalma. i. pars eius diuisa secūdum consuetudinem antiquā: prout dictum fuit in ꝓ logo tractatu. 5. cā. de diapsalmate. in quo psalmo siue parte ipse Dauid explicat

D pressuram ecclesię tempore hæreticorum: de qua desiderat liberari: quam prędidit Dauid per pressuram & vastationem Maccabęorū. Ad cuius intellectum est notandum, ꝙ postquā ecclesia fuit liberata de persecutione tirannorum per conuersionem magni Constantini: ilico post mortem eius tempore Constantii incidit in persecutionem hæreticorū: eo ꝙ Cōstantinus fuit maculatus prauitate Ariana, in cuius fauorem Arriani inflixerunt tam duram persecutionū ipsis catholicis: ꝙ illa persecutio visa est superare persecutionem tirannorum, vt ait Rufinus. 10. ecclesiasticę historię. In qua persecutione Atanasius Alexandrinus fuit afflictus per 40. annos, & ab de sua expulsus. Et ambrosius in ecclesia Mediolanenti, & Hilarius, & Martinus, & multi alii. Vnde tanta fuit persecutio, ꝙ catholici vi
E debantur deficere: in tantum ꝙ beatus Ambrosius composuit himnos feriales ad confortandum catholicos: vt occuparent tempus in himnis & canticis, & tolerarent patienter persecutionem. Vnde beatus Atanasius, & Ambrosius, & Hilarius, & Eusebius Tercellensis & cæteri fideles cum sua doctrina liberarit ecclesiam de illa persecutione. Hoc ergo prę uidens Dauid in spiritu fecit hunc psalmum. In quo tria facit. Nam primò petit liberari à confortiō & peste hæreticorum. Secūdò promittit agere gratias. Tertiò consolatur seipsum de promissione sibi facta. Secundum ibi. Et introibo ad altare. Tertium. Quare tristis es anima mea. Quantum ad primum est aduertendum secundum Augustinum, ꝙ bellū intestinum est peius & pnciosius quā bellū extraneum: ita persecutio hæreticorū F fuit peior quàm persecutio tirannorum: eo ꝙ ista erat intestina & viscералis: eo ꝙ hæretici erant christiani simulati, & habitabant intra ecclesiam inter catholicos, & deceperāt impe ratores & reges Gotorum & Vādalorum. Et ideo sub colore fidei crudelis persequebantur catolicos in ecclesia: imo profanabant & destruebant ecclesias catolicorum, & interficiebant eos intra ecclesiam, & expoliabant ecclesiam: imo sæuiora & atrociora tormenta inferebant Vandali Arriani catolicis in Africa: quàm vnquam tiranni fecerant. Et ideo Dauid in persona ecclesiæ catolicorum petit separari & discerni ab hæreticis & societate eorum, dicens: O Deus iudica me iudico discretionis & discerne causam meam: id est separa me de gente non sancta

A sancta hæreticorum, eo ꝙ habent nomē sanctitatis: & nō sunt sancti Hoc dicit, quia ut plurimum omnes hæretici erant hypocritæ simulantes sanctam vitam. Nā vnus presbyter Arrianus sub specie sanctitatis decepit primo sororē Constantii, & postea decepit eum. Ideo subdit. Ab homine iniquo & doloso erue me: appellat hæreticos iniquos & dolosos: quia iniqua simulatione & dolo imperatorē & reges decipiebant, & grauiori iniquitate & malitia catolicos persequebantē & affligebant. Quia simulata æquitas duplex est iniquitas, ut inquit Aug. Et ideo saluator admonet esse cauendum à falsis profetis & hypocritis, quia deterius pōt nocere sub specie virtutis & sanctitatis. Et ideo dicit, de gente non sancta, & ab homine hæretico & dolo
B so erue me. Vocatur etiam hæreticus dolosus, eo ꝙ per falsam doctrinam, quia falsō glosando scripturas alios decipit & præcipitat in detestabiles sectas & blasfemias, sicut Arriani & Manichæi. Sed quia grauius affligebatur ecclesia ab hæreticis iniquis & dolosis, ideo subdit. Erue me ab eis:

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti? & quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

Tu es Deus fortitudo mea, & nullus alius potest me liberare, ergo quare me repulisti, & affligi permisisti ab hæreticis per tot tpa? Et quare incedo & fugio tristis per mundū dum inimicus hæreticus affligit me? Hoc dicit quia Atanasius expulsus à sua sede Alexā
C drina per xl. annos peregrinatus est fugiens sęuam persecutionem eorum. Et Hilarius, & Eusebius, & beatus Martinus in exiliū missi sunt, & B. Amb. multipliciter afflictus est cū ęq imperatricis. Et ideo dicit quare tristis incedo dū affligit me inimicus. Sed quia de tali detestabili peste nō poterat liberari nisi Deus mitteret doctores lumine veritatis illustratos, qui sacras scripturas declararēt, & lumē veritatis ostenderent, & hæreticos per veras sacras scripturas confutarent & confunderent, ideo hoc lumen petit dicens. O Deus

Emitte lucem tuam & veritatem tuam ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montē sanctum tuum & in tabernacula tua.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam i. eros doctores lumine tuæ ueritatis illustratos. Ipsa me deduxerūt & adduxerūt in mō
tem sanctum tuum & in tabernacula tua. id D
est ipsa lumina veritatis, & ipsi doctores illustrati deducant me de tali ignorantia & afflictione, & adducant me in montem sanctum tuum, scilicet in ecclesiam per suam doctrinam declarando scripturam. Vnde per montem sanctum intelligit ecclesiam & apicem veritatis sacræ scripturæ, ad quam veritatē nos adduxerunt doctores illustrati, scilicet Atanasius, & Origenes, & Eusebius, & Ambrosius, & Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius. Isti nos introduxerunt in montem Dei, & in tabernacula sua, & hanc lucē petebat ecclesia.

Et introibo ad altare Dei. ad Deum qui lętificat iuuentutem meam.

Cōfitebor tibi in cithara Deus Deus meus, quare tristis es ańa mea & quare conturbas me? E

Hic promittit agere gratias post recepta beneficia. Ad cuius intellectum est notandum, ꝙ postquam ecclesia fuit liberata per doctores de persecutione Arriana, & hæresi Manicheorum & Pelagianorum, illico fuit valde prosperata. Nam beatus Ambrosius composuit multa officia ad cantandum in festiuitatibus. Et Aug. & Greg. composuerunt multo plura quæ cātat hodie ecclesia, in quibus officiis ecclesia agit gratias de beneficio incarnationis, & natiuitatis, & resurrectionis & ascensionis, & sic celebrat festiuitates virginis Marię cum propriis officiis, & etiam de apostolis & martyribus celebrat missarum solemnia, & septem horas canonicas in vnaquaq; festiuitate, agendo gratias de beneficiis receptis. Et hoc est quod dicit Post- F
quam fuero liberatus de tali persecutione, tunc introibo liberè ad altare Dei orando ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Et h. d. ecclesia, quando adhuc erat in iuuentute. Nam in sua pueritia fuit afflicta per tirānos, sed in iuuentute per hæreticos fuit quasi prostrata: sed per doctores reincepit reuiuiscere & denuo lætari, & ideo agens gratias, dicit. Introibo ad altare & confitebor tibi ó Deus, festa celebrando, & hymnos & orationes cantando pro gratiarum actione: quia Deus meus es tu, qui liberasti me per modum supradictum. Deinde cum dicit: Quare tristis es anima mea: alloquitur animam suam consolans seipsum propter promissionem sibi factam: & ait.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A O anima mea quare es tristis, & quare tri
staris, & cõturbas me? noli timere: sed spera
in Deo: quũ posthuc fuero liberatus de per-
secutione hæreticorũ, & habuero liberam fa
cultatem adhuc confitebor illi. s. Christo qui
est salutare vultus mei & Deus meus. Et hoc
celebrando festiuitates, & cãtando hymnos
& cantica, & prædicando publicè euangeliũ
& nomen Christi. Totus et iste psalmus põt
exponi de desiderio sanctorum patrum. s. Za
charię & Simeonis, & Ioseph qui de propinquo
expectabant Christum qui petebant, vt in
breui Deus pater mitteret lucem & veritatẽ
euangelicam: per quam simus introducti in
mõtem sanctum, & tabernaculum ecclesię:
in qua nunc confitemur Deo cum himnis &
canticis, & cum cithara triangulari. s. fide, spe,
caritate, linea. Et sic vltimò consolatur ani
B mam suam de promissione sibi facta. Nam
Simeon acceperat responsum à spiritu sanc-
to: non visurum se mortem nisi prius vide-
ret Christum domini, & ideo quando tenuit
Christum in manibus: cantauit illud cantic-
cum. Nunc dimittis seruum tuum domine.
Ad idẽ cantauit Zacarias. Benedictus dom-
nus Deus Israel. Sed super omnes fuit imple
tum desiderium & spes virginis Mariæ. Ideo
agens gratias cecinit illud canticum. Magni
ficat anima mea dominum. Potest etiam to-
tus iste psalmus exponi cũ duabus partibus
psalmi præcedentis anagogicè: explicando
desiderium cuiuslibet fidelis desiderãtis ab-
solui ab omni mundana miseria, & esse cum
Christo in illa ecclesia triunfanti. Et etiam
vnusquisq; deuotus sacerdos dicit hunc psal
C mum quando accedit ad altare: petens pri-
mò discerni & absolui ab omni peccato & à
consortio malorum, & à tentatione peccati,
& petit lumen veritatis & gratiæ vt purus &
mundus possit introire ad altare Dei, & di-
gnè sacrificium offerre, & missam celebrare,
& laudes domino decantare. Nota etiam q̃
totus iste psalmus quò ad omnes tres partes
suas potest legi anagogicè. Quia est quod-
dam soliloquium totius ecclesiæ, & cuiuslib
bet fidelis peregrinantis in hac vita loquen-
tis ad seipsum & ad Deum. In quo sicut cer-
uus sauciatus desiderat ire ad fontes aquarũ,
vt refrigeretur & sanetur: ita anima mea, &
quilibet iustus desiderat dissolui & exonera-
ri ab hac grauitate & morte corporis huius,
& intrare & habitare terram promissionis:
nam anima nostra desiderat egredi ab hac la
crimarum valle, & frui Deo in terra viuen-
D tium. Et sicut populus iudaicus desiderabat
liberari de captiuitate Babilonica: ita tota ec
clesia & quilibet fidelis desiderat liberari de
pressura peccatorum & persecutionum. Et
sicut societas Maccabæorum desiderabat di-
scerni tàm à malis quàm à profanis gentili-
bus. & desiderabat renouare tẽplum, ita mo
do ecclesia petit discerni ab hæreticis & paga
nis & à malis christianis, & esse cũ Christo.

PSALMVS XLIII.

DEus auribus nostris audiuimus: patres no
stri annunciauerunt nobis.

Opus quod operatus es in diebus eorum:
& in diebus antiquis.

Titulus, Ad victoriam siue. In finem filiis
Chore. Ex hoc titulo apparet q̃ Dauid fecit
hunc psalmum: dirigens nos in Christum &
finaliter qui est finis legis, & tradidit ipsum
cantandum filiis core propter misterium &
signum: eo q̃ etiam nos dirigit in ecclesiam
congregatam ex iudæis & gentilibus: sicut
dictum est in titulo psalmi præteriti. Nam in
hoc psalmo Dauid predicit profeticè totam
stragem populi iudaici factam per Antiocũ
tempore Maccabæorum: per quam figurata
fuit strages & persecutio ecclesiæ tempore
tirannorum. Sed multis videtur mirabile
quod Dauid qui fuit per octingentos annos
ante tempora Maccabæorum: potuerit face-
re istum psalmum: cum potius videatur tan
rare historiam quàm concedere profetiam
ita manifestam. Ad hoc respondetur, quod
septem status uete. testamen. & ecclesiæ com
putantur ante aduentum Christi, & quili-
bet status habet suum principium: siue prin
E cipem. Nam primus status incepit ab Adã
qui fuit principium totius generis humani.
Secundus à Noe: qui fuit principium secun
di mundi: siue restaurationis mundi perdi-
ti. Tertius ab Abraham: qui fuit principium
circuncisionis. Quartus à Iacob. qui fuit
principium populi Dei. Quintus à Moyse:
qui fuit principium legis. Sextus à Dauide
qui fuit principium templi primi. Septimus
fuit Daniel: qui fuit principium templi se-
cundi: siue principium restaurationis pri-
mi templi. sicut Noe fuit principium restau
rationis primi mundi. Quia ergo isti sep-
tem homines fuerunt principes istorum sep-
tem statuum: ideo eis principaliter facta est
reuelatio de successione temporis & istorum
populorum: licet secundum magis & minus
perfe-

A perfectum: vt patet per singulos. Nã primò
cum Deus misit soporem in Adam: preuidit
in spiritu misterium incarnationis, & passio-
nis Christi, & misterium nostræ regeneratio
nis. & desponsationem & vnionem Christi &
ecclesiæ: vt ait Aug. in lib. cur Deus homo:
& super Io homilia. Vnde excitatus à somno dixit. Hoc os ex ossibus meis. Quod ma-
gnum sacramentum est de Christo & eccle-
sia: vt ait apostolus ad Ephe. 5. Secundò Noe
in illa dormitione & ebrietate præuidit mul
ta futura de successione trium filiorum suo-
rum. Vñ surgens à somno dixit. Maledictus
puer Canaan: vt patet Gen. 9. De isto dicitur
q̃ vidit tres mundos. s. mundum creatum &
destructum, & restauratum. Tertiò ipsi Abra
hæ fuit reuelata successio duorum populorũ
suorum. s. Ismaelitarum, & filiorũ promissio
B nis per Isaac, & de peregrinatione eorum: &
hoc patuit in sopore: vt patet Gen. 15. Quar
tò ipsi Iacob fuit reuelatum in sopore miste-
rium Christi & ecclesiæ. vt patet Gen. 28. &
32. Item præuidit totum discursum. 12. tri-
buum & ante mortẽ pdixit filiis suis in spũ
profetiæ omnia futura singillatim. vt Gen.
48. Quintò ipsi Moysi reuelauit multa futu-
ra illius populi: vt patet Exod. 33. & in can-
tico Audite cœli. Deuter. 32. Sextò quia Da
uid fuit principiũ prosperitatis illius regni:
& amplitauit diuinum cultum & præcepit fie
ri primum tẽplum, & ideo sæpe rogabat pro
sperit atem illius regni, & cupiuit præcipuè
durationem eius: cum sciret Christum futu
rum ex sua tribu: Ideo fuit sibi reuelata tota
successio illius regni vsq; ad destructionem
templi & ciuitatis per Caldæos propter sce-
C lera eorum. Et exinde totus discursus vsq;
ad Christum, & exinde totus discursus eccle
siæ vsq; ad iudicium. Et hoc clara visione &
duplici spiritu profetiæ: vt ipsemet ait. 2. Re.
23. Septimò, quia Daniel fuit vir desideriorũ
& principium secundi tẽpli: Ideo reuelatus
est sibi totus discursus secũdi templi. per 72.
hebdomadas vsq; ad Christum. vt patet Da
niel. 9. & successio quatuor principalium re
gnorum, & totum regnum Christi: vt patet
Daniel 2. & 7. & 10. vsq; ad finem. Ex his pa
tet, q̃ nemo debet dubitare quin Dauid ita
prædicat clarè stragem Maccabæorum. Nã
ipsemet ait 2. Reg. 23. q̃ sua profetia fuit cla
ra sicut lux auroræ oriente sole absq; nubi-
bus. Et sic in hoc psalmo & quibusdam se-
quentibus magis videtur texere historiam
gestorum præteritorum, quàm concedere D
profetiam futurorum, vt pãtebit. Sed est ad-
uertendum: q̃ sicut nos videntes & prospi-
cientes a longè per mõtes propinquiores ve-
nimus in cognitionem mõtium vlteriorum
& per cognitionem planetarum inferiorum:
videmus stellas superiores: Ita Dauid & cete
ri profetæ præuidendo profeticè aliqua fu-
tura de illo populo: præuiderunt & prædixe
runt multa misteria longius futura de Chri
sto & ecclesia. Vnde ille talis spiritus profe-
tiæ dr duplex, vt dictũ est in prologo. Et sic
Dauid præuidendo stragem Maccabæorum
in hoc ps. præuidit vlterius & prædixit stra-
gem & persecutionem ecclesiæ Christi per
stragem templi & ciuitatis Hierusalem. Hoc
ergo præuidens Dauid fecit hunc psalmum.
In quo, tria facit. Nam primò vt capter bene
uolentiam à Deo narrat oĩa beneficia & vi- E
ctorias illi populo à Deo quondam collatas.
Secundò ille populus explicat & deflet stra-
gem & afflictionem suam. Tertiò petit libe-
rari per Messiam futurũ. Secundum ibi. Nũc
aũt repulisti. Tertium ibi. Exurge quare. Ad
primũ ergo dicit ille populus. O Deus nos
audiuimus auribus nostris, & patres nostri
annunciauerũt nobis per scripturam Moysi
& Iosue, & per totum discursum iudicum
& regum, totum opus q̃ operatus es in eis
in diebus eorum, & in omnibus antiquis. sci
licet Abraham, & Isaac, beneficia & victo-
rias, & signa, & prodigia in exitu Egypti, &
in peregrinatione deserti & in ingressu terrę
promissionis. Nam

Manus tua gentes disperdidit & planta
eos: afflixisti populos & expulisti eos.

F *Nec enim in gladio suo possederunt terram:*
& brachium eorum non saluauit.

Sed dextera tua & brachium tuum & illu
minatio vultus tui: quoniam cõplacuisti in eis.

Manus & potestas tua gẽtes disperdidit,
& proiecit de terra promissionis per Iosue, &
plantasti eos. s. patres nostros & collocasti in
illa terra, & afflixisti populos Cananeorum
& expulisti eos. Et hoc non fecerunt patres
nostri auribus suis: nec in gladio & armis pos
sederunt & obtinuerunt terrã illam: nec bra
chiũ & fortitudo eorũ saluauit eos: sed dex-
tera tua & brachiũ tuum & illuminatio vul
tus tui. Nam per totum desertum deduxit
eos in columna nubis. Et Moyse orante vin-
cebatur Amalech. Exo. 17. Et clangentibus
tubis & vociferante populò ceciderunt muri

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hierico. Iosue. 7. Et hoc feciſti: non q̃ ille populus meruit: ſed quoniam ex miſericordia tua complacuiſti in eis, & hoc amore Moyſi & Ioſue qui tibi grati fuerũt. Et ẽt quia hoc promiſeras ipſi Abrahæ, & Iſaac, & Iacob.

Tu es ipſe rex meus & Deus meus: qui mãdas ſalutes Iacob.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: & in noĩe tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me.

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudiſti.

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſeculum.

Tu ergo es rex meus & Deus meus: qui mandas ſalutes & victorias toti Iacob. Ideo ſi volueris: nos ventilabimus & propulſabi-
B mus inimicos noſtros in te: in virtute tua & cornu, & cum magna victoria, & in noĩe tuo ſpernemus & contemnemus oẽs inſurgẽtes in nobis. Hoc enim faciemus in nomine tuo: quia non ſperabo nec ponam fiduciam in arcu meo: nec gladius meus ſaluabit me: ſed tu es ille qui ſaluaſti nos de inimicis affligentibus nos, & confudiſti odientes nos: & ideo in Deo laudabimur tota die, & nõ in nobis: & confitebimur in ſeculum in nomine tuo, & non in noſtro: quia tibi debet attribui poteſtas & honor omnis noſtræ victoriæ. Vnde nota q̃ ſicut fideles noui teſt. ſperant ſaluari & liberari ab omni periculo in virtute nominis Ieſu: ita antiqui inuocabant nomẽ domini tetragrammaton: quod eſt idem vt ſæpe dictum eſt.

C *Nunc autem repulſiſti & confudiſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.*

In hac ſecũda parte deflet & explicat afflictionem ſuam dicens, O Deus tot & tanta feciſti pro patribus noſtris ſup. nunc autem repulſiſti & confudiſti nos non habens curã de nobis, & nec egredieris in virtutibus noſtris: pugnando pro nobis & præbendo auxilium: ſicut quondam præbuiſti: imo

Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos diripiebant ſibi.

Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & fugere nos ad montem feciſti, & in die ſabbati vinci nos permiſiſti: vt patet primi Maccabæorum 11. & gentes Antiochi & armigeri qui oderunt nos: diripiebant & vẽdicabant ſibi nos captiuos in prædam, & bona noſtra. Et

Dediſti nos tanquam oues eſcarum: & in D *gentibus diſperſiſti nos.*

Dediſti nos tãquam oues eſcarum ad interficiendum & comedendum. Et diſperſiſti nos captiuos & fugitiuos in gentibus.

Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & nõ fuit multitudo in commutationibus eorum.

Vendidiſti populum tuum hinc magno (imo vili) precio, & nõ fuit multitudo pecuniarum in cõmutationibus: quia pro paucis pecuniis vendebantur & commutabantur: quia pro vno aſino commutabãtur tres aut quatuor Iudæi in contemptum. Et ſic

Poſuiſti nos opprobrũ vicinis noſtris: ſubſannationẽ et deriſũ his qui i circuitu noſtro ſũt.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.

Poſuiſti nos in opprobrium vicinis noſtris g & circunſtantibus, & in ſimilitudinẽ & derſum finitimis & inimicis infidelibus: qui in circuitu noſtro ſunt, & in commotionem capitis in populis. Nam q̃n aliquis comminabatur alteri nutando & cõmouendo caput ſicut ſolet fieri, dicebat. ego faciã tibi peius quàm Iudæis. Et quando loquebatur de infortunio alicuius: ponebat exemplum & ſimilitudinem de Iudæis dicendo. Ita accidit vel accidat tibi ſicut accidit Iudæis. Et ſic

Tota die verecundia mea contra me eſt: & confuſio facieimeæ cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis: a facie inimici & perſequentis.

Verecundia mea contra me eſt. dũ iſta audiuntur, et audio in faciem meã, et confuſio faciei meæ cooperuit me, et ſic oportet me cõperire faciẽ, et fugere a facie cuiuſlibet ob- E loquentis et improperantis et perſequentis.

Hæc oĩa venerunt ſuper nos: nec oblitiſumus te: & iniquè nõ egimus in teſtamẽto tuo.

Hic populus Dei coicat Deum ad miſeri et auxilium ratione fidelitatis. Nã illa pars fidelium nunquam dimiſit fidem Dei inter tot tormenta et perſecutiones: Ideo Deus tã to magis habebat cauſam ſubueniendi eis. Dicit ergo: licèt hæc omnia mala et perſecutiones venerunt ſuper nos: nõ oblit ſumus te: nec diuiſimus legem tuam: nec iniquè egimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retro cor noſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.

Non receſſit retro cor noſtrum à tuo cultu: quia ſemper coluimus te: nõ violando legem tuam, et tamẽ tu declinaſti ſemitas i. de-

clinari

A clinari permiſiſti ſemitas noſtras à via tua: q̃a aliquando non potuimus ſeruare præcepta. Nam in die ſabbati coacti ſumus præliari cõtra inimicos: nec potuimus ſeruare aliqua cerimonialia propter impotentiam & neceſſitatem. Et ratio eſt.

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.

Tu poſuiſti nos in loco afflictionis, & ſolitario, & periculoſo fugiendo per montes & p loca draconum & leonum & aliarum beſtiarum, & eramus captiui quandoq; in poteſtate inimicorũ, & ſic cooperuit nos vmbra mortis. Et ſic in talibus locis non poteramus ſeruare legem, & ſumus coacti declinare à via tua. Et tamen inter tot aduerſa licèt non po-
B teramus ſeruare cerimonias, tamen nũquam declinauimus ad ritus gentium. Nam

Si obliti ſumus nomẽ Dei noſtri: & ſi expãdimus manus noſtras ad Deum alienum.

Si oblit ſumus. i. fuiſſemus te: & expandimus manus noſtras: ad aliquem Deum alienum inuocandum.

Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

Nonne Deus requiret. i. requiret iſta? Quaſi dicat: licèt non potuimus Deo ſeruire opere, ſeruãdo cerimonias: tamen nun quam in corde noſtro receſſimus ab eo: imo propoſitum noſtrum fuit pati mortem & tormenta & perſecutiones pro eo: ipſe enim nouit abſcondita cordis. Et ſcio

Quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

A corum, & concupiscere, & eligere ecclesiam. Nam tota gloria synagogæ erat in apparatu exteriori, & in actibus materialibus: quia omnia intelligebant ad literam, & per sola opera exteriora putabāt iustificari. Et ideo tota gloria templi Salomonis erat in apparatu ornamento. & vasorum aureorum: & sic tota gloria iudeorum referebatur ad corpus, & nihil ad animam, nec curabant de interiori iustitia. Sed oppositum docet lex euāgelica. nā vera iustitia, & ornatus debet esse in nobiliori parte, sed anima est nobilior corpore: ergo verus ornatus debet esse in anima. Nā Deus ratiōe animæ diligit hoiem, ergo potius vult sibi desponsare aiam quām corpus: ergo totū ornatum, & apparatum magis desiderat in anima quām in corpore & sic homo magis dicitur iustificatus in anima quā in corpore, &
B per consequens magis per actus interiores, q̄ exteriores, cum possint esse ficti & falsi, & sic Deus magis acceptat & respicit affectū & intentionē, quā effectum exteriorem, ut ait salvator. Matth. v. Et ideo dicit hic gloria huius sponsæ non consistit in apparatu exteriori sicut templū Salomonis, cuius tota gloria erat in pellibus & pānis & vasis aureis & argēteis, & similiter est dicendum de templis gentiliū: sed tota gloria eius. i. ipsius sponsæ filiæ regis .i. ecclesiæ est abintus in actibus, & in deuotione interiori, & in ornatu spirituali sacramentorum ecclesiæ Et sic etiam ornatus christianorum & iustitia, & perfectio non consistit in actibus exterioribus, sed in ornatu animæ & deuotione & virtutibus & non in apparentia & vana gloria exteriori, sed bona intentione interiori, ne quod foris ostenditur, intus à mercede euacuetur: quia Christianus non expectat pmiari, nec felicitari in hoc
C mundo sed in alio, & talē aiam concupiscit Xps & desponsat sibi. Ideo licēt ecclesia spōsa Christi sit circumamicta varietatibus statuū. s. cōiugatorum, viduarum, virginum, tñ abintus omnibus est vna fides, vna caritas, vnū, baptisma, & vnicam expectant gloriā & tota gloria corū est in anima. Vñ tali vestitu deaurato & tali amictu cōtexto varietatibus colorū perfectionum & virtutum ornauit Deus pater sponsam filii, & talē spōsam cōcupuit Xps repudiat synagoga & gentilitate, quę in solis ornamentis mundanis, & exterioribus delectabantur & putabant iustificari. Totum etiam hoc potest referri ad legem Moysi, & ad totam scripturam vete. test. cuius veritas non consistit in litera exteriori, sed in sensu D spirituali interiori, quæ quidem lex vetus est quasi tunica & vestis, sub qua latet euāgelii hiue veritas euangelica. Et sic gloria vete. leg. est veritas euangelica latens abintus in imbriis aureis: & hanc veritatem & gloriam interiorem legis desiderunt omnes patres vete. test. & hāc concupiuit & acceptauit & prędicauit Christus, & sic abiectis & repudiatis cerimoniis exterioribus concupiuit gloriam & veritatē interiorē. Et sic lex vetus patet ad extra in vestitu byssino & grossa, sed veritas euangelica latet intra in vestitu deaurato circumamicta varietatibus sensuū. i. profetico, morali, & anagogico, & multiplici, q̄ pertrā sibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Istā gloria quę latet abintus, & emanat a bintus, est gratia ecclesiasticorum sacramētorū, q̄ quæ sunt inuisibilis gratiæ visibilis forma. Nam in quolibet sacramento sub visibili forma latet inuisibilis gratia. vñ quodlibet horum sacramentorum est circumamictum virtute bonorum effectuum Nam baptismus purgat originale, & confert fidem, & caracterem & configurat, & incorporat nos Christo sponso, & confirmatio confert. vii. dona spiritussancti, & eucaristia reficit.

Adducentur regi virgines post eam. proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Postquā superuis Deus pater cantauit, & commendauit sponsum & sponsam in suis ornamentis & apparatu, hic commendat de copia, & frequenti societate puellarū adlescentularum, quæ maximē decorant sponsam, vt patet in canticis Salomonis. Potest et dici, q̄ nunc in hac tertia parte huius carminis nuptialis prædicit, & commēdat felicem prolē eorundem. Et ratio est, nā in supersorsum dixit, quòd omnis gloria huius sponsæ est abintus quasi in vtero eius, & quòd est amicta, & circundata varietatibus statuum & filiorum: ideo hic enumerat & memorat libe ros & filios eius, quorum status sunt multi. Si virgines, viduę, coniugatæ, apostoli, & martyres, & doctores. Vnde nota quòd ista proles fuit regenerata ex indæis primò: secundò ex gētibus & ex vtrisque fuerūt virgines, & viduæ, & de oī statu, & illico incepit ecclesia Xpo dare prolē. Dicit ergo primò, virgines. i. virgo Maria, & Ioā. baptista, & ceterę virgines adducentur postea. i. sequentur ipsam ecclesiam.

A siū. i. ipsa ecclesia primò adducet virgines spō so suo Christo, & proximæ eius. s. viduę & continentes, quæ tenent ām locum post virgines afferentur tibi, ò Christe in lętitia, & exultatione. i. sponte vouebunt, & seruabūt castitatem amore tui. Etiam per virgines pñt intelligi omnes animæ christianorum quę habent fidem catolicam secundum Aug. & per proximas, pñt intelligi specialiter conuersi ex gentibus, ex quibus multę virgines fuerunt Deo consecratæ, & seipsas pro Christo morti obtulerunt, & multę alię se monasteriis dedicauerunt. Et ideo sequitur. Adducentur in templum regis, sicut continuē sanctimoniales Christo dedicātur. Et ēt per virgines, & proximas Christi pñt intelligi oēs
B animæ christianorū, qui in baptismo incōcussę fidem Christo promiserunt, quę dicūtur virgines ab integritate fidei, ex quibus sunt martyres, & virgines, viduę, & coniugati, qui oēs sequuntur ecclesiam, et sunt regenerati à Christo et ecclesia. Omnes enim christiani adducuntur ad templum Christi, et adducit eos mater ecclesia, vt baptizentur, et recipiāt cętera sacramenta. Et sic omnes sequuntur agnum quocunque ierit.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.

Hic spāliter memorat prole apostolorū, eo q̄ tenēt primum locū in ecclesia. Vñ pollet dicere ecclesia, O Christe tu ascēdis in cęlū, et dimittis me viduā et solā et pupillā sine patre, quia ante habui patriarcas et prętas, qui fuerunt patres mei, nunc aūt repudiata synagoga, in qua sunt scribę, farisęi, et legis
C doctores, congregasti me ex piscatoribus, et plebeis, et simplicibus idiotis. Ad hoc respōdet Deus. Ne timeas ecclesia sponsa, quia p patribus. i. loco et vice patrum. s. patriarcarū et prosetarum, nati sunt tibi filii. s. apostoli, quia recepto spiritussancto, erunt maiores et sapientiores q̄ patriarchę et profetę: Ideo hos constitues principes super omnem terram. Hoc etiā dicit, quia sicut Iacob genuit duodecim filios patriarcas à quibus descēdent oēs filii Israel carnales: ita Christus regeneravit duodecim apostolos, à quibus descenderunt oēs Christiani per generationē baptismalē et spiritualem. Et ideo ecclesia dicitur verus Israel spiritualis, quorū patriarchę fuerunt duodecim apostoli, ut patebit pſ. 67. Hoc idem dicit ecclesię congregatę ex gentibus: non timeas, nec dedigneris ò popule gentilis, quia habuisti summos philosophos, qui in scientia humana floruerunt, et D
reges et imperatores qui armis et legibus totum orbem subiecerunt. Nam pro illis patribus tuis. s. loco Platonis, et Socratis, et Aristotelis, et cęterorum philosophorum, et loco Cyri, et Darii, et Alexandri, et Cęsaris, et Pompeii, et Octauiani, et cęterorum famosissimorum regum, et imperatorum, et bellatorum, nati sunt tibi. i. renati ex me filii, scilicet apostoli, et discipuli, et hos cōstitues principes super omnem terram, qui non inanis prosetiæ uerbis, nec uiribus humanis, sed armis euangelicis, totum orbem tibi subiiciēt, et sic erunt maiores quām Alexander et Cęsar, qui minorem partem mundi uix potuerunt obtinere. Item renati sunt tibi filii ex me, scilicet martyres et doctores. Et ideo, O Christe domine mundi. E

Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione & generationem.

Isti apostoli et doctores erūt memores tui, in omni generatione et generationem, quia scribent, et prędicabunt mirabilia quæ feci sti vsq; ad iudicium. Nam euangelistę scripserunt euāgelia, in quibus memorantur omnia gesta Christi. Et Ia. et Ioan. et Pe. scripserunt epistolas canonicas, et Lucas actus apostolorum. Et Paulus scripsit quatuordecim epistolas ad diuersos populos et status, quę quotidie leguntur, et prędicantur in ecclesia, in quibus maxime memoratur nomen Christi. Et sic apostoli non solum ipsum nomen Christi prędicarunt, sed etiam in memoriam eius scripta reliquerunt.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in sæculum sæculi. F

Propterea et propter quę scripta sunt omnes populi ad fidē cōuersi cōfitebuntur tibi ò Christe, et colent te tanq̄ Messiā, et verum Deum in sęculum sæculi. Nota q̄ ly domine non ponitur in Hebręo, et sic nulla accidit difficultas, quin loquatur pater ad filium in hoc versu. Ex toto ergo isto psal. possunt recolligi. 14. conclusiones seu doctrinę. Prima conclusio, q̄ pater abæterno eructauit verbum bonum ex toto corde ideſt de tota substantia. Secunda cōclusio: q̄ ex tempore produxit p illud uerbum uelociter omnes creaturas sicut uelox scriba producit literas. Tertia conclusio: quòd Christus fuit speciosus pręfiliis hominum in puritate, et sanctitate, et sapientia, et gratia spiritussancti. Quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ta conclusio, q̃ Christus triplici gladio fuit accinctus, s. gladio humanitatis, & potentię, & doctrinę. Quinta conclusio, q̃ quinque virtutes fuerunt, propter quas meruit regnare. s. sanctitas, sapientia, veritas, mansuetudo, & iustitia, quæ quidem quinque virtutes sunt necessariæ cuilibet regi & principi. &c. Sexta conclusio, quòd tam apostoli quàm verba euangelica fuerunt sagittę, quibus Christus penetrauit corda hominum. Septima cõclusio, quòd sedes Christi iudiciaria erit æterna, & sceptrum Christi erit iustum & directum. Octaua conclusio, quòd in diuinis est trinitas personarum: scilicet pater vngẽs, & filius vnctus: & spiritussanctus, quo filius vngitur secundum humanitatem. Nona conclusio, quòd triplici vestimento fuit Christus vesti
B tur. s. vestimento mirrhæ passionis: & vestimento pœnitentiæ, & doctrinæ. Decima conclusio, q̃ vestimẽta ecclesiæ Christi deaurata sunt per ceritatem, & circundata varietate virtutum & sacramentorum, & diuersorum ordinum, & graduum ministrorum & prelatorum ecclesiæ. Vndecima conclusio, quòd ecclesia sponsa Christi, est congregata ex cõuersis de populo gentili relinquentibus ritum patrum suorum, & ex conuersis de iudaismo relinquentibus cerimonialia, & ritus legales patrum suorum. Duodecima conclusio, quòd filii gentilium debebant recipere Christum: & adorare ipsum tanquam Deũ. Decimatertia conclusio, quòd gloria, ecclesiæ non consistit in bonis exterioribus, & tẽporalibus,
C sed interioribus. & spiritualibus: Decimaquarta conclusio, quòd loco. xii. patriarcarum constituti sunt. xii. apostoli principes super omnem terram, per quos regenerati est totus populus fidelium.

PSALMVS XLV.

DEus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.

Huic psalmo pponitur talis titulus in Heb. s. Victori siue ad victoriam filiis Core, super Alamot canticum Secundum vero. lxx. In finem filiis Core pro arcanis canticum. Secundum aũt Hier. Victori filiorum Core pro iuuentibus canticum. De auctore autem & materia huius psalmi dicit Ra. Salo. & quidã alii Hebræorum, quòd filii Core fecerunt hũc psalmum por gratiarũ actione, eo q̃ fuit factum in eis illud grande miraculum, quia patre sũo Core, & Datan, & Abiron, & cæteris complicibus illius coniurationis, perecutibus ipsi fuerunt liberati: vt pater Nume. xxvi. & D
xvi. Et hoc iustè & bene merito factum est: vt dicunt isti. Nam cum Core pater eorum. & cæteri obstinati vellent rebellare eõtra Moysen & Aaron, tamen filii Core noluerũt esse complices, nec participes in illa cõiuratione: imo persuadebãt patri, vt obediret moysi iuxta voluntatem domini, sed quia Core cũ eęteris voluerũt obstinãte perseuerare in suo malo proposito: ideo aperta est terra, & deuorauit eos, filiis Core saluis manentibus, ut patet ibidem. Et addunt isti quòd filii Core manserunt in aere: cum terra sub pedibus eorũ fuisset aperta, sed coniuratoribus absorptis, & deuoratis, tunc terra fuit recluſa & reiuncta: & tunc filii Core manserunt salui super terrã. Et hoc fuit illud grande miraculũ quod scribitur. Numeri. xxvi. Et addunt isti quòd tũc E
Deus dedit filiis Chore spiritum prosetię, in præmium tantæ obediẽriæ. & sic fecerũt omnes psalmos qui intitulantur filiis Core, & inter cæteros fecerunt hunc psalmum agẽdo gratias pro sua liberatione, & tanto miraculo ostensõ. Et hanc positionem sequuntur quidam catholici glossantes hunc psalmum pro illa liberatione, & miraculis factis in deserto: & in tranfitu maris rubri, & in ingressu terræ promissionis. Quia tunc factus est impetus flum inis Iordanis quando conuersus est retrorsum & trãsiuit populus, & altissimus sanctificauit suum tabernaculum, & arcam, quando reposuit eam in Silo, & lætificauit illam ciuitatem, & populum dãdo possessionem illius terrę. Et sic exponunt literaliter hunc F
psalmum de adeptione illius terræ cum auxilio Dei. Sed ista positio licet aliquo modo, & in minori parte contineat aliqualem veritatem, tamen in maiori parte continet falsitatem. Nã primo continet falsum, inquantũ dicit q̃ filii Core fecerũt hũc psalmũ tpe Moysi: sicut fuit improbatum in titulo. psal. xli. Secundo continet falsum, inquantũ dicit q̃ psalmista pcisè in hoc psalmo memorat miracula & prodigia facta in exitu Israel de Aegypto, & in ingressu terræ promissionis. Sed pot cõtinere verum, inquantum Dauid contẽplãdo miracula, & prodigia, & mysteria facta & gesta in illo egressu, & pgressu, & ingressu, puta dit in spiritu ortum, & progressum, & proficritatem, & triũfum ecclesiæ Christi Quæ quidẽ ecclesia Christi, & fuit figurata per filios Core. eo q̃ est & fuit congregata ex cõuersis de populo iudaico & populo gentili, quorũ

patres

A patres perierũt in sua ecitate & infidelitate vt probatum fuit ibidem, s. psi. 41. Et ideo est dicendum, q̃ Dauid fecit istum psalmum & intitulauit ipsum, In finem filiis Core super Alamot, eo q̃ dedit ipsum cantandum ipsi Hemam & toti Coro suo, eo q̃ erant de filiis Core vt ibi fuit dictum. Sed tunc manet dubium de diuersitate translationum huius tituli. Nam lxx. transtulerunt In finem huius filiis Core pro arcanis. Et Hieronymus transtulit, filiis Core pro iuuentutib. Ad hoc respondetur q̃ hoc nomen Alamot est plurale deriuatiuum de hoc noie Alma. Sed quia hoc nomen Alma est æquiuocum ad duo. Nam vno modo idem est quod adolescentula siue puella. Alio modo idem est quod secreta. Et sic Alamot vno modo significat
B iuuentutes. Alio modo significat arcana siue secreta. Ideo septuaginta transtulerunt, pro arcanis sumendo vnam significationem. Et Hieron. transtulit, pro iuuentutib. sumendo aliã significationem. sed hoc ex diuina prouidentia factum est. Nam Dauid in psalmo isto profetice memorat & prædicit arcana & secreta mysteria & prodigia, & miracula, quæ gesta & facta sunt in iuuentute & in ortu & progressu ipsius ciuitatis siue ecclesiæ Dei, vt magis patebit in fine expositionis huius psalmi: & sic necessaria sunt vtraq; translatio. quia vna notificat iuuentutem, & ortum & miracula quæ gesta sunt in ortu & in iuuentute ecclesiæ. Et ideo datus est iste ps. filiis Core ad cantandum: eo q̃ gerebant figuram ecclesiæ sic cõgregatæ vt dictum est.
C Tria ergo facit Dauid in hoc ps. Primo enim prædicit fortitudinem & constantiam quam habuit ecclesia contra iudæos & tyrannos in sua iuuentute & auxilio Dei in principio. Et hoc per figuram. & prout præuidit in exitu Israel de egypto, & per transitum maris rubri. Secundò explicat vnde ista ciuitas Dei & ecclesia adepta est talem fortitudinem. Et in quo tempore habuit hãc gratiam. & hoc per figuram ingressus terræ promissionis per Iordanem. Tertiò explicat profeticè victoriam & triumfum quem habuit ecclesia de Iudęis & tyrannis persecutoribus suis. Et hoc per figuram victoriæ, quã habuit Iosue & Israel de regib. & pop. Cananeorum. Secundarib. fluminis impetus lætificat. Tertia ibi. Conturbatæ sunt gentes &c. Quantum ad primum est notandum sicut pluries dictũ est q̃ prin-

cipium & progressus ecclesiæ Christi manifeste figuratus est per primum progressum pop. Israel. Nam sicut Iacob siue Israel genuit xii. filios & reliquit eos in Aegypto inter inimicos: vbi grauiter fuerunt afflicti, sed Moyses cum signis & portentis eduxit eos p Mare rubrum & desertum cum maximis laboribus & tribulationib. Ita Christus regenerauit xii. Apost. & post eius mortẽ reliquit eos in Hierus. vbi fuerunt afflicti à iudæis, vt patet in actibus Apost. Sed Christus misit in eos flumen aquæ sapientiæ Spi. san. & misit eos per mundum vniuersum & subiecerunt Christo totum orbem, sicut filii Israel transferentes impetum Iordanis obtinuerũt totam terram promissionis. In illa ergo figura, & mysterio præuidit Dauid totum principium & progressum ecclesiæ. Ideo introduxit cœtum Apostо. & fidelium primitiuæ B
ecclesiæ loquentem in hoc ps. & explicantẽ fidem suã in illa persecutione. Vnde dicit populus & ciuitas Christi. Christus Deus & homo est noster refugium & virtutus & adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt & vexauerunt nos in primitiua ecclesia. Nam illico post mortem & resurrectionem Christi insurrexerunt principes & Farisæi contra nos, & ducebant nos & cõstituebant in conspectu sacerdotum, præcipientes ne prædicaremus nomen Christi: & persequebantur nos per synagogas & ciuitates cõminabant nobis flagella & tormenta. Vt patet in actib. apostolorum. Sed propterea quia Deus noster est refugium & virtus nobis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. F

Ideo non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. Et ponitur futurũ indicatiui pro optatiuo, quia iudæi non habent optatiuum. Quasi dicat q̃uis turbetur tota terra contra nos: & fiat tantus terræmotus vt transferantur, & cadant montes in cor maris & in medio maris sicut solet quandoq; fieri in maximo terræmotu: tñ nos non timebimus persecutores postquã Christus & eius auxilium est nobiscum. Vnde tota terra iudęæ pr̃imò mota est, contra Apostolos & discipulos, & exinde totus orbis & pop. gentilis contra Apostolos & martyres & omnes Christianos: & tanta cõmotio facta est contra eos, q̃ montes. i. magni principes & reges trãslati sunt in cor maris. i. mouerunt fluctus amaros sui furoris & per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A secutionis contra totam ecclesiam & ciuitatem Dei. Ideo sequitur.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorũ: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Aquę eorum. s. persecutiones & indignationes sonuerunt & turbatæ sunt cum magno sonitu: sicut fit in mari tempore tempestatis. Ita moti scribæ, & fariſæi fecerunt præconium in tota Iudęa: ne quis auderet noiare Xpm. & sic Paulus acceptis epistolis in Damascũ, vt si quos inueniret huius vię viros, vinctos perduceret in Hieruſ. Item Nero & Domitianus, & vltimo Diocletianus fecerunt edictum per totum orbẽ ne quis prædicaret Xpm: aliter capitali sententia puniret, bonis fisco dedicatis: & sic in fortitudine huius terræmotus & fluctuationis maris, cõturbati sunt montes. i. principes & reges terræ
B contra Christianos. Sed in omnibus his fluctuationibus non timebant Apoſt. imò ibant gaudentes à conspectu concilii, qñ digni habiti sunt pro noie Iesu contumeliam pati. Et dicebant: obedire oportet magis Deo quàm hominibus. Actu. v. Hoc idem dicebant Apoſtoli & marty. dum starent ante reges & præſides, vt patet de beato Laurẽtio & Vincẽtio & Catarina & Lucia. Ideo oĩa ista non timebant: quia Xpm in refugium habebant. Quasi dicant: ꝙ sicut filii Israel fuerunt vexati in Aegypto & angustiati in mari rubro, inter mare & mõtes videtes egyptios eos pseqũtes: ita fuimus afflicti per iudæos & tyrãnos in primitiua ecclesia. Sed sicut Deus fuit refu
C gium & adiutor illorum, & liberauit eos tã de Aegypto: q̃ de mari, cum signis & prodigiis, ita Christus liberauit eccle. de persecutione iudæorum: & tyrannorũ cum signis & miraculis, & subiecit sibi oẽs gentes & pop.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Hic reddit causam vnde Apoſto. & ciues Dei habuerunt: tantã virtutẽ, vt possent rẽsistere tot fluctib. & tormentis tyrannorũ terrenæ ciuitatis. Vnde iam dictum est psalmo quarto. ꝙ illico post Adam genus humanũ fuit diuisum in duas ciuitates, quarum vna incipit ab Abel, q̃ dicta est ciuitas Dei, altera à Cain, quę dicta est ciuitas Diab. quæ processerunt vsq; ad Christum. sed cõtinue fuerunt renouatæ & excitatæ. Nam ciuitas Dei fuit renouata per Noe: & Abraham, & Iacob, à quo dicti sunt filii Israel vsq; ad Christũ. D cuius ciues fuerunt semper alliciti à ciuibus terrenæ ciuitatis. Hęc autem ciuitas Dei fuit totaliter renouata & regenerata per Xpm & congregata ex filiis ciuium vtriusq; ciuitatis, patribus percunctibus vt dictum est. Et sic sicut maior pars ciuitatis terrenæ. s. populi gentilis transiuit ad ciuitatẽ Christi: recipiẽdo Christũ in quo fuerũt regenerati ita maior pars filiorum Israel tranſierunt ad ciuitatem Diab. negando Xpm verum redemptorem & Messiam. Et sic oẽs simul infideles pertinentes ad ciuitatem Diabo. inceperunt insurgere & mouere fluctus iniquitatis contra ciuitatem Christi. Quæ ciuitas passa est diras persecutiones. Primò à Iudæis. Postea a tyrannis per x. imperatores vsq; ad magnũ Constantinum. Quibus persecutionib. erat g impossibile resistere nisi ex auxilio superno. Ideo Christus misit flumen aquarum donorum & gratiarum Spi. san. in die penteco. in omnes discipulos, & Apoſt. in quibus consistebat tota ciuitas Dei. quod flumen vallauit & fortificauit & lætificauit taliter totam ciuitatẽ Dei, q̃ est ecclesia, ꝙ amplius nõ timuit impetus & fluctus aquarũ persecutionũ tyrannorum & oĩum inimic. Nã illico inceperunt cũ fiducia prædicare verbum Dei, vt patet per totum discursum actuum Apoſto. Et nõ solum impetus fluminis Spi. san. desecdit & fortificauit eccl. sed ẽt protulit & prostrauit fluctus & ciuitatem Diab. quia princeps huius mundi eiecit foras. Nam popu. gentilis eiectis idolis cõuersus est ad Christum, q̃ fluuius baptismalis concessit virtutem Christianis, vt non solum resisterent, sed ẽt vincerent & subiicerent ciuitatẽ Diab. & sic aucta F est ciuitas Dei à solis ortu vsq; ad occasum: in medio cuius, Deus habitat per fidẽ, vbi antea Diabo. princeps huius mundi habitabat. Ex quibus patet ꝙ Xps ꝑ flumen aquæ baptismalis & donorum Spi. san. fortificauit suã ciuitatem, & irrigat eam: & germinare eam facit, & dilatata est, & ampliata per totum orbem. Dicit ergo ciuitas Dei. Non miremur, si non timuimus terræmotum & tempestatẽ maris inimicorum: nam impetus fluminis Spi. san. lætificat & irrigat & fortificat, & valat ciuitatem Dei. s. ecclesiã. nam altissimus Deus sanctificauit tabernaculum suum. s. ecclesiã in qua habitat per fidem. Et ideo quia ipse Christus habitat in ea: nunq̃ commouebitur â fide & caritate Xpi. Nam ipse habitando

A tando in ea influit virtutem & gratiã sacramentorũ, & dona Sp. san. q̃ sunt arma Christianorum: & ideo licẽt cõtinuè agiteẽ fluctibus tyrannorum, & hæretic. tũ nunq̃ vsq; ad iudicium submergẽt nec expugnabit naucula Petri, imò semꝑ Deus adiuuabit eam mane diluculo. Vñ nota ꝙ totũ tps. leg. vet. dr̃ nox, tps vero gratiæ dr̃ dies, cuius aurora & mane siue diluculum fuit resurrectio & ascensio Xpi. Sed quia illicò decimo die post ascens. misit Xps flumen donorum Sp. san. in discipulos, quo flumine lætificauit & addiuit hanc ciuitatẽ: ideo dicit. Adiuuabit eam mane diluculo. i. principio legis gratię. Quasi dicat, ꝙ sicut impetus fluminis Iordanis lætificat & irrigat totam terrã promiſ. & aquæ circuncidant eam vndiq. Nam ex parte oriẽ
B tali clauditur aquis Iordanis, & ab aquilone aquis descendentib. cum impetu de Libano, & ab occasu cladit Mari Mediterraneo, & à meridie torrente turbido Egypti. Ita paricatur & vallatur ciuitas & ecclesia Dei irrigatur & lætificatur & vallatur impetu fluminis baptismalis & aliorum sacramẽtorum: & sic defenditur vndiq; ab incursibus dæmonum & infidelium. Et ideo ista ciuitas sic lætificata & adiuta impetu fluminis Spi. san. dedit vocem suam euang. per vniuersum orbem, & mota est tota terra: & conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt omnia regna mundi, & subiecta iugo Christi, ad prædicationem Apoſtol. & martyrum & doctorum. Et sic reges terræ qui propter idola persequebantur Christianos antea, post. suscepto baptismo deleuerũt idola propter Christum. Vnde sicut flumi-
C nis impetus validus trahit secum oẽs arbores ripę: ita impetus fluminis Xpi omnes gẽtes trahit ad ecclesiam. Sed in qua virtute hoc fecimus? respondet, quia Christus Dns cob fuit semꝑ susceptor, & defensor, & adiutor in omnibus tribulationibus supradictis: ideo non solum fuimus protecti: sed etiam victores, sicut dixit nobis in sua ascensione. Ego autem uobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Vel potest incipi constructio ibi. s. Dns virtutum, qui erat nobiscum, dedit vocem suam euangelicam per Apoſtolos, & mota est vniuersa terra: intantùm ꝙ conturbatæ sunt gentes ad prædicationẽ Apoſtolorũ, & inclinata sunt omnia regna mundi ad suscipiendam fidem Christi.

Conturbatæ sunt gentes: & inclinata sunt regna dedit vocem suam mota est terra. D

In hac tertia parte explicat prosperitatem huius ciuitatis, & victoriã & triunfum quẽ habuit de oĩbus suis persecutoribus, & qũo subiecit totum orbẽ iugo Xpi in virtute impetus fluminis gratiarũ, & donorum Spi. san. ad prædicat. Apoſt. Vnde dicit ꝙ ista ciuitas Dei sic lætificata, & adiuta mane diluculo, impetu fluminis Spi. san. dedit vocem suam euãg. in prædicatione Apoſt. & tunc cõmota est tota terra à solis ortu vsque ad occasum, & conturbatæ sunt oẽs gentes visis signis, & prodigiis, & miraculis Apoſt. Et sic inclinata sunt oĩa regna mundi ad credendum euang. & subiecta sunt iugo Christi. Et tunc reges terræ, qui pp idola ante persequebãtur christianos, postea deleuerunt omnia idola pp Xpm, vt inquit Aug. Vnde sicut impetus fluminis validus tpe pluuiarum trahit secum B omnes arbores, & diruit domos & ciuitates sitas in ripa: ita pariter impetus fluminis prędicationis euãg. fidei, & miraculorũ, prostrauit oĩa idola: & reges, & populos gentilium traxit ad fidem Xpi. Q. d. ꝙ sicut impetus fluminis Iordanis lætificat, & irrigat totam terram promissionis, ita fluuius baptismalis irrigauit, & lætificauit totam ecclesiam Xpi, & sicut ille trãsitus fluminis Iordanis lætificauit filios Israel, qñ conuersus est retrorsum, ꝑbuit eis audaciã viso miraculo, & sic trãsierũt cõtra Cananęos, & vicerunt eos, ita pariter impetus baptismalis fluminis, & impetus fluminis donorũ, quæ receperunt Apoſt. in die Pente. lætificauit eos, & totam ciuitatem & cũ magna fiducia, & fortitudine ingressi sunt cõtra reges & principes mundi. Et sicut tunc ad sonitũ tubarũ, & buccinarũ, et vocẽ F sacerdotũ, et tubarũ ceciderũt muri Ierico, et capta est ciuitas, et oẽs fuerũt occisi, et postea exinde procedendo regna Cananæorũ fuerunt capta, ita pariter ad vocem et sonitum tubæ prædicationis Apoſtolorum ceciderunt omnia idola, et inclinata sunt omnia regna populi gentilis, et occisa fuit in eis superstitio, et infidelitas, et susscitata fides vt inquit Augu. Sed quia diceret aliquis in qua virtute fecistis omnia ista: O Apoſtoli et christiani: Ideo subdit,

Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Iacob.

Quasi dicat, ꝙ Iesus Xps Dns virtutum, et dator grariarum fuit nobiscum in oĩbus sũ prædictis pressuris, et triunfis adiutor et pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tector,& ipse Christus Dñs Iacob, quia ipsi Iacob fuit promissus, erit susceptor & liberator noster: in quo nostram spem, & fiduciam constituemus. Deinde cum dicit,

Venite & videte opera Domini: quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ.

Arcum conteret & confringet arma: & scuta comburet igni.

Inuitat & conuocat oēs gentes & pop. vt veniant ad prædicat. Apost. & ad videndum signa,& prodigia & miracula eorum: quibus visis conuertantur ad Christum. Ideo ait O vos oēs gentes venite & videte opera Dñi nostri.& prodigiia,& miracula quę posuit sup terram. Et videte primò opera nostræ redēptionis,& miracula quę per ipsum fecit, mortuos suscitando: & infirmos sanando, & sup
B aquas siccis pedibus ambulando · & postea videte opera & miracula quæ fecit per Apostolos & mart. super terram,& quō fuit auferens bella vsq; ad finem terræ : quia oia regna fuerunt sibi subiecta. Nam cōteret arcū & potestatem tyrannorum: & confringet arma Diab. in quibus confidebat. s. oīa genera peccatorum,& scuta. s. philosophiam naturalem qua gentiles se defendebant, & contra nos arguebāt, & ritum & superstitionem pluriū Deorum comburet igni veritatis sacræ scripturæ. Nam Paulus cum autoritatibus sacræ scripturæ vicit philosophos, vt patet Actu. 18. Et Petrus vicit oēs scribas & pharisæos. Actuum. 3. Item Christus contriuit arcum. i. sacerdotium, & arma. i. regnum Iudæorum per Romanos, & scuta. i. muros Hierusalem combussit igni. Deinde cum dicit,

C *Vacate & videte quoniā ego sum Deus exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.*

Introducit Xpm cōminantem tam iudeis quam tyrannis dicens. O vos iudæi, & vos gentiles vacate,& cessate, & desistite perseq ecclesiam meā, & videte,& considerate bene scripturas, nam licēt videatis me in forma humana, & mortali, tñ ego sum verus Deus & homo sicut canunt scripturæ,& ideo exaltabor in gentibus subiiciendo omnes gentiles per fidem, & exaltabor in terra, omnes terrenos & infideles puniendo. & ideo conuertimini ne in æternum puniamini. Sed ad hoc respondet populus fidelium dicens,

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

Iesus Christus Dñs virtutum erit nobiscū in adiutorium, & ipse Deus Iacob erit susceptor, & fautor, & redēptor noster & ideo te in Messiam,& redemptorem,& caput nostrum recipiemus. Ex quibus patet, q licēt totus ille ps. conueniat toti ecclesiæ, tñ maxime conuenit martyribus, qui licēt multis tribulationibus & tormentis sunt laceratī, tñ finaliter de persecutionibus triunfarunt. Et ideo legitur iste ps. in festiuitatibus sanctorum martyrum,& etiam virginum. Et sic tota litera poterit applicari ad eos. Ex toto isto ps. possunt recolligi quatuor conclusiones. Prima conclusio, q in hoc ps. memorant profetice magna & profunda & secreta mysteria de ciuitate Dei & ecclesia, & de eius iuuentute. Secunda conclusio q ecclesia fuit lætificata, & adiuta, & sanctificata mane diluculo in primo suo principio, in qua Deus
B habitauit præsentialiter tanq̄ in proprio tabernaculo. Tertia conclusio, q Apost. & tota ista ciuitas vicit ciuitatem Diab. & triunfauit de Diab. & membris in virtute sanctificationis,& gratiæ Spir. san. Quarta conclusio, q Christus fuit semper adiutor & fautor huius ciuitatis quam ipse fabricauit. Sed hic aliquis posset dubitare pp duas conclusiones primas. Nam primò dictum est quod in hoc ps. Dauid vult profetice explicare aliquod magnum & profundum secretum de iuuentute ecclesiæ, propter id quod dr in titulo. (In finem pro arcanis siue iuuentutibus : & tamē istud magnum & profundum mysterium, non videtur explicatum in supradicta expositione, nec fuit explicatum nec declaratum quod est illud mane & diluculum in quo ciuitas Dei siue eccl. fuit sanctificata & adiuta. Item tota Eccl. cōiter cantat de V. Maria. Ins duos versicu. s. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus', & Adiuuabit eam Deus mane diluculo, & tamen in supradi. expositione non fuerunt expositi nisi pro tota vniuersali ecclesia Christi, & sic videtur expositio insufficiens & non ad propositum. Ad totum hoc simul respondetur. Ad cuius intelligentiam est primò notandum, quod ex diuina prouidentia & sub grandi mysterio profeta prepposuit illud vocabulum in titulo .s. Super Alamot. Nā dictum est quod Alamot est plurale huius noīs Alma. quod est æquiuocum ad duo. Nam vno modo idē est quod iuuencula siue puella & adolescentula, & alio modo idem est quod secreta. quod totum simul soli V. Mariæ cōuenit, eo q̄ sola ipsa

A ipsa fuit virgo secreta. Nā apud vulgus non putabat virgo eo q peperit filiū, & tñ simul cū fęcunditate mansit virgo: & sic erat virgo: in secreto & veritate mēte & corpore. Et iō dixit. Ecce alma concipiet & pariet filium. Quod quidē vocabulum alma scribit cum Mēn clauso in solo isto loco cōtra naturam sui: ad denotandum q ista domicella secreta cum virg. seruata Xpm erat cōceptura & paritura. Et ēt sub eodem spū B. Hiero. & ēt 70. trāstulerunt. Ecce virgo concipiet. Nam alma idem est quod domicella siue iuuencula secreta. i. virgo in secreto. Et ita pariter Salo. prædens in spū mysterium incarn. Christi ex virgine Maria, & non valens cōprehendere, dixit prou. 30. Tria sunt mihi difficilia,
B et quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viā colubri sup petram, viam nauis in mari, et viam viri in Alma. i. iuuencula siue adolescētula. Vnde licēt in aliquibus bibliis reperiāt scriptum, viā viri in adolescentia, tñ hoc est corruptē scriptum ex vitio et ignorantia scriptorum, qui ponunt adolescētiā pro adulescentula: quia ita transtulit beatus Hieron. nō vt scriptores corrumpunt. Vnde Salomon per viā Aquilæ in cœlo, intelligit descensum verbi Dei de cœlo: et p viā colubri sup petram, intelligit exitum Xpi de sepulcro clauso in sua resurrectione: et per viā nauis in mari intelligit cōuersationē et vitā Xpi in hoc mundo: et p viā viri in adolescentula intelligit mysterium incarnat. ex V. Maria, quæ cōcepit et peperit sine corruptione. Christus enim ingressus est in conceptione, et egressus est in Natiu. per portam clausam
C vteri virginalis. Et hoc est quod dicit Salo. se penitus ignorare. Et sic patet q Alma significat virginem secretam: set sic cōiter in multis locis sacræ scripturæ ponitur pro V. Maria. Et ita ponitur in titulo huius ps. cum dr Filiis Core super Alamot. i. super virgines secretas: et ita pronunciant Hebræi. s. filiis Core pro domicellis. Et ponitur plurale, quod idem est quod pro virgine secreta. s. pro V. Maria matre Christi. Et ideo ex diuina prouidentia factum est q. 70. transtulerunt pro arcanis, et Hiero. pro iuuētutib. Et sic ambo explicāt vtrāq; significa. huius noīs Alma q̄ significat vir. secretam. Quasi dicat, q ista ps. datus est filiis Core ad cantandum : in quo continentur multa arcana, et profunda secreta de illa virgine secreta. s. de V. Maria, Sine in hoc psal. continentur arcana gesta in D
iuuentutib. ecclesiæ, quæ quidē arcana sunt gesta in mysterio incarnat. et in V. Maria qui quidē ps. dirigit nos in finē. i. in Xpm Vnde dicit Camhi, q q̄ñ in titulis ꝑponit in finem, signū est q in illo ps. ꝑdicitur aliquod profundum secretum de seculo Messię, quale ponit et memoratur in hoc ps. Et hoc magnū mysterium implicat in illis duob. verbis. s. Fluminis impetus. Ad cuius intelligentiam est sćdo aduertendum, q tota Eccl. cantat et attribuit istos duos vers. V. Mariæ pp quatuor mysteria ibi notata et memorata, quæ propriē soli V. Mariæ cōueniunt. Primum est q dicit profeta Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Secundum q sanctificauit Tabernac. suum altissimus. Tertium q Deus in medio eius nō cōmouebit. Quartum q adiuuabit eam Deus mane diluculo. Quæ q̄dē E
quatuor mysteria licet dicantur de tota ecclesia, tñ primò et principaliter et propriē verificantur rōne V. Mariæ, quæ fuit prima ciuis huius ciuitatis, et primū mēbrum Eccle. fm Augu. in primo sermone de Nati. V. Mariæ. Sicut illud canticorum. 3. Tota pulcra es amica mea, et macula non est in te: dē de tota ecclesia sponsa Christi ratione V. Mariæ. quia de sola ipsa verificatur, quia sola fuit sine macula. Ita pariter ista quatuor verificantur de tota ecclesia ratione V. Mariæ q̄ fuit aurora, et primum memb. Eccl. Ex q bus duob. verbis. verificantur quatuor conclusiones de V. Maria. Prima conclusio, q Deus altissimus lætificauit et irrigauit et ornauit animam V. Mariæ flumine copiosissimo et abundantissimo gratiarum et donorum Spi. rituſſancti per hoc q ait Fluminis impetus F
lætificat ciuitatem Dei, probatur : nam fm Aug. primo sermone de Nati. virginis ipsa V. Maria fuit prima et principalis ciuis ciuitatis Dei, et primum membrum ecclesiæ, in qua ciuitate Deus per amplius et perfectius habitauit, primò mente, et secundò carne. i. secundum carnem. Et ideo dicit, q festum Natiuitatis Vir. iam pertinet ad istam ecclesiā, cum ipsa sit principium ecclesiæ, imò dicit q illud festum est exordium omnium festiuitatum noui test. Ex quo patet q fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, prius et per se verificatur de V. Maria, quæ est prima ciuis huius ciuitatis. Secunda conclusio, q altissimus filius Dei non solum lætificauit et irrigauit animam Virginis copiosissimo flumine

gratiarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gratiarum, vt in ea habitaret per gratiã, sed etiam sanctificauit totum eius corpus & animam, vt inhabitaret per carnem & ex ea carnem assumeret, ꝙ patet per hoc quod subdit, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Vnde est notandum sicut dictum est in prologo tractatu. 4 ꝙ tabernaculum Dei est quadruplex. s. tabernaculum personale, & materiale, & mysticale, & materiale. Tabernaculum personale est ipsa humanitas Christi, in qua verbum Dei habitat personaliter in vnitate suppositi, & hoc tabernaculum sanctificauit altissimus in ipso instanti incarnat. quia impleuit ipsum Spiritu sapiẽtiæ, & intellectus &c. Secundũ Tabernac. s. materiale fuit ipsa V. Maria de qua carnem Xps assumpsit, & in qua per 9. menses fm carnem habitauit, in cuius aia iam primo
B instanti creationis habitauetat per gratiam. Tertium tabernaculum. s. misticale est tota ecclesia & religio christiana, in qua Deus habitat per fidem: quam Deus Christus per baptismum sanctificauit in seipso, vt ipse ait Ioan. 17. Ego sanctificabo meipsum in eis. Quartum tabernaculum est templum materiale & quælibet ecclesia ad cultum Dei, & ministerium ecclesiasticorum sacramentorum dedicata. Iste enim ecclesiæ sanctificantur, & consecrantur per episcopos. Et sic est dicẽdum, ꝙ tabernaculum & ciuitas Dei prius dr de humanitate Christi. Secundò de V. Maria. Tertiò de tota ecclesia fidelium. Vltimò de qualibet ecclesia materiali. Vnde re ctè per tabernaculum altissimi intelligitur V. Maria quantùm ad corpus, & animam. Nam sicut illa arca testamenti in qua erant
C tabulæ legis, & Virga Aaron, & vrna mannæ figurabat humanitatẽ Christi, vt inquit Apostolus ad Hebræ 9 quia humanitas Xpi est arca diuinitatis: ita pariter tabernaculũ Moysi figurabat V. Mariam. Nam sicut arca testamenti fuit repositi in tabernaculo illo, vt patet Exod. vltimo, ita pariter totus Christus fuit repositus, & requieuit in vtero virginali tanquàm in tabernaculo materiali. Hoc ergo tabernaculum dicit Dauid ꝙ altissimus sanctificauit. Et hanc ciuitatem copiosissimo flumine gratiarum Spiritus sancti lætificauit, & irrigauit, & vallauit, & muniuit, & suis manibus sanctificando fabricauit, vt ex ea carnem assumeret: vt inquit Augustin. contra quinque hæreses. Tertia conclusio: ꝙ qñ altissimus sanctificauit matrem suam D
uit in eodem instãti in ea habitauit per gratiam, & in eadem gratia cõfirmauit propter id quod ait Dauid, ꝙ Deus in medio eius nõ cõmouebitur. Nam postq̃ Deus inhabitauit in medio illius tabernaculi sanctificati, nun quàm vlterius fuit motus nec recessit ab eo per gratiam: nec ipsa V. Maria recessit à Deo, imò semper fuit in gratia confirmata. Nec V. Maria fuit mota à sua virginitate mentis & corporis. Nam ille conceptus & partus ita tribuit prolis fœcunditatem, ꝙ non abstulit virginitatem, vt inquit August. Ita etiam ista sanctissima ciuitas nunq̃ fuit commota, nec potuit commoueri, nec vinci, nec expugnari à Diab. per aliquam viam, ideo facta est nostrum refugium & virtus, ad quam semper confuginus Quarta cõclusio: ꝙ Deus altissimus sanctificauit, & lætificauit, & flumine
E gratiarum ornauit virginem matrem suam in primo instanti sui esse, & animæ creationis, & infusionis, & per consequens illa sanctissima anima simul fuit creata, & sanctificata, & in illo sanctissimo corpore infusa, & corpus simul cum anima sanctificatum. Et hoc probatur per hoc quod subdit Dauid. Adiuuabit eam mane diluculo i in ortu matutino, vt habet litera Hie. Quasi dicat, ꝙ illa sanctificatio fuit facta in ortu matutino, & in aurora ipsius virginis, & per consequẽs in primo instanti sui esse, & suæ creationis: eo ꝙ ipsa V. Maria fuit diluculum, & aurora totius ecclesiæ: ideo de ipsa primo & proprie verificantur omnia dicta, & ista quatuor mysteria supradicta in his duobus versiculis. Ad cuius intelligentiam est aduertẽdum, ꝙ tota ecclesia habet noctem, & diem, & diluculum, siue auroram, & mane Nox ecclesiæ F fuit ab Adam vsque ad Christum. Dies autẽ à primo aduẽtu Christi vsque ad iudicium. Ideo dicit Apost. ad Ro. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Mane autẽ huius diei fuit instans incarnat. Xpi, quia sol iustitiæ luxit in mundo. Sed aurora huius mane fuit ipsa V. Maria, vt dictũ est ps. 18. Nã sicut sol anteq̃ oriatur super orientẽ, est clausus in aurora, & incipit diluescere infra auroram: ita Chs anteq̃ nasceretur, iam incipiebat diluescere intra vterum virgineum, quiã existens in vtero materno sanctificauit Ioannem Baptistam. Et non solum Christus fuit in Virgine in sua incarnatione, sed ante iam erat in anima Virginis per gratiã ante suam incarnationem, vt patebit per Aug.

A Aug. Ex quo patet, ꝙ V. Maria verè fuit diluculum, & aurora totius ecclesiæ, in qua Christus ante natiuita. latuit per carnem, & ante incarnationẽ latuit per gratiam. Ex quo sequitur: ꝙ qñ de tota ecclesia dr, ꝙ altissimus sanctificauit, & adiuuit eam mane, diluculo, & in ortu matutino: totum hoc verificatur pro V. Maria, quæ fuit aurora totius ecclesiæ. q. d. Dauid, ꝙ Deus eam sanctificauit in V. Maria ante diem, & ante ortum, & conceptum Christi. Sed est iterum aduertendũ, ꝙ sicut in tota ciuitate, & tabernaculo mystico Dei, quæ est ecclesia, fuit assignare noctem, & diem, & mane, & auroram: vt dictũ est: ita pariter in tabernaculo, & ciuitate Dei
B maternali, est assignare noctem, & diem & auroram, & mane. Et sic nox virginis fuit totum tempus ab eius cõceptione carnis: vsq; ad animationem. Aurora autem eius siue diluculum fuit primũ instans sui esse, & creationis, in quo anima eius fuit creata, & corpori infusa. Mane autem eius fuit sua Natiuitas. Dies vero fuit totus discursus suę vitę. Ergo si virgo Maria fuit sanctificata mane diluculo in ortu matutino: vt asserit prosęta: ergo fuit facta illa sanctificatio in primo instanti sui esse, & creationis animæ in quo incepit viuere in hoc mundo, & per consequẽs illa anima simul fuit creata, & sanctificata, & gratificata. & econuerso: quæ quidẽ sanctificatio redundauit in carnem: ex qua debebat Christus carnem assumere. Et sic in eodem instanti habuit immobiliter in ea Deus per gratiam: quia simul fuit creata & facta tabernaculum Dei. Ex supradictis con
C clusionibus multi doctores catholici inferunt vnum corollarium. s. quod V. Maria nunquàm in persona fuit obnoxia nec obligata culpæ originali: nec alicui pctõ. Quod probatur nam si illa anima fuit simul sanctificata, & in gratia creata, & corpori infusa & in ea Deus immobiliter habitauit per gratiam confirmatam & simul corpus cum anima sanctificauit: ergo nullo pacto potuit à corpore coinquinari, nec pctũ originale cõtrahere nec Diabol. potuit suam imaginem imprimere, quia iam erat facta immobiliter tabernaculum Dei, & in ea impressa imago gratifica ipsius Dei. Tenet sequela, quia cauſa quare anima contrahit personaliter culpã originalem à carne est, quia ipsa creata in puris naturalibus sine gratia infunditur in corpus, & carnem libidinosam, & coinquinatam, & habentem vestigium ipsius Adæ: D
sed anima virginis fuit in gratia, & simul cũ corpore in primo instãti sui esse sanctificata, vt dictum est: ergo nullo modo potuit alicui culpæ subesse, nec coinquinari. Et sic asserunt isti: quod V. Maria nunquam habuit originale pctũ. Sed contra prædictam positionem arguunt multi non solùm magni sed etiam sancti viri: qui bene concedunt V. Mariam fuisse in vtero matris sanctificatã, sed dicunt talem sanctificationem fuisse factam per morulam tẽporis mediã post animationẽ. Et sic concedunt per totam illam paruam tpis morulam originali pctõ fuisse obnoxiam. Ad quod probandum licèt non possunt adducere rationes necessarias, tamẽ adducunt cõplures autoritates sacræ scripturæ, & sacrorum doctorum, quæ exuperant oẽm sensum & humanam rationem. Et primò arguunt autoritate ipsius Dauid. ps. 13. E
. Omnes filii hominum, siue filii Adam corrupti & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum. nõ est vsq; ad vnum. s. præter Christum vt cõmuniter glossatur. Item ad Roma. 3. Omnes in Adam peccauerunt, & egẽt gratia Dei. s. Christi. Itẽ primo ad Cor. 15. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabuntur. &c. Ex quib. autoritatibus cõcludit Aug. 2. de baptismo parvulorum, & libro de natura, & gratia, neminem fuisse liberum à pctõ præter Christum. Itẽ lib. de fide ad Petrũ format illã vulgatã regulã dicens. Firmissime tene & nullatenus dubites oẽm hominem, qui per concubitũ viri & mulieris concipitur, in originali pctõ nasci, impietati subditum mortiq̃, subiectũ, & ob hoc naturaliter nasci iræ filiũ de qua F
dicit Apost. Eramus aliquando natura filii iræ sicut & ceteri. de qua nullus liberãr nisi per gratiam & fidem Dei, & hois Iesu Xpi. Ex oibus his autoritatib. cõcludunt V. Mariam fuisse aliqñ originali culpæ obnoxiam. ꝙ magis videtur exprimere Au. 2. de baptismo paruulorũ, cum ait, Solus ergo ille hõ factus manẽs Deus nullũ pctũ vnquã habuit, nec sumpsit carnẽ pcti quãuis de materna carne pcti. Itẽ 10. super Gen. c. 24. dicit ꝙ caro Xpi etiam si propagine pcti venit, non tamẽ de peccati propagine concepta est. Item arguunt ratione sic: Virgo Maria habuit carentiam originalis iustitiæ, quia non habuit illam originalem iustitiam quam perdidit Adã, ergo habuit peccatum originale: tenet

consequentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A consequētia qa pctm̃ oirginale nil aliud est nisi carētia orginalis iust. Item V. Maria fuit mortua pp pctm̃ vt dicit Aug. sup ps. 34. ergo habuit pctm̃ origi. qa mors &c. sunt prænalitates illius pcti. Item si V. Maria non habuisse pctm̃ origi. sequeretur quod non indiguisset redemptione postq̃ fuisset libera à pctō: ex quo sequeret quod Xps non fuisset vniuersalis redeptor. hoc aũ est falsum sm Leonem papā dicentem in sermone de Nat. Dñi: quod redemptor noster Xps sicut nemi nem à reatu liberum inuenit: ita pro liberandis oibus venit. In oppositum est autem Dauid proseta in hoc ps. dicens quod mane diluculo sanctificauit tabernac. suũ altissimus impetu fluminis gratiarũ Sp. sa. à quo nunq̃ cōmouebitur: prout declaratum est, & magis declarabitur. Respondeō q multi concordantes cum ista secunda opinione affernnt
B V. Mariam nunq̃ originali culpæ fuisse obnoxiam: & hoc per gratiam preseruantem & sanctificantem, sed differunt in modo. Nam q̃dam dicunt q caro Virg. sanctifi. ante animationem, & quidã dicunt q tota psona fuit sanctificata in primo instanti animationis, & sic nullo modo pctm̃ orgi. potuit transire in aiam nec personam V. Mariæ. Et ideo pro huius positionis, & etiam supradictarum autoritatum declaratione. Primò, pmittentur & sunt notandæ q̃dam doctrinæ. Secundò confirmabitur ista secunda positio. Tertiò respōdebitur ad rōnes & autoritates, quæ in principio in contrarium sunt inductæ. Quantum ergo ad primum est primò notandum sm Aristot. 5. ethic. & prout dictum est ps. 11. & 14. quod iustitia dr à iuxta. Et ideo ille actus
C dr iustus in particulari iustitia morali, qui fit iuxta medium sm proportionem arithmeticam aut geometricam, & ille actus dr iustus sm legalem iustitiam qui fit iuxta legē latam seu voluntatem legislatoris. Ita pariter in iustitia theologica, ille actus est iustus & meritorius præmii ęterni, qui fit iuxta legem diuinam siue iuxta voluntatem Dei q̃ manifestat in diuina lege. Et sic patet quod iustitia fidelium iustorum nil aliud est nisi adæquatio & conformitas hominis ad voluntatem & legem Dei. Ex quo etiam patet quod iustitia ipsius Adam non consistebat nisi in quadam conformitate voluntatis ipsius ad Deum & præceptum sibi datum. Et sic primi parentes intantum fuerunt iusti in principio inquantum fuerunt conformes diuinæ voluntati, seruando eius præceptum. D Sed quia nemo potest meritorie iustificari, nisi per caritatem, & gratiam: ideo sicut caritas vel est gratia, vel radicatur in ipsa gratia: ita pariter illa iustitia & conformitas, vel erat ipsa caritas ordinata vel radicabatur in caritate, & per consequens in ipsa gratia gratifica. Ex quo patet quod illa iustitia includebat in se caritatem & gratiã gratum facientem per quam merebatur in sua operatione, quæ quidem iustitia dicebatur originalis, eo quod Adam traxit eam in sua origine, quia fuit creatus cum ea. Et sic Adã per talem originalem iustitiam conformabatur diuinæ voluntati, & ordinatè diligebat Deum in se, & propter se, & proximum propter Deum, & per gratiam merebatur
E sęptem præmia infrascripta. Nam primò pp obseruantiam diuini præcepti possidebant primi parentes ad sui facultatem & vsum illam sęlicem terrestrem paradisum in qua sę licitabantur de præsenti. Secundò promittebatur eis futura & ęterna sęlicitas in cęlo per fruitionem diuinæ essentiæ. quia absque morte fuissent in illã vitã meliorem translati vt inquit Aug. Tertiò habebant habitualem scientiã speculatiuã oium rerum naturaliũ, & ẽt multarum supernaturaliũ per familiare colloquium angelorũ, vt inquit Greg. Quartò aia habebat liberam facultatẽ & imperium supra totum corpus, & voluntas supra appetitum sensitiuum. Nã sicut voluntas ipsius Adã erat cōformis & obediens diuinæ voluntati: ita sensualitas erat conformis, & obediẽs rationi. Quintò nullum habebat impugnatorẽ aut insultatorẽ intrinsecũ. Sextò
tes Iouem & Saturnum: nec alios tanquam principes populorũ: quia illi erãt demonia nefanda. Sed adorate sapienter Christum verum Deum & hominem, & psallite & asserte honorẽ latriæ ipsi vero regi nostro Christo: quũ iam non regnat diabolus: sed ipse Christus Deus noster regnabit super gentes, & iã sedet in cęlo super sedẽ sanctã suã per gloriam, & in hac ecclesia per gratiã sanctorum. Et veri principes populorum qui sunt apostoli & cæteri sancti iã sunt cõgregati in ecclesiã & i cęlo cũ Christo, qui est Deus Abraham. Et iam sunt eleuati & exaltati & venerati tanquam Dii sortes terræ: qui non sunt Dii per essentiã: sed per participationem. Et ideo non adorantur, sed venerantur propter Christũ; quia fuerunt sortes in martirio & audacter loquẽtes ante reges & præsides: cũ E
qua fortitudine totum orbẽ subiecerunt iugo Christi. Ideo Roma veneratur Petrum & Paulum tanq̃ principes: & Hispania Iacobũ Florentia B. Ioannẽ, & Venetiæ & Aegiptus Marcũ, & Catarinam, & Frãcia Dionysium, & sic quælibet prouincia veneraẽ suum principẽ. Quasi dicat: iã amplius nõ adoretis Deos falsos: sed colite Chim vt verũ Deũ: & accipiatis apostolos & sanctos Christi in principes & deuotos vestros: quia isti regnãt in cęlo cũ Christo, qui est Deus Abrahã: qui propter sanctitatẽ & virtutẽ sunt vt Dii eleuati & exaltati cum Christo in cęlo. Et nota q̃ per istos principes populorũ qui cõgregati sunt cum Deo Abraham, non solum intelliguntur apostoli: sed etiam reges & principes conuersi ad fidẽ de populo gentili: quia Abra- F
hæ in figura Christi facta est promissio q̃ ex eo exirẽt reges & 12. duces. Gen. 17. Item q̃ in semine suo. s. Christo, multiplicarentur & benedicerentur & cõuerterentur oẽs gẽtes: & ad ipsum congregarentur. Gen. 22. Ideo ait: psallite sapienter regi nostro: quia reges & principes populorum gentilium iam congregati & confœderati sunt cũ Christo Deo, Abrahæ promisso: & iam sortes terræ vt Dii eleuati & multiplicati sunt vt arena maris, & stellæ cœli: sicut Deus promisit Abrahę. Ex quibus patet q̃ Dauid nõ solùm ex adeptione terręq̃ promissionis: sed magis ex promissionibus factis ipsi Abrahæ præuidit regnum Christi multiplicandum ex regibus & populis gentilium: ideo fecit hunc psalmum uocando gentes vt congregarentur ad Christũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& psallant ei & adorent vt Deum. Ex isto ergo psalmo colligitur ista conclusio. s. q̃ Messias in lege promissus per duodecim principes debebat subiicere omnes reges & populos gentiles in hæreditatem suam: q̃ totus populus gẽtilis cum principibus suis erat in ecclesia congregandus cum Deo Abraam: & per consequens debebat colere Deum Abraham & Isaac & Iacob. Hoc idem ostensum est psalmo 2. vbi dicitur, Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Item psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Item psal. 81. Tu hæreditabis in omnibus gentibus: & hoc idẽ patet per omnes psalmos. Itẽ hoc idem patet Esa. 2. Veniẽt ad eum omnes gentes & dicẽt. venite ascendamus ad montem domini. Idẽ cap. 49. Dedi te in lucem gẽtium vt sis salus mihi vsque ad extremum terræ. Reges videbunt & consurgent principes & adorabunt dominum Deum tuum & sanctũ Israel qui elegit te. Item cap. 66. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad oes gentes, & annunciabunt gentibus gloriam meam &c. Item Hiere. 16. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent verè mendacium possederunt patres nostri vanitatem, quæ eis non profuit. Hoc idẽ patet Zacar. 8. Venient populi & gẽtes robusti ad quærendum dominum exercituum in Ierusalem & deprecadam faciem domini. Hæc dicit dominus exercituũ: in diebus illis in quibus apprehendent decem homines ex oĩbus linguis gentium & apprehendẽt fimbriam viri Iudei dicentes. Ibimus nobiscum: audiuimus enim qñ Deus vobiscum est. Ex oĩbus supradictis patet, qualiter Messias in lege promissus per suos discipulos debebat sibi subiicere totũ populum gentilẽ. Et qño totus populus gentilis uoluntariè erat uẽturus ad fidẽ euangelicã cõuersus per uiros iudæos, & debebat adorare dominũ exercituũ & Deum Abraam & Israel: vt patet per Dauid, & Esaiam, & Zacariam, & per oĩs profetas. Ex omnibus his formatur una inconuincibilis ratio ad probandum Iesum Christum fuisse verum Messiã in lege promissum. Vñ arguitur sic. Ille est verus Messias in lege promissus qui per viros iudæos subiecit totũ populũ gentilem: per cuius fidẽ totus populus gentilis venit ad colendũ & adorandũ dñm Deum Abraam & Israel. Sed Iesus Christus est huiusmodi: ergo ipse est verus Messias. Maior patet per ea q̃ dicta sunt & per vaticinia oĩum profetarum: & per cõem opinionẽ hebræorum. Minor aũt patet manifestè. Nã Christus post resurrectionẽ suã misit duodecim apostolos & 72. discipulos p vniuersum mundum ad prædicandum euangelium oi creaturæ: qui per se & successores suos totũ populum gentilem iugo fidei subiecerunt, intũ q̃ non solum decem hoies, sed centum & mille hoies gentiles apprehendebãt fimbriam Pauli qui erat iudæus, vt sequerentur eum ad fidẽ Christi: sicut dicit Zacarias; & sic est dicendum de ceteris apostolis & discipulis qui omnes erãt Iudæi: per quos primo lex euãgelica prædicata est. Et sic populus gẽtilis, qui ante conteñebat & detestabat Deũ Abraã & Israel, nunc colit & adorat eũ. sicut patet manifestè de nobis qui descẽdimus ex illo populo gentili. Vñ patres nostri gẽtiles colebant idola & execrabantur legem Moysi & Deum Israel: nos aũt execramur & abominabamur & idola & superstitiones gentilium, & defendimus legem Moysi & profetarum, & adoramus Deum Israel iuxta varietatem Hieremiæ & Zachariæ in locis prælegatis. Et est ista vna ratio incõuincibilis, qua Iudæi negare nõ possũt: eo q̃ patet per experientiam & procedit ex concessis ab eis.

PSALMVS XLVII.

Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

Titulus ẽm 70. Psalmus cantici filiis Core secunda sabbati. Ex tit. apparet q̃ Dauid fecit hũc psalmum & dedit ipsum cantandũ Core cum instrumẽto musico & voce humana, per quos filios Core intelligitur ecclesia Christi cõgregata ex gentibus ad fidẽ Christi: quæ quidem ecclesia dicitur Ierusalem: eò quod incepit in Ierusalem per Christũ & apostolos suos. Vnde est notandum q̃ causa quare in sacra scriptura memoratur & laudatur & beatificatur illa ciuitas Ierusalem terrena, non est, nec fuit, nec intelligitur pp bonitatem sui nec bonorum ciniũ: quia semper pro maiori parte fuerũt mali & peruersi. Sed profetæ, & antiqui laudabant eam in figura prout figurabat veram Ierusalem spiritualẽ, scilicet ecclesiam militantem & triunfantẽ: in qua est vera visio pacis. & etiã laudabant illam ciuitatem propter promissa patriarcharum & profetarum: quæ in ea debebant impleri per Messiã futurum: & propter ea quæ in ea facta sunt in figura Christi futuri. Et eas laudes semper referebantur ad Christũ: quia

quia & nomen & situs ciuitatis, & ea quæ p maiori parte de ea scripta & gesta in ea sunt, figurabant Christũ & ecclesiã suã. Vnde primò in ea, vt dr, fuit primus homo formatus. Secundò ibidem fuit redẽptus per Christũ. Tertiò in ea est totum genus humanum iudicandum per Chrim: quia in valle Iosafat q̃ est iux ta muros Ierusalẽ inter eam & montem Oliueti, vt vbi Xps dedit legẽ, ibidẽ iudicet p̃uaricatores legis. Ideo hęc ciuitas pluribus nominibus nũcupatur. Vnde dr q̃ Sem filius Noe eam ædificauit. quem hebræi dicunt fuisse Melchisedech: qui eam Salẽ nuncupauit in qua primò obtulit Deo panẽ, & vinum in figuram Christi: eo q̃ erat Rex & sacerdos Dei altissimi Ge. 14. Et dicit Ioseſus q̃ iste fuit primus sacerdos qui obtulit post diluuiũ. Sed Iesus fil. Canaã eandem ciuitatem postea ampliauit & incoluit & Iebusalẽ nominauit. Postea Dauid eam nobilitauit: & in ea trãstulit arcum Domini & collocauit: & Ierusalem eam nominauit. Salomon rursus in ea templum Domini construxit & triplici muro cinxit & ipsam Ierosolimã nuncupauit: & à quibusdam dicta est Betel. i. Domus Dei: eo q̃ in eodẽ loco, Iacob vidit scalã in somniis vt dicit. Gen. 18. vt affirmãt Iudæi. Dicunt ẽt q̃ in illo eodem loco Abrahã voluit sacrificare Dñó Isaac filium suum. Et ideo ille mons dictus est, Dñs videt. Gen. 23. In hebreo aũt habetur, in monte Adonai hiereé. i. in monte Dñs videbitur. Quasi dicat: in hoc monte Dñs Christus Deus & homo videbitur immolari in cruce pro toto genere humano: sicut iste aries immolatus est pro Isaac. Et ideo dicunt quidam hebræorũ q̃ duo sancti viri. s. Abraham & Melchisedech imposuerunt nomen illi ciuitati ẽm nomina illorum duorum montium. Nam Abraham vocauit vnum illorum duorum hiereé: & Melchisedech appellauit alterum Salem. Et ideo Dauid appellauit totam illã ciuitatem Ierusalem: eo q̃ fuit ædificata & ampliata supra illos duos montes. Nã mons Sion dictus est Salẽ p Melchisedech: & mõs Moria dictus est Hiereé per Abrahã, ex quibus componitur hoc nomen Hierusa. quod interpretatur visio pacis. Dicitur etiam filia Sion: eo q̃ primo fuit sita in monte Sion: Ac etiam dr ciuitas magni regis inquantum David & Salomon eam ampliarunt. Dicitur ciuitas Sion ad latera Aquilonis inquantum est sita in mõte Moria in latere Aquilonari. Dicitur etiam ciuitas sancta inquantum in ea erat templum Dñi siue sanctuarium, & in ea erat studium legis. Postea vero dicta est Aelia. eo q̃ Aelius Adrianus reædificauit eam post destructionem factam per Roma. post Christum. Vnde versus. Soluma, Luza, Betel, Ierosolima, Iebus, Aelia: Vrbs sacra Hierusalem dicitur ipsa Salem. Secundò est valde notandum. q̃ omnia nomina & mysteria tupradicta sunt facta in figura Christi & ecclesiæ. Nam per hoc q̃ Melchisedech rex & sacerdos, cuius genealogia tacetur, obtulit panem & vinum in ea, significabatur & figurabatur q̃ in eodem loco Christus rex & sacerdos in terris sine patre & naturali generatione debebat condere sacram. Eucharistię ex pane, & vino: quod ita factum est. Nam Chris in cœnaculo montis Sion fecit cœnam Apost. in die Iouis sancta, vbi dedit corpus & sanguinem suum discipulis sub forma panis & vini. Et per hoc q̃ dicta est Salem. i. pacifica, figurabatur quòd in ea erat futura vniuersalis pax & reconciliatio generis humani per mortem & passionem Christi. Itẽ per hoc q̃ postea Iebus filius Canaam, qui interpretatur calcatus, ampliauit eã: & dicta est Iebusalem, figurabatur q̃ post passionem Christi illa ciuitas debebat esse calcata & destructa per Romanos propter peccatum homicidii & obstinationis. Item est vlterius aduertendum q̃ quando Dauid cepit Hierusalem erat oppidum valdè paruum & ipse fecit castellum in monte Sion & fortificauit eam Et ideo dicta est ciuitas Dauid in mõte Sion sita in tribu & sorte Iuda in fine totius termini Iuda. Et ibidem tetendit tabernaculum & collocauit arcam Domini. vt patet 2. Reg. 6. Et voluit reædificare templum: sed prohibitus est ex præcepto Dñi. Sed postea cum ingruisset grauis pestilentia pp numerationem populi, apparuit Angelus Domini in area Areuna Iebusæi propè ciuitatem ad partẽ Aquilonarẽ. quæ quidem area erat in quodam monticulo dicto Moria: & erat in sorte & tribu Beniamin. vbi sacrificauit Dño & deduxit arcam Domini de domo sua: & reposuit ipsam in tabernaculo quod fixit & tetendit in prædicta area in monte Moria: & ibi Dauid ampliauit diuinum cultũ, & diuisit sacerdotes per vices suas: & præcepit Salomoni filio suo, vt in eodem loco ædificaret templum Dño iuxta exemplar & descriptionẽ sibi à Domino traditam. Et præparauit

Dauid

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Dauid lapides & ligna, & auri copiã & argenti, & omnis generis metallorum, p templo ędificando. Et cõgregauit omnes proselytos Israel, qui venerant ex gentilitate ad circuncisionem, vt cederent ligna, & lapides de monte Libano, vt patet primi Paralypomẽon 22. vsq; ad finem libri. Item post mortem Dauid ipse Salomon filius eius volens implere præceptũ patris cõgregauit 153. millia virorum & sexcenta ex proselytis Israel & misit eos ad Hyran regem Tyri: octoginta millia qui lapides cederent & ligna & 70 qui onera portarent, vt patet secundi Paralypo. 2. Et Salomon fecit templum ædificari in monte Moria, vt patet infra cap. 3. In quod introduxit arcam domini sedentem super Cherubin. Postea Salomon ampliata ciuitate inclusit templum intra ciuitatem & municipium nouum: & circa
B templum construxit domos sacerdotũ & nobilium: & cinxit ciuitatẽ triplici muro: & nobilior pars erat iuxta templũ. Et sic una pars ciuitatis erat sita in sorte Iuda. s. pars antiqua in qua erat domus & castellum Dauid: & alia pars in sorte Beniamin: ubi templum erat. Iõ Hierusalem quandoque numeratur in tribu Iuda ratione partis antiquæ: quandoque in sorte Beniamin ratione ampliationis & templi. vt patet Iosue 18. & Iudicum primo. Ex quibus omnibus patet, quòd templum domini fuit ædificatũ in possessione & prædio hominis gentilis & non Iudei, Nam Areuna Iebusæus, erat gentilis. Secundò q illi 153. millia & sexcenta virorum non erant de genere iudæorum, sed gentilium, qui facti erant proseliti noui ex gẽtilitate. Item lapides & ligna ex quibus templum fuit constructum: & ciui
C tas ampliata: nõ erant de terra iudæorum ex ciui: sed de terra gentilium: scilicet de monte Libano qui est in Fœnicia: & erat sub dominio Hyran regis Tyri. Et sic gentiles ministrarunt lapides & ligna & ędificarunt templum domini: & ampliarunt ciuitatem: & solummodo illa tria millia qui erant operi, erant Iudæi. Ad quæ omnia misteria est valde aduertendum. Nam omnia ista gesta sunt ex diuina prouidentia in figura Christi & ecclesię. Nã per hoc q illud templum ędificatum est nõ in sorte Iuda: sed ampliata est ciuitas vsq; ad tribum Beniamin: & adducta est arca domini & ibidẽ collocata & ciuitas ampliata, figurabatur q ecclesia domini non solum erat ædificanda in Iudæa: sed inde debebat deriuari & ampliari extra Iudęam & Hierusalem per vniuersum orbem: & tota ecclesia & D
ciuitas Dei debebat appellari Hierusalem. Et per hoc quòd illud templum fuit ędificatum in territorio hominis gentilis: figuratum est quòd ecclesia Dei erat ædificanda in populo gentili, & deriuanda à Hierusalem per totum populum gentilem. Et per hoc quod ędificatum est illud templum ex lapidibus & lignis excisis de monte & territorio gentilium: figurabatur quòd ecclesia domini erat ædificata & cõgreganda ex lapidibus viuis de populo gentili: & per hoc quòd fuit illud templum & ciuitas ædificata per proselitos de populo gentili, figurabatur quòd ædificatores & ampliatores & doctores ecclesię erant futuri ex conuersis ad fidem de populo gentili. Et per hoc quòd illa tria millia qm præerant operi, erant ex Iudæis: figurabatur quòd principes primitiuæ ecclesię, scilicet apostoli & discipuli erant futuri ex Iudæis genere. Per hoc autem quòd Dauid non ędificauit templum: sed præcepit filio vt ędificaret: & reliquit ipsi lapides & ligna: & præparauit argentum & omnia necessaria: & tradidit ipsi descriptionem & exemplar: ad cuius similitudinem Salomõ ędificauit templum: figurabatur quòd Christus non erat per se ecclesiam & ciuitatem gẽtilium ędificaturus: sed per apostolos suos: quos per universum mundum ad prędicandum misit: & eis lapides & ligna articulorum fidei & ecclesiasticorum sacramentorũ præparauit & tradidit: ex quibus & in quibus ędificarunt apostoli ecclesiam gẽtilium
à solis ortu vsque ad occasum. Et illa ciuitas
in figura dicta est Hierusalẽ: quę interpretatur Visio pacis: quia in ea debebat Christus F
venire in carne: & nostra pax & reconciliatio fieri, & ad illud templum Christus erat venturus: & in eo Simeon præfigurandus, & in ea prędicaturus: et in ea miracula operaturus: et in fine passurus: et resurrecturus. Et ideo in figura dicta est ciuitas sancta: quia ab ea et in ea omnis sanctitas per Christum erat incoanda. Item dicta est Betel: idest domus Dei: quia in eodem loco vbi Iacob vidit scalam: et Abraam noluit immolare filium suum: et immolatus est aries: ibidem Christus crucifixus est. Dicitur etiam ciuitas in latere Aquilonis: quia ecclesia ędificata est in frigiditate gentilitii. et sic tota ecclesia dicitur Hierusalem: quia ab ista ciuitate incepit & ampliata est per totum orbem: sicut multotiens flumina retinent nomen sic ut legatis à quo de

A riuantur: sicut Araxes dicitur quia deriuatur et nascitur in Armenia, et Iberus ab Ibero oppido. Dicitur etiam tota ecclesia Hierusalem: quia in sola ipsa uidetur Deus hic per fidem: et in cœlo clara uisione. Triplici ergo ratione tota ecclesia Christi appellatur Hierusalem in sacra scriptura. Primò, quia per illam Hierusalem materialem fuit quasi per omnia figurata vt dictum est. Secundò, quia ista ecclesia in illa Hierusalem materiali fuit per Christum et apostolos incoata: & exinde per totum orbem deriuata et diffusa et ampliata. Tertiò: quia soli ecclesiæ Christi competit huius nominis interpretatio: quia sola ipsa est vera visio pacis in qua Deus videtur per fidem: et in qua iugiter fit nostra reconciliatio cum Deo per sacrificium eucaristiæ: & ec
B clesiastica sacramenta: et per cõfessionem ve
re fidei et pœnitentiæ. Sed per amplius et p fectius dicitur Hierusalem ciuitas superna et cœlestis in qua est pax eterna: et Deus videtur essentialiter per gloriam. Ex omnibus supradictis patet quod triplex est Hierusalem. vna materialis et terrena: in qua Christus passus est, et incoauit ecclesiam. Et altera vniuersalis et spiritualis ex illa incoata, ab illa deriuata, et per totum orbem diffusa, quæ dicitur ecclesia militans. Et tertia Hierusalem cęlestis, quæ dicitur triumfans. Quæ quidem tres Hierusalem ita se habent quòd una deriuatur ab altera. Nam secunda deriuata fuit et incoata à prima: et tertia deriuatur à secunda. Nam ista ecclesia militans iugiter regenerat et nutrit filios et ciues pro illa ciuitate cœles-
C tis: quia hinc profecti, ibi in eternum requiescunt. Et ideo dicit Augustinus 17. de ciuitate. capitulo 3. quòd omnis profetia est triperialis et terrena Hierusalem. Secundò tota ecclesia militans toto orbe diffusa. Tertiò de illa celesti in qua beati sempiterno æuo fruuntur. Ita ergo pariter omnia quę memorantur prosetice in hoc psalmo, primò fuerunt incundò in ecclesia militanti. Tertiò in illa cæleshi. Et sic est exponendus totos iste psal. ad istum triplicem intellectum pro ista triplici ciuitate. Hoc ergo prævidens Dauid in spiritu per omnia supradicta fecit hũc psalmum, in quo tria facit. Nam primò prædicit fundationem huius Hierusalem militantis prout fuit figurata per ædificationem illius Hierusalem materialis. Secundò prædicit gloriam et prosperitatem et magnificentiam huius ci D
uitatis. Tertiò exhoratur omnes ciues huius ciuitatis ad lætitiam et agendum gratias et exhibendum honorem, et laudem Christo fundatori et factori et rectori huius ciuitatis. Secendum ibi. Deus in domibus eius cognoscetur. Tertium ibi Lætetur mons Sion. Quantum igitur ad primum profeta Dauid prædicit magnificam fundationem ecclesiæ per fundationem illius materialis Hierusalem, dicit. Magnus dominus erit Christus Deus et homo et nimis laudabilis, primò in Hierusalem materiali. Nã ibi in templo præsentabitur, et laudabitur per Simeonem et Zacariam, et Annã prosetillam, et ibi paruulus disputabit in medio doctorum: de cuius sapientia et prudentia omnes mirabuntur. item ibi predicabit & miracula faciet mortuos suscitando. Item ibi in monte Sion sanE
cto eius instituet sacramentum eucaristię. In eodem monte Sion mittet spiritum sanctum super discipulos qui fuerunt primi ciues veręt spirituales et magnę Hierusalem. Ex quo sequitur, q in illa magna Hierusalẽ materiali fuit fundata magna Hierusalem spiritualis. s. ecclesia Christi in illis capitibus 20. super quos descendit spiritus sanctus. Et exinde illa ciuitas sanctorum deriuata & diffusa est per vniuersam terram. Et ideo subdit proseta: q ista vera Hierusalem

Fundatur exultatione vniuersæ terræ: mõs Sion latera aquilonis ciuitas regis magni.

Fundatur in exultatione vniuersę terrę: quia per totum orbem cum exultatione ista ciuitas regis magni Christi fuit diffusa, & ampliata cũ exultatione. In cuius fundatione & F
ampliatione duplex fuit exultatio. Primò ex parte apostolorum & discipulorum. Nam licet passi sint dira tormenta, & persecutiones in eius fundatione: tamen ibant gaudentes à conspectu concilii iudęorum & tirãnorum: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. vt patet Actuum v. quia finaliter triumfauerũt de populo iudaico, & gentilitet destruxerunt omnia nomina idolorum. Secundò fundata est ciuitas regis magni in exultatione uniuersę terrę ex parte populi conuersi ad fidem. Nã licet reges terrę & populi gentiles primò persecuti fuerint apostolos & martires huius ciuitatis fundatores: tamen lętati sunt & exultauerunt post cõuersionem, cum cognita ueritate de captiuitate & morte eterna sẽ nouerunt liberatos.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Et ideo ipsemet Constantinus & exteri reges deleuerunt idola, & ædificauerunt ecclesias, & ideo ista est vocata mons Sion & latera Aquilonis & ciuitas regis magni. Ad cuius intelligentiam est notandum q illa materialis Hierusalem fuit ædificata primo in monte Sion, vbi Dauid fabricauit domum & atrium suum. Sed postea fuit ampliata versus partem aquilonarem in monte Moria per Salomonē: vbi ædificauit templum & domos nobiliū & sacerdotum, & sic fuit magnificata & amplia
B ta ad latera Aquilonis: ita ecclesia Christi dicitur sita ad latera Aquilonis: eo q maltipliciter fuit afflicta & flagellata diuersis persecutionibus & tormentis Iudæorum & tirannorum. Dicit ergo profeta de ista ciuitate Christi regis magni. Primo quòd Deus debebat esse magnus & nimis laudabilis: id est magnificatus & laudatus super omnes Deos. Secundò, q erat fundata in exultatione vniuersæ terræ. Tertiò, q erat appellanda mons Sion. Quartò, quòd erat fundanda ad latera Aquilonis. Quintò, q erat dicenda ciuitas regis magni. Quę omnia dicta sunt ad explicandam excellentiam huius ciuitatis spiritualis supra illā Hierusalem materialem, de qua orta & deriuata fuit ista, & omnia illa supradicta impleta sunt in hac ciuitate. Nam primò Deus verus in hac ciuitate magnificatur & valdè lau
C datur magis qnàm in illa, & latius & nobiliori modo: quia ibi tantùm per cultum figurationum cerimonialium & sacrificiorum, & hic p cultum verum. Secūdò, quòd illa fuit fundata cum exultatione solius populi iudaici in illo loco arcto Palestinæ: ista autem in exultatione vniuersę terrę: id est omnium regum & populorum. Tertiò quia illa fuit fundata in illo paruo monte: ista super montē altissimum & diuinū qui est Christus sanctus sanctorum. Nam ille mons nō dicebatur sānctus: nisi in quantum Christus sanctus sanctorum debebat ipsum sanctificere per opera nostræ redemptionis. Quartò ecclesia Christi dicitur fundata ad latera Aquilonis ratione nominis interpretationis. Nam Aquilo interpretatur parturitio siue dolor parturientis propter impetum ventorum qui veniūt ab aqui D
lone ferētium fulmina & tempestates. Vnde sicut ciuitates sitæ ad Aquilonem quatiuntur ventis & fulminibus: ita ista persecutionibus tirannorum & hæreticorum. Quintò dicta est ciuitas regis magni: quia magnificata & ampliata vsque ad fines terræ: quod non potest conuenire illi Hierusalem materiali.

Deus in domibus eius cognoscetur: cum susciperet eam.

In hac secunda parte profeta explicat prosperitatem & magnificentiam huius ciuitatis explicando omnia quinque supradicta. Nam primò explicat eius dignitatem & sanctitatē, & quomodo Deus est magnificatus & laudatus in ea: eo q sicut Deus primò fuit in illa ciuitate materiali cognitus in figura, & postea visus in carne: vbi ædificauit istam ecclesiam & ciuitatem: ita postea cognitus est per fidē in domibus omnibus huius magnæ ciuitatis. E
Et ideo illa Hierusalem materialis bene computatur cum ista magna ciuitate: inquātum fuit eius principium & origo & incoatio: sed non aliter, & ideo profetia prius verificatur de illa ciuitate materiali in qua Christus visus est in carne & cognitus ab apostolis: sed non à scribis nec fariſæis: sed postea fuit verè cognitus verus Deus per fidem per totam ciuitatem Hierusalem. Et ideo magis verificatur profetia de Hierusalem spirituali quàm materiali. Ex quo patet, q magis meretur dici Hierusalem tota ecclesia & etiā mons Sion, quàm illa Hierusalem & mons Sion materialis. Nam magis videtur & cognoscitur, & percipitur Deus in ista quàm in illa: imo post resurrectionē Christi, & post recessum apostolorum falsò dicta est Hierusalem & Sion: imo q debuit dici ceca: quia in ea non cognitus nec visus, nec speculatus est Deus: imo fuit negatus. Ideo de ista nostra Hierusalem & Sion dicit profeta: probo q Deus sit magnus & laudabilis in ista ciuitate. Nā Deus in domibus eius cognoscetur per veram fidem et cultum cum suscipiet eam in verā sponsam repudiata sinagoga, et populo iudaico reprobato; quasi dicat: quòd populus christianus cognoscet et contemplabitur et laudabit Deum et vero cultu latriæ honorabit et adorabit eum Secundò cum dicit,

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt: conturbati sunt: commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Commen-

A Cōmendat hanc ciuitatem de victoria & triumfo. vnde dr q omnes reges terræ conuenerunt in vnum contra ecclesiam: eo q mirati sunt visis miraculis, & conturbati sunt & tremor apprehendit eos: cum videbant idola cadere & cōminui & mutescere ad prædicationem Bartholomęi & aliorum apost. & marty. ex quo tremore & admiratione quidam conuertebantur, & quidam conturbati prouocabantur ad torquendum & persequēdum apostolos & martyres. Et ideo subdit,

Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Quòd ibi fuerunt dolores vt parturientis, quia fortiores fuerunt dolores tormentorū Apost. & mar. p p defensionem & confessionem nois Christi, q̄ dolores cuiuscunq; par
B turientis. Et ideo ecclesia dr ædificata ad latera aquilonis quod interpretatur parturiens. Est tamen aduertendum q ly dolores parturientis potest referri tam ad tyrannos & reges terræ, q̄ ad Apost. & martyres, nam vtrique patiebanē. Nam licèt Apost. & martyres patierentur dolores tormentorum, tñ maiores dolores patiebantur reges & tyranni cum videbant non posse vincere, imò videbant se victos per Apost. & mar. vt inquit Auguſt. in sermone de innocentibus, vt patet in gestis beati Laurentii, & Vincentii. Idec subdit profeta. In spiritu vehementi cō
teres naues Tharsis. Ad cuius intelligentiam est notandum q Tharsis est magnum emporium in littore Indico vltra Gangem: quo Salomon mittebat naues ad vehēdum aurū
C & argentum: vt patet 3. Reg. 10: Quæ regio dr aurea Cherſonesus secundum Ptolemęū. vel est in ipsa magna insula Taprobana vbi est copia auri & argenti, prope quam insulam est magna vorago in medio pelagi, quæ quidem vorago secundum Filosofos causat eo q submergitur magna quantitas aquarū, & sic causantur & fiunt vertigines et reuolutiones aquarum, intantum q quando flat ventus aquilonaris impellit naues versus meridiem, & deuenientes ad illam voraginē omnes confringuntur & conterūntur & submerguntur. Item dicūt etiam Filosofi q ista contritio nauium causatur ibi ex conflictu ventorum. Nam ventus aquilonaris pellit naues vsque ad illam voraginem, quæ est in æquinoctiali. Sed venit ventus australis ab Antarctico & repellit naues versus aquilonē & arcticum: & sic naues cōfringuntur et cō-
teruntur ibi apud Tharsis. Ita ergo pariter D
factum est in persecutione Apostolorum & martirum. Nam reges terræ et tiranni tanq̄ venti aquilonares voluerunt cōcutere et torquere et proſternere ecclesiam. Sed venerūt venti australes miraculorū et prædicationis Apostol et martirum missi ab austro qui est Chris Deus noster, et confregerunt et contriuerunt reges et tirannos, sicut ille uentus aquilonaris seu australis conterit naues Tharsis. Quos tirannos diuersis modis contriuit. Nam quosilam contriuit quātum ad corpus et aiam: sicut Neronem, et Domitianum, et Diocletianum, et scribas et fariſeos. Et quosdam contriuit quantum ad infidelitatem, occidendo in eis errorem, et suscitando fidē, sicut contriuit Constantinum et cæteros reges et populos qui comminutis et contritis idolis uenerunt ad fidem per ventos australes prædicationis Apostolorum conuicti. Et E
sic ciuitas Dei regis magni Christi triūfauit de ciuitate diaboli, et contriuit eam tanquā naues Tharsis: et hoc est quod dicit profeta, quòd licèt omnes reges terræ et tiranni fuerint contra ecclesiam conturbati et commoti, et ibi fuerint dolores et magna tormenta et persecutiones sicut dolores parturiētis: tamen tu domine Iesu Christe conteres et cō
fringes eos spiritu uehementi tuæ uirtutis et prędicationis, sicut uenti aquilonares et australes conterunt naues Tharsis in illa uoragine propè emporium Tharsis in littore Indico. De ista Tharsis dicit Hiero. q est regio siue ciuitas Indorum, sed Augustinus secundum opinionem aliorum dicit, q Tharsis est Carrago in littore africo, vbi sunt syrtes, quā F
rum meminit Virgilius in primo æneidos, vbi fuit dilecta clatlis Aeneæ. sed prima positio est verior. Per hoc ergo vult innuere profeta q licèt ista ciuitas Dei sit sita ad latera aquilonis, ideſt exposita persecutionibus crebris et tormentis tirannorum et hæreticorum, tamen finaliter eius persecutores conterentur sicut naues Tharsis. Et nauicola Vetri semper natabit super hoc mare tempestatum, et victrix et cum triumfo perueniet ad portum salutis in die iudicii.

Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in eternum.

Hic commendat ecclesiam et ciuitatem istam de veritate et fructu. Nam omnia quæ fuerant in lege et profetis promissa et scripta

& figu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & figurata & reuelata: in hac ciuitate fuerũt verificata & cõpleta & visa. Vnde ait. Benè est ista ciuitas vera Hieruſ. nobis in profetis ꝓmissa: & bene debemus agere gratias Deo: quia fecit nos ciues huius ciuitatis. Nam sicut audiuimus à patriarchis & profetis: ita vidimus impletum per Chm̃ in hac ciuitate Domini virtutum: quia quæ scripta sunt in lege & profetis sunt in hac ciuitate visa & verificata. Nam sicut audiuimus per Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium: Ita vidimus impletum in hac ciuitate: quia V. Maria concepit saluatorem virgo manens post conceptionem & partum. Luc. 1. Item sicut audiuimus per Esa. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & uocabit̃ Deus fortis &c. Ita vidimus impletum: quia anno 42. imperii Octauiani natus est Xps̃ saluator: cuius ortum annunciauerunt Angeli pastoribus. Luc. 2. Item sicut audiuimus per Aggæum: 2. Veniet desideratus cunctis gentib, & maior erit gloria huius domus secundæ quam primæ. Et sicut audiuimus per Malachiam 3. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quẽ vos quæritis: Ita vidimus in hac ciuitate & tẽplo: & quia ibi fuit Christus 40. die præsentatus: & Simeon iustus agens gratias prorupit in cantum dicẽs. Nunc dimittis. Item in hac ciuitate vidimus Christum prædicantẽ & miracula facientẽ: sicut audiuimus Esa. 25. Tunc saliet sicut cervus claudus: & aperietur lingua mutorum. Item in hac ciuitate vidimus mortem & passionẽ Xp̃i sicut prius proferatum audiuimus Esa. 53. Attritus est pp scelera nostra. Item sicut audiuimus in figura de fundatione huius magnæ ciuitatis per fundationem ipsius
C Hierusalem & templi materialis. ita pariter vidimus impletũ in hac magna ciuitate. Nã sicut illud templũ fuit fundatum in area Iebuzei hominis gentilis ita ista magna ciuitas fuit fundata in popu. gentili: & sicut oẽs operarii & fabri istius ciuitatis fuerunt proseliti de pop. gentili, ita omnes ampliatores, & fabri huius ciuitatis fuerunt de pop. gentili ad fidem Xp̃i conuersi; sicut mart. qui plantarunt ecclesiam sanguine suo. & doctores studio & sapientia sua. Et sicut principes qui præerant illi operi erant Iudæi. Ita principes & fundatores huius ciuitatis fuerunt Apost. de populo iudaico. Et sic est dicendum discutrendo per singula: quia omnia, quæ fuerunt scripta & audita figuratiuè & profetice in lege veteri illa fuerunt verificata & visa D realiter in hac ciuitate & quantum ad fundationem & ampliationem. Ideo dicit. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuit. Dñi virtutũ, & subdit. Deus fundauit eam inæternum. Et nota quod ista ciuitas dr̃ fundata in æternũ ratione eius finis. Nam ciues huius ciuitatis licẽt temporaliter peregrinentur in hac ciuitate militante: tamen terminus eorum est ciuitas cœlestis & æterna. vt ostendit Augustinus per totum discursum 19. & 22. de ciuitate Dei. Ex hoc patet quomodo omnia, q̃ fuerunt figurata & promissa, & profetata in lege & profetis fuerunt postea verificata & completa in illa Hierusalem materiali per Christum quantùm ad præsentationẽ Christi in templo: & quantùm ad miracula, & prædicationem, & mortem, & passionem, & resurrectionem. Et sic ista nostra ciuitas ibi inchoata fuit exinde deriuata & ampliata E vsque ad finem terræ, in qua completa sunt & cõplentur quotidie oia, quæ scripta sunt in lege & profetis: quia iugiter cõmemoratur mysterium agni paschalis per sacramentum Eucaristiæ. Et per consequens commemoratur mysterium passionis & resurrecti. Christi: & ideo omnia quæ fuerunt impleta de Christo in illa Hierusalem materiali, cõplentur quotidie in ecclesia catolica. Ideo illa Hierusalem materialis iam pertinet ad istam magnam ciuitatem vt sic. f. inquantum fuit principium & origo huius. Et hic omnia dicta in lege & profetis verificantur de ista: quia aliter non diceretur ꝙ Deus fundauit eam in æternum: quia illa materialis non est fundata in æternum. Sed ista nostra ciuitas quæ in illa incepit, est fundata in æternũ. F Et ideo subdit.

Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Nam primò suscepimus misericordiam in medio illius templi, q̃n Xps̃ fuit præsentatus in templo ipsi Simeoni. Et exinde q̃n ibi prædicauit & miracula fecit. sed præcipuè quando ibi in illa Hierusalem fuit passus & resurrexit: & sacramenta ecclesiastica instituit: & Apo. per vniuersum mundum ad prædicandum & baptizãdum misit. & tunc tota ecclesia toto orbe diffusa facta est ciuitas & tẽplum Dei: in qua et in medio cuius suscepimus miam p ecclesiastica sacram. quia oẽs fuimus participes facti illius passionis: & facti ciues huius magnę ciuitatis. Et iõ subdit.

Secundum

A *Secundum nomen tuum Deus sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.*

Ad cuius intelligentiam est notandum, ꝙ nomen regis huius ciuitatis est Iesus: quod est nomen Dei Tetragramatõ. f. quatuor literarũ. f. Iot. he. vau. hæ. quæ denotant & explicant quatuor principales perfectiones, & effectus Dei. f. oipotentiam, & sapientiam, & miam, & iustitiam, vt dictum est psal. 8. Et ideo quia oia ista quatuor sunt infinita in Deo: quæ quidem quatuor Christus manifestauit per mundum. Ideo fuerunt ampliata per totum mũdũ. Vnde sicut ista quatuor sunt infinita: ita hoc nomẽ Iesus cõtinens & explicans ista quatuor est infinitum. Et quia infinitum: ideo per totum orbem fuit diffusum. Et ideo dicit profeta. O Deus Christe,
B rex huius ciuitatis: sicut nomen tuum, quod est Iesus infinitum in virtute, f. omnipotentia & sapientia & iustitia & misericordia: ita & laus tua est infinita. Et sicut nomen tuum est diffusum per totã terram: quia oipotẽtia tua, et sapiẽtia tua, et misericordia, et iustitia tua est diffusa ꝓ totam terram: quia ad oẽs partes mundi se extendit tua virtus & misericordia & redemptio: ita & laus se extendit ad oẽs fines terræ, quia toto orbe celebra iustitia ad iustificãdũ & iudicãdum quosdã ꝓ misericordiã & gratiã sacramentorum, & quosdã per pœnã puniẽdo. Ex quo patet ꝙ ista tua ciuitas est magna toto ꝙ orbe diffusa.

Lætetur mons Sion & exultent filiæ iudæ propter iudicia tua Domine.

Hic agit gratias de augumento & ampliaC tione vniuersalis ecclesię in pop. gentili toto orbe diffusę: & dicit. lætetur ergo Sion: non solum illa mons Sion vbi sita est ciuitas materialis Hierusa. vbi Christus instituit eucaristiam: & vbi Apost. receperunt Spir. sanct. Sed mons Sion per totum orbem dilatatus, in quo vniuersalis ecclesia fundat̃, vbi quotidie eucharistia celebratur, & infinita multitudo quotidie per baptismum regeneratur & dona Spi. san. per confirmationem & cæte ra sacramenta, recipiuntur: & ex altitudine huius montis Sion Deum per fidem speculantur & per consequens lætetur vera Hierusalem. f. ecclesia super hũc montẽ vsq; ad finem terræ ædificata: qm̃ ipsa est vera visio pacis, in qua verè Deus videtur per fidem in qua completa sunt & complentur iugiter omnia supradicta mysteria; & in ipsa Deus p gratiã & potẽtiã inhabitat: & in ipsa quo- D tidie per baptismum & pniam mortuos suscitat: & à lepra pcti & à cæteris languoribus per ecclesiastica sacramenta mundat & sanat. & in ipsa Deus in sacrio altaris sacramẽtaliter videt et verus Agnus immolat̃. Item exultent oẽs filiæ Iudæ. f. oẽs aiæ quæ Xp̃m confitentur. Nam vbicunq; Deus confitet̃ & colitur, est vera iudæa. Sed in sola ecclesia Deus videtur et confitetur et colit̃: extra q̃ non est visio, sed cecitas: nec salus sed mors, nec confessio sed blasfemia. ergo sola ecclesia Xp̃i toto orbe diffusa est vera Sion et Hierusalem et iudæa vera ciuiras regis magni Christi Messiæ in lege promissi: et in ea fiũt iudicia Dñi iustificata in semetipsa: quę sunt iudicia euangelica, quæ dant præmium æternum, Christum confitentibus: ergo pp talia iudicia lætentur filiæ Iudæ. i. i. omnes animę E fideles et iustę. O Domine pp iudicia tua iusta. ergo, O vos Apostoli et discipuli circundate et lustrate Sion. Quasi dicat: exite ab illa Sion materiali vbi recepistis Spiritum sanctum in die pentecostes. Et

Circundate Sion & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Circundate et lustrate Sion nouã. f. ecclesiã toto orbe diffusam et ędificate et ampliate et cõplectimini et cingite eam muro euã gelico. Et prędicate euãg. et narrate oia opa et gesta mirabilia Christi in turribus et templis huius magnæ ciuitatis. Nota ꝙ profeta loquitur ad modũ arabum, et omnium oriẽ talium qui in altis turribus ciuitatis edita et plebiscita et leges præconizant, ut ꝑ ea omnibus possint audiri, quẽ morem seruant hodie Sarraceni, qui ex turribus altis acclamãt F suũ falsum profetã et perfidũ Macometum. Dicit ergo, narrate et prædicate vos Apost. et Christiani opera Christi: et legem euangelicam publicè in turrib. eius. i. huius nouæ ciuitatis Sion, et ponite corda vestra in virtute eius. Litera Hiero. habet, in ante murali eius quod idem est. Nam fides formata caritate est murus huius ciuitatis, et spes eis est antemurale eius. Et sic iste murus et antemurale est virtus et fortitudo huius ciuitatis, in qua christiani ponunt corda & fiduciã suã & refugiũ: quo mura septa est ecclesia, extra quem murũ nõ est salus. Cõtra quam virtutem & murũ & ciuitatem nunq̃ portæ inferi prævalebunt. Fundata est. n. supra firmã petrã. Ponite ergo corda vestra in virtute eius.

Magna

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Magna est.n. virtus huius ciuitatis & fortitudo in qua reponuntur oēs tesauri meritorum passionis Christi & omnium sanctorū quibus rēdimuntur omnia peccata quantūcunq; grauia: etiam quia Christus emit regnum cœlorū pro oibus ipsum cōfitentibus.

Ponite corda vestra in virtute eius & distribuite Domos eius vt enarratis in progenie altera.

Ponite ergo corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius.i.distributim ædificate hinc & inde per totum orbem ecclesias eius. Litera Hieron. habet ampliate palatia eius.q.d.O vos Apostо. implete mandatum magistri vestri Christi qui dicit Marci vlti. Ite per vniuersum mundū & ædificare mihi Sion & nouam Hieruſ. postq̄ vetus est mihi rebellis: & prædicate euange.oi creaturæ: &
B circundate istam Sionr& cōplectimini & cingite eam muro& antemurali inexpugnabili fidei spei & caritatis & narrate & prædicate euang.in turribus & templis eius.Et ponite corda vestra in virtute & fortitudine huius ciuitatis: & distribuēdo ædificate domos & ecclesias nouas eius:&ampliate palatia eius. Nam ecclesiæ sunt palatia Christi in quibus habitat per sacramenta: quia ecclesiæ sunt dedicatæ ad ministerium Xpi:& hoc facite: vt enarretis in progenie altera.i.in gēt. pop. Litera Hieronymi habet,in generatione nouissima: quod idem est. Nam Apostoli tàm in pop.gentili quam in nouissima & futura generatione narrāuerunt & prædicauerunt euangelium:in quo affirmatur.

Qm̄ hic est Deus Deus noster in æternum & in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

C Hic Christus Deus est Deus noster in eternum: & ipse reget nos & regnabit in sæcula sæculorum,hic per gratiā & in cœlo per gloriam,Et nota q̄ licēt sint in cœlo;tamē adhuc narrāt & prædicant gesta & opera Christi in hac generatione nouissima. Nam quotidie leguntur & prædicantur in ecclesia euāgelia & historiæ quas ipsi scripserunt & prædicarunt,in quibus memorātur gesta Christi: & etiā illa verba.s. narrate in turribus eius: & ponite corda vestra in virtute eius: & ampliate palatia eius: nō solum diriguntur Apost. & discipulis:sed etiam omnibus martyribus & doctoribus: & prædicatorib. & Christianis qui post illos fuerunt & sunt & erūt.ideo dicit vt enarretis in progeniæ altera: qm̄ hic est Deus Christus Deus noster: & regnabit in sæcula in cœlo & in terra.Q.d.q̄ licēt Xps D apparuerit mundo & in illa Hieruſ.materiali in carne humana natus ex tpe fm humanitatem: tamen ipse est Deus in æternum & verbum patris: quia in principio erat verbum ideo etiam inquantum homo à parte post regnabit in sæcula:& hoc prædicate.Ex quibus patet q̄ Dauid in hoc ps. non cōmendat solum illum montem Sion.nec illam materialem Hierusalem quæ destructa & incensa fuit per Romanos propter peccata sua,structa in Palæstina & tribu Iuda: sed etiam principaliter intendit ēmendare vniuersalem ecclesiam toto orbe diffusam per Apostolos constructam & ampliatam, per martyres,& doctores, & Christi fideles roboratam, quæ succesſit 2. templo in cuius figura gesta sunt omnia facta in primo & secundo E templo & ciuitate.de qua locuti sunt omnes profetæ: cui proprie conueniunt omnia dicta in psal.isto. Nam in hac regnat Christus Deus magnus:& est laudabilis valde:quia in illa non ab omnibus laudatur: imò hodie q Iudæos & Sarracenos Deus blasfematur.Ité ista fundata est in exultatione vniuersæ terræ, illa autem non nisi in exultatione illius parui populi & in illo arcto loco. Item ista est fundata ad litera Aquilonis circa circulum æquinoctialem per totam terrā:quod dicitur latus aquilonare totius mūdi. Aliud autem latus vlera æquinoctialem dicitur latus australe siue antarcticum. Q.d. q̄ ista ecclesia Christi regis magni occupat omnia latera Christi siue totum latus aquilonare, vbi assignatur tota terra habitabilis: & in ta hac terra & monte sancto Sion fundatur q ciuitas regis magni: quod minimè conuenit illi ciuitati Hierusalem materiali destructæ. Tota ergo ecclesia toto orbe diffusa est mons Sion & Hierusalem & vera iudæa: quia retinet nomen à locis vnde orta est: & verè & melius retinet nominis interpretationem & significationem vt sepe dictum est:in quibus domibus Deus videtur & cognoscitur & confitetur:& ad eam oēs reges terræ congregati sunt & turbati sunt contra eam:& in ea tremor apprehendit eos videntes mirabilia & iudicia Christi: quia Christus cōfringit eos in Spū vehementi suæ potestatis: sicut aquilo cōterit & dissipat naues Tarsis ſ.illius regionis & emporii Indorum: vbi accidunt magna naufragia in hyeme.Ita contigit tot naufragium in populo gentili in vl-

tione

A tionem martyrū, vt legit in ecclesiastica historia. Nā primò Ieruſalem est incensa & sacerdotium &regnum ablatum & iudei in ea pūitatem dispersi:& Nero, & Domitianus seipsos peremerūt.& Diocletianus mala morte & miserabili exitu periit. Et etiam omnia idola sunt comminuta & cōtrita sicut naues Tarsis & populus gētilis ad fidem cum suis principatibus conuersus & in magnā ciuitatē magni regis Xpi cōgregatus: in qua ciuitate omnia q̄ audiuimus à patriarchis,& ꝓfetis & legimus in test. vet.videmus esse impleta i hac ciuitate dei virtutū, & in medio huius tē pli suscepimus misericordiā eius & redēptionē & baptiſ.cū cæteris sacramētis:& in hac lę tātur oēs filiæ Iudæ Christū cōfitētes. Et ista est illa ciuitas ampliata, & dilatata p totum orbē vsq; ad finē terræ circundata & septa il-
B lo inexpugnabili muro fidei, & caritatis: in quibus turribus Christus, & euāgelium suū prædicatur,vbi Christus in æternū regnat in præsenti per fidem,& in futuro per gloriam. Ex toto isto psal.postūt recolligi 13 cōclusi.

Prima conclusio est,quod ecclesia est vera ciuitas Dei probatur. Nam ciuitas non sunt muri materiales:sed cōcors hominū multitudo siue cōgregatio,vnius iuris siue legis cōsortiata.Sed hoc conuenit ecclesiæ Christi toto orbe diffusæ, quod vnit sub vna diuina lege:igitur est vera ciuitas.

Secūda cōclusio, quod ecclesia Christi est vera Ieruſalem.Probatur primò.Nā illa congregatio fidelium, iccpit à Ieruſalē in monte Sió, vbi erāt 120.cōgregati Actuū primò sup quos missus est ſpiritusſanctus.vnde recepe-
C turarū.Ex ex inde dilatata est illa ecclesia, & cōgregatio per vniuersū orbē. Et sic tota ecclesia denominatur Ieruſalē rōne principii à quo ē deriuata: sicut flumina retinēt vbiqs nomē sui fontis. Secūò hoc idē ꝓbatur rōne interpretationis nominis. Nā Ieruſalē interpretatur visio pacis:sed in sola ecclesia est visio pacis & salutis,& caritatis.

Tertia conclusio, q̄ Christus fundauit istā Ieruſalē.probatur. Nam sub hoc nomine pacis fundauit illā sanctā cōgregationē apostо lorum & discipulorū. Nā nunq̄ venit ad eos quin diceret pax vobis &sic in pace factus est locus eius.Per easdē rationes ecclesia propriè dicitur Sion: quia ex ea Deum speculamur. Ex quibus patet, quòd ecclesia Christi toto orbe diffusa nihil aliud est nisi Ieruſalem dilatata, & orta ex illa Ieruſalem Iudææ. D

Quarta cōcl. q̄ in sola ista Ieruſalē suscepimus miam Dei & in sola ipsa uidetur Deus.

Quinta cōcl. q̄ fundator & rex hui⁹ ciuitatis ē Deus Ex quo patz. q̄ Xps ē uerus Deus.

Sexta conclusio, quod ista ciuitas Dei nō solum fundata est in Iudæa:sed per uniuersū orbem vsq;ad fines terræ.

Septima conclusio, quòd est fundata in latere aquilonis,idest quia semper quaritur, & uexatur à uentis persecutionum:

Octaua conclusio,quod licet contra eam sint congregati omnes reges terræ tamē finaliter fuerunt victi & contriti & sibi subiecti.

Nona conclusio,quod in ista Ieruſalē sunt uisa & completa omnia mysteria patriarcarum & dicta profetarum.

Decima cōcl. quod Ieruſalē Iudæę nunq̄ E fuit uera Ieruſalē usq; ad aduētū Xpi, qa tūc fuit uera uisio pacis.Nā tunc Xps expectatus est uisus in ea,& tunc in ea facta est pax inter Deū,& hominē p mortē mediatoris & tūc in ea fuerunt impleta oia misteria & dicta ꝓfetarū.Ité sequit q̄ sicut sacrificia vet.l.nō fuerunt vera vsq; ad Christū in quo impleta sūt & perquē facta est gratia & ueritas:ita ista ciuitas nūquā fuit uera Ieruſalē vsq; quo christus in ea impleuit omnē ueritatē,& quę de ea erant figurata aut dicta p aduētū Christi.

Vndecima conclusio,quod postquam illa ciuitas non recepit Messiam Christū non amplius dicitur Ieruſalem: quia non aceptauit quæ erant figurata per patriarcas & dicta per proferas & hic perdidit nomen.

Duodecima conclusio quę sequitur,quod recedēte Christo & apoſt. ab illa ciuitate nō amplius fuit visio pacis quia tunc recessit ab ea ois pax,& ciues uerę pacis. Et hic est diceF dū de Sió & Iudæa,& Israel, & Iacob:q̄a tūc perdiderunt predicta nomina,&manserūt in ecclesia Christi propter easdem rationes.

Dec.tertia cōcl. q̄ sola ecc.l.toto orbe diffusa ē uera ciuitas Dei:quia in ea habitāt ciues Dei & sola ipsa est Ieruſ.quiai in sola ipsa cognoscitur & videtur Deus,& sola ipsa ē mōs Sió:q̄a in sola ipsa cōtēplatur & adoratur,& laudatur Deꝰ:sola ista ē fundata in exultatione vniuersæ terræ: quia in sola ista fuerūt visa et cōpleta oia q̄ fuerūt scripta & dicta & ꝓmissa patriarchis,& profetis in lege ueteri.

PSALMVS XLVIII.

AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quique terrigenæ, & filij hominum simul in unum diues, & pauper.

Titul⁹ Ad victoriã siue in finẽ filiis Core. Per ea q̃ dicta sunt patet, q̃ Dauid fecit hunc psã & dedit ipsũ cantandũ filiis Core: eo q̃ dirigit nos in finẽ vtriusq; legis. f. in diẽ iudicii vt patebit. Nã fecit hũc ps. cõtra amatores huius mundi: exhortans eos ne decipiat eos iste mũdus: sed ꝓuideãt i hac vita. & timeãt mortẽ & finale iudiciũ in quo sunt reddituri rõnem de his q̃ in hac vita gesserũt. In quo duo facit. Nã primò ponit prœmiũ in quo cõuocat oẽs status & cõditiones hoium ad audiẽdã doctrinã suã. Secõ exequit̃ de tractatu. ibi Cur timebo. Quãtũ ergo ad primũ vt reddat auditores beniuolos & attentos dicit. O oẽs gẽtes, & quiq; terrigenæ & filii Adã ex terra geniti, audite simul ui vnũ diues & pauper, & oẽs qui habitatis orbẽ nemine excluso: audite & ꝓcipite aurib. cordis, q̃a terribilia & magna intendo dicere & omnibus vtilia & necessaria: ideo omnibus generationibus & nationibus & cõditionibus & statibus hominũ dirigo sermonẽ meum. Audite ergo quia os meum loquetur sapientiam. i. de rebus diuinis & altissimis. & meditatio cordis mei loquetur prudẽtiã. i. docebit uos de agibilib. & prouidẽtiã quã debetis hre in hoc mundo in agibilib. vt prouideatis pro futura vita. vñ inter sapiẽtiã & prudẽtiã hoc interest Nã sapiẽtia est notitia & cõtẽplatio diuinarũ & primarũ & altissimarum causarũ. vt patet 1. Meta. & 6. Eti. Prudentia ãt est recta rõ rerũ agibiliũ: cuius pars est prouidẽtia de futuris: de quibus in ps. isto maxime agitur. Sapiẽs ergo est ille qui cõtẽplatur & affectat celestia: & prudẽs est, qui ita prouidet & disponit & dirigit vitã & operationes suas vt adipiscatur celestia quę contemplatur & affectat. Ideo ait.

Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

Os meũ loquetur sapientiam i. vos exhortabitur vt sapiatis & affectetis celestia. Et meditatio cordis mei loquetur prudentiã. i. docebit uos prudentiã fm quã dirigatis vitã vestrã ad consequendũ cœlestia. Nã prudentis est meditari & inquirere mediũ perueniendi in finem. Vnde tria præmittit profeta in hoc prologo. Nã primò conuocat omnes cõditiones & status hominum ad audiendã doctrinã suã. Secundò breuiter præmittit de quib. intẽdit eos instruere, quia in sapientia & prudẽtia. Tertiò præmittit modũ tradẽdi & cãtandi: quia parabolicè siue prouerbialiter: & ẽt argumentatiuè, & metricè. Ideo sequitur.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

Ego in hac materia inclinabo auré meã ad parabolã, & prouerbia antiquorũ & maiorũ scripta in sacra scrip. nõ in philosophis mũdi nec poetis: & hoc ptinet ad sapiẽtiã: quia sola sacra scri. est uera sapiẽtia: quia de reb. diuinis & altissimis: iõ inde intẽdo sumere parabolã siue exẽplũ & doctrinã. q. d. parabolicè & exẽplariter uolo procedere in hoc ps. Secõ aperiã & manifestabo propositionẽ meã. i. procedã ẽt argumẽtatiuè à ꝓpositiõib. ad cõclusionẽ, ꝓponẽdo qõnes q̃ sũt ꝓpositiones dubitabiles: & ex cõsequẽti cõcludã intẽtũ, ꝓcedendo à ꝓpositionib. ad cõclusionẽ. Tertius modus cãtãdi & scribẽdi est metricus: quia metricè procedã & cãtabo hoc carmen cũ psalterio siue cũ citara & istã propositionẽ meã, quã intẽdo aperire & declarare. Iste aũt versus satis est explicatus in ꝓlogo. Litera Hieronymi hẽt Aperiã in citara ænigmata mea. i. ꝓpositiones obscuras, & difficiles, & oibus mũdanis occultas eẽ ignoratas: qđ idem est.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.

Prœmisso prœmio hic exequitur de tractatu. Ad cuius intelligẽtiã est primò aduertẽdũ, q̃ notãter Dauid cõuocauit in ꝓmio diuites et paupes spãliter ad hãc doctrinã audiẽdã. Nã ipse intẽdit in hoc ps. inducere terrorẽ diuitib. huius mundi, qui opprimunt et affligũt paupes: comminãdo eis pœnas futuri iudicii: et cõsolari paupes et afflictos. Sed quare diuites mũdani absq; mia opprimunt pauperes, est quia uel putãt nullas esse pœnas peccatoribus post hanc uitã, et sic nõ timẽt iudiciũ, uel quia cõfidunt in diuitiis suis, putãtes p diuitias suas aboi malo liberari: uel quia putãt nunq̃ se morituros. Tria ergo facit Dauid in hoc ps. Nã primò remouet peccatos tres errores, in quibus diuites cõfidũt. Secundò cõminat eis pœnã æternã post hanc uitã, & finale iudiciũ. Et pauperibus promittit gloriã. Tertiò cõsolatur pauperes exhortãs eos ad patientiã. Secundum ibi. Hæc uia scandalũ ipsis. Tertiũ ibi. Ne timueris cũ diues factus fuerit. Quantum ad primũ est aduertendum sicut dictum est in prologo tractatu primo: vbi præmissum est tema ex hoc ps. pro toto isto opere scilicet Aperiam in psalterio propositionem meam, q̃ tota sacra scriptura

A scriptura vet. test. nil aliud est nisi quædam prouerbia & parabolæ & ꝓpositiones ex quibus inferuntur cõclusiones euãgelicæ, profeticæ, & morales, & anagogicæ. A quibus exẽplis & parabolis & ꝓpositionibus fit discursus siue argumẽtatio exẽplaris & inductiua & entymematica, & ẽt syllogistica, ad cõclusiones euangelicas anagogicas siue morales. Dauid ergo in hoc ps. ad cõfutandos supradictos errores volẽs ostẽdere q̃ nullũ malũ impunitũ: nec bonũ irremuneratũ: & sic est timẽdũ diuinũ iudiciũ: & nullus põt euadere mortẽ, nec cõfidere in multitudine diuitiarũ, nec ptãe & gloria mũdana: q̃ nõ põt hominẽ liberare cõtra diuinum iudiciũ: sumit exemplum & parabolã ex pctõ & punitione Adæ primi parẽtis & Euæ uxoris suæ. Qui cũ B esset creatus i tãta gloria immortali: q̃a poterat nõ mori: & in tãta dignitate & dñio: quia dñabat oibus piscib. maris, & volatilibus & bestiis terræ: et in tãta copia diuitiarum: quia oẽs fructus terræ et oia munera lia erãt in sua ptãe, tñ peccãdo cõtra Deũ, nõ obediendo eius ꝓcepto, illicõ fuit à Deo punitus & eiectus ab illa gloria & dignitate: & ad utranq; mortẽ destinatus: nec potuit secũ attrahere illas diuitias à padiso terrestri, nec dignitas, nec diuitiæ potuerunt eũ liberare, quin sũa mortis corporis & ãiæ puniret: & ad alias humanas miserias destinaret, & mulctaret ad pœnas corporales, vt patet Gen. 3. Et sic quia ille hõ positus in tãto honore nõ intellexit et cognouit seipsum: imo rebellauit contra Deũ, nõ parẽdo ꝓcepto: Iõ cõparatus est iumentis & bestiis insipientib. q̃a punitus est C ad mortẽ et ad alias pœnas carnales: et factus est mortalis sibi bestiis. Arguit̃ ergo sic. Si ille hõ positus in tãta dignitate & honore pp ingratitudinẽ & inobedientiã et pcñ punit⁹ est ad mortem et pœnas corporales et spũales et ad pœnã infernı: et eiectus ab illa gl̃ia & paradiso, et nõ potuerunt eũ liberare diuitiæ et gl̃ia sua: nec potuit diuitias suas secũ portare: rita pariter imo à fortiori diuites huius mũdi, q̃ nõ paruerũt diuinis ꝓceptis, imo oppũsserũt et afflixerunt pauperes, nõ poterunt euadere diuinũ iudiciũ: ne puniant pro peccatis suis: quia nullũ malũ impunitũ: nec poterũt euadere mortem corporalem: q̃a tũc fuit data sũa mortis oibus filiis Adã: nec multitudo diuitiarũ poterit diuites liberare à morte corporali, nec à diuino iudicio, quia illa punitio Adæ fuit exemplũ et parabola oibus ꝑ- D uaricatoribus diuinæ legis. Hæc est ergo parabola ad quã Dauid inclinauit aurem & intelligentiã suã. Et hęc est propositio, quã aperuit ad inferendã cõclusionem diuini iudicii per Chim in nouissimo die faciendi: & ad incutiendũ terrorem oibus diuitibus & ingratis et peccatoribus obstinatis. Et ẽt arguit vlterius implicitè: q̃ sicut Adã faciendo et agẽdo pnãm in hac uita de pcõ suo meruit ueniã, et liberatus est ab inferno in primo aduẽtu Chri, cũ cæteris sanctis patribus, De cuius pnia hr Sap. 1. Hæc illũ, qui primo creatus est hõ, liberauit à peccato suo: Ita pariter quicunq; egerit pniam in hac uita ante mortem, et timuerit diuinum iudicium, non cõfidens in multitudine diuitiarũ suarũ: sed ponit spem suã in passione Chri: & agit pniam: oĩs talis liberabit̃ à ꝑccato per illam pniam E et recipiet̃ à Chro postmortem sũã et in die iudicii cum uenerit. Et ideo Dauid uolendo hoc cõcludere, proponit tres qõnes siue dubitabiles propositiones: q̃ nõ sunt in ueritate dubitabiles sapientibus, sed insipientibus. In quibus soluunt supradicti tres errores: quarũ prima est ista. Dicit. n. Dauid. Cur timebo in die malã? i. q̃ est cã quare ego, et quilibet fidelis debeo timere diem iudicii: siue diuinũ iudiciũ, qđ fit in morte vniuscuiusq;, et gñale iudiciũ, qđ fiet in fine mundi? Rñdet ipse met et dicit. Quia iniquitas calcanei mei circundabit me. Ad cuius intelligentiã est notãdũ, q̃ hic alludit ad sniam datã à Deo mulieri in principio in persona totius gñris humanis et posteritatis suę: qñ dixit serpentiip se obseruabit calcaneũ tuũ. Vñ sicut se hẽt F pes et calcaneus ad caput et totũ corpus q̃a est pars ifima in qua fundat̃ corpus, et portat̃ totũ corpus: tñ corpus regitur à capite et oculis, q̃a oculi et caput dirigũt pedes et corpus, ita mulier est pars iferior & vir supior. Et muliter dẽt regi à viro et non ecõuerso: vt ait Aug. sup Io. Ita pars sẽsitiua siues sensualitas et caro dẽt regi à rõne, et nõ ecõuerso: et pp hoc sensualitas et caro dr pes, siue calcaneus in sacra scriptura respectu rõnis. Vnde saluator ait Io. 13. Qui mundus est nõ indiget nisi ut pedes lauet. Q. d. q̃ licet quis sit mundus in conscientia per pœnitentiam: tñ adhuc manet concupiscentia et uitium naturæ in carne, quam nullus potest lauare nisi solus Deus per gratiã. Ex quo patet, q̃ Christus ibi per pedes intelligit carnem uitiatam per concupiscentiã: ratio aũt dr caput. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quia Adā voluit regi à muliere contra ꝓceptū dñi, ideo bñ merito fuit percussus in sensualitate & sensualitas fuit facta debilissima & fragilis & infirma. Ideo diabolus qñ vult hoiem tētare: incipit à parte debiliori. s. à sensualitate q̄ dr non solum pes, sed calcaneus i hoie: eò q̄ est pars magis propè terrā, & infima & posterior. ideo dixit Deus mulieri: serpēs observabit calcaneū tuū. i. sensualitatem debilem primo tētabit & mordebit. Deinde dicit viro. Quia obedisti voci mulieris, iō maledicta terra in opere tuo. Spinas & tribulos &c. Quasi dicat: quia mulier obediuit diabolo, & tu obedisti mulieri, iō sensualitas & caro tua erit sp uexata à diabolo, obediēs ei frequenter: & spiritus & caro tua obedient sensualitati & conscia vexabitur ab ea. Et sicut diabolus insurgit aduersus carnē: ita caro ad
B uersus spm̄ & rationem, & illaqueat & decipit aiam. Nam diabolus in carne & sensualitate nra tendit rete & laqueum suum, qui dr fomes & cōcupiscentia: in quo laqueo siue retiaculo capit aiam & rōnem per consensum. Nā quādocunq; rō siue voluntas paret sensualitati & carni, tunc dr illaqueari & capi ab eo. de quo retiaculo & laqueo dr psal. 14. Cadent in retiaculo eius peccatores. Ex quibus patet, q̄ peccare nihil aliud est nisi animā à laqueo sensualitatis & cōcupiscentię & fomitis carnis capi & illaqueari. Quē quidem laqueum nemo pōt euadere nec uitare, nisi gratia Christi, vt ait apostolus ad Ro. 7. Et pp hunc laqueum oēs debemus timere futurum iudicium, & sp debemus orare ne intremus in tentationem & ne aia nostra illaqueatur à laqueo sensualitatis & carnis, sicut
C captus est Adā per mulierem, & ne tali iudicio puniamur, & à facie Dei in iudicio eiciamur, sicut eiectus est Adam per mulierem à facie dñi. Et si forsitan peccauerimus, & aliq̄n capti fuerimus i laqueo diaboli, q̄ faciamus pniam & retrahamus caleaneum & pedē à laqueo venantium per pniam anteq̄ veniamus ante iudicem in die mortis nostræ & in generali iudicio, vt inueniamur expediti à laqueo peccati: & sic semper in vita nostra debemus timere futurum iudicium, & agere pniam. Et ideo duo sunt gña hoium vel tria, qui non timent futurum iudicium nec curāt agere pniam. Primò hypocritæ qui cōfidunt in virtute & viribus suis. Et sic nullum putāt se hre peccatum. Sicut farisæus qui dicebat: nō sum sicut cæteri hominum. Luc. 8. Et di-
D uites huius mundi qui non sperant aliā vitā, & stulti & insipientes qui nunq̄ putāt se morituros. Et sic oēs isti nec curāt petere grām, & orare ne intrent in tentationē, & ne illaqueenē peccato: nec curant agere pniam. Et hos errores extirpat propheta i hac parte. Vñ q̄rit dicens. Cur timebo in die malā? id est in die iudicii tā particulari q̄ vli: & ñdet. Scu quare timeo futurum iudicium? ideo timeo, quia iniquitas calcanei mei circūdabit me. i. quia sum illaqueatus iniquitate & laqueo calcanei & carnis & sensualitatis meæ. Et scio q̄ si sic illaqueatus peccato apparuero ante iudicem in die mala. i. in die mortis meæ, & in die gñalis iudicii: tunc Deus eiciet me à facie sua dicens. Ite maledicti in ignem æternum: sicut eiecit Adam de paradiso terrestri, ne comederet de ligno vitæ, et ne viueret in
E æternum. Et ideo uolo agere pniam, & exire à laqueo peccati, & iustificari per pniam, & grām Christi dum viuo, possq̄ habeo facultatē in hac uita, vt Deus dicat mihi i iudicio, venite benedicti &c. Iniquitas ergo calcanei nil aliud est nisi uitium sensualitatis et carnis, vel peccatum cōmissum ex uitio sensualitatis: et hoc pctm̄ circūdat, & ligat, & illaqueat, et accusat peccatorē ante Deū in morte uel in iudicio nisi egerit pniam. Quasi dicat, ideo ego & quilibet homo debeo timere diuinū iudiciū: qm̄ sum peccator & sum vulneratus in carne. Nā iniquitas calcanei mei. i. vitiū & laqueus sensualitatis et carnis circundabit et accusabit me in die iudicii nisi
F egero pniam. quia sequendo sensualitatem & consentiendo carni, cōmisi multa peccata. Nā sicut rete siue laqueus circūdat & tenet auē, vel ferā, Ita concupiscentia capit & circundat & ligat hoiem in peccato, vt patet Ia. primo. quia vnusquisq; tentat à sua cōcupiscētia illectus et abstractus. oēs ergo oportet sp orare. Et sic soluitur prima qō, quare est timendum diuinum iudicium, quia nullum malū impunitū. & quia oēs sumus prompti ad malum, & fragiles ad bonum agendum.

Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Hic soluit̄ secundus error & secunda qō ex solutione primæ. Nā multi sunt. s. diuites huius mundi, qui tm̄ cōfidunt in diuitiis suis & dominio mundano, q̄ non credunt aliam vitā nec pœnā peccatorū post mortem. Et sic putant per diuitias suas omnia mala euadere. Sed cōtra hos inuehitur propheta dicens, q̄ in

A in die iudicii nemo poterit redimere seipsum quibuscunque diuitiis. Nam

Frater non redimit: redimet homo? non dabit Deo placationem suam.

Et precium redēptionis animæ suæ: & laborabit in æternum: & viuet adhuc in finem?

Non videbit interitū? cum viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.

Si frater iustus & sctūs nō poterit redimere in illa die iudicii aliū fratrē suū dānarum: ergo quo poterit diues dānatus redimere seipsum illa dies cū ipse sit reus & dimittat oēs diuitias in hoc mūdo: nullū ptiū poterit dare pro se. Legit ergo iste versus interrogatiuē. Vnde dicit propheta. Qui sunt illi fatui & temerarii hypocritæ q̄ confidunt in virtute
B sua & viribus suis putantes se esse iustos sine pctō, & nō indigere gña Xpi? cum supradictū est, q̄ iniquitas calcanei: & cōcupiscentia circundat vnumquēq. & trahit sua quemq; voluptas: & q̄ qui nūdus est in cōscientia, etiā indiget vt pedes lauet p gratiam pueniētem & oret ne cadat. Et qui sunt ēt illi stulti qui cōfidūt in multitudine diuitiarum suarum: putātes & diuitiæ suæ liberabunt ipsos ab oī malo? si nullum bonū irremuneratū & nullum malum impunitum: ergo in die iudicii vnusquisq; debet iudicari scdm q̄ hic gessit bonū aut malū: & scdm statū in quo ibi reperit iustificatus aut pctōr: q̄ ibi nō erit locus veniæ: sed sñæ. Et ideo frater iustus non poterit redimere fratrē pctōrem nec patrē. Nam sancti mart. cōuersi ex pop. gētili non poterūt redimere fratres suos & patres mor-
C tuos in infidelitate. Imò cū mali, petent à iustis dicentes: date nobis de oleo vestro quia lāpades nostræ extinguūt: R. ñdebunt, & dicent iusti pctōribus. Ite potius ad vendentes & emite vobis. Et sic claudet ianua pctōribus. in illa die. Dicit ergo propheta: si frater non poterit redimere nec redimet fratrem suum nec patrem in illa die: redimet homo seipsum suppleq̄. q. d. nō poterit se homo redimere cum diuitiis huius mundi in illa die. q. d. nullo modo: imò dico tibi q̄ in illa die homo pctōr non dabit placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ. i. nec poterit Deum precib. aut aliquo sacrificio: nec munerib. placare, nec dabit aliquod ptium pro redēptione animę suæ: quia nec tūc habebit diuitias & dignitates quas in hoc mūdo habebat: nec aliquæ mundanæ diuitiæ valebunt ad redēptionē & pretiū pro anima
D suæ: cū pctm̄ eius sit infinitū: quia est pctm̄ in spm̄ sctm̄. s. finalis impœnitētiæ, & ad mortē: pro quo nō oportet orare: & sic iste talis dives eicitur à facie dñi sicut eiectus fuit Adā à paradiso, & iste laborabit & cruciabitē in æternū in inferno igne sempiterno: sicut Adā laborauit in hac uita in sudore uultus sui in ter spinas & uepres & tribulos omnib. diebus uitæ suæ in hoc mundo: ita laborabit & cruciabitur in inferno iste impęnitēs. Et uiuet adhuc in finē. Hic soluitur tertius error illorū qui nō timēt diuinū iudiciū: eo q̄ nūq̄ putant se morituros. Ista particula est uersiculus distinctus à superiori in numero & in sñia. Nā isti sunt uetus lyrici & parui, iō in uno uersu magno sunt duo uel tres parui, in
E hebræo et in latino: & qñq; plures, ut dictū fuit in principio. & hic incipit alia sñia, & sic soluitur tertius error: & debet legi interrogatiuē. Vnde dicit propheta. & iste dives stultus & insipiēs uiuet adhuc in finē. i. nūquid viuet in æternum. sicut ipse putat? Quasi dicat, nō: q̄a stultum est talia credere, & putare se nunq̄ morituram: cū uideat Adā, Noe, Abrahā, & Isaac, & Iacob, & Danielē, & apostolos, & martyres & oēs alios sanctos & sapiētes morientes. Ergo stultus & insipiens est ille talis dives qui putat se nunq̄ moriturū: cū uideat & sciat oēs supradictos sapiētes & sctōs fuisse mortuos: ergo ita morietur ipse. Verumtñ est maxima differētia inter ipsum & illos sapiētes & sctōs. Nā sapiētes & scti uiri & iusti mortui sūt tm̄ quò ad corpus & non quò ad aiam: quia aia eorū uiuit in gloria, & iō in finali iudicio resurgent in corpore glorioso, & fic uiuēt & regnabunt in æternum cū Xpo in
F gloria. Sed stultus & insipiēs simul peribunt quò ad corpus & aiam. Nā nō solum moritur corpus cum ab hac uita discesserit: sed ēt morietur aia morte culpæ: & cruciabitur in inferno: q̄ dr secunda mors: & simul in corpore & anima & toti morientur. Nā sicut sapiens est ille qui cōtemplatur & affectat cęlestia, & prudens qui taliter disponit uitam ut cōsequatur cęlestia: Ita per oppositum insipiens est ille q. nō cōtemplatur nec affectat cęlestia: sed terrena, & stultus qui nō dirigit uitā suā ut adipiscat cœlestia. Et ideo oēs isti licēt in iudicio resurgāt in carne: sed non oēs immutabunē in corpus glorioſum sicut iusti: imo resurgent in corpore passibili: licēt nunq̄ possint mori nec deficere, sed in corpore & anima simul in æternum cruciabuntur;

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & sic peribunt simul, & semper erũt mortui carentes vita spirituali. Et isti tales dicuntur insipientes: quia nunquam cõtemplati sunt nec desiderarunt celestia sed terrena. Et dicuntur stulti & non prudentes: quia dũ viuerent non disposuerunt bona sua mundana, dãdo eleemosynas pauperibus: vt reciperẽt eos post mortem in æterna tabernacula. Et ideo tanq̃ insipientes & stulti simul peribũt.

Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

Nõ portabunt secum diuitias suas cũ quibus potuissent redimere peccata sua, eleemosynas largiendo: & potuissent emere regnũ cælorum: sed relinquent alienis diuitias suas nec poterunt secũ portare. Sed forsan dices q̃ quando diues relinquit diuitias suas filiis vel consanguineis, non relinquit alienis, sed
B suis. Respondetur, q̃ filii damnatorum satis sunt alieni & extranei, post̃q̃ nõ possunt eos liberare ab inferno. Nec etiam volũt pro eis eleemosynas facere. Ex quo patet, q̃ alienis relinquunt possessiones & omnia bona sua, sibi non relinquentes nisi vnum arctum sepulcrum: & breue in quo iacent eorum putrida cadauera. Ideo subdit.

Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis.

Illa sepulcra eorũ erunt domus eorũ in æternũ, quia nunq̃ recuperabũt amplius magnas domos & possessiones eorũ, sicut Alexãder, & Xerses, & Cãbises, & Attila. & cæteri ambitiosi, quos totus mundus non poterat capere: nec tps oẽ ad viuendũ sufficere. Nũc vero iacent in arcto & breui sarcofago: & illa est domus eorũ inçternũ. Est verum quod
C tu potes dicere q̃ licet isti sint mortui corpore & aĩa: tñ adhuc viuunt fama. Nã Homerus scripsit Iliada in qua effert Achillem in cœlũ. Et Virgilius cõmendat Aeneam: & Lucanus Cęsarẽ, & Põpeium: & Herodotus, Cyrum, Darũ, Cambisem, & Xersem: & Quintus Curtius, Alexandrũ: & sic de singulis in suis libris. Et sic fama istorũ nunquã peribit: & nõ solũ ipsi qui in his libris cõmendantur viuunt per famã: sed ẽt Homerus, & Virgilius, & Ouidius, qui libros scripserũt. Vnde Ouidius in fine libri Metamorfoseos dicit nunq̃ se moriturũ sed sp victurũ per famã, vñ ait. Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira, nec ignis, Nec poterit ferrũ, nec edax abolere vetustã: Quaq; patet domitis Romana potentia terris: Ore legar populi, perq; oĩa sæcula fama, Si quid hñt veri vatũ præsagia, vi
D uã. Ex quibus patet, q̃ non solũ reges & principes: sed ẽt philosophi & poetę & scriptores per famã putabant nunquam mori. Et ideo ad perpetuam memoriã eorum faciebãt sibi alta sepulcra parari & construi: in quibus describebãtur eis epitaphia, in quibus memorabãtur immortalia gesta eorum. Et sic legitur in epitafio Virgilii. Mãtua me genuit &c. Et in epitafio Terentii. Natus in excelsis tectis Cartaginis altæ &c. Et ideo dum Alexander transiret Hellespõtum, & peruenit ad sepulcrum Achillis apud Iliũ: & legeret eius epigramma, dixit. Fęlix tu Achilles quẽ talis ęcinit tuba & sic simul dixit beatum & fęlicẽ Achillem qui memoranda gesserat bella: & Homerum qui altissima tuba, & immortali facundia ipsum in suis libris commendauerat: & sic putabãt etiam cæteri diuites & sapientes huius mundi per famã vitam in æternũ ducere, & famam extendere factis. Hunc autem errorem cõfutat hic propheta dicẽs. Licet tabernacula & sepulcra istorum maneant a progenie in progeniem, & ostendantur eorũ magna sepulcra, & pendeant magna vexilla in templis supra sepulcra eorum, & erigantur statuæ in foris in eorum memoriam, & licẽt isti vocauerint & affamarũt nomina sua in terris suis memorando ea in epigrammatibus & epitafiis, & vocauerint & dilatauerint nosa sua in terris suis gestis bellorũ, aut scriptis poetarũ & philosophorum, & historiographorum: tamen nõ potuerunt sua nomina propagare nec dilatare in cęlo, nec valet ei
E ma, cum aiæ eorum cruciẽtur inæternum in inferno. Sed sapientes. s. Abraam, Isaac, Iacob, & apostoli & martyres & doctores fancti sunt verẽ felices & beati, qui licet in hac vita fuerint afflicti tpaliter: tñ nosa eorũ scripta sunt in cęlis & viuũt ęternaliter. Et ideo isti fuerunt sapientes & prudentes: qui dum viuerent in hac vita, relictis diuitiis & cæteris mũdanis vanitatibus per eleemosynas & bona opera adepti sunt regnum cœlorum. Per oppositũ aũt isti fuerunt stulti & insipientes, qui cõtemptis bonis spiritualibus secuti sunt mundanas vanitates, & dũ essent in hac vita: vbi potuissent Deo seruire, & cum eleemosynis ex diuitiis peccata redimere & pœnitentiã agere, potius voluerũt seruire creaturæ q̃ creatori: & propriis uoluptatibus, q̃ Deo parere, & diuinæ legi obedire: & ideo accidit eis sicut & primo homini. Nam

Homo

A *Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.*

Ille ho cũ esset i honore in illa terrestri paradiso Dñs oim creaturarũ à Deo cõstitutus: elatus in superbiã nõ intellexit nec cõsidera uit beneficia sibi collata, & voluit parere & cõplacere potius uxori & diabolo q̃ Deo, à quo tñ honorẽ & bñficia receperat: iõ eiect9 ẽ a paradiso & à facie dñi, & reliquit ibi oia q̃ possidebat & pcipue arborẽ vitæ, ne comederet & ne viueret in æternũ. Et factus ẽ mortalis & miser, & cõparatus est iumẽtis & bestiis insipiẽtibus: q̃a vixit i hac parte inter bestias, & factus est illis sĩlis: q̃a secutus est uoluptatẽ & sensualitatẽ sicut bestia: & iõ fuit cõdẽnatus ad mortẽ corporis & aiæ sicut bestia. Nã licẽt aia peccatoris nunq̃ deficiat, tñ
B dr mortua q̃a caret vita spũali & æterna. Ita pariter accidit amatoribus huius mundi. Nã ideo Deus dedit eis diuitias vt eis bene vteretur & pauperibus subueniret & eleemosynis peccata redimeret & alia bona operaren tur. Et in hac uita dedit eis statũ merendi & pniam agendi, & seruãdo legẽ diuinã regnũ cęlorũ adipiscẽdi. Sed cũ isti essent in tali honore & opportunitate fuerũt Deo ingrati, & beneficia sibi collata & tps merẽdi nõ intellexerunt nec cõsiderauerunt, & pniam agere noluerũt, imo cõtẽpserũt: ideo tanq̃ ingrati et bestiæ proiicient à facie dñi i die mortis suę, et mittent in tenebras exteriores. Et in gñali iudicio dicet eis Chis. Ite maledicti in ignem æternum. Et sic erunt in inferno subiecti sub
C ptate diaboli, facti sĩles bestiis, quę semper laborãt sub ptate hoim cum flagellis et verberibus. Ex qbus patet, q̃ stultus et insipiẽs est ille qui nõ timet futurũ iudicium, cõfidens in virtute propria, et multitudine diuitiarũ suarũ, & putat se nõ moriturũ: et ideo nõ agit bonum nec declinat à malo, nec agit pniam in hac uita dum põt, et non corrigit uitã suã per exempla aliorum et per doctrinã sacræ scripturæ, et maximè exẽplo ipsius Adã. Et hæc est parabola in quã inclinauit aurẽ suã: et proposuit, quã nobis in hoc psalmo aperit Dauid propheta. Licet autem B. Aug. et Hier. aliter exponunt istam literam, tñ ego nõ intendo contraire auctoritati eorum, quibus vt patribus et magistris et præceptoribus pareo.

Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Hæc est ſda pars, in qua post̃q̃ cõfutauit errorẽ insipiẽtiũ hic explicat eorũ pœnã æter D nã post hãc uitã, q̃ erit duplex. vna erit pœna ignis in inferno, et altera erit pœna uermis & doloris cordis, cũ in iudicio videãt pauperes et humiles, quos ipsi oppresserunt, regnare cũ Chio et possidere regnũ qd ipsi poterãt possidere. Dicit ergo, hęc fuit via et modus uiuẽdi illorũ insipientiũ in hac vita. s. pśume re de ꝓpria iustitia et cõfidere et gloriari in multitudine diuitiarũ et putare nunq̃ mori. Ideo hæc uia et error fuit scandalũ ipsis quo ceciderũt in tã magnũ errorẽ et stultitiã. Itẽ hæc via. i. iste triplex error fuit scandalũ et cã ipsis diuitibus insipiẽtibus, vt nõ timerẽt nec crederẽt ẽt futurũ iudiciũ, nec pœnas futuras ꝓ peccatis suis. Et sic contẽpserũt Deũ et legẽ suã, et cõmiserunt oĩa scelera, et nõ quæsierunt nisi gloriã in hoc mundo, nec cõplace E bant nisi sibi in ore suo, nec loquebãtur nisi de rebus terrenis et mundanis: nec uolebant aliquid audire nisi uanitates, et adulationes, et non correctiones sapientũ et sacræ scripturæ: ideo in ore suo complacebant sibiipsis.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dñabuntur eorũ insti in matutino: et auxilium eorũ veterascet in inferno a gloria eorũ.

Licet in ore suo sic complacerent in hoc mundo, tñ postea sicut oues in inferno positi sunt. Nã sicut oues qui prius pascebant in pratis postea recludũtur in ouili, et mors depascit eas, quia occidunr in macello ad cibũ et pastũ hoim, ita pariter accidit istis. Nam qui ante comedebãt et deuorabãt pauperes et bona eorũ diripiebant in hoc mũdo, post mortẽ positi sunt in ouili inferni et mors ꝓpetua iferni depascet et comedet eos, et erũt F cib. diaboli et esca draconũ, et populis nigris æthiopũ inferni. Et ista ẽ prima pœna eorũ inquantũ sunt esca ignis et diaboli. Secũda est pœna uermis et doloris cordis: qui vermis nũ quã morietur, et ẽt quia iusti et sancti quos ipsi oppresserũt et deuorarũt in hac vita dñabunt ẽt iudicabunt eos cũ Chio in matutino iudicio, qd fiet post noctẽ huius vitæ. Vñ dies iudicii dr dies mala et amara valdè peccatoribus dãnatis. Sed dicitur matutinũ, et dies clara et mane in qua resurgent oẽs iusti, et claritatẽ gloriæ post tenebras, et persecutiones huius uitæ recipient. Dicitur ẽt matutinum, quia oĩa, quæ in hac tenebrosa nocte fuerunt occulta, tũc erunt oibus manifesta. Pariter lex euangelica dr matutinum respe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctu le.ve.quia omnia facta q̃ ibi fuerunt occulta, fuerunt per Chm patefacta. Et sic resurrectio Chi fuit matutinũ, & aurora huius diei gratiæ. Secundũ uero matutinũ erit in die iudicii, & tunc auxiliũ & multitudo diuitiarũ eorũ in qbus cõfidebãt ueterascet, et euanescet à gloria eorũ, et frustrabitur: sicut qñ pãnus veterascit nõ põt resistere frigori nec est alicuius pcii. q.d, q diuitiæ suæ non poterũt sibi auxiliũ pstare, nec liberare quia deficiet gloria eius, & dũ fuerint in inferno frustra expectabunt auxiliũ, quia ibi nulla est redemptio. Et notanter dicitur, iusti dominabunt eorũ in matutino quia iusti erunt in matutino gloriæ: sed damnati in tenebris, & die malo pœnarum. Et tũc iusti existẽtes in matutino glorię stabunt in magna cõstantia aduersus eos qui se, sipsos angustiauerũt, &
B oppresserũt in hac vita accusantes eos añ iudicẽ Chrm. Et tunc illi diuites impii qui abstulerũt labores et bona illorũ uidentes ipstos in tanto honore cum Christo turbabuntur timore horribili pniam infructuosam agẽtes et dicẽtes intra se. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum. Ecce qũo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Quã hæreditatẽ nos poteramus obtinere. Sap. 5. Et iste vermis pœnitudinis & doloris cõscientiæ & inuidiæ depascet eos, et sic mors depascet eos scilicet ignis et uermis.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me.

Hic explicat præmium bonorũ, & iustorum, q nil aliud erit nisi assumi in societatẽ Christi et regnare cum eo. Ideo ait cętus iustorum. Verũtamẽ dum illi iusti reponent et mittent in infernũ sicut oues, & auxilium
C eorum ueterascet, et frustrabit et patientur pœnã ignis et uermis, tũc dns Iesus Chs pro cuius amore ego passus cũ patientia sustinui opprobria et damna in mũdo redimet aiam meã, et liberauit de manu et ptãte inferi cũ acceperit me q.d. postquã nec multitudo diuitiarum, et ppriæ uires nec frater poterit redimere hoiem in hora mortis aut in die iudicii: ideo ego expecto per fidem q dominus Christus redimet aiam meam per passionẽ suam et sacrm pnię, et assumet me ad suum regnũ dicẽs. Venite benedicti patris mei percipite regnũ, cuius regni tanta erit gloria, q nec auris audiuit nec oculus vidit nec in cor hominis ascẽdit. q.d. nil aliud potest redimere hominem in hac uita nisi pnia. Nam homo peccator nõ se põt redimere in morte q vires suas. nec per multitudinẽ diuitiarũ, nisi per solam pniam. Vnde notanter dicit, Redimet aiam: eo q supra dixit, stultus et insipiẽs simul peribunt. i. in corpore et anima. Ideo iste fidelis ait. Verumtamen ego non curo q corpus moriat, sed expecto q Deus redimet animam meam de manu inferi per pniam & sic non confido in multitudine diuitiarum, sed in solo Deo et sacramento pœnitentiæ, & sic securus ibo ad mortem et iudicium.

Ne timueris cũ dives factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Hic cõsolat & exhortat iustos ad patiẽtiã dicẽs. O vir iuste si tãta pœna erit pœna malorum: & tanta gloria dabitur iustis in iudicio post hãc vitam: ergo ne timueris cum dives factus fuerit homo, & ne desperes licet oppri
D mat te in hac uita, et ne diffidas cum multiplicata fuerit gloria domus eius in copia diuitiarum et prolis et dignitatum, et diripiat bona tua. Nam parum durabit gloria sua.

Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum bene fecerit ei.

Cum interierit non sumet secum nec portabit omnia bona, nec gloria domus eius descẽdet cũ eo ad infernũ. quia oĩa relinquet in hoc mũdo. Et iõ nõ desideres gloriã eius. q a tũ durabit in hac vita et gloria eius et fama, & tãtũ in sua vita benedicetur et laudabitur ab adulatorib. & intãtũ te diliget & cõfitebitur tibi et laudabit, quãtũ sibi bñfeceris, et adulatus fueris, & munera porrexeris. Et dũ feceris ei munera tũc tibi esse amicũ confitebitur & te laudabit, et fauorẽ promittet et tũ durabit amicitia, quantũ eũ laudabis et munera porriges. Et propter hoc quia iste talis fuit mundanus et filius prauorum, et secutus est prauitatem fratrum suorum dum uiueret, ideo sequetur eos post mortem. Et sic

Introibit vsq; in progenies patrum suorum: & vsq; in æternum non videbit lumen.

Introibit i progenies patrũ suorũ, quorũ scelera imitatus fuit in hac vita, & ideo cũ eis fit cruciabit in inferno, et nõ uidebit lumen gloriæ inæternũ, imo tenebras exteriores.

Hõ cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipientibus & similis factus est illis.

Cõcludit iterũ ad maiorẽ expressionẽ, q sicut primus hõ cũ esset in honore nõ intellexit: ita quilibet mũdanus hõ cũ esset in hac

honore

A honore & opportunitate faciẽdi bonũ nõ intellexit nec cõsiderauit bñficia sibi collata: nec ꝓuidit ꝙ vita futura dũ poterat & erat in tpe merẽdi & pniam agendi: & nõ fecit. iõ cõparatus ẽ iumentis sicut dictũ est supra. Ex qbus patet, q tota intẽtio Dauid in hoc ps. ẽ exhortari & inducere oẽs ad declinãdũ à malo & agendũ bonũ, & ad agendã pniam ĩ hac vita: & ne differant pniam vsq; ad mortẽ inclusiuẽ, & ne decedãt cũ pcõ: quia post mortẽ nõ est tps nec locus pniæ: sed iudicii: quia nullũ malũ impunitũ nec bonũ irremuneratũ. Ad qđ ꝓbandũ sumit parabolã & ꝓposi
B tionẽ ex pctõ & punitione ipsius Adã primi hois: qui cũ esset in paradiso cum honore nõ intellexit, et cõparatus est iumentis. Et ideo vt magis imprimat & incutiat terrorẽ in cordib. nostris intereat illud dictũ & punitionẽ Adę: sicut fit in pconizationibus cõminatoriis: vbi dr geminãdo in principio & fine qñ portat reus ad patibulũ: q sic faciet, sic punietur. Et sic Xps cõminãs futurũ iudiciũ dicit. Vigilate, iterũ dico vigilate. Ex isto ps. & eius expositione recolliguntur 13. conclusiones.

Prima conclusio. q Dauid conuocat omnes cõditiones & status hominum præcipuè diuites & potentes ad audiẽdam doctrinam huius psalmi.

Secunda conel. q in hoc ps intẽdit procedere parabolicè arguẽdo, & cõfutãdo errores hoim potentum & diuitum: qui non timent futurũ iudiciũ, putãtes se nunq̃ morituros.

Tertia cõcl. q unusquisq; debet timere futurũ iudiciũ quantũcunq; sit iustus, & hoc ꝓp laqueum cõcupiscentię latentẽ in carne:
C quę quidem concupiscentia incitat ad omne peccatum nisi iuuetur homo gratia Christi.

Quarta cõcl. q nullus diues debet nec põt cõsidere in multitudine diuitiarũ suarũ: q a non poterunt ipsum redimere in die iudicii: quia ibi nullum precium poterit redimere hoiem: quia non erit tps pniæ, sed sentẽtiæ.

Quinta concl. q in die iudicii hoies iusti & sancti non poterunt redimere fratres nec patres mortuos sine pœnitentia aut sine fide.

Sexta cõcl. q nulla potẽtia aut virtus potest hoies liberare à morte corporali: quia nõ solum insipientes, sed ẽt sapientes morientes.

Septima concl. q hæc est dria inter sapientes & insipientes. Nam sapientes moriuntur solum quo ad corpus, sed nõ quo ad animã: quia viuunt in cœlo per gloriã, & rasurgent in corpore glorioso in iudicio: sed insipiẽtes scilicet impœnitẽtes & infideles sit morientur D quo ad corpus & aiam: quia nõ resurgent in resurrectionẽ vitæ æternæ, sed in resurrectionem iudicii ad patiendum pœnas æternas.

Octaua concl. q diuites & potentes & ẽt filosofi & historiografi, licẽt vocauerint nomina sua in hoc mundo per famã, tñ fama simul cũ eis peribit: imo cadauera eorum iacebunt in paruo sarcofago in æternum.

Nona cõcl. q diuitię & ptãtes & dignitates & facundia potius fuerunt hoibus malis ad scandalum in hoc mundo, quam ad vtilitatem & bonum cõsequendum, quia ex malo vsu earum consecuti sunt perpetuam dãnationem: quia sicut oues in inferno positi sunt & mors depascet eos.

Decima conclusio, q sicut diuites & potẽtes comederunt bona pauperum, ita mors æterna depascet eos.

Vndecima concl. q pauperes non debent E indignari cum uideant malos prosperari & fieri diuites in hac vita, quia breui morientur & relinquent alienis diuitias suas & in æternum cruciabuntur in tenebris inferni.

Duodecima concl. q pauperes accensabũt diuites & potentes apud Deũ in die iudicii.

Decimatertia cõcl. q sicut Adã cum esset positus in tanto honore & dignitate in paradiso, & non intellexit nec sciuit conseruare & custodire statum suum contẽnendo diuinum ꝓceptum: ideo fuit eiectus à sęlicet loco & statu in quo erat, et expoliatus omnibus: bonis fuit positus in hac ualle lacrimarũ & F miserię, cõparatus iumentis insipientibus q a factus mortalis & ignorans sicut bestia: ita quilibet homo potens et diues, qui nescit cu stodire gratiã et innocentiam quã recepit in baptismo, aut non agit pœnitentiã de peccatis dum habet tempus, aut non prouidet pro futura vita adipiscenda per elemosynas et opera meritoria, eiicietur ab hoc mundo, nil de bonis temporalibus secum portando, et in die iudicii eiicietur à facie domini in ignẽ æternum. Et sic morietur quo ad corpus et animam sicut iumentum & bestia. Et hoc quo ad mortem spiritualem.

PSALMVS XLIX.

Deus deorum dominus locutus est: & vocauit terram.

Titulus. Psalmus Asaf. Licet quidã hebrei et catolici dicãt, quòd Asaf fecit hunc psalmum & cæteros sibi intitulatos: tamen iam in principio dictum est quòd nulla ratione

mouentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mouentur nec hñt aliquã autoritatẽ pro se. Nã Asaf, & Eman, & Iditum nõ dicuntur ꝓ fetæ nec prophetãtes, eo ꝙ psalmos conficerẽt, sed quia prophetabant. i. psalmos cantabant in organis iuxta regem. vt patet primi paralyp. 25. Prophetare idem est quod prophetias canere & interpretari. vt ait apostolus 1. ad Cor. 11. Et ideo est dicendum secundum Aug. ꝙ Dauid fecit hunc psal. & omnes alios, sed distribuit eos cantandos & interpretandos ipsis Asaf, & Etan, & Eman qui fuit de filiis Core, & ipsi Iditũ, vt patet primi paralypo. 23. vbi dicitur ꝙ psaltes canebãt in organis quę fecerat Dauid ad canẽdum. Item. 2. paralyp. 7. dicitur In dedicatione domus domini sacerdotes & leuitæ stabant: in officiis suis & cãtabant in organis carmina, quę fecerat Dauid ad laudandũ dominũ: quoniam in sæcu-
B lũ misericordia eius. Ex quibus patet, ꝙ Dauid fecit hunc psal. & dedit ipsum cantãdum filiis Asaf: eò quòd dirigitur toti ecclesiæ siue congregationi hominum. Asaf enim interpretatur congregatio siue collectio. Vnde sicut per filios Core intelligitur mysticè ecclesia congregata ex gentilibus & filiis malorũ parentum: ita per Asaf intelligitur tota ecclesia simpliciter secundum nominis interpretationem. Dauid ergo fecit hunc psalm. & intitulatur ipsi Asaf: eo quòd loquitur de vniuersali iudicio ad quod congregabuntur omnes gentes & nationes in valle Iosafat à solis ortu & occasu, vt manifestè patet in litera. Ideo dimissis diuersis modis dicendi, est dicendum, ꝙ postquàm Dauid in psal. præcedenti probauit de necessitate futurum iudicium: Ideo in hoc psa. describit executionem
C eius futuram per exemplum. Et sic psalmus iste diuiditur principaliter in duas partes. Nam in prima describitur iudicii præparatio. In secunda iudicii executio. ibi Audi populus meus. Quantum ad primum est notandum, ꝙ iudicium est actus iudicis. Et sic potest esse duplex actus ipsius iudicis: quia aut iudicat legem, aut præuaricatores & obseruatores legis. Primum dicitur iudiciũ discretionis, inquantum iudex interpretatur & declarat difficultates & ænigmata legis, & discernit inter ea: quia eiusdẽ est condere legẽ, & interpretari & discernere & iudicare secũdum legem. Secundum dicitur iudicium examinationis: inquantum iudex examinat obseruatores & præuaricatores legis & punit secundum merita & demerita. Et sic tribuit vnicui-
D quę quod suum est. Et ista tria pertinent ad eundem primò & principaliter: scilicet ponere siue condere legem & interpretari & examinare. Sic ergo cum Christus fuerit primus cõditor & lator legis Moysi, inquantũ Deus dedit illã Moysi, & soli populo Israel per angelos: vt patet ad Hebr. 1. nõ venit in carnẽ in primo aduẽtu ad iudicandã & interpretandã & discernẽdã legẽ datã Moysi. Et sic dedit nobis legem Moysi interpretatam & discretam. discreuit. n. & separauit paleas à grano & figuram à figurato, & vmbram à veritate & lumine & econuerso: quia lex euangelica nil aliud est nisi lex Moysi interpretata per Chri-
E stum & discreta: quia non venit soluere legẽ, sed adimplere, quia vnum iota non præteribit à lege quin interpretatum & impletũ sit in Christo. Et ideo ait Aug. lib. de catechizandis rudibus, ꝙ testamẽtum vetus nil aliud est nisi occultatio noui: & euangelium nil aliud est nisi manifestatio ve. test. Ideo oportuit vt Christus qui occultauerat illã legem in illo paruo populo, veniret manifestè in carnem, & interpretaretur & discerneret eam, & ferret ipsam & promulgaret declaratã toti mundo, postquàm erat rex & iudex vniuersalis. Et sic fecit, quia venit in Iudæam & Ierusalẽ & declarauit & impleuit eam in se docendo & faciendo, & implendo & faciendo omnia quæ de eo scripta erant: & in monte Sion misit spiritum in apostolos, vbi receperunt septem dona spiritus sancti ad legem intelligẽdam: & postea misit eos ad prædicandum per
F vniuersum mundum euangelium omnibus creaturę, promittẽtes præmium obseruatoribus & pœnam præuaricatoribus, dicens Qui credi-
G derit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur. Et ascẽdens in cœlum ex monte Olineti promisit se venturum ad iudicandum præuaricatores & obseruatores, dicens per angelos suos, Viri Galilæi quid admiramini aspicientes? quia hic Iesus sic. s. in gloria & potestate magna & maiestate veniet ad iudicandum totum orbem quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Et ideo dicunt sancti doctores, quòd sicut Christus promulgauit legem euangelicam primò in Ierusalem, & in monte Sion, & exinde per totũ orbem ad omnes conditiones & nationes & linguas & status: Ita pariter in secundo aduentu veniet in Sion & Ierusalem. Et ad eundem locum congregabit omnes gentes & nationes & status hominũ:

& ibidem

A & ibidem iudicabit præuaricatores legis tributus vnicuiq; secundum ea quę taxata sunt in lege. Sed dicit Aug. ꝙ diuersimode veniet Christus in secundo aduentu, & in primo. Nam licèt in primo venerit ad iudicandam & dandam legem: tamen venit occultus. i. mortalis & passibilis, ut iudicaretur à Pilato & hominibus pro nobis. Sed in secundo aduẽtu veniet manifestus & cum potestate magna & maiestate vt iudicet omnes homines in valle Iosafat, quæ est inter montem Sion & montem Olineti, vbi fuit captus & ligatus. de qua dicitur Ioelis. 3. Congregabo oẽs gẽtes in vallem Iosafat & disceptabo cum eis: quasi in eodem loco vbi dedit legem. Vnde hoc vniuersale iudicium prædicit Dauid in hoc psa. Describit ergo Dauid in hac prima parte & prę-
B uiam dispositionem & præparationem ad iudicium dicens. Deus deorum. i. iudex iudigelis suis: & præcepit vt sonitu tubæ à quatuor ventis terræ conuocarent omnes mortuos ad iudicium: ad cuius sonitum diuina virtute omnes mortui surrexerunt.

A solis ortu vsq; ad occasum: ex Sion species decoris eius.

Christus vocauit terrã à solis ortu vsque ad occasum. i. oẽs qui erãt sepulti in terra & mortui: & ponitur præteritum pro futuro ꝓp certitudinem prophetiæ: sicut frequenter fit in psalmis & cæteris prophetiis. vt ait Cambi in hoc loco. Vnde nota ꝙ Christus dicit Deus deorũ. Primò quia est Deus per essentiã. Secundò, quia est primus & verus iudex. Secundò apostoli, & reges, & omnes iudices dicuntur dii in sacra scriptura. Primò per particiC pationem. Secundò quia gerunt vices Dei in iudicando: quia omnis potestas à Deo est. Et sic omnes iudices dicuntur dii in sacra scriptura, vt patet Exod. 22. Si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos. i. iudices & inperueniet. Item in eodem, ad Deos vtriusq; causa rabit. Item in eodem, Dils nõ detrahes: principes populi tui non maledices. Etiã Xps dicitur Deus deorũ, id est angelorũ & sancto rum: & iudex iudicum: id est apostolorum qui cũ eo iudicabũt duodecim tribus Israel. Christus ergo Deus deorum locutus est & vocauit terram vniuersam à solis ortu vsq; ad occasum, vt veniant ad iudicium, sicut in primo aduentu venit ad dandam legem oĩ creaturę. Sed erit differentia. Nam in primo aduentu venit occultus vt iudicaretur ab homi-
nibus: & tacuit ante Pilatum. Sed in secun- D
do aduentu.

Deꝰ manifestè veniet: Deus noster et nũ silebit.

Deus noster Xps tanq Deus manifestè veniet ad eundẽ locũ. s. ad montẽ Sion vbi primo dedit legem: & non apparebit ibi mortalis & cõtemptus & fragilis, cæsus, & ictus, & crucifixus, nõ habens aspectum neq; decorẽ sicut in primo aduentu: imo species decoris & pulcritudinis eius erit ex Sion: quia ibi apparebit in gloria & pulcritudine cum potestate magna & maiestate in nubibus cœli supra montem Sion & Ierusalem: & non tacebit sicut tacuit ante principes sacerdotum, cũ palmis cederetur & alapa: & ante Pilatũ cum iudicaretur: imo loquetur & examinabit opera hominum & præuaricatores legis. Et non silebit scelera hominum: imo manifestabit & fulminabit sententiam contra malos. Ideo. E

Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.

In conspectu eius erit ignis, & exardescet in terrorem malorum, & comburet omnia elementa: & erit tempestas valida, & omnia signa quæ prædixit Christus. Matt. 25. & Luc. 21. Et

Aduocabit cælum desursum: & terram discernere populum suum.

Aduocabit cęlum. i. omnes angelos & sãctos qui sunt in cœlo vt sedeant secum ad approbandum sententiam. Et uocabit etiã terram, & omnes terrenos & totum populum suum discernere: id est ad discernendum bonos à malis & ouex ab hœdis: & ad iudicandum eos, & examinandum, & hos congrega bit in voce Arcangeli à summis cęlorum vs- F que ad terminos eorum: quę sunt elementa ad quæ terminantur influentiæ cœlorum & astrorum.

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Ista sunt verba prophetæ. Vnde nota, ꝙ Xps tribus modis locutus est mundo. Primò locutus est per patriarcas & prophetas, prædicẽdo aduentum suum in carnem, & omnia mysteria euangelica. Secũdò locutus est per os suũ & per seipsum in carne, verificando legem & prophetas per legem euangelicam. Tertiò locutus est per apostolos & doctores: qui prædicarunt euangelium toti mundo. vnde sicut per patriarcas & prophetas ordinauit testa. vetus. Ita per apostolos, & doctores ordinauit. testament. no. Ideo in iudicio patriar-

chæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A chæ & profetæ ve. testa. quibus data fuit lex & per quos Christus locutus est in vet. testa. & omnes apostoli qui prædicarunt lege euãgelicam in no. test. appellabũtur & congregantur cũ Christo: vt sint testes vtriusque testamẽti, & coniudices cum Christo, & ideo dicit congregate &c. Quasi dicat. O vos angeli congregate illi. E. Christo oẽs sanctos cuis. scilicet Moysen & Aarõ & Dauid & cæteros qui ordinarunt testamentum eius vetus: & apostolos & doctores qui ordinarũt & interpretati sunt & declarauerunt testamẽtum nouum super sacrificia & ecclesiastica sacramenta: vt assistant Christo iudici & sint testes & approbent eius sententiam. Litera vero Hier. habet, congregate mihi sanctos meos qui dispouerũt pactum meũ super sacrificia, quod
B in eandem incidit sententiam. Nam Christus præcipiet & iubebit cõgregari omnes patriarcas & profetas vete. testa. qui vixerunt in le. ve. & saluati sunt sub fide & spe Christi futuri: & omnes apostolos & sanctos no. te. qui viderunt & receperunt Christũ & prædicarunt legem eius. & isti omnes erunt testes & iudices iudicantes duodecim tribus Israel.

Et *annunciabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.*

Tunc cæli materiales & sol & luna & stellæ annunciabunt per signa quomodo Christus est Deus dominus eorũ: & iustus iudex omniũ: quoniã ipsi cæli & elementa parebũt manifeste: & annunciabũt ipsum esse Deum: & non solum cæli materiales: sed etiam cæli
C spirituales. Angeli, & apostoli, & oẽs sancti annunciabũt in illa die, quoniã Xps est Deus & iustus iudex, quia tã patres ve. te. q̃ noui præbebunt testimoniũ de Christo in lege & profetis & euangelio, & approbabunt sententiam iudicis. Nam Moyses adducet & ostendet ibi legem quã in monte Sinai accepit & illi populo dedit. Et Dauid ostẽdet ibi oẽs psalmos quos de Christo scripsit, & proferę oẽs porsetas, & apostoli & euangelistæ omnia euangelia, & Paulus oẽs epistolas, & Aug. & Hieron. & cæteri doctores omnia opera, quæ de Christo & eius ecclesia scripserunt, & annũciabũt & affirmabunt, quoniã Christus est Deus & iudex omnium, habẽs potestatem vniuersalẽ in cælo & in terra. Et hic iudicabunt & cõdẽnabunt filios Israel carnales qui Christũ non receperunt, & approbabunt xii. tribus & filios Israel spirituales qui per xii. apostolos à Christo sunt regenerati, quæ est tota ecclesia.

Audi populus meus & loquar Israel: & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

Hæc est secũda pars principalis in qua præmissa dispositione & præparatione iudicii describit ordinẽ discussionis & executionis eiusdẽ. Ad cuius intelligẽtiã est aduertẽdũ, q̃ sicut in primo iudicio primi aduentus Christi fuit examinata & discreta & interpretata lex, ita in vltimo aduentu Christus examinabit præuaricatores & obseruatores legis, vt vnicuique tribuatur secũdum opera sua & merita vel demerita, & præmia vel pœnas in lege taxata. Sed quia in tota lege nil aliud iubetur nisi caritas siue dilectio Dei & proximi: quia in his duobus mandatis vniuersã lex pendet & profetæ, vt patet Matthæi. xxii. ideo tota lex est de cultu diuinõ quæ pertinet ad dilectionem
D Dei, vel de præceptis moralibus quę pertinet ad dilectionem proximi. Et ideo circa diuinũ cultum aut conuersationem proximi contingit obseruantia aut præuaricatio. Sed quia dilectio Dei siue cultus diuinus pcedit dilectionem & conuersationem proximi, ideo Christus i iudicio prius examinabit de diuino cultu, q̃ de conuersatione proximi. Duo ergo facit in hac secũda parte. Nam primo describet examinationẽ iudicis circa diuinũ cultũ. Secundò de præceptis quæ pertinẽt ad dilectionem proximi, ibi. Peccatori aũt dicit Deus. Quantũm ad primum est aduertẽdum quòd
E profeta introducit dominũ loquentẽ in hoc psalmo, & loquitur in le. ve. auisando populũ Israel, & ex consequenti omnes homines quoad quomodo ipse est vẽturus ad iudicium in humanitate iam induta, præsupponendo primum aduentum in carnẽ. Et prædicit & auisat de quibus debet quærere & examinare in iudicio generali. Et dicit q̃ de duobus. s. de dilectione Dei & proximi, id est quõ se habuerunt homines in cultu diuino erga Deum, & quõ erga proximũ. Et hũc ordine tenuit Xps. Matt. xxv. quia auisat apostolos de quibus est interrogaturus in iudicio cum venerit in nouissimo die. & dicit Christus, q̃ primo examinabit & interrogabit de his quæ pertinent ad Deum, & quomodo se habuerũt homines erga Deum: & ponit parabolam de quinque fatuis, & de decem virginibus & lampadibus. Secundò dicit, quòd interrogabit quomodo se habuerunt erga proximum. Et petit de operibus misericordiæ vt patet in eodem ca. Ideo ergo ordo seruatur in hoc psalmo. Dicit ergo Deus. O populę meus attende & fis tanquã

quia

A quia ego veniã ad iudicium in forma humana. Ex quo patet q̃ ego ero ille qui iam in primo aduentu veni in carnem tanq̃ Messias & in lege promissus. Quasi dicat, q̃ ante iudiciũ iã præcedet aduentus primus in carne. Et ibi in iudicio loquar tibi i forma humana i primo aduentu iam assumpta, & testificabor tibi per patriarcas & profetas & apłos & martyres, quos ibi cõgregabo, qualiter ego Deus tuus, i. per illos assistentes probãdo qualiter ego sum Deus tuus. quem tu in primo aduentu negasti, eò q̃ veneram in carne mortali, q. d. q̃ tunc cognosces & non poteris negare q̃ ego sum Messias Deus & homo. quia licẽt in primo aduentu ex inuidia & malitia me negasti, tamen in secundo aduentu non poteris me negare. Nam angeli &
B cœli & elementa & patriarchæ & profetæ & apostoli & omnes sancti hoc testificabũtur. & hoc etiam apparebit in mea maiestate.

Non in sacrificiis tuis arguã te: holocaustа autem tua in conspectu meo sunt semper.

Hic prædicit Deus & auisat Israel de quibus est q̃siturus in iudicio. Et ostendit q̃ non examinabit nec quæret rationem de sacrificiis & holocaustis ve. le. qm̃ iam erunt oblita & reuocata & prohibita in primo aduentu. Ideo ait. Audi Israel quia in illo iudicio non arguam te in sacrificiis tuis ve. le. Nec querã à te rationem de eis, quia iam erunt prohibita in primo aduẽtu: & holocaustа tua nõ sũt semper: nec erunt accepta semper in conspectu meo: nec erunt mihi semper grata. Ideo
C q̃ illa secunda clausula huius versus: scilicet holocaustа, etiã subordinatur sub illa negatione non: q. d. non arguam te in tuis sacrificiis, nec tua holocaustа erũt nec sunt semper accepta in conspectu meo. Ideo sequitur.

Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

Nõ accipiam amplius post primum aduẽtum vitulos de domo tua, scilicet synagoga in sacrificium: quia iam erit reprobata synagoga & mortua: neq; de gregibus tuis accipiam hircos le. ve. qm̃ omnia sacrificia illa & cerimonialia cessabunt & morientur in primo aduentu: quoniam figuræ eorum impleburtur in Christo: & ibi finient cursum suum omnia legalia in primo aduentu.

Quoniam meæ sunt omnes ferę syluarum: iumenta in montibus & boues.

Hic reddit rationẽ, quare sacrificia legalia

erãt abolenda, & non erant perpetua. Ad cuius intelligentiam est notandum q̃ sacrificia legalia vltra hoc q̃ erant data in figurã Christi & per cõsequens debuerunt cessare postquam in eo impleuerũt officium & cursum suum, tamen adhuc duabus rationibus erãt abolenda per aduentum Messiæ, in quo lex & oĩa debebant sumere virtutẽ & perfectionem. Primò quia illa sacrificia aĩalium brutorũ erant de se imperfecta, & non bona nisi ex bonitate & deuotione offerẽtis. Et sic erãt insufficientia ad reconciliandum homines cũ Deo: nec de se erant Deo accepta nisi ex fide offerentis, credentis in Christum futurũ. Et sic de se erant parui valoris & immunda. Secundò quia erãt aliena siue extranea. Nã bona temporalia non sunt nostra nec in nostra ptãte, cum faciliter pñt nobis auferri. & non pñt nos iustificare, nec apud Deum sunt ac- E cipienda in magno precio & valore: cum nõ sint nostra, sed potius iã sunt sua. Et ideo erat quærendum tale sacrificiũ ad perfectionẽ legis in aduẽtu Messiæ, quod de se erat magni precii, & p se bonũ, & gratũ et acceptũ Deo melius quocunque offerente: vt suis meritis nos Deo posset reconciliare. & hoc est sacramentũ eucharistiæ in quo offertur Christus mediator Dei & hoĩm. Secundò erat quærendũ sacrificium qd non esset extraneum sed proprium nostrum & in nostra ptãte, quod nos posset iustificare. Et hæc est nostra voluntas fide & caritate habituata, & spiritus cõtribulatus & cor contritum & humiliatum. hoc solum est proprium nobis, quia nihil magis in nostra ptãte q̃ voluntas, vt ait Aug. Oĩa aũt alia sunt nobis aliena quia faciliter pñt F auferri. Sed bonã uoluntatẽ & bonũ affectũ, nunq̃ imperatores & tyranni, nec persecutiones, & dira tormenta potuerunt auferre sanctis apłis, nec B. Laurentio, nec Vicentio, nec Agneti, nec Cæcilię, nec cęteris martyribus. Ex quibus patet q̃ sola voluntas cum virtutibus teologicis & moralibus sunt nra bona propria. Ideo dicit Aug. in serm. de martyribus. q̃ de hoc cellario bonæ voluntatis pcipimur eleemosynas & sacrificia facere, eò q̃ sunt in nra ptãte. Nã licet quis dicat nõ possum ieiunare, nec ex pauptate diuitias pauperibus erogare, tũ nõ põt dicere nõ possum Deũ & proximũ amare, eo q̃ voluntas est sola in nra ptãte. Hæc est ergo cã quare sacrificia legalia erant abolenda, quia erãt aliena, & alia ptopria substituenda. Dicit ergo Xps.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non accipiã post aduentũ de domo tua & synagoga tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos in sacrificium: qñ talia aialia nõ sunt vestra, sed mea: nec sunt in vestra ptãte sed in mea: & ẽt in ptãte aliorum: quia pñt a vobis auferri: qñ oẽs feræ syluarum sunt meæ & non vestræ: & boues & iumẽta, quæ pascunẽ in montibus, quæ sacrificabatis & immolabatis in lege veteri, mea sunt & non vestra.

Cognoui omnia volatilia cæli: & pulcritudo agri mecum est.

Ego nouit oia volatilia cęli esse mea & nõ vra: & oẽs fruges & fructus terræ & tota pulcritudo agri mecũ est: & mea sunt oia ista & nõ vestra, & nõ sunt in magno pcio acceptãda in vestris sacrificiis & oblationib. Itẽ ista nõ offerunt nec offerebant ad cibũ nec vtili

B tatẽ mei, sed vestri: quia post oblationẽ vosmet comedebatis supradicta sacrificia & oblationes: quia ego non comedo tales cibos.

Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.

Si ego esuriero. i. esurirem tales cibos corporales, non dicerem tibi q̃ dares mihi: quia egomet acciperem: quia meus est totus orbis terræ & plenitudo eius, & omnia quæ in eo continentur. s. plantæ & animalia & omnia ex quibus sacrificatis & offertis. Alius est ergo cibus, quem ego esurio, & aliud sacrificium quod ego peto & quæro.

Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?

Nunquid manducabo. i. consueui manducare carnes taurorum, quas offertis: aut sanguinem hircorum quem libatis, potabo? q. d. non. Nam alius est meus cibus & alius meus potus, & aliud est sacrificium quod quæro, & aliæ oblationes: quia non quæro sacrificiũ nisi laudis. s. sacrificium eucaristiæ & cor cõtritum & humiliatum.

C

Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

Hic explicat quod est sacrificium quod Deus petit & instituit in lege noua, & quas oblationes quærit. Vnde quia dictum est supra q̃ Christus qui venerat ad interpretandam legem & declarandã & perficiendã & patefaciendã veritatem & gram in lege promissam, debebat instituere verum sacrificiũ per illa legalia figuratũ: quod de se esset bonum & perfectum, & tantis meritis plenum vt per se esset Deo gratum & acceptum: & p consequens sufficiens ad reconciliandum nos cum Deo: Sequit q̃ tale sacrificium nõ pot D esse nisi hõ Iesus Chris: qui sm humanitatẽ tenet mediũ inter hoiem & Deum: quia minor patre & melior oibus hoibus. Et ideo hoc sacrificium oblatum est primò in cruce, vt ait apls ad Heb. 5. & 9. & ad Ro. 3. in redẽptionem oium præteritorum & futurorum, et ille sanguis oblatus est in precium oium nostrum, quo sanguine non solũ sumus nos ab oi debito redempti, sed etiã est cęlum nobis emptũ: & hic est cibus & sanguis in quo Deus pater delectatur. Et hoc est sacrificiũ per agnum vespertinum & matutinum in lege figuratum, et per oia alia aialia quę ibi offerebantur. Et hoc est sacrificium a Christo in eucaristia institutum, quod Deus hic sibi petit immolari. Dr enim sacrificium laudis, nõ solum, q̃ cum laudibus offeratur, sed quia E de se est bonum & laudabile & gratum Deo & acceptabile. Ideo ait: Immola Deo sacrificium laudis, i. sacrificium eucaristię Deo gratum & de se acceptabile & laudabile & bonum de opere operato. Sed quia offerendo hoc sacrificium non offerimus aliquid de nostro nisi inquantum Christus est caput nostrum, ideo oportet vt aliquid de nostro sit cũ hoc sacrificio offeramus: sed nihil est nostrum nisi bona uoluntas, & spũs cõtribulatus & cor cõtritum & humiliatũ, vt dictum est. ideo oportet q̃ hoc sacrificiũ laudis offeratur cum corde puro & humiliato, & contrito per pniam, cũ fide informata caritate de cor de bono & cõscia pura. Et ideo subdit. Et red F de altissimo vota tua, i. fidem de confessione & cõscia pura, quã Deo in baptismo promisisti, & vouisti, & obseruantiã legis quã seruare promisisti: cum obedientia. Nam in baptismo tu promisisti renunciare diabolo & pompis eius, & seruare legem euangelicam siue legem Dei cum fide, spe, & caritate. Hoc ergo sunt vota quæ Deo promisisti & quæ Deo reddere teneris. Et hoc est sacrificium quod offerre teneris, quia est in tua potestate. Litera Hieronymi secundum hebraicum habet. Sacrifica Deo confessionem: & redde altissimo vota tua: q̃ idem est, & magis explicat mysterium. Nam triplex est confessio vt sæpe dictum est: scilicet confessio fidei, confessio laudis, siue beneficiorum, & confessio peccatorum. Prima cõfessio, scilicet fidei, cõtinet in se totam legem Dei, & obseruantiã legis: & per consequens sacramentum eucaristię, & oblationem ejus. Et confessio laudis præ-

A præsupponit confessionem fidei: quia intantũm laudamus Deum memorando eius beneficia inquantũm ipsum credimus esse omnipotentem & creatorem & redemptorem & glorificatorem, sicut in lege memoratur. Item confessio peccatorum præsupponit etiã confessionem fidei. Nam intantum corde cõtrito & humillato cõfitemur peccata nostra, inquantum per merita passionis Christi, & virtute sacramenti penitẽtię veniã credimus cõsequi ex Dei mĩa, sicut in lege promittitur nobis. Vnde nota q̃ ista triplex cõfessio perficit totũ hominẽ: nam cõfessio fidei iustificat & confessio laudis. s. gratiarum actio satisfacit pro beneficiis receptis, quantũm in nobis est. Confessio autem pœnitentialis peccatorum purificat hominem. Ex quo patet q̃ ista triplex confessio iustificat totũ hominem. et

B ideo hanc quærit Deus ab homine. Et sic confessio comptehendit in se totã legẽ et oia sacramenta. Hoc est ergo sacrificiũ laudis et cõfessionis, et vota Deo reddenda. Et est etiã aduertendum q̃ per sacrificium & hostiã laudis intelligitur quodlibet opus uirtuosum et meritorum in lege noua. Et quælibet oratio, vt ait apostolus ad Hebr. xiii. Per ipsum Christum offeramus ergo hostiam laudis semper Deo. i. fructum labiorum confitẽtiũ nomini ęius: beneficentię aũt & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Et hoc est sacrificiũ qđ inclinat deum ad misericordiam, et ad largiẽdũ veniã pctõ ribus, et ad iustificãdum hoiem: in quo sacrificio Deus magis honoratur et delectatur. Iõ sequitur. Inuoca me in die tribulationis, i. si tu obtuleris mihi tale sacrificiũ eucaristiæ et

C fidẽ et confessionẽ de corde bono et cõscięntia pura tunc inclinabis mẽ ad misericordiam.

Et inuoca me in die tribulationis: eruam te & honorificabis me.

Inuoca me in die tribulationis et eruam te in virtute talis sacrificii, et honorificabis me. i. ad maiorem honorem reputabo, et cũ maiori honore accipiã hoc sacrificiũ, et magis inclinabor ad misericordiam, quam p sacrificia ve. le. pp rationes iam dictas. Ex omnibus his patet, q̃ propheta intendit hic demõstrare, q̃ Deus in iudicio vniuersali nõ petet rationẽ de sacrificiis vet. le. sed de alio nouo sacrificio laudis. Ex quo patet, q̃ iam rũc per magnum tempus retro erunt abdicata et prohibita sacrificia ve. le. & aliud sacrificium substitutum nobilius et perfectius. Et sic patet ẽt q̃ lex Moysi et sacrificium ve. le. non erãt sẽ D per duratura: sed debebant durare aliquando cum de se essent imperfecta. Causã quare sacrificium Christi in cruce fuit tantũ acceptum Deo iam est assignata psalmo. xxxviii. quia propter puritatem et humiliatem et obedientiam. hic autem, et in psalmo sequẽti assignat causam quare hoc idẽ sacrificium quotidie placet patri oblatum in altari. verũ tamen eadem causa et ratione qua fuit tunc in cruce acceptum, est etiã nunc patri acceptũ in altari. quia propter obedientiã et puritatem et caritatem et prætiũ. quia deus et hõ.

Peccatori aũt dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, et assumis testm̃ meũ per os tuum?

Postquã superius descripsit examinationẽ iudicis circa cultũ diuinũ: in hac secũda parte describit examinationem faciendam circa conuersationem et dilecti onem proximi: E in qua exprobrat præuaricatores legis et arguit eos de transgressione diuinorum præceptorum. Vnde duo facit. Nam primò conuincit eos de crimine. Secundò denunciat eis sẽtentiam et punitionẽ. ibi. Existimasti q̃ ero. Quantum ad primum, quia superius dicit q̃ Deus non quærit sacrificia materialia et exteriora: nec respicit ad dicta sed ad facta, et nõ quærit nisi sacrificiũ laudis uel cõfessionis de corde bono et cõscientia pura, q̃ cõsistit in obseruãtia diuinæ legis. Et qa multi sunt q̃ acceperũt et professi sunt diuinã legẽ ore: sed nõ corde, nec factis, nec obedierũt diuinis præceptis, hos ergo arguet Deus. s. Xps in iudicio. Vnde dicit propheta. Peccatori autem dixit Deus. i. dicet Christus: quare tu iudæe uel Christiane enarras, idest enarrasti, et prædicasti iustitias et præcepta mea, et assumpsisti F testm̃. i. legem meam per os tuum? quia professus fuisti eam, ore et predicasti: et professus fuisti ore te esse Chrianũ et seruare legẽ Dei.

Tu uero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.

Totum oppositũ fecisti. Nam odisti disciplinam nolendo seruare præcepta, nec corrigi de vitiis, nec desistere a peccatis. imo nolui sti audire nec intelligere monitiones vt bene ageres. et proiecisti sermones meos retrorsũ contemnendo: nõ sequendo eos: quia sermones mei semper exhortantur ad pęnitentiã, et declinare à malo, et facere bonũ. Et probo: quia proiecisti sermones meos retrorsũ. Nã

Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Si videbas furem currebas cum eo ad furā dum tanquam particeps eius. Ecce auaritia contra illud præceptum. Non furtum facies. per quod prohibetur omnis rapina & vsura & simonia. Et cum adulteris portionem tuā ponebas, id est cum adulteris participabas, contra illud præceptum. Non adulterabis. ecce luxuria que non est sine gula.

Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Os tuū abūdauit malitia. ecce ira & odiū contra illud præceptum. Diliges proximum tuū sicut teipsum. Item lingua tua concinnabat. i. machinabat & cōponebat & palliabat & colorabat dolos & fraudes sub zelo boni.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, hæc fecisti & tacui.

B Sedēs in domo vel in porta vel in foro aut teatro loquebaris aduersus fratrem tuum ex inuidia & superbia & malitia, & aduersus filium matris tuę, scilicet aduersum quēlibet Christianum qui est filius ecclesię matris tuę ponebas scādalum, actiuum vel passiuum vt raueret in damnum aliquod. Vnde tripliciter cōtingit vel potest vnus alterum scandalizare. Primò decipiēdo eum vt incidat in aliqđ damnum vel errorem. Secundò affligendo ipsum vt faciat blasfemare contra Deum. Tertiò quando quilibet malè viuendo præbet alteri exemplum malæ vitæ: aut facit perdere bonam opinionem de ipso, quam prius habebat. & sic quilibet talis ponit scandalum aduersus fratrem suum & proximum. Hæc fecisti. Hic iudex denunciat & fulminat sentētiā dicens. Tu peccator fecisti hæc omnia suprā-
C dicta Et tacui per magna tempora expectādo & inuitando te ad pœnitentiam, & tu distulisti & contempsisti pœnitentiam thesaurizando tram iudicis vsque ad diem mortis & vindictæ. Et sic mortuus es sine pœnitentia.

Existimasti iniquè quod ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam.

Existimasti quòd ero tui similis tacēdo, & tuis criminibus consentiendo, eo q illico nō te puniui, & existimasti & putasti quod ero tui similis iniustus non te puniendo, quia ita est iniustus iudex si non punit sicut reus qui crimen commisit. Et iō iudex negligēs punire reos fit iniustus similis illis. Iō dico tibi q nūc non tacebo nec dissimulabo punitionē. imo statuā & fulminabo sñtiam mortis æternę cōtra faciē & presonā vel añ faciē tuā, quia in p sentia omniū te ad ignē æternū destinabo, D
cens Ite maledicti in ignem æternum.

Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat & non sit qui eripiat.

Hic Deus siue profeta exhortatur omnes ad declinandum à malo, & agendum bonum & agendum pœnitentiam exemplo supradictę sententiæ vt incutiat terrorem peccatoribus, & agant pœnitentiam ante mortē ne fulminetur eis in iudicio supradicta sententia. Vnde dicit O vos omnes peccatores qui obliuiscimini Deum transgrediendo eius præcepta, & obliuiscimini agere pœnitentiam, & non vultis desistere à malo, intelligite & animadirte & considerate sententiam quæ dabitur obstinatis in die iudicii. Ideo agite pœnitentiam dum tempus est, ne. q. i. aliquando diabolus rapiat vos in peccato, & non sit qui eripiat vos de manu sua: quia in inferno nulla est redemptio. Item intelligite et vigilate ne diabolus rapiat vos per subitaneam mortem absq; pœnitentia, et non sit qui amplius eripiat: quia post mortē non est locus nec tempus pœnitentiæ nec veniæ sed iudicii. Offerentis ergo mihi sacrificium laudis et confessionis, quod liberat à peccato et morte.

Sacrificium laudis honorificabit me, & illiter quo ostendam illi salutare Dei.

Hic concludit totum intentum huius psalmi. Nam in toto hoc psalmo intendit Dauid ostendere, quòd Deus in iudicio non quæret rationem de sacrificiis ve. le. quæ solum nihil ficabant exterius, sed quæret rationem de illis lectione Dei et proximi, et de sacrificio interdis et cōfessionis. quia iustificat animā à peccā et facit eā meritoriā vitæ æternę, quod quidē sacrificium consistit in obseruantia diuinę legis de corde bono et conscientia pura, & concludit in se sacramentū pœnitentię et eucharistiæ et cętera sacramēta. Iō ait. Intelligite qui obliuiscimini Deum et facite pœnitētiam et offerte in vita supradictū sacrificium ne diabolus rapiat vos, per subitaneam mortem. Quia hoc supradictum sacrificium laudis honorificabit me, id est cum magno honore est mihi acceptum. Vnde hoc sacrificium eucharistię est iter et via, quo, et per quod ostēdam salutare Dei illi, scilicet recipienti & offerēti. Q d. q hoc sacrificiū dicitur viaticū, quia in hac uia recipitur, qđ sacramētū ducit i patriā & est salubre, quia sanat lāguores animę, et reficit, et dat salutē et vitam æternā, et illic iter. i. in eo ē iter et via. i. in eo ē Xps realiter, qui

A qui est via veritas & vita. Nam Christus dī via & ducens nos in patriam per legem euāgelicam & sacramenti. Dī veritas ve. te. quia in Christo & eucaristia est veritas ve. te. agni paschalis. Dī salutare & vita, quia confert vitā æternam. quæ oia continentur in sacro eucaristiæ. Quasi dicat: q in sacrificiis aīalium ve. le. non erat iter ad salutem, nisi sola figura. nec in eis ostendebatur salutare, nec in eis continebatur realiter Christus, sed solum in figura. Sed in eucaristia est verum iter ad gloriā. Et in eo ostendit salutare Dei. quia Christus in eo realiter continetur. Et in eo hoc sō lum. s. sacrificium honorificat Deum patrē. Litera Hier. habet sic, qui immolat confessio nem glorificat me: & qui ordinate ambulat ostendam ei salutare Dei. Et sic magis explicat intētum: Q. d. ille glorificat me qui offert
B sacrificium confessionis, per quod intelligitur eucaristia, & pia, & obseruātia legis, & deuotio, & fides de corde bono & cōscientia pura. Ideo sequitur. Ego ostendam salutare Dei. s. gratiam in pñti, & gloriam in futuro ei qui ambulat ordinate sine peccato i hac via, & in lege dñi. s. qui ordinat seipsum, nō declinando ad malum, sed seruando legem diuinam: quia præmium diuinæ legis est vita æterna. Hoc est ergo sacrificium laudis. s. eucaristiæ q præcepit Christus offerri in no. te. non secundum ordinem Aaron. sed secundū ordinem Melchisedech, vt inquit Aug. contra aduersarium legis & profetarum. Ex supradictis in hoc psalmo, sequuntur 12. conclusiones. Prima conclusio, q sicut Christus in pri. aduen. vocauit per apostolos suos oēs
C gētes ad fidem à solis ortu vsq; ad occasum, & congregauit in vna ecclesia: ita in secūdo aduentu per angelos congregabit omnes ad iudicium. Secunda conclusio: q sicut Chīs dedit legem in monte Sion, ita in eodem loco iudicabit præuaricatores legis. Tertia conclusio q duplex erit dria inter primū & fm aduentum. Nā in primo aduētu venit Christus occultus non ostendens maiestatem suā vt iudicaretur à Pilato pro nobis. In secundo ueniet manifestus in maiestate vt iudicet homines. Item in primo aduentu uisus est mortalis & despectus, non his decorem: flagellis cæsus. In secūdo videbitur decorus in gloria. Quarta conclusio q sicut in primo aduētu cœlum & astra & elementa dederunt signum suæ natiuitatis, & uenti & mare obedierunt ei. Ita in secundo, quia ignis exardescet & tempestas valida erit in circuitu eius D
& vocabit cœlum desursum. Quinta conclusio, q sicut in primo congregauit sibi apostolos vt essent testes suorum miraculorum, & prædicationis & resurrectionis & ascēsionis: Ita in secūdo eosdem habebit iudices ad exprobrandum 12. tribus Israel carnales, qui credere noluerunt. Sexta cōclusio, q in secūdo aduentu ostendet contra iudæos carnales qūo iā in primo abdicauerat sacrificia ve. le. & dabit ibi rationem. Primò quia nō erāt perfecta nec de se bona de opere operato, sed tm de opere operante, & de bonitate offerentis, nec erant de proprio sed de alieno, & quia non iustificabant. Septima cōclusio, q in iudicio ostendet q iam in primò aduentu abdicatis legalibus instituerat nouum & perfectū sacrificium laudis. s. eucaristiā, & noua vota & oblationes, q̄ est bona voluntas, & cōfes- E
sio de corde bono & conscia pura. Octaua conclusio, q Christus in iudicio non arguet hoīes si non obtulerunt sacrificia legalia & materiales oblationes, quia tunc iā per magna ꝯpa retro erunt abolita: sed exprobrabit eos qui nō obtulerunt sacrificium & vota recta & bonæ voluntatis no. te. quæ vere iustificant hoīem totum: quia triplex est confessio. s. fidei & laudis, & confessio peccatorum quæ dī pnialis. Nona conclusio q Christus in iudicio manifestè exprobrabit præuaricatores diuinorum præceptorum, & contra eos fulminabit sñiam. Decima conclusio q omnes debent esse attenti & debent uigilare, vt agant pñiam in hac uita, ne tesaurizent sibi ipsis peccata vsq; ad mortem, ne diabolus rapiat eos morte subitanea, & non sit postea q
F eos eripiat. Vndecima conclusio, q nullum aliud sacrificium ducit ad vitam æternā nisi sacrificium laudis & confessionis legis euangelicæ, quia in hoc honorificatur Deus pater & placatur ad misericordiam. Et illic. i. in illo sacrificio est iter & via in qua ostenditur salutare Dei, s. gratia in præsenti, & gloria in futuro, & placatio & venia peccatorum & misericordia in præsenti. Ex omnibus supradictis elicitur duodecima conclusio, s. q iudæi moderni sunt decepti, qui putant circuncisionem & cætera legalia esse perpetua & legem Moysi nunquàm cessare, quia putant in lege Moysi iustificari & saluari, cum manifeste dicat hic Deus per profetam, q in iudicio iam ista erunt abdicata, & Deus non quæret rationem de eis sed de nouo sacrificio. Vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de est notādum ꝙ Christo moriente mortua est lex vetus simul cum eo: ꝙ erat finis legis. Sed quia Chr̃s solū est mortuus quo ad corpus tm̃, & non quò ad aiam, ideo lex vetus mortua est tm̃ quò ad corpus. i. quò ad literā & cerimonialia, sed non quò ad aiam .i. quò ad veritatem & spiritum literæ. Et ideo mortua lege surrexit cum Christo veritas legis, quæ dr̃ veritas euangelica, vt patet Ioan. 1. Lex per Moysen data est, veritas aūt legis p Chr̃m facta est. Nā lex euangelica nil aliud est nisi veritas & spūs & aia & vita legis Moysi: & ista veritas surrexit cum Chr̃o, & i hac veritate consistit vita nostra spūalis. Et ideo quia litera mortua est, ideo occidit iudęos & obseruatores. Sed spūs eius & aīa. f. lex euangelica viuificat aias nostras. Sed oīa ista magis declarabuntur in qõne finali contra Iudæos. Vnde nota ꝙ Aug. adducit literam hu

B ius ps̃. contra aduersarium legis & profetarum: ostendens sacrificia legalia cessasse in aduentu Chr̃i, eò ꝙ non erant nec offerebātur gratia sui, sed inquantū figurabāt Chr̃m immolādum in verum & mundū sacrificiū.

PSALMUS L.

MIserere mei Deus: *secundum magnam misericordiam tuam.*

Huic ps̃a. præponitur talis titulus Victori siue in finem psalmus Dauid: cum venit ad eum Natam quando intrauit ad Bersabee. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc psalmum petens remissionem pro peccato adulterii commissi in Bersabee. Ad cuius intelligentiā est aduertendum, vt legit. 2. Reg. 11. ꝙ cum Dauid iā esset in magna quiete & prosperitate, dum mississet Ioab cū exercitu suo contra filios Amon, ipse mansit in Hierusa-

C lem. Et cum quadam die deambulās in solario suo videret Bersabee vxorem Vriæ lauantem se ex oppositio domus suæ, cōcupiuit eā, & fecit ipsam ad se adduci & dormiuit cū ea. Quæ cum esset reducta in domum suam renunciauit ipsi Dauid qualiter ex eo cōceptū esset. Tunc volens Dauid celare adulterium misit ad Ioab vt remitteret sibi Vriā vt dormiret cum vxore recenter grauida, ut sibi cōcepti fœtus posset ascribi. Qui cum reuersus ad regem remisisset descendere in domū suam & dormire cū vxore, sed illico statuisset ad exercitum reuerti: tūc rex Dauid machinatus est in mortem eius: & misit ad Ioab vt poneret eum inter primos in prelio, qui ibidem cum multis aliis mortuus est. Tunc Dauid introduxit Bersabee prægnantem in domum suā, D quę ibi peperit sibi filiū. Quod factum displicuit coram domino: qui misit Natā profetā ad Dauid: qui manifestauit sibi scelus commissum p parabolam de diuite habente plurimas oues & bones, & rapuerat vnicam ouem pauperis. Tunc Dauid qui quasi per annum celauerat & tacuerat crimen, confessus est peccatum suum coram. Natan dicēs. Peccaui domino. Cui respondit Natan. Dominus transtulit peccatum tuum, scilicet à culpa & pœna æterna in pœnam temporalem. Hic dicunt aliqui ꝙ postquàm Natan denūciauit ipsi Dauid, ꝙ non recederet gladius de domo sua in æternū: & Dauid cognoscēs peccatum, & audiens sententiam domini dixit, Peccaui domino: Natan recessit à Dauid. Sed Dauid putās ꝙ toraliter volebat Deus ipsum delere cum tota domo sua: & reuocare regni E ad domū Saul, & uidēs ꝙ totus populus biat semasset cōtra eū, & murmuraret, dicēs. Qui rapuit ouē & occidit pastorē, quō pōt ipsum Deus in regno sustinere? tunc Dauid, timens sentētiam Dei, & tumultum populi, ingressus secretum domus suæ, & prostratus in terra orauit ad dominum vt remitteret sibi hoc peccatum, & fecit hunc ps̃al. Cuius humiliatē & pœnitentiam acceptans Deus mi sit ei Nathan dicentem. Dominus transtulit peccatum tuum, non moreris. q. d. dominus transtulit sententia mortis non solum ęternæ, sed etiā temporalis in persecutionem. Sed licet tu nō moriatis nec prueris regno, tamen morietur infans tibi natus: & post aliquod tempus filius tuus Absalon insurget contra te, &c. Et tunc dicunt quidam ꝙ Dauid fecit ps̃. 31. scilicet. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, agens gratias Deo postquàm per Nathan didicit sibi culpam esse remissam, ut uidetur sonare ps̃almus ille. Ex quo patet, quòd licèt iste ps̃almus sit posterior collocatus in ordine huius libri, tamen ipse fuit prior factus in tempore. Ex supradictis patet titulus, & actor, & materia huius ps̃almus, scilicet quòd Dauid fecit hunc ps̃almum quando Nathan uenit ad eum: & nunciauit sibi mortem & sententiam & postgam domus suæ, eo quòd fecit interfici Vriam, & rapuit sibi Bersabee in vxorem. Sed per hoc quod additur in finem, siue ad victoriam, est signum quòd ultra literam de pcō Dauid, ille ps̃almus nos dirigit in finem & in aduentū Christi, & est intelligēdus de

A de tota ecclesia Christi. Vnde est iterū valde aduertendū, ꝙ Dauid fecit hunc ps̃. ad tripli cē respectū, vt patet in litera. Primò literaliter pro seipso petēs spūalem remiss., put peccauit in Bersabee cōtra Deū & Vriā: vt patet in pt. ps̃. Sedò misticē pro toto genere humano siue hoie mistico prout peccauit in Adā cōtra Deū, & petit redimi p Xp̃m & oīa ſcīa, p hoc quod ait in fine: Benignè fac Dn̄e, in bona volū. tua sion. Tertiò pro quolibet pcātōre pēnitēte, q peccauit in se cōtra Deū & proximū, p hoc ꝙ ait. Docebo iniquos vias tuas. Ideo est necesse ad euacuādā & hauriēdā totam intentionē ꝓsetæ & intelligētiam huius ps̃. ꝙ exponat nō de solo Dauid: sed ēt de tota eccl. ab Adā vsq. ad tudicium. & de quolibet pcātōe pniam agēte. Nam ad ſm sensum

B legit ipsum eccl. publicè in officio canonico. Sed ad tertiū sensum imponit in pniam particularib. pēnitentib. & confessis. Et sic legūt ipsum particulariter laici & etiā ecclesiastici vltrà horas canonicas. Et hęc est causa quare Aug. & Cassiodorus & magister in glo. ordinaria exponunt illum ps̃. uno modo simul ad pdictum triplicē sensum. Sed qa sic contis: ideo videt mihi conuenientius vt iste ps̃. fundit intellectus & mens legentis & audiē distinctē & ſeparatim exponat per se, & fiāt tres expositiones ſeparatæ: vt vnusquisq; eccleſiasticus & laicus & capiat & distinguat vnū sensum ab altero, & capiat expositionē & sensum quē maluerit, & ratio est. Nā iste est vnus & magis principalis inter ſeptē ps̃. pœnitentiales & q magis videt frequentari

C in eccl. & in tota Christiana religione p oēs conditiones & ætates & status hominū. Prismò ergo exponemus ipsum literaliter de ipso Dauid. Sedò misticē pro toto corpore mistico prout peccauit in Adā. Tertiò moraliter pro quolibet pēnitente. Quantū ad primam expositionem est prius notandum ꝙ Dauid pp supradictum pcātm̃ tria maxima dāna incurrit. Primò, quia incidit in iram & sūiam culpæ & mortis & priuationē regni cū tota domo sua. Secundò, quia tpe pcāti non solum pdiderat gratiam gratificā: sed etiam gratis datam. f. donum profetiæ: quia per totum illū annum recessit ab eo spūs profetiæ & non fecit ps̃. Tertiò perdebat totam promissionē sibi factam. 2. Re. 7. non solum de successione regni temporalis & ædificatione tēpli & ampliatione ciuitatis: sed etiam de perpetuitate regni Christi in sua generatione. Tria ergo facit Dauid in hoc ps̃. Nā primò agens D pniam petit culpam & pœnam sibi remitti. Secundò gratiam amissam sibi restitui. Tertiò de perpetuitate & ędificatione regni Xp̃i promissionem sibi factam adimpleri ſm ibi. Cor mundum crea: tertium ibi. Benigne fac. Quò ad primum duo facit. Nā primò petit culpam & pœnam sibi remitti. Sed qa sciebat hoc nō posse fieri nisi in fide & virtute pass. & sanguinis Xp̃i futuri. Ideo scdò petit aſpgi & mundari p fidem Xp̃i futuri, ibi. Asperges me. Quantum ad primum duo ēt facit. Nam primò facit quod dictum est. Scdò hoc persuadet triplici rōne, respōdendo obiectæ rōni, ibi: vt iustificeris. &c. Quantum ad primū notandū, ꝙ triplex pcātm̃ cōmisit Da. Primò adulterium inquātum torum & vxorē alienā vsurpauerat. Scdò voluntariū furtū inquantum vt filius ex adult. genitus ascriberet V- E riæ, & succederet eius hereditāti conat⁹ est. Tertiò homicid. inquātum Vriā interfici calidē machinatus est. Quæ quidē pcātā p ordinem & successiue fuerunt grauiora. ſNā licēt adult. sit simpliciter grauius furto: tm̃ in illo loco furtū grauius adult. dupliciter. Primò, qa addebat pcātm̃ pcātō. Scdò, qa cum maiori malitia & iniqtate cōmittebāt. Homicidium verò iam fuit grauius q̃ adult. & furtum pp easdē cās, & p cōsequens simplic. Ideo Da. in hoc loco bis notat iniquitatē, p q̃ intelligit homic. & furtum, & semel notat pcātm̃ p quod intelligit adulter. Vñ oia ista tria pcātā simul cū pœna petit sibi remitti cū dicit. Miserere mei Deus ſm mag. miam tuā: q. d, qa magnum est pcātm̃ meū ideo magna indiget mia. i. iō releua & remitte mihi miseriā & cul F pam q̃ incurri, & relaxa mihi pœnas quas ꝓ ea merui & mihi p Natam comminatus es.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Dele iniquitatē meā. i. pcātm̃ & culpā homicidii cum grandi iniquitate perpetrati: & hoc fac ſm multitud. miserat. tuarum: vnde p miam intelligit habitum miæ: qui essentialiter est ipse Deus. p miserationes intelligit actum & consuetudinem miserendi. q. d. ſm ꝙ misertus es Noe in diluuio, & Abrahā in Caldæa, & Israel in ęgypto & in terra ꝓmissionis multotiens de miseria releuasti, & eorū iniquitates p pniam delesti: ita ſm multitudinē illarum miserat. miserere mei, & de istā iniquitatē meā. Alii dicunt ꝙ per miam magnā intelligit misericord. qua remittitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A culpa: q̄ est maior q̄ mīa qua remittitur sola ꝑporalis pœna. Alii intelligūt magnā mīam q̄ fit in virtute passionis Xp̄i: q̄ nō solū delet culpā, sed ēt omnem pœnam. Ideo sequitur.

Amplius lauа me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Amplius. i. iterū & multū laua me p̄ virtutē sāguinis xp̄i ab iniquitate furti, quod cōmittere conatus sum, & mūda me ā pctō adulterii p̄ istā pœnitentiā. Vnde adulteriū dictum est pctm̄ inquantum fuit cōtra legem Dei perpetratū: sed furtū & homicidiū dictę sunt iniq tates, inquātum cū grādi iniquitate & malitia, & cōtra omnem iustitiam fuerunt perpetrata: sed qa pœnitentia nō est valida nec remittitur culpa sine contritione cordis: iō subdit.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

B Iniquitatē meā ego cognosco, & reputo me reum in corde meo, & pctm̄ meū & culpacō tra me est semper: quia semper accusat & corrodit & cudit & cōterit & mordet conscientiā meam. Sed quia contritio non valet absque oris confessione si adsit facultas: ideo subdit.

Tibi soli peccaui, et malū corā te feci: ut iustificeris in sermonib. tuis: & vincas cū iudicaris.

Tibi soli peccaui & malū corā te feci: qa corā Natā cōfessus sum dicēs. Peccaui dño. Vnde nota q̄ tripliciter p̄t qs alteri peccare. Primò personā offendēdo, & sic Da. nō solū peccauit cōtra Deū, sed ēt cōtra Vriā eius torū vsurpādo, & furtū & homicidiū in eū perpetrādo. Scdò cōtra alterius præcepta & voluntatem operādo, & sic persona priuata nō solū peccat cōtra Deum sed ēt cōtra regem & principem eiꝰ legē violādo: & sic Da. soli Deo peccauit:

C qa nullū aliū superiorē habebat, nec aliā legem habebat supra se nisi diuinam, & à nullo alio poterat puniri: cū esset rex, & sic in puniendo soli Deo peccauit. Tertiò quando qs peccat alteri culpā & pœnā æternā incurrendo, à qua nō p̄t absolui nisi ab illo, & sic nō solū Da. q. erat rex: sed vnusq̄sq; nrm peccat soli Deo: qa à solo Deo possumus à pœna & culpa spūali absoli, & hoc dicit Da. sic cum dicit. Tibi soli peccaui culpā & pœnam sic incurrendo. Ut sicut tibi soli peccaui, ita tibi soli. i. à te solo possū absolui. Vt iustificeris. Hic Dauid persuadet rōne q̄ Deus debet sibi misereri & parcere, & simul respōdet & satisfacit rōni obiectę: rō est ista. Nā Deꝰ ꝑmiserat ipsi Dauid successionē sui regni p̄ Salomonē, q. erat tēplum ędificaturus & ciuitatē ampliatu-

D rus, & ꝑmiserat ēt perpetuitatem regni per Xp̄m Messiā futurū de sua domo & ꝓgenie: vt patet. 2. Reg. 7. Sed tota ista ꝑmissio finisset cassata & frustrata si Deus prosecutus esset sniam datā ab eo per Natā. s. q̄ Dauid fuisset mortuus & domus eius destructa, & regnū redactū ad domū Saulis & inimicorū, & sic promissio primò facta nō habuisset effectū: imo oēs reuelationes & ꝓphetię de Christo futuro factæ ipsi Dauid, fuissent vanæ, & sic Deus māsisset mēdax & iniustus. Ergo ad hoc q̄ Deus iustificareē in suis sermonibus & promissis, oportebat vt reuocaret sniam datā per Natam, & misereretur & parceret ipsi Dauid. Et ideo ait Dauid. Miserere mei Deus vt iustificeris in sermonibus & promissionibus tuis. Satisfactio aūt ad obiectionem ista. Nā pctm̄ ipsius Dauid fuit ita horribile

E oī populo, q̄ publicè blasfemabāt æmuli sui, & insurrexit hoc prouerbiū in populo. f. quo Deus poterit sustinere & prosperare regē istum quū, & lupū, qui rapuit oue & interfecit pastorē? sic æmuli Dauid arguebant q̄ Deus de iustitia nō poterat nec debebat parcere ipsi Dauid: nec sustinere ipsum in regno: nec permittere viuere super terrā. Et sic blasfemābāt cōtra Deum volēdo ipsum arguere & iudicare. Posset igitē Deus dicere ipsi Dauid: quō parcam tibi & potero misereri & reuocare sniam ſ. quia totus populus iudicat & arguit me & petit iustitiam de te ꝓp nefandū scelus perpetratum. Huic obiectioni satisfacit Dauid dicens. Domine licet tu arguaris & iudiciis temere ab æmulis meis: tamen

F poteris eos uincere, & ora eorum obstruere, allegando meam fragilitatem.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Et hic à parētibus meis traxi naturā corrptā & fragilem & pronā ad cadendū & peccandum. Vñ inuenio legem in mēbris meis repugnāte legi mētis meę: & tūc quod nolo qñq; ago, & qđ volo nō facio, & hoc facta pœn̄ naturę: qđ habitat in me: à quo nō possum liberari, nec possū vitare nisi gra Xp̄i: ergo venia est dāda, & parcēdū & misereūdū est tātę fragilitati. Allegādo ergo meā fragilitatē poteris eos vincere & cōfundere: quia maior est tua mīa, q̄ mea fragilitas & pctm̄ meū, & ēt q̄ malitia & inuidia eorū: ergo miserere mei ut uincas eos cum iudicaris & arguaris ab illis, & hoc est qđ vult dicere hic Dauid: dicit ēn̄, miserere mei supple vt iustificeris

A eis in sermonib. tuis: & miserere mei vt vincas cū iudicaris, & qūo vt vincas cum iudicaris? quia ecce. i. respice, quia in iniquitatib. cōceptus sum, vñ traxi fragilitatē & fomitem, & cōcupiscētiā & corruptionē & pronitatē ad peccandū, ergo nō respicias meā fragilitatē, sed tuā magnā misericordiā, quæ maior est omni pctō & malitia. Nā sicut ego naturaliter sum fragilis & pronus ad cadendum in pctm̄ & miseriā: ita tu naturaliter es pronus ad parcendū & releuandū à miseria, qa naturaliter est tibi propriū misereri semp & parcere, sicut est proprium hodoviness emulos meos cū iudicaris. Sed qūo misērebor tibi vt iustificer i sermonib. meis.

Ecce enim veritatem dilexisti incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi,

B Ecce enim. i. respice & recordare qa veritatē dilexisti & nō mēdaciū, & sic nullū debes decipere. vt iustificeris in sermonibus. & promissionib. & reuelationib. tuis: qa tu manifestasti, & reuelasti mihi multa incerta. i. absc̄dita & occulta hoib. ſ. mysteriū incarnat. & aduentus Messię de carne mea, & successionē & ꝑpetuitatē regni, vt patet. 2. Reg. 7. c. Ergo imple promissionē tuam vt iustificeris in sermonib. tuis, & non iniustus & mēdax arguaris, delēdo me de terra & de regno. Miserere ergo mei vt iustificeris in sermonibus tuis, quia ecce veritatē dilexisti, & incerta, & occulta manifestasti mihi: ergo misere re mei vt vincas cū iudicaris: qa ecce in iniquitatib. cōceptus sum. &c. Et hoc modo est

C hēt Propterea iustificabis verbū tuū, & mundaberis cū iudicaberis, q̄ forsan magis clara est. q. d. miserere mei propterea quia si hoc feceris iustificabis & adimplebis verbū tuū ämissum, & mūdaberis. i. mūdus & iustus & excusabilis eris repertus, cum iudicaberis ab æmulis meis. Nam in parcēdo magis ostēdis potentiā & bonitatē, et per cōsequens iustitiam, nō respiciēdo pctm̄ sed miam tuam. Nā nō est iustū, vt cōtra fragilitatē & solū quod vēto rapit, ostēdas potentiā in puniendo, imò miam tuā in parcēdo, et in hoc magis iustificaberis et vinces æmulos meos et blasfemos. Nota q̄ rēcte allegat Dauid fragilitatē et corruptionem naturæ, quā traxit à parentib. Nā illa corruptio carnis est causa oīs pcti. Nam per solum contactū et consortium anima trahit pctm̄ originale, sed per

D cōsensum concupiscentię contrahit actuale

Asperges me Domine hyssopo & mundabor. lauabis me & super niuem dealbabor.

Hic Dauid sciens per pteritas reuelationes pctā nō posse remitti alicui nisi virtute passionis, et sanguinis Xp̄i futuri, inuocat Xp̄m futurū, vel interponit merita sanguinis Xp̄i vt facilius impetret misericordiā et veniā et remissionē culpę, et pœnæ æternæ. Ad cuius intelligētiā est notādum vt legit Exo. 12. q̄ Deus pcepit Moysi in nocte qua egressus est Israel de Aegypto, vt vnusquisq; immolaret agnū sine macula, in cuius sanguine intingeret fasciculus hyssopi, et sic vnusquisq. aspgeret liminare domus suæ: et sic Ange. pcussit illa nocte oīa primogenita ęgypti ab hoie vsq. ad pecus in oibus domib. ægyptiorū, sed domos Israel et eorū primogenita nō pcussit Angelus, in quibus inuenit limina aspersa sanguine. et hic p̄ signū sāguinis agni liberati sūt à morte oēs primogeniti hebr. eorū. Hoc fuit figura q̄ in sanguine Xp̄i aspersio p̄ baptismū in frōtibus Christiano. debebant oēs à morte eterna liberari. Itē Exo. 24. ex pcepto Dei Moyses aspersit sanguinē sup pop. di cēs. Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dñs vobiscū. in figura quod testm̄ Dei p̄ Xp̄i sanguinē erat firmādū. et p̄ aspersionē sanguinis Xp̄i futuri oēs erat liberādi. Itē Leui. 14. pcepit Deus vt leprosus aspergeret hyssopo intincto sanguine passeris: in figura quod lepra pctī non poterat mundari nisi sanguine Xp̄i. Sed causa quare Deus præcepit vt ille sanguis aspergeretur hyssopo fuit in figura: qa sicut hyssopus est herba humilis et purgatiua, ita humanitas et corpus Christi debebat humiliter intingi sanguine passionis et purgare oia pctā, et conferre sacramentis ecclesiasticis vim purgatiuā. Per supradictas figuras et mysteria nouit et præuidit Dauid in spiritu q̄ nō poterat genus humanū à morte æterna nec à culpa liberari nisi p̄ sanguinem Christi futuri. Hoc ergo credens et sciens Da. p̄ fidē dicit ad patrē sine ad filiū. O Dñe asperges. i. aspergē me hyssopo sanguinis tuę futurę passionis, et mundabor à culpa, et lauabis me facio pœnitentię habenre virtutē à passione tua futura, et sic dealbabor super nuem, vel mundabor per aspersionem hyssopi sanguinis à culpa, et lauabis me p̄ infusionem gratię, et dealbabor super nuem. i. ero magis albus albedine gratię. quā nix. qa pœnitentia mundat per aspersionē, et virtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tem sanguinis Xpi, sed gra dealbat & facit aiam splendere. Et nota q hic ponitur futurum iudicatiui pro optatiuo vel imperatiuo: eo q hebræi nō habent optatiuum sicut frequenter dictum est. i. asperge siue aspergas me hyssopo, idest asperge me hyssopo &c. laua me &c. Et sic sequitur etiā imperatiuē.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auditui meo dabis gaudium. i. da gaudium auditui meo annunciādo mihi remissionē. i. dic aiæ meę, salus tua ego sum: vel remittuntur tibi pcta tua. & sic dabis gaudiū auditui meo si hoc audio à te: & sic ossa mea cōtrita & humiliata per pniam exultabunt & quiescēt à labore. Auerte ergo faciē tuam à pctis meis & oēs iniquitates meas dele, p aspersionem sanguinis tuæ futuræ pass. Nota scdm
B Augst. q Deum auertere faciem à pctis, nil aliud est, q̄ p suā mīam pcta nō respicere. et Deum iniquitates delere, nil aliud est nisi pcta præterita iam amplius ad culpam non imputare per pœnitētiam. Ideo ait Dauid.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

O Dne auerte faciem tuā à pctis meis. i. nō respicias nec existimes pcta mea, sed respice miam tuam, q̄ maior est oī pctō, & oēs iniquitates meas dele. i. per aspersionem tui sangu. amplius ad culpam non imputes nec ēt ad pœnam. Sed hic dubitat & videt q non erat necessarium ipsum Dauid aspersionem sanguinis Xpi futuri inuocare ad remissionē suæ culpæ: cum iam tūc de presenti haberet aspersionem pctōrum vt patet nu. 19. Et per conse-
C quēs per ly asperges me nō intelligit nisi aspersionem sanguinis vitulæ, vel aspersi. sangu. passeris, quæ fiebat leprosis. Le. 14. Ad hoc breuiter respōdeē sicut dictum est in pro. tra. 3. & ad He. 11. q vnum de principiis psuppositis in teologia ad intelligendam sacram scripturā est, q eadem est fides vtriusq; test. Nā eadem fides Xpi, quæ saluat nos: saluabat patres vet. test. Nā sicut idem est Xps creditus nobis & illis ita eadē fuit fides, sed est differētia: nam myster. incarnat. & redempt. q nos credimus iam impletum in Xpo, ipsi credebant futurum: & sic sicut nos credimus neminem posse liberari à pctō nisi per sangui. & passionem Xpi, ita ipsi credebant: & sic dicit Apo. ad Ro. & ad Gal. & He. q sola fides Xpi futuri saluabat illos, & nō lex nec sacrificia nisi inquantū erant figura & signa pass. Xpi: & inquantum dabant in signum fœderis: & futuri ptii per Xpm soluendi vt dictū est & dicet. Et iō hæc differentia inter no. le. & ve. sacrificia & sacra. Nā licēt vtraq. essent sacræ ret signa: tñ ista de se efficiunt q significant illa autē nō. & rō est. Nam in sacrō eu
D caristiæ cōtinet realiter Xps. Et iō sacramen. hoc vt sacramen. realiter & de psenti cōfert gram q̄ significat. Sed in illo sang. vitulæ q aspergebat in lege nō cōtinebat realiter Xps. & ideo de se non poterat gram cōferre. Et hic est dicēdū de sangu. asperso supra leprosum. &c. Et iō talia sacrificia agni matuti. & vesp. non conferebant de se gram nec purgabant pctm: sed illi liberabant à culpa per sangui. Xpi futuri figurati per illum sangui. sicut illi offerentes & aspersi credebant. Ex quo patet
E q sola spes & fides Xpi futuri liberabat illos à pctō: & hunc articulum sciebant oēs principales de illo popu. & omnes patriarchæ & prof. in hoc saluati sunt: inter quos principaliter fuit Dauid profe. ergo si Dauid sciebat oia suprad. mysteria fieri i figura Xpi futuri, & neminem posse saluari nisi in virtute pass. Chri, ergo hic in quolibet pl. in quo petit remissi. & gram in persona sui, vel in persona totius generis humani: hoc petit in virtute pass. & sangu. Chri, non solum implicite. sed expliceite, q ita petebat sicut credebat. Nam fides pcedit oēm orationem & petitionem. Et quibus pater q Dauid hic non petebat aspgi hyssopo intincto sanguine vitulę rufe &c. sed hyssopo carnis & humanitatis Chri
F intincto sangui. pass. &c. In cuius fide & spe fuit sibi culpa remissa. Nam licēt verbum nō dum esset incarnatū, tñ pctm Dauid iā suā remissum in virtute pass. Chri futuri, quam passionem Dauid iam de futuro inuocabat. Ideo Iesus filius Sirach eccl. 47. dicit de ipso Dauid, q Chris purgauit pcta ipsius, & exaltauit in ęternum cornu eius: & dedit illi test. regni & sedem gloriæ in Israel. Ex quib. patet, q passio Chri iam operabatur in fidelib. membris Chri ante incarnat. Notādum ēt, q quadruplex est differentia inter sacra vet. et nouæ. Prima dria: quia hæc cōtinent realiter Chm aut virtutē suæ passionis eo q deriuatur immediate à passione Chri, illa autem non continebant Chm realiter nec suā virtutem, sed tñ significabant hmōi virtutem inquatum ordinabant ad Chm tanq̄ in finē. Sed a differentia sequit ex pria, q ista efficiunt

A efficiunt realr virtutem, & gratiā quā significā: illa aūt nō. Tertia dria: q ista agūt & efficiunt in virtute propria quā cōtinēt: eò quia sunt bona de opere operato: illa aūt nō auferebant peccatū in virtute in se cōtenta. sed i fide offerentis & operātis. Quarta dria: q ista realiter dantur in precium & pntem solutionē pro pctō: illa aūt tñ dabantur in signum fœderis et pacti et fiducialis cū protestatione, inquantūm illā circuncisionē acceptabat Deus, non in precium reale: sed in signum futurę solutionis et futuri precii per Christū offerendi: et sic est dicēdum de cæteris sacramentis et sacrificiis. Quia ergo Da. sciebat q illa sacra ve. le. nō continebant precium nec offerebantur in reale precium: sed in signum futuri precii sanguinis Christi, sicut dictū est
B pl. 39 ideo ꝓtestādo inuocat Chm futurū vt aspergat ipsū sāguine suo & soluat pro eo, & sic iam Dauid offerebat sanguinem Christi pro peccato suo. Ideo ait: Asperges me: &c.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Postq̄ in prima parte petiit remissionē culpæ & reuocationē suæ: hic petit restitutionē gratiæ amissæ, & duo facit. Nā primò petit sibi gram restitui. Sed ò hoc suadet multiplici rone, ibi. Docebo iniquos. Quantum ad primum est aduertendum q duplicē gratiā perdidit Dauid pp illud peccatū. Primò gratiā gratificā, qua erat Deo carus & acceptus et rectus et iust⁹ i sua uita. Sed ò gram & spūm profetiæ. Tria ergo facit. Nā primò petit gratiā gratificā sibi restitui. Sed ò gram & spūm profetiæ. Tertiò petit in vtraq; gra cōfirma-
C tiē m ibi: ne proiicias: tertium ibi: redde mihi. Quantū ad primū est notandū, q licēt ex parte Dei idem sit remissio culpæ & infusio græ: quia per infusionē gr̄ę remittit culpam tñ ex parte subiecti prioritate originis remissio culpæ est prior infusione gr̄ę: sicut corruptio formæ ꝑteritæ est prior, q̄ introductio formæ ñatiue: licēt sit tpe gñatio vnius sit corruptio alterius & ecōuerso. Et ideo Dauid prius petit sibi culpā remitti & deleri, & ex consequenti in hac parte petit sibi gram restitui & infundi. Sed quia talis gra nō educit de potētū: nisi à solo Deo per solā creationē. Ideo ait. O Deus crea in me cor mundum, & innoua spūm rectū, i. gram rectificātem in visceribus aiæ meæ. i. in intimo cōscię. Vnde per spūs rectū non intelligit substantiam spūsanctī sicut forsan intelligit magister sniarum in primo. di. 12. sed intelligit gram infusam per spūsanctū, et sic ponit cā ꝑ effectu. Nā spūsctūs est ille q quē pr & filius infundunt gram in aiam. Et dr spūs rectus inquantūm rectificat & ordinat nostrā uoluntatē vt sit conformis diuinæ voluntati: et pareat ꝑceptis et diuinæ legi. Itē dicit innoua, & petit ꝑteritā gratiā renouari, ad denotandum q perdiderat eā & erat inueteratus ꝑ pctm ꝑ totū illū annū, an teq̄ ageret pniam. q.d. O Deus renoua gram rectificante & ordinante me vt sim cōformis diuinæ uoluntati, quā gratiam per peccatū amisi: in quo pctō diu fui inueteratus. Nam qm̄ tacui illud peccatum sine pnia, ideo inueterata sunt oia ossa & uiscera conscientiæ meæ: vt dictum est pl. 31. q.d. restitue mihi illam gratiam rectificantem, & renouabit & mundabit cor meum & conscientiam.

Ne proijcias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Quia sicut in toto illo anno fuit priuatus gra gratifica ita fuit priuatus gra profetiæ: & hic fuit ꝓiectus à facie & gra Dei quia longe à peccatoribus salus: Iō petit reduci in gram Dei, et spūm ꝓfetiæ sibi restitui dicēs. O dne ne proiicias. i. ne procul iacias me à facie et gratia tua: et ne auferas à me spūsanctum tuum. s. spūm profetię quem perdidi pp pcm: sed reduc me in gram tuam, et restitue mihi spūm profetiæ amissum: vt cōsiderē mirabilia absconsa in lege tua: q̄ sine illo spiritu intelligi et interpretari non pōt: et nō auferas à me inspirationes et reuelationes consuetas.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

A q̄ tu nō delectaberis in holocaustis & sacrificiis exterioribus. Littera Hie. hēt. Qm̄ non vis sacrificiū. nec holocausta tibi placent. Et tunc litera & sūa est magis plana. i. non dedi tibi sacrificium dum erā peccator: qm̄ scio q̄ nō vis nec acceptas per se sacrificiū: nec placent tibi per se holocausta: nisi offerantur de corde bono & cōscia pura: quia prius respicis ad cor: quia spūs cōtribulatus & cōfractus per pniam est tibi Deo sacrificium gratū supple & de se acceptū, & nunq̄ despicies, imo sp acceptabis cor contritū & humiliatū per pniam: q. d. in summa. Si tu dñe remiseris mihi culpā & restitueris gratiā per pniam, sicut supra postulaui: tunc sequet iste tertius fructus pniæ: quia offerā tibi spūi cōtribulatū tibi gratū & cor contritum & humiliatū: qđ nunq̄ despicies, & exinde offerā tibi alias oblationes: q oia ante pniam nō erant tibi accepta nec delectabilia. Vñ Aplūs ad Heb. 13. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis sp Deo. i. fructū labiorū cōfitentium nōi eius, Talibus. n. hostiis promeretur. i. delectat Deus. Benignè fac. Quartus fructus dignus pniæ est: quia aīa fit uera Hierusalē & habitaculū & templū Dei, & verū altare in quo oia q̄ offeruntur sunt Deo accepta. Ad cuius euidentiā est ualdè aduertendū ſm doctrinā saluatoris, Matt. 12. & Luc. 11. q̄ aīa per pctm efficit atrium & habitaculum diaboli. Nā sicut vnus princeps armat⁹ & fortis custodit atriū et castrum suū: ita diabolus dū est in aīa peccatoris armatus oi gne vitiorum, defendit ne intret aliqua uirtus in illā aīam, & sic tenet hoiem ligatum ne faciat bonū: nec pōt diabolus inde eiici nisi à solo Deo q̄ est fortior; C vt patet ibidē. Sed si forsan ille diabolus fuerit inde per pniam ejectus, et exierit ab illo hoie, tunc ambulat per loca inaquosa &c. Et tunc assumit alios septē spūs nequiores se. s. septem genera vitiorum, & ingressi habitant ibi &c. Ex quibus sequitur q̄ aīa per peccatū est facta habitaculū, & templum diaboli, & habitatio demoniorū. in quo tēplo peccator quot mala opera facit, tot sacrificia offert diabolo. Per oppositum dicit Aug. q̄ aīa existēs in gratia post pniam: facta est habitaculum Dei, & templū spiritussancti: vt inquit aplūs primæ ad Corinthios 6. An nescitis q̄ mēbra vestra templum sunt spiritussanctiſ Item ad Ephe. 2. In quo vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritusancto. Item primæ ad Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis & spiritus Dei habitat in vobis &c. Vnde vī dicere ibi Apostolus ſm Aug. q̄ aīa nostra sunt facta in baptismo ciuitas, & templum Dei: cuius fundamentum est Christus, & muri sunt fides, spes, & caritas. Et ideo uideat ne quis velit ipsam facere templum diaboli rūpendo eius muros, & superædificare ligna & paleas peccatorum. Et sic dicit Augustinus q̄ sicut aīa quæ ante per baptismum erat facta templū Dei, murata fide, spe, & caritate, postea per peccatū ruptis muris fit Babylon, & templum diaboli, & habitatio demoniorum & domus confusionis: ita postea per pœnitentiam ejecto diabolo fit Hierusalem, & uisio pacis, & templum Dei, & habitatio uirtutū & reædificantur eius muri et restaurantur: cum in ea recuperatur eius caritas & gratia quibus sepitur et defenditur, & sic fit templū E Dei: in quo oia q̄ offeruntur sunt Deo grata, et accepta. Et iste est quartus fructus pniæ. Et hoc est quod dicit Dauid. O dñe fac quod peto, et benignè fac in bona uoluntate tua Sion. i. fac in benigna uoluntate tua, vt aīa mea sit uera Sion, & in ea contemplet Deus, et fiat templum Dei per gratiam et pniam: q̄ ante erat templum et altare diaboli per peccatum, & fac ēt cum bona uoluntate tua, ut muri Ierusalem ædificentur. i. fac q̄ aīa mea: quæ ante erat Babylonia et ciuitas diaboli et habitatio demoniorum per peccatum: fiat Ierusalem, & uisio pacis, et caritatis, et reædificentur eius muri. s. fidei, et spei, et caritatis: qui quidem muri ante fuerant diruti et destructi per peccatum. Vñ sicut tota ecclesia militans dī Sion. i. specula et templum Dei: quia F in ea Deus contemplatur, et speculatur et dī ēt Ierusalem. i. visio pacis vt supra dictum est: ita aīa iusti et pœnitentis moraliter et spiritualiter primò dī Sion: quod idem est quod speculatio et contemplatio siue templum, quia in ea Deus speculatur et cōtemplatur, et in ea oblationes spirituales offeruntur. Dī ēt Ierusalem. i. visio pacis siue pacifica: quia in ea Deus vī et habitat per gratiam: quia fides Dei aīa iusti est, et est ciuitas et habitatio uirtutum septa, et circundata, et tuta muro euāgelico fidei, spei, et caritatis: aduersus quā ciuitatem sic septam portæ inferi nō prevalebunt. Dī etiam pacifica: inquantum est Deo unita, et in caritate Dei, et proximi. Et post pniam maximè dī Ierusalem, et pacifica: quia pacificatur et unitur Deo per caritatem quæ ante erat inimica per peccatum.

Ideo

A Ideo pœnitēs magnopere petit, & affectat ut dñs cum benigna & bona uoluntate & mia facit aīam suam ex templo diaboli ueram Sion & templum Dei: & ex Babilonia faciat eam ueram Hierusalem: & reædificentur & restaurentur eius muri. Nota ēt q̄ ly Sion potest esse datiui casus: vt sit sensus. O dñe fac benigne & misericorditer ipsi Sion. i. animæ meæ: vt in bona uolūtate tua ędificentur in ea muri Hierusalem. s. uisionis, & pacis diuinæ per gratiam, & pniam. Et subdit cām quare hoc desiderat. Tunc acceptabis. i. quia tūc in ea acceptabis sacrificium iustitiæ. Ad cuius euidentiam est notandum, sicut supradictum est, q̄ anima per pniam non solum fit Hierusalem. sed etiam Sion. s. templū in quo Deus contemplatur. Et non solum sit templum: sed ēt altare Dei: in quo, & super qđ B sacrificia & oblationes offeruntur. Nam alta re dī quasi altum & eleuatum à terra, & ideo cum aīa per pniam & gratiam fiat alta & eleuata à terrenis ad cęlestia: ideo fit altare sup quod spūalia sacrificia debitè offerunt Deo grata & accepta. Et ideo dicit, tunc postquā aīa mea facta fuerit uera Sion & templū Dei acceptabis in ea sacrificiū & oblationes spūa les: & tunc etiam uota mea imponent uitulos super eam factam altare tuum. Ad cuius maiorem euidētiam est notandum, vt supradictum est, q̄ agni & arietes & uituli, & cætera animalia quæ in le. tue. immolabantur: nō poterant de se iustificare: cum de se nō essent iusta: quia nihil dī iustum nisi utens rōne: & ideo non offerebantur pp se: nisi inquantum figurabant ea, quæ offerenda erant in eccle- C sia per aduentum Messiæ, ut ait Aug. contra aduersarium legis & profetarum. Vñ agnus, qui sacrificabatur mane & uespere, significabat Christum tanquam agnum sine macula offerendum in cruce ſm mistiā significationem, ut dictū est ſcda expositione huius psalmi. Sed moraliter & spūaliter significabat humilitatem & māsuetudinē quam offert quilibet iustus in templo & altari aīæ suæ. Et sic ille immolat agnū Deo: qui occidit in se superbiam per pniam: & offert humilitatē, & mansuetudinē in altari aię suæ: & ille offert Deo castitatē, & mundiciā. Et ille immolat arietes & hircos: qui occidit luxuriam in se: & offert castitatē, & mundiciā. Et ille immolat arietes & boues & hircos: qui occidit in se auaritiam & offert Deo paupertatē & largitatē. Et ille immolat Deo tauros & uitulos: qui occidit in se, & mortificat petulantiam iræ, & odii, & offert Deo pacem & concordiā. Et ista sunt animalia quæ offeruntur quotidie Christo in altari animæ cuiuslibet pœnitentis & iusti. Vñ pœnitens quilibet dī occidere & mortificare seipsum & suscitatum se Deo offerre. Nam superbus p pniam seipsum dī occidere & mortificare & abnegare, ut ait Greg. Et sic luxuriosus agēs ueram pniam mortificat carnem suam & seipsum, & sic ex luxurioso efficitur castus: & offert Deo castitatē, qui ante diabolo quotidie offerebat opera luxuriæ. Ex quo patet, q̄ qui offert Deo humilitatem & mansuetudinem: offert iuuencum siue taurū occisum. Et ista sunt sacrificia iustitiæ & holocausta tota cremata caritatis: & uituli qui offeruntur in altari aīæ cuiuslibet iusti. Vnde tūc occidimus hircos, & tauros & arietes cum extinguimus concupiscentiam & desideria carnalia & motus & uoluptates bestiales in carne nostra per pniam & uirtutes. Et D E tunc offerimus cor mundum per uitulos & agnos intellectum. Duplex ergo sacrificium iustitiæ offertur quotidie in le. no. Vnum est sacrificium, quod est tūm vnum de se bonū de opere operato & iustum & iustificans: & hoc est solum sacrum Eucharistiæ. Scđm est sacrificiū iustum iustificatum: & hoc est spūs contribulatus siue cor contritum, & humiliatū & mortificatum p pniam. Primū offertur semel in ecclesia quotidie: ſm cōtinuē offertur in aīa iusti: & sic cor mortificatum p humilitatem, & mansuetudinem dī uitulus immolatus: & cor mortificatum p castitatem dī turtur oblata. Et cor mortificatum p paupertatē dī ouis immolata. Et cor mortificatum p caritatem dī taurus immolatus, & occisus, & Deo oblatus. Item deuotæ oōnes, & obsecrationes intelligūtur, & figurantur qñque in le. uet. F ri p uitulos & oues. Vnde Osea 14. Oēm auferte iniquitatem, et accipe bonū, & reddemus uitulos labiorū nr̄orum. &c. Ex quo seq̄tur, q̄ p uitulos intelligit oōnes labiorū, & cordis, quæ sunt quædā sacrificia ut dictum est psalmo 49. Sacrificium laudis honorificabit me. &c. Iit sic ēt Dauid ī hoc ultimo uersu p uitulos intelligit oōnes quas tanq̄ sacrificia vnusquisq̄ fidelis offert in altari aię suæ. Vñ ad Heb. 13. Per ipsum offeramus hostiā laudis semper Deo. i. fructum labiorū confitentium nōi eius: beneficentiæ aūt et cōmunionis nolite obliuisci: talibus. n. hostiis promeretur. Deus. Ista ergo sunt sacrificia iustitię et holocausta, et uituli qui ponunt, et offerūtur sup altare

Universidad de Deusto
Biblioteca

A altare pœnitentis siue animę iusti. Hoc est ergo quod hic ait Dauid in persona cuius libet pœnitentis. Dicit.n. O dñe si tu remiseris mihi culpam & restitueris gratiã p pœnitentiã: tũc restaurabitur & ædificabuntur muri Hierusalem. quę est anima mea pacifica Deo per caritatẽ: cuius muri sunt pax & caritas: quia posuit Deus fines & seras & portas pacẽ & caritatẽ: & sic efficietur anima mea verum templũ tuũ & altare: & tũc in eo acceptabis sacrificiũ iustitiæ. s. sacramentũ Eucharistiæ: & acceptabis in eo oblationes & holocausta. s. cor contritũ, & humiliatũ, & mortificatũ per humilitatẽ & castitatẽ: vel acceptabis in eo humilitatẽ & castitatẽ & cæteras virtutes p oblationes, & holocausta ve. le. figuratas. Item tũc etiã imponent super altare tuũ vitulos. i. pacẽ, & caritatẽ, & mansuerudinẽ per vitulos

B ve. le. figuratas. Et sic religiosi vouentes & ꝓfitentes tria vota: s. obedientiam paupertatẽ, & castitatem: ꝓ obedientiem offerunt agnos & p paupertatẽ offerũt oues & boues, & arietes. &c. ex quibus congregantur diuitiæ: & p castitatẽ offerunt turtures & columbos. & unusquisque pœnitens imponit & offert uitulos super hoc altare animę suæ deuotas orationes offerendo. Tota ergo sententia & resolutio huius psalmi consistit in hoc, quia iste pctor agens pœnitentiã recurrit ad Deum dicens. O Deus miserere mei nõ ꝑm merita mea, sed ꝑm magnam miam tuam, non ꝑm paruã miam qua liberasti patres nostros temporaliter, quæ parua est in respectu: sed ꝑm magnam miam tuam qua liberasti totum humanum genus per mortẽ & passionẽ. Et sic non peto solũ liberari à periculis tẽporalibus: sed

C à peccatis meis æternaliter. Ideo dele iniquitatẽ meã ne amplius imputes ad pœnam æternã. &c. qñ ego intendo agere veram pœnitentiã, & primò per cõtritionem. Qñ iniquitatẽ meã ego cognosco, & pcñm meũ cõtra me est semper: animã meam conterendo & mordẽdo cum magno dolore & proposito nunquã amplius cõmittendi. Secundò ago pœnitentiã per oris confessionẽ: qñ confiteor, ꝙ tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Et ut iustificeris in sermonibus tuis & vincas diabolũ & meos æmulos, & hypocritas cum iudicaris ab eis: non respicias peccata mea: sed cõpatere & miserere fragilitati, & infirmitati meę, quã traxi ꝺ carne à parẽtibus meis. Qñ ecce in iniquitatibus cõceptus sum. &c. Et ut iustificeris in sermonibus tuis: da mihi veniã, quã pœnitentibus promisisti: qñ veritatẽ D dilexisti. &c. Et vt magis iustificeris & uincas cũ iudicaris, asperge me hyssopo pœnitentiæ immerso sanguine tuę passionis, & mundabor &c. Et cũ fuero mundatus & mihi culpa fuerit remissa. cor mũdum crea in me Deus: idest restitue mihi omnem gratiã quã amisi, & cõfirma me in ea. Et cũ totum hoc egeris. ꝙ restitueris gratiã, & remiseris, & deleueris culpã: tunc satisfactiã pro peccatis & agã fructus pœnitentiæ dignos acceptãri apud Deũ. Nã docebo iniquos vias tuas: & impii ad te cõuertentur. Secundò exaltabo iustitiã & misericordiã tuam: & os meum annunciabit laudem tuã. Tertiò offeram tibi cor contritũ, & humiliatũ. Quartò cũ aia mea fuerit renouata per pœnitentiã & facta vera Hierusalem, & pacifica, & uera Sion & templum & altare E tuũ: tũc in ea acceptabis sacrificium iustitiæ. &c. Et vota mea ponẽt vitulos p obedientiã, & humilitatẽ, & mansuetudinẽ mortificatos: & orationes q̃ sunt sacrificia, & vituli laudis &c.

Ex quibus omnibus dictis in hoc psãlmo & expositione eius morali, & spirituali possunt recolligi 13. conclosiones ad utilitatem omnium pœnitentium, ut sequuntur.

Prima conclusio, ꝙ omnis peccator debet recurrere ad Deum, qui solus potest dare veniam, dicens. Miserere mei Deus &c.

Secũda cõclusio, ꝙ misericordia, qua Deus releuat peccatores à peccato, est magna, & maior cæteris in misericordiis, & misericordibus temporalibus, & corporalibus.

Tertia cõclusio, ꝙ omnis peccator homicidium fecit adulterium, & furtum, & homicidium fecit Dauid: nã cũ diabolo fornicatur relicto ꝙ suo sposo Xpo: & rapit qđ est in legis prohibitũ: & occidit animã suã morte æterna, quę peccata per solam pœnitentiam remittuntur.

Quarta cõclusio, quòd tunc Deus delet iniquitates nostras: qñ per pœnitentiã amplius non imputat ad pœnam æternam. & tunc lauat, qñ ab aia maculam, & peccati sordes abstergit virtute passionis Christi: & tunc mandat, quando per eandem pœnitentiam mihi habitum peccandi extinguit.

Quinta cõclusio, ꝙ ad veram pœnitentiam primo est necessaria vera cordis cõtritio, per peccatorũ cognitionẽ & detestationẽ: p hoc qđ ait. Qñ iniquitatẽ meam ego cognosco. &c. Scdò est necessaria uera oris cõfessio: per hoc quod subdit. Tibi soli peccaui. &c.

Sexta conclutio, quòd peccator ꝺupliciter dicitur

A dicitur solꝰ Deo peccare. Primò inquantum per solam transgressionem diuinæ legis instigitur sibi culpa, per quam obligatur ad pœnam ęternam. Secundò: quia solus Deus potest culpas, & iniquitates delere, & amplius ad pœnam non imputare.

Septima cõclusio, ꝙ tria sunt gña obtrectatorũ qui semꝑ Deũ arguũt, & iudicant. s. diabolus. & obstinati in odio, & hypocritæ: à qbus Deus cõtinue arguit de mmia mia.

Octava cõclusio, ꝙ tripliciter iustificatur Deus in sermonibus suis, & vincit diabolũ, & vindicatiuos, & hypocritas cũ iudicat, & arguitur ab eis de mia. Primò non respiciendo peccata pœnitentium: sed compatiendo

B plendo qđ ꝑmisit. s. dare veniã semper pœnitẽtibus. Tertiò acceptando semper passionẽ, & sanguinẽ Christi in pretiũ, & satisfactionẽ cuiuslibet peccati. qui quidẽ sanguis Xpi continuè aspergitur in ecclesia per hyssopũ baptismi, & pœnitentiæ, & cõfirmationis, & extremæ vnctionis, & cęterorũ sacramentorũ, quia in quolibet sacramento aspergitur sanguis Christi, & datur in pretium pro peccatis. vtputa in baptismo pro originali: & in pœnitentia pro actualibus mortalibus.

Non conclusio, ꝙ omnis obstinatus in odio vindictæ nolens dimittere iniuriam pœnitenti: & omnis hypocrita est socius diabo

C li & schismatichus, & quasi hæretichus: eo ꝙ inuidet fraternæ caritati: & temere iudicat: & arguit Deũ de mmia mia: qa expectat peccatorẽ ad pñam: quia putat maiora esse peccata illius q̃ miam Dei. Et sic magis, & gratuitus peccant isti q̃ vnquam peccauerit ille.

Decima cõclusio, ꝙ passus iniuriã nolẽs remittere peccãti amore Christi: magis existimat suam iniuriã, & pluris pretii, q̃ sit passio Christi. Et sic nunq̃ merebitur veniã de peccatis suis dum manserit in tali obstinatione: & nõ est ratio, vt passio Christi valeat sibi, & nõ alteri secũdum existimationem suam.

Vndecima conclusio, ꝙ pœnitentia per virtutem passionis Christi mundat, & lauat animam á sorde peccati: & delet iniquitates de libro, & perspectu Dei.

Duodecima conclusio, ꝙ pœnitentia non solum remittit pœnam & culpam: sed etiam renouat, & restituit nouam gratiam, & fructum salutis.

Decimatertia cõclusio, ꝙ pœnitentia parit octo fructus dignos mento, & pmio. Primò, quia pctõr post pœnitentiam audacter arguit D peccata. Secũdò ei⁹ doctrina, & exemplo alii peccatores cõuertuntur. Tertiò, qa pœnitens liberatus de sanguinibus peccatorũ sicut arguit, & detestatur pctã: ita exaltat, & magnificat iustitiam, & miam Dei: qua iustificat pctõres: & sic ducit eos ad pniam. Quartò, quia pñia aperit labia pœnitentis, quæ erant laxa ad malum, & clausa ad bonũ, nunc aperta per pniam annunciant laudẽ Dei: & prædicant mirabilia eius: & orationes, & laudes eius sunt priosæ, & speciosæ in ore eius. & acceptæ apud Deũ. Quintò, qa pœnitẽs post pœnitentiã offert Deo cor cõtritum, & humiliatũ, qđ est sacrificiũ, propriũ, & Deo acceptũ & nõ despectũ. Sextò, qa aia pœnitẽtis q̃ ante erat Babilonia. i. habitatio dæmoniorũ, post pniam facta est Hierusalẽ. i. habitatio Dei, & E oium virtutũ. Septimò eadẽ aia, & cõscientia facta est Siõ. i. verũ templũ Dei, in quo Deus cõtẽplatur: & altare Dei, in quo offert sacrificiũ iustitiæ. nã sicut sacerdos offert eucharistiã in altari ecclesiæ realiter: ita iustus offert in uoto idẽ sacrificiũ in altari aiæ suæ ergo super tale altare aia pœnitens offert holocausta virtutũ: & imponit vitulos obediẽtiæ, & caritatis &c. cũ se mortificatã à superbia, & luxuria, & auaritia, & ira, et inuidia, et gula et accidia offert Deo, vt dictũ est. Et hoc est sacrificiũ iustitię. et holocausta, et oblationes quas Deus acceptat: & vituli qui in altari aia pœnitẽtis ponuntur, & offerũtur: cũ nos offerimus Deo mortificatos qdẽ carne, viuificatos aũt spũ. Item ista sacrificia offerimus simul cum eucaristia siue per Christum. Sad quia dictũ est, ꝙ F Deus nõ acceptat sacrificia peccatoris, sed solum cor cõtritũ, & humiliatum &c. ideo quęritur vtrũ bona facta in peccato possint uale re ad uitã æternam post arctam pœnitentiã: hoc est si iustificatus per pœnitentiã possit ali quo modo mereri aliquẽ gradũ glorię, ꝓpter bona q̃ fecit, dum erat in peccato. Et arguũt quidã ꝙ non. Nam talia opera fuerunt nata mortua, non procedentia ab aliquo viuo prĩcipio ex defectu caritatis, per quam viuit iustus, & operatur eius. ergo sequitur ꝙ talia opera nullo modo possunt reuiuiscere per pœnitentiã: quia sola reuiuiscunt quæ nata viua fuerũt ante pctm. Hæc ratio confirmatur ꝑ apostolũ, primę ad Cor. 13. dicentem. Si distribuero oẽs facultates meas in cibos pauperũ: & tradidero corpus meũ, ita vt ardeã: caritatẽ autem non habeam: nil mihi prodest.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Sed in oppositū arguunt quidā alii tenentes oppositum, propter id quod ait Aug. libro de pœnitēria: & habetur de pœni. dist. 3. Prium est credere. & nostra fides hoc expostulat: vt cū Deus destruxerit mala priora etiam remuneret bona, quæ in peccante plantauit. Respondeo, q̄ multi doctores cōcordant cum ista 2. opinione: licēt distincto modo procedāt. Nā quidam dicunt q̄ talia bona facta in pctō simul resurgunt cum pœnitente, nō quo ad essentiam sed quo ad remunerationē: qa Deus remunerat talia bona pœnitenti. Alii autem dicunt, q̄ iustificatus p̄ pœnitentiam pōt mereri ꝓpter illa bona, & hoc per nouā cōplacētiā. Alii dicūt q̄ pōt mereri per nouā oblationem talium bonorum. Et tō ꝓ declaratione omniū istorū primò sunt notādæ quædā doctrinæ. Sedò cōfirmabitur ista 2. oppositio.

B Tertiò respōdebitur ad rōnes in contrariū inductas. Quātū ergo ad primum est primò notandum, q̄ hic nō quēritur an iustificatus p̄ pœnitentiā mereatur vitā æternā propter bona quæ fecit in pctō: qa p̄ solā præsentē caritatē meretur vitā æternā. Sed quēritur an per talia opera possit aliquo mō mereri augmentum alicuius gradus glorię in vita æterna: qa opera nostra nō sunt cōdigna nisi propter caritatem &c. Secundò est notādum secundum philosophū 2. Ethic. q̄ quatuor sunt genera humanarū operationū: nā quædā sunt mere naturales, & ſm istas nec laudamur nec vituperamur: & quędā sunt quę procedunt ab habitu virtutis. sicut opera tēperantis & fortis, & tales operationes dicuntur virtuosę, & sunt per se laudabiles & præmiādę: qa sūt totaliter bonæ: quædā aūt operationes sunt to-

C taliter cōtrariæ virtuti, sicut furta & homicidia & adulteria & ebrietas &c. quę sunt semper mala & vituperāda: quędā vero sunt operationes quę nō procedūt ab habitu virtutis, nec sunt aliquo modo cōtra virtutē: sed tendunt ad virtutē & fiunt ꝓpter virtutē: sicut sunt illi actus & operationes ex q̄bus frequētatis generatur habitus virtutis: quę quidem operationes licet nō sint totaliter bonæ nec dicātur virtuosæ: tñ nullo modo sunt dicēdę malæ: imo sunt bonæ & laudabiles rōne finis ad quē tendunt, & rōne habitus virtutis quē generāt: eò q̄ exercitatio taliū operationū generat habitū virtutis. Iō licēt tales operationes nō præmiētur in se, tamen præmiātur in habitu virtutis quē generāt, & in operationibus sequētibus virtutē. Ita ergo pariter in vita christiana sūt cōsiderāda quatuor genera operationum. Nā qdam procedūt ab ipsa caritate & fide formata: vt ea quæ sunt ab aliquo viro iusto ſm legem & præcepta diuina, & talia opera dicuntur totaliter bona & meritoria vitæ æternæ. Quędā aūt alia fiunt cōtra diuinā legē & caritatem ab aliquo pctōre sicut furta, & homicidia, & adulteria, & falsa testimonia: quę totaliter sunt mala: quia procedunt à malo principio & mala voluntate, & ista dicuntur simpliciter mortua: quia merentur mortē æternā. Quędā autem opera fiunt ab aliquo, quę nec fiunt ex caritate, nec cōtra caritatē, nec ꝓpter Deū, nec cōtra diuinā legē: sed naturaliter, pp aliq̄d naturale interesse: vt defendere cognatū & cōsanguineū. q̄ quidē opera nō sunt meritoria sēdm Greg. in homilia. Quia aliud est diligere proximum ꝓpter Deū, & aliud ꝓpter propinquitatem sanguinis & cognationis. Quædā āt sunt, q̄ licēt nō procedāt à caritate, tamen nō fiunt cōtra caritatē, nec cōtra legē Dei: imo fiunt ſm legem diuinā, & præcepta, & ꝓpter Deū, & ordinātur in caritatem: sicut fūt eleemosynæ & orationes & alia opera misericordiæ q̄ fiunt ab aliquo pctōre nō proponēte manere in illo pctō: sed desiderāte agere pœnitentiā: quod accidit in multis: q̄ quidē opera licet nō dicātur simpliciter bona: tñ de se nullo mō dicuntur mala postq̄ nō fiunt cōtra caritatē nec contra diuina præcepta. Tertiò est notādū ſm Aug. contra Iulianū & alios Pelagianos. q̄ talia opera mię facta ab aliquo pctōre sub tali habitudine, licēt nō procedāt à caritate formata, tamen nō fiūt sine aliqua gratia. Sed qa gratum faciēs nō pōt esse in aliquo pctōre simul cū pctō; iō fuit Aug. coactꝰ distinguere de gratia: quia ꝓter gratiā gratum facientē, est dare gratiā præuenientē disponentem hominem ad bene agendum & malem vitandū: sine qua nullus pōt vitare aliquod pctm, nec diuina præcepta implere propter naturā vulneratā & claudicās: vt patet in lib. de pfectione iustitię hominis: sine qua gratia disponēte & impellente ad bonū, existēs in vno pctō, nec pōtest aliud vitare nec aliquod bonum agere: q̄ quidē gratia licēt nō sit gratia gratificans nec caritas. tamen disponit ad caritatem & gratiā gratificā: sicut frequētati actus disponunt habitum ad habitum virtutis. Vnde dicit Aug. in

A patet q̄ talis gīa disponēs & ꝓueniens & retrahens hōiem ab aliquo pctō & impellēs ipsū ad opa mię facienda, licēt nō sit caritas: tñ incoatio & dispositio caritatis est. de qua qui dē gratia præueniente dicit Aug. lib. de libero arbitrio: q̄ Deus operatur vt velimus inciēs, q̄ uolētibus cooperatē perficiēs. Itē lib. de duabus animabus ait. q̄ hæc voluntas vt non admittat malū: sed adipiscatur bonū, præparat Dei gratia. Itē in Enchiridio. Hæc gratia nolentē quippe ꝓuenit vt velit: volentē subsequitur ne frustra velit. Hāc aūt gīam confitetur Aug. se habuisse per totū illud tps in quo secū consultādo differebat baptismū. vt patet in lib. de beata vita: in quo tpe non cessābat orare, nec alia bona opa agere vsquequo susciperet ꝓposuit baptizari. His habitis ponitur prima cōclusio, q̄ bona opa facta per peccatorē p talē gīam ante pniam & sub conditione

B supradictis, nō sunt simpliciter mortua. Probatur. Nā licet talia non viuant vita gratifica pp defectum caritatis: tñ viuunt gratia præuenięte & disponēte: ex qua processerūt formaliter & fuerunt facta, qa non processerunt formaliter ex aliquo vitio & principio mortuo. qa ille pctōr nō dicebatur mortuus ꝓp illam gratiam præuenientem, sed pp peccatum: sicut dominicator non dē albus pp aliā opera licēt nō procedāt à caritate formaliter: tñ non fiunt cōtra caritatē nec cōtra diuina præcepta: imo ſm diuina p̄cepta & pp Deū, & ordinātur in caritatē & Deum, sicut operationes q̄ sunt ad habitū virtutis generā dū. Et sic patet q̄ talia opera mię nullo mo-

C do sunt mala de se nec mortua: imo sunt bona & viua, rōne principii à quo procedunt. s. à gīa præuenięte, & rōne finis & termini. s. rōnis caritatis in quā tendunt: & rōne diuinę legis ſm quā fiunt. Secunda conclusio. q̄ iustificatus per pniam pōt mereri augmentū gloriæ per bona mię quæ fecit dū erat in pctō: & hoc p nouam approbationem & complacentiā. Hanc cōclusionem probant q̄dam p id q̄ ait apostolus ad Ro. 8. Scimus q̄ diligē tibus Deum oia cooperātur in bonum &c. Vnde dicunt, q̄ quatuor modis contingit diligentibus Deum oia cooperari in bonum vitæ eternę. Primo modo operando per se talia bona. Secundo modo cooperando & impellendo alios ad operandum talia bona opera mię. Tertio modo approbādo bona facta ab altero quocunq; licet ille sit pctōr: & cōplacendo & cōgaudendo in bonis operib. factis D ab illo. Alio modo in detestādo pctm in quocunq; reperiatur & desideraudo pniam peccatoris cōplacendo in eius conuersione. Tūc arguitur sic. si iustus nō solum meretur bonū gloriæ propter bona q̄ ipse facit & cooperatur cū altero: sed ēt approbādo bona q̄ vnus alius peccator facit, cōplacendo & congaudēdo in talibus bonis, ergo à fortiori merebitur iustificatus per pniam approbando & cōplacendo in bonis q̄ ipse fecit dum erat in pctō, agendo gratis Deo qui dedit sibi illā gratiā disponētem & impellentē ad illa opera mię aggēda, & multa mala uitāda, quæ fecisset ni si per talē gratiā restitisset. Item si detestādo peccatum in quo prius erat, mereē post actā pniam: ergo à fortiori merebitur cōplacendo in bonis quæ fecerat in illo statu: & hoc ratione nouæ cōplacentiæ. Tertia conclusio, B q̄ iustificatus per pniam potest mereri augumentum gloriæ per bona opera quę fecit dū erat in pctō, & hoc per nouā oblationē in virtute nouę gratię. Probatur: nā quicquid boni offert iustꝰ, acceptat & est acceptū apud Deū ad merendū vitā æternā: eò q̄ pſona iusti est Deo grata & accepta. ergo munera sua sunt Deo grata & accepta. Sed iustificatus per pœnitētiam est Deo gratus & acceptus propter gratiam præsentem: ergo acceptantur illa bona quæ offert postquam de se fuerunt bona, & non contra caritatē facta, imo in caritatē fuerunt ordinata. Vnde rō quare tunc non fuerunt accepta, non fuit nisi defectus caritatis: sed post actā pniam iam adest pręsens caritas p quam offeruntur Deo, & sic ratione nouæ oblationis & caritatis reputantur noui F ter facta apud Deū: quia apud proximum iā tunc illa opera fecerunt effectum suum: & tō illa bona semper manserunt in perspectu diuino. Vnde si bene aduertitur, non meretur per illum actum quem fecit dando eleemosynam in peccato: sed per nouum actum offerēdi illam eleemosynam: rogando Deū ut uelit illā acceptare: & sic reputatur nouiter facta apud Deum. Itē sicut operationes ex quibus generatur habitus uirtutis præmiantur, postea simul cum uirtute & operationibus sequentibus virtutem: ita illa opera possunt remunerari per nouam gratiā & operationes, & per illa oblationē procedētem a noua gratia, postq̄ illa opera ordinabantur ad illā caritatem: sicut gratia disponens ex qua illa bona procedunt ordinabatur. & disponebat illa ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nouam caritatem. Ité quicquid petit iustus ad gloriã concedit sibi à Deo ſm Aug. ſũ ꝙ Io. pp illud. quicquid petieritis patrẽ in nomine meo fiet vobis. Vñ petere in nõe Iesu est petere salutẽ per gram in pñti & gloriã in futuro ſm Aug. sed iste talis nõ petit bona tpalia, sed spiritualia pp illa bona opera. ergo sibi Deus nõ negabit. Ité hæc conclusio probat per exẽplũ. Nã qñq; accidit ꝙ exul à terra & gra alicuius principis in terra aliena nõ cessat defendere nomẽ regis siue principis, nec cessat facere seruitia seruitorib. illius principis, si ergo princeps reconciliat illum exulem in sui gram, manifestũ est ꝙ nõ solum acceptat personã illius exulis, sed ẽt seruitia q̃ fecit in illo exilio, & remunerat sibi illa seruitia, & hoc reputat ad clementiã & virtutẽ ipsi principi prout frequenter accidit. ergo à fortiori talis clemẽtia & perfectio nõ est neganda in Deo respectu iustificati ꝑ pniam, qui ante pniam nunq̃ cessabat orare & alia bona opera exercere. Sed ista positio magis confirmat ex cõsilio saluatoris per parabolã de villico. Luc. 16. dicentis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. hoc idem cõfirmat B. Hieron. & hr de pnia dist. iii. Si qñ videris inter multa opera pctorum facere quemq̃ quæ iusta sunt non est tã iniustus Deus, vt pp multa mala obliuiscatur paucorum bonorũ. Ité Aug. ibidẽ. Pium est credere supradictis patet responsio ad rõnes in contrariũ. Ad primã ergo negat ꝙ talia bona facta à pctore sint mortua: imò sunt viua & à principio viuo: quia à gra preueniente & impellente ad bene agendũ sunt facta. Et arguitur contra. quia talia bona facta sunt ab hoie mortuo in pctõ. ergo sunt mortua &c. negat consequentia: sicut non valet, domus facta est ab hoie albo. ergo est alba: eò ꝙ accidit domificatori ꝙ sit alb⁹: ita accidit hoi ꝙ sit pctor inquantum agit talia bona: sed non accidit sibi, imò est necesse ꝙ operetur per gram, saltem præuenientem & disponentem sicut dictum est. Et sic peccat illud argumentũ per fallaciã accidentis. Ité licèt talis homo non dicat viuere vita gratifica: tñ viuit per talem gram disponentem quantũ ad illa bona opera agenda. Ad autoritatem Apostoli rñdetur, ꝙ Apost. non intẽdit dicere nisi ꝙ dum est extra caritatem sua opera non sunt Deo accepta, nec valent. nec prosunt ad vitam æternam pro illo statu: imò si in tali statu moreret: non caderet pnã inferni ẽternã, sed bene valeret sibi martyrium ad remissiorẽ & tolerabiliorem pnã inferni: vt inquit Aug. & hr depœnit. dist. 3. Si quis nõ habens caritatem: sed non negat Apost. ꝙ talia bona valeant iustificato ꝑ pniam post conuersionem: eo modo quo dictũ est, in virtute nouæ caritatis. Ex quibus patet, ꝙ existens in aliquo pctõ non debet cessare orare: nec bona opera agere cum ꝓposito & conatu agendi pœnitentiam.

B C D

PSALMVS LI.

Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?

Titulus Victori siue in finem psã. Dauid qũ venit Doech Idumæus & nũciauit Saulẽ & dixit ei: venit Dauid in domũ Achimelech. Ad cuius intelligẽtiam est notandũ, vt legit primi Reg. 22. ꝙ cũ Dauid fugeret regẽ Saul à facie Saul, diuertit ad ciuitatem Nobe vbi Achimelech recepit eum benignẽ, & tradidit panes propositionis & gladium Goliat &c. Quod videns Doech armiger & consiliarius Saul: nunciauit ei, accusando Achimelech sacerdotem de bono opere pietatis. vñ Saul motus inuidia & iniquitate fecit interfici Achimelech cum ois sacerdotib. & habitatorib. ciuitatis paruis & magnis, & totam ciuitatẽ cõbussit igni. Sed postea Doech huius facinoris simul cum Saul solum pœnas, in montibus Gelboe: vbi ambo fuerunt interfecti cũ filiis eorũ. Et sic fuerunt eradicati de terra. Vñ de hac materia fecit Dauid psãl. istum, vt videtur titulus sonat. Sed ista non est causa præcisa nec materia principalis huius psã. quia tunc Dauid non propriè esset propheta, nec hic psãl. pertineret ad sacram scripturã, nisi contineret aliquod sacramentum de Christo aut Ecclesia. Et hoc Camhi Barchinonensis magis moderniis inter expositores hebræorũ in fine expositionis huius psã. & in principio sequentis dicit, ꝙ Dauid per suas persecutiones præuidit in spũ oẽs persecutiones Messiæ regis futuri: quia multæ gentes debebant insurgere ad interficiẽdũ ipsum: sed finaliter ipse liberabit ab eis, & dñabitur oibus: & post multas pſecutiones exaltabitur regnũ Messiæ sicut fuit exaltatum regnũ Dauid. Et dicit ꝙ Dauid de hoc fecit multos psãl. de quorum numero est iste, et 53. Ideo ponit 52. intermedius eo ꝙ est similis materiæ. Ex qbus patet, ꝙ iste cecus obstinatus ipsa veritate coactus, et ita parte

E F

A parte dicit verũ: quia Dauid per suas persecutiones puidit in spũ persecutiones regis Messiæ, qui est Xps: & præuidit exaltationẽ regni eius. de quibus fecit pro maiori parte oẽs psãl. Sed mentit inquantũ expectat aliũ Messiã futurũ: qa oia illa impleta fuerũt in Christo vero Messia. Et tõ quia veritas à quocunq; dicatur semper est a spũsancto, vt ait Amb. & error & mendacium a diabolo qui est pr̃ mendacii: ideo veritas est semper ampleciẽda & mẽdacium exterminandũ cum suo autore. Qua propter est dicendũ ꝙ Dauid in illa accusatione nõ facta per Doech contra Dauid ante Saul præuidit accusationẽ futurã, siue q̃ facta fuit postea per synagogã ante Pilatũ cõtra Christũ & apostolos suos: & præuidit accusationẽ facta cõtra ecclesiã ante reges & pſides & tyrannos: & præuidit finalẽ destructionẽ synagogæ, & ẽt gentilitatis. Vnde Doech interpretatur motus siue mortuus aut solicitus, ꝑ quẽ intelligit synagogã, q̃ fuit iniuste mota cõtra Christũ, & sollicita in accusando ipsum. Saul aũt interpretatur abutens: per quẽ intelligit Pilatus qui abusus est iudiciaria potestate iudicãdo Christũ ad mortem præ timore Cæsaris: cũ in Christo nullam causam reperiret. Et tõ tam synagoga accusatrix, q̃ Pilatus iudex iniustus perierũt & eradicati sunt de terra, sicut Doech & Saul. Est ergo sensus huius tituli, ꝙ Dauid fecit hunc psãl. contemplans accusationem quam cõtra eum fecit Doech Idumæus ante Saul cum dixit, venit Dauid in domum Achimelech. In quo mysterio præuidit in spiritu qualiter synagoga iniquerat Christum accusatura eorã Pilato &c. Dauid ergo introduxit ecclesiam loquentem in hoc psãl. vel ipse loquitur in persona totius ecclesiæ. In quo tria facit. Nã primò exprobrat malitiam synagogæ accusantis Christũ. Secundò prædicit eius abdicationem & destructionem. Tertiò ecclesiæ electionẽ & substitutionem. Secundum ibi. Propterea Deus destruet te. Tertium ibi. Ego autem sicut oliua. Quantum ad primum dicit. O synagoga quid gloriaris in malitia sicut fecit Doech? & tu cœtus sacerdotum qui potẽs es in iniquitate & astutia, quid gloriaris in malitia: eo ꝙ accusasti & occidisti Christum? quasi dicat: in vanum gloriaris: quia resurget & manebis in confusione tua.

B C D E F

Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Tota die lingua tua cogitauit, i. locuta est malitiam contra Christum accusando & susurrãdo: & sicut nouacula radit & scindit pilos: ita lingua tua scindebat uitã Christi cupiens ipsum radere & delere de terra. Et fecisti dolum imponendo Christo falsum testimonium: & parando scandala vt dolo teneres & occideres eum. Et sic.

Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui æquitatem.

Dilexisti malitiã ꝑ benignitatẽ eius: qa fuisti ipse ingratus reddẽs malũ pro bono: nã ipse Christus fuit tibi benignus sanando filios tuos infirmos & suscitando mortuos: & quærẽs tuã salutẽ, dando tibi bonã doctrinã, tu aũt fuisti ipse malignus & crudelis procurando ei mortẽ. Et sic voluisti & dilexisti magis loqui iniquitatẽ cõtra cõscientiã, q̃ æquitatẽ & iustitiam. debebas. n. ipsum laudare & narrare opera eius bona, & agere gras pro beneficiis receptis, & reddere bonum testimonium, & procurare ipsi honorem & vitam.

Dilexisti omnia uerba præcipitationis: lingua dolosa.

Tu dilexisti magis loqui verba præcipitationis & mortis contra eum lingua dolosa, & fraudolenta & iniqua: dicendo ipsum voracẽ, blasfemũ, inimicũ Cæsaris & reũ mortis.

Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

Hic prædicit abdicationẽ & reprobationẽ & destructionẽ synagogæ dicẽs. Propterea qa Christo regi Messiæ tuo fuisti ingrata, & ipsũ nõ recipisti: sed iniquo modo ipsũ accusasti, & ad mortẽ destinasti: ideo ista est iusta punitio tua. nã Deus destruet te cũ filiis tuis obstinatos: quia templum & ciuitatẽ comburet igni: & euellet, & eradicabit te de terra promissionis in dispersionẽ per mundũ: & amplius nõ fiet in templo hostia nec sacrificium, & sic auferet tibi regnum & sacerdotiũ, & emigrabit te de tabernaculo tuo. i. sacerdotiũ trãsferet de synagoga in ecclesiam. Et sic deficiet in te hostia & sacrificium. & orationes tuæ erũt abominabiles apud deum. Et per cõsequẽs deus euellet radicem & posteritatẽ tuã de terra viuentium & regno cęlorũ. Et sic euulsi sunt de terra promissionis: quia nõ potuerunt ingredi in requiem domini: quia extra ecclesiam non est salus: & ista est punitio spiritualis.

Videbunt iusti & timebunt: & super eum ridebunt & dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hit prędicitur eorũ irrisio & reprobatio p totũ mundũ: nã nisi christiani videbũt istos Iudæos captiuos & dispersos p totũ mundũ odiosos oibus gñationib. in pœnã peccati: & dicet vnus alteri. Ecce hõ. i. dñe est ille maledictus populus q nõ posuit nec recepit Christum Deum, Christum Messiam ranq aiutorem suum: nec recepit ipsum. imo negauit ipsum coram Pilato dicens. Non habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Et dũ esset in cruce dixere. Si filius Dei est descẽdat nũc de cruce & credinius ei, Qui q dẽ populus iõ noluit Xpm recipere in aiutorẽ & Messiã suũ: eo p docebat contemnere terrena & appetere cœlestia.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & prævaluit in vanitate sua.

Iste contẽnens cœlestia sperauit potius in multitudine diuitiarũ suarũ terrenarũ. s. decimarum & primitiarum & oblationũ: imo in templo parabat mẽsas nummulariorum, & uendebat oues & boues ex anaritia, & sic preualuit & permansit in uanitate sua & obstinatione, & motus est ad occidendũ Christ: eo p ipsum repreliẽdebat: propter quod peccatum iste populus reprobatus vagaẽ dispersus per mundum. Hoc ergo dicent iusti timẽtes diuinum & iustum iudicium: & sic irridebunt Iudæos per mundum dispersos.

Ego aũt sicut oliua fructifera in domo Dei: speraui in mĩa Dei in æternũ & in sæculũ sæculi.

Hic pdicit electionẽ & substõnem ecclesiæ loco synagogæ. Ad cuius intelligentiã est notandum ẽm doctrinam apli ad Ro. 11. p licet oleaster sit arbor infructuosa, tñ si in ipsam inseraẽ bona oliua siue bonus ramus oliuæ, tũc oleaster fit oliua fructifera. Ita pariter factũ est de synagoga in gẽtilitate: nã populus gentilis erat sicut oleaster infructuosus, & de quo non expectabatur fructus: sed synagoga siue lex Moysi erat sicut oliua de qua expectabatur fructus. s. Messiæ. de qua vinea expectabat Deus vt faceret vuas fidei recipiẽdo Messiã, sed ipa fecit labruscas accerbas, qnia Christ crucifixit. Esa. 5. & sic illa oliua non fecit oleas fidei in aduentu Christi, sed baccas amaras. Ideo Christus in aduentu suo, quia non reperit in ea fructum debitum posuit securim ad arborem legis: & succidit bonos ramos ab ea & inseruit eos oleastro populi gentilis: & sic synagoga mansit truncus sine ramis: quia licet retineat nomen iudæorum: tamen nõ sunt nec tenent hostiam nec sacrificium nec legem. i. intelligentiã & fructum legis. Sed ramus translatus est ad populum gentilẽ per insertionem, & sic populus gẽtilis manet uera oliua fructifera facies ueros fructus & oleas fidei, & spei, & caritatis, manente synagoga clauda & truncata & reprobata & licca sine fructu legis. Hoc ergo hic improperat ecclesia synagogæ dicẽs: quia dñs destruxit te & euulsit te & radicẽ tuã, & emigrauit & trãstulit tabernaculũ & sacerdotiũ tuum & legẽ in me, quia translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat: quia rami tui inserti sunt in me. Ideo ego qui antea oleaster: nunc p receptionem Christi & conuersionẽ fructificaui sicut uera oliua in oleastro inserta. Et rõ est, dicit populus gẽtilis: nã ego sum oliua inserta & plantata in domo Dei mei. s. in ecclesia: nã ego qui erã in omnibus oleaster trãsplãtatus sum in domo Dei mei. s. in ecclesia, eò p sperauí in mia Dei & non in multitudine diuitiarum terrenarũ sicut populus iudaicus, & sic non sperauí tpaliter sed in sęculũ sęculi: ideo amplexus sum miam, q est fructus oliuæ legis diuinæ qnam populus iudaicus cõtempsit & repulit: & sic fructificaui ut uera oliua, & sic colligam misericordiæ Christi in sæculum sæculi, & non terrenum sed cœlestem. Et ideo

Confitebor tibi in sæculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

O Chę, quia tu mihi hãc grãm fecisti inserendo in me ramũ veræ oliuę & eligẽdo & substituendo me in locũ synagogæ: ungendo oleo mię & sacro crismate: ideo confitebor tibi in confessione laudis & fidei: quia positor & prædicabo te verum Messiam Deũ & hoiem & redẽptorẽ: & expectabo nomẽ tuũ, quod est Iesus. i. saluator, sine quo inullus potest saluus fieri: quia non est sub cœlo aliud nomẽ in quo nos oporteat saluos fieri nisi nomen Iesu. Ideo licet hoc nomen non sit bonũ in conspectu iudæorũ: tñ est bonum & salutiferum in cõspectu sanctorum tuorum & delium. Ista ẽt pñt esse uerba Dauid prædictis reprobationẽ synagogę. & ideo dicit Dñe ego nolo esse de illorum concilio qui Christum crucifigent, nec de synagoga reprobata, sed sicut ecclesia & oliua fructifera &c. sed idem est: quia Dauid propheta loquit in persona ecclesiæ, p synagoga substitutæ. Est aũt aduertẽdum, p cõmoda est similitudo quã Dauid hic implicitè facit & apost. ad Ro. 11. de oliua & oleastro: nã oleaster & oliua eiusdẽ naturæ

A turę sunt: misi p oleaster nascit in montibus inter rupes et vepres. ideo induratus et incultus non facit fructum. Sed oliua plantata in agro domestico bene culta facit fructum siue expectat fructũ: sed si ramus oliuæ bonæ inseraẽ in oleastro et exinde colaẽ & mũdeẽ, semper faciet bonũ fructum. Ita pariter tam pop gentũ q israeliticus ex una natura et radice prodeunt: quia oẽs ex Adam. Sed Cain factus est oleaster recedẽs ab agro Dei: et manens venator in montib. sine lege Dei cum toto pop gentili. Abel aũt, Seth, Noe, Abraã, Moyses, et totus popul. Dei per successionẽ et obseruationẽ legis diuinæ factus est oliua de qua expectabaẽ fructus Messię. Sed qũ venit Chris in synagoga non reddidit fructum expectatum fideı. ideo facta est peior q oleaster. Immo truncatus et sciſſus est ab ea ramus legis et fructus, et insertus in oleastro populi gentilis qui factus est vera oliua fructifera. Et hoc est quod hic ait Dauid.

B

PSALMVS LII.

Dixit insipiens in corde suo: nõ est Deus.

Titulus Ad victoriam siue in finem super Malahat eruditio siue intellectus Dauid. Ex titulo apparet q Dauid fuit eruditus à Sp. san. de aliquo mysterio Chri, et ecclesię q est finis legis. Per ly Malahat aliqui Hebr. intelligunt instrũ musicum cum quo cantabatur: iste ps. ad victoriam vocum. Aliqui intelligunt chorum leuitarum à quo cãtabaẽ. Et sic Hieron. transtulit Victori per chorum eruditio Dauid Sed quomodocunque sit, siue iste ps. cantaretur per chorum leuitarum cũ toto conatu vocum ad victoriam. Siue cum illo instrumento musico rotundo, quod dr chorus, semper significabat mysterium sudictum est. Sed est aduertendum quantum ad materiam huius psalmi, q iste ps. est valde conformis, immo idem cum ps. 13. in verbis et in snia: nisi q iste est sincopatus ab illo dio, vt patet intuenti: et etiam mutantur pauca verba ab illo versu. Quoniam Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominib. placent. Et ideo dicit rabi Salomon q sicut Dauid fecit ps. 13. contra populum Babyloniacum: qui cum teneret populum iudaicum in captiuitate dixit in corde suo. Deus Israel non est Deus: ita fecit hunc psal. 52. contra Titũ: qui cum destruxit Hieruſ. et Templũ, pariter negauit Deum Israel. Vnde tradunt Hebræi q cũ Titus introiuit Tẽplum amouit velum à sanctosanctorũ dicens: vbi est Deus Israel veniat ad liberandũ Hieruſ. de manu mea. quasi diceret nullus est Deus Israel. Et sic Rabi Salom. exponit hunc ps. contra Titũ qui destruxit Templum. Aliqui aũt catolici exponunt eum contra Antiocũ: qui pariter negauit Deum Israel et posuit abominationem in Tẽplo: sed pariter fuit cõfusus et mala morte finiuit. Sed prima expositio Rabi Salomon est falsa manifestè. Secunda est deficiẽs, quia tacet et tollit sacrm explicatum in titulo et ps. Nam secundum oẽs sacros Doctores vbicunque in titulo ponitur. In finem siue ad victoriam, est signum q ille psa. dirigit nos in Christũ et Ecclesiam. qui est finis legis. Et vbicunq; ponitur. Eruditio siue intellectus, est signum q Dauid fuit eruditus à Sp. san. de mysterio aliquo de Christo et Ecclesia. Et sic Sp. san. nos erudit per os Dauid. Hoc idem dicit Camhi, q vbicunque in titulo psalmorum ponitur eruditio, ibi in illo psal. continetur aliquod profundum mysterium et secretũ de rege Messia futuro. immo dicit q iste psalmus est de rege Messia: et ideo ponitur inter duos psalmos, q sunt de rege Messia: eo q Dauid per suas persecutiones prævidit persecutiones quas passurus erat rex Messias pro Israel: sed in fine erat victurus et dominaturus omnib. gentibus vt dictum est. Sed quod magis est aduertendũ est, q totum vetus testa. intantum dr sacra scriptura inquantum continet sacramẽtum de Christo et ecclesia, vt ait Aug. Et sic ecclesia non cantat istum psa. contra Antiochum tantùm: sed contra oẽs iudæos persecutores Christi in capite. et ecclesiæ in membris: et de hoc fuit eruditus Dauid et nos erudit in hoc psa. secundum titulum et literam huius psa. Et sic iam fuit expositus in ps. 13. de corruptione totius humanæ naturæ. Secũdò de spirituali corruptione iudęorum qui Chrm negarũt. Sed vlterius ad maiorem euidentiã est notandum pp aliqua verba, quæ hic mutantur et pp titulum. q quattuor generationes hoium negarunt Chrm esse Deũ. Primo Iudæi pp auaritiam et inuidiã timentes perdere locum et sacerdotiũ et oblationes etc. Secundò Imperatores et tyrãni gentiles pp zelum idolorũ: et nolentes dimittere carnales voluptates contra quas Apost. pdicabant

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Tertiò Adriani, & quidam alii hæretici negarunt Christum esse Deum, & cõsubstantialem patri, & hoc pp ambitionem honorum, vt viderentur singulares in ecclesia, & eorũ doctrina videretur facilior ad credendum, quia facilius credebatur apud reges, & Imp. q̃ Christus esset perfectissima creatura, & q̃ esset Deus patri consubstantialis: quia tollebatur difficultas Trinitatis quod est maius mysterium, & difficilius inter oẽs articulos fidei. Et sic facilius traxerunt ad se Constan. Imperat. & oẽs Gotos, & Vandalos qui tot persecutionib. vexarunt ecclesiam. Quartò negabit Antichristus Christum esse Deum ex nequitia sua, & auiditate propriæ excellentiæ, & honoris, & dominii vniuersalis, q̃ similiter peribit miserabiliter sicut cæteri inimici Christi, & finaliter semper Christus liB berabit ecclesiam post multas persecutiones de manibus eius, sicut liberauit de alijs. Hoc ergo prænidens Dauid in Spũ fecit hunc ps. in quo tria facit. Nam primò prædicit corruptionem q̃ iste quatuor generationes incurrerunt in vita & moribus: eò q̃ Christũ negarunt. Secundò cõminatur punitionem eorum. Tertiò prædicit liberationem finalẽ ecclesiæ prædicit. Secundũ ibi, Nonne scient. Tertium ibi. Quis dabit. Quantũ ad primũ est aduertendum sicut dictũ est ps. 13. & patet primo posteriorũ. q̃ quælibet scientia habet sua propria principia, in quib. continet virtualiter tota scientia: quibus principiis ignoratis aut negatis negatur, & corrumpit tota illã scientia illo negante, & quibus notis, & concessis de facili acquiritur, & format scientia in illo. Cum ergo hoc sit primũ prinC cipium totius sacræ scripturæ, non solum no. sed etiã vet. test. q̃ Chris in lege promissus erat futurus Deus, & homo & finis totius legis, in cuius lumine euangelico omnes debebamus videre lumen le. vet. in cuius lumine omnes reges, & gentes debebant ambulare: in quo omnes erant saluandi, quãdo ergo Iudæi negarunt Christum esse Deum in aduentu suo, & negarunt ipsum esse verũ Messiam in lege promissum: tunc negarunt primum principium totius sacræ scripturæ. Et sic fuerunt corrupti in anima, & corpore. Primò in anima quia corrupta est in eis scié tia, & intelligentia totius sacræ scripturæ, quia negarunt illam lucem quæ eos habebat docere, & illuminare. Et sic non solum manent ceci sed etiam corrupti in mente cũ contraria dispositione, quia totaliter cõtant fugere lucem & sensum spiritualem, & verum. Secundò monent corrupti in moribus, & vita, quia posteq̃ ipsum negarunt, pariter negarunt eius doctrinã nolentes eam seq̃ ex malitia. Nam quia Christus prædicauit humanitatem ipsi ne videantur eius discipuli ex malitia sequuntur superbiam: & qa prædicauit paupertatem ipsi sequuntur auritiam, & sic sequuntur luxuriam: odium, & gulam contra doctrinam Christi, & ex certa scientia, & malitia. Et sic non solum sunt corrupti in scientia legis, sed etiam in moribus, & vita, & in omni genere vitiorum: maxime in mendatio & ratio est. Nam posteq̃ negarunt primam veritatem, ex pœna peccati natura eorum manet corrupta contra omnẽ veritatem, & prona ad omne mendacium: q imò cum maxima difficultate possunt proferre aliquam veritatem etiam in rebus moralibus. Ad idem tyranni gentiles negantes Christum esse Deum fuerunt corrupti omni genere vitiorum. Similiter et Arriani negantes Christum esse Deum, de necessitate negarunt articulũ trinitatis. Et sic tota scientia veritatis teologicæ fuit in eis corrupta. Et sic hodie Sarracen negantes Chm esse Deum negant articulum trinitatis, & sacramenta altaris, & sic sunt corrupti in anima, & scientia, & moribus. Hanc eandem corruptionem habebit Anticlristus. Et sic Dauid in hoc ps. 1. inuehitur contra Iudæos qui primò Christum negarunt: & sic consequenter contra alios. Dicit ergo Dauid, Insipiens, scilicet Iudæorum dixit, & affirmauit, q̃ Christus non est Deus: imò negauit Christum esse Deum, & Messiam in lege promissum. Et sic noluit recipere legem nec doctrinam eius. Ideo hoc malum hæreditarium sequitur cũ in pœnam peccati pro se, & suis.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

Oẽs Iudæi facti sũt corrupti, & abominables in vita, & morib. & iniquitatib. & sceleribus, intm̃, q̃ non est inter eos qui faciat bonum.

Deus de cælo prospexit super filios hominũ: vt videat si est intelligens aut requirens Deũ.

Dñs Iesus respexit post mysteriũ redemptionis super hominum. s. super carnales qui Christum negarunt, & sequi noluerunt, qa Christiani iam nõ dicuntur filii hominũ sed filii Dei adoptiui in Christo regenerati: quia Christus dedit eis potestatem filios Dei fieri qui

A qui nõ ex voluntate viri, nec ex volũtate carnis, sed ex Deo nati sunt. Iõ iam nõ amplius sunt filii carnis sed filii spũs. cæteri aũt qui nõ sunt regenerati: dñr filii hoium. Sup oẽs ergo filios hoium obstinatos prospexit Dñs de cœlo. vt videat, & videret si est aliquis inter eos intelligens Deũ per veram intelligentiã facæ scripturę: aut requirens Deum vt verũ finem per mores bonos & vitam. Sed nullus eorum inuentus est verax in doctrina. Nam

Oẽs declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ: non est vsq; ad vnum.

Oẽs declinauerunt a vera intelligentia sãhñt sensum verum spũalem, & profectũ sed tñ literalẽ, & inutilem, & infructuosum: qa non capiunt nec intelligũt fructum in litera latentẽ: & sic nullã volũtatẽ trahũt ex sacra

B scripta nam vilitas & fructus expectatus sacræ scripturæ sunt Xps, & ecclesiastica sacra. Sed hoc accidit, quia excęcauit eos malitia eorũ, ne intelligerent sacramenta Dei latentia in scriptura vet. test. Et non solum sunt corrupti in mente. sed ẽt in morib. & vita: quia non est qui faciat bonum opus Deo acceptũ. Et sic facti sunt inutiles in scientia & morib. Et ẽt eodem modo sunt corrupti in mente, & morib. tyranni gentiles, & hæretici, & Antichristus cum suis. nam negato isto principio q̃ Xps est Deus, de necessitate, & ex consequenti hñt negare eius oipotentiam, & eius legem esse verã, & ẽt negant totã le. vet. esse veram: quia nil aliud clamat nisi Chm Messiam esse Deum. declinando ergo ab hac ve

C ritate declinant à tota veritate legis. vnde infra ps. 6. Erranerunt ab vtero. s. legis negãdo Messiam. & ideo locuti sunt falsã: qa exinde negant oẽm veritatem quæ sequitur ex illa prima veritate. Ita per oppositũ concesso q̃ Chris est Deus, de necessitate habent concedere q̃ est oipotens, & per consequens q̃ potest transubstantiare panem in carne Xpi &c. Item de necessitate habent concedere q̃ non posset mentiri, & quòd omnia, quæ dixit, sunt vera, & sic habent concedere totam legem euangelicam esse veram.

Nonne scient oẽs qui operantur iniquitatẽ: qui deuorant plebem meam vt cibum panis.

Hic Christus cõminatur punitionem, & vltionem his qui negarunt eum, & corrupti facti sunt. Vnde est aduertendum, q̃ causa quare Iudæi negarunt Christũ fuit duplex. Primò quia Chris prædicabat contra eorum auaritiã, & superbiã. Sedò quia timebant ne D perderent locum, & sacerdotiũ: vt patet Ioã. 11. qui timor erat inanis: quia ille qui venie bat ad dandum regna cęlestia nõ auferebat tpalia. Sed tantũ cõceperunt odium contra Chm q̃ persecuti sunt Eccle. quæ erat Hierosolymis post mortem Stefani, vt patet per totum discursum actuum Apost. & occiderunt Iacobũ & incarcerauerunt Petrũ &c. propter eas causas Antichristus persequetur ecclesiam: & persequuntur hodie Sarraceni corrupti voluntatibus: & moribus quibus omnibus cõminatur Christus dicens. Nõne oẽs Iudæi corrupti qui operantur iniquitatẽ volentes sequi doctrinam euang. & qui deuorant plebem meam Christianã & persequunt Apost. & deuorant bona Christianorum, sicut quis deuorat escam & cibũ panis: & sic tam Iudęi q̃ tyranni gẽtiles, & Antichris cum suis sequacib. deuorarunt plebẽ meam: E

Deum non inuocauerunt: illic trepidauerũt timore vbi non fuit timor.

Omnes isti Deum non inuocarunt, quia Chm Messiam non receperunt & causa suę correptionis: & quare nõ receperunt Chm fuit: quia illic trepidarunt timore vbi nõ fuit timor, Nã Iudæi timuerũt si reciperẽt Christũ ne venirent Rom. & tollerent locum, & gentem & ne perderẽt decimas, & primitias & oblationes, & sacerdotiũ Tyranni ne perderent voluptates, & regna. Antichristus verò pp ambitionem honoris, & potentiæ. Sed timor istorum fuit vanus. nam Iudæi poterant recipere Christum absque hoc, q̃ perderent locum: quia Christus non quærebat regnum temporale, sed dare eis regnum cœlorum, ideo trepidauerunt timore vbi non erat locus nec causa timoris: omnes ergo isti F corrupti nonne scient, & cognoscent.

Quoniã Deus dissipabit ossa eorũ qui hoĩbus placent: confusi sunt, quoniã Deus sprevit eos.

Dñs noster Iesus Xps dissipabit ossa eorũ qui hoibus placẽt. nã multi principes cognouerunt Chm: sed pp farisæos non ausi sunt ipsum confiteri. ne excerentur de synagoga. Et magis dilexerunt gloriam hominum, q̃ gloriã Dei. Ioã. 11. Et magis voluerunt placere hoibus q̃ Deo: & voluntatem principũ sacerdotum, & farisæorũ maluerunt sequi q̃ voluntatem Dei: & sic est dicendum de sequacibus Antichristi. Nonne ergo scient oẽs & cognoscent: quoniam Deus dissipauit ossa eorũ. i. virtutẽ robur, & sacerdotiũ, & dñium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tpale in quibus sustentabantur & confidebant ꝛ Ista dñr ossa: quia sicut ossa sustentant corpus: ita ista bona sustentant hoiem in superbia: & ideo quia magis placuerunt hominibus quã Deo: perditis istis cõfusi sunt: quia quod timebant euenit eis. Nam sicut spreuerunt Deum: ita Deus spreuit eos tpaliter. & æternaliter puniuit, & eos p mũdũ dispersit.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum conuerterit dominus captiuitatem plebis suæ: exultabit Iacob & lætabitur Israel.

Hic pdicit liberationẽ ecclesiæ p Christũ ab oĩbus præssuris. Nam primò liberauit totum genus humanũ à morte æterna per mortẽ & passionẽ. Sedò liberauit ecclesiam de pse cutione Iudæorum eos puniendo. Tertiò liberauit eã de persecutione tirannorũ per cõuersionem Cõstãtin, ipuniendo Domitianũ, Diocletianũ, & cæteros persecutores. Quartò liberauit eam de perfidia hæreticorum p sacros doctores. In fine aũt mundi liberabit eã de manu Antichristi & puniet infideles, & impœnitentes per vltẽ iudicium: & dabit salutem & gloriã fidelibus. Dicit ergo profeta. o Iudæi, & cæteri infideles: quare negastis Iesum Chrm esse Deũ, & Messiã: nã quis alius dabit ex Sion salutare ipsi Israel. s. quis potest saluare Israel in Siõ patrẽdo, & dãdo legẽ nisi solus Iesus Chrs? q.d. nullus alius: nisi ip se solus. quia de eo locuti sunt oẽs profetę si benè vultis inspicere. Et ideo cũ dñs Iesus auerterit captiuitatẽ Iacob, & liberauerit filios Iacob, spũales de captiuitate: spũali tũc exultabit Iac. i. populus Christianus qui dr verus Iacob, inquantùm supplantauit synagogam & surripuit primogenituram relinquendo tẽporalia pro spiritualibus: & intercepit benedictionem pro cibis carnalibus: & lætabitur Israel. i. populus christianus, qui dr verus Israel: quia vidit Deum per fidem: & benedictus & directus à Deo: synagoga manente cęca & sine hæreditate, & cõfusa: & sic ipsa pdidit rem & nomẽ Iacob, & Israel. Et sic nomẽ & sacerdotium, & lex translata est ad populum christianum siue ad ecclesiam Christi.

PSALMVS LIII.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Titulus. Victori siue in finem eruditio siue intellectus Dauid, quando uenerunt Zifei & dixerunt Sauli. Nõne Dauid abscondi tus est apud nos? Ex titulo apparet actor, & materia & modus cantãdi & finis huius psalmi. Nam primò vr qualiter Dauid fecit hũc psal. tanq̃ actor institalis & minus principaliter. Secdõ patet, q̃ Spiritus sanctus fuit actor principalis, qui erudiuit Dauid in hoc pmate ria aũt huius psalr 1 Reg. 23. q̃ Dauid fugiens à facie Saul latebat in mõte opaco prope ciuitatem Zifi in sorte Iuda, putãs ibi inter suos saluari. Sed Zifei uolentes capere beniuolentiam regis uenerunt in Gabaa ad Saul & dixerunt. Nonne Dauid latitat apud nos in locis tutissimis siluæ in collæ achila, quæ est ad dexteram deserti? Tunc Saul parauit ire cum suo exercitu. Sed cum hoc esset nuntiatũ ipsi Dauid, recessit inde & ascendit in petram, & per loca petrosa errabat per desertum Maon. Cum autẽ Saul obsedisset & circuisset ipsum in monte ad modum cuneæ, nũciatũ est ipsi Sauli, q̃ Filistæi se effudissent super terrã, & tunc Saul ex necessitate dimisit Dauid, & occurrit Filistæis & sic euasit Dauid. De qua liberatione fecit hunc psalmum eruditus à spiritu sancto. Et hoc vr titulus literaliter sonare. Sed si bene speculari uoluerimus uidebimus q̃ ista non est materia præcisa, & principalis huius psal. Nam dr in titulo q̃ iste psa. est eruditio facta ipsi Dauid à spiritu sancto: & sic dicitur etiam intellectus Dauid secundum 70. interpretes. Ex quo patet, q̃ in hoc ps. continetur secretum & aliquod mysterium de rege Messia, vt prædictum est. Item Dauid non fuit eruditus à spiritu sancto solũ de euasione ista qua ipse fuerat expertus: & iam habebat memoria: ergo fuit eruditus de rebus futuris, inquantùm per istam persecutionem, et liberationem præuidit in spiritu persecutionẽ Christi & ecclesiæ, & eius liberationem. Nã spiritualis eruditio spiritus sancti non est nisi de rebus magnis. Modum istius eruditionis tradunt hebræi Talmudistæ, dicunt enim, quòd postquam Dauid quieuit à bellis, & esset quiescens in domo sua in monte Sion, & daret operam ad ampliandum cultum diuinum, tunc dum esset in lecto ex parte nocẽtis frequenter ueniebant sibi in mentẽ omnes persecutiones quas passus fuerat: & quo modo Deus mirabiliter eum semper à periculis magnis liberasset: & in tali meditatione oppressus somno dormiebat: & habebat semper psalterium & citaram suspensam prope spondam lecti. Sed ante diluculum ex parte aquilonari intrabat uentus per fenestrã & mouebat cordas psalterii & citaræ: & ad

ad sonũ cordarũ Dauid excitabat à somno in diluculo. & sic spũs sctũs cũ, tali sono implebat mentẽ eius. Et sic plenus spũsancto aspiratus & eruditus intelligebat ea, q̃ meditatus fuerat ex parte noctis: & præuidebat in spiritu futuras persecutiones, & psperitates regis Messię futuri occasione suarũ psecutionũ: & hoc vr sentire Camhi. Ex quo patet, q̃ in hoc ps. & quatuor sequentib. nõ memorãtur per secutiones & liberationes Dauid tanq̃ materia præcisa & principalis: sed tanq̃ materia occasionalis, & exemplaris, & parabolica siue æpositionalis: ex qua infert & præuidit Dauid futuras persecutiones, & prosperitates Christi & ecclesiæ, vnde sicut Dauid non est actor principalis huius psa. sed spũsanctus: ita ista persecutio nõ est materia principalis: sed est materia ex qua, & exẽplaris, ex qua & in qua præuidit qualiter sicut Zifei qui erãt fratres Dauid de sua tribu accusarunt & uolebãt prodere eum & trãdere in manus Saul: ita Iudæi traderent Christum in manus Pilati ad crucifigendum, & accusarent eũ falsò in multis. Sed finaliter Christus erat à patre liberandus per resurrectionem &c. Et ita pariter præuidit non solum persecutionem & liberationem Christi in capite, sed etiam in mẽbris ecclesiæ suæ, & ideo præponit in titulo, In finem. ad denotandum q̃ Dauid eruditus à spiritu sancto in hoc psalmo erudit nos & dirigit nos in Christum & ecclesiam, & de his quę Christus erat passurus & ecclesia. Et sic est dicendum de quatuor psalmis sequẽtibus. In quo psal. duo facit: nam primò petit liberari Christus. primò in capite, deinde in membris. Secũdo promittit vota gratiarum actione ibi. Voluntariè sa. Christus ergo petens liberari in capite à iudæis, & in mẽbris à iudæis & tyrannis et cæteris persecutoribus de quibus dictũ est psal. præcedenti dicit ad patrem. O Deus saluum me fac in noie tuo quod est Iesus et nomen salutis: et in uirtute tua, scilicet huius nominis Iesus libera me de Iudæis per resurrectionem, et libera me ẽt. i. ecclesiã a persecutoribus &c. Sed hic dubitatur q̃ hoc nomen Iesus non videt esse nomen patris sed Christi filii eius. ergo quo modo filius dicit ad patrem. Deus in nomine tuo saluum me fac? videtur ergo q̃ debeat dicere in nomine meo. Ad hoc respõdet q̃ nomen Iesus principaliter est nomen patris collatum ipsi Christo à patre et cõicatum. nam q̃quid habet Xps hẽt à patre vñ hoc nomẽ Iesus est nomen Adonai quatuor litterarũ Tetragrammaton, vt dictum est in prologo, et psal. 7. quod idem est quod omnipotens, et salus, et esse perfectum, & per se, quod soli Deo conuenit. hoc nomen communicatum est et dedit pater filio. vt ait apost. ad Phil. 2. Dedit illi nomen quod est supra omne nomen, ut ĩ nomine Iesu omne genu flectatur &c. Ideo non solum nos petimus à patre per istud nomen Iesu in omnib. orationibus: sed ẽt Christus vt homo petit in uirtute huius nominis sibi à patre collati: eò q̃ hoc nomen cõtinet in se oẽm uirtutẽ et oipotentiam et infinitũ pelagus meritorum. Dicit ergo Christus ad patrem. O Deus parer saluum me fac in nomine tuo Iesu, quod nomen per te est mihi collatum et communicatum: et libera me et membra mea in virtute et omnipotẽtia tua, quæ continetur sub hoc nomine Iesu: quia non est aliud nome in quo oportet mundũ saluari nisi in hoc nomine. Et nota, q̃ hic et vbiq; nunq̃ loquitur Christus cũ orat patrẽ in persona priuata, sed in persona cõi et mystica: sicut non passus est pro seipso: sed in se ipso passus est pro mẽbris: quia oẽs fuimus ĩ Xpo crucifixi quotquot regñati sum⁹ in eo. Ideo in se pro tota ecclesia orat, vt liberet ĩ uirtute huius nois Iesu à psecutorib. quod impletum est et erit, vt dictum est in psa. precedenti: quia semp Christus fuit exauditus pro sua reuerentia. ad Hebr. 5. Ideo sequitur.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniã alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Deus exaudi orationem meã: auribus mi sericordiæ percipe verba oris mei: quoniã iu dęi alieni, i. facti alieni insurrexerunt aduersum me, et tyranni et reges gentilũ quęsierunt animã et vitã meã ut perderent eam, et non proposuerunt Deum ante conspectum suum: quia sine causa persecuti sunt me contra omnem æquitatẽ et iustitiã, et contra oẽs scripturas ve. test. Et ideo Iudei non proposuerunt Deum et scripturas ante conspectũ suum: sed passionem et inuidiam et malitiã. Nam si cum caritate perscrutati fuissent scripturas, cognouissent Christum esse uerum Messiam in lege promissum, et sic principes regem gloriæ nõ crucifixissent. Actuum. 4. Et etiam tyranni non proposuerũt Deum & iustitiam cum martyres occidebant & etiam perseque-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A persequebantur: sed passionem & malitiam.

Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus est susceptor animæ meæ.

Hic ponitur adimpletio & effectus petitionis & punitio persecutorū. Dicit ergo Chris: sicut orauī patrem ita adimpleuit, ecce enim pro quia: quia Dñs pī adiuuat me sicut petebā: & Dns est susceptor aiæ & vitæ meæ & liberator & defensor in capite & in mēbris. Ergo sicut liberasti me: ita punias eos.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Auerte mala à me: & da inimicis meis. i. oīa mala q̄ mihi fecerūt & facere intēdebāt: auerte à me sup eos, & in veritate tua disperde illos. Quod totum impletū est primo in Iudæis. Nam per Romanos fuerunt partim trucidati, & partim disperditi, & partim di-
B sperſi. Et hoc ēt fuit impletum in persecutoribus ecclesiæ, s. Nerone, Domitiano, & Diocletiano &c. Et dicit in veritate tua. q.d. tu q̄ scis veritatem q̄ iniustē persecuti sunt me. Ideo secundū veritatē tuam disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Hic prædicit siue promittit se acturū gras pro liberatione & victoria sua. Vnde nota q̄ festiuitates, quas hodie celebrat Eccl. & officia canonica quę cantat, nil aliud sunt nisi gratiarum actiones in memoriā passionis, & resurrectionis, & ascensi Iesu Chri, & passionum ojum martyrū. Et sic ēt offert quotidie Eucaristiā in memoriā passio. Chri. Dicit ergo Chris. O Pater postq̄ tu feceris quod peto. & postq̄ liberatus fuero & inimici fuerint
C puniti, ego in ecclesia mea voluntarie & cū maxima deuotione & solemnitate sacrificabo tibi: offerendo quotidie in Eccl. sacrificiū Eucharistiæ: & alias oblationes: & cōfitebor noi tuo quod est Iesus, ipsum predicando & magnificando in medio ecclesię & in cōspectu totius populi: qm̄ nomē tuum bonum, & vtile, & salubre est, & fuit toti generi humano. Ideo confitebor oia beneficia quæ recepit ecclesia per hoc nomen Iesus: quia per ipsum liberati sumus à peccato & vicimus Diab. & adepti sumus cœlum: & ex omni tribulatione erepti sumus. Ideo sequitur.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Ex oi tribulatione eripuisti me: & dedisti mihi victoriā cōtra persecutores: & mihi eos subiecisti. Ideo oculus meus despexit super inimicos meos. Vnde sicut suscipere est inB tum aspicere. Ita per oppositū despicere est deorsum aspicere, & ideo subiicimus maiores, & victores qui sunt supra nos: sed despicimus. i. cōtemnimus, & deorsum, & subiectos, & victos aspicimus eos, q̄ sunt subiecti, & victi, & superati à nobis. Et ideo ait, sup inimicos meos despexit oculus meus, tanq̄ victos, & superatos. Quòd totū fuit impletū primò post destructionem Hieruſ. q̄a victimus Iudæos nobis subiectos, & despectos p oēs nationes. Sed ò fuit impletū post cōuersionē magni Constan. quia ois potestas gentilium fuit subiecta iugo Chri. Et sic in noie Iesu oē genuflectit cęlestiū terrestrū & infernorū. Sed est aduertendum, q̄ sicut Chris orauit in hoc psal. pro se et membris suis: ita tota Eccl. quotidie orat ad eundem patrem
B in hora prima dicens, O Deus pī saluū me fac in noie tuo. s. per filium tuū Iesum: & in virtute tua contenta in hoc noie Iesu libera me ab oībus infidelib. et inimicis ecclesiæ visibilib. & invisibilib. &c. Et ēt Ecclesia dirigit hanc orationem ad Xpm. O Iesu Xpe Deus saluum me fac in noie tuo. i. per virtutē nois tui, etc. Sed in veritate ipsa Ecclesia cōtinet dirigit orationes ad patrē, vt exaudiat et saluet nos per virtutem nois filii sui: et per merita passionis eius ēt inquantum homo. Et ideo semper in fine oīonis cōcludit. Per Dominum Iesum Xpm filiū tuum &c. Et ille est debitus ordo orandi: eò q̄ Christus vt homo mediator Dei, et hoium: homo Christus Iesus. Sed multotiens dirigimus ēt orationes, et petitiones ad Xpm vt misereat nostrum, et offerat passionem, et merita sua pro nobis, et non solum inquantum homo sed etiam inquantum Deus et homo simpliciter dirigimus orationes ad Chrm: eò q̄ cum patre viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum.

PSALMVS LIIII.

Exaudi Deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me.

Titulus Victor siue in finē in organis eruditio siue intellectus Dauid. Ex titulo patet, q̄ Dauid eruditus à Sp. san. fecit hunc ps. et voluit q̄ cantaretur in templo cum organis siue carminibus. cuius materia est referenda in finem legis, qui est Christus, et Ecclesia, vt frequenter dictum est. Et ideo cātabatur ad

A ad victoriā. s. eſi toto conatu vsq; ad vltimū punctum. Dictum est superius, q̄ Dauid per suas persecutiones prænuntiabat in spū persecutiones Messiæ futuri: & ideo materia occasionalis potuit esse q̄n Dauid euadit & fugit de Ceila cum ciues uellēt ipsum tradere in manibus Saul, & sic cum ducentis uiris uagabat incertus per solitudinem: vt patet 1. Reg. 23. per hoc quod dr in litera, Elongauit fugiens & mansit in solitudine: fuit eruditus Dauid à spū sancto: q̄ sicut viri Ceilæ fuerunt ingrati Dauid uolendo ipsum tradere in manibus Saul: cum Dauid liberasset eos de obsidione Philistinorum: & ēt ipse Saul ingratus uoluit circundare ciuitatē Ceilæ, vt caperet Dauid in ea: sed Dauid fugit in desertū ab ingrans: Ita Iudæi debebant esse ingrati ipsi Christo, qui cum filios eorū à diuersis infirmitatibus
B liberasset, & ēt ad saluandum eos à morte perpetua uenisset: tū ipsi ingrati circundederunt eum in templo, & uoluerunt ipsum lapidare, & ēt apprehendere. Sed Iesus exuit de manibus eorū: et abiit iterū in desertū locum trās iordanē vbi primū erat Ioānes baptizās: et mansit illic, ut patet Io. x. Propter quā ingratitudinē post ascensionē Christi fuit destructa ciuitas sacrilega & ingrata. Et hæc est materia huius ps. principalis, in quo Christus introducit ad loquendū. Sed est aduertendū q̄ licet Chris semel passus sit in capite per Iudæos, et ēt gentiles qui ipsum crucifixerunt: et fuit totaliter per resurrectionē liberatus: tū sp postea passus est in membris, et in ecclesia sua per Iudæos, et gētiles, et patietur vsq; ad iudicium. vt impleantur passiones q̄ deC fuerunt Chri. s. totius corporis mystici, vt ait apl̄s ad Col. 1. Vñ Christus iam passus fuerat in capite, et resurrexerat, tñ adhuc post resurre ctionem, et ascensionem dicebat, Saule Saule quid me persequeris? Et sic continuē patitur persecutiones in membris suis. Et iō Chris nō solum loquitur in hoc psal̄ in persona prius ta, vt suprādictum est: sed in persona cōi pp persecutiones quas passus est, primo in se postea in membris suis. Et sic sit memorat persecutiones suas, et ecclesiæ, quas dicit esse suas pp unitatē corporis mystici, ut sępius dictum est. Tria ergo facit Chris in hoc ps. Nā primò exponit querelam suā apud patrem explicando pericula et persecutionem suā. Secundo petit vltionem de persecutoribus. Tertio agit grās quia fuit exauditus. Secūdū ibi. Præcipita domine, Tertium ibi. Ego ad dñm clamaui. Quantum ergo ad primū dicit Chri D stus O Deus pater exaudi oratione meam, & petitionem: & ne despexeris deprecationem meam. Vñ p oratione peto mihi dari resurrectionē, & dotes gloriæ: p deprecatione vero peto ab afflictionib⁹ liberari. & ideo intēde mihi vt filio proprio, & exaudi mę, vt ea q̄ peto sine dubio, & firmo proposito impleā tur. Hoc dicit quia Christus sēper fuit exaudit⁹ sine repulsa: & ideo petitio Christi est firma profetia de futuris agendis & implendis. et ideo propter certitudinem repleat. Et ideo in ista oratione nō solū petit, et prædicit suam liberationē et gloriā: sed etiam petit, et prædicit vltionē de persecutionibus vt patebit. Sed ne videatur iniustē petere vindictam enarrat et explicat primò suas afflictiones, et persecutiones dicens: Iuste peto exaudiri q̄a.

Cōtristatus sū ī exercitatione mea: et conturbatus sū à voce inimici et à tribulatione pēccātis. E

Contristatus sum ī exercitatione. s. in opprobriis et flagellis et tormentis et alapis, et in clamationibus, et dinumeratione ossiū, et in ceteris afflictionibus, in quibus fui exercitatus, et ego fui contristatus: et dolui à uoce inimici populi Iudæorū, et à tribulatiōe peccatoris mihi inflicta. Notā q̄ Christus nō dicitur hic cōtristatus prout tristitia dicit passionē nō correctā cōtra uirtutē: quia uirtuosus in sua operatione non contristatur, imo lętatur in animo: sed dicit cōtristatus quasi dolorē passus. Nam primò Christus patiebat dolorē corporalē in illa exercitatione, et tormentis p totā illam noctē tanquā uerus homo habēs humanas infirmitates siue culpa q̄ et etiā dolebat, et tristabatur de perditione illius populi et flebat peccata nostra ī horto F et in cruce. Et ideo cōtristatus est, et doluit à uoce inimici imponētis falsum testimoniū: et clamantis crucifige crucifige: quia præuidebat illū populum dānandū propter homicidium iniustū. Contristat⁹ est ergo Christus. 1. uexatus, et afflictus, et dolens in tali exercitatione magis propter ęcitatem, et dānationem persecutorū, et assignat causam dicēs.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

Declinauerunt in me iniq tates falsa crimina imponēdo. Et sic q̄a in ira, et iniq tate molesti erāt mihi abs q; rōne, quia ex odio, et iuidia, molestabāt me: et sic pp dānationē eorū.

Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Timor, & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ.*

Cor meum cõturbatum est in me: nõ per turbationem contra rationẽ, sed per turbationẽ ratione passionis & doloris. Et ẽt cor meum. i. caro conturbata est timore mortis: quia timor mortis, & tremor corporis venerunt sup me, & sic contexerunt & circunderunt me tenebrę mortis: quia cępit tædere, & pauere, & męstus esse, vt dictũ est psal. 21. Et nota q̃ Xp̃s magis memorat, & deflet sniam mortis, & miseriæ pœnalitatũ datam in Adã toti generi humano pro quo patiebat: q̃ defleat suam mortẽ propriã: & sic dolebat, & flebat in horto tanq̃ caput pro afflictione membrorum: quia hic potius loquit vt persona communis, vt dictum est.

B *Et dixi: quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo, & requiescam.*

Cum me vidi in tanta exercitatione, & afflictione & persecutione multotiens dixi, q̃s dabit mihi pennas vt columbę. & volabo, & requiescam. i. volaui sicut columba habens alas: cum me vellent lapidare, & apprehendere exiui ab eis, & abii trans Iordanem, & elongaui fugiẽs & mãsi in solitudine, vt patet Ioa. x. Sed melius est hoc referaẽ ad resurrectionem. vnde dicit Xp̃s intantum timor mortis, & tremor venerunt sup me q̃ oraui, & petii resurrectionem, & liberationem ab afflictionib. & morte tàm terribili: & dixi. q̃s dabit mihi pennas sicut columbæ, i. dotes resurrectionis, & gloriæ, quæ sunt agilitas claritas, & impassibilitas, quę sunt alæ corporis glorioſi. & volabo in cœlum, & requiescam à laboribus, & tribulationibus passionis.

C *Ecce elongaui fugiens: & mãsi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit: à pusillanimitate spiritus, & tempestatẽ.*

Exauditus à patre sui, & resurrexi, & elongaui me fugiens in cœlũ: & mansi in solitudine cęlesti. vbi nõ est societas cũ malis: sed est illa patria q̃dã solitudo libera ab oib. malis, & oi miseria. Et subdit Chr̃s: istã petitionem feci: quã expectabam eũ. s. patrẽ meũ, q̃ saluum me fecit à pusillanimitate, & vexatione, & tribulatione spũs, & tẽpestate crucifixorũ. Nã licet caro in principio fuerit infirma, & timuit mortẽ: tñ spũs semp fuit promptus obedire patri, & non pusillanimus: imò fuit semper liber ab oi pusillanimitate, & quolibet alio vitio. Ex hoc pater, q̃ in his tribus versiculis Xp̃s petit liberari per resurrectionem glorioſam, & Ascensi. in qua oione fuit exauditus pro sua reuerentiã. Vnde pena, quas pr̃ dedit filio Chr̃o, sunt ota genera gratiarum. & donorum. s. sapientię, & intellectus. cõsilii & fortitudinis &c. Istis pennis, & aliis volauit Chr̃s, & fuit liber semp ab instanti conceptionis ab oi pusillanimitate spũs, sed voluntariè assumpsit humanas infirmitates ad instrũ patiendi. Sed est aduertendum q̃ Xp̃s hic nõ solum loquitur in pona priuata: sed in pona cõi prout est caput eccl. petit liberari à psecutionib. quas eccleſia passa est. Primò à Iudæis tpe Apost. sedã à tyrannis tpe martyrũ. Ideo ait in pona Ecclesiæ. O Deus pr̃ exaudi oionem &c. quia cõtristatus sum, & vexatus à principio illico post ascensionẽ in persecutione facta Apost. & lapidatione Stefani. Et quia Pau. persequebat Eccles. et accusabat Christianos per oes synagogas. vt patet Act. 7. & hic ẽt contristatus sum à voce inimici populi Iudæorum qui fecerunt edictum contra Christianos vt oẽs ducerenẽ vincti in Hieruſ. Et ẽt Imper. Rom. fecerunt edictum vt si quis coleret nomen Xp̃i capitali snia puniretur: & bona sua fisco addicerenẽ, vt patet in ecclesiastict hist. Ab ista voce ego fui contristatus, qm̃ declinauerunt in me iniquitates, & imposuerunt falsa crimina: & in tali ira, & odio erãt mihi molesti. Vñ tot millia martyr. interfecti sunt. Vnde tantus timor & tremor inuasit me, q̃ desideraui habere pennas, & alas ad fugiendas tot diras persecutiones. Vnde Papa Hilarius factus pusillanimus adoleuit incensum idolis ex timore, & tremore, licet non corde, & ideo elongaui fugiens à populis, & mansi in solitudine, & deserto. Nam christiani fugientes persecuttones Imperat. tyrannorũ latebant in cryptis, et speluncis, et vagabant per desertũ. Nam Vrbanus Papa latebat in sepulcris mortuorum, vt patet in historia Cęciliæ. Et Sylvester q̃situs est in mõte Serapino vocatus à Constantino in montib. vbi latebat cũ aliis Christianis rogando vt Deus liberaret eccle. suam. & saluaret eam à pusillanimitate spũs et tẽpestate persecutionis, et illa ret Christianis fortitudinem in tormentis, et persecutionib Sed iste persecutiones, et tempestates cessarũt per conuersionẽ magni Cõstãtini. Itẽ ly Quis dabit mihi pẽnas etc. põt referri ad reprobationẽ iudæorum, et conuersionem popu. gent. Nam postq̃ Apostoli viderunt obstinationẽ et duritiã, et iniq̃tatẽ iudæorum,

A iudæorum, dixit Paulus. Vobis oportebat pr̃dicari uerbum Dei, sed quia indignos vos iudicastis, ideo conuertimur ad gentes. Actuum. xiii. Dicit ergo ecclesia siue Christus in persona ecclesiæ. postquam Iudæi persequuntur me, & se indignos fecerũt gustatione verbę. & volabo ab isto populo reprobato, & quiescam in populo gentili. q. d. ecclesia, nõ misi solus pater, & filius, & spiritus sanctus. Vnde pennæ columbæ deargentatæ, quę est ecclesia, sunt fides, spes, & caritas, & omnia dona gratiarum quæ apostoli receperunt in die Pentecostes, quibus aliis apostoli uolauerunt per mundum uniuersum prædicantes euangelium omni creaturæ & populo genti li. Et sic reprobata synagoga Christus volauit & recessit ab ea, & requieuit in solitudinem populi gentilis conuersi ad fidem Chri

B sti, qui quidem populus ante erat desertus à Deo, quia nunquam habuerat legẽ nec prophetas. Et sic in deserto vbi ante habitabant serpẽtes, & dracones, ortus est viror iunci fidei, & caritatis. Isa. xxxv. & ibi habitauit Christus. Et sic dicit ecclesia. Ego expectabã Deũ qui saluum me fecit per conuersionem magni Constantini à pusillanimitate spiritus & tempestate: quia tunc fuit liberata ab omni timore & tremore persecutionis.

Præcipita dñe diuide linguas eorum, quoniã vidi iniquitatẽ & contradictionẽ in ciuitate.

Hic petit Christus vltiones de persecutoribus. Ad cuius intellectum est notandum sicut dictum est ps. 47. & 50. q̃ ciuitas Hierusalem inquantum in ea expectabatur Christus qui nos cũ

C patre per sanguinem suum pacificauit, & inquantum in ea fuit Chr̃s & collegium apostolorum: quia societas illa erat vera Hierusalem, & pacifica, & visio pacis. Sed postq̃ illa ciuitas perdidit fidem Christi per obstinationem, & illa societas fidelium recessit ab ea, tunc illa tam amplius non fuit Hierusalem, sed Babylonia, & multitudo cõfusionis & diuisionis. Et ideo dicit Chr̃s per os Dauid, q̃ postquam assumpsit pennas sicut columbæ & uolauit, & elongauit se fugiens & recedẽs ab ea: & mansit in solitudine & requieuit in populo gentili, ibi fuit vera Hierusalem, s. in tota ecclesia fidelium à solis ortu vsq; ad occasum, & illa terrena quæ ante dicebatur Hierusalem, per recessum Christi & fidei facta est Babylonia confusa. Ideo ait Christus.

O domine pater postquam ego elongaui fu D giens ab illa ciuitate, præcipita eã & destrue per Titum & Romanos & diuide linguas eorum per contrarias opiniones: quoniã vidi contradictionem in ciuitate. Nam quiddã dicebant, quoniam in Beelzebub eiicit dæmonia, & quidam, quoniam vorax est, & quidã quoniam bonus est, & quidam, non, sed seducit turbas. Et sic schisma erat inter eos. Ioan. viii. Et etiam vidi aliam contradictionem, & diuisionem in illa ciuitate. Nam per totos illos xl. annos à morte Christi vsq; ad excidiũ ciuitatis semper vidi contradictionem inter ciues & iniquitatẽ, q̃a nulla erat iustitia: sed iniustitia, et cędes, et furta & latrocinia, & homicidia & seditiones ciuium adinuicem: vt ait Iosephus de bello Iudaico. Vnde surrexit quædam societas latronum qui dicebantur ticarii, qui cum paruis gladiis interficiebant E homines, intantũm quod pauci audebãt exire domos suas non solum in nocte, sed etiam in die. Et sic primò fuit bellum intestinum, & seditio inter eos. Deinde bellum externũ per Romanos. Ideo subdit,

Die ac nocte circũdabit eã super muros eius iniquitas: & labor in medio eius & iniustitia.

Et nõ defecit de plateis eius vsura et dolus.

Die ac nocte iniquitas, & labor circunda bit eam super muros eius intus & extra: & in medio eius erit iniustitia quia per totos illos xl. annos nulla fuit iustitia, sed seditio, & tyrannides: nec defecit vsura & dolus i plateis eius publica. Et vsura, & dolus, & fraus manet in illo populo dispersso, tanquam morbus hæreditarius. Item vbicunque est ille populus dispersus dicitur Babylonia & confusio propter diuisionem linguarum & opinionum. Nam postquam cum veritate non possunt defendere perfidiam suam, oportet vt F sint inter eos diuersæ falsæ opiniones, & sic vnusquisq; suo modo glossat sacram scripturam, vt attrahat eã ad suam perfidiã & auertat à veritate. Et sic confingunt Talmudistæ diuersas hæreses manifestas contra sacrã scripturam, putà quòd animæ Esaiæ & aliorum prosetarum fuerunt in monte Sinai, & ibi acceperunt suas prosetias. Et quòd animę ipsõrum Talmudistarũ fuerunt in eodẽ mõte Sinai, & sicut Deus dedit legẽ Moysi, ita dedit eis uerum intellectum legis Et sic dicunt q̃ magis est credendum eis quàm literæ legis. Et dicunt multa alia enormia & varia & contraria inter se. Et sic duplex bellum est inter

Iudæos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Iudæos, scilicet intestinum & externum. Quo aũt istæ maledictiones transierunt in posteros videbitur ps. 68. & 108. & 81.

Quoniam si inimicus meus maledixisset: mihi: sustinuissem vtique.

Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

Hic probat q̃ iusto Dei iudicio iudæi passi sunt bellum intestinum & diuisionem, & cõfusionẽ, & inter eos nulla est fides, nec vnus confidit de altero, & ratio est. Nã iste est morbus hæreditarius eis: eò quoniam tradiderũt Christum Messiam, & regem suum, & familiarem, & fratrẽ de sua tribu. Dicit ergo Christus. Iustum est q̃ patiantur talem pestẽ intestinam: quia sic cum dolo prodiderunt me Pilato. qm̃ si aliquis inimicus, & extraneus gentilis maledixisset mihi imponendo crimina, & inferendo opprobria, vtiq; ego sustiB nuissem, i. esset magis tolerabile: eò q̃ gentiles non habebant legem nec prophetas: & habebant odio Israelitas, & Iudæos: & ideo si is gentilis vel alius qui oderat me fuisset locutus magna crimina, & falsa testimonia super me, abscondissem me forsitan ab eo. i. habuissem cãm fugiendi ab eo & custodiendi me.

Tu verò hõ vnanimis: dux meus et notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.

Verò pro sed: sed tu homo iudæus vnanimis. i. eiusdẽ legis & naturæ, & tribus. notus meus: quia quotidie eram in templo docẽs: & cognoscebas matrem meã de tribu Iuda: & multotiẽs fuisti dux meus quantùm ad sacerdotiũ: quia fungebaris sacerdotio in quo cõsistit ducatus populi: quia sacerdotes sunt duces, & sic eras dux meus per opera quę sequebaris. C et tibi: qui mecum simul capiebas cibos, i. eras mihi familiaris, & commensalis: quia multotiẽs inuitatus in domo tua, puta in domo Simonis leprosi &c. & ambo simul ambulauimus in cõsensu, & societate in tẽplo &c. & ego cum consensu & familiaritate & colloquio erã tecum. maximè cum eram inuitatus tecum ad cenam, aut' prãdium. Q. d. sicut familiariter & proditorie & sub zelo amicitiæ prodidisti me & tradidisti: ita familiari, & intestino & externo bello intus & extra peribis. Hoc dicit. Nam dum Titus & Romani tenebant ciuitatem Hierusalem obsessam cõtinuè erãt seditiones & latrocinia publica in ciuitate. Et nota, q̃ etiam isti quatuor versus ab illo loco: Quoniam si inimicus meus, &c. possunt referri ad Iudam proditorem, qui D erat discipulus, & familiaris, & commensalis Christi, & tradidit eum. Ideo Iudæi moderni non dicuntur Iudæi à Iuda filio Iacob patriarcha, sed dicuntur Iudæi à Iuda proditore, cuius sunt imitatores, & successores in maledictione, & moribus. Et ideo subdit.

Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.

Postq̃ iste populus est imitator Iudæ, ideo veniat mors super illos, nõ solum corporalis sed ẽt spũalis aiæ. Et sic descendãt viuentes in infernum: sicut Iudas qui mortuus est in corpore, & aia: qa laqueo se suspẽdit tanq̃ cecus & obstinat°: & ipsemet se ad mortẽ iudicauit & absolvit sibi locum pniæ. Et qm̃ ẽt sunt successores in moribus & nequitia, ideo sequi.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.

Nequitiæ erunt semper in habitaculis eorũ in medio eorũ. i. non solum erunt dolo contra extraneos, sed ẽt inter eos. Vñ est notandum q̃ iste populus maledictus in omnes est imitator, & successor & hæres Iudæ proditoris. Primò quia inquantùm possunt conantur semper maledicere Christo: & prodere Christianos, & decipere cũ dolo & fraude, & ẽt inter eos. Secũdò quia quotidie seipsos condemnant ad mortem corporis, & animę. Probatur. Nam in hoc psãl. 54. & 108. & in multis aliis manifestè legitur sua damnatio nis oĩm Iudæorum crucifixorum Christi, & oĩm successorum, & hoc per modum maledictionis, vt patet hic cum dicit. Veniat mors super illos &c. Ex quo patet, q̃ quotidie orant pro damnatione eorũdem, & dãnant seipsos dũ viuunt, sicut Iudas qui viuus seipsum condemnauit ad mortem. Et ideo dicit. Descendãt in infernum viuentes, quia viuentes condemnant seipsos ad infernum. Et ẽt quia licet corpus moriatur in eis & putrefiat i terra, tñ anima viuens. & immortalis descendit in infernũ s vbi erit fletus & stridor dẽtium. Et deficiat mortẽ, & non veniet ei. Et nota q̃ totum hoc quod dictum est de populo iudæorum persequente Christum in capite, intelligendũ est ẽt de populo gentili & cętu tyrannorũ persequente ipsum in membris, & maxime de cœtu hæreticorũ qui dicuntur nori, & familiares Christo, inquantùm dicebantur Christiani: & ideo consimili pœna sunt puniti.

Ego autem ad Deum clamaui: & dominus saluauit me.

A In hac tertia parte agit gratias de beneficio resurrectionis recepto, & de vltione facta de persecutoribus suis simul iterãdo eorum punitionem & malitiã. Ideo ait, ipsi sunt puniti vel punientur sicut supra dictum est, sed ego quia ad dñm clamaui & dominus saluauit me, ideo agendo gratias de resurrectione, & liberatione mea & punitione eorum,

Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.

Vespere, & mane, & ſp annũciabo mĩam & iustitiam suam, & ipse exaudiet vocem meam. Vel potest esse ista particula consecutiua cum superiori, quia vẽ semper petere iustitiam, & vltionem de persecutoribus: vt dicat. Ego ad dñm clamaui & saluauit me, & vespere, & mane narrabo, & annunciabo iniurias mihi illatas: & dñs exaudiet me.

Redimet in pace aĩam meã ab his qui appro
B *pinquant mihi. qm̃ inter multos erant mecum.*

Redimet in pace. i. in gloria, & liberabit aĩam meã per resurrectionẽ ab his Iudæis q̃ ne, quia oẽs eramus de tribu Iuda, qm̃ inter multos. i. multi erãt mecum. i. se amicos mihi fingebant, & sic sub zelo amicitiæ, prodiderunt me, sicut fecit Iudas, & multi Pharisęi qui inuitabant me ad prandium, & obseruabant & caperent me in sermone, & postea conspirauerunt in mortem meam. Sed

Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante sæcula.

Non est illis commutatio: & nõ timuerũt Deum, extendit manum suam in retribuendo.

Deus qui est ante sęcula exaudiet me orãC tem, & clamantem, & humiliabit & deiciet illos auferendo sacerdotium, & ciuitatem, & bona tpalia, & iugo perpetuæ captiuitatis subiiciẽdo, & alias in perpetuum ignẽ condẽnando, & corda eorum obdurando, & occæcando ne cognoscant facta Dei, nec peccata sua, intantum q̃ non est nec erit eis cõmutatio, & redemptio nec conuersio de peccato ad gratiam quia nunq̃ agẽt pniam, sed ceci, & obstinati in sua perfidia permanebũt, quare quia non timuerunt Deum condemnando sanguinem iusti. Ideo Deus extendit manum suam contra eos, in retribuendo vindictã pro homicidio, &) q̃ contaminauerunt testñ Dei, perpetrando homicidium, & occidendo innocentem contra legem Dei.

Cõtaminauerunt testñ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius.

Contam inauerunt etiã testamentum Dei D non recipiendo Christum, de quo loquũtur oẽs scripturę testamenti Dei. Ideo negando Christum negatur testñ Dei Et sic fecerunt Deum mendacem, & sic manẽt sacrilegi, & blasfemi, & hæretici, quia tota scriptura clamat Xp̃m esse Deum, & Messiam &c. Et sic vt defendant perfidiã suam ex certa scia faciunt Deum mendacem falsò interpretando legẽ, & prophetas. Et sic contaminauerunt & dilacerauerunt testñ Dei. Vnde isti reddiderunt Christo malum p̃ bono, quia Christus semper fuit eis benignus, & ipsi fuerunt Christo crudeles quod probatur. Nam vultus eius, s. Christi fuerunt diuisi, & separati ab ira, quia semper eis locutus, est sine ira: imo cum maxima benignitate, & semper cor eius appropinquauit illis, id est: bona uoluntas Christi semper, fuit eis propitia: quia cum magna benignitate corrigebat, & docebat cum caritate: & filios eorum sanabat. E

Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.

Multa beneficia cõferebat in quibus poterant agnoscere Christi caritatem, et benignitatem, & sermones eius, s. Christi fuerunt molliti, et suaues, et blãdi erga eos, sup oleũ. i. magis q̃ oleum: sed ipsi. i. Iudęi fuerunt iacula et lãceę cõtra Xp̃m: quia acuerũt ut gladiũ linguas suas: dicẽtes crucifige crucifige. Litera Hier. habet Nitidius butyro os eius et pugnat cor eius: molles sermones eius super oleũ, et ipsi sunt lãceę. Vnde ista particula est valdè intricata, et iõ sunt diuersimodi dicendi inter doctores, sed iste videtur mihi magis conformis literę Hieronymi, quia nil aliud sonat nisi q̃ Christus fuit Iudęis benignus & F blandus in sermonibus et factis, et ipsi Iudei fuerunt ipsi lanceæ et iacula. Potest etiam dici q̃ sermones Christi licèt essent molles sicut oleum, tamen fuerunt iacula, ẽt et sagittę penetrantes corda fidelium et conuersõrum ad fidem, et fuerunt iacula ad confundendum, et conuincendum Iudęos et tirannos et hęreticos, quia sermo Dei est gladius anceps, et gladius ignitus.

Iacta sup dñm curã tuã & ipse te enutriet: & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Hic profeta in persona Christi exhortatur iustos et fideles ad patientiam in aduersis, ut cõmittant se diu: næ mĩę et prouidentię in omnibus persecutionibus, et periculis, et inopia: quia Deus nunq̃ deficiet eis. Dicit ergo.

O fide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

O fidelis iustè iacta in Dño curam tuam.i. cõmitte et curam, & habeas bonam spem, quia ipse te enutriet in bonis tpalibus: & spiritualib.& sis humilis in aduersis.quia Deus nunquam dabit in æternum fluctuationem iusto.i nunquam permittet eum perire in fluctuatione et persecutione, et semper dabit finem afflictionibus eius, imò tandem et in breui liberabit eum: licèt ad tempus permittat affligi.Et conuersus ad Deum dicit.

Tu vero Deus deduces eos in puteũ interitus.

Viri sanguinum,& dolosi non dimidiabũt dies suos:ego autem sperabo in te Domine.

Deduces eos.i. Iudæos et tyrannos et oẽs alios persecutores Christi,et Ecclesiæ in puteum interitus et mortis infernj, quia viri sanguinum et dolosi,s. homicidæ et persecutores iustorum, et dolosi et fraudulenti et iniqui non dimidiabunt dies suos:quia intẽ pestifua morte morientur ante dimidiũ dierum suorum.ego autem cum patiẽtia et humilitate sperabo in te Dñe, et non erit frustra spes mea,qm̃ scio q liberabis me.Sed cõtra:quia videmus malos quandoq;vltra dimidium dierum,i.vltra. xl.annos viuere: et sic dimidiant dies suos.Respõdetur,q nunq̃ pctõr et prauus mũdanus dimidiat dies suos quia nunq̃ credit nec putat se moriturũ. Et sic parum videtur sibi viuere. lxx. annos: imò vr sibi non dimidiare dies suos,et causa est,quia non putat nec credit aliam vitam, imò dolet recedere ab hoc sæculo.Et sic ẽm opinionem suam nunq̃ dimidiat dies suos, quia nunq̃ tñ viuit,quin plus putet et expectet viuere. Sed iustus cupit dissolui et esse cum Christo,ideo vita huius mundi semper vi sibi longa et odiosa, et hoc accidit quia sperat et cupit aliam vitam in Dño.Ex quibus patet,q iste ps.non conuenienter exponitur cõtra ciues,et habitatores Ceilæ: quia maledictiones, quæ hic prognosticabantur non possunt proprie applicari illi ciuitati. Secũdò quia iste ps.est eruditio Sp.sanc.facta ipsi Dauid, ergo est sacramentum profundũ de rebus magnis et profundis Christi, et ecclesiæ. Item nec iste ps. potest nec debet exponi moraliter pro aliquo afflicto, Nam oĩs afflictus debet et tenetur orare pro persequentibus, et iactare in Dño spem et curam suã & non petere vindictam, cuius oppositũ fit in hoc ps. Et ideo est dicendum q iste ps. est prophetia in qua per modum orationis prædicitur punitio crucifixorum Christi,et persecutorũ ecclesiæ, vt moris est in psa.Dauid. Nam Deus quia præuidit Iudæos ab æterno obdurandos, et etiam quosdam tyrannos et hæreticos simul cũ Antichristo, ideo in hoc ps. pronunciat eos reprobatos. Et hoc dicit Christus per modum orationis et petitionis per os Dauid.vt patet ps.34.et in hoc ps.68. et 108.Veruntamen vnus homo particularis non debet dicere aliquem istorum ps. eum tra persecutores suos,quia ageret contra cõ filium euangelicum et contra caritatem. Et ideo ecclesia orat vt Deus conterat persidiã, et potentiam infidelium,et hæreticorum,et conuertat eos ad viam veritatis et salutis, et sic iste psa. non potest moraliter exponi pro aliquo afflicto,sed est prosetit in qua Christus prædicit per modum orationis obtestationem et finalem damnationem crucifixorum,et iudæorum, et tyrannorum,et hæreticorum,et ipsius Antichristi cum sequacibus suis.Et ideo licut iste ps.est expositus de sua et punitione Iudęorum persecutorum Christi, ita ex consequenti potest exponi de tyrannis,et hæreticis,et Antichristo et eorũ sequacibus suis persecutorib.ecclesiæ.Vnde notã. q quatuor conditiones hominum conspirarunt in mortem Christi,s. primò synagoga sacerdotum. Secundò hypocritæ qui erant Farisæi. Tertiò hæretici qui erant Saducæi. Quartò tyranni & gentiles,s.Pilatus cũ suis. Sed quicquid Christus passus est in capite, passus est postea in membris & ecclesia, vt inquit Aug.ideo ab eisdem passa est ecclesia successiue. Nam primò passa est persecutionem Iudęorum in principio,qñ lapidatus est Stefanus,& occisus Iacobus. Secundò tyrannorum vsque ad Constantinum. Tertiò hæreticorum vsq; ad Iustinianum qui extermi nauit Vandalos Arrianos de Africa per Belisarium,de quib.dicit hic ẽm Aug. Tu vero notus, & familiaris meus &c. Vltimò patiẽt ab hypocritis tpe Antichristi, qui simul erit circumcisus & tyrãnus, & hæreticus, & fictus hypocrita, quorum orum finalem punitionem, & dãnationem & reprobationem ostendit,& prænunciat ét Christus in hoc ps. licut ab æterno præscit.Et sic prudens lector poterit literam huius ps. singulis applicare.

PSALMVS LV.

MIserere mei Deus quoniã conculcauit me homo:tota die impugnãs tribulauit me.

Titulus

A Titulus in hebræo. Ad victoriã siue victori super columbã mutã elõgationũ Dauid: qñ tenuerunt eum Filistæi in Geth. ẽm Hieronymum vero.Victori siue Vincẽti pro colũba mutanco q procul abierit Dauid humilis, & simplex qñ tenuerunt eũ Allofili in Geth. Ad cuius intelligentiam est notandum vt legit 1. Reg. 22. q Dauid fugiẽs à facie Saul: eò q occiderat Abimelech & oẽs sacerdotes Nobæ,noluit resistere ipsi Saul,sed tanq̃ columba muta, & tacens elongauit se à terris Saul, & fugit ad reges Geth:q quidem Geth erat vna de ciuitatibus Filistinorum.Sed cũ Filistæi cognouissent eũ, q interfecisset Goliad,& triumphallet de Filistæis.ideo perfidebant regi vt occideret ipsum Dauid:quod psentiens Dauid finxit se insanum,& stultũ. Et sic rex Achis protecit eum à facie sua. Et sic Dauid euasit periculum mortis: De qua

B fuga: & elõgatione,& periculo fecit hũc ps. & 33. Et ideo dẽ in titulo ,super columbam mutã elõgationum, vel pro columba muta, eò q procul abierit Dauid qñ Filistæi tenuerunt eum in Geth.s. in ptãte sua.Ideo dicũt Hebræi, q Dauid se vocat columbam mutã. Nã sicut columba simplex non resistit : nec rñdet uolentibus eam occidere, sed fugit ad domos extraneas. siue ad montes:ita Dauid humilis, & simplex sicut colũba noluit resistere Sauli,sed elõgauit se à gentibus sui populi,& tribus,& fugit ad alienos idololatras. Et sic pcise literaliter exponũt hunc ps. Sed in veritate talis expositio non esset sufficiẽs, & catolica,sed hebræa, q̃ sola litera contentatinec ista materia literalis est pcisè,& prin

C cipaliter intenta in hoc ps.sed est materia ex qua,& exemplaris, & figuratiua, continens vel prædicẽs aliquod misterium in ecclesia. Materia aũt in hoc ps. principaliter intenta, est illud misterium quod per fugã Dauid in Geth figurabatur. Ad cuius intellectum est notandum,q columba est aial, & auis simplicissima,& pacifica sine amaritudine, & q maiori parte domestica, & hẽt hanc naturã, q si malè tractatur nescit resistere, sed fugit ad aliam domum.Et ideo Chris totam suam societatẽ & ecclesiam assimilauit columbæ dicẽs.Esto te prudentes sicut serpẽtes,& sim plices sicut columbæ. In quamcunq; domũ intraueritis primum dicite.Pax vobis &c.Et si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.Mat.x.& Luc.x.Ex quibus patet,q Chris constituit ecclesiam suam in simplicitate columbina, & pacifica. Et pcepit apłis, D vt prædicarent in Iudæa & populo Israel: vt patet in eodem cap. Sed si non reciperentur fugerent ad ciuitates gentilium:& ita dixerunt apostoli iudæis. vobis oportebat primò prædicari uerbũ Dei, sed quia indignos vos fecistis,ideo cõuertimur ad gentes. Sed neq; in populo gẽtili defuit persecutio ipsi ecclesiæ,& sic prædixit Chris apłis dicens. Ante reges,& płides ducemini. &c. Ex quo patet, q ecclesia benè assimilatur,& dicta est colũba, quia fugit pacificè à domo in qua malè tractatur ad aliã domum.Ita ecclesia uexata populo iudæorum in principio fugit ad gentes.Et ideo dictum est ps. pcedente in persona ecclesiæ.Quis dabit mihi pennas. sicut columbæ,& volabo, & requiescam ? elongaui fugiens à populo Iudaico,& mansi in solitudine populi gentilis. Sed quia ét in populo gentili nõ defuit isti colũbæ persecutio vsq; E ad magnũ Constantinũ,ideo subdit. Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.quę quidem tempestas tirannorum cessauit tpe Constantini.Quæ quidem ecclesia etiam in canticis. dicitur.columba. Et infra. ps.67. dicitur columbæ pennæ deargentatæ. &c. Ex quibus patet,q per fugã Dauid ad regem Geth bene figuratur misterium ecclesiæ Christi. Nã sicut Dauid malè tractatus in suo populo fugit ad regem Geth,& elongauit se sicut colũba muta, & pacifica nõ reddens malum pro malo,ita ét congregatio discipulorum malè vexata à populo iudæorum, cui primò iussa erat pdicare fugit,& diuertit ad populũ gẽti lẽ,reprobata synagoga.Et sicut ipsi Dauid fugienti, & elongato nõ defuit persecutio in- E ter Filistęos ciuitatis Geth, quia quærebant ipsum occidere nisi fugisset in alium locum: Ita pariter ecclesiæ non defuit persecutio in populo gentilissimo fugiebãt apostoli de vna ciuitate in altã, sicut Dauid fugiebat à facie Saul de uno deserto in aliud, vt patet primi Reg.22.& 23. Hoc ergo præuidẽs Dauid in spiritu fecit hunc ps.quod prędidit per suã fugam. In Geth. Ideo Esdras qui pręposuit hos titulos, dicit q Dauid fecit hũc psãlmũ pro columba muta .i. pro ecclesia Chri simplici,&pacifica, eò q procul abierit à populo Iudaico in populum gentilem supple, sicut Dauid qñ tenuerunt eũ Filistęi in Geth. 70. autem dicunt, pro populo:quia sanctis longè factus est,id est Dauid fecit hunc psãlmũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A contra populum iudaicum, qui longe factus est à sanctis apostolis, & discipulis.i. qui longè à fide mansit obstinatus in sua perfidia: & etiam contra gentiles obstinatos à quibus fugiebant apostoli: sicut columba fugit persecutores de domo in domum. Quod aũt additur in tituli descriptione: non puto q̃ sit de essentia tituli, sed additum est à 70. q. d. in descriptione tituli huius ps. præponitur talis titulus. Sin finem, pro populo quia sanctis lõgè factus est, ipsi Dauid cum tenuerunt ipsum Allosili.i. alienigenæ in Geth. Totus ergo iste psal. est vox ecclesiæ in quo quasi colũba simplex, & humilis, & pacifica tria facit, Nã primò explicando suas persecutiones, & afflictiones petit liberari, Secò prędicit punitionẽ persecutorum. Tertiò agit gratias iã liberata. Secundum ibi. Sicut sustinuerunt. Tertium ibi. In quacunque die. Quantum ad primum est aduertẽdũ, q̃ ista columba simplex & humilis primò vexata à populo Iudaico elõgauit se, & fugit ad populum gentilem, vbi fuit ualdè tribulata per tirannos. Sed cũ cessauit tribulatio tirannorum, incepit hæretica prauitas vexare columbam, tunc tribulata ab hæreticis elongauit se, & fugit ad fideles. Sed post hæreticos incidit inter hypocritas, & simulatos præcursores Antichristi. Et sic tribulabitur vsque in finẽ mundi. Et sic p̃ totam diem, quę computãt à resurrectione Christi vsque ad cõsummationẽ sæculi, fuit tribulata ista columba. Cõuersa, ergo ad suũ spõsum Christũ dicit. O Deus miserere mei & releua me à multitudine miseriarum: quoniam homo i. oĩs homo terrenus siue diabolus cũ suis mẽbris, Iudæis, tirannis, & hæreticis, & Antichristo terrenis, & prauis cõculcauit me: q̃a iste inimicus hõ tribulauit me tota die. i. per totam diem à resurrectione tua vsq; ad iudiciũ sẽminãdo zizaniã, primò in Iudæis, secò in tirannis, tertiò in hæreticis, quartò in Antichristo contra me. Et sic per omnes istos tribulauit me. Vnde subditur.

C *Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.*

Inimici mei. i. ista quatuor genera inimicorũ cõculcauerunt me, & uexarunt me tota die. Et multi fuerũt bellantes aduersum me. Nã in primitiua ecclesia Iudæi bellarunt aduersũ me: q̃ñ lapidauerũt Stephanũ, & occiderũt Iacobũ &c. In secũda parte huius diei bellarunt contra me tiranni: qui occiderunt infinita millia martirum. In tertia parte bellarũt hæretici aduersum me, quorũ persecutio nõ

B seuiit minus in catolicos in Alexãdria, & Africa per Vãdalos, quã persecutio tirannorũ. In quarta parte diei incepit bellare iecta Saracenorum, quæ continuè tribulat me: & postea bellabit contra me Antichristus, cuius persecutio erit sæuior cunctis aliis. Et sic.

Ab altitudine diei timebo, ego uero in te sperabo.

Ab altitudine. i. à principio huius diei vsque ad uesperã timebo fugiẽdo ab una persecutione. & incidẽdo in alia. Nota q̃ totus iste tus, & vita huius ecclesię dr una dies alta. i. longa nõ solũ lõgitudine durationis, sed lõgitudine laborũ & tribulationũ: sicut dies artificialis videtur longissima laborantibus, & fœbricitãtibus: per simile dicit ista colũba, ab altitudine. i. longitudine huius diei ego semper timebo. i. viuo cum timore, & angustia: quia nunquã defecerũt mihi tribulationes nouæ. Et sic semper uado uolãdo de una persecutione, & tribulatione in aliã: q̃a finis unius tribuli gradus est alterius. Ego uero in te sperabo. Hic incipit uersiculus, & sententia. vnde dicit columba. Si ita est, q̃ per totam diem quando de uno malo, & de vna persecutione ad aliã nunquã potui requiem inuenire, ideo per tui cum timore ab altitudine diei. i. per totum tẽpus. i. certè in te solo sperabo, & ponam spem meam, & nunquã perdam fidem, licet mille millia martirum moriantur.

In Deo laudabo sermones meos: in Deo speraui non timebo quid faciat mihi caro.

In Deo laudabo sermones, & diriga eorum nes meas, & ipsũ inuocabo, & in eo sperabo, & nõ timebo q̃d facit mihi ista prauus bõdiabolus cũ mẽbris suis. i. ex aliquo timore nõ cessãbo laudare, & prædicare legem euangelicam, & non timebo q̃d facit unus caro. i. hõ carnalis & malitiosus nec desistam prædicare euãgelium omni creaturę, & cõfiteri Christum, & prędicare contra uitia eorum, & detestari peccata eorum, & scelera.

Tota die uerba mea execrabantur aduersum me: omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt.

Iõ quia uerba mea execrabãtur, & detestabant cogitationes eorũ, & pẽtã i malũ. i. q̃ ad cebã eorũ uitã tendere in malum finem. & consequens esse malã, & detestabilẽ, inde est q̃ inhabitabunt semper, & persistẽt in sua obstinatione, & malitia contra me, abscondẽtes mihi laqueũ, & insidias, & observabunt calcaneum

A caneũ meũ ponendo falsa crimina, ut incidã in laqueum, & captionem eorum, vt possint me tribulare. Et sic interfecerunt apostolos, & martires, & persecuti sunt Atanasium, & Ambrosium, & Hilarium &c.

Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos, in ira populos cõfringes.

Hic petit ultionẽ de persecutoribus dicens. Sicut isti in imici, & persecutores sustinuerũt. i. expectarũt animã meã pdere supple, ita p̃ nihilo. i. nunq̃ saluabis, illos imo in ira, & indignatione cõfringes populos eorũ. Litera Hebraica, & Hieronymi est aliquantulũ diuersa à nostra. Nam ibi dicitur. Ipsi calcanea mea custodiẽr: sicut q̃ expectãt animã meã, perdere, supple, & tũc illã particula, Sicut sustinuerũt animã meã: continuatur cũ uersu superiori, & incipit alius uersus. De prauitate eripiés eos in furore populos deponere Deus. Et cã huius diuersitatis est. Nã dictio posita in Hebræo est æquiuoca ad prauitatẽ, & ualuitatẽ, & nihilũ. Et iõ ubi 70. posuerũt p̃ nihilo saluabis eos. Hic. trãstulit de prauitate eripies eos. Et tunc põt legi interrogatiuè sic. Pro nihilo i. pro nullo bono merito, imo pro prauitate, & iniustis persecutionibus mihi factis saluabis eos? q. d. minime, imo i ira & punitione populorũ eos cõfringes, & destrues, quòd implerunt fuit in excidio Hierusalem facto per Romanos, & in strage populorũ gẽtiliũ tempore Diocletiani, et in destructione Vandalorum per Belisarium, & implebitur in miserabili interitu, & exitu Antichristi.

C *Deus uitam meam annunciauit tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.*

Sicut, & in promissione tua: nunc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.

O Deus ego annunciaui, & manifestaui tibi uitam, & persecutiones meas, ut me liberares, sed tu posuisti lacrimas meas in conspectu tuo uię exaudiendo, & tunc. i. finaliter cõuertentur retrorsum. i. conterentur inimici mei, sicut in promissione tua fusti pollicitus quando dixisti ciuitati Hierusalẽ: Non relinquent in te lapidem super lapidem, & relinquetur domus uestra deserta Mat. 22. Et sic cognoui, q̃ tu Deus meus es mihi propitius in quacunque die inuocaui te.

In Deo laudabo uerbum, in domino laudabo sermonem, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

D Hic agit gras de beneficiis receptis, & de ultione persecutorũ dicens. In Deo laudabo verbũ tuum. i. promissionẽ quã impleuisti, & i Deo laudabo sermone. i. ad laudẽ tui pdicabo eius mirabilia, & nõ timebo q. d faciat mihi homo, eo quia in Deo speraui. Et ideo

In me sunt Deus uota tua: quæ reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut placeam coram Deo in lumine uiuentium.

Deus in me sunt, & erũt uota, & gratiarũ actiones, quæ uota reddã tibi tanquã laudationes, gratias agendo de beneficiis receptis: quia eripuisti aiam meam de morte, & totali interitu: quia nec tiranni, nec hæretici totaliter potuerunt extinguere ecclesiã: & eripuisti pedes meos à lapsu, ne laberentẽ in aliquã E hæresim: quia nunquã perdidi fidẽ inter tot pśecutiones, & labores: nec portæ inferi poterũt me aduersum me prævalere. Et dedisti mihi gram, non solum resistendi persecutionibus, & tẽrationibus, sed ẽt in bonis operibus vt placeã coram Deo in lumine, & gloria viuentium beatorum: quia post tot persecutiones, & labores, velut columba humilis, & simplex, & pacifica volaui in eęlũ, & fui elongata à miseria multiplici huius mundi.

PSALMVS LVI.

M*Iserere mei Deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.*

Titulus, Pro victoria siue in finem, ne disperdas Dauid simplicem, & humilem quando fugit à facie Saul in speluncam. Ad cuius F intelligentiam est aduertendum: vt legitur primi Regum 24. q̃ postquã Dauid euaserat vnum periculum, scilicet cum Saul, & sui, & tenerent eum obsessum, & circundatum in modum coronæ: tunc Dauid fugit inde, et latuit in locis tutissimis Engaddi, in præruptis montibus, & rupibus: quod cum nunciatum esset ipsi Saul uenit iterum cum tribus millibus hominum ad quærendum eũ. Dauid aũt cum suis ingressus est in speluncã magnam rupe cauatam, & ibi latebat nesciẽte Saul. Accidit aũt q̃ Saul intraret eandem speluncã ad purgandum uentrem, quem uidentes socii Dauid dixerunt ei. Ecce dies in qua tradidit dñs inimicũ tuum in manu tua. Tunc Dauid accessit clam ad Saul, & abscidit oram clamidis, & noluit ipsum occidere cũ posset: & cũ Saul exisset à spelunca surrexit Dauid post eũ ostẽdens partẽ clami-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dis abscissam in signũ, q̃ poterat ipsum occidere si voluisset, & clamabat dicẽs. Quare audis verba hominum loquentium &c. Ecce viderũt oculi tui, q̃ tradidit te dominus in manu mea in spelunca, & pepercit tibi oculus meus &c. Et tũc Saul egit sibi gratias promittens nõ amplius ipsum persequi. Sed cum scit Dauid increpassent eum quare nõ occidisset eum in tanta opportunitate: respõdit eis Dauid: quia nisi dominus peussierit eum: aut descendens in prælium perierit, propitius sit mihi dominus, q̃ nõ mittam manum meã in Christum dominũ: quod impletũ fuit in mõtibus Gelboe: vbi perit Saul cum cõplicibus suis. Et de hoc fecit Dauid hunc psalmum, & sic Hebræi exponunt ipsum literaliter dicentes, q̃ Dauid existens in spelunca petebat liberari dicens. O dñe ne disperdas Dauid simB plicẽ, & humilẽ: sed miserere mei &c. Sed talis expositio non esset catolica, nec sacramentalis, nec digna sacra scriptura. Et ideo est dicendum, q̃ licèt illud misterium in spelunca sit materia occasionalis, & figuratiua, quare Dauid fuit motus ad faciẽdum hũc psalmũ, tamen non est materia principalis, de qua est iste psal. Nam Dauid iam euaserat illud periculum qũ fecit hunc psalmum: ergo iam nõ erat orandum, vt euaderet. Et sic etiam non erat necessaria spiritualis illustratio spiritus sancti ad narrandum pericula præterita & tamen dicunt Hebræi in hoc psal. q̃ Dauid habuit specialem spiritum prophetiæ ad cõdendum psal. præ cæteris: vt patebit infra. Et ideo ad intelligendum hoc sacramẽtum est notãdum. q̃ per hoc misterium spelunce Dauid pC uidit in spiritu totum misterium resurrectionis, & ascensionis Christi, & totum excidiũ, & destructionem populi iudaici. Nam prænidit, quòd sicut ipse latuit in spelunca, & deinde surrexit illæsus: imo abstulit particulam clamidis Saulis, & noluit ipsum occidere: sed expectauit correctionem eius, vsquequò interiit obstinatus: ita Christus post longas persecutiones, & mortem, & passionem erat in spelunca sepulcri sepeliendus, & qualiter inde debebat resurgere in corpus gloriosum, & qualiter sua resurrectio erat futura causa nostræ resurrectionis, & quomodo Christus illico poterat destruere illum populum: sed debebat abscindere particulam vestis. i. conuertere ad se vnam partem paruam illius populi: quia in die Pentec. cõuersi sunt tria milia ad prædicationem Petri, & aliorũ, & quomodo Christus debebat expectare residuum illius populi per 40. annos ad pœnitentiam: sed in fine erant perituri in sua obstinatione sicut Saul. Hoc præuidens Dauid in spiritu fecit hunc psalmum, & dedit ipsum cantoribus cantandum cum psalterio, & citara ad victoriam cum toto conatu vocum: ad denotãdũ, q̃ Dauid cum tota ecclesia secũdum statum illum cum psalterio, & citara, & clamore uocum vocabat Christum, vt resurgeret à mortuis de spelunca sepulcri: vt esset causa resurrectionis nrę: sicut Orpheus reuocauit Euridicem suam ab inferis trenaram & citarã pulsando. q. d. Dauid in titulo huius psalmi cum clamore. O Christe ne disperdas. i. ne dispondi permittas Dauid simplicem, & humilẽ, totum hominem misticum, qui expectat aduentum tuum, & resurrectionem. sed surge a mortuis: vt resuscites nos, & sic miserere eorũ &c. quia omnes sumus sepulti in spelũca peccati, & miseriæ: ergo exurge tu à spelunca sepulcri: vt resuscites nos à spelunca miseriæ. Hęc est intentio, & materia principalis huius psal. & ad hunc intellectum cantat ipsum ecclesia. In quo psal. Dauid tria facit. Nam primò in persona ecclesiæ, & totius corporis mistici petit liberari per Christũ. Secundò enarrat beneficia quę recepit per passionem Christi. Tertio agit gratias vocando Christum vt resurgat. Vel possumus dicere quòd primò Dauid petit liberari in persona totius corporis mistici per aduentũ Christi. Secundò gaudet se exauditum, narrando beneficia quę recepit per passionem Christi. Tertiò exortat Christum vt resurgat à mortuis, promittẽs ei gratias acturum. Secundum ibi. Clamabo ad Deũ. Tertium ibi. Paratũ cor. Quantũ ad primũ dicit. O Christe Dẽ miserere mei inquantũ Deus, cui ꝓpriũ est misereri semper, & parcere, & culpã remittere. Et iterũ miserere mei inquãtum homo, cui sòli proprium est pro nobis pati, & nos patri per tuã passionẽ, & resurrectionem recõciliare, & nos ab oi miseria liberare. Qm̃ in te confidit anima mea cũ non sit alius sufficiens mediator, qui possit hãc reconciliationem facere nisi tu Christe: tũ qa iustus, & innocens, & obediens patri: tũ quia filius, & hæres: tum quia Deus, & homo.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Per talem iustificãtiam ex parte tui, & fidẽ, & spem ex parte mei sperabo semper protegi in vmbra, & virtute alarum tuarũ. Vnde alæ tuæ

A tuæ sub quibus expecto protegi, sunt passio, & resurrectio, & iudiciaria potestas, quam accipies in Ascensionem: & sic per passionẽ me liberabis à peccato: & per resurrectionẽ ab omni corporali miseria, & pœnalitate, & per iudiciariam potestatem à persecutione tirannorum, & inimicorum. Et sic in vmbra istarum alarum tuarum sperabo, donec trãseat iniquitas, & destruatur omne peccatũ, & miseria in me.

Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

Misit de cœlo, & liberabit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Hic corpus misticum gaudet se esse liberatum per passionem, & aduentum, & enumerat pericula de quibus fuit liberatum in capite, & membris. Dicit ergo iste homo mysticus. Ego clamabo, laudes fundendo, ad Deum patrem altissimũ: ad Deum dico qui benefecit mihi, eò q̃ misit auxilium. s. filium suum, de cœlo, & liberauit me à peccato. & dedit conculcantes me. s. Iudęos, & gentiles, & Diab. in opprobrium. Et explicat modum suæ liberationis dicens.

Misit Deus misericordiam suam: & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus

Deus pater misit suam misericordiam, & veritatem suam, & liberauit me. Iam dictũ est quòd Christus dẽ misericordia patris, in quãtũ per ipsum releuauit miserias nostras. Et dẽ veritas inquantum per ipsum locutus est in nobis, & notificauit voluntatem suam, & impleuit omnes scripturas, & per ipsum C veritas vet. legis patefacta est. Et ideo liberauit animam meam de medio catulorũ leonum. s. de medio dæmonum, qui rugientes me deuorare volebant. Et ẽt temporaliter me liberauit de medio iudæorum, & gentium, qui ad modum catulorum Leonũ me deuorare cupiebant: vnde per magna tempora dormiui conturbatus vexatus.

Filii hominum dentes eorum arma & sagitte: & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos Deus: & in omnem terram gloria tua.

Filii hoĩum. s. carnales & peccatores vexabant me supple per multas persecutiones: vt patet in primitiua ecclesia, & dentes eorũ. i. ira, & indignatio, & potestas erat sicut gladius acutus contra me. Exaltare ergo ò Xpe Deus super cęlos ad dexteram patris, & gloria tua, & fama, & potestas, & lex euangelica effundetur supplenu oẽm terram. Nota q̃ de triplici spelunca, & fouea liberauit nos Christus. Primò nos liberauit, & suscitauit de spelunca, & fouea peccati, in qua eramus sepulti, & hoc per suam passionem. Secundò nos suscitauit de mortalitate, & spelunca miseriæ, & pœnalitate, & hoc per suam resurrectionẽ. Tertiò nos suscitauit de spelũca, & fouea persecutionum infidelium, & hoc per suam ascẽsionem, & vniuersalẽ iurisdictionem. De primò dicit. Misit Dñs misericordiã suã, et veritatem suam, & eripuit aiam meã de medio catulorum leonum. s. de medio demonum, quib. datus eram in escam. De secundo dicit. Fili hominum dentes eorũ &c. De tertiò dicit. Laqueum parauerunt pedib. meis. Ista est vox ipsius Adæ in persona totius generis humani: cui Diabo. parauit laqueum, & retiaculum in arbore scientię boni, & mali: cui dixit Diabolus. Nequaquam moriemini: sed qua hora comederitis, eritis sicut dii scientes bonum, & malum. Iste fuit laqueus in quo incidit Adam. Nam illico postq̃ comedit, pedes eius fuerunt illaqueati. i. caro, & sensualitas fuit circundata retiaculo cõcupiscentiæ, & fauciata, & corrupta fœditate libidinis, & vulneratæ sunt omnes eius potentiæ, & sic incuruata fuit aia eius, & debilitata, & prona ad omne vitium, & peccatum. Et ideo dicit homo mysticus.

Laqueum parauerunt pedibus meis: & incurnauerunt animam meam.

Laqueum parauerunt dœmones pedibus meis, s. carni, & sensualitati, quæ sunt pedes animæ quibus graditur: vt dictũ est psal. 48. & sic incuruauerunt, & declinauerunt, & debilitauerunt animam meam pronam ad peccandum. Et sequitur.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

Foderunt Diab. foueam ante faciẽ meã, vt caderem: sed ipsi inciderũt in eam foueã inferni: & ego fui liberatus per Xpm. Et non solum Diabo. parauerunt laqueum pedibus meis, & foderunt foueam ante faciem meã: sed etiam iudæi, & gentiles parauerũt mihi laqueum insidiarum. Sed ego fui liberatus per Christũ: & ipsi inciderunt in laqueum, & foueam mortis. Est aut aduertendum q̃ tota ista litera ab illo loco. Misit Deus misericordiam suam, potest esse vox Christi qui audet se esse liberatum in capite, et mẽbris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ab inimicis, unde dicit Christus Deus pater misit suã misericordiam. i. auxiliũ de cœlo: & eripuit animam, & vitam meam, & mẽbrorum meorum de medio catulorum leonum.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ: cantabo & psalmum dicam.

Hic propheta uocat Christũ de spelũca sepulcri, & excitat ipsum ab inferis: ut extrahat animas sanctorum patrũ de limbo, & resurgat in gloriã suã: ut sit causa nostræ resurrectionis, & primitiæ dormientium. Ad cuius intelligentiam est notandum, q̃ Christus dicitur gloria nostra: inquantum ipse mortuus est propter iustificationẽ nostrã nos à peccate liberando per passionem suam, & resurrexit pp gloriã nostrã. i. vt nos glorificaret, & resuscitaret ad gloriã vt ait apostolus. Et iõ
B suа resurrectio fuit consummatio, & pfectio totius redemptionis nostræ, nam per passionem fuimus liberati quò ad animã à peccato & per resurectionem fuimus liberati à miseria corporis, & à mortalitate, & recuperauimus perfectam immortalitatem, & gloriam corporis, & animæ. Et sic in die resurrectionis quieuit Christus ab omni opere nostræ redemptionis quod patrarat. Et iõ nos celebramus diem dominicam cessando ab omni opere seruili, & uacamus Dei laudibus, agẽdo gratias Deo de beneficio nostræ redẽptionis, & glorificationis, & consummationis. Secundò est notandũ, q̃ tota lex euangelica dicit psalteriũ decẽ cordarũ, eũ quo psalterio cantat continuè ecclesia laudes Deo. Prima corda huius psalterii est misterium trinitatis. Secunda est misterium incarnationis Chri. Tertia est eius natiuitas. Quarta est eius
C bẽptismus, et vita. Quinta est eius doctrina. Sexta eius passio. Septima eius resurrectio, & limbi expoliatio. Octaua eius ascẽsio. Nona eius spiritus sancti missio, in qua totam ecclesiã perfecit, & ornauit. Decima corda est vniuersalis sibi tradita iurisdictio, per quam nunc iudicat in occulto, & in nouissimo die iudicabit omnia in manifesto. Istæ sunt decem cordæ huius psalterii euãgelici, quod continuè pulsatur per totum circulum anni. Hoc psalterium erat sepultum in speIunca, & monumento legis ueteris: ut ait Origenes super Matthæum, & erat occultum sub litera ueteris legis. Hoc psalterium resurrexit simul cum Christo: nam tunc veIum templi sacræ scripturæ quod velabat misteria scissum est, & monumẽta scripturæ ve. leg. aperta sunt, & apparuerũt, & surrexerunt omnia misteria euangelica, quæ erant sepulta, & occulta. Et tũc hoc psalterium incepit sonare per apostolorum prædicationẽ à solis ortu vsque ad occasum, & inceperunt omnes decem cordæ pulsari. Nota etiam, q̃ tota lex euangelica dicitur citara ratione formæ: nam citara est instrumentum multicum triangulare: cuius quidem linea tangit aliam. Ita pariter lex euãgelica est triangularis: quia nil aliud præcipit nisi quid credendum, quid sperandum, quid amandum, & agendum. Vnde non amamus nisi quod credimus: non speramus, nisi quod credimus, & amamus, & sic istę tres uirtutes theologicæ sunt inter se connexę, sicut lineæ in citara. Ista autem citara pariter erat etiam sepulta in monumento ueteris legis, & etiam surrexit simul cum Christo, quia post resurrectionem Christi apparuerunt, & manifesta fuerunt omnia quæ patres credẽbãt, et sperabant futura de Christo, & ecclesia qui est finis legis, quę nos iam credimus esse consummata per Christum. Vnde ipsi non fine nobis acceperunt repromissiones, & beneficia redemptionis, & resurrectionis, ut apostolus ad Hebræ. 11. Ex quibus patet, quod tria surrexerunt simul, scilicet Christus qui est gloria nostra, & psalterium euangelicũ, & citara euangelica: unde nullus poterat cantare canticum nouum, nisi ista tria surrexisent: nam cum isto psalterio euangelico, & citara, erat Deus vere laudandus, & glorificandus. Ideo ait Dauid propheta in psona totius hominis mistici desiderantis Deum laudare, & gratias agere. Paratum est cor meum: O Deus paratum est cor meum: cantabo.

Exurge gloria mea: exurge psalterium et citara exurgam diluculo.

Hic incipit construẽtio. O Christe gloria mea exurge à mortis sepulcro, & expolia limbũ. Et ò tu psalteriũ decẽ cordarũ, & o tu citara euãgelica fidei, spei, & caritatis surge, & appareãt, & manifestẽtur oĩa quæ erãt sepulta, & occulta in monumẽto ver. leg. & tũc ego exurgam diluculo, & de mane: nã ego non possum resurgere à peccato, nec ad gloriã, nisi tu prius resurgas qui es causa meę resurrectionis, & primitię dormientiũ. Et tũc postquã habuero psalterium, & citaram cãtabo, & psalmum dicam euangelicum. Nam cor meum paratum est in mẽte, & in uolũtate ad cantandũ: quia cor meum, & caro mea exulta-

A exultabunt: sed non possum cantare, nisi tu prius resurgas: quia non haberem psalteriũ & citarã ad cantandum nisi tu surgas, & psalterium, & citara tecum. Et tunc postquam tu surrexeris cum psalterio, & citara euangelica, ego surgam diluculo: & tunc.

Confitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus.

Confitebor tibi in populis iudæorum, & psalmum euangelicum dicam, & predicabo in gẽtibus: quia tunc prędicabo supradictas decem cordas misteriorum Christi in populo gentili.

Quoniã magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Predicabo etiam quoniam, & quomodo
B magnificata est misericordia, & veritas tua vsque ad nubes. Et ideo.

Exaltare super cælos Deus, & super omnẽ terram gloria tua.

O tu Christe Deus exaltare in die ascẽsionis, & sede ad dexterã patris, & assume vniuersalẽ potestatem, & iurisdictionem, & erit super terrã gloria tua: quia oẽs apostoli, & fideles prædicabunt legem euangelicã per totum orbẽ terrarũ, & sic erit manifesta oibus gloria, & potestas tua signis cõfirmãtibus simul cum doctrina. Hic dicunt Hebræi q̃ Dauid continuè de nocte tenebat psalteriũ & citarã suspensam iuxta puluinar, siue caput leẽti, & de mane ante diluculũ intrabat vẽtus ex parte aquilonis, & mouebat cordas psalterii, & citarę, & sic excitabatur Dauid à somno ad sonum psalterii. Et sic plenus spiritu
C sancto prophetabat, & condebat psal. Vnde dicunt quòd in hoc prægemebat Dauid cæteris apphetis. Nã alios prophetas excitabat diei vel horologium. Sed ipsum Dauid excitabat spiritus sanctus ad prophetandũ. Et sic dicunt quòd Dauid ex parte noctis antequam somno opprimeretur semper dicebat istam particulam psalmi, scilicet. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & citara, exurgam diluculo: quasi alloquens spiritum sanctum, & psalterium suum, & citaram, vt ipsum excitarent ad prophetandum, & laudandum Deum. Sed licẽt hoc sit possibile quòd Dauid oraret de fero, vt spiritus sanctus impleret mentem eius, & excitaret eum diluculo ad prophetãdũ: tamẽ adhuc in ista parte psal. apostrofat ad Christum, & vocat, & excitat ipsum ab inferis, & sepulcro vt exurgat, & perficiat nostram redemptionem, & resuscitet nos à peccato per passionem, & glorificet nos per suã resurrectionem, & suscitet psalterium, & citaram euangelicam de monumento ver. leg. & patefaciat veritatem eius. Et ideo dicit ecclesia. Exurge gloria mea &c. Et postquã surrexeris, & legem nobis patefeceris: tunc cõfitebor tibi in primis confessione fidei, & dicam tibi psalmum in gentibus. i. totũ psalterium, & psalmum decẽ cordarũ: scilicet misterium trinitatis, & incarnationis, & baptismi: & tuam doctrinam, & miracula, & passionem, & resurrectionem, & ascensionem prędicabo in gentibus. i. in populo gentili, & prædicabo qm̃ magna est misericordia tua super cœlos: nam per passionem, & resurrectionem captiuam duxisti captiuitatem in cœlum, & veritas tua ascendit vsq; ad nubes in die ascensionis. Nã in nubi-
E bus duo Angeli prædixerunt coram Angelis, & hominibus aduentũ tuum ad iudicium in potestate magna, & maiestate, quando dixerunt. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis sic veniet in maiestate & gloria, quemadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlũ. Et iõ sequitur. Exaltare super cœlos Deus &c. & erit gloria tua super omnẽ terram: qa nomen tuum erit celebre super omnem terram: nam euangeliũ tuũ prædicabitur per totum mundum, & ecclesia celebrabit festũ incarnationis, & natiuitatis, & resurrectionis, & ascensionis &c. Nota etiã q̃ ipsemet Christus põt dici psalterium x. cordarum subiectiue: quia in eo sunt impleta omnia decẽ misteria supradicta. Et sic etiam dicitur citara: quia omnia misteria fidei, spei, & caritatis sunt impleta in eo:
F & quotidie cantat ipse nobis per suum euangelium omnia illa decem misteria. Item etiam ipsa lex dicitur psalterium x. cordarum ratione x. præceptorũ &c. Ergo Dauid: quia sciebat q̃ Christus erat finis legis: & q̃ patres ve. test. nõ poterant accipere promissiones nec resurgere nisi nobiscum in Christo, ad Hebr. 11. ideo ait. Exurge tu Christe, qui es gloria mea, & psalterium, & citara mea, quam ego continuè pulsò vt venias: & tunc ego exurgam diluculo tecum in die resurrectionis tuę. Et sic dicunt multi. q̃ Dauid resurrexit simul cum Christo, & fuit de numero illorum, de quibus dicitur in euanlio, q̃ multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo: & apparuerunt multis. Nota etiam q̃ per hoc quod dicit: Quoniam magnificata

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est super cœlos mia tua: ꝙ mia Dei cõiter sumitur pro redẽptione facta per Xpm, veritas aũt pro euang. prædicat. Vult ergo dicere Dauid, ꝙ sicut iustitia nõ solum magnificaſ in terra: sed etiã in inferno: ita misericordia Dei nõ solum magnificaſ, & relucet in terra: sed ẽt in cœlo, & super omnes cœlos. Nã 24. seniores dicunt. Dignus es Dñe Iesu, & agnus qui occisus es accipere librum, & soluere septẽ signacula eius: qm̃ redemisti nos Deus in sanguine tuo. Apoc. 5. Ita pariter veritas tua euang, non solum magnificata, & prædicata est super terram, & in terra. sed ẽt vsque ad nubes. Nam primò in nubibus apparuit stella, quæ ostendit Natiuitatem tuã, & duxit magos ad locum tuę natiuitatis. Secundò nubibus facta est multitudo cœlestis exercitus laudantium, & dicentium. Gloria in excelsis Deo. &c. Luc. 2. Item in nubibus. dixerunt Angeli. Viri Galilei &c. Item in nubibus cœli veniet Christus in die iudicii cũ potestate, & maiestate. Ex quibus pãtet ꝙ veritas euang. non solum est prædicata in terra, sed ẽt in nubibus: ideo sequitur. Exaltare super cælos Deus, & super oẽm terrã gloria tua. q. d. ascende à terra, & sume vniuersalẽ potestatem, & sic gloria tua nõ solum est in terra: sed etiam super omnem terram: quia in cœlo quod est superius ad terram.

PSALMVS LVII.

SI *vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate filii hominum.*

Titulus ad victoriam, siue in finem ne disperdas Dauid humilem, & simplicẽ. Ex titulo apparet ꝙ Dauid humilis, & simplex positus in aliqua aduersitate fecit hunc psalmum Deum, ne disperdat, nec permittat disperdi: sed disperdat persecutores suos, vt patet in litera huius ps. Et ita dicunt Hebræi, ꝙ Dauid in hoc ps. orat vt Deus destruat Abner, et Doech, et cæteros consiliarios Saulis, qui continuè accusãbant Dauid ante Saul, et iudicabãt eum esse reum mortis, & reum lęsę maiestatis, contra quos dicit Dauid. Si vere vtique iustitiã loquimini: ò filii hominum Abner, et Doech, iudicate rectè, et non inique etc. Et sic literaliter exponunt istum ps. sed talis expositio est inutilis sine aliquo sacramẽto. Itẽ est contra caritatem, et consuetudinem ipsius Dauid, qui semper orauit pro inimicis suis, nec voluit ipsis nocere cũ posset, vt patet per totum discursum primi, et secundi Reg. Sed possumus dicere, ꝙ Dauid per Abner, et Doech, et cæteros delatores suos, prænidit in Spiritu quomodo cõsilium facerent otum, et phariseorum iniquè debebat ad mortem Christũ iudicare. Et ideo Dauid inuehitur contra eos in hoc ps. in quo tria facit. Primò explicat iniquum consilium, et iudicium illorum contra Chm. Secundò prædicit punitionem eorum. Tertiò lætitiam iustorum de vindicta malorum. Secundò ibi Deus conteret dentes eorum. Tertia ibi. Lętabit̃ iustus. Quantum ad primum apostrofæ Dauid ad crucifixores Christi, et dicit. O fili hominum, et non Dei scribę, et pharisæi, si uerè loquimini iustitiam. i. si vultis examinare merita iustitiæ erga Chm: iudicate rectè et non iniquè. Item si pro quia vel potius vos loquimini iustitiã iudicate rectè q. d. vos qui agitis causas iudiciorum legis, et potestis ad iudicandum in catedra Moysi, iudicate rectè ꝛm legem, et non inique, et cõtra legem: nam lex non condẽnat iustum, et innocentem, et absoluit reum, et latronẽ sicut vos fecistis, qui Christum crucifixistis, et Barrabam absoluistis. Ex quo patet, ꝙ sicut estis iniqui, ita inique iudicatis: ideo subdit.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra iniustitias manus vestræ conexæ.

Etenim. i. certè, aut quia sicut iniquitates operamini in corde, ita manus vestræ concinnant, et colorant, et palliant iniustitias in terra, q. d. sicut estis iniqui in corde, ita cum quodã colore, et palliatione, et verbis ornatis, et simulatis, et obliquastis. et puertistis legẽ Dei ꝛm vestram prauam intentionem, applicando horas leges ad falsas causas decidendo ꝙ Chs erat blasphemus, eo ꝙ se filiũ Dei faciebat, ergo ꝛm legẽ Dei debebat mori: et sic fingentes, et palliantes velum peruertistis legem, et iudicastis iustum et veracem ad mortem: nam si deposuistis iniquitatem, et malitiam de corde vestro, et inuestigassetis scripturas legis, et prophetarũ; reperissetis veritatẽ. s. qualiter Messias i lege promissus debebat esse Deus. nã Moyses et ꝓphetæ de Xpo scripserunt. Sed malitia obcæcauit vos, ne itellegeretis sacramẽta Dei, iniuidia puertit iudiciũ vestrũ: ideo subdit.

Alienatores sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.

Ad cuius intelligentiam est aduertẽdum, ꝙ tota lex vetus sicut dicta est sepulchrum in quo erat sepultum euangelium: vt dictũ est psalmo precedenti: Ita pariter dicitur re-

A ter, & vterus in quo Chs latebat tanq̃ in ꝓgnante. Nam sicut vterus pregnantis in tpe perfecto parit, & reddit fœtum, & arbor fructum maturum: ita pariter lex veras quę Christo fuerat grauida à principio, peperit, & edidit Christum. Quia vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, & factũ sub lege &c. Ad Gal. 4. Vnde sicut mulier expectat partum ex vtero suo: Ita patriarchę, & prophetę, & expectabãt Xpm ex vtero legis nasciturum. Ergo Scribę Pharisęi q nõ receperũt: sed repudiarũt Xpm i suo aduẽtu, alienati sunt à vulua legis, & errauerunt ab vtero legis, nõ cognoscentes, vt credentes Christum esse natum ꝛm legem, & prophetas, & sic locuti sunt falsa negantes esse Deum, & asserentes esse B blasphemũ &c. Dupliciter ergo iudęi aliena ti sunt à vulua, & errauerunt ab vtero legis. Primò, quia non crediderunt Christum esse Messiam. & filium legis nec Deum, cum lex & prophetę nihil aliud clament nisi Messiã in lege promissum futurum Deum. Itẽ hoc potuerunt cognoscere ex doctrina, & operibus, & miraculis eius quę fecit, secundum quòd in lege de eo scriptum erat: ergo errauerunt ab vtero legis. Secundò ipsi fuerunt alienati: nam ipsi dicebantur filii legis, & filii Israel, & Abrahę. & discipuli Moysi, & sequaces prophetarum, sed qm̃ noluerunt recipere, sed reprobauerunt Christum, tũc alienati sunt à vulua legis, & errauerũt, & deuiarunt ab vtero, & ueritate, et doctrina regis datę Moysi. Et sic non amplius sunt filii C Abrahę, nec filii Israel, nec discipuli Moysi, nec sequaces prophetarũ, nec p cõsequẽs veri filii Dei: sed abortiui, et mortui à lege: quia nolerunt recipere benedictionẽ, et promissionem promissam Abrahę, et Isaac, & Iacob, nec lumen, & veritatem legis, et ꝓphetarum ꝙ Christum patefactã. Et sic sunt cæci sine lumine errantes ab illa veritate, & locuti sunt, & loquuntur hodie multa falsa, & mendacia non solum de Christo: sed etiã de lege, quia faciunt Deum, & legem mẽdacem, & prophetas falso glossando, et exponẽdo. Et quod deterius est, non solum negant Christum fuisse verum Messiam, & filiũ, & fructũ legis, sed adhuc expectat ꝙ lex pariat Messiam. Et sic expectant ꝙ mulier mortua pariat, et arbor sica, & scissa, & combusta ꝙ ferat fructum, quod est impossibile, cũ iam prophetissa ad quã accessit Esaias, peperit masculum, & redemptorem nostrum. Esa. 7. D

Furor illis secundum similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Quæ non exaudies vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.

Quia superius dixit, ꝙ Iudæi alienati sunt à vulua legis & hoc tanq̃ cęci & surdi, iõ in hoc loco comparat eos duobus aialibus venenosis. s. Viperæ in cęcitate, & iniquitate, et aspidi surdæ in surditate voluntaria. Quantum ergo ad primum est notandum secũdũ Constantinum de naturis animalium, ꝙ Vipera habet septem detestabiles proprietates est emm venenosa, & matricida, & fratricida, ci abortiua, & mendax in natura, & cęca, & dolosa cupida cedis. Primò enim ex natura liter venenosa, quia venenum trahit à progenitoribus. Secundò est matricida. nam cũ est in vẽtre matris cum multis aliis catulis, E aduenięte tempore partendi, primogenitus incipit exire per vuluam matris: cęteri autẽ fratres moti ex inuidia mordent illum, et occidunt eũ in exitu vuluæ, et sic manet mortuus claudens vuluam parturientis. Tunc cę teri catuli vidẽtes vuluam clausam rodendo perforant, & rumpunt latera ventris matris, et sic occidunt matrem, & tunc omnes volunt exire per ruptionem ventris matris mortuę, sed primus qui exit morderur ab illis, & sic moritur in nascendo, & sic per ordinem omnes moriuntur prętẽ ultimum. Ex quo patet quòd illa vipera quę ultimo nasci tur uiua est matricida, & fratricida: quia matrem, & omnes fratres interfecit: & est aborti ua: quia ex matre mortua nascitur, & est mẽ F dax in natura, quia non per uuluam & locũ naturalẽ nata est. Sexto ex superabundantia ueneni, et malitiæ efficitur cęca. Septimò est iniqua et dolosa: quia semper cupit figere venenum. Ideo ponens aurem in terra sentiet strepitum ueniẽtium accedit ad itinera stãs retro aliquem lapidem, aut plantam, & quã cito sentit hominẽ propẽ saltat, et mordet, & occidit eũ, quia uenenum eius est insana bile. Ita ergo pariter iudęi ad modum huius serpentis, quæ dicitur uipera fuerunt, et sũt ueneno si, et matricidæ, & fratricidæ, & abortiui, mẽdaces, & cęci, & dolosi, nã cũ Xps factus sub lege esset in nẽtre legis simul cũ omnibus fratribus suis Israelitis, & iudæis uoluit exire de uentre legis per baptismũ qđ dicit nulua legis, eo ꝙ erat dedicatus, et ordinatus à Deo, ut per ipsum omnes exirẽt à

iugo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iugo legis, in lege libertatis & gre Zach. 13. In illa die erit patens fons, baptismi scilicet, in ablutione peccatoris, & menstruatæ &c. Cum ergo Xps extret à lege p baptismū, & locū debitum: tunc Iudei fratres sui occiderūt ipsū in vulua matris Et tunc cæteri Iudei ruperūt viscera, & ventre matris falso glosando legē, & prophetas. Et sic facti sunt matricidę occidēdo in atreni suā Sinagogā, & legē: & facti sunt fratricidæ occidendo Christum, & apostolos, qui nati erant ex vulua legis p baptismū sequendo Xpm. Et ēt oēs se admiscem occidūt cū vnus alteri falsam doctrinā inserit: et sic oēs sūt abortiui, quia nascūtur ex matre mortua, & nō p locū debitū. Et sic dicit Dauid: p errauerunt ab vtero legis, & alienati sunt a vulua, & locuti sūt falsa, & furor eorum factus est venenosus secūdū similitudinem serpentis & viperæ: quia ociderūt Xpm fratrem suū, & Sinagogam, et legem matrem suam, & eius latera ruperunt: quādo ipsam male, & falso modo glosando lacerauere, & Christū negando legē, & prophetas, & Deum qui locutus est in eis, mēdaces fecerūt. Et sic facti sunt cęci sicut vipera: qa malitia eorū obcęcauit eos ne intelligerent sacramēta Dei i lege figurata, & à prophetis vaticinata. Et sicut in mēdatio nati sunt: ita sunt i omnibus fraudulēti, & dolosi. Ex quo patet, p furor, & iniquitas eorū fuit, & ē secūdm similitudinē serpentis quæ dī vipera. Ideo Ioānes Baptista vocabat eos geminina. viperarū. Mat. 3 & Luc. 3. quia per oia sunt detestabiles, & iniqui, & homicidę, & fratricidæ, secūdum similitudinē serpentis viperini. Deinde cum dicit. Et sicut aspidis surdę obturātis &c. Comparat eos aspidi surdæ in surditate. Vnde est aduertendū, p aspis surda est serpens venenosus, & astutus, & malitiosus, cuius carnes remoto veneno sūt aptę ad medicinam: quæ quidē aspis maximē viuit in Arabia, & Aethiopia in locis calidis. Et ideo venēfici volentes capere Aspidē surdam, dicit quædam carmina cantando, quæ si audit Aspis, illicò redditur immobilis, & sic venit sapiens, & prudēs veneficus, & occidit Aspidem, & remouet venenū, & ex carnibus conficit medelam, & miscet cum theriaca sua, & illa theriacha sit valde salubris. Sed quādoque aspis est ita astuta, & malitiosa, p cum est in cauerna figit vnam aurē in terra, & ponit caudā intra aliā aurem, & sic habet ambas aures clausas, ne audiat vocem

B

C

incātāris. Et sic manet in suo veneno, & cantantis. Ita pariter iudæi sunt similes serpēti, & aspidi surdæ: nam venit Christus sapiēs medicus de cœlo: vt auferet venenum peccati à toto genere humano, & incepit cantare carmina legis euangelicæ. Et sic multos de populo Iudaico, scilicet apostolos & cæteros incantauit, & cepit & abstulit ab eis venenū peccati, & mortificauit illos peccato: sed vinificauit eos ad gratiam, & fecundæ eorum, quę ante erant venenosę factę sunt salubres, & medicinales: nā postea conuerterunt totū mundum sua prædicatione. Item gentiles, quia ante erant aspides inficētes homines superstitione venenosa, postea ablato veneno, & mortificati peccato p baptismum Christi, facti sunt salubres: nā sicut ante emittebant venenū ex ore mortiferū: ita post conuersionē emittebāt doctrinā salubrē: vt patet de Aug. & Eusebio, & cęteris doctoribus, & viris qui fuerāt gentiles. Sed Iudęi obstinati, Scribæ & Pharisæi fecerūt sicut Aspis surda, & malitiosa: nā ne audirent doctrinam Christi incantātis eos, & venenum peccati auferre cupientis, fixerunt vnā aurem ad terram i auaritiam, & bonas operationes contra quæ Christus prædicabat, & cum cauda superbiæ, & inuidiæ, & sensualitatis cooperuerunt, & clauserunt aliā aurē: non sicut ratio dicitur caput hominis, & auris ita sensualitas dicit cauda. Et sic scribæ, & pharisæi cooperuerūt rationem cauda sensualitatis, ne audirent vocem euangelicam Christi incātātis. Et sic noluerunt intelligere vt bene agerent. Ex quo patet, p ipsi fuerūt cęcitatis suæ cęcitatis, & obstinationis, & peruersionis: & hoc est qđ dicit hic prophęta. Primo fuit istis Iudæis, & scribis furor, et inuidia secundum similitudinē serpentis, qui tentauit Euā per inuidiam, et etiam ad similitudinē cuiuslibet serpētis, qui latet in terra insidiando: sed cum furore aggreditur hominem, et corum malitia, et surditas fui perpetrata secundum similitudinem aspidis surdæ obturantis aures suas, et claudētis: quæ figit super vnam aurem ad terram, et alteram obturat, et claudit cū cauda. Et sic nō audiet vocem incantantiū, nec vocem venefici sapientis incātātis. Ita propriè fecerunt Scribæ, et Pharisæi quādo Christus prędicabat eis: nam posuerūt ante aures cordis sui sensualitatem, et nō rationem, et auaritiā, et superbiam, et odium, et non caritatē, nec respectum

A runt veritatē legis, & prophetarū: sed bona temporalia. Et sic manet in suo veneno pctōrū, & in sua cęcitate, & ignorantia crassa, & perpetrata, & affectata, & alienati à vulua legis, & priuati hæreditate, & promissionibus ab vtero legis, & loquunt falsa iure, & morbo hæreditario: quia dixerūt: Sanguis eius sumus regē nisi Cæsarē. Et sic tanquā alieni à fi. Et nota, p ipse maledictius populus semper vt in pluribus errauit ab vtero, & locutus est falsa. Sante aduentum Christi, & post. nā ante aduentum Christi quando obligabantur

B uabant: quia sæpe, & frequenter apostatabāt ad idola vt patet tempore Iudicū, & Regū, & Machabæorū: nunc aūt quādo tam sunt absoluti per Christum à iugo legis, & nō obligātur: amo prohibentur ad obseruandū legalia: cum nō solum sunt mortua: sed etiā mortifera: volūt ea obseruare. Et sic volunt redire in ventrem matris mortuæ, & non exinde exire ad lucem, & veritatē: sed etiā in tenebris falsitatis permanere, & parentibus eorum similes esse. Et hoc exprobrauit eis salua tor. Mat. 3. & beatus Stephanus Actuum. 7. & hoc idem Dauid in hoc psalmo.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus.

Hic prædicit punitionem Scribarū, & Pharisæorum, & falsorum iudicum. Ad cuius in-

C telligentiam est notandum, quòd sicut leo habet dentes, quibus scindit, et molares quibus conterit cibum raptū: ita Scribæ, & Pharisæi habebant dentes, & molas. Nam potestas sacerdotalis erant dentes quibus rapiebant decimas, & primitias, & oblationes: sed potestas iurisdictionis ciuilis erant molares, quibus conterebant, & opprimebant pauperes. Et talibus ęcnubus, & molaribus oppressērunt, et iudicarūt Christum ad mortem. Sed Deus iusto iudicio contriuit dentes, et cōfregit molas eorum: quando per Romanos abstulit eis sacerdotium & potestatem iudicandi ciuilia, et destruxit ciuitatem eorū, & regnum. Ideo ait Dauid. Deus conteret dentes eorum, ideſt sacerdocium, & oblationes, & decimas eorū, quibus scindebant, et mordebāt, & dominus confringet molas eorum leonum. s. potestatem iudicandi quia Xpm ad mortem destinarunt. Et hoc fecit per Titum, & Romanos.

Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

D

Sicut cera quę fluit auferentur: supercecidit ignis & non viderunt solem.

Deuenient ad nihilum tanquam aqua decurrens. Nā sicut torrēs qū pluit ducit aquā quę rapuit omnia, quæ sunt in ripa cū suo impetu violento: sed quādo cessat pluuia, cessat etiam aqua in torrente, & si quis potest calcare torrentem, & transire pede sicco & sic sicut pluuia deficit ita paulati illa acqua quę erat in torrente paulatim incipit minui, & deficere vsquequò defluit, & deuenit in nihilum, & manet torrēs siccus: Ita pariter fecit Hierusalem, & populus Iudæorum. Nā ante passionē Christi florebat in eo sacerdotium, & regnū, & bona temporalia, eō p Deus influebat virtē, & fauorem in sacerdotium. Sed post passionem mortua sunt simul cum Christo omnia sacramenta vet. leg. & incepit deficere virtus, & fauor Dei in illa ciuitate, & sacerdotio. Et sic propter peccatum deficiente in eis fauore diuino: incepit deficere in eis potestas temporalis paulatim, & quotidiè minui per illos. 40. annos in quibus expectauit eos ad pœnitentiā. Et in tantum procedebant in diminutione, & cōtinuè erant nouæ seditiones, & cędes, & publica latrocinia i ciuitate vsquequò venit Titus cum exercitu Romano, & totaliter destruxit ciuitatem, & templum, & sic defecit hostia, & sacerdotium simul cum fauore, & potestate temporali, & fuit redacta ad nihilum sicut aqua torrentis deficiente pluuia. Et hoc est quod dicit hic Dauid. Ad nihilum deuenient isti iudęi, & crucifixores Chri F sti, sicut aqua decurrens in torrente, quæ paulatim deficit vsq; ad nihilum. Et subdit: Deus supple intendit, intendet arcum suæ iræ, & sententiæ, mittēdo iacula, & sagittas tribulationū, & seditionū, & plagarū donec infirmentur, & deficiant, & adnihilentur: quod impletum est per Romanos, & etiam auferantur de terra, & deficiant paulatim, sicut cera liquefit, & deficiet à facie ignis, & paulatim deficit in cæreo ardente. Cecidit ignis: ideſt cadat ignis in eos, & comburantur ne videant solē: ideſt moriantur, & non videant lumen, & sit alia maledictio in filiis eorum ne veniant ad dies patrum eorum, & deficiat in eis omnis potestas. Ad cuius intellectum est aduertēndum, quòd Rhamnus est lignum siue virgultum asperrimū, & spinosum, & sentosum, & dicitur rhamnus à rapiēdo: quia ra

pit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pit carnē: & vestes. Sed qñ est viride non potest nec valet rapere pp debilitatem, & teneritatem. Et sic illud virgultum non dē ꝓprie ramus vsquequò sit iam adultum, & tūc valet rapere sicut rubus vel cardo &c. Si qs agricola in viriditate aufert de agro cardones, aut rubos cōburit in margine: tunc illæ spinæ nō perueniunt nec crescunt in ramū, & sic non possunt rapere nec lædere. Ita pariter factū est de filiis Iudeorum, qui dicunē spinę relictæ, & quasi virgulta relicta ex illis iudæis, qui Chrm crucifixerunt, qui erant rami rapientes decimas, & primitias, & oblationes, & rapiētes bona pauperū: quorū spinæ erant potestates sacerdotales: & ciuiles: quia ēt potestates sacerdotales, & ciuilia licēt nō criminalia. Sed istæ spinæ fuerunt cōbustæ ꝓ Rom & deinceps nunquā venerūt,

B nec creuerunt in ramum, quia in teneritate sunt combustæ. Et ideo ait Dauid:

Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum sicut viuentes sic in ira absorbet eos.

Priusquā spinæ vestræ. i. filii vestri intelligerent i. crescerent in ramum sic absorbet eos Deus, & dissipabit viuentes sicut in ira. i. tanquā iratus. vel sicut ignis in ira, & furore absorbet, et deuorat rubos, et spinas: ita Deꝰ absorbet, & deuorabit eos per Rom. sicut in ira. i. tanq̄ iratus. Litera Hieron. habet iuxta Hebræum sic ab illo loco ad nihilum deuenīēt etc. Deliquentur sicut aquę quę defluūt intendēdo sagittas suas: sic marcescant sicut limax: sicut abortiuū mulieris quod non videt solem: priusquam crescāt spinę vestræ in ramum, sicut videntes sic in ira cōpescet eos. Quæ quidē litera in aliquib. est magis clara.

C Ex quib. patet, ꝙ excidium iudeorū cōparat sex, siue dat eis sex maledictiones. Primò, ꝙ conteratur eorum potestas sicut cōteruntur dentes, et molares leonum: vt amplius non possint scindere nec conterere alios. Scdò vt adnihiletur eorum status, sicut adnihilatur aqua torrentis deficiēte pluuia. Tertiò vt in tantum vulnerentur arcu, et sagittis diuinæ vindictæ, vsquequò totaliter infirmentur, et deficiant: vel in tantum intendatur, et incuruetur potētia eorum: vsquequò infirmetur, et fragantur sicut arcus: qui qñ nimis incuruatur intenditur, frangitur Quartò, ꝙ auferantur, et consumāt, et deficiant sicut cera cōsumitur in ceteo ardēte. Quintò, ꝙ cadat in eos ignis, et cōburat eos ne videant amplius solem nec lumen: siue ꝙ cadant in ignē infernalem: qui licēt sit calidus, et vrens in est tenebrosus. Et ideo qui est in eo non videt lumē nec solem. Item ſm Hieron. sunt sicut abortiuum antequā videant Solem, et vitam. i. ꝙ moriantur antequam nascantur. Et hoc respondet illi quod dictum est. Alienati sunt pctōres à vulua: errauerunt abvtero: quia sicut nō credunt Christū esse Messiā natum ex vulua, et vtero legis: ita ipsi sunt abortiui, et non nati ex lege, et sunt monstruosi in lege: quia errauerunt ab vtero legis: sicut erat abortiuum in natura. Et ideo sicut abortiuum in natura nō cōsequitur finem vitę naturalis, qui ex eo expectabatur: ita iudæi nō consecuti sunt lumen nec vitā gratiæ, quæ ex lege expectabatur per Christum. Et sic nunquam videbunt hic lumen gratiæ, et veritatis, nec in futuro lumen gloriæ. Sextò maledictio est ne spinæ, et filii eorum, nec ēt potestas crescat in ramū: sed cōteratur, et infirmetur, nec possit rapere nec lædere. Vnde iudei moderni semper inordinatā linguā, et corde: quia desiderant destructionem christianorū, et fidei Chri, et ꝙ Messias eorum vēturus est, q̄ debet christianos vindicare. Sed tales spinæ, et tales *abortiua*

nunq̄ crescent in ramum: quia nunq̄ impiebūtur: quia eorum sacerdotium, & regnū æternū est ablatū, & spinæ eorū sunt combustæ ab ira, & ſnia Dei. Et notanter dī: sicut viuentes sic in ira absorbet eos: q̄ licēt impij viuant temporaliter: tamen spinæ eorum i. potestates, & vires sunt debilitatæ, & ipsi sunt absorpti, & deuorati morte peccati.

Lætabitur iustus cum viderit vindictā manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Ex ista litera inferunt hypocritæ, & q̄dā hæretici, ꝙ homo iustus debet desiderare destructionē, & vindictā hominū pctōrum & malorū, & cum Deus punit eos debet lætari, & gaudere de eorum aduersitate, & punitione, tām tpali q̄ spirituali. Imò dicit ēt ꝙ iustus si possibile est debet intingere, & lauare manus suas in sanguine illius peccatoris puniti. Sed talis opinio est falsa, & peruersa contra doctrinam, & præceptum saluatoris: qui non vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur, & viuat, & præcipit dicens. Orate pro persequentibus, & benefacite his qui oderunt vos. Matth. 5. & ita orauit ipse in cruce, & doluit de damnatione Iudæ. Vnde dicit Aug. quòd semper debemus orare vsque ad vltimum vitæ pro peccatore: quia

hodie

A hodie pctōr, & cras iustus, hodie hęreticꝰ, & cras fidelis. Ex quo patet, ꝙ sensus huius litteræ nō est nisi, ꝙ qñ Deus punit vnū peccatorē pro aliquo magno delicto, tunc iustus tria debet facere. Primò laudare diuinam iustitiam. Secundò timere iustum Dei iudiciū. Tertiò lętari, & laudare Deum, quia non permisit eum cadere in simile peccatum sed ipsum præseruauit. Quartò lauare manus suas in sanguine illius peccatoris: id est corrigere seipsum, & præseruare ne cadat in tale peccatum: ne puniatur sicut ille. Nam lauare manus in scriptura nil aliud est, nisi se innocentem reddere, & nō cum pctōribus participare sed à peccato præseruare, & corrigere, & ita fecerūt Apostoli, & omnes conuersi de iudaismo cum viderunt diuinam vindictam, & sententiam super Hierusalem, tunc licet doluis-

B sent de perditione eorum spirituali tamen ip si lætati sunt, quia non manserant in eadem obstinatione, & damnatione: sed venerāt ad viam veritatis. Et sic lauerunt manus suas in sanguine, & punitione illorum inquantū cō filio eorum non consenserunt, & cum eis nō participarunt. Et sic putauit se facere Pilatus cum lauit manus suas dices. Innocens ego sū à sanguine iusti huius. i. non consentio nec eius sponte. Sed fuit inutilis talis purgatio, & excusatio, quia oppositum fecit in executione. Sed Ioseſ ab Arimathia, & Gamaliel directę lauerunt manus suas, qui nō consenserūt mēte nec opere. Et hoc est quod dicit hic Dauid. Iustus. s. cętus Apostolorum, & fidelium lætabitur cum viderit vindictam diuinam factam in excidio Hierusalem, & omnium Idęorum. Lętabitur dicendo, ꝙ non mansit in

C illorū obstinatione: sed secutus est Christū, & manus suas lauit in sanguine peccatoris populi iudaici puniti. i. quia non cum operibus eorum participauit, sed ex gratia Deo fuit præseruatus, et illuminatus per Christum. Vnde communiter in scriptura per manus opera intelliguntur. Et ideo sequitur.

Et dicet homo: si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

Tunc dicet, et cognoscet homo iustus in se, et in publico vtique. i. certè si est aliquis fructus iusto ex bonis operib⁹, ita certè est deus iudicans, et puniens eos malos in terra: quasi dicat: sicut nullum bonum irremuneratū: ita nullum malum euadet impunitum. nā sicut Deus dat fructum, & præmium iusto ex bonis operibus, & meritis; ita punit iniustos, & malos ex suis demeritis & ita punit iudęos D non solum in inferno, sed etiam in terra, & præmiauit apostolos & fideles, hic per gratiā & in cœlo per gloriam. Ex supradictis patet, ꝙ totus iste psal. principaliter loquitur prophetice, & literaliter de iniquo iudicio fcō cō trā Christum, & de Iudæorum punitione. Sed ex ultimo versu patet quòd etiam potest applicari contra omnes falsos iudices, & oppressores pauperum.

PSALMVS LVIII.

E *Ripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.*

Titulus in Hebræo secundum Ra. Sal. Ad victoriam ne dispdas Dauid cātieū decens, qū misit Saul, & custodierunt domum ad eū stodiendū eum, Hie. Victori ne disperdas Dauid humilē, & simplicem, qñ misit Saul. &c. Secūdū uero. 70. In finē ne disperdas vel corrūpas Dauid in tituli descriptione &c. Ex titu- E li huius descriptione apparet ꝙ Dauid fecit hunc psal. Cuius materia ex qua, & figuratiua patet primi Reg. 19. Nā postquàm Saul concepit odium ex inuidia contra Dauid: eò ꝙ mulieres tribuerunt maiorem gloriam ipsi Dauid quam sibi: quia canentes in choro dixerunt: Saul occidit mille, & Dauid X. nulla Ideo tunc Saul decreuit interficere Dauid. Et sic dum psallereterante eum traiecit lanceā contra eum. Sed Dauid declinauit, & euasit, & fugit in domum suam. Sed Saul misit satellites suos, qui per totam noctem domum Dauid circuirent, et obsiderent ne euaderet, sed ipsum interficerent. Sed Michol ipsum ꝙ fenestram dimisit, et loco eius statuā cooperiam pellibus in lecto strauit. Dauid autem quasi inutilibilis factus illæsus euasit custodibus illusis manentibus. et quasi cęcis. Et de F hac materia literaliter Hebræi moderni exponunt hunc psalmum, sicut uidetur eis titulus sonare. Sed talis expositio non est utilis nec fructuosa, imo tollit dignitatē propheticam, et sacramentalem huius psalmi. Ideo est dicendum, quòd ista non est materia de qua, ei principalis, sed est materia ex qua, et figuratiua, inquantùm Dauid in illa obsidione satellitum ipsius Saul præuidit in spiritu figuratiuè qualiter Christus post mortē debebat poni in sepulcro: & qualiter indei debebant apponere custodes ne Christus resurgeret: aut discipuli venirent de nocte ad furādum corpus eius, et dicerent plebi à mortuis surrexisse. Et quomodo Christꝰ debebat

resurgere

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rerurgere ad gloriam custodibus remanentibus illusis, & iudæis confusis, & cęcis. Et quo modo iudæi debebant corrumpere custodes pecunia: ut dicerēt, q discipuli Christi eum furtiue subtulissent. In qua obstinatiõe & mẽdacio. Iudæi erant manituri vsq; ad consummationem sæculi. Et qũo tanquam canes famelici bonis spiritualibus deberent circuire ciuitatem Dei, & nõ intrare vsque ad uesperam, id est finem mundi quando omnes debent cõuerti, & lumen veritatis cognoscere. Quòd prævidens David in spiritu fecit hunc psalmum. Et hæc est materia principalis, de qua est iste psalmus. Vnde ex titulo non habetur de necessitate, q illa obsidio domus David sit materia principalis huius psalmi. Sed quòd illa fuit materia ex qua, & figuratiua: Vnde David sumpsit occasionem faciendi hunc psalmum: cõ q ibi prævidit in spiritu
B misterium custodiæ sepulcri Christi, de quo loquitur in hoc psalmo. Et hęc est propositio quam aperit David in hoc psalmo. Sed dicũt Iudæi, quòd de una materia non debet esse nisi vnus psalmus, Sed nos exposuimus psalmum 15. & 56. de resurrectione Christi: ergo iste non debet esse de ista eadem materia. Ad quod est dicendum: quòd Iudæi loquũtur tanquam cęci, & obstinati: nam dictum est, quòd Christus est finis legis, & se habet ad totam legem veterem sicut terminus ad viam, & sicut pũctus ad circunferentiam circuli: ergo sicut multæ uiæ circunquaque ueniunt ad unam, & eandem ciuitatem, & terminum, & multæ lineæ dicuntur à circunferentia circuli ad eundem punctum medium ita multifariè multisque modis olim locuti sunt prophetæ de uno, & eodẽ Christo, & de
C misteriis eius. Et ideo dicit Augu. contra aduersarium legis, & prophetarũ, q sicut una, & eadem scientia, & sinia est scripta per multas, & diuersas linguas, & diuersa idiomata, & unus, & idem magister explicat unam, & eandem sniam per multa, & diuersa exempla: ut discipulus valeat capere, & intelligere: Ita unum solum sacrificium altaris fuit figuratum multis, & diuersis sacrificiis in uet. lege: & multi prophetę prænunciarunt vnũ, & eundem Christum, & vnus, & idẽ prophe ta per multas revelationes prenũciauit unũ, & idem ministerium de Christo, & ecclesia, pp altitudinem tantorum misteriorum. Itẽ Christus est unicum psalterium x. cordarũ: ut dictũ est: ergo de ipso Christo, & de una quatq; corda sine misterio potuit David cum re diuersas cantilenas, & psal. de resurrectione, & ascensione, & passione & cætera, secundùm q unumquodque misterium prævidebat per diuersas uias, & misteria. Ita etiam docit musicus rẽporalis, & carnalis q cum unico instrumento cãtat infinitas cantilenas de eadẽ persona dilecta. Introducit ergo Christus ad loquẽdum in hoc psalmo. in quo multa facit. Primò petit liberari, & resurgere à mortuis. Secundò prædicit punitionem temporalem, & spũalem Iudæorum. Tertiò agit gratias de sua resurrectione. Sed in ibi. Intende ad uisitandas. Tertiũ ibi. Ego aũt cantabo. Quantùm ergo ad primũ, Christus petit liberari à resurrectione à sepulcro custodibus obsidẽs, & circundato, dicẽs. O dñe pater eripe me de
inimicis meis Iudæis, & de custodibus sepulcrum custodiẽtibus, & eripe, & libera me ab insurgentibus Iudæis in me: qui putãt me ita quã amplius viuere nec resurgere, & sic

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me.

Eripe me uniuersaliter de oibus operantibus iniquitatem contra me, tam *Iudæis quã* gentilibus, & sãlua me de uiris *sanguinum* homicidis, & pctõribus quia in nichil necen co conuertenũ ad uesperã, & tenebras, & cęcitatem, & patientur famem uerbi Dei, & intelligentiæ ut canes, & circuibunt sic ciuitatem ecclesiæ, & per totum mundum. Nota q ly conuertentur põt dupliciter intelligi. Vno modo literaliter: quia Iudæi per. 40. annos manserunt in sua prima obstinatione post resurrectionem Christi. Sed post tot strages, & cædes bene nouerunt conuersi in se, q hoc euenichat eis in pœnam propter mortẽ Chri
C stiſsed non egerunt pœnitentiam, imo manserunt in sua cęcitate: unde dicit Ioſefus, q benc cognouerunt, quòd illa punitio fuit: aut propter mortem Ioannis Baptistæ, aut propter mortem Christi: aut propter mortem Iacobi iusti. Sufficit, quòd propter mortem alicuius iusti, & innocentis, & maximè Iesu Christi Nazareni. Et ideo dicit,

Conuertentur ad uesperam & famem patientur, ut canes, & circuibunt ciuitatem.

Conuertãtur ad seipsos ad vesperã. i. serò, & tarde post multas cædes, & iacturas, & cognoscant delictum suum, & patientur famẽ in illa obsidione, intantum, q quædam mulier nobilis comedit filium suum: vt ait Ioſefus, & ut canes famelici circuibũt ciuitatem, quia de die, & nocte circuibant muros ciuitatis Hierusalem cum continuo timore vigi-

A *domine Deus uirtutum Deus Israel.*

Exurge ergo ò pater in occursum meũ, & auxilium. i. susceita me à mortuis: qa tu exurgẽdo in occursum dãdo virtutẽ, ego surgo in quantũ hõ: quia humanitas receꝑit uirtutẽ à diuinitate: & ideo tu dñe Deus virtutũ à quo est ois virtus, & tu qui es Deus angelicarum virtutum. & Deus Israel uide, & iudica inter me, & pſecutores meos. & da mihi beneficiũ resurrectionis postquã humiliaui meipsum vsq; ad mortẽ crucis. Et tu dñe Deus uirtutũ Deus Israel. Hic icipit uersus, & sinia seqũs, in qua Christus petit vltionẽ de Iudeis, & peB te conuersionẽ gentilium. Nã cęcitas Iudæorum in parte fuit cã conuersionis gentilium: nã postq apostoli viderũt Iudæos obstinatos cõuerti sunt ad uisitandas, & cõuertendas gẽtes. Dicit ergo. O dñe uirtutum Deus Israel.

Intende ad uisitandas omnes gentes: nõ misereris omnibus, qui operantur iniquitatem.

Intẽde ad uisitãdas oẽs gentes p prædicationẽ Apostolorum, & nõ misereris Iudæis operãtibus iniquitatẽ: postquã se indignos fecerũt redemptione, & uerbo Dei: & iõ postquã auersi sunt à ueritate, & lumine euãgeli

Conuertentur ad uesperam & famem patientur, ut canes, & circuibunt ciuitatem.

Conuertãtur ad seipsos ad vesperã. i. serò, & tarde post multas cædes, & iacturas, & cognoscant delictum suum, & patientur famẽ in illa obsidione, intantum, q quædam mulier nobilis comedit filium suum: vt ait Ioſefus, & ut canes famelici circuibũt ciuitatem, quia de die, & nocte circuibant muros ciuitatis Hierusalem cum continuo timore vigilantes, ne ciuitas caperet ab inimicis Romanis. Et hoc factum est Dei iudicio: nam sicut Christus iacuit in sepulcro per. 40. horas, & per illas. 40. horas custodierunt, & circuierũt in sepulcrum Chri: ita in pœnã peccati per. 40 annos passi sunt seditiones & iacturas, & miserias inter se usq; ad ultimam obsidionẽ Romanorum. Et sic circuierũt ciuitatem, & muros eius sicut canes famelici per. 40. annos, & datus est eis annus pro hora. Secundò ly ad uesperã: põt intelligi pro cęcitate mentis. ut dictum est. Cõuertentur ad uesperam, & cęcitatem, & tenebras ignorãtiæ postquã noluerunt uidere ueritatem & lumen euangelicum. Et patientur famem spũalem bonorum spũalium. s. intelligentiæ scripturæ, & refectionis sacramentorum: quia extra ecclesiam non est salus, neq; spũalis refectio, & sicut canes circuibunt ciuitatem ecclesiæ usq; E ad iudicium, & nunquã intrabunt in eã: qa non reperiẽt portã eius, quæ est baptismus. Et circuibunt ẽt sacrã scripturam: sed nunq intrabunt ad intelligentiã, & ueritatẽ eius: qa erunt cęci in nocte ambulãtes, & sic non reperient portã fidei, per qnã iterat ad intelligentiã ueracẽ sacræ scripturæ. Tertiò p ly vesperã: põt intelligi finis mundi, q d. non cõuertent usq; ad finem mundi. i. ad uesperam mundi visã deceptione, & interitu miserabili ipsius Antichristi, quia tunc quasi confusi uidebunt ueritatẽ, & tunc reliquiæ Israel saluæ fient. Sed interim famen uerbi Dei, & ecclesiasticorũ sacrorum patientur: vt canes, & circuibunt ciuitatẽ ecclesiæ, & sacræ scripturę. Sed per totũ istud tẽpus nunquã intrabũt: qa ut cęci nõ reperierunt portã baptismi, p F quam intratur ad ecclesiam: nec portã fidei, per quã patet introitus ad intelligentiã sacræ scripturę. Et hãc pœnã, & punitionem patientẽ iusto Dei iudicio. Nam sicut nõ credidерunt Xpm resurrexisse: sed per apostolos corpus eius furtim esse ablatũ: & sic posuerũt custodes, qui obsiderent, & circurent sepulcrũ, & corruperunt eos pecunia, ut dicerent, q discipuli corpus Xpi abstulissent. ita ipsi tanquã cęci, & famelici circuierũt ciuitatẽ ecclesię, & sacrę scripturæ nõ ualentes intrare, nec portam reperientes. Et nagãtur dispersi, & captiui per mundum, vsquequò credant Xpm resurrexisse: qđ implebitur ad uesperam huius mundi. Vnde dñt aliqui fideles, q sicut Deus dedit quondam filiis Israel annum pro die: vt vagarentur, & circuirent desertum ꝓpter

peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A peccatum incredulitatis: & sic vagati sunt p 40. annos, circumeũdo per desertum, nec aliquis eorum ingressus est terram promissam: nisi Caleb, & Iosue, sed in fine 40. annorũ ingressi sunt filii eorum: vt patet Num. 12. Ita pariter Deus dedit Iudæis post resurrectionẽ Christi 40. annos, s. annum pro hora. Nam sicut Christus fuit obsessus in sepulcro per 40. horas: ita Iudæi circuibunt mundum famelici per 40. quadragenas annorũ: vsq; ad Antichristum: qui sunt mille, & sex centum anni. Alii dicunt q̃ dedit eis Iubileũ 50. annorum pro hora: & sic essent 40. Iubilei qui sunt anni duo millia, & sic dicunt isti, q̃ per spatium 2. millium annorum debent Iudæi circuire mundum vagãtes cęci, vsque ad Antichristum. Sed hoc dimittatur diuinę voluntati. Sufficit q̃ Iudæi cęci, & famelici vsq; ad
B vesperam mundi circuibunt ciuitatem ecclesiæ sacræ scripturæ vsquequo credant resurrectionem Christi. Sed interim dum circumeunt ciuitatem dispersi, & malitia occęcati maledicunt Christum, & Christianos in secreto. Ideo sequitur.

Ecce loquentur in ore suo: & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Loquentur in ore suo, & gladius maledictionis in labijs eorũ erit semper cõtra Christianos. Q̃n quis audiuit? Et dñr postea: quis nos audiuit? q.d. nullꝰ audiuit nos dicere malũ: quia negant coram gẽtibus se maledicere: licet maledicant in secreto. In Hebræo, & litera Hieronymi habetur. Ecce redundant in ore suo gladii in labiis eorum, quasi nemo audiat. Et tunc litera est clara: quia maledicũt
C in secreto, & non in publico: quasi nemo audiat pr̃ timore Christianorum, sub quorum dominio degunt. Sed tu dñe deridebis eos: & ad nihilũ deduces oẽs gentes Iudæorũ, q̃ talia dicũt, & maledicunt: quia nõ audies maledictiones eorũ: imo cõuertes maledictiones super capita eorum. Et sic ad nihilum deduces eos, Sed ego populus Christianus.

Fortitudinẽ meã ad te custodiã, quia Deꝰ susceptor meus Deus meus: mia eius præueniet me.

Fortitudinem meam ad te custodiã, quia in te pono spẽ meã nõ timendo maledictiones eorũ: quia dñs ipsi Iudæi, & infideles circũeunt ciuitatẽ cęci, & famelici ego sũm tutus intra muros ciuitatis ecclesiæ bene septus fide, spe, & caritate, qui sunt muri, & fortitudo huius ciuitatis. Ideo hanc fortitudinẽ meam
D ad te custodiam. q.d. sub hac fide, & sub his muris uolo custodirt & tutari, & etiam hos muros, & hanc fortitudinem uolo custodire, & seruare, & pro hac mori sicut in baptismo promisi: quia tu es susceptor meus, & me suscepisti in hac ciuitate per baptismum, & sicut, misericordia tua pręuenit me in baptismo: quia nõ meis meritis saluasti me, sed meritis tuę passionis: ita deinceps misericordia tua, & gratia prævenies prævenient me, ne perdã fidẽ, & ne cadã in peccatũ, sine quasi misericordia, & gratia nemo põt stare nẽ cadere, & si hõ ceciderit sine eadẽ mia, & gratia p̃uenient uoluntate nemo põt surgere. q. d. ne
E uenias me per miam, ne perdã fortitudinem, & gratiam, & fidẽm, quã ex tua mia suscepi. Ex his ostẽdit propheta, q̃ nõ ex propriis meritis saluamur, nec uenimus ad fidem, sed ex sola Dei mia prævenient, & subsequente, & perficiente, quã iudæi nõ possiunt habere. Ergamus ergo gratias, & dicam⁹. O altitudo uitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quã incomprehensibilia sunt opera, & iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Ex hac auctoritate probat Aug. cõtra Pelagianos in libro de perfectione iustitiæ hominis, & in cęteris q̃ nemo potest vitare peccatum. nec surgere a peccato, nisi prẽueniatur p gratiã & miam Dei, qua uoluntas eius adiuuetur ad resistendum, & ad surgendũ, quę dicitur gratia prẽueniens. Ista eadẽ esse possunt verba Xp̃i in cruce, & dicat, Licet Iudęi maledicãt, & negent me resurrexisse, tñ ego custodiã ad te fortitudinem meã. i. in te ponã totã spem meam, & spero O pater quia tu suscitabis me, quia tu es Deus meus. Et misericordia eius. s. partis prẽueniet me resuscitando, & sic ista possunt dici in persona capitis, & membrorum.

Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscãtur populi mei.

Quia superius dixit, q̃ Iudæi tanquam canes circuibunt ciuitatem vsque ad Antichristum: hic reddit causam, & dicit, quod ideo Deus permittit eos uiuere, & non vult eos penaliter eos destruere, primò quia in fine habitorum conuertentur: secundo, vt sint in testimonium & ostensionem, & memoriam passionis Christi: vt ostendamus ad dignum facinorosos crucifixorum Christi in memoria. Dicit ergo Christus: Deus pater ostendit mihi punitionem super inimicos meos Iudæos: sed rogo pater ne totaliter occidas eos & deleas

A & deleas eos de terra nequando, id est aliquã populi Christianorum obliuiscantur passionem meam, sed quotidie videant, & ostendere possint facies fossæ crucifixorum meorum in eorum damnationem & confusionẽ, & in confirmationem populi mei: ergo non occidas eos. Nam secundum Aug. q̃ duplici ex cã permittit Deus Iudæos viuere. Primò in memoriam suæ passionis: prout hic tangitur in textu. Secundò vt habeant nobis codices ve. & fœmene eos nobis ad confessionẽ ipsorum: quia sufficiet libris cõuincimur eos. Et hanc tangit Aug. in sermone de Epiphania. Nam Iudæi moderni sunt imitatores illorum, qui informarunt Herodem, & Magos per scripturas vbi Christus nasceretur, & remiserunt eos in Bethlem ad Christum adorã
B dum. Sed ipsi non ierunt ad Christum. Dicit ergo. ne occidas eos: sed

Dispergelios in virtute tua: & depone eos protector meus domine.

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.

Dispergelios q̃ mundũ in tua virtute, & vagentur, & circundant p mundũ vagi, & depone eos de regno, & sacerdotio. O Deus, p tector meus. his sic primati regno & sacerdotio vadant dispersi p mundũ: vt Christiani videtes eos recordent mei⁹ passionis. Et depone etiã, & cõfunde, & annihila delictum oris eorum. s. sermonem falsum labiorum ipsorum, qui dicunt me non resurrexisse: & comprehendantur, & conuincantur in superbia sua tanquam mendaces, & confusi, cum videant
C deum miracula manifesta in die Pentecostes q̃ confirmabunt meam resurrectionem.

Et de execratione, & maledicto annũciabũtur in cõsummatione & ira cõsummationi: et nõ erũt.

Sic annunciabunt. i. arguent, & conuincentur de mendacio, & blasphemia in consummatione. i. finaliter conuincent, & cõuincentur in ira consummationis. i. vsq; ad consummationẽ, & desolationẽ, & non erũt amplius in regno, nec sacerdotio, nec in gratia. i. in caritate, vel etiam perseuerabũt vsq; ad ultimã consummationis. i. vsque ad diem iudicii qui dã eorũ: & non erunt amplius in hoc mũdo.

Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.

Tunc cum viderint Christum venientẽ ad iudicium cũ potestate magna, & maiestate: scient & cognoscent, quia Deus & dominus Iesus Xp̃s dñabitur Iacob, & finiũ terrę: q̃ D cognoscent in eo vniuersalẽ pr̃item. & tunc

Conuertentur ad vesperam: & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Cõuertentur, & destruentur ad vesperam, & tenebras inferni, & ibi patientur famẽ glorię in æternum, & circuibunt ciuitatem infernales pœnas patiendo.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ibi dispergentur ad manducãdum: sed quia nunquam erunt saturati, nec gustabãt bona spiritualia gloriæ, ideo murmurabunt cõtra Deũ, & blasphemabũt. Sed forsan melius est vt ly scient referatur ad tempus Antichristi ante iudicium. Nam cũ viderint manifestam deceptionẽ, & interitũ miserabilem Antichri
E sti tũc scient, & cognoscent, q̃ Xp̃s fuit verus Messias, & dñabit Iacob, & finium terræ. & tunc Iudæi illustrati veritate fidei conuertẽtur ad vesperã, & finem mũdi. i. in fine mũdi. Sed interim vsq; ad illud tempus patient famẽ bonorũ spũaliũ, sicut canes patiunt famẽ corporalẽ, & sic circuibũt ciuitatẽ ecclesię, & sacræ scripturæ, & nõ poterunt intrare vsq; ad illud tempus, vt dictũ est, sed dispergẽtur p mũdum ad manducandũ bona spiritualia in lege promissa. Sed quia nũquam attingẽt pristino statu, quia non fuerint saturati, ideo murmurabunt semper, & blasphemabũt. Itẽ dispergentur. i. secundũ literã Hier. vagabuntur ipsi Iudæi hodie per mundum ad mãducandum cibos legales, qui quidem cibi legales nõ possunt saturare animam: ideo Iudęi, quia se vidẽt nõ saturatos talibus cibis, quia non habent talem virtutem sicut sacramenta no. leg. ideo cõtinue murmurant expectã-F do falsum messiã: qui liberet eos, & sanet bonis in lege promissionis. Et sic circũeunt ciuitatem dei, & nũquam intrant, nec attingunt finẽ promissum. Nota q̃ propter tria murmurãt Iudæi moderni. Primò quia circumeunt mundum dispersi, & nõ intrant ciuitatẽ terrenam Hierusalem ad manducandum cibos legales materiales, si cætera sacrificia. Secundo quia non possunt intrare verum sensum spiritualem, literę legis: quia totum oppositum vident eorum, quę ipsi expectant, & intelligunt in litera. Et sic diffcurrunt decepti. Nam deus promisit oẽs congregari in Hierusalem spiritualem his per gratiam, & in futuro per gloriã: in qua manducantur cibi spiritu tuales gratię & gloriæ: & ipsi quærunt illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hierusalē terrenā: vt māducēt cibos carnales. Et sic semp frustabunt i desiderio suo. Tertiō ēt murmurāt Iudei cōtra Deū q̄rētes pp q̄d pctā detinent in hac tā lōga captiuitate. Nā pnes eorū peccarunt p idolatriā: q̄d est maximū pctōrū: & tñ nō fuerūt puniti, nisi p 70. annos i captiuitate Babilonis. ipti āt q cū stodiūt legē ad vsquē iā pseuerauerūt in hac captiuitate Romana vltra 1400. annos. Sed cum dicitur eis q̄ hoc euenit eis pp necem Xpi: licet negēt ore tñ bene norunt hoc esse verum in cōscientia. Et ideo tunc licet deberēt cōuerti, & agere pniam, tamen in sua malitia occecati maledicunt, & blasfemant Christum. Sed hoc magis patebit psal. 106. in fine.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane misericordiam tuam.

B *Quia factus es susceptor meus: & refugiū meum in die tribulationis meæ.*

Hic ēt agit gr̄as, & dicit. Iudæi cōuersi sunt ad vesperam, & noctem ignorātiæ, & tenebrarum nolentes recipe lumem Messiæ, & sic vadunt in nocte errando circumeundo ciuitatē sacræ scrip. non valentes intrare ad verum sensum, & sacra occulta. Et sic errant murmurādo, & blasphemādo. Ego autē p oppr̄ agendo gr̄as, & nō murmurando cātabo fortitudini, & magnificētiā, & miam, & triumphum tuū, & exaltabo miam tuā mane. i. in die, & lumine gr̄æ: cō q̄ tu es fact⁹ susceptor &c. Itē ipsi cōuersi sūt ad vesperā i. i fine mūdi cōuertent, & tūc in sero incipiēt cātare, & cōfiteri. sed ego in mane. i. in principio legis gr̄æ. q̄ incepit illicō post resurrectionē, incepi, & cātabo fortitudinē tuā &c. Et ex altabo mane. i. in principio legis gr̄æ, q̄ incepit à resurrectione Xpi, exaltabo miam tuā, & prēdicabo beneficia collata generi humano, quia tu es factum susceptor meus, & refugium in die tribulationis, & persecutionis. & ideo. O

C *Adiutor meus tibi psallam: quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.*

Quia post tot persecutiones me suscitasti in capite, & in mēbris, & ad gloriam suscepisti. Ex quib. patet q̄ litera huius ps. non potest applicari cōmodē, & simpliciter ad Saulem: nec ad satellites suos: si speculari velimus: nec præcisē ad ipsum Dauid, nisi in sola figura: inquantūm fuit figura Christi.

PSALMVS LIX.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis.

Titulus. Ad victoriā siue in finē super rosę testimoniū suaue cāticum Dauid ad docēdū humilis, & simplicis Dauid: q̄n pugnauit contra Arā fluuiorum, & Syriā Sobba, & reuertit Ioab, & percussit Edon in valle Salinarum. 12. millia. Secundum uero. 70. In finē p his qui cōmutabuntur in tituli descriptionem ipsi Dauid in doctrinatū succendit Messiam Syrię, & Sobba, & cōuertit Ioab, & percussit Edon i valle Salinarū. 12. Secūdi Reg. 10. & 1. Paral. 18 legitur, q̄ mortuo Naas rege Amō misit Dauid nuncios ad Annō filium eius: vt consolaretur super obitu patris. Sed milites Annō putātes, q̄ Dauid misisset nuncios ad explorādum terrā, semiraserunt barbas, & vestes eorū pściderunt vsq; ad nates, & sic cum opprobrio remiserūt eos ad Dauid. Videns aūt Annon malē egisse, & timens ne Dauid vellet iniuriam vindicare cōuocauit quosdā reges Syriæ in auxiliū, iter quos fuit Sobba, & Roob, & Tibor, & Macha, cū innumera multitudine peditum, & equitum. Contra quos misit Dauid Ioab principē militiæ suæ. Abisai fratrē eius, q̄ vicerunt oēs illos reges Syriæ. Tunc Annon rex Moab videns victoriam Dauid, præuidit persecutiones ecclesiæ vsq; ad Cōstātinum, & per persecutiones suas pūdit pśecutiones Xpi, & per hoc q̄ ipse Dauid primò factus est princeps paucorum, dū fugeret à facie Saul, & postea primò factus est rex sup tribū Iudā, postea paulatim adeptus est tribū Ephraim, & Manasses, & vniuersaliter totū regnū Israel: p hoc pūdit in spū, qualiter Xps prius debebat facere paucos discipulos de sua parētela, & cōsanguinitate, & sic crescere de aliis tribubus. Nā de oībus tribubus fecit sibi discipulos. Nā Petrus, & Andreas erāt de tribu Zabulon de Betsaida &c. Et illicō in die Pent. fuerunt baptizati quatuor millia Hierusalē. Et sic Philippus multos baptizauit in Samaria, quæ recepit verbum Dei. Et sic p dei. Item per hoc, q̄ Dauid misit nuncios ad Annon regem Moab, & ipse uituperauit eos, & opprobrio affecit, præuidit Dauid in spiritu: qualiter Christus post conuersionē paucorum Iudæorum debebat mittere discipulos suos per uniuersum mundum ad salutē, & cōsolationē gentilium. Sed gentiles debebāt apostolos, & discipulos, & xpianos multis opprobriis, & uituperiis afficere, & diuersis tormētis torquere. Itē per hoc q̄ Dauid finaliter triumphauit de oībus regnis, & ciuitatibus similiter: pūdit in spiritu qualiter Christus, & ecclesia debebat postmultas persecutiones totum orbem, & populum gentilem iugo fidei subūcere per conuersionē magni Constantini. Et de oībus his fuit doctus Dauid à spiritu sctō. Et iō fecit hunc psalmū p rosæ testimonium. i. in figura ecclesię, siue pro his populis qui cōmutabuntur, & cōuertentur ad fidē Christi, sicut oēs illi populi q̄ memorantur in titulo, & in hoc ps. cōmutati sunt ad iugum, & obediētiā, & tributum ipsi Dauid. Et ad istum intellectū, & sensum cātat ecclesia hunc psm. Duo ergo facit. Nā primò pdicit pśecutiones primitiuæ ecclesię, p figurā pśecutionum populi Israel. Sedò petit liberari. ibi. Vt liberentē dilecti tui. Quantum ad primum est aduertēdum, q̄ Dauid nō solum p persecutiones suas, sed per persecutiones populi Israel factas usq; ad suum tps pūdixit in spū persecutiones primitiuæ ecclesiæ. Nam sicut ille populus illicō post exitum de Egypto, & igressum terræ pmissæ ibi habuit 10. uel 12. magnas pśecutiones, ut patet p totum discursum libri Iudicum, & primi Reg. usq; ad Saul, & Dauid: ita primitiua ecclesia à resurrectione, vsq; ad magnum Cōstātinū passa est 10. uel 12. magnas persecutiones. s. sub Iudęis, & x. Imperatoribus. Sed fuit differentia. Nā populus ille passus est pp peccata, & scelera sua. Primitiua autem ecclesia passa est pp ueritatem, & iustitiam fidei Christi. Sed sicut ille populus liberatus est ab omnibus persecutionibus, & iugo seruitutis, & tributi per Dauid: imò ipse Dauid subiecit sibi Philistæos, & Idumæos, & Moabitas, & Damascenos, & Syros vsq; ad Euphratē, & fecit eos tributarios, ut patet. 2. Reg. 7. ita pariter ecclesia Christi quæ ante per 300. annos fuerat subiugata, & uexata, & expoliata à tyrannis, & populo gentili: postea post conuersionē Constantini subiugauit oēs tyrannos, & populum gentilem iugo Christi. Hoc prędixit Dauid in spiritu dicit in persona ecclesiæ. O Deus tu multotiēs repulisti nos in prima ętate, & secunda. s. à diluuio usq; ad Abraam, & Moysen, q. a fuimus captiui in Egypto, & postea repulisti nos à te, & dimisisti nos decies sub seruitute, & tributo tempore Iudicum: usquequo capta est Arca à Philistęis, ut patet. 1. Reg. 4. Et postea facti sumus tributarii Philistęis, & Idumęis, & tñ licet aliquādo sic repuleris nos, & fueris iratus, tamen tandem semper misertus es nobis: quia semper misisti nobis aliquē saluatorē. Nā à captiuitate Egipti nos liberasti p Moysen, & à uexationibus Moabitarū, & Ammonitarū, & Idumęorum nos liberasti per Iudices, & tandem

A in hoc psal. ut dicunt. Verumtamen si sic præcise ibi ps. literaliter exponat: tūc nō ptineret ad factā scrip. nisi cōtineret aliq̄d factum de Christo aut ecclesia. & sic non cātaret ipsum ecclesia. Itē sequeret, q̄ Dauid nō fuisset ꝓpheta i hoc ps. sed historiographus, nec habuisset specialē gratiā spūsanctī, cuius oppositū explicat in titulo, cū dē ad docēdū: ubi demōstrat, q̄ Dauid fuit doctus à spūsanctō, & docet nos, & erudit nos de aliquo futuro facto. Vñ dictum est, q̄ semp per rosas intelligit ecclesia Christi, q̄ sicut rosa inter spinas est orta ex spinis Iudæorū, & gētiliū. Et ideo 70. trāstulerunt pro luis, qui cōmutabuntur, s. populus christianus, qui est cōmutatus, & conuersus ex Iudęis & gētilibus. Est ergo dicendū, q̄ Dauid p supradictos triumphos, & victorias præuidit in spiritu prosperitatem regni Christi, & ecclesiæ futurā. Nam primò p aduersitates, & vexationes quas passus est populus ille ꝑ Iudicū vsq; ad Saulē, & ipsum Dauid, præuidit persecutiones ecclesiæ vsq; ad Cōstātinum, & per persecutiones suas pūdixit pśecutiones Xpi, & per hoc q̄ ipse Dauid primò factus est princeps paucorum, dū fugeret à facie Saul, & postea primò factus est rex sup tribū Iudā, postea paulatim adeptus est tribū Ephraim, & Manasses, & vniuersaliter totū regnū Israel: p hoc pūdit in spū, qualiter Xps prius debebat facere paucos discipulos de sua parētela, & cōsanguinitate, & sic crescere de aliis tribubus. Nā de oībus tribubus fecit sibi discipulos. Nā Petrus, & Andreas erāt de tribu Zabulon de Betsaida &c. Et illicō in die Pent. fuerunt baptizati quatuor millia Hierusalē. Et sic Philippus multos baptizauit in Samaria, quæ recepit verbum Dei. Et sic p omnes tribus multi venerunt ad iugum fidei. Item per hoc, q̄ Dauid misit nuncios ad Annon regem Moab, & ipse uituperauit eos, & opprobrio affecit, præuidit Dauid in spiritu: qualiter Christus post conuersionē paucorum Iudæorum debebat mittere discipulos suos per uniuersum mundum ad salutē, & cōsolationē gentilium. Sed gentiles debebāt apostolos, & discipulos, & xpianos multis opprobriis, & uituperiis afficere, & diuersis tormētis torquere. Itē per hoc q̄ Dauid finaliter triumphauit de oībus regnis, & ciuitatibus similiter: pūdit in spiritu qualiter Christus, & ecclesia debebat postmultas persecutiones totum orbem, & populum gentilem iugo fidei subūcere per conuersionē ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item ab omnibus nos liberasti per Dauid Et sic semp post ira, & repulsione misertus es nobis. Nunc ergo post resurrectionem.

Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est.

Commouisti totam terrā ecclesię, & cōtribulasti eā diris persecutionibus tirannorum propter iustitiam fidei Christi: ergo sana cōtritiones, et tribulationes eius: quoniam cōmota est vexata, et tribulata est per crebras, et diuersas persecutiones imperatorum, et tirannorum, quod probo. Nam.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Ostendisti populo tuo christiano dura tormenta: quia tot milia martyrum occisa sunt, et potasti nos vino compunctionis, et amaritudinis, & meroris: q a cibus et potus nostri sunt lacrymę, et fletus, et gemitus.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui saluum fac dextera tua: & exaudi me.

Dedisti Christianis metuentibus te significationē vt fugiant a facie arcus tirannorum. Nam sicut aues audientes sonitus arcus aut balistę: si videant alias aues cadentes vulneratas, tūc fugiunt a facie arcē venatoris: (Nā ille sonitus arcus est eis signum vt fugiāt) ita pariter christiani videtes suas persecutiones tirannorum, et tot milia martirum hec fatifu gebant per mōnes et latebras. Vñ papa Syluester latebat in monte Serapino quando vocatus est a Constantino. Et ideo dicit. Dedisti eis signum, vt fugiant a facie arcus sa furia, et cōmotione tirannorum. Ergo saluum fac populum tuum christianum: ut dextera, & ptāte tua, et uirtute liberentur dilecti tui christiani de tot, et tantis, et tām diris persecutionibus, et tormentis: et impone eis finē.

Deus locutus est in sancto suo: lætabor, & partibor Sicchimā: et conualles tabernaculorū metibor.

Quia supertus Dauid in persona ecclesię petit liberari a persecutionibus tirānorum: hic nō solum petit liberari: sed q̄ psperari & subiicere oēs nrāños et oēs populos Iudeorum et gētilium. Et pſuadet q̄ Deus hoc debet facere ex pmissione quōdā facta uni sancto, uel pluribus, et ēt sibi. Dicit ergo Dauid in pſona ecclesię, O Domine saluum fac populum tuum christianum, et exaudi me: q a sicut Deus locutus est, et promisit in sancto suo, i. in sanctuario suo: q a de sanctuario habui responsum, et reuelationem. s. q̄ ego lætabor, iocund lętitiā triumphabo de oībus populis. Nā primo partibor Sicchimā. i. bellabor quam ciuitatē Sichē, quę est in Samaria, et partibor, et distribuam possessiones eius militibus meis, et bellatoribus. Et complebo tabernaculorum metibor. i. terram Sochot, q̄ est ultra Iordanem vbi Iacob fixit tentoria: uersus de Mesopotamia: quę quidē Sochot fuerat a gentilibus occupata: et tandē Dauid cepit eā, et imposuit sibi leges, et tributum. Vnde metiri, nil aliud est, nisi sub legibus, et limitibus arcēre. Item.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Effraim fortitudo capitis mei.

Meus est tam Galaad quę est ultra tam Basan, et Seon, et etiam meus est Manasses dimidia tribus, quę est ultra Iordanem, et q̄ tota terra tribus, et terra Effraim facta est principio capitis mei, in quo caput tocum suscepio capitis mei, in quo caput tocum suscepit: eo q̄ est tribus maior, et magis populata inter omnes. Item.

Iuda rex meus: Moab olla spei mee.

Iudā factus est rex meus. i. caput regni mei, et terra Moab facta est olla. i. refectio spei mee: eo q̄ de terra Moab uenichant mihi victualia in Hierusalem: cum terra Moab sit valde fertilis, et Hierusalem sterilis. Item non solum subiecti mihi omnes populos supradictos: sed etiam.

In Idumæā extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Extendā calciamētum meum in Idumęam. id est calcabo Idumęam sub dominio meo: et ampliabo regnum meum vsq; ad eam: et alienigenę. s. Philistęi, ut hēr litera dicit. mihi subditi sunt sub tributo: eorum populus Israel ante esset eis sub tributo. Ita ille supradictos populos mihi subiugauit. Deꝰ locutus est sancto suo. Sed hic sunt dubia necessaria. Primum q̄ est ille sanctus cui Deus locutus est de supradicta pſperitate, & ampliatione regni Dauid. Secundo q̄ hoc facit ad propositum de liberatione ecclesię Christi a persecutionibus tirannorū, et de pſperitate, et dilatione regni Xpi, quā petit Dauid in hoc pſi. Ad primū est dicēdum q̄ sanctum materiale Dauid, et dilatatio eius non solum p unum: sed etiam per plures sanctos fuit a Deo promissa. Nam primo fuit promissa per ipsum Iacob. Gen. 40. ubi dicit. Adorabunt te laudabunt fratres tui: manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris

patris tui. Ista autem particula partim fuit impleta temporaliter, in ipso Dauid de tribu Iuda: cui omnes. 12 tribus fuerunt finaliter subiectæ: & exinde posuit manus suas super ceruicem inimicorum, scilicet Moabitarum, Amonitarū Philistinorū, Idumæorum &c. Secundo ista magnitudo regni, & dilatatio fuit promissa ipsi Moysi. Deuter. 1. & 11. quando dixit dominus. Omnis locus quem calcauerit pes vester etit. à deserto, & Libano. & flumine magno Eufrate, vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Manifestum est autem q̄ filii Israel ante tēpora Dauid nunquā possederunt totā istā terram: imo illico post mortem Iosue perdiderunt totam terram vltra Iordanem: imo omnes qui erant citra, & vltra Iordanem venerunt in seruitutem regis Mesopotamiæ: vt patet Iudicum. 3. Et sic semper fuerunt quasi in seruitute interpelatum vsque ad regnū Dauid: vt patet per totum discursum libri iudicum, &. 1. Reg. Sed Dauid de stercore pauperatis à Deo eleuatus, primò clam fuit per Samuelem vnctus in regem: secundo factus est princeps super cōsanguineos suos in spelunca Odola quasi. 400. Reg. 22. Postea mortuo Saul factus est rex super tribum Iuda tm. 2. Re. 2. & per septem annos pugnauit contra domum Saul. Et finaliter factus est rex super oēs. 12. tribus Israel. 2. Reg. 5. Postea Dauid percussit Philistęos, & humiliauit eos, & tulit frenum tributi de manu eorum. Nā sicut añ Israel erat Philistæis tributarius: postea Dauid fecit eos sibi subiectos, & tributarios. vt patet 2. Reg. 8. Post ea percussit Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terrę. i. sub limitibus, & legibus, suis arctauit, & subiecit, & factus est Moab sub tributo. Postea percussit Adadezer filiū Roob regem Soba. Et sic profectus est Dauid: vt donaretur super flumen Eufratem. Et sic Dauid dilatauit regnum suum usque ad Eufratem subiiciendo sibi Damascum, & partem Syriæ: et totam Idumæam, et etiam vltra Eufratem Aram fluuiorum sub tributo: vt patet in eodem cap. 7. Ex quo patet q̄ promissio facta Moysi de dilatatione regni Israel à libano vsque ad desertum Aegypti: et ab Eufrate vsque ad mare nostrum occidentale, nunquā fuit completa vsq; ad Dauid. et hoc explicatur in titulo huius psal. & partim, in litera: & hoc est q̄d dicit Dauid. Ego lætabor, & triunphabo de omnibus istis populis: & dilatabo regnū meum: sicut Deus locutus est in sancto suo Iacob. Gen. 49. quā do dicit Iuda te la udabunt fratres tui &c. Et etiam sicut locutus est in sancto suo Moyse. Deut. 11. quando dicit. A deserto, & libano, & fluuine magno Eufrate vsque ad mare occidentale erunt termini. vestri. Itē etiā sicut locutus est in sancto suo Samuele per matrem suā Annam in cantico. 1. Reg. 2. & etiam. 13. cap. quando dicit. Quæsiuit dominus virum iuxta cor suum, & præcepit ei vt esset dux super populū suum &c. Et etiā sicut locutus est in sancto suo Nathan. 2. Reg. 7. Etenim de hoc, facta fuit aliqua specialis reuelatio, & promissio ipsi Nathā, & etiā ipsi Dauid: licet nō explicetur in libris Reg. sicut patebit psalmo. 88. Vnde litera Hieronym. hic habet. Deus locutus est in sanctuario suo. Ex quo patet, q̄ hæc reuelatio facta est ipsi Dauid in tabernaculo. Et sic patet respontio ad primum dubiū. Ad secundū dubium est dicendum, & aduertendū, q̄ quādo Dauid fecit hunc psalmum iā fuerat vnctus rex super vniuersas tribus Israel: & iam subiecerat Philistæos, & Moabitas, & Amonitas, & Idumæos, Aram fluuiorum, & Syriā &c. vt patet in titulo. Sed nos videmus q̄ in isto psal. adhunc petit liberari à tribulationibus, & vino mœroris, & a facie arcus, allegans factam promissionē sicut locutus fuerat Deus in sancto suo, & etiam vlterius petit deduci à Deo in ciuitates munitas vsque in Idumæam &c. Ex hoc patet q̄ petit ecclesiam Christi futuram liberari à persecutionibus, & regnum Christi dilatari sicut prænouerat figuram per prosperitatem, & dilationem supradictam regni sui, & sicut nouerat prout Deus locutus est in illo sancto suo Iacob, aut Moyse. aut Semuel, aut Nathan, aut sibi ipsi in sacramento Dei. Et ideo subdit in vltima parte huius psal. cum dicit,

Quis deducet me in ciuitatem munitā? quis deducet me vsque in Idumeam?

Quasi dicat. Ego tam triūphaui de omnibus tribubus, & regnis mihi promissis: sicut Deus locutus est in sancto suo. Nā ego regno super Sicchimā siue sichem, & iam metiar, & mensurabo legibus meis vallem tabernaculorum, & iam meus est Galaad, & Manasses, & Effraim, & iam sum principalis rex in Iuda, & iā Moab est olla mearum refectionū, & victualium, & iā extendi calciamentum meum in Idumæam: quia mihi est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explicat iniquum consilium, & coniuratiõnem factam contra eum dicens, Dominus, protege me à consilio Iudęorum malignantium, qui omnes fuerunt cõgregati contra me, & exacuerunt vt gladium linguas suas contra me, & intenderunt arcum rem amarã, id est mortem, & falsum testimonium cogitauerunt, quasi dicat: quòd sicut sagittarius intendit arcum, & mittit sagittam contra inimicum cõtra feram: ita Iudæi intenderunt arcum malitiæ, & malitiæ contra me, rem amaram, & falsum testimonium, vt sagittent, id est vt sagittarent meo immaculatum, & purum, & innocẽtem. Has sagittas falsi testimonii, & mortis miserunt contra me in occultis, & in abscondito: quia me absente tractabant meam mortem, & sicut mors huius iustis fuit perpetrata in occultis: ita etiã in breui tempore quia in die mercurii fuerant congregati in occulto & secreto ante diem paschę ne fieret tumultus fieret in populo, sed in die sequenti fuit captus, & in die veneris crucifixus. Et quo patet, quòd subitò & repente sagittabant ipsum immaculatum & iustum, & non timebant deum nec mundum in tam scelerata & iniqua sententia data cõtra hominem iustum sine peccato, & sic absque Dei timore. ibi Firmauerunt sibi adinuicem sermonem & cõ qui firmarunt sibi adinuicem sermonem nequam, & iniquam. Et isti iniqui,

Narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos?

Narrauerunt, i. cogitauerunt, vt absconderent, & pararẽt laqueos contra Christum, vt caperent ipsum, & dixerunt inter se, quis videbit eos? quasi dicant, nullus poterit scire nec videre laqueos, quos paramus cõtra istũ hominem. Et sic inopinatè capiemus eum, nec poterit euadere manus nostras, nec etiã aliquis poterit videre intentionem nostram: quia putabit populus, q̃ ex zelo legis occidimus istum hominem qui agit contra legem. Tunc ergo Iudæi acuerunt, vt gladium linguas suas contra Iesum, quando congregati sunt in consilio, & dixerunt: hic homo multa signa facit, si dimittimus eũ, uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem, me- B lius est, vt vnus homo moriatur pro populo. Item tunc etiam acuerunt linguas contra Iesum, quando dixerunt ipsum esse voracẽ, & potatorem. Et quando dixerunt Pilato crucifige crucifige eum dicentes eum inimicum Cæsaris seditiosum, & legis violatorem. Item tunc intenderunt arcum in rem amarã, quando conuenerunt in necem eius, & tũc egati sunt, in atrio principis sacerdotum, vbi vocarunt eum blasphemũ, & alapis ceciderunt, & opprobris affecerunt, & irriserunt. Sed tunc in occulto & secreto satigarunt eũ, quando in die mercurii de eius nece tractãtũt, & Iudæ pecunias sẽ daturos promiserũt: & tunc firmarunt sibi sermonẽ nequã quando falsa testimonia confinxerunt, & corã Pilato dignum morte accusarunt, & tunc narra- C uerunt, vt absconderet laqueos quando occasiones mortis Christo parauerunt, & ipsum capere in sermone cogitauerunt dicentes. Si licet dari censum cæsari an nõ. Mat. 22. Dein de cum dicit,

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.

Prædicit cõfusionem, & cęcitatem Iudęorum, quã ex malitia, & superbia sibipsis perpetrarunt. Ad cuius intelligentiam est notandum, q̃ iudæi sicut ex triplici iniquitate conspirauerunt in necem Christi, scilicet ex inuidia & odio, & præsumptione. Ita pariter in currerunt triplicem pœnam. s. confusionem, & cæcitatem, & cęcitatem mẽtis. Vnde iudæi si deposuissent inuidiam, & odium, ante

oculos bene potuissent cognoscere per bona opera, & miracula Christũ esse Messiam in lege promissum. Item hoc idẽ potuissent cognoscere si cum caritate, & humilitate inspexissent scripturas, sed malitia occęcati non p scrutati sunt scripturas nisi eas quę pro eis tacebãt, falsò interpretando, & tradẽdo eas ad suum malũ propositum. s. quod violator sabbati debet morte puniri, sed noluerũt intelligere, quomodo sanare infirmos non est violare, imo sanctificare sabbatum, cũ sit opus misericordię. Et sic iudæi in scriptura non scrutabantur iustitiam, & veritatem, sed iniquitatem, & ideo scrutantes cum tali iniquitate defecerũt in scrutinio. Item si inuestigasient & scrutati fuissent scripturas cũ caritate, & humilitate, reperissent qualiter Christus erat B ille propheta, quem Deus promiserat Moysi Deut. 18. Prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum, ponã verba in ore eius, loquetur, ad eos quęcunq; dixero ei. Et sic poterant cognoscere, q̃ ex parte Dei loquebatur, & q̃ Moyses de Christo locutus fuerat. Itẽ si cum humilitate scrutati fuissent scripturas, reperissent qualiter Christus non solum debebat esse filius Dei, sed q̃ ipse est Deus, vt patet per omnes prophetas, & per miracula quibus poterant cognoscere Christum esse Messiã in lege promissum. Ideo dixit eis Xp̃s Ioan. 5. Scrutamini scripturas quia illæ testimonium perhibent de me, & Moyses de me locutus est. Et ideo quia Iudęi noluerũt accedere ad scripturas cũ caritate, & humilitate, sed cum malitia, & præsumptione, & noluerunt scrutari veritatem, sed iniquitatem F contra Christũ: ideo defecerũt in scrutinio scripturarum facti cęci. Item quia accesserũt ad cor altũ, & superbum cum ad scripturas sine humilitate, & caritate accesserũt, imo cũ præsumptione eas perscrutari voluerũt: ideo Deus fuit ab eis exaltatus, & abscõsus tollendo, & offuscando eis veritatẽ, & veram intelligentiam sacrarum, scripturarum, sic manserunt cęci vsque in finem mundi. Et ideo dicit propheta in hoc loco, quòd q. Iudæi in scriptura scrutati sunt iniquitates cõtra Christum, & non veritatem, ideo defecerunt in scrutinio, quia nunqã amplius videbunt veritatem, sed in sua cęcitate permanebunt nõ intelligentes sacra Dei, quæ latent sub velamine literę. Et dat eis rationem, quare inest eis ista cęcitas, dicens, quod quia homo supple præsumptosus accedet ad cor altum. i. cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

corde alto, & superbo, & præsumptuoso nõ causã videndi veritatẽ, sed causã ꝓpẽdendi & excusandi suã malitiã, tunc Deus exaltabitur ne ab eis, attingatur: & abscondet veritatẽ ab eis, ne intelligant scripturam. Vnde est iterum aduertendũ, ꝙ multipliciter Iudæi scrutati sũt iniquitates, & multipliciter defecerũt in scrutinio, & mãserũt cõfusi. Primò scrutati sunt iniquitates qñ quæsierũt falsa testimonia cõtra Christũ, sed defecerũt scrutinio cũ illa testimonia nõ fuerint cõuenientia cõtra eũ; vt ait euãgelista. Itẽ scrutati sunt iniquitates cum tradiderũt ipsum morti, & crucifixerunt eũ, & custodes sepulcro apposuerũt, sed defecerũt scrutinio cum Christus resurrexit, & sic manserũt cõfusi, & frustrati in cõsilio, & desiderio suo: imo oppositũ euenit: qa putantes Christum delere, ipsi fuerunt deleti, & dissipati, captiui, & dispersi. Itẽ defecerũt in scrutinio scripturarũ qñ in die pẽt. Petrus & cæteri apostoli homines simplices, & plebei cunuicerunt principes sacerdotũ, Scribas, & Pharisæos, ꝓbantes ꝑ scripturas Christũ fuisse verum Messiã, & saluatorẽ in lege promissum, vbi fuerunt conuersi, & baptizati de populo numero tria millia, vt patet Actuum. 2. & sic Iudæi mãserunt confusi.

Accedet hõ ad cor altũ: & exaltabitur Deus

Iudæi tunc accesserunt ad cor altum quãdo ex malitia, & ꝓpria præsumptione, & nõ cum humilitate, & caritate conati sunt scrutari intelligentiã legis: sed tũc Deus fuit exaltatus quando eis abscondit veritatem scripturæ, & occęcauit eos, ne intelligant sacramenta Dei in scriptura latentia. Itẽ tũc accedit hõ ad cor altũ, quãdo nõ spiritualiter, sed carnaliter, & tanq̃ lio carnalis vult sapere in scriptura, & nõ quærit quę spũalia sunt, sed carnalia: sicut faciũt Iudæi qui omnia sacrificia, & cęteras cerimonias legis carnaliter, & literaliter conãtur sapere, & iõ Deus exaltabitur ab eis, ne possint veritatẽ euangelicã quæ in illis legalibus latet intelligere. vnde in ea de scriptura, litera occidit eos: sed spũs sanctus viuificat nos. 2. ad Corint. 3. Vnde in eadem scriptura nos sumus boni, & Iudæi mali, vt inqt Aug. & Deus occęcauit mentes eorum, ne luceat in eis euangelium, postquam malitia occęcauit eos. Ex quibus patet, ꝙ ex illo iniquo consilio, & coniuratione facta cõtra Christum Iudæi incurrunt cõfusionem, captiuitatem, & cęcitatem.

Sagittæ parulorũ factæ sunt plagæ eorũ &

infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Quia supius dixit, ꝙ Scribæ, & phariszi defecerunt in scrutinio scripturarum, eo ꝙ cognouerunt in scrutinio scripturarum quam homines, & superbe, & carnaliter sapientes volnerunt accedere ad cor altum, & ꝓfunda misteria sacræ scripturæ, ideo Deus fuit exaltatus, & elongatus ab eis, ne possent attingere ꝓfundã intelligẽtiã veritatis sacræ scripturæ nec sacramenta Messiæ. Ideo hic ostendit ꝓpositum, ꝙ apostoli & fideles, qa non tãquam hoies, & carnales volentes sapere sapere, sed tanquã spirituales, & humiles voluerũt effici paruuli, & Xpm discere ideo eis datum est nosse misterium regni Dei & secreta sacramẽta, & sic viderunt humilitatem, & inflatã scientiã Scribarum, & pharisæorum maxime Petrus in die pent. conuicit, & confudit eos, & probauit ꝙ sacras scripturas quæliter Christus erat verus Messias in lege promissus, & quomodo oportebat Christum pati, & à mortuis resurgere, ꝙ salute humanæ naturæ: & sic illa die conuertit quatuor milia hominum, & abierunt scribæ, & principes qui fuit sunt. Etiam apostoli, & discipuli pleni ꝙ ceperunt spũm sanctum in die pent. ꝓuocati sunt ꝓ vniuersum mundum prædicantes euangelium, & cum sagittis euãgelicis penetrarunt corda magnorũ philosophorum. Dixerunt cipuum, & eos iugo fidei subiecerunt. Dixerunt go ꝓpheta, & sagittæ. i. ꝓdicationes patrum. i. apostolorum humiliũ, & spiritualium factæ sunt plagæ & vulnera eorum. i. Scribarum, & pharisæorum scrutãtium iniquitates & volantium cum superbia, & carnaliter hoies accedere ad cor altum & ꝓfundum eræ scripturæ, & linguæ eorũ. i. Scribarũ, & pharisęorum infirmatę, & debilitatę sunt contra eos i. cõtra apostolos, qa non valuerunt eis respondere in die pente. imo Petrus, & teri cõfuderunt, & cõuicerunt eos ꝓ manifestates sacræ scripturæ, vt patet Act. 2. 4. & totum discursum illius libri. Nã maxima confusio, & plaga fuit Scribis, & phariszis dicta in lege, & ipũ non intellexerint scripturas de Christo loquentes, & ꝙ apostoli qui fuerunt simplices, & idiotæ per easdem scripturas ꝓbarent Christum esse messiam, & resurrexisse: vnde linguę eorum infirmatæ sunt contra apostolos prædicantes, & sacram scripturam exponentes.

Conturbati sunt oēs qui videbant eos & timuit omnis homo. (scriptum)

Et annũciauerũt opa Dei & facta ei⁹ intellexerunt.

Conturbati sunt, & admirati vnde inesset eis tanta sapientia, & omnis hõ timuit Christum: cum manifestè cognouerũt ipsum esse Deum, & Messiam, Ideo dixerũt omnes, qui aderant ipsi Petro quid faciẽmus? Et Petrus, & apostoli respondentes, vt agatis pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu. Act. 3. et sic apostoli idiotæ, & simplices, quia humiliati sunt, & secuti sunt Xpm volentes non carnaliter. sed spiritualiter sapere: ideo annunciauerũt opera Dei, & mirabilia Christi in euangelio contenta, & in veteri testamento latentia, & facta: & veritatem eius intellexerunt, quam veritatem, & sacramẽta Scribæ, & Pharisæi intelligere non valuerunt propter eorum, & superbiam, & malitiã, & malas, & carnales cupiditates. Ex quibus patet: ꝙ qa Scribæ, & Pharisæi accedere voluerunt ad cor altum: ideo Deus occęcauit mentes eorum ne intelligant euangelium, ne fulgeat eis illuminatio euãgelica. Ad Corinth. 3. Apostoli vero, & Christiani quia accesserunt ad cor humile, ideo annunciauerũt opera Dei, & facta eius intellexerũt, & sagittis euangelicis alios conuicerunt. Et ideo dicit Aug. libro de vnico baptismo, ꝙ in eadem lege, & scriptura Iudæi, & infideles effiguntur mali carnaliter, & peruersè intelligendo: Christiani autem efficiuntur boni spiritualiter, & catolicè sapientes.

Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Hic concludit præmiũ iustorũ fidelium, & simpliciũ dicẽs, ꝙ ois iustus, & fidelis, & humilis lætabit in dño, cum viderit se illuminatum, & Iudæos occecatos. Et sic sperabit, & ponet spẽ, & fiduciã in eo. Et oẽs recti corde laudabunt ab oibus nationibus & maxime à Deo: qa ille probatus est, quem Deus commendat: & sic lætabit hic iustus per gratiam, & in futuro per gloriam. Ex supradictis patet ꝙ iste psalmus inepte, & impropriè potest applicari persecutioni Danielis, cum in eo manifestè prænuncietur iniqua coniuratio Idæorum contra Christum, & confusio, & occęcatio eorum & etiam mirabilis prædicatio apostolorum: & ideo iste psalmus cantatur in festiuitatibus apostolorum, ꝙ eis cõueniat. Totus etiam iste psalmus potest exponi de persecutione, & vltima victoria ecclesiæ contra tirannos. Sępe enim dictum est, ꝙ quicquid passus est Christus in capite, passus est postea in membris, & ecclesia sua. Vnde sicut Scribæ, & Pharisæi machinati sunt falsa crimina contra Iesum: ita pariter principes, & tiranni populi gentilis congregati sunt contra ecclesiã imponendo nefanda crimina Christianis. De quo fecit Iustinus martir apologiam in defensionẽ Chrianorũ, vt ait Eusebius i ecclesiastica historia. Sed post longã persecutionem ecclesia triumphauit de tiranis, & toto populo gentili, quia omnis potestas subiugata est iugo Christi. Et sic sagittæ, & prædicationes patrum, martirum, & omnium Christianorum factę sunt plagæ regum, & tirannorum, intantũm ꝙ stupebãt, oẽs qui videbãt eos, & timuit omnis homo cũ videret constãtiã martirũ, & insuperabilẽ scientiã, & prædicationẽ eorũ: quia annunciauerunt opera Dei, & facta eius mirabilia intellexerũt, & alios docuerunt, & cõuincerunt. Et ideo post cõuersionẽ Constantini, & totius populi gẽtilis reddita pace, & prosperitate ipsi ecclesiæ lætatus fuit iustus populus Cristianus in dño, & posuit spem suam in eo, & laudati, & honorati sunt oẽs recti corde, qui pro Xpo passi sunt, & qui recto corde in Christum crediderunt.

PSALMVS. LXIIII.

TE decet hymnus Deus in Sion & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Titulus in Hebræo. Victori canticũ Dauid. In multis bibliis nostris repetitur titulus In finem psal. Dauid canticum Aggæi, & Zacariæ, & Ieremię, & Ezechielis de verbo peregrinationis, & de populo trasmigrationis, cum inciperent proficisci: sed hoc non reperitur in Hebræo nec in translatione Hieronymi. Ideo credit in esse additũ ab aliquo expositore. eò ꝙ videbatur sibi ꝙ iste psalmus sit factus in persona Aggæi, & Zacarię. in quod explicarunt desiderium redeũdi in Hierusalem ad liberè offerendum sacrificia, & cãtandum psalmos, quando fuit eis data licentia per Cyrum. Et ad hunc sensum exponunt omnes Hebræi moderni hunc psalmum literaliter de copia, ꝙ abundantia bonorum temporalium quam habuerunt, Iudæi in Hierusalem post reditum de captiuitate Babilonica. Et sic redeuntes de captiuitate quæ si abhorrentes sterilitatem Babiloniæ, & desiderantes ubertatem Hierusalem, & terræ promissionis dicebant. O Deus hymnus, & oratio decet, & delectat te in Sion, & si reduxeris nos, tunc reddetur tibi votum in Hierusalem: quod promisimus. Nam bęatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A erit qui habitabit in atriis templi secundi qđ
sumus ædificaturi. Et ibi nos sacerdotes reple
bimur in bonis. s. oblationibus, & decimis do
mus, & templi tui: quia sanctum est templū
tuum, & mirabile in æquitate: quia in eo e-
rit sedes iudicii vbi iudicabunt sacerdotes. Vi
sitasti. i. visitabis terram promissionis fauore
fertilitatis, & inebriabis imbribus, & aquis,
& sic multiplicabis locupletare, & ditare eā.
Et sic dicunt hebreꝯ, ꝙ Dauid præuidens in
spiritu futuram abundantiam in Hierusālē,
& tota terra promissionis post reditum de
captiuitate Babylonica, fecit hunc psalmum.
Et literaliter præcisè exponunt ipsum. Sed
talis expositio videtur insufficiens: quia non
explicat sacramentum latens in hoc psalmo,
nec est consona veritati. Nam post reditum
de Babylonia numquam fuit tanta vbertas
B fructuū in Hierusalem quanta hic memora-
tur: maximè quia montana Iudææ, in quibus
est sita Hierusalem, est terra lapidosa, & ste-
rilis, & miserrima respectu Babyloniæ, quæ
est terra fœcundissima. Secundò quia tunc
ipse psal. non pertineret ad sacram scri-
pturam nisi contineret aliquod sacramen-
tum de Christo Messia: nam sicut dicit Rabi
Salo. Zaca. omnes prophetę locuti sunt ad
tempus Messię. Et ideo est dicendum, ꝙ Da-
uid præuidit in spiritu per reditum illius ca-
ptiuitatis Babilonicæ aduentum Messię ad
templum secundum, & sic non est sistendū
in litera: sed semper tendendum ad tem
pus Messiæ iuxta intentionem prophetæ, vt
sæpius dictum est. Ideo est aduertendum si-
cut dictum est: ꝙ sicut lex ve. fuit figura, &
imago ecclesiæ, & nouæ Hierusalem. Nam
C sicut Deus elegit sibi illud templum, & ciui-
tatem vbi solum erat licitum immolari, &
offerri sacrificia legalia, & vbi solum erat ar-
ca testa. & cantabantur hymni, & psalmi cū
illis musicis instrumentis, & vbi solum exau
diebantur orationes, & deprecationes, vt
patet. 3. Reg. 8. &. 2. Paralypomenon. 6. Ita
post passionem elegit sibi ecclesiam a solis or
tu vsque ad occasum: in qua offertur ve-
rum sacrificium acceptabile, & hymni, &
orationes, vt patet Malachiæ primo. Item si-
cut lex Moysi intantum fuit bona, & obser-
uanda inquantum Christus fuit finis eius,
& completa in eo: ita ipsa Hierusalem mate-
rialis intantum fuit à prophetis commẽdata,
inquantum lex, & sacrificia, & omnia le-
galia in illa debeant finire cursum suum per
aduentum Christi, quia in illa ciuitate, & no
alia Christus erat immolandus, & sacrifica
dus, & crucifigendus, qui fuerat per illa fi-
crificia vere. le. figuratus. Et ideo ante non
erat alibi licitum sacrificia immolari nec of-
ferri, nisi in Hierusalem, in qua Christus erat
pro nobis immolandus: & sic oblato Chri-
sto, & immolato omnia alia sacrificia cessa-
runt Itē sicut mortuo Christo tota lex Moy
si materialis fuit mortua simul cum Christo
ita, & templum, & Hierusalem materialis
fuit mortua cum Christo: quia nunqđ am-
plius in ea fuerūt accepta sacrificia ve. le. qđ
iam impleuerant cursum suum in Christo
& mortua fuerant. Et sic dicit Augu. ꝙ non
honore mater nostra lex, & synagoga lega-
ta fuit cum Christo. Item sicut Christus re-
surrexit in nouitate spiritus, & immortalitatis,
ita pariter cum Christo surrexit lex in nouī
uitate sensus, & spiritus, & ista est lex euā
gelica: & sic etiam simul cum Christo re-
surrexit noua Hierusalem, quæ est ecclesia.
Item sicut cum Christo non surrexerunt
si ea, quę erant de veritate humanitatis cum
verbo: quia non surrexerunt: cum eo pro ea
litates, nec infirmitates, necdefectus, quos
sponte assumpserat ad instrumenti patēdi:
quia omnia illa fuerunt simpliciter mortua
in cruce, nec illa erant nec sunt de veritate
humanæ naturæ, sed sunt pœnalitates pecca
to primi parētis inflictæ vt demōstrat Aug.
contra Pelagianos: Ita pariter de lege Moysi
non surexit nisi illud quod erat de veritate
eius. s. veritas euangelica, quæ in lege sepul
latebat, sed nō surrexerūt cerimonialia, nec
C criminalia, nec onerā legis igor trabilia, nec pe
nalitates legis, quia omnia simpliciter fuit
mortua cum pœnalitatibus, & defectibus, &
infirmitatibus corporis Christi, & omnia cō
runt in cruce cōfixa cū nostro chirographo
quod diabolus contra nos habebat. ad Colo
senses 2. Ita pariter cū illa noua Hierusalē,
quæ surrexit cum Christo nō surrexerūt de
fectus, nec iniquitas, nec homicidiū, nec eo
tas illius Hierusalem materialis: sed surrexit
illud, quod est de veritate Hirusalem. Nam
Hierusalē interpretatur pacifica, & visio pa
cis: quę p fidē māsit in illa sancta societate
apostolorum simul cum virgine Maria: & pa
liorum. 120. q manserant in illo cœnaculo,
in quibus solis erat tota ecclesia Christi, &
deo solum super eos venit spiritus sanctus
congregatos in pace, & caritate in mente

A Sion. Et sic mortua, & reprobata Hierusalem
materialis surrexit alia Hierusalē, & alia Sió
vera, & spūalis, & noua. Ex quibus sequitur, ꝙ
illa materialis iā ampliꝰ post Xpm nō debuit
dici Hierusalē: q a tunc ablatū est sibi sacrificiū, et
hiſtoria, et ipsa nō amplius dicitur pacifica,
sed discors, et cōfusa: nec dicit visio pacis, sed
cęca: Sed ecclesia Xpi quę inde orta est, et su-
in ea verus Deus cōtēplatur, et speculatur, et
scitata, et toto orbe diffusa est vera Sió: quia
est vera Hierusalē, quia in ea perseverat vna
fides, vnū baptisma, vna pax, et caritas, et vna
visio pacis, et ea offert vnū sacrificiū qd in le
ge fuerat figuratū, et in ea cātatur verus hym
nus, et laudes Deo acceptæ, et oīones exau-
diūtur, et sic est verū, tēplū Dei, in quo Deus
realiter habitat in sacramento eucaristiæ, et
B in filiis ecclesiæ habitat per gratiarū. Sinago-
ga vero amplius nō est domus orationis, sed
blasphemiæ: quia Iudæi in ea negāt legem, et
prophetas, et faciunt Deum mẽdacē. Imo ꝙ
peius est ipsi rogāt cōtra seipsos. Nam quan-
do legunt psal. 108. et omnes psal. in quibus
continentur, et prædicuntur punitiones cru-
cifixorum Christi, tunc contra se ipos orant,
et sententiam damnationis eorum legunt. Et
sic oratio eorum vertitur in peccatum, et cō
demnationem sibi ipsis. Ex quo patet, ꝙ sola
ecclesia toto orbe diffusa est vera Hierusa-
lem. Item patet ꝙ Daniel, et Aggæus Zacar.
et Malachi. nō commendat Hierusalem, et se
cundum templum per eos ædificādum ratio-
ne sui nisi inquantum Christus erat in illud
2. illud templū venturus, et eo erat præsentā
dus Sumeon, et ibi erat mira factūrus, et no-
C Aggæi. 2. ꝙ maior erit gloria huius secundæ
domus, q̄ primæ. et Malachię. 3. dr. Statim
Et sic Esaias, et Hieremias, et Ezechiel, et om
nes ꝓphetę non commendant Hierusalē ma
terialem, nec templum, sed ecclesiam, quæ in
de erat oritura, et nascitura: et ideo additur
in huius titulo. Psal. cantici Aggæi, et Zaca-
riæ: id est Dauid fecit hūc psal. in persona Ag-
gæi, et Zacarię, et Hieremię, et Ezechielis: eō
ꝙ præuiderunt in spiritu Christum venturū
in secūdum templum, et in eodem presentā
dum, et in illa secunda Hierusalem immolā-
dum, et inde nouam Hierusalem. s. ecclesiam
orituꝝ, et nascituram, in qua omnia bona
spiritualia in hoc psal. memorata erāt futurā.
Tria ergo facit Dauid in hoc psal. secundū,
quòd in tribus commendat ecclesiam Dei, et D
nouam Hierusalē, in quibus præeminet Hie
rusalem veteri. Primò in sanctitate loci quò
ad diuinum cultum. Secundò in magnitudi-
ne ambitus, et potestate. Tertiò in abundātiæ
ciborum, et refectionis spiritualis: quę sunt
ecclesiastica sacramenta, et dona gratiarum.
Secundū ibi. Exaudi nos Deus salutaris. Ter-
tium ibi. Visitasti terram. Quantum ad pri-
mum est aduertendum, ꝙ cultus diuinus in
tribus consistit. Primò in hymnis, et psalmis
et canticis in quibus Deus laudatur, et ma-
gnificat in mirabilibus, et beneficiis suis cum
gratiarum actionibus. Secundo in sacrificiis
et oblationibus. Tertiò in orationibus in qui
bus petuntur beneficia, et in deprecationi-
bus in quibus petuntur remissiones peccato-
rum, et pœnarum. In his ergo Dauid com-
mendat ecclesiam Christi. Primò quia in ea E
laudes diuinæ, et hymni, et psalmi sunt Deo
grati, et acepti: cum dicit. O Deus om-
nis hymnus, et laus decet, et delectat te in
Sion noua, scilicet in ecclesia. Nam si in ea no
stra carmina, et laudes delectāt, et decent, et
decorāt te: signum est, ꝙ sunt tibi grata, et ac
cepta. Item secundò dicit, ꝙ sacrificium, et o-
blationes sunt etiam gratæ, et acceptę, cum
subdit. Et tibi redditur votum gratum sup-
plè in Hierusalē. Vnde per votum intelligit
sacrificium eucaristiæ inquantum fuit in le-
ge votum, et promissum, ex expectatū. Dici-
tur etiam votum, quia cum voto, et caritate
de corde bono fide non ficta offertur. Ter-
tiò dicit orationes, et petitiones in hac eccle
sia esse Deo gratas, et acceptas, et exaudibi-
les, cum subdit.

Exaudi orationē meā: ad te oīs caro veniet. F

Exaudi. i. tanta est sanctitas huius nouæ
Hierusalem, ꝙ non solum in ea laudes erunt
tibi gratę, et sacrificium acceptum, sed etiam
oīones erunt tibi acceptæ, et in ea exaudies
oīonē meā, et ois caro veniet ad te ad adorā
dum, et orādum, et laudādum, et sacrifican-
dum in hac noua Hierusalem. Iō beatus erit
ois ille, quē elegisti, et assumpsisti per gratiā
ad illā, et in ista Hierusalē, et habitabit in a-
triis tuis, et palatiis huius Hierusalē per gra
tiā: qm̄ postea habitabit in superna per glo-
riā. Nota ꝙ ly beatus quē elegisti, prius intel
ligitur, et verificatur de Chro capite: postea
de quolibet membro. Nam verbum prius ele
git, et assumpsit illum hominē in humanita
te, et i natiuitate suppositi. Secūdò totus Xps

Universidad de Deusto
Biblioteca

A elegit, & assumpsit ecclesiam in vnitate corporis mistici & sic iste homo misticus habitat in atriis huius Hierusalem per gratiam, & in superna Hierusalem per gloriam. Sed quòd tu exaudias orationem meam in hac ecclesia, probo. Nam.

Verba iniquorum prevaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Verba iniquorum, i. tentationes demoniorum ab Adã hucusq; prævaluerunt sup nos: sed tu propitiaberis peccatis nostris in virtute sacrificii quod in ecclesia offert, & orationum quæ in ea funduntur. Et sic ergo.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti habitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.

Beatus quẽ elegisti, & assumpsisti ad hanc ecclesiam: & omnis qui habitat in atriis tuis eiusdem. Nam omnes habitantes in ea replebuntur bonis spiritualibus domus tuæ: eò q templum huius nouę Hierusalẽ est sãctum, & sãguine tuo cõsecratum, & sanctificatum: & est mirabile in æquitate iustitiæ. Nã sicut ecclesia est sancta per sacramẽta: ita est mirabilis per doctrinam legis euãgelicæ, quę præcipit omnem æquitatem; & iustitiã: & iubet omnem virtutem, & prohibet omne vitium. Et nota q totum hoc supradictum primò fuit impletum in illa Hierusalem, & tẽplo secundò materiali. Nam ibi fuit Christus Simeoni præsentatus, & per Simeonem decẽs hymnus cantatus, cum dixit in persona omnium patriarcarum, & prophetarum gratias agendo. Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Item ibi fuit hymnus decens cantatus, quando pueri Hebræorum colligentes ramos oliuarum & sternentes in via, cantabant & clamabãt simul cum apostolis, & cæteris qui præibant, & sequebantur, dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini osanna filio Dauid. Qui quidem hymnus valde decuit, & delectauit non solum filium, sed etiam patrẽ in cuius nomine filius veniebat. Item votum patribus promissum fuit redditum, & oblatũ in Hierusalem: quando Christus primò fuit Simeoni præsentatus in tẽplo, & quando Christus ingressus est cum tanto honore in die palmarũ. Et vltimo quando oblatus est patri in cruce. Item tunc exaudita fuit oõ nostra, & totius corporis mistici, quando Christus orauit vt caput nostrum pro nobis in horto, & in cruce: & tunc fuit exauditus pro sua reuerentia: quia pater propitiatus est peccatis nostris et debito ipsius Adam, & ibi in cruce Christus sanctificauit, & iustificauit tẽplum suum, scilicet ecclesiã sanguine suo, & reduxit ipsam sine macula, & ruga. Ex consequenti autem nunc in noua Hierusalem inde exorta, & sanctificata quotidie cantatur hymnus decẽs in matutinis. Benedictus dominus Deus Israel: & hymnus virginis Mariæ Magnificat anima mea dominum: & hymnus Simeonis. Nunc dimittis: & omnes hymni Dauid, et aliorum prophetarum, & sanctorũ nouæ legis: qui valde decent, et decorant Deum, et redditur, et offertur sacrificium euangelicum Deo gratum, & per se acceptum, & obtinetur vota, & orationes, quibus Deus propitiatur peccatis nostris. Quę omnia supradicta, scilicet hymni, & sacrificium, & oõnes istę acceptæ in hac ecclesia, & grata Deo. Omnes autem quæ fiunt in Synagogã sunt odibilia, & mortifera, & Deo abominabilia. Et ideo q notanter dicitur, Reddetur votum in Hierusalem: quia quãdo aliquod promissum fuit redditum, reddi dicitur. Sed quia Christus promissus est dari in Hierusalẽ per Aggæum, & Malachiã: ideo quãdo venit, redditus est. Iteꝝ non solum illud votum, & promissum redditum est nobis, sed etiam deus patri. Nam sicut Adam furtiuò, & cõtra voluntatem Dei abstulit fructum prohibitum, & reputauit de ligno: ita Christus qui fuit fructus proueniens ab Adã secundum carnem, liberauit nos per propagationem, redditus est in ligno crucis patri à quo fuit ablatus.

Exaudi nos Deus salutaris noster spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Hic commendat ecclesiam, & Hierusalem nouam quantũ ad magnitudinem ambitus, & potestatẽ a solis ortu vsq; ad occasum. Ad cuius intelligentiam est notandum, q ciuitas non est cõgeries lapidum materialium, sed ciuium multitudo unius iuris consensu, & legis sociata: vt inquit Plato, & Cicero: & sic ecclesia toto orbe diffusa maximè, & propriè potest dici ciuitas: eò q est cõgregatio omnium fidelium sub vna fide, & caritate, & lege euangelica sociata, & in una petra: qui est Christus fundata, & radicata, et vno nauro solido ipsa, & sic nõ dicitur ciuitas materialis sed spiritualis.

A rituals. Sed Dauid per ista materialia ducit nos ad cognitionẽ spiritualium: & sic ponit quatuor nomina partium terrę, p quæ intelligit quatuor cõditiones ciuium, et fidelium ecclesiæ. s. montes, colles valles campi. Vnde sicut ipsa ciuitas e spiritualis, ita partes eius sunt spirituales. Vnde per montes intelligit apostolos, & martires, q tenent altiorẽ gradum in ecclesia: & per colles intelligit doctores, et prædicatores, et p valles intelligit eremitas simplices, & cõtinentes, & per campos intelligit communẽ, & planum statum conjugatorum communem, et planam vitam a-
& status fidelium replenerunt, et constituerũt ecclesiã, & ampliarunt à Iudæa, & Hierusalem Palestinæ vsque ad fines terræ, vndique.
B Hos ergo montes scilicet apostolos primò Christus præparauit in Hierusalẽ quando eis misit spiritum sanctum, & armauit, & induit eos virtute ex alto. s. septem donis spiritus sancti, & misit eos ad prædicandum per vniuersum mundũ, & sic armati, & sublimati egressi sunt è Hierusalem terrena, & peragrarunt mundũ, & signis, & miraculis conturbauerunt, plundum maris huius mundi: cum omnes reges, & principes, & omnia regna mundi subiecerũt iugo Christi. Ideo ait Dauid. O Christe Deus, & salutaris noster. i. Iesus saluator exaudi nos, & veni in carnẽ: quia tu es spes, non solum Iudæorum, & illius Hierusalem terrenæ, sed oium finium terræ, & longè in mari, & in insulis longinquis, & ex inde ipsius maris, quia non solum saluabis aliquos de Iudæis: sed etiam saluabis omnes gentiles habitantes vsque ad fines
C terræ, & longinquas insulas maris, & sic tu es spes omnium finium terræ, & in mari longè sicut dicit patriarca Iacob, Ipse erit expectatio gentium. Gen. 48. Nã tu Christe etis præparans, & præparabis, & dispones montes. i. apostolos in fortitudine tua in die pent. & accinctus potentia, & tali virtute mittes eos in mundum vniuersum ad prædicandum euangelium omni creaturæ, & accinctus tali potentia, & virtute conturbas. i. conturbabis profundum, & altitudinem, & superbiã maris huius mundi, scilicet principium, et regũ, et cõturbabis, & superabis, & silere facies sonum, & minas fluctuum, & persecutionũ eius: quia post minas tormenta, & persecutionem tirannorum vinces eos, & subiicies iugo fidei. Et tunc.

D *Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini, & vesperæ delectabis.*

Omnes gentes, & oẽs q habitãt terminos mundi. s. Indi ab oriẽte, & æthiopes ab austro, & Scitę ab aq lone, & hispani, & Mauritani ab occasũ turbabunt, & timebũt à signis tuis: et miraculis, quæ facient apostoli, et discipuli in nomine tuo. Nam in nomine tuo demonia eiicient: linguis loquẽtur nouis: serpentes tollẽt: vnde sic turbati, et admirati oẽs cõuertent ad fidẽ, et sic exitus matutini, et vesperę delectabis. Vñ est aduertẽdũ, q hoc pt dupliciter intelligi. s. tẽporaliter, et localiter. Nã exitus matutini tẽporalis est progressus diei ab aurora vsque ad vesperã, et exitus vesperę est progressus noctis à vespera vsque ad auroram, et sic cõprehẽdit totũ diẽ naturalem. 24. horarum quia im toto isto spatio semp laudatur Deus per vniuersum orbem. Nã in die ab aurora vsque ad sero dicuntur horę canonicę. s. Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperę, et Completorii. Et postea in nocte celebrantur horę nocturnæ vsque ad laudes, intantũ q non est aliquod momentũ tẽporis quin in eo dicantur hymni, et laudes Deo, & reddantur vota in hac noua Sion, et Hierusalẽ. Nã quãdo in nostro hemisphærio est nox in alio est dies, et conuerso, et sic qñ hic celebrant horæ diurnę, in alio celebrant nocturnę, et qñ in hoc celebrãtur nocturnæ, in alio celebrantur diurnę, et econuerso: sic in hac Hierusalẽ nunquam vacatur à diuinis laudibus, in qbus valdè delectatur Deus. Iõ dicit exitus matutini, et vesperæ delectabis. i. delectabiles tibi facies acceptãdo i hac Hierusalẽ laudes, et hymnos, et vota tibi reddita. Litera Hieronymi dicit exitus matutinos, et vesperinos laudantes facies, et tunc litera est magis clara. Aliter potest hoc intelligi literaliter. Nam per exitum matutinum potest intelligi tota terra sita ab ortu solis, et per vesperinum tota terra occidua. quasi dicat: omnes terras ab exitu, et ortu solis vsq; ad ocasum et hesperiã tibi delectabiles. et laudantes facies, et sic in omnibus terris mundi, vt in omnibus horis temporis iugiter cantabuntur tibi hymni, et laudes in ecclesia, et Hierusalẽ noua toto orbe diffusa. Ex quibus patet, q ista Sion, et Hierusalem noua erit longe, et sine proportione nobilior, et maior, et perfectior, quàm illa, terrena, et materialis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ est sita in Palæstina. Nã illa est arctata, & sita in illo paruo spatio iuxta montẽ Oliueti, in qua nõ cantabantur hymni, & psal. nec offerebãtur sacrificia nisi in aliquibus horis, & certis diebus: nec exaudiebant omnes nisi pro præmio tẽporali. Sed hæc Hierusalẽ nouа est toto orbe diffusa à solis ortu vsq; ad occasum, & ab aquilone ad austrum, & in ea vbique, & omni tẽpore, & momento diei, & noctis cãtantur laudes, & hymni, & offertur verum votum, & sacrificium eucharistiæ, quæ sunt Deo grata, & accepta & delectabilia. Hæc ergo Sion, de qua dixit in principio psalmi. Te decet hymnus Deus in Sion. Et sic etiam patet, q̃ ea quæ dicuntur non possunt conuenire illi Hierusalem materiali.

Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

B Hic commendat nouam Hierusalẽ in abũdantia resurrectionis, & cõborum spiritualiũ, & bonorum gratiæ, quibus Christus ditauit eam ad nostrã salutẽm. Vnde dicit: Tu Christe non solum ampliasti istam Hierusalẽ vsque ad terminos terræ, & in ea voluisti in omni loco, & in omni hora, & tẽpore hymnos, & laudes cãtari, & sacrificium offerri ad tuã delectationem, & honorem: sed etiam visitasti istam terram in tuo aduentu, & inebriasti, & rigasti eam sapientia. & doctrina tua euangelica, & multiplicasti locupletare, & ditare eam diuitiis, & fructibus spiritualibus, quæ sunt ecclesiastica sacramẽta. Nam sicut sapiẽtia, & doctrina euangelica datur in potum: ita euangelica sacramẽta dantur in cibum, & medicinam, & refectionem spiritualem. Et C dat modum quomodo istud flumẽ sapientiæ venit ad rigandam ecclesiam: dicens. Nam primò istud flumen Dei Spiritus Sancti defluxit in riuos. i. in apostolos. Exinde per apostolos destillauit in colles scilicet in doctores, puta in Aug. & Hieronimum. &c. Et exinde in valles. s. in simplices heremitas: puta in Antoniũ & Hilarionem, & exinde in campos. s. populares fideles, & coniugatos. Et sic repleta est ecclesia scientia domini à solis ortu vsque ad occasum. Dicit ergo Dauid.

Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibũ illorum, quoniam ita est præparatio eius.

Riuos eius inebriant multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinans.

Flumẽ Dei. s. Spiritus Sancti repletum, & plenum est aquis sapientiæ, & gratiæ sine mẽsura: ex q̃bus aquis tu Christe parasti cibum, & potum illorum apostolorum, & fideliũ. i. instituisti sacra ecclesiastica ad eibum illorum, & omnium fideliumq̃m ita. & talis est præparatio eius, & dispositio. i. isto modo defluxit flumen sapiẽtiæ Spũs Sancti in fideles. Nam primò implesti riuos. i. apostolos. & inebrians illos riuos, & replens in die pentecostes. Et exinde multiplicas. i. multiplicasti genimina eius. i. oẽs fideles, & filios ecclesiæ per baptismum regeneratos. Et ecclesia genitrix filios suos ex fonte baptismi lætabitur in illicidiis eius, & pluuijs destillantibus ex isto flumine manante ex latere Christi. i. quos recipiunt virtutem ecclesiastica sacramenta. et ex flumine gratiæ Spiritus Sancti, et sic ecclesia lætabitur in frequentia, et multitudine filiorum regeneratorum.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. & campi tui replebuntur vbertate.

Tunc etiam ex isto flumine benedices. i. bñdictionem abundantiæ, et fertilitatis. tiæ largieris coronæ. i. circulo, et recursu et progressu anni benignitatis tuæ, et cordię qui est status, et tẽpus legis gratiæ. de nota, q̃ sicut tẽpus legis veteris vocabatur annus, et dies sterilitatis, quia nõ fructus gratiæ, et iustitiæ: ita per oppositũ tẽpus, et status legis euãgelicæ dr annus benignitatis, et mixt, et gratiæ. q̃a gerunt fructificat, et iustificat non solum à peccato. dat fructus meritorios vitæ æternæ: intantum q̃ campi tui repleti sunt vbertate sacramentorum, et bonorum spiritualium.

Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium: & valles abundabunt fromẽto: clamabũt etenim hymnũ dicunt.

Arua deserti populi gẽtilis, facta speciosa p baptismum, pinguescẽt pinguedine sacrorum, et gratiarũ: et colles. s. doctores accingentur, et armabuntur, et induentur exultatione sapientiæ, et doctrinæ euangelicæ. Nã maior pars doctorum ecclesiæ fuerunt circa populo gentili: vt puta Origenes, Eusebius, Ciprianus, Aug. Ambro. Hiero. &c. Et etiam arietes ouium qui fuerũt prælati, et pastores ecclesiæ induti sunt vellere copioso multitudinis lanę: ex qua contexti sunt multi libri exponentes, et declarãtes sacram scripturam vtriusque testamenti: quibus pannis nos defendimus à frigoribus, et ventis hereticorum, et infidelium: vt pãtet de Augustin. qui scripsit contrà omnes hereses, et defendit ecclesiã, et

cooperuit

A cooperuit ab incursibus Arrianorum, et manichæorũ: & Pelagianorum, et Hereticorũ. Quæ quidem abundantia, et vbertas tota, p̃ uenit ex illo flumine spiritus sancti defluxo in riuos apostolorum, et exinde doctores. Item vellus, quo induti sunt arietes. s. prælati ecclesię, q̃bus ẽ cura de ouibus, est ecclesiastica potestas prouenies ex illo flumine. Et ex hñdem riuis valles idest, fideles infirmi sim plices irrigati abũdabunt frumento, et omni cibo spirituali nutrientur. Et sic clamabunt, et dicent hymnũ laudis, et lętitię agẽdo gratias Deo patri et dño nostro Iesu Xpo pro tã B et acceptabile, et delectabile sicut dictũ est in principio psal. Ex. supradictis patet, q̃ iste psal. impropriè põt exponi de abundãtia Hierusalẽ terrenę, et materialis. Nã nũq̃ ibi post reditum de Babylonica captiuitate fuit tãta abũdãtia quãta hic memoraf, cũ de se sit terra sterilis, et sicca. imo fuit tanta penuria tpe Neemiæ dũ tẽplũ, et ciuitas reædificabaf, q̃ patres cogebãtur vendere, et locare filios pro cibis. Et iõ beatus Hieronymus ĩ epistola ad Dardanũ inuehitur contra iudęos, et dicit, q̃ ista Sion, et Hirusalem, et terra in hoc psal. memorata est ecclesia, et cultores eius sunt apostoli. Et demõstrat, q̃ ea quæ sũt dicta hic et alibi de terra promissionis, nõ pñt cõuenire Palestinę tùm pp sterilitatẽ terrę, tùm pp arctũ spatiũ loci, q̃a à Dan vsq; Berśabee vix sunt. 70. miliaria in longitudine. Et à mari C magno vsque ad Iordanẽ, quæ est eius latitudo: et etiã vsque ad mõte Galaad, vix sũt 70. miliaria. Et ideo dicit, q̃ pudet eũ mensurare lõgitudinẽ, et latitudinẽ illius terræ, p̃ter etnicos. i. gentiles, et paganos, q̃a vr minimum spatium respectu tantorũ numorum. Ex quibus patet, q̃ prophęta in hoc psal. cõmendat hanc nouã Hierusalem quæ ex illa veteri fuit exorta. Primò q̃a in hac cantanf hymni Deo delectabiles, et accepti. Secũdò q̃a in hac offertur vestrum, et acceptum sacrificium, et votum eucharistię, q̃d in illa minime offerebatur. Tertiò q̃a in hac exaudiuntur orationes, et in illa nõ, cum sit totaliter mortua, et reprobata. Quartò q̃a ista est ampliata, et diffusa toto orbe terrarum vsq; ad fines terræ. Et illa est arctata, et sita ĩ illo par

D

tuo, et arcto loco, et mõte lapidoso. Quintò q̃a in hoc loco, et parte illius nouæ Hierusalẽ offertur sacrificium eucharistiæ, sed sacrificia veteris legis non offerebantur nisi in illa parua ciuitate, et templo. Sextò quia in hac offertur iugiter sacrificium in omni hora, et tempore et cantãtur himni, et laudes. in illa autem ciuitate non nisi in certis horis diei. Septimò quia ista abundat vbertate infinita bonorum, et refectionis spiritualis. Et illa tantùm paucorum tẽporalium, et corporalium. Et ista abundat frequẽtia ciuium illa caret. Vltimò est aduertẽdum, q̃ sicut lex vetus erat imago legis eungelicæ, et illa Hierusalẽ materialis erat imago ecclisiæ Christi: ita ista ecclesia, et Hierusalem noua est imago illius Hierusalem cęlestis. Nam omnes ciues qui in hac viuunt per gratiã, et perfruuntur his bonis spiritualibus gratię. expectant viuere in illa, et pfrui bonis gloriæ. Nã sicut E per bona temporalia leue. intelligunt bona gratiæ futura in lege noua, ita per bona gratiæ intelligũtur bona gloriæ, quia ista sunt causã illorum vt dictum est psal. 22. et psal. 62. Et ideo totus iste psal. sicut expositus est de abundantia bonorum gratiæ huius Hierusalem, ita potest exponi de vbertate bonorum gloriæ illius cælestis. Imo Deus magis delectatur in himnis, et laudibus qui cantãtur in illa Sion, et Hierusalẽ cælesti, et magis sunt beati, qui habitant in illa domo cęlesti, q̃a in sęcula sæculorum laudabunt Deũ, et fruentur bonis gloriæ. Etiam iste psa. cantatur in laudibus officii defunctorum: inquãtùm fideles qui sunt in purgatorio detenti, qui iam fuerunt refecti in hac Hierusalem bonis gratiæ, desiderant liberari: vt perfruãtur bonis gloriæ in cælesti Hierusalem, et ita F nos agẽdo gratias de bonis spiritualibus gratiæ quibus reficimur in hac Hierusalem, cantamus hunc psalmum desiderantes perfrui bonis gloriæ in illa cęlesti, & himnos gloriæ cum beatis cantare.

PSALMVS. LXV.

IVbilate Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Titulus ẽm Hieronymum, Victori cantícum psal. In bibliis nostris reperitur. In finẽ cãticum resurrectionis, sed hoc forsãn additum est ab aliquo autore putante hunc psal. fuisse factum pro gratiarum actione de beneficio resurrectionis. Sed in titulo secundũ hebræum nec apparet materia, nec autor

huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius psalmi, sed dicit Rabi Salomon, q̃ iste psal. factus est pro gratiarum actiones quã aget populus iudæorum in aduentu sui Messiæ: q̃ dẽt eos liberare de captiuitate in qua nunc sunt sub diuersis regibus, & principibus Christianorum, & Sarracenorum: & sic exponit hunc psal. Sed iste cæcus, & perfidus verum dicit q̃ in hoc psal. memorat iubilatio quam populus Dei erat acturus post liberationẽ factã per Messiã, sed pertinaciter proteruit, & delirat inquãtum illud qđ est iã preteritũ expectat futurum per falsum Messiam, quem adhuc frustra expectant. Et iõ est dicẽdum, q̃ Dauid præuidẽs in spiritu liberationẽ totius gñis humani de captiuitate peccati, quę facta est per Xp̃m, condidit hunc psal. in persona Xp̃i, & ecclesiæ: in quo inuitat populũ gentilẽ, ad iubilandum Deo pro gratiarum actione: eò q̃ reprobatis, & occęcatis iudæis venit ad agnitionẽ fidei, & veritatis. Vnde primò facit quod dictum est Secundò promittit vota, ibi. Introibo in domum &c.

Quantũ ergo ad primũ dicit propheta. O vos gentiles, & oĩs terra populi gentiliũ, qui secuti estis Xp̃m, iubilate, & cum iubilo, & lætitia agite gratias dño nostro Iesu Xpo. & dicite psalmum lætitiæ nomini eius, per quẽ saluati, & liberati estis. & date gloriã laudi eius, q̃ (reprobatis iudæis) vos ad suã fidem elegit.

Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Dicite sic Deo. O dñe Iesu q̃ terribilia sunt opera tua quæ fecisti in nostra redemptione, quia sol eclypsatus est in plenilunio cõtra naturam, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã à sexta vsq; ad nonam in tua passione. Et introisti infernũ, & portas æreas, & vectes ferreos confregisti: & inde fideles vexte. eduxisti: & de sepulcro resurrexisti: in qua resurrectione terræ motus factus est magnus & exterriti sunt custodes &c. Et totum hoc factum est in multitudine virtutis tuæ, qui es dñs cæli, & terræ, & inferni. Et ideo non solum terram, & infernum, sed etiã cœlum mouisti, quia angelus dñi descendit de cœlo, & reuoluit magnum lapidem &c. Sed inimici tui iudęi semper mentiẽtur contra te, qui pecunia corruperunt custodes: vt dicerẽt te nõ surrexisse: sed corpus ab apostolis ablatũ fuisse. Et etiam mentientur tibi iudæi non accipiẽtes te. cum sis verus Messias in lege patribus, & ꝓphetis promissus. Et ideo nõ solum mentiuntur tibi, sed etiã toti sacræ scripturę.

Omnis terra adoret te Deus: & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Postquàm Iudæi inimici tui mentiuntur tibi, te non recipientes, ideo reprobates illis oĩs terra gentilium adoret te tanquàm Deũ, & hominẽ, & psallat tibi laudes decãtando, & psalmum dicat nomini tuo quod est Iesus profitendo verum redemptorem, & Messiã. Deinde propheta conuersus non solummodo ad populum gentilem, sed ad omnes fideles de limbo liberatos, dicit.

Venite, & videte opera Dei: terribilis in consilijs super filios hominum.

Qui conuertit mare in aridam: in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum: oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

O vos fideles redempti, & liberati, venite, & videte opera redemptionis dñi nostri Iesu Christi, qm̃ terribilis est in consilijs, & [illegible] tia, & doctrina super oĩs filios hominum. Sicut Moyses eduxit populũ Israel de Aegypto in signis terribilibus, & portentis, & [illegible] uit mare rubrum, & diuisit in diuisiones: conuertit mare in aridã terrã. i. obtinuit terrã aridam per diuisionem, per quã Israel transiuit, & liberatus est de manu Aegyptiorũ: & postea conuertit retrorsum flumen Iordanis, & Israel trãsiuit, & introiuit sicco pede in terrã promissã: Ita pariter, & amplius Xp̃s cũ maioribus signis, & tumultu cęli, & maris, & terræ, & inferni, eduxit sanctos patres de tenebris inferni, & totum genus humanũ de tenebris peccatorũ, & mare, & fluctus infernũ conuertit in aridam terram: & diuisit, & fugauit demones, & liberauit sanctos patres, & postea per aquas, et in flumine baptismali recipit aquas pẽtorum, et sic trãsiuimus pede sicco, et abluti à sorde peccati, et introiuimus ecclesiam in qua lętabimur in ipso Xpo hic per gratiã, et patria per gloriam. Itaq; sicut liberati patres fuerũt liberati de tenebris infernis ita populus gentilis de tenebris idolorum, et translati ad fidem, et ecclesiã per flumen baptismale. Ex quibus patet, q̃ Xp̃s est Deus qui dominatur in æternum in virtute sua in cœlo, et in terra, et i inferno, et in mari, et oculi eius respiciunt super gentes, et eis filiis hæreditatẽ gratiæ, et gloriæ. Iõ iudæi qui negant, et exasperant Christum non exaltẽtur in semetipsis, imo deiiciantur, et subiiciantur

tur in captiuitatem temporalem sub principibus huius mundi, & æternã sub diabolo postquàm noluerunt liberari per Christũ. Et nõ etiam exasperent nec murmurent: quia ipsi se fecerunt diuinæ gratiæ.

Benedicite gentes deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam meam ad vitam: & nõ dedit in commotionem pedes meos.

Hic incipit secunda pars. Ergo vos gentes benedicite Deũ nostrũ dominũ Iesum Xp̃m, & auditã facite vocẽ laudis eius: & prædicate eum, & grãtias agite ipsi Christo qui posuit, & eduxit animã meam ad vitam gratię & gloriæ per fidem, & nõ dedit pedes meos in commotionem, nec permisit pedes meos à fide cõmoueri, sicut iudæi moti sunt à fide & veritate. Vnde per pedes intelligit hic fundamentum fidei, qua in hoc mundo peregrinamur, & ad patriam tendimus. Nã sicut p pedes materiales gradimur per istam terrã: ita specialiter per fidem tanquàm per pedes ambulãtes in ecclesia, quia ipsa est pes, fundamentum omnium aliarum virtutum.

Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Transiuimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

Probo q̃ non promisit commoueri pedes meos fidei, imo firmauit, qm̃ tu Deus nos probasti, & nos examinasti igne, & ira, & crudelitate tyrannorum per diuersa tormenta, sicut argentum examinatur multo igne, & fusione, & induxisti, ideſt induci permisisti in laqueum tentationis, & posuisti tribulationes tormentorum in dorso nostro per multa tempora, quia à resurrectione Christi vsque ad Constantinũ duravit persecutio tyranno q̃ Maximianus, & Diocletianus promulgarunt edictũ, vt si quis Xp̃m profiteret, bonis fisco destinatis capitali sniã puniretur. In tũ ergo fuimus afflicti, q̃ per totũ istud tps trã sumus per ignẽ, & aquã tormẽtorũ, & persecutionũ. Sed tandẽ deduxisti nos in refrigeriũ, & quietẽ per conuersionẽ Constãtini, in quo quieuit ecclesia, & ẽt nos deduxisti maiores in refrigeriũ, & fruitionẽ glorię post tormenta, quasi vellet concludere. Ergo bñficiate gentes Christum de tot bñficiis receptis. Primò quia fuistis liberati ab idololatria. Secundò quia plures martires fuerunt de populo gentili. Tertiò quia tota ecclesia mansit in populo gentili Iudæis reprobatis.

Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.

C tur, & dealbabuntur niue, & puritate gratiæ ab omni nigredine peccatorum in Selmō. Ad cuius intellectum est aduertendū: q̄ in terra promissionis est quidam mōs appellatus Selmon: qui interpretatur vmbrosus: eo q̄ semp apparet vmbrosus, & niger ad differentiā Libani: qui semper apparet albus propter frequentiā niuium: sed cum aliquādo ningit sicut libanus: per quod figurabatur gentilitas q̄ ante erat nigra, & vmbrosa tenebris pctō rum sicut Selmon: sed postea fuit dealbata niue gratiæ baptismalis, & aliorū sacramentorū, & sic facta est alba sicut libanus. Et hoc est quod intēdit dicere Dauid: vnde ait, q̄ dum Christus rex cęlestis discernit, & dictincte distribuit reges. i. rectores, & sacerdotes, & prælatos sup ista columbā. i. ecclesiā, tunc genti

les, & omnes pctōres habitantes in Selmon. i. D in vmbra pctōrum dealbabuntur niue gratię baptismalis, & aliorum sacramentorū, & mūdabunt ab omni macula, & vinculo peccati. Vnde sicut gentilitas ante erat vmbrosa, & sterilis sicut Selmon: postea per apostolos facta est fertilis, & pinguis ad pascua, sicut Libanus, postquam nives baptismales, & aliorum sacramentorum ceciderunt super eā. Et ideo subdit, q̄ mons Dei, qui est ecclesia, non est mons sterilis sicut Selmon, imo est mons pinguis pinguedine multorum sacramentorum ad pascendas oues Christi ad refectionē spiritualem. Et subdit, q̄ ecclesia nō solū est mōs pinguis: sed etiam mons pinguis, & coagulatus. Ad cuius euidentiam est valdè aduertendum secūdum Arist. 3. Meteo. quòd coagulatio causatur ex nimia pinguendine, & viscosi E
tate, & ideo omnia pinguia, & viscosa facilius sunt coagulabilia sicut oleum, & lac, & mel: eò quòd partes facilius cohærent, & connectuntur. Et ideo ecclesia per similitudinem dicitur mons pinguis, & coagulatus pinguedine sacramentorum, & coagulo fidei, & caritatis, quia gratia, & caritate fideles simul cohęrent, & pascuntur in vna ecclesia pinguedine sacramentorum, & euangelicę doctrinę. Litera Hieronimi habet: Mons excelsus mons pinguis: quod idem est. Nam non solum ecclesia est mons pinguis pinguedine sacramentorum, & doctrinę, sed etiam est mons excelsus altitudine, & celsitudine dignitatis, & contemplationis: de quo monte dicitur Esa. 2. Erit præparatus mons domini eleuatus super omnes colles &c. De quo etiam monte pingui, & coagulato, & excelso dicitur Eze- F
chielis. 34. In pascuis vberrimis pascam oues meas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum &c. Deinde cum dicit. Vt quid suspicamini: increpat Iudæos modernos cęcos, & obstinatos. Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd Iudæi sicut sunt carnales, & mundani: ita nō percipiunt spiritualia sed sola temporalia, & corporalia. Et sic non intelligūt sacram scripturam nisi ad sensum literalem. Et sic putant, quòd illa terra quā Deus promisit cultoribus suis fluētem lacte, & melle, & oleo, & vino, non est alia terra nisi terra Canaan, & Palæstinæ ubi per magna tempora patres sui habitarunt, & ideo ad solam illam desiderant reuerti, & non propter aliud desiderant falsum messiam nisi ut reducat eos in illam terram vbi est Hierusalē ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rean.vt in tẽplo possint offerre oblationes, & sacrificia aialiũ brutorum:& sic putant, & suspicantur in illa terra esse mõtes pingues, de quibus Deus locutus est patriarchis, & pphetis: & i solis illis ponũt spẽ suã Dauid ergo psuides i spũ cæcitatẽ istorũ, increpat eos. di. O Iudęi cæci, & obstinati ut qd.i. quare suspicamini: & existimatis mõtes terræ Canaã, & Palæstinæ s.monte Oliueti, & Carmeli, & Hermõ, & alios montes illius terrę esse montes coagulatos, & pingues:de quibus locuti sunt pphetæ:& i quibus Deus habitat? quasi di.vana, & falsa est suspicatio vestra,& existimatio:quia mõtes pingues, & coagulati, quos Deus fidelibus suis pmisit, non sunt corporales, nec tẽporales, sed spũales, & ęterni:& iõ veri montes, & pingues sunt ista ecclesia, in qua Deus habitat per gratiã:& supna, in qua Deus ingternũ habitat per gloriã. Nã ista ecclesia toto orbe diffusa est ille mõs in quo Deo est beneplacitũ habitare in eõ p gratiã. & eñ.i. certe Deus habitabit in eo in finẽ. i. vsq; ad finẽ mundi habitabit in isto p gratiã, & in illo superno habitabit in finẽti. in æternum per gloriam. q. d. p Deus habitauit in illa Hierusalẽ, & tẽplo, & arca p aliquòd tps in figura añ incarnationẽ: sed post mortẽ, & passionẽ & resurrectionẽ iã amplius non habitat in illo mõte terreno, sed in sola ecclesia toto orbe diffusa habitat per gratiã, & in cœlo per gloriã. ergo iste mõs pinguis ecclesię est desiderãdus: vt in eo pascamur ecclesiasticis sacramẽtis per gratiã: & supernus mõs est appetendus: vt illis pascuis vbertimis fruamur per gloriam. Ex supradictis patet quibus bonis spũalibus ornauit Xps ecclesiã suã: & qũo pp diuersitatẽ bonorũ spũalium quibus est referta, & ditata sortitur diuersa noia, quia dicitur, & appellatur hæreditas Xpi, & spõsa, & domus speciosa, & colũba, & mõs pinguis, & coagulatus, & excelsus. Patet ẽt qũo, nec mõtes Canaã, nec mõtes terreni, nec synagoga, nec delubra, & tẽpla gentiliũ vllo mõ pñt dici mõtes pingues, & coagulati: p pascua eorum sunt corruptilia, & trãsitoria:& Deus non habitat in eis per gratiã, nec pẽ gloriam:& pẽr consequens in eis nullus põt Deo frui: nisi in sola ecclesia ista per gratiã: & in superna per gloriã: ergo isti sunt mõtes in scriptura pmissi. Itẽ mõs pinguis verus coagulatus, & excelsus, in quo Deus habitabit in ęternũ in vnitate personæ est humanitas Christi.& ideo tota pascua, & fruitio beatorum consistit in visione personæ Christi, qui est verbum patris.in quo est tota trinitas essentialiter,& substantialiter, & inseparabiliter.Et sic nemo potest videre & frui filio:quin videat, & fruatur patre, & spiritu sancto:vt ait Christus, Io. 14. Qui videt me videt,& patrem meum. Item 17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et ideo iste est verus mons pinguis pascualis, & fruibilis: de quo vltimatẽ loquitur scriptura:quia ille fecit ecclesiam pinguem, & coagulatam.

Currus Dei decem milibus multiplex: milia lętantium: dominus in eis in Sinai in sancto.

Ascendisti in altum: cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Hęc est quarta pars principalis: in qua ostendit Dauid qualiter Chris accepit à patre ea bona spiritualia supradicta: vt distribueret ea ecclesiæ spõsæ suæ. & hoc accepit in die ascensionis. Vñ licẽt hoc habuerit Chris à primo istãti suę cõceptionis ẽt inquantũ hõ vnionis: tũ hoc apparuit manifeste in die ascensionis: quia tunc accepit possessionem regni celestis inquantum hõ pro se,& membris.Et ideo dixit in ascensu suo. Data est mihi potestas in cęlo, & in terra. Mat. vlt. Et ideo describit hic modum ascensionis Christi cũ triũpho. Ad cuius intellectũ est notandũ, q̃ angeli in sacra scriptura frequenter nominant currus Dei: in quibus Deus sedere dr. vñ.i. Paralyp. 27. Deus pcepit Salomoni: vt faceret Cherubin ad modum quadrigæ, super q̃ Cherubin Deus sederet. Item ps. 17. dictum est. Qui sedes super Cherubin moueatur terra. Et ibidẽ Deuter. 33. Quia Dñs de Sinai venit, & cum eo sanctorum milia.i. cum multis milibus angelorum: vt glossant Hebræi, & sic patet, q̃ in scriptura angeli frequẽter dicuntur currus Dei. Et intendit dicere Dauid in hoc passu:& sicut Deus descendit, & fuit in eodẽ te Sinai super milia angelorum: ita Christus Deus incarnatus ascendit in cęlum scdm̃ super multa milia angelorum tanquam super multa milia curruum. Nã sicut Romani diuersas habita victoria de aliqua prouincia iuxta bant Romam cum triumphali curru, & ante & retro currum præcedebat, & subsequebatur caterua captiuorum: & præda recuperata, vt patet de Camillo, qui retulit Romã vexillia recuperata, quondã ablata: Ita pariter Christus deuicto diabolo, & expoliato inferno, & recuperata præda captiuorum quondam ablata:

A ta: & tyrannicè in limbo diu detenta, super currum triumphalem multorum milium angelorum intrauit cęlum secum ferens recuperatam captiuitatem sanctorum patrum. Et sic accepit sedem in cęlo pro se,& suis: quia sedit à dextris patris. Marci vlt. A quo patre accepit omnem pãtem: & factus est vt̃s distributor bonorum, & omnium virtutum dilecti patris sui. Et ista dona accepta à patre dedit, & distribuit hominibus. Primò apostolis in die Pentec.& postea omnibus martiribus, & doctoribus, & fidelibus distribuit per successionem tpis. Hoc est ergo quod intendit dicere Dauid in hoc passu: licet verbis diuersis, & intricatis. Vnde ait: q̃ sicut currus Dei fuit multiplex 10 milibus in Sinai in sancto, idest in monte sancto Sinai: vbi fuerunt multa milia angelorum supple lætantium cum B Deus dedit legem in monte Sinai: vt dictum est Deuter. 34. Ita tu pariter Christe Deus, & homo ascẽdisti in altum cœlum cum multis milibus curruum angelorum lætantium cum magno triumpho: & cępisti, & tulisti tecum captiuam captiuitatem sanctorum patrum ab inferno abstractam, & recuperatã: propter quam victoriam meruisti talẽ trium phum:& sedisti à dextris patris: à quo accepisti vniuersalem potestatem:& accepisti dona hominibus tuis fidelibus distribuenda, & dispensãda in die Pentec. & in omni tpe futuro: quia distribuisti dona gratię fidelibus tuis in hac ecclesia: & dona glorię in cœlesti. Et non solum accepisti illa dona pro patribus,& fidelibus ve te. quos de limbo liberasti: nec solum pro apostolis, & cęteris qui C te in principio receperunt: sed etiam accepistis pãtem, & dona: vt gentiles non credentes (quia nunquam habuerant legem) hęrederent dñm Deum conuersi ad fidem. vnde Saluator ait Io. 17. Pater non pro his rogo tantum, sed pro oibus, qui credituri sunt. Littera Hieronymi habet hic. Currus Dei innumerabilis milia milium lætantium dominus in Sinai in sancto. Et tunc litera est magis plana, quasi dicat. q̃ currus Dei ita est innumerabilis, q̃ sunt milia milium angelorum lætantium: quia dominus fuit in eis tanquam in curribus in monte sctõ Sinai. Monstra autem litera debet sic construi. s.q̃ currus Dei fuit, & est multiplex. x. milibus. i. plus decem milibus: quia multa milia angelorum lætantium fuerunt: & dominus fuit in eis curribus angelorum in sctõ mõte Sinai, quãdo dedit legem Moysi. Et conuersus ad Christum dicit, O Christe Deus, sicut quãdo data est lex in monte Sinai currus Dei fuit multiplex, & innumerabilis. s. milia milium angelorũ lætãtiũ: & dominus fuit in eis curribus in sancto monte Sinai: quia fuit plus decem milibus, i. plus q̃. 10. mil. Ita tu cum innumerabilibus curribus angelorum ascendisti in altum cęlum: & cepisti, & tecum tulisti captiuitatẽ. i. prædam captiuam, quam de limbo liberasti: & ideo in præmium tantæ victoriæ accepisti à patrem dona hominibus distribuenda. D

Etenim non credentes inhabitare dñm in Deũ.

Etenim. i. insuper tu accepisti potestatem nõ credentes. s. gentiles, & alios infideles habitarem. frequenter habere dñm in Deum. s. vt esses eis Deum: & ipsi tibi in populum: quia dedisti eis potestatem filios Dei fieri per regenerationem baptismalem. E

Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrarum.

Postq̃ superius explicauit qualiter Christus accepit à patre ea bona spũalia hoibus distribuenda: ideo in hac quinta parte ostendit, quibus meritis Christus meruit illa dona accipere pro suis distribuenda: & dicit, q̃ hoc meruit Christus per suã mortẽ, & passionẽ, per quam nos redemit: & iõ meruit dici saluator oim dicit ergo. Benedictus est dominus noster Iesus Christus die quotidie, i. per singulos dies: ut habet litera Hieronymi. Nam ipse faciet prosperum iter, & viã salutarium nostrarum. i. nostrarum saluationum.

Deus noster Deus saluos faciendi & domini exitus mortis.

Christus Deus noster est deus faciẽdi saluos homines: quia est saluator hoim iuxta F proprietatem sui nominis, quod est Iesus. i. saluator Et subdit causam quare dicitur Saluator hoim: & quomodo saluauit homines di. q̃ cã quare saluauit, & pretium nostrę redemptionis, & salutis fuit: fuit, quia dñi Dei exitus mortis. i. quia exitus domini Dei Iesu Christi fuit exitus mortis: quia per mortem exiuit ab hoc mundo, vt nos à morte pętua liberaret, & saluaret: quia mortem nostram moriendo primò destruxit per exitũ mortis: sed post tres dies virã nostram resurgendo reparauit, Et ideo dicitur Deus saluos faciendi, & saluator hoim, & Deus salutarium nostrorum. Et fecit iter prosperum in hac via per gratiam sacramentorum quæ fluxerunt à passione sua: & in cęlum per gloriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A riam, quã meruit hominibus distribuere per merita suæ passionis. Litera Hieronymi habet. Domini Dei mortis egressus. & tunc est litera magis plana. Est ergo sensus huius partis: q̃ quia exitus domini nostri Iesu Xpi fuit exitus mortis, i. quia se humiliauit vsq; ad mortẽ: & voluit recipere in se mortem cũ non obligaretur: ideo destruxit nr̃am mortẽ: & cũ mors esset finis oium: & esset nobis inter flebile ad infernum: ipse Christus recipiendo mortem fecit nobis iter, pspẽrũ per ipsam ad vitã æternã: q̃ ipsa quæ ante erat iter ad alia mortem æternã, ppter pctũ: facta est iter prosperũ ad uitã æternã per mortẽ Christi. Itẽ cũ cœlũ nobis esset clausum. Christus fecit ipsum nobis puũ in sua ascẽsione: & via cœlestis, quę nullius fuerat temerata uestigio facta est nobis nota, & Christus fecit nobis iter prosperum per cœlũ ad vitã æternã: & totũ hoc meruit propter suã mortẽ & passionem. Et sic meruit dici Deus saluos faciendi: & Deus salutariũ nostrorũ.

B

Verumtamen Deus cõfringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Postq̃ superius Dauid ostendit qualiter passio Christi fuit causa nostræ salutis: & fecit nobis iter prosperũ ad vitã æternã: ideo in hac sexta parte ostendit qualiter illa eadẽ passio Christi fuit scãdalũ, & causa dãnationis corporis, & aiæ, & causa captiuitatis & destructionis Iudæis cæcis, & obstinatis. Nã Iudæi in occidendo Christũ incurrerũt irã, & indignationẽ Dei: & sentẽtiã vtriusq; mortis propter mortẽ iusti: sed adhuc Christus expectauit eos ad pœnitẽtiã per xl. annos: ne sua passio esset eis inutilis. Sed quia noluerunt cognoscere reatũ suũ. nec conuerti ad Christũ: imo voluerunt in sua perfidia, & obstinatione permanere persequendo apostolos, & ecclesiã. Ideo Christus misit Titum contra eos cum exercitu Romanorum: qui cepit, & destruxit omnes ciuitates Galileæ, & Palestinæ: & finaliter obsedit Hierusalem verticẽ, & caput totius regni: & post longa obsidionem, & stragẽ, & mediã cepit, et combussit templum, et arcẽ et præsidium. et totam ciuitatem, et muros à fundamentis euertit. In qua obsidionẽ mortua sunt fame, et gladio decies centena milia: ut inquit Iosephus libro de bello Iudaico. q̃ quidẽ strages facta est, ut ipse inquit, in vindictã mortis Iesu Nazareni. aut Ioannis Baptistæ: aut Iacobi iusti. Sed rabi Samuel manifestã probat, q̃ illa strages potius facta est in vindictã mortis Christi: qui fuit magis iustus, et dignus: propter sanctitatẽ vitæ, et magnitudinem miraculorum. Et hoc prædicit Dauid: vnde ait, q̃ licẽ exitus, et egressus Domini nostri Iesu Christi fuit exitus mortis, quã nos saluauit, et de morte perpetua, & ctpiuuitate liberauit: uerumtamen Christus in vindictam mortis suæ confringet capita Iudæorum inimicorũ, et crucifixorũ suorum: scilicet Scribarũ, et phariseorum, et sacerdotum, qui fuerunt capita in cõsilio, et cõsultatione cõtra ipsum: et confringet verticem capilli successorum illorum perambulãtium, et perseuerantium in delictis suis: et in obstinatione, et malitia sua. Vnde est aduertendum: q̃ sicut principes sacerdotum, et Scribæ, et pharisæi erant capita ciuitatis Ierusalem. ita Hierusalem erat caput, et capitalis totius regni: et templum, et fortalitium, et præsidium erat vertex ciuitatis: et omnia fuerunt pœnitus combusta, et destructa, et cæt. Et ideo per verticem capilli intelligitur templum, et præsidium, et turres aliorum ciuitatis. Nam sicut Hierusalem erat caput, et caput aliarum ciuitatum, et oppidorum regni: ita templum, et præsidium, et turres erant vertex, et etiã capilli ciuitatis: quæ ees fuerunt destructa. Item etiã per verticem capilli põt intelligi superbia, et regnum, et sacerdotum Iudæorum, quæ omnia fuerunt contrafacta. Item notanter dicit. Et verticem capilli perambulantium in delictis suis: per quos intelligit successores crucifixorum Christi permanentes, et perambulantes, et perseuerantes in eadem malitia, et obstinatione. quia non solum Christus confregit capita crucifixorum suorum: quia Pilatus, et Herodes mortui sunt in exilio in Gallia: et Anna, et Caiphas mortui sunt in multis infeliciis, et seditionibus, quę factæ sunt in Hierusalẽ in illis quadraginta annis: ut ait Iosephus: Sed etiam Christus cõfregit successores illorum. et filios, qui voluerunt in eadem obstinatione, et malitia perambulare, et permanere. Et sic Christus quotidie confringit uerticem, et malitiam modernorum Iudæorum in eadem obstinatione perambulantium, et perseuerantium: quia continue expoliantur, et uerberantur, et interficiuntur, et sunt in perpetua seruitute. Deinde cum dicit.

C

A *Dixit dominus ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris:*

Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Exponit modũ suprædictæ straginis, & excidii ciuitatis, & totius regni. Ad cuius intelligentiam est notandum secundum Iosephũ, q̃ sicut filii Israel venientes in terrã Chanaan non intrarunt per Palæstinam, quæ est continua cum Egypto, sed circundederunt per desertum, & montem Seir: & Moab, & destructa terra Basan intrauerunt per Iordanem ab Oriẽte: & sic destruxerunt Hiericho, & omnes ciuitates, & obtinuerunt totam terram à Iordane, & Basan vsq; ad profundũ maris mediterranei occidentalis, vt pater per totũ discursum libri Iosue. Ita pariter dicit Iosephus, q̃ postq̃ Titus cũ exercitu suo venit in Syriam in Egyptum, vbi erat quædam legio multum Romanorum. s. sex millia, & 566. equitum. quæ quidem legio cõdem itinere circuit totam Palæstinam, & Iudæã, & mare mortuum, & per terram Basan intrauerunt Iordanem, & inceperunt vastare, & destruere oẽs ciuitates, & oppida Iudeorum. Et sic vastando venerunt à Basan vsque ad Ioppen, & Cæsareã, & Gazam, quæ erant ciuitates sitæ in littore maris occidentalis, & sic destruxerunt, & ceperunt primò totã Galilæã, et Iudæã, vltimò aũt obsẽderunt Hierusalẽ. Et tãdem post longam obsidionem, & famẽ cœperunt eam vi armorum, et trucidarunt oẽs principes sacerdotum, et Scribas, et Pharisæos, et principes populi, et omnes ciues, et populares, et plebeios: intantũm q̃ oẽs plateæ, et vici, et domus Hierusalẽ fluebãt cruore, et sanguine occisorũ. Et hoc est, quod intendit dicere hic Dauid prout vidit in spiritu. Vñ ait. O dñe Iesu Christe dominus pater tuus dixit, et proposuit, et percipiẽdo dixit. Ego convertam, et deducam legionẽ mirãm Romanorum ex Egypto per desertum vsq; ad Basan: quæ est à parte orientis, et ex Basan conuertam exercitum, et legionem Romanorum versus occasum, destruẽdo, et vastando ciuitates Iudeorum vsq; in profundum maris. s. vsque ad Ioppen, et Gazam, et ceteras ciuitates sitas in littore maris mediterranei: et captis omnibus ciuitatibus tandem obsidebitur, et capietur, et destruetur Hierusalem, in qua effundetur tantus sanguis occisorum, q̃ Romani non calcabunt nisi sanguinem Iudeorum: intantũm vt pes tuus intingatur in sanguine. Et etiam lingua canum tuorum in illum intingatur, et latietur ab ipso sanguine effuso ex Iudeis inimicis tuis. Et hoc iusto Dei iudicio factum est, vt sicut Iudei intinxerunt pedes Christi sanguine ipsum crucifigendo, et conclauãdo: ita Christus intinget pedes suorũ militũ in sanguine Iudæorum. Et etiam quia Iudæi tãto desiderio sitiuerunt sanguinem Christi, ideo canes linxerunt, & satiati sunt sanguine eorum. O ergo altitudo diuitiarum sapiẽtiæ, & scientiæ Dei, q̃ incomprehẽsibilia sunt in dicta eius, & inuestigabiles uiæ eius. Ad maiorem autem euidentiam eorum, quæ dicit in hac particula, est aduertẽdum, q̃ sicut Iudei multipliciter perambulant, et perseuerant in delictis, & sceleribus suis contra Christũ, ita multipliciter, & ingiter Christus confregit, & confringit continue capita Iudeorum inimicorum suorum. Nã sicut semper perseuerant in sua iniquitate, & malitia: ita Christus semp pseuerat in punitiõe eos. Vnde licẽt multa peccata fuerint annexa peccato Iudæorum, tñ fuerunt duo principalia. s. sacrilegium, & blasphemia, quia fecerunt Deũ mẽdacem, & legem, & propheras, & homicidiũ iniustum, qua Christum iustissimum occiderunt, sicut patebit psalm. 81. Sed grauiora facta sunt ista duo peccata per obstinationẽ & perseuerantiam: q̃ per primam commissionem, & perpetrationem. Vnde non sufficit Scribis, et Pharisæis, q̃ Deũ negauerunt, & legem, & prophetas, negando Christũ, & ipsum occiderũt, sed quod grauius et deterius est, in eadẽ infidelitate permanserũt, & multa alia mẽdacia suæ falsæ doctrinę addierũt: quibus tenebris perexãbulant, et perseuerãt obstinati, vt patebit psal. sequenti, et psalm. 81. Et non solum perambulant, et perseuerant in eadem cęcitate, et infidelitate, sed in eodem homicidio contra Christum, et suos fideles. quia non sufficit eis, quòd patres eorum occiderunt Christum, sed etiam ipsi desiderãt ipsum occidere in membris suis: imo quolibet anno crucifigunt aliquem christianum, et si non possunt habere hominem ertã crucifigunt aliquod aliud anima ex desiderio crucifigendi Christum, prout pluries compertum est ex eorum confessione in diuersis partibus mundi. Vnde anno. 718. congregati Iudei in ciuitate Beryti, in una domo cepe runt imaginem ligneam crucifixi, et primò flagellauerunt eam, et iterum cum omnibus

B

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bus opprobriis, & iniuriis crucifixerũt eum, & lancea latus trãsfixerunt: a quo miraculo se exiuit magna copia sanguinis, intantum ꝙ exiuit per rimulas portarũ in uia publica. Quo miraculo viso omnes Iudæi sponte uenerunt ad baptisinum miraculum p̃dicantes. de quo mysterio celebratur festum passionis imaginis in quibusdã ecclesiis. Itẽ anno dñi Milesimo. 174. congregati Iudei in die paschæ in synagoga ceperunt quẽdam iuuenem vocatum Ricardum in ciuitate Parisien. quẽ cum omnibus opprobriis quondam Christo factis crucifixerunt. quo scelere comperto Rex Francię omnes Iudęos ex suo regno p̃cepit relegari. de quo exilio obtinuerunt Iudei indulgentiam: & fuerunt ab exilio precibus reuocati. Sed iterum post aliquot annos in eadem ciuitate quidam Iudeus emit
B pecuniis, à quadam paupercula muliere hostiam consecratam, quam in communione latenter absconderat. Hanc hostiam cepit ille Iudeus, et in cacabo diu decoxit, et exinde abstractã supra icudẽ malleo, et gladio multipliciter percussit, ex cuius vulnere copia sanguinis exiuit, et quasi totam domum vsq; ad fores impleuit. quo scelere comperto, et per ciuitatem, & regnum diuulgato per oẽs partes Francię Iudei fuerũt expoliati et partim trucidati, et cõbusti, et ceteri irreuocabiliter toto regno expulsi vsq; in hodiernũ diẽ. Quę quidem hostia ostenditur hodie in testimoniũ in ecclia sancti Ioannis de Grauia. Item per idẽ tps apud Cęsaream Augustam ciuitatẽ Hispaniarũ cõgregati Iudei in die paschę quendã puerum vocatũ Dñicum cum oibus
C opprobriis Christi crucifixerũt: cuius sepulcrũ in eadẽ ciuitate vsq; in hodiernũ diem ostenditur. Item anno domini. 1379. Iudei in Alemania oẽs aquas potabiles venenõ mortifero infecerunt: propter quod magna pars eorum fuit combusta, et trucidata. Item anno dñi. 1468. in nostris temporibus congregati Iudei in ciuitate Tridenti quendã puerum Simonem vocatum cum oibus opprobriis crucifixerunt, quę res fuit nota per totã Italiam, et Germaniam, & Galliam. qui qui dẽ sanctus ignis, et miraculis claret. Per idẽ tempus tempore pontificatus domini Sixti simile scelus commiserunt Iudei in ciuitate Dertona crucifigẽdo quendam puerum vocatum Ioanninum, quo scelere, comperto multi Iudei fuerunt interfecti, et domus eorũ diripiatæ. Item hoc eodem tempore apud Sepulcrum Dominum ciuitatem Hispaniæ Iudei congregati in die paschę crebris flagellis, et ictibus occiderunt quendam puerum christianũ cum oibus opprobriis Christi, cuius sceleris notitia venit ad dñm Ioannem Aries episcopum Secobiensem, qui facto processu omnes illos Iudęos tradidit curię seculari: contra quos insurrexerunt omnes rustici, et mulieres, et multos eorum suspenderũt, et alios variis tormentis afflixerunt: quę res nota fuit nostris diebus per totã Hispaniam. Et quibus patet, ꝙ talia scelera non possunt eis prouenire. nisi ex illo grandi peccato parentum quorum sunt iugiter imitatores. quia talia facta non sunt humana, sed bestialia, et belluarum similia. propter quę iugiter affliguntur, et trucidantur, et expoliantur, et nunquam ex talibus sceleribus valent corrigi. sed tempore in eadem cęcitate, et obstinatione ambulant, et perseuerant, nec cessant ambulare in delictis suis. Ideo Christus iugiter, et successiue concutit, et conterit capita eorum vertices capilli, et superbię et odii, et malitię, et iniquitates eorũ, & cõuertit malitiã eorum in profundum maris, et pfecutionis, et in tribulationibus, et cedibus eorũ eãs lingue sanguinẽ eorum in vindictã Christi, quem semper putant, et desiderant persequi. Sed clarius dicetur hoc Dauid psalm. sequenti, & magis declarabitur psal. 81. Et nota ꝙ multi sãcti doctores antiqui exponũt prędictos duos versus quasi per oppositum. quasi dicat Deus. Ego conuertam fideles meos ex Basan. i ex infidelitate, et de profundo maris, et ex tribulationibus meos ex Basan. i ex infidelitate, et corpoꝛe, et cõfusione peccatorum. Et dicat corpus mysticum: Vt pes tuus à Deus ideſt martyres tui intingantur in sanguine propter te, et lingua canum tuorum ideſt prędicatorũ, & doctorum sit à te ipso directa. &c. istę quidem expositio licèt possit habere bonum sensum, tñ mihi uidetur mihi extorta, et extranea ab ipsa litera. Et ideo uidetur mihi magis conformis literę expositio supradicta, exponendo eam de punitione crucifixorum Christi. Nam in versu precedenti dicitur Dñs dominationi exitus mortis: per quod denotatur passio Christi. Et ideo subdit. Verumtamẽ Deus confringet capita inimicorũ suorũ, et uerticem capilli perambulantium in delictis suis. per quod explicatur punitio crucifixorum Christi, et suorum successorum ut dictum est,

Viderunt ingressus tuos Deus: ingressus
Dei mei regis mei qui est in sancto.
Præuenerũt principes coniũcti psallentibus i me
dio

A *dio iuuencularum tympanistriarum.*

Ad cuius intellectã est aduertendũ, vt patet Actuum 13. ꝙ obstinatio populi Iudaici fuit cã cõuersionis populi gẽtilis. Nã videtes apostoli cęcitatẽ, et obstinationem Iudæorũ dixerũt, Vobis oportebat prædicari verbum Dei, sed quia indignos vos fecistis: iõ conuertimur ad gẽtes. Hoc ergo præuidẽs Dauid in spiritu, postq̃ superius meminit reprobationẽ, & destructionẽ Iudæorũ factã i vindictã mortis Chri: ideo in hac 7. parte prædicit cõuersionem gẽtilũ, & dilatationẽ, & ampliationem ecclesiæ factã in populo gentili per totum orbem. Nã reprobatis Iudæis, tũc apostoli ingressi sunt ad populã gẽtilẽ, quẽ totũ subiecerunt iugo Chri, sicut Iosue cum filiis Israel ingressi sunt terram promissam, & subiecerunt eã cultui diuino. Nam ille ingressus fuit figura huius. Vnde legitur Iosue 4. ꝙ
B Iosue ex præcepto Dei elegit 12. principes tu per 12. tribus qui præcederent arcã domini. Ad cuius præsentiam aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum. Vnde illi 12. principes abstraxerunt 12. lapides, et posuerunt in castris in memoriã illius miraculi. Et tulerunt alios 12. lapides de terra, quos posuerũt in medio fluminis, supra quos tranſierunt filii Israel p medium fluminis pede sicco, et sic ingressi sunt terram promissionis isto ordine. Nam primò ꝓcedebant illi 12. principes. Secundò Leuitæ psallentes in tubis, & organis, & cæteris mulicis instrumentis. Tertiò sacerdotes portantes arcam dñi. Vltimò sequebantur arcã puellę cũ tympanis tympanizãtes, & cantantes laudes dñi, & victorias, & triũphos, & miracula, & signa, quæ Deus fecerat pro eis. Et postea sequebatur totũ residuum populi.
C Arca aũt portabat in medio Leuitarum p sacerdotes. Et sic Leuitis clangentibus tubis, & populis vociferantibus luſtrarunt septẽ diebus ciuitatem Hierico, intantũ, ꝙ finaliter ceciderunt muri, et capta fuit ciuitas, et dissipata. Et sic isto ordine postea illi 12. principes cũ arca processerunt p totam terrã, & subiecerũt sibi eam, qa nullus potuit resistere eis. Omẽs reges, & populi Cananeorũ fuerunt uidẽti, et ꝓstrati à facie dñi existentis in arca. Et sic Iosue cum illis. 12. principibus oẽs illos populos deleuit: aut tributarios fecit, & oia idola eorum confregit, et arcam ibi collocauit. Considerans ergo Dauid, et contemplando omnia ista supradicta mysteria præuidit in spiritu p reuelationem qualiter Christus debebat eligere. 12. apostolos, quos cõstituit D principes super oẽm terram. Et qualiter re, ꝙ patis Iudæis, illi 12 principes debebãt ingredi ad populũ gentilem portantes hoc nomen Iesu in arca euangelica per aquas baptismales sup 12. lapides articulorũ fidei. Et qualiter oẽs reges, & principes terrę, et populi gentium debebant cadere a facie huiꝰ nois. Iesu. Et clangentibus, et uociferantibus apostolis tubis, et ꝓdicationibus euangelicis debebant rumpi, et frangi, et ruere oia Idola, et tẽpla gẽtilũ, et sic tota Egyptus, et Ethiopia et oia regna mũdi debebant subiici iugo Chri. Itẽ p hoc, ꝙ puellæ cãtantes cũ tympanis ꝓcedebant arcã cum Leuitis, et aliis de populo Israel, ꝓuidit Dauid in spiritu qualiter nõ solũ illi 12. apostoli debebant ꝓdicare, sed ẽt multi martyres, et puellæ, & virgines, debebant ꝓdicare euangelium, et mori pro confessione nois Iesu, et conuertere alias gẽtes. B Vñ etiã patet ꝙ 12. apli nõ solum fuerunt figurati per illos 12. principes quos elegit Iosue, vt præcederent arcam, et exercitum dñi ad subiiciendos populos: sed etiã fuerunt figurati per 12. patriarcas filios Iacob. Nam sicut Iacob genuit carnaliter 12. filios, qui postea carnaliter generarunt vnusquisq; multos filios, ex quibus fuit multiplicatus totus ille numerosus populus per 12. tribus distinctus, qui possedit totam illam terram. Ita pariter Chris regenerauit 12. filios spũales per regenerationem baptismalem, qui postea diuisi per 12. partes mundi regenerarunt totũ populum Christianum per baptismum. ex quibus 12. descendit tota ecclesia fidelium. qui quidem 12. apostoli introduxerunt populum gentilem in ecclesiam per flumen baptismi supra 12. articulos fidei sicut Iosue, F et illi 12. principes ꝓcedentes introduxerũt oẽs filios Israel per aquam Iordanis supra illos 12. lapides in terrã promissionis. Hoc est ergo, quod intendit dicere Dauid in hac parte. vn aut Dauid. O Christe Deus, sicut populi Cananeorum tũc viderunt ingressus tuos in terrã Canaam, ita pariter totus populus gentilis viderunt ingressus Iesu Christi Dei mei, et regis mei qui est in sancto. i. qui habitat in tẽplo humanitatis per vnitatem personalẽ. q. d. ꝙ sicut Cananei viderunt ingressus Dei existentis in arca: à cuius facie oẽs cecidere runt: ita pariter omnes populi gentilium viderunt ingressus Dei mei Iesu Christi, qui est, et habitat in sanctuario humanitatis, et

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in sanctuario legis euangelicæ, & in sanctuario sacium. Nam in eucaristia Christus habitat realiter, & personaliter, & in omnibus sacris sacraliter. Nam cętera sacra realiter continent virtutem passionis Christi, vt dictum est. Et notăter dicunt ingressus in plurali. Nă sicut illi 12. principes cum suis tribubus intrarunt per 12. alueos Iordanis: ita pariter 12. apostoli intrarunt totum orbem per 12. partes. Nam vnusquisque accepit suam prouinciam in sortem. Et sicut illi 12. principes tribuum præcedebant cum leuitis canentibus: & cum puellis tympanizantibus ante arcam: ita pariter 12. apostoli principes exercitus dñi Iesu Christi regis nostri præcesserunt comunĉti martyribus, & doctoribus psallentibus, & prędicantibus nomen Christi, & euangelium in medio iuuencularum tympanistriarum. sin medio virginum publicè confitentium Chrm. Nă sicut apostoli dicuntur tibicines seu tubicines canĉtes ante arcă Chri in isto ingressu: eò q̃ prædicabant, & prędonizabant euangelium, ita martyres dicuntur psallentes: quia ad sonum, & prædicationem apostolorum ipsi confitentes psallebăt Christum. Et ita ét virgines dicunt tympanistriæ, eò q̃ cũ audacia, & fiducia cõfitebantur publicè fidem Christi ante reges & præsides: ad quarum confessionem multi populi conuertebantur, quia ipsæ etiă prædicabant euangeliũ. Nă beata Magdalena prædicauit in Marsilia, & conuertit regem, & reginam cum toto populo. Item beata Lucia conuertit matrem suam, & fuit causa, vt conuerteretur tota insula Siciliæ post mortem suam. Nam ante disputauerat fidem Christi coram Pascasio. Item beata Cæcilia cantantibus organis in die suarum nuptiarum ipsă dño decantabat dicĕs. Fiat dñe cor meum, & corpus meũ immaculatum, vt nõ confundar. Et ita pariter beata Catarina disputauit de fide Christi coram Maxentio cum doctoribus, & vicit, & confudit omnes. Et iõ oĕs virgines fideles dicuntur tympanistrię Christi, sed inter omnes virgo Maria per excellentiam fuit tympanistria Christi, quæ cătauit illud canticum nouum super omnia cătica. s. Magnificat ăia mea dñm &c. Et sic patet, quòd tres conditiones fidelium subtexerunt mundũ ingo Christi. s. apostoli tubicinantes euangelium, & martyres, & doctores psallentes, & publicè confitentes Christum, & virgines tympanizantes. quia apostoli, & martyres, & virgines non intrarunt nec introduxerunt alios in ecclesiam, nisi per aquas baptismales, & per confessionem 12. articulorum fidei, ideo Dauid inuitat omnes christianos ad baptismum, & confessionem. Vnde ait.

In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel.

O vos Christiani regenerati de fontibus baptismalibus Israel. s. ecclesię, benedicite dño Deo, & homini Iesu Christo in ecclesijs, & cõgregationibus fidelium. q.d. Vos gentiles in illo ingressu apostolorum regenerati de fontibus baptismi confitemini fidem articulorum domino Deo nostro Iesu Christo relictis idolis. Et sic eritis effecti filii Israel secundum spiritum per apostolos regenerati, qui erant filii Israel non solum secundum spiritum, sed etiam secundum carnem. Deus dicit.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

Explicat qui fuerunt illi principes, & duces, qui ingressi sunt ad subiciendum populum gentilem, & dicit quòd omnes illi apostoli, & doctores, licet potuerint esse ex octo tribus 12. tribubus secundum carnem, tñ principaliter fuerunt de quatuor tribubus. s. de tribu Beniamin, & Iuda, & Zabulon, & Neptalim. Et hoc dicit Dauid prout præundi in spiritu prophetico per ea verba, quæ dicit Iacob. Gen. 48. Vnde qñ Iacob venit ad Beniamin dixit super eũ. Beniamin lupus rapax manducabit comedet aut rapiet prędam, & vesperę dividet spolia. Hoc quippe fuit impletum in beato Paulo, qui fuit de tribu Beniamin ad Philip. 3. Ipse enim primò fuit lupus rapax qñ persequebatur ecclesiam Dei, primę ad Corint. 15. Sed postea raptus vsque ad tertium cęlum vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui 2. ad Corin. 12. & Act. 9. Vnde in illo raptu vidit diuinam essentiam. vnde rapuit, & comedit prædam spiritualium myllionum in illo mane, & luce suæ conuersionis. ibi enim comedit, & cibatus fuit illo pane vitæ, & doctrinę, & intellectus, & aqua ipsius sapientię fuit portatus, vt cęteris posset diuidere spolia sapientiæ. Nam in diuina essentia quasi visione matutina vidit illa arcana, quæ nõ licet homini loqui. sed vespere diuisit spolia mysteriorum quę ibi viderat. Nă doctrina Pauli, quam toti mundo diuisit, fuit quasi cognitio vespertina respectu visionis, quam habuit de diuina essentia eorum, quę fuerunt

A runt sibi ostensa in ea. Sit ideo dicit, q̃ mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. i. visione matutina videbit diuina mysteria in diuina essentia, sed doctrina vespertina diuidet, & annunciabit mundo diuina arcana, quæ fuerant sibi reuelata in illo raptu per visionem matutinam. Item beatus Paulus in vespere. i. vsque ad finem mundi diuidet spolia diuinorum arcanorum, quæ rapuit, & vidit in diuina essentia. quia continuè legunt epistolæ eius in omnibus ecclesiis munditur: quam doctrinam habuit Paulus in illo raptu, & mentis excessu. Nam cognitio rerum in Deo, dicit matutina: sed cognitio rerum in seipsis dicitur vespertina: vt ait Augu. 11. de Ciuitate. & 12. super Gene. Hoc est ergo, quod intendit dicere Dauid in hac parte. Vn

B de dicit, q̃ ibi in illo ingressu ad prædicandum, & conuertendũ, & subiiciẽdum, populum gentilem erit dux, & princeps Beniamin adolescentulus in mentis excessu. i. ibi erit Paulus de tribu Beniamin in mentis excessu. idlle quia raptus fuit vsq; ad tertiũ cęlum: qui vidit arcana Dei, quæ quidem arca de Christo, & ecclesia prædicabit in populo gentili principaliter.

Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon: principes Neptalim.

Item ibi erunt principes, Iuda scilicet Ioãnes, & Iacobus, & Simõ, & Thadæus, & Iacobus de tribu Iuda erunt duces corũ. s. populi gentilis. Item ibi erunt duces eorum principes Zabulon: scilicet Petrus, & Andreas, & Philippus, qui fuerunt de tribu Zabulõ habitantes in Bersaida. Ităibi erũt duces in illa

C expeditione, & sacro exercitu principes Neptalim scilicet Matthæus, & Bartholomæus, & Tomas, q̃ fuerunt de tribu Neptalim secũdum quosdam. Quidam etiam dicunt, quòd Matthias, & Lucas fuerunt de ista tribu. Et sic etiam est dicendum, quòd de omnibus de cetu tribubus fuerunt apostoli, & discipuli, sed principaliter ex supradictis quatuor tribubus fuerunt quasi omnes apostoli, qui totum orbem peragrarunt ad prædicandum euangelium Christi, ideo hos principaliter nominat hic Daniel. Sed hic dubitatur: puta quare propheta Dauid in hac parte præferat ipsum Paulũ cæteris apostolis, & principibus ecclesiæ. Primò, quia explicat mentis excessum, quem habuit Paulus in illo raptu, & nõ explicat mentis excessum quem habuerunt cæteri apostoli in die Pentecost. quam receperunt spiritum sanctum. Item secũdò. quia D
prius memorat Paulum sub nomine Beniamin: quam cæteros apostolos: & sic videtur, quòd præferat eum cæteris in dignitate, cum fuerit posterior tempore cæteris in apostolatu, maximè quia idem Dauid dixit de apostolis. psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dii fortes terræ vehementes eleuati sunt. Ex quo patet, quòd non minus eleuati sunt vsque ad tertium cęlum, quàm Paulus. Ad hoc respondetur, quòd causa quare Dauid facit specialẽ mẽtionẽ de raptu Pauli in hoc loco, est, vt ostendat q̃ Paulus non fuit expres à receptione spiritus sancti. Nă sicut apostoli receperũt spiritum sctm in die Pent. ita pariter Paulus recepit ipsũ in illo raptu, & mẽtis excessu. vt posset esse doctor gentium &c. Nec est negandum tamen beatum Ioannem attigisse hunc tertium gradum raptus, quando supra pectus domini in cœna recubuit, vbi potauit fluenta illius fontis profundissimi, quia aliter non ita altius intonuisset, cum dixit. In principio erat verbum &c. Item nec est negandum omnes alios apostolos simul cum Virgine Maria consecutos fuisse, & ascendisse vsque ad illud tertium cœlum in die Pentecostes per raptum spiritus sancti, & per eleuationem intellectus ad superna. In quo raptu, & visione fuit impressa in mentibus apostolorum tota sacra scriptura cum eius vera intelligentia. Vnde Petrus illicò post receptionem spiritus sancti, & post illum raptum incepit disputare cum Scribis, pharisæis, & principibus sacerdotũ allegãdo scripturas, quas nunquàm nouerat: dando verã intelligẽtiã. unde abierunt confusi, & cõfusi Pharisęi: & cõuersa sũt tria millia in illa die. vt patet Act. 3. & per totum discursum actuũ apostolorũ, & p̃ historias eorũ. Vnde nusquàm legitur, q̃ apostoli legerẽt in libris, quia quod semel legerunt in illo sacro libro spiritus sancti in illo raptu; nunquàm postea suntobliti. Quę quidẽ visio fuit multo altior & perfectior, q̃ illa quã habuit Moyses. Qđ aũt talis visio altissima fuerit necessaria omnibus apostolis secundũ exigentiã suæ legationis, probatur. Nă si fuit necessariũ Moysi habere talẽ visionẽ diuinæ essentiæ saltem in quantùm Deus est vnus, & principiũ omniũ creaturarũ: eò q̃ Deus mittebat ipsum ad prę dicãdum unũ solum Deũ creatorẽ, & gubernatorem oĩum, prout dictum est in prologo,

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ergo à fortiori erat necessaria omnibus apostolis talis visio: eò quòd debebant prædicare & explicare toti populo gẽtili, & toto mũdo articulum trinitatis, & incarnationis, & nostræ redemptionis, & glorificationis &c. Nam August. nõ propter aliud probat Moysen, & Paulum vidisse diuinam essentiam nisi, quia ille fuit primus doctor Iudæorum: & Paulus primus doctor gentium. Sed manifestum est, quòd omnes apostoli fuerunt primi doctores gentiũ, & totius mundi. Nam Bartholomæus & Tomas prædicarunt apud Indos: & Matthæus in Aethiopia, & Andreas in Syria, quò nunquã profectus est beatus Paulus. Sed causa quare Dauid præponit Paulum cæteris apostolis in hac parte, & explicat eius raptũ, & non aliorum: est ista. Nam iam superius asseruit apostolos omnes consecutos fuisse similem visionem, cum dixit. Ascendit in altum, & dedit dona hominibus, & quãdo dixit. Pluuia B voluntariã segregabis hæreditati tuæ. &c. vt dictum est. Sed quia dubitaret aliquis an Paulus receperit spiritum sanctũ: ideo explicat raptum suum: vt ostẽdat eum recepisse spiritum sanctum cum donis suis in illo raptu sicut cæteri apostoli receperant in die pentecostes. Ideo dicit Ibi Beniamin adolescentulus in montis excessu, idest, in illo raptu qui factus fuit cum mentis excessu, & quadã extasi, & eleuatione vsque ad diuinam essentiam per modum transeuntis. Illud ergo idem, & eadẽ arcana, quæ vidit Paulus in illo raptu: potuerunt videre omnes apostoli, quando factus est de cælo sonus tanquàm aduenientis spũs vehemẽtis: quia tunc tanq̃ dii fortes terræ vehementer supra humanam facultatem C eleuati sunt vsq; ad tertium cælũ multò magis q̃ Moyses: vbi Christus non tanquàm seruis sed tãquàm amicis nota fecit eis quæcũq; audiuit à patre: prout promiserat eis. Ioann. 15. Et sic patet qualiter oẽs apostoli mane comederunt prędem, sicut Paulus. Nam quasi quadam visione matutina fuerunt cibati pane vitæ, & intellectus in illa receptione spiritus sancti. sed postea vespere diuiserunt spolia toti mundo. Nam cognitio, quam tota ecclesia habuit de rebus diuinis ab apostolis, fuit quasi vespertina respectu notitiæ, quam ipsi habuerũt à Christo per spiritum sanctũ in illa die. Et ideo Dauid vt ostenderet, quòd non solum apostoli receperunt spiritum sanctum cum donis suis quando Christus ascendit in altum: & dedit dona hominibus in die pentecostes, sed q; etiam apostolus Paulus recepit eadem dona in illo raptu: ait, q; ibi fuit aggregatus in illa societate Paulus in merito excessu ad prædicandum populo gentili cæteris &c. Itẽ vt Dauid ostenderet, q; illud idem quod operatus est Christus ipse Paulus in illo raptu, operatus est, & cæteris apostolis in die pentecostes ideo subdit. Manda Deus virtuti tuæ: confirma Deus hoc, quod operatus es in nobis &c. Ideo ait Paulus. Quia operatus est Petro in apostolatũ: operatus est, & mihi. ad Gala. 2. Et sic patet, q; id quod operatus est Chris apostolis in die pẽteco, operatus est & Paulo in illo raptu, & conuerso. Sed oẽs apostoli receperint dona spiritus sancti secundũ magis aut minus. hoc non est dubitandũ, sed relinquendũ determinationi ecclesiæ Romanæ ecclesiæ. Nam ego non repono aliquã rationẽ nec scripturã contrãdicentem supradictæ positioni: dignitas enim apostolica est tãm grandis, & suprema in ecclesia, q; post dignitatem virginis Mariæ nulli sibi cõferenda. Et ideo dicti sunt principes, & ces ecclesię & triũphatores de Diabolo, & toto mundo. Sed causa quare Dauid in hoc loco præponit Paulum ante alios apostolos, est non ratione dignitatis, sed quia primus cum Barnaba fuit missus ad prædicandum populo gẽtili. vt patet Act. 13. Sed causa quare Paulus magis fuit missus ad gẽtiles quam ad Iudæus, fuit ne diceretur, q; Paulus cõuertisset Iudæos propter peritiam quam habebat de lege, & pphetis. Sed Petrus qui nunquam habuerat literas missus est ad Iudæos, qui conuicit per scripturam legis, & prophetarum die pentecostes: per quod visum est, quòd illa scientia non erat humanitus acquisita. Deinde cum dicit.

Manda Deus virtuti tuæ: confirma Deus hoc quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Hierusalem: tibi offerent reges munera.

Est aduertendum, quòd qa Dauid prædixit in spiritu qualiter primò Iudęi, deinde reges, & imperatores, & principes populi gẽtilis, & etiam tyranni, & hęretici debebant multipliciter impedire istam expeditionem, & prædicationi apostolorum resistere, & ecclesiam persequi: & multos martirio coronare: quales fuerunt Nero, & Domitianus, & Gallenus, & Decius, & Diocletianus, & ceteri tyranni: qa pręcidit etiã in spiritu qualiter finaliter ecclesia debebat primò de populo Iu-

A lo Iudęorum, deinde de toto populo Gentili triumphare, Et ipsũ iugo Chri subiicere p cõuersionem magni Cõstantini: & hoc in virtute nominis Christi Iesu, & virtute spiritus sancti quem apostoli receperunt in Hierusalem in die pentecostes, quem etiam receperunt postea inuisibiliter martires, & doctores: Hoc ergo prędident Dauid in spiritu apostrofat ad Christum dicens. O Christe Deus manda, & præcipe virtuti tuæ. i. excita virtutem nominis tui Iesu: quod nomen Apostoli, & fideles portabunt in candelabro euangelico ante reges, & præsides: & perfice, & cõfirma hoc qđ operatus es in nobis à templo tuo in Hierusalem. Nam ibi creasti tẽplum, & ecclesiam in monte Sion in illa sancta societate vbi erãt 12. Apostoli cum Maria matre tua: & turba virorum, & mulierum 120. congregati: super quos misisti spiritum sanctum: & distribuisti eis dona gratiarum ad prędicandũ euãgelium, intelligendas scripturas, & ad resistendum tiranis, & hæreticis: & ad perferendas persecutiones, & tormenta: ergo cõfirma ista dona, & opera in apostolis, & martiribus, & doctoribus: vt vincant, & conuertant tiranos: & imperatores, & reges terræ: qui ante persẽquebantur nomen tuũ, & ecclesiã tuã: postea conuersi offerant tibi munera in ecclesia tua. Post conuersionem autem magni Constantini, omnia ista fuerunt cõpleta. Nã Constantinus conuersus, & baptizatus per Siluestrum publicauit edictũ per totum imperium, vt omnes Christiani liberè possent ædificare ecclesias. & primò dedicauit ecclesiã Saluatoris in palatio suo in Laterano. quã C mulus donis, & muneribus dotauit, imo Romam cum tota Italia põtifici Romano, & ecclesiæ Christi donauit. Et ipse sedẽ suam imperialem in Grẽcia apud Bizantium dedicauit. vbi ecclesiam, & templum miro artificio ædificauit: quã sanctam Sophiã. i. sapientiam in honorẽ Christi appellauit. Et exinde omnes reges terræ ad exemplũ imperatoris baptizati confractis idolis omnia templa in ecclesiis fecerunt consecrari: in quibus magna munera cõtinuè offerebant. Hoc ergo prædens Dauid in spiritu dicit, tibi offerrent reges munera. quasi dicat. O Christe confirma ecclesiam quã operatus es, & ædificasti in nobis à templo tuo in Hierusalem. sab illa congregatione ibi congregata: à quo templo, & congregatione ecclesia fuit diffusa per totum orbem. Ideo ecclesia dicta est Hierusalẽ: quia

inde fuit orta. Confirma ergo eam: & in ea of- D
ferent reges munera tanquã subiecti, & deuoti. Et vt hoc possit fieri, & in effectũ deduci.

Increpa feras arundinis: congregatio taurorum in uaccis populorum: vt excludãt eos qui probati sunt argento.

Increpa, iniquit, feras arundinis, & siluarum, qui sunt imperatores, & tirãni dicti ferę, & leones siluarum à ferocitate, & crudelitate qui volunt nomen tuum extinguere: & tuã ecclesiam extirpare. sicut fuit Nero Diocletianus &c. Isti dicti sunt feræ arundinis, quia licèt essent feroces, vt leones, & Vrsi: tamen eorum potestas erat arundinea, & vana: quia tantũm supra corpus. animã autem nõ poterant occidere: & tandẽ malè finierunt vitã eorũ: & eorũ potestas euanuit tanquã arũdo vento agitata, vt patet de Nerone, & Domitiano Seuero, & Diocletiano in ecclesiastica historia. Et subdit. Congregatio taurorum. E
i. increpa istas feras: quia facta est congregatio taurorum, i. imperatorum, & tirannorum in vaccis populorum. i. minoribus de populo. Nam populares sequebãtur imperatores, & reges, & tirannos ad persẽquendum ecclesiã, sicut vaccæ sequuntur tauros, & oues, sequũtur arietes. Ita ergo isti tiranni feroces sicut leones, & tauri simul cum popularibus persequebantur Christianos, qui probati sunt argento fidei, i. purificati in fide sicut argentum in igne. Et hoc faciebãt tiranni vt excluderẽt eos à fide Christi. Et ideo dicit propheta.

Dissipa gẽtes, quæ bella uolũt: ueniẽt legati ex Aegypto Aethiopia præueniet manus eius Deo.

O Christe increpa istas feroces bestias, & tauros, et comprime ferocitatem, et infidelitatem eorum, et dissipa gentes, quę bella uolũt F
cõmittere cõtra ecclesiam, et destruere eam: quibus dissipatis, et infidelitate eorũ destructa, et fide in eis cõstructa, et inserta, tunc veniẽt legati ex Aegypto ad ecclesiam, vt recipiant fidem, et faciant sibi obedientiam. Et tota Aethiopia, quæ est maxima regio inter Tropicos præueniet, et præmittet manus eius, i. eleuabit manus eius Deo ad obediendũ Chro, et recipiẽdũ fidẽ eius. Vñ p Aethiopiã, et Aegyptũ subintelligit, et cõprehendit totũ populum gentilem, et omnia regna mundi p nomen regulam de specie, et genere positam i prologo, sed specialiter memorat Aegyptũ et Aethiopiam, eò q; ecclesia prius floruit in Aegypto per Marcum, vbi maxima multitudo Christianorum incepit viuere secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A euangelium in fide Christi, in cõtinuo studio sacrarum scripturarum in himnis, et orationi bus, in qua ecclesia Alexãdrina multi postea floruerunt doctores successores Marci: intãtũ q illa ecclesia mittebat episcopos per partes mũdi ad instruẽdos fideles, vt ait Eusebius in ecclesiastica historia. Et ideo dicit prpheta, q ex Aegypto venièt legati, & doctores per omnes partes mũdi ad cõuertẽdos, & instuen pos populos ad fidẽ: Itẽ dicit, q Aethiopia p̃uement manus Deo: qa citius conuersa est p Mathæum. Et quia cõtinuè ex Aethiopia veniunt multæ manus, & societates ad visitãdũ sepulcrum Christi in Hierusalem, per quas duas prouincias subintelligit omnia regna mundi ideo subdit agendo gratias.

Regna terræ cãtate Deo psallite dño. Psallite Deo qui ascẽdit super celũ celi ad orientem.

B O cætera omnia regna terræ cãtate Deo, et psallite dño Iesu Christo, qa relicta spurcitia, & superstitione idolorum peruenistis ad agnitionẽ veritatis, & recepistis fidẽ Christi. Iõ psallite Christo Deo, & homini, q tanquã victor, & triunphator ascẽdit sup celum cæli. i. sup celum empyreũ, q hr celũ cæli, ad orientem. i. reuersus est ad patrẽ unde ortus est, & exiuit, & uenit in mundũ qñ incarnatus est, prout ipse dixit Ioã 15. Exiui à patre, & ueni in mundũ. Et iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ vnde exiui. Iõ litera Hieronymi habet. Qui ascẽdit ad principiũ, eò q pater est principiũ nõ de principio: & est principiũ productiuũ filii. Iõ ait Dauid. O uos fideles in Christo regenerati psallite Chro, q habita victoria de mundo, & diabolo ascendit super omnes cœlos: imo super cœlum empyreum vsque ad patrẽ, & sedet à dextris eius à C quo accepit omnem potestatẽ in cœlo, & in terra, & in inferno. Et ideo subdit.

Ecce dabit voci suæ uocem virtutis: date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mitte spiritũ sanctũ in apostolis, & dabit voci suæ uocẽ virtutis. i. dabit virtutẽ, & dona gratiarũ, et genera linguarũ apostolis, vt p̃dicẽt uocẽ euangelii omni creaturæ. Et Dauid cõuersus ad apostolos, & oẽs fideles dicit. O apostoli date gloriã Deo super Israel. i. prædicate euangelio, & omnia mirabilia opera Christi super cotã ecclesiã, & magnificẽtia ejus. & virtus eius sit in nubibus. i. vsque ad nubes, vel in nubibus. i. in apostolis, qui dicũtur nubes. Esa. 60. Qui sunt hi qui vt nubes ve

lant &c. Item hoc potest referri ad angelos q D receperunt Christum in nube in die ascensionis, & annunciantes vniuersalem potestatem Christi dixerunt, Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cælum? quia hic Iesus qui assumptus est à nobis sic veniet in potestate magna ad iudicandum mundũ: quemadmodum vidistis eum euntem &c. Et io cõclu dit.

Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.

Mirabilis erit Christus. Deus in sctis suis apostolis, & martiribus, & doctoribus, qua ad prædicationẽ eorũ dabit fortitudinẽ fidei, & virtutẽ spei, & caritatis, & aliarũ gratiarũ plebi suæ fideli: qa oẽs gentiles cõuertentur ad fidẽ, & ecclesia Christi dilatabitur per oẽs partes mũdi vsque ad terminos terræ. q̃d non fiet fortitudine armorum nec viribus humanis, nec per principes, & imperatores: sed per homines simplices, & plebeos, & piscatores: cui cet Chĩs reges, & philosophos, & imperatores in sola virtute nominis Iesu, quã receperunt, per tales simplices voluit suam omnipotentiã demonstrare, & ecclesiã magnificare. Ex to to isto psal. recolliguntur. 24. prophetiæ cõclusiones. Prima conclusio, q̃ relurgente domino, & descendente ad inferos infernus fugit turbatus à facie eius: eò q̃ expoliauit eũ, & iudicauit diabolum ad pœnam ęternam. Secunda cõclusio, q̃ Christus ascendit super occasum mortis: qa triumphauit de morte sua resurrectione: ita meruit ascẽdere super occasum cœli. i. super cœlum aqueum, quod est primum mobile ab oriente ad occasum. Tertia conclusio, q̃ Christus tres conditiones hominum eduxit ab inferno. i. vinctos, & latronem exasperantem. & quosdam de sepulcro, qui cũ eo surrexerũt: ita pariter tres conditiones eduxit de tenebris peccatorum. Nam Iudæos absoluit à vinculis legis, & gentiles exasperantes duxit ad fidem, & omnes eduxit de sepulcris peccatorum. Quarta conclusio, q̃ ecclesia Christi dicitur domus viuentium sub una fide, & una lege euangelica instituti. Quinta conclusio, q̃ sola ecclesia dicitur vere populus Dei. eò q̃ est concors multitudo hominum una lege sociata. Sexta conclusio, quòd sola ecclesia Christi dicitur hæreditas Dei: eo quòd eius ciues pertinent ad cœlestem hæreditatem, & à Deo possidentur per

A per gratiam. Septima conclusio, q̃ sola ecclesia dicitur esse Christi: eò q̃ in ea habitant animalia, & oues Christi pascentes pascua ecclesiasticorum sacramentorum. Octaua conclusio, q̃ Christus rector, & dispẽsator virtutum, & donorum dilecti patris sui dedit verbum apostolis euangelizantibus cum multa virtute miraculorũ. Nona conclusio, q̃ Christus dispensator bonorum dilecti patris sui diuisit spolia virtutum, & gratiarũ domui speciosę patris sui, i. ecclesię sponsæ suę. Decima conclusio, q̃ ecclesia est columba habens pẽnas de argentatas, & dorsum in pallore auri p diuersos gradus virtutum, & sanctitatis secũdum diuersos gradus sanctorum, qui figurãtur per diuersitatem pẽnarum columbæ. Vndecima conclusio, q̃ Christus ornauit ecclesiam sponsam suam diuersis gradibus ordinũ B & prælatorum & rectorum, & officiorum ad purgãdos, & dealbandos peccatores. Duodecima conclusio, q̃ sola ecclesia est mons pinguis pinguẽdine sacramentorum, in qua pascuntur oues Christi in pascuis vberrimis sacramẽtorum. Decimatertia cõclusio, q̃ Deus in sola ista ecclesia habitat per gratiam, & in superna per gloriam. Quartadecima conclusio, q̃ Christus in sua ascensione accepit omnia dona à patre omnibus distribuẽda. Quintadecima cõclusio, q̃ Chĩs moriendo destruxit mortem, & resurgendo fecit eam nobis per uiam, vt esset nobis per eam iter ad vitã, & ascendendo fecit nobis iter prosperum per cœlum ad gloriam. Sextadecima conclusio, q̃ exitus Christi ab hac vita fuit per mortẽ. Ideo meruit omnia supradicta dona à patre recipere, & totum genus humanum liberare, & saluare. Decimaseptima conclusio, q̃ C destructio, & punitio Iudæorum facta est in vindictam mortis Christi, vnde perdiderunt regnum, & sacerdotium. Decimaoctaua cõclusio, q̃ sicut exercitus filiorum Israel circuiuit terram promissionis per desertum, & montem Seir, & intrauit per Basan, & Iordanem, & vastauit omnes ciuitates Canaan cũ regibus, & habitatoribus suis: ita pariter per eandem partem introierunt copiæ Romanorũ, & destruxerũt omnes ciuitates: à Basan vsque ad mare occidẽtale, & vltimo cõbusserũt & euerterũt Hierusalẽ, & trucidauerunt vnã partẽ habitatorũ, & alterã captiuauerũt, & linxerũt pedes suos sanguine occisorũ, & carnes linxerũt. & satiati sunt sanguine Iudę orũ q̃d totũ factũ est in vindictã mortis Chri sti. Ex quo patet, q̃ vastatio Cananæorũ fuit D figura vastationis Iudæorũ. Decimanona cõclusio, q̃ ingressus filiorum Israel fuit figura ingressus apostolorũ ad populũ gentilẽ. Nã sicut illo ingressu Iosue elegit. 12. principes. s. vnum de quolibet tribu qui præcederunt. arcã cum leuitis tubicinãtibus, & psallẽtibus & pueris timpanizãtibus, & sic trãsierũt Iordanem cum Arca. & subiecerunt tota terrã cũ regibus suis: ita pariter Xps elegit. 12. apostolos ex eisdẽ. 12. tribubus q portãtes hoc nomẽ Iesus in Arca euãgelica intrauerunt per populum gentilem, & subiecerũt oia regna mũdi ingo Chri. Vigesima conclusio, q̃ sicut ex illis 12. patriarchis filiis Iacob multiplicatus fuit totus populus Israel per generationẽ carnalem: ita ex. 12. apostolis regeneratis à Chro multiplicatus est totus populus Christianus per regenerationem spiritualẽ, & baptismalem. Vigesimaprima conclusio, q̃ om E nes Christiani sunt semen Abrahæ, & filii Israel secundum promissionem, & spiritum: & sic tota ecclesia Christi est verus Israel Iudæis reprobatis. Vigesimasecunda conclusio est, q̃ virtus huius nominis Iesu, & virtus spiritus sancti, quã discipuli receperunt in monte Sion in Hierusalem in die pent. confregit & repressit ferocitatem, & crudelitatẽ imperatorum & tirãnorum ecclesiam persequẽtium, intantũm, q̃ apostoli, & martires, & doctores triumphauerũt de eis, & de toto populo gentili, & subiecerũt oia regna terræ ingo Chri, & ęgyptos, & æthiopia, & totus populus gentilis receperunt fidẽ Chri per cõuersionem Constantini: intantũm, q̃ reges terræ qui antè persequebantur ecclesiã, postea obtulerunt munera Christo in ecclesiis, quas construxerunt. Vigesimatertia conclusio, q̃ F Christus fuit mirabilis in sanctis suis apostolis. Nam per homines simplices, & piscatores vicit, & lucratꝰ est philosofos, & impatores. Vnde maioris virtutis fuit fides, & gratia apostolorũ: q̃ scientia philosophorum, & fortitudo, & potentia regum, & imperatorum. Vigesimaquarta conclusio est, q̃ iste psal. nõ potest præcisè intelligi de illo egressu Israel de ægypto, & peregrinatione per desertum, sicut ęęci Iudæi exponunt. Nam si Dauid nõ loquereꝰ prophetice in hoc psal. tunc non esset propheta, sed historiographus narrans solam historiam. Item multa intercesserunt in hoc psalmo, quę nullo modo cõueniunt illi historiæ. Nam hic propheta lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quitur de futuro dicens. Pluuiam voluntariã segregabis Deus hæreditati tuæ, ergo non loquitur de pluuia mannæ facta in deserto. Ité Deus non dedit illi populo verbum euangelizãtibus virtute multa: sicut hic dicitur: nec Deus accepit ab alio dona in monte Sinai hominibus distribuẽdo: nec exitus mortis, sicut hic dicitur: nec ægyptus misit legatos ad illũ populũ, nec æthiopia præuenit tunc manus Deo, nec regna terræ cantatur Deo Israel laudes nec crediderunt Deo, nec fuerunt subiecta illi populo, sicut in hoc psal. memoratur: ergo sequitur ꝙ Dauid ad literam loquit de Christo, & ecclesia sponsa, prout expositũ est. Sed qa Dauid in hoc psal. & cæteris aliquando vtitur figura pro figurato in vocabulis, ideo decipiuntur miseri, & cæci Iudæi, non percipientes sacramentum dei quo-
B modo omnia illa misteria facta sunt in figura Christi, & ecclesiæ. Et quomodo illa domus speciosa, & columba deargẽtata, & mons pinguis est ecclesia sponsa Christi, & quomodo Dauid præuidens in spiritu omnia misteria euangelica per illa misteria veteris legis fecit hunc psalmũ, & alios prophetice de Christo, & ecclesia. Ex toto discursu huius psalmi patet, ꝙ Salomon ex hoc psalmo &. 44. sumpsit materiam ad condendum librum canticorum. Eadẽ est enim materia in magna parte, nisi ꝙ mutauit stilum. Nam illo libello nil aliud facit, nisi ꝙ sub metaphora spõsi, & sponsæ describit totum discursum ecclesiæ ab incarnatione vsque ad eius prosperitatẽ post conuersionem Constantini. In hoc autẽ Dauid idem facit: nisi ꝙ incipit à resurrectione
C Christi: quando lex euangelica incepit promulgari, & quando ecclesia fuit per Christũ dotata: Et ideo Salomon quandoque vtitur eisdẽ vocabulis: quia ecclesiam appellat columbam, & speciosam, & ornatã diuersis ornamentis, & quandoque ponit vocabula illis correspondẽtia. Nam hortus irriguus idẽ est quod mons pinguis &c. Ideo nemo miratur si tantùm volui immorari in expositione huius psalmi, eò quòd est durus, & scabrosus ꝓpter vocabula metaphorica, & figuras grãmaticales. Et ideo potius volui satisfacere simplicibus sacerdotibus, & fidelibus singula pluries iterando quàm cum peritis profunda disputando.

PSALMVS. LXVIII.

SAluum me fac Deus. quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

Infixus sũ in limo ꝓfundi: & nõ est substãtia. Veni ad altitudinẽ maris, et tẽpestas demersit me.

Titulus secũdum Hiero. Victori super rosis siue liliis Dauid. Dicit Cassi, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum in persona totius populi existentis in hac captiuitate, eò ꝙ habitant inter infideles sicut rosa inter spinas, & allegat illud canticorum. Sicut rosa inter spinas sic amica mea inter filias: & dicit, ꝙ loquitur totus populus iudaicus tanquàm vna persona. Sed iste cæcus manifestè mentitur. qa ea quæ dicuntur in hoc psal. non possunt conuenire illi populo obstinato propter tam ꝓdicta, maxime quia nullibi passio Christi est magis manifesta, quàm in hoc psalmo & ratio est quia hic propheta magis videtur euangelista quàm ꝓpheta, & magis videtur scribere historiã passionis Christi, quàm ꝓphetiam. Item magis est credendum beato Ioanni euangelistæ qui fuit de secreto Christi, quàm ꝓphetæ qui fuit pulcher inter peccatores, sicut rosa inter spinas, quia solum ipse secundum naturam non fuit punctus spinis peccatorum Adæ & aliorum hominum. Et ideo sicut rosa, quæ est pulcherrimus florum, nascitur inter spinas & se non habens spinas, sed pulcrum odorem & colorem: ita Christus inter spinas peccatorum hominum, &c. Ex consequẽti intenditur ecclesia. Nam quod Christus habet peccatum, ecclesia habet per gratiam derivatum a capite suo Christo. Nam cum ipsa esset spinosa in filiis, tamen Christus per passionem suam, & sacramẽta amouit spinas peccatorũ, & reddidit ipsã pulcrã sine macula, & ruga, & fecit ipsam rosam: quæ quidẽ ecclesia hodie est inter cæteros populos infideles sicut rosa inter spinas, vt patet canticorũ. 2. Secundum vero. 70. titulus huius psalm est iste. In finem pro his qui commutabuntur ipse Dauid. Ad cuius intellectum est aduertendum, quid commutatio idem est quod cambium siue venditio, & emptio: vt puta quando vna res ex vna

A ex una qualitate siue cõditione mutatur in aliam, siue qñ pro una cõmutatur, & datur alia. Et sic dicimus, omnes Christiani, & fideles sunt commutati. Nam primò erant peccatores, & in potestate diaboli: sed per passionẽ Christi sunt comutati de peccato ad gratiã & de captiuitate in libertatẽ. Item sunt commutati per passionẽ. Nam Christus dedit vitam suam in cruce pro eis: & sic per passionẽ suam redemit omnes nos. Et sic dicit Aug. ꝙ in baptismo nil aliud facit ecclesia nisi ꝙ emit illum paruulum baptizatum pretio passionis Christi & liberat ipsum à captiuitate. Et sic passio Christi, fuit quẽdam commutatio, & sic oẽs redempti sunt cõmutati pro passione Christi, qa Christus dedit passionẽ suã patri, vt nos à captiuitate redimeret. Et tõ quia Dauid describit totam passionẽ Christi in hoc
B psal. quam passionẽ Christus dedit patri pro nobis in cruce: ideo Esdras præposuit titulo ꝓ rosis siue ꝓ his Christianis q cõmutabunt. Dauid fecit hũc ps. in ꝑsona Chri, & dirigit ipsum in Christum q est finis legis: qui dedit & obtulit passionem suã in hoc psal. memoratam pro his fidelibus qui redimentur: qui dicuntur rosæ, & lilia inter spinas infidelium. Vnde est etiam aduertendum, sicut sæpius dictum est, ꝙ quicquid passus est Christus in capite, passus est postea in mẽbris, & iõ iste psal. 1. competit Christo, & ex consequenti toti ecclesiæ. Sed quia tàm in Christo quàm in ecclesia ista quatuor fuerunt per ordinem primò prosecutio, & passio: secũdò liberatio, tertio punitio persecutorum, quartò prosperitatis Christi, & regni, & ecclesiæ, vbi diuinus cultus fuit ampliatus: Ideo quatuor facit
C Christus in hoc psal. per ordinem. Nam primò exponit querelam suam narrando totã suam persecutionem, & passionem. Secundò petit liberari. Tertiò petit vltionem de persecutoribus. Quartò promittit gratiarum actiones per diuinum cultum. 2. ibi Ego verò orationem. 3. ibi. Fiat mensa eorum. 4. ibi. Laudabo nomẽ Dei. Quãtum ad primũ duo fecit Christus. Nã primò exponit querelã suã ad patrẽ: Secundò petit fructum siue nostrã redemptionem pro meritis suæ passionis: Quãtum ad primum est aduertẽdum, ꝙ vehemens persecutio cõparatur periculo aquarum cõmuniter in sacra scriptura. Nã sicut excedẽs aqua submergit hominẽ sine defensione: ita, & vehemens persecutio. Sed triplex est periculum aquarũ: vnum in

D torrente siue flumine tẽpore magnarum pluuiarum. Secundò potest quis periclitari in aliquo lacu profundo, & limoso siue cœnoso. Tertiò i tẽpestate maris. Ita teperitur triplex persecutio. s. populi, & hipocritarũ, et regum. Nam persecutio, & furia populi cõparatur furiæ torrentis: nã sicut torrẽs tempore pluuiarum trahit arbores, & omnia, quæ sunt in ripa, & exit extra alueũ, sed in breui cessat eius furia, ita furia populi cõtra aliquẽ inuehit vsque ad mortẽ, sed cõpleta furia pœnitet eũ fecisse: vnde incipiẽte uno in populo oẽs sequũtur. Ité persecutio hipocritarũ cõparatur lacui profundo, & limoso: q licèt non mittat fluctus manifestos, tñ si absorbet hominem mò põt ide exire. Persecutio ãt regis cõparat fluctibus maris: qa rex, & princeps manifestè persequitur, & cũ magno impetu. Omnia ergo ista tria genera persecutionũ passus est
E Chs. Nã primò passus est psecutionẽ hipocritarũ. s. Scribarum, & Pharisæorum: quorũ malitia fuit profunda, & limosa: quia sub zelo eius processerunt cõtra iustum occultè, ne forte tumultus fierent in populo. Secũdò passus est à populo. Nã populus videns intentionẽ Scribarũ, & Pharisæorũ, furiosè, & absq; deliberatione moti sunt contra Chim: dicẽtes: Crucifige crucifige eũ, sed in breui pœnituit eos, postquàm fuit crucifixus. Nã videtes signa facta. s. tenebras super terrã &c. reuersi sunt in ciuitatẽ percutiẽtes pectora sua. Luc. 23. Tertiò Christus passus est à Pilato, q manifestè ipsum flagellauit, & sententiam mortis executioni mãdauit. Sic ergo Dauid istas tres pecutiones cõparat tribus periculis aquarũ. Dicit ergo Christus per os Dauid. O
F pater saluum me fac in hac passione: quoniã aquæ persecutionũ intrauerunt vsque ad animam meam. Nam quædam persecutiones non attingunt nisi vsque ad bona temporalia, quædã vero vsque ad corpus, vt cum qs patitur infirmitates, & dolores: sed istæ meæ persecutiones intrauerunt vsque ad animam meam, quia realiter mortuus sum, & separata est anima à corpore in cruce. Intrauerunt ergo aquæ vsque ad animam meam. i. vsque ad separationem animæ à corpore: qa passus sũ tres terribiles persecutiones. Nam primò intrauerunt aquæ torrẽtis furiosi vsque ad animam meam, quando totus populus fuit cõmotus dicens, crucifige &c. sed secunda persecutio siue periculum fuit peius. Nam infixus sum in limbo profundi Scribarũ, & Pharisæo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tum,& sacerdotum qa in malitia inueterata eorum infixus est pes meus:& exinde nō potui exire sine morte vsquequo in me nō fuit substantia,i.vita qa nunquam cessauit eorū limosa, & occulta malitia vsque ad mortem meā. Dicunt.n. hipocrite, & Scribæ,& Pharisæi, lacus limosus,& profundus propter ꝓfundā inquitatem, & malitiam, & auaritiā. Itē nō solum infixus in limo profundi Pharisæorum,& Scribarum, sed etiā tempestas maris furię, & potestatis ipius Pilati procuratoris imperatoris demersit me ad mortem crucis iudicando,& destinando. Et sic incidi triplex periculum aquarum persecutionū.s. furiosi torrentis, populi clamantis crucifige, limosi profundi lacus sacerdotum & Scribarum, & Pharisæorum machinātium in mortē meā et conspirando, improperando mihi peccata
B legis, & incidi etiam in tempestatē maris furiosi Pilati ferentris, & promulgantis in me sententiam mortis, & iste demersit me in sepulcro,& morte.

Laboraui clamans: rauce facte sunt fauces mee, defecerūt oculi mei, dum spero in Deū meū.

Nota ꝙ supradicta pericula fuerūt ita magna ꝙ Christus nullum habuit adiutoré nisi Deum patrem. Ideo ad ipsum clamauit vt eum liberaret. Sed quomodo fuit exauditus semper pro sua reuerentia, & quomodo illa verba orationis sunt intelligenda ad sensum in quo fiunt,& nō ad sensum quē faciunt.dictum est ps.2.& 21.ideo dicit Christus. Laboraui in templo, & per synagogas vocādo eos ad fidem. Secūdò in captione qñ dixi tāquā ad latronem &c.Tertiò in horto quādo ter oraui.Quartò in cruce quādo pro persecutori
C bus exoraui,& clamans sic prę nimio labore fauces meæ rauce factę sūt.i. omnia membra mea debilitata sunt, et viribus euacuata vsq; ad mortem ,et oculi mei defecerunt,i.lassati sunt, et clausi per mortem:dū spero, et sperabam in Deū meum patrē:spero dico, vt mea membra liberaret, et calix meus ad eos trāsiret eodē modo quo dictum est psal.21.et sperabam etiam quòd Iudęi conuincerentur,& cognoscerent veritatem.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Conforzati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustę:quæ non rapui tunc exoluebam.

Ipsi iudæi qui oderunt me gratis sine demeritis meis multiplicati sunt contra me super capillos capitis mei: quia plures fuerunt persecutores quā capilli capitis mei:et isti fue- D
runt populares decepti à sacerdotibus,et omnes isti tā pharisæi q̄ populares q̄ persecuti sunt me iniustè sine cā,et demeritis meis, cō fortati, et multiplicati,et fortificati sunt contra me falsa crimina imponēdo. Quæ non rapui. Hic probat qđ iustè passus est:Nā nullus punitur iuste nisi ex propriis demeritis, sed Christus nunq̄ demerui nec peccaui, sed passus est pro pctō primi parētis, et pro peccatis nostris præteritis, et futuris. Nā Adā rapuit fructū à ligno vetito:sed Christus passus est,vt nos liberaret.et iō ait.Quod nō rapui tunc,s.in cruce exoluebā ꝓ omnibus supplicia. Sed est aduertendū,ꝙ duplicē rapinā cōmisit Adā.Nā primò rapuit fructū ꝓhibitū. Secūdò voluit rapere diuinitatē volendo se effectum
E Deo:et iō perdi dit felicitatē, vt inquit Aug. et iō Deus factus est hō vt hominē rediuiuaret. Sed est aduertēdū qđ passio Christi vocatur iusta, alio modo iniusta dicitur. Nō pōt dici iusta,alio modo iniusta dicitur.Ita iusta rōne actorum quia mala voluntate Iudęorū ppetrata fuit sine cā,et demerito Christi quia talem mortem nō merebam, et dicitur iniusta rōne personę Christi:quòd dicitur iniusta rōne passionis,quia ipsa non fuit iustissima ratione primi parētis, quòd talem punitionem meruit. Sed quia Christus voluit effici caput fidelium, & pati, pro mēbris:vt nos omnes hoc faceremus:tunc rōne nostri illa passio fuit iustissima et modus redimēdi debitus, et congruus vt inquit Aug.13.de tri.ca.13.Et ideo in illa passione,nostra iustitia facta est:et nos iustificamus iustificati,et nostrum debitum persolutum.quia pœnas quas nos pendere, et persoluere tenebamur de iure. persoluit Christus pro nobis,licēt hoc fuerit factum mala voluntate Iudæorum.Ideo subdit Christus.

Deus tu scis insipientiam meam,& delicta mea à te non sunt abscondita.

In trāslatione Hieronymi dicit. Tu scis stultitiam meam,et peccata mea à te nō sunt abscondita.Quæ quidē litera dupliciter potest intelligi.Vnō modo ironicē per antifrasim,vt filius dicat,O pater tu scis insipientiā meam,qa nulla est,et delicta mea quæ mea quā feci. quasi dicat:tu scis quod nunquam peccaui.Alio modo hoc potest intelligi affertiuē retorquendo stultitiam,et peccatum in Adam, qui putauit rapere diuinitatem et per didit

A didit felicitatem,vt inquit Aug.Sed hoc potest adhuc dupliciter intelligi. Vno modo prout Christus peccata i ꝑsius Adam, & nostra dicit esse sua, nō quò ad culpam,sed quò ad pœnam,& hoc tanquā aduocatus,& procurator, & fideiussor, & pastor, & dominus, vt sponsus,& caput. sicut dictum est psal.17. & 21.Alio modo ista locutio potest intelligi per metonymiā, inquantūm effectus nominatur nomine causæ: sicut dicitur primo de anima,quòd ira est accensus sanguinis circa cor, & in secundò eiusdem quòd gustus est quidam tactus.i.fit ex quodā tactu &c. quæ quidem locutiones, & prædicationes dicuntur causales:quę frequēter fiunt in sacra scriptura. Ita ergo Christus omnes pœnalitates quas pro nobis assumpsit,& pœnas quas pro
B peccatis nostris pertulit,appellat peccata inquantùm fuerunt causata in eo ex peccatis nostris. Et sic famem, & sitim, & flagella, & crucem,& mortem suam: quam pro stultitia, & peccato Adæ, & omnium nostrum sustinuit,dicit peccata sua nomine causæ.Ita etiam per oppositum causa nominatur nomine effectus in scriptura: & sic Paulus concupiscentiam appellat peccatum ad Ro.7.cum dicit. Non operor ego: sed quod habitat in me peccatum: eò quòd illa concupiscentia, & lex membrorum efficit peccatum per consensum: quia ipsa non est peccatum formaliter,sed efficienter inquantum efficit peccatū in anima, vt ait beatus Iacobus cap. primo quòd vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus,& illectus.Concupiscentia autem cum conceperit parit peccatum:.peccatum autem cum consummatum fuerit gene
C rat mortem. Et sic peccatum etiam dicitur mors inquantùm efficit mortem. Ita etiam sacra scriptura per eādem rationem, & modū non solum pœnalitates, & pœnas Christi appellat peccata, sed etiam ipsum Christum dicit factum peccatum. 2.ad Cor. 5. Vnde ait apostolus,quòd Deus pater eū scilicet Christū qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. Ad cuius intellectum est aduertendum,quod quando suspenditur latro aut punitur aliquis reus non intendit lex naturam hominis delere, sed furtum aut quodlibet crimen in eo, & ideo furtum aut crimen est illud quod suspenditur in illo, & sic illa punitio,& suspensio dicitur peccatum inquātum est effectus, peccati, & criminis cōmissi. Cum ergo Christus fuit crucifixus, & punitus pro peccatis nostris, ideo scelera,& pec- D
cata nostra fuerunt in illo crucifixa,& punita: sic vt ait apostolus ad Romā.6.quod in Christo verus homo crucifixus est, & omnes fuimus crucifixi, & consepulti in eo: & ad Colosse. 2.dicit quod chirografum, quod contra nos erat, fuit affixum cruci cum eo. Itē Esai. 53. dicitur quòd Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrūm, & languores nostros ipse tulit &c.quasi dicat, quòd in eo crucifixit iniquitates, & peccata:& per consequens illa crucifixio effectiuè potest dici peccatum nostrum, idest sacrificiū pro peccato nostro, & hoc per figuram quę dicitur metonymia, Ita ergo est intelligendum quā do apostolus dicit, ꝙ pater fecit Christum filium suum peccatum.i.crucifixum, & punitum, & passum pro peccato, inquantùm in eo crucifixit, & punuit peccatum nostrum. E
Item fecit ipsum peccatum.i. mortalem, & passibilem pro peccato inquantùm mors, & passio, & pœna eius fuit effectus nostri peccati. Item Deus pater fecit Chrm pro nobis pctm.i.sacrificiū ꝙ nro pctō inquantū fuit factus sacrificium, & oblatio pro nro peccato sicut dictum est psal.39. Et sic etiam dicitur Osee.4.ꝙ sacerdotes comedebāt peccata populi.i.sacrificia, & oblationes,& quæ fiebāt pro peccatis populi.Et sic Christus in hoc loco, & psalmo peccata nostra dicit sua, non quòd ad culpam,sed quò ad pœnam,inquātùm sua mors, & passio fuit effectus causatus ex peccatis nostris in ipso.Et ideo ait. O pater tu scis insipientiam meam, i. pœnam quam patior propter insipientiam ipsorum primorum parentum.Et peccata mea.i.pœnalitates quas assumpsi, & pœnę quas patior, à te non sunt absconditę:quia non pa- F
tior pro me, sed pro peccatis filiorum Adā, qui rapuit fructum prohibitum. Et ideo qđ non rapui in Adam,tunc exoluebam in cruce, quia obtuli me in sacrificium pro peccato ipsius Adā & omnium filiorum suorum.

Non erubescant in me qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur super me qui querunt te Deus Israel.

In hac secūda parte petit Chīs fructū suę passionis scilicet ꝑ suā passionē mēbra sua liberari Nā sicut ꝑ suā resurrectionē nos glorificauit, ita per passionem nos à morte perpetua,& captiuitate liberauit.Ideo prius petit captiuos redimi, sed per passionē dicens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A O pater Deus Israel postquàm tu scis, & i te non est absconditum, q ego patior pro insipientia, & delictis membrorũ meorum ergo fac, vt illi sancti patres qui expectãt te in limbo non erubescant nec trustrentur desiderio suo: sed da mihi facultatem, vt idem possim eos liberare: quia per magna tempora expectauerũt Messiam in lege promissum, & meã mortem, & passionem per quam expectant liberari. Item fac etiam, vt prophetę non erubescant: nec mendaces inuenantur: qui per meam passionem genus humanum redimendum prædixerunt, ergo imple quod per eos promisisti. Aliter erubescent, & confundãtur. Item omnes viui qui quærunt te: & desiderãt peruenire ad te per me: & volunt sãlui fieri, non confundatur in me: Nam ego promisi omnibus credentibus vitam æternam: & per
B meã passionẽ liberari: ergo fac vt mea passio sit eis fructuosa, ne confundãtur aut deciplantur, & defraudentur in fide sua: postquàm ego feci debitũ meum, & fui tibi obediens vsque ad mortem crucis: & implcui omnia dicta prophetarum, ergo iustè debeo prædã recuperare postquàm in me eos iustificaui, & pro eis sõlui: & punitio in me facta. est. Et hoc probo.

Quoniam propter te sustinui opprobrium operuit confusio faciem meam.

Propter te, ideſt vt tibi sãtisfacerem pro eis, & vt tibi obedirem, & nomen tuum, & veritatem defenderem: sustinui opprobriũ. Nam Iudæi vocabant me voracem, & dęmoniacum, & samaritanum. Ideo confusio operuit faciem meam: cum ministri Pilati velarunt faciem meam, & credentes caput meũ
C dicebant. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit &c.

Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniã zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me.

Extraneus factus, & reputatus sum fratribus meis Iudęis de tribu Iuda: & peregrinus filius synagogæ matris meę, scilicet sacerdotibus, & scribis, & pharisęis: qa non tãquàm Messiam me receperunt: sed tanquàm peregrinum, & extraneum, & malefactorem flagellarunt, & crucifixerunt. Et hoc fecerunt quoniam zelus domus tuæ comedit me. Nã quia ejeceram ementes, & vendentes de templo zelans honorem domus Dei, & qa prædicabam contra eorum auaritiam: Ideo opprobria iudęorum exprobrantiũ, & blasphe D
mantium tibi ceciderunt super me. Nam quia eos reprehendebam de opprobrio Dei, & blasphemia, ideo eorũ ira cecidit, & redũ dauit super me. Et sic opprobria tibi facta ceciderunt, & redundauerunt super me, & resilierunt quò ad pœnam: quia hæc fuit causã quare occiderunt me. Alio modo potest exponi quò ad estimationem iniuriæ, vt sit sensus. Quare sum factus odiosus, & extraneus Iudicis? Respõdet: quoniã Zelus domus tuæ comedit, & penetrauit me: & exponit quòd: quia opprobria iudæorum exprobrantium tibi ceciderunt, & resilierunt etiam super me quia irreuerenter tractabant, & profanabant templum Dei, hoc cecidit mihi in iniuriam: E
quia iniuriam factam tẽplo Dei magis q̃ mihi ad iniuriam reputaui: quia meas iniurias, & opprobria mihi facta patienter tolerabi: sed opprobria facta Deo, quæ offendebant diuinitatem, tolerare nõ volui, quod patet, qa ementes, & vendentes de templo ejecit, & indemoti sunt Iudęi, & scribę, & pharisęi contra me. Ex quibus patet, quòd dupliciter opprobria facta Deo patri ceciderunt super Christum Primò inquantùm ea noluit tacere nec tolerare, sed magis quàm propria reputare. Secundò quia propter hoc ipsum occiderunt. Vnde omnes apostoli post receptionem spiritus sancti per hunc versum cognouerunt totum hunc psalmum esse factum literaliter de Christo, vt patet Ioan. 2.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Nota quòd passio Christi multipliciter, & q multis peccatis nostris satisfecit. Ideo fuit necesse vt multiplicem pœnitentiam in se cõtineret. Primò asperitatem vitę quo ad ieiunium, & carnis macerationem per cilicium. Secundò labores itinerũ. Tertiò contumeliæ, & opprobria in verbis. Quartò irrisionẽ. Quintò verba. Sextò vulnera. Septimò mortem in cruce. Ideo Christus postquàm ostẽdit superius patri qualiter satisfecit pro nobis tolerando opprobria, nũc in his duobus versiculis ostendit qualiter satisfecit, & passus est macerationem carnis per ieiunium, & cilicium, & cens. Et operui in ieiunio animam, & vinum meam, quia ieiunaui. xl. diebus. & xl. noctibus vt satisfacerem pro peccato gulæ ipsius Ad ã, & omnium aliorum, & tamen hoc fuit factum est opprobrium mihi. quoniam Iudæi me voracem, & vini potatorem volebant.

Et

Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.

Posui vestimentum meum cilicium, quia indutus eram cilicio aspero, macerando carnem meam pro peccato carnis eorũ, & tamen non fuit acceptum apud eos, imo factus sum illis in parabolam, & prouerbium.

Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.

Aduersum me loquebantur, qui sedebant in portis. Nam per aliqua tempora durauit q gentes, & vicini sedentes in portis suis variè loquebantur de passione mea. Nam quidam dicebant, quòd ex meis demeritis fueram flagellatus, & crucifixus vocando me seditiosũ & blasphemũ, & violatorem sabbati &c. Et q bibebat vinum in tabernis psallebãt in me. ideſt cantilenas cantabãt contra me, hoc forsan dicit, quia illi ministri pontificum, qui
B communiter erãt, & sunt histriones, & homines prophani, & discurrebãt per tabernas, cõposuerunt aliquas cantilenas contra Christificibus, & cantabãt per tabernas, & plateas vt ostenderent populo, q bene merito Christum crucifixerunt, imo surrexit prouerbiũ vulgare inter eos. Nã dicebat vnus alteri, cane ne eueniat tibi sicut Iesu Nazareno, q se Deum faciebat, sed Deus nec ipse se potuit de cruce liberare, & sic Christus agitabatur in opprobriis, & parabolis per portas, & tabernas, & plateas. Et ideo ait aduersũ me loquebantur. &c.

Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti Deus.

Hęc est secunda pars principalis: in qua
C Christus petit liberari per resurrectionem, & duo facit. Nam primò petit liberari. Secundò adducit rationes & persuasiones ibi. Exaudi me dñe. Quantùm ad primũ est notãdum, q tẽpus passionis, & totũ tẽpus gratiæ dr tẽpus beneplaciti, & acceptũ Deo ad exaudiendũ. Nam primò pater exaudiuit Christũ pro nobis propter merita passionis. Secundò ex consequenti exaudiuit nos. Esaię. 54. Tempore accepto exaudiui te, & in tempore sãlutis auxiliatus sum tibi. Item. 2. ad Corinth. 6. Ecce nunc tempus acceptabile &c. Dicit ergo Christus, ego vero ò domine pater ad te dirigo supple orationem meam in hoc tẽpore passionis, et gratię: quia est tempus beneplaci
ti, & acceptabile tibi sup. & tempus sãlutis.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: in veritate salutis tuæ. D

Quasi dicat, quòd tempus passionis, q gratiæ dicitur tempus misericordiæ ex parte patris, & tempus veritatis salutis nostrę ex parte filii. Nam quæcunque Deus pater misericors promisit ad sãlutem nostram, fuerunt impleta per Christum in passione: quia tunc fuerunt verificata diuina misteria patriarcarum, & dicta prophetarum de salute, & de redemptione nostra.

Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me: & de profundis aquarum.

Quoniam superius cõquestus est se infixũ in limo pfundi malitiæ Iudæorũ, & demersum in sepulcro, & inferno, & per mortẽ: iõ petit liberari per resurrectionẽ. Dicit ergo. O pater eripe me de luto potestatis Iudęorũ, & de luto inferni, vt nõ infigar. i nõ diu pmaneã in inferno; nec in sepulcro: sed tertia die
E resurgam, & libera me ab his Iudæis, qui oderunt me. Nam postquam resurrexero immortalis nõ amplius habebunt in me potestatẽ: imo erunt subiecti sub pedibus meis: &c. Et libera me etiam de profundis aquarum. i. quarumlibet persecutionũ, & periculorum tam inferni, quàm Iudæorum, & gentiliũ: & tãm in membris, quàm in capite.

Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.

Nõ me demergat, & totaliter extinguat tẽpestas aquę, & furiæ tirannorum. Vnde nota, q quosdã demersit tempestas aquæ, qa mortui sunt morte corporali, & quosdam absorbuit profundum inferni. f. purgatorii, & limbus: sed inde sunt per Christũ liberati, & super quosdã puteos inferni clausit, & vrsit os suum: quia nunq̃ inde, exierunt sicut Iudas, F
& cæteri dãnati. De oibus ergo his petit Xps liberari: vnde dicit: nõ me demergat totaliter tẽpestas aquę in mortẽ: sed in breue resurgã: nec pfundũ purgatorii: aut iferni absorbeat me: quia non descendo in infernũ, vt ibi purger, & diu maneam: sed vt, & ipsum expolię, & liberem captiuitatem sanctorum patrum. Ex hoc patet, q Christus non propriè fuit submersus nec absorptus, nec clausus in inferno: quia tanquã iudex, & triumphator, & liberator intrauit, & ideo in breui cũ triumpho, & pda exiuit, & sic infernus nõ potuit ipsum absorbere nec claudere os super eum: imo compulsus est infernus reddere prædam tyrannicè diù detentam. Hoc idem potest

moraliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A moraliter intelligi. Nam tempestas aquæ tẽtationis primò demergit peccator rem per propositum cum proponit peccare. Secundò absorbet ipsum in profundo: quando actualiter committit, & diù in peccato perdurat: sed super illum infernus claudit os suum qui in peccato sine pœnitentia moritur, & sic Christus ab omnibus his tribus gradibus peccati petit liberari in suis membris, quia ipse in capite secundum naturam fuit immunis.

Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor: velociter exaudi me.

Intende anime meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionẽ meam & reuerentiam meam.

B *In conspectu tuo sunt oẽs qui tribulant me: improperium expectauit cor meũ, & miseriã.*

Hic adducit quatuor rationes persuasiuas ad inclinandũ. Deũ patrem ad misericordiã, vt liberet eum. Prima ratio sumitur ex parte misericordię Dei. Secunda ex parte puritatis & innocentiæ Christi. Tertia: qa nõ est alius qui possit eum liberare. Quare propter sufficientem satisfactionem factã. Dicit ergo primò. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, quæ nescit deficere afflictis: & respice in me secundum multitudinẽ miserationum tuarum: quia iam consueuisti misereri afflictis, vt patet per totum discursum sacræ scripturę. Item moueat misericordiã tuã puritas & innocẽtia mea, & ne auertas faciem à puero tuo sine peccato, & ideo exaudi me velociter: quoniam tribulor à Iudæis: & intende animæ, & vitæ meæ, & liberã eã propter inimicos meos. i. ab inimicis meis eripe me: quia tu scis improperium meum mihi factum, & confusionẽ meã, & reuerẽtiã ideſt, dignitatem, & puritatẽ meã: & per consequens qa iniustè passus sũ: & sic me debes citius liberare. Litera Hie. hẽt ignorãtiã meã. quod idem est: & hoc tu non potes ignorare: quia in conspectu tuo, & cognitione sunt oẽs qui tribulant me tàm manifestè q̃ occultè, & scis qualiter cor meũ expectauit, & sustinuit opprobriũ, & miseriam: quia non tòlum me afflixerũt in verbis inferendo opprobria: sed verberibus flagellando: ergo miserere.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inuenit.

D *Et dederunt in escam meã fel: & in sitim meã potauerunt me aceto.*

Tertio ratio sumitur: quia non habeo aliũ adiutorem nisi te. Nam ego sustinui. i. expectaui aliquem qui simul cõtristaretur mecũ, & compateretur mihi, & condoleret mee miserix: & nõ fuit aliquis. & expectaui etiã qui me consolaretur, sed nõ inueni aliquẽ consolante: sed bene inuenti affligentes. Nã dũ petui potum in cruce ex nimia sitiritũc dederũt mihi fel in escam meam, ideſt in cibũ: & potauerunt me aceto in siti mea, vt patet Mat. xxvii. quia acetũ felle mixtũ dederũt mihi bibere. Et sic patet, q̃ sufficienter satisfeci pro peccatis primi parentis. Nam quia ille gustauit dulce dinẽ cibi prohibiti in paradiſo vltrà voluntatem Dei: propter quod totũ genus humanũ erat ad mortẽ cõdemnatũ: ideo in satisfactionẽ illius furti, & inobedientię ego sponte gustaui amaritudinẽ in cruce. Ex q̃bus patet, q̃ sufficienter est facta satisfactio pro peccatis. Adã. Nã quia ille fuit rebellis, & superbus, diẽs Deo, & superbus, ego factus sum humilis, & obediens patri vsq; ad mortẽ. Ergo ille fuit blasphemus, ego iam sustinui opprobria. &c. qa ille voluit rapere diuinitatẽ, ego iã fui ignominis coronatus, & quia ille fuit latro rapiendo fructum ex ligno, ego iam sui flagellatus, & reddidi fructum ex ligno crucis cum sui crucifixus. Et sic quod nõ rapui tunc exsoluẽdo & quia ille fuit homicida, quia se, & totũ genus humanum in mortem præcipitauit, hic ego innocens volui pro toto genere humano mortem assumere, & satisfacere, quasi dicat: in tota ista prima, & secunda parte. libera me postquàm ego sufficienter satisfeci: & resuscita me.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

In hac tertia parte Chris petit vltionẽ de crucifixoribus. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ sicut Iudæi multipliciter afflixerunt Christum, ita multiplici pœna punuit eos. & sicut Iudei addiderunt Chão dolorẽ super dolorẽ, & opposuerũt iniquitatem super iniquitatem cõtra eum, ita Deus addidit Iudæis pœnas super pœnas correspondẽtes pẽis, & sceleribus corũ. Nã primò sicut Iudæi rebellarunt contra Chm regẽ, & Messiã in legem bi promissum, quãdo dixerunt: nõ habemus regẽ nisi Cęsarem. ita pariter Deus permisit milites Romanorũ qui erant cum præsidibus qui fuerunt in Hierusalẽ per. 40. annos post passionem

A passionem Chri, inferentes tot opprobria, & vituperia, & afflictiones. intrũ, q̃ fuerunt cõpulti rebellare contra Cesarẽ, & Romanos: q̃ tũc cã destructionis corũ. Itẽ secundò sicut tempore paschæ prendiderunt Christum: ita tempore paschæ q̃ de oibus partib. erant in Hierusalem congregati fuerunt obsessi per Titum, & Vespasianum. Item tertiò sicut in die paschę crucifixerunt Christum, & dederunt sibi fel in escam, & acetum in potũ. Ita cum dolore, & amaritudine obsessi comederunt pascha in illa obsidione. Itẽ quartò sicut posuerunt velum Christo ante faciẽ dicẽdo; prophetiza nobis Chre, q̃s est qui te percussit, sic ita fuerunt velati ignorãtia, & cęcitate mẽtis, ne intelligerẽt sacramenta, & secreta scripturarum. Item quintò sicut imposuerunt

B crucem super humeros Chri, vt portaret eã vsq; ad Caluariæ locum. Ita Deus posuit super eos iugum seruitutis, & captiuitatis, vt vbiq; sint subiecti dñis mundi. Itẽ sextò sicut ipsi effuderũt furorẽ suæ super Chrm dicentes, crucifige, crucifige: ita Chris effudit super eos irã indignationis suæ in corpore, & aĩa, inferẽdo eis multiplicem miseriã: quia quasi quolibet anno mouẽtur populi contra eos, & expoliant, & trucidant eos. Itẽ septimò sicut ciecerunt Chm extra ciuitatẽ ad crucifigendum: ita fuerunt ciecti à sua ciuitate, & regno, & dispersi per totũ mundum, ciuitate, & templo destructo. Itẽ octauò sicut voluerunt Chm delere de mundo ipsum occidẽdo: ita fuerunt deleti de libro viuentiũ, & iustorũ, & scripti in libro mortis æternæ manẽtes in sua obstinatione. & damnatione. Itẽ nono si-

C cut addiderunt dolorẽ Chio, ita Deus addidit afflictionẽ super afflictionem in illis, xl. annis, & semp. Itẽ sicut imposuerunt iniquitatẽ sup iniquitatẽ cõtra Chm, quia super opprobria, & inuidiã addiderũt falsos testes contra Chm ita Deus apposuit eis iniquitatẽ super iniquitatẽ permittendo vt sup pẽtiũ necis Christi adderent obstinationẽ. vt in corpore, & anima iugiter puniãtur. Et hoc est qđ intendit dicere Chris per os Dauid in hac tertia parte huius psal. petens vltionẽ de Iudæis crucifixoribus suis, & successorib. eorum. Vn de ait, O pater quia Iudæi dederunt mihi fel in escã meã, & in siti mea potauerunt me acето in cruce in die paschæ, ergo fac vt in vltio nem tanti sceleris fiat mensa eorum, & conuiuium agni paschalis in laqueum, & scandalum corã ipsis in eodẽ die paschę. Hæc autẽ petitio fuit impleta. nã cũ Iudæi ex oĩbus partibus mũdi essent congregati in Hierusalẽ in die paschæ, intrauerũt copię Romanorũ ex parte orientali per Iordanẽ, & subito obsederunt Hierusalẽ vt dictũ est psal. præcedenti. quę q̃dem obsidio durauit vsq; ad mensem. Aug. vt iquit Iosephus. Et sic sunt capti tanq̃ in laqueo & reti. Ex quo patet, q̃ mensa agni paschalis fuit conuersa eis in laqueũ, & scãdalum in retributionẽ & vltionẽ mortis Chri, quẽ in die paschæ crucifixerunt: & illi fel in escã præbuerunt, & ipsum aceto potauerũt.

D *Obscurẽtur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.*

Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Itẽ quia in tali die velauerũt faciẽ Chii di cẽtes, pphetiza nobis Chre q̃s est ille qui te percussit &c. iõ obscurẽtur oculi mẽtis eorũ, ne videãt sacra Dei in lege, & phophetis, sed velũ ignorãtiæ, & cęcitatis sit semper ante oculos eorũ ne intelligãt veritatẽ scripturarũ, & sic nõ tòlum puniant in corpore, sed multo magis in mẽte. Itẽ sicut imposuerunt cruẽ super me, ita tu pater incurua & subiice super dorsum eorũ iugo seruitutis nõ solum spũalis, sed ẽt temporalis, vt vbiq; sint subiecti, & captiui, dispersi per omnes nationes.

Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Sicut ciecerũt me extra ciuitatẽ ad crucifigendũ: ita fiat habitatio eorũ deserta, & destructa, & eiiciãtur de habitationib. suis partim dispersi, & captiui per mundũ, & in tabernãculis suis ipsius Hierusalẽ nõ sit aliquis eorũ qui amplius inhabitet, sed sint exules in æternum. Et hoc fiat iusto Dei iudicio.

F *Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerũ meorũ addiderunt.*

Me quẽ tu percussisti, & pro mundo percuti ex mia permissisti, ipsi mala, & iniqua voluntate, & inuidia, & odio persecuti sunt vsq; ad mortẽ semper addendo mala malis, qa sup op, pbria addiderũt falsa testimonia, & postea addiderũt alapas, & postea flagella, & postea mortẽ. Et sic addiderũt dolorẽ sup dolorẽ vulnerũ meorũ. Nã sicut addebãt mihi dolorem super dolorẽ corporalẽ, & vulnus super vulnus: ita addebãt sibi ipsis dolorem super dolorem spiritualẽ, & vulnus super vulnus peccati. Et sic addiderunt peccata peccatis.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A O tu pater appone iniquitatē sup iniquitatē eorū nō effectiue, sed ꝓmissiue. i. nō des eis gratiā, vt cognoscāt pctm̄ suum, sed maneāt semꝑ in eadē obstinatione, & cæcitate, & sic apponēt obstinationē, & cęcitatē supra primū pctm̄, vt nunquā intrēt in iustitiā tuā. i. ꝙ nunq̄ ꝑ pniam iustificētur, sine qua pnia pctōr nō pōt iustificari nec in iustitiā reduci Et nota, ꝙ sicut iudæi addiderūt dolorē corporalē supra dolorē ipsi Christo, & vulnus supra vulnus, ita pariter Xps nō solū addidit eis dolorem, & vulnus spūale pctī supra vulnus, & dolorē, & culpā supra culpā sed et addidit dolorē, & pœnā corporalē sup pœnā: nā supra obsidionē addidit famē, & mediam: deide destructionē ciuitatis, & tēpli, & trucidationē maioris partis, & captiuitatē, & dispersionem aliorum. Ité sicut ipsi addiderunt pctm̄, & iniquitatē cōtra Chm̄ quò ad culpā, ita Chs addidit eis, & apposuit iniqtatē sup iniqtatē, quo ad pœnā tēporalē & æternā. Nā duplici pœna puniunt. s. pœna seruitutis, & captiuitatis tēporalis, & pœna culpæ, & obstinationis, & cæcitatis spūalis. Et ideo dicit appone iniquitatem super iniquitatem eorum. i. pœnam duplicem pro iniquitatibus eorum, Et ideo subdit, & non intrent in iustitiam tuam supplē per pœnitentiam, sed semper maneant obstinati. Ideo subdit.

B

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

Ad cuius intellectum est notandum, ꝙ liber vitæ siue viuentiū dupliciter sumitur in sacra scriptura. Nā vnus dicitur liber diuinæ prędestinationis secundū æternum ꝓpositū, & tunc nihil aliud est nisi diuina volūtas beneplaciti, quæ ab æterno ꝓposuit gratiā iustis ꝓpararet, & eos elegit, & in suo libro ascribendos, & iustificandos proposuit: in quo libro ab æterno primò fuit scriptus Chs hō, & virgo Maria, & oēs apostoli, & iusti. Secūdus liber dicitur liber vitæ secundum præsentem dispositionem, & iste est cōsciētia cuiuslibet iusti dispōsita per gratiam: & iste liber nō est in Deo nisi obiectiuè, inquantum Deus perspicit in aia iusti similitudinē suæ bonitatis, per quam iustus est Deo gratus, & acceptus, ſm præsentem dispositionem & de isto libro multi nouiter delentur per peccatum, & in eo nouiter scribuntur ꝑ nouā gratia. Ita pariter est duplex liber mortis: vnus dicitur secundum ꝓpositum, in quo Deus ab æterno nouit reprobādos, & obstinādos, et æternaliter puniēdos & alter dicitur liber mortis secundum præsentē dispositionē, in quo sunt scripti peccatores temporaliter secundum ꝙ sunt extra gratiā in pctō. Et isti duo libri nunc tis nullo mō sunt in Deo nisi obiectiuè ſm, ꝙ in eis nouit Deus culpā & distorsionē secundum præsentē dispositionē. Differt ergo liber vitæ ſm æternum propositum à libro vi te ſm præsentē dispositionē: nā ille est solū semel ab æterno scripto nullus deleatur, ab isto multi delētur per pctm̄, sicut in eo multi nouiter scribuntur per gratiā. Ité liber vitæ ſm propositum æternum differt ab vtroq; libro mortis: nā ille liber est solum in Deo et sit diuina voluntas, quæ est sola cā oim prędestinatorum: sed liber mortis tā primus, q̄ secundum pſentiā: eò ꝙ Deus non est causa obstinationis nec pcti alicuius, per qđ scribat in libro mortis, & reprobationis: & nō solū liber mortis mihil aliud est nisi cōsciētia hois subiecta peccato à Deo difformi Vnde in duobus libris. s. mortis, & vitæ dicitur Apo. 20. ꝙ in die iudicii mare, & mortuos suos, & aperti sunt libri: & alius liber apertus est alius liber q̄ est vitæ, & iudicati sunt mortui ſm ea quæ erāt scripta in libris, & qui nō est scriptus in libro vitæ mittus est in stagnum ignis Ex supradictis patet, ꝙ liber vitæ prædestinatorum est tantūm vnus, in quo sunt scripti ab æterno soli electi, & iusti, eò ꝙ est ipsa æterna voluntas, sed alii libri tā mortis q̄ vitæ secundum præsentem dispositionem sunt multi, quia vnusquisq; in scientia, et aia hois est liber suorum operum, secundùm quæ opera saluātur vel dānantur, de quo libro quis pōt deleri per pctm̄ autem ꝙ eo scribi per gratiā. Et de isto secūdo libro uentium secundùm prędictam dispositionem petit Christus per prophetam ꝙ deleantur Iudæi propter peccatum necis Christi, & ꝙ nunquā rescribantur in eo per pœnitentiam, sed semper maneant obstinati. Sed est aduertendum, ꝙ ista locutio licet procedat per modum petitionis, tamen non est locutio nec petitio affectiua, sed prophetica, & prænunciatiua: quia Christus sicut nō venit damnare, sed vocare peccatores ad pœnitentiam: ita nunquàm petit à patre damnationem, sed salutem. Ideo in hac parte: quantùm Deus: ideo prædicit eorum futurā damnationem.

C

A damnationē in corpore, & anima: Qño autē peccatum Iudæorum est grauissimum oium peccatorum, & per omnia simile peccato diaboli, patebit psal. 81. & psal. 108.

Ego sū pauꝑ et dolēs salꝰ tua Deus suscepit me.

In hac quarta parte Christus agit gratias patri suo de liberatione sua ꝑ resurrectionē explicando fructū suæ passionis. Dicit ergo: Ego sum, & fui pauper in tota hac peregrinatione: qa in aliena casula, & præsepio natus, & in alienis ædibus receptus, & hospitatus, & pastus, & in alieno sepulcro sepultus, & sui et dolēs qa multiplicibus doloribus, & flagellis affectus, & tamē salus tua suscepit me de sepulcro, me ad vitam gloriosam suscitando. Ideo agendo gratias pro tanto beneficio.

Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

B Felliuitates annales, & diuina officia celebrando, & septies in die horas canonicas recitando. Deinde cum subdit.

Et placebit Deo super vitulum nouellum: cornua producentem, & vngulas.

Dicit. nō solum dicā tibi laudes septies in die, quod pertinet ad primā partē, sed et offe le. s. sacramentū eucaristiæ in quo offertur agnus immaculatus, qđ pertinet ad secundā partē latriæ. Ideo ait: tunc placebit Deo sup vitulū nouellū. i. sacrificiū eucaristiæ, qđ offe rā in lege gratiæ, placebit Deo sup vitulum nouellū. i. multo magis placebit Deo sacrificiū eucaristię quàm vitulus nouellus cornua producēs, & vngulas, qui offerebatur in vet. test. Nam ille tantùm offerebatur in figura, C ferebat in re, & veritate. Nam ille vitulus non continebat realiter Christum, sicut continet hoc sacrificiū: ideo illud non iustificabat nec erat Deo per se acceptabile, sicut istud quod de se iustū, & validum de opere operato. Et iō hoc sacrificiū est in quo pater sibi complacet, & recipit ipsum in pretium pro peccatis nostris &c. Iste versiculus potest etiam intelligi aliter, intelligendo per vitulum nouellum ipsum Chm̄ tunc in cruce, & quotidie in altari oblatum: vt sit sensus. Et tunc tēpore grę placebit Deo. i. erit Deo placitū super Chm̄ vitulū nouellū figuratū ꝑ vitulū antiquū vel. & vngulas. cornua dico. i. victoriā, & dominiū, & vniuersalem potestatē habentem in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis ad saluandos, & sublimādos fideles. Et producē tem vngulas dico, ad aperiendum infernum, & confringendos vectes ferreos, & portas æreas, & educēdos sanctos patres de limbo, & ad carpendū, & cōterendū diabolum, & mē bra eius. Hæc cornua, & vngulas produxit Christus in cruce: quibus aperuit infernum, & penetrauit cœlum. & deiecit diabolum solas, & aperuit nobis scripturas. D

Videant pauperes et lætentur, quærite Deū, & viuet anima vestra.

Hic ꝓpheta exhortatur populū fidelium, & vniuersalem ecclesiā ad recipiendū Christū, & vt cū deuotione recipiāt supradictū sacrificiū: vñ ait. Videāt pauperes Christi imitatores, & mūdi contemptores Christum in suo aduentu, & videant hoc sacrificium iugiter in ecclesia celebrari, & lætentē se esse redēptos per Christum in ara crucis immolatū, & E cōuersus ꝓpheta ad fideles ecclesiæ apostro fat dicens. O fideles quærite Deum Chm̄ in suo aduentu in hoc sacrificio, & viuet anima vestra vita gratiæ, si deuotē, & spiritualiter sumpseritis ipsum, qa ipse dicit Ioan. 6. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me ipse viuet propter me, & qui manducat hunc panem viuet in æternum: quia hic est panis qui de cęlo descendit à patriarchis, & prophetis diu desideratus. Et ratio est, ꝙ lætentur omnes pauperes & fideles in Christo.

Et quoniam exaudiuit pauperes dominus: & vinctos suos non despexit.

Exaudiuit dñs pauperes Xpm̄ expectātes, & nō despexit vinctos suos: qui erant in limbo inferni detēti: quos Christus liberauit. Nā cū cornibus crucis diabolū vicit, et deiecit, et F cū vngulis suę potētiæ infernum aperuit, et cōfregit, et vinctos patres inde deduxit. Ergo.

Laudent illum cœli, & terra: mare, & omnia reptilia in eis.

Laudent illum cœli. i. angeli: qa Xps eorū ruinā reparauit, et laudet eū terra. i. hoies redēpti, et laudet ipsum mare. i. oēs insulæ, et oia reptilia. i. oēs habitātes, et gradientes in eis. s. in mari, et terra: qa generaliter oēs sunt redēpti, quia vsq; ad oēs insulas maris pennit euangelica prædicatio. Et sic omnes creaturæ intellectuales laudant Deum, et agunt Christo gratias pro beneficio redemptionis. Apoc. 5. Nā omnes angeli stabant in circuitu troni dicentes: dignus est agnus qui occisus est accipere gloriam, et honorem &c. et

turba

Universidad de Deusto
Biblioteca

A turba magna quam dinumerare nemo poterat clamabant, benedictio, & claritas. &c. Deinde cum dicit.

Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

Dat cām quare Xps est laudādus & adorā dus: & dicit. Iō laudet eū cęli, & terra: q̄m ip se saluā faciet Sion, i. ecclesiā toto orbe diffusam: in qua Deus speculatur, & contēplatur, & per ipsum Christum ædificabuntur ciuitates Iudæ, i. ecclesia quæ vere dī Iuda, eò q̄ sola ipsū Deū confiret vt frequēter dictū est.

Et in habitabūt ibi & hæreditate acquirēt eā.

Fideles Christum confitentes habitabunt ibi in hac Iudæa, & ciuitatibus eius, & hereditate acquirent eam. Nā Iudæis sēdm carnē ejectis soli Iudæi secūdum spiritū, & promissionem habitant in ecclesia ista per gram, & acquirēt supernā in æternā hęreditatē, & isti fuerunt apostoli, & discipuli qui Christū cōfessi sunt: & ædificauerunt ecclesiā sanguine suo, & miraculis, & doctrinis, & exemplis, & has ciuitates, & ecclesias reliquerunt nobis in hæreditatem. Et ideo sequitur.

B *Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.*

Semen seruorum eius. i. populus Christianus qui est semen apostolorū seruorū Chri habitabunt in ea. Nam populus Christianus est semē apostolorum per baptismū in Chio regeneratū, & oēs fideles qui diligunt nomē Dei quod est Iesus habitabūt in hac ecclesia per gram, & in superna per gloriā. Et nota, q̄ ly semen seruorū eius, nō solū pōt referri ad apostolos: sed etiā ad patriarcas. s. Abraham, Isaac, & Iacob, & Dauid. Nam totus populus Christianus est semē Abrahę, & Israel sēdm spiritū, & ꝓmissionē. vt patet ad Ro. 9. & 11. vt supradictū est in prologo tractatu. 4. Nā sicut Iacob genuit. 12. patriarcas, per quos carnaliter generauit, & multiplicauit totū illū populū: ita Christus q̄ est verus Iacob regenerauit spiritualiter. 12. apostolos qui fuerūt. 12. patriarchæ, per quos Xps regenerauit & multiplicauit per baptismū totū populum Christianū. Et ideo populus Christianus dicit semē Abrahę, Isaac, & Iacob sēdm promissionē, & spiritū, & dī semē apostolorū per regenerationē baptismalem, & ideo quādocunq; in sacra scriptura memorātur. 12. tribus dni siue Israel semper intelligitur populus Christianus per illos 12. apostolos, & spirituales patriarcas regeneratus, & principatus, & multiplicatus, vt dictum est psal. precedenti Ezēch. 12. patriarchæ spirituales iudicabunt. 12. tribus Israel carnales in die iudicii simul cū Christo assistentes, vt ait saluator Mat. 19. Ex supradictis patet, quòd Dauid in hoc ps. magis videtur euangelista quàm propheta, quia magis videtur historiam passionis Christi contexere, quam prophetiam prænunciare. Et toto isto psalmo possunt recolligi. 16. conclusiones.

Prima conclusio, q̄ triplici persecutione Chs fuit afflictus in sua passione. s. scribarū, & pharisęorum, & populi gentilis, & Pilati.

Secūda cōclusio, q̄ aquæ pſecutionū Xpi intrarūt vsq; ad separationem aīæ a corpore.

Tertia cōclusio, q̄ Xps in sua passione habuit publicum adiutorē de suo populo.

Quarta conclusio, q̄ Christus in sua passione ne exsoluit quod nunquam rapuit: quia duobus furtis ipsius Adam persoluit in cruce. Primò quia Adam rapuit fructum prohibitum de ligno scientiæ boni, &c. Secundò quia voluit rapere diuinitatem.

Quinta cōclusio, q̄ quinque in scriptura penalitates, & pœnæ Christi appellantur peccata, non formaliter sed causaliter per metonymiam, inquantùm fuerunt effectus nostrorū peccatorum, vel dicuntur peccata nō quo ad culpam: sed quo ad pœnā, inquantū Christus passus est pro peccatis nostris.

Sexta cōclusio, q̄ Xps sustinuit opprobria, & passionē, primò vt obediret patri: secundò vt nos à morte liberaret, & hę propter nos ita ętus est extraneus fratribus suis Iudæis.

Septima conclusio, quòd Christus propter zelum domus Dei visus est extraneus, & rebellis scribis, & pharisęis.

Octaua conclusio, quòd totum tempus ab aduentu Christi vsque ad iudicium est tempus acceptabile, & dies salutis.

Nona conclusio, q̄ Christus sufficienter ostendit patri pro nobis per ieiunium, & labores, & mortem, & passionem.

Decima cōclusio, q̄ sicut Iudęi multipliciter afflixerunt Chm: ita multiplici pœna sunt punti correspondente sceleribus eorum.

Vndecima conclusio, q̄ sicut Iudæi addiderunt Christo dolorem super dolorem, & vulnus supra vulnus: ita eis Deus addidit pœnam temporalem supra pœnam.

Duodecima conclusio, quòd sicut Iudæi posuerunt iniquitatem super iniquitatem contra Christum quò ad culpam: ita Christus apposuit

A apposuit eis iniquitatem obstinationis supra iniquitatem peccati. Decimatertia cōclusio, q̄ sacrificiū eucaristiæ, in quo offertur Chs est Deo magis placitū quā vitulus nouellus, & quælibet sacrificia ve. le. & etiam Deus pater magis acceptat vitulum nouellum no. te. qui est Christus oblatus in altari, quā vitulū antiquū qui offerebatur i lege: eò q̄ Christus vitulus nouellus figurabatur per illum vitulum antiquum qui in figura huius offerebatur in lege. Decimaquarta conclusio, q̄ non erant Christū recepturi nih soli pauperes. i. illa terrena cōtēnentes, qui est populus Christianus. Decimaquinta conclusio, q̄ Iudęa, & Sion, & Hierusalem, quam Messias erat saluaturus, & ædificaturus, est ecclesia toto orbe diffusa, quę Christum confitetur esse Deum,
B & contemplatur, & videt per fidem. Decimasexta conclusio, q̄ semen Christi, & apostolorum seruorum eius, qui est populus Christianus in Christo per baptismum regeneratus, erat possessurus istam Iudæam, & Sion toto orbe diffusam: & in ea debebat habitare hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

PSALMVS. LXIX.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me festina.

Titulus. Victori siue in finē ps. Dauid ad recordandum. Ex titulo apparet, q̄ Dauid fecit hunc ps. dirigens nos in Christum & ecclesiā qui est finis legis, sed additur ad recordandū, inquantùm recordantur, & memorantur afflictiones & passiones Christi, & ecclesiæ. vel forsitan quia iste ps. frequenter recitabatur in templo: maximò propter primum versum
C qui festinanter petit auxilium à Deo, quo cō tinue indigemus. Ité hoc etiā additū est: quia Dauid prævidit in spū, q̄ iste primus versus erat cantandus quotidie in ecclesia in principio horarū. In quo ps. introducit Chs & ecclesia petes festināter liberari ab afflictionibus, & persecutionibus. vnde tria facit. Nā primò petit liberari. Secūdò petit punitionē persecutorū. Tertiò præmiū fidelium. Secundū ibi. Confundantur. Tertium ibi, Exultent & lætentur. Dicit ergo Chs. O Deus ps. intēde in adiutoriū, auxiliū meū, & ò dne festina, & accelera ad adiuuādū me, vt sit breuis mea resurrectio in tertia die.

Confundātur & reuerentur qui quærunt animam meam.

Nota quòd totum residuum huius ps. est dispsalma, pars vltima psal. 9. vbi sufficienter literaliter de Christo quò ad humanitatem expositū est. Ideo breuiter est transeundum. Dicit enim Christus. O pater festina ad adiuuandū, & resuscitādum me, vt confundantur, & reuereantur. i. verecundenē Iudęi qui quærunt mihi mala, siue q̄ quærunt animam meam, & vitam: qa per mortem putāt me nunq̄ resurgere: sed totaliter extingui, & deleri. Et sic videtes me resurgere & regnare.

Auertantur retrorsum, & erubescant qui volunt mihi mala.

Auertantur retrosum. i. cadant à dignitate, & sacerdotio, & erubescant dispersi p̄ mūdum, & subiecti oēs prędicti Iudæi, qui semper mihi volunt, & deliderant mala. &

Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi euge euge.

Idest qui lętabunē in morte mea, & purabāt se irā Dei euasisse, erubescentes de resurrectione, & exaltatione mea auertātur, & cadāt à dño statim: & sint captiui, & subiecti oī bus nationibus. maximè erubescant illi qui dicebant si filius Dei &c. Sed per oppositum.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicāt semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

Fideles qui quærūt te per fidem exultēt, & lætentur hic per gratiam, & in futuro per gloriam: & omnes qui diligunt salutare tuū. i. qui receperunt Messiam Iesum filium tuū gratias agentes de beneficio redemptionis dicant semper manificetur dominus qui redemit nos. Et sic magnificabunt Deum in beneficiis suis in omnibus horis, & officiis canonicis nocturnis pariterque diurnis. Et concludit finem cum principio psal. cum subdit.

Ego verò egenus et pauper sū Deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Pauper sum destitutus parentibus, & amicis, & bonis temporalibus: quia in alieno sepulcro sepultus sū: ideo Deus adiuua me, & ne moreris. nec tardes me resuscitare: quia tu solus es adiutor, & liberator meus. Est tñ aduertendum, q̄ totum hoc quod dicit Christus i hoc psal. in pſona capitis inquantū hō: dicit in persona totius ecclesiæ. quicquid enim passus est primò in capite: postea passus est in membris. & sicut ipse liberatus est per resurrectionem: ita ecclesia surregit à persecutione, & liberata est per conuersionem Constantini, vt sæpius dictum est. Ideo totus psal. dictus potest exponi de tota ecclesia.

Psalmus

Universidad de Deusto
Biblioteca

PSALMVS. LXX.

In te domine speraui: non confundar in eternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.

Iste psal, apud Hebræos est omnino sine titulo. Ideo dicunt quidam eorum, q̄ iste psal. est idē cū præcedēti. Sed oppositū tenet annotatio pſ. secundū eos antiqua, in qua psal, p̄cedēs annotatur. 69. & iste annotat. 70. Sed quia in quibusdā bibliis latinis reperitur iste psal. pro filius Ionadab: ideo creditur hoc esse additum ab aliquo expositore, eò q̄ iste psal. loquitur de peregrinatione ecclesiæ ab Adā, vsque ad Antichristum, quæ figurabatur per filios Ionadab qui semper peregrinabātur vt patet. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ totus discursus ecclesiæ ab Adam vsque ad Antichristū cōsideratur, & mensūratur per 7. ætates, quarum tres discurrerunt ab Adā vsque ad Christum, & exinde. 4. vsque ad finem mundi. Nā Adam mysticus peregrinatus est à iugo legis per totam infantiam, & peccati, & iugo legis per totam infantiam, & pueritiam, & adolescentiam vsque ad Christum, in quo fuit saluatus, redemptus à seruitute peccati, & absōlutus à iugo legis. Sed post ascēsionem Christi in sua iuuentute, postquàm à Christo fuit redemptus, & regeneratus, confestim incidit in persecutionem tirannorum, & paganorum, de qua fuit liberatus per conuersionem magni Constantini. Sed illico in sua virilitate, incidit in persecutionem hæreticorum maximè Arrianorum: de qua fuit liberatus per Augustinū, & cęteros doctores vsque ad tēpora Iustiniani. Sed in senectute incipit in persecutionē Maometi, in qua modo est, de qua expectat liberari. Sed in senio cū tremore expectat persecutionē Antichristi, de qua sperat liberari p Chrm, Omnia ergo ista considerans, & prędictēs Dauid in spū fecit hunc pſ. in pſona ecclesiæ, in quo quinque facit. Nā primo cū firma spe petit liberari, & saluari, & redimi p Chrm de seruitute, & captiuitate pctī in suo primò aduētu. Scdò petit liberari in sua iuuentute de pſecutione paganorū, & in sua virilitate de persecutione hæreticorū. Tertiò petit liberari in sua senectute pſecutione saracenorū, & oim maometanorū. Quartò petit liberari in senio de persecutione Antichristi. Quintò promittit agere grās in finē. Scdm ibi. Deus eripe me de manu pctōris. Tertiū ibi. Ne proiicias me in tempore senectutis. Quartū ibi. Qm̄ non cognoui litatūra. siue ibi. Et vsque in senectā & senium. Quintū ibi. Deus quis similis tibi. Quantum ad primum est aduertendū, quòd sicut fides est quædam virtus teologica, & habitus infusus eleuans intellectum ad firmiter credendum articulis reuelatis: & caritas est alia virtus teologica, & habitus infusus eleuans, & roborans voluntatem ad amandū Deum creditum propter se, & proximū propter Deum: ita pariter spes est quædā virtus teologica, & habitus infusus eleuans voluntatem ad firmiter sperandum bona spiritualia futura credita, & amata promissa ad cōsequendum omnia terrena. Ex quo patet, quòd spes præsupponit fidem, & caritatem, & permissionē in hac vita: quia non speramus, nisi bona spiritualia credita, & amata, & si bona spiritualia credita, & amata, & promissa, propter quę contēnimus omnia bona terrena, & patimur, & aggredimur mala terribilia, puta omnē persecutionem, & mortem in virtute huius spei, & patientiæ omnia toleramus. Sed quia qñ Adam expulsus à terrestri paradiso in hanc peregrinationem, fuit sibi promissus Christus ex tua gente, q̄ debebat ipsū redimere, & filios & filias libertare à seruitute peccati, & penæ, & leuare ab omni miseria, quæ quidem promissio fuit confirmata in Abraham, & Isaac, & Iacob, & Moyse, & specialiter ipsi Dauid: ideo cū spe i pſona totius corporis mystici in prima parte huius psālmis petit Christum, vt veniat in carnem ad saluandū, & redimendum, & liberandum ipsum à seruitute peccati, & à iugo legis, & ab omni miseria: sicut contigit patriarchis, & ꝓphetis fuit promissus. Ideo dicit. O domine Iesu Christe in nęte rauī, postquàm mihi fuisti promissus. tū facit vt non confundar in æternum, & ne sim frustratus in mea spe, & in tuis promissis, sed veni in carnem, & libera me ab omni miseria, & eripe me de hac captiuitate, & seruitute peccati, in quam incidi per inobedientiam, & esum cibi prohibiti.

Inclina ad me aurem tuam: & salua me.

Inclina aurem tuam orationibus, & precibus meis, & salua me ab omni peccato gloriosis & naliter cōmisso. Et etiā inclina aurē, i. humanitatē, & carnē tuā & salua me tolerādo nostrā humanitatē, & passionē i ipsa tua humanitate, & carne quidē humanitas tua assumpta dē auris tuis, cum qua siue per quam nos audiūs, & videmus, & lus tuus, cum quo, & per quē nos videmus, & lingua tua per quam nobis es familiaritercutus. Et dicitur instrumentum per qđ saluasti,

saluasti, & redemisti mortem patiendo.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.

Veni ergo Christe in carnem: & esto mihi non solum in Deum redemptorem, sed in Deum protectorem: vt saluum me facias: quia non sufficit, q̄ sis homo ad patiendum: sed q̄ etiam sis Deus ad saluandum: quia soli Deo competit saluare, & vitam sine defectu conferre: vt dictum est psal. 3. ergo oportet, q̄ sis Deus: vt i diuinitate sit potestas, & auctoritas saluandi, & remittendi peccata. & q̄ sis homo: vt in humanitate sit habilitas patiendi, & pretium, & meritum redimendi ratione vnionis. Et sic cum tali personali vnione sis Christus Deus homo saluator. Veni ergo Christe in carnem, & libera me de seruitute peccati, et iugo legis per mortem, et passionē: et postea esto mihi in Deum protectorē, & in locum, & castrum. et oppidum bene munitum primo vallo articulorum fidei, & muratum muro spei, & caritatis, & obseruātia præceptorum: et opulentum gratia, et copia ecclesiasticorū sacramentorū vt sic in isto oppido bene munito saluū me facias ab omnibus inimicis infestantibus.

Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.

Nām tu es illa petra firma supra quā fundata est tota ecclesia, quam vallasti vallo articulorum, & murasti muro præceptorum, & replesti copia sacramentorum: & ideo portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Matt. 16. Nec flumina tentationū, nec venti persecutionum poterunt ipsam diruere: fundata enim erat supra petrā. Mat. 7. Et sic erit in domum refugii, & in locū munitū omnibus fidelibus habitantibus in ea: tū rōne fundamenti, quia flumina tentationum, & hæresum non poterunt ipsam euellere, nec eradicare: tū ratione munitionis: quia nulli venti persecutionum poterunt ipsam expugnare. Deinde cum dicit.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Petit liberari à persecutione paganorum, & hæreticorum. Ad cuius intellectū est notandum, q̄ ecclesia Christi in sua iuuentute primò fuit illico afflicta post ascensionem, à Iudæis scientibus legem. Scdò fuit infestata à paganis gentilibus nescientibus legem. Tertiò in sua virilitate fuit vexata ab hæreticis scientibus vtrūq; testamentū. Et iō iste homo mysticus ab his tribus persecutoribus petit liberari in hac scda parte, vnde p agentē cōtra legē intelligit populū iudaicū legē veterē scientē, & per peccatorē intelligit populū gentilē: & per iniquū intelligit cętum, & conuenticulū hęreticorum. Dicit ergo. O Christe Deus libera me de manu, & potestate peccatoris populi gētilis, & tyrannorū: & eripe me et de manu populi Iudęorū aęgtis scienter, & manifestè contra legem Dei: & sic peccat ex malitia: & eripe me etiā de manu cętus iniqui hæreticorū, q̄ ex iniquitate, & pfidia pſequūt catolicos cōtra oēm caritatē, sicut fuerūt Arriani, quorū pſecutio supauit oēs persecutiones tyrannorū: vt ait Rufinus, & Cassiodorus. Dicit ergo ecclesia O Christe eripe me de his tribus persecutoribus.

Quoniam tu es patientia mea domine: domine spes mea à iuuentute mea.

Patientia mea. i. exēplū patientię: qm̄ tu pdicando, & ꝓ nobis innocens patiēdo dedisti nobis exēplū patiētię: & tu es spes mea à iuuētute mea: q̄a ecclesia incepit à Christo, & ab eo didicit exēplū patiētiæ in aduersis, & cepit spē ex Xpi resurrectiōe: q̄a sicut Xps resurrexit: ita speramus resurgere. Ideo sub tali spe martyres spōte tolerabant mortem, & persecutiones. Et ideo subdit.

In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus.

Nota, q̄ triplex est vterus ecclesię. Primus dilatus Christi: vñ orta est ecclesia, & virtus sacramētorū. Scds dicitur flumē spūs scti, vñ fluxerūt dona gratū in Die Pentec. vbi fuerunt apostoli, & tota ecclesia armata, & confirmata, & vñ habuit originē in scientia. Tertius vterus est fons sacri baptismatis: vñ particulariter regeneramur. sed tā baptismus q̄ missio spūs scti procedit à Chro: et sic primus vterus est Chris. Primò à suo ore exiuit fons euangelicæ sapientiæ: quę postea per dona spūs scti fuit apostolis, & toti ecclesię suggesta, & distributa, & à suo latere exiuit sāguis, & aqua: vnde habuit virtutē baptismus, & oia sacramēta. & iō dicit iste hō mysticus. O Christe spōse, tu es patiētia, & spes mea: q̄a in te cōfirmatus sum, primò ex vtero tui lateris, à quo exiuit sanguis, & aqua. scdò ex vtero spūs scti, quē misisti in apostolos, & tertā ecclesiā ad suggerendā sacrā scripturam. Tertiò tu es protector meus de ventre ecclesiæ matris mę, ex qua in baptismo fui regeneratus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neratus. nã ibi recepi particulariter fidẽ, spẽ, caritatẽ, & gratiã. Postea particulariter fui in ecclesia ab ipso cõfirmatus vbi recepi septẽ dona spũs scti ad debellandũ inimicũ. & sic ex baptismo, & confirmatione tu es protector meus: quia ibi dedisti ista arma ad protegendum me: & inde prouenit mihi salus, & protectio.

In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis.

O domine licet ego sim factus prodigiũ multis, quia per fidẽ quã in vtero matris ecclesiæ recepi cõfitebor te meũ spõsum, & caput, & dñm & quia veneror, & adoro crucẽ: in qua passus es: iõ Iudæi, & pagani scandalizantur, & reputant me quoddã prodigiũ, & monstruosum, & fatuũ: irridentes me qa adoro hoiem crucifixũ, & deiectum. sed ista crux, quę est scãdalũ Iudæis, & prodigiũ gẽtilibus est mihi ad gloriam, & salutẽ: & iõ in te Christe est semper cantatio mea in hymnis, & canticis: quia de tua incarnatione, & morte, & passione, & resurrectione, & cruce celebrabo festiuitates, & cantabo hymnos: & etiam inter tormenta est in te cantatio, & confessio meę fidei: qa tu eris semp adiutor fortis in omnibus tribulationibus. ergo.

Repletur os meum laude: vt cantẽ gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Imo ex tua gratia repletur os meũ laude: vt tota die vsq; ad iudicium cantem in ecclesia, & prædicẽ in publico gloriã tuã, quã accepisti in tua resurrectione: & magnitudinem, & vniuersalẽ pacẽ quã accepisti in tua ascensione: & etiam cantabo, & prædicabo gloriam tuę deitatis: & magnitudinem tuorum miraculorum, & tuæ potestatis, quę in euangelio memorantur.

Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia superius ecclesia fuit liberata à iuuentute de manu pẽtoris, & contra legẽ agẽtis, & iniqui, s. persecutione Iudæorũ, & tyrannorum per Constantinũ: de persecutione hæreticorũ iniquorum per Iustinianũ & Belisarium, qui totaliter deleuit vandalos Arrianos in Aphrica: hic petit liberari de persecutione Sarracenorũ, quæ incepit in senectute ecclesiæ, s. tpe Heraclii. Vnde est aduertendũ: q sicut in sensibus incipit deficere calor naturalis: & abundat frigiditas: & debilitantur mẽbra: & si ota q̃ comedunt cõuertũtur in malos, & indigestos humores: quos per os, & nares, & oculos emittũt senes: & sic spernuntur, & vilipẽdũtur, & habẽtur odio, & fastidio: Ita pariter dicit Xps, q erit in nouissimis diebus, & circa tpa Antichristi: q erunt homines amantes seipsos: & frigescet omnis caritas, & abundabit iniquitas: vnde sequẽtur rapinæ, & adulteria, & odia, & bella, & iniurgia, & simonia, & superbia, & vanitas, & prodinatio in ecclesia, & nouę sectę propter ambitionẽ, & dedignationes, & inuidias: & propter peccata christianorũ, & diuisiones peccualebũt infideles, et cõculcabũt ecclesiã. Hoc autẽ incepit à principio senectutis ecclesiæ tpe Heraclii. Nã tũc surrexit pseudo propheta Mahometus in Arabia: cuius secta occupauit totã Syriã, & Mesopotamiã, & Africã, & Aegyptum: vt dicetur psal. 73. cuius secte adhæserũt turcis, anno dñi. M. xl. qui occupauerunt tatã Persiã, & Mediam, & oes Armenias, & totã Asiã minorẽ, qui modo dicitur Anatholia: & nostris tẽporibus occupauerunt totã Græciã, & Mesiã, & ritui machometico subiecerunt. Postea anno domini. M. xxx. surrexerũt Tartari idololatræ à partibus Aquilonaribus vltra montẽ Imaum, & deuastauerunt sibi Gischã, in regẽ. quia expulso Ioanne presbytero oẽs tres Indias obtinuerunt. q. qdẽ Gischa misit duos filios cũ infinita multitudine Tartarorũ, quorum vnus occupauit totã Syriã citra Imauũ, vsq; ad Meotidẽ paludẽ, & fines Rutenorũ Hungariæ. Et alter occupauit totã Asiã, & Parthiã, & Mediã, & Persiã, q oẽs viuũt sub maledicta secta Machometica. De quorũ origine tã sarracenorũ q̃ turcarũ, q̃ tartarorũ dicitur inferius psal. 82. Ex qbus patet, q sarraceni q hodie possidẽt totũ residuũ mundi cũ tartaris idololatris, & cæteris mahometanis nõ obtinuerunt in viribus suis: sed ex defectu fidei, & caritatis christianorũ propter diuisiones, & discordias, & sectas eorũ. Nã Iacobitæ, & Nestorianæ maluerũt esse sub sarracenis, q̃ sub Imperatore, & Pontifice Romano. Et ipsimet semetipsos eos vocauerunt in auxiliũ, Et sic vinxerunt eos, qbus patet, q adhodie sub ditione eorũ. Ex qbus patet, q ab Heraclio Imperatore vsq; ad tpa nostra incepit ecclesia senescere, & in ea virtus cõmpit perseuerauit deficere, & fides, & caritas decrescere, & minui, & frigescere: & sicut fides, et caritas decreuit. ita decreuit, & perseuerauit minui Imperiũ, & dominium vsque qua tota ecclesia pro maiori parte fuit sub infidelibus

delibꝰ cõculcata, qa nõ remanet nisi ista parua particula in hoc angulo mũdi: in qua etiã sunt cõtinuæ discordiæ, & bella, & seditiones. vt patet. Hoc ergo puidens Dauid in spiritu dicit in persona ecclesię. O Christe qui ex vtero lateris tui, & ex vtero baptismali regenerasti me ab infantia, & me liberasti in tutẽ tute meæ de rabie Iudæorũ, & tyrannorum: rogo ne proicias me in tpe senectutis, cũ defecerit virtus. s. cũ frigescet omnis caritas, & abũdabit iniquitas. Nã sicut humor radicalis cũ naturali calore est illa virtus q̃ conseruat vitã in corpore, & auget corpus, ita fides firmata caritate cõseruauit, & augmẽtauit ecclesiã. s. fides apostolorũ, & martyrũ, & doctorũ, & cęterorũ fidelium, & conseruauit eã in esse, sed cũ incepit deficere virtus fidei, cũ incepit deficere, & tepescere ecclesia. Dicit ergo: Ne proicias me totaliter, nec subtrahas tuã infidelitatẽ, & sarracenorũ in tempore meæ senectutis: deũ defecerit virtus, & fortitudo, & caritas mea. i. inter meos filios christianos & ne derelinquas me. i. ne subtrahas totaliter auxiliũ tuũ, & gratiã à me, vt possim tolerare, & repellere impetum inimicorum, & infidelium ne totaliter deleatur ecclesia.

Quia dixerũt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum, dicentes Deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite eum quia non est qui eripiat.

Inimici mei sarraceni, & infideles videntes victoriã quã quotidie habẽt cõtra me, putãt q totaliter me dereliquisti. Et sic putãt q secta eorũ est melior, & verior, q̃ fides mea. Et iõ dixerũt inimici mei mihi: & qui custodiebãt animam meam, qui obseruabãt perdere animã, & vitã meã fecerũt consiliũ in vnũ, & cõgregati sũt cõtra me dicẽtes. Deus iã dereliqt istũ populũ xpianũ, iõ psequimini eũ postq̃ Deus re pbauit, & comprehẽdite, & subiicite eũ, qa non est qui eripiat eũ de manu nostra. Sed licẽt sarraceni, & infideles temere dicãt.

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.

To Deus & spõse Christe rogo ne elõgetis à me, nec subtrahas gram, sed respice & intẽde in auxiliũ meũ: imo cõfundantur sarraceni, & infideles detrahẽtes, & exprobrãtes animæ & vitæ meæ, & frustrati desiderio suo, & intentione operiantur cõfusione sua, & pudore: qui quærunt animã meã, & totã ecclesiã permittere dolere, nec qd desiderãt implere.

Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam.

Si quod oro facis semper in te sperabo nõ perdendo fidem nec spem, & adiiciam super omnem laudem tuam, noua carmina, & noua officia cantando, & componendo in laudem tui pro gratiarum actione. & sic.

Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.

Dicit Iesum tuũ. pdicabo. n. salutẽ quã mihi fecisti. q̃ de inimicis me liberasti. Litera Hiero. hẽt Tota die Iesum tuũ. & tunc est magis clarũ. Ex his verbis supradictis putatur, q ecclesia nõ dẽt totaliter deficere in hac senectute i qua est, qa nec sarraceni totaliter cõculcabũt, nec subiiciẽt ea: imo ista secta sarracenorũ prius dẽt gladio perire, & cõsumi, & aliqua pars ecclesiæ dẽt manere in libertate, & pseruari, & vsq; ad senũ quenite. s. vsq; ad tempora Antichristi, vbi erit maior copia martyrũ: & maior pscutiõ, & sæuior, vt patebit. Et dicũt etiã aliqui, q ecclesia ante tpa Antichristi, & ante senũ suũ debet canonizare omnes patres vet. test. s. Adã, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, & c. & cantare de eis nouas officia & himnos. Ex quibus patet, quòd vsq; ad tempora Antichristi in aliqua parte mundi debet ecclesia in sua libertate permanere, exincta secta sarracenorum.

Quoniam non cognoui literaturam: introibo in potentias domini: domine memorabor iustitiæ tuæ solius.

Postq̃ superius ille homo mysticus siue ecclesia petiit liberari à persecutione sarracenorũ facta in senectute: hic petit liberari à persecutione Antichristi futura in senio, & decrepitu mundi, & ecclesiæ. s. in nouissimis diebus. Ad cuius intelligentiam, est aduertendũ, q secta saracenica quę intestauit ecclesiã in senectute: cũ de se sit falsa, & irrationabilis, & bestialis, & voluptuosa, iõ tres gẽrationes mũdi bestiales adhæserunt ipsi sine difficultate. s. Arabes, & Tartari, & Turcę, qui omnes erant bestiales sine sciẽtia, & ratione pa stores sequentes armenta bouum, & pecorũ, & camelorum, & greges ouium, & hirdorũ: ideo non potuerunt subiicere christianitatẽ cum sciẽtia nec ratione, cum nulla sit in illa falsa secta, sed intestarunt ecclesiam cum armis. Sed Antichristus eò quòd habet attrahere ad se de omnibus nationibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ſ. Iudeis, & ſaracenis, & chriſtianis, quę q̃dē nationes iam ſunt magis callidæ, & aſſutę, iō Antichriſtus multipliciter attrahet eos. ſ. cū ſcientia, & largitate pecuniarum, & donorū, eō q̃ oēs homines cuiuſcūq; conditionis ſint ſunt deditī auaritiæ. Et ideo cū ſcientia literali iudaica attrahet Iudæos, & cū ſcientia negotiandi. ſ. cum iure ciuili, & cum arte necromantiæ ad inueniendos theſauros, & cum arte fabrili ad fodienda metalla attrahet auaros chriſtianos, & ſarracenos &c. Et ideo magis vtetur ſcientiis humanis ſupradictis ad attrahendum chriſtianos auaros, & Sarracenos. Sed ad confundendū chriſtianos eccleſiaſticos vtetur ſcientia naturali, & metaphiſica, & ſcientiis matematicis, & maxime literatura, & gloſis iudaicis, & litera vete. teſt. & ſic facilīter vincet, & decipiet chriſtianos. Et hoc accidet, quia circa tēpora Antichriſti erit multum debilitatum ſtudium teologiæ. Nam cū omnes ſtudeant auaritię: ideo erit maxima copia iuriſperitorū, & notariorū, & cæterarū ſcientiarum, & artiū de pane quærendo, quæ omnes dicuntur ſcientiæ literatoriæ, & negotationis. Itē quia in eccleſia nō dabūtur nec cōferentur beneficia niſi magnatibus, & litigioſis, & ex fauore regum, & magnorū prelatorū, ideo contemnetur teologia, & omnes eccleſiaſtici dabunt operam iuri canonico, & ciuili, & ſic teologia contemnetur. Vnde nota, q̃ omnis ſcientia, vel eſt literalis vel ſpiritualis. Scientia literalis eſt illa, quæ eſt ſolū gratia ſui, ideſt ad ſolum ſenſum literalem, & prout per terminos importatur, intelligenda. Scientia vero ſpiritualis eſt iſta, quę nō eſt principaliter gratia ſui, ideſt ſecundū ſenſum literalē ſolūm intelligēnda, ſed in qua vltra ſenſum literalē, alius ſenſus ſpūalis ibi clauſus eſt, q̃ aperīdus, & intelligendus. Primo modo ſunt oēs ſcientię ſęculares, & humanę. ſ. humanitūs adinuentę, quæ ſunt in triplici genere. Nā quędā ſunt rationales ſicut grāmatica, logica, retorica, poetica, oratoria: & quæ dā ſunt reales, & ſpeculatiuę: ſicut matemazi ex, & phiſicæ, & metaphiſicę: & q̃dā ſunt practicæ, ſicut ſunt morales, & factiuæ artes. Omnes ergo iſtæ ſcientiæ ſupradictæ dicuntur literales: eō q̃ conſiderant ſolā literaturā i. ſenſum literalē, & nil aliud vltra conſiderāt. Sed ſola ſcientia ſiue lex diuina vete. teſt. dicitur ſcientia ſpiritualis, eō q̃ non eſt gratia ſui ſed alterius: ideo ad alterum ſenſum intelligenda, ſ. ad ſpiritualem ſui quidē ſenſus ſpiritualis eſt triplex. ſ. allegoricus, moralis, & anagogicus, vt dictū eſt in prologo. Et iō teſt. non proprię dr ſcientia, ſed propoſitio hue parabola, ſed lex euangelica non dr ſcientia. i., concluſio ſcientifica: ſed etiam propriē dicitur ipſa veritas. Ex hoc ergo patet cecitas Iudæorum, qui vetus teſt. putant ſcientiā literalem, nolentes intelligere in eo niſi ſolam literaturam, & gratia ſui, cum nō ſit ſcientia literalis, ſed parabola &c. Sed magis eſt vituperanda peruerſitas eccleſiaſticorū quorundam, qui contemnentes diuinam ſcientiā vtriuſq; teſt. conuertuntur ad fabulas, & ad etiam oratoriam, & mundanas negotiationes. Vtranq; ergo peruerſitatem, ſcilicet tam eorundam prælatorū eccleſiæ, quām Iudæorum execratur, & exhorrer Dauid cum dicit, Quoniam non cognoui literaturam &c. propter cauſas, & litigia beneficiorum. Item propter abundantia bonorum temporaliū venit in otio, & faſtu altiori conſtituti, abhorrentes, & contenētes ſcientiam teologię, & prohibet omne vitium & præcipit omnem virtutem, & perſuadet cōtemnere terrena, & querere cęleſtia: Ideo dabunt operam literis humanis, & delectabilibus, et videmus hoc per Virgilium, &c. & Ciceronis, & Quitiliani, et Virgilii, &c. Et ſic deficiet ſcientia ſacræ ſcripturæ, quam etiam videmus defeciſſe: non ſolum in ſęcularibus, ſed etiam in religioſis, quia non curant, niſi audire aliquas quæſtiones, et cum ſint, tes, vt ad tempus appareant, & efficiant magiſtri in teologia. Sed in ſacra ſcriptura vbi veritas ſacræ ſcripturæ noui et veteris teſtamenti, pauci ſciunt, nec adhibent ſtudium, veniet Antichriſtus homo callidus, et ſciens propoſitiones, vt patet Danielis octauo, et vndecimo capitulo, et ſic ſupabit ſimplices, et ignaros chriſtianos, et attrahet, ſibi quos Iudæos cum ſolo ſenſu literali ſcripturæ veteris teſtamenti: et hoc fiet iuſto Dei iudicio, quia poſtquam veram ſcientiam reppulerunt, et cōuerſi ſumus ad fabulas, iſto modo Deus repulit iam nos, vt infideles, et beſtiales efficiamur, et dominentur tori orbi. Hoc ergo prouidens Dauid in ſpiritu ait in perſona patrum in quibus manebit fides tempore Antichriſti. O domine Ieſu quoniam ego tuam cognoui literaturam hue vt gloriationem, vt habet alia litera, i. ſcientias humanas, quæ tantum literaliter ſapiunt ad lucrum, & falſos honoris, et ad lucrum bonorū temporalium, imo tales ſcientias, negotiationes contemnit

A (In Hebræo habetur nō cognoui numerū: ſed illa inter pretatio nō eſt nobis ſeruanda: ſed melius dicitur ſecundū. 70. non cognoui literaturā) nec cognoui tantum literaturā ſcripturæ vet. te, quia nolui in litera tantùm intendere nec in ea ſpem, & finem conſtituere: ſed ad ſenſum ſpiritualem vltra trāſiui et Ideo & imo per ſenſum ſpiritualem intrabo potēnias, & ſecreta miſteria dñi, ibi in literatura clauſa, & figuram: quia vetus teſtamentū nil aliud eſt, niſi occultatio noui, & ſic ibi ſub illa literatura memorabor iuſtitiæ tuæ: & ſic nō curabo de literatura: ſed de potentia tua, & iuſtitia ſolum ibi clauſa. Vnde euangelium ſiue veritatem euangelicam clauſam ſub literatura vet. te. vocat potentias dñi, & iuſtitia, eō q̃ ibi cōtinentur miracula, & mirabilia opera, quæ Chriſtus fecit in ſua prędicatione, & noſtra redēptione, per quam ſuscitauit, & cōtinetur victoria reſurrectionis, & triūphus aſcenſionis: & iſtas potentias, & iuſtitiā ſolum cōſiderat principaliter eccleſia in literatura vet. te. & hoc p̃dicat, & cō fitetur i nouo quia iſta docuit Xps apoſtolos ſuos, qñ aperuit eis ſenſum, & ſcripturas vete. vt patet Lucæ. 24. & hoc idem ſuggeſtit eis ſpūs ſanctus in die Pente. Ideo illicō diſputarunt cum Scribis, & Phariſeis, & conuicerūt eos: vt patet Actu. 2. &c. lit ideo ſubdit.

Deus docuiſti me à iuuentute mea: & uſq; nunc pronunciabo mirabilia tua.

Tu Deus hæc docuiſti me à iuuētute, & in ſanctia, & pueritia mea: qñ aperuiſti mihi ſenſum, & ſcripturas illicō poſt reſurrectionem, & in die Pent. & per tres annos primo prædicando, & ideo ſemper prædicabo, & pronūtiabo vſque nunc mirabilia opera tua.

C *Et uſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me.*

Rogo ne derelinquas me vſq; in ſenectā, & ſenium ſ. vſq; ad tēpora Antichriſti: nec p̃ totam perſecutionem Antichriſti, quę fiet in meo ſenio, & ſenecta: quia tunc magis indigebo tuo auxilio, & gratia, & lumine: tū propter calliditatem, & malitiā, & ſcientias humanas illius filii perditionis: tū p̃pter crudelitatē: quia illa perſecutio ſuperabit oēs alias præteritas: vt ait Aug. Eſt ăt aduertēdum, q̃ inter ſenectutem, ſiue ſenectā, & ſeniū hoc intereſt. Nā ſenectus ſiue ſenecta dicit ætatē ſexagenariā, in qua ſenſus hominis, & virtus corporalis incipit deficere: ſed ſenium dicit ętatem octogenariam: vbi, pro maiori parte iam deficit virtus, & emergunt omnes infirmitates, & dolores: vt patet pſ. 88. Ideo in ecclęſia no. te. aſſignantur tres ſtatus vniuerſales. ſ. iuuentus vſq; ad Iuſtinianū, in qua regnauit, & floruit fides, & caritas, & ſcientia, ſiue ſapientia in eccleſia, & ſic fuit multitudo martirum, & ſacrorum doctorum, & ſanctorum confeſſorum. Secundò incepit ſenectus in qua defecit caritas: ſed viguit, et floruit ſciētia: maxime in Francia, et Anglia, et Alemania, et etiā in Italia. Nā ab anno domini. M. vſq; ad trecentesimum fuit Hugo de ſancto Victore, et magiſter Sententiarum, et beatus Tomas de Aquino, qui ſcolaſtico, et diſputatiuo ſtilo ſcripſerunt. Nunc ante anno. 1484. eccleſia eſt in ſenio: vbi non ſolum defecit, et friguit fides, et caritas: ſed ſacra ſcientia defecit, et contemnitur, et pōpa, et vanitas creſcit, et auaritia in eccleſiaſticis, et diſcordia, et iniquitas abundat in laicis, et per ſingulos dies perdimus, et decreſcimus, et infideles proſperantur. Sed quia in paucis manebit fides, et caritas, et ſpes, et aliquā ſcientia, et vera intelligēnia ſpūalis ſacrę ſcripturę in hoc ſenio. ideo ait, p̃pheta in perſona eccleſiæ, vſque in ſenectam, et ſenium Deus ne derelinquas me. i. ne totaliter deſiſtas dare mihi fidē formatā, et intelligētiā ſacræ ſcripturæ verā.

Donec annuncem brachium tuum: generationi omni quæ ventura eſt.

Potētiā tuā et iuſtitiā tuā Deꝰ uſq; in altiſſima quæ feciſti magnalia: deus quis ſimilis tibi?

Ne inquam derelinquas me: vt poſſim inſtruere ſimplices fideles, et reſiſtere ſequacibus Antichriſti, et exponit ſeipſum dicens: donec annūciem brachium tuum. ſ. potentiā tuā, et iuſtitiā tuā. ſ. legem euangelicā poſſim audacter prædicare, et confiteri, in qua manifeſtatur tua potentia, et iuſtitia vſq; ad altiſſima magnalia, quę tu Chriſte feciſti in miraculorum operatione in noſtra redemptione, et patrum à limbo liberatione, et in tua aſcenſione, et ſpiritus ſancti miſſione: q̃a omnia iſta publicè prędicabo contra Antichriſtum, et ſuos. Et etiam totum hoc poteſt referri ad miſerabilem exitum Antichriſti. Nā poſtquam Antichriſtus fuerit mirabiliter coram omnibus ſuis ſequacibus materialiter per angelū deiectus, et interfectus: vt ait Apoſtolus ſecundæ ad The. 2. tunc omnes Iudæi, et cæteri ſequaces Antichriſti viſa eorum deceptione, et cognita veritate, oēs ad Chriſtū conuertentur, et ſic tunc omnis Iſrael ſaluus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuit. Ad Ro. 11. qa tũc auferetur velãiẽ ab
co. 2. ad Cor. 3. Tunc etiã complebitur illud
Oseę. 3. post hęc reuertent filii Israel, & quę-
rent dñm Deũ suũ, & Dauid regẽ suũ, & pa-
uebũt ad dñm, & ad bonũ eius in nouissimo
dierum. Et tunc oẽs Iudæi conuersi quærent
Christianos per montes, & latibula absconsos, vt baptizẽt, & instruant eos in fide euangelica, & sic fiet vnum ouile, & vnus pastor:
& Christiani publicè, & liberè prædicabunt
non solũ legem euangelicam, sed magnalia,
quę fecerit Deus contra filios perditionis, &
qũo ecclesia erit mirabiliter liberata, & iterũ
de abyssis terræ, & persecutionũ liberata, &
resuscitata. Ideo subdit. O Deus quis similis
tibi in tot, & tantis magnalibus q.d. nullus.

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus vivificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me:

B *Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.*

Nã et ego cõfitebor tibi ĩ vasis psalmi veritatẽ tuã Deus: psallam tibi in citera sanctus Israel.

Quantas tribulationes quondã ostendisti
mihi multas, & malas in persecutione tyrannorum, & hæreticorũ in mea iuuentute, & sa
racenorũ, & Tartarorũ, & Turcarum in mea
senectute: & Antichristi nunc in meo sęculo.
Sed tandẽ nunc cõuersus ad pietatẽ, & iniam
vivificasti me per interitũ Antichristi, & iterum reduxisti me de abyssis terrę. Sicut ergo
multiplicasti magnificẽtiã tuam, & cõuersus
cõsolatus es me post tot tribulationes, ita cõ
fitebor tibi veritatem tuam. s. legem euangelicam, & oia mirabilia, quæ fecisti in hac vlti
ma cõuersione fideliũ, & psallã in psalmis, &
C instrumentis musicis. i. in psalterio decẽ cordarũ, & exteris musicis instrumentis, prout significãt omnia mysteria Christi. Et specialiter psãllam in citara. i. cum fide, spe, & caritate tibi qui es sanctus Israel, quia tunc omnes nationes erunt verus Israel secundùm spi
ritum & promissionem. Et sic.

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.

Exultabunt labia mea & aia mea: quia simul in corpore & anima exultabo cum cantauero tibi, & prædicabo mirabilia tua.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuã: cũ confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Lingua mea tota die meditabitur. i. medi
tando cantabit iustitiã tuã, cũ Antichristus, & omnes sui sequaces qui quærunt mala mi D
hi, fuerint confusi, & conuicti, & reuertiti cũ
maxima verecundia, & timore superati, quæ
lætitia, & prædicatio, & celebratio officiorũ
durabit vsq; ad iudiciũ per aliquod tempus,
quod nobis incertum est. Nota q̃ secundum
eos, qui dicũt q̃ illicò post interitũ Antichri-
sti post paucos dies incipient signa horribi-
lia præcedentia iudicium vniuersale, tunc ab
illo loco. Conuersus vivificasti me: vsq; ad
finem psalmi est intelligẽdum de lætitia bea
torum, quæ fiet in patria post iudicium. vltra
sensus iste, ego eram resolutus, & imundus
tus, & putrefactus: sed iterum reduxisti me
de abyssis terræ in qua eram sepultus, & fu
scitasti me in corpus glorioſum, & ad tuum
regnum duxisti, ideo tibi confitebor tibi in vã
sis psal. glorię. &c. & cũ cãtauero tibi cantici
gloriæ labia mea corporis glorificati, & ani-g
ma mea quam redemisti ab omni miseria
exultabunt in beatitudine, & felicitate per-
fecta, & cum omnes persecutores qui quæ-
rebant mala mihi fuerunt confusi, & reuer-
riti in inferno postquàm eixeris eis: Ite ma-
ledicti in ignem æternum &c. nec lingua
mea meditabitur iustitiam tuam in illa cęle-
sti gloria &c. Totus etiam iste psal. potuerit
liter exponi pro quolibet iusto, & viatore, q̃
petit liberari de lasciuia, & omnibus vitiis iu
uentutis, & ab auaritia senectutis, & vt non
derelinquatur à diuino auxilio in fenio inter
multitudinem dolorum, & infirmitatum, sed
Deus det nobis virtutem, & patientiam ad
tolerandum patienter.

PSALMVS. LXXI.

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Huic psal. præponitur talis titulus in he-
bræo In Salomone. Propter hũc titulũ dicit
Hieron. in prologo secundũ opinionem ma-
gistri sui Barrabãm, q̃ Salomon fecit hunc
psalmum, sed oppositum probatur. Nam in fi
ne huius psalmi, eò quòd fuit vltimus qui
fecit Dauid & vltimus collocatus in psalte-
rio antiquo, vt patebit: supponitur talis de-
scriptio. Deficiunt orationes Dauid filii Isai.
Ex quo patet, quòd Dauid fecit hunc psal-
mum, & alios. Item ipsemet mutauit opinio-
nem. Vnde in sermone de assumptione Vir-
ginis dicit. Hoc quippe est, quòd canit Da-
uid. Descendet sicut pluuia in vellus &c. Ex
quo patet quòd Hieronymus se correxit, & cognouit, quòd Dauid fecit hunc psalmum.

A Multi etiam alii Hebræorum modernorum
dicunt, quòd Dauid fecit hunc psalmum ro-
gando, & petendo prosperitatem regni Salo-
monis filii sui vt sibi fuerat promissum. 2. Re.
7. & ideo proponitur titulus Pro Salomone,
sed hoc est manifestè falsum. Nã ea quæ me
morãtur in hoc psalmo nullo modo possunt
conuenire Salomoni: nec in eo fuerunt com-
pleta: nec alicui homini puto possunt conue
nire. Puta, descendet sicut pluuia in vellus, &
dñabitur à mari vsq; ad terminos orbis terra
rum, & ante solem nomen eius: & adorabũt
eum omnes reges &c. Et ideo est magis credẽ
dum Augustino, qui dicit, quòd Dauid fecit
hunc psal. de Christo, & eius regno futuro fi-
gurato per Salomonem. Ad cuius intellectũ
est primò notandum, q̃ totus iste psal. funda-
B tur super promissione facta ipsi Dauid de fi-
lio suo, & eius regno æterno. 2. Reg. 7. quam
promissionem non intellexit Dauid de Salo
mone, & eius regno tpali, sed de Christo Mes
sia in lege promisso, & eius regno perpetuo,
prout ipsi clarè postea fuit reuelatum: vt ipse
met testatur 2. Reg. 23. cum dicitur. Hęc sũt
verba nouissima, q̃ dixit Dauid filiꝰ Esai. cui
cõstitutum, & reuelatũ est de Christo Dei Ia
cob egregius psãltes Israel &c. Spiritus domi
ni per me locutus est, & sermo eius per lin-
guam meam &c. Hocidem patet psal. 88. Ex
quibus patet, quòd Dauid non credidit, nec
expectauit illam prophetiã impleri in Salo-
mone carnali, nec in regno eius temporali,
sed in solo Christo & regno eius æterno, &
vniuersali. Sed bene hoc præuidit Dauid in
figura per Salomonem, & regnum eius. Nam
C sicut scriptura vet. test. non est gratia sui, sed
via in Christum, qui est finis legis, & omnia
gesta in leg. vet. sunt quædam literaturæ, &
signa, & parabolę, & ꝓpositiones, ex quibus
eliciuntur mysteria Christi, & ecclesiæ, & to
tius no. test. vt dictum est, ideo sicut templum
Salomonis fuit figura corporis Christi, & to-
tius ecclesiæ: ita regnum Salomonis fuit quæ
dam figura, & literatura, & exemplar, in quo
Dauid præuidit totam prosperitatem regni
Christi futuri, prout fuerat sibi reuelatum.
Vnde legitur. 3. Reg. 1. & 2. c. q̃ Dauid ad in
tercessionem Bersabeæ matris Salomonis, &
etiam cõmento ipsius Natã ꝓphetæ intronizauit Salomonem in solio regio, & constituit
ipsum successorem suum in regno, & fecit
ipsum equitare super mulam suam per ciui-
tatem, & præcepit ipsum vngi in Gion, & in buccina intonuit & totus populus clamauit
viuat rex Salomon. In hoc ergo misterio re-
gni Salomonis puidit Dauid in spiritu: sicut
et iã sibi multotiens fuerat reuelatũ, qualiter
de carne sua per lineã Salomonis erat Chri-
stus nasciturus, quem Deus pater debebat à
dextris suis intronizare in regem vniuersalẽ
totius mundi, cuius erat egressus ante solem,
& ab æterno sm diuinitatem: qui erat ope-
raturus nostrã redemptionem, & operaturus
oia quæ cõtinentur in hoc ps. Et iõ Camhi,
tanq; ab ipsa veritate coactus videṡ q̃ ea, quę
in hoc psal. memorantur non fuerunt imple-
ta in Salomone, dicit, q̃ Dauid fecit hunc
psalmum in suo senio, & decrepitu, dum iace
ret in lecto, & q̃ fuit vltimus psalmus quem
fecit, & cum hoc psalmo sigillauit, & comple
uit librum psalmorum, & quòd non loquitur in hoc psalm. de Salomone filio suo, qui E
post ipsum regnauit, & successit, sed loquitur de illo Salomone qui in canticis memo-
ratur, de quo dicitur. Mille tui pacifici &c. s.
de Messia in lege promisso. Sed decipitur iste
miser obstinatus, quia dicit q̃ omnia ista ha-
bent impleri in Messia futuro. Est ergo intel-
ligentia huius tituli, quòd Dauid fecit hunc
psalm. in Salomone. 1. postquam vidit filium
suum Salomonem intronizatũ, & regnantẽ
tpaliter, per quod præuidit regnũ Christi fu-
turi: qui est verus Salomon, & pacificus, & pa
cificans in sanguine suo, figuratus per primũ
Salomonem terrenum. de quo vero Salomo-
ne, & eius regno facta fuerat promissio. 2. Re
gum 7. in qua promissione octo fuerunt pro
missa ipsi Dauid, quæ omnia simul nec etiam
particulariter possunt conuenire, nec fuerũt
impleta in Salomone terreno: sed in Christo F
vero Salomone. Primò quòd ille rex erat na-
sciturus post mortem, & sepulturam ipsius
Dauid. Secundò de carne sua. Tertiò, q̃ erat
futurus rex. Quartò eius regnum æternum.
Quintò ædificaturus vniuersalem ecclesiam.
Sextò filius Dei. Septimò iudex vniuersalis.
Octauò misericors. quia omnia impleta sunt
in Christo, vt memoratur in hoc psalmo. Et
ideo Dauid sex principaliter facit in hoc
psalmo. Nam primò agit de vniuersali iu-
diciaria potestate huius magni regis Chri-
sti. Secundò de eius perpetua duratione,
& æternitate. ¶ Tertiò de eius mirabili in-
carnatione, & natiuitate. Quartò de per-
petua pace, & iustitia. Quintò de eius re-
gni magnitudine. Sextò, de eius cultu

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & latria. Secundum ibi. Et permanebit cū sole. Tertium ibi. Descēdet sicut pluuia. Quartū ibi. Orietur in diebus. Quintum ibi. Et dominabitur. Sextum ibi. Et adorabunt eum. Quantum ergo ad primum videns Dauid filium suum Salomonē intronizatū, & regnantē, quæ erat figura regni Christi: desiderās accelerari figuratum dicit ad Deum patrem. O Deus da tu iudicium tuum, & vniuersalē potestatem iudicandi regi Christo, & da iustitiā tuam, i. sapientiam, & successionē Christo filio regis æterni fm diuinitatem: & filio meo secundùm carnem. i. introniza eū: & trade ei vniuersalem potestatem in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis: sicut ego intronizaui filium meum Salomonē, & tradidi ipsi iudicium, & iustitiam, & vniuersalē potestatem, & constitui ipsum regē, & successorē in
B regno meo. q. d. Postq̄ impleta est figura in filio meo Salomone, fac vt impleatur figuratū in filio tuo & meo Christo, sicut mihi facta est promissio: & da iudicium, & iustitiam regi Christo filio regis æterni & meo.

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Intelligit per iustitiā ipsam regiā potestatem, siue ipsam legē euangelicā, & per iudiciū intelligit ipsam executionē, quam Christus inquantū homo accepit à patre: quia potestatem dedit filio iudiciū facere: quia filius hois est. Io. 5. Item dicit Da iudicium regi filio regis iudicare. i. ad iudicandū. q. a nec Hebræus, nec Græcus habet gerundia: imo ponit infinitiuum pro gerundio. Item dicit iudicare populum tuum in iustitia. i. per legē
C euangelicam populum tuū iustificare, & pauperes tuos in iudicio. i. in iudicio eos præmiare. Item nota, q̄ per pauperes intelligit omnes Christianos, quia contemnunt ista terrena propter cœlestia. Et maximè intelligit apostolos, qui relictis oibus secuti sunt Christū. Et sic et ly iudicare potest construi à parte post de ly apostolos, vt sit sensus. Da & cōcede pauperes apostolos iudicare: & sint iudices in iudicio iudicantes cæteros in hoc mundo, & in iudicio iudicantes duodecim tribus Israel. Nam apostoli fuerunt in hoc mundo iudices, & principes constituti super omnem terram: quam potestatem Christus eis tradidit, cum dixit. Ite in mundum vniuersum, & prædicate euangelium &c. Marc. vlt. Item cum dixit Accipite spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata remittentur eis Ioan. 20. Item cum dixit, Quæcūq; D
que ligaueritis super terram. Matth. 17. Item quādo dedit eis potestate calcādi super scorpiones, &c. Mat. 10. & Lucæ. 10. Ex quo patet, quòd Dauid nō solum petiuit Deum tradat potestatem Christo, sed etiam vt Christus communicet ipsam potestatem apostolis ad iudicandum in iudicio pœnitentiali, & non solum in iudicio discretionis, sed etiam in iudicio examinationis, & præmiationis, & punitionis. Ideo sequitur.

Suscipiāt mōtes pacē populo, et colles iustitiā.

Per montes intelligit apostolos. Nam apostoli dicunt pauperes, inquantùm contemptis his terrenis secuti sunt Christum, sed dicuntur montes propter altitudinem, & eminentiam sapientiæ, & scientiæ, & potestatis E
ecclesiasticæ quàm à Christo acceperunt. Vnde est aduertendum secundùm Gregorium in sermone de apostolis, quòd apostoli dicuntur montes in scriptura secundùm quandam similitudinem, eò quòd tenent inquantum inter nos, & Christum, qui est sol iustitiæ. Nā sicut montes de mane primò illuminantur à sole, & ex montibus reuerberatur, & reflectitur lumen ad valles inferiores: ita pariter apostoli in mane, & in principio ecclesiæ primo susceperunt lumen à Christo, qui est sol iustitiæ, & sic per quandam reflexionem, & reuerberationem lumen euangelicum peruenit ab apostolis ad nos. Item dicit Gregorius, quòd sicut oculus noster carnalis non potest aspicere lumen in sole propter sui excellentiam; sed aspicit ipsum lumen solis in montibus illuminatis à sole, ita nos non possumus aspicere oculo mentis lumen euangelicum in Christo propter sui excellentiam, & nostram infirmitatem, sed totus populus gentilis vidit lumen euangelicum in apostolis prædicantibus, & nos iugiter videmus idem lumen in scriptura apostolorum, & euangelistarum, prout ipsi susceperunt à Christo. Et sic est dicendum, quòd viso quam habuerunt apostoli de lumine euangelico in ipso raptu in die Pente. fuit quasi matutina respectu uisionis quam nos habemus nunc de eodem lumine per fidem, et scripturam: sicut dicitur est psā. 67. Et sic patet quare apostoli dicuntur montes in scriptura: eò q̄ susceperint lumen sapientiæ à Christo, quasi visione matutina: sicut montes illuminati à sole, & nos susceperimus ab eis, quasi visione vespertina. Et hoc est quod petit Dauid in hac parte, scilicet quòd

A quòd apostoli suscipiāt lumen à Christo in suo aduētu, & cōmunicent vniuerso. ideo dicit. O pater veniat Messias filius tuus, & da ei iudicium, & iustitiam ad iudicandū populum &c. vt mōtes, i. apostoli accipiāt ob eo pacem. i. legem euangelicā, que pacificat, & reconciliat hoies, & populū cū Deo, & colles. i. doctores accipiant iustitiam. i. legē illuminantē, & iustificantē ab apostolis. Nā apostoli acceperunt primò legem, & potestatem, & lumen à Christo. Et discipuli, & doctores accepērūt ab apostolis. Nam apostoli maiores impoſuerunt manus super Barnabam, & Marcum, & miserunt eos ad prædicandum, vt patet Act. 13. & sic Paulus constituit Timoteum, & Titum, i. apostoli pacem populo. i. legem euange-
B licam pro populo, & annuncient populo, & colles. i. cæteri discipuli, & doctores accipiāt iustitiam ab apostolis i. eandem legem iustificantem, vt declarent cæteris: sicut fecit Augustinus, & Hieronymus &c.

Iudicabit pauperes populi: & saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorem.

Nota q̄ duplex est iudiciū Christi. Vnum dicitur iudiciū discretionis, & alterū examinationis. In primo aduētu Xps iudicauit iudicio discretionis, inquātū discreuit granū à palea de lege veteri, & collegit granū sacramentorū, & verā intelligentiā, & repudiauit cerimonias, & posuit terminum in figuris, & pātefecit veritatem, & elegit, & separauit & discreuit apostolos, & cæteros fideles ab infidelibus, & promisit præmium obseruatoribus, & pœnā trāsgressoribus. Et sic iudiciū discretionis fuit quedā electio, & discretiō ve-
C ritatis à figura, & bonorum à malis. Sed iudicium examinationis fiet in secundo aduentu, vbi examinabuntur facta hoium, & vnusquisq; recipiet prout gessit. Et de vtroq; iudicio intelligit Dauid. Vnde qñ iste rex Messias veniet in primo aduentu iudicabit. i. eliget pauperes populi. i. apostolos, qui fuerunt de pauperibus, & infimis populi Iudæorum, & saluos faciet filios pauperū. i. filios regene-
D ratos, & sequaces istorū apostolorū pauperū: quia non saluabit superbos, nec diuites huius mundi, sed solum pauperes spiritu. i. mūdi contemptores, ponentes spem suam in cœlestibus, & humiles remittētes propriās iniurias, & patienter tolerantes, & simplices, & mites. Sed per oppositum humiliabit, & deiicier, & prosternet omnem calumniatorem.

Vnde per calumniatorē intelligit primò diabolū, qui est pater, & caput omnis fraudis, & calumniæ, & mendacii, & superbiæ, & omnis peccati, & exinde intelligit oia mēbra sua. s. oēs mēdaces calūniatores, mendaces, superbos, auaros, fornicatores, osores &c. Vnde sicut in primo aduētu elegit ad se pauperes, & humiles, & iustos, & his, pmisit beatitudinē regni celestis: cū dicit Mat. 5. Beati pauperes spiritu. &c. Beati mites &c. Ita supbis, & auaris cōminatus est pēnā: cū dicit, Discedite à me oēs qui operamini iniquitatem. psal. 6. & sic post vltimū iudicium ibunt hi in ignem, & illi boni in vitā æternam. Matt. 25. Vnde per calumniatorem intelligit omnem hominem mundanū, & peccatorem. Nam qui vi-
E uit secundum mundum non viuit, nisi in calūnia & fraude. Vnde omnis superbus conatur cū calumnia oēs alios deprimere, & subiicere, & auarus cum calumnia alios defraudare, & luxuriosus cū calumnia omnes mulieres decipere &c. Et per pauperes spiritu intelligit omnes iustos. Nam si quis est pauper spiritu, est contemptor huius mundi: aliter non est verus Christianus: & ideo vbicunq; in sacta scriptura nominantur pauperes intellige ut christiani, & populus christianus: qa solus populus Xpianus verè contēnit felicitatē mundanā, & tpalem, eò q̄ expectat felicitatē ęternā in cęlo, quā non pōt cōsequi, nisi contemnat terrenā. Vnde solus Christus fuit primus, qui fecit hoc iudiciū, & hanc discretionem, qui vitam pauperum elegit, & docuit, & futuram felicitatem promisit, cū in lege veteri bona mundana promitterentur. Vnde nunquàm diuitiæ fuerunt in lege
F veteri prohibitæ, nec regnum cœlorum fuit eis explicitè promissum, sc bona temporalia in figuram bonorum spiritualium. Ideo immediatè desiderabatur Christus Messias in lege promissus, quia omnia ista habebat discernere, & veritatem legis docere, & viā in cœlum demonstrare, & sic Christus dicebatur finis illius legis, in quē omnia dirigebantur, & gratia cuius gerebantur, & in quē omnia tendebant tanquàm in finem, in quē terminarentur, & in eo cursum finirent, & ab eo perfectionem acciperent. Et hoc petit & desiderat Dauid cum cæteris patriarchis, & pphetis in hoc psalmo. Tria ergo prædicit Dauid in hoc versu. Primò, quòd Messias debebat eligere pauperes in apostolatum. Secūdò saluare filios pauperum, idest per apostolos

Universidad de Deusto
Biblioteca

los omnes regeneratiões beatificare & à peccato liberare per baptismũ. Tertiò humiliare,& deiicere diabolum calumniatorem: qui totum mũdum decipiebat per idololatriam. Et sic debeba t idololatriam de mundo delere. Et etiam debebat deiicere omnem calumniatorem.

Et permanebit cum sole & ante lunam: in generatione & generationem.

Hic describit huius magni regis æternitatẽ. Nã diceret aliquis, Tu Dauid dicis, ꝙ iste ex erit filius tuus, & nascetur post te: cũ dormieris cum patribus tuis: ergo erit finitus, & tẽporalis, & per cõsequens paruæ potentiæ. Ad hoc respõdet Dauid dicens, ꝙ non. Nam Christus erit æternus, & coæternus patri, & ideo permanebit cũ sole æternaliter à parte post: nõ solum secundũ diuinitatẽ: sed etiã secundum humanitatem. Nã licẽt secundũ humanitatem habuit principium: tamẽ ad hoc erit ẽternus, & manebit, & durabit ẽternaliter cũ sole à parte post: sed iste Xps ẽt est æternus à parte ante secũdum diuinitatẽ. Probatur. Nã fuit ante lunã, & per cõsequens ante solẽ, & oõs stellas, & ante cælũ, & terrã. Hoc probatur. Nã ipse Christus est illud verbum, per quod facta sunt omnia ista. Nam pater ꝑ hoc verbũ qđ dixit, fiat lux, & fiat firmamentum, & fiant duo luminaria. Nam si Deus pater non habuisset istud verbum non potuisset loqui nec dicere omnia ista creata ad extra: ergo istud verbũ per quod facta sunt omnia, scilicet cœlum, & luna, & sol præcedit cœlum, & solem, & lunam: sed nihil precedit cœlum, et tẽpus, nisi solus Deus, et sua æternitas. ergo Christus est Deus, & æternus, & sic ergo permanebit æternaliter cum sole, & fuit ẽternaliter ante lunam, & erit semper in generatione, & generationem: & sic est possibile, ꝙ sit natus æternaliter à patre secundũ diuinitatem, & nascatur temporaliter ex matre secundum carnem. Et nota, ꝙ cõparat humanitatem Christi ipsi soli, eò ꝙ caro Christi post resurrectionẽ facta est incorrupta, & clara sicut solnõ permanebit cũ sole, idest ẽternaliter, & clare sicut sol. Item cũ subdit, & ante lunã: ly ante potest teneri comparatiuè dicendo excessum: quasi dicat, ꝙ Christus sẽ per erit lucidus sicut sol in se habens fontem lucis: vt sic. & ante lunam, idest nobilior, q̃ luna, quæ non habet lucem à se, sed à sole: & sic in illa cœlesti gloria Christus se habet vt sol: cæteri autem beati se habent vt luna: qa receperunt lumen gloriæ à Christo: qui lucet omnibus. vt patet Apo. 22. I. sic Christus manebit lucidus cũ sole, & ante, idest supra lunam. Et non solum hoc verificatur de illa ecclesia triumphãti, sed etiam in ista militanti: in qua Christus est sol iustitiæ: de cuius plenitudine tota ecclesia, quæ dicitur luna, & omnes nos luminis, & gratię sufficientiam accepimus, & in eius lumine ambulamus: & sic Christus semper est sol ante. & supra lunam.

Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

Quia dictum est, ꝙ Christus est ẽternus secundũ deitatẽ, & tẽporalis, inquantũ habuit principiũ sẽcũdum humanitatẽ: ió hic explicat mirabilem modum suæ incarnationis, & ostendit, ꝙ in Christo non solum erat humanitas, & caro quam accepit ex virgine: sed etiã erat in eo diuinitas, quam ab ẽterno habuit a patre, & in qua descendit de cœlo in vterum virginalem. Et alludit ad misterium planæ Gedeonis. Vnde legitur Iudicum. 6. capitulo: quòd cum Hedeon vellet ire cõtra Madianitas: vt liberaret populum Israel à seruitute, & captiuitate, & seruitute: Deus dedit ipsi hoc signum. Nã posuit vnum vellus ẽrectus in area, & de mane reperit ipsum cõpletum rore cœli: descenderat enim ros de cœlo super vellus, & nihil roris cecidit super terrã: imo reperit totã aream siccam, & tunc cepit vellus, & expressit ipsum, & impleuit peluim aqua ex vellere presso. Et iterũ dedit ei Deus aliud signum victorię suæ futurę. Nã alio mane reperit totam aream completã, & vellus siccum in medio areæ. Per primum signum fuit figuratum, ꝙ sicut ille ros descendit de cœlo de mane sine strepitu, & læsione vellens: ita filius Dei erat descensurus in vterum virginis Mariæ absque læsione virginitatis mirante natura: quod misterium incarnationis est nobis incomprehensibile, & insensibile, & ineffabile. Et postea sicut illa aqua exiuit visibilis ab illo vellere, & apparuit visibilis ī pelui, absq; læsione, & corruptione velleris: ita Christus exiuit de vtero virginali, absque læsione virginitatis Marię, & apparuit visibilis in mundo cum hominibus conuersatus, et expressit nobis rorem suæ doctrinæ, & gratiæ. Et etiam de illo vellere suæ humanitatis expressit in cruce totũ suũ sanguinem in redemptione pro nobis: & hoc apparuit in secundo signo. Nam sicut tota area in sequẽti mane apparuit cõpluta vellere manente sicco: ita manẽte vellere. i. corpore Christi sicco, & exãgui, & exausto sanguine suo, tota area ecclesiæ, quæ ante fuerat sicca, tunc fuit compluta, & purpurata: de quo sanguine omnia sacramenta traxerunt virtutem. Iit sicut per primum vellus intelligitur humanitas Christi: in quam verbum descendit: ita per secundum vellus intelligitur totus populus Iudæorũ, de quo carnem Christus assumpsit, & ad quẽ principaliter venit, & cui principaliter prædicauit, & super quẽ rorem suæ prædicationis effudit. Sed quia ille populus indignum se fecit, & rorem prędicationis euangelicæ abiecit, & contemphit: ideo manit siccus, & vacuus aqua gratiæ, & rore euangelico: & apostoli effuderunt, & pluerunt rorem, & pluuiam euangelicã per totum aream populi gentilis per totum orbẽ: & sic illa area fuit compluta, vellere ſyna gogæ manente licco. Et hoc intendit dicere Dauid in hoc versu: Vnde dicit: non miretur aliquis: nec dubitet qũo iste rex sit æternus, & nascatur temporaliter in terris. Nam licẽt ab ẽterno sit Deus procedens à patre, tamen ex tempore descendit in vterum virginis, & vnitus est humanitati, & natus est ex matre, sicut pluuia descendit in vellus Gedeonis, & fuit inde aqua expressa absque læsione velleris, vt dictum est, & descendit etiã verbum Dei rorans sapientiam euangelicam & gratiarum dona super terram: sicut stillicidia, & gutte pluuiales cadunt, & descendunt super terram: ita pluuia euãgelica cecidit super apostolos, & totam ecclesiam. Ex quo patet misterium incarnationis, & misterium sapiẽtiæ, & gratiæ infusionis esse mirabile & incomprehensibile: patet etiam, ꝙ Christus nõ est hõ tantũm, & rex terrenus: sed Deus, & cœlestis, quia descendit de cœlo sicut pluuia in vellus, & patet etiã, ꝙ doctrina euangelica non est humana, sed diuina, & cœlestis, quia descendit à Deo in apostolos sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Qua dixit, quòd Christus, idest verbum descendit in vterum virginis, & in carnem sibi vnitam, sicut pluuia descendit in vellus, & diuina sapientia descẽdit sicut stillicidia &c. Quæreret aliquis quem fructum fecit illa pluuia siue illud semen verbi in vtero virginali. Respondet Dauid, & dicit quòd ex illo

descensu verbi diuini in carnem, siue in vterum virginis: orietur in diebus eius, scilicet Christi iustitia, & abundatia pacis: quia ex illa benedicta pluuia incarnationis orta est iustitia. i. Christus sol iustitiæ, & abundantia pacis. Ideo angeli cantarunt Gloria in excelsis &c. Et durabit ista pax, & abundantia pacis, & iustitiæ legis euangelicæ, & gratię, & iustitiæ, donec auferatur luna: idest in æternum, quia luna nunquam auferetur, nec corrumpetur. Et sic ly donec tenetur indeterminatè. Item ex illa pluuia gratiæ, & legis euangelicæ, quam Christus pluit, & destillauit super apostolos, & ecclesiam suam, oriętur iustitia, quia pacificauit, & reconsiliauit nos cũ Deo, & iustificauit nos à pctõ. Itẽ illa pluuia, & stillicidia, quę emanauit ex latere Christi induxit in nobis iustitiam, & abundãtiã pacis, conferendo virtutẽ sacramentis ad iustificandum peccatores, & hoc durabit donec auferatur luna, idest vsq; ad diẽ iudicii durabit lex euangelica: & executio sacramẽtorũ, qñ sol, & luna, & omnes cœli quiscent à motu suo. Vnde luna nõ auferẽ secundũ substantiã, sed auferetur, & cessabit eius motus, & cursus cæterorum astrorũ: & iõ lex euangelica dicitur test. æternum: quia non expectatur alia lex post eam. Et sic simul cessabit exercitium legis euangelicæ cum motu cœlorum, & astrorum, sed effectus legis euãgelicę, & fructus eius erit ẽternus, scilicet cœlestis fruitio, & beatitudõ. Et ideo dicit Cassiodorus, quòd ecclesia comparatur lunæ, eò quòd crescit, & decrescit secundum aspectũ & fauorem solis iustitiæ, qui est Christus illuminans ecclesiam per gratiam, & fauorẽ. Dupliciter ergo Christus expressit suum vel lus. Primò vellus humanitatis in torculari crucis, à quo exiuit sanguis, & aqua, & impleuit peluim ecclesiæ, & sacramentorum. Secundò expressit vellus diuinitatis: & exiuit doctrina euangelica, & septem dona spiritus sancti: & compleuit, & rorauit totam arcam ecclesię à solis ortu vsque ad occasum. Ex qua pluuia, & imbre orta est iustitia, & abundantia pacis. Et nota, quòd Gedeon non in multitudine hominum nec vi armorum: sed in virtute Dei in sono tubarum vicit Madianitas, & Amalechitas, & omnes orientales nationes: quibus superatis fuit abundantia pacis in Israel. Ita Christus non virtute humana, sed diuina superauit diabolum, & apostoli in sono buccinæ, &

tubæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tube enangelicę ſubiecerunt Xpo totũ orbẽ. & ſic fuit abundantia pacis in tota eccleſia.

Dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

In hac parte prædicit vniuerſale imperiũ & dominium huius magni regis Chriſti. Vñ eſt notandum, q̃ Megaſthenes, & Strabo, & Plinius, & q.dã alii coſmographi dupliciter deſcribunt. & diuidunt totã noſtrã terrã habitabilem. Vno modo accidentaliter per vnũ mare mediterraneum, & duo flumina. Nam cũ tota noſtra Quarta habitabilis ſit vndiq; circundata mari oceano ſecundùm eos. tamẽ per fretum Gaditanum ab occidente intrat mare mediterraneũ: procedens verſus ortũ vſq; in Syriam relinquẽs Africam ad dexteram, & Europam ad ſiniſtram: quod quidẽ mare finitur, & terminatur in famoſiſſimã, B antiquam ciuitatem Tyri: quondam emporium famoſiſſimũ in Syria: ideo dicitur mare Tyrenũ ſeparans Europam ab Africa, & recipiens Nilum fluuium venientem à mõtibus Aethiopiæ, & equinoctiali: qui quidẽ Nilus diuidit Africam ab Aſia. Rurſus iſtud mare Tyrenum intrat verſus aquilonem per Helleſpontũ, & Propontidem inter Græciã, & Frigiam: & poſt Conſtantinopolim aperitur in vaſtum, & magnum ſinum: q̃ dicitur mare Ponticum ſiue Euxinum: quod recipit magnum fluuium Tanaim venientẽ à montibus Ryfeis, & Mœotim paludem è parte aquilonari: & ſic Tanais cũ Ponto, & Helleſponto diuidunt Europam ab Aſia. Ex quo patet, q̃ q.cq.d eſt in mari Tyreno verſus partem aquilonarem pertinet ad Europam: & quicquid eſt ab eodem mari Tyreno verſus C Auſtrum pertinet ad Africã: & rurſum q.cquid eſt vltra Nilum, & mare Tyrenum, & Pontum, & Tanaim verſus ortum, vſque ad terminos terrę, pertinet ad Aſiam: & ſic Aſia manet multò maior, & longior, & amplior q̃ Europa ſimul cum Africa. Iſta autem deſcriptio terræ noſtræ habitabilis clarius patebit pſalmo. 103. ſecũm veram deſcritionẽ Ptolemæi. Sed q.a oẽs iſtæ tres partes principales mundi. ſ. Aſia, Africa, & Europa recerũt iugum, & fidẽ Chriſtiniõ dicit Dauid, q̃ iſte Chriſtus rex Meſſias dominabitur toti orbi à mari mediterraneo vſque ad vtrũque mare oceanũ. ſ. vſque ad Auſtrale: & ſic cõprehendit totam Africã: & vſque ad mare aquilonare: & ſic comprehendit totã Europã: & etiam dominabitur ab vtroque flumine. ſ. Nilo, & Tanai vſque ad terminos orbis terrarum verſus ortum ſuppler: & ſic comprehendit totam Aſiã. Et ſic patet ſecũm iſtã diuiſionẽ, & deſcriptionẽ terræ: q̃ Chriſtus totum orbẽ erat dominaturus. Sed o mõ Plinius, & cæteri coſmographi diuidunt, & deſcribũt orbẽ naturaliter ſecũm aſpectum cœli. & ſic diuidunt ipſam terrã habitabilẽ in tres ptes. Vñ totam terram q̃ inter tropicos vſq; ad tertium climata excluſiue appellant æthiopiã: eò, q̃ eſt calida & gignit homines nigros. & iſta eſt maior pars terræ habitabilis rõne latitudinis, & longitudinis vt poteſt patere intuenti. Aliã extremitatem terræ poſt ſextum clima ad aquilonem appellant Scyphiã. & totam terram contentam in quatuor climatibus intermedijs habitant Tyrenã ſiue elyſiam. eò, q̃ eſt fauorabilior, & conuenientior vitæ, & habitationi hominum. & in hac media pte mũdi viget ſcientia, & ſciẽtia, & artes, & leges, & ſocietas, & hũani mores hoim. cæteri oẽs ex ſcitia, Aethiopes reputantur barbari, & inciuiles, & paſtores ſemper errantes, & vagantes, & mutantes loca, Aethiopes pp ardorẽ, & ſolis: & ſcythæ pp glacieꝫ. & frigus. ſed oẽs iſtæ tres ptes. & generationes mundi venerũt ad iugũ, & fidẽ Chriſti, vt patebit. Iõ ſubdit Dauid, & probat per ſingula dicens.

Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent.

Coram illo. ſ. Chriſto procident adorando ipſi Aethiopes: & inimici eius. ſ. Scithæ terrã. i. veſtigia Chriſti lingent, & adorabũt, & oſculabuntur. vnde notanter dicitur Coram illo procident Aethiopes, quia prædicentes in terram adorant ſemper: & adorant Chriſtum cum maiori deuõtione, & profectione, quàm latini. Item ſcythas dicit inhumanos, eo, q̃ erant beſtiales, & feroces, inhumani, & inimici noſtri Chriſti, ſicut fuerunt Gothi, & Hũni, & vandali, Alani: ſed poſtea fuerunt boni Chriſtiani, qui dicuntur terram lingere: quia veſtigia ſacerdotum, & ſanctorum, & limina eccleſiarum oſculantur, ſicut faciunt Vngari qui veniunt de ſurpe hũgarum, & Scytharum. Etiam per ly inimici poſſunt intelligi omnes reges, & tyranni gentilium, qui poſt cõuerſionem lingebant, & oſculabãtur limina eccleſię. Vnde primò nominat Athiopes, eo quod primò venerunt ad fidem, prædicatione beati Matthæi, de quibus ſupra dictum eſt pſalmo. lxvii. Aethiopia præuenit manus eius Deo.

Reges

A *Reges Tarſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.*

Hic pdicit, q̃ nõ ſolũ Ethiopes, & Scythæ erãt venturi ad fidem Chriſti, ſed et gentes mediæ. ſ. Indi, Arabes, & cæteri habitantes inter ſm, & ſeptimũ climã, quia ſapientiores & nobiliores ingenio, & moribus. Vñ notandũ eſt q̃ tota regio q̃ eſt inter Gangẽ, & magnũ fluuiũ. Senũ qã hodie dr reguũ Mantin. appellat in ſcriptura vet. te. Tarſis, q̃ eſt regio Indorũ diuiſſima auro, et argento, & aromatibus, & ante oſtia Gangis reſpondet in mari Indico magna inſula Tabrobana pariter argento, & auro abundatiſſima. hanc appellat ſcriptura Ophir. Vnde ad hanc Tarſis, q̃ offerebat Salomon naues per triennium ad portandum aurum, & argentum in Iudęam, vt patet 3 Reg. Deinde poſt Tabrobonam in B eodem mari Indico ſunt. 1800. inſulæ. quas Ptolomæus Coortes appellat. Et ſic Dauid dicit. Reges Tarſis, & illæ inſulæ omnes offerent munera illi regi Chriſto. Vnde per reges Tarſis intelligit omnes reges Indorum qui regnant in regione Sinarum, & Catai, & Mancich, & cæterorum regionum triplicis Indiæ. Item per ly inſulæ non ſolum intelligit. 1800. Coortes ſitas in mari indico, ſed etiam inſulas Cycladeas, & cæteras ſitas in Mediterraneo, & etiam. 30. Fortunatas in Oceano Athlantico, & 20. Orcadas in Oceano Britannico, quas Ptolomæus appellat Albiones, quia omnes iſtæ venerunt ad fidem Chriſti, vt probabitur. Item ſequitur Reges Arabum. Arabia eſt, quicquid eſt inter ſinũ Perſicum, & Hallanicum ſiue Arabicũ et eſt C penè inſula circundata mari rubro, in cuius littore verſus Auſtrum eſt magna regio dicta Saba, & tota iſta Arabiã dicitur felix à ſelicitate auri, & aromatum, & dicitur Arabia interior, in qua regnabant ſeptuaginta reges, & etiam iſta Arabia extenditur verſus Aquilonem vſque Damaſcũ, quæ etiã eſt duplex ſcilicet Arabia petrea, & deſerta. in hac etiam regnabant multi reges qui omnes venerunt ad fidem Chriſti. Ideo dicit reges Arabum, & reges Saba adducent dona ipſi Chriſto. Itẽ vt comprehendat omnes nationes, & conditiones, & dignitates hominum qui venerunt ad fidem Chriſti, ſubdit.

Et adorabunt eũ omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.

Hic prædicit latriam dandam, & debitam ipſi Chriſto Meſſiæ. Ad cuius intellectum eſt notandum, quòd latria eſt cultus ſoli Deo debitus ratione ſummi dominii, & bonitatis, & poteſtatis, & ſic ſoli Deo debetur: quia eſt ſummè potens, & creator, & recreator, & ideo triplici honore eſt colendus. Primò adoratione cum procidentia, & hoc ratione omnipotentiæ. Secundò oblatione, & ſacrificio, & hoc ratione gubernationis. Tertiò himnis, & orationibus, & hoc pro beneficiorum largitione. Et ſic verè Chriſto competit latria, quia creator, & vniuerſalis dominus, & iudex, & redemptor, & verus Deus. Vnde ſicut illa humanitas fuit inſtrumentum in noſtra redemptione, ita ſimul adoratur cũ verbo cum quo perſonaliter vnita eſt. Vnde in hoc decipitur Camhi in hoc paſſu dicens, q̃ nos ponimus quaternitatẽ in Deo. ſ. patrem & filium, & ſpiritum ſanctum, & humanitatem Chriſti, quem filiũ Dei regis vocamus. Vnde iſte cęcus putat, quòd humanitas Chriſti faciat numerum cum verbo diuino: & hoc accidit, quia non percipit vnitatem perſonalem humanitatis cum verbo, & ſic per ſe non adoratur humanitas, ſed perſona, quia non adoratur humanitas, ſed verbum humanatum & incarnatum, vt ait Hiero. in ſermo. de aſſumptiome Virginis Mariæ. Ex hoc patet, quòd toti Chriſto per ſe debetur latria. Tria ergo facit Dauid in hac vltima parte. Nam primò prædicit adorationem ab omnibus nationibus Chriſto exhibendam. Secundò eius oblationem. Tertiò qualiter erat hymnis, & laudibus colendus ſecundum ibi. Et viuet, & dabitur ei. tertiũ ibi. Sit nomen eius benedictum. Dicit ergo ad primum, eò quòd ſupra dixit eius vniuerſale dominium à mari vſq; ad mare &c. Ideo ratione ſummi, & vniuerſalis dominii debetur ſibi adoratio: ideo dicit. Adorabunt eum omnes reges, & omnes gentes ſeruiẽt ei. Tota iſta pphetia ſucceſiue impleta eſt in Chriſto, vt dictum eſt. Nã reges gentilium, qui ante perſequebantur Chriſtianos, poſtea conuerſi ad fidem tempore Cõſtantini adorarunt eum tanquàm Deum, & dominum, & procciderunt coram eo, & veſtigia eius linxerunt, & ſunt oſculati. & ſeruiũt ei cultu latriæ: rãtione ſummi dominii, & maieſtatis, & bonitatis, & poteſtatis. Et ideo redit cauſam quare adorabunt eum omnes reges. & dicit.

Quoniam liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.

Ideſt totũ genus humanũ à diabolo potente,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A te, nõ q̃ diabolus habeat de se tantã potẽriã, nisi inquantum à Deo sibi erat permissã vsq; ad aduentũ Christi, pp peccatũ primorũ parentũ. Vnde tanta est potentia diaboli contra hoiem quantus locus sibi à nobis dat, nõ seruando Dei præcepta, & recedendo à Deo. Nã qui elõgatur à Deo adhęret, & subiicit se diabolo, & tunc diabolus dr potens potestate quã sibi dãt pctõres, & quã Deus sibi permittit, & sic fuit totũ genus humanũ in prãte diaboli vsq; ad aduentũ Christi, à qua prãte nemo poterat hoiem liberare nisi solus Chris Ideo dicit quia liberabit populũ panperem à potente. s. diabolo: pauperem dico, cui non erat adiutor nisi solus Christus ad hoc deputatus, & in lege promissus. Vnde nota, quòd diabolus multipliciter affligebat genus humanum ante Christi aduentum, quia non solum vexabat per peccatum idololatriæ, & vitiorum in anima, sed etiam vexabat in corpore. Nam cogebat cultores suos ad nefanda, & enormia scelera, & flagitia, cogebat. n. patres immolare filios, & filias, vt psal. 105. dicetur, & etiam patres comedere filios, & econuerso, vt fiebat apud Scytas, & alias barbaras nationes, & sic Busiris Egyptius comedebat hospites suos. & etiam cogebat matres prostituere filias lupanaribus, & turpi, & nefandæ luxuriæ, & conseerare eas Veneri ad turpitudinem, & cogebat cultores ad ludos scenicos, & ad alios nefandos ritus: vt dictum est psalm. 11. A quibus miseriis solus Christus liberauit genus humanum, vt demonstrat Eusebius. 6. de præparatione euangelica. Ex quo patet, quòd Christus non solum liberauit hominẽ quò ad animam à
C diaboli potestate, sed etiam quò ad corpus tales ritus nefandos auferendo. Et per hoc patet huius magni regis Christi omnipotentia, propter quã sibi debetur adoratio latria, vnde nõ solum Christus liberauit genus humanum ab idololatria, & prædictis nefandis ritibus, sed etiam à culpa, & peccatis commissis. Vnde dicit.

Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen coram illo.

Parcet pauperi & inopi. i. peccatori ope de stituto, & animas pauperum saluas faciet, à culpa, & pœna ætarna supple. Vnde nota, q̃ omnis peccator dicitur pauper inquantùm caret bonis, & diuitiis gratię, & dicitur inops inquantùm nec à se nec ab alio potest liberari, nisi à solo Christo, quia nullus alius potest sibi opem ferre. quã opem tulit Christus nobis per passionẽ, & sacramenta. Item dicit ẽt, Parcet pauperi, quia Christus non parcet superbis. sed humilibus, & pauperibus spiritu, & hos saluauit, & saluat. Et nõ solũ Christus saluauit genus humanũ à pœnis præteritis, & culpis cõmissis, sed ẽt à futuris inquantùm dedit legẽ euangelicã prohibentẽ oẽm vitã & iniquã passionẽ, & operationẽ. Iõ sequit, Ex vsuris, & iniquitate redimet ãias eorum. Et quia seruãs legẽ euangelicã prohibentem oẽm vsurã et illicitã operationẽ, & docentẽ & præcipiẽtẽ oẽm virtutẽ, & dilectionẽ Dei & proximi in ea iustificatur, iõ obseruantes legis euangelicæ dicitur iustus, & virtuosus, cui tibi debetur honor, & præmiũ coram Deo. Iõ sequit, & nomẽ eorum. i. colentiũ euangelihũ erit honorabile, & acceptabile coram Deo. s. Christo, quia tales honorificabit pater Christi in cœlo. Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus &c. Ex quibus patet, q̃ Christus est Deus, quia solus Deus delet peccata populi. Esa. 43. & 54. Item nomẽ ipsi debetur adoratio Latriæ. Item nomẽ Christianorum est honorabile coram Deo, quia Christianus dicitur à Christo, & dicitur unctus. & genus regale, & honorabile, & nomen dignitatis, & Deo acceptabile.

Et viuet & dabitur ei de Auro Arabiæ: & adorabunt de ipso semper tota die benedicent ei.

Quia dictum est superius, quòd Christo debetur adoratio latria ratione summæ omnipotentiæ, hic dicit quòd etiam debitur ipsi oblatio ratione summæ maiestatis, & dominii. Etiam quia supra dixit, quòd Christus per suam passionem liberabit, & saluabit animas pauperum &c. Ideo ne quis putaret, quòd iste Rex totaliter per mortem deleretur, & consummereetur: dicit Et iste rex Christus post mortem vinet in æternum, & quia resurget à mortuis, & post mortem, & de resurrectionem regnabit in æternum, & dabitur sibi cultus Latriæ, & dabitur sibi oblatio, quia dabitur sibi de auro Arabię in oblationẽ, & oẽs gentes adorabunt de ipso, & propter beneficiis suis, & tota die ideſt per totũ tempus gratiæ benedicent et agendo gratias. Et nota, quòd in hoc versu tanguntur omnes partes Latriæ. Primo tangitur oblatio, cum dicitur: Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ in oblationem: quia in Arabia nascitur copia

A copia auri, et maximè Chris in Arabia fuit primitùs adoratus. Secundò tangitur adoratio: cum dicitur. Et adorabunt de ipso semp. Tertiò tangitur humnus, & oratio quæ solt Deo debetur per Latriam, cum dicitur. Tota die benedicent ei. Hæc autem prophetia fuit impleta: primò quando reges, & magi obtulerũt Christo aurũ, thus, & mirrham. Secũdò quãdo Constantinus, & cæteri reges obtulerunt magnos tesauros in fabricas, & ornamenta ecclesiarum. Hic arguit Camhi contra christia nos dicens, quòd Messias in lege promissus debet viuere in ęternum, & non mori: sed Iesus Nazarenus mortuus fuit, ergo non est Messias: cum hic dicatur Viuet, & dabitur ei &c. Sed manifestè patet cęcitas huius obstinati. Nam Christus resurrexit à mortuis ad vitam gloriosam, & immortalem, & post resurrectionem regnauit in æternum

B *Erit firmamentum in terrâ in summis montium: superextolletur super libanũ fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.*

Quia supra dixit, q̃ Christo erat dãda adoratio, & oblatio tanquã vero Deo: hic dicit, q̃ non solum sibi dabitur oblatio, sed ẽt ipsemet erat offerendus in oblationem quotidiè sub forma panis per sacerdotes in sacramento eucharistiæ. Et sic prædicit sacrificiũ eucaristiæ, quod iugiter in ecclesia offertur in memoriã passionis Christi. Vnde est aduertendum, q̃ vbi translatio nostra habet, Erit firmamentũ in terra in summis montium, translatio Caldaica habet, Erit panis super mõtes. translatio autem Hieronimi habet. Erit memorabile triticum: in hebræo habetur. Erit placẽtula panis. Ideo putant aliqui hoc vocabulum
C firmamentũ esse corruptum, quia debuit dicere. Erit frumentum. i. triticum. Et hoc fortè accidit vitio scriptoris propter vicinitatem soni inter frumentum, & firmamentum. Sed forsan ista nostra translatio potest sustentari. Nam quia frumentum, & panis est firmamẽtum, & sustentamentum vitæ hominis: ideo aliquando in scriptura pro frumento sive pane ponitur firmamentũ. Vnde psalmo. 103. dicitur. Panis cor hominis confirmet. Item psal. 104. habetur. Vocauit famen super terram, & omne firmamentum panis contriuit. Quomodo ergo cunque ponatur hic memoratur, & prædicitur sacrificium eucaristiæ, in quo Christus offertur in forma panis quotidiè. Nã Christus eleuatur super capita sacerdotum quotidie, sicut figuratum. est Exodi. 29. vbi Deus præcepit crustulam panis eleuari supra capita sacerdotũ coram populo. Eadem figura præcessit de panibus ppositionis. Exod. 25. & Leuiti. 24. Et ideo in alia translatione habetur, quæ dicitur Targum. Erit placentula tritici super capita sacerdotum &c. Dicit ergo Dauid sic. Iste rex Messias erit firmamentum, siue frumentũ, siue memorabile triticum in terra, in summis montium. i. super capita sacerdotum eleuabitur in forma panis. Nam sæpe in scriptura per montes intelliguntur sacerdotes propter eminentiam dignitatis sicut dictum est supra. Ideo sequitur: Et extolletur super libanũ fructus eius: fructus enim huius sacramẽti sunt collatio, & restauratio gratiæ deperditę, reconciliatio membrorum ad caput, multiplicatio fidelium, augmentum virtutum, vita æterna &c. qui fructus sunt vberiores, & altiores, & D
ptiotiores, quàm sit Libanus, & fructus eius: qui quidem Libanus est fertilior cæteris mõtibus. Et ideo sequitur: fructus huius sacramenti, quæ est multitudo fidelium florebũt, & multiplicabuntur per mundum sicut fœnum terræ: ex quibus omnibus fidelibus conficitur vnum corpus ecclesiasticum, sicut ex multis granis vnus panis coficitur. Et etiam illi fideles qui nutriuntur ex isto pane florebunt vigore gratiæ, & multiplicabunt sicut multiplicatur, & viret fœnũ in terra. Hoc ergo est sacrificium, quod Dauid prædicit in ecclesia futurum, cui etiã debetur latria inquãtum Deus. Et nota etiã omnes terminos positos in hoc versiculo. Nam primò dicit. Erit memorabile triticum siue frumentũ siue placentula panis in terra: ad denotandum, quòd hoc sacramentum siue sacrificium tantũ est F
celebrandum, & memorandum in terra. Nã in cœlo non erit nessecarium celebrari: quia iã beati vident Xpm facialiter, & eius pfitia clara visione fruũtur, & reficiuntur: sed tñ est necessariũ sacramẽtaliter celebrari in hac via: iõ dicitur cibus viaticus sub tali specie panis. Sectò dicitur, Extolletur super libanũ fructus eius. Nã sicut in mõtibus Syriæ solus Libanus est magis fructuosus, & magis eminẽs, & altior: à quo fluit Iordanis fluuius: ita sola ecclesia i hoc sęculo est fructuosa germinans, & regenerans fideles, & fructus dignos vitæ ęternæ: à qua ecclesia emanat fluuius, & fons baptismalis: vnde regenerantur filii regni. Item denotat etiam: q̃ fructus huius sacramẽti superextollũtur super oĩa alia sacra

menta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A menta ecclesię in dignitate. Tertiò additur. Florebunt de ciuitate sicut fœnum terrę. Nã ecclesia Christi non solũ dicitur Libanus ꝓpter eminentiam, & fertilitatẽ, & altedinẽ, & vehementem abundantiam arborũ, & hęrbarum, & aquarum: sed etiam dicitur ciuitas propter frequentiam ciuium, & concordem multitudinem sub vna fide, & caritate sociatã. Ideo sola ecclesia meretur dici ciuitas, qa sub vera lege euangelica regitur, & viuit. Iõ quotquot sunt extra ecclesiam dicuntur Pagani: quia sola ista floret abũdantia, & diuersitate conditionum, & statutum, s. apostolorũ martirum, doctorum, cõfessorum, religiosorum, monacorum, sanctimonialiũ, virginũ, viduarum coniugatorum &c. Item sicut fœnum abũdat in Libano, & crescit, & viret ex abundantia pluuię cœlestis: ita fideles multi
B plicantur in ecclesia ex pluuia baptismali, & abundantia donorum, & gratiarum spiritus sancti. Itẽ per hoc quod additur in summis montium: denotatur quòd ista abundantia non est intelligenda de triticò siue frumẽto materiali: sicut cęci iudęi dicunt, quòd in aduentu Messię erit magna abundantia frumẽti, & vini, & olei. nam abundantia taliũ fructum materialiũ potius solet fieri in planis, & vallibus, & locis cultis, quàm in summitatibus montium. Ideo per summitates montium intelliguntur capita sacerdotum, qui eleuant corpus Christi sub specie panis super capita sua in sacramento eucaristię, & ostendunt populo. Et sic patet manifestè ꝙ hic loquitur de sacramento altaris in quo Christus offertur, & adoratur: & ideo translatio Caldaica dicit, ꝙ Messias erit placentula panis super capita sacerdotum &c. vt figuratur Exod. 25.

C *Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante solem permanet nomen eius.*

Hic describitur tertia pars Latriæ Chro debitæ. s. himnus laus, & oratio. Vnde notandum, ꝙ ista. 5. se habent per ordinem. s. reuereri, honorare, laudare, glorificare, siue magnificare, & adorare. Nam reuereri est quando quis maiora bona existimat in alio quàm in seipso. Honorare est reuerẽtiam quã quis in animo gerit erga alium, exterius ostendere. Ideo dicitẽ honor & exhibitio reuerentię in testimonium virtutis secundum Tullium. Laudare est ipsum honoratum altis commẽ dare. Glorificare siue magnificare est laudes honorati large lateq; pręconizare. Adorare autem est reuerendum honoratum laudatũ glorificandum siue magnificandum propter eminentiam sanctitatis, & maiestatis, & omnipotentis colere, & omnia alia spe poltpobita se ipsum illi committere, & subiicere. Et talem cultus dicitur Latria, quæ soli Deo conuenit. Vnde dicitur etiam Eusebia in græco. i. optimus cultus, quę nõ sit sine oblatione, & adoratione, & himnis, & oratione vt dictum est. Ideo Pythagoras triplici honore dicebat Deum colendum: vt patet primò cœli. simonere, & gestatione, & himno siue carmine. Hanc ergo tertiam partem Latriæ Christo debitã, & exhibendam quę est magnificatio, & glorificatio cum himnis, & laudibus, & benedictionibus, & orationibus, tangit, & prędicit Dauid in hac vltima parte cum dicit, Sit nomen eius benedictum. s. glorificatũ, & magnificatum non solum temporaliter, sed etiam in æternum, quoniam Christus non incepit temporaliter, præcisè sicut dicũt cęci iudęi. sed ante omnia & per consequens æternaliter manet nomen eius quod est Iesus, & saluator. Nam saluare idem est, quod dare esse perfectum, & sic saluare esse conseruare, vt dictum est. *Et sic soli Deo* conuenit, qui dedit nobis esse *per creationẽ*, & perfectũ & perfectum esse per recreationẽ, & perfectissimum, & optimũ esse per glorificationẽ. Et ideo Christus rectè vocat Iesus à quo habemus omne esse: nam dictum est superius, ꝙ ista se habẽt per ordinem. s. esse, viuere, & uere. Nam esse conuenit omnibus tam inanimatis, quàm animatis: sed viuere solis animatis, sed saluare quod dicitur habere vitam beatis sed saluare quod dicitur habere vitam beatis sine defectu, soli Deo per se cõpetit: sed participatiuè cõmunicatur solis angelis, & bonis beatis. Ideo per se soli Deo dicitur. Saluus illi. i. vita sine defectu. Et sic solus Deus est Iesus. i. salus, & saluator. Et hoc est nomẽ eius Adonai: vt dictũ est in prologo, & psalmo. 3. Et sic Christo Iesu debetur Latria, & benedictio. Ideo quia hoc nomen non solũ de se est benedictum ab angelis, & hominibus inquantùm est essentialiter salus, & beatitudo: sed quia istam salutem cõmunicauit hominibus per regenerationem, quia in ipso sumus regenerati, & benedicti, & liberati, & soluti à maledicto: ideo sequitur.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedicentur in ipso omnes tribus terræ. s. per mortem, & passionem, & regenerationem baptismalem: quasi dicatur ipso Christo Iesu

A Iesu complebitur promissio facta ipsi Abrahæ Gen. 15. &. 22. In semone tuo benedicentur omnes gentes. Et quia propter tale beneficium debetur sibi tertia pars Latriæ, quę dicitur magnificentia: ideo sequitur. Et oẽs gẽtes magnificabunt eum. i. magnificum, & gloriosum longè latéq; pręconizabunt agendo gratias de beneficijs creationis, & recreationis, & redemptionis, in hymnis, & canticis, & prædicationibus.

Benedictus dominus Deus Israel: qui facit mirabilia solus.

Nota, ꝙ quatuor causas assignat Dauid in his quatuor vltimis versibus, quare Christo debetur Latria, & magnificentia. Primò ratione æternitatis, quia ante solem manet nomen eius. Secundò ratione summę bonitatis,
B & mię: quia in ipso erant benedicendæ oẽs gentes, & redimendæ vt dictum est. Tertiò ratione omnipotentiæ, quia ipse solus operatus est mirabilia. Primò quia mirabiliter mũdum ex nihilo creauit. Secundò quia in suo aduẽtu primò fecit mirabilia solus infirmos sanando, mortuos suscitando, supra aquas siccis pedibus ambulando, & limbum inferni expoliando: quæ omnia ista mirabilia solus potuit facere: ideo pertinent ad eius omnipotentiam. Et sic debetur sibi latria benedictio. ideo dicitur. Benedictus Christus dominus Deus Israel, ideſt Israeli promissus, & expectatus: quia ipse solus facit mirabilia suprædicta: ideo detur sibi, & dabitur benedictio, & honor et magnificentia cum Latria. Quartò debetur sibi Latria benedictio rõne summæ maiestatis. Mota, ꝙ Christus licẽt in se habuerit maiestatem: tamen non eam omnibus ostendit in primo aduentu, eò ꝙ venit
C ad patiendũ pro nobis, & ad dandum exemplum vitæ, & doctrinæ. Iõ venit cum humilitate, & paupertate, & ideo potius ostendit in firmitatẽ quã pro nobis assumpserat, q̃ maiestatẽ quã ab æterno habuerat: vt ipse ait Io. 12. & 17. Clarifica me pater ea claritate quã ab æterno habui &c. Sed in sua ascẽsione ostẽdit suam maiestatem solis discipulis, quã maiestatem prædicauerunt apostoli per vniuersam terram. Et sic maiestas Christi licẽt fuerit visa ipsis apostolis, tamen non est visa per vniuersũ, & prędicatũ, & cognitũ in vniuersa terra. Sed in secundo aduentu qñ Xps veniet in potestate, & maiestate magna tũc tota terra erit repleta maiestate eius, quia tũc omnes ipsum videbunt in sua maiestate, & cognoscent ipsum esse Deum, & dominũ, & verũ Messiã in lege promissum, & cognoscẽt, quòd ipsi debetur adoratio Latria. Et sic manebunt confusi Iudæi, & infideles qui ipsum non receperunt. Et hoc est quod dicit hic Dauid cum ait,

Et benedictũ nomẽ maiestatis eius in æternũ: & replebitur maiestate eius oẽs terra. fiat fiat.

Quia pro nunc solum habemus nomẽ maiestatis eius per auditũ, & fidẽ. Et sic ipsum benedicimus, & adoramus &c. Sed in sẽcto aduentu tota terra replebitur maiestate eius: quia oẽs ipsum videbunt in sua maiestate. Ex quo patet, ꝙ semper debetur ipsi cultus latrię. Etiam possumus dicere, & in primo aduentu tota terra fuit repleta maiestate Christi effectiuè per opera, & miracula facta per ipsũ, & apostolos. Et fuit repleta terra beneficijs, & donis, & gratiis eius. Quare sit nomẽ eius benedictũ, & cõcludit fiat fiat. i. fiat hoc in cœlo, & in terra, et fiat hoc corde, et opere, & cũ affectu, & effectu &c. Et supponitur in hebręo talis superscriptio in fine huius psalmi. s. Completę sunt siue expliciunt orationes Dauid filii Isai. Per hoc concordant omnes doctores tàm hebræi q̃ catolici christiani, ꝙ iste psalmus est vltimus quem Dauid fecit in sua senectute, & ꝙ iste psalmus collocabatur vltimus in ordine in libro psalmorum antiquo ante Babilonicam captiuitatẽ. Sed quia Esdras post incensam legem recollegit hinc, & inde psalmos dispersos p domos Leuitarum, ideo sicut reperiebat, ita collocauit in hoc libro. Et sic nõ sunt psalmi collocati secundum ordinem temporis sicut successiuè sunt facti: sed eo ordine quo fuerunt recuperati, & reperti. Et sic quia iste psal. fuit repertus. 71. in loco. 71. fuit collocatus in hoc libro: sed in libro antiquo erat in vltimo loco collocatus, qa erat. 150. Ideo in fine huius psalmi appositus fuit talis titulus, siue descriptio. Expliciunt orationes Dauid. Ex quo patet, ꝙ Dauid fecit istum psalmum licẽt intituletur in Salomone, & oẽs alios qui intitulantur ipsi Asaph, & filiis Core: & per consequens fecit oẽs psalmos sicut dictũ est in principio secundum opinionẽ beati Augustini. Ex quibus ẽt patet, ꝙ iste nõ põt exponi de Salomone nec de regno eius nec de aliquo puro homine: sed de solo Christo: cui conueniunt oẽs cõditiones in hoc psalmo memoratæ: per quas possumus probare firmiter con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitia populus infidelitũ inimicus in sctõ. i. in sanctuario & ecclesia tua, quia infideles tiranni, & Sarraceni, qui te oderũt, & gloriati sunt in medio tolemnitatis tuæ. i. in medio ecclesiarũ, vbi celebrãtur solẽnitates, & festiuitates tuæ, quia eas ꝓphanarunt committendo turpitudines, & abominationes in ecclesiis & faciendo eas Mesquitas vbi laudatur sacrilegus, & immundus Mahometus. Et posuerũt signa. i. vexilla super summũ, & summitates ecclesiarum in exitus. s. signũ victoriæ, & prosperitatis. Signa dico posuerũt, & nõ cognouerũt Deũ, & dñm sed inuocabãt nomẽ sacrilegi Mahometi in signum victoriæ. Hoc prædicit ꝓpheta. Nã qñ Sarraceni capiebãt ciuitates Christianorum probant vexilla eorũ super turres, & campanilia ecclesiarum in signum victorię, & inuocabant magnis vocibus pseudo ꝓphetã Mahometũ. Et sic fecerunt per totam Aegyptum, & Africam, & etiam hoc fecit Turcus in Constantinopolitano templo sanctæ Sophiæ. Et qñque ex ecclesiis nostris, & vt plerumque faciebant Mesquitas ad adorandum secundum ritum eorum. Et qñque ecclesias incendebant igni, & cum securibus frangebant ianuas earum. Et ideo subdit. Quasi in sylua. sicut solet fieri in sylua qñ fabri, & carpentarii dealiunt, & scindunt arbores cum securibus, ita in idipsum. i. similiter exciderũt ista crucigi Sarraceni, & Turci ianuas eius. s. ecclesiæ securibus, & similiter deiecerũt eã. s. ecclesiã securi, & ascia, quod est instrumentũ ad fabricandũ, & dolandũ ligna. Et nõ solũ non sufficiebat eis deiicere, & diruere ecclesias, sed incẽderũt igni sanctuariũ tuũ, & polluerunt tabernaculum nominis tui in terra. Hoc dicit quia quasdã ecclesias prosternebant, sed quasdam incendebant igni, & quasdam prophanabant committendo in eis turpitudines aut polluebant, faciendo ex eis Meiquitas eorum ad adorandum. Et notanter dicitur in terra, quia tabernaculũ Dei quod est in cęlo nemo põt polluere. Itẽ tabernaculũ nominis Dei propriè est humanitas Xpi, qui sedet à dextris Dei, quod tabernaculum nemo põt polluere. Et ideo licèt infideles prophanent, & polluant ecclesias materiales in terra, tñ in hoc non læditur Christus in cælo. Vnde quia Sarraceni, & Turci sãtagunt, & conantur totaliter auferre verum cultum Dei à terra, cũ ꝓhibẽt sonare: imo totaliter auferũt & ex

A ex eis faciũt machinas, et torméta quas vulgariter bombardas vocant, ad muros ciuitatum diruendos, & non permittunt festiuitates Christi publice celebrari. Et hoc crudelius. & vehementius faciet Antichristus. Ideo sub dit propheta: cognatio eorũ. s. Antichristus, & Sarraceni, & Turci præcursores eius dixerunt, & decreuerunt simul in corde suo: facia mus quiscere à terra dies festos Dei: ne amplius celebrentur in honorẽ Christi. s. diem natiuitatis, & festum resurrectionis, & ascensionis &c. imo cogunt Christianos laborare in die dominico &c. sicut manifestè videmus facere istum Turcum, in ciuitatibus, quas cepit à Christianis. Signa nostra. Ad cuius intellectum est notandum q̃ multi mali Christiani: & simplices videntes prosperitatẽ Sarracenorum, & victorias eorũ, & videntes per
B oppositum deiectionẽ Christianorum, nõ cõsiderantes q̃ ista eueniunt ex nostris demeritis, & peccatis, quia Deus punit Christianos malos tẽporaliter cũ inimicis infidelibus: putant q̃ Deus totaliter dimisit ecclesiam, & populum Christianorum, tanquã reprobatũ, & diligit infideles, & ita multi facti sunt Sarraceni negãtes nomẽ Christi, & ita tempore Antichristi pro maiori parte oẽs auari, & voluptuosi sequentur eum. Hoc præuidẽs Dauid dicit in persona illorum apostatarum: Iã nõ vidimus signa nostra. i. miracula quæ Deus siue Christus solebat facere in fauorẽ fidelium in primitiua ecclesia. Et iã non est in mundo aliquis propheta, & sanctus hõ missus à Deo sicut solebat fieri, qui prædicet nobis: imo oẽs ecclesiastici sunt dediti superbię, & ambitioni, & auaritiæ, & voluptatibus. Et sic non est
C qui nos reprehendat. Hoc ergo est signum, q̃ Deus iam non cognoscet amplius, nec curat de sua ecclesia, sequamur ergo sectam Sarracenicam aut Antichristum. & hoc videmus manifestè. Nã maior pars exercitus ipsius turci, vel sunt Christiani, vel apostatæ ex Christianis facti Mahometani propter fauorem.

Vsquequo Deus. In hac secunda parte cõqueritur cœtus fidelium remanẽtium apud Christum allegãdo eius oipotẽtiã dicens. O Christe Deus vsq; quo iste inimicus. s. Mahometus, & Antichristus improperabit tibi, & ecclesiæ tuæ, & iste aduersarius Antichristus irritat, & contemnit nomẽ tuum quod totaliter conat̃ de terra delere? vt quid. i. quare O Christe auertis manum tuam, quin punias eum, & auertis dexteram tuã in finem. i. tota D
liter de medio sinu tuo. i. quare non abstrahis manum tuam de sinu tuo, & excitas potentiã tuam cõtra eum? quare permittis regnare tã tum istum sacrilegium Mahometũ & istum Antichristum filium perditionis, & quare nõ punis eos, & das finẽ ꝑsecutionibus ecclesiæ tuę? Et ad hoc allegat oipotẽtiã Xpi dicẽs. Tu hoc potes facere supple sicut fecisti maiora quõdã. Nã tu rex noster q̃ es Deus ante sęcula, operatus es salutẽ nostræ redẽptionis in medio terræ. s. Hierusalẽ, q̃ est sita in medio terræ habitabilis nostræ, vt dictũ est. Nã ibi fuisti crucifixus, & sepult⁹, & resurrexisti & omnia sacramẽta ecclesiastica instituisti, & spm̃ sctm̃ in apostolos misisti. Itẽ tu confirmasti mare aquarũ baptismaliũ in virtute tua, Primò p cõtactũ tui corporis dãdo aquis virtutẽ regenerativã. Secundò dando virtutẽ eis per exitũ sanguinis, & aquæ de latere tuo. Et
E fic cõtribulasti in aquis baptismalibus, & pœnitẽtialibus capita draconũ. i. omnia septẽ vitia capitalia. Nã oẽ pctm̃ delet baptismus, & pœnitẽtia. Itẽ tu confirmasti ẽt mare Galileę in virtute tua, quando siccis pedibus super aquas ambulasti, & Petrũ sup aquas ad te venire iussisti, & quãdo mare, & vẽti obedierũt tibi. Itẽ tu confregisti capita draconis. i. diaboli per legẽ euãgelicã, & ecclesiastica sacramẽta, & dedisti ipsum draconẽ. i. diabolũ in escã populis Aetiopum. i. pctõribus. Ad cuius intelligentiam est notandum, q̃ reges, & principes gentium, & tiranni persecutores ecclesiæ dicebantur capita draconis. i. diaboli in q̃bus diabolus dñabatur toti mundo per idololatriã, & per quos diabolus persequebatur, et cruciabat martires: sed ista capita cõfregit Chs̃ i aquis baptismalibus tẽpore magni Cõstãtini, & eiectis idolis oẽs reges subiecit iugo fidei, & dedit ipsum diabolũ comedẽdũ populis Aetiopũ. i. iudæis, & cæteris infidelibus per infidelitatẽ, & pctã denigratis, Vnde pctã, & diabolus sũt escæ ipsis infidelibus, & peccatoribus. Nã honores, & dignitates sunt esca superborum, & pecuniæ, & diuitiæ sunt cibus, & esca auarorum, & voluptates esca luxuriosorum: et sic de singulis: oĩa ista contempserunt Christiani, quando abrenunciauerunt diabolo, & pompis eius, & reliquerunt ea populis Iudęorum, qui propter ista mundana noluerunt Christũ recipere, & iõ ista sunt in escam Iudæis, & Sarracenis, & cęteris infidelibus, & ingratis per peccatum: nobis autem reliquit in escã ecclesiastica sacramenta:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A menta: quia sumus oues pascuæ eius. Et notã q̃ sicut diabolus cum suis septem vitiis est esca hominum terrenorum: ita pariter homines terreni sunt esca diabuli. Vnde sicut supbi comedũt honores, & auari bona tpalia, & pecunias male acquisitas & luxuriosi comedunt voluptates carnales: quas diabolus eis persuadet: ita post mortẽ diaboli comedunt terrenos, & auaros, & luxuriosos in inferno: quia oẽs isti sicut oues in inferno positi sunt, & mors depascet eos. psal. 48. Et ideo dixit Deus serpenti antiquo. Gen. 3. Terram comedes omnibus diebus vitę tuę. i. homines terrenos, & peccatores. q. d. sicut hoies terreni comedẽt te in hac vita, ita tu comedes eos post mortem in inferno. Et sic patet qualiter diabolus est esca hominũ terrenorũ, & econuersò. Ité Iob. 40. Ecce Behemoth quẽ feci sę nũ quasi bos comedet &c. Et hoc est quod ait
B hic ꝓpheta dicẽs. Tu cõfregisti capita draconũ: & dedisti eũ escã populis Aethiopũ, &c. Et sequitur. Tu dirupisti fontes, & torrẽtes. q. d. sicut quõdã dirupisti, & abstraxisti fontes, & torrẽtes aquarũ qũ percussisti petrã Oreb &c. ita tu percussisti corpus, & latus tuum in passione: vñ fluxerũt aquæ, & fontes, & torrentes ecclesiasticorum sacramentorũ ad nostrã redẽptionẽ, & salutẽ. Et sicut siccasti flumina i Aegypto: ita siccasti fluuios Ethã. i. fluuios fortes aquarũ. i. psecutionũ tirãnorũ, & ꝑseratorũ: qñ eorũ potẽtiã exsiccasti, & extinxisti. Et siccasti etiam oia flumina cerimonialia legis veteris, & totũ psalmũ populi iudaici: qñ eius hostiã, & sacrificium, & regnũ, & sacerdotiũ abstulisti. Item tu Christe licẽt appareas nunc in humanitate: tũ tu idem es ille,
C qui tũc fecisti in figura omnia illa signa, & prodigia, quæ fecit Moyses in Aegypto, & in mari rubro, & in deserto. Sed postea post incarnationẽ impleuisti omnia supradicta, quæ tunc fuerunt figura: quia licẽt sis rex noster apparens in humanitate: tũ tu es Deus ante sęcula: quia in principio erat verbũ, & Deus erat verbũ &c. & oia per te facta sunt ranquã per verbũ. Ideo tuus est dies: et tua est nox: et tu Christe fabricatus es auroram, & solẽ: & tu fecisti terminos terrę &c. Et nota q̃ hoc verbũ fabrico cũ similibus põt esse cõe in secundis, & tertiis personis: prout patet hic, quãdo dicit. Tu fabricatus es auroram &c. Si ergo tu Christe es ita omnipotes, quia oia per te creata sunt, & fecisti omnia illa signa, & prodigia in veteri testa. & postea in no. testa. fecisti maiora. i. omnia misteria nostrę redẽptionis &c. D
ergo memor esto huꝰ gregis, & ecclesiæ tuę, & nõ ꝑmittas eã perire: q. a inimicus tuus Mahometus improperauit. i. improperia multa fecit dño, & populus insipiẽs ipsius Antichristi incitauit nomen tuũ: q. a totaliter conatus est delere nomẽ tuũ de terra, & blasphemare ipsum: incitauit etiam totum mundum contra nomen tuũ & fideles tuos diuersis tormentis afflixit. Rogo ergo ne tradas animas pauperum christianorũ confitentes tibi altis bestiis. s. Mahometo, & Turco, & Tartaro, & Antichristo deuorandas, & ne obliuiscaris finaliter, & totaliter animas pauperum tuorũ, quia satis permisisti eos affligi. Et dicuntur bestiæ Mahometus cum suis, & Antichristus, primò propter vitam bestialem, & voluptuosam. Secundò propter immanitatẽ, & crudelitatẽ quã exercent, & exercebunt in Chri-
E stianos, & maximè Antichristus, qui simile rit tirannus, & hypocrita, & hæreticus, & habebit oẽs proprietates aliarum bestiarum ecclesiam persequẽtium. Et ideo dicitur sibi Pardo i. Mahometo, & habere pedes Vrsi, & sic erit hypocrita, & Draco. Et dicit habere os Leonis: & sic erit tirannus. Et etiam per istã bestiam potest intelligi specialiter iste Mahometus præcursor Antichristi. Christiani vero dicuntur pauperes, eò quòd propter bona spiritualia, temporalia reliquerunt. Et dicuntur etiam pauperes, quia Antichristus, & Mahometus Christianos bonis temporalibus exspoliabunt, & suos ditabunt, & ideo subdit. O Christe respice in testamentũ tuũ: & legẽ tuã euangelicã: qũ Sarraceni, & sequaces Anti-
F christi qui obscurati sunt, & denigrati sunt in secta Mahometica, & Antichristi: replẽsũt, & ditati domibus iniquitatum terręque bonis temporalibus seu diuitiis terrenis, quas cũ iniquitate, & rapina acquisierunt, & nobis abstulerunt iniustè, & iniquè. Bona temporalia, & per rapinã ablata dicuntur domus, & bona iniquitatũ. i. per iniquitatem, & iniustitiã ablata. Bona etiã temporalia dicuntur domus, & vasa iniquitatis, quia in eis includitur oĩs iniquitas. i. iniustitia, & rapina, & fraus, & dolus, ideo dicunt Mahometani iniquitatũ. Subdit ergo. O Xpe rogo ne populus Christianus factus confusus aueratur & deiiciatur, & cõtemnatur factus confusus. Et non permittas ipsum confundi, sed libera eum de orbe bestiarum supradictarum, vt homoret te. Nã supradicti diuites, & raptores nõ laudabunt

A laudabũt te: imo blasphemabũt, sed solus populus Christianus pauper sine bonis temporalibus, & inops sine humano auxilio laudabunt nomen tuũ: & cõfitebuntur fidem catholicam. Sed hõc non poterunt facere, nisi adiueris eos. Ergo exurgat, & veni ne videaris dormire, & iudica causam tuam, & iniuriam contra te factam. Et esto memor improperiorum tuorũ, quæ facta sunt tota die, & per totum tempus persecutionis ab insipiente Antichristo, & interfice ipsum spiritu oris tui, put dicit Apostolus 2. ad Tessa. 2. Et moriatur ista bestia, & ne obliuiscaris voces blasphemiæ inimicorum tuorũ: tã Mahometi q̃ Antichristi: qñ superbia eorũ qui te oderunt, & blasphemarunt semp. ascẽdit in cœlũ ad aures Dei patris, etiam semper ascendit. i. creB scit. q. d. veni, & destrue. Primò sectã Mahometicã. Deinde sectã Antichristi cũ suo autore, qui ecclesiam tuã afflixerunt, & nomẽ tuũ blasphemarũt. Et etiam tota ista vltima pars psecuta potest referri ad vltimũ iudicium, ad qđ Christus veniet cum potestate magna, & maiestate, & iudicabit supradictas bestias. s. Mahometũ, & Antichristũ, cum omnibus sequacibus suis, & cũ oĩbus fidelibus, & inpœnitẽtibus. Et mittet eos in stagnum ignis inferni: vt patet Apocal. 19. Pauperes autẽ Christianos, qui persecutionem passi sunt propter iustitiam fidei, ducet Christus in regnũ patris: vt patet Apoc. 20. & Mat. 25. Et ideo dicit David: Exurge Deus, & iudica causam tuã. &c. Tota ergo sententia huius psal. secundum secundã expositionem est q̃ Dauid præuidit in spũ immanẽ persecutionẽ ecclesię Christi ꝑ
C Mahometũ, et Antichristũ finaliter faciendã. Et ideo inuocat Christũ, vt veniat ad liberãdum oues suas de ore istarũ bestiarũ duarũ. Vñ in ꝑsona ecclesię dicit. O dñe Iesu Chẽ pastq̃ tu creasti istas oues, & ab initio tui ad uenus illũ gregẽ cõgregasti, & multipliciter redemisti, & de ore Draconis ꝑ baptismũ liberasti, libera ergo ipsum populum finaliter de manu istarum duarum bestiarum. s. Mahometi, & Antichristi, & in finali iudicio puni persecutores ecclesiæ in cruciatũ ætternum: & glorifica pauperes tuos in vitam ætternam: quæ quidem petitio implebitur per interitũ ipsius Antichristi.

PSALMVS. LXXIIII.

Confitebimur tibi Deus, cõfitebimur et invocabimus nomen tuum

Titulus, Victori siue ad victoriam, siue in finem ne disperdas, psal. ipsi Asaph. Ex titulo patet q̃ Dauid fecit hunc psal. dirigens nos in Christum qui est finis legis. Et cantabatur cũ omni conatu per chorũ ipsius Asaph, eò q̃ dirigitur toti ecclesię: vt frequenter est declaratum. Et additur ne disperdas: eò q̃ ꝓpheta in ꝑsona totius ecclesiæ rogat Deũ: ne permittat ecclesiam disperdi per infideles. Iste psal. ab aliquibus Hebręis, & etiã catolicis exponitur de populo Israel redeũte de captiuitate Babilonica, & dicente. Confitebimur tibi Deus confitebimur: quando egressi fuerimus ab hac captiuitate. Et narrabimus mirabilia tua: eò quòd facies iudicium, & punitionem, & vltionem de inimicis nostris, vt patet ꝑ totum discursum psal. inquantũ Deus promittit facere vindictã &c. Sed Rabi Camhi dicit: q̃ iste ps. factus est i ꝑsona populi iudeorũ existẽtis in hac captiuitate axpectãtis liberari per Messiam: quẽ falsò, & frustra expectãt: qui est facturus vltionẽ de Christianis, & cæteris gentibus, qui affligunt eos in hac captiuitate. Ideo dicit iste populus, O Deus quando tu miseris Messiã, & liberauit nos de hac captiuitate: tunc confitebimur tibi &c. Sed quia secunda expositio est erronea, inquantũ tollit tempus aduentus Messię, & prima est inutilis, inquantùm illud quod est spirituale expectat temporale. Iõ est dicẽdum secundũ catolicã, et verã intelligẽtiã ꝓphetæ, et ecclesiæ, q̃ Dauid ꝑuidens in spũ gaudiũ fidelium de aduentu Messiæ, & beneficio nostrę redemptionis, & præuidens futurum iudiciũ, & punitionẽ faciendã ꝑ Christum de persecutoribus ecclesiæ, & de trãsgressoribus legis euãgelicę fecit hunc psal. orãs ne Deus ꝑmittat disperdi populũ suũ, sed faciat vltionẽ de persecutoribus eius, in qua oratione forsan habuit certitudinẽ de aduẽtu Messiæ, & punitione faciẽdã de iniquis. Iõ Introducit populũ fideliũ dicens. O Christe Deus nos cõfitebimur tibi. i. laudes dabimus tibi. Primò propter beneficium incarnationis, & nostræ redemptionis, quia nos à peccato, et perpetua captiuitate liberabis. Secundò confitebimur tibi quia de diabolo, & de inimicis ecclesiæ facies vindictam, & vltionem, & inocabimus nomen tuum. quod est Iesus.

Narrabimus mirabilia tua: cũ accepero tempus ego iustitias iudicabo.

Et tunc etiam confitendo narrabimus mirabilia tua, & prædicabimus misterium incarnationis, & natiuitatis, & prędicationis, & miracu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & miraculorum operationis, & mortis, & passionis, & resurrectionis, & ascensionis &c. q. d. tũc agemus gras, & celebrabimus festiuitates in memoriã horũ beneficiorũ &c. Cũ accepero tẽpus. Hæc est secunda pars huius ps. in qua loquitur Chris in lege ꝓmissus, q̃ locutio põt continuari cũ supradictis verbis. Primò ꝙ Dauid dicat. O Christe Deus non cõfitebimur tibi &c. eò per reuelationẽ dixisti mihi oĩa verba sequẽtia, s. cum accepero tps ego iustitias iudicabo &c. Vel põt dici ꝙ iste ps. est quidã dialogus, i quo Dauid dicit in pſona, totius ecclesiæ, cõfitebimur tibi deus &c. Sed postea Chris rñdens dicit verba sequẽtia. s. cũ accepero &c. q̃ocunq; intelligatur: Xps est ille, qui loquitur in hac secũda parte, vbi Chris tria facit. Nã primo promittit venire in carnẽ ad iudiciũ discretionis. Secũdò promit

B tit dare legẽ iustificantẽ, prohibentem omnem violentiam & iustitiã. Tertiò promittit facere vltionẽ de superbis, & trãsgressorib. & perfec utorib. legis euãgelicæ. Sed m tbi. Dixi iniquis. Tertiũ ibi. Quia neq; ab oriẽte. Quantũ ad primũ est aduertendũ ꝙ Chris q̃ est verbũ pris, & Deus ab æterno cõsubstantialis patri, cũ sit æternus, & supra oẽ tps factus est tẽporalis, & mortalis formã serui accipiens. Et sic accipiendo carnẽ accepit mortalitatem, & accepit tps: q̃a factus est hõ tẽporalis & mortalis, i qua forma dedit nobis legẽ euãgelicã. Et in eadẽ forma debet mũdũ iudicare, i qua iudicatus est à Pilato. Et hoc est qđ dicit hic Chris rñdẽdo voto ecclesiæ dicens. Tu Dauid & vos fideles dicitis, ꝙ non permittã ecclesiã disperdi, & ꝙ confitebimini mihi &c. Et ego dico vobis, & promitto, ꝙ cũ accepero tẽpus.

C i. cũ assumpsero carnem humanã, & effectus fuero temporalis, & carnalis, & mortalis, & venero in carne, ego tunc iustitias quas petitis, iudicabo. Primò per iudicium discretionis. Secundò per iudicium examinationis, & retributionis, & punitionis, quia puniam vestros persecutores: & liberabo, & restaurabo ecclesiam meam, & fideles meos.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Hic explicat modum huius restaurationis. Ad cuius intellectum est notandum, ꝙ corda hominum ante Christi aduentum maximè corda gentiliũ erant dura, & lapidea per superbiam, sed Christus fecit ea carnea, & liquefacit ea per humilitatem, & doctrinam euangelicam, & fidem, & caritatem. Item ex alia parte caro hominũ erat liquefacta, & fragilis, & prona ad cadẽdũ, & peccãdũ: sed Christus firmauit colũnas eius. i. fortificauit vires animæ per fidẽ, & caritatẽ, & gratiã, & ecclesiastica sacramẽta, & per doctrinã legis euangelicę. Itẽ tota ecclesia fuit in principio ẽ fragilis. Nã in passione relicto Christo oẽs fugerũt, & Petrus ad vocẽ vnius ancillæ ter negauit Chrm, & in illis diebus oẽs apostoli, & discipuli erãt in cœnaculo absconsi, & cõgregati ꝓp metũ Iudæorũ. Sed Christus misit spiritũ sanctũ in eos, qui erant columnæ ecclesiæ fragiles, & sic Christus cõfirmauit, & fortificauit columnas ecclesiæ: & sic Christus in aduentu liquefacit, & mollificauit dura: & confirmauit, & fortificauit fragilia per fidem & ecclesiastica sacramenta. Dicit ergo Christus, quando ego veni in carnem tota terra, i. oẽs qui habitant in ea, erat liquefacta, & fragilis, & omnia corda hominum erant sic soluta, & corrupta in moribus, & hoc non solũ in populo gentili, sed etiam iudaico, sed ego confirmaui columnas eius, & non aliter caderent in ruinam. Nam constituit 12. apostolos, & septuaginta discipulos, & eos in fide solidauit, & hos feci columnas super quos sustentatur ecclesia. Et isti prædicauerunt legem euangelicam: & conuerterunt omnes gentes ad fidem, & liberarunt gentes hunc de magna ruina, & texerunt omnes fideles vno tecto ecclesiæ. Et sic nunquam illa ecclesia ruet, nec totaliter cadet, quia ego cõfirmaui columnas eius per duodecim apostolos, & per duodecim articulos fidei, & per septem ecclesiastica sacramenta, & per legem, & præcepta euangelica.

Dixi iniquis nolite iniquè agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu uestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Hic Christus specialiter promittit dare legem euangelicam per quam firmatur ecclesia & discernitur populus fidelis ab infideli. Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetę secundũ morem suum. Vnde dicit. Ego confirmaui columnas ecclesiæ, non solũ per apostolos, & discipulos, sed etiam per legem euangelicam. Nam ꝙ in lege euangelica dixi, & præcepi iniquis, & violentis, & iniustis, ne persequantur iustos, & pauperes, & simplicissimo dixi: Nolite iniquè agere contra Deum, & proximum, & eam dixi delinquentibus, & trãsgressoribus

A & superbis, nolite exaltare cornu, & fastigiũ superbiæ: quia dedi præceptum de iustitia, & humilitate: vt pat et Matt. 5. & 7. & 8. & per totum discursum euãgelicum: quia nil aliud præcipitur, nisi caritas Dei, & proximi, & humilitas: quia qui se humiliat exaltabitur, & q̃ se exaltat humiliabitur. Ideo dixi. Nolite extollere cornu, i desit ſtatum, & dominũm vestrum in aliũ in dictis aut factis, & nolite loqui iniq̃tẽ. i. blasphemiã, aut dolũ, aut mẽdacium aduersus Deum. Nam qui loquitur mendacium contra proximum, etiam offendit Deum, & sic prohibetur oõne dictũ aut factũ contra Deum, & proximũ, et in hoc cõsistit tota lex euangelica. & etiã lex, & ꝓphetę. Sed hoc magis explicatur in lege euangelica Matth. 5. & 6. &c. Et ista lex euangelica non solum obligat Iudęos, sed omnes nationes, & conditiones hominum, & omnes re-

B giones, & terminos terræ: ideo subdit cõminando punitionem trans gressoribus hic temporaliter, & in futurum æternaliter, dicens.

Quia neque ab oriente neque ab occidente neque à deserto montibus: quoniã Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus est mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamẽ fex eius nõ est exinanita: bibẽt oẽs peccatores terræ.

Nemo putet se excusari ab hac lege, nec putet fugere punitionem, siue faciat secretè, siue palam, quia Deus nec deficit ab oriente, neque ab occidente, neq; à montib. Scytię, & Aethiopiæ, quoniam Deus iustus iudex vbiq; est præsens, & nullo loco deest. Et notãter nominat orientẽ, & occidẽtem, & non aquilonẽ

C nec austrum, quia per desertos montes intelligit aquilonẽ, & austrũ. Et ratio est, nã in parte aquilonari sunt montes Sarmatici vltra septimum clima, qui quidem montes sunt deserti propter frigus, & perpetuũ gelu. Et q̃a vltra sexagintą quinq; gradus ab æquinoctiali, dũ sol est in scorpione, & in capricorno semper est nox sine luce: eò ꝙ per illos duos menses sol est sub horizõte eorum, per oppositum in Aethiopiæ montibus est semper æstus, & terra redditur inhabitabilis. Sed si aliqui habitant tam in montibus deserts Aethiopiæ, quàm in montibus Sarmaticis: adhuc illi sunt sub dei iudicio: & omnes illos, & istos qui habitant in media terra temperata, scilicet inter secundum, & septimum clima Deus iudicat secundum sua demerita, hic temporaliter, & in futuro æternaliter. Ideo subdit. Hunc humiliat, scilicet superbum, & hunc, scilicet humilẽ exaltat, sicut humiliauit Pharaonẽ, & Nabucodonosor. Et exaltauit Darium, & Cyrũ, & Dauid &c. Et vnde proueniat hoc, subdit causam potentiæ Dei dicens: quia calix in manu domini &c. Ad cuius intellectum est notandũ, quòd triplex calix legitur in sacra scriptura. Primus calix passionis. Matth. 26. Transeat à me calix iste. Et potestis bibere calicem &c. Secundus est calix punitionis. psal. 10. Ignis sulfur spiritus procellarũ pars calicis eorum. Item Apo. 14. Hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Item Apo. 17. Date illi calicem vini indignationis iræ Dei. Tertius calix est fruitionis, & gloriæ, psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Item psal. 22. Calix meus inebrians. Item Esa. 57. dicit de calice punitionis. Consurge Hierusalem, quæ

E bibisti de manu domini calicẽ iræ eius. Et sic tot modis dicitur vinum. s. passionis, & punitionis, & fruitionis. Et sic secundo modo sumitur hic calix, & vinum. scilicet punitionis, cum dicitur calix in manu dñi vini meri plenus est mixto. Vñ calix iste quo Deus potat peccatores est plenus mixto. i. quadã mixtura. Nam habet in summo vinum prosperitatis, & in fundo fęces aduersitatis, & damnationis, et pœnæ æternæ, ideo peccatores, et superbi bibunt in hac vita vinum prosperitatis de hoc calice: sed in fundo reperiunt fæcem: et vinum damnationis ęternæ. Per oppositum iusti: quia bibunt in hac vita calicẽ passionis. et persecutionis, ideo in fundo reperiunt vinum fruitionis, et gloriæ, ideo dixit Xps Mat. 20. Potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum, vt sedeatis ad dextrã in regno meo? Et

F iõ ait Lucæ. 22. Vado vobis parare regnũ. vt edatis, et bibatis super mẽsam &c. De vtro que ergo calice põt intelligi iste versus. Primo de calice passionis, qui habet vinũ aduersitatis, et amaritudinis in summo, et vinũ gloriæ in fundo, vt sit sensus: q̃a calix passionis est in manu domini. scilicet vini meri plenus mixto i. mixtura passionis cum gloria fruitionis. Vel potest intelligi, et manifestus calix retributionis, vt sit sensus, in manu domini est calix retributionis, plenus meri vini, et mixto, cũ quo Deus retribuit bonis, & malis. Nã merũ purũ est, pro bonis, sed mixtura, q̃ est in fundo est pro reprobis. Et sic põt esse ille calix rõne dãtis, et iudicis. Et istũ calicẽ iræ & retributiõis Deus inclinauit ex hoc i illud. i.

ex hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex hoc peccatore in illum: quia omnibus peccatoribus dat potum de isto calice punitionis. Verumtñ fex eius. s. fex punitionis nondũ est exinanita, & vacuata: imo ex ipsa bibent oẽs peccatores terræ. Nã sicut gloria Dei nunq̃ euacuabitur pro iustis, ita ira Dei nunq̃ euacuabitur pro damnatis: quia semper calix iræ Dei hẽt aliqu d facis ad puniendos iniustos.

Ego autem annunciabo in seculum: cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

Ista possunt esse verba Christi in persona corporis mystici, vel sunt verba ipsius ecclesię dicentis: oes pctores terræ bibent de isto calice punitionis, & iræ Dei. autem pro sed, ego annunciabo, & prædicabo iustitiã, & iudiciũ Dei in sæculum: & cantabo Deo Iacob, agendo gras de punitione facta de psecutoribus: cantabo dico. hoc est per membra, & fideles
B meos. Et confringã omnia cornua, & supbias pctorum: eis dominiũ, & regna, & vita auferẽdo, & à dignitatibus eiiciẽdo, & in infernum detrudendo: & cornua, & honores iusti populi Christiani exaltabunt hic per gram, & in futuro per gloriam. Hoc fuit impletũ. Nam post detectionem Diocletiani, & Maxentii, & aliorum tirannorum, ecclesia fuit exaltata ét tẽporaliter: vt patet in ecclesiastica historia. Et Dauid coniungit finẽ cum principio: quia ibi dixit Confitebimur tibi deus cõfitebimur & hic dicit. Ego aũt in sæculum cantabo &c. Et dat rationem quare: quia omnia cornua pctorum confringebãt eos deiiciendo, & punendo: eò q̃ persecuti sunt ecclesiam. Et cornua populi iusti exaltabũtur: eò q̃ patienter
C persecutiones propter fidem, & iustitiam tolerarunt, & hic superbi humiliati sunt, & humiles exaltati per Christum: eò quòd isti seruarunt legem Christi, & illi non. Vnde nota q̃ licet ista confractio, & depressio peccatorum & exaltatio iustorum fiat continuè in hoc mundo occulto Dei iudicio: tamen in nouissimo die fiet publicè, & in manifesto, & sic de vtroque iudicio potest intelligi iste psalmus sicut dictum est psalmo nono.

PSALMVS. LXXV.

NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.

Titulus, Victori siue in finem in organis psal. Asaf cantici. Dicitur psal. cantici in organis: quia simul cantabatur cum organo musico, & voce humana: dicitur ipsi Asaf: qui datus est ad cantandum ipsi Asaf: eò quòd dẽ D gitur toti ecclesiæ quæ fuit finis legis. De materia huius psal. dicit Rabi Salomon, & multi hæbræorum, & catolicorum, qui ipsũ sequuntur, q̃ iste psal. est factus de strage Sennacherib, qui obsederat Hierusalem, sed venit angelus domini, & in vna nocte interfecit centum octoginta quinq; millia, & sic miserabiliter fugit Sennacherib. Vnde tunc Deus fuit notus. i. tua omnipotentiã ondit, & notificauit in Iudæa, & Hierusalẽ contrà inimicos populi sui, & sic exponunt hunc psalmũ. Sed ut E quantũ potuit conatus est occultare veritatẽ sacræ scripturę: sed miror de catolicis qui ipsum sequuntur: cũ per fidẽ videãt ibi literam ma xima sacramenta de Christo, & ecclesia, & re lint ea tacere. Iõ Camhi Barchinonẽsis dicit q̃ iste psalmus loquitur de magno populo qui facturi sunt Gog, & Magog in Hierusalẽ contra Metliam, quę frustra, & falsõ expectãt Iu dęi. Et quomodo Messias debet vincere Gog & Magog in Hierusalẽ, & de hoc gloriatur in psalmũ dicens. Tunc Deus erit notus in Iudæa. i. notificabit potestatem suam, & filiorem Messię, & populi Iudaici, qui ita Messiã vincet God & Magog in Hierusalem, de quo prælio, & victoria loquitur Ezechiel. 38, & 39. ca. Vnde licet alius obstinatus dicat ibi dacium, inquantũm glossat istum psalmum de prælio Messiæ, quem falsò expectant, men dicit veritatem inquantum dicit, quòd Dauid fecit hunc psalmum de victoria regis Messiæ in lege promissi. Ideo est dicendũ F secundũ intentionem sacrorum doctorũ, secundũ veritatẽ, q̃ Dauid in hoc psal. prædicit victoriam quam Christus Messias in lege ꝓmissus habuit in Hierusalẽ cõtra diabolũ, & mortem, & passionem, & resurrectionẽ sua, & prædicit omnia mysteria nostræ redemptionis, quę completa sunt in Hierusalem, & Iudæa, & tota terra promissionis: vbi Christus fuit notus, & fuit conuersatus. Per Iudæam & Hierusalem intelligitur etiã tota ecclesia à solis ortu vsque ad occasum: eò quòd ab ista terrena Hierusalem orta est: vbi & in qua sola Deus est notus per fidem, & opera mirabilia, quæ facta sunt, & fiũt quotidie q̃ Christum, & de hac est iste psalmus. Ad cuius intellectũ est notandũ, q̃ licut nos veneramur cum magna deuotione ciuitatẽ Hierusalem eò q̃ ibi Christus prędicauit, & miracula fecit, & fuit passus, & sepultus, & resurrexit, & ascen-

A & ascẽdit in cælum &c. & veneramur Betleẽ quia ibi natus est, & cætera loca vbi fecit miracula, & dicimus illam terrã sanctam, & beatam, in qua Christus fecit omnia illa mysteria: per eãdem rationẽ, & causam omnes patriarchæ, & prophetæ beatificarũt illã ciuitatem, & terram eò q̃ præuiderũt in spiritu, & reuelatione, q̃ ibi mysteria supradicta erant implenda per Christum Metliam in lege promissum. Et ideo hoc prędicens Dauid, beatificauit illam ciuitatẽ, & totã terrã Iudæ, & Israel, eò q̃ Christus erat ibi nasciturꝰ, & omnia supradicta operaturus. Iõ dicit Notus in Iudæa Deus &c. Duo ergo facit in hoc psal. Nã primò describit, & prędicit multiplicem notitiã, qua Deus in carne erat cognoscẽdus in Iudæa, & Hierusalẽ ad nostrã salutẽ. Secun-
B dò prędicit diuinũ cultũ Christo conferẽdũ ex gratiarum actione pro huiusmodi beneficiis, ibi. Quã cõgitatio hominis. Quãtũ ad primũ est notandum, q̃ hic memorãtur quatuor loca, quę sese hñt secũdũ continẽs, & contẽtũ, scilicet Israel, & Iudęa, & Sion, & Hierusalẽ. Nam Sion continetur in ciuitate Hierusalẽ, cum sit altior, & fortior pars eius, & Hierusalem cõtinetur in Iudęa pro maiori parte. Sed Iudæa continetur in Israel. Nam terra Israel dicitur tota terra ꝓmissionis diuisa p. 12 tribus: Per totam autem istam terrã Israel fuit Christ notus: quia ibi prædicãuit, & miracula fecit, maxime in Galilea, scilicet i tribu Zabulon, & Nepthalim &c. Secũdò fuit notus in Iudęa: qa ibi natus est. s. in Betleem, & in Iudęa
C fuit baptizatus. s. in illa parte Iordanis, quæ est Iudæam, & in Iudæa ieiunauit. 40. diebus &c. qa ibi iuxta Hierico q̃ est in Iudęa. Et hoc est quod intendit dicere Dauid cum dicit. Notus in Iudęa Deus. i. Christus Deus & homo erit notus, & manifestus in Iudęa: quia primò nascetur in Betleem Iudæ. Et ibi cantabunt angeli. Gloria in excelsis Deo. Et adorabitur à pastoribus, & à magis. Et sic ibi primò cognoscetur. Item ibidem præsentabitur in templo in Hierusalem, & cognoscetur per Simeonem, & Annam prophetissam. & ibidem cognoscetur disputans in medio doctorum. Item in eadem Iudæa cognoscetur in baptismo à Ioanne Baptista, quando audietur paterna vox dicens. Hic est filius meus dilectus. Item in eadem Iudæa cognoscetur per ieunium, quando tenebitur à diabolo, & cognoscetur vt victor, & sic in Israel, & Iudæa maximè erit notus.

Et *factus est in pace locus eius: & habitatio* D *eius in Sion.*

Locus eius. In Hebræo habetur: Factus est in salem, ideſt Hierusalem tabernaculũ eius. Ex quo patet, q̃ hic ostendit quomodo specialiter Christus erat noscendus in Hierusalem. Ad cuius intelligentiam est notãdum, q̃ Hierusalem interpretatur visio pacis. eò q̃ cõponitur ex duobus, scilicet ex hoc nomine salẽ quod interpretatur pax, & hiere, quod interpretatur videre siue videbitur. Vnde dicunt Hebræi, q̃ hoc nomen fuit compositum per duos sanctos viros. Nã primo Melchisedech quem dicunt esse Sem filium Noe vocauit ipsam Salem, eò q̃ fuit in ea rex, & sacerdos, & seruabat in ea iustitiam, ex qua sequitur pax. Et ideo vocauit eã salem. i. pacificam, in qua obtulit panem, & vinũ pro Abraham, vt patet Genẽ. 14. Secundam vero partem huius E nominis imposuit ipse Abraham, dicũt enim & est verisimile, q̃ in eodẽ monte vbi nũc est Hierusalem voluit Abraham sacrificare filiũ suum Isaac, sed quia fuit prohibitus ab angelo, & apparuit ibi aries hærens vepribus, & sacrificauit, & immolauit ipsum, loco ipsius Isaac: ideo vocauit nomen loci illius adonai hiere. a. dñs videt, & sic vsque in hodiernum diem dr in monte dñs videbit, vt patet Genẽ. 22. In Hebræo vero habetur, dominus demonstrabitur siue videbitur, & sic ex hoc nomine hiere, & hoc nomine salẽ cõponit Hierusalẽ, quod idem est quod visio pacis, siue in qua dñs pacificus monstrabitur, vel videbit. Quod quidẽ mysterium vere completũ fuit in Hierusalem. Nẽ ibi dominus fuit visus, & monstratus in carne, & fuit in templo præsẽtatus, & ibi prædicauit, & miracula fecit, & F ibi fuit sepultus, & misit spiritum sanctũ in discipulos, & ascẽdit in cœlum. Et est credẽdum, q̃ in eodem loco crucifixus est, & visus est in cruce, vbi Abraham immolauit arietẽ loco ipsius Isaac. Et ideo rectè dr locus, dñs videbitur iste demõstrabitur. Vñ multa erat facturus Messias in Hierusalẽ inter cętera, ꝓpter quæ oẽs patriarchæ, & ꝓphetæ ita sępe celebrarunt, & memorarunt illam ciuitatem Hierusalem. Nam primò fuit eius locus: quia ibi prædicauit, & miracula fecit, vel quia ibi fuit sepulcrum eius quod dicitur locus, & tabernaculum eius. Ideo vbi Hie. posuit Factus est in salem locus eius. Septuaginta posuerũt factus est in pace locus ã. sepulcrum eius, qa in illo loco, & sepulcro dormiuit Christus

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in pace, & cum spe resurrectionis, vt patet psalmo. 15. Secundò in Sion quæ est altior pars Hierusalē hospitabat Chris, & ibi comedit pascha cum discipulis. Et ibidē instituit sacramentum altaris. Et ideo sequitur, Et facta est habitatio eius in Sion, & ibi fuerunt discipuli congregati propter metum Iudeorum per aliquot dies.

Ibi confregit potentias arcuum scutum, & gladium & bellum.

Secundò ibi eadem Hierusalē Chris debellauit diabolū in cruce, & cōfregit arma eius, & potentias, & vires. Nam confregit arma. i. arcū tentationum, cum quo mittebat sagittas suas. Itē confregit scutū chirographi vēditionis humanæ, quo omnes fumus venundati peccato ad Ro. 10. quod chirographū affixit cruci. ad Col. 2. Secundò ibi confregit gladiū peccati originalis, quo omnes vulnarauerat.

B Et confregit arma 7. vitiorum capitalium, quibus omnes inficiebat, & sic confregit bellum, quod nobis diabolus faciebat. Et superauit ipsum per mortem, & patibulum. Hanc victoriam perfecit in cruce. Ex quo patet, q̄ recte vocata est Hierusalē: quia in ea multipliciter visus est Xps deus, & hō i carne, & in ea pacificauit nos Deo patri p sanguinē suū.

Illuminans tu mirabiliter à montibus eternis turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Tertiò Christus notus est in Hierusalē, & in Sion: quia in ea misit spiritum sanctum in apostolos, & illuminauit eos: vnde intellexerunt legem euāgelicam, & scripturas: & in illa die dedit eis legem quò ad intelligentiam:

C & sic ex paruis, & infimis fecit eos mōtes magnos: per quos postea illuminauit totū mundum. Et ideo subdit Dauid. Benedico, q̄ notus est Deus in Hierusalem, & in Sion: quoniam tu eris siue fuisti ibidē illuminans mūdum à montibus æternis. i. ex apostolis, quos primo sol illuminasti: postea ab eis, & per eos illuminasti totum orbem: quando in eos spiritū sanctū misisti terribiliter in die Pent. q̄ factus est de cælo sonus. Vnde omnes Iudæi insipientes corde, & scribæ, & pharisæi turbati sunt, & admirati audientes sonum, & videtes linguas igneas supra mōte Sion, & apostolos & audientes eos loquentes omnibus linguis, & allegātes, & exponentes omnes scripturas & continentes eos. Vnde conuersi sunt in illa die de populanb' quasi quatuor millia: vt patet. Act. 2. & 3. sed Scribæ, & pharisæi māsserunt obstinati in sua malitia sequentes auaritiam, & diuitias suas. Ideo subdit, quòd illi insipientes corde dormierūt somnum suum in peccato mortificati per auaritiam, nolentes sequi Christum, qui prædicauerat paupertatem. Et ideo omnes isti viri nihil diuitiarum inuenerunt post mortem in manibus. Et dicit. Dormierunt somnum suum: quia vita hominum mundanorum, & auarorū, & superborum non est nisi quoddam somnium. Nā sicut somniator cum excitatur à somno licet somniet se esse diuitem, & regem: tamen nil repetit in manibus post somnum: ita homo auarus, & mūdanus licēt multa possideat in somnium cum moritur tota vita sua visa est ipsi breuis quasi somnium: & nihil potest secum portare prout dictū est psal. 38. & 48. Et iō dixit quidā philosophus. Votis decipimur, & tempore fallimur oēs, Mors rides cuncta, anxia vita nihil. q.d. q̄ breue tempus inopinata mors decipiunt, & fallunt delibera, & curas hominum, & annihilant, & frustrāt omnia bona temporalia multo labore comparata: eò quòd aufertur nobis rēpus, & spatium vitæ per mortem: & sic nitamur delitiis, & decepti in nostris votis, & curis, & sic tosti, & decepti in nostris votis, & curis, & sic tota anxia vita, & laboriosa hominum diuitū, & mundanorum vertitur in nihil, & sic fuerunt decepti Iudæi, qui vt nō perderēs diuitias: noluerunt sequi Christū. Et sic est dictum de cæteris mundanis. Ideo subdit.

Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.

O Deus dormitauerunt. i. mortui sunt in sua obstinatione omnes milites, & reges, & principes, qui ascenderūt equos, ideſt oēs viri bellicosi, & magnates: quia isti tales consueuerunt ascendere equos & equestres incedere. Vnde isti tales mundani noluerunt recipere lumen euangelicum à montibus æternis, ideſt ab apostolis, & doctoribus in ponpa mundana, ideo orbati omnibus bonis temporalibus sepulti sunt in inferno. Sed est aduertendū, quòd vbi nostra translatio habet à mōtibus æternis. litera Hebræa habet à mōtibus rapinæ, & litera Hieronymi à montibus captiuitatis. Et nunc tota ista sententia quatuor versuū potest referri ad descensum Christi ad infernum, & expoliationem inferni: vt sic sensus: Bene tu Christe fuisti notus in Hierusalē. Nā dū corpus tuū erat conditū in pace, & sepulcro: tu descendisti in inferos, & ad

A & ad montes rapinæ, & captiuitatis: vbi diabolus tenebat genus humanum captiuum. Vnde videntes lumen tuū omnes dæmones, & damnati insipientes corde turbati sunt, & fugati à montibus rapinæ, & captiuitatis. i. à limbō inferni: qui dicuntur montes rapinę, & captiuitatis. Intrans ergo infernū fugauit limites rapinę: tunc omnes insipientes corde scilicet dæmones, & dānati turbati, & fugati sunt ab illis montibus captiuitatis, & sic Christus confregit vectes ferreos &c. & dedit in inferno per quadraginta horas tanquam iudex, & condemnauit diabolum, & equites obstinatos, & damnatos ad pœnam æternam. Et abstraxit secum omnes sanctos patres, & eos solum qui ab hac vita discesserūt in fide, & spe Christi futuri: cæteros autem ad carcerē perpetuū cum diabolo dilinauit. Et ideo sequitur, Turbati sunt omnes insipientes corde: eò q̄ relinquētes veram fidem, & sapientiā secuti sunt mundanas diuitias. Et ideo omnes isti viri diuitiarum nihil vtilitatis inuenerunt in manibus suis: quia nullū opus bonū fecerūt dum viuerent: Et sic O Deus Iacob oēs qui ascenderunt equos. i. reges, & principes, & milites, & diuites huius mundi dormitauerūt, & morte puniti sunt ab increpatione, & sentētia tua. Et non solum dormitauerūt mortē corporalē: sed etiam æternā, & spirituali. Isti etiam duo versus possunt referri ad milites custodes sepulcri Christi. Nam dum milites armati custodierunt sepulcrum resurrexit Christus, & sic nihil inuenerunt in manibus suis: quia ab increpatione, & voluntate Christi dormierūt, nec potuerunt Christum in sepulcro detinere cum resurgeret; Ideo sequitur.

Tu terribilis es: et q̄s resistet tibi ex tūc ira tua. Audisti & quieuit.

De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit.

Cum exurget in iudicium Deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Tu Christe terribilis es, & quis resistet tibi? q.d. nullus posset tibi resistere. Nā tunc ex ira tua auditum fecisti iudiciū de cælo, & terra tremuit, & quieuit quādo Christus Deus, & homo resurgeret in iudicio: vt saluos faceret omnes māsuetos terræ. Nā ecce terræ motus factus est magnus quādo surrexit, & surrexit ad iudiciū dānatorum, & superborum, & mundatorum, & ad salutem māsuetorum. Et ideo dicit vt saluos faceret omnes mansuetos terræ &c. quia resurrectio Christi fuit salus, & resurrectio mansuetorum. Sed est aduertendum, quòd hic nō solum loquitur de resurrectione Christi tunc facta: sed etiam de resurrectione vniuersali futura, & de vltimo iudicio. Nam non solum mors, & resurrectio Christi facta in Hierusalem, sed etiā vltimū iudiciū, & vniuersale fiet in valle Iosaphat. Nam Christus veniet cum potestate magna, & maiestate, & erit in aere supra montē Oliueti, vbi erat quando ascendit in cęlū, & omnes apostoli qui dicuntur montes æterni, erunt sedentes super sedes duodecim circumquaque: & omnes sancti erūt in aere cum eo supra montem Oliueti: & oēs iudicandi erūt in terra in valle Iosaphat, quæ est inter ciuitatē Hierusalē, & montē Oliueti. Nam Chis mittet primò angelos suos cum sonitu tubæ, & vocabunt oēs mortuos ad iudiciū. Et sic cum magno terræ motu infernus, & mare, & terra dabunt mortuos suos. Et sic recuperatis corporibus oēs erunt ante tribunal iudicis. Et iō dicit propheta. O Chise tu terribilis, & potēs es: nam quis resistet tibi? q.d. nullus. Nam tūc in nouissimo die ex ira tua concitata contra malos auditum fecisti, ideſt facies iudicium, & tota terra tremuit: primò præcedētibus illis quindecim signis terribilibus ante aduentum Christi ad iudicium: quia erunt signa in sole, & luna, & in mari, & i terra &c. Luc. 21. Sed postea terra quiescet cum exurget Deus in iudicium vt saluet omnes mansuetos terræ, & dānet superbos, & obstinatos, & adhoc idem possunt referri omnia quæ precedūt. s. illuminans tu mirabiliter à mōtibus æternis turbati sunt oēs insipientes corde: quia tunc oēs viri diuitiarum nihil inuenient in manibus suis &c. Bene ergo illa ciuitas vocata est Hierusalē. i. vitio pacis, quia ibi Xps deus i carne visus, & notus, et monstratus est. Primò p̄ dicationē, & miracula. Secò ibi visus est pati, & mori, & sic ibi pacificauit nos cū patre i sanguine suo. Tertiò: q̄ ibi resurrexit, & ascēdit in cęlum, & misit spiritū sctm in discipulos. Quartò, & vltimò: quia ibi fiet vniuersale iudiciū, & videbitur in potestate magna, & maiestate, & sic notus est in Iudæa, et terra Hierusalem, et in monte Sion realiter &c.

Quoniā cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

In hac secunda parte prædicit diuinū cultum latriæ debitum Christo à fidelibus, pro beneficio redemptionis, & omnium supradictorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pradictorum. quæ soli Deo conueniunt. Ad cuius intellectum est primò aduertendū: ꝙ cogitatio hominis, et interna conscientia, & deuotio contemplando miracula, et misteria quæ fecit Christus, credit ipsum esse Deum, et hominem mediatorem, et Messiam in lege promissum. Et sic confitetur Christus dando cultum latriæ. Et ex tali fide ipsa ecclesia mota est ad ordinandas festiuitates de misterio incarnationis, et natiuitatis, et passionis, et resurrectionis, et ascensionis, &c. in quibus festiuitatibus damus latriam Chſto. ſ. himnos siue carmina, ut offerimus munera, Tertiò adoramus ipsum adoratione latriæ: et sic colimus Christum triplici honore. Etiam ordinauit ecclesia festiuitates per successionem temporis. Ex quo patet, ꝙ prima cogitatio hominis dicitur fides interna, quæ præcedit omnē bonam operationem: et per quam mouerūt

B ad colendum Christum. sed reliquię cogitationis sunt effectus fidei. ſ. cultus diuinus. Et hoc est quod dicit ꝓpheta. Vñ ait. qñ. i. propter causas ſupradictas, & beneficia, quæ tu Christe operatus es in Iudæa, & Hierusalē, quæ misteria nullus potest operari nisi Deꝰ: ideo propter hanc causam cogitatio hominis fidelis. i. fides interna confitebitur tibi dando diuinos honores: & confitebitur te esse Deū dignū cultu latriæ. Et reliquiæ cogitationis. ſ. effectus fidei: & oēs fideles sequētes fidē, & doctores ecclesiæ: ꝙ sunt reliquię cogitationis internæ fidei: agēt tibi, & ordinabūt dies festos ad cultum diuinum dedicatos. ſ. festū incarnationis, & natiuitatis, & infantię, & resurrectionis &c, in quibus festiuitatibus exer

C cebit ecclesia diuinum cultum in memoriam ſupradictorum misteriorum, & beneficiorū. Litera aūt Hieronymi habet. Mœror hois cō fitebitur tibi: & tunc idem est quod contritio hominis confitebitur peccata &c. Sed quia confessio est triplex. ſ. peccatorum, & fidei, & laudis: ideo potest intelligi de qualibet confessione. Nam interna cogitatio, & fides confitetur Christo: primò per fidem, quæ precedit omnem actum virtutis. Secundò confitetur dando laudes, & gratias agendo. Tertiò cōfitetur peccata commissa. Et sic omnes istæ tres confessiones debentur Christo. Et ideo pro confessione fidei, & laudis pro beneficiis, sequitur.

Vouete & reddite domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius offertis munera.

Vnde ꝓpheta excitat omnes fideles ad celebrandas festiuitates, & offerenda munera D Christo. & exhibendam latriam, dicens. O fideles uouete domino Iesu Christo in baptismo fidei &c. & reddite ipsi latriam sibi debitam. ſ. confessionē laudis, & offerte munera. Et uos fideles oēs, qui offertis munera Christo, & tenemini munera offerre, uouete, & reddite. i. reddite quæ in baptismo uouistis, & reddite ipsi latriam, & honores diuinos sibi debitos tanquàm vero Deo, & tanquam redemptori pro gratiarum actione pro beneficiis receptis. Reddite Deo vestro dico.

Terribili, & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

Quasi dicat, reddite ei vota promissa: quia est Deus omnipotens, & terribilis: quia uerè est terribilis, ꝙ aufert spiritum, & animal principum. i. quia interfecit principes, & magos: ideo est terribilis apud omnes reges terræ. Ex his patet, ꝙ rationabilior est translatio. Ex his patet, ꝙ rationabilior est translatio ipsorū septuaginta, quàm Hieronymi: quia hic loquitur de confessione fidei, & laudis, ꝙ id quod sequitur: vouete, & reddite. Nam exhortatur fideles ad cultum latriæ, quæ consistit in tribus. ſ. adoratione, munere, & laude: vt dictum est psa. 61. Ex ista vltima parte huius psalmi patet, & ꝓpheta Dauid hoc psalmo non solum intendit commēdare Iudæā, & Hierusalem materialem, quæ continetur in arcto loco Palæstinæ, in qua Christus fuit notus præsentialiter per natuitatem, & passionem, & mortem, & resurrectionem, & ascensionem: nec per Israel solum intelligit illam terram duodecim tribuum, in qua Christus fuit notus per prædicationem, & miracula, & operationem: sed ecclesiam in qua est notus per fidem, & cultum latriæ. vnde quia Dauid præuidit in spiritu Christum fore cognoscendum per fidem, & adorandum, & colendum populo gentili ad fidem conuerſo, & prædit. ꝙ populus gentilis erat futurus vera Hierusalem, & Israel, Deum per fidem videndo, & vera Iudæa Christum cognoscendo, & confitendo: ideo fecit hunc psalmum, in quo nō solum commendat, & beatificat illam materialem Hierusalem, & Iudæam, quæ Christū uidit, & nouit, & audiuit præsentialiter in carnem: sed etiam magis commēdat ecclesiā toto orbe diffusam, quæ Christum per fidē spiritualiter cognoscit, & colit, & veneratur, & cōfitetur. Ex supradictis in isto psalmo possunt recolligi quinque conclusiones. Quarū prima est ista. Prima conclusio, ꝙ Christus in lege promissus Deus, & homo erat cognoscendus, & manifestandus in Iudæa, & Hierusalem, & per totum Israel. probatur. Nam ibi fuit natus, & adoratus, & prædicauit, & miracula fecit, & fuit passus, & sepultus, & resurrexit: & ibi confregit gladium, & scutū, & arcum diaboli: quando per passionem, & resurrectionē de ipso triumphauit, & discipulos illuminauit. Secūda conclusio. ꝙ Christus relinquens corpus in sepulcro descendit ad inferos, & oēs demones conturbauit, & infernum expoliauit. Tertia conclusio. ꝙ quādo Christus resurrexit, & terra tremuit, tunc oēs milites qui ascenderunt equōs dormitauerunt. Et ideo turbati sunt Iudæi, & confusi, videntes Christum resurrexisse. Et nihil inuenerunt in manibus suis de his quæ co-

B gitabant contra Christum. Quarta conclusio. ꝙ in finali iudicio oēs diuites, & principes reputabūt se delusos, & deceptos: & quasi somniasse: cum videbunt diuitias nihil prodesse ad liberandū eos. Quinta conclusio. ꝙ soli Christo terribili, & omnipotenti debetur oblatio: & latria, & confessio fidei, & laudis, & confessio peccatorum: eò, ꝙ est iustus, & terribilis iudex: & omnipotens, qui potest occidere, & viuificare.

PSALMVS. LXXVI.

VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Titulus, Victori siue in finem super Idithum ipsi Asaph psalmus. Prętermissa oī deA lineratione Iudæorū: & etiam friuola, & deuia expositione quorundam catolicorū qui magis videntur in hoc psalmo iudaizare: est discendum, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum: in C quo describit desiderium patrum antiquorū de aduentu Christi, & dedit ipsum cantandum ipsi Asaph, & representabat, & figurabat totam ecclesiā. Sed quia maximè tale desiderium conueniebat viris contemplatiuis ecclsiæ pro illo statu: voluit, ꝙ chorus Idithum responderet. Idithum enim interpretatur transiliēs, & transcendens ista mundana, & contemplans cœlestia, & altissima supra humanam facultēm: cuiusmodi memorantur in hoc psal. Et ideo voluit Dauid, ꝙ cātaretur cum toto conatu vocum ad victoriam: ad denotandum, ꝙ iste psa. vocat delōge cum magno desiderio Messiam qui est finis legis. Et ideo in titulo ponitur ad victoriam siue in finem: eò ꝙ nos dirigit in Christum qui est finis legis. & hoc denotat titulus. ſ. ꝙ iste psal. nos dirigit in finem datus D ad cantandum ipsi Asaph ad victoriam super chorum Idithum. Sed de materia huius psal. est notandū, ꝙ cum Dauid contemplaretur aduentum Messiæ: deuenit ad cōsiderandum longum desiderium ipsius Adam, & omniū aliorum patriarcarum, & prophetarum de aduentu Christi, & mora, & longa dilatione ciusdem, In qua contemplatione fuit ipsi reuelatum: ꝙ debeant transire dies multi: sed finaliter erat Christus venturus absque omni defectu. Hoc ergo præuidens Dauid in spū, maximè per scripturas præteritorum, & reuelationē consolatus: fecit hūc psalmū: in quo introducit Adam loquentem cum tota posteritate fidelium. Nā vt sic dicitur Adā mysticus siue corpus mysticum. In quo psal. duo facit. Nam primò ponit quandam exclamationem propter dilationem aduentus Christi. Secundò explicat causam suę E consolationis, ibi. Et dixi tunc. Quantùm ad primum est aduertendum, quòd promissio aduentus Christi in carnem ad liberandum genus humanum: fuit causa fidei, & caritatis, & spei omnibus patriarchis, & prophetis vet. test. quæ quidem promissio primò facta fuit ipsi Adæ, ſcdm, ꝙ ait Aug. lib. Cur Deus homo. Vnde dicit, quòd primo hoi promissus est aduentus domini ex virgine: vt si de instanti miseria doleret: tamen de suo sueq; posteritatis remedio iā de longinquo gaudeF ret. Vnde Adam licēt esset expulsus ab illa felicitate, tamen ex promissione sibi facta de Christo redemptore futuro incepit habere fidem. Et ex fide motus est ad caritatē Christi. Et ex tali firma fide resultauit in eo firma spes aduentus Christi. & hanc fidem, & spem secutus est Abel, & Seth, & Enos, & Enoch, & Noe, & Abraam &c. Et sic est dicēdum, ꝙ fides, & spes incepit ab Adā ex promissione ipsi facta. Et sic descendit in totam: eius posteritatem fideliū. Sed creuit in vnoquoq; ipsorum patriarcarū, & prophetarū, ſcdm, ꝙ vnusquisq; habuit specialē reuelationem de Christi aduentu. Nam specialem reuelationem habuit Abel, & Enos incepit inuocare nomē domini: & Noe, & Abraam cui facta est specialis promissio. Et sic est dicendum de Isaac, & Iacob, & exteris patriarchis, & prophetis, in quibus semper creuit fides, & spes, propter nouas reuelationes, & promissiones. Et sic oēs isti sunt corpus mysticum Christi: eò ꝙ vixerunt in spe, & fide

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christi futuri. Et iō diffinitur corpus mysticum ecclesiasticum: q̄ est multitudo fideliū Christum expectantium: siue in fide, & spe Christi viuentium: incipiens ab Adā, vsque ad vltimum electum. Et eadem est diffinitio ipsius ecclesiæ. Nā corpus mysticum, & ecclesia conuertuntur: sicut dictū est in prologo. & sic Adam cum tota posteritate sua fidelium dicitur corpus mysticum siue Adam mysticus, siue homo mysticus, siue ecclesia: siue ciuitas Dei, siue populus Dei sēm Aug. 15. de ciui. Et iō in hoc psal. & in multis aliis introducitur iste Adam mysticus ad loquendum, inquantū deflet casum suum, & miseriam. Et petit accelerari aduentum Christi & conqueritur de longa mora, & dilatione.

B Nā in spe oīa ista includuntur. Primò includitur, & supponitur promissio alicuius boni: ex qua insurgit spes, & fides. Secundò includitur afflictio propter longam moram, & dilationem: vt ait Seneca in Thyeste. Odit verus, & non patitur moras. Tertiò patientia in aduersis: nam cū patientia tolerantur aduersa. postq̄ quis expectat liberari ab aduersis: & expectat bonum finem. Ideo ait Apostolus ad Ro. 5. q̄ spes patientiam operatur. Et ideo diffinitur spes: q̄ est quædam virtus theologica: quæ æterna, & spūalia promissa firma fide, & caritate expectantur: & aduersa cum patientia tolerantur: contemnens terrena bona, & constituens finem in cœlestibus. ex quibus patet, quòd spes simul includit afflictionem, & gaudium. Includit enim duplicem afflictionem. vnam de malis quæ patitur, & aliam de longa mora, & dilatione finis promissi. Et in hac secūa afflictione laborauit cetus fidelium ab Adā vsq; ad aduentum Christi. Nā primò se videbat exulem

C ab illa felicitate terrestris paradisi: & priuatum illa futura beatitudine cœlesti. Secūò se videbat in captiuitate diaboli. Tertiò ab ipsa carne, & mundo, & diabolo multipliciter afflictum, & vexatum. Quartò: quia videbat aduentum Christi nimium morari: q̄a parua mora videtur afflictis longa: ideo erat cōfractus ex longa spe, & dilatione finis. Ex qua longa mora multi non poterant habere perfectam patientiam. Et sic affligebatur totū corpus mysticum ex longa mora: licēt firmiter crederet aduentum Christi futurū. in qua fide aliqualiter consolabatur. & de hac afflictione loquitur prima pars huius psal. in qua Adā mysticus p̄ ipsum Asaph, & Idithū magnis vocibus vocat Christum, vt veniat, & acceleret aduentū suum: & tollat causām suæ afflictionis per crucē, & passionē, & resurrectionem: vt patebit in litera: in quo explicantur causæ afflictionis, & lentię, & consolationis. Et sic attribuitur ipsi Asaph, & Idithū. Vñ cantat Asaph, & eleuat vocem super Idithū in persona totius ecclesię tā actiuorū, q̄ contēplatiuorū. Vnde dicit

D Adā mysticus. Voce mea ad dñm clamaui ab Adā vsq; ad Dauid: & voce mea clamaui à Dauid vsq; ad Christū: & tunc intendit michi complendo desiderium meum per aduentum suum. Item.

In die tribulationis meæ Deū exquisiui manibus meis nocte cōtra eum: & nō sum deceptus.

Deū exquisiui manibus meis, eas eleuādo in cōtra eū. i. versus Deū manus eleuādo in cū

E lū in die tribulationis meæ: qui dies tribulationis durauit ab Adā, vsq; ad Christū, & exquisiui eū nocte i. p̄ totā nocte legi cōtra eū. i. manus eleuādo versus eū: per odū eius aduentū, tñ nō sum deceptus: q̄a venit sicut ipse promisit. Oēs supradictæ locutiones sūt de præterito pro futuro pp̄ certitudinē prophetiæ, & firmitatē fidei, & spēi. toto die ure bulationis, & nocte: q̄a totū genus humanū erat in tribulatione, & captiuitate diaboli, & nocte tenebrarū peccati, & ignorantiæ. Et sic clamabat manibus versus Deum. Sed iste Adā mysticus nō fuit deceptus, nec fuit frustratus in sua fide, & spe: q̄a tempore statuto venit Christus. Vnde prima locutio. f. Voce mea ad dñm clamaui: vox est totius corporis patriarcarū, & p̄pheta rum ab Adā vsq; ad Zacariā, & Ioannē baptistā, sed ly, & tum dit mihi, est vox istius hois. pro tēpore Zacariæ, & Simeonis, & Ioseph: q̄a postea dicere iste homo, & intendit mihi: & nō sum deceptus: quia vidit ipsum oculis propriis per ceptus: quia vidit ipsum oculis propriis per Zacariam, & Simeonē. Ideo dixit Zacarias. Benedictus dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redēptionē plebis suæ. Et Elisabeth dixit virgini Marię: Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vētris tui. Et virgo Maria dixit. Suscepit Israel puerum suū: recordatur misericordiæ suæ. Et Simeon dixit: Nūc dimittis seruum tū domine secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et sic in persōna ultimi dicit p̄pheta: non sum deceptus, & intendit mihi &c. Totā etiam istam locutionem potest facere nunc ecclesia pro statu isto gra-

A tias agendo. Nam in toto vet. test. per patriarcas, & prophetas clamauit magna voce Christum inuocando vt veniret: sed tandem intēdit mihi Christus in no. test. quia patres vet. testa. non receperunt promissionem sine nobis, ad Hebr. 10. 11.

Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo. & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

Hic explicat causam suę afflictionis, & anxietatis: quæ fuit longa mora, & dilatio

B aduentus Christi. Vnde dicit. Anima mea renuit consolari in toto illo tēpore ab Adam vsq; ad Christum, imo abstinebā à carnalibus delectationibus, & ieiunijs, & orationibus Messiam expectando, & eram semper in contemplatione, & meditatione. Et sic mēmor fui Dei, & delectatus sum. q. d. non habebam aliam consolationem, nisi contemplari sanctam scripturam, & diuina mysteria in ea scripta, & promissiones mihi factas de Messia. Et sic exercitatus, & occupatus fuit in tali studio, & labore, & contemplatione. Et defecit, & fessus est spiritus meus, & contabuit, & stupuit non valens attingere hoc secretum præ nimio labore, & infirmitate mentis, & corporis. Sed quia non sufficiebat mihi ista in die meditari: sed etiā de nocte non poteram dormire: ideo oculi

C mei anticipauerunt vigilias surgendo ante auroram, & lucem, & tempus quando solēt alij dormire, ad considerandum statum, & peccata humani generis, & miserias: & ad contemplandum iudicia Dei rectissima. Et sic cognoscens culpam primi parentis, & iniquitates nostras, & ingratitudines contra Deum commissas cognoui nos iusto Dei iudicio meritò fuisse punitos: & sic non fui locutus: imo tacui præ confusione culpam in me ipsum retorquendo, & sic non locutus fui, nec aliquid dixi: sed cogitaui dies antiquos: reuoluendo, & perlegendo historias, & annales antiquorum patrum quærendo vnde hoc malum proueniebat generi humano: quia sic fuerat vulneratum in carne per concupiscentiam & infirmitatem, & in anima per peccatum. Et

D habui annos æternos in mente: considerauī omnia tempora incipiendo à mundi creatione, & ab inobedientia primorum parentum, & sententia merito inflicta. Nam consideraui quomodo Deus creauerat hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Et quomodo constituit ipsum dominum super totam terram, & super omnia animalia tām volatilia, quām pisces, & reptilia, & quadrupedia &c. Et consideraui felicitatem ipsi promissam: si stetisset in diuino præcepto, & volontate: quia post longam vitam translatus esset in vitam meliorem in cœlum: sed propter inobedientiam pulsus fuit ab ista terrena paradiso, & priuatus fuit illa futura, & superiori beatitudine, & factus exul in hac lacrimarum valle, & percussus in corpore, & anima, &

E subiectus tot miseriis intrinsecis, & extrinsecis, scilicet bellis, & seruituti &c. Et cognoui omnia ista mala prouenire homini ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Et sic etiam in tota illa nocte vet. test. meditatus fuī in corde meo, considerādo quo modo Christus erat nobis in lege per multos, imo per omnes p̄phetas, & patriarcas ad liberandum genus humanum de supradictis miseriis promissus. Et in tali meditatione exercitabar mirādo cum anxietate quare tantum tardabat nostra redemptio, & differebatur Christi aduentus. Et sic scopebam spiritum meum, ideſt scrutabar, & inuestigabam, & discutiebam, & examinabam, & purgabam per pœnitentiam quæ in eo erat. Et erumpebam in talem clamorem, quasi anxius de longa mora, & dilatione, dicens.

F *Nunquid in eternum proiiciet Deus: aut nō apponet vt complacitior sit adhuc?*

Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?

Aut obliuiscetur miserere Deus: et continebit in ira sua misericordias suas?

Nunquid Deus proiiciet humanū genus à se in ęternum: quòd non recipiat ipsum ad veniam, & misericordiam? aut Deus non apponet, & non proponet adhuc. i. deinde vt sit nobis complacitior. i. magis placabilis quàm fuit hucusque? Quasi dicat: semper erit nobis iratus, & non benignus, nec placabilis? Aut abscindet. i. auferet in finem. i. totaliter, & finaliter misericordiam suā à generatione in generationē. i. p̄ oēs generationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

A durabit ira eius, & non erit misericordia: aut obliuiscetur Deus misereri nobis, & nunquã recordabitur nostri, aut continebit misericordias suas in ira suaſ Quasi dicat: erit ne tã tę crudelitatis, & efficaciæ ira Dei: quòd contineat, & claudat, & liget misericordias suas, & alliget Deum ne faciat misericordiã ſ q.d. non est credibile: nec est tollenda Deo tanta perfectio: imo hoc est nefas de Deo credere, cuius misericordię non est finis nec numerus. Vnde nota, quòd dicit Dauid: scopebam spiritum meum, ideſt mundanas, & falsas cogitationes à spiritu meo pellebam. Nam spiritus longa anxietate, & cogitatione tribulatus, & obnubilatus non potest cernere verũ: quia nubibus atris condita nullum fundere possunt sidera lumen &c. vt ait Boetius. Sed si quis scopit spiritum, & se purgat, & mundat pellendo mundanas cogitationes, & nubes ignorantiæ per studium sapientiæ: tunc
B cernit, & cognoscit veritatem, & ita fecit iste homo mysticus. Nam perscrutãdo sacras scripturas pepulit nubes ignorantiæ, & anxias cogitationes. Et cognouit, ꝙ Deus nunquam oblitus est facere misericordiam: sicut didicit per gesta antiquorum. Ideo dixit: Nũquid in æternum proiciet Deus &c. quia scopere idem est quod scopa domum vertere, & mundare. Et sicut domus materialis scopitur, & mundatur scopa materiali: ita domus spiritus, & mentis interior scopitur, & verritur studio sapientiæ ab omni ignorantia, & malis cogitationibus, & anxietatibus: quia intelligentia sacrę scripturæ fugat omnes anxietates, & scopit spiritum, &
C mentem, & facit eam cernere verum: vt patet hic de Dauid.

Et dixi nũc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi.

In secunda parte explicat suam consolationem post superiorem angustiam. Ad cuius intellectum est sciendum, ꝙ postquã iste homo anxius de longa miseria, & mora aduentus Christi discurrit per omnes scripturas, & omnia gesta patrum antiquorum, & vidit, ꝙ Deus multipliciter liberauerat patres antiquos temporaliter: puta Noe de diluuio, & Abraam de Hur Caldæorum, & Isaac de sacrificio, & Iacob de manu Esau, & totum Israel de ægypto &c. tunc in se dixit supradicta verba. ſ. nunquid in æternum proiciet Deus &c. Quasi dicat: semper consuenit misereri patribus antiquis, & liberauit eos de periculis temporalibus. ergo poterit esse, quòd non liberet nos de hac longa cæcitate peccati: & de potestate diaboli, & miseria nobis illata ex sententia data primis parentibus ſ Quasi dicat: incredibile est, ꝙ non faciat. Sed quia dum ista cum quadam pia indignatione diceret: quasi illuminatus incepit resipiscere: & cognoscere in suũ: ꝙ omnes illę liberationes tęporales patrũ aut quorum significabant futuram, & generalem redemptionẽ: & ꝙ tota ira Dei erat mutanda in misericordiam per aduentũ Christi. Ideo subdit. Et dixi omnia supradicta supple. Et tunc cœpi resipiscere, & cognoscere supple veritatẽ, & secretũ scripturarum, & supradictorum mysteriorum, quoniam erat figura de nostra redemptione. Et omnia erãt implenda in Christo &c. In hebræo autẽ habetur. Et dixi imbecicillitas mea. & tunc est
D sensus. Et dixi in meipsõ, ꝙ ex imbecillitate & fragilitate, & ignorantia dixeram omnia supradicta. ſ. nunquid in æternum proiciet Deus &c. Sed magis rationabilis videtur nostra translatio quę dicit. Et dixi nunc cœpi, intelligere supple, ꝙ hęc est mutatio dexteræ excelsi. Ad cuius intellectũ est valde aduertẽdum, ꝙ ecclesia Dei habet tres status. ſ. duos in præsenti: & vnum in futuro qui dicitur status gloriæ. Primus status dicitur status legis, & vmbrę, & figuræ, & captiuitatis, & ire, & iustitię, & ignorantiæ, & noctis. Secundus status dicitur status veritatis, & lucis nis euangelici, & libertatis, & gratiæ, & sapientię, & sapientię, & dici. Tertius autẽ dicitur status gloriæ, & præmii. In primo statu
E patres antiqui deliderabant statum secundum. Et nos qui iam sumus in statu secũdo, desideramus tertium. ſ. dissolui, & esse cum Christo in gloria. Et ideo sicut per primum aduentum Christi primus status mutatus est in secũm: ita per secũm aduentum Christi secundus status ecclesiæ mutabitur in tertium. Nã per primum aduentũ Christi, scilicet in carnem tota lex vetus mutata est in veritatem euangelicam, & vmbra, & nox mutata est in diem, & lucem. & figura in veritatẽ, & sententia, & iustitia, & ita Dei in miam, & captiuitas siue peccatum in gratiam, & ignorantia in sapientiam: & in libertatem: & ignorantia in sapientiam: quia repleta est terra sapientia domini. Eſa. 11. Ita pariter totus iste status mutabitur in tertium. Nam gratia conuerteretur in gloriã: & fides in visionem: & spes in possessionem: & caritas in fruitionem &c. Secundò est tandum

A tandum, ꝙ Christus dicitur dextera Dei excelsi in tota scriptura: eò ꝙ pater per ipsum operatur. Sed dextera dicitur per relationem ad sinistram: & sic punitio, & ira Dei dicitur sinistra. materia autem dicitur dexteta Dei. Cũ ergo tota lex vetus erat sub punitione, & sententia: & quasi ira Dei, & iustitia, & exilio: ideo potest dici sinistra Dei: ꝙ Deus habebat suam sinistrã supra genus humanum ante aduentũ Christi. Sed nũc habet dexterã suam. i. misericordiã suã super nos. Ex quo potest dici, ꝙ per Christum facta est mutatio à sinistra in dexteram. Et sic est dicendum, ꝙ Christus, qui est dextera Dei patris excelsi, mutauit sinistram Dei in dexteram. i. iram, & iustitiam in materiam: & captiuitatem in
B libertatem: & culpam in gratiam, & noctem in diem, & umbram in veritatem, & lucem: & vniuersaliter totam legẽ veterem in euangelium: vt circuncisionem in baptismum: & agni paschalis in eucaristiam. & sic de sinulis sacramentis. Et talis mutatio fuit mutatio dexterę excelsi: quam præuidit Dauid in figura per gesta, & mysteria veterа: vt patebit per singula. Ideo dicit. Et dixi nũc cępi cognoscere sup. ꝙ hæc erat mutatio dexterę excelsi. i. per Christum futura qui est dextera Dei excelsi qui omnia debet mutare: quia talis mutatio à nullo potest fieri nisi à Christo, qui est dextera excelsi. Nam sicut Deus per sinistrã misit iram, & sententiam in totum genus humanum in vet. te. ita in nouo test. mittet misericordiam, & veniam, & gratiã per Christũ qui est eius dextera. Et ideo quia Dauid præ
C uidit in spiritu contemplando mysteria sacræ spiritualia: ꝙ per solum Christum erant omnia illa mysteria, vel in solo ipso implenda: Ideo dicit hæc mutatio dexterę excelsi.

Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus nr. tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum filios Iacob, & Ioseph.

Hic explicat mysteria sacræ scripturę vete. vbi Dauid siue homo mysticus præuidit istam mutationem dexteræ excelsi, & nostrã redemptionem figuraliter. A quibus mysteriis sumit parabolam, & propositionem ad petendũ intentum. Vnde tria mysteria prin-

D cipaliter adducit in quibus præuidit in figura nostrã redemptionem. Nã primò adducit liberationem filiorũ Israel de ægypto. Nam per hoc, ꝙ Moyses fuit à Deo missus in ægyptum: & cum signis, & portentis liberauit, & eduxit totum illum populũ de ægypto, & potestate Pharaonis, præuidit, ꝙ Christus filius, & dextera Dei patris à patre missus debebat liberare totum genus humanum de tenebris peccatorum, & potestate diaboli. & ideo dicit. Idco cœpi cognoscere: quia hæc erat mutatio dexterę excelsi. i. per Chm facieda: qm̃ memor fuit operũ dñi. i. misericordiarum, quas fecit Deus patribus antiquis. Et memor ero mirabiliũ tuorũ quæ fecisti ab initio: incipiendo à Noe, quẽ liberasti de diluuio. Et sic discurrendo per Abraam, quẽ liberasti multipliciter, & per Isaac quẽ liberasti de gladio sacrificii, & Iacob, quẽ liberasti de
E Esau. Et meditabor in omnibus operib. tuis quæ fecisti patrib. nostris, & exercebor in adinuentionibus tuis. i. in secretis mysteriis clausis in illis operibus puta quomodo apparuisti Moysi in rubo ardẽti, & quomodo vocasti eum, & præcepisti vt remoueret calciamenta. Et quomodo conuersa est virga in colubrum, & econuerso, & quomodo traxit manum leprosam de sinu. Et considerauit, ꝙ omnia ista significabant missionẽ Christi in mũdum &c. Itẽ considerauit duritiã Pharaonis, & plagas Aegyptiis illatas, in quibus plagis, & portentis præuidi totum mysterium nostræ redemptionis. Et quomodo via tua erat in sancto. Quasi dcat: sicut ille sanctus angelus erat ductor illius populi, & fecit illa signa terribilia, ita Christus debebat esse ductor totius generis humani, & debebat ipsum
F liberare de potestate diaboli. Nam quis magnus sicut Deus noster ſ Et conuersus apostrophat ad Chm futurũ dicens. Tu es Deus qui facis mirabilia maiora, quàm facta sunt tũc per Moysen. Nã sicut tunc notã fecisti virtutem tuã populis Aegyptiorũ, & aliorũ in mari rubro: ita notã facies virtutem tuam in humanitate per totum orbem. Et sicut tunc redemisti in brachio, & potentia tua populũ tuum. ſ. Iacob, & Ioseph: ita redimes totum genus, & totam ecclesiam intellectam per Iacob, & Ioseph. Et notãter dicit filios Iacob & Ioseph. Nam licèt inter filios Iacob intelligantur, & comprehendantur filii Ioseph: tamen quia filii Ioseph omnes sunt nati in Aegypto, & reputabantur nobiliores apud Ae-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gyptios eò, ꝙ descẽdebant ab Ioseph q fuerat principes, & rector, & prefectus totius egy
pti: ideo specialiter nominat eos: & quia ecclesia maximè figuratur per Ioseph: quia per
fratres suos venditus: & post afflictionẽ exaltatus &c. sicut dictum est psal. 2. Iterum est
aduertẽdum, ꝙ in illis operibus mirabilibus
duæ substantiæ sunt considerandæ. Primò an
gelus domini inuisibilis, qui faciebat illa mi
racula. Secundò Moyses visibilis, qui percu
tiebat aquas cum virga. & sic fiebant illa ope
ra mirabilia. per hoc prænidit Moyses, & Da
uid, ꝙ in Christo redemptore debebant esse
duæ naturæ: vna diuina inuisibilis quæ prin
cipaliter, & latenter operatur: & altera huma
na, & visibilis quæ instrumentaliter, & visi
biliter videbatur operari. Et ideo dicit. Deus
in sancto via tua. idest sicut via tua, & vir
tus, & ductus erat in sancto angelo inuisi
B bili, & in sancto Moyse visibili: ita pariter via
nostræ redemptionis fuit in Christo sancto
tuo, qui est sanctus sanctorum: in quo est du
plex natura, scilicet diuina, & humana. Per
hæc ergo mysteria prænidit Dauid totum
mysterium incarnationis, nostræ redemptio
nis factæ per mortem, & passionem Christi
in signis &c.

Viderunt te aquæ Deus: viderunt te aquæ, & timuerunt: & turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.

Alluxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra.

In secundo loco adducit miraculũ, & my
C sterium factum in transitu maris rubri. vnde
sicut totus populus erat in periculo ne capè
retur, & trucidaretur per Pharaonẽ, & ægy
ptios: nisi quia Moyses cum virga percussit
aquas: & diuisæ sunt aquæ: & transiuit popu
lus ad aliam partem littoris: & sic per tran
situm aquarum saluatus, liberatus est popu
lus: ita pariter Christus per contactum sui
corporis præbuit virtutem regenerationem
aquis baptismalibus, & per aquas baptisma
les liberauit fideles de potestate diaboli, ꝙt
fuit ibi figuratum, Hoc ergo prænidens. Da
uid in figura dicit. O Deus Christe sicut tũc
viderunt te aquæ maris rubri, & viderunt te
aquæ Iordanis: & timuerunt, idest quasi ti
mentes sunt diuisæ, & conuersæ sunt retror
sum: & liberati sũt filij Israel: & abyssi aqua-

rum turbatæ sunt: ita pariter quando aquæ D
baptismales viderunt te: timuerunt diaboli,
& abyssi infernales turbatæ sunt: quia per
baptismum delesti peccatum: & fugasti dia
bolicam potestatem. Item aquę maris Gali
leæ timuerunt te quando siccis pedibus fi
per eas ambulasti: & mari, & fluctibus, &
ventis imperasti: & Petrum de profundo pe
lagi liberasti. Item sicut post transitum Israel
fuit multitudo sonitus aquarũ: & nubes de
derunt voces, & tonitrua: & sagittæ tuę trans
fierunt, ideſt multa fulmina fuerunt de nu
bibus immissa: & vox tonitrui tui fuit quasi
tonitruus qui fit in rota, & cũrru: & mouerũt
aquas: & reduxerunt eas super Aegyptum, &
submerserunt eos: & sicut ibi coruscationes
tuæ alluxerũt: & igneos radios dederũt orbi
terræ, & tota terra tunc commota est: ita pa
riter O Christe multitudo sonitus aquarum E
tuæ sapientię, & nubes, scilicet apostoli tui
dederunt vocem euangelicam: & sagittæ tuę
euangelicæ transierũt per totum mundum:
& vox tonitrui tui. ſ. tuę prædicationis tuæ
per totum mundum in rota euangelicæ, &
curru euangelico: quem quatuor animalia
stæ ducunt, & duxerunt per totum orbem.
Et sic coruscationes euangelicæ alluxerunt
ex monte Sion in die penteco. toti orbi ter
ræ: quia ibi apostoli receperunt coruscatio
nes, & splendorem sapientiæ: & donorum, &
gratiarum. & sic prędicauerũt toti orbi ter
ræ. Et sic commota est, & contremuit tota
terra ad prædicationem apostolorum: & om
nia idola corruerunt sicut corruerunt ægy
ptii in mari rubro.

In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur. F

Sicut ibi fuerunt viæ tuæ in mari rubro,
& semitæ tuæ in aquis multis, vt populus
transiret, & vestigia tua non fuerunt mani
festa: ita quando venies tu Christe in mundum:
via tua erit in mari: quia siccos pedibus per
mare Galileę ambulabis, & etiam per mare
huius mundi: & semitæ tuę erunt in aquis,
& persecutionibus multis: quia apostoli tui
nauigabunt in hoc mari persecutionum: sed
vestigia tua non cognoscentur in mari Gali
leæ: quia super aquas ambulabis: & etiam
nec vestigia peccati cognoscentur in te, fi
cut in nobis: quia eris inter oẽs mortuos li
ber. Vestiga tua non cognoscentur quando
intrabis mare huius mundi: quia mysterium
incarnationis erit ineffabile, & inestigabile
&c.

A le. Vñ dicit Salomõ ꝓuerbiorũ. 30. Tria sunt
mihi difficilia: & quartũ penit⁹ ignoro. ſ. viã
aquilæ i cœlo, viã colubri sup petrã, viã na
uis i medio mari: & viã viri in adolescẽtia. i.
viã filii Dei, qũ descẽdit de cœlo in carnẽ: &
viã Christi quãdo exiuit de sepulcro: & viã cõ
uersationis Christi mari huius mũdi: & viam
Christi quãdo exiuit de clausiro vteri virgina
lis: qa nullũ vestigiũ aut violẽtiã reliqt Christ
i his quatuor viis: qa absq; violẽtia fecit Xps
ista quatuor occulta, & ineffabilia mysteria.
ſ. mysteriũ incarnationis, & natiuitatis, & re
surrectionis, & ascẽsionis, & cõuersatiõis hu
ius vitæ: & vestigia eius fuerũt mũdo igno
ta in isto quadruplici itinere. Et sic est dicẽ
dum de exteris mysteriis Christi, & miracu
lis, quæ latentur diuinitas operabatur.

Deduxisti sicut oues populum tuum in manu B
Moysi, & Aaron.

Vltimò adducit ducatũ p desertũ, & itroi
tũ terrę ꝓmissionis. Vnde dicit. sicut deduxi
sti populũ tuũ sicut oues in manu Moysi, &
Aaron ex Aegypto ꝙ totũ desertũ. ita dedu
ces populũ fidelẽ de tenebris peccatorum, &
potestate diaboli. Et deduces ipsũ per deser
tũ huius mũdi: & introduces in hãc ecclesiã
per gratiã, & in futurã per gloriã. Et dicit in
manu Moysi, & Aarõ: qa ꝙ hos fuit Chris fi
guratus: qa dux, & sacerdos: quia inquãtum
dux fuit rex dedit legẽ euãgelicã: & inquãtũ
sacerdos cõtulit sacra. Ex qbus patet, ꝙ Da
uid non allegat supradicta mysteria gratia
inquãtũ erãt figura nostræ redẽptionis futu
re ꝙ Xpm. & sic allegat figurã ꝓ figurato: qa
sicut ista illa nõ erãt gratia sui: sed gia Xpi fu
turi, ita allegat ipsa, gra & rõne figurati: quia
aliter Dauid nõ fuisset ꝓpheta. Vñ duplici
ter est nobis Xps in lege ꝓmissus. vno mõ per
mysteriũ, & figurã, alio mõ per expressã pro
missionẽ. & iõ nõ est minus certa veritas my
sterii, & figurę, quã veritas expressæ ꝓmissio
nis, iõ ꝓpheta audacter allegat figurã tanquã
veram & certam ꝓmissionẽ, in quibus figuris
uid in ꝑsona totius ecclesiæ fuit cõsolatus in
sua angustia. Iõ nihil aliud est dicere, tu de
duxisti sicut oues populũ tuũ &c. nisi dice
re: tu Deus nobis redẽptionem per illã figu
rã promisisti. ideo fac quod tu promisisti in
figura, siue facias in veritate quod in figura
significasti. Ex toto isto psal. possunt recolli
gi tres conclusiones principales.

Prima conclusio, quòd Dauid ontẽplãdo D
omnes ꝓmissiones factas patribus antiquis:
& liberationes filiorum Israel de ægypto præ
uidit totum misterium nostrę redẽptionis.

Secunda conclusio, ꝙ totum misteriũ no
stræ redemptionis fuit mutatio dexteræ ex
celsi. ſ. à iustitia in misericordiam, & ab ira in
benignitatem. &c.

Tertia conclusio, ꝙ diuinitas verbi ita latẽ
ter operabatur in illa humanitate, quòd vesti
gia incarnationis, & natiuitatis, & conuersa
tionis, & miraculorum operationis, & resur
rectionis, & ascensionis fuerunt mundo ineffa
bilia, & ignota vsque ad missionẽ spiritus
sancti, quæ quidẽ misteria licèt sint nobis no
ta per fidem quo ad effectũ: tñ nobis sunt in
comprehẽsibilia quo ad causam, & modum.

PSALMVS. LXXVII.

Attendite populemeus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. E

Titulus. Eruditio siue itellectus ipsi Asaph.
In græco autem ly intellectus siue eruditio
est genitiui casus: vt sit sensus, ꝙ iste est psal.
intelligentiæ siue eruditionis ipsi Asaph. Et ti
tulo apparet quòd Dauid fecit hunc psalmũ
secundùm, quod fuit eruditus à spiritu san
cto, & vt erudiret nos in hoc psalmo de his,
quæ ipse fuit eruditus. Et dedit ipsum cantan
dum, & recẽsendũ ipsi Asaph, & choro eius.
Vnde sicut Terẽtius licèt faciebat comœdias,
tñ dabat eas recensendas ipsi Colliopio: vnde
ipse dicit in fine cuiuslibet comœdiæ. Valete
& plaudite Calliopius recẽsui: Ita pariter Da
uid habebat tres cantores quos constituit ad
cantandum, & recensendum psal. vt patet pri
mo paralypo. Et sic Asaph, & Etã, & filii Co
re, & cæteri non ponuntur in titulo psalmo- F
rum tanquàm actores psalmorum, sed tanq;
recensores, & cantores, & etiam interpretes
ꝓ populo. Ex quo patet, quòd Dauid est ac
tor huius psalmi, & Asaph est cantor siue
recensor. sed persona introducta ad loquen
dum in hoc psalmo, in cuius persona factus
est psal. est ipse Christus, vt patet Mathæi. 16.
vbi dicitur, ꝙ cum locutus fuisset Iesus in pa
rabolis &c. postea dicit. Hæc omnia locutus
fuit Iesus in parabolis, vt impleretur quod
dictum erat ꝙ ꝓphetam. Aperiam in parabo
lis os meum, & eructabo abscondita à cõsti
tutione mũdi. Ex quo patet, quòd Christus lo
quitur in hoc psalmo. Ad cuius intellectum
omnibus fabulationibus Iudæorum dimissis
est aduertendum secundum Augustinũ. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de captiuitate capitulo quarto & 5. ꝙ Dauid contemplando sacram scripturã, & maximè vt legitur primi Reg. 4. qualiter filii Effraim, & totus populus Israel fuit victus in prælio à Philistæis: qui occisis sacerdotibus filiis Heli detulerũt secũ arcam domini, & tenuerunt eã in Azaron, & Azoto. Et tũc sacerdotiũ fuit translatũ à filiis Heli in Samuelẽ. Et arca dñi postea fuit translata per Dauid in Hierusalẽ. Et sic tribus Effraim simul perdidit arcam, & regnum siue iudiciũ: quæ quidem punitio venit tribui Effraim, & toti Israel pp pcãm in gratitudinis, & rebellionis, & infidelitatis. Nã cum tot beneficia à Deo recepissent: tamen fuerunt Deo ingrati, & rebelles: quia omnes mõtes Effraim erant pleni idolis Baalim: quę quidem idola prostrauit postea Samuel dũ factus fuit iudex, & sacerdos. Itẽ cõsiderabat

B postea Dauid qualiter ꝓpter ingratitudinem, & inobedientiam translatum fuerat regnum à Saule ad ipsum &c. Per hãc ergo triplicem trãslationẽ, s. tabernaculi, & regni, & sacerdotii: quæ facta est pp peccatum ingratitudinis, & rebellionis, & infidelitatis, præuidit Dauid in spiritu qualiter populus iudaicus debebat esse ingratus, & rebellis, & incredulus Christo Messiæ in aduentu suo: propter quod peccatum debebat perdere locum, scilicet templũ, & sacerdotiũ, & regnũ, & erat trãsferendum ad ecclesiã ex gentibus congregandã. Et hęc est sententia Augustini. 17. de ciuitate capitulo. 4. & 5. Hoc ergo præuidẽs Dauid in spũ fecit hunc psalmũ in quo introducit Christum loquentẽ exhortantẽ, & vocantem illum populum ad legẽ euangelicam, sub cõminatione perdendi tẽplũ, &

C sacerdotiũ, & regnũ. Duo ergo in hoc psãlmo propheta principaliter facit. Nam primo præmittit prœmiũ siue prefationẽ. Secdò exequitur de narratione. ibi. Filii Effraim. Quantũ ad primũ quia prœmium est breuiloquium quorundã dicendorum, ideo in prologo siue prœmio isto assignat quatuor causas huius psalmi. Nam causa efficiens est Christus loquens: in cuius persona factus est psal. Causa materialis sunt ꝺ̃a misteria vet. test. quæ hic adducunt. Causa formalis est modus ꝓcedendi: quia omnia ea misteria, & gesta vet. te. quæ memorantur in hoc psal. adducit per modũ parabolæ, & propositionis ad inferendũ aliquã magnã cõclusionem in nouo test. Causa aũt finalis est vtilitas, quæ sequitur. s. vt efficiat auditores bonos, & Deo obedientes, & credentes. Quatuor ergo facit in hoc D prœmio. Nã primò assignat causã efficientẽ. Secundò cãm formalẽ. Tertiò causam materialẽ. Quartò cãm finalẽ: secundũ ibi. Aperiã in parabolis: tertiũ ibi. Quãta audiuimus: quartum ibi. Vt cognoscat generatio altera. Quãtum ad primũ propheta introducit Christum Messiã in lege promissum verũ Deum, & hominẽ loquentẽ ad populũ Iudæorũ in aduẽtu suo, & dicentẽ. O populę attendite, attentè, & attẽdendo audite, & intelligite, & susçipite legẽ meã: quã vobis fero. Et ẽt attẽdite legẽ meã veterem, & percipite eã auribus mentis, & cordis. quia in ea reperietis notã legẽ euãgelicã. Ex his patet, ꝙ iste qui hoc loquitur: est ipse Deus: quia dicit attẽdite populę meus legem meã: quia lex diuina est ꝺ̃ populus ipsius Dei, & ille populus dicitur populus Dei. Itẽ est aduertendũ vt sępius dictum est, ꝙ lex euangelica quam Xp̃s tulit non est alia secundum essentiã à lege veteri: ipsa est spiritus, & veritas illius. Ioan. primo. Lex per Moysen data est: gratia autem, & veritas per Christum facta est. Vnde vetus testamentũ nihil aliud est nisi occultatio nouiq̃ manifestatio veteris: vt inquit Aug. Ideo qui vult bene attẽdere ad legem veterẽ, & auribus eã percipere ibi reperiet veritatem euangelicam totam figuratam. Et iõ dicit attendite populę meus legem meã &c. Et dicit auribus percipite verbã oris mei: ad differentiã legis euangelicæ ad veterem. Nã illa data est scripta in tabulis lapideis, & in carta mortua. Et illa in cordibus hominum per proprium auditum. Ideo dicit auribus percipite &c. Item illa data est per os Moysi: ista vero ꝓ̃ os ipsius Dei. Christi. Iõ dicit. Verba oris mei. Ad denotandũ, ꝙ Deus incarnatus per os suum erat lanturus legẽ impressam in cordibus hominum. Dicit ergo Chr̃s in aduentu suo. O populę meus Israel attendite ad legem meã, & intelligite eã: quia hęc lex quã vobis prædico lex Dei est: quia Moyses de me scripsit. Totũ hoc dixit Xp̃s Matthæi. 5. qũ ascenderit in montem, & declarauit legẽ diuinã dicens: nõ veni soluere legẽ: sed adimplere. Et hoc tẽpore per totũ discursum euangeliorum: in quo Deus nil aliud facit nisi vocare populum ad legem intelligendã, & susçipiendã veritatem legis.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

Hic præmittit modũ procedẽdi i hoc psãlmo,

A mo, quẽ vult tenere. s. adducere misteria veteris test. per modũ parabolarum, & propositionũ. Quasi dicat: ꝙ ea quæ intendit adducere: nõ adducit præcisè gratia sui: sed per modũ parabolarũ, & propositionũ gratia alterius cõclusionis inferendę de veritatibus noui te. Ad cuius intellectũ est notandũ sicut dictum est in prologo huius libri: ꝙ prouerbiũ siue parabola nõ ponitur gratia sui, sed alterius. Nã prouerbiũ dr̃ quasi pro alio verbũ, & parabola dicitur à para quod est iuxta, & bole sententia: quasi iuxta sententiã alterius. Itẽ parabola nil aliud est nisi propositio alicuius rei gestæ: vel tanquã gestæ pro aliqua veritate similitudinarie, & exẽplariter inferẽda. Et sic semper ponitur pro alio. Itẽ propositio secundũ Aristotelem primò posteriorum, & in prioribus est enũciatio affirmatiua aut negatiua ad inferendã conclusionem intenta. Et ideo propositio nõ proponitur gratia sui: sed

B gratia cõclusionis inferendę. Et ideo quia tota sacra scriptura veteris te. nõ posita est gratia sui, sed inquantũ figurabat misteria noui test. ideo dicũtur parabolæ, & propositiones quę præmissę sunt in vet. test. ad inferendũ mirificè, & ꝓphetice cõclusiões, & veritates euãgelicas. Et iõ sicut totũ vetus testamentũ nil aliud est nisi quędã parabolæ, & ꝓpositiones præmissæ ad inferendũ, & figurandum legem euangelicã: ita tota lex euangelica nil aliud est nisi quędã veritas, & conclusiones illatæ ex misteriis, & scripturis legis veteris. Nã sicut veritas conclusionis continetur virtualiter, & confusè in propositionibus præmissis: sed post illationem patet veritas distinctè in

C conclusione: vt patet primo posteriorũ. Ita veritas euãgelica continebatur virtualiter, & in cõfuso in lege veteri: sed post aduentũ Christi patuit illa veritas distinctè ꝙ Chr̃s in euãgelico. Et sic tota lex vetus nil aliud est nisi parabolæ, & propositiones respectu euangelii. Et sic ecclesia catolica, & quilibet fidelis: quando legit scripturã ve. te. non legit gratia sui: sed ad misterium, & ꝓphetiã: prout figurat veritates legis euãgelicæ. Aliter intellige ꝺ̃a veteris legis nõ est vera nec catolica: quia veritas eius est euangelii. Et ideo dicit Hieronimus in epistola de mansionibus, ꝙ omnia dicta in hoc psal. ponuntur tanquã propositiones, & parabolæ inquantùm figurabant misteria. no. te. & sic non proponuntur gratia sui: sed ad sensum spiritualẽ. Et hoc est quod promittit ꝓpheta in persona Chri-

D sti, ꝙ quicquid dicetur in hoc psal. de te. vet. nõ intendit adducere gratia sui, sed prout sũt quædam parabolæ, & propositiones. Vnde ait. Aperiam in parabolis os meũ, & loquar propositiones ab initio. i. adducã omnia misteria sacræ scripturæ incipiẽdo ab initio exitus Israel de Aegipto: quia tunc incepit iste populus, & etiam à promissionibus factis ab initio ipsi Abraam Isaac, & Iacob. Et ea quæ acciderunt toti populo Israel successiuè vsq; ad Dauid. Et omnia ista adducã tanquam parabolas, & propos mes: ex quibus inseram intentum meum. Nam omnia illa non sunt gratia sui: sed parabolæ, & propositiones respectu legis euãgelicæ: & hęc erit causa formalis, & modus procedendi in hoc psalmo.

Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorum in generatione altera. E

Narrantes laudes domini & virtutes eius: & mirabilia eius quæ fecit.

Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

Hic explicat causam materialẽ huius psã. idest materiam quã intendit adducere, & loqui: quæ quidẽ materia dicitur materia antecedens. Et dicit, ꝙ intendit adducere in hoc psal. omnia ista gesta quãta audiuimus scripta in Genesi, & Exodo, & quinq; libris legis, & Iosue, & libro Iudicũ, & in libris Regũ. i. tãta loquar quãta audiuimus &c. quæ quidẽ gesta antiquorũ patres nostri annunciauerunt nobis voce, & scripto: quæ quidem gesta nõ sunt occultata, nec tacita à filiis eorũ in generatione altera. imo ipsi narrauerũt filiis suis narrãtes laudes domini, & beneficia & virtutes eius, & mirabilia quæ fecit: quæ ꝓ magna parte explicabũtur in hoc psal. Omnes ergo istas propositiones loquar, & adducã, & loquar ẽt qũo Deus suscitauit, & nouiter dedit illam legem in testimonium. In Iacob, & legẽ posuit, & ordinauit, & cõstituit F in Israel: quasi dicat: ꝙ illã legẽ quã dedit populo Israel in mõte Sinai dedit in testimoniũ. Et nota, ꝙ lex vetus dr̃ testimonium. Primò quia fuit per angelos testificata. Secdò qa reposita est in arca in testimoniũ cõtra ꝓuaricatores. Deutero. 31. Tertiò qa tota lex velus facit testimoniũ de Chr̃o futuro. Iõ ait saluator Ioã. 5. Scrutamini scripturas, qa ipsę testimoniũ perhibẽt de me. Nam moyses de me scripsit &c. Et testimoniũ suscitauit. Ad denotandum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dū, ꝙ lex p̄ceptorū anteq̄ esset lata, & suscita
ta iā erat sepulta, & inserta naturaliter in no
bis: ad Romanos. 2. q̄a oīa præcepta cōtinen
tur in illa naturali lege. s. quē tibi nō vis, alte
ri ne facias. &c. Dicitur autem lex quia lata,
& posita siue posita. Ideo dicit: Legem posuit
in Israel. Ecclesia Dei dicitur Iacob inquan
tùm surripuit primogenitura, & benedictio
nem. Et dicitur Israel inquātùm videt Deum
& est directa à Deo, & fortis cum Deo.

*Quanta mandauit patribus nostris nota fa
cere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij q̄ nascētur et exurgēt et narrabūt filijs suis*

*Vt ponant in Deo spem suā & nō obliuiscā
tur operum Dei: & mandata eius exquirant.*

*Ne fiant sicut patres eorum: generatio prava
& exasperans.*

*Generatio quæ non direxit cor suum: et non
est creditum cum Deo spiritus eius.*

B Hic ꝓpheta in periona Chri explicat cām
finalē huius psal. Nā quia iste psal. dirigitur
Iudæis, qui erant tpe aduentus Chri, vt reci
perent Chm & legē euangelicā, & eā serua
rent, ne fierent, rebelles & infideles, sicut pa
tres eorū. Et ne priuarentur sanctuario & re
gno, & sacerdotio, sicut fuerunt priuati filii
Effraim, & cæteri filii Israel tēpore Heli pro
pter rebellionē, & infidelitatē. Iō ꝓpheta iā
exhortatur eos in pona Chri, siue Chs iam
exhortabat eos tūc p ꝓphetā in hoc psal. cū
cōminatione ablationis sāctuarii, & tēpli, &
regni, & sacerdotii. Quasi dicat: si vos Iudæi
nō audieritis, & receperitis Chm, & legē e
ius, & obseruaueritis eā i aduētu suo: aufere
tur à vobis sāctuariū, & regnū, & sacerdotiū.
Sicut fuit ablata arca à filiis Effraim de Silo,
& sacerdotiū fuit translatū à filiis Heli ad Sa
C muelē, & regnū à Saul ad ipsū Dauid: ita pa
ter auferetur à vobis sāctuariū, & regnū, &
sacerdotiū: & dabit populo gētili facienti fru
ctū. Matth. 22. Et hec est causa finalis huius
psal. s. inducere Iudæos ad recipiendū Chm
in aduētu suo, & legem eius, & hoc sub com
minatione. &c. Et in hoc cōsistit totū argumē
tū huius ps. Dicit ergo: loquar in hoc psal. &
adducā i parabolas, & ꝓpositiones tot gesta,
& misteria, & tāta quāta mādauit Deus pa
tribus nris ea nota facere filiis suis: vt cogno
scat gnatio altera: hoc dicit. Nā Deus māda
uit filiis Israel: qñ egressi sunt de Aegipto: vt
quotiēscunq; comederēt agnū paschalē: nar
rarēt filiis suis qualiter comedebāt illū agnū
in memoriā liberationis de Aegipto: vt patet
Exo. 13. dicēs Narrabisq; filio tuo in die illo
dicēs: hoc est quod fecit mihi dns qñ egressus
sū de Aegipto &c. Itē mandauit patribus vt
memorarent filiis suis legem, & cerimonias
quas à Deo acceperāt. Deuter. 6. & 3. dicens.
Erūtq; verba hęc q̄ ego præcipio tibi hodie
in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis &c. Iō
subdit ꝓpheta, Et filii tui q̄ nascētur. s. qui re
periētur tpe aduētus Xpi, & exurgēt, & con
uertētur: sicut fuerūt Zacarias, & Simeon, &
apostoli, narrabūt oīa supradicta filiis suis, &
demōstrabūt oīa figurata, & gesta i lege vete
ri esse gesta, & dicta, & figurata ꝙ Xps vel ali
ponāt in Deo, & nō in mūdo, nec in ceremo
niis legalibus spē suā: sed recipiāt Xpm in re
rū Messiā, & nō obliuiscātur operū Dei quę
Xps faciet. quæ opera nullus poterit facere ni
si sit Deus. Nā per opera poterūt cognoscere
ipsū esse Deū: & iō recipiāt eū, & exquirāt, &
obseruēt mandata eius, q̄ mādabit in lege sua
gelica: ne fiant rebelles, & increduli sicut pa
tres eorū: quæ fuit generatio prava, & exaspe
rās, idest prouocās Deū ad irā: quæ quidē ge
neratio nō dixerit cor suū ad credendū Deo,
nec ad obseruādā legē eius, nec fuit credulus
nec vnitus cū Deo ipsus illius generationis:
imo fuerūt semp rebelles, & increduli, & in
grati, vt patebit. Ex supradictis patet, ꝙ iste q̄
loquit in hoc psalt est Deus ꝙ hoc ꝙ ait. Attēdi
te populę meus legē meā &c. Scdō patet, ꝙ
sit hō: per hoc ꝙ subdit: Quanta audiuimus,
& cognouimus. & quāta mādauit pribus no
stris. Et sic iste qui loquitur in hoc psal. est
Christus Deus, & homo: qui tanquā Deus di
cit: attendite populę meus legem meā: & tan
quā homo de semine Abrahæ, & Iacob dicit:
quāta mādauit patribus nostris &c. Et sic Xps
est causa efficiens, qui loquitur ad populū iu
daicum in aduentu suo, & exhortatur: vt au
diat, & recipiat legē euāgelicā: quę nō est alia
secundū essentiā: sicut dictū est. Materia ante
huius psal. est totus discursus ab exitu Israel
de ægipto vsq; ad tēpora Dauid, & regnum
eius, & vsq; ad tēplum, & sāctuarium. Forma
ante est: quia oīa quæ hic narrātur, adducū
tur tanquā figuræ, & parabolę, & ꝓpositiones
ad inferēdā, & pdicendā trāslationē sanctua
rii, & regni, & sacerdotii a Sinagoga in eccle
siā. Causa finalis est vt populus Iudeorū rece
piat Christū, & legē eius: ne fiāt increduli, &
rebelles, & igrati sicut patres eorū, & hoc sub
cōminatione supradicta. Et ex hoc apparet
vera prophetia huius psal. quæ executo hu

A ius cōminationis fuit vere ipleta in illo popu
lo ꝓp obstinationē eorū post aduentum Xpi.

*Filij Effraim intendentes, & mittentes arcū
conuersi sunt in die belli.*

*Non custodierunt testamentum Dei: & in
lege eius noluerunt ambulare.*

*Et obliti sunt beneficiorum eius & mirabi
lium eius quæ ostendit eis.*

Hic incipit narrationē dicēdorū sicut pro
posuit in proœmio. Et duo facit. Nam primò
memorat, & narrat incredulitatē, & rebellio
nē, & ingratitudinē illius populi. Scdò puni
tionē eorū, ibi. Audiuit Deus, & spreuit. Vel
possimus dicere, ꝙ hic oīndere intendit cām:
quare filii Effraim fuerūt priuati sāctuario, &
arca dñi, & filii Heli sacerdotio, & Saul regno.
Iō prius assignat demerita, & cām: q̄ est incre
dulitas, & ingratitudo, & rebellio. Scdo descri
B bit hmōi priuationē, ibi. Audiuit deus & spre
uit. Quantū ergo ad primū dimissis diuersis
modis dicēdi tā hebrēorū, quā catolicorū in
hoc loco, est notādū vt legit 1. Reg. 4. capitu
lo, ꝙ cū Heli esset iudex, & sacerdos in Israel
de gñe Aarō, & multoties esset monitus vt fi
lios corrigeret, eō ꝙ tyrānizabāt: & multa e
norma ppetrabāt, & tū hoc fecit negligenter
Heli: ideo ꝓp hoc pctū, & propter peccatum
idololatriæ, quia per totum montem Effraim
celebrabant Baalim, & Astarotes, ideo Deus
permisit, ꝙ venerunt Philistęi, & congressi
sunt cum filiis Israel, quorū maxima pars e
rant de Effraim. & victi sunt filii Effraim illa
die, & reuersi sūt fugēres ad loca sua casis ex
eis quatuor milib. q̄ punitio facta est ꝓp pec
catū ingratitudinis, & tyrānidis, & idolola
C triæ, tūc filii Effraim additi sunt cū eis multos
ex aliis tribub. & abstraxerūt arcē dñi de Si
lo, & exterūt oēs cāpū eū arca bñ cōtra Phili
stęos. Sed iterum Philistęi cōgressi cōtra eos
vicerūt eos. Et abstulerūt eis arcā, & interfece
rūt sacerdotes. s. Ofni, & Finees filios Heli. &
occiderūt illa die 30000. ex Israel. cæteri āt
retro terga vertentes cōuersi sunt i fugā ad lo
ca eorū. Et hoc est qđ imēdit hic dicere ꝓphe
ta, Nā quia supius dicit, ne fiant igrati sicut
patres eorū gñatio prava &c. s. generatio q̄ nō
direxit cor suū ad seruādā legē, nec est credi
tus cū Deo spūs eorū: & iō fuerūt illi puniti sup
plic, iō explicat hic q. fuerūt illi puniti ꝓp in
credulitatē & idololatriā, & dicit, ꝙ fuerunt
filii Effraim victi i bello Philistinorū. de quo
legit 1. Reg. 4. Vnde dicit. Filii Effrem. i. filii
Effraim, cū exuēt in plū cōtra Philistiim in

D tendentes arcum, & mittentes sagittas con
tra Philistęos victi sunt ab eis & cōuersi sunt
fugientes ad domos suas in die belli. Nam in
primò bello cęsa sunt quatuor millia, & in se
cūdo bello cęsa sūt 30000. Et cęsi sunt sacer
dotes, & capta fuit arca. Et sic fugiētes cōuer
si sunt ad loca sua. Quę q̄dē punitio nō acci
dit eis nisi ex pctō idololatriæ & ingratitudi
nis, & infidelitatis: eò ꝙ nō custodierūt testa
mentū Dei, & in lege eius noluerūt ambula
re, & in hoc fuerūt infideles, q̄a adorabāt ido
la. &c. Et nō solū fuerūt puniti ꝓp infidelita
tē: sed ēt ꝓp ingratitudinē, quia obliti sunt
beneficiorū. i. beneficiorū eius, & mirabiliū
operū quę ostendit eis in Aegypto, & in de
serto, & i ingressu terræ, pmissionis, vt patet.

*Coram patribus eorum fecit mirabilia in ter
ra Aegypti: in campo Taneos.*

Hic explicat bnficia q̄ ostēderat Deus pa
tribus eorū. Vnde quatuor facit. Nā primò di E
cit in genere beneficia, & mirabilia quæ fecit
in Aegypto. Scdo ea q̄ specialiter fecit in to
to deserto. Tertiò reuertit specialiter ad nar
rādū mirabilia quę fecit in Aegypto. Quartò
narrat ea bnficia q̄ fecit in terra ꝓmissionis.
Scdm ibi: Quoties exacerbauerūt eū in de
serto. Teruū ibi. Non sunt recordati manus
eius. Quartū ibi. Et induxit eos in montem
sanctificationis. Vnde in quolibet istorū si
mul narrat beneficia Dei, & eorū ingratitu
dinē. Quantū ad primū, quia dixit supra obli
ti sunt benefactorū. &c. ideo subdit quæ sunt
illa beneficia, dicēs. quia corā patrib. eorum
antiquis fecit mirabilia. s. illa decem signa, &
prodigia in terra Aegypti coram Pharaone.
& explicat partem Aegypti in qua facta sūt
illa miracula, quia in campo Taneos. Vnde F
est aduertendum, quòd ciuitas dicta Tanis
erat regio Pharaonis sita in ripa orientali ip
sius Nili in pago siue campo Taneos. Taneos
enim est genitiuus græcus huius nominis Ta
nis Declinatur enim hæc Tanis genitiuo Ta
neos. Et ideo dicit, ꝙ in campo Taneos Deus
fecit illa mirabilia signa decem plagarum co
ram patribus eorū, in fauorē hebræorū. Quæ
fuerit illa mirabilia postea dicet per singula.

*Interrupit mare et perduxit eos: et statuit a
quas quasi in vre.*

*Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in
illuminatione ignis.*

Hic incipit explicare miracula, & benefi
cia, quæ fecit Deus, in itinere omissis mi
raculis, quæ fecit in Aegypto, sed postea di

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cet, & explicabit per singula. Vñ ponit quinq; ista beneficia facta in itinere, quorũ est primũ de trãsitu maris rubri. Vñ dicit, q; postq; eduxit eos de Aegypto, interrupit. i. diuisit mare rubrũ supple, & statuit aquas. i. firmauit eas ad vtranq; partẽ quasi starent in vtre contra naturã. Nam aqua cum sit effusibilis nõ pót per se existere nisi in aliquo vase duro, vt patet primò meteorarũ: sed ibi per se stabat ad modũ parietis cõtra eius naturã. Secũdũ miraculũ est, q; eduxit eos in nube diei .i. in die per colũnam nubis. & per totã noctẽ in illuminatione ignis. Nã ille angelus, q erat dux illius populi per diẽ ibat intra nubẽ & mouebat illã nubẽ quã sequebat ille populus. Et per totã noctẽ ibat intra flãmã ignis, inquãtũ illa nubes ardebat de nocte sicut flãma ignis: & sic ducebat illũ populũ per totũ B desertũ. vt patet Exo. 13. Sed quia oia illa cõtingebant illis in figurã, vt ait apostolus primæ ad Cor. 10. & ideo, pphieta dicit hic, q; omnia ista intendit adducere tanquàm parabolas, & propositiones, ad mysticas cõclusiones, & euãgelicas veritates inferẽdas, vt dictum est: Ideo est dicendũ, q; conclusio, & veritas huius figuræ est ista. Nã ille angelus, qui ibat in tca nubẽ significabat Christum verbũ incarnatũ, & nube carnis indutum, qui omnes fideles de tenebris peccatorũ eduxit, & de potestate diaboli cum signis, & portentis, & per aquas baptismales traduxit & liberauit: & sic manifestẽ figuratur mysteriũ incarnationis, & nostræ redẽptionis. Nã sicut ille angelus latens in nube præstabat viã illi populo: ita verbũ latens in carne præstitit nobis ducatũ per legẽ euangelicam. Beatus vero Hieronymus dicit in expositione huius psa. q; per hãc C nubem possumus intelligere beatam Mariã virginem: in qua Christus per nouem mẽses latuit carnaliter. Et subdit. Et pulcrè dicitur in nube diei. Nã illa virgo Maria nunquàm in tenebris fuit, sed semp in luce, & nũquàm in nocte sed semper in die. Et hæc sunt ad literam verba Hieron. Ex quibus patet per sẽtentiam Hiero. q; virgo Maria nunquàm fuit in originali peccato: sed semper in gratia. Et sic oportet, q; dicatur quòd anima virginis simul fuit creata, & sanctificata, & corpori infusa; & per consequens corpus simul cum anima sanctificatum, & sic pro nullo tempore potest dici ipsam obnoxiam fuisse peccato.

Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyssõ multa.

Et eduxit aquam de petra: & deduxit tanquam flumina aquas.

Hic memorat tertiũ miraculum, & beneficiũ. Vnde legitur Exod. 17. q; quando defecerũt aquæ in Oreb: et manuit populus ad Moysen petẽs aquas, qui percussit petrã Oreb, & fluxerũt aquæ de petra, & bibit eis populus. Ideo ait hic, dirupit Deus per Moysen petrã in eremo Oreb, & adaquauit siue potauit eos velut in multa abissõ, & magno lacu. Sed q; simile miraculũ fecit Deus in monte Farã vt patet nume. 20. quando Moyses percussit bis silicẽ, & fluxerũt aquæ largissimæ, quæ dicũtur aquæ contradictionis: ideo subdit. Et eduxit aquã de petra in monte Farã ad aquas contradictionis supple, & eduxit aquas tanquam flumina. i. in magnã abũdantiã. Sed q; ista mysteria fuerũt figuræ, & adducũtur hic tanq; parabolæ, & propositiones, ideo exponit E ma percussione petræ elicit cõclusio euãgelica: qualiter Chris qui vere dr petra, qui in latere percutiendus, de cuius corpore debebat exire sanguis, & aqua in remissionẽ peccatorũ: & ad conferendã virtutẽ ecclesiasticorũ sacramẽtorũ: vt ait Apost. primæ ad Cor. 10. Bibebant aũt de spũali cõsequente eos petra, petra aũt erat Christus. Per secundã percussionẽ petræ figurabat qualiter Christus erat percussurus sacrã scripturã. vet. test. virga oris sui. s. spiritu sancto, qui ab eo procedit. de qua scriptura debebãt educere aquã spẽtiæ, & veritates euangelicas, vt potãtes omnes fideles. Vnde Ioann. 4. dicit Samaritanæ, Qui autem biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei: non sitiet in æternum &c.

Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso. F

Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de Deo: dixerunt numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ: & torrentes inundauerunt.

Nunquid & panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?

Hic memorat eorũ ingratitudinẽ, & rebellionẽ, & murmurationẽ, q; a multotiens murmurarũt cõtra Deũ: obliti beneficia, q; fecerat eis. Nam primò murmurarũt in mari rubro, qũ dixerunt. Melius erat seruire Aegyptiis, q; mori in solitudine. Exod. 14. Secõ murmurarunt in Marath. Ideo dicit, quòd non sufficerunt in Marath. Ideo dicit, quòd non sufficerunt prima murmuratio, sed adhuc apposuerunt.

A runt. i. addiderunt peccare ei murmurando in marath. Et in ira excitauerũt Deũ excelsum in inaquoso loco. s. in deserto, vbi non erat aqua, imo tẽtauerũt in cõcordibus vt peterent escas animabus suis: qũ tẽtauerunt Deũ in deserto Sin: qñ dixerũt: Vtinam mortui essemus in Egypto, quãdo sedebamus super ollas carnium &c. Exod. 16. Item tentauerunt Deum, quando petierunt ab eo carnes Nume. 11. quia tunc malè locuti sunt de Deo dicentes, Ille qui dedit nobis aquam de petra, nunquid poterit parare mensam in deserto, & dare nobis carnes?

Israel audiuit dominus & distulit: & ignis accensus est in Iacob: & ira ascendit in Israel.

Quia non crediderunt in Deo: nec sperauerunt in salutari eius.

Audiuit dñs ingratitudines, & murmurationes eorũ, & distulit, & tolerauit ad tps ex B pectãdo correptionẽ. Sed quia vidit obstinatos in malo, ideo ignis accensus est in Iacob, & Dei ascendit in Israel, eò & nõ crediderunt in Deo, nec sperauerũt in salutari eius, quasi dolentes pro labore, & desperãtes de diuino auxilio. vt patet nu. 11.

Et mandauit nubibus desuper: & ianuas cæli aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum: & panem cæli dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.

Hic memorat quartũ beneficiũ, qd fuit qñ pluit manna super eos, vt patet Exo. 16. Vnde ait. Et mandauit dñs nubibus desuper, & aperuit ianuas cœli, & pluit illis manna ad manducandũ. Et dedit eis panẽ cœli de cœlo C lorũ. Et sic talia cibaria angelica misit eis in abundantia, qd fuit mirabile beneficiũ de se, inquantũ satiauit eos, & mirabiliter sine labore. Sed adhuc fuit maius pro eo qd figurabat. s. eucharistiã, & sacramẽtũ altaris. Et ideo dicit panem angelorum manducauit homo. Manifestũ est n. q; angeli nunquàm manducauerunt de illo manna materiali: sed manducant hodie angeli in illa superna fruitione de illo pane quem significabat, & figurabat illud manna, quem nos manducamus sacramentaliter in hac ecclesia: sed angeli, & beati fruuntur eo in patria cœlesti. Et hæc est conclusio, & veritas euangelica ex illa parabola, & propositione siue figura illata. Iudæi autem gloriant ly panem angelorum id-

Transtulit austrum de cœlo: & induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.

Et manducauerũt et saturati sũt nimis: et desiderio suo attulit eis. Non sũt fraudati a desiderio suo.

Hic memorat quintũ miraculũ, & beneficiũ. s. quãdo pluit eis coturnices in cibum. vt habetur nu. 11. Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd in Africa est copia illarum auiũ. s. cõturnicũ, quas cõmuniter ventus australis pellit versus Aquilonẽ. Et hoc explicat hic cũ dicit, q; Deus transtulit austrũ. i. vẽtum australem de cœlo, & induxit Africũ qui tenet medium inter australem, & occidentalem. Et hoc fecit Deus miraculosè in virtute sua, & pluit super eos carnes illarũ auiũ spissas, sicut puluerẽ, & pluit super eos volatilia pennata sicut arenã maris in magna multitudine. Et ceciderunt in medio castrorũ eorũ, & iuxta tabernacula eorum ita, quòd absq; labore vnusquisque ad libitum capiebat. Et sic manducauerunt &c. Litera est plana.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorũ: et electos Israel impedinit.

Hic explicat punitionẽ eorũ pp ingratitudinẽ. vnde dicit, q; adhuc escæ erant in ore ipsorũ: & ira Dei descẽdit super eos. Et occidit pingues. i. maiores & ditiores eorum, & incurauit electos, & maiores Israel. Vnde vocatus est locus ille sepulcra concupiscentiæ. ibi .n. sepelierũt populũ qui desiderauerat carnes. vt patet num. 11. Vnde p illud mysteriũ fuit figuratus præsens status modernorũ Iudæorũ post aduentũ Christi, qui pp ceremonias, & cibos corporales contẽpserunt Christum & ecclesiasticã sacramẽta, & escas spũales. Iõ ira Dei descẽdit super eos, quia destructa est eorũ ciuitas, & regnũ, & vagantur dispersi p mundum. Vnde si volumus contemplari totum hoc mysterium fuit impletum in eis per Christũ. Nam Christus veniens in carnẽ prædicauit aquã sapientiæ, & cibum spiritualem legis euãgelicæ, & saturauit in deserto primò quattuor millia ex septem panibus, & paucis piscibus. Secundò satiauit quinq; millia hominũ præter pueros, & mulieres ex quinque panibus & duob. piscib. Io. 6. & ipsi incredduli semper voluerunt eum tentare. Et ideo dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A xit eis: operamini cibum qui nō perit: exhortādo eos ad panē spūalē eucaristię, ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. vt patet Io. 6. sed ipsi tanquām carnales contemnentes hunc panem dixerunt. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandū? Vnde Christus pronosticauit eis futurā iram, & punitionem: allegando hanc figurā de patribus eorum mortuis in deserto &c. vt patet per totam illam disputationem factam contra Iudæos Io. 6. quia ita propriē accidit Iudæis incredulis. Nam post quadraginta annos post passionem Christi cum essent in magnis conuiuiis, & concupiscentis epularum in die pasche fuerunt obsessi per Titum, & exercitum Romanorum. Et sic ciuitas fuit diruta, & templū incensum, & magna pars eorum fuerunt trucidati, & cæteri captiui. Vnde Hierusalem potuit dici sepulcrum concu

B piscentiæ. Quæ punitio accidit Iudæis ex ingratitudine, & infidelitate, sicut accidit patribus eorum in deserto:

In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.

Hic assignat causā huius punitionis. Sqa ira Dei occidit pingues eorū. cuius causa fuit ingratitudo, & infidelitas. Ideo dicit: q filii Israel in omnibus his beneficiis receptis peccauerunt. Nam licēt debebant magis moueri ad credendum propter supradicta miracula, & beneficia, tamen ipsi magis fuerunt ingrati & increduli. Nā in omnibus his miraculis adhuc peccauerunt, & nō crediderunt in mirabilibus eius. Vnde nota, q legitur Nu. 13. q postquām populus recessit à sepulcris con-

C cupiscentiæ: venit in Assion Gaber, quæ est in deserto Farā. Et exinde mittit Moyses. 12. exploratores, vt considerent totam terram promissam. quibus abeūtibus populus venit in. Cades: & dū esset populus ibi, reuersi sunt exploratores qui retulerunt populo ea quæ viderant. s. qualiter illa terra erat amœna & fertilis, sed difficilis ad aquirendum pp ferocitatē, & potentiā habitatorum, & fortitudinē ciuitatū, & oppidorū, & quō gigantes habitabant illā terram deuorantē incolas suos. Tūc populus fuit intātùm perterritus, quòd coniuratione facta tentarunt constituere ducem qui reduceret eos in Egyptū, nisi præter Caleb, & Iosue, qui se interposuerunt suadentes eis contrarium. imo animarunt eos, ad aggrediendum inceptum. Vnde tunc Deus voluit totaliter eos delere, nisi q Moyses orauit pro eis. sed Deus prolungauit eis talem sententiam cum triplici punitione. Primò, q nullus eorū qui egressi fuerant de Egypto à viginti annis vltra intrarent terram promissam, postq̄ se indignos fecerant volentes retrocedere. Secdò, q oēs ibi rebelles morerētur in deserto, & cadauera eorū ibi sepelirentur sine honore. Tertiò, q sicut exploratores tardarūt quadraginta dies in cōsiderando terrā promissionis, ita ipsi vagarētur quadraginta annis per desertū. & sic dedit eis annum pro die. vt patet nu. 14. Et sic fuit ira Dei mitigata. Iō dicit. In omnibus his beneficiis adhuc peccauerunt iterum in Cades. Et non crediderunt in mirabilibus eius, contēnentes terrā promissionis, & volentes reuerti in Egyptū: & sic defecerunt, & finierunt dies suos in

E vanitate. i. in vanū vagātes & errantes per desertum. 38. annis & vltra. Et anni eorum, & vita fuit cum festinatione, quia multi eorum mortui sunt ante tempus cum Dathan, & Abiron. Numeri. 16. & per serpentes ignitos. Nu. me. 21. & in peccato Belfegor: vbi occisi sunt 23. millia. Numer. 25. Nota quòd causa quare fuit antiquis patribus tanta cupiditas sepeliendi in terra promissionis, fuit hæc: quia reuelatum fuit Abrahæ Isaac, & Iacob qualiter Christus ibidem erat moriturus & sepeliendus, & resurrecturus. Ideo desiderantes cū eo resurgere, voluerunt cū vxorib. & filiis ibidē sepeliri. Iō Ioseph imposuit filiis Israel, vt secū deferrent ossa sua in recessu suo de Egypto: & sepelirent cum patribus suis in terra promissa. vt patet Gen. vltimo. Ex his patet, q magna punitio fuit rebellib. illius populi, qñ Deus priuauit eos sepultura tante promissionis. Nam per hoc denotabatur, q priuabat eos glorioſa cū Christo resurrectione: & nō solū eos, sed sequaces eorū, quacō tempserunt verum ducē Christū & verā terram viuentiū, quā Christus promisit. Et volurūt retrouerti in Egyptū ad tenebras peccati, & vmbrā ceremoniarū legaliū, & ad captiuitatē Pharaonis, de qua Christus nos liberauit. iō nunq̄ intrabunt in terrā viuentiū nec requiē dñi: nec resurgent cū Christo, nec in iudicio in concilio iustorum: imo cadauera eorū. i. aiæ cum corpore passibili sepelientur in deserto inferni: & hæc est conclusio, & veritas euangelica supradictæ figuræ.

Cū occiderent eos quærebant: eū & reuertebantur

A *bantur & diluculo veniebant ad eum.*

Et remorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.

Hic ponit falsam pniam eorum. Nam cum viderent iram domini in punitione Datan, & Abiron, & in serpentibus ignitis: cum occiderent eos serpentes vel inimici, tunc pœnitentiam fingentes reuertebantur ad eum non virtutis amore, sed formidine pœne. & sic quærebant eum. Et quærē quia recordabantur qualiter Deus adiutor eorum fuit cō tra Amalech: & redemptor eorum, quando in manu potentiæ dixerat eos de potestate Pharaonis. Et sic promiserunt Moysi, q amplius non essent rebelles: imo rogarunt vt oraret pro eis: ne occideret eos.

Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors: & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.

Et abundauit, vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens & non rediens.

Dilexerunt Deum in ore suo, sed non in corde. Et ideo lingua sua mentiti sunt ei: confitentes ipsum redēptorem, & promittētes ip si corrigi, sed cor eorum non erat rectum cū eo. i. erga eū, imo duplū & obliquū, & obstina

B tū desiderantes reuerti in Egyptū. Et ideo nō fideles habiti sunt in testamento eius, q a non impleuerunt quod promiserunt sub multis maledictionibus. Deutero. per totum nec ea

C quæ promiserunt Numer. 14. quia plures rebelliones, & peccata commiserunt. puta conirationem Datan, & Abiron, & iurgium ad aquas cōtradictionis: & quando imitati sunt Beelfegor. &c. Ipse autē dominus noluit eos punire secundum eorum demerita totaliter delendo, imo cum misericordia, quia non totalum disperdidit eos totaliter nisi solū principales. Ideo fuit propitius peccatis eorum, quia nō totaliter disperdidit eos, imo abundauit misericordia eius, vt auerteret irā suā, quia non accendit omnem irā suā cōtra eos prout merebantur. Et hoc fecit Deus: quia recordatus est quia caro. i. carnales, & fragiles sunt. Et spūs hois est vadens, & nō rediens. i. per se cadens. tamē non per se surgens, quia homo citò cadit in peccatum propter concu

D piscentiam inflictam, tamen per se non potest surgere sine gratia. Et ideo Deus noluit eos totaliter delere expectans eorum pœnitentiam & correctionem.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso.

Et conuersi sunt & tentauerunt Deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.

Nota, q per illos. 38. annos: quibus filii Israel errauerunt per desertum: postq̄ recesserunt de Cades, per sententiam domini: vsq̄ quò reuersi sunt in Cades anno. 40. vt patet Numer. 20. multas rebelliones, & peccata cō miserunt, quæ non sunt scripta per Moysen. quæ quidem peccata implicite memorat hic propheta dicēs. Ah quotiens exacerbauerunt & amaricauerunt Deum ad iram prouocantes in illo deserto, & quotiens concitauerūt ipsum ad iram in illo deserto inaquoso, i. sicco sine aqua, & quotiens conuersi sunt promittentes falsam pœnitentiam, & quotiens

E tentauerunt Deum, & exacerbauerunt sanctum Israel per illos. 38. annos. quasi dicat, multotiens. imo totiens, quòd longum esset enarrare. Ideo Moyses nil vel parum scripsit de gestis in deserto post illos. 30. annos: quibus errauerunt per desertum: postquām recesserunt de Cades vsquequò reuersi sunt in idem desertum anno quadragesimo. de qua reuersione habetur Num. 20.

Non fuerunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in egypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.

Hic propheta reuertitur ad narrandū beneficia, & mirabilia quę facta sunt in Aegypto, & iō vtitur modo poetico. Nam per quā

F dam anticipationem prius narrauit ea, quę facta sunt in itinere post exitum de Aegipto quē modū multotiens tenēt poetæ. Ita. n. facit Virgilius. Nam in primò æneidos narrat naufragium Aeneę. quod factum fuit post recessum de Sicilia, & post mortem Anchisæ, sed in secundò occasionaliter narrat excidiū Troiæ, quod ante factum fuerat. Ita pariter hic ppheta capta occasione de ingratitudine filiorum Israel in illo deserto, dicit, quòd maximè fuerunt ingrati Deo, tot rebelliones, & scelera cōmittendo: quia non fuerunt recordati manus, & potētię Dei in die qua redemit eos de manu Pharaonis eos tribulātis in Aegipto: qui eos cogebat ad onera portanda, & latericios faciēdos &c. Et nō sunt recordā

ti sicut, i. quomodo Deus posuit signa sua

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in Aegypto, & prodigia sua in campo Taneos, sicut supradictum est 1. in pago, & territorio Taneos, & in terra Gessem, vbi habitabant filii Israel. Et dicuntur signa inquantum aliquid significabant. Et prodigia inquantum aliquid portendebant, & prodebant: quia per illa signa, & decem plagas poterant ægiptii cognoscere Dei omnipotentiam.

Et conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum ne biberent.

Misit in eos cynomiam & comedit eos: rana & disperdit eos.

Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem & iram & tribulationem: immissiones per angelos malos.

B *Viam fecit semitæ iræ suæ: non pepercit à morte animarum eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.*

Et percussit omne primogenitum in terra ægipti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cam.

Hic incipit enumerare illa signa licèt non eodē ordine quo facta fuerunt: vt patet Exo. ca. 7. vsque ad duodecimum. Quorum signorum primum ponit quando conuertit in sanguinem flumina eorum. s. ægiptiorum. Et cōuertit etiam omnes imbres, & pluuias eorum in sanguinē: ne biberent. i. ne bibere possent. Secundum signum quando misit cynomiā. i. muscam caninā, & comedit eos. Tertiò misit C etiam ranam. i. copiam ranarū quæ disperdidit eos. Quartò dedit fructus eorum ærugini comedendos, & occidit, & destruxit vineas eorū in grandine. Sexto destruxit moros eorum in pruina, & frigore. Septimò tradidit iumenta eorum grandini. i. lapidi grosso ex aqua coagulato, & tradidit omnē possessionē igni: sicut quandoque solet ventus occidentalis callidissimus vrere arbores, & vineas. Octauo misit in eos iram indignationis suæ, scilicet indignationem, & iram, & tribulationem, quæ sunt immissiones factæ per angelos malos, scilicet demones, ex diuino nutu aut permissione in punitionem rebellium, & prauorum. Item dominus fecit viam iræ suæ. i. non continuit iram suam: imo dedit viam, vt exerceretur contra ægiptios, & non pepercit nec cessauit à morte animarū iumē- D malium eorum. s. bouum, & ouium &c. imo concluſit iumenta eorum in morte: quia mox fit in ea pestilentiam, & morbum mortiferū. Decimò percussit omne primogenitum in terra ægipti ab homine vsque ad pecus, & omnes primitias laboris eorum. i. gregum, & armentorum in tabernaculis Cam, idest ægiptiorum filiorum Mesraim filii Cam. Sed omnia ista decem signa important in se innumera misteria, de quibus forsan alibi dicemus: quia hic breuiter adducuntur ad ostendēdā ingratitudinem illius populi, pro quo Deus tot, & tanta fecerat: cū ipse semper fuerit ingratus, & rebellis non recordatus tot beneficiorum sibi à Deo exhibitorum. Iō sequitur.

Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

E *Et duxit eos in spe & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.*

Non Deus sōlū fecit illa signa cōtra Aegiptios pro eis: sed etiam abstulit populū suum ab Aegipto, sicut oues auferet pastor à loco. Et perduxit eos Deus tanquā gregē in deserto. i. sicut pastor ducit gregem procedendo ante illum, & deduxit eos in spe terræ promissionis, & deducendæ per eam, & non timuerunt Aegiptios inimicos. imo eos operuit mare rubrum cum curribus, & equitibus: nec timuerunt Amalechitas, & cæteros inimicos: quia Deus superliberauit eos ab eis vsque ad introitum terræ promissæ. Ex hac figura, & parabola, & positione elicitur, qualiter Christus debebat liberare totum genus humanum de potestate diaboli cum ingnis, & prodigiis: sicut patuit in sua passione, & resurrectione: quia statim remotus factus est magnis tām in passione quām in resurrectione: cum educeret patres de limbo inferni, & confregit portas æreas, & vectes ferreos &c.

Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem quem acquisiuit dextera eius.

Et eiecit à facie eorum gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

Hic narrat beneficia, quę fecit eis Deus in terra promissionis. Vnde dicit: & induxit eos in mōtem sanctificationis. i. in terrā promissā quæ tota est montuosa: quæ dicta est mons sanctificationis: eò q̄ fuit ad cultum diuinum, & ad sanctificandum Deō dedicata, & per Christi præsentiam, & passionem, & resurrectionem

A nē erat consecranda, & magnis miraculis fuit illa terra acquisita, vt patet per totum discursum libri Iosue. Vnde per hoc significabatur qualiter Christus debebat nos introducere in hanc ecclesiam per gratiam, & in supernā per gloriam: quæ quidem ecclesia à solis ortu vsque ad occasum virtute nominis Iesu in sanguine martirum acquisita est. Item sequitur. Et eiecit gentes à facie eorum: quia primò eiecit Amorreos, & etiam habitatores Basan ultra Iordanem. Secundò citra Iordanem deleuit Hierico, & postea omnes habitatores Canaan cum regibus suis. Et diuisit terram sorte, & funiculo distributionis omnibus undecim tribubus. Et fecit habitare tribus Israel in tabernaculis eorum. s. Cananeorum, vt patet per totum discursum Iosue. Et per hoc fuit figuratum qualiter totus mundus e- B 12 apostolis. Nam sicut illi. 12. patriarchæ multiplicarunt illum populum per generationem carnalem, ita. 12 apostoli Christi multiplicarunt populum gentilem per regenerationem baptismalem per totum orbem.

Et tentauerunt, et exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt.

Et auerterunt se & nō seruauerunt pactū: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.

In ira cōcitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.

Hic memorat ingratitudines, & sacrilegia quæ commisserunt in terram promissionis. Nam vt legitur Iudicii primo. & 2. & 3. post C mortem Iosue filii Israel non deleuerunt totaliter Cananeos, nec eras idolorum, sicut dominus præceperat, sed cupiditate lucri eos tributarios fecerunt, & inter se habitare permiserunt, & sic obliti beneficiorum Dei, opera eorum didicerunt, & Baalim, & Astaroth adorauerunt in collibus, & montibus suis, & sic iratus dominus contra eos in manes inimicorum multotiens, & in seruitutē tradidit eos. Et per 13. iudices liberauit. Sed quia sępius recidiuabant, & puniebantur: ideo quasi ad nihilum redacti sunt vsquequo perdiderunt arcam. Et hoc est quod dicit hic ꝓpheta, ꝙ isti ingrati post tot beneficia recepta tētauerunt Deum, & exacerbauerūt eum quærentes auxilium à diis alienis. Et sic testimonia eius. i. testamentum datum, & positum in testimonium contra præuaricatores in arca domini non custodierunt: quod testamentum promi D seruare sub multiplici maledictione: vt patet Deut. 28. imo auerterunt se à via recta, & à promisso, & non seruauerunt pactū, sed conuersi sunt in arcum prauum, quemadmodum patres eorum. Nam sicut arcus iam induratus non potest flecti ad aliam partem, & si violenter flectatur ad tempus, si dimittatur in se illico reuertitur ad suam naturam: Ita illi praui, & filii prauorum: licèt quandoque reuertentur ad Deum, quando flagellabantur, tamen illico cum dimittebat eos flagellum, & reuertebantur ad idololatriam, & alia enormia, & consueta scelera sicut patres corū, sic cōcitauerunt multotiēs Deum in ira immolando idolis in collibus, & montibus suis. Et ꝙuocarūt Deū ad æmulationē, & punitionē, & zelum vindictæ in sculptilibus, & idolis suis propter ingratitudinem, & sacrile B gia sua. quia per omnes montes, & colles Effraim habebant idola &c. quæ postea deleuit Samuel, vt patet primi regum septimo.

Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.

Hæc est secda pars principalis, ī qua memorat punitionē illius populi in hoc psal. figuratiue principaliter intētā: quā punitionē incepit narrare superius in illo versu. s. Filii Effrē intēdētes, & mittētes arcū suū &c. Sed qz interposuit magnā digressionē de beneficiis collatis, illi populo, & multiplici ingratitudine cōmissa: nō hic reuertit ad punitionē principaliter in figura intēta: q̄ fuit traslatio arcæ ab Effraim in Hierusalē, & trāslatio sacerdotii à filiis in Heli i Samuelē, & trāslatio regni à Saule in Dauid. Dicit ergo audiuit. i. nouit dñs supradicta sacrilegia & ingratitudines, & F sic spreuit eos abdicādo à sua tutelā, & auxilio, & quasi valde ad nihilum redegit populū Israel. qa. 13. vicibus fuerāt dati in seruitutē, & iterum liberati sed finaliter fuerūt redacti quasi i nihilum: cū pdiderūt primò quatuor millia hominū. Sedō cęsa sūt. 30. milia. & cęsi sūt sacerdotes & arca fuit ablata. Iō sequitur.

Et repulit tabernaculum Silo. tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.

Nā à tēpore Iosue vsq; ad illud tēpus arca dñi fuerat reposita in Silo: q̄ est ciuitas sita in mōte, et sorte Effraim. Iō tribus Effraim se nobilioré putabat nō solū qa erat copiosior iter cęteras: sed qa posidebat arcā dñi: quo oēs filii Israel conueniebāt ad adorādū & sacrificādū &c. sed dñs iratus repulit, et repudiauit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A amouit tabernaculũ ipsius Silo quia noluit vt in illo tabernaculo arca remaneret pp indignitatem incolarum,& habitatorum: quia non erant digni,vt arca domini inter eos maneret:tabernaculũ dico,vbi dominus existens in arca habitauit in hominibus, & filius Effraim à tempore Iosue vsque ad illud tẽpus quo fuit eis ablata arca. Et dicebatur dominus habitare ibi.qa ex arca illa dabat dominus respõsa,& qa in illa arca erãt tabulæ mãdatorũ,& virga Aaron,& vrna mannæ,& liber Deut,in testimoniũ contra præuaricatores legis,& dicebatur arca fœderis:quo se obligauerat ille populus. Repulit ergo dominus tabernaculum Silo · quia inde traxit arcam, & tradidit eam in manus infidelium.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorũ, & pulcritudinem eorum in manus inimici.

B *Et concluſit in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuam ſpreuit.*

Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non ſunt lamentatæ.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.

Et tradidit ẽt pulcritudinẽ,& nobilitatem eorũ.ſ.Effraim,& Iſrael in captiuitatem,& in manꝰ inimici.ſ.populi Philiſtinorũ: tradidit. n.virtutẽ eorũ.i.totã potẽtiã,& pulcritudinẽ. i. diuitias,& mulieres.Et cõcluſit,i.totaliter perdidit populũ ſuũ in gladio,& totã hereditatẽ ſuã ſpreuit.i.deſtruit.Nã poſtquãm occiſa ſunt in bello,triginta. M. intrarũt per ciuitates,& incẽderũt eas igni.Iõ ſequitur. Iuuenes eorũ comedit ignis cũ tota ſubſtãtia, & virgines eorũ nõ ſunt lamẽtatę.i.non fuit factus pro eis fletus cõſuetus,& lamẽtatio,quæ C ſolebat fieri pro virginibus.Nã qñ aliqua virgo moriebatur ſine prole,tũc parẽtes eius,& cõſanguineę deflebãt eius virginitatẽ. 40. diebus:ſed in illo miſerabili excidio nõ potuit talis lamẽtatio fieri:nec obſeruari:qa oẽs perierũt nec remãſerũt aliæ virgines,& amicę,q̃ cæteras virgines mortuas deflerẽt.Itẽ ſacerdotes eorũ.ſ.Ofni,& Finees,& cæteri portantes arcã,in gladio ceciderũt. Et viduæ eorũ non plorabantur.i nõ plorauerunt:vt habet litera Hieronymi.Nam hoc verbũ poteſt eſſe deponens:vel ponitur etiam paſſiuè.Nam non ſolum mortui fuerunt viri in prælio,ſed etiam viduæ,& vxores aliquorũ fuerunt incenſæ cum ciuitatibus,licet vxor vnius iſtorum ſacerdotum.ſ.Finees ipſi ſuperfuit,& peperit poſt mortem viri:vt patet primi Reg.3.

Et excitatus eſt tanquàm dormiẽs dominus D *tãquam potens crapulatus à vino.*

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobriũ ſempiternum dedit illis.

Hic deſcribit punitionẽ infidelitũ arcã deferentiũ.Nã licẽt Deus permittat quãdoque tẽpla ſua per infideles prophanari ꝓpter peccã populi,tamẽ finaliter non impune euadũt in fideles tales ꝓphanationes, & ſacrilegia perpetrantes.Vnde legitur primi Reg.5.ꝙ poſtquãm Philiſtæi poſuerunt arcam dñi in templo Dagõ p tres vices inuenerunt idolum Dagõ ꝓſtratum ante arcam domini, & finaliter excitatum eſt velut dormiẽs:& tanq̃ E crapulatus: qa videbaẽ dormire ſicut hõ crapulatus à vino:ſic Deꝰ erat quaſi dormiẽs cũ tẽnẽs eos, & quaſi crapularus ex ira propter ſcelera populi ſui,ſed finaliter excitatus percuſſit inimicos ſuos Philiſtæos in poſteriora, & opprobriũ ſempiternũ dedit eis qa euntes bant fluxum ſanguinis per poſteriora ad modum menſtrui mulierum,quæ dicit hæmorroica ægritudo.Et ſic fuerunt coacti remittere arcam domini ad filios Iſrael.

Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Effrem non elegit.

Sed elegit tribũ Iuda, montẽ Sion quẽ dilexit.

Et ædificauit ſicut unicornis ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula.

Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum F *de gregibus ouium, de poſt fœtãtes accepit eum.*

Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.

Et pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

Facta punitione hic deſcribit trãſlationẽ ſanctuarii,& regni ab Effraim in tribu Iudã. Nam reprobato Effraim qui non fuit dignus regno nec ſanctuario, Deus elegit tribum Iudã ad ſanctuarium,& regnũ. Nã elegit Hieruſalẽ,q̃ eſt in ſorte Iuda, in qua cõſtruerentur tabernaculũ,& tẽplum, in quo reponeretur arca, & fierẽt ſacrificia &c.Et finaliter repoſitato Saule elegit Dauid in regem.Et ſic facta eſt trãſlatio ſacerdotii,& regni ad tribum Iudã.Vnde licẽt hic nõ explicet trãſlationẽ ſacerdotii reſpectu termini ad quem, tamẽ ponit terminum à quo.Nã declarat ipſam quò ad terminum à quo.

A cit,ꝙ ſacerdotes eorum.ſ.Ofni,& Finees filii Heli in gladio perierũt,& ceciderunt. Et ſic trãslatio eſt ſacerdotii ad Samuelem vt patet primi Reg.6.Et ſic memoratã hic triplex trãslatio.ſ.ſãctuarii,& regni,& ſacerdotii quã triplicẽ trãslationẽ principaliter i hoc pſ. ꝓphe ꝓbauit tabernaculũ Ioſeph.i à tribu Effraim filii Ioſeph,qa inde trãſlata,& ablata eſt arca dñi,& ducta in Azotũ, & ab Azoto remiſſa in Bethames,& à Bethſame in Gabaa.Et ſic vi; dit,ꝙ dñs nõ elegit tribũ Effraim, nec pro ſãctuario, nec pro regno licet illa tribus ſemper anelarer ad regnũ,qa ſe reputabat nobiliorẽ pro pter Ioſephi patrẽ ſuã,q̃ rexerat totã ægyptũ. & tõne cuiꝰ patet, & oẽs fratres fuerãt honoran apud Pharaonẽ. Iõ ſemp aſpirabãt ad regnũ & etiã ꝓp Ioſue qui fuerat de illa tribu. B Et tri propter ſuperbiã,& ingratitudinem,& idololatriã Deus repulit tribum Effraim quò ad ſãctuariũ, & regnũ, ſed elegit tribũ Iuda. ſ.montẽ Sion qui eſt Hieruſalẽ,in quo voluit ſibi tabernaculũ fieri.Nã primo Dauid dedu xit arcã de Gabaa de domo Aminadab.i Hieruſalẽ,& poſuit eã in tabernaculo quod tetẽderat iuxta domũ ſuã:vt patet.2. Reg.6. Et poſtea ædificauit ſãctificiũ.i. ſctm̃ ædificium ſuum.i.tẽplũ per Salomonẽ ubi ſancta fiebãt & celebrabãtur,& elegit hoc tẽplũ in ſãctificium ſicut vnicornis . Nã ſicut vnicornis eligit ſibi vnicum antrum, & nõ permittit nec patitur habitare ſecum aliud animal in illo antro:ita Deus elegit Hieruſalẽ,& illud tem plũ,in quo ſemper habitat Deus in arca ſedẽs ſuper duo cherubin, & nunquam permiſit aliũ Deũ habitare ibidẽ ſecũ, & ſic ædificauit illud templum pro ſe in terra HieruſaC lem,& Iuda,quam fundauit in ſæcula pro ſe. Et ſic patet,qũo elegit Tribum Iuda pro ſuo ſanctuario, in quo diſpoſuit cultum diuinũ, quod nullibi erat licitum fieri niſi in Hieruſalẽ, & in illo tẽplo . Et ẽt ex illa tribu elegit Dauid ſeruum ſuum in regem reprobato Saule de tribu Beniamin ,Et ſic non ſolum fuit repulſa tribus Effraim à regno,ſed etiam Beniamin propter ſuperbiam , & inobedientiã , vt patet primi Reg.16.Et fuit electus Dauid de tribu Iuda, quem ſuſtulit Deus de gregibus ouium.Et accepit eum de poſt oues fœtantes,& vnxit eum per Samuelem : vt ibidẽ patet. Accepit eum dico ſcilicet paſcere , ideſt ad paſcendum,& gubernandum ſeruum ſuum Iacob,& Iſrael hæreditatem ſuã.Et ſic tanq̃ electus à Deo pauit eos ſi innocẽtia cor- D. dis . & deduxit eos in intellectibus manuum ſuarũ. Litera Hieronymi habet. Et pauit eos in ſimplicitate cordis ſui:& in prudentia plãtarum ſuarum deduxit eos. Et tunc eſt eadẽ ſententia.Nam non gubernauit populum cũ tirãmide ſed cum humilitate, & ſimplicitate, & maxima prudentia quò ad agibilia . Nã cũ quis regit populũ prudẽter: dicimus ꝙ procedit pede fixo, & manu limitata. Vnde per manus , & pedes intelligunt opera facta cũ prudentia:& rẽcta deliberatione.Ex omnibus ergo ſupradictis parabolis , & propoſitionibus propoſitis intendit Dauid ꝓphetice probare: & concludere futuram trãſlationem regni , & ſacerdotii , & veri cultus diuini à Synagoga,& populo Iudaico in populũ gentilẽ propter illorum infidelitatem, & ingratitudinẽ; & propter iſtorũ fidem, & humilitatem. Vnde Dauid in perſona Chriſti in carnem veniẽ E tis exhortatur populũ Iudaicũ ad ſuſcipiendum ſe,& legem ſuã euangelicã:ſub cõminatione priuationis ſanctuarii,& regni,& ſacerdotii dicens. O populę meus attẽdite primo legẽ meã antiquã,in qua figuratur,& ꝓphetice prænunciatur aduentus meus in carnẽ: & totũ miſteriũ humanæ redemptionis.Et in clinate aurem veſtrã in verba euãgelica oris mei,qũ loquar vobis in carne:qa verba mea nõ ſunt niſi veritates legis,& prophetarũ. Et ideo quando veniã in carnem aperiam in parabolis os meum: & loquar propoſitiones ab initio.i. declarabo ea miſteria euãgelica quæ latebant figuraliter in parabolis , & propoſitionibus, & geſtis ab initio in ve.te. quia lex euangelica,& teſtamentum nouum nil aliud eſt niſi manifeſtatio, & declaratio veteris. Et F iõ attendite: ne ſitis ingrati mihi ſicut patres veſtri.Et cauete ne accidat vobis:ſicut eis. Nã ſicut priuaui eos ſanctuario, & regno , & ſacerdotio: ita priuabo vos propter ingratitudinem. Nã ſicut ꝓp pctm̃ idololatrię: & ꝓp inſolentiã filiorũ Heli tranſtuli ſacerdotium ab eis in Samuelem: & trãſtuli ab eis tabernaculũ in Hieruſalem:& propter inobedientiã. & malitiam Saulis trãſtuli regnũ in Dauid: Ita pariter trãſferã à vobis ſanctuariũ , & regnũ , & ſacerdotiũ in populũ gentilẽ ꝓp infidelitatem,& ingratitudinem veſtrã:niſi audieritis me, & receperitis legem meã , & doctrinam euangelicam : quę nil aliud eſt niſi veritas legis,& prophetarũ.Et in hoc pſ.conſtituit totũ argumentũ , & ſententia huius pſal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Sed cõtra cõclusionẽ, & principalẽ intẽtũ ſu
pradictæ expoſitionis arguũt Iudei. Nã Da-
uid in hoc pſal. nõ vẽ cõcludere niſi qualiter
tribus Effraim perdidit ſanctuariũ pp ingra-
titudinẽ, & pctã ſua, & filii Heli perdiderunt
ſacerdotiũ & Saul perdidit regnũ propter in-
obedientiã, & qũo ſanctuariũ tranſlatũ eſt in
Hieruſalẽ & regnũ i Dauid: ſed nõ ex hoc cõ
cludit expreſſe trãſlationẽ regni & ſacerdotii
à ſynagoga in populũ gẽtilẽ: ꝑut cõcludit ſu
pradicta expoſitio. Ex quo patet ſupradictã
expoſitionẽ eſſe præter intẽtũ ꝓphetę, & eſſe
extraneã. Ad quod reſpõdetur, ꝙ licẽt in lite
ra nõ exprimatur, tamẽ ex quibuſdã cõceſſis
in hoc pſal. & præpoſitis principiis teologiæ
in prologo, de neceſſitate infertur iſta trẽſla
tio ſãctuarii, & regni, & ſacerdotii à ſynago-
ga in populũ gẽtilẽ. Vnde dictũ eſt i prologo
tract. 1. & 3. ꝙ omnia geſta, & ſcripta ve. teſt.
B fuerũt quædã parabolę, & ꝓpoſitiones, & fi-
guræ, & ſigna reſpectu miſteriorũ no.te. quia
omnia cõtingebãt illis in figura, & per conſe
quens nõ erant gratia ſui, ſed gratia veritatis
no.te. quæ omnia erãt verificãda in no.te. Itẽ
dictũ eſt tract. 3. & regula. 10. proceſſus, & di
ſcurſus à figura ad figuratũ, & à parabola ad
ſuã veritatẽ correſpõdentẽ reducit ad quar-
tã ſpeciẽ argumentationis qua maximẽ vſus
eſt Dauid. Itẽ dictũ eſt in primo tractatu ex
intẽtione Ariſt. primo poſteriorũ, ꝙ in quacũ
que ſpecie argumẽtationis propoſitis prẽmiſ
ſis de neceſſitate infertur concluſio explicitẽ
vel implicitẽ, quia argumẽtator ſimul indu-
cẽs cognoſcit concluſionẽ in præmiſſis pro-
poſitis, eò ꝙ cõcluſio, cõtinetur virtualiter in
præmiſſis. Cũ ergo Dauid dicit in hoc pſal.
C ꝙ oĩa geſta, & miſteria, quæ narrantur in hoc
pſ. intẽdit adducere tanq̃ patabolas, & ꝓpo-
ſitiones, & exẽplaria, cõmunãdo ſimilẽ ſentẽ
tiã in generatione altera futura, ergo per trã
ſlationẽ regni, & ſãctuarii & ſacerdotii quam
adducit, & proponit tanq̃ parabolã, & pro-
poſitionẽ, intẽdit inferre: & cõcludere aliã fu
turã trãſlationẽ ſãctuarii, & regni, & ſacerdo
tii ab illo populo Iſraelitico i alterũ, ſed tũc
nõ erat alius populus niſi gẽtilis: ergo p illã
trãſlationẽ cõminabatur iſtum, quę figuraba
tur per illã tenet cõſequẽtia, qa illa trãſlatio
ſãctuarii in Hieruſalẽ, & ſacedotii in Samue
lẽ, & regni à domo Saul in Dauid, iã erat fa-
cta, quãdo Dauid fecit hũc pſal. ſed ipſe Da
uid cõminatur aliã trãſlationẽ futurã in ge-
neratione futura ab illo populo in alterũ pro
pter ingratitudinẽ, & infidelitatẽ cõmittẽdã D
cõtra Deũ, quã erãt cõmiſſuri ſicut patres eo
rũ, quod ſic facto fuit impletum, qñ negarũt
Chũn. Iõ bene meritò ſunt à Deo priuati re
gno, et ſanctuario, & ſacerdotio, quorũ trãſla
tio facta fuit i populũ gẽtilẽ cõuerſum ad fi-
dẽ Xpi, prout manifeſtẽ videmꝰ eſſe cõpletũ.
Et ſic patet qualiter cõſideratis omnibus quę
dicta ſunt in prologo, & quę Dauid præſup-
ponit in hoc pſal. ꝙ ꝓphetice intẽdebat inter
re, & cõcludere explicitẽ vel implicitẽ trãſla
tionẽ regni, & ſanctuarii, & ſacerdotii ab illo
populo in populum gẽtilem prout dictũ eſt
in ſupradicta expoſitione. quod maximẽ con
firmatur: cũ manifeſte videamus hoc eſſe cõ
pletum. Et per hoc patet cęcitas Iudeorum.

PSALMVS. LXXVIII.

*DEus venerũt gentes in hæreditatem tuã: E
polluerunt templum ſanctum tuum poſue
runt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam.*

*Poſuerũt morticinia ſeruorũ tuorũ eſcas vo
tilibus cæli. carnes ſãctorũ tuorũ beſtijs terræ.*

*Effuderũt ſanguinem eorũ tanquam aquam
in circuitu Hieruſalem, et nõ erat qui ſepeliret.*

*Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris ſub-
natio, & illuſio his qui in circuitu noſtro ſũt.*

Titulus. Cãtieũ Aſaph. Ex titulo patet, ꝙ
pſ. iſte factus eſt à Dauid, & datus ipſi Aſaph
ad cãtãdũ, & dirigiẽ toti eccleſiæ, eo ꝙ Aſaph
ſtare, cò ꝙ in illa ſtrage nõ fuerũt ſancti illi,
ꝙ fuerunt trucidati, ſed ſceleratí, & idolola-
træ, vt patet. 4. Reg. vlti. Hic dicitur, poſue-
rũt carnes ſctõrum tuorũ beſtiis terræ, ideo
dicunt alii, ꝙ totus iſte pſal. loquitur de ſtra
ge, & vaſtatione facta per Antiocum tẽpore
Maccabæorum, in qua multi ſancti trucidati,
& martirizati ſunt pro lege Dei, vt patet per
totum diſcurſum primi, & ſecũdi Maccabæo
rum. Sed cõtra hoc arguunt alii dicẽtes hoc
nõ poſſe ſtare per hoc quod dicitur in hoc pſ.
Poſuerunt Hieruſalẽ in pomorum cuſtodiã:
manifeſtũ eſt, ꝙ tũc Hieruſalẽ nõ fuit pena-
liter deſtructa, ſicut hic videtur dicere, & ideo
dicunt quidã Hebræi moderni, & hic loquitur
de deſtructione facta per Titũ, & Roma-
nos: quã deſtructionẽ ſperãt reparari p Meſ-
ſiam

A ſiam quẽ expectãt: vt hic videntur orare. Sed
iſta intelligentia eſt falſa, & erronea: Primò
qa Meſſias erat venturus in ſecundũ templũ:
prout dixerũt Aggæus, & Zacarias, & Mala-
chias. Ex quo patet ꝙ anteq̃ Titus, & Roma-
ni deſtruxiſſent templũ ſecundũ, iã venerat
Meſſias. ſicut in veritate impletũ eſt. Ex quo
patet ꝙ oẽs Iudæi qui fuerunt trucidati, & ca
ptiuitati in illo excidio: fuerũt ſceleratí, & dã
nati, & reprobati. & nõ ſãcti, & iuſti: ſicut hic
dicitur. Itẽ qa illa ruina, & deſtructio nõ de-
bet amplius reparari, nec ipſi Iudæi liberari,
prout dictũ eſt ſupra pſal. 27. vbi dicitur. de-
ſtrues illos: & non reedificabis eos. Et quidã
catolici dicũt, quòd iſte pſalmus loquitur de
Hieruſalem ſpirituali. ſ. de tota eccleſia Chri
ſti toto orbe diffuſa. ſ. pro iſto ſtatu à paſſio-
ne Chriſti vſque ad Conſtantinũ, in quo tem
B pore multa millia martirum pro fide Chriſti
occiſa ſunt. Sed huic cõtrariari videtur illud
quod ſequitur in pſal. ſ. ne memineris iniqui
tatum noſtrarum antiquarum &c. quia in il-
lis perſecutionibus martires nõ mortui ſunt
pro peccatis eorum: ſed pro fide Chriſti de-
fendenda, & confeſſione fidei. Et ideo videt
mihi dicendum quòd Dauid cui reuelatus
eſt totus diſcurſus eccleſiæ vſque ad vltimũ
iudicium in ſpiritu prænidit futuram deſtru
ctionem Hieruſalem faciẽdam per Caldæos:
& eius reſurrectionem faciendam per Macca
bęos: per quas vaſtationes, & deſtructiones
prænidit in ſpiritu futuras perſecutiones ec-
cleſiæ Chriſti faciendas per ſectã Mahometi
cam & per Antichriſtum. de quibus vaſtatio
nibus, & perſecutionibus fecit plures pſalm.
ſ. pſalmum 43. & 73. & hunc 78. & ſequen-
C tem. in quibus pſal. quædam verificantur de
deſtructione Hieruſalem facta per Caldæos:
& quædã de vaſtatione facta per Antiocum.
prout ſunt figurę perſecutionum eccleſiæ
Chriſti. Et quædam verificantur literaliter
de perſecutionibus eccleſię: puta de perſecu-
tione tirannorum: & quędam de perſecutio
ne Mahometica in qua nunc ſumus: & quæ-
dam de perſecutione Antichriſti quę futura
expectatur: de qbus eccleſia expectat libera-
ri, prout videbitur. Nam ſecundum Augu. li
bro de cathechizãdis rudibus, per deſtructio
nem Hieruſalem, & captiuitatem Babiloniæ
ſignificabatur, & figurabatur perſecutio, &
ſtrages eccleſię Chriſti facienda per tirannos
& hæreticos. Et per reperationem illius Hie-
ruſalẽ, & templi materialis, præuidit Dauid
renouationem, & reparationem eccleſiæ fa- D
ciendam per Chriſtum. Et ſic intelligẽtia hu
ius pſalmi, & ꝓphetiæ eſt bipartita, & etiã tri
partita: ſicut intelligẽtia aliorum prophęta-
rum. vt inquit Aug. 17. de ciui. ca. 3. Et ideo
ſecundùm hunc intellectum exponetur iſte
pſalmus, & ſequens. Dauid ergo præuidit in
ſpiritu non ſolummodo tunc futuram deſtru
ctionẽ Hieruſalem per Caldæos: & vaſtatio-
nem futuram per Antiocum: ſed etiam in il-
lis prędidit perſecutionẽ Mahometicam, &
Antichriſti cõtra eccleſiam. Et ſic inter cæte-
ros fecit hunc pſalmũ. in quo pſalmo tria fa-
cit. Nã primò exponit ſuam declamationem,
& quærelam. Secundò petit liberationẽ. Tertiò ſubdit gratiarum actiones. Secundum ibi.
Vſquequo dñe. Tertiũ ibi. Nos autẽ populus.
Quantũ ad primũ eſt primò notandũ, ꝙ gen
tes licet communiter ſumantur pro populo
gentili idolis quondam dedito: tñ propriè gẽ B
tes dicuntur oẽs qui viuunt ſecundũ carnem
ponentes ſpem ſuam in rebus tẽporalibus, &
carnalibus, non viuentes ſecundũ ſpiritũ. Et
ſic omnes generationes, & cõditiones homi-
nũ tã Iudęi q̃ Sarraceni, & infideles dicuntur
gentes quia viuunt ſecundum generationem
carnalẽ, Chriſtiani aũt, quia præter genera-
tionem carnalẽ ſunt regenerati: ideo nõ pro-
priè dicuntur gẽtes: ſed populus Dei in Xpo
regeneratus. Et ſic in iſto pſal. & ẽt in cæteris
qñ dicitur, Deus venerũt gentes, non ſolum-
modo intelligũtur idololatriæ: ſed Sarraceni,
& ſequaces Antichriſti. Secundò eſt notandũ
quòd Dauid per deſtructionẽ Babilonicã, &
vaſtationẽ Hieruſalem futurã per Antiocũ
ꝓuidit in ſpũ qualiter gens Mahometana de-
bebat ſurgere ex parte Arabiæ cõtra eccleſiã
Chriſti qui dicitur verè Hieruſalem, & vaſta F
re eam per plures partes mundi. & euertere
eccleſias. & ſãctuaria: & ꝓphanare res ſacras,
ſicut videmus fuiſſe factum per totam Afri-
cam, & Aegyptum, & magnã partem Actio-
piç, & per totam Syriam, & Meſopotamiam.
& Caldęam, & Perſiam, & Parthiã, & Indiã,
& Scythiam, & Armeniam, & Aſiam, & Græ
ciam: quia deduxerunt eccleſias Chriſti qua
ſi ad tuguria, & tabernacula armentorum tẽ
pora huius Turci. Et hoc eſt quod intẽdit hic
Dauid in hoc pſal. Vnde dicit conquerendo
& exclamando. O Deus ſicut gentes Caldęo
rum, & Græcorum venerunt quondã in hæ
reditatem tuam. ſ. Hieruſalem, & polluerunt
templum ſanctum tuũ, & prophanarunt, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A posuerũt.i.reddiderunt Hierusalem in pomorum custodiam.i. sicut tugurium hortorum, & etiã sicut gentes Antiochi posuerunt morticinia seruorũ tuorum.i. cadauera sanctorũ volatilibus cœli. & dederunt carnes sanctorũ tuorum comedendas bestiis terræ. Et effuderunt sanguinem ipsorum tanquàm aquam in circuitu Hierusalem: quia intantùm iacebant cadauera, ꝙ non erat qui sepeliret tpe Maccabęorum. Ita pariter gẽs Sarracenorum insurrexerunt tempore Christianorum: & venerũt contra hæreditatem: quæ est ecclesia toto orbe diffusa, & polluerunt, & prophanarunt tẽplum sanctũ tuũ. i. omnes sacras ecclesias, & posuerunt Hierusalem. ſſpiritualem in pomorum custodiam: quia incenderunt oẽs ecclesias, & destruxerũt: & reduxerũt eas quasi tuguria, quæ ponuntur ad custodiendas vineas & hortos, & pomeria. Nã magnas ciuitates re
B duxerũt ad paruas villas, & magnas ecclesias & tẽpla, aut fecerunt mesquitas Sarracenorũ, aut caulas ouiũ, & armentorũ: quæ hodie sũt coopertæ ramis, & paleis ad modũ tuguriorũ vbi speculatores solent custodire pomeria, & hortos, & vineas, & fructus. Et etiam supradicti Maometani tot mil. martyrum, & monacorum seruorum tuorum occiderunt in ęgypto & in cæteris partibus mundi quę morticinia, ideſt cadauera seruorum posuerunt, & tradiderunt volatilibus cœli. Et carnes sanctorum tuorum tradiderunt comedendas bestiis terrę. Et effuderunt sanguinem ipsorum sanctorum tuorum in magnam abundantiam tanq̃ aquam in circuitu Hierusalem. i. ecclesiæ toto orbe diffusæ, intantum ꝙ non erat qui sepeliret. Et sic facti sumus opprobrium vicinis
C nostris, & subsannatio, ideſt irrisio his qui in circuitu nostro sunt. i. omnibus infidelibus q̃ circumquaque nos præmunt. Oẽs istæ præsũræ fuerunt in ecclesia completæ. Primò tempore tirannorum: vbi mortua sunt infinita milia martyrum, quę persecutio habuit finem tempore magni Constantini: sed postea fuit etiam impleta in persecutione Arrianorũ maxunè in Africa tempore Vandalorum. fuit ét impleta in persecutione Maometica per omnes partes mundi vsque in hodiernũ diẽ. Nã gentes sarracenorũ interfecerunt in Aegypto infinitã multitudinẽ sanctorum patrũ monacorũ, & eorũ ecclesias destruxerunt. Hoc idẽ fecerunt in Syria, Mesopotamia, & Armenia, & per omnes partes mundi. quas suæ ditioni subiecerunt. Ex his patet, ꝙ propheta in hoc loco intelligit per gentes omnes sarracenos, & sequaces Antichristi, qui peiora facient in suo tẽpore, vt inquit Augustinus. Et per Hierusalem intelligit vniuersalem ecclesiam toto orbe diffusam, quæ vere dicitur hæreditas Dei, vt sæpe dictum est. Quæ quidẽ persecutio, & strages figurata fuit per stragem factam per Nabucodonosor in Hierusalem.

Vsquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuã in gẽtes quæ te nõ nouerũt, & in regna quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt.

Quia comederũt Iacob: et locũ eius desolauerũt.

Hæc est secũda pars, in qua ꝓpheta ponit suam deprecationẽ. Nã primò petit vltionem de supradictis persecutoribus. Secundò petit liberari. ibi. Ne memineris. Dicit ergo, vsque quò dñe obliuiscẽris nos in finẽ. i. totaliter, & vsquequò accendetur zelus tuus. i. ira tua vt lut ignis? quasi dicat, tempus est vt cessẽt ira tua à nobis, sed effunde iram tuam, & indignationem super gentes, scilicet Sarracenorũ, & aliorum infidelium, & hæreticorũ, quæ te nõ nouerunt per fidem, nec caritatem, & in cęteras regna infidelium, quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt, sed inuocant Maomeriũ, & deos alios nos, quia comederunt Iacob. i. deuorauerunt totum populum Christianũ, & locum eius. i. ecclesias, & ciuitates desolauerunt &c.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos Deus salutaris nr̃ & propter gloriã nominis tui dñe libera nos. et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicãt in gentibus, vbi est Deus eorũ.

& innotescat in nationibus coram oculis nr̃is

Vltio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est:

introeat in cõspectu tuo gemitus cõpeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui possede filios mortificatorum.

Et redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eorũ

improperiũ ipsorũ quod exprobrauerunt tibi dñe.

Sed quia ista pſecutio Sarracenorũ, & Turcorũ prouenit ex demeritis, & peccatis Christianorũ, ideo petit liberari à supradictis pressuris, inuocando diuinam misericordiã, dicẽs. O Dñe rogo, ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarum. i. non punias nos secũdum demerita, & pctã nostra, sed cito anticipent nos misericordiæ tuæ, à supradictis malis liberando: quia pauperes, & deiecti facti sumus nimis. Et ideo adiuua nos Deus salutaris nr̃. Et libe-

A Et libera nos propter gloriam nomin's tui: & propitius esto peccatis nostris pp nomen tuũ: qđ est Iesus: qđ quidẽ nomẽ importat salutẽ, & mĩam in se: quod nos colimus, & in quo speramus liberari. Et hoc fac: ne gentes Sarracenorum, & Antichristi, & aliorum infidelium forte deridentes dicant: vbi est Deus eorum. i. Iesus Deus Christianorũ? quasi dicant: veniat ad liberandum Christianos de manibus nostris. Et innotescat vltio sanguinis seruorũ in nationibus coràm oculis nostris. i. fiat manifesta vindicta sanguinis seruorum tuorum qui fusus est. Et gemitus compeditorum, i. Christianorũ captiuorũ introeat in cõspectu tuo: vt facias vindictam de persecutoribus nostris. Et secundũ magnitudinẽ brachii. i. potestatis tuæ, possíde filios mortificatorũ.
B i. libera filios eorum qui mortui sunt pro te, postquàm permisisti patres martirio corona ri, vt tibi remanentes pacificè fuerunt tibi in regione Christiana. Et redde vicinis nostris septuplũ. i. punias eos septupli citer: vel redde vicinis nostris improperiũ ip sorum septuplũ in sinu eorum, & in facie: ꝙ impropertum exprobrauerunt tibi: in tẽplũ tuum. q. d. multa improperia intulerũt nobis in contemptu tui. Iõ redde eis punitionẽ in septuplum pro retributione. Ex supradictis patet, ꝙ ecclesia Christi debet liberari à persecutione Mahometica, in qua mõ est: quia tota illa gẽs, & secta debet grauiter puniri, & multipliciter perire ante aduentum Xpi, vt multi autumãt. Nos asit ermus victores. Iterum patet, ꝙ finaliter ecclesia est liberanda de persecutione Antichristi, & ipse cum suis miserabi
C liter perturus: vt probatur multipliciter per scripturas. Et per aliquod tempus ecclesia debet manere in sua libertate Deo seruitura. Et ideo sequitur ultima pars, in qua dicit.

Nos autẽ populus tuus, et oues pascuæ tuæ cõfitebimur tibi in sæculum. (tuam.

In ggratione et ggrationẽ annũciabimus laudẽ

Nos populus tuus, & oues pascuæ tuæ. i. q sacramentis tuis reficimur à supradictis persecutionibus liberati gratias agendo confitebimur tibi in sęculum, & annũciabimus laudẽ tuam in generatione, & generationem. i. dum durabit generatio humana vsq; ad iudiciũ,

PSALMVS. LXXIX.

QVi regis Israel intẽde qui deducis velut ouem Ioseph.

Titulus. Ad victoriã, siue, In finẽ sup rosas aut liliat testimoniũ Asaph. Tria ponunt in hoc titulo, per quæ denotatur, ꝙ psal. iste loquitur de Christo, & ecclesia. Nam primò ponitur, In finem siue ad victoriã: per quod denotat, ꝙ loquitur de Christo qui est finis legis, & victor cõtra diabolum & persecutores ecclesiæ. Secundò additur super rosas siue super lilia: ꝙ quod denotatur, ꝙ ecclesia loquitur ad Christum. Nam vbiq; in sacra scriptura per rosas siue per lilia intelligitur ecclesia Christi, quæ est inter cęteras nationes sicut rosa inter spinas. Canticorum primo. Tertiò additur: canticum Asaph: quod interpretatur congregatio. Et sic representat totã ecclesiã. Et sic patet, ꝙ Dauid fecit hunc psal. dirigens nos in Christum: loquens in persona ecclesiæ, dedit ipsum cantãdum ipsi Asaph: eò qđ representat totam ecclesiam secundũ sui nominis interpretationem. In quo psal. Dauid explicat tres pressuras ecclesiæ, quas præuidit in spiritu. Prima fuit ante aduentum Christi, E in qua erat totum genus humanum in tenebris peccatorum, & captiuitate diaboli: à qua captiuitate liberata est ecclesia per incarnationem, & passionem Christi. Secunda fuit in persecutione tirannorum, & hæreticorum & sarracenorum, de qua expectat liberari virtutẽ Christi, cuius modus ignoratur. Tertia pressura erit tempore Antichristi, de qua liberabitur per ipsum Christum finaliter per aduentum suum ad iudicium, & has tres liberationes exprimit hic ꝓpheta: quia ter dicit: Ostẽde faciem tuam, & salui erimus. Tria ergo fecit in hoc psal. Nam primò petit liberati ab vniuersali pctõ per primũ aduentum, & passionẽ Christi. Secũdò petit liberari à pressuris, & persecutionibus immicorum. Tertiò petit liberari specialiter de persecutione Antichristi, & omni miseria humana per secũdũ F aduentũ Christi. Secundũ ibi. Vineã de ægypto. Tertiũ ibi. Fiat manus tua. Quantum ad primũ est notãdũ, ꝙ genus humanũ in dupli ci miseria erat positũ ante aduentum Christi. Primò quò ad animam, quia erat in captiuitate diaboli, & separatũ à Deo. Secundò quò ad corpus: quia multiplici miseriæ corporali subiectũ. Et ideo Christus ab hac multiplici miseria nos liberauit. Nam primò per suã mortem, & passionem nos à peccato liberauit, & saluauit, & Deo patri nos vniuit, per suam autem resurrectionẽ nos ab oĩ corporali miseria liberauit, & nobis immortalitatẽ recuperauit licèt fidũ possideam⁹, tũ eã ipse lucrat⁹ est nobis ꝓ nouissimo die, & sic ꝓmisit nos ĩ gloriã

Universidad de Deusto
Biblioteca

A resurrectionis. Et ideo primò hic ecclesia petit liberari à peccato quò ad animam. Secundò à corporali miseria quò ad corpus: ibi, Domine Deus. Quantum ad primum est notandum, q̃ totum misterium tabernaculi siue arcę fœderis ve. test. significabat misterium incarnationis ipsius Christi, sicut septius dictũ, est. Nam humanitas Christi est verum tabernaculum verbi Dei, in quo latebat verbum siue diuinitas. Nam sicut in arca fœderis tria erant inclusa. s. tabulæ legis, & virga Aarõ, & vrna mãnæ, ita in illa humanitate tria erãt inclusa. s. verbum, & anima Christi, & caro. Et sic Christus erat Deus &, rex & sacerdos, & hõ. Et sicut illa arca siue tabernaculo Deus inclusus dabat responsa sacerdotibus, & sanctis viris, vt frequenter legitur per totum discursum libri Numerorum, & Iosue, & Iudicum: q̃a dabat Deus responsa de tabernaculo, B ita significabat, q̃ Deus erat includendus in illa humanitate Christi, & exinde vel in illa debebat dare vera responsa, & legem euangelicam suis apostolis, & toti populo Christiano. & sicut Deus quondam deduxit illũ populum Israel de ægypto, & fecit sibi ipsum populum peculiarem, & exinde duxit ipsum per desertum, & introduxit ipsum in terram, promissionis, ita significabat, q̃ Christus dux noster nos debebat deducere de tenebris peccatorum, & congregare ecclesiam suam ex Iudæis, & gentilibus, & facere eam sibi populũ peculiarem, & dirigere eam per legem euãgelicam, & introducere in patriã cœlestem, vel in istã ecclesiã per gratiã, & in aliã q̃ gloriã. Hoc præuidens Dauid in spũ, dicit in persona totius ecclesię pro illo statu. O carissime Messia venture, qui ab initio legis regis populũ Israel, & educis Ioseph. i. totũ illum populũ velut pastor ducit ouem. Vnde nota, q̃ licèt totus ille populus denominatur Israel à patre Iacob à quo descẽdebat, tñ in ægypto tus ille populus dicabatur Ioseph propter dignitatem ipsius Ioseph: q̃a fuerat præfectus in ægypto p Pharaonẽ. Ideo propheta dicit: qui educis Ioseph. i. populũ ductum à Ioseph in ægyptum, & ibi receptum, & fauoratum. Sed tu fecisti postea tibi populũ peculiarem, & oues pascuæ tuæ, & voluisti esse pastor eius. Ideo tu tanquàm pastor deducis illũ velut ouem per desertum: & introduxisti in terram promissionis. Ergo tu Christe qui tunc illud fecisti in figura, intende in nos, & fac modo in re. i. sis pastor, & tanquàm verus pastor & verus Ioseph deduc genus humanum de D potestate diaboli, & tenebris peccatorum. Et congrega ecclesiam tuam, & populum tibi peculiarem, & introduc eum in terram viuẽtium sicut oues pascuæ tuæ.

Qui sedes super cherubin manifesta te corã Effraim Beniamin, & Manasse. (nos.

Excita potẽtiã tuã, et veni, vt saluos facias

Deus conuerte nos, & ostende faciem tuã, & salui erimus.

Nota, q̃ Deus fecit fieri cherubin in arca, super q̃ cherubin Deus dicebatur sedere. Et ita Dauid præcepit Salamoni, vt faceret duo cherubin super q̃ sedebat arca domini, sicut Deus dicitur sedere in cœlo super cherubin. Per quod denotabatur, q̃ verbũ debebat includi in arca humanitatis, & ibi sedere super duo cherubin. i. super animam, & carnem, & exinde dare responsa & doctrinam euãgelicã. E Secundò est notandum, q̃ talia responsa maximè dedit Deus in Silo: quę erat in terra Effraim iuxta medium tribum Manasse, quia hæ duæ tribus reputabantur quasi vna, eò q̃ erant fratres: Sed quia postea arca fuit mutata de Effraim in Azotum, & exinde reducta in Gabaa, quæ est in tribu Effraim, ideo ibi q̃ multa tempora Deus dedit responsa ex arca: per quod denotatur, q̃ Deus incarnatus datus erat responsa populo Christiano significato peritos tres hic nominatos. Nã Effraim interpretatur augmentum, ad denotandũ, q̃ populus Christianus, cui danda erat lex euangelica, erat augendus per totum mundũ. Et per Beniamin, qui dicitur filius dextęræ, significabatur etiam populus Christianus, qui F per Christũ, qui dicitur dextera Dei patris, est regeneratus. Et per Manassem intelligitur populus gentilis, qui erat oblitus quoudam à Deo sed postea vocatus per apostolos recepit responsa euangelica. Et ideo istæ tres tribus collocabantur in parte occidentali ipsius tabernaculi, versus quas Deus dabat responsa. Et similiter sunt collocatæ in ordine in terra promissionis ad partem occidentalem, quod totum factũ fuerat in figura: prout significabant populum Christianum, qui receputus erat responsa legis euangelicæ. Hoc ergo prę uidens Dauid in spiritu dicit. O Christe qui sedes super duo cherubin in cęlo, & etiam in arca, quod significabat misterium incarnationis, ita veni in carnẽ, vt sedeas super duo cherubin. s. animæ, & corporis in eadem humanitate: aut super duo test. s. nouum, & vetus, &

sedeas

A sedeas ẽt sup duos populos ad fidẽ conuersos. Lex Iudæus, & gẽtilibus. Veni ergo, & manifesta te. i. sis manifestus coram Effraim, Benia min, & Manasse. i. veni ad populũ Christianũ per totũ orbẽ augumentatũ, & filiũ dexterę. i. per Chrm regeneratum. & domũ patris sui. i. gentilitatis, & idolatriæ oblitum. Manifesta ergo te illi populo Christiano, & da ipsi respõ sa euangelica: sicut tunc dabas in deserto, & in terra promissionis responsa corã Effraim, Beniamin, & Manasse. Et nota ẽt, vt legitur Gen. 48. q̃ Ioseph obtulit duos filios. s. Effraim, & Manassem patri suo Iacob, vt benedice ret eos, & posuit Manassen ad dexterã, vt imponeret ipsi manũ dexterã sup caput ad bñdicendum. Et posuit Effraim ad sinistram, vt imponeret ei sinistram manum super caput: eò q̃ erat iunior. Sed Iacob inspiratus spiritu B sancto cancellaris manibus posuit dexterã su per Effraim, qui erat ad sinistrã & posuit sinistrã super caput Manassæ, q̃ erat ad dexterã. Et ideo tribus Effraim multiplicata fuit, & augmentata in magnum numerum super omnes alias tribus. Et sic Manasses dicitur quasi oblitus à patre, & postpositus: & ideo illa tribus fuit diuisa. Nam media pars cepit sortem vltra Iordanem in parte orietali, & alia pars citra Iordanem in parte occidentali. Illud misterium figurauit, q̃ Deus pater debebat ponere dexteram suam. i. filium sum Christum super populum Christianum qui erat iunior & illum multiplicare in magnum numerum ex populo gentili, qui semper fuerat ad sinistram. & in minori dignitate, & sic dedit ipsi benedictionem spiritualem, & posuit sinistrã suam super populum Iudæorũ, & oblitus est C eum, & non dedit ipsi benedictionẽ spiritualem. Per hoc autem, q̃ tribus Manassæ fuit diuisa in duas partes, quarum vna manet vltra Iordanem inter idolatras, & altera citra Iordanem iuncta cum populo Effraim, significatum fuit, q̃ populus Iudęorũ erat in duas partes diuidendus, quarum vna erat ventura ad fidem Christi, vt sub eius dextera protegeretur: & debebat trãsire Iordanem per aquas baptismales. Sed altera erat in sorde peccati et perfidia mãsura, & illa dicitur propriè pars oblita. Et de hac particula dicitur per ꝓphetam: manifesta te corã Effraim, Beniamin, & Manasse. Vel possumus dicere, q̃ oibus istis tribubus. s. gentibus intellectis per Manassen, lex euangelica fuit manifestata. Sed soli gentiles, & apostoli cũ quibusdam bonis Iudęis receperunt legem euangelicam. Cæteri autẽ D mali Iudæi obliti, & contemnentes oracula ꝓpheta rum, & misteria sacræ scripturæ, legẽ euengelicã recipere noluerunt, Propheta ergo Christum inuocat, vt veniat ad manifestãdum se omnibus tàm bonis, quàm malis, & vt ponat dexteram suam. i. benedictionẽ spiritualem, super bonos. s. Iudæos, & apostolos & discipulos, & sinistram. s. maledictionẽ super malos. Et hoc est quod dicit: manifesta te coram Effraim &c. Sed quia talis manifestatio, & saluatio, & redẽptio habebat fieri per incarnationem, & passionem ueniẽdo in hũc mundum, ideo subdit ꝓpheta dicens. O Christe excita potentiam tuam, & descende de cę lo, & veni in carnem, vt saluos facias non per mortem, & passionem. Sed quia non sufficit, q̃ tu venias in carnem, & prędices legẽ euãgelicam, nisi disponas nos ad eam recipiendam: ideo tu domine Deus virtutum conuer E tẽ nos, gratiam spiritus sancti largiendo, vt fidem recipiamus, & ostende faciem. i. humanitatem tuam, per quam tua diuinitas notificetur, & tua voluntas, & sic salui erimus.

Domine Deus virtutum, quousque: irasceris super orationem serui tui?

Cibabis nos pane lacrimarum & potum da bis nobis in lacrimis in mensura?

Posuisti nos, contradictionem uicinis nostris, & inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Hic secundũ petit liberari ab omni miseria corporali, sicut liberatus fuit populus de Babylonia per Iesum sacerdotẽ Zorobabel. Vnde ait. O domine Christe Deus virtutũ, & angelorum quousq; irasceris super orationẽ F serui tui, eam non audiendo, & cibabis nos i hoc mundo pane lacrimarum, & potum dabis non in mensura. i. ad magnam quantitatẽ. Quasi dicat non comedimus nec bibimus nisi cum lacrimis præ multitudine afflictionũ quia posuisti nos in contradictionem uicinis nostris, quia circumquaque nos affligunt, & inimici nostri subsannauerunt nos, & deriserunt nos. Totum hoc fuit impletum ad literam in captiuitate Babylonica, à qua fuerũt liberati per Iesum sacerdotem siue per Cyrũ. Quæ quidem captiuitas significabat captiuitatem sanctorum patrum existentium in limbo inferni faciem Christi expectantium. Et ideo sequitur in persona eorũ, Domine Deus virtutum conuertẽ nos, ostende faciem tuam

& salui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & salui erimus. Vnde sicut Christus ostendit faciem suam in terris per incarnationem, & prædicationem, & mortem, & passionē & liberauit omnes à peccato: ita in inferno ostendit faciem suæ omnipotentiæ, cū anima eius verbo vnita descendit ad inferos, & confregit portas, ereas, & vectes ferreos, & de traxit sāctos patres. Et de hac ostensione faciei dicit hic propheta. Domine Deus virtutū cōuerte nos ad te, & ostende faciem tuam in inferno, & salui, & liberati erimus. Et etiam hoc idem pōt intelligi de ostensione faciei Christi post resurrectionem, in qua se ostendit discipulis in facie immortali, & impassibili. Vnde sicut ante resurrectionem se ostenderat mundo in carne, & facie passibili, & mortali, per quam nos liberauit à peccato, & morte spirituali: ita post resurrectionē se ostēdit in facie, & carne impassibili, & immortali, per quā nos libe

B rauit ab oi miseria, & morte corporali: quam immortalitatē possidebimus i nouissimo die, & sic erimus liberati à lacrimis, & ab oi miseria. Et sic patet, q̄ ista ostensio faciei Christi, quā petit propheta in secūdo loco in hoc versiculo, pōt intelligi de ostensione faciei Christi in inferno, & de ostensione faciei post resurrectionem in carne impassibili, & immortali, quæ quidē ostensio fuit nobis necessaria.

Vineam de ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei.

Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.

C Hic petit liberari ab ecclesiā oībus persecutionibus inimicorū. Vnde nota, q̄ ecclesia illico post ascēsionē Christi incepit affligi, & pati persecutiones. Primò à Iudæis. Secundò à tirannis. Tertiò ab hereticis: & Sarracenis. Quartò patietur ab Antichristo, à quibus persecutionibus liberabitur ecclesia totaliter in secundò aduentu Christi ad iudiciū. Et hāc liberationem petit in hac vltima parte. Quę quidē persecutiones fuerūt figuratæ per Antiocum tempore Maccabæorum. Vnde dicit hic. O domine Iesu Christe tu transtulisti quondam vineam, i. illum populū Israel de ægypto, & eiecisti gentes de terra promissionis, & plantasti eam. s. vineam tuam, & ibidē collocasti. Ita pariter tu transtulisti, & traxisti vineam tuam, i. religionem Christianā de tenebris peccatorum, & eiecisti idololatriā, & plantasti in populo gentili doctrinam euāgelicam. Et fuisti dux itineris in cōspectu illius populi per lumen legis euāgelicæ. Et plātasti radices huius vineæ qui sunt articuli fidei per totum mundū, & sic ista vinea Christianæ religionis impleuit totam terrā à solis ortu vsq; ad occasum. Et vmbra eius operuit omnes mentes, & arbusta eius cooperuerunt omnes cedros Dei, i. oēs reges, & principes, & philosophos imo fidei subiecit. Et iō ista religio Christiana extendit palmites suos, i. apostolos, & martires suos vsque ad mare occeanum tām orientale, quām occidentale. Et extendit propagines suas vsque ad flumina. i. vsque ad fontem Nili, & Tanais Gangis &c.

Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui pertransiunt viam. E

Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Quid. i. quare destruxisti maceriam eius, i. muros, & fortitudinē eius & omnes qui pertransiunt viam. s. extranei, & infideles vindemiant eam, i. deuorant, & deprædant? Nā aper de sylua. s. Maometus cum sua secta exterminauit eā, & singularis ferus. s. Antichristus depastus est ea. Vnde nota, q̄ tota secta Mahometica siue Mahometus cum sequacibus suis, dicitur aper de sylua: eò q̄ Arabes, & Tartari, & Turci qui ceperūt, & sequuntur illam sectam: omnes erant pastores armentorum: & homines syluestres per syllas vagantes. Et isti exterminauerunt vineam Christi propter peccata nostra: vt dictum est plāl. 63. & 82. Antichristus autem dicitur singularis ferus: quia præ cæteris omnibus erit lāuior, & crudelior. Et ideo propheta in persona totius ecclesiæ inuocat Christum, vt veniat ad liberandū nos de supradictis bestiis: quæ totam ecclesiam debēt deuorare. Et ideo dicit Christum inuocando.

Deus virtutum conuertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.

Et perfice eam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

O Deus virtutum, & triūphorū cōuertere ad nos: q̄ quod patimur peccata nostra nos ruerunt. Et ne deseras nos, sed respice de celo oculo misericordiæ, & vide afflictionē nostram. Et

A stram. Et visita istam vineam tuam. Et perfice eam: quia in magnam partem apostatauit de cepta per Sarracenos, & Antichristū. Quam vineam plantauit filius tuus, qui est dextera tua. Et ideo O Deus: pater respice Iesū Christum filium hominis. i. filium virginis Mariæ vel filium Adam secundum carnem, & desēdentem matris: quem tibi confirmasti. i. verbo tuo vnisti, & assumpsisti. Nam tota ista vinea est suffossa, & destructa igni, & afflictione tua rui peribunt. i. fac vt isti q̄ bestię pereant ab increpatione, & indignatione iræ tuæ. Et fiat manus tua, & omnipotentia super Christum virū dexteræ. i. potentiæ tuæ, & pro. i. super filium hominis. i. filium virginis, quē tibi cōfirmasti, & elegisti, vt ipse Christus veniat ad liberandum nos de supradictis bestiis, & per-

B secutionibus in secundo aduentu suo.

Et non discedimus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Licēt multi decepti decesserint à te, & seper bona temporalia, tñ nos infirma fide permanentes non discedimus nec discedere intēdimus à te. Et ideo tu viuificabis nos dādo fortitudinem ad resistēdum. Et sic inuocabimus nomen tuum, & etiam viuificabis. i. resuscitabis nos præbendo corpora gloriosa in præmiū. Et ideo Christe domine Deus virtutū, & ostende faciem tuam gloriosam. i. veni ad iudicandum viuos, & mortuos in potestate magna, & maiestate & retribue nobis præmiū

C pœnam æternā. Ex supradictis patet, q̄ licēt iste psalmus possit exponi literaliter de liberatione populi Iudaici à tribus præsuris, scili cet à captiuitate ęgyptica, & à captiuitate Babylonica, & ab afflictione Antiochica tempore Maccabæorum: tamen quia illę tres liberationes significabant alias tres liberationes futuras per Christum in ecclesia: scilicet eternum in cœlo, & perfecutoribus nostris nem: & liberationem patrum à limbo per descensum ad inferos: & ab omnibus persecutionibus infidelium ipsius ecclesiæ: ideo melius est, q̄ iste psalmus exponatur vltra sensum literaliter sicut expositus est. Vnde tota ecclesia ter petit faciem Christi, & præsentiā vt veniat ad liberandum, & saluandum eam: sicut ter dicitur Domine Deus virtutum. Vt de primò petit, q̄ ostendat faciem in carne mortali, & passibili in hoc mundo ad saluandum à peccato. Secundò petit vt ostenderet faciem suam in inferno ad extrahendos sanctos patres: & etiam ostendat fecię suam impassibilem, & immortalē post resurrectionē ad saluandum ab omni corporali miseria. Tertiò petit, vt Christus ostendat faciem suā gloriosam cum potestate magna, & maiestate in finali iudicio, vt perficiat suam vineam & imponat laborum finem, & persecutionū in ea, & tribuat bonis gloriam, & malis pœnam æternam. Et sic prudens lector poterit supradicto modo exponere præsentem psalmum pro ecclesia posita in quacunque afflictione: & etiā quilibet fidelis positus in præsura, potest cum presenti psalmo orare, vt Deus liberet eum. Et sic etiam ecclesia dicit nunc hūc psalmum, vt liberet eam de manu triūm bestiarum, scilicet Sarracenorum, Tartarorum, & Turcorum, & ostendat Christus faciem, & potentiam suam contra eos. Vel potest dici, q̄ sicut ille populꝰ passus est quatuor persecutiones in testamento veteri, scilicet persecutionem ęgyptiacam: & finitimorū tempore Iudicum, & Babyloniacam: & Antiochicam tempore Maccabeorum: ita ecclesia post ascensionā Christi passa est quatuor persecutiones. Prima fuit tirannorum. Secunda hæreticorū. Tertia Sarracenorū. Quarta Antichristi. De prima fuit liberata p̄ martires tēporē Constantini: de secunda per doctores tempore Augustini. de tertia expectat liberari, et de quarta. De oībus ergo his quatuor persecutionibus petit ecclesia liberari in hoc psalmo, petendo vt Deus ostendat sibi faciē misericordię, & fauoris: secundum quòd quater dicit: Ostende faciem tuam &c. Et sic prudens lector poterit adaptare hunc psalmum supradictis quatuor persecutionibus temporalibus: quia in duplici spiritu loquitur Dauid in hoc psalmo: eò q̄ habuit duplicem spiritum prophetiæ in eo.

PSALMVS. LXXX.

EXultate Deo adiutori nostro iubilate deo Iacob.

Sumite psalmum, & date tympanum psalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.

Huic psalmo, præponit titulus, victori siue, In finē i torcularibꝰ Asaph. Ex quo titulo apparet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A apparet quòd Dauid fecit hunc psalmum: & dedit ipsum cantandũ ipsi Asaph, ad victoriã vocum tempore torcularium. Et sic in hoc titulo patet cantor siue modus cantandi: & tẽpus in quo cantabatur psalmus. Sed licèt titulus non exprimat musicalia instrumenta cũ quibus cantabatur: tamen in psãmo exprimitur qualiter cantabatur cũ quinque musicis instrumentis, scilicet cum cornu, & tuba, & tympano, & psalterio, & citara. Prima ergo particula huius tituli iam est nobis nota per ea quę dicta sunt in cęteris psalmis. Nã per hoc quòd iste psalmus cantabatur in finẽ cũ omni conatu vocum vsque ad vltimum punctum: denotatur, quòd iste psalmus dirigitur in Christum qui est finis legis: & vocabat eũ cum maximo conatu: vt veniret in carnem. Sed pro declaratione totius tituli, & psalmi: restant tria videnda: vt capiamus intelligentiam psalmi. Primò est videndũ quod est hoc tempus torcularium: & in quibus festiuitatibus præcepit Dauid cantari hunc psalmũ. Secundò quare, & ad quem finẽ præcepit ipsum cãtari tali tempore. Tertiò quare præcepit ipsum cantari cum talibus instrumẽtis musicis. Quantùm ad primũ est dicendũ, q̃ tps torcularium est mẽsis septembris: qui dr̃ septimus mensis anni incipiendo ãMartio qui est primus mensis anni qui quidẽ mensis septimus dr̃ tempus torcularij: eò q̃ in tali mense vindemiæ iam maturæ colligẽbatur: & in torcularibus ex eis vinum extorquebatur: & in cellariis reponebatur. In quo mẽse septimo deus præcepit tria festa solẽnia celebrari, vt patet Leuit. 23. & Numeri. 29. scilicet festum tubarum in prima die mensis in memoriam liberationis Isaac de sacrificio pro quo aries fuit immolatus. Gen. 22. Secundò præcepit deus celebrari festum propitiationis decimo die eiusdem mensis in memoriam propitiationis filiorum Israel: quando Deus propitiatus est eis pro peccato vituli conflatilis. Exodi. 32. Tertiò præcepit Deus celebrari festum tabernaculorum decimaquinta eiusdem mensis in memoriam peregrinationis deserti: in qua habitabant in tabernaculis: vel potius in memoriam quietis, & possessionis terræ promissionis, in qua quieuerũt à peregrinatione & habitatione tabernaculorum mobiliũ. Hoc festum celebrabatur per octo dies: & octauus erat solemnis, qui dicebatur festũ cœtus siue collectæ. Et sic totus ille mensis septimus erat illi populo festiuus. Dicebatur ergo ille mensis septimus mensis, siue tempus vindemiarum, & collectarũ, & torcularium: liberationis, & propitiationis, & tabernaculorum siue quietis ratione illarum festiuitatũ. Et in hoc mense toto festiuo Dauid præcepit cantari istum psalmum. Sed restat secundum sciendũ quare, & ad quem finem præcepit Deus ista festa celebrari: & Dauid ipsum psalmum cantari in tali tempore torcularij, & in talibus festiuitatibus. Ad hoc respondent Iudæi dicẽtes: q̃ causã quare Deus præcepit ista festa celebrari in septimo mense, fuit: quia in tali tempore, & mense Deus creauit mundum. Et ideo voluit, q̃ totus ille mensis esset festiuus. Et hoc probatur sic. Nam Deus omnia creauit in sua perfectione: qa perfecta sunt Dei opera. Deuter. 32. Igitur in illo mense creauit Deus mundum. Quod confirmatur. Nã illico post creationẽ Adam comedit de fructibus paradisi. Sed oppositum dicitur Exod. 12. de Martio: Mensis iste primus erit vobis in mensibus anni. Vnde tota ecclesia tenet, q̃ mũdus fuit creatus in æquinoctio vernali: & per consequens in mense Martio: & sic fuit ille primus mensis anni: & per consequens Septembris fuit septimus: & sic sacra scriptura semper septembrem appellat septimũ mensẽ vt patet Leuit. 23. Nec valet confirmatio, & ratio eorum, imo minor est falsa: quia in mẽse septimo arbores nõ sunt omnes in sua perfectione. imo in sua deiectione: qua pro maiori parte omnes fructus sunt collecti: & folia cadunt ab arboribus propter autumnum imminentem. Et quia oês fructus erant collecti, Deus præcipiebat tunc festa celebrari. Quando vero dicunt, quòd omnes arbores fuerãt creatæ cum suis fructibus, maxime quia Adã illico comedit. Respondetur, quòd verũ est maximè illo hemisphærio australi: vbi Adã fuit positus: vbi nunquãm deficiunt fructus: nec cadunt folia propter fauorem cęli, & arrorum in illa paradiso: sed in ista nostra parte aquilonari defecit postea propter peccatum illa fœcunditas prout dictum est plãmo. 71. Et ideo catolice respondendo ad quæstum, est dicendum secundum regulas & principia propolita in prologo, quòd cum Christus sint finis totius legis veteris. & tota lex tendebat ad Christũ, tanquam via in proprium terminum, & finem, ideo sicut omnia contingebant illis in figuram: ita omnia præcepta legis data sunt illis in figuram, & figuram futurorum misterium Christi, & ecclesiæ

A ecclesiæ suæ. Et sic sicut illud tabernaculum, & templum, & illa ciuitas Hierusalẽ fuit dedicata, & consecrata ad cultum diuinũ in figuram totius ecclesię Christi toto orbe diffusæ: Ita pariter omnia illa festa tẽporalia, quæ celebrabantur in septimo mense cum cęteris fuerunt à Deo dedicata, & præcepta in signũ, & figuram totius temporis Christi Messiæ. Nam sicut Christus fuit finis totius legis: ita totum tempus gratiæ fuit finis totius temporis legis, & omnium festiuitatum eis. Et ideo omnia illa figurabant tempus Christi Messię cuius erant figuræ. Ad cuius maiorem declarationẽ est iterum aduertendum: q̃ omnia festa veteris legis fuerunt præcepta celebrari in fine alicuius septenarii. Nam sabbatum vsque ad

B septimo die hebdomadæ. Et festum pentecostes in septima septimana post pasca in memoriam dationis legis. & festum tubarum expiationis, & tabernaculorum, & collectarum in septimo mense. Et sabbatum terræ in septimo anno. vt omnia ista patent Leuit. 23. & Numeri 29. Ideo sicut omnia alia erant figurati ua, & significatiua: ita iste numerus septenarius erat figuratiuus totius temporis ecclesię. Nam sicut vna est ecclesia ab Adam vsque ad iudicium, habens distincta membra successiuę, ita fuit vnum tempus habens distinctas ætates, & dies, & menses, & annos. Et sic sicut sunt, & computantur septem ætates mundi: computantur septem dies, siue menses, sicue anni mundi, non solum secundum nos: sed etiam secundũ Hebręos. Et sic prima dies mundi fuit ab Adam vsque ad Noe. Et secun

C da dies siue mensis aut annus mundi fuit à Noe vsque ad Abrahã. Tertia vero ab Abraham vsque ad Moysen. Exinde quarta vsque ad Dauid. Exinde quinta vsque ad captiuitatem Babilonis. Et exinde sexta vsqs ad Christum. Et exinde septima vsque ad iudicium. Et ideo Hebræi totum tempus ab Adã vsque diluuium appellant tẽpus, & diem primi mũdi: & à diluuio vsqs ad Abraham appellãt tẽpus, & diem secundi mundi. Et ab Abraham vsque ad Moysen appellant tempus, & diem circũcisionis: eò q̃ sola circũcisio currebat in populo Dei. A Moyse autem vsque ad Dauid appellant tempus, & diem tabernaculi: eò q̃ in solo tabernaculo fiebant legalia. A Dauid autem vsque ad captiuitatem appellant tempus, & diem primi templi. A reditu captiuitatis Babilonicæ vsque ad Vespasianũ, appellant tempus, & diem secundi templi. Totum D vero residuum post destructionem secundi templi appellant tempus regis Messiæ: eò q̃ secundũ oês propheta rex Messias erat venturus in fine secundi templi: & sic oês Rabini Iudæorum totã illã septimã ętatem post secũdum templum asserunt esse tempus, & diem regis Messiæ, & sic continuę expectant eũ frustrà, vt patebit in fine huius libri. Ex omnibus supradictis patet q̃ ista tota vltima ætas post aduẽtum Christi est septimus dies, & septimus mensis, & annus mũdi, & vniuersalis ecclesiæ figuratus, & significatus per illũ diẽ septimum, & mẽsem, & annum, quem Deus præcepit celebrari in lege. Et per consequens totum istud tempus gratiæ, & tempus euangelicum, in quo sumus, est illud sabbatum in lege figuratũ, & qđ Deus in figura præcepit celebrari in fine cuiuslibet septimanæ: & est E ille septimus mẽs, in quo præcepit illa quatuor festa in figura celebrari: & est ille septimus annus figuratus per sabbatum terræ. Et per consequens totum istud tempus dicitur verum sabbatum, in quo præcipimur cessare ab operibus legis Moysaicæ, & ab omni opere seruilis peccati. Et totum hoc tempus est septimus mensis, in quo præcipimur celebrare omnia illa quatuor festa in re, & veritate quę illi celebrabant, & obseruabant in figura. Nã totum hoc tempus est dies liberationis, & expiationis, & salutis, & humanæ redemptionis. de quo dicitur Esaiæ 48. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Item est annus placabilis, & dies mee delæ, & indulgẽtiæ, & redemptionis Esa. 61. Spiritus domini super me: eò q̃ vnxit me; F ad annuciandum mansuetis misit me: vt me derer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, & prædicarem annum placabilem domino &c. Cũ ergo quęritur quare Deus præcepit celebrari illa quatuor festa in septimo mense, & tempore vindemiarum, & torcularium: Respondetur, quòd illud præcepit in figura, eò quòd ille septimus mensis figurabat istum septimum mensem gratiæ, & euangelicum, in quo sumus, in quo illa misteria illarum quatuor festiuitatum erant implenda scilicet misterium sacrificii Abrahæ, & misterium propitiationis vniuersalis, & misterium tabernaculorum, & torcularium. Nam sacrificium Abrahæ fuit impletum per Christum in cruce, & misteriũ propitiationis, & expiationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nostrorum omnium peccatorum, & misteriū tabernāculorū in quibus habitamus p gratiā in hac militāti ecclesia, & cōpletū est misteriū torcularium, & collectæ aliorum fructuū. Nā Xps expresslit vinū euangelicum, & ecclesiasticorum sacrorum ex vindemia leg. vet. & separauit vinum à vinaceo, & oleū ab amurca, & granum euāgelicum ex paleis ceremonialium legis. Oleum autem, & vinū euangelicum reposuit in cellario, & granum in horreo ecclesiæ, q̄bus nos fruimur in hac ecclesia per gratiam. Et sic illa festa, quæ illi semel in septimana, & semel in anno celebrabant in figura, nos semper, & iugiter, & continuè obseruamus, & celebramus in veritate, prout latius videbitur in q̄stione finali Deo concedente. Et ideo Dauid præcepit cantari istum psāl. in septimo mense tempore torcularium, quod primò quærebatur. Sed nūc re-

B stat videndū quare præcepit ipsum cātari cū timpano, & psalterio, & citara &c. Ad quod respondetur sicut dictū est in prologo tractatu quinto, & latius dicetur psal. vltimo, q̄ omnia illa instrumenta musicalia, cum quibus Dauid præcepit cantari psālmos, figurabant futura misteria Christi, & ecclesię. Nam timpanum significabat passionē Christi, qui erat percutiēdus, & flagellandus &c. & cornu figurabat imperium, & crucem Christi, cum qua debebat diabolū debellare, & psalterū figurabat decem articulos fidei euāgelicę, & decem præcepta. Citara autē triangularis figurabat fidem articulorum, & obseruātiam præceptorum, & gratiam sacramentorū: in quibus tota consistit Christiana religio. Tuba vero figurabat euangelicā prædicationē,

C & vocationem fidelium ad fidem Christi, & ad recipiendam salutem, quæ omnia figurabantur in lege, & prænunciauit ꝓphetice in hoc psalmo. Quæ omnia prænūciēs Dauid in spiritu fecit hunc psālmū, & dedit ipsum cātandū choro ipsius Asaphi: eò q̄d dirigitur toti ecclesiæ, & præcepit ipsum cantari ad victoriam vocum cum toto conatu, & cum supradictis instrumentis: eò q̄ lex vocabat Christū vt veniret ad liberādum, & redimēdum genus humanum, prout per omnia illa festa legis figurabatur. In quo quidē psalmo. Dauid excitat omnes fideles veteris testa. & illius status, vt celebrēt illa festa i figura sub fide Christi futuri, vocādo ipsum vt veniat i carnem ad complendum omnia illa misteria per illum mensem septimū, & illa festa figurata, & vt recipiant Christum in suo aduētu cum summa exultatione. Et ex consequenti apostrophat ad fideles no. test. exhortādo, vt cum receperint Christum celebrēt illum septimū mēsem, & illa sabbata, & festa in re, & veritate in hoc mense, & sabbato gratiæ p illa sabbata vete. leg. figurato, & celebrent illa festa cum timpano, & psalterio, & citara euāgelica. Et sic semper iste psālmus est legēdus & cantādus fidelibus cum duplici spiritu. In quo quidem psālmo duo facit Dauid. Nā primò excitat sinagogam pro illo statu ad celebrādum figulariter illa quatuor festa cū illis muficis instrumētis, vocādo Xpm i carnē, vt veniat ad implendū ora illa misteria in veritate. Secundò introducit Christum venientem in carnem vocātem populum Iudeorum, vt audiat eius legem euangelicam, & recipiat ipsum: ibi. In tribulatione inuocasti me.

D Quārūm ergo ad primū dicit propheta. Obnagoga ò populę Israel exultate i hilaritatibus Deo nostro: & iubilate nō diis gentium, sed Deo Iacob, qui est verus Deus. Et in hac celebratione, & cantu sumite psālmū. i. cantate hunc psālmum, & date, percutite timpanum in signum passionis Christi futuri, & pulsate psalterium iucundum. i. libēter, & adimplete decem præcepta cum citarā. cū hymnis, & laudibus. Buccinate cū buccina, & cornu in memoriam sacrificii Abrahæ, & cum tuba neomenia pro gratiarum actione de collectione nouarum frugum, & vindemiarum in hoc festo neomenię, & inligni die solemnitatis vestræ: scilicet in festo solemni

E scœnopegię in memoriam fixionis tabernaculi, quasi dicat: celebrate cum exultatione omnes has quatuor festiuitates cum his quinq; instrumentis &c. Et reddit causam quare, dicens.

Quia p̄ceptū in Israel est: et iudiciū Deo Iacob.

Præceptum est in Israel à domino. Leu. 23. & Numeri. 28. qui præcipit huiusmodi quatuor festa cum sacrificio celebrari, & iudicium est Deo Iacob. Nam sub iudicio, & comminatione maledictionis, & punitionis, hoc præcepit Deus ipsi Iacob. i. populo Israel filio Iacob. Et reddit causam quare Deus instituit ista festa, dicens.

Testimoniū ī Ioseph posuit illud cū exiret de terra Aegypti: linguā quā nō nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cofino seruierunt.

Deus posuit, & instituit illud p̄ceptū, & legē in

A in testimonium, & fœdus, & memoriam ipsi Ioseph. populo Israel, q̄ in Aegypto Ioseph ab Aegyptijs nominabatur: quasi à nobiliori: vt dictum est, ideo dicit q̄ toti Israel posuit hanc legem de festis celebrandis in testimonium, & memoriam: cum exiret de terra Aegypti, quia tunc audiuit ille populus linguā quam nunquām nouerat. Nam nesciebat loquī nisi Aegyptiacē, in qua lingua nutriti fuerant in Aegypto. Sed cum fuerunt in desercto, & in terra promissionis, communicando cum exteris gentibus, didicerunt idiomata & linguas ignotas. Et etiā dicit q̄ Moyses cogebat eos loqui lingua Hebraica, quæ fuerat ab eis oblitioni tradita. Et etiam ille populus audiuit linguam ignotam, cum legem per os Moysi à Deo datam accepit: in qua sunt, &

B ignota, q.d. q̄ Deus instituit hoc præceptum, q̄n eduxit Israel de Aegypto, & docuit nouā legem. Et etiam quia de Aegypto liberatus il le populus diuertit, & remouit dorsum suum ab oneribus: quia ibi seruiebat, & opera vilia exercebat portando onera supra dorsum suū: quia ocs erant portitores onerum per domos pro vili prætio. Et iō sequitur: Et manus eius in cofino seruierunt, quia in cofinis & sportis portabant terram ad faciendos lateres, vt patet Exod. 2. sed ab omnibus his fuerunt diuersi, & subtracti, & liberati tunc. Cum ergo essent in monte Sinai Deus præcepit huiusmodi festa inter cætera præcepta cerimonialia, in memoriam & pro gratiarū actione tanto-

C rum beneficiorum receptorum, & in figurā futurorum, vt dictum est. Ergo benemeritò debent filii Israel tales festiuitates celebrare cum omnibus cerimonijs supradictis. q. d. O filii Israel celebrate huiusmodi festiuitates non solū literaliter cum cerimonijs, sed cum intelligentia allegorica & spirituali, i. desiderate & petite accelerari aduētum Messiæ per himōi misteria figuratum. Et cum venerit recipite eū, qui nos debet à iugo legis & à peccato liberare: & seruate eius legem, & præcepta, quia ista lex verè ibi est finienda, quia ibi est finis & perfectio & veritas. Est tamen ad

D uertendum, q̄ Dauid non solum excitauit festa cum timpano, & psalterio, & citara euāgelica. Et sic semper iste psālmus est legēdus & cantādus fidelibus cum duplici spiritu. In quo quidem psālmo duo facit Dauid. Nā primò excitat sinagogam pro illo statu ad celebrādum figulariter illa quatuor festa cū illis muficis instrumētis, vocādo Xpm i carnē, vt veniat ad implendū ora illa misteria in veritate. Secundò introducit Christum venientem in carnem vocātem populum Iudeorum, vt audiat eius legem euangelicam, & recipiat ipsum: ibi. In tribulatione inuocasti me.

E Quārūm ergo ad primū dicit propheta. Obnagoga ò populę Israel exultate i hilaritatibus Deo nostro: & iubilate nō diis gentium, sed Deo Iacob, qui est verus Deus. Et in hac celebratione, & cantu sumite psālmū. i. cantate hunc psālmum, & date, percutite timpanum in signum passionis Christi futuri, & pulsate psalterium iucundum. i. libēter, & adimplete decem præcepta cum citarā. cū hymnis, & laudibus. Buccinate cū buccina, & cornu in memoriam sacrificii Abrahæ, & cum tuba neomenia pro gratiarum actione de collectione nouarum frugum, & vindemiarum in hoc festo neomenię, & inligni die solemnitatis vestræ: scilicet in festo solemni

F scœnopegię in memoriam fixionis tabernaculi, quasi dicat: celebrate cum exultatione omnes has quatuor festiuitates cum his quinq; instrumentis &c. Et reddit causam quare, dicens.

Quia p̄ceptū in Israel est: et iudiciū Deo Iacob.

Præceptum est in Israel à domino. Leu. 23. & Numeri. 28. qui præcipit huiusmodi quatuor festa cum sacrificio celebrari, & iudicium est Deo Iacob. Nam sub iudicio, & comminatione maledictionis, & punitionis, hoc præcepit Deus ipsi Iacob. i. populo Israel filio Iacob. Et reddit causam quare Deus instituit ista festa, dicens.

Testimoniū ī Ioseph posuit illud cū exiret de terra Aegypti: linguā quā nō nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cofino seruierunt.

Deus posuit, & instituit illud p̄ceptū, & legē in stamenti ad celebrandum ea in re & veritate. Vnde dicit nobis, O ecclesia & populę christiane postquam iam Christus venit, & omnia prædicta misteria in se impleuit, & nos à iugo legis, & peccato, per passionem, & resurrectionē liberauit, exultate ipsi Christo vero Deo adiutori nostro: quia ab omnibus his liberauit nos, & pro gratiarū actione iubilate ipsi, qui est verus Deus Iacob, qui transplantauit sinagogam in ecclesiam & legem in libertatē, & nos à peccato in gratiā. & sumite psālū, scilicet laudem euangelicā, & date tympanū contemplando passionē Christi, & macerādo vestrā carnem per pœnitentiā. Et pulsate psalterium, iucundum, implendo sponte diuina præcepta cum citara. i. cū hymnis, & laudibus, septies in die, & frequenter Deū laudando, & orando. Et buccinate, idest victoriā, & triumphū Christi annunciate in neomenia tuba. i. in noua, & publica euangelii prędicatione: &

G hoc facietis in inligni die solemnitatis vestrę, quod est totum tempus gratiæ. Et buccinate. i. Vocate omnes gentes, & populos ad fidem Xpi. Et isto modo verè, & spiritualiter, & perfectè celebrabitis festa prædicta recipiendo Messiā, & seruando eius legē euangelicā. quia hoc est præceptū, quòd posuit, & imposuit in Israel. i. quod tota illa lex significabat. Nā sicut Moyses eduxit populū de captiuitate, & seruitute Aegypti, ita nos Christus eduxit, & liberauit de captiuitate, & eruitute diaboli, & de tenebris ad lucem, & gratiam. Et sicut illi seruiebant in cofino, & cæteris, ita nos seruiebamus sub iugo legis onere cerimoniarū, & onere peccatorum &c. Et sicut illi liberati à seruitute audierunt nouam linguā, & legē ita nos liberati à iugo legis audiuimus nouā legem euangelicam liberam, & noua & salubria sacramenta. Et ergo per amplius, & perfectius, et verius debem⁹ exultare Deo adiutori nostro Christo, & iubilate Deo Iacob.

Est autem aduertēdum, q̄ i toto libro psālmorum q̄cunq; ponitur Israel sæpius additur Iacob, vt hic. quia præceptum i Israel est & iudicium Deo Iacob. Nam hoc notāter dē ad magnum misterium pro populo Christiano, & ecclesia. Nam primo Iacob, qui erat minor, & vltimus i natiuitate fuit electus, & p̄positus Esaa maiori reprobato. Per hoc significatū fuit q̄ populus Christianus vltimus in tpe, & minor erat præponēd⁹ populo Iudeorū, & eligēdus illo reprobato, hoc est q̄ reprobata sinagoga erat à Christo ecclesia eligēda, &

transplan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A transplantanda. Item sicut Esau vendidit primogenituram ipsi Iacob: ita Iudæi contenentes Christum propter temporalia dimiserũt ecclesiæ primogenitură: & nos subripuimus eis benedictionem &c. Item sicut Iacob postquàm luctatus est cum angelo, & vidit Deũ dictus est Israel, idest videns Deum: ita postq̃ Christus luctatus est in passione cum diabolo: & nos ista per fidé nouimus: tota ecclesia Christi dicitur Israel, idest videns **Deũ**: quia sola ecclesia videt mysteria veteris **legis**, sinagoga manente cęca, & maledicta, & priuata primogenitura. Et ecclesia transplantata successit in hæreditate, & nomine. Ideo verè dicitur Iacob inquãtùm trãsplantata, & electa, & præposita, & succedẽs in hæreditate, & primogenitura, & benedictione. & dicitur Israel
B inquantùm videt Deum. Ex supradictis patet q̃ illa quatuor festa veteris legis iam non debent literaliter pro isto tempore celebrari: eò quòd fuerunt præcepta in figura. Et iam fuerunt mortua, & impleuerunt officium, & cursum suum in Christo: vt dictum est psal. 38. Ideo iam colimus, & celebramus spiritualiter in nouo testamento alia festa per illa supradicta figurata. Sed ista latius patebunt in fine totius libri.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus & contestabor te. Israel si audieris me, non erit in te Deus recens neque adorabit Deum alienum.

Ego enim sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuũ, et implebo illud.

Hęc est secũda pars principalis: in qua ponitur vocatio Iudęorum per Christum incar
C natum, in qua duo facit, Nam primò ponitur vocatio. Secundò ponitur eorum obstinatio, & reprobatio: ibi. Et non audiuit. Quantùm ad primũ tria signa dat Christus Iudæis, qua re debent ipsum recipere. Primò, quia liberauit eos de captiuitate, & tribulatione Aegypti. Secundò, quia liberauit eos de absc̃dito, & submersione tempestatis in mari rubro. Tertiò, quia succurrit eis de potu apud aquã contradictionis: vt patet Numeri. 20. Sed q̃ vt dictum est psalmo. 77. q̃ quicquid adducit ꝓpheta de veteri testamẽto proponit tanquam propositiones vt inferat, & eliciat conclusiones, & veritates no. testa. Ideo ex his figuris, & misteriis propositis intelliguntur, & referuntur tria mirabilia facta per Christum in no. test. Primò, quia eduxit nos per passionem suam de tenebris peccatorum, quæ intelliguntur per Pharaonẽ, & Aegyptum. Iste seducndò, quia liberauit sanctos patres de absc̃dito tempestatis inferni. Tertiò, quia probauit nos omnes, & potauit apud aquam, & peruit nos omnes, & potauit apud aquam, & percussio, quę dicũtur aquę contradictionis, quibus contradicũt Iudæi, & Sarraceni, & ęteri infideles. Et per illas aquas sumus probati & separati ab infidelibus: & refecti, & refecti ab infidelibus: & refecti, & reficerati. Dicit ergo Iesus veniens in carnẽ. Augo populo meus Iudæorum. Nam quondam di populo meus Iudæorum. Nam quondam inuocasti me cum esses in terra Aegypti in tribulatione, & liberaui te de seruitute aegyptiaca: & exaudiui te in absc̃dito tempestatis in mari rubro: quãdo submersi Pharaonem cum exercitu suo: & te illęsum transportaui. Et etiam probaui te apud aquam cõtradictionis, dando tibi aquam de silice: Ita nunc paro modo venio in carnem, vt liberem te de captiuitate diaboli: & exaudiam te liberando in absc̃dito tempestatis inferni: & liberabo sanctos patres qui ibi absc̃diti tenentur. Et probem te etiã apud aquas baptismales, quibus infideles contradicunt: vt probem fidem vestram, & separem vos ab infidelibus. Nam oportet, quòd ista tria mirabilia compleãtur in me: prout in lege veteri fuerunt figurata. Audi ergo populus meus Israel: quia per ista tria testimonia adducta contestabor te, idest
C faciam: quando me in verum Messiam audieris me, & legem euangelicam recepceris, non erit in te aliquis Deus recens: nec adorabis aliquem Deum alienum: sed me tantum qui sum Deus tuus ꝓpitius. Et nota q̃ ista dicta modo sicut dictum est. Alio modo sic. nam dicit Christus apparens in forma hominis. O populę meus Iudæorum si audieris me, & receperis tanquàm Messiam, & adoraueris me, non erit in te Deus recens, nec Deus alienus: eò quòd vides me in forma hominis: imo dico tibi, q̃ sum Deus æternus, & Deus tuus & non alius: sed Deus, & homo: de quo locuntur prophetę quasi dicat adorando me, non adorabis Deum alienum nec hominẽ purũ, sicut putant infideles: imo adorabis verum Deum in humanitate. Nam ego sum ille qui Deus personaliter, & non alius qui eduxi te de terra Aegypti: licet tunc non essem incarnatus. Nam sicut tunc loquebar in angelo, & in

A in Moyse, & in prophetis: ita nunc loquor in carne personaliter assumpta, & sic non sum alius Deus. Ideo sequitur. Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti qui modo venio in carnem: vt educam te de captiuitate peccati, & declarem tibi legẽ: prout tibi Deus promisit. Deut. 18. cum dixit. Prophetã suscitabo de medio fratrum tuorũ simili tui, & ponã verba mea in ore eius: loquetur ad eos quæcunque dixero tibi. Ergo populę meę audi me: q̃a ego sum Deus tuus, & ille ꝓpheta similis tui, homo, & Deus. Et dilata os tuum, & adimplebo illum dantiam. Hoc autem completum fuit in his, qui Christum audierunt. i. in apostolis, & toto populo christiano, quibus Christus reuelauit euangelium, & dedit dona spiritus sancti. Iudæis autem minimè: quibus apostolis dixit. Dum steteritis ante reges, & præsides nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis &c. Ex prædictis patet, q̃ idem Deus locutus est in vtroq; testamento, & fecit miracula: Ideo dicit Iudas in canonica sua, quòd Iesus eduxit populum de Aegypto.

Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.

Hic ponitur Iudæorum obstinatinatio, & ingratitudo, & reprobratio. Vnde dicit Christus, Ego clamaui, & vocaui Iudæos. Primò in persona per tres annos cum dimidio in Iudæa, & Galilæa, allegado supradicta testimonia de me in lege scripta: quãdo dixit. Scruta
C mini scripturas: quoniam ille testimonium perhibent de me. si Moysi crederetis: crederetis forsitan, & mihi: quoniam ille de me scripsit. Io. 5. Et multa dixi eis: sed populus meus non audiuit me, nec vocem nec prædicationem meam: imo occiderunt me. Item secundo vocaui eos per apostolos meos, & Israel non intendit, nec obediunt mihi. Et ideo dimisi eos reprobatos, & obstinatos secundum desideria cordis eorum: subtrahendo eis gratiã, & sic ruerũt in omnia mala. Nã si gratia Dei destituerit hominẽ, tunc appetitus sauciatus inclinatus, & pronus ad malũ ruit ad oĩa scelera. In translatione Hieronimi habetur: Dimisi eos in prauitate cordis sui, & ambulabunt in cõsiliis suis. Et tunc est litera plana.

Nã si quis cõsilius properis ducitur sine gratia: non põt nisi de pcto in peccatum cadere: nec põt esse peior maledictio. Et in hac maledictione sunt positi Iudęi: q̃a à Deo derelicti.

Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitã inimicos eorũ humiliassẽ: & super tribulantes eos misissem manum meã.

Ponit punitionẽ temporalem: nam quia contempserunt Christum messiam, & occiderunt: iõ destructa est ciuitas, & tẽplum eorũ, & ipsi occisi, & captiui per Romanos, & victi: oppositũ tamen fuit de christianis, quia subiecerunt, & humiliauerũt sibi inimicos, & totũ Romanũ imperiũ: ió dicit Christus: Si populus meus Iudęorũ audisset me cũ prædicauit eis per me, & per apostolos meos quadraginta annis, & si Israel in viis meis, & præceptis ambulasset; sumẽdo legẽ euangelicã, pro nihilo. i. ad nihilũ forsitã inimicos eorũ humiliassem. Et super Romanos tribulãtes eos misissem manũ, & potestatẽ meã eos puniendo: sicut punitui eos ꝓpter persecutionẽ christianorũ. Et subiecti eos, & totũ imperiũ ecclesiæ. Et oẽs reges terræ humiliaui sub vmbra ecclesiæ, oppositum autẽ feci de Iudæis: imo dedi fauorem Romanis, qui occiderunt, & captiuauerunt, & ciuitatem Hierusalem, & tẽplum destruxerunt. & ideo sequitur.

Inimici vero mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula.

Vero pro sed: sed inimici domini. s. Iudæi mẽtiti sunt ei negando ipsum: iõ tempus pœnarum, & dãnationis eorũ erit in sęcula, & in æternũ. Vnde nota, q̃ iudęi dicũtur Xpo mẽtiti, eò q̃ Moysi, & Iosue promiserunt sub iuramẽto, & maledictione seruare legẽ, & recipere messiã ꝓmissum in lege Deut. 18. Prophetã suscitabo &c. & sic dicunt mentiti non recipiendo eũ. Item dicuntur mendaces: q̃a dicuntur, & volunt vocari filii Abrahæ, & nõ sunt: cum non recipiant Xpm sibi promissum in Isaac. Item dicuntur mentiti cũ dicunt se seruare legẽ, & nõ seruãt cũ nõ recipiãt Xpm, qui venit legẽ adimplere. Item dicuntur Deo mentiri cum falsò intelligunt, & glosant scripturas sacras peruertendo sensum earum.

Et cibauit illos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos.

Nota, q̃ sententia huius versiculi præcedit superiorẽ. Nã dicit hic ꝓpheta: sicut dñs cibauit illos. s. populũ Israel ex adipe, & pinguedine, & abundãtia frumenti in terra promissio

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nis, & melle de petra saturauit eos: q̃ a in terra promissionis apes mellificant in cauernis; & foraminibus rupium, & petrarũ: ideo dicitur terra manans melle, & lacte: sic ergo dicit ꝓpheta: nũc Xps i aduẽtu suo satiauit eos ex adipe frumẽti, i. sacramẽtũ eucaristię ad cibũ spũalem eis pręparauit, & melle de petra saturauit eos. i. cætera ecclesiastica sacramẽta eis cõstituit dulcissima, de petra lateris Xpi emanãtia ad satietatẽ spirituale. Et eis dedit etiã mel sapiẽtiæ, & doctrinæ, & donã gratiarũ ipse, q̃ dicitur petra eis missus. Et tunc ordinatur sic litera. Xps cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos: & inimici Dei mẽtiti sunt ei tanquã ingrati ipsum non recipiendo. & ideo erit tẽpus dãnationis eorũ in sęcula &c. Itẽ nota, q̃ lex vetus dicitur frumentũ, & lex euangelica dicitur adeps & pinguedo illius frumẽti, siue legis veteris,

B qua pinguedine, & adipe satiauit nos dñs. Ex quibus sequitur, q̃ iste psal. loquitur de vocatione Iudęorũ facta per Christum i carne: & de publicatione euãgelii, per hoc q̃ dicit. Dilata os tuũ, & adimplebo illud. Secũdò sequitur, q̃ loquitur de vltima reprobatione, & dãnatione Iudæorũ, quę facta est per aduentũ Christi: per hoc, q̃ dicit Inimici verò domini mentiti sunt ei: & erit tẽpus eorũ in sæcula: nã dat eis sententiã sine misericordia. Nã in psalmis in quibus explicantur punitiones factæ ante aduentũ Christi, vtputa captiuitas Babyloniæ, aut vastatio Antiochi, semper ꝓpheta orat pro illa liberatione illius populi: vt patet psalmo. 43 & 74. & 78. sed in hoc ps. non orat pro eis: imo prænunciat finalem punitionem: sine liberatione dicens. Dimisi eos

C secũdum desideria cordis eorum. Et erit tempus eorum in sæcula. In quibus demonstrat eorum ꝓpetuam damnationem, & sententiã perpetuã, quæ nõ data est eis, nisi post aduentũ Christi. Ergo totus iste psal. est exponendus de aduẽtu Christi, & publicatione euãgelii, & reprobatione Iudęorum: sed adducit propheta misteria ve. test. vt figuraliter iferat misteria noui test. vt dictũ est. Ex quibus patet manifesta obstinatio, & cęcitas Iudæorum in hoc psalmo. Ideo dicit Augustinus libro de vnico baptismo, q̃ Iudæi sunt mali in bona lege carnaliter intelligentes. Sed Christiani sunt boni in eadem lege spiritualiter sapientes. Nam ex eadem lege Iudæi colligunt cibos carnales, & mortiferos: Christiani vero fructus spirituales, & salutiferos: & ideo lex vetus semper manet bona: si rectè & spiritaliter intelligatur: nec per Iudæorum falsam intelligentiam lex diuina in aliquo depraua

D tur. Nam veritas legis non sumitur ab intellectu intelligentis: sed à Christo qui eam in se verificauit, & impleuit, vt sæpius dictũ est. Ex toto titulo, & expositione huius psalmi possunt recolligi septem conclusiones.

Prima conclusio, q̃ totum tẽpus gratiæ ab aduẽtu Christi, vsque ad iudiciũ est verũ sabbatũ, per sabbata legis figuratum, & verus septimus mẽsis. & tẽpus collectæ, & vindemiarũ spiritualiũ, probatur. Nam in hoc tẽpore cõpleta sunt omnia misteria, quæ per illa sabbata, & festa figurabantur. Nã primò in hoc tempore nos cessamus, & pręcipimur cessare ab operibus legis Moysaicæ, & ab omni opere seruili peccati: & in hoc tẽpore sumus per

E sacrificiũ Xpi liberati, & expiati, & consecrati, sumus propitiationem, & indulgentiam. Et in hoc tempore Christus extorsit nobis vinũ euangelicũ à vinaceo legali: & oleũ ab amurca in torculari euangelico: & separauit granũ à paleis. Et in hoc tempore continue colligimus fructus euangelicos, & frumenta gratia sacramentorum. Et in hoc tẽpore continuè celebramus veraciter, & realiter festa illa, quę illi semel in anno, & septimana celebrabant in figura.

Secunda cõclusio q̃ post aduentũ Christi omnia illa festa cessarunt legaliter, & figuraliter in illo tẽpore: debent cessare ea quę fiebãt in hoc tẽpore: debent cessare ea quę fiebãt figuraliter in illo tẽpore: quia veniente luminare cessat vmbra: & veniẽte veritate cessat figura. Ex quibus sequitur, q̃ falsò modo Iudæi, & in vanum celebrant, & obseruant in

F hoc tempore illa festa.

Tertia cõclusio q̃ iste psal, debet cantari, et illa festa celebrari cũ psalterio euãgelico, & citara: hoc est cum obseruantia pręceptorũ, & fide articulorũ, & gratia sacramẽtorum, & cũ tuba confessionis, & prędicationis euãgelicę: & cum timpano memoriæ passionis. Ex quibus patet q̃ Iudæi moderni non verè cantant istum psalmum, nec celebrant ista festa.

Quarta cõclusio, q̃ religio Christiana verè cantat istum psalmũ, & celebrat illa festa. probatur: quia seruat omnes illas conditiones, & veram intelligentiã illorũ misteriorũ.

Quinta cõclusio, q̃ magis obligãtur Christiani ad seruandũ illa festa in veritate, & spiritualiter: quã illi obligabantur tunc in figura. probatur: quia maiora beneficia recepimus, quia illi fuerũt liberati à seruitute corporali, & spirituales autẽ ab æterna, & spũali.

Sexta cõclusio, q̃ populus iudaicus non solum fuit ingratus Deo in non recipiẽdo Christum: sed etiam mendax: quia fecit mendacem Deum, & legem, & prophetas, per quos Christus fuit promissus.

Septima cõclusio, q̃ propter hoc peccatum Iudęi fuerũt dimissi, & derelicti in adinuentionibus suis per substractionem gratiæ: & iõ manent obstinati vsque ad finem mundi.

PSALMVS. LXXXI.

Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat.

Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

Iudicate egeno, & pupillo: humilem & pauperem iustificate.

Eripite pauperem: & egenum de manu peccatorum liberate.

Huic psal. præponitur talis titulus, i. Psal. ipsi Asaph, ad denotandũ, q̃ Dauid fecit hũc psalmum, & dedit ipsum cantandum ipsi Asaph: eò q̃ dirigit toti ecclesiæ ꝓ Asaph figurãte. Qui quidem psalmus licet sit paruus, & breuis in verbis: tñ est longus in sententia, & magna ad suam intelligentiam in vtroq; testamento: ideo non tædeat lectorẽ tota expositionem inspicere. Ad cuius intellectum est primò notandũ secundum Iosephũ 18. Anti-

C quitatũ, & 2. de bello Iudaico: quòd per 40. annos ante nauitatem Christi resurrexerũt quatuor sectę in Hierusalẽ: inter quas surrexerunt duę principales. Quatuor prima fuit secta Saducęorũ: qui nõ recipiebãt, nisi quinque libros Moysi: & sic spernebant libros ꝓphetarũ, & nuptias, & negabant Angelos esse. Cõtra quos surrexit secta Phariseorum de tribu Simeon qui recipiebant legẽ, & prophetas: & colebant nuptias, & asserebant Angelos esse, & expectabant Messiam futurum ꝓphetas prænunciatum, venturũ ad liberãdum eos temporaliter de iugo Romanorum &c. Isti autem fingentes arctam religionem, & obseruantiam legis erant diuisi à cęteris popularibus, & habitu, & moribus, & modo viuendi: & ideo dicti sunt Pharisęi. i. diuisi. Et q̃a præ cæteris dabãt operam studio legis & prophetarũ: ideo assumpti sunt ad dignitatem iudicialem, accipientes à principibus facerdotum potestatem glosandi, & legendi, & iudicandi iudicia super catedrã Moysi loco illorum. 70. quos Moyses statuit ad causas audiendas, & discutiendas: & litigia sedãda, & dirimenda in populo. Et sic inceperunt ordinare alienas traditiones nouas ad regendum populũ semper ad propriũ lucrũ, & regẽdas diuitias, & impinguandas domos suas. eò q̃ fuerunt assumpti, & recepti ad portionẽ decimarũ, & oblationũ simul cũ sacerdotibus. Cæteri autem iuris, & legis periti de tribu Simeon simul cũ Pharisæis iudicantes, & sedẽtes in catedra Moysi, q̃ nõ seruabãt illã religionem dicebãtur Scribę: eò q̃ simul glossãbant legẽ, & scribebãt traditiones, & decidebant causas, & litigia. Oes ergo isti tã Scribæ q̃ Pharisæi intãtũ sunt abusi sua potestate, ꝓpter ꝓpriũ lucrũ q̃ destruebãt populares di-

E latãdo litigia, & comedebãt domos viduarũ & pupillorũ, & opprimebãt pauperes, & fauebãt diuitibus facti acceptatores personarum. Sed quia in hoc tpe venit Christus, ad quem pertinebat declarare legẽ, & ꝓphetas, & manifestare voluntatẽ patris, recipiens templũ, & legẽ prophanatã ꝓ eos: ideo incepit prædicare cõtra eorũ auaritiã, & tirannidẽ, & diiudicare in tẽplo, & synagogis cõtra Scribas, & Pharisæos: q̃a oia iudicia puerterãt, & bonos mores, & templũ ꝓphanauerant. Et hæc fuit causa, quare moti sunt cõtra eum, & conspirauerunt in necem eius: vt dictum fuit psal. 2. Hoc prænidens Dauid in spiritu fecit hũc psalmum: in quo tria principaliter facit introducendo Christũ loquentẽ. Nã primò exprobrat, & reprehẽdit prauũ, & puersum iudiciũ Iudæorũ, i. Scribarũ, & Pharisæorũ: qđ fecerunt cõtra Chim, & cæteros pauperes. Secũdò prædicit eorũ cęcitatẽ, & obstinationem. Tertiò eorũ punitionẽ. Secũdũ ibi. Nescierũt neque intellexerũt. Tertium ibi. Ego dixi dii estis. Quantùm ad primum est notandũ sicut dictum fuit psalmo 49. q̃ sacra scriptura multotiẽs iudices appellat Deos secundùm officium per quandã participationẽ inquantũ Deus cõmunicat eis officiũ regendi in terris: q̃a ois potestas à Deo est, vt infra patebit. Et sic dixit dominus ad Moysen. Exod. 22. Si latet fur: dñs domus applicabitur ad Deos. Itẽ in codẽ Ad Deos. i. ad iudices vtriusq; cã peruenier, Itẽ in codẽ. Diis. i. iudicibus non detrahes, & principi populi tui non maledices. Et sic Deus vocat eos Deos: inquantùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gerũt, & exercent officiũ ex parte Dei in terris. Et ita pariter Dauid in hoc ps. Scribas, & Phariſęos, & principes ſacerdotũ vocat Deos, eò q̃ ſedebant in catedra Moyſi iudicantes iudicia tanquàm ſucceſſores illorum. 70. quos Moyſes conſtituit ad iudicandum ex cõſilio Ietro, & pręcepto Dei: quorum falſã, & peruerſa iudicia Chriſtus reprehendit, & diiudicat in hoc pſal. „pphetice: prout poſtea diiudicauit principaliter in carne. Dicit ergo Dauid, q̃ Chriſtus Deus, & verus iudex venit in carnem, & ſtetit in ſynagoga, & congregatione Deorum, iudicum Scribarũ, & Phariſęorum, & ſacerdotum qui iudicabant iudicia in ſynagogis ſedẽtes ſuper catedram Moyſi. ſed Chriſtus tanquàm iudex principalis, & verus diiudicat inter Deos, ſ. inter Scribas, & Phariſæos, qui alios iniuſtè, & falsò iudicabant: qui

B diiudicando eos, eorũ praua iudicia reprehendebat, dicens. O Scribæ, & Phariſæi q̃ ſedetis in catedra Moyſi: vſquequo iudicatis iniquè & iniqua iudicia, & facies peccatorum ſumitis. i. perſonas peccatorum acceptatis contra iuſtos, & pauperes: q̃a hucuſq; multos innocentes condemnaſtis, & nocentes, & iniuſtos abſoluiſtis. Iudicate ergo pupillo, & egeno ipſi iuſtitiam miniſtrando, & iniuriam nõ inferendo, ſed in ſua iuſtitia fauendo, & humilẽ, & pauperem iuſtificate, ſin iudicio iuſtũ oſtẽdite: quia qui condemnat innocentem, & iuſtum iniuſtum ipſum apud populum oſtendit. Et eripite pauperem, & egenum, & libera te eum de manu peccatoris opprimentis eum iniuſtè. Sed inter cęteros nolite me ex inuidia iniuſtè ad mortem iudicare, & eripite me pauperem, & egenum, & liberate me de ma-

C nu Pilati: cui me crucifigendum tradidiſtis. Sed ad maiorem intellectum eſt notandum, q̃ Chriſtus in quadruplici ſynagoga dicitur diiudicare, & hoc quadruplici iudicio. Nã primò diiudicauit in ſynagoga. 1. cõgregatione apoſtolorũ, & hoc iudicio diſcretionis diſcernẽdo veritatẽ, & intelligẽtiam legis: vt patet Mat. 5. & 6. & per totũ diſcurſum euangelicũ. Sedò diiudicauit i ſynagoga Scribarũ, & Phariſæorũ, & ſacerdotũ & hoc iudicio exprobrationis, & reprehenſionis, vt patet ẽt per totũ diſcurſum euãgelicũ, & maximè Matt. 12. qũ Phariſæi dixerũt: q̃ in Beelzebub eiiciebat dæmonia, vbi per multas rõnes exprobrauit eorum malitiam, & cęcitatem, & futurã dãnationẽ. Itẽ apud Capharnaũ. Io. 6. vbi diſceptauit cum eis de pane & vino. Itẽ in Hieruſalẽ qũ dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato. Item Mat. 21. & 22. & 23. qũ dixit eis: Vę vobis Scribæ, & Phariſæi. Et quãdo dixit. Super catedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi &c. Et ſic patet qualiter Chriſtus multotiens, & ſæpe ſtetit in ſynagoga Scribarum, & Phariſęorum, & diiudicauit inter eos, eorum prauos mores, & falſam doctrinã reprehẽdendo, & iniqua iudicia, quę faciebant cõtra pauperes, & contra ipſum improperando, & eorũ damnationem, & obſtinationem prædicendo & improperando. Tertiò diiudicauit, & diiudicat Chriſtus in ſynagoga beatorum in cęlo, & occulto iudicio obſtinatos Iudæos ad perpetuam captiuitatem, & ſeruitutem ſpiritualem, in qua ſunt hodie, & etiam ad ſpiritualem condemnando. Quartò iudicabit in fine mundi in medio 12. apoſtolorum, quãdo veniet in poteſtate magna & maieſtate ſic eum dicabit iudicio vniuerſali, & manifeſte inter reges, & ſuos populos, & inter populos, & ſuas oues, & ſic tribuet vnicuique ſecundum opera ſua. Et ſic iſta prima pars principaliter intelligitur de iudicio quo Chriſtus diiudicauit inter Scribas, & Phariſæos contra iniquã iudicia deteſtando, & maximè iniquum iudicium quod fecerunt contra eũ, vnde ait Dauid, q̃ Xp̃s Deus ſtetit in ſynagoga Deorũ. ſiudicũ Scribarum dicens: Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis, innocentes condemnando & prauos abſoluendo: iudicate pupillo, & egeno: humilẽ, & pauperem ipſum iuſtificate: iuſtũ cognoſcite, & eripite me egenum, & pauperem, & inopem, & liberate me de manu Pilati peccatorem, & liberate me de manu Pilati peccatoris, & hominis idololatræ, & gentilis, cui me crucifigendum tradidiſtis. q. d. ſicut liberaſtis Barrabam ſeditioſum, & latronem, & homicidam de manu Pilati volentis ipſum ſuſpendere, ita liberate me egenum, & pauperem, & innocentem, quia nullus veſtrum eſt qui poſſit arguere me de peccato. Sed vultis me interficere, quia veritatem locutus ſum vobis. Io. 7. & 8. & 10. Omnia ergo ſuprædicta poſſunt eſſe verba propheţe incipiendo conſtructionem à ſecundo verſu, vt q̃ dicat ſtatuid apoſtrophãdo. O Scribæ, & Phariſæi ſequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis contra Chriſtum, & pauperes iudicate Chriſto, & vnicuique pupillo, & egenum, & pauperem, & innocentem iuſtificate, iuſtũ oſtendeno. Eripite Chriſtum pauperem, & innocentem, & de manu Pilati peccatoris

A catoris libertate: quoniam Chriſtus Deus ſtetit à ſtabit in iudicio finali: in ſynagoga. 12. apoſtolorum iudicando. 12. tribus Iſrael, & ſic ipſe qui iudicatus fuit à vobis iniquè, iudicabit vos iuſtè ad mortem, & pœnam ęternam &c. Vtroque ergo modo poteſt intelligi, & exponi iſta prima pars huius pſal. ſed prima expoſitio continet plura ſacramenta cò: q̃ continet, & implicat totum diſcurſum euangelicum: & eſt magis conformis literæ, & ſententiæ ſub ſequenti. Deinde cum ſubdit.

Neſciernnt neque intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebũtur omnia fundamẽta terræ.

Prędicit „pphęta cęcitatẽ, & obſtinationẽ Iudæorũ cõceptã cõtra Xp̃m. Ad cuius intelB lectũ eſt primò notãdũ ſicut eſt prędictus põt haberi, q̃ tres cõditiones Iudęorũ concurrerunt in principio ad coniurandũ, & cõſpirãdum in mortem Chriſti. Primò Saducęi ex ignorantia legis, & „pphetarũ: eò q̃ Chriſtus prædicabat reſurrectionẽ, & vitã futurã beatorũ, & honeſtatẽ, & ſtabilitatẽ matrimonii, quæ oia ipſi ignorabãt ex ignorãtia legis, & „pphetarũ, „put Xp̃s oſtẽdit eis Mat. 22. Secũdo cõuenerũt principes ſacerdotũ, cò q̃ prędicabat cõtra corũ auaritiã. Tertiò cõuenerunt Scribæ, & Phariſæi ex odio cõcepto, & inuidia, q̃a omnes flagellauerat & eiecerat de tẽplo, & exprobrauerat eorum vitam ſimulatã & ſuperbiam Mat. 23. Item ſecundò eſt notãdũ, q̃ ſicut illę tres conditiones. ſ. Saducęi, & Scribę, & Phariſæi, & ſacerdotes conuenerũt & cõſpirauerũt ad tractandũ necẽ Chriſti: ita tres conditiones, ſ. omnium conuenerunt ad executionem mortis Chriſti. Primò oẽs ſuC prædictæ tres cõditiones. ſ. Saducęi, Scribæ, & Phariſæi, & ſacerdotes q. tanquàm reũ tradiderũt eũ Pilato ad crucifigendũ. Secdò totus populus ab eis ſeductus, q̃ ſimul cũ eis inſtabat, & clamabat crucifige. Tertiò Pilatus cũ ſuis miniſtris, qui Chriſtũ flagellauit & crucifixit. Et oẽs iſti tàm primi quàm ſecundi cõ uenerunt, & proceſſerunt in mortem Chriſti ex quadã ignorantia: ſed diuerſimodè „put videbitur. Nam quidã proceſſerunt ex ignorantia negationis, quidã ex ignorantia affectata, & ſtionis, & quidam ex ignorantia affectata, & perpetuata: & de omnibus his poteſt intelligi, imo intelligiẽ iſte verſus. Vnde dicit, „pphe ta, q̃ Chriſtus Deus venit in carnem, & ſtetit in ſynagoga Scribarum, & Phariſæorum declarãdo legẽ, & propheras & reprehendẽdo eorũ peccata. Sed tres conditiones hominũ Iudęorum contempſerunt eum in principio D ex quadam ignorantia, & ſic conſpirarunt in necem eius. Nam primò Saducæi neſcierunt ex ignorantia negationis, eò q̃ nõ recipiebãt „pphetas niſi ſolos quinq; libros Moyſi ad literam ſine aliqua intelligentia. Secundò non intellexerũt eum ſacerdotes, & Leuitæ: eò q̃ nõ dabant operam ſtudio legis, & „pphetarũ, niſi ad recipiendas decimas, & oblationes, cætera autem committebãt Scribis, & Phariſæis. Sed tertiò Scribę, & Phariſæi ambulauerunt in tenebris ex ignorantia affectata, & craſſa, & ſpontẽ, & ex induſtria, & inuidia, & malitia perpetrata, quæ occęcauit eos, ne itelE ligerent ſacramenta Dei in ſcripturis, nec doctrinam quam Chriſtus eis prædicauit. Et ſic omnes iſtę tres conditiones Iudæorum conſpirauerũt in necem Chriſti, primi neſciẽdo ſacerdotes non intelligendo: Scribæ, & Phariſæi in tenebris, & malitia, & odio, & inuidia occęcati ambulando. Item iſte verſus, & intelligentia eius non ſolum refertur ad cõſpirationẽ, ſed etiam ad executionẽ necis Chriſti. Nam primò Pilatus, & miniſtri neſcierunt ex ignorantia negationis: quia nunquàm viderunt legem, & „pphetas, nec tenebantur videre, quia erant gentiles. Secundò populares Iudæorum non intellexerunt legem quã intelligere tenebantur, & etiam non intellexerunt doctrinam Chriſti, eò q̃ erant occupati circa negocia temporalia. Sed tertiò Saducæi, Scribæ, & Phariſæi in tenebris ambulauerũt ex auaritia, & inuidia, & odio, & malitia quæ occęcauit eos, ne intelligerent doctrinam Chriſti, nec legis, nec prophetarum, quibus dixit Chriſtus: Scrutamini ſcripturas, quia illæ teſtimoniũ phibẽt de me, & ſi crediderẽtis Moyſi crediderẽtis forſitan & mihi: q̃a ille de me ſcripſit Io. 5. Item Io. 12. dixit Chriſtus eis: Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant, & dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis ſitis. Sed ſubdit euangelica, q̃ cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non crediderũt, vt ſermo Eſa. impleretur. Excęcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, nec intelligãt corde &c. Eſai. 6. Et ſic patet qualiter omnes iſti conuenerunt in mortem Chriſti. ſ. Pilatus cũ ſuis neſciẽdo, & populus Iudæorum ſiue turba non intelligendo, & Saducæi, & Scribæ, & Phariſæi, & ſacerdotes in tenebris odii, & inuidiæ occęcati ambulando. Item tertiò iſte verſus põt intelligi, & exponi referẽdo ad triplicem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cem statum Scribarum, & Pharisæorum. Nã primò ante aduentum Christi nescierunt intelligentiam legis, & prophetarũ, eò q̃ sõlus Christus erat legẽ, & prophetas declaraturus vt patet Deu. 28. Sed secundò quando venit Christus declarans legẽ, & prophetas non intellexerunt, nec voluerunt intelligere, prout dictum est, Sed postquã non crediderunt post passionem, & resurrectionẽ, sed in eadem cęcitate, & malitia, & obstinatione permanere decreuerunt, & in eadem hodie perseuerant: ideo dicit ꝓpheta, q̃ in tenebris ambulãt. Nã primò ambularunt in tenebris obstinationis à resurrectione Christi vsque ad destructionẽ ciuitatis Hierusalem, & vastationem eorum, per quadraginta annos: sed modo ambulant in tenebris vsque ad finem mundi in eadem
B obstinatione semper perseuerãdo, & falsam, & detestabilẽ doctrinã semper addẽdo, & augẽdo. Et subdit: Mouebunt fundamẽta terræ: q.d. q̃ ista cęcitas, & obstinatio durabit, & perseuerabit, vsquequò mouebũtur fundamẽta terræ. i. per 40. annos post resurrectionẽ Christi, vsque ad destructionẽ Hierusalẽ, & totius terrę promissionis factã per Titũ, & Romanos, in qua destructione tota ciuitas fuit euersa, & euersa à fundamentis. Et nõ solum fuit euersa Hierusalẽ à fundamẽtis: sed ẽt multæ aliæ ciuitates Iudeæ, & Galileæ, & totius terræ promissionis, vt ait Iosephus in libro de bello Iudaico. Item non solum ambularunt in tenebris cęcitatis, & obstinationis, vsque ad destructionem Hierusalem à fundamẽtis, sed ẽt ambulant in tenebris perseuerando in sua
C malitia addẽdo dolorẽ super dolorẽ, & apponẽdo iniquitatẽ super iniquitatẽ, & mala malis vsque ad finẽ sæculi: qñ mouebuntur fundamenta totius terræ. Nã post passionẽ Christi diabolus egressus a populo gentili assumpsit septem spiritus, & hæreses nequiores se, & ingressi habitarunt in populo Iudaico. Et sic facta sunt nouissima illius peiora prioribus: semper addendo mala malis. Ad cuius intelligentiam est vlterius notandum, q̃ illa supradicta doctrina detestabilis Scribarum, & Pharisæorum perseuerat hodie inter Iudęos modernos, tanquã morbus hęreditarius cũ augumento Talmudicæ prauitatis. Vnde Pharisęi ante aduentum Christi solum deprauauerat scripturas quod ad præcepta pertinentia ad iudicia, & oblationes inquantùm adtrahebant, & glossabant ad lucrum suum fingendo religionem, vt patet Mat. 23. sed post resurrectionem Christi videntes Scribæ, & D
Pharisæi manifestatã resurrectionem per miracula apostolorum, & qũo multa millia hominũ cõuertebantur ad Christũ, confitentia ipsum esse Messiam in lege promissum, tunc confusi, & malitia occęcati, excogitauerunt immittere deterius venenũ & fermẽtum ad corrumpendum sacram scripturã vt. ꝛc. per uertendo legẽ, & prophetas à vero sensu, eo lẽdo probare, quòd Christus in lege promissus non debebat esse Deus, sed purus homo: & quòd tantum erat venturus ad liberandũ illum populum de captiuitate temporali Romanorum, & ad conferendum eis bona temporalia. Sed vt suam perfidiã fortius posset astruere asciuerunt in societatẽ suã quendã E
Necromanticum nomine Mair genere Idumæum, & fecerunt ipsum proselitum prædicum, & fecerunt ipsum proselitum prædicum, & fecerunt ipsum proselitum prædic

Universidad de Deusto
Biblioteca

A detestabilis doctrinæ Mair, & Talmudistarũ. Sed est aduertendum, q̃ licèt ista cęcitas, & obstinatio Iudęorũ sit irremissibilis respectu totius synagogæ, vsque ad iudicium: tamen particulariter est remissibilis respectu aliquorum. Ad cuius intellectum est notandum: q̃ voluntas hominis tenet medium inter volũtatem Dei, & diaboli ratione consultationis & electionis. Nam voluntas Dei est omnino immutabilis in sua electione, cum non indigeat cõsultatione: eò q̃ sua duratio sit interminabilis, & tota simul. Et sic omnia videt, & præuidet simul, & sic peccare non potest. Sed quia voluntas diaboli non elegit sine præuia consultatione: ideo per totã morã consultationis potuit errare sua electione dum fuit viator secundum q̃ fuit mutabilis ad vtrumlibet. Sed postquã semel elegit, mansit immutabilis in sua electione. Et ideo boni Angeli
B fuerunt confirmati in gratia post electionẽ: & mali manserunt obdurati, & irreuocabiliter obstinatũ in peccato suo. Et illud peccatũ est eis irremissimibile. sicut est in eis irreuocabile: eò q̃ peccauerũt in termino suę vię. Sed quia voluntas hominis tenet mediũ inter voluntatẽ Dei, & Angeli. ió ita est mobilis post electionẽ, sicut ante ad retractãdũ qđ elegit, & eligendũ opppositum bonum vel malũ: qa tota vita hois est via, vsque ad terminũ mortis: vt postea dicetur. & sic nunquã peccat in termino vsq; ad mortẽ inclusiuè: & semper eius pctũ perpetratũ in vita est remissibile: Et ideo pctũ primorũ parentum fuit remissibile: quia peccauerunt in via. Et sic pctũ cuiuslibet Chriani est remissibile vsq; ad mortẽ exclusiuè: eò q̃ vsq; ad illũ terminũ comi
C tatur ipsum gratia Christi in virtute: rõne caracteris, quẽ accepit in baptismo. Secus autẽ est de Iudęis q̃ totaliter resistũt gratię Chri, qui noluerũt recipere caracterẽ Christi: qui frequẽtissimè in Christianis est causa recuperandæ gratiæ, & caritatis per peccatum actuale perditæ, & amissæ. Imo vltra pœnã ignorantiæ inflictæ in Adã perpetrarũt sibi cęcitatem & obstinationẽ propter mortẽ Christi, & legis euangelicæ, & doctrinę eius: imo etiã procurarũt sibi falsã doctrinã Pharisaicã, & Talmudicam, quæ magis reddit eos hebetes, & ineptos, & indispositos ad lumen veritatis capessendum propter contrariam indispositionẽ inflictã, & affectatam, & perpetratam. Et sic manet pctũ eorum de se irremissibile, eò q̃ cęcitas corũ est indelebilis: nec habẽt in se aliquã dispositionẽ, nec captitudinẽ ad gratiam recipiendã, sicut habẽt Christiani post pctũ cõmissum: quia restat Christiano peccatori caracter Christi, & fides informis: per quã est captus ad recipiendam gratiã, & caritatẽ, & ad faciendã pœnitentiam. Et sic peccatũ synagogæ, & cęcitas manet indelebilis, & obstinata, vsque ad Antichristum: sed ex hoc non tollitur quin Deus quadam gratia speciali possit aliquos Iudæos particulariter illuminare, simul remouendo velamen cęcitatis, & disponendo, & gratiam conferendo, sicut frequenter fieri videmus: sed tota synagoga simul in tenebris ambulat vsque ad Antichristum: sicut dictum est.

Ego dixi dij estis: & filij excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

Hæc est tertia pars, i qua prędicit punitionẽ Iudæorum, propter eorũ ingratitudinem: quia Christus venit de cœlo & factus est homo: vt eos ex hominibus Deos faceret, & filios Dei: sed ipsi noluerunt Christũ suscipere imo voluerũt tanquã hoies manere. & quod deterius est, effecti sunt filii diaboli. Christũ occidẽdo. Ad cuius intellectũ est primò notandum, q̃ licèt sola trinitas personarũ sit unus De⁹ per naturã: tamẽ quadrupliciter alius De⁹ per naturã: tamẽ quadrupliciter aliqua creatura põt fieri, & dici De⁹. Primo modo p personalẽ vnionem: & sic solus hõ Christus dicitur Deus, & factus Deus: quia fuit assumptus à verbo in vnitatem personæ. Secundo modo põt aliquis fieri, & dici Deus: per mysticã incorporationẽ ad Christũ, & per vnionem gratiæ fidei, & caritatis. Et sic omnes fideles tanquã membra Christi qui est Deus: dicũtur dii, & facti dii per vnionẽ mysticã ad Christũ Deum & hominẽ. Tertio modo quis potest fieri, & dici Deus per participationem gloriæ: inquantũm Deus est, & erit omnia in omnibus in illa cælesti gloria. primæ ad Corint. 15. Et sic soli beati comprehensores sunt dii tã homines quã Angeli. Quartò aliquis potest dici Deus per participationẽ, & officiũ inquantũ Deus cõmunicat alicui potestatẽ regendi, & gubernandi, & iudicandi in terra: & sic omnes reges, & principes, & prælati dicuntur dii in scriptura, & omnes iudices: vt dictũ est: quia omnis potestas à domino Deo est. Ideo dicit Christus Pilato: Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset de super. Ioan. 19. Et non solũ iudices, & rectores dicuntur dii in terra: sed etiã

Michael dicitur quis vt Deus: cœlo secundum officium regendi, & gubernandi ex parte Dei. Ex supradictis patet, q̃ nulla creatura potest esse Deus, nisi per quandam participationem alicuius diuinę perfectionis: in quantum Deus communicat alicui creaturæ aliquam perfectionem sibi propriam per essentiam. Et sic inquantũ cõmunicat suam iudiciariam potestatem regibus, & principibus in terra: & prælatis ecclesiasticam potestatẽ, & claues discernendi, & ligandi, atq; soluendi, & sacerdotibus ministrandi sacramẽta, facit eos Deos secundum officium. Et sic etiam homines facit Deos communicando suam sapientiam. Et sic Apostoli dicuntur Dii, quibus Christus communicauit, & nota fecit eis quæcunque audiuit à patre. Ioãnis decimo quinto. & ideo dicit Aristoteles. 1o. Ethicorũ, q̃ inquantùm possumus, debemus conari attingere cognitionẽ substantiarum separatarum, & imitari Deũ, vt possumus per sapiẽtiam: qa vt sic efficimur quasi Dii. Itẽ Christus cõmunicando nobis suam gratiã, & meritа suæ passionis nos fecit Deos per mysticã vnionem, & cõmunicando suam gloriam, & beatitudinem nos fecit Deos per æternã frutionẽ. Et sic patet quòd licèt solus Deus trinus & vnus sit Deus per naturam: tamen homines potest facere Deos per participationẽ gratię, & glorię. & sic dicit Boetius tertio de consolatione prosa. 8. Nam quoniã beatitudinis adeptione fiunt homines beati: beatitudo vero est ipsa diuinitas: diuinitatis adeptione beatos fieri manifestũ est: sed vti adeptione iustitię iusti, & adeptione sapiẽtiæ sapientes fiunt. ita diuinitatem adeptos Deos simili ratione fieri necesse est. ois igitur beatus Deus est. sed natura quidem vnus: participatione vero nihil prohibet esse plurimos. Secũdò est notandum, q̃ sicut Deus fecit tripliciter homines Deos. s. per personalem vnionẽ, & misticam incorporationem, & per participationem gratię, & glorię &c. Ita pariter fecit homines filios Dei tripliciter. Nã primò Deus fecit Christũ hominẽ filium Dei naturalem per personalem vnionem ad verbum: quia tota illa persona dicitur vnus filius Dei naturalis. Secundò fecit omnes fideles filios Dei adoptiuos per adoptionem: inquantũ sunt Christo incorporati per misticam vnionem, & fidem, & gratiam. Nam sicut vnus est filius Deus naturalis: ita Christus verus Deus, & homo est vnus Chri-

stus misticus cum omnibus membris fidelibus suis ut pluries dictum est. Ergo sequitur, q̃ sicut omnes fideles per talem misticã vnionem ad Christum dicuntur dii non naturaliter nec personaliter: sed per participationem gratiæ, & talis vnionis: ita pariter dicuntur, & efficiuntur filii Dei non naturales: sed adoptiui, & per adoptionem. Tertiò ex consequenti nos fecit filios Dei per suæ gloriæ participationem, & communicationem: sic quibus patet, quòd solus Deus fecit Christum hominem Deum, & filium Dei naturalẽ per personalem vnionem: sed Christus Deus, & homo caput ecclesiæ fecit oẽs fideles Deos, & filios Dei per regenerationem baptismalem, & misticam vnionem, & glorificationẽ: quia dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioãnis primo. Quòd autem per talem regenerationem, & incorporationem omnes fideles sint facti Dii, & filii Dei, & vnus Christus cũ capite suo Christo vero, & vnum cum Deo: ostendit saluator Ioannis. 17. in oratione ad patrem: cum dixit. O pater ego pro eis sanctifico meipsum: vt sint, & ipsi sanctificati in veritate. non pro his autem rogo tantũ, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnũ sint: sicut tu pater in me: & ego in te: vt & ipsi nobiscum vnum sint. Et ego claritatem, quã dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnũ: sicut & nos vnum sumus, & ego in eis: & tu in me: vt sint consummati in vnum &c. Ex quibus verbis dicit Augustinus: quòd non solum nos facti sumus ipse Christus, q̃ ipse Deus sed ipse Christus, & ipse Deus factus est nos: & sic sumus facti Dii, & filii Dei per talẽ vnionẽ ad Christum: & sic cum ipso sumus, & concrucifixi, & consepulti, & conglorificati, & in eo baptizati, & cum eo consurreximus: vt ait Apostolus ad Roma. 6. Ex omnibus supradictis patet: q̃ tota causa Christum veniendi in mundum fuit, vt homines ex hominibus Deus faceret: vt inquit Augustinus super Ioãnem. Et quia omnes homines portabant imaginem ipsius Adam terreni: ideo venit secundus Adam de cœlo cæleste ad auferendam imaginem ab hominibus Adam terreni, vt portarent imaginem cælestem, vt ex hominibus Deos faceret: suã imaginem imprimendo: primæ ad Corinthios decimoquinto. Item Christus lux venit in mundum: vt ab hominibus Iudæis tenebras auferret, sed ipsi tanquàm homines terreni, & carnales dixerunt magis tenebras peccatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A catorum, in quibus ambalabant q̃ lumen veritatis: qđ prædicabat, & docebat: quia erãt eorũ mala opera. Ioannis tertio. Et sic magis voluerunt manere hoies quàm fieri dii. Item dixit eis. Ioannis duodecimo. Ego sum lux mundi: ambulate in lucem: vt filii lucis sitis. Sed ipsi maluerũt esse, & manere in tenebris & filii tenebrarũ, & filii diaboli, quàm filii lucis, & filii Dei: qa cum tanta signa fecisset in eis, & coram eis non crediderunt. Ita cum multi de popularibus crederẽt, & baptizarẽtur propter doctrinã, & miracula Christi: tamen Scribæ, & pharisæi consilio Dei spreuerunt non baptizari, vt dicitur Lucæ septimo. Et sic patet qualiter Christus voluit Iudæos ex hoibus Deos, & immortales facere, & peccatum ipsius Adam cum suis pœnis, & pœnalitatibus ab eis auferre: & imaginem gratiæ, & gloriæ, & diuinitatis eis imprimere per baptismũ: & filios adoptiuos Dei facere. sed ipsi voluerunt in suo peccato tanquã hoies, & filii hominũ manere: supra quod peccatum addiderũt homicidiũ Christi: & sic facti sunt filii diaboli, eius desideria adimplendo, vt patet Ioãnis septimo. Et ideo qa Scribæ, & pharisæi cum suis sequacibus noluerunt à Christo illuminari, nec à peccato liberari: sed sub obligatione ipsius Adã manere mortales, & per homicidium, & obstinationẽ voluerũt diaboli fieri: inde est, q Xps punivit eos pœna ipsi Adam comminata, & inflicta: quia duplici morte eos puniuit: scilicet tẽporali, & æterna, & puniuit eos pœna diaboli. Nã sicut eiecit diabolum de cælo, & substituit homines successores hæreditatis cælestis: ita pariter C eiecit Iudæos à sedibus suis, & à regno, & sacerdotio, & redegit eos in perpetuam seruitutem per mundũ dispersos, & priuauit eos cælesti hereditate: & tradidit eam populo gẽtili ad fidem conuerso. Et hoc est quod intendit dicere Dauid in hac tertia parte in persona Xpi sub paucis verbis. Vñ ait Christus. O miseri Iudei ego dixi dii estis, & filii excelsi oẽs, i. ego deliberaui de cælo in mũdũ venire, & carnem assumere, & me hominem mortalẽ fieri. vt vos omnes essetis, & efficeremini dii: & filii Dei excelsi, idest vt vos deos facerẽ per participationem, & gratiam: & filios Dei per adoptionẽ, & noluistis. Vnde ego veni lux in mundũ, declarando legẽ, & ꝓphetas: sed nescistis nec intellexistis ex ẽcitate affectata & perpetrata ꝓpter vestra mala opera. Et sic dilexistis magis tenebras quàm lucẽ, & decreuistis tanquàm obstinati in tenebris ambulare. Itẽ ego volui vos liberare à seruitute peccati, & diaboli, quando dixi: Si filius Dei vos liberauerit, vere liberati eritis, sed noluistis liberari ab obligatione, & pœnis peccati ipsius Adã, nec à seruitute diaboli, nec à iugo legis, imo respondistis: Nos semẽ Abrahę, & liberi sumus, & nemini seruiuimus vnquã Ioa. 8. & sic noluistis esse vere liberi, nec hert mecum filii Dei: sed filii diaboli proponẽdo me occidere, & fuistis facti filii diaboli desideria eis adimplendo. Nã sicut ille fuit ab initio homicida: ita voluistis me occidere, ne sup ipsũ regnarẽ proponendo, & etiã primos parentes in vtranq; mortẽ pręcipitãdo, ita vos fuistis homicidę me interficiẽdo, & illũ imitãdo. Nã diabolus ab initio proposuit, & debẽrauit me occidere: sed vos tanq̃ filii, & imitatores per effectũ, desideriũ eius consummastis, & implestis. Et ideo pœnas vtriusque, ipsius Adã, & diaboli pendetis, & luetis, & patiemini. Nam primò sicut homines, & filii Adam moriemini in corpore, & anima, postquam in eius peccato, & in obligatione permanere voluistis, & nõ liberari. Secũdò sicut Lucifer vnus. 1. primus de principibus paradisi cadetis, & non solũ à dignitate sacerdotali, & vestra terrena ciuitate Hierusalẽ, sed etiã à cælesti hęreditate cadentes in ęternam pœnã infernalem destinabimini cum diabolo, cuius filii, & imitatores esse voluistis, & in cuius obstinatione permansistis. Et nota quòd supradictus versiculus cum sua intelligentia allegatur à salutore. Ioan. 10 cõtra Iudęos arguentes ipsum de blasphemia: qa seipsum filiũ Dei dicebat vnde ait. Nõne scriptũ est in lege vestra, Ego dixi dii estis, & filii excelsi oẽs? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est: & nõ potest solui scriptura, quẽ patet sãctificauit, & misit in mundũ, vos dicitis: quia blasphematis quia dixi filius Dei sum? Si nõ facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autẽ facio, & mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Ex his verbis videtur Christus confirmare nõ solum dictũ prophetę, sed omnia q̃ dicta sunt in hac parte. s. qũo ipse est filius Dei naturalis missus in hunc mundũ, vt nos deos faceret. Et quomodo oẽs illi ad quos sermo Dei per Christum factus est, & crediderunt in eũ, sunt dii per mysticã vnionem, & filii p adoptionẽ, & regenerationẽ. Et quomodo illi, qui non crediderunt manent in

A nent in obligatione, & mortalitate ipsius Adã tanquàm homines, & in seruitute, & tenebris diaboli tanq̃ filii eius. Deinde cũ dicit. *Surge Deus iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.*

Dauid petit vltionem de Iudæis, & cõuersionem populi gẽtilis. Vnde ostendit, q sicut pœna Iudęorum fuit similis pœnæ hominis & diaboli quantùm ad casum: quia vterq; cecidit ab hæreditate: ita successio hęreditaris, & reparatio ruinæ Iudæorum fuit similis reparationi. Nam sicut Christus reparauit ruinam diaboli per iustificatos de filiis Adam, qui per gratiam: & fidem Christi, & humilitatem successerunt in hæreditatem cælestem amissam, & perditam à diabolo per superbiã & rebellionem, & inuidiam: Ita pariter Christus per conuersos ad fidem de populo gentilis præparauit ruinam synagogæ. Nam populus gentilis ad fidem conuersus successit, & adeptus est hęreditatem cęlestem, quã Iudæi perdiderũt per inuidiam, & auaritiam, & homicidium perpetratum contra Christum, & per obstinationem, in qua perseuerant, sicut eis Christus prędixit Matt. 8. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorũ. Filii autem regni deiicientur in tenebras exteriores. Item Matthæi. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur gẽti facienti fructus eius &c. Hoc est ergo, quod intendit dicere Dauid in hoc vltimo versu. Vñ ait. O Christe Deus & homo surge à mortuis, & iudica terram, i. condemna homines Iudęos terrenos, qui cælestis contempserunt, & terrena elegerunt, & sicut homines, carnales viuere, & manere voluerunt, & ab obligatione Adam nõ liberari, sed in ea manere statuerunt. Et ideo priua eos non solum terrena: sed etiam cœlesti hæreditate, de qua cecidit diabolus, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus, idest in cęteris populum gentilem ad tuam hæreditatẽ, à qua eiecisti Iudæos propter suam iniquitatem, & rebellionem, & inobedientiã, & homicidium, & obstinationẽ. Sententia etiã huius vltimi versus conuenit cum primo. Quasi dicat. Quia Scribæ, & Pharisæi iniuste te ad mortem condemnarunt, & fuerunt peruersi iudices, pupillos, et viduas, et pauperes, egenos expoliando, & personas diuitum accepiendo, & absoluẽdo, & innocentes condemnando, Ideo surge primò à mortuis, & iudica eos ad æternam pœnam priuando eos tua hę

reditate, & conferendo eam omnibus te recipientibus. D

Ex toto isto psalmo possunt recolligi quinque conclusiones. Quarum

Prima est, q Christus diiudicauit Scribas & Phatisæos, eorũ falsam doctrinam, & peruersa iudicia exprobrãdo in primo aduẽtu:

Secũda conclusio. Quòd Iudęi ante aduẽtum Christi legem nescierunt: & Christum legem declarantẽ intelligere noluerunt, & post passionem Christi in sua obstinatione, & tenebris vsq; ad destructionem Hierusalẽ ambulauerũt, & ambulãt vsq; ad finẽ mũdi.

Tertia conclusio. Quòd Christus venit vt Iudęos deos, & filios Dei faceret, sed ipsi recusauerunt, & in suis peccatis, pœnis manere maluerunt.

Quarta conclusio. Quòd Iudæi sunt puniti pœna diaboli, & ipsius Adam tanquam B imitatores eorum.

Quinta conclusio. Quòd gentiles ad fidẽ conuersi repararunt ruinam Iudæorũ, & successerunt in hęreditatem eis. Quia prophetа Dauid in persona Christi videtur comparare peccatum crucifixorum Christi, & ipsius synagogæ peccato diaboli, & ipsius Adã quantũ ad pœnam, cum dicit: Vos autem sicut Adã moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis: ideo videtur, quòd hoc peccatum fuerit simile illis etiã quantùm ad culpam, & reatũ: quia pęna est effectus reatus. Et primò est videndum quod, & quale fuit peccatum diaboli, ex quo videtur quomodo peccatũ synagogæ fuit simile illi quò ad culpam, & modum. Secundò videbitur quod, & quale fuit primorum parentũ, & in quo differt à peccato diaboli: ex quo videbit quomodo, & in quo peccatum synagogæ fuit simile peccato ipsius Adam, & in quo differt ab eo. Tertiò videbitur qũo pœna synagogæ est similis pœnę diaboli, & ipsius Adã, & in quo differt ab vtraque. F

Quantùm ad primum est notandũ, quòd ista quęstio, & materia est valde difficilis, primo: quia Moyses non scripsit nec explicuit peccatum, & casum diaboli, eò quòd nõ pertinebat ad eum: eò quòd sacra scriptura est via in Christum tanquàm redemptorem hominis, & finem legis, & prophetarũ, sed quia solus homo erat redimendus per Christũ, & non diabolus: ideo solum descripsit peccatũ & casum hominis, & non diaboli. Iõ in paucis locis scripturæ ve. te. memorat pctũ diaboli, & quasi per accidẽs. s. Esa. 14. inquantũ

Esaias

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Esaias assumit parabolam ex casu luciferi cõtra regem Babilonis dicens: quõ cecidisti Lucifer &c. Et Ezechiele. 28. contra regem Tiri. di. Tu signaculum similitudinis &c. vt patebit, sed in no. test. hoc magis, & clarius explicat saluator Ioan. 8. dicens de diabolo, quòd ab initio homicida fuit & in ueritate non stetit &c. Item Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem Item apoca 11. Factum est prælium magnum in cœlo. Et ideo beatus Augustinus per coniecturas altissimè pertractat hanc materiã super Gen. & li. 11. & 22. de ciuitate. Et magister in secundo dis. 7. Et ibi omnes scolastici doctores medio altissimo, & subtilissimo cum verbis obscuris, & difficilibus in eũ modum quem simplices capere non possunt. Sed quia expositio huius libri, & iste labor nõ est p me assumptus

B pro peritis: sed pro simplicibus, vt dictum est in principio: ideo oportet me procedere per terminos plenos, & itelligibiles: vt simplices sacerdotes, & catolici capere valeant. Et semper cum correctione, & sub determinatione sanctę Romanæ ecclesię est dicendum, quòd quasi omnes doctores conueniunt in hoc, q diabolus peccauit per superbiam, quæ est appetitus propriq excellentię, & peruersæ celsitudinis secundũ Augustinum. 11. de ciuitate Dei. Et omnes conueniunt in hoc, q appetiuit equalitatem Dei, propter illud. Es. 14. Statuã solium meũ super astra cæli, & ero similis altissimo. Itẽ pp illud Aug. super psal. 68. q Adam, & Eua vt diabolus volentes rapere diuinitatem perdiderunt felicitatẽ. Itẽ in quæstionibus no. ac ve. test. q diabolus elatione inflatus voluit esse vt Deus &c. Item in

C hoc conueniunt, quòd diabolus peccauit ex electione, & p consequens creatus in tanta perfectione non potuit eligere nec appetere aliquid simpliciter impossibile. Et iõ est videndũ, si aliqua æqualitas alicuius creaturę ad Deũ sit possibilis quã diabolus potuerit appetere. Ad hoc est dicendũ, q inter res duplex potest æqualitas cõsiderari quantũ ad prędes spectat. Vna dr æqualitas æquiparetiæ, & cõmẽsurationis. Et altera æqualitas cõiicatiõis alicuius proprietatis, & pfectionis. Prima æqualitas nullo modo põt esse, nec cõsiderari: nec itelligi inter aliquã creaturã, & Deũ, qa talis solũ est inter diuinas personas: quia æqualiter commensurationes sunt coæternæ, & coomnipotẽtes &c. Et nũquam talẽ æqualitatẽ potuit Lucifer appetere nec etiã intel

D ligere cũ sit simpliciter impossibilis. Secunda aũt æqualitas est possibilis. Nã possibile fuit vt verbum assumeret humanitatem Christi vnitate personæ. Et per consequens, q cõmunicaret ipsi suam proprietatẽ personalẽ, & p consequens esset filius Dei naturalis: & p cõsequens, q cõicaret ipsi idiomata eorũ q sunt Dei. s. q simul cũ verbo illa humanitas adoretur, & cõglorificetur, & colatur. & q dicatur creator &c. Et q esse mediator inter Deũ, & oẽs angelos, & homines, & q cõicaret ipsi nõ

E oẽs angelos, & homines, & q cõicaret ipsi nõ solũ iudiciariã pẽtem sup angelos, & homines sed imperiũ super oẽs creaturas, & super totũ vniuersũ, sicut videmus esse factũ, & cõplemẽ in Christo: vt patet per totũ discursũ euangelicum. Vnde talis æqualitas nõ est simpliciter impossibilis, qa semp importat aliquam minorationem: qa Chris semp manet minor patre, & minor tota trinitate secm humanitatem assumptam, sed semper dr similis Deo eo modo, quo dictum est: qa semp illa humanitas cooperabat cum verbo circa illa mirabi-

F lia faciẽda: vt ait Damascenus. Diabolus ergo licẽt i principio nõ potuerit appetere primã æqualitatẽ ad Deũ: tñ potuit appetere secundã qa potuit appetere imperiũ vniuersi, & totũ illud, quod habuit Chris i sua incarnatione, & ascensione. s. accipere imperium vniuersi, & sedere à dextris Dei, & i potioribus bonis gloriæ. Sed hoc diabolus non potuit appetere nisi peruerse, & contra voluntatẽ Dei: quia solum Christum ad hoc prædestinauerat ab æterno: vt non solũ per personalẽ vnionẽ, sed etiam per mortẽ, & passionẽ illã celsitudinẽ mereretur. s. imperiũ mundi: & vt esset triũphator, & redẽptor, & glorificator gñis hũani. Sed Lucifer appetiuit supradictã celsitudinẽ, & imperium, pbat ratione, & autoritate. Nã licẽt Lucifer non fuerit præscius sui casus ante lapsum, nec etiam casus hominis, cũ fuerit scius misterii incarnationis filii Dei, quia nõminus fuit releuatum ipsi q̃ hoi, qui i illo tempore prẽnouit incarnationẽ, vt inquit Aug. Et per consequens Lucifer vidit solium, & sedẽm præparatã supra totã naturã angelicam pro Christo homine futuro, cui erat tradẽda imperiũ super totam naturam angelicam, & super oẽm creaturam, absque hoc, q sciuerit misterium passionis, & redemptionis humanæ: quia diabolus ignorando casum hominis ignorauit etiam misterium passionis Christi, & humanæ redemptionis: sed non ignorant misterium incarnationis, & exaltatio

nis

A nis humanitatis Christi: & sic habuit occasionem peruerse appetendi. Vnde in hoc conueniunt oẽs doctores, & Lucifer appetiit summã celsitudinẽ, & æqualitatem quę sub Deo potest esse, & intelligi, sed talis est celsitudo, quã Christus possidet in vnitate pſonæ verbi, sedens in potioribus bonis patris cum imperio totius vniuersi, ergo illam appetiuit diabolus, sed hanc non potuit appetere nisi contra voluntatem Dei, & deuiando à diuina voluntate, quæ est lex æterna in cuius cõformitate consistit ois vera iustitia. ergo hoc non potuit facere diabolus sine peccato, imo dicunt aliqui quòd omnibus angelis fuit posita lex qualiter Deus præparauerat illam sedem pro Xpõ hoie à verbo personaliter assumẽdo: cui credendũ erat imperiũ vniuersi, cui Deus decernebat, & volebat vt oẽs angeli, & creaturæ obedirẽt, & simul cũ verbo eũ addorarent, &c. Cui legi Lucifer cũ suis sequacibus noluit obedire, imo solium, & sedẽ Christi attẽtauit & præsumpsit occupare, & vsurpare, ideo cecidit: angeli autem cæteri diuinæ legi, & voluntati obedientes manserũt in gratia confirmati, & tunc ex viatoribus iã facti sunt cõprehensores, & beati videntes Deũ per gloriam. Sed quòd Lucifer attentauerit vsurpare sedem Christo præparatã supra totam euangelicam naturã, probatur per illud Isa. 14. cũ ait. Qũo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo. In cælo ascendam, supra astra cæli exaltabo solium meũ, & in monte testamẽti in laterib⁹ aquilonis Ascendã super altitudinẽ nubiũ, & similis ero altissimo &c. Ex quibus patet, q supra sedes omnium beatarũ creaturarũ statuit cõ

C scendere vsque ad æqualitatẽ Dei, vbi nulla est nisi sedes Christi, qua celsitudine sub Deo maior nequit intelligi rõne vnionis, superq̃ sedem, & celsitudinẽ sedet virgo Maria rõne maternitatis super oẽa alia astra cæli, & sup totã angelicã naturã. Hãc ergo celsitudinem p̃cauit diabolus occupare absq; meritis ex sola nobilitate, pprię naturę qđ fuit oppositũ de Xpõ homine q per humilitatẽ, & labores passionis voluit illã sedẽ adipisci: qđ vult explicare Paulus ad Philippenses secũdo, cũ ait. Hoc n. sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: q cũ in forma Dei esset: nõ rapinam arbitratus est se esse æqualẽ Deo, sed scipsũ exinanuit formã serui accipiẽs, & habitu inuentus vt hõ. Quasi dicat, q diabolus in principio per rapinã supra suam naturam, & con

D tra volũtatẽ Dei voluit absq; meritis rapere æqualitatem Dei, & illam sedẽ Christo præparatam: sed oppositum fecit Christus vt Deus qui cũ esset deus factus est homo, & sic sicut diabolus voluit tenere exaltari: ita vt Deus voluit humiliari, & fieri homo: & inquãtum humiliauit semetipsum obediens patri vsq; ad mortem crucis, propter quod Deus pater dedit illi nomen, quod est super oẽ nomen. s. Iesus saluator: quod est nomen omnipotẽtię & iustitiæ: & gloriæ &c. sicut dictũ est ps. 8. vt in nõie Iesu omne genu flectatur cælestiũ terrestriũ, & infernorũ: qa tradidit ipsi imperiũ totius vniuersi, quod diabolus absq; meritis cõtra voluntatẽ Dei præsũpserat cũ rapina occupare. ex supradictis patet, q diabolus illud non fecit absq; inuidia cõcepta contra Xpm, postq̃ pręuiderat illam sedẽ præparatã pro hoc Chro homine futuro, ergo illico appetiuit mortẽ, & annihilationẽ Christi: quia

E præuidit Christum regnaturũ, & inuidit, & sic concepit homicidiũ, & appetiuit mortem contra Christum. Hoc voluit etiã explicare saluator Io. 8. qñ dixit de diabolo, q ab initio ille homicida fuit, qñ in veritate nõ stetit: qa non solum fuit homicida præcipitãdo Adam in mortem, sed prius fuit homicida appetendo mortem, & annihilationem Christi ne illã celsitudinẽ, quã ipse desiderabat consẽderet, & possideret. Et ideo Lucifer postq̃ fuit expulsus, & deiectus, illicò venit ad tentãdũ, & decipiendũ hoiem, putans impedire misteriũ incarnationis: ne Christus secundũ carnem ex Adã nasciturus illam celsitudinẽ conscenderet: & ne Adam cũ suis posteris sedes, quas Lucifer cũ suis perdiderat, possideret. Iã sic patet, q diabolus prænidit Chrm

F regnaturũ in cęlo & inuidit ipsi. Tenuit ergo diabolus Luciter talem ordinem in suo peccato. Nam primò ipse considerauit nobilitatem suæ naturæ super oẽs alias creaturas. Et sic amauit seipsum cũ sua delectatione, & sic appetiuit imperiũ vniuersi. Exinde nouit sedem præparatam pro Christo futuro dño totius vniuersi, & tunc peruerso appetitu contra Dei voluntatẽ appetiuit illã sedẽ, & celsitudinẽ Xpi. Et exinde ex tali superbia cõcepit odiũ, & inuidiã cõtra Christũ. Vltimo vero facta cõiuratione cũ suis statuit, & præsũpsit cõscendere solium Xpi in contẽptũ Dei. prędidit ergo Christũ incarnandũ, & regnaturum & inuidit, & odiuit eũ. Secundo decreuit sedem eius vsurpare cõtra volũtatem. Sed tũc

Michael

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Michael obediēs Deo deiecit dra cōē de cælo cum magna parte stellarū, vt patet Apoc. 12. Et sic patet, q̄ pēcm̄ eius fuit cōsummatū: incipiendo ab amore sui vsq; ad contēptum Dei. Michael aūt cū cęteris iceperūt ab amore Dei vsq; ad contēptu sui: vel à contēptu sui vsq; ad amorē Dei: obedientes diuinæ volūtati. Et sic manserūt in gra cōfirmati: & facti sunt beati per gloriā. Et sic patet, q̄ pēcm̄ diaboli incepit à superbia, quæ est initiū oīs peccati: & finiuit in inuidiā, & odiū, & etiā homicidiū cōtra Chm̄. Et sic est dicendū, q̄ pēcm̄ diaboli fuit inuidia cōcepta contra Chm̄: ex appetitu peruersæ celsitudinis contra volutaté Dei. Ex quo pēcō manserunt tria scelera ppetua in diabolo. Primò: qa mansit obstinatus nō cognoscens reatū suū nec culpā. Secū dò mansit in indelebili inuidia, & odio contra Chm̄: q̄ residet in illa sede, & celsitudine, & B contra oēs homines, qui succedūt possident sedes per humilitatē, quas ipsi perdiderūt p superbiā, & ingratitudinē, & ió illico descēdit ad tentādū hoiem in paradiso: & assidue tentat hoies, vt sint Deo rebelles, & faciat eos sibi socios esse pœnarū. Tertiò: qa diabolus sēper māsit in illo appetitu dominādi, & vt adoretur ab hominibus ex inuidia Chri. Et sic sē per laborauit adorari. Et sic itroduxit idolatriā: & detestabiles ritus, & superstitiones in mundū, & semper nititur hoies deducere ad artes magicas, & sortilegia, & sacrilegia nefanda. Et sic diabolus quotidie, & iugiter parit iniquitatē, quā in illo peccato concepit contra Christum, & hoc de peccato diaboli. Quantum ergo ad secūdum, Aug. super illud psalmi. 68. Quæ nō rapui tunc exoluebā: vi- C detur dicere q̄ eodem peccato peccauit Adā, & diabolus volendo rapere, & vsurpare diuinitatem. Nam diabolus quia ante voluerat rapere diuinitatem, qñ dixit: Statuam solū meū, & ascendam super astra cæli, & similis ero altissimo &c. alle idem propinauit de cælice superbiæ suæ primis parentibus quādo dixit: Qua hora comederitis, eritis sicut dii &c. Et sic diabolus in soueam, & in idem genus peccati procurauit præcipitare primos parētes suadendo, vt præsumerent rapere diuinitatem sicut ipse. Et ideo dicit Augu. quòd Adā & Eua volentes rapere diuinitatē: amiserunt felicitatem &c. Sed ista verba Augustini sunt ad bonū sensum intelligenda: sicut ipse declarata se super Gen. Nam diabolus toto esse conatus est deducere ipsos primos parētes in peccatum suum, & in sacrilegium, dicendo, quòd si comederent essent sicut dii in æqualitate. Sed hoc forsan non credidit Adam: sed comedit, vt gereret morem vxori, & ne displiceret ipsi, & ne destitueretur solatio. Et sic Adam non voluit directè rapere deitatem sed indirectè, inquantùm hoc sequebatur ex verbis diaboli, cuius votum secutus est Adā comedendo cibum prohibitum, imo indirectè fecit Deum mendacem, & inuidū, vt dictum est psal. 13. Et ideo aliqualiter indirectum est psal. 13. Et ideo aliqualiter indirectè peccatum hominis fuit simile pēcō diaboli. Sed fuit magna dissimilitudo, qa non eam tàm iniquo proposito à mala voluntate fuit cōmissum, licet fuit graue propter inobedientiā, & ingratitudinē, & propter effectū: quia omnes posteros infecit &c. His habitis ponit prima conclusio. s. q̄ peccatum synagogæ fuit quasi per omnia simile peccato diabolico ad obiectū, & inuidiā, & alia annexa. ꝓbat. Nam peccatū diaboli incepit a superbia, & præsumptione propriæ excellentiæ, & naturę, & prorupit in inuidiā conceptā cōtra Xpm, & exinde seduxit oēs alios sequaces ad propositū sui cū fraude, sed in ordine hos peccatū fuit synagoga scribarū, & pharisęorū, & fecit dotū. igitur per omnia fuit simile. Minor fuit superius deducta, minor probatur. Nā quādo Christus dixit Iudęis. Ioan. 8. Si filius vos liberauit, vere liberi eritis &c. Respondent dicentes. nos semen Abrahę sumus, & nulli seruiuimus vnquam. Ex quo patet, q̄ cōtępserūt gratiā Dei: præsumētes, & gloriantes de propria carnali natura, putantes meritis, & viribus propriæ naturę posse liberari, & sāluari, & nulli peccato fuisse subiectos, & ió respondit Christus dicens. Amen dico vobis, qui facit peccatū, seruus est peccati. & sic patet, q̄ peccauerunt ex superbia. Item. 2. peccatum Iudæorū fuit simile peccato diaboli: quò ad obiectū, & inuidiā cōceptam contra Xpm, q̄ patet Ioan. 11. Nā qñ viderūt, q̄ resuscitauerat Lazarum, dixerūt, nil facimus, ecce totus mundus vadit post eum. Ideo expedit, vt vnus moriatur pro populo &c. Et sic Caiphas detexerit inuidiā, quā iam ante cōceperant contra Christum, & cōspirarunt omnes in necem Christi. Et hoc impropecauerat eis Christus. Ioan. 8. dicens. Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere, ille homicida fuit ab initio &c. quasi dicere, ille ab initio desiderauit me occidere ne regnarem super eum. Et ideo vos tāquam membra

A membra, & filii diaboli vultis complere desiderium eius: me occidendo. Et sic patet qualiter peccatum Iudæorum nō solum fuit simile peccato diaboli: imo fuit idē peccatū à diabolo ab initio inceptum, & desideratū, & per Iudæos tanquàm per mēbra, & filios eius consummatū: quia eundem Christum Iudæi crucifixerunt, quem diabolus ab initio occidere desiderauit, ne super ipsum regnaret: & cuius sedem ascendere attentauit: vt dictum est. Itē tertio peccatum Iudæorum fuit simile pēcō diaboli quò ad mendaciū, & sacrilegium. Nā sicut diabolus in veritate non stetit: sed cum mendacio seduxit suos complices: & cū mendacio seduxit primos parentes faciendo Deū mendacem, & inuidum, verba eius falsò glossando dicens, nequaquàm moriemini: scit enim Deus, q̄ qua hora comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum, & malum &c. Ita pariter ergo Scribæ, & Pharisæi nō steterunt in veritate qñ non crediderunt Christo qui, est prima veritas. Et fecerunt Deum mēdacem, & legem, & ꝓphetas quādo negarūt Chm̄: quē Deus promisit in lege, & ꝓphetis, & fuerunt mēdaces quando populū simplicem deceperunt, & ad suā perfidiā deduxerūt. Et sic patet qualiter peccatū Iudæorū fuit quasi p omnia simile peccato diaboli, quò ad culpā, & obiectum, & modū. Et ideo dixit eis Christus. Vos ex patre diabolo estis, & cætera. Secunda conclusio, q̄ peccatum iudæorū non solum est simile quò ad culpam, sed etiam quò ad obstinationem, & malitiam inueterata, q̄ batur. Nam sicut diabolus post peccatū, & casum mansit obstinatus in eadem inuidia, & malitia contra Christum, non cognoscēs reatū suum, intātum q̄ semper desiderat ipsū occidere in se vel in suis fidelibus, & semper affectat diuinos honores, & adorari ab hominibus, & ideo semper inducit homines ad infidelitatē, & artes magicas, & blasphemias, & cætera scelera, vt Deū offendāt, & ne possideāt illud regnum cęlorum per gloriam, & humilitatem, quod ipse perdidit per superbiā. Ita pariter Iudęi semper manent in eodem odio contra Christū, & fideles suos, intātum quòd Scribæ, & Pharisæi nūquàm voluerūt cognoscere reatum suum, imo quanto magis diuulgabat fama resurrectionis Iesu Christi, et ei⁹ diuinitatis, & maximè in die pē. per receptionem spiritus sancti in apostolis, & per cętera miracula: magis occęcabātur in sua perfidia & obstinabantur in iram, & in odium contra Christum, & apostolos. Ideo persequebantur eos, vt patet per totum discursum Act. apostoloram. Vnde intantùm manent obstinati in odium, & iram, & inuidiā contra Christū, q̄ nō solū placet eis, q̄ patres eorū occiderint Christum, sed omnes isti successores desiderāt ipsum occidere, Et quia ipsum nō possūt habere, ideo quasi quolibet anno crucifigunt aliquem Christianum in memoriam eius, putātes occidere Christum in illo Christiano, prout pluries compertum est in diuersis partibus mundi, sicut dictum est psalmo sexagesimo septimo. Ex quibus patet qualiter manet eadem iniquitas, & odium cōtra Christū tanquàm morbus hæreditarius in Iudæis modernis successoribus illorum. Ex quo manifestè cōcluditur, q̄ peccatū Iudęorum est simile peccato diaboli: quo ad obstinationem, & odium inueteratum cōtra Christum, & suos fideles. Tertia conclusio, quòd peccatum Iudæorum, est simile peccato diaboli quò ad pœnam. Nam triplex est pœna, scilicet damni, & vermis, & ignis. Pœna dāni eius est quia perdidit locum, & beatitudinem naturalem, quam in illo statu viæ possidebat, & beatitudinem glorię sibi supernaturalem, quā fuisset adeptus, si stetisset, et paruisset, quam beatitudinem possidēt angeli boni. Pœna aūt vermis eos magis affligens est, quando vidēt hoies in tātos inferiores in natura possidere per gratiā & humilitatem, quod ipsi perdiderunt per superbiam. Pœna autem ignis eorum est, ille ignis inferni: qui paratus est diabolo, & angelis eius. Matth. 25. Talis ergo fuit, & est pœna triplex Iudæorum ex illo peccato. Nam primò perdiderunt ciuitatem locum, & sacerdotium, exules, & dispersi, & captiui per mundū, & non solū perdiderunt ista bona tē poralia: sed ēt bona spiritualia, & cęlestē beatitudinē, quam fuissent consecuti si Christo paruissent, & credidissent. Secūdò patiuntur pœnam vermis quādo vidēt, q̄ ipsius reprobatis, & abdicatis populus gentilis ad Chm̄ cōuersus possidet gratiā, & gloriā, quā ipsi perdiderunt, & hoc est qđ magis eos affligit: qa vident, q̄ Christiani conuersi ex populo gentili adorāt, & colūt Deū Abrahā, & Isaac, & Iacob, & nominant noie Israel, & sēmē Abrahæ, &c. Tertia est pęna ignis quā Iudæi patiūtur simul cum diabolo, & angelis eius, prout dixit eis Christus. Matth. 8. quòd multi venient ab oriente, & occidente, & recūbent cū Abraham Isaac, & Iacob in regno cælorum.

Filii

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Filii autem regni eiicientur foras, & mittentur in tenebras exteriores, & in caminũ ignis. In quibus verbis Christus explicat triplicẽ pœnã illius populi, scilicet damni, & vermis & ignis. Ex quo patet, quòd peccatum Iudæorum est simile peccato diaboli, quo ad culpã & pœnam. Quarta cõclusio. Quod peccatum Iudæorum fuit simile peccato Adæ quãtum ad translationem in posteros, & successores, probatur. Nam sicut Adam peccando obligauit se, & posteros suos ad mortem corporis, & animæ, & perdidit originalem iustitiam cum suis promissis pro se, & suis, & per generationem carnalẽ transmisit culpam in posteros cum suo onere vt dictum est psalmo. 13. & 45. Ita pariter Iudæi crucifigentes Christum quando dixerunt, Sãguinis eius super nos, & super filios nostros, obligauerunt se, & omnes

B nes posteros suos ad culpam, & pœnam illius peccati, quod manifestè videmus esse factum quo ad pœnas temporales, in quibus iugiter laborant, & affliguntẽ prout dictum est, & etiã quo ad pœnas spirituales, quia in eadem obstinatione, & cęcitate perseuerant, & in eadẽ pœna damni, & vermis in præsenti, & ignis in futuro, nisi conuertantur. Ex quibus patet, q Iudæi moderni duplici peccato, & pœnæ, & seruituti sunt subditi, & obnoxi. Primò peccato ipsius Adæ cum omnibus suis pœnis, & damnis, postquàm per Christum nolunt liberari. Secundò subiiciuntur peccato suorum progenitorum, qui Christum crucifixerunt, & hoc cũ omnibus maledictionibus scriptis psal. 34. & 68. & 108. Et sic peccatum Iudęorum includit peccatum diaboli, & peccatum ipsius Adã, ex quo noluerũt liberari, sed addiderunt homicidium Christi super illud &

C vltra hoc addunt obstinationem & proteruitatem, & sic est grauissimum. Quinta cõclusio. Quod peccatum Iudæorum est dissimile peccato diaboli quantum ad remissionẽ. Ad cuius intellectum est notandum, q diabolus fuit viator à primo instanti creationis vsque ad suam ejectionem, & casum: & ejectio eius fuit terminus eius viæ, & sic est dicendum, q peccauit in termino, & per consequens ex inde post casum peccatum eius manfit irremissibile carens loco, & spatio pœnitendi. Secus fuit de homine: quia semper fuit viator in illa paradiso, & manfit viator post lapsum vsq; ad mortẽ, & sic non peccauit in termino sed in via, cuius spatium pœnitendi non terminatur nisi per mortem. Et ideo peccatum homi-

D nis fuit remissibile, & peccatum diaboli irremissibile. Ita pariter est dicendum de peccato Iudæorum. Nam licet tota synagoga in cõmuni nõ conuertatur vsque ad vesperã mundi prout dictum est: tamen quilibet Iudæus est viator vsque ad mortem suam, in quo spatio potest cõuerti, & baptizari, & effici membrum Christi. Vnde Actu. 2. dixit beatus Petrus Iudæis crucifixoribus. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum &c. Et baptizati sunt illa die tria millia, & postea multo plures. Ex quibus pater quòd peccatum Iudęorum remissibile est particulariter vnicuique per baptismum, & pœnitentiam vsque ad mortem. Tota ergo sententia huius psalmi est, quod Christus Iuluis Dei cum abæterno esset Deus venit in

E mundum, & factus est homo. vt ex hominibus deos faceret per gratiam, & participationem: & ex filiis Adam carnalibus, & peccatoribus & seruis faceret filios Dei adoptiuos, & liberos, & immortales, & spirituales. Sed Iudæi noluerunt Christum intelligere, nec homines eius recipere, sed in primo peccato ipsius Adæ tanquàm homines carnales manere. Et supra peccatum ipsius Adę addiderunt homicidium iniustum Christum occidendo. Et facti sunt filii diaboli, & membra eius adimplẽdo desiderium antiquum diaboli: quia homicidium Christi, quod ab initio diabolus desiderauit, Iudæi de facto adimpleuerunt, & cõsummauerunt. Et puniti sunt pœna hominis, & diaboli. Nam mortui sunt duplici mor-

F te, scilicet corporis, & animæ secundum sententiam datam in Adam. Et puniti sunt pœna diaboli tanquàm filij, & membra eius, quia ceciderunt à bono temporali præsenti, & à cęlesti futuro ipsi promisso. Et populus gentilis successit in eius hæreditatem per gratiam, & gloriam Christum recipiẽdo. Vnde sicut synagoga cęcidit ab omnibus supradictis bonis præsentibus, & futuris, & incidit in omnia mala cõtraria, item gentilitas per fidem surrexit ab omnibus malis, in quibus erat, & successit in bonis, à quibus cęcidit diabolus, & synagoga. quia gentilitas facta est hæreditas Dei per fidem, & consecuta est cęlestem hæreditatem per gloriam. Et in hoc consistit tota sententia, & intelligentia huius psalmi.

PSALMVS. LXXXII.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus. Titulus

A Titulus. Psalmus cãtici ipsi Asaph. p hoc, q dicitur psalmus cantici ostenditur, q cantabatur voce humana simul cum instrumẽto musico. per hoc autẽ, q dicitur ipsi Asaph ostenditur, q dirigitur toti ecclesię quæ petit vltionem de persecutoribus suis. Ad cuius intellectũ est notandũ, q Dauid qui sem per optauit scire discursum illius populi, & templi qđ præceperat ędificandum per Salomonem. & totius regni, & ciuitatis Hierusalem: quam ipse ampliauit: præuidit in spiritu qualiter ille populus erat multipliciter affligendus à Caldæis, & finitimis propter peccata eius. Et maximæ præuidit obtestionem, & vastationem per Nabucodonosor. Et vastationem per Antiocum. Et præuidit etiam eorum finales

B punitiones. In quibus vastationibus præuidit in duplici spiritu persecutionem, & vastationem ecclesiæ faciendam per Mahometũ, & Antichristum. Vnde præuidit in spiritu, quòd sicut istę nationes Arabum scilicet Agareni, & Isinaelitæ, & Amalechitæ, & Moabitæ, & Amonitæ &c. semper infestarũt, & vexarunt illam Hierusalem, & terram Israel terrena. ita postea recipientes sectam Mahometicam debebant infestare, & vexare, & vastare Israel, & Hierusalem spiritualem scilicet ecclesiam Christi. Vnde sicut ecclesia Christi fuit incoata in illa Hierusalem terrena, & exinde derivata, propter quod dicitur vera Hierusalem & Israelita pariter illa maledicta secta Mahome

C sectam receperunt omnes Turci, & magna pars Tartarorum: qui simul cũ Arabibus modò persequuntur ecclesiam. Vnde illæ primę persecuciones fuerunt figurę huius persecutionis ecclesię: quæ modo fit per Sarracenos. Et sic etiam præuidit punitionem temporalem, & æternam eorum. Et ideo Dauid propter has persecutiones ecclesiæ principaliter fecit hunc psalmum in quo dum facit. Nam primò per modum quærelæ explicat, & prædicit destructionem ecclesiæ faciendam per Mahometum, & suos. Secundò petit vltionẽ in vindictam: ibi. Fac illis sicut Madian. Quã

D tum autem ad primum est notandum: quòd anno domini sexcentesimo vigesimo imperãte Constantino filio Heraclii Ormisda Rex Persarum filius Cosdroæ Christianus rebellauit contra Constantinum prædictum, & cõtra totum imperium Romanorum. Tunc imperator Constantinus misit capitaneos, & duces suos, & copias contra regem Persarum, & posuit cõductores in Damasco, & Antiochia cum copia pecuniarum; qui conducerẽt milites, & armigeros contra Persas. Tunc venerunt multę nationes ex Arabia, scilicet Idumæi, & Sarraceni, & Isinaelitę. Et multæ alię nationes Arabum quę vagabantur per Arabiam, & Sitiã, & Aegiptum, furto raptuq; viuentes. Isti autem venerunt Damascum vt conducerentur, & stipendium Romanorum acciperent: quibus conductores Romanorũ, & Grecorum responderunt: q aurum Romanorum non erat dandum canibus, & seruis: quales Arabes erant: sed liberis, & nobilibus græcorum, & latinorum: tunc Arabes indignati recesserunt à Damasco, & nunciauerunt hoc verbum omnibus nationibus, & societatibus Arabum, qui omnes congregati in finibus Syriæ, & iuxta Iordanem: inceperunt rebellare contra Romanos, & fines Romanorum vastare, & subiugare. Et vt hoc facilius possent adimplere: elegerunt in principem Mahometum virum callidum, & malitiosum, & impurum. Et sic ceperunt omnes terras quas Romani in Arabia petrea possidebant. Et intrarunt Syriam, & ceperũt Damascum Metropolim omnium ciuitatum Syrię. Et processerunt per Syriam, & Aegiptum vastando, & subiiciendo ciuitates imperii Romanorum. Accidit eodem tempore, q in Arabia, & Syria, & Aegipto laborabant multæ sectæ Hereticorum: maximè secta Nestorij; qui ponit in Christo duas personas per se diuisas: dicit enim quòd Deus habitat in Chri-

E sto non personaliter vnitus: sed tanquam in viro perfecto. Laborabat etiam secta Berilli Bostrancæ ciuitatis Arabię episcopi: qui dicebat Christum ex spiritu Dei esse genitum: tamen totaliter incepisse à Maria matre eius, & esse purum hominem: nisi inquantũ pater naturalis habitabat in eo. Laborabat etiam tunc temporis Iacobitarum secta: quia ponũt vnam tantũ naturam in Christo: Et simul baptizantur, & circunciduntur. Laborabat etiã ibi tunc temporis secta Manicheorum, qui dicunt Christum mortuum non fuisse: nisi ex quadam apparentia: Sed quia papa Romanus simul cum patriarca Gregorio excommunicauerat prædictas sectas, & quia prædi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctæ sectæ recesserant à latinis, & græcis: ideo adhæserunt libenter Arabibus, & Sarracenis, vt eos defenderent ab imperio, & papa Romano. Et sic in breui Sarraceni occuparunt Hierusalem, & totã Syriã, & oẽs tres Arabias, & Aegyptum inquantùm hæretici dabãt eis introitũ per omnes ciuitates cõtra catholicos. Et sic factus est fortis exercitus Sarracenorũ. Tunc Mahometus excogitauit qualiter posset retrahere Arabes suos à ritu, & cultu Romano catolicorũ. Vnde excogitauit nouũ modũ colendi Deum. Et dixit ꝙ Deus reuelauerat sibi modum qũo Deus debebat adorari, et coli. Et ædificauit templum in Damasco qđ mesquitam vocant. Et ibi docuit omnes sui exercitus adorare. Et præcepit mesquitas ædificari per totã Arabiam, & remoueri cruces ab ecclesiis, & oratoria, & auferri calices, &
B cætera vasa argentea, & aurea, & cætera iocalia ecclesiarum, & exinde processit cõtra Persas. Et occupauit totum regnum Persarum, & totã Mesopotamiam, & Caldæam. Mahometo aũt mortuo eius exercitus fuit diuisus in tres partes. Nam Abdalla Moralif cum magno exeritu venit versus occidentem, & occupauit totam Aphricã, & etiã Hispaniam, destruẽdo, & vastando omnes ecclesias. Et omnes subiectos cogebat seruare sectam Mahometi. Quæ quidẽ secta fuit cõposita p Sergiũ, qui erat de secta Nestorii, et per alios. 12. qui ex quatuor sectis. s. ex secta Nestorii, & Berilli, & Manichæi, & Iacobi Alcoranũ suũ cõposuerunt. Et sic dicũt Christũ esse filium Dei genitum ex spiritu Dei, hominem, & nõ Deũ. Et ꝙ in die passionis non fuit ipse mortuus, sed de medio iudæorum raptus est in cęlum. Et ꝙ alius similis ipsi fuit captus per Iu
C dæos, & crucifixus. Et sic ẽt vt placerent Iacobitis præceperunt Sarracenis circuncidi. Et hanc sectam Sarraceni cogunt obseruare omnes sibi subiectos. Vnde sicut multi ex quatuor supradictis sectis adhæserunt Mahometo: ita compositores Alcorani qui erãt de supradictis sectis, vnusquisq; posuit aliqd de sua secta. Et apparuit illa bestia multiformis & diuersis & fœdis depicta coloribus, quã bestiam Daniel pardũ appellat cap. 7. vt dictũ est psal. 73. Sed quia Iacobitæ & Nestoritæ liberè, & sponte se Sarracenis subiecerunt, & eis introitum per ciuitates prębuerunt: ideo Sarraceni permiserunt eos liberè viuere in suis sectis, & libertatibus vsque ad præsentẽ diem p totam Agyptum, & Syriam, & Mesopotamiã, & Armeniam, & Persiam, & Mediã D vbi reperiuntur in maximo numero tãm Nestoritæ quàm Iacobitæ. Ex alia autem parte exercitus Sarracenorum constituit ducẽ Homar generum Mahometi qui cepit oẽs gentes orientales vsque ad Indum. Et sic omnes subiectos coegit seruare sectam Mahometi. Et destruxit omnes ecclesias catolicorũ, vel ex eis mesquitas fecit. Postea anno domini millesimo. 63. venerũt Turci, & receperũt sectam Mahometicã. Et sic sub illo nomine occuparunt omnes Armenias, & Asiam minorem, & totam Græciam. Anno aũtem millesimo ducentesimo duodecimo surrexerũt Tartari, & subiecerunt sibi omnes Indias, & totã Scythiam vsq; ad Tanaim, & Borysthenem, & ad fines Ruteniæ: quorum Tartarorũ maior pars suscepit sectam Mahometicã. Ex quo patet, ꝙ ista maledicta secta, quę incepit in Arabia per Idumæos, & Ismaelitas, & Agarenos, & Amonitas, & Amalechitas, & extermi-
nos Arabes, destruxit, & vastauit quasi totam religionem Christianam, & ecclesiam catholicam vsquæ præsentem diem. Et hoc est qđ intendit dicere Dauid in hoc psalmo. Vnde dicit. O Christe Deus, & homo: quis similis erit tibi in potentia, & virtute? quia non solummodo eris homo. sed etiam Deus, & cognoscetur omnipotentia tua cum veteris ad puniendos inimicos tuos scilicet Mahometum, & Antichristum.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt venite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra.

Quoniã cogitauerunt vnanimiter, simul ad uersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.

Moab, & Agareni Gebal, & Amon, et Amalech: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Et enim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filijs Loth.

Quoniam ecce inimici tui. s. Mahometus, & Antichristus extulerũt caput, & superbiã, & prosperati sunt & multiplicati. Et extulerunt regnum suum, & dominium super totã orbem, & malignauerunt. i. malignum consilium fecerunt super populum tuum Christianum. Et cogitauerunt consilium malum aduersus sanctos tuos Christianos. Vnde illi inimici tui deliberauerunt, & dixerunt: veni te, & disperdamus eos. s. Christianos de gente. Et nomen Israel. s. Christianitatis, quę per Israel intelligitur: non memoretur vltra, sed destruatur tota religio Christiana. Vnde dicit, inimici tui extulerunt caput: quia Idumæi & Ismaelitæ, & cæteri Arabes infra nominati extulerunt caput: quia Mahometum, & Turcum: & etiam Tartarum, & Antichristum in principem, & prælatum exaltauerũt, & constituerunt. Et hic super populum Christianorũ malignauerunt, vt ex diuersis sectis, & hæresibus sectam Mahometicam conficerent. Et hoc est consilium malum. & falsum quod aduersus sanctos tuos cogitauerunt, immania tormenta eis inferendo, & diuersis pœnis eos afflictiendo. Hoc dicit: quia Sarracenis multa millia sanctorum monacorum, & eremitarum, & sacerdotum in Aegypto, &
B Mesopotamia, & Siria martirio coronauerũt. Vnde dixit Antichristus, & Mahometus: venite disperdamus fideles de gente, idest de mundo. Et Israel scilicet ecclesia catolica vltra non nominetur: sed totaliter extinguatur, & eradicetur. Quoniam omnes isti inscripti: scilicet tabernacula Idumæorũ, & Ismaelitæ, & Moabitæ, & Amonitæ disposuerunt, & moti sunt ad vastandum testamẽtum Dei, & totam ecclesiam. Vnde est notandũ, quòd omnes istæ nationes hic nominatæ habitabant in Arabia, & congregatæ sunt cum Mahometo ad vastandum ecclesiam in principio illius sectæ. Et sic subiecerunt maiorem
C partem mundi: quibus adhæserunt Tartari, & Turci. Vnde nota, quòd Idumæi habitant vltra Iordanem in principio Arabiæ petreæ, & isti communiter habitant in tabernaculis, & tentoriis: quoniam descendunt ab Edon fratre Iacob: qui vagabatur cum tentoriis cum suis gregibus, & armentis: Ismaelitæ sunt filii Ismaelis filii Abraham de ancilla: Amon, & Moab sunt filii Loth nepotis Abrahæ, à quibus denominantur Moabitæ, & Amonitę: omnes isti habitabant in Arabia petra: Agareni sunt etiam filii ipsius Agar: & omnes isti tãm Ismaelitæ quàm Agareni habitabant in Arabia: qui postea nominati sunt Sarraceni occupantes sibi nomen ipsius Sarræ, cum sint filii Agar ancillę. Gebal, & Amalech pariter habitabant in Arabia propè terram promissionis. Item Alienigenæ sunt Philistæi, qui erant intra terram promissionis. Et habitantes Tyrum pariter sunt congregati cum Mahometo. Item Syrii siue Assyrii a-

A dhæserunt Mahometo: ideo ponuntur hic D principales. Et ideo dicitur, quòd venerunt in adiutorium filiis Loth, ideſt Amonitis, & Moabitis. Vnde licèt omnes isti nominati denominentur à nominibus primorum, qui inhabitarunt Arabiam scilicet Ismael Edon, & Moab & cætera. tamen tempore Mahometi omnes erant Christiani licèt laborarent in diuersis hęresibus, & sectis: sed indignati propter supradictam contumeliam eis dictam: quia vocati sunt canes à conductoribus Græcorum, & Latinorum: ideo rebellauerunt: & Mahometo, & eius sectę adhæserunt. Et ideo ponuntur primi persecutores ecclesiæ in hoc psalmo, vnde habuit ortum illa secta, & à quibus est propagata per totum orbem.

Fac illis sicut Madian, & Sisarę: sicut Iabin in torrente Cyson.

Disperierunt in Endor: facti sunt, vt stercus B *terræ.*

Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.

In hac secũda parte propheta implorat diuinam vindictam petens vltionem de supradictis persecutoribus ecclesiæ dicens. O domine Iesu fac illis, ideſt omnibus Mahometanis, qui vastauerunt ecclesiam tuam, sicut fecisti Madian, & Sisare in torrente Cyson. Quasi dicat. Fac vt populus Christianus superet eos sicut Barath debellauit Sisaram ducem Iabin prope torrentem Cyson, quem Sisaram Iabel interfecit in tentorio, vt patet Iudicum. 3. Qui quidem inimici disperierunt in Endor, ideſt in illo loco prope Cison. Et facti sunt, vt stercus terræ, quia cadauera eorum putrida traxit torrentes Cyson, & man- F serunt in sepulta putrida, vt stercus terræ. Iudicum. 5. Et fac etiam, vt populus Christianus superet eos sicut Gedeon vicit Madianitas, quorum principes fuerunt Oreb, & Zeb & Zebee, & Salmana, qui fuerunt capti, & eorum capita scissa, & Gedeoni oblata, vt patet Iudicum septimo.

Omnes principes eorum qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: & quærẽt no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A men tuum domine.

Erubescãt & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.

Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.

O Christe Deus pone oës principes. eorũ: s. Mahometanorom. s. Arabes, & Turcos, & Tartaros: qui sunt principales nationes in illa secta: qui dixerũt possideamus sanctuariũ. i. totam ecclesiã Dei hæreditate. i. qui statuerunt subiicere sibi totam Christianã religionẽ: pone ergo eos vt rotam: quæ quidem rota non est stabilis: sed pars summa cadit, & sit in firma rotando: ita isti ruant à potestate, & dominio. Et pone eos sicut stipulam ante faciem venti. i. quòd ventus, & sententia furoris tui propellat eos, & remoueat à dominio. Et sicut ignis cõburens siluas, & sicut flamma cõburens montes: ita tu persequeris illos in tẽpestate sententię tuæ: & conturbabis eos in ira tua. Vnde nota, q̃ propter ista supradicta dicũt multi, q̃ secta Mahometica debet perire ante aduentum Antichristi, & diuidi in tres partes. Quarũ duæ debẽt se mutuo gladio interimere, & delere. Tertia ãt videns cõsumionem eorum, & cognoscens veritatem se debet Christianæ fidei subiicere. Et iõ sequitur: imple facies eorum ignominia. Et sic confusi quærent nomen tuum. i. fidem tuã recipient. Sed aliæ duæ partes erubescant, & conturbentur in sęculũ sęculi inter sẽ. Et cõfundantur, & pereant sẽ adinuicem occidendo, vt cognoscant tunc quia dominus est tibi nomẽ: item qa tu es Deus omnipotens, & quia tu es Deꝰ altissimus super omnem terram. Totum etiã hoc supradictum, & præfata sententia potest C intelligi de ipso Antichristo, & eius sequacibus: quẽ dominus interficiet spiritu oris sui. 2. ad Tessalonicenses. 2. quem videntes sequaces eius manebant cõfusi, & erubescent, & cõfundentur præ nimia confusione. quorum aliqua pars quæret nomen domini, maximè Iudæi. Et sic conuertentur ad dominum in fine sęculi: quia cognoscent, quòd Iesus Christus est verus Messias, et verus Deus, et dominus, & altissimus super omnes creaturas. Cæteri aũt obstinati peribunt in flamma ignis, & p cæteras quindecim tribulationes memoratas p doctores in fine sęculi. Sed maximè Iudei, & cæteri infideles erubescent, & conturbabũtur, & cõfundentur cum videbunt Iesũ Christum venientem ad iudicium cum potestate magna, & maiestate: quia tunc cognoscet ipsum esse verũ Deum, & dñm, & Messiã in le D ge promissum, & habentẽ omnẽ potestatẽ in cœlo, & in terra, & in inferno. Et sic peribũt qũ dicet eis. Ite maledicti in ignẽ æternũ. Et quibus patet: q̃ iste psalmus põt ꝓpheticè, & literaliter exponi de persecutionibus populi iudaici ante aduentum Christi: sed melius, & magis propriè de vastatione ecclesiæ facta p Mahometum, & sequaces eius, & ét per Antichristũ. Sed ét põt mortaliter exponi de qualibet cunq; pśecutione ecclesiæ, & cuiuslibet viri iusti facta per diabolũ, & eius mẽbra quæ intelliguntur per illa nomina, & nationes supra memoratas. Nã Idumęa interpretatur sãguinea. Et Ismael obediens mundo. Moab sine lege. Agareni aduenæ. Gebal vallis uana. Amãge populus turbidus Amalech amarus. Alienigenæ cõtra legem Christi. Tyri angustiantes, & E ue tribulantes. Assur deprimens, & declinans. Loth declinans, & apostata. Per omnes istos intelligũtur persecutores iustorum, & sanctorum Antichristi. Nam Antichristo adhærebũt res. Antichristi. Nam Antichristo adhærebũt sanguinarii, & homicidæ, & obedientes mundo, & peccato, & homines sine lege, & Adonæi scilicet Gog, & Magog, & cupidi, & vani, & hipocritę, & simulati, & raptores, inimici legis Christi, & crudeles, & superbi, & elati, & apostatæ à fide Christi, propter lucrum, & voluptates, & omnes isti semp fuerunt persecutores iustorũ, & omnes tales adhęrent Mahometo, & obseruant eius sectam, & adhęrebunt Antichristo. Et de omnibus his conditionibus hominum conquerit ecclesia: cõ q ab eis continuè affligitur, & est affligenda usque ad Antichristum.

PSALMVS. LXXXIII. F

Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

Cor meum, & caro mea exultauerũt in Deũ viuum.

Titulus. Ad victoriã siue i finẽ pro torcularibus filius Core psal. per hoc, q̃ dicitur ad victoriam siue in finem ostenditur, q̃ iste psalmus cantabatur cum toto conatu à filiis Core in tempore torcularium. s. mense septembri. Ad cuius intelligentiam est prænotandum: vt ita pra dictum est psalm. 80. quòd quatuor festa præcepit Deus celebrari in mense septembri, scilicet festum neomeniæ: quod licet in principio cuiuslibet mensis celebraretur pro duabus gubernationẽ: tamen in illo mense maxime

A mẽ celebrabatur per collectionẽ vindemiarũ. & omnium fructuũ. Secundum festũ erat festum tubarũ pro sacrificio ipsius Isaac. Tertium festum propitiationis: eò q̃ Deus propitiatus fuerat eis post cõflationẽ vituli. Quartũ festum fuit tabernaculorũ in memoriam illorum. 40. annorũ quibus habitabant in tabernaculis per desertum. sed hoc festum non celebrarunt nisi postq̃ iã quieuerunt in domibus suis in terra promissionis & fixerũt tabernaculũ in Silo. & ideo tale festũ dicebaẽ festũ quietis inquãtũm finierant suã peregrinationem. Sed licet ista quatuor festa Deus præceperit in memoriam illorũ mysteriorũ, tamen quia illa mysteria non erãt gratia ſin sed gratia magnorũ mysteriorũ in nouo testa. quod quidem no. testa. est finis totius legis veteris, ideo quærenda sunt mysteria figurata per suB pradictas figuras. Ad cuius intelligẽtiam est notandum secundum Aug. de catechizandis rudibus, q̃ lex vẽt. siue test. vetus nihil aliud est nisi occultatio no. testa. & nouum testam. nil est nisi manifestatio veteris. Et sic totum testa. ve. se habebat vt ager frugũ. aut vinea: aut peregrinatio. Lex autem euãgelica se habet vt area in qua teruntur fruges & colligitur granum in horreum & separatur à paleis ceremoniarum, vt dicebat Ioannes baptista de Christo, cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit granum in horreum suum, paleas aũt comburet igni inextinguibili. Matt. 3. & Luc. 3. Ex quibus patet, q̃ Christus, & apostoli fuerunt triC turatores huius aręæ, & dimiserunt nobis frustum sacramentorum combustis, & annihilatis paleis, & ceremoniis legis. Ideo dicit Christus ipsis apostolis. Ioan. 4. Alius est qui seminat & alius qui metit. Nam alii seminaueunt & vos in messes eorum introistis. Hoc autem dicebat, nã patriarchæ, & prophetæ laboraue runt in figuris, & scripserunt testa. vetus, sed Christus, & apostoli messuerunt granum & fructum in illis figuratum, & prophetarũ, & declarauerũt, & propinauerũt nobis: & ideo dicuntur messores, & excussores, & triturato res. Ita etiam lex euangelica dicitur non solum area respectu frugum legis veteris, sed etiã dicitur torcular respectu vineæ, in quo expressum est vinum vineæ legis veteris. Nã primò Christus expressit vinum ex sacra scriptura. Secũdò expressit in cruce tanquàm in torculari ex seipso precium nostræ redẽptionis: vnde manauit nobis virtus sacramento-

D rum, & etiam postea hoc idem vinum sacramentorum ipsi apostoli ex scriptura veteris test. nobis clarius expresserunt. Item lex euãgelica siue aduentus Christi dictus est terminus peregrinationis leg. vet. Nam lex ordinabatur ad Christum tanquàm ad perfectum, & ad terminum immediatum, vt ait apostolus ad Ro. 10. Quia Christus est finis legis. Et ideo Deus præcepit celebrari ista festa in mẽse septembri. s. festum vindemiarum & torcularium, & festum tubarum, & festum propitiationis, & festum tabernaculorum in memoriam peregrinationis filiorum Israel, inquantùm quieuerunt ab illa peregrinatione in terra promissionis adepta, & fixerunt tabernaculum fœderis in Silo. AduenientE ergo Christo cessarunt omnes quatuor istæ festiuitates quantum ad figuram: eò q̃ veritas earum venerat. vnde dictum est ps. 49. q̃ tota synagoga simul cum omnibus cerimonialib. mortua, & sepulta fuit cũ Christo, & nõ surrexit cum Christo nisi sola veritas euangelica figurata per illa cerimonialia inquantùm omnia fuerunt impleta in Christo. Nam per Christum facta est vniuersalis propitiatio, & factum est verum sacrificium figuratum per Isaac, & expressum est verũ vinum sacramentorum, & verum granum frumẽti eucaristię, & impleta est peregrinatio legis, & tabernaculorum: quia iam est ecclesia per Christum & apostolos ædificata, & eorum sanguine firmata, in qua iam quiescimus per gratiã. ideo sicut tunc celebrabamus istas festiuitates in figura: ita nunc celebramus in veritate, qa iã fructum, & gratiam colligimus. ideo dr Io. 1. Lex per Moysen data est: gratia aũt, & veritas per Christum facta est. Item celebramus festum torcularis, quia continuè extorquemus veritates euangelicas ex sacra scriptura vet. test. Item vlterius est notandum, q̃ sicut lex ve. fuit ager frugum siue vinea siue peregrinatio respectu nouæ legis, & lex euangelica est area, & torcular, & terminus quietis illius: ita pari modo lex euangelica est ager & arbor, & vinea, & peregrinatio respectu superioris patriæ. Nã ex hac vinea continuè colliguntur, & extorquentur fructus meritorũ, & in die iudicii triturabitur messis, & separabitur granum à paleis, & frumentum à zizania, & vniuersaliter mali de medio iustorũ: & sic patria cœlestiis erit finis euangelicæ peregrinationis, & laboris. Nam sicut hic colligimus fructus gratię, ita ibi colligemus fru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctus gloriæ,& sicut hic celebramus supradicta festa per gratiam:ita ibi celebrabimus festa per gloriam. Vnde sicut nullus Iudæorũ potuit peruenire ad Christum nisi per legem veterem: ita nullus potest peruenire ad patriam nisi per legem euangelicam. Et nullus poterit celebrare prædictas festiuitates in cœlo per gloriam,quin celebrauerit ipsas in hac ecclesia per gratiam. Pręuidens ergo Dauid in spiritu totũ hunc discursum.s.qualiter lex vetus ducebat ad Christum: & Christus, & lex euangelica nos debebat perducere ad patriam,vbi verè & æternaliter celebrat festũ tabernaculorum,& felicium & beatarũ mansionũ:& torcular vltimatæ nostræ fruitionis, quæ quidem felicia tabernacula figurabant per illa materialia tabernacula,quæ faciebãt in terra promissionis in festo tabernaculorũ
B iam in quiete positi,ideo fecit hunc psalmũ, & dedit ipsum cantandum filiis Core, qui dicũtur filii crucis: vt cantaretur in festo tabernaculorum, & etiam per totum mensem vindemiarum In quo psalmo duo facit.Nam primò exprimit desiderium suũ & totius ecclesiæ petendo quietem & mãsionem,& fruitionem in cœlestibus tabernaculis.Sed quia ad illa cœlestia tabernacula nemo põt peruenire nisi per Chm̃,& legem euangelicam,& nisi celebret supradicta festa in lege euangelica per gratiam, idem in secunda parte petit accelerari aduentum Christi,& legis euãngelicæ:ibi.Beatus vir cuius est auxilium.Quãtum ergo ad primum contemplãs, & considerans Dauid,q̃ illud festum tabernaculorũ quod tunc celebrabant in lege veteri, significabat festum tabernaculorum quod beati celebrant in cœlo:vbi beati in felicibus taber-
C naculis absoluti ab hac peregrinatione iam sempiterno æuo fruuntur : desiderans ergo summo affectu cum illis in societate commorari,& à iugo legis,& ab huius mundi torcularibus tribulationum,& mundanis miseriis liberari dicit. O quàm dilecta, & appetenda sunt tabernacula tua,& summoperè desideranda ò domine virtutum,& principes exercitus angelorum.intrantũ de se enim sunt desideranda, q̃ cõtemptis omnibus tabernaculis & bonis terrenis iam anima mea concupiscit iræ in atria domini, & deficit in consideratione tantæ felicitatis,nec valet attingere profunditatem tanti mysterii illarum felicitũ mãsionum,quia nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus diligentibus te. Dupliciter enim D deficit anima mea.Primò quò ad intellectũ quia non potest altitudinem tanti mysterii cõprehendere nec attingere.Secundò deficit quò ad voluntatem:quia anima mea liquefacta est & in extasim venit præ amore, & dulcedine,& desiderio tantæ felicitatis: nam nõ solum cor meum.i.anima mea:sed etiam caro mea per quandam redundantiam exultauerũt in Deum viuum quia anima magis est vbi amat, quã vbi informat. Et sic trahit carnem à mundanis totam secum,& quasi conuertit eam ad se.Et sic totus homo in carne, & corpore transformatur in Deum amatum,& illam felicitatem desiderata,vnde totus homo in anima, & corpore non solum obliuiscitur alia,sed etiam seipsum, & sic E uolat in contemplationem Dei,& desiderii illius æternæ felicitatis,quasi dicat ergo Dauid in his duobus versibus. O domine posquã celebraui ista tabernacula materialia in terris:fac me clebrare festum tabernaculorũ in cœlis:quia anima mea iam cupit exire ab his tabernaculis mundanis,& habitare tecũ in cælestibus. Nota etiam,q̃ ista corpore corruptibilia, in quibus nunc habitamus dicuntur tabernacula animarum nostrorũ,in quibus tabernaculis animæ nostræ affliguntur propter corruptionem, & concupiscentiam, & pœnalitatem. ex quo tabernaculo Paulus apostolus cupiebat dissolui,& esse cum Christo, de quo etiã tabernaculo dicebat Petrus in 2.epistola cap.1.Quãmdiu sum in hoc taberꝛnaculo suscitare vos in communicatione certus, quòd velox est depositio tabernaculi mei.Sed in finali resurrectione ista taber- F
cula corruptibilia mutabuntur in gloriosa, & incorruptibilia,quia oportet hoc corruptibile induere incorruptelam. Et tunc in cælo ista nostra erunt gloriosa,& sic erunt animabus nostris ad gloriam,quæ ante fuerant ad sarcinam:vt inquit Aug.12.super Gen.ad lteram. De illis etiam tabernaculis.s.corporibus gloriosis,in quibus habitabimus in patria, dicit propheta: Quam dilecta tabernacula tua domine &c.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus & deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Hic contemplat propheta quanta est, & fuit

A fuit diligentia,et sollicitudo diuinæ misericordiæ, et benignitatis erga nos. Nam sicut passer fabricauit sibi domum,et locum in foraminibus parietum,et etiam turtur fabricauit nidum in arboribus,et parietibus vbi tute,et securè reponat pullos suos,et cum tanta sollicitudine alit, et nutrit, et eis victum quærit: Ita Deus ab æterno nos prædestinauit,et ex tempore ab origine mundi cœlum empyreum ad nostram mansionem præparauit,et creauit.Sed quia Adam propter suam ingratitudinem, et inobedientiam supradictum locum pro se,et ,p nobis perdidit,ideo Deus cum venit plenitudo tẽporis misit filium suum volando de cœlo ad terram in similitudinem carnis peccati,sed inter omnes homines solus p hunc mundum sine peccato volauit, & post mortem, & passionem à
B mortuis resurgens velociter in cœlum volauit,& ibi nobis mãsiones,& tabernacula felicia præparauit, & filios suos quos ex baptismo regenerauit, ibidem reposuit, & collocauit.Dicitur ergo Christus passer in quantùm sine pondere peccati post resurrectionem à terra vsq; in cœlum velociter volauit.dicitur vero turtur à simplicitate, & puritate. Ecclesia etiam passer dicitur inquantùm per fidem, & caritatem volat in cœlum. dicitur etiam turtur inquãtùm seruat veram castitatem,& fidem suo sponso Christo,& ideo meretur inuenire domum in cœlo,& nidum.i.mansiones vbi reponat pullos suos.i.filios, quos ex baptismo generauit.Dicit ergo ,ppheta,O rex meus per gubernationem,& conseruationem, & Deus meus per creatio-
C nem,& O domine virtutum,& angelorum: Christus filius tuus sicut passer velociter volauit in cœlum,& inuenit sibi domum,& sicut turtur inuenit nidum in cœlo.i.illa tabernacula, & felices mansiones in cœlo fabricauit,& præparauit,& per merita suæ passionis acquisiuit vbi reponat pullos suos.s. filios, quos per mortem redemit,& per baptismum regenerauit. Et nota, q̃ ,ppheta in hoc loco vocat altaria, ad denotandam excellentiam vitæ beatorum.Nam cum in hoc sæculo vita nostra sit mixta ex actiua, & contemplatiua propter miserias huius mundi:ideo est necesse vt exerceamus opera actiuè & releuemus proximũ à miseria.Ibi autem quia nulla erit miseria:sed perpetuum gaudium,& libertas: ideo non sunt necessaria opera misericordiæ, nec vita actiua,& sic ibi est sola vita contem- D
platiua. Ideo in hac habemus duplicem domum,s.domos familiares ad vitam actiuam, & ecclesias, & altaria ad contemplandũ. Sed quia in cœlo sola vita contẽplatiua exercetur ideo illa tabernacula,in quibus manent beati, altaria nuncupantur. dr enim altare quasi alta ara.dicuntur ergo altaria illa tabernacula: quia alta, & à mundanis eleuata,& liberata,& ad solam contemplationem,& laudem Dei deputata.& ideo cum dixit, q̃ Christus præparauit nobis altaria : illicò sequitur , & subdit.Beati,qui habitant in domo tua domine in sęcula sæculorum laudabunt te.Illę ergo mansiones sunt beatis tabernacula, in quibus habitant, & sunt altaria in quibus æternaliter Deum laudant,& sunt mensę quibus æternaliter fruuntur.de quibus Christus dixit:Vado vobis parare locum, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus re- E
gnum vt edatis: & bibatis super mẽsam meã in regno meo, & sedeatis super tronos iudicantes duodecim tribus Israel. Lucæ.22.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator:ibunt de virtute in virtutem. videbitur Deus Deorum in Sion.

Sed quia,vt dictũ est,nemo potest celebrare prędictas festiuitates in patria per gloriam nisi prius celebrauerit in via per gratiam , & legem euangelicam,quæ non poterat haberi nisi per Christum mediatorem Dei,& hominum:ideo in hac secunda parte Dauid desiderans petit aduentum Christi , & legem euangelicam: per quam ad illam patriam intendit,& credit peruenire.Vnde notandum, F
quòd Christus legis dator duo dedit nobis quibus possumus ad illã patriã peruenire.s. gratiã,& veritatẽ.Gratia est virtus sacrorum qua purgamur,à pctis & adiuuamur,& prẽseruamus,& pniam agimus.Veritas aũt est fides articulorũ, & intelligentia legis diuinæ. Sed ista gratia cõtinet ī se quosdã gradus virtutũ p quos fideles ascendunt in statũ perfectionis in hac vita vsq; in cœlum . Nam primò in baptismo recepimus fidem per quã in hæremus firmiter articulis fidei.i. credimus Deum trinum,& vnum,& filium incarnatũ. Et ille est primus gradus. Secundò quia cognoscimus per fidem Deum esse summum bonũ,& creatorem,& redemptorẽ,& nostrũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A glorificatorem: ideo super omnia diligimus ipsum: & iste est secundus gradus virtutis. Tertius quia videmus, q nobis promisit gloriā in futuro &c. iō contemptis omnibus rebus mūdanis ita totam spem nostram, & desiderium ponimus in ipso: & iste est tertius gradus virtutū. Ex his sequitur quartus, scilicet operatio bona. Nam tunc conamur operari nō nisi propter cœlestia nobis promissa, & propter Deū creditū, amatū, & desideratū. Ex quo patet, q caritas dupliciter pōt cōsiderari. Vno modo in affectu, & sic præcedit spem: qa illico amamus creditū Deū, & promissa nobis bona, & ex cōsequenti ponimus nostrā spē in Deo. Et tunc sequitur caritas in effectu quæ consistit in operando: nam operatur per spem, & caritatē effectiuā, & fidem: qa vna presupponit aliā, & ita caritas effectiua siue operatiua dicitur innocentia inquantum neminem lædit

B nec nocet: sed cuilibet prodest, & facit quod sibi vellet fieri cuilibet proximo, & tunc christianus dicitur verè iustus, & operatur secundum iustitiā fidei formatæ spe, & caritate: & iste dicitur ascensus de virtute in virtutē adeptus in baptismo. Secundus ascensus est per dona spūs sancti. Primò enim in cōfirmatione recipimus donū sapientiæ: per quod adhibemus studiū ad scientiā diuinorum, & sacræ scripturę. Secundò donum intellectus: p qđ aperitur nobis intelligentia eorum quæ legimus in sacra scriptura. Tertio donum consilii: per quod rectè eligimus viuere, & attingere regnū nobis promissum per Xpm legiferū nostrum. Quartò datur donum fortitudinis; per quod roboramur ad patiendū, & toleran-

C dū aduersa ꝓpter Christū, & iustitiā: vt patet in martiribus. Quintò datur donū scientiæ. per quā discernimus nostra bona opera, & viuimus secundū præcepta. Sextò datur donū pietatis p quod cultū verū, & latria Deo tribuimus, & in rebus dubiis saniorē partem eligimus, & ei inhæremus. Septimò datur donū timoris, per quod amore quodam filiali diuina mādata seruamus atque præcepta, & Deū exacerbare, & ipsi displicere oī conatu, & affectu cauemus, & sic ascendēdo de virtute in virtutē gradualiter efficimur iusti. Tertius dicitur ascēsus per gradus gratiarū. Primò datur nobis à Deo gratia prēueniēs, vt bonū velimus, & sic incipimus bonū agere. Secundò datur gratia cooperās, & sic ꝓficimus in operādo bonū. Tertiò datur gratia perfectè perseuerās in nobis, & sic perficimus operatiōnē quā incepimus. Primus gradus dicitur D
cipientiū. Secundus ꝓficientium. Tertius perficientiū, et sic est ascēsus ad patriā, et ad istum perfectū p gradus gratiæ. Quartus ascēsus est secūdum gradus statuū ecclesię, et fidelium siue professionum. Nā prima professio nostra cōis est ꝓfessio fidei formatę p baptismū, et iste status cōuenit oibus Christianis. Secūdus gradus in ecclesia est religionis in quo profitentur religioli obedientiā paupertatem, et castitatem. Tertius est sacerdotum: vnde assumunt potestatem ministrandi sacramenta, et proinitunt horas septē canonicas, et septies in die per totam vitā orare. Quartus gradus est episcoporum. qui omnes alios præsupponit, et in summo constituitur cum cæteros habeat regere, et pascere exemplo, et doctrina: et non solū bona spūalia, sed ēt temporalia secundum facultatē ei E
stribuere: vt patet per totum epistolā ad Timotū. Et sic per omnia ista quatuor genera gradum sunt ascensiones in cordibus Christianorum in hac vita, et ambulamus de virtute in virtutē, et de gradu in gradū, et sic ascēdimus in Sio superiorē: vbi videbimus, et vidēt beati Deū Deorū: et iste ascēsus fit in hac lacrimarū valle: incipiendo primò à pœnitentia per gratiā præuenientem, et proficiēdo per opera pietatis, et miæ, et perficiendo per cultum, et latriā vsq; in finem. Dicit ergo Dauid propheta in persona totius ecclesiæ. O Deus beatus est ille vir cuius auxiliū est abs te: à te. i. cui tu das gratiā auxiliantē: sine qua nemo pōt aliquid boni agere: p quā ipsū à te collatā posuit, et ordinauit ascensiones per gradus virtutum prædictarū in corde, et anima F
sua. et hoc in ista valle lacrymarū, et in hoc mūdo, et in hoc loco quē dns posuit, et cōstituit ad pœnitentiā agendā, et ad bona opera exercenda: nā spatiū acquirendi vitā æternā in hac vita tū Deus hominibus dedit: vbi voluit pœnitentiā esse fructuosam: eò q hō pōt hic mutata volūtate simul operaq; mutare: vt ait Aug. in Enchiridio. Vult ergo hic innuere ꝓpheta, q beatus est ille homo qui p auxilium Dei, et gratiā sibi collatā agit pœnitentiam in hac valle lacrymarum, et pœnitentiæ: quem locum Deus constituit ad pœnitentiam, et bona opera exercenda, et dū egerit pœnitentiam ponit in corde suo ascēsiones. i. ascendit de virtute in virtutem vsq; ad statum perfectum vsquequo perueniat ad patriā. Sed qa nemo pōt habere istā gratiā nec

peruenire

A peruenire ad patrem: nisi per Chīm q est via veritas, & vita: iō sequitur. Et enim pro quia vel certe Chīs legis lator siue lator legis cuā gelicæ: dabit hominibus benedictionē, & gratiam sacramentorum: per suam mortē, & passionem, & sic homines ibunt de virtute in virtutem: vt dictum est: vsquequo per bona opera ascendant in cœlum, & tunc videbitur ab eis Deus Deorum in Sion superiori. Nā ibi omnes beati Deum speculantur. Hoc etiam potest referri ad Sion inferiorem. vbi Christus visus est, & prædicauit, & spiritum sanctū apostolis dedit vbi adepti sunt dona gratiarum, & gradus virtutum. Quasi dicat: q propterea Christus legislator, & Deus Deorum. s. Deus apostolorum, & sanctorū: de qui

B bus dictum est in psalmo superiori: videbitur in Sion incarne prædicando, & miracula faciendo. Et ibidem dabit spiritum sanctū apostolis, & omnia dona gratiarum, & omnē benedictionem. Et apostoli ibunt de virtute in virtutem, et sic conuertentur totus mundus, et sic peruenient ad Chīm: hic p gratiā, & ad cœlum per gloriam. Et inde fideles assumēt gratiam vt faciant ascensiones per gradus virtutum, & cum lacrymis faciant pœnitentiā per contritionem, & confessionem, & satisfactionem in hac valle lacrymarum, & in hoc loco quem dominus posuit, & constituit ad pœnitentiam, & bona opera faciēda: quasi dicat, q iusti de virtute in virtutem, & per gradus virtutū ascendunt ab hac Sion inferiori in Sion superiorem: in qua vident Deum Deorū per

C gloriam. Item ascendunt ad vidēdum Deum in Sion: quia aliter nemo potest ascendere ad videndum Deum.

Domine Deus virtutum exaudi oratio nem meā: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Hic assignat medium per quod hmōi gratia est nobis acquirenda: quia non nisi per Chīm mediatorē Dei, & hominum: vt dictū est: Iō petit accelerari aduentum Christi, & mysterium incarnationis, & passionis orando ad patrem vt mittat filium suum dicēs. O Deus Iacob cui facta est repromissio de messia venturo: exaudi orationem meā, & omniū patriarcharū, & ꝓphetarū, & totius ecclesię, & auribꝰ percipe eā: id est inclina aures tuæ misericordię in me, & suscipe deprecationē nostrā. Et tu Deus protector noster qui semper liberasti patres nostros à periculis, & persecutionibus tpalibus: aspice hāc nostrā miseriā, & captiuitatē, & mortē spūalem, in qua sumus in prāte diaboli à qua nō possumus liberari nisi per Iesum Chīm filium tuū: ergo respice in faciē. i. humanitatem Christi filii tui, & mitte eū in carnem, et respice in faciē eius. i. accepta mortem, et passionem pro nobis, et libera nos per illā. Hanc eandem orationē facit hodie ecclesia pro statu isto vt respiciat in faciē Christi mediatoris: vt acceptet passionē eius in recompensationem, et satisfactionē ꝓ peccatis nostris postquā merita nostra non sufficiunt. Vnde nota, q facies Christi dicitur humanitas: in qua ab hominibus videbatur: in qua Chīs passus est, et meruit ꝓ nobis in qua quidem humanitate latebat diuinitas: quæ quidem humanitas erat instrumentum diuinitatis, et notificabat eam. Dicit ergo ꝓphe- E
ta: ò Deus pater postquam nos nō sufficimus ad satisfaciendum ꝓ pctō: nec aliquis patriarcarum aut ꝓphetarū nec aliqua creatura. respice ergo in faciem, et humanitatem Christi filii tui, et humanitatem quę pro nobis passa est, et percussā, et flagellata, et crucifixa: et accepta passionem eius: quia ipse est Christus tuus, et à te nobis missus Deus, et homo, rex, et sacerdos: hostia, et victima.

Quia melior ē dies una ī atriis tuis sup millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Hic assignat ꝓpheta mediū ex parte nostri: per quod habemus venire in supradicta desiderata tabernacula: quæ quidem media sunt misericordia, et humilitas, et veritas, et iustitia: sine quibus ad illa æterna rabernacula nemo potest peruenire. in quibus tabernaculis est una perpetua dies sine tenebris, et sine nocte. Ad cuius intellectū est notādum, q causa quare in hoc mundo inferiori numerātur dies, et noctes: est latio, et ascensio solis super terrā. Nā sol p suā lationē, et præsentiam super nostrū hemispheriū causat nobis diē, et p suam absentiam dum ferē sup aliud hemispherium causatur nobis nox, et sic aduentus eiusdem solis ab oriente causat nobis aliam diē, et sic numerantur dies, et noctes, et sic patet, q iste dies numeratur p successionem: noctis: sed quia in inferno nullquam apparet sol: ideo semper est nox ibi, et per consequens est una nox cui nunquam succedit dies, et sic est nox æterna: vt ait Virgilius. Sed quia in gloria paradisi Christus, qui est sol iustitiæ lem

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A per est præsens, et nunquã absens: iõ ibi est dies, cui nunquã succedit dies. Ergo semper est vna dies, et æterna: vt patet Apoc. vlt. Beati ergo videntes diuinã essentiã, et Deum in carnatum, nã semper vident verum, et æternum solẽ. & per cõsequẽs semper eis est dies una existentibus in tabernaculis, & mansionibus cœlestibus. Et nõ solum vident lucem illã spũalem, & inaccessibilem sed ẽt corporalem ipsius cœli empyrei: in quo habitant: qa lucidum est sine calore, & sic semp ibi est vna dies sine nocte, & sine tenebris. Sed quia istã diem acquisiuit nobis Christus per humilitatẽ, & mortẽ, & passionẽ suam, & vt patet ad Philip. 2. semsũ exinaniuit obediens vsq; ad mortẽ &c. Iõ nõ vult, q̃ possideãt ista tabernacula, & diẽ ẽternum nisi humiles, & abiecti, & pœnitentes: qui in mundo ambulauerunt per viã humilitatis, & pœnitentiæ. Et qa cõtemnentes mundana potius voluerunt esse abiecti, & parati mori propter Christũ: iõ dicit ꝓpheta in persona cuiuslibet iusti, & totius ecclesiæ. Quia ego vidi, q̃ melior est vna dies quæ est in atriis tuis, & tabernaculis, & mãsionibus cœlestibus super. M. i. quam. M. millium huius mundi: ideo magis elegi esse humilis, & abiectus, & pauper, & afflictus per secutionibus in domo Dei mei. s. in hac ecclesia militãti: quàm habitare in tabernaculis, & magnis platiis hoĩm pctõrum, & superborum, & mundanorum. Vnde tabernacula in quibus pctõres habitãt sunt superbia, auaritia, impietas, luxuria, in quibus sunt inuoluti in hac vita. Item in tabernaculis peccatorũ. i. regum, et tyrãnorum nõ habitãt nec prosperantur nisi adulatores, & mendaces, & dolosi, & maligni, & lenones, & susurrones:
C hos ãt fugit q̃libet iustus: iõ illi tales post hãc vitam, & mundanam felicitatem expectant habitare in inferno in æternum: vbi erit perpetua nox sine luce, & sine die. Ego ãt habitabo in cœlesti patria: vbi est vna dies æterna sine nocte. Et subdit causam quare elegit in hoc mundo humilitatem, & dicit.

Quia misericordiã & veritatẽ diligit Deus: gratiam & gloriam dabit dominus.

Nõ priuabit bonis eos qui ambulãt ĩ ĩnocentia: domine virtutũ beatus homo qui sperat ĩ te.

Quia misericordiã, & veritatem simul cũ humilitate diligit Deus. Et rõ est: quia ipse fuit misericors, & verus, & iustus: ideo diligit misericordiam, & veritatem. Et intelligit p ueritatẽ omnem iustitiã. Ex quo patet, q̃ tres virtutes sunt, quibus acquiritur principalter regnum cœleste, & cõsequimur æterna tabernacula. Primo humilitas: quia omnis qui se humiliat exaltabitur: Secũdo veritas: nam ex veritate nascitur omnis virtus: nam si est verus, de necessitate erit iustus, & per consequens nemini vult nocere: nec fraudem inferre: sed cuilibet proximo prodesse: quare ex veritate nascitur iustitia, & ex iustitia innocentia, & ex innocentia misericordia, & per cõsequens humilitas: sine quibus nemo pot conscendere in superna tabernacula: vt dicũ est psal. 14. vbi dicitur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Respondet. Qui ingreditur sine mãcula, & operatur iustitiã &c. Item psal. 22. Quis ascendet in montem dominie aut quis stabit in loco sancto eius? Respõdet ꝓpheta. Innocens manibus, & mundo corde &c. Tertia virtus est misericordia, nã per opera misericordiæ recipimur in æterna tabernacula: vt ait saluator Luc. 16. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Ex supradictis patet, q̃ istę tres virtutes sunt mediã, quibus consequimur æterna tabernacula: quas quidem virtutes Deus diligit, & habentibus has virtutes Deus dat gratiã in præsenti & gloriã in futuro. Iõ dicit ꝓpheta. Iõ elegi esse abiectus. i. humilis in domo Dei mei, & innocens in hoc mundo: qa misericordiã, & veritatem diligit Deus, & nõ solis istis humilibus, & misericordibus dominus dabit gratiã in præsenti, & gloriã in futuro, & exin de scio, q̃ Deus nõ priuabit bonis cœlestibus humiles, & veros, & misericordes, & iustos q̃ ambulant in innocentia: imo conferet eis supradicta tabernacula. Quare dico, q̃ beatus est hõ, qui contemnit ista mundana, & sperat in te dñe: qa talis licèt videatur abiectus in hoc mundo: tamen in futuro habitabit in æternis: tabernaculis in illa luce sine nocte. Et
cũ quibus pater, q̃ ꝓpheta Dauid, & populus Dei ante incarnationẽ simul petebat in hoc psãlmo aduentũ Chri, & futuram gloriã: nos nõ iã nõ expectamus nisi liberari à peccatis per pœnitentiã, & bene operari per gratiã, & dissolui ab hoc mortali corpore, & habitare in cœlestibus tabernaculis. Ex supradictis in hoc psãlmo possunt recolligi octo conclusiones. Prima conclusio: q̃ quilibet iustus, & verus Christianus licèt habitet in hoc corpore mortali: tamen cõtemptis rebus mundanis toto

A toto mentis affectu desiderat habitare in illis cœlestibus tabernaculis. Secunda conclusio, q̃ sicut passer, & turtur faciunt nidum ad reponendum pullos suos: ita Christus fabricauit altaria, & mansiones in cœlo. vbi fideles quiescant, & laudent Deum in æternum. Tertia conclusio, q̃ nemo potest ascendere in illa tabernacula: nisi ascenderit per gradus virtutum, dum viuit in hoc mundo. Quarta conclusio, q̃ nemo potest videre Deũ Deorũ in Sion superiori, nisi per exercitium virtutũ acquirat merita in hac vita, & in hoc loco lacrimarũ, vbi Deus voluit opera esse meritoria. & pœnitentiam fructuosam. Quinta conclusio, q̃ nemo potest ambulare de virtute in virtutem nec agere pœnitentiam, nec opera meritoria, nisi per gratiam, & merita Christi. Sexta conclusio, quòd melior est illa dies
B æterna sine nocte: quàm multa. M. huius vitæ. Septima conclusio, q̃ melius est esse abiectum, & viuere cum humilitate, & paupertate in hac vita: quàm cum superbia, & copia bonorum temporalium, & fauore in domibus regum. Nam Deus non dat cœlestia tabernacula nisi humilibus, & iustis, & misericordibus. Octaua conclusio, quòd Deus non priuabit bonis cœlestibus innocentes simplices, & contemptores huius mundi spernantes in se: imo ditabit bonis fruibilibus, & æternis.

PSALMVS. LXXXIIII.

B *Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.*

Remisisti iniquitatem plebis tuæ operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira
C *indignationis tuæ.*

Conuerte nos Deus saluatoris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Huic psl. præponitur talis titulus. s. In finẽ filiis Core canticum psal. Ex titulo apparet, quòd Dauid fecit hunc psl. & dedit ipsum cãtãdum choro ipsius Heman, qui erat de filiis Core, vt cantaret ipsum cum toto conatu vocum: eò q̃ vocabant Christum in isto psalmo Emanuel. Ad cuius intellectum est notandũ, sicut dictũ est in prologo tractatu tertio: & regula. 10. & psalmo. 77. quod Dauid in psalmis, vt plurimum procedit à figura ad figuratum, & à parabola ad veritatem ipsi correspondentem in nouo testamento. Duo ergo facit Dauid principaliter in hoc psãl. Nam primò proponit parabolas & figuras in quibus prænidit misterium incarnationis, & nostræ redemptionis. Secundo petit Christum, vt veniat in carnem ad saluandũ & liberandũ genus humanũ: ibi: Conuerte nos Deus. Quatũ ad primũ est notandũ, q̃ Christus cõiter in sacra scriptura dr fructus: vt patet psl. 126. Filii mercedes fructus vẽtris. Item psl. 131. De fructu ventris tui ponã super sedẽ tuam. Vnde Christus dupliciter dicit fructus. Vno modo inquantùm fuit nobis datus siue erat dandus in supplementum fructus ligni vitæ paradisi, quem perdidit Adam, prout dictum est psl. 1. Alio modo inquantùm erat dandus in antidotum, & medelam cõtra morbum, & venenum fructus prohibiti quem comedit Adam cuius veneno totum genus humanum fuit infectum, & vulneratum, & fauciatũ, & sic Xps fuit figuratus per fructũ ligni vitæ qđ fuit plantatum à principio in paradiso quod
E germinauit illa benedicta terra paradisi: sicut dictum fuit psl. 1. Itẽ sicut Christus fuit figuratus per lignũ fructiferũ vitæ, ita pariter virgo Maria fuit figurata per illã terrã, & hortum delitiarum paradisi quę germinauit illud lignũ, & fructũ vitæ. Nam sicut illud lignum fuit germinatum, & ortum ex illa terra benedicta, quam nullum aratrũ aut rastrũ violauerat: ita Christus fuit germinatus secũdũ carnẽ ex illo vtero virginali, & intemerato nullo maritali aut virili amplexu violato nec temerato. Itẽ sicut Adam primus homo fuit formatus manu Dei ex illa terra benedicta, & inuiolata nullo rastro aut aratro rupta vel temerata: ita Xps fuit formatus solo opere spũs sancti in illo vtero intemerato, & inuiolato ex puris sanguinibus virginis matris.
F Et sic virgo Maria iam fuit figuraliter benedicta in illa terra, quę in principio ꝓduxit lignũ vitæ, & ex qua formatus est Adam primus hõ. Itẽ misterium incarnationis Xpi non solum fuit figuratum per productionẽ ligni vitæ, & per formationẽ corporis ipsius Adam ex terra virgine, & inuiolata sicut dictum est, sed etiam fuit figuratum in benedictione ipsius Iacob. Gen. 27. quando benedixit eum Isaac pater eius. Vñ sicut Rebecca induit Iacob vestimentis ipsius Esau, & cooperuit manus eius pellibus hœdi ad similitudinẽ Esau: Ita pariter virgo Maria induit verbum ẽternum vestibus, & pelle humanitatis, & carnis mortalis, quando Christus seipsum exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hoĩm factus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A factus, & habitu inuentus vt homo, & sic virgo Maria iã fuit figurata per Rebeccã, & benedicta in Iacob, in cuius renibus virtualiter erat et seminaliter. Itẽ Isaac iã tũc ꝓuidit et sensit in spiritu odorẽ virtutũ, et gratiarũ et vestimẽtorũ humanitatis Christi, et Virginis Mariæ qñ dixit. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quem benedixit dñs &c. Ex quibus patet, ꝙ virgo Maria iam tunc fuit figurata & figuraliter benedicta per illũ agrũ odoriferũ, & floridũ, quẽ benedixit Isaac &c. Ex quibus oibus patet, ꝙ virgo Maria quæ Christũ germinauit, multipliciter fuit in veteri testamento figuraliter benedicta. s. in illa terra, & paradiso delitiarũ, quę germinauit lignum vitæ, & inuiolata, ex qua fuit formatus Adã, & in illo agro odorifero quẽ benexit Isaac. Secundò est notandum, ꝙ sicut virgo Maria fuit multipliciter benedicta figuraliter per illam terrã quę produxit lignum
B vitæ, & ex qua formatus fuit Adam, & per agrum odoriferũ quem benedixit Isaac prout dictum est, ita per oppositũ tota nostra terra. i. generatio, ex qua sumus generati carnaliter fuit maledicta realiter in Eua, & figuraliter in maledictione terræ pp pctm̃ primorũ parentum, qñ dixit ipsi Adã, Maledicta terra in opere tuo: tribulos & spinas germinabit tibi. i. maledicta erit sensualitas, & caro tua, & vitio concupiscentiæ corrupta, quia germinabit tibi tribulos, & spinas peccatorũ, & vitiorum, & tentationũ iugiter animã pungentiũ, & vulnerantiũ, quia iugiter & assiduè caro luctabitur aduersus spiritum &c. Mulieri aũt dixit. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos in dolore paries &c. Et sic patet,
C qualiter ille cibus prohibitus infecit, & corrupit terrã nostrã ex qua carnaliter omnes sumus germinati, & irritauit, & concitauit irã & indignationem Dei contra nos, & induxit omnes infirmitates corporales, & spirituales, & finaliter mortem corporis & animæ. Et taliter infecit, & corrupit, & maledixit terrã nostrã, ꝙ nõ germinat in nobis nisi spinas & tribulos peccatorũ. Sed dñs omnipotens benedixit terrã suã. s. virginem Mariã, quæ germinauit illũ benedictũ fructum salubrẽ & antidotarium qui abstulit à nobis oẽm maledictionẽ: & dedit benedictionẽ, & sanauit nostros languores, & infirmitates, & mitigauit iram Dei, & auertit à nobis eius indignationẽ: vt patebit. Tertio, est notandũ ꝙ sicut maledictio nostra fuit data in primis parentibus: & figurata in maledictione terrę eorũ, & benedictio virginis Mariæ fuit multipliciter figurata, prout dictũ est in prima doctrina: Ita pariter nostra redẽptio, & liberatio fuit multipliciter figurata, & maximè in liberatione captiuitatis filiorũ Israel de Aegypto, & in multiplici liberatione facta tpe Iudicũ. Et ita pariter mitigatio iræ, & indignationis Dei erga genus humanũ fuit figurata multipliciter in vet. test. putà qñ Deus remisit iniquitatẽ plebi suæ ad preces Moysi qñ fecerunt vitulum in Oreb. Exo. 33. Item quando Moyses mitigauit irã Dei qñ Deus volebat totaliter illum populũ delere pp ingratitudinẽ, quia voluerunt sibi cõstituere aliũ ducẽ, & reuerti in Aegyptum. Numeri. 14. Item Moyses mitigauit iram Dei, quando populus fornicatus est
E cum Madianitis, & adorauit Beelfegor. Numer. 25. quæ oĩa ista figurabãt qualiter Christus fructus terrę virginalis debebat, & tu dignationẽ Dei placare, & reconciliare genus humanũ cũ Deo patre. Omnia ergo ista mysteria incarnationis, & nostrę redẽptionis, & recõciliationis ꝓuidens Dauid in spiritu: proponit, & adducit gesta vet. test. in quibus prophetico spiritu ꝓuidit ista mysteria. Et procedit allegoricè à figura ad figuratum petendo nostrã redemptionem. Vnde dicit ad patrem O dñe tu quondã figuraliter benedixisti terram tuam. s. Virginẽ Mariã in qua debes verbũ tuũ seminare, & ex qua ille benedictus fructus: q. oẽ maledictũ debet auferre, & in quo oẽs gentes sunt benedicendæ, est germinabis & nasciturus. Nam primò benedixisti illam terrã figuraliter benedicendo illam terrã paradisi, quæ germinauit lignũ vitæ, & illã terram
F virgineam, & incorruptam, ex qua formatus fuit primus homo: & benedixisti ẽt istã terrã: qñ Isaac benedixit Iacob & illum agrum odoriferũ: vnde Iacob attulit cibum. Ge. 27. Item non solum benedixisti terram. i. virginẽ Mariam per supradictas benedictiones: sed etiam redemisti multipliciter, & figuraliter genus humanum, & mitigasti iram tuam. Nam primò figurasti mysteriũ nostræ redemptionis, qñ auertisti captiuitatem Iacob, & filiorum Israel ab Aegypto. Itẽ figuraliter remisisti iniquitatem nostram: quando remisisti iniquitatẽ plebis tuæ, quando fecerunt vitulũ conflatilem in Oreb. Exo. 33. Item multotiens operuisti peccata eorum non ad pœnã imputando, quando multotiens murmurabant contra Moysen: imo dedisti eis manna de

A de cœlo, & carnes in abundantia. Exo. 16. Itẽ mitigasti, & auertisti eos ab ira indignationis tuæ ad preces Moysi: quando voluerũt reuerti in Aegyptum. Et qñ immisisti serpentes ignitos, & quando fornicati sunt cum Beelfegor, & quando per diuersos iudices liberasti eos de captiuitate, & persecutione finitimorũ. Sed omnia illa misteria figurabãt misteriũ incarnationis, & nostrę redẽptionis, & recõciliationis. Ergo ò Deus salutaris noster cõuerte nos ad te, & auerte irã tuam à nobis: sicut per illa supradicta misteria figurasti, & promisisti: quia iam est hora, quòd mitiges irã tuã, & conuertas nos ad te: quia diù, & per magna tempora fuimus exules, & separati à te.

Numquid in eternũ irascetur nobis: aut extẽdet iram tuam à generatione in generationem.

B Quasi dicat: nõ est credendum. Primò pp tuã bonitatẽ, & misericordiã. Secũdo propter multiplices ꝓmissiones supradictas patribus figuraliter factas: quasi dicat: iã tempus est: vt impleas promissiones tuas: vt iustificeris in sermonibus tuis, & spes nostra nõ sit frustra, & vana: imo credo, ꝙ tu venies, & verificabis omnes promissiones tuas. Deinde cum dicit.

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis dñe misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Explicat totum misterium nostræ redemptionis, & oẽs fructus, & effectus, & vtilitates eius. Ad cuius intellectum est notãdum, qđ illę fructus prohibitus, quem comedit Adã, attulit mundo septẽ maledictiones, & damna. Primò enim attulit mortem corporalem. Secundò labores, & miserias, & infirmitates corC porales. Tertiò mortem animę, & pctm̃. Quartò iram, & indignationẽ Dei. Quintò exiliũ, & separationem à Deo. Sextò ignorantiã. Septimò pœnã æternã. Sed quia ille benedictus fructus vteri virginalis datus est nobis in medelam, & antidotum cõtra venenum illius citi prohibiti, ideo totam maledictionem Euæ in benedictionem mutauit Mariæ: vt inquit Augustinus. Ideo sicut ille cibus lethifer nos infecit: ita per oppositũ iste benedictus, & salutaris fructus nos refecit, & sicut ille nos interfecit, et mortificauit: ita iste nos viuificauit. Et sicut ille in oẽs miserias, & infirmitates nos deiecit: ita iste ab omni miseria releuauit, & sanauit. Et sicut ille iram Dei, & indignationẽ contra nos concitauit: ita iste iram Dei erga nos mitigauit. Item sicut ille nos à Deo separauit: ita iste nos Deo pacificauit, & reconciliauit. Item sicut ille in totum genus humanum tenebras ignorãtiæ induxit: ita iste lumen veritatis adduxit. Itẽ sicut ille nos sceleD re infecit, & à via deuiauit: ita iste nos per legẽ euãgelicã iustificauit. Itẽ sicut ille nos in perpetuã pœnã, & in infernũ destinauerat, & dãnauerat: ita iste in æternũ nos in cœlesti patria, & gloria beatificauit. Oia ergo ista prę-uidẽs Dauid in spũ: iõ nominat, & appellat, & petit istum benedictum fructum sub septẽ nominibus. Vnde appellat ipsum fructũ salutarẽ inquãtũ nos sanauit, & viuificauit à morte: & appellat ipsum misericordiã, inquãtùm nos ab omni miseria releuauit: & appellat ipsum iustitiã inquantũ nos ab omni pctõ iustificauit. Et appellat ipsum veritatẽ inquantũ nos ab omni ignorantia illuminauit, & omE nia, q̃ erãt scripta in lege, & ꝓphetis verificauit. Et appellat ipsũ benignitatẽ inquantùm irã, & indignationẽ Dei erga nos mitigauit, & appellat ipsũ pacẽ inquantũ nos patri recõciliauit, & nos adinuicẽ sub vna fide, & caritate in vna ecclesia cõgregauit, & ligauit: & appellat ipsum gloriã nostrã inquantũ nos in cœlesti gloria beatificauit. Et hoc est quod intẽdit dicere, & petere Dauid in toto residuo huius psal. Vnde ait. O dñe Deus pater ostende nobis miam tuã filiũ tuũ mittẽdo. per quẽ ostendes miam tuã in mũdo, & salutare, i. fructũ salutis da nobis ad sananda vulnera pctõrum cõtra venenum cibi prohibiti, quẽ comedit Adã. Et tunc tu Deus conuersus ab ira in miam viuificabis nos per istum fructum salutiferum à morte peccati, & à morte corporali, & tunc plebs tua à morte pctĩ viuificata, & F ab omni miseria releuata letabitur in te in aduẽtu filii tui in carnẽ. Et ideo vt omnia ista fiant: ostende nobis miam &c. Et tunc.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor.

Verumtamen propè timentes eum saluatare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

Audiam quid loquatur dominus meus Iesus Christus Deus incarnatus, quando ascendet in mõtem, & aperiet os suũ, & declarabit mihi legem, & ꝓphetas: vt patet Mat. 5. Vnde ante non potuit audire vocem domini per se: sed p angelos, & Moysen, & ꝓphetas: sed tũc qñ Christus venerit in carne: audiã quid loquatur in me dñe Deus per os suum: cũ ipse

personaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A psonaliter loquetur pacē, & redēptionē in
plebē suā p legē euāgelicā iustificātē, & Deo
fideles reconciliantem. Veruntamē salutare ip
sius. s. salus, & redemptio ipsius Christi non
erit prope scribas, & pharisæos, & Iudæos cę-
cos & obstinatos ipsi negātes: sed erit prope
apostolos, & discipulos timentes, & sequētes
eū, & super oēs sanctos suos martires, & con-
fessores, & super omnes per baptismum san-
ctificatos, & in eo omnes tàm gentiles quàm
Iudæos qui conuertentur ad cor. i. qui corde,
& ore Christum confitebuntur Deum, & ho
minem vt verum redemptorem. quia corde
creditur ad iustitiā: ore āt cōfessio fit ad salu-
tem. Iō omnis qui inuocauerit nomen domi-
B ni saluus erit ad Rom. 10. Ideo solis istis erit
fructuosa Christi redemptio. Et iō vt Chri-
stus qui est gloria nostra, inhabitaret in ter-
ra. i. humanitate nostra. i. vt sumendo carnem
nos posset redimere, et glorificare, et vt verus
& perfectus redemptor habitaret in nobis, &
humanitate nostra ad redimēdum, & glorifi-
candum, omnes virtutes, & perfectiones fue
runt in eo congregatæ. Nam,

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est & iustitia de cælo prospexit.

Huiusmodi virtutes in Christo obuiaue-
runt sibi, & pariter oscułatæ sunt, & in eo iun
ctæ: putà misericordia ad remittēdū nobis o-
mnia pcā, et relenādum nos ab oī miseria
corporis, et animæ, et veritas ad tollēdā, et fu
gandā nostrā ignorantiā, & ad verificādas oēs
scripturas, & ad docendā legem euangelicā.
C Et fuit in eo iustitia ad iustificandum nos ab
omni peccato per legem euangelicam, & gra
tiā sacramentorū, & fuit in eo pax, & caritas
ad recōciliandum cum Deo patre. Vnde no-
ta, q̄ ista 7. nomina dicunt idē essentialiter, &
subsantialiter in Deo: quia Deus essentialiter
est quicquid habet, & sic Deus est substan
tialiter sua salus, & sua benignitas, & sua mi
sericordia, & iustitia &c. Sed differunt ista no
mina penes modos significādi, & cōnotandi,
inquantū cōnotant distincta, & significant di
uersos effectus in nobis. Vnde ipsa diuina essē
tia dicitur iustitia: inquantū tribuit vnicuiq;
quod suum est, & dicitur mia: inquantū rele
uat nos ab omni miseria, & remittit nobis de
bitum: & sic de singulis. Sed istę eædem perfe
ctiones sunt cōiunctæ animæ Christi per quā
dā eminentiā, & excellentiā super oēs creatu
ras: vt oia istę possit dispēsare mēbris suis per D
gratiā vnionis tanquā caput ecclesiæ: vt ha-
cētū est. Iō i scriptura quandoq; vnū sumitur
pro alio: nā veritas sumitur pro iustitia vt ps.
118. Omnia mādata tua veritas. i. iustitia, &
principiū verborū tuorum veritas. Item Isa.
39. Sicut ergo pater filiū notā faciet veritatē.
i. iustitiā. Item per veritatem quādoq; intel-
ligitur mia: vt in eodem capitulo. Neq; mon
laudabit terneq, qui descendūt in lacum ex
pectabūt veritatē. i. iustitiā tuam. Et sic ergo
idē Xps inquantū Deus est essentialiter mia,
& iustitia, & veritas, & inquantūm hō habet
oia ista eminēter primò habitualiter in ani-
ma, secūdò per gratiā tanquā caput, & hoc
dicit David cum subdit. Veritas de terra orta
est. i. filius Dei qui est verbū æternū, & ipsa
tia, & veritas patris ab æterno genita quę ex E
ore altissimi prodiit. Ista inquā veritas licet
ab æterno, & ante luciferū sit genita, & orta
ex ore altissimi: tñ ex tpe orta est de carne
de terra nostra. s. de vētre intemerata virgi-
nis Mariæ: quæ est terra nostra: q. d. nostra
humanitate. Nā sicut ista veritas est genita
te luciferū ex vtero, & memoria fœcunda pa
tris secundū diuinitatē: ita post luciferū ex tē
pore orta est, & genita ista veritas ex vtero
fœcundo matris secundū humanitatē, & ista
modo veritas de terra orta est. Sed primo, &
ante iustitia, quę est idē Dei filius, de cœlo in
terram prospexit. Et ideo motus misericor-
dia venit in carnem: vt audiret gemitus cōpe
ditorum, & solueret filios interemptorum: et
patebit psal. 101. Et ideo subdit. F

Etenim dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Etenim. i. certè per istum Iesum Christum
dominus dabit benignitatē in terra ad mitti-
gandā irā, & indignationem patris, & ad red
dendum ipsum benignum erga genus huma
num. Et terra nostra. i. virgo Maria, de quā di
ctum est Esa. 11. Egredietur virga de radice
ie, & flos de radice eius ascendet, & ea. es-
set, & flos de radice eius ascendet, & ea. es-
Rorate cœli desuper, & nubes pluāt iustum
aperiatur terra, & germinet saluatorē &c. Ista
inquā terra nostra dabit fructum suum: quā
do concipiet, & pariet illum benedictum ita
ctum: in quo benedicentur omnes gentes. Et
tunc iustitia ante eum ambulabit scilicet les
euangelica hominem perfectè iustificans, &
hominem iustificando ambulabit ante eum:

A quia primò ipse legem euangelicam feret,
& ex consequenti apostoli per vniuersum
mundum ipsam prædicabūt, & sic ipse Chri
stus qui est iustitia vera, ponet gressus suos
in via: quia carnem sumendo fiet viator in si
militudinem hominum factus, & habitu in-
uentus vt homo. Et etiam ipsa lex euangeli-
ca, in qua consistit tota nostra iustitia ponet
gressus in via, quando per vniuersum mun-
dum prædicabitur: Ex quibus omnibus patet
qualiter iste benedictus fructus vteri virgi-
nalis, in quo congregatę fuerunt septem su-
pradictę perfectiones. s. salus, & misericor-
dia, & veritas, & pax, & benignitas, & iusti-
tia, & gloria, totam maledictionē Euæ in be-
nedictionē mutauit Marię matris suæ. Et sic
fuit nobis datus in medela, & antidotū, & re
medium cōtra venenū cibi prohibiti, quē Adā
B comedit. Sed ad maiorem declarationem eo-
rum q̄ dicta sunt, est notandū, q̄ licet Chri-
stus esset verus Deus, tñ erat simul verus, &
integer homo. Et iō septē genera perfectionū
erant consideranda in illa humanitate assum
pta siue in Christo inquantūm homo sic as-
sumptus. Nā primò erat in eo consideranda
perfectio essentialis per quam reponebatur
in specie humana, quæ quidem perfectio di-
citur præcedere formam. Secundò considera
bantur in eo perfectiones naturales conse-
quentes formam. s. potentiæ intellectiuæ, &
sensitiuæ, & motiuæ, & cætera q̄ erant in eo
principia operandi. Tertiò erant considéran-
dæ perfectiones, & bona gratuita personalia,
sicut erant habitus infusi, & dona spiritus sā
cti. Quartò dona gratificā. s. gratia & caritas,
& omnia merita. Quintò erant considéran-
C da bona deifica: quæ habebat per gratiā vnio
nis, per quam ipsi cōiicabantur idiomata eorū
q̄ sunt Dei: quia dicebatur Deus, & creator,
&c. Sextò cōsiderabatur in eo gratia capitis,
quę dicuntur dona & munifica, per quā gra
tiam capitis merebatur pro oibus suis mem-
bris, & poterat eis cōicare bona sibi à patre
tradita, eò q̄ vt sic erat dispēsator bonorū pa
tris, & mediator Dei, & hominū. Septimò e-
rant consideranda bona glorię, quia simul e-
rat cōprehensor, & viator. Oia ergo ista se-
ptem bona erant consideranda in illa sacra-
tissima anima Christi à principio suę crea-
tionis. Quantum ergo ad perfectionem essen
tialem non excedebat animas aliorum ho-
minum, vt communiter tenent doctores, eò
q̄ talis perfectio est vnica consistens in quo-
dam indiuisibili. Vnde si aliqua perfectio es- D
sentialis adderetur alicui formæ, faceret eam
variare speciem: quia species sunt sicut nume
ri, octauo Metaphisicæ. Sed quò ad pfectio-
nes naturales cōsequentes formā, aia Christi
erat nobilior, & perfectior omni alia anima
in specie humana, & etiam quò ad nobilita-
tem corporis, eò q̄ habuit corpus eucraton
temperatissimum, & nobilissimæ complexio
nis secundum oēs doctores. & sic operatio-
nes eius naturales, & animales erant in sum
mo grado perfectionis. Et secundùm has na-
turales perfectiones consequentes formam:
licèt esset nobilior omni alia anima; tamen
non erat incōueniēs, q̄ esset inferior angelis.
Sed in bonis gratuitis, & gratificis, & in gra-
tia vnionis, & capitis, & in bonis gloriæ Chri
stus erat nobilior, & perfectior omnib. angelis, & omni creatura: quia nulla creatu- E
ra vt sic sibi valuit comparari, maximè in bo
nis, quę prouenient ipsi ex gratia vnionis p
quam dicitur Deus, & filius naturalis Dei
patris, & hęres patris, & instrumentum deita
tis in miraculis faciēdis, & mediator Dei, &
hoīum, & caput ecclesię: & sic potuit mereri
p oibus suis mēbris, & cōicare eis bona sua.
Et vt sic fuit necesse, vt in eo congregarentur
omnia septem bona in hoc psal. memorata. s.
salus, vt omnes posset saluare & à morte vi-
uificare: & misericordia, vt oēs posset ab om-
ni misericordia reuelare: & iustitia, vt posset
iustificare: & pax vt nos Deo cōciliaret: &
benignitas, vt iram, & indignationem Dei
mitigaret, & à nobis auerteret: & veritas, vt
nostras tenebras ignorantiæ fugaret, & om-
nia scripta in lege, & prophetis ucrificaret, &
adimpleret, & esset in eo gloria, ut nos glori F
ficaret. Et iō quia Christus nō solū adeptus
est omnia ista p se: sed etiā ut posset nobis ea
cōicare, iō in hoc psal. dicitur Salus nostra, &
iustitia, & pax, & gloria nostra &c. Et per eā-
dem rōnem uirgo Maria, quę hunc sacratiss
mum, & benedictū fructum germinauit dici
tur terra nostra in hoc psal. qui quidem fru-
ctus in se continet septē supradicta salubria
bona contra uenenū cibi prohibiti ipsius A-
dam. & hæc est causa quare Christus reliq
nobis seipsum sub forma panis in cibum ad
restauranda bona quę perdidimus in Adā, &
in supplementū ligni uitæ terrestris paradisi
prout patebit ps. 110. Sed ex supradictis pos-
set insurgere quoddam dubium. Nam licèt
quinque supradictarū perfectionū scilicet

salus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A falus, benignitas, pax, veritas, & gloria sint essentialiter in Deo: & se compatiant adinuicem in ipso, cum sint idem quod diuina essentia, & ista eadem quinq; sint in Christo homine formaliter, & per singulare eminẽtiam & excellantiam, & munificentiam: vt dictũ est, tamen ista duo reliqua, iustitia, & misericordia nullo modo se inuicem valent cõpari essentialiter in Deo, nec eminenter, & mu
tuce in Christo homine, cum sint adinuicẽ contraria. qd probatur. Nã iustitia dicit, nullum malum impunitum. sed misericordia remittit oẽ debitum, & reuelat ab oi miseria. ergo non pñt in eodẽ simul stare. Nã si Deus remitteret oẽ debitũ per miam: ergo nullum malũ puniret per iustitiã, & sic iustitia maneret læsa in Deo. Et si Deus puniret oẽ malũ par iustitiã tunc nullũ debitũ remitteret: & sic nulla esset in eo mia, & sic esset dicẽdum de
B Christo hoie. ergo sequitur, q̃ ista duo nõ se cõpatiuntur simul in Deo, nec in Christo homine simul cũ aliis quinq; perfectionibus, & bonis supradictis. In oppositum autem est veritas ꝓphetica huius psal. q̃ exuperat omnẽ sensum, & curiositatem humanã. Ad hoc cõ ter rñdetur, q̃ ista duo p quandam remissionẽ, & temperantiã sunt simul in Deo, inquantũm Deus punit citra condignũ, & præmiat vltra. Et sic mia tẽperat iustitiã, &c. Sed licẽt hoc possit pie sustineri: tamen non satisfacit totaliter nec attingit mysterium diuinę misericordiæ, & iustitiæ in passione Chri ostẽsum. & operatum, vbi nulla pars iustitię lædi tur: nec pars misericordię minuitur, sed vtra que manet integra & illæsa. Vnde est aduertendum, q̃ respectu nostri nunq̃ iustitia Dei
C posset simul esse integra cũ mia, nec econuerso: Nã nullus posset satisfacere nec reddere debitum pro vno peccato in quacunque pẽna, cũ peccauerit cõtra Deũ infinitũ, vt patet Mat. 18. de illo, qui debebat decem millia talentorũ: ergo cũ 1 tali nõ posset fieri mia absque læsione iustitiæ, oportuit, vt Christus in carnaretur, & pateretur, & puniretẽ pro illo: vt redderet, & solueret precium infinitũ, ꝓ illo debito infinito, vt iustitia maneret illæsa, & integra, & mia haberet locum suum. Cuius passionis precium, & meritum fuit infinitum ratione gię vnionis, & Christi innocẽtiæ, & puritatis, vt dictum est ps. 17. Et iõ potuit in infinitũ satisfacere pro peccatis oium nostrũ: ẽt si Deus crearet mille mundos, quia dñs po fuit in Christo pctã, & iniq tates oium nostrũ quò ad pẽnã, & punitionẽ, & pp scelus to- D
tius populi percussit eũ Esa. 53. Ideo peccata oium nostrũ fuerunt in eo punita: cuius liuore sanati sumus. Et sic Xps, eò q̃ Deus & homo, & nunq̃ nouit pctm, tactus est cõgrua sacrificiũ, & sufficiens preciũ pro omni peccato, & ad soluẽdũ pro oi debito. Itaq; sicut est caput, & metrũ, & mensura, & fons oium gratiarum, & pelagus oium meritorũ. Ita est subiectũ iustitiæ, & punitionis oium pctorum, inquantũ oia nostra pcta fuerunt in eo punita, & uos per ipsum, & in ipso soluimus omnia nostra debita, & sic oẽs sumus in eo iustificati. Itaq; qñcunq; aliquis efficitur participeps passionis Christi per baptismũ aut pe- E
nitentiam, tunc peccata eius sunt perfecte, & integrè punita in Christo: quia vt sic Christus cõicat peccatori baptizato, & pœnitenti merita suæ passionis, imo Christus offert patri suam passionem in precium, & quodcũq; peccati, & debiti cuiuscunq; peccatoris, & sic mia habet locũ suũ iustitia manente illæsa. Fit. n. mia cũ peccatore inquãtùm ipi remittitur pœna, & debitum infinitũ, & sic iustitia inquantùm peccatum illius nõ manet unpunitũ, cũ puniatur in Christo, cuius passionẽ & merita participat peccato, per baptismum aut pniam: sine cuius passionis virtute nulla pnia nec sacramẽtũ esset validũ nec sufficiens ad delendũ peccata, nec ad satisfaciendũ pro debito, & ponit exẽplũ de anulo aureo. Nam anulus aureus vnius vnicę non est sufficiens
precium ad redimendũ vnũ captiuũ, sed si excæcẽt ipsi lapis prætiosus. s. carbunculus &c. non solũ est sufficiens ad redimendũ vnũ hominẽ, sed etiã decem, imo est sufficiens ad redimendã vnam ciuitatem: nõ ratione auri sed rõne lapidis prætiosi in eo cælati. Ita ergo pater licet magna pœna alicuius non sit sufficiens ad soluendum nec satisfaciendum pro peccato, & debito illius: tñ si addatur passio Christi per sacramentũ pœnitentiæ, non solũ est sufficiens illa pœnitentia ad soluendũ pro vno peccato, sed pro infinitis: rõne infiniti prætii passionis Christi: quã participat pœnitentia sacialis in effectu vel in voto. Et hoc est cã quare dicit Aug. super Ioannẽ, q̃ plus est facere de impio piũ: q̃ creare cęlũ, & terrã: quod nõ solũ est intelligendũ, quia reperitur obiex ad gram in peccatore, vt cõter dr, sed quia Deus in creando cęlũ & terrã nil posuit de suo, nisi solã similitudinẽ, quia solo verbo dixit, & facta sunt omnia, sed Deus nõ iustificat

A ficat peccatorem quin ponat aliquid de suo. s. sanguinem, & passionem quã filius offert patri pro illo peccatore iustificato: quam pater acceptat in precium pro debito illius: & sic patet q̃ maioris precii est iustificatio impii: quàm creatio cœli, & terræ: licẽt sit æqualis potentiæ, vt inquit Aug. & Ambrosius. Ex quibus omnibus patet qualiter propter passionẽ Christi summa misericordia habet locum in Deo cum summa iustitia: & econuerso: quia licet remittatur pœnitenti omne debitum: tamen peccatum eius non manet impunitum: nec debitum satisfactum in eo: vel in Christo: prout magis declarabit ps. 102.

PSALMVS. LXXXV.

INclina domine aurem tuam. & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.
Custodi animam meã quoniam sanctus sum: B saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: Lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniã tu domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meam: et intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Titulus. Oratio Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc psal. in quo aliquid petit. Vnde dicunt Hebræi ꝙ Dauid fecit hunc psalmũ dum esset in persecutione Saluis: in quo petit liberari ab eo: & sic exponunt literaliter hunc psalmum: & quidam catolici sequuntur eos. sed talis expositio est inutilis & C
inanis: & faciens inuitam ipli prophetæ: cũ non sit minus ꝓpheta in hoc psal. quã in cæteris. Et ideo est dicendum ꝙ licet forsan ilIa persecuti fuerit causã occasionalis quare Dauid fecit hunc psalm. & multos alios. inquantũ ibi Dauid prævidit in spiritu misterium passionis Christi, & resurrectionis, & exaltationis regni eius: tamen principalis intentio ꝓphetæ est predicere in hac oratione totum misterium, & discursum cuiusdã orationis: quam Christus fecit in nocte suæ passionis antequã caperetur: quã recita Ioannes euang. c. 17. vbi orat primò pro sua resurrectione. Secundo pro apostolis, & discipulis. Tertiò pro populo gentili qui erat ad idem cõuertendus. Vnde si quis pie, & cato licẽ velit contemplari totum illud capitulũ & psalmum istum: videbit totam illam orationẽ Christi esse depictam in isto psalmo, & econuersò. Nam illud idem verbum Dei filius qui per os Dauid protulit istum psal. ipse idem Christus incarnatus per os propriũ orauit ad patrem eandem orationem referẽdo ante passionem cum dixit. Clarifica me pater. vt patet in capitulo 10. prælegato. Nam ibi licut Christus primò petit clarificari per resurrectionem cum dicit. Clarifica filium tuum. Secundò orat pro apostolis, & discipulis: quãdo dicit. Ego pro illis rogo quos dedisti mihi. Tertiò orat pro populo gentili qui erat ad fidem venturus. cum dicit, Non pro eis rogo tantùm: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me &c. Quartò reprobat incredulos cum dicit. Mundus te non cognouit. Ita pariter ergo eundem modum tenet Dauid in hac oratione cum nil aliud sit iste psal. ad literam: nisi ꝓpheta illius B
orationis. Quinque ergo facit Christus introductus ad loquendum in hoc psal. Nam primò petit à patre resurrectionẽ pro se, & pro suis: orando primò pro apostolis, & discipulis. secundò pro populo gẽtilli. tertiò promittit gratias agere in pson totius populi Christiani ex Iudæis, & gentibus cõgregati. quartò reprobat populum incredulum Iudęorũ. quintò petit imperium, & iudiciariam potestatem ad retribuendun vnicuique secundũ opera sua. Secundũ ibi. Non est similis tui in Dijs domine. Tertium ibi. Confitebor tibi. Quartũ ibi. Deus iniqui insurrexerũt. Quintum ibi. Respice in me. Quantùm ad primũ dicit Aug. ꝙ in hoc psal. loquitur totus Christus Deus, & homo. Nam vt ait. Nõ ibi caro sola erat, sed caro, & anima, & verbum: & to F
tum hoc vnus filius. Dei: vnus Christus, vnus saluator, in forma Dei æqualis patri, in forma serui caput ecclesiæ. & sic patet ꝙ in hoc ps. loquitur in forma serui: & inquantũ homo & caput ecclesiæ: & non inquantùm persona priuata tantùm: sed inquantùm persona communis. Et loquitur oras pro mẽbris suis in se mistice vnitis: & sic licẽt videatur orare pro se: tamen pro suis membris orat: eò quòd communicantur idiomata vt sæpe dictũ est. Et hoc maximè manifestat Christus in oratione prælegata quàm fecit Ioan. 17. cap: vbi se sanctificat in mẽbris, & membra in se. vt patet contemplanti, & intuenti totum illud capitulum: quod quidem capitulum nil aliud est nisi declaratio huius psal. ad literã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Et iste psa. nil aliud est nisi ꝓphetia illius capituli vt dictum est. Dicit ergo Christus caput, & mẽbra: siue in psona mẽbrorũ caput: caput dico, & sacerdos: & orat ad patrem dicens. O domine inclina aurem tuam acceptã do passionem meam: & exaudi me pro membris meis: quoniam ego simul cum eis mops sine auxilio, & paup sum. Et custodi animã meam. i. apostolos, & discipulos meos: quos ex Iudæis elegi: quoniã sanctus sum. i. eos in me sanctificaui: & me in eis. Itẽ sum sanctus cum eis: quia innocens, & non reus mortis, & ideo saluum fac seruum tuum sperantem in te: sed seruũ dico nõ caput solũ. sed caput, & mẽbra: vt sãlues me per resurrectionem: vt sim primitię resurrectionis: & possim meis resurrectionem cõmunicare, q.d. Clarifica me pater vt filius tuus clarificet te, & serua eos
B quos dedisti mihi: & sanctifica eos i veritate: quia pro eis sanctifico meipsum: vt & ipsi sint sanctificati in veritate: ergo miserrere mei domine quoniam ad te clamaui tota die, & lætifica animam serui tui. i. Clarifica filium tuũ per resurrectionem: quia ad te animam meã leuaui. i. quia semper in te sperau: & expectaui à te clerificari per resurrectionem: quoniã tu domine suauis. i. benignus, & mitis. i. man suetus, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Ergo domine percipe orationẽ meã auribus benignis: & intẽde cũ effectu voci deprecationis meæ: qm̃ in die tribulationis. i. passionis, & persecutionis meæ clamaui ad te, dũ oraui in mẽsã pro discipulis, & fidelibus meis, & in horto, & in cruce. & ideo exaudisti me. Et nota quòd ly quia præponitur toti orationi: vt sit sensus: quia in die tribu-
C lationis clamaui ad te. ideo supple tu exaudisti me. & hoc dicit: quia semper Christus fuit exauditus pro sua reuerentia: vt sæpius dictum est psal. 20. & 21.

Non est similis tui in diis domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gẽtes quascũq; fecisti venient et adorabũt corã te domine: et glorificabũt nomen tuũ.

Hic orat pro populo gẽtili qui erat ad fidẽ venturus, dicens. O pater quia in Diis gentiũ non est aliquis similis tibi, nec aliquis eorum sic potens secundùm opera tua: ideo oẽs gentes quascunque fecisti relictis idolis suis venient ad ecclesiam tuam: & adorabunt corã te. i. tibi afferent sacrificia: & adorabunt te adoratione latriæ: & glorificabunt nomẽ tuũ. i. confitebuntur te esse vnum Deum omniũ D creatorem: & filium tuum Iesum Christum esse verum Messiã, quando vidébunt eũ sup naturã opera mirabilia, & miracula facientẽ: & sic vidétes non esse similẽ tui in Diis suis: nec esse aliquẽ potentẽ secundũ opera tua: quæ facit filius tuus: & fient in nomine Iesu per apostolos, & discipulos meos: tũc oẽs gentes quascunque fecisti venient, & adorabũt corã te &c. Vnde nota, q̃ licet hic ista locutio scilicet, gentes venient: ponatur in futuro in dicatiui: tamẽ ponitur pro optatiuo: cò q̃ sancti non habent optatiuum: sed ponunt futurũ indicatiui pro optatiuo. & ideo litera Hieronymi habet. Omnes gentes quascunque fecisti veniant, & adorent coram te. Ex quo patet, q̃ hic Christus orat pro populo gentili: sicut orauit Ioan. 17. cum dixit: Non pro eis. t. non pro apostolis rogo tantum: sed & pro eis E qui credituri sunt per verbum eorũ in me: vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint. Ex quo patet: q̃ tã hic, quã ibi Christus rogat pro populo gentili vt veniat ad fidẽ: vt simul ex apostolis, & Iudæis, & conuersis ex populo gentili fiat vnum corpus cum capite Christo. & sic fiant vnum cum patre, & spiritu sancto. vt dictum est supra psalmo octogesimo primo: Deinde cum dicit.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me dñe in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meũ vt timeat nomẽ tuũ.

Orat patrem vt conseruet, & dirigat in lege euangelica hunc populum Christianum ex Iudæis, & gentilibus congregatum. Ideo dicit. O pater quoniam magnus es tu in potentia, & faciens mirabilia, & miracula: & tu F es Deus solus in esse, & substantia: quoniam Dii gentium sunt falsi: ideo deduc me in via tua. i. in lege euãgelica: quę est via in patriã, & ego ingregrdiar ducatu tuo i veritate tuæ: quia lex enangelica dicitur veritas respectu legis veteris, quæ fuit imago, & figura nouæ testi. quasi dicat. da mihi pro eis legem euangelicam: & videbo veritatem sacramentorũ: quæ in lege Moysi fuerunt in figura: vt lętetur cor meum accipiendo fructus sacramentorum: quibus expecto iustificari in mẽbris meis vt timeat cor meum. i. corpus meum ecclesiasticum nomen tuum: nõ timore seruili sicut in lege Moysi: sed timore filiali: quia illa lex timebat te formidine pœnę: ista vero timet Deum virtutis amore. ideo iustificat, & lætificat

A & lętificat cor, & hoc est quòd petit in persona totius ecclesiæ.

Confitebor tibi domine Deus meus ī toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternũ.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Hic promittit se acturum gratias pro beneficio resurrectionis: primò in psona sui, & ex consequẽti in persona totius corporis mistici. Vnde dicit. Ergo confitebor tibi in toto corde meo: non in sacrificiis, & holocaustis animalium brutorum: sed in spiritu humilia to, & animo contrito coltu veræ latriæ glorificabo nomen tuum in ętemũ septies in die. Et hoc gratias agendo pro beneficio redemptionis: quia magna est misericordia tua super me. i. ex magna tua misericordia eruisti animam meam ab inferno inferiori me resu
B scitando. primò in capite: secundo in mẽbris: quia sanctos patres etiam liberasti de inferno inferiori: quos mecũ contraxi de limbo: & in cęlo collocam. & non solum illos: sed etiam totum genus humanũ liberasti ex inferno inferiori per meam mortem, & passionem, & ecclesiastica sacramenta.

Deus iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine Deus miserator, et misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Iterum confitebor tibi o Deus: quoniam iniqui Iudęi insurrexerunt super me: & quę congregatione potentium. i. principum sacerdotum, scribarum, & pharisæorũ. Et non propo
C Deũ præ oculis: imo inuidia & malitia occęcati hanc causa me ad mortem condemnauerũt. Sed tu dñe Deus miserator, & misericors & patiens, & Deus multæ misericordiæ fuisti verax in promissis tuis: q̃a me ab inferis resuscitasti: & sic semper cõfitebor tibi &c. q. d. gratias tibi ago: qm̃ Iudæi iniqui insurrexerunt cõtra me: & tota synagoga sacerdotũ: eò q̃ quæsierũt animã meã per mortẽ, & passiõnẽ: tũ tu misericors & verax me resuscitasti. Nota q̃ filius appellat patrẽ veracem: eò q̃ impleuit ꝓmissa, & vaticinia ꝓphetarũ p aduẽtũ, & passionẽ, & resurrectionẽ Christi.

Respice in me, et miserere mei: da imperiũ tuũ puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me. D

Postquã egit gratias de beneficio resurrectionis: hinc petit à patre imperiũ, & iudiciariã potestatẽ sibi debitã, & promissam: & dicit. Postquã tu es misericors, & verax respice in me, & miserere mei cõferẽdo imperiũ, & regnũ vniuersale puero tuo, & filio Christo: sicut promisisti 2. Reg. 7. qñ dixisti. Stabiliã regnũ eius in sempiternũ. Et sãluũ fac me filiũ ancillę tuæ Mariæ: & saluũ fac populũ Christianũ filiũ ecclesiæ ancillæ tuę fonte baptismatis regeneratũ: & salua ipsum ꝓ meã passionẽ, & resurrectionẽ: & sacramẽtorũ susceptionem, & fac mecũ signũ in bonum. i. fac vt impleatur in me signũ Ionæ ꝓphetæ. Nã sicut Ionas ꝓpheta post triduũ exiuit illæsus de vẽtre ceti: ita ego resurgã tertia die à mortuis de sepulcro, & corde terræ: vt Iudęi, qui oderunt me videant me resurrexisse, & confundantur videntes se illusos, & frustratos à E desiderio suo, & cognoscãt: qm̃ tu dñe adiuuisti me: & consolatus es me ꝓ gloriosam resurrectionẽ, & ascensionẽ. Et nota q̃ multipliciter Chr̃s petit signũ: sicut fuit impletum in sua passione: q̃a obscuratus fuit sol, & tenebræ factæ sunt super vniuersalem terrã &c. In sua resurrectione factum est signũ bonũ. Nam terræmotus factus est magnus: & Angelus domini descendit de cœlo, & reuoluit lapidem, & nũciauit resurrectionẽ mulieribus. Et ipsemet Christus totiens apparuit apostolis: & ostendit eis cicatrices, & coram eis ascẽdit in cœlũ: & misit spiritũ sanctũ visibiliter in eos in die pentec. Iudęis audientibus tonitrua, & fulgura: & videntibus linguas igneas Et etiã apostoli fecerunt multa signa, & miracula in illa die in virtute nominis Christi corã eis: & sic mansserunt cõfusi. & sic apostoli profecti sunt prædicando fidem Christi F vbiq; Chr̃o cooperãte, & sermonẽ cõfirmãte sequẽtibus signis. Etiã iste versus põt referri ad diẽ iudicii qñ veniet Chr̃s in potestate magna, & maiestate: & apparebit signũ filii hominis in cęlo. s. crux vbi fuerat crucifixus: qđ signũ erit in bonũ, & in gloriam fidelium, & terrorẽ malorũ: q̃a videbunt in quẽ confixerunt. Et sic confundentur Iudæi: & cognoscent Christũ fuisse verum Messiã: & à mortuis resurrexisse: & cognoscẽt ipsum esse iudicem bonorum, & malorum. Hoc idem potest dicere vnusquisq; fidelis in persona sui: & petere à Deo signũ salutis cõtra inimicos visibiles, & inuisibiles. vñ dicit. O pater sãluũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fac filium ancillę tuæ.s.ecclesiæ: & fac signũ mecum salutaris crucis in fonte baptismi, in quo debeo saluari: vt diaboli qui oderũt me: & cęteri inimici videant tale signum in me: & confundantur. & fugiant, & non noceant mihi: & cognoscant quoniam tu domine adiuuisti me ab eis liberando: & consolatus es me gratiam conferendo. Ex supradictis patet qualiter est valde attendendum in isto psal, quando Christus orat pro suis. & ideo attendat lector quomodo communicantur idiomata ratione vnitatis capitis ad mẽbra: & ecõuerso. Et quomodo iste psa. est literaliter prophetia illius orationis, quam Christꝰ fecit ꝓ suis fidelibus, & membris. Ioan. 17. Ex toto
B isto psal. concluditur ꝙ synagoga reprobata populus gentilis debebat colere, & adorare nomen domini Dei Iseael.

PSALMVS LXXXVII.

FVndamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Titulus. Filiis Core psal. cantici. Ex titulo apparet ꝙ ista psal. cantabatur voce humana solùm cum instrumẽto musico: & hoc ꝓpter misterium in eo contentum. & ideo datus est filiis Core ad cantandum: p quos figurabatur ecclesia ex gentibus congregata: vt pluries dictum est. Sed licèt autor huius psal. non explicetur in hoc titulo: tamen Hieronymus in epistola ad Dardanum videtur affirmare Dauid fecisse istum psal. vbi dicit. Dauid in alio psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. & iterum. Diligit dominus portas Sion &c. Item in sermone de assumptiõ-
C ne ait. Vnde, & Dauid: Et homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus. Ex quo patet, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum: & dedit ipsum cantandum filiis Core: eò ꝙ cæteris erant intelligentia sublimiores non solummodo ad cantandum: sed etiam ad interpretandum populo, & explicandũ mentem ꝓphetæ de misteriis futuris contentis in hoc psal. & in cęteris: prout eis erat possibile pro illo statu. Et hæc est causa quare psal. intitulati filiis Coræ sum altioris, & profundioris intelligentiæ quàm cæteri: vt inquit Hieronymus: quia quasi omnes loquuntur de dignitate, & felicitate ecclesiæ pro maiori parte ex gentibus congregatę. Ad cuius intellectum: relictis figmentis, & fatuitatibus Iudæorum, est primò notandum: ꝙ Dauid multipliciter pręuidit in spiritu felicitatem, & prosperitatem ecclesiæ Christi. Nã vt legitur. 2. Reg. ca. vltimo. postquã dominus miserat pestilentiam à Dan vsque Bersabee: Angelus domini apparuit ipsi Dauid super aream Iebusæi: quæ erat supra quedam monticulum qui ibi cebatur Moria: qui pręcepit Dauid: vt ibi cõstrueret domino altare, & sic cessauit plaga. In quo loco præcepit Dauid Salomoni ædificare templũ domino secundùm exemplar & descriptionem sibi traditam à spiritu sancto: in quo exemplari cognouit Dauid multa misteria de futuris. In quo ædificio. & exemplari septem misteria, & dignitates prævidit Dauid in spiritu de ecclesia, & ciuitate Dei per Christum ædificanda. Nam primò prædit ꝙ ecclesia Xpi erat ędificãda in populo gẽtili: eò ꝙ templũ Salomonis ꝓ quod figurãtur ecclesia Christi fuit ædificatum in prędio
E siue possessione illius hominis gentilis. Secũdò ꝙ ecclesia Christi ex parua erat in magna amplianda: eò ꝙ Salomon vt *scribitur templũ* intra ciuitatem habuit eam dilatare, & ampliare muro maiori. Tertiò prævidit, ꝙ nullus poterat saluari à morte peccati nisi ꝓ ecclesiã Dei, & eius sacramẽta: eò ꝙ ilico post constructionem altaris in illa area, cessauit pestilentia. Quartò prævidit, ꝙ mister. incarnationis erat operandum in illa ecclesia Christi. Quintò prævidit, ꝙ illa ecclesia erat ædificanda per conuersos de populo gentili. Sextò prævidit magnam prosperitatem, & lętitiam illius ecclesiæ. Hoc idem prævidit, & intellexit in exemplari, & descriptione templi sibi tradita à spiritu sancto. vt patet primi Paralypo. 28. Secundò est notandum ꝙ
F omnes istæ reuelationes factæ sunt ipsi Dauid in modo sua quam construxerat in monte Sion, in qua domo faciebat psal. dum erat in quiete, & contemplatione. maximè postquam quieuit à bellis, & negotiis. quia tunc dedit operam ad ampliandum cultum diuinum: & ad condendos psal. Vnde dicunt: ꝙ Dauid ex parte noctis erat in contemplatione misteriorum Dei, & sic in tali contemplatione opprimebatur somno: & ventus intrabat à parte aquilonari per senestram: & mouebat cordas citaræ, & psalterii pendẽtis ad caput lecti sui: & sic excitabatur a somno: & tunc spiritus sanctus intrabat, & suggerebat ipsi Dauid quæcunque ex parte noctis contemplatus fuerat. & sic de talibus reuelationibus & misteriis cõdebat psalmus. Quæ quidẽ opinio nõ totaliter est abiicięda. Nã quãdoque

A doque reprobi viri ipsa veritate coacti dicũt aliquã verum. Nam dicũt est in principio: quo spiritus sanctus multis modis tangebat mentem ipsius ꝓpheræ Dauid: & maximè per interiorẽ inspiratione. Nã per misteria prędicta reuelabantur: & representabãtur ipsi misteria futura de Christo, & ecclesia, dũ erat in illa contemplatione in suo stratu, vt ipse frequenter refert. Vnde dum esset in contemplatione in domo sua in monte Sion fuit ipsi revelatum à spiritu sancto. qualiter in eodẽ loco vbi erat ipse: debebat Christus condere sacramẽtum eucaristię: & dare finem legi vet. & incipere nouam. Et in eodem loco debebat ædificare ecclesiam ex lapidibus viuis supra 12. montes. s. supra 12. apostolos, mittẽdo eis spiritum sanctum qui debebat eis inspirare
B intelligentiam sacrarum scripturarũ, & infundere septem genera donorũ, & gratiarũ: cum quibus debebat æcificare, & cõgregare ecclesiã: & exinde exire per totum orbẽ terrarum, & prædicare euangelium ꝓ totũ populum gentilẽ: & introducere ipsum in ecclesiã. Vñ manifestũ est ꝙ in eodem loco vbi Dauid fecit psal. recepit supradictas reuelationes. s. in motem Sion, & ibidem Christus fecit cęnã. & apostoli receperunt spiritum sanctũ: Vt ostendit hodie in monetterio fratrũ minorũ, & ecclesia quę sita est in mõte Sion. Hoc ergo prędictis Dauid in spũ fecit istũ ps. in quo prædicit sępẽ reuelationes sibi reuelatas de ista sanctissima ecclesia, & gloriosa
C ciuitate Dei. Et sic iste psal. habet sępẽ partes. Nã in prima parte ostẽdit, ꝙ ista ciuitas Dei erat fundata in mõtibus. i. viris sanctis. Secundò ꝙ Deus debebat diligere, & despondere sibi istam ciuitatẽ, & magis diligere quã synagogam. In tertia ꝙ ista ciuitas erat per totum orbem amplianda, & ex populo gentili congreganda. Quartò ꝙ in ea erat implendũ mirabile misterium incarnationis. Quintò, & ex cõsequenti ꝙ ista ecclesia debebat esse mirabile, & a Deo fundari. Sextò ꝙ in ea erat promulganda, & manifestãda lex, & veritas euãgelica. In septima ꝙ finis huius ciuitatis est summa felicitas, & perfecta beatitudo. Tertia ibi. Memor ero Raab, & Babilonis. Quarta, & quinta ibi. Nũquid non dicet homo. Sexta ibi. Dñs narrabit. Septima ibi. Sicut lætantũ. Quantũ ad primum dupliciter possumus ꝓ cedere in hoc psal. secundũ ꝙ pót fundari in duabus particulis. Primò ꝙ dicat Dauid apostrophando ad ciuitatẽ Dei. & ecclesię, dicendo. O ciuitas Dei gloriosa sunt mihi dicta, D & reuelata de te. Nã primò ꝙ es fundata in montibus sanctis. Secundò dilecta. Tertiò cõgregata per totũ orbem ex populo gentili. Quartò, quòd ecclesia debet esse mater Dei. Quintò, ꝙ Chs ꝙ fundauit eam, debet ex ea nasci. Sextò, ꝙ in ea prędicatur euangelium. Septimò, ꝙ finis huius ciuitatis est summa felicitas. Secundò potest fundari iste psa. supra illam particulam. s. diligit dñs portas Sion super oia tabernacula Iacob. q. d. propheta, ꝙ Deus desponsauit sibi ecclesiam propter septem dignitates. Primò, quia est fundata supra sanctos viros. Secundò, quia gloriosa, & mirabilia dicta sunt de ea in vtroq; test. Tertiò propter eius prosperitatem, & latitudinẽ quæ est toto orbe diffusa, & ex gentibus congregata. Quartò, quia per altissimũ fundata. Quintò, quia misterium incarnationis in ea
E factum. Sextò, quia lex euangelica in ea est manifestata. Septimò, quia finis eius est beatitudo, & felicitas. Quomodocunque ergo sit, septem dignitates ecclesiæ Christi memorantur in hoc psal. prout dictũ est. Quantum ad primũ ergo prophera cõmendando ecclesiã dicit. Nõ est mirũ si Christus desponsauit sibi ecclesiam. Nã inter cæteras dignitates habet istã, ꝙ est fundata in mõtibus sanctis, i. super 12. lapides altissimos, qui sunt duodecim articuli fidei: quæ sunt fundamenta totius ecclesiæ: quæ fundamenta sunt, & fundãtur in mõtibus sanctis, i. super. 12. viros sanctos, q sunt duodecim apostoli: qui dicũtur montes sancti eminentia sanctitatis, & altitudine gratię, et scientię: supra quos est fundata ista sanctissima ciuitas, quæ habet quatuor principales portas. s. baptismum ad intrandum, et pœnitentiam ad redeundũ: et ordinẽ ad ascẽden F dum: et extremã vnctionẽ ad exeundum. Et etiã 12. articuli fidei non solũ dicuntur fundamẽta huius ciuitatis: sed etiã portæ: inquã tùm per eas intramus in ecclesiam. et sunt ordinatę ille 12 portę inter se, et vna est infra aliam, et ideo nemo potest peruenire ad insi mam, et interiorem turrim huius ciuitatis: ni si ordinatim trãsierit per illas duodecim portas. Prima porta est credere in vnum Deum trinum, et vnum creatorem cœli, et terræ. Secunda. articulus incarnationis. Tertia articulus passionis. Quarta. descensus ad inferos. Quinta articulus resurrectionis et sic vsque ad vltimum. Et ideo nemo potest transire ꝓ secundam portem: nisi penetrauerit primã:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quia secundus articulus præsupponit primum: & tertius secundùm: & sic per ordinē &c. Clauis autem harum portarum est fides per quā aperiuntur istæ portæ. Et sic duodecim articuli non solummodo sunt portæ huius ciuitatis, sed etiam fundamenta. & 12. apostoli sunt montes in quibus fundatur tota ciuitas quam dispositionem ciuitatis non solūmodo præuidit Dauid in spiritu in hoc psal. sed etiam Ioan. Apoca. 21. vbi dicit. Et muri ciuitatis habent fundamenta 12. & in ipsius 12. nomina 12. apostolorū, & agni. Ista ergo ciuitas est fortissimè fundata, & clausa, & murata, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus eam, vt ait saluator Mat. 17. Portę enim inferi sunt septem vitia capitalia quibus, & p quę est ingressus ad infernū. Nam sicut per 12. articulos fidei, & ecclesiastica sacramenta est ingressus ad hanc ciuitatem: ita per septem vitia capitalia est aditus ad gehennam. Dominus ergo diligit hanc ciuitatem. intantùm quòd desponsauit eam sibi hic per gratiam, & in futuro per gloriam: vt patet Apoc. 21. Hanc produxit ex latere suo: hanc fundauit sanguine suo: vt patet Io. 20. quando ex latere eius exiuit sanguis, & aqua. Hanc fundauit supra 12. apostolos, qñ dixit. Quecunque solueritis supra terram, erunt soluta & in cœlis. Matth. 17. & Ioā. 20 Licēt vniuersalem iurisdictionem commisit soli Petro Matt. 26. Tibi dabo claues regni cœlorum, & Ioan. 21. quando dixit. Pasce oues meas. Ex quo patet p duæ dignitates memorantur in hoc versiculo. s. fundatio, & desponsatio ecclesiæ. Dicit ergo ꝓpheta. Dominus Iesus Christus Messias in lege promissus diligit portas Sion. i. ciuitatis Dei, quę est
C ecclesia: vbi & vnde Deus speculat, & cernitur. Quasi dicat. Diligit istam ciuitatem. Primò propter portas eius, quæ sunt ecclesiastica sacramenta, & virrutes teologicę, quibus est aditus ad eam. Secundò diligit eam: eò q fundamenta eius. s. articuli fidei sunt, & fundātur in montibus sanctis: quia fundati sunt supra fundamenta apostolorum, & ꝓphetarum: & diligit istas portas, & ista fundamenta, & ciuitatem super omnia tabernacula Iacob. Ad cuius intellectum est notandum q Dauid propheta in hoc loco alludit ad misterium ipsius Balaan quando benedixit tabernacula Iacob: vt habetur Numeri 24. qui cum fuasu ipsius Balach ascendisset ad maledicendum populo Israel: & eleuans oculos vidisset Israel in tentoriis commorantem per D
tribus suas: irruente in se spiritu Dei, & cogente eum dixit. Quàm pulcra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, ut valles nemorosę: vt horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula q̄ fixit dominus quasi cedri propè aquas. fluet aqua de situla eius: & semen illius erit in aquis multas. & infra. Qui benedixerit tibi erit ipse benedictus: qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur. & infra. Orietur stella ex Iacob &c. Quæ quidē benedictio (si quis diligēter velit inuestigare) nō potest conuenire nisi Christo, & ecclesiæ suę. In qua benedictione prædixit Balaan totum principium ecclesiæ: quādo ex modica debebat crescere in magnam: & sic illa tabernacula Iacob fuerunt figurā ipsius ecclesiæ Christi. Et ideo quando dixit. Quàm pulcra taber-
E nacula tua Iacob: & tentoria Israel, non benedixit illa tabernacula propter fe, sed inquātùm figurabāt ecclesiam Christi. Et isto Balaan ex præcepto domini in illa benedictione prædixit totū misteriū, & prosperitatē, & illationē, & victoriā, & gloriam futurā ecclesiæ Christi. Vnde Dauid contemplans totam illā benedictionē, & misteriū prænouit in spū totū fundamentū, & progressum, & finem ecclesiæ Christi figuratæ p illa tabernacula. Et iō dicit hic. Diligit dñs portas Sion super oia tabernacula Iacob. q. d. q̄ Christus rex Messias diliget suam ecclesiā, & ciuitatē Dei quā ipse debet fundare, & in sponsam assumere in per omnia tabernacula Iacob. i. magis quā illa tabernacula materialia quæ vidit Balaam: quia illa erant figura huius. Et ex consequēti diligit magis ecclesiā quā sinagogam, & fi-
F gurātū quā figuram. Ex supradictis verbis patet, q̄ sinagoga per illa tabernacula materialia intellecta à Christo erat repudianda in aduentu suo: & ecclesia erat diligenda, & desponsanda quia Christus nō poterat habere duas sponsas. Et sic patet differentia, & dignitas ecclesiæ Christi supra sinagogā, & tabernacula materialia. Nam ista ecclesia fundatur supra sanctos montes, & lapides viuos qui sunt apostoli, & ꝓpheę, & doctores: & maximè fundatur supra maximā petrā qui est Christus, sinagoga autem siue tęplum Salomonis fundabatur supra lapides mortuos, & paruum monticulum. Hoc idem est dicendū de Hierusalem terrena materiali. & hoc est dictum quòd ad primam, & secundam dignitatem ipsius ecclesiæ Christi. Est etiam sciendum q

fundamenta

A fundamenta ecclesiæ, quæ sunt articuli fidei & ecclesiastica sacramenta fuerunt iacta, & incoata in montibus sanctis materialibus. Nā in monte Caluarię vbi Abraam immolauit arietem pro Isaac: vbi facta sunt ipsi de Christo repromissio: ibidem fuit Christus crucifixus. Ex cuius latere orta est ecclesia, & oia sacramenta. Et in monte Sion Xps instituit sacramentū eucaristiæ. vbi Melchisedech obtulit panem, & vinum, & ibidem apostoli receperunt spiritū euangelicum: vbi Dauid receperat spiritum propheticū, & considerat ps. Item tertiò Christus prædicauit, & docuit in templo sito in monte Moria. vbi apparuit angelus percutiens in area orna Iebuzei. Et patet qualiter ecclesia fuit fundata, & incoata in his duobus vel tribus montibus sanctis: & exinde derivata fuit, & toto orbe diffusa. Iō
B dicta est Hierusalē, vt dictum est psal. 47.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

Hic ponitur tertia dignitas ipsius ecclesię, & 2. ratio quare Deus tantū diligit eam. quę dignitas, & ratio est, quia gloriosa dicta sunt de ea in veteri testamento, & in nouo. Nam omnia quæ gesta sunt in vet. & nouo cōtinebant in illis in figura. Vnde demonstrat apostolus p totā epistolā ad hebræos, q̄ totus discursus de creatione mundi significat fundationem ecclesiæ secundū oēs partes eius. Similiter ecclesia figuratur per fabricationem arcę Noe. Item ecclesia figuratur per egressum Abrahæ de terra sua in terrā Canaā per sacrificium Isaac. Et per Iacob, quando vidit scalam: & per fabricationem tabernaculi Moisi: & per exemplar, & descriptionem eiusdē. qđ ostendit apostolus ad Hebr. 9. & per egressū
C Israel in terrā promissionis, & per exemplar, & descriptionem, quā accepit Dauid à spiritu sancto pro tęplo ædificando. Et sic de omnibus misteriis ecclesiam figurantibus: in quibus Dauid prænidit in spiritu fundationē ecclesię per Christū, & apostolos: & progressū, & prosperitatē ipsius. Et iō dicit hic. O ciuitas Dei gloriosa, & magnifica dicta sunt mihi de te, & reuelata: prout intellexi, & puidi in supradictis misteriis de te scriptis: qa prędicta in spū qualiter fundamenta tua erunt in montibus. i. in viris sanctis, puta in apostolis & ꝓphetis. Vnde nota q̄ ecclesia Christi fundatur in Christo per gratiā: sed in ꝓphetis, & apostolis fundatur per doctrinā: vt ait apostolus ad Ephe. 2. Sed in apostolis fundat per doctrinā veritatis, & in prophetis per do-

nam figuratiuam, & ista est vera ecclesia quæ D
incepit ab Adā, & processit vsq; ad Christum in patriarchis, & prophetis figuratiuè, & prophetice, sed à Christo fundata est realiter per se & per apostolos suos: vt dictum est.

Memor ero Raab & Babilonis scientium me. Ecce alienigenæ & Tirus, et populus Aethiopum hi fuerunt illic.

Hic ponit quartam dignitatem ipsius ecclesię, quę fuit dicta ipsi Dauid in spiritu: quę est copia, & multiplicatio ciuium: & latitudo spatii: & diffusio per totum orbem terrarum. Nā illa terra promissionis nō continebat nisi filios Israel ꝑm carnē. Et illa Hierusalē terrena non capiebat nisi Iudæos de tribu Iuda. Et illa lex non obligabat nisi filios Israel secundùm carnem: sed ista ciuitas Dei fuit toto orbe diffusa: & lex euangelica fuit omnibus nationibus mundi promulgata. Et sic ci- E
uitas Dei, & ecclesia Christi fuit congregata ex omnibus populis, & nationibus: & ex iudęis, & gentilibus: nec est exceptus gentilis nec Iudæus, nec Græcus, nec Aethiops, nec Scita: quia omnes vocati sunt ad ecclesiam. Nam omnes fideles cuiuscunque nationis, & conditionis sint: Christum & legē euangelicam recipientes pertinent ad ecclesiam, & ciuitatem Dei. Ideo per istas quatuor nationes hic nominatas. s. per Raab, & Babilonem, & alienigenas, & Tirum, & populum Aethiopum intelligit totum populū gentilem: qui ad hanc ciuitatē Dei erat venturus per fidem Christi. Ad cuius intelligentiam est notandum: vt legitur Iosue 2. ꝙ Raab meretrix recepit exploratores quos miserat Iosue in domo sua: & abscondit eos: & rogauit eos: vt quando ciuitas caperetur. ipsa saluaretur cū F
domo sua, qđ ita factū est. nā posuit coccinū in fenestra in signū. Et quando ciuitas est capta: & euersa, sola Raab saluata est: & fuit recepta in populo Israel, & Salmō duxit ipsam in vxorem: ex qua genuit Booz. per quod misterium fuit figuratus, & significatus populus gentilis: qui relicta idololatria, & recepturus fidem Christi, erat connumerandus, & recipiendus in ecclesia. Et debebat ponere coccinum in signum in fenestra. i. debebat ponere crucem sanguinis Christi per baptismum in fronte sua. Et sic ille populus per signum crucis, & baptismum de vastatione diabolli liberatus: Christo per fidem erat desponsandus. Et sic fuit figura ipsa Raab de quocunque conuerso ad fidem relicta inhe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litare. Et hoc est quod dicit hic pphet in persona Christi. Vnde ait: in aduentu meo supple ero memor ipsius Raab. i. illius misterii significati per Raab. Nã sicut populus Israel recepit ipsam Raab ad fidem, & cultũ vnius Dei propter actum quẽ fecit: ita ego recipiã populum gentilem idololatriam relinquentem, & sumentem signũ coccineum. i. crucẽ sanguinis mei in fronte. Et ego desponsabo ipsum populum per fidem, & erit annumeratus in ecclesia mea. Vnde Raab interpretatur superbia siue impetus: & Salmon interpretatur pacificus. Vnde ibi fuit significatum, ꝙ populus gentilis, qui erat superbus debebat humiliari, & subiici paci, & virtutibus ecclesiæ. Et sic per Raab intelligitur quicunque infidelis factus humilis fidei Christianæ subiectus. Et per Babilonem intelligitur populus confusus, & per consequens populus gentilis, qui erat in confusione sine lege: sed principaliter populus Babylonis qui semper fuerat inimicus populo Dei, venit ad fidem per prædicationem apostolorũ Simonis, & Iudæ. Et ideo dicit hic Memor ero Raab, & Babylonis: quia eos recipiam ad fidem, qui magis videbantur inimici populi Dei. Et non solũmodo Raab, & Babylonis ero memor. sed omnium gentilium scientium. i. cognoscẽtium me per fidem, & confitentium me Messiam, & saluatorem. Nota, ꝙ in hæbreo dicitur Memor ero Raab, quod interpretatur Aegyptus & sic per Raab intelligitur Aegyptus, & ideo nominatur hic Babylon, & Aegyptus: quia semper fuerunt contra populum Dei. Sed in aduentu de primis venerunt simul cũ Aethiopis vt supra patuit psal. 67. Veniẽt legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius Deo: & ideo litera Hieronymi habet. Ego recordabor superbię. i. Aegypti magnæ, & superbiæ: Et ideo sequitur, non solummodo recipiam supradictos ad fidem in hac mea ciuitate, sed etiam omnes hi. s. alienigenę qui non sunt de Israel, secundum carnem sicut est Tyrus, quæ est in prouincia Fœniciæ, & populus Aethiopum habitans inter Tropicos solis ad meridiem, quem beatus Matthęus conuertit, omnes inquam isti fuerunt illic. i. erunt in hac ciuitate Sion. Nominantur ergo hic quatuor vel quinque populi, per quos intelligitur tota gentilitas, quæ erat ventura ad hanc ciuitatem per fidẽ quã Christus debebat sibi desponsare. Et per hoc patet quarta dignitas huius magnæ ciuitatis, quę est magnitudo ambitus, & copia ciuium. Alia autem litera habet Memorabor Raab, & Babylonis scientibus me, tunc debet sic exponi. Ego memorabor, ideſt committam, Raab, & Babylonis apostolis scientibus me, vt vocent eos ad fidem post resurrectionem meã, sicut dicimus quandoque memoror tibi factum meum, ideſt committo tibi factum meum.

Nunquid Sion dicet homo: & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.

Hic ponitur .5. dignitas ecclesiæ, quod est misterium incarnationis factum in hac ciuitate Dei, quod est incomprehensibile, & mirabile dictu in se, & ratione circumstantiarũ: nam in ea quatuor mirabilia narrantur. Primum est, ꝙ Deus sit factus homo. Secundum ꝙ Deus factus homo sit natus in hac ciuitate Sion. Tertium, ꝙ ipse Deus altissimus fecerit homo fundauerat ipsam ciuitatem in qua natus est. Nam ista videntur contradicere. s. ꝙ ille fundauerit istam ciuitatem, & sit natus in ea Quartum mirabile est, ꝙ aliquis homo posset persuadere alteri homini, vt crederet ista tria mirabilia supradicta. Et hęc quatuor mirabilia facta in ciuitate ꝓponit hic prophęta sub interrogatione admirativa, dicens. Nunquid Sion dicet homo. i. aliquis homo dicet, & persuadebit ipsi Sion, & ipsi Hierusalem. s. toti ecclesiæ, & ciuitati Dei toto orbe diffusæ, ꝙ credat, ꝙ Deus factus est homo, & ꝙ ipse ꝙ ipse factus homo sit natus in ea, & ꝙ ipsemet altissimus natus fundauit eam? q. d. hoc est mirabile dictu, & difficile ad credendum: quia videtur impossibile. Vnde nota, ꝙ quasi hoc idem adducit Aug. 22. de ci. c. 4. ad phãdum mũsterium incarnationis contra pagnos. vnde dicit ꝙ ante aduẽtum Christi tria videbantur impossibilia apud Ari. & omnes philosophos. Primum impossibile erat apud eos, ꝙ Deus posset fieri hõ. Secũdũ, ꝙ mũdus, maximè philosophi, & sapiẽtes hoc crederet. s. Deum posse fieri hoĩem. Tertium videbatur eis magis impossibile. s. ꝙ hoĩes simplices, & plebei possent pſuadere philosophis, & cęteris, vt hoc misteriũ incarnationis crederent. Tunc arguit Aug. Ista tria videbãtur philosophis impossibilia, sed duo vltima sunt facta possibilia, & iã in esse. s. quia iam totus mundus hoc credit pro maiori parte: quia credit Deum factum esse hominem, & etiam tertiũ factum est possibile: quia. 12. apostoli & cæteri discipuli, qui erant simplices, & plebei hoc pſuaserũt philosophis, & totus mundus hoc credidit ꝙ eos: ergo sequit, ꝙ primũ est possibile. s. ꝙ Deus sit factus homo, & incarnatus: nã philosophi, ita imo magis reputabãt impossibile secũm, & tertium q̃ primum. Vnde est aduertendum, ꝙ licèt ista videbantur difficilia ad credendum, tamẽ habito misterio, & modo incarnationis efficiũtur credibilia. Nam verbum diuinum virtute ſpiritus sancti formauit illum hominem ex puris sanguinibus virginis, & formando animauit, & animando assumpſit illam humanitatem in vnitate personæ. Et sic assumpſit essentiam, & humanitatem non assũmẽdo esse personale, imo suppositauit illum hominem assumptũ per suã propriam personalitatem, & sic fuerũt duæ naturæ in vna persona. Et sic ille homo Deus natus est temporaliter ex virgine exopere ſpiritus sancti, qui formauit ex sanguinibus puris virginis illud corpus. Et tota trinitas creauit animã in eodem instanti: & sic verus Deus, & hũ perfectus est quò ad naturã: & natus est in ecclesia, quia in eodẽ instanti quo fuit cõceptus, & incarnatus fuit caput ecclesiæ, & Maria verum membrum ecclesię, ergo tunc iã fundauit ecclesiã, & antequàm nasceretur iam fecerat Ioannem baptiſabet: ergo iam natus est in ecclesia, quã ipsemet fundauit in ſua incarnatione, & concepſtione, & postea ĩ ea prædicauit, & passus est, & mortuus, & resurrexit: ergo ista ſtãt simul. s. ꝙ Deus sit factus homo, & simul fundauit ecclesiam, & postea sit natus in ea. Nã ſua cõceptio, & incarnatio fuit fundatio ecclesiæ &c. Et fuit postea possibile, ꝙ homines rusti, & simplices hoc misterium philosophis, & mundo prædicarent, & eos conuerterent, quia non in virtute propria, nec in sapientia humana hoc fecerunt nec potuissent facere, sed hoc fecerunt in virtute ſpiritus sãcti, qui in die pentecostes rẽceperũt, qui loquebatur in eis, cuius virtus exuperat omnem sensum, & captiuat omnem intellectum, & sic totum redditur possibile. Et ideo sequitur.

Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principum horum qui fuerunt in ea.

Non mireris, quod hoc sit possibile. s. ꝙ aliquis homo hoc potuerit persuadere mundo. scilicet quòd Deus sit factus homo, & quod sit natus in ea ecclesia quam ipse fundauit: nam non erãt ipsi apostoli, qui loquebantur: nam dominus narrauit in scripturis, & euangeliis, & epistolis populorum scilicet a posto lorum, qui erant populares, & simplices, & imperiti, & principium horum qui fuerunt in ea, ideſt in scripturis principum horum qui fuerunt in ea. Nam apostoli qui ante fuerunt populares, & rustici postea fuerũt principes in ecclesia. Et isti scripſerunt euangelia, & epistolas canonicas, & actus apostolorum, & apocalypſim: in quibus narrauerunt totum misterium incarnationis, & passionis, & conuersationis, & prædicationis, & miraculorum, & mortis, & resurrectionis, & ascensionis Christi. Et prædicarunt toti mundo, & conuerterunt infideles ad ecclesiam. Et sic multiplicata, & dilatata est magna ciuitas Sion. Etiam potest legi aliter licet sub eadem sententia sic, nunquid altissimus factus homo dicet, ideſt loquetur & prædicabit ipsi Sion scilicet ecclesiæ ſ. & ipse homo natus est in ea, & ipse altissimus fundauit eam? quasi dicat hoc est difficile credere. Et ideo subdit ad solũendam admirationem, quòd dominus hoc narrauit in scripturis populorum, ideſt quòd euangelistæ, & apostoli inſpirati ista misteria narrauerunt in scripturis euangelicorum, & epistolarum. Nam illa euangelia sunt scripturæ populorum inquantùm populi euãgelio crediderunt: & sunt ſripturæ principum, & horum populorum qui sunt apostoli, inquantùm euangelica scripſerunt, & prædicauerunt. Nam ibi traditur misterium incarnationis scilicet quomodo missus angelus Gabriel à Deo ad virginem Mariam &c. Et traditur ibi modus natiuitatis, & ad orationis, & conuersationis vitæ, & mortis, & passionis, & resurrectionis, & ascensionis, et ſpiritus sancti missionis, & progressus ecclesiæ in actibus apostolorum. Est etiam aduertendum, quòd per ly populorum possumus intelligere doctores ecclesię, qui post apostolos scripſerunt quasi dicat, quod licet hoc misterium incarnationis sit difficilè ad docendum, & persuadendum, tamen ipsum sine dubio est verum. Nam dominus Deus narrauit hoc misterium incarnationis, primò prophecitè in scripturis populorũ scilicet ꝓphetarum, & patriarcarum: secundò in scripturis principum ſiorum populorum scilicet apostolorum qui fuerũt principes terræ, & etiam dominus narrauit hoc misterium in scripturis populorum, ideſt doctorum, & in scripturis principum horum scilicet apostolorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lorum qui fuerunt principes horum doctorū qui omnes tām populi, quām principes eorū fuerunt ciues in hac ciuitate, licet apostoli fuerint principaliores. Item etiām per ly apostolorum intelliguntur omnes simplices fideles vtriusq; te. & per principes horum populorum intelliguntur omnes patriarchæ, & pphetæ, & apostoli, & euangelistæ, & doctores no.te. Nā una & eadē est scriptura populorū fidelium, & principum eorū: sed ista scriptura dicitur populorum inquantūm est eis pdicata, sed dicitur principum inquantūm ab eis est populo scripta, & prædicata, & declarata. Et per ly principum horū: possunt intelligi apostoli, & euangelistæ qui fuerunt principes doctorum totius ecclesiæ. Nam doctores populares sunt respectu apostolorum, & euangelistarum: nam isti conati sunt intelligere, et gloſiare, et declarare dicta apostolorū
B et euangelistarum, & declarare misterum incarnationis, & passionis &c. Ideo dicit pphe ta: Dominus narrabit hæc misteria supradicta in scripturis populorum. i. doctorum ecclesiæ. ſ. Augustini: Hieronimi. Ambrosii. & Gregorii. Et in scripturis principum horum qui fuerunt apostoli, & euāgelistæ, quorum scripturis est credeudum. Ideo qui ista non intelligit misteria recurrat ad scripturas, & in eis inuenies veritatem, & sic soluetur omne dubium, & omnis contradictio. Ex his patet, q̄ dignitas ecclesię nō solum apparet ex mirabili misterio incarnationis, & passionis, & resurrectionis, sed etiam ex mirabili confirmatione, & scriptura, & prædicatione apostolorum, & euangelii promulgatione, & sacrorū doctorū scripta, & declaratione. Et iō
C ecclesia est tanto affectu Christo dilecta. Et sic patet sexta dignitas huius magnæ ciuitatis Sion, quia in ea erat promulganda lex euāgelica, quæ est manifestatio omnium misteriorum, quæ erant clausa, & obumbrata in lege veteri. Et hoc erat manifestandū p Christum & apostolos, & euangelistas qui fuerunt principes ecclesiæ, in quo euangelio continentur misteria incarnationis, & passionis Christi: quæ quidem misteria postea fuerunt magis dilucidata per doctores in glosſis suis. Et sic quod fuit per patriarcas significatum, & per prophetas obscurē pphetizatum, fuit postea per Christum, & etiam per apostolos in hac ciuitate manifeste narratum, & annunciatū, & per doctores declaratum.

Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Hic ponit septimā dignitatē ecclesię rōne finis: quæ est summa lætitia, & felicitas in patria. Ad cuius euidentiam est aduertendum sicut dictum est in principio, quod ecclesia militans, & superna triūphans est vna, sed sic habent sicut via, & terminus siue patria: sicut mare, & portus: sicut finis, & ea quæ sunt ad finem. Nam sicut triūphus nō potest adipisci, nisi præcesserit pugna, & victoria, & portus nisi præcesserit nauigatio: nec terminus nisi decursa fuerit via: Ita patria paradisi nec illa triūphans ecclesia potest attingi nisi quis peregrinatus fuerit per istam, cum ista sit finis itineris huius, & per consequens continuatur tanquām finis. Et sic dicitur illa ecclesia finis pugnæ, & militiæ, & nauigationis, & laboris & tristitiæ. Et ideo adepto fine omnia ista cessant, & manet quies, & gaudiū, & lætitia. Et sic est perpetua felicitas in ea absq; altera admixtione. Et hoc *propter tria.* E
Primo ratione subiecti siue potentiæ. Secundò ratione obiecti. Tertiò ratione vnionis potentiæ ad obiectum. primò ratione subiecti siue potentiæ, nam ratio, quare hic nō potest esse vera felicitas, nec perpetua lætitia, est ratione corporis subditi miseriæ, infirmitati, corruptioni, & passionibus. ſ. timori, auaritię tristitię, zelo, inuidię, indignationi, spei, desperationi, iræ, & de exteris naturalibus, passionibus, quæ non sinunt, hominem esse felicem. Sed per mortem anima expoliatur ab omnibus his passionibus, & per resurrectionem recuperauit corpus incorruptibile, & gloriosū cū omnibus dotibus gloriæ &c. Igitur non poterit esse infelix ratione corporis, & potentiæ siue subiecti, sed felix. Secundò inerit felicitas ratione obiecti, q̄a ibi nulla erit miseria proximorū, nec sensus aut potentię nostrę poterunt percipere aliquam miseriam cum nulla sit in aliis: quia hic licet q̄s nō habeat miseriam, tamen tristatur dum videt eam in proximo, sed ibi nulla erit miseria nec in se nec in proximo: ergo non poterit esse tristitia. sed quia vnusquisq; beatus videbit, & possidebit Deum in quo sunt omnia bona, & nullum malum, & in eo fruetur: ergo in ipso felicitabitur. Sed quia Deus in tantūm vnietur, & vnitur vnicuiq; beato vnione inseparabili, q̄ quasi immutabitur in Deum: ideo magis erit in Deo vnusquisque beatus: quām in seipso, quia amor transmutat amantem in amatum, & anima magis est vbi amat quām vbi informat, & sic eius scitia

A tas erit copiosa, & secura, & sufficiens satians appetitum, & perpetua. Et totum hoc, & omnes has tres rationes tangit apostolus primę ad Cor. 15. cum dicit, q̄ corpus hoc induet incorruptionē, & mortale hoc induet immortalitatē. Tunc Deus erit omnia in omnibus. Super quod dicit Aug. inde spiritu & aīa c. 8. Cum corporale hoc induet incorporalitatē, & mortale hoc induet immortalitatem, tunc mente, & corpore spirituales effecti secundū modulum nostrum per mentis illuminationem omnia sciemus, & corporis incorruptibilis leuitate vbique esse poterimus, volabimus mente per cōtemplationem, volabimus corpore per incorporabilitatem, discernemus mente, discernemus corpore, cū sensus nostri vertentur in rationem, & ratio in in-
B tellectum, & intellectus in intelligentiam, & intelligentia mutabit in Deum. Ex quo patet, quod ibi non poterit esse nisi perpetua felicitas. vnde. 22. decī. Dei. cap. vltimo dicit. Quanta erit felicitas illius æternæ ciuitatis, vbi nullum malum nullum latebit bonum, vocabitur Dei filius in sęcula sęculorū. Sed tia Felix. n. dicitur quasi ferens lætitiam. Iō Dauid hoc præuidēs in spiritu dicit. Sicut lę tantiū oīum habitatio est in te. i. gloriosa ista ciuitas de te bene multa gloriosa dicta sunt, & benemerito ciues tui sunt felices: nā habitatio tua est sicut habitatio, & societas, & cōgregatio oīm lætatiū. Et dicit sicut oīm: nā licet hic sit quandoque aliqua lætitia in aliqua ciuitate, tamen nō omnes lætātur, q̄a aliquis eorū patitur tristitiā: vnde raro est in
C hoc mūdo, q̄ aliquis celebret nuptias quin alter celebret funeralia. Et nō solūmodo accidit in eadem ciuitate, sed etiam in eadem domo: nam si aliquis lętatur, alter tristatur. Sed quia in illa gloriosa ciuitate nullum potest esse malum, & nullum latet bonū, ergo nullus potest tristari: ergo est habitatio omniū lætantiū, & non quorundam tantum, sed omnium. Et in hoc differt illa lætitia ab ista: quia est omnium, & semper, & perfecta, & sufficiēs lætitia, eū sit status oīm bonorū aggregatione perfectus. Ex supradictis patēt. 6. dignitates, & perfectiones huius ciuitatis, & ecclesię Christi. Quarum prima est, q̄ nō est fundata super lapides mortuos, sed super mōtes, & viros viuos, & sanctos. Secunda, q̄ Messias diligit illā ciuitatem magis quām veterē synagogam. Et hanc sibi desponsauit. Tertia

q̄ omnes patriarchæ, & pphetę dixerūt multa gloriosa de ista ciuitate. Quarta, q̄ hæc ciuitas recepit in se omnes nationes mundi. Quinta, q̄ fundator huius ciuitatis qui est Deus altissimus, natus est in ea, & per consequēs est filius eius. Sexta, q̄ in hac ciuitate p nūciatū est euāgelium per homines simplices, per quos totus mūdus credidit. Septima: q̄ finis huius ciuitatis est summa felicitas, & habitatio oīm lætantium sine tristitia in gloria cœlesti, & per cōsequēs ista ciuitas est via, & ordinatur ad illā. Ex omnibus istis sequitur, quòd hæc gloriosa ciuitas de qua loquit hic pphęta Dauid: est tota ecclesia Dei toto orbe diffusa: quā Christus edificauit, & fundauit in aduentu suo super. 12. fundamenta articulorum fidei, & super. 12 mōtes sanctos. ſ. apostolos, cui ciuitati conueniunt omnes dignitates, & cōditiones supradictæ: quę oēs in ea
B fuerunt complętę. Sed o sequitur esse vanā, & fictam spem Iudęorum modernorum, qui expectant pphetiā huius ps. implendā p futurū Messiā, quē falso expectāt, quę spes, & persuasio multipliciter est falsa. Primò quia Messias cōditor huius ciuitatis erat venturus ad secūdū tēplū, vt patet per Aggęū, & Malachiā, & Zachariā: quibus Deus pmisit mittere Messiā in illud templū, sed illud tēplū fuit destructū p Titū, & Vespasianum. 42. anno post ascensionem Christi: ergo sequitur, q̄ iā venerat Messias, vt latius alibi declaratur. Secundò est falsa talis spes: nā post destructiōnem secūdi illius templi nō expectatur aliud templū reædificari, vt patet Dan. 9. cap. vbi dicit, quòd post hebdomadas. 62. ab ædificatione secundi templi occidetur Christus, &
P nō erit eius populus, qui eum negaturus est & ciuitatē & sāctuariū dissipabit populus cū duce venturo, & finis eius vastitas, & vsq; ad cōsummationē, & finē pseuerabit statuta desolatio &c. Itē p Aggęū dī in. 2. c. Maior gloria erit huic domini nouissimæ, q̄ primæ. & p cōsequēs si illa domus fuit nouissima nō expectat alia in Hierusalē. Ex supradictis patet quòd post illam destructionem, quæ facta est per Romanos post illas sexaginta duas hebdomadas, & post mortem Christi non debet amplius aliud templum in eodem loco ædificari, nec etiam alia ciuitas eiusdem cultus, imo debet perseuerare statuta desolatio vsque ad consummationem, & finem mundi. Hoc idem patet per Hieremiam in septimo capitulo, vbi Deus vo-

cat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cat mẽdaces,& deceptores iudæos modernos qui expectãt tertium templũ ædificari post illud secundum destructum:& psuadent simplicibus Iudæis tertium templum expectandum, & ædificandum. Vnde dicit Deus p os Hieremiæ. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes templum domini, templum domini,templum domini est,hoc innuit Deus, ꝙ bene fuit templũ domini primum ædificatum per Salomonẽ,& templum domini secũdum reædificatum per Zorobabel, & Aggeũ & Zacariam,& Malachriam,sed nunq̃ erit tẽplum domini tertium quale ipsi expectant: quia nunquãm tertiò reædificabitur. Hoc idẽ patet superius psalmo. 27. vbi dicitur. Destrues illos,& non reædificabis eos. Ex supradictis, & multis aliis patet spem,& persuasionem eorum esse falsam. Tertiò patet falsitas eorum.nam ciuitas terrena quam expectant per falsum Messiam in monte Sion esse conB struendam nõ posset esse talis nec habere has septem conditiones quas ꝓpheta Dauid hic describit vt patet per singula. nam cum talis ciuitas sit in arcto loco sita,non posset capere omnes populos Aetiopum, & Scytarum, & Babylonorum,& omnium nationum,& linguarum. nec potest esse habitatio oim lætantiũ &c. Sed hęc quęstio alibi determinabitur.

PSALMVS. LXXXVII.

Domine Deus salutis meæ:in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

C Titulus, Canticum psalmi filiis Core ad victoriam:siue. In finẽ super Malaach ad respõdẽdum eruditio siue intellectus Heman Hezerait. Ex hoc titulo habetur quòd iste psalmus continet maximum misteriuui, eò quod cum magna solemnitate,& cerimonia cantabatur. Vnde Dauid rex, & ꝓpheta qui fecit hunc psalmum iuxta reuelationem sibi factã dedit ipsum cantandum choro filiorum Core.vnde Heman qui erat cantor, & princeps illius chori incipiebat versum, & totus chorus filiorum Core respondebat, & repetebat versum:sicut mos est in ecclesia quando dicũtur letaniæ sanctorum. Et iste psalmus simul cantabatur cum instrumento musico, quod dicebatur Malaach: & cantabatur cum toto conatu vocem vsque in finem, & vltimum D punctum. Vnde hic clarè ostenditur, quòd filii Core erant cantores. Ex quibus verbis patet contradictio eorum,qui negabant filios Core fuisse cantores. Nam manifestum est, quòd Heman princeps vnius chori cum toto choro suo erat de filiis Core, vt patet primi paralipo.6.cap.vbi Esdras describendo dispositionem cantorum, dicit quòd Dauid cõstituit tres principales cãtores, scilicet Heman, Asaph & Etã. Et demonstrat ibi, ꝙ Heman, descendit de Zacar per Core, & Asaph per Gerson descendit de Leui: & Ethan per Merari.Et sic,Heman erat Zahaita, & Asaph Gersonita, & Etam Merarita. Sed vt esset distinctio inter sacerdotes,& chorum Heman, omnes de chtoro Heman dicti sunt filii Core:siue Choritæ.Sacerdotes autem dicti sunt E Aaronitæ:eò quòd inter Aaron, & Core erat altercatio de sacerdotio, & sic quando in titulis nominatur filii Core *intelliguntur* Heman cum fratribus suis cantoribus. Sed quia de filiis Core non solum fuerunt cantores, sed etiam ianitores, vt patet primi paralipomenon.25.ideo communiter quando mentor ratur filii Coræ in titulis intelliguntur cantores, & quando nominatur choreitæ intelliguntur ianitores, & in hoc decipiuntur illi qui dicebant, quòd filii core non erant cantores sed ianitores.nam manifestè patet in F prædicto allegato textu, quòd quidam ex eis fuerunt cantores,& quidam ianitores. Sed est aduertendum, quòd inter cæteros cantores Heman, & Etan fuerunt prudentiores intellectu & intelligentia sacræ scripturæ, & ideo in eis legitur primi paraly.25.quòd isti cãtores, & maximè filii Heman erãt videntes.i.ꝓphetę regis:eò ꝙ declarabant Regi Salomoni sacrã scripturam: & maximè intelligentiam psalmorum,& non solummodo Salomoni:sed etiam toti populo interpretabantur, & declarabant intelligẽtiam psalmorum prout in illo statu poterant attingere. Et ideo dicebantur prophetæ, nõ quòd ipsi cõdidissent psalmos. sed quia declarabant populo: sicut modo faciunt nostri prædicatores. Et sic in illo

A in illo tempore tàm cantores quàm prædicatores,& recitatores, ꝓpheiarum dicebantur ꝓphetæ,& ꝓphetare,& ita dicitur in præallegato capi.quòd Asaph,& Heman, & Idithũ ꝓphetabant in citaris,psalteriis: & etiam de Saule dicit,quòd ꝓphetabat inter ꝓphetas. & etiam cantores vocat ꝓphetas apostolus. primæ ad Corinth.14 capit. Ex supradictis patet,quòd filii Chore in titulis psalmorum non memorantur vt conditores psalmorum: sed vt cantores vt dictum est psalmo.41.talis enim spiritus ꝓphetię soli Dauid datus est, vt ibi dictum est.Ex quo patet, quòd Dauid fecit istum psalmum, & dedit ipsum cantandum filiis Core,in quo Heman princeps incipiebat versum,& cæteri filiorum Core respõdebant,& cantabant ipsum cum instrumento musico dicto Malaach:quod significat infirB mitates siue chorum. Et ideo quia loquitur hic de afflictione,& infirmitate Christi pręcepit Dauid vt cantaretur cum tali instrumento. Sed de materia huius psalmi est altercatio apud Iudæos modernos.nam quidam dicũt: quod ꝓpheta loquitur hic de afflictionibus, & passionibus,quas passus, & passurus erat ille populus vsque ad captiuitatem BabiloniCcam.Alii autem dicunt, ꝙ loquitur de afflictionibus quas Iudæi patiuntur in captiuitate in qua modo sunt de qua expectant libera ri per falsum Messiam futurum. Sed hoc est manifestè falsum. Nam litera huius psalmi non potest competere illi populo, maximè illud quo scribitur.Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Nam iste populus nõ solummodo fuit non liber à peccato,imo peior omnibus infidelibus:quia sẽ per regnauit in eo idololatria, & nunc in eo regnat omne mendacium fraus,dolus,vsura, & rapina, & omnia genera vitiorum. Et sic in expositione huius psalmi non solũmodo cõtradicunt literæ,sed etiam de verbo in verbũ contradicunt sibi ipsis.Et ideo est dicendum, quòd Dauid in persecutionibus suis prędenx misterium passionis Christi,& mortem & sepulturam,& resurrectionem,& maximè quomodo erat affligendus à suis,fecit plures psalmos:inter quos præcipuè fecit istum. in quo Christus inquãtũ homo, & in forma servi conqueritur apud patrem de infirmitatibus quas passus est. Et ideo cantabatur cum illo instrumento dicto Malaach,quod significabat infirmitates,& dolores, & passiones, quas deflet ꝓpheta in persona Christi in hoc psalmo.in quo duo facit. Nam primo Christus deflet apud patrem infirmitates,& passiones suas,& persecutiones. Secundò petit liberari per resurrectionem,ibi.Clamaui.Quantùm ad primum dicit Christus.O domine pater qui es Deus per essentiam,& Deus salutis meæ: quia quicquid habeo in forma Dei habeo à te per æternã generationem,& quicquid habeo in forma servi à te habeo per spiritualem vnionem, & gratiam,ego clamaui in die,idest per totum tempus meæ prędicationis vocãdo populum ad fidẽ,& clamaui in nocte.s.tempore passionis,et persecutionis.s. in horto,quando te oraui,puta pro membris meis,& pro mea resurrectione, & clamaui in cruce petens redemptionẽ eorum,intret ergo oratio mea in conspectu tuo,idest accipe mortem meam,& passionem in preciũ pro redemptione membrorũ meorum,inclina aurẽ E tuam ad præcem meam acceptando eã simul cum passione,& exponit quod offert pro nra redemptione dicens: quia repleta est anima mea malis.s.laboribus,& opprobriis,& cõfusionibus,& persecutionibus,& flagellis, & doloribus est repleta vsque ad mortem iclusiuè: in tãtùm,ꝙ anima appropinquauit vsque ad infernum:& dicit appropinquauit: quia ibi nõ manſit nec iuit tanquàm reus & punitus:sed tãquàm victor,& iudex, & triũphator ad repetendam prædam. Et nõ solũ passus sum dolores,flagella,& opprobia &c.sed quo ad æstimationem hominum qui putabãt me ex necessitate mortuum ex peccato,& impotẽtia, & putabant,ꝙ sicut cæteri tanquàm condemnatus,& subiectus, & obnoxius pctõ primi parentis descendi in infernum, cum ego solus sim liber inter omnes mortuos,& peccatores. Dicit ergo. F

Æstimatus sũ cũ descẽdẽtibus ī lacũ: factus sũ sicut hõ sine adiutorio ĩter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris: quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori:in tenebrosis, & in vmbra mortis.

Æstimatus sum à Iudæis cũ omnibus hominibus descendentibus in lacum inferni,& ꝙ essem peccator,& in numero aliorũ hoim. Et ego qui sum liber à peccato inter omnes mortuos,ac si essem peccator factus sum derelictus in triduo sine adiutorio in potestate Iudæorum. Fuit profectò Christus ex debito, & ex natura solus liber à peccato, quia non

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex opere Adã nec per naturalẽ generationẽ natus est nec conceptus. Et ideo ĩ virgo Maria fuit libera ab omni peccato, hoc non fuit de debito, sed ex gratia, qua fuit præuenta in sui creatione anima eius &c. quia simul fuit creata, & sanctificata in corpore & anima. Et ẽt fuit existimatus à Iudæis sicut existimant, & censentur hoies vulnerati vulnere corporali, & spũali dormientes, & mortui iacentes in sepulcris, quorum tu non es memor amplius vt eos suscites: ita putabant, quòd tu oblitus eras mei, & nunquam me suscitares ad vitam gloriosam, & putabant, quòd eram sicut ipsi peccatores q̃ de manu tua, & auxilio repulsi sunt. Ita ergo putabant Iudæi, quòd tu repulisses me ab auxilio, & amore, & gratia, & quòd totaliter oblitus esses mei. Et hic posuerunt me in lacu inferiori, ideſt in sepulcro,

B quod erat excisum ex petra subtus terram, et in locis tenebrosis, & vmbra mortis, nam sepulcra sunt obscura subtus terram, & important horrorem, & quãdam vmbram, & feritatem mortis, quia pauci intrare audent ad sepulcra propter horrorem, & terrorem mortis quasi dicat. Mors, & sepultura non datur homini nisi in pœna peccati ipsius Adæ: sed ego secundum naturam eram liber, immunis ab oi morte, & peccato solus inter omnes peccatores: quia nõ obligatus eram peccato Adę: nec poteram peccare, quia nõ traxi fomitem in carne: nec poteram deuiare à regula veritatis nec destitui à gratia in qua eram cõfirmatus, etiam inquantum homo, nec poteram deuiare à veritate verbi cui personaliter eram vnitus. Et tamen punitus sum pœna peccatoris quæ est mors, & sepultura secundum sententiam datam in Adam, & scilicet morte mo-

C rieris &c. quasi dicat non obligabat ad mortem punitus sum pœna mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.

Traditus, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Notandũ q̃ licut pluries dictum est psal. 84 ex transgressione præcepti Adam in curruit indignationem, & iram Dei, & maledictionem, & sententiam mortis vtriusque: sed quia ipse nõ potuit satisfacere pro se, & suis: ideo Christus factus est caput nostrum, & voluit portare pœnam omnium nostrum: vt liberaret nos à maledictione, & sniia mortis æternæ, et recuperaret nobis vitam. Noluit ego trahere peccatum, sed vestigium, & pœnã peccati: vt dictum est psalmo. 34. quæ quidẽ pœna peccati dicitur furor Dei, & fluctus sententiæ Dei quæ fuit passio Christi, & flagella, et psecutio, & dolores, et opprobria, et mors. Ita ergo ista quæ Adã, & sua posteritas ex ira Dei, & sententia debebat portare in pœnã peccati, hæc eadẽ volunt Chris, p nobis portare. Dicit ergo Christus. O pater, furor tuus, & tententiæ tuæ datæ in Adã cõfirmatus est sup me. inductus est sup me, & oẽs fluctus, & pcutiones tuas induxisti sup me. i. oẽs afflictiones, & persecutiones, & dolores quos Adã, & genus hũanũ debuit pati ex furore, & ira tua: tu permisisti induci, & euenire super me. Vnde non solum passus sum dolores, & flagella, & persecutiones: sed etiã sum destitutus, & derelictus à meis inimicis, & discipulis, quia relicto me omnes fugerunt in captione mea, & populus Iudæorum qui erant noui mei, & contribules: quibus tot beneficia contuleram. qui me defendere debebant, ipsi me posuerunt abominationem sibi: loquẽdo de me per ciuitatem, & vicos, & plateas, & tabernas. vocando incantatorem, & maleficũ &c. Traditus sum à Iuda traditore in manus Iudæorũ & ligatus, & percussus, & ante Annã & Capham opprobriis, & conuitiis affectus, illusus, & in maxilla percussus, & postea ante Pilatum examinatus, & flagellatus, & tamen in omnibus his non egrediebar vltra limites rationis: sed cum patientia in omnib. respondi, & absque propulsatione iniuriæ patientes: tu auxilii. Nam absque misericordia tractatus fui ab eis, & absque pietate.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Nũquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscẽtur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis?

Narrata sua afflictictione, hic potis petitionem suam, quam fecit patri in cruce, & in sepulcro petens resurrectionem suã à mortuis, & potius petens redemptionẽ, & resurrectionem suam à morte perpetua, & à peccato. Dicit ergo. Oculi mei languerunt præ inopia, quia clamaui ad te dñe i horto deprecãdo ꝑ mem-

A membris. Et tota die expandi manus meas in cruce, brachijs apertis, & eleuatis manibus in cruce rogando pro redẽptione, gñis humani, petendo resurrectionẽ nõ solũ pro me de qua iam eram certus: sed pro resurrectione generis humani à morte perpetua. Et dicebã tibi nũquid mortuis facies mirabilia? Vnde est aduertendum sicut dictũ est psal. 74. q̃ maius miraculũ fuit, & est suscitare, & iustificare impium à morte peccati quàm creare cœlum, & terrã, propter rationes ibi assignatas: quia omoueatur obex, & mutet voluntas, & quòd Deus, ponat de suo. s. sanguinẽ &c. & creet ẽt pfam nouã. & hoc est maximũ miraculũ. Nã Paulus qui erat inimicus Christi, suscitatus est ab illa iniquitate, & muratus est in virum

B passus est famẽ, & carceres: & psecutiones: & labores, & mortem, & reges gentium, qui pp idola persequebãtur Christianos suscitati ad fidem propter Christum deleuerunt idola, & omnes martires fuerunt de populo gentili, & doctores ecclesiæ. Dicit ergo Christus patri in sua. depręcatione. O pater nũquid mortuis facies mirabilia? quasi dicat q̃ maiora miracula facies in conuersis ad fidem, & per eos conuertendo alios, quàm creare cœlum, & terram. quasi dicat non relinquas eos mortuos: quia si manerent in suo peccato, & mortuos nullum horum miraculorum sequeretur. Rogo te ergo per hanc passionem quam pas' sus sum manibus expansis in cruce, & p mortem, & sepulturam meam, vt tu remittas eis peccata, & suscites eos à morte peccati, & per

C deſit vt resurrectio mea sit causa resurrectionis omniũ vt apparent mirabilia, & potentia tua, cum ipsi qui erant persecutores fidei sunt postea defensores: & ipsi qui persequebantur Christum in membris. postea moriantur pro Christo. & ipsi qui erant sub potestate diaboli possint in potestate mea fugare diabolũ à corporibus obsessis, & ab animabus peccato rũ per ecclesiastica sacramenta. Vnde nota, q̃ hic Christus demõstrat, q̃ sua mors esset inanis, & vacua nisi sequeret resurrectio, quæ q̃ dem Christi resurrectio debebat esse causa resurrectionis omniũ: quia nullus alius potuit set nec resuscitare à morte animæ: & etiam à corruptibilitate corporis: cũ ipse solus sit primitiæ omnium resurgentium, & ideo subdit.

Nunquid medici suscitabunt, ideſt poterunt mortuos à peccato aut morte corporali suscitare, vt postea mortui confiteantur tibi? quasi dicat non: quia non habẽt talẽ potestatem: quia solus ego possum suscitare hoies a peccato: & per resurrectionem meã potero suscitare mortuos in corpus, & vitã gloriosam. q.d. totum genus humanum est mortuũ peccato, & egritudine spirituali, & ĩcurrit mortẽ corporalẽ: à qua nullus medicus põt eos suscitare nisi per mortẽ, & passionem meam, & resurrectionem meam. Itẽ nunquid medici corporales, & humani suscitabunt mortuos supple, & ipsi mortui suscitati confitebuntur tibi? quasi dicat non, quia illi non habent' potestatem nec artem nisi ad sanandas ægritudines quandoque corporales. ergo oportet vt tu suscites me vt per resurrectionem meam possim eos suscitare. Et sic confitebuntur tibi E & confitebuntur me esse verum Messiã in lege promissum: et recipient legẽ euangelicã, et sic sãlui fient, et suscitabũt mõ à pctõ, et in die iudicii ad vitam gloriosam. Nota q̃ litera Hieronymi habet. Nunquid gigantes surgẽt et confitebuntur tesset tunc esset sensus nunquid hoies terreni surgent &c. Sed maius sacramentum videtur continere translatio nostra, demonstrat enim, q̃ necesse est Christũ resurgere vt suscitet omnes alios: & sua resurrectio prędicetur per totum orbem vt omnes crederent per illum, quia si nõ resurrexisset: nulla fides fuit sibi data, & sic resurrectio sua non solummodo est causa resurrectionis corporis nostri. sed spirituales à morte peccati, quia per fidem resurrectionis suæ credidimus prędicationi apostolorũ: & recipimus legẽ euãgelicam per quã sãlui facti sumus & à pctõ suscitati. Dicit ergo Christus, suscita me F vt possim enarrare per apostolos meos misericordiam, & omnipotentiã tuam. Nunquid aliquis existẽs in sepulcro narrabit misericordiam, & omnipotentiã tuam: aut existẽs in pditione. i. in morte narrabit veritatem, & legẽ tuam? quasi dicat non: imo oportet, q̃ suscitetur à mortuis. Et sic oportet q̃ tu suscites me à morte corporali. vt ego suscitem eos à morte spirituali: vt suscitati possint te laudare. nã peccatores, & infideles non laudant Deum sed blasphemãt. Et ideo subdit. nunquid cognoscentur mirabilia tua in tenebris mortis: aut iustitia tua cognoscetur in terra obliuionis. i. in inferno vbi omnes peccatores sunt extra memoriã, & gratiã, & acceptionem tuã? quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quasi dicat. non: imo oportet q̃ ego resurgã à morte corporali, & suscitem eos à morte spirituali. Et sic patet, q̃ omnes isti quatuor versus principaliter referuntur ad resurrectionẽ Christi: & ex consequenti ad resurrectionẽ nostram. Vnde dicit O pater resuscita me. nã aliter non cognoscentur mirabilia nec erit valida passio mea: nec aliquis aliorum poterit resurgere à peccato: cum mea resurrectio sit causa resurrectionis omnium tam corporalis quàm spiritualis. s. animæ, & corporis. Nã si ego non resurrexero, & incineratum fuerit corpus meum in sepulcro, & anima permanserit in inferno: non cognoscentur mirabilia tua prædicta. Et ideo licèt vtraque expositio sit necessaria, quia vna dependet ex alia: tamen Christus iam certus de sua: principaliter petit nostram resurrectionem corporis, & animæ scilicet vt per suam resurrectionem

B nos resurgamus.

Et ego ad te domine clamaui: & mane oratio mea præueniet.

Vt quid domine repellis orationem meam auertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum, et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul.

Elongasti à me amicum, & proximum: & notos meos à miseria.

Ista est secunda pars: in qua vt ostendat q̃ magis rogat pro nobis, quàm pro resurrectione sua, de qua erat certus, vult ostẽdere quòd

C pro nobis passus est: vt sanaret infirmitates nostras, & peccata: & non pro se: cum sit inter mortuos liber. Ideo dicit Christus in persona membrorum, & corporis mistici: & ego ad te domine semper à principio clamaui postquàm Adam peccauit: te resurgens de mane antequã aliquod opus facerem, & faciam: oratio mea præuenit te rogando vt venias ad liberandum me ab huiusmodi miseriis. s. peccato, & pœnis eius temporalibus, & æternis. Vt quid ergo domine, & quare repellis orationem meam: & auertis faciem tuam à me? quia noluisti me audire per tot spatia, & ætates temporis nec per patriarcas nec reges nec prophetas. veni ergo, & adiuua me quia pauper sum ego, & semper in laboribus, & afflictionibus à iuuentute mea. Nã ecclesia semperpassa est persecutiones per omnes ætates. D Primò passa est in Abel per Cain. Secundo in diluuio. Tertiò in Abraam, Isaac, Iacob: & in captiuitate Aegyptiaca: & in prophetis: & multotiens fuit exaltatus populus in superbia, & rebellione, & idolatria: & multotiens humiliatus per captiuitatem decem tribuũ: & per captiuitatem Babilonis: & vastationẽ Antiochi. & fuit cõturbatus & afflictus. & irę tuæ, i. sententia punitionis, & terrores tui trãsierunt super me, & conturbauerunt me propter peccata mea in punitionem: & iste persecutiones, & afflictiones tota die. i. per omnes ætates circundederũt me simul sicut aqua. q. sicut fluctus maris circũdant, & torquent, & concutiunt nauem in pelago: ita persecutiones, & aduersitates infidelium circũdederũt, & affixerũt me. & in omnibus his aduersitatibus elongasti à me omnem amicum: quia E oẽs populi circũdantes, & oẽs *proximi mei. i.* Idumæi qui erãt fratres mei & *filii Esau* à me Esau fratris Iacob: omnes illi fuerunt à me elongati: & etiam elongasti oẽs notos meos & amicos à miseria, & tribulatione mea dicere linquendo me sine auxilio. Dicit ergo populus, & corpus misticum pro illo tunc: tu Christe, & Messia: & libera me à peccatis propter quæ hæc mala mihi euenerunt: & salua me. & iste est vnus sensus. Sed etiam est alius sensus in quo loquitur Christus narrãdo persecutiones quas patitur propter peccata nostra: & vt sanaret infirmitates nostras voluit ad se transferre pœnas peccati nostri. Et ideo dicit Christus in persona membrorum infirmorum. Ego sum factus pauper, & expositus ab omnibus bonis gratuitis ratione membrorum siue in membris meis. Et semper fui F in laboribus vulneratus formite, & lege mea brorum, & concupiscentia à iuuentute mea: quia iam nascimus filii iræ, & vindictæ. Et si quandoque sum exaltatus, & rebellis in superbiam per peccatum, inquantùm caro fuit git aduersus spiritum: & quãdoque humilitus per pœnitentiam, & punitus temporaliter per aduersitates: & sic manco conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, hic loquitur caput in forma serui, dicens. O pater iræ tuæ. i. punitiones, & pœnę sententiæ tuæ eis debitæ transierunt super me: quia voluisti vt paterer pro eis: & ideo cõturbauerunt me tota conturbatione mentis: sed doloris carnis. Et istæ afflictiones circundederunt me simul sicut aqua tota die, & tẽpore passionis meæ. sicut aqua & fluctus

A & fluctus maris circundãt, & quatiunt, & agitant nauem tempore tempestatis, & pro maiori afflictione elongasti. i. elongari permisisti omnem amicum, & proximum, & omnes apostolos, & notos meos à miseria mea: quia in captione mea omnes fugerunt. Et nota, quòd omnes fluctus iræ, & sententiæ Dei trãierunt super totum corpus mysticum quantum ad culpam, & pœnam propter peccatũ Adæ: sed illi fluctus trãsierunt super Christum caput huius corporis quò ad pœnam tantum: quia pro omnibus passus est vt frequenter dictum est. Et cum tali intelligentia loquitur Christus in hoc psal. Tota etiã ista vltima pars potest referri ad liberationẽ ecclesiæ de persecutionibus tyrannorum, & cæterorum infidelium, quas patitur vsque ad iudicium.

B *PSALMVS. LXXXVIII.*

Misericordias domini: in æternum cantabo.

In generatione & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Titulus: eruditio Etan Ezraitæ. Iste Etam fuit vnus de principibus cantorum quos constituit Dauid ad cantandum vt patet primi paralypomenon. 6. cap. Vnde ibidem dicitur, quòd Heman canebat eborum suum ad dexteram, & Etan ad sinistram. Vnde in psalmo præcedenti dicitur, q̃ Heman erat Ezraita sicut iste: eò q̃ erant oriundi de quodam vico dicto Ezra. Et sic ambo erant Ezraitæ. Per hoc patet mendacium Iudæorum, qui dicũt, quòd isti duo ascendebant de Iuda per Zaran. Nam in supradicto capi. vbi describitur genealogia illorum, demonstratur qualiter

C omnes tres cantores erant leuitæ. Nam Heman descẽdebat de Leui per Zahat, & Asaph per Gerson, & Etan per Merari. Et sic patet, q̃ Etan erat Merarita, & creditur, q̃ iste Etan est ille Idithum, qui memoratus est in supra dictis titulis. Nam eundem illum quẽ Esdras vocat Etan in memorato. 6. capite: eundẽ vocat Idithum in. 25. cap. Et sic apparet, quòd Etan erat binominis: vnde ponitur in hoc titulo, Eruditio Etan: inquantùm fuit ipsi datus ipse psalmus ad cantandum, & etiã inter pretandum populo: quia Etan erat prudentior, & eruditior simul cum Heman, vt dictũ est psalmo præcedenti. Est ergo sensus huius tituli: quòd Dauid fecit istum psal. in quo fuit eruditus à spiritu sancto, & dedit ipsum cãtandum ipsi Etan, & vt interpretaretur ipsum, & erudiret populum. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ totus iste psal. fundatur super promissionem factam ipsi Dauid de perpetuitate, & æternitate regni sui per Christum futura. Vnde tria fuerunt promissa ipsi Dauid. Primò, quòd Christus Messias in lege promissus debebat esse de sua generatione secundùm carnem, & q̃ nunquam deficeret semen suum vsque ad Christum. Secundò, quòd regnum suum debebat esse æternũ, & firmũ. De qua promissione habetur. 2 Re. 7. ca. Item. 4. quòd Christus filius suus debebat ædificare domum domino. Hoc ergo prævidens Dauid in spiritu non solummodo per reuelationem Nathan: sed per propriam spiritus sancti inspirationẽ, q̃ tale pactum Deus fecisset cum domo sua: fecit hunc psalmum: in quo duo facit. Nam primò agit gratias de supradicta promissione. Secundò petit æternam successionem sui regni, explicando particulariter promissionem ibi. Tunc locutus es in sanctis tuis. Quantum ad primum duo facit. Primò prorumpit in laudes pro supradicta promissione. Secundò admiratur mirabilem ysterium incarnationis in sua generatione promissum. Ibi. Confitebuntur cæli. Quantùm ad primum est aduertendum, q̃ causa quare Deus promisit omnibus sanctis patribus mittere filium suum in carnem, fuit misericordia eius vt liberaret genus humanum à miseria, & captiuitate peccati. Et sic p promissionem ostendit maximam misericordiam suam, & sic promissio dicitur misericordia: sed impletio illius promissionis quę fuit facta in no. test. dicitur veritas: & ideo dicit Dauid in principio huius psal. quòd duo intendit cantare, s. misericordiam Dei, & veritatẽ. i. promissum mysterii incarnationis, & F veritatem. i. impletionẽ eius. Vnde dicit Augustinus, q̃ mirabilis est prophetiæ promissio, in qua ostenditur misericordia: sed mirabilior est impletię adimpletio, in qua ostẽditur veritas: nam inutilis esset prophetię promissio nisi sequeretur eius adimpletio. Nã per promissionem Deus dicitur misericors: sed per impletionem dicitur verus, & iustus. Dauid ergo eruditus de promissione incarnationis eius, & certus de impletione eiusdem in suo semine prorumpit in laudes, & cantũ dicens. Misericordias domini in æternum cãtabo: & loquitur propheta in persona totius ecclesiæ. Et dicit misericordias in plurali, q̃ plures promissiones de Christo pluribus fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctę sunt Primò promissus est Abrahæ Gen. 22. Cui dictũ fuit, In semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. Secũdò fuit promissus ipsi Iacob in mysterio scalæ. Gen. 28. Et eidẽ in luctatione angeli. Gen. 32. Itẽ eidem cum dixit. Non auferetur sceptrum de Iuda &c. Item Christus fuit promissus Moysi. Exod. 33. cum dixit. Posteriora mea videbis. Itẽ Deuterono. 18. cum dixit: ꝓphetam suscitabo &c. Item ipsi Dauid. 2. Regum. 7. de quo supradictum est. Et ideo dicit. In ętternum cantabo: quia vidit Dauid in spiritu, quòd itte psalmus erat cantandus in ecclesia vsque ad finem mundi. Sed quia præuidit, & fuit certus, quòd Deus debebat implere quod promiserat: iõ sequitur: à generatione vsque in generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo. Vnde supra dixit. Misericordias cantabo: hic autem dicit. Annunciabo veritatem tuam, i-
B dest doctrinam euãgelicam. Nam euangeliũ est annunciatio eorum quæ fuerunt promissa in lege, vt ait Eusebius. Ideo ad testamentum vetus pertinet cantare ꝓphetiam, & ad nouum pertinet annunciare veritatem ꝓphetiæ, quæ est veritas euangelica. Et sic ecclesia pro illo statu cãtabat misericordias domini, nunc autem annunciat veritatem à generatione in generationem vsque ad diem iudicii. Nam incarnatio, & passio Christi, & resurrectio inquantùm promissæ, dicuntur misericordiæ, sed inquantùm impletæ in Christo dicuntur veritas.

Quoniã dixisti in æternũ misericordia ædificabitur ī cælis præparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis iuraui Dauid seruo meo: vsque in æternum præparabo semen tuum.

C *Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.*

Hic reddit causas quare intendit cantare misericordias domini, & annunciare veritatem. Cuius causæ sunt duæ Prima causa est, à Deo multiplex facta promissio. Secunda promissorum adimpletio. Ideo dicit: ideo supplecantabo quoniam dixisti, idest promittendo dixisti, & dicendo promisisti, quoniam misericordia ædificabitur in cœlis in æternum, & præparabitur veritas tua in eis: quasi dicat non erit irritum quod promisisti, & dixisti: imo misericordia tua, & promissio erit firma in cœlis, & veritas tua, idest adimpletio promissionis præparabitur in eisdẽ cœlis. Sed nota, ꝙ manus sacramentum latet hic. Vnde nota, quòd hoc multipliciter potest intelligi. D Nam hoc forsan dicit alludendo promissioni factæ Abrahæ, Gen. decimoquinto capit. quando Deus traxit ipsum foras, & dixit. Respice cœlum: enumera stellas si potes: sic erit semen tuum &c. Vnde tenet omnes doctores, quòd promissio facta Abrahæ non fuit uera in terra nec in bonis terrenis: sed in cœlo, & in bonis cœlestibus. Et sic præmissi promissionis, & misericordia, quę per Christum expectabatur, non erat in terris: sed in cœlis, & veritas illius promissionis in cœlis erat adimplenda per Christum. Et ideo dicit. Tu Deus dixisti Abrahæ, & omnibus patribus: misericordia, idest præmium, & effectus misericordię Christi promissi ędificabitur, idest firmabitur in æternum in cœlis, idest in bonis cęlestibus, & non terrenis, & veritas tua, idest impletio promissionis: & hæc E quæ est vera fruitio, & quies æterna, præparabitur à Christo in eisdem cęlis: hoc dicit. Nam sicut Deus promisit nobis pęnitentiam in cęlo. ita veritas illius præmii præparata est nobis à Christo in eisdem cęlis per suã passionem, & resurrectionẽ: sicut supradictum est psalmo octogesimo tertio, & quarto. Item per illos cęlos intelliguntur etiam apostoli: in quibus Christus ædificauit misericordiam, idest dedit legem euangelicam, vt cęteris misericordiam Dei prædicarent, & edificauit in eis etiam primò misericordiã, quia primò eos misericorditer elegit, & iustificauit, & postea in eis veritatem euangelicam præparauit: vt cæteris prædicarent, & ideo dicit ꝓpheta. O Deus ego cantabo misericordias &c. Quoniam dixisti mihi per reuelationem, & misericordia, & iustificatio ædificabitur primò in cœlis. i. in apostolis eos vocando, & iustificando, & postea præparabitur veritas tua euangelica in eis eos instruendo, & illuminãdo. Quomodocunq; ergo sit: sensus Deus promisit misericordiam in veteri testamẽto, & præparauit veritatem in nouo. Item dicit: Disposui testamentum meum electis meis: in qua locutione, & clausula ꝓphęta implicat omnes promissiones factas in veteri testamento: quia vetus testamentum nihil aliud est nisi dispositio, & præparatio ad nouum, & ideo dicit. tu Deus etiam dixisti: Disposui testamentum meum electis meis. Nam promissiones factę Abrahæ, Isaac, & Iacob, & Moysi fuerunt quædam dispositiones vt illi ponerent spem suam in Christo futuro.

A ro. Vnde per illas promissiones disponebantur ad fidem: vt qua fide iustificabãtur, & saluabantur: vt ait apostolos ad Romanos. 4. & pater de Abraã: quia credidit Deo de promissione sibi facta de Christo futuro: ideo reputatum est ei ad iustitiam, idest iustificatus est. Gen. 15. Item tota fabricatio tabernaculi, & descriptio, & omnia mysteria, & præcepta ceremoniarũ, & sacramenta veteris legis, & ædificatio templi Salomonis &c, non fuerunt facta gratia sui: nisi inquantũ erant dispositiones, & figuræ ad Christum, & legem euangelicam: & ideo dicit. Tu domine dixisti mihi per reuelationem: ego disposui testamentum electis meis: idest patribus veteris testamenti disposui per figuras omnia mysteria incarnationis, & passionis, & resurrectionis, & eadẽ præparaui in veritate, & compleui fideli-
B bus meis in nouo testamento. Sed tu Deus specialiter promisisti mihi dicendo: ego iurauit Dauid seruo meo: idest cum firmo pacto immobiliter promisi. 2. Regum. 7. capite. quòd vsque in æternũ preparabo semẽ tuũ, & ædificabo sedem tuam. scilicet tui regni in generatione, & generationẽ, & sic non solum modo promisisti mihi successionẽ in generationem, sed etiam æternitatẽ regni per Christum. Ex quo patet, ꝙ ꝓpalem promissionẽ specialiter mihi factam de ętterna successione generationis, & regni mei teneor in æternũ cantare, & cantabo misericordias tuas, & annunciabo veritatem tuam in generatione, & generationem.

Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur domino? similis erit Deo in filiis Dei?

Deus qui glorificatur in concilio sanctorũ. magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Quia superius facta fuit promissio de mysterio incarnationis, & de successione regni æterni: hic admiratur de ineffabilitate huius mysterii. Nam admirabile est, quòd aliquis homo mortalis possit esse æternus, & durare in æternum, & quòd aliquod regnum possit esse æternum in hoc mundo, & ꝙ aliquis homo possit habere sedem ętternam, & regalem in cœlo: & ideo dicit, ꝙ hoc mysteriũ ita inefabile, & incomprehensibile apud homines sunt hoc confiteri nisi cœlestes efficiantur: quia aliter homines non possunt credere mysterium incarnationis: nisi per signa cœlestia, D & homines cęlestes. Hoc ergo prævidens David in spiritu dicit. O domine, & cœli confitebuntur mirabilia tua: scilicet mirabile mysterium incarnanationis, & natiuitatis, & mortis, & passionis, & resurrectionis. Primò quia in tua natiuitate apparebit noua stella in cœlo denuncians natiuitatem temporalem regis æterni, & ducet magos vsque ad cunas infantis: ad adorandum Regem natum. Item annunciabunt, & confitebuntur cœli mirabilia tua: quando angeli cantabunt Gloria in excelsis Deo. Item cęli confitebuntur mirabilia tua in tuo baptismo: quando operiẽtur, & vox paterna audietur dicens. Hic est filius meus dilectus, & cætera. Hoc idẽ confitebuntur cœli in tua transfiguratione. Item confitebuntur cœli mirabilia tua in passionẽ: quando sol obscurabitur, E & fient tenebræ super vniuersam terrã. Item in tua resurrectione quando cum magno terræmotu descendet angelus de cœlo, & reuoluet lapidem ab ostio monumenti. Item confitebuntur cœli mirabilia tua in tua ascensione, quando angeli dicent. Viri Galilei quid admiramini, & cætera. Item confitebũtur cœli: idest homines cœlestes: scilicet apostoli: qui dicti sunt cœli in sacra scriptura: quando per totum orbem tuam incarnationem, & natiuitatem, & passionem, & totam legem euangelicã prædicabũt: & sic cõfitebuntur veritatem idest legem euangelicam in ecclesia sanctorum: idest omnium fidelium. Confitebuntur enim veritatem tuæ diuinitatis, & omnia miracula tua facta supra naturam: quod quidem mysterium incarnationis, & cętera mirabilia miracula non poterant fieri per humanam facultatem: nec aliquis potest ascendere F in cœlũ: nec facere talia mirabilia. nisi Deus aut æquales Deo: & ideo sequitur Quoniam quis in nubibus æquabitur Deo? Vnde ꝓphęta prævidens Christum sic eleuari in cœlum in nubibus, & sedere ad dexterã patris, & facere alia mirabilia, prorumpit in admirationem, & dicit, Cœli confitebuntur mirabilia tua: quæ sunt supra hominem, & potius diuina. Nam quis æquabitur, & erit æqualis Deo in nubibus cœli aut quis erit similis domino in filiis Dei: idest inter angelos, & homines: quòd possit ascendere in cœlum propria virtute, & sedere ad dexteram: idest æqualitatẽ patris? quasi dicat: nullus angelus nec homo purus nisi sit Deus. Et ideo sequitur: Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est ille homo Christus Iesus: qui glorificatur in concilio, & societate sanctorum, & sedet ad dexteram patris. Et ideo non est angelus nec purus homo: sed Deus, & homo magnus in potentia: terribilis in potestate iudiciaria super oēs homines qui in circuitu eius sunt. Quasi dicat: q̄ ille Christus qui fecit ista mirabilia in terris, & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram: ideſt ad equalitatem patris secundùm diuinitatem, & simul adorant, & glorificatur cum patre in concilio sanctorū: non solummodo est homo: sed Deus, & magnus dominus in virtute, & terribilis in potē tia, & iudicio: quia expoliauit infernum, & superauit mortem. Et iudex, & dominus super omnes qui in circuitu eius sunt. Et ista mirabilia confitebuntur cœli: ideſt apostoli, & omnes prædicatores in ecclesia sanctorū in
B hac ecclesia per gratiam, & superna per gloriam. Et deinde conuersus ꝓpheta ad Christum dicit in persona totius ecclesiæ.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens et domine: & veritas tua in circuitu tuo.

O Christe domine Deus virtutum: quis ergo erit similis tibi ſ quia veritas tua erit sēper in circuitu tuo. Omnia præmissa in te cō plebuntur. Nam tu es potens in miraculis faciendis, & ad vincendum diabolum, & expoliandum infernum, & ad delendam idololatriam, & ad eiiciendum foras principem huius mundi diabolum: qui per tot tempore regnauit, & ad liberandum hominem à peccato per mortem, & passionem &c. Et narrat per singula.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

C *Tu humiliasti sicut vulneratam superbam: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.*

Tu dominaris potestati maris: quia ambulasti super aquas siccis pedibus, & præcepisti fluctibus maris stare, & motum eorum mitigasti, & Petrum cum cæteris de ꝓfundo pelagi liberasti, & cætera. Item sicut quondam in mari rubro humiliasti Pharaonē superbū, & dispersisti, & submersisti omnes seruos eius: ita per passionē, & resurrectionē tuā humiliasti diabolū superbum sicut vulneratū, & victū à te, & in brachio, & in potentia virtutis tuę dispersisti primò diabolos, & fugati inimicos tuos per infernum: quando attraxisti prædam sanctorum patrum. Secundò dispersisti eos à mundo, & fugasti quādo dissipasti idololatriam. Tertiò dispersisti per mundum Iudæos obstinatos qui te crucifixerunt. Neque unirum si talem habes potestatem, nam.

D *Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terre & plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem & mare tu creasti.*

Quasi dicat. Sicut in toto vniuerso creasti cœlum & terram, ita in ecclesia creasti cœlos. ſ. apostolos, & terram qui sunt populi, & totam plenitudinem ecclesiæ creasti: in qua intenitur oriens. ſ. tempus apostolorum, & occidens. ideſt tēpus Antichristi, & Aquilo qui sunt hæretici, & falsi christiani, & frigidi, & inuenitur mare, i. persecutiones. In hebræo habetur: Aquilonem & dextrum tu creasti, quia in ecclesia inuenitur dextrum, & sinistrum. dextrum siue meridionale sunt catholici siue boni christiani sinistrum ecclesię sunt
E hæretici, & mali christiani. Illos enim permittit Deus in ecclesia: istos autem creat per gratiam.

Tabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Tabor est mons in terra promissionis: vbi Barat vicit exercitū Sisaræ. Iudicū. 4. Hermon autem mons paruus est prope Iordanē iuxta quem tansierunt filii Israel in terram promissionis. Sed postea in mōte Tabor Christus fuit transfiguratus vbi apostolis ostendit gloriam suam, & iuxta Hermon in Iordane fuit baptizatus. ideo dicit ꝓpheta, O Christe mons Tabor, & Hermon exultabunt quādo in vtroque audietur vox paterna dicens, Hic est filius meus dilectus. Nata in vno ista
F detur tua gloria, & in altero tua potentia. Nam aqua Iordanis recipiet virtutem regenerationis ex tactu tuo & virtute spiritus sancti descendente super aquas, & ibi dabit virtutem, & potentia ipsi baptismo ad delenda peccata, & ad eiiciendum diabolū foras. Ex quibus patet, q̄ Tabor, & Hermon exultabūt in illis diebus: cum viderunt brachium tuum. i. humanitatem meam: quæ dicitur brachium & instrumentum diuinitatis ad exercendum miracula. sed omnia ista facies cum potentia diuinitatis.

Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia et iudicium preparatio sedis tue.

Misericordia & veritas precedent faciem tuam beatus populus qui sit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die: et iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam

A *Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.*

Hic propheta petit accelerari aduētū Christi: vt expediāt redemptionem nostram per prędicationem, & passionem, & resurrectionem, & ascensionem. Dicit ergo, O Christe: firmetur manus tua contra inimicos tuos diabolos. eos debellando, & fugando, & peccata nostra delendo per passionem. Et exaltetur dextera tua, & potētia tua per resurrectionē: & iustitia tua, & iudicium erit præparatio sedis tuę per ascensionem: quia tunc tradetur tibi iudiciaria potestas vniuersalis in cœlo, & in terra, & sedebis ad dexteram patris: sed
B in omnibus misericordia, & veritas præcedēt faciem tuam. Vnde est notādum sicut superius dictum est, q̄ ante aduentum Christi prima erat promissio, & punitio: ideo oēs expectābāt misericordiam, & veritatem, & iustitiam: per misericordiā temperandā. Sed post aduentum Christi misericordia, & veritas passionis præcedunt iustitiam, & sic iustitia iam est temperata cum misericordia, & ideo hæc est differentia inter nos, & illos: & ideo prænuncians dignitatem, & gratiam noui testamenti, dicit, Misericordia, & veritas iustitiæ præcedent faciem tuam. O Christe, & ò populę christiane: ideo addit. Beatus populus christianus, qui scit iubilationem præ gaudio pro gratiarum actione, & pro beneficio redēptionis. Item multas alias causas iubilandi habebit populus christianus. Nam in lumine vultus tui. ſ. in lumine legis euangelicæ ambulabunt, quę ostendet eis claram viā ad pa-
C triam, & in nomine tuo exultabunt, quia in nomine Iesu demonia eiicient: linguis loquētur nouis: serpentes tollent &c. Et in iustitia tua: scilicet in passione tua: per quam fiet iustificabuntur à peccato, & exaltabuntur in dignitate nominis christiani: vincent diabolum, & peccatū virtute baptismi, & sacramentorum, & hoc fiet quia gloria virtutis eo rum tu es, & non alius. Et sic in beneplacito tuo, & gratia, q̄ puenit ex beneplacito tuo, & liberalitate, & misericordia, exaltabit̄ cornu nostrum, & honor: quia triūphabimus de diabolo. Et vnde euenient nobis ista, ſ. dignitas, & honor, & exaltatio? Respōdet, q̄ per incarnationē Christi: qui voluit assumere carnem nostram, & humanitatem. Ideo subdit.

Quia domini est assumptio nostra: & sancti Israel regis nostri.

Ideſt quia assumptio nostræ humanitatis D
est facta à domino filio Dei, qui est sanctus Israel, & rex noster. Nā assumendo carnem nostram factus est caput ecclesiæ, & rex, & dux noster, & sanctificator nr̄, & sic nos exaltauit, & honorificauit, & dignificauit. Ex quo patet, q̄ à principio huius psalmi vsq; ad præsentē versum: depēdet, & continuat̄ tota vna essentia. Nā dicit ꝓpheta. Misericordias domini in æternū cātabo &c. Et hoc quia dixisti, & promisisti: ideo misericordia in æternū ædificabitur in cęlis. Nā tu promisisti, q̄ filius meus Christus ædificaret domum tibi in ęternum. ſ. ecclesiam catolicam in terris: ex qua replebitur ecclesia cœlestis: ideo ita fiet. Nam ipse ædificabit misericordiam in æternum in cœlis, & præparabit veritatem tuā in æternū. Item tu dixisti. Disposui testamentū electis
E meis: quod figurabat totum mysteriū incarnationis. Nam totum testamentū vetus erat dispositio, & præparatio ad euangelium, & ecclesiam, & similiter dixisti: Ego iuraui Dauid seruo meo: vsq; in æternum præparabo semē tuum: ideſt seruabo generationes ex semine Dauid, & continuabo vsq; ad Christū. Et deinde præparabo semen regeneratum in Christo vsq; in sempiternū, & ædificabo in generatione, & generationem sedem, & regnū tuū. Et ista oia fuerint impleta in Christo: tunc confitebuntur cœli mirabilia tua in ecclesia fidelium: sed hoc erit mirabile. Nam quis in nubibus æquabitur domino &c. Tunc respondet, q̄ Christus Deus qui glorificatur in cō filio sctōrum ęquabitur dño in ęternitate, & erit similis est in substātia secundū diuinitatē. Et tūc Dauid apostrophat ad Xp̄m prorūpēs in cōfessionē laudis dicēs. Dñe Deus virF tutum &c. prenuncians virtutes Christi, & triūphū, & potentiā &c. vt dictum est vsque ad humanam exaltationem.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis: & dixisti posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confirmabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.*

Postq̃ supertius cecidit, & admiratus est misteriũ incarnationis sibi promissum, nũc in hac secunda parte principali petit successionẽ æternã sui regni, explicãdo particulariter totã promissionẽ sibi factã: in qua duo facit. Nã primò facit qđ dictũ est. Secũdò adducit quoddã impedimẽtũ qđ vł impedire totũ effectũ promissionis: ibi. Tu vero repulisti. Quãtũ ad primũ est aduertẽdũ sicut supra dictũ est, q̃ totus iste ps̃ fundat̃ supra illã ꝓmissionẽ factã ipsi Dauid reuelatã ipsi Natã de successione regni scriptã. 2. Reg. 7. c. Quæ quidẽ promissio est necesse, vt ad literã hic scribat̃, quæ quidẽ promissio talis est. Nã cũ Dauid proponeret in corde suo ædificare tẽplũ fixũ domino, locutus est dominus ad Natã dicẽs. Hæc dices seruo meo Dauid. Hæc dixit dñs
B exercituũ. Ego tuli te de pascuis sequẽte greges, vt esses dux sup populũ meũ Israel: & infra. Cũq; cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, suscitabo semẽ tuũ post te, qđ egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius, ipse ædificabit mihi domũ nomini meo, stabiliã tronũ regni eius vsq; in sempiternũ, ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ, qui si iniquẽ aliquid gesserit arguã eũ in virga virorũ, & in plagis filiorũ hominũ, miam aũt meã nõ auferã ab eo, & fidelis erit domus tua, & regnũ tuũ vsq; in æternũ ante faciẽ meã, & tronus tuus erit iugiter firmus. Hęc sunt verba ad literã totius ꝓphetię, quã ꝓphetiã intelligunt Iudæi ad literã de Salomone, & regno eius pręcisè, sed hoc est manifestè falsum. Nã aliqua sunt, & dicuntur in
C hac ꝓphetia quę nullo mõ possunt pertinere regno Salomonis. Nã regnũ Solomonis tẽporale nõ fuit æternũ, nec firmũ: imo defecit in captiuitate Babylonis, nec ipse fuit semp fidelis: nec domus sua, imo ipse fuit idololatra, & oẽs successores eius prẽter Ezechiã, & Iosiã. Et regnũ eius illico post ipsum fuit diuisum. Et ideõ est valde aduertẽdũ, q̃ sicut agens artificiale semp in actione sua recipit duo, vnũ principaliter, & ꝑ se, & aliud tanq̃ viã, sicut domificator: primò principaliter, & per se respicit finẽ tanq̃ terminũ principaliter intẽtũ. s. quietẽ, & securitatẽ ab imbribꝰ, & cautibus, scdò aũt, & minus principaliter respicit ea quæ sunt ad finẽ. Similiter medicus primò, & principaliter tanq̃ terminũ vltimatũ intẽdit sanitatẽ, sed tãquã viã ad finẽ intẽdit medicinã, & potionẽ. q̃ quidẽ potio non D
est gratia sui, sed gratia finis: ita pariter Deus omnipotẽs in tota scriptura sacra ve. te. & oibus promissionibus suis, primò, & principaliter intẽdebat Xp̃m in lege promissum, & regnũ eius tãquã finẽ vltimatũ principaliter intẽtũ, sed ex cõsequẽti intẽdebat ea, q̃ figurabãt ipsum Chr̃m, & regnũ eius. Et ista talia intendebat tanq̃ viã in finẽ. Nã figura respectu figurati est sicut via ad finẽ, & terminum. Et sic Salomõ fuit figura Chr̃i inquantũ xdi
ficauit illud tẽplũ, & regnauit in pace in regno suo, sed quia figura nõ põt esse ita perfecta sicut figuratũ nec via sicut terminus: iõ Salomon non potuit ædificare tẽplũ æternũ, nec firmare suum regnũ æternum, sed solus Christus figuratus per Salomonem ædificauit, & firmauit templum, & regnum æternũ, E
& iõ supradicta ꝓphetia in parte verificatur de Salomone, & verificata fuit tãq̃ de figura, & de via, sed verificata, & impleta fuit de Christo tanquam de termino vltimato, & principaliter intẽto. Et iõ Salomõ non in omnibus fuit figura Christi, sed in his, quæ bene fecit iuxta præceptum patris, & in hoc deceptitur Iudæi, quia viderũt aliqua esse literaliter impleta in Salomone temporaliter, & iõ putarunt, q̃ tota ꝓphetia primò, & principaliter & precisè fuisset dicta de Salomone. Sed propheta Dauid cui facta fuit talis promissio, multùm insudauit, & laborauit, postquã fuit in quiete, vt posset scire intelligentiam huius promissionis, & iõ fuit ipsi reuelata tota veritas huius ꝓphetiæ. s. quomodo erat intelligẽda de Christo Deo, & homine Messia F
in lege promisso, de sua generatione, & posteritate nascituro, sicut ipse dicit. 2. Reg. 23. c. vbi dicitur. Hæc sunt verba nouissima quę dixit Dauid filius Esai. Dixit vir cui constitutũ est de Chr̃o Dei Iacob egregius psalles Israel. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguã meam, Deus Israel mihi locutus est fortis Israel sicut aurora orietur sole mane absque nubibus rutilat &c. nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactũ æternum iniret mecum firmũ in omnibus atque munitum. Ex supradictis verbis patet, q̃ prẽter reuelationẽ factã ipsi Natã, facta est alia reuelatio immediata à spiritu sancto ipsi Dauid magis clara, & explicita, per quam magis intellexit veritatẽ supradictæ promissionis de ęterna successione sui regni impleda in Christo. Et sic est dicendũ, q̃ melius, & clarius

A clarius intellexit supradictã ꝓmissionẽ Dauid, quã Natã, & iõ Dauid iã illustratus spũ sancto declarat illã ꝓmissionẽ fuisse dictã de Xp̃o in lege promisso. Et iõ in hac 2. parte ps̃. dicit. O domine Deus pater tũc locutus es in visione sanctis tuis. s. Samuel qñ præcepisti vngi Dauid in regem. 1. Re. 17. quia fuit figura Christi futuri regis, & ẽt locutus es in visione ipsi Natã, de successione, & perpetuita te regni Christi, & vltimo mihi supradictam promissionem declarasti. Vnde dixisti cũ ꝓmissione: posui adiutorium in potente. i. dedi omnipotentiã ipsi filio meo Christo, & exaltaui ipsum de plebe. Nã sicut exaltauit Dauid de gẽte paupere, ita fecit Deus nasci Chr̃i
ẽtur hic de Dauid ad literã, verificantur de Christo in figura, vt patet intuenti, iõ nõ est
B necesse explanari literã cũ de se sit plana, sed figurã detegi. Nã sicut Dauid fuit exaltatus de humili statu: ita, & Chr̃s: licet descendat à Dauid: & sequtur. Inueni Dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eum per Samuelẽ, vt patet primi Re. 16. Hoc fuit etiam impletum in Christo quia electus est obediẽs patri, & vnctus oleo lætitiæ, & baptizatus ꝑ Ioannẽ baptistã in Iordane in persona totius corporis mistici. Christus aũt Dauid ẽt dicitur, qa manu fortis. Manus aũt mea. i. potestas auxiliabitur ei, & brachium meum cõfortabit eũ. Christus. n. dicitur manus Dei patris, & brachiũ inquantũ naturaliter procedit à patre, sicut manus, & brachiũ à corpore: quia quicquid habet filius inquantũ Deus habet à patre, & inquantũ hõ à verbo, & à tota trinitate. Nihil proficiet &c. hoc dicit: qa diabolus
C nil potuit contra Christum. Primò: quia fuit liber ab omni peccato. Secundò quia liberatus est genus humanũ à diabolo filio iniquitatis. Et cõcidã. i. dirumpam, & dissipabo, & fugabo à facie eius inimicos. s. demones, & odiẽtes eũ in fugã conuertã. Hoc. n. multipliciter impletum est in Xp̃o. Primò quando fugauit demones à corporibus obsessis. Secũdò quando abstraxit sanctos patres de inferno. Tertiò quando deleuit peccata per sacramẽta: Quarto quando deleuit idololatriam de mundo. Quintò ẽt quando fugati, & dispersi sunt inimici eius Iudæi per mundum, & pulsi à Hierusalẽ. Et veritas mea, & mia mea cum ipso: hoc dicit, quia per passionẽ Xp̃i facta est nobis mia: quia fisbleuati sumus à miseria, quæ tulia ẽt dicta est veritas, inquantũ fuit adimpletio promissorũ in Chr̃o, vt sæpius dictum D
est. Sed quia ex humilitate passionis adeptus est Chr̃s nomẽ quod est super oẽ nomẽ, & exaltatus est &c. iõ sequit. Et in nomine meo exaltabitur cornu eius. i. potestas & imperiũ eius. Et ponã in mari manũ. i. potẽtiã eius, & in fluminibus dexteram. i. sceptrum eius. Hoc dicit. Nam apostoli nõ solũ prædicarunt euãgelium in Iudæa, & Samaria sed in insulis maris, & vsque ad flumina Indorum, & Aeriopum. s. vsque ad fontem Nili, & etiam ad fontem Gãgis apud Indos, & ad fontem Tanais apud Scitas, & breuiter à mari vsq; ad mare, & vsque ad fines terræ, & dilatatum est regnum Christi sicut dictum est psalmo. 71.

Ipse invocabit me pater meus tu Deus meus susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

Postquãm descripsit promissionẽ magni- E
tudinis imperii, ẽt hic describit dignitatẽ huius regis quo ad substãtiã, quia filius naturalis ipsius Dei patris, & cõsubstãtialis: iõ dicit. Ipse Iesus Xp̃s invocabit me: dicẽs ps̃ meus es tu naturalis. Nã Christus nõ solũ inquantũ Deus est filius naturalis Dei patris, sed etiam inquantùm hõ, quia nullũ aliũ patrẽ habet in terris. Nã opere ipsius spũs sancti in vtero virgineo formatus est ex puris sanguinibus: q̃ quidẽ spiritus sanctus est virtus Dei patris & iõ etiam inquantum hõ dicitur naturalis Dei filius maximè quia vnitus est personaliter verbo: & iõ in omnibus verè invocauit patrẽ, qui fuit Deus eius per creationem aiæ, & fuit susceptor salutis eius, nõ solũ quo ad mẽbra, sed ẽt quo ap ipsum, inquãtũ eũ pater ad gloriã suscitauit. Et ego primogentiũ ponã il F
lũ: est. n. Christus primogenitus, & vnigenitus nõ solũ quo ad diuinitatẽ, sed ẽt quò ad humanitatẽ. Itẽ est primogenitus quò ad hæreditatẽ, quã adeptus est vsq; ad terminos terræ, & in cœlo, & in terra. Tertiò dicitur primogenitus, quia excelsus positus est præ omnibus regibus terræ sedẽs ad dexterã patris in excelsis, cui data est vniuersalis ptãs. Nã terrenis regibus dat ptãtem in vno regno, & prouincia, sed Xp̃o data est in cœlo, & in terra, & super oẽs gẽtes tãquã primo genito Dei patris: & iõ dicit. Excelsum præ regibus terræ.

In æternum seruabo illi misericordiam meã, & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Postquàm superius ꝓdixit,& descripsit dignitates, quas Xps accepit à patre pro se:nũc enumerat ea ꝙ accepit patre ꝓ mẽbris suis: & pro toto corpore mystico. Quæ generaliter fuerũt quatuor.Primò.n.accepit vniuersalẽ misericordiã & remissionẽ per mortẽ,& passionem.Secundò legem euangelicã quam dedit per prędicationẽ.Tertiò æternũ sẽmen per sacra & regnationem. Quartò potestatẽ ordinis,& iurisdictionis.Iõ ait: In æternũ seruabo illi miam meã pro mẽbris, quia per passionẽ suã relaxauit totũ genus humanum à captiuitate diaboli: & testamentũ,i.lex euangelica semper erit fidelis ipsi,quia omnes iustificat & neminẽ decipit.sicut superstitiones gentilũ & aliorũ hæreticorũ.Et ẽt dicit testamentũ meũ fidele ipsi : ꝙa oĩa sunt impleta ĩ Xpo, quę scripta sunt in veter.test.pro ecclesia eius, & vtilitate ecclesiæ, & mẽbrorũ &c.
B Et ideo sequitur. Et ponã in sęculũ sęculi sẽmen eius, ſ. populum christianũ q dr sẽmen Christi:eò ꝙ fonte baptismi sit regeneratus: cui datur vita sẽpiterna in sęculũ sęculi. Et tronus Christi in ecclesia erit æternus ratione finis. Nã finis eius est regnare in cęlo. de quo trono dixit angelus ad Mariã Luc.1.Dabit ei dñs sedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in ęternũ: & regni eius nõ erit finis.Ad cuius intellectũ est notãdũ,ꝙ sẽ mẽ Abrahæ & Israel & Dauid hẽt duplicẽ respectũ. Vno modo ad gnationẽ & successionẽ carnalẽ:alio modo ad Christũ promissum in illa generatione carnali.Et ideo fuit continuata generatio carnalis ab istis vsq; ad Christum. & sic Christus in lege promissus natus est ex istis secundum carnẽ & ꝼm promissionem.Sed quia non natus est per generationẽ
C carnalem:ideo in Christo finiuit, & termina ta est generatio carnalis: & manſit ſola generatio ſecundũ promissionẽ. Et quia Christus non amplius genuit filios carnales,ſede rege nerault filios ſpũales:iõ totus populos Christianus per Xpm regeneratus dicitur ſemen Abrahæ,& Iſrael,& Dauid,& ſecundũ promiſſionem & nõ ſecundũ carnem, ꝙa deſcendunt à Chriſto,quo deſcendit ab illis ſecũdũ carnem, & ſecundũ promiſſionem. Vnde ſicut Iacob genuit carnaliter duodecim filios, & patriarcas, à quibus multiplicatus eſt totus ille populus Iſrael ſecundum carnem.ita Chriſtus primò ſpiritualiter regenerauit per aquam baptiſmalem duodecim apoſtolis : à quibus regeneratus eſt, & multiplicatus to-

tus populus Chriſtianus.& ideo dicunt duo D
decim patriarchæ,& duodecim principes eccleſiæ: quos Chriſtus regenerauit loco duodecim patriarcarum filiorum Iacob de quibus ſupradictum eſt pſ.44.Pro patribus natiſunt tibi filii : conſtitues eos principes ſuper omnem terram.Ex quibus patet, ꝙ populus Chriſtianus continuatur de ſemine ipſius Abrahę,& Iacob, & ſic tota eccleſia dicitur ſemen illorum ſecundũ promiſſionẽ,& ſpiritu. & hoc eſt illud ſemen de quo dictũ eſt ipſi Abrahæ.Ge.15.Suſpice cęlum, & numera ſtellas ſi potes:ſic erit ſemẽ tuũ, & in ſemine tuo benedicent oẽs gentes.Ex quo patet, ꝙ huic ſemini ſecundũ promiſſionẽ promiſit Deus hæreditatem in cælis.Et hoc ſemen promiſit Deus ipſi Iacob: quando vidit ſcalam à terra vſq; in cœlum,& quando luctatus eſt cũ angelo, & quando benedixit filio ſuo Iuda. Et E
hoc eſt ſemen æternum quod promiſit Deus ipſi Dauid in ſupradicta ꝓmiſſione,& in hoc pſal.& in hoc ſemine ꝓmiſit ipſi æternã ſucceſſionem in regno:& ſic eccleſia dicitur ſucceſſionem in regno:& ſic eccleſia dicitur domus Dauid,& regnum Dauid, & ſedes Dauid.Quæ quidem eccleſia dicitur æterna ratione finis inquantùm continuatur cum ſuccione finis inquantùm continuatur cum ſuperna:ſicut dictum eſt pſal.86. Nã ciues iuius ciuitatis iam ſunt ciues ſanctorum & domeſtici Dei : ad Ephe.2.Quia iã pertinẽt ad illam ciuitatem, quia conuerſatio noſtra in cœlis eſt. De hoc ergo ſemine dictũ eſt, & promiſſum ipſi Dauid:Ponam in ſęculum ſeculi ſẽmen eius.Et de hoc regno dictum eſt:Tronus eius ſicut Dies cœli, & ſic patet veritas huius promiſſionis.

Si autem dereliquerint filij eius legẽmeã: & in iudicijs meis non ambulauerint.

Si iuſtitias meas prophanauerint: & mandata mea non cuſtodierint. F

Viſitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neq; prophanabo teſtamẽtum meũ: & quę procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo: ſi Dauid mentiar: & ſemen eius in æternum manebit.

Et tronus eius ſicut ſol ĩ cõſpectu meo: & ſicut luna pfecta ĩ æternũ: et teſtis ĩ cælo fidelis.

Hic remouet quoddam dubium. Nam ſupra dixit: Seruabo illi miſericordiam meam in æternum: & tronus eius ſicut Dies cœli. Ideo dubitaret aliquis ſi propter peccata populi

A puli & regnũ impediret ſupradicta promiſſio de Chriſto promiſſo:& de eius regno eterno. Ad hoc reſpondet Deus dicens. ꝙ ſi filii Dauid ſ.Salomon,& cæteri ſucceſſores deliquerint in lege per idololatriã vel quodcunque aliud peccatum: pp hoc non impediret, nec ceſſaret ſupradicta promiſſio, quin Chriſtus veniret in carnem.ſed bene tales reges, & populi tranſgreſſores punirentur tẽporaliter:& verberarẽtur per bella,& captiuitates:itũ pro nullaret myſterium incarnationis per tot miſteriã,& figuras in teſtamento vete. patribus promiſſum.Dicit ergo Deus:aũt pro ſed ſi filii eius.ſ.reges.& ſucceſſores ipſius Dauid,& Salomonis dereliquerint,& præuaricati fuerint legem meã,& non ambulauerint in iudiB cijs,& ꝑceptis meis,& ſi ꝓphanauerint iuſtias meas per idololatriã, & non cuſtodierint mandata mea:tunc viſitabo iniquitates eorũ in virga punitionis:& puniã peccata eorũ in verberibus ꝑalibus.aũt pro ſed : non auferã miam meã ab eo.ſ.ab ipſo Dauid,quã promi ſi oĩbus patribus : eò ꝙ talis mia redẽptionis ſe extẽdit ad totũ genus humanũ: neq; nocebo ei in veritate, & promiſſione mea:neq; ꝓphanabo.i.nõ falſificabo teſtamentũ meũ, & pactũ factũ'eũ oĩbus patribus,& nõ faciã irrita,& caſſa,& uana ,ꝓmiſſa ꝙ procedunt de labiis meis,quia ſemel iuraui in ſãcto meo.i.q ſanctitatem meam firmiter promiſi ipſi Danid ſancto meo:ꝙ ſemen eius in æternũ manebit per Chriſtum.ſi pro non:& non mẽtiar imo firmiter adimplebo quod promiſi.Itẽ ſeruabo qđ promiſi de æternitate regni.ſ.ꝙ tronus eius erit æternus, & incorruptibilis ſicut
C ſol,& ſicut luna perfecta in æternũ.i. ꝙ ſicut ſol,& luna durabũt in eternũ:ita regnũ Chriſti erit ęternũ,& ipſe Xps erit mihi teſtis fidelis in die iudicii qñ veniet ad iudicãdũ,& apparebit in cęlo cũ ptate magna,& maieſtate: & tronus eius erit mihi teſtis fidelis in cœlo in die iudicii.Et ly teſtis põt referri ad ly ſol & luna.q.d.ſol,& luna erũt mihi teſtes in cę lo.Nã ſicut ſol,& luna nõ deficiẽt in æternũ. & eſt ſimile illi,qđ dr Hiere.33. Si irritũ poteſt fieri pactũ meũ cũ die,& cũ nocte:vt non ſit dies, & nox in tpe ſuo,& pactũ meũ irritũ eſſe poterit cũ Dauid ſeruo meo:vt non ſit ex eo filius qui regnet in trono eius.Tota ẽt iſta particula poteſt exponi moraliter de quibuſcunque peccatoribus filiis eccleſię pœnitenti bus, quibus Deus promittit uepiã qñcunq; egerint pœnitentiam.Vnde dicit, ꝙ ſi aũt filii eius,ſ.Chriſtiani deliquerint in aliquo peccato,iã non erit eis pꝛopter hoc irremiſſibile: ſi egerint pœnitentiam ſed puniam temporaliter.Nam primò viſitabo in virga comminationis peccata eorum leuiter puniendo, Et ſi procedant in peccatis, viſitabo in verberibus & plagis peccata eorum per bella, & captiuitates, & peſtilentiam,& famem eos affligendo: ſed ſi egerint pœnitentiam:miſericordiã meã non diſpergam ab eo.ſ.ab illo populo:neque nocebo ei in veritate,& ꝓmiſſione mea:imo faciam quod promiſi:quia nunquàm negabo ipſi miſericordiam, & veniam:neq; puniam æternaliter,ſed temporaliter tantùm. D

Tu vero repulisti.et deſpexiſti:diſtulisti Christum tuum.

Auertisti teſtamentum ſerui tui.prophanaſti in terra ſanctuarium eius. E

Deſtruxiſti omnes ſepes eius,poſuiſti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes tranſeũtes uiam: factus opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexteram deprimentium eum: lętificaſti omnes inimicos eius.

Auertiſti adiutorium gladij eius:& non es auxiliatus ei in bello.

Deſtruxiſti eum ab emundatione: & ſedem eius in terra colliſiſti.

Minoraſti Dies tpis eius:pfudiſti eũ cõfuſione.

Hæc eſt tertia pars:in qua propheta cõqueritur de apparẽti impedimẽto prædictarũ ꝓmiſſionum.Nã tria principaliter fuerunt promiſſa ipſi Dauid. Primò rex ęternus de ſemine ſuo.Secundò perpetuitas regni.Tertiò oĩpotentia regis. Sed per tria ꝙ poſtea ipſi Dauid fuerunt reuelata:viſa fuerunt ipſi impedienda prædicta tria promiſſa. Nam fuit ipſi F
reuelata deſtructio ciuitatis,& templi & totius regni Iudeę, & captiuitas facta per Caldæos. Secundò ablatio ſceptri regalis de ſuo ſemine:quod fuit impletum in Sedechia &c. Tertiò, ꝙ iſte rex ipſi promiſſus erat affligendus,& occidendus.quæ omnia videbantur eſſe contraria promiſſis.Nam ſi ciuitas erat deſtruenda, & templum à fundamẽtis, & totus populus capiendus: ergo regnũ non erat perpetuum nec æternum. Et ſi reges erãt auferẽdi de ſemine ſuo:ergo non poterat peruenire regnũ vſq; ad filiũ promiſſum:nec talis filius erat naſciturus.ſi oẽs reges erant auferẽdi, Itẽ ſi ille filius erat naſciturus,& erat taliter affligẽdus,& ignominioſe tractandus,&

finaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A finaliter occidens, ergo non erat potés nec futurus rex: nec regnū restituturus: nec recuperaturus: nec restauraturus: cū p mortē esset impediendus. Ista ergo tria videbantur promissa impedire. verūtamen licēt ista tria darent ipsi Dauid causam querelæ: tñ postea fuit ipsi reuelatus modus regni Christi spūalis per resurrectionem, & ascensionem. Nā regnum Dauid fuit figura regni Christi: & Salomon inquantùm filius & hęres Dauid fuit figura Christi: quia vt sic habuit regnum pacificum post multos labores pris. Et ex pcepto patris ædificauit templū mirabile. & murauit ciuitatē triplici muro, & vt sic fuit figura Christi. Sed inquātùm fuit peccato, & deprauatus amore mulierū, & idololatrię: vt sic nō fuit figura Christi, & sic successores eius, & imitatores idololatriæ fuerunt expulsi, & priuati regno terreno: & regnū terrenū eorū fuit de-
B structum, & ciuitas, & tēplū pp peccata. Quę quidē destructio talis fuit figura mortis Christi. Nā sicut ciuitas fuit versa, & diruta, & percussa, & postea per Iesum sacerdotem magnū reædificata, per hoc figurabant q tēplū Christi terrenū, & mortale, quod erat corpus eius humanum: erat primò multipliciter affligendū flagellis, & opprobriis, & totaliter p mortem dissoluendum, sed post triduum totaliter restaurandum. ideo dicit Chrīs. Soluite tēplū hoc, & in triduo reædificabo illud quasi dicere: vos soluitis, & destruitis templum hoc. s. corpus meum per mortem: sicut Caldæi destruxerunt templum Salomonis, sed Iesus sacerdos reædificauit illud: ita ego reædificabo corpus meum per resurrectionem: & suscitabo illud. Ideo subdit euangelista. hoc aūt di-
C cebat de tēplo corporis sui. & sic templū Christi. s. quod Christus per suā resurrectionē reędificauit: factū est æternum, & sic cōpleta est promissio facta ipsi Dauid. s. q Christus filius suus, de semine suo nasciturus, ædificaret tēplum, & regnum æternum. Nā templum siue regnum Christi non est de lapidibus materialibus, & inanimatis, sed ex lapidibus viuis qui sunt fideles, quorū ipse est caput, & fundamentū: ergo in die resurrectionis fundauit tēplum æternū, & ecclesiā, & sic promissio fuit verificata in Chro tàm de rege q̄ de regno ęterno, & de ei potentia eius. Nam tunc fuit ipsi data potestas in cœlo, & in terra, Matt. vlt. Duo ergo facit ,ppheta. Nam primò exponit querelam suam de impedimento promissionis. Secundo orat pro veritate spirituali pro

missi. ibi. Vsquequò dñe auertis. Et nota, q D
ista prima pars est dupliciter exponenda. Primò pro destructione regni, & templi terreni Iudæorum per Caldęos. Secundò exponitur de persecutione, & morte, & passione Christi factam per Iudęos, Nā dictum est, q ciuitas, & templū primò significant psonā Christi, & ex consequenti ecclesiā, & sic destructio ciuitatis, & tēpli fuit figura dissolutionis, & mortis Christi, & sic ista litera prius fuit verificata de figura: postea de figurato. & sic in duplici spiritu ,pphetico est exponēda. Quantùm ergo ad primum dicit ,ppheta. O dñe Deus pater: tu dixisti spęriùs in promissione per sanctos tuos Natan, & Samuelem: Non prophanabo testamētum meū: & quæ procedūt de labiis meis non faciam irrita. Et dixisti, Semel iurui in sancto meo: si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit. Et tro- E
nus eius sicut sol in cōspectu meo: & sicut luna perfecta in æternū, & testis in cęlo fidelis. per quā promissionē putauī regnū meū æternū. Nunc vero video oppositū, quia tu repulisti Christum tuū. s. regem unctum ex regno: quia in Sedechia defecerūt reges. & potiùs ibi ly Christū indefinitè pro oibus regibus: sicut ly Christū indefinitè pro oibus regibus: sicut dī: propter iniquitatē corripuisti hoiem. i. omnē hoiem. & intelligit hic regnum simul cū regibus. Ideo sequitur, & despexisti, quia nō solū Sedechias fuit despectus, & illusus, sed ēt totum regnū & natio Iudęorū ab omnibus gentibus. & distulisti Christum tuum. i. diu durare fecisti tribulationē, & afflictionem eius. Itē: auertisti testamentū serui tui Dauid. i. promissum mutasti, & retardasti, vel à pro- F
speritate in aduersitatē mutasti: & ,pphanasti in terra sanctuarium eius: quia Caldæi tēplū ,pphonarum sacrificantes in eo Diis suis pro victoria habita, & in fine ipsum incenderunt. Destruxisti oēs sepes, & muros eius: posuisti firmamentū eius formidinē. quia ipsa ciuitas: quæ ante erat firmū præsidiū, postea sine muris facta est in formidinē maximā quādo reædificabat, quia cū vna manu ædificabant, & in alia habebant gladium propter formidinē finitimorū. ideo sequitur. Diripuerūt eum. i. regē & ciuitatē oēs transeuntes viam, & factus est in opprobrium vicinis. Exaltasti dex-
terā. i. potentiā deprimentiū eū: dando eis victoriam &c. Destruxisti eū ab emundatione, quia tunc cessarunt omnia sacrificia purgatiua quæ fiebant in templo, & asperso sanguinis, & aquę cum hyssopo, quæ fiebat ad mundandum:

A dandum morticinum. Et cerimonię, & emundationes cessārunt: & sedem regni eius in terra. s. sceptrum regale, & dominū terrenū collisisti, & destruxisti. Tota ista litera est satis plana intelligēdo historialiter. Secūdo āt est necesse, q hæc litera exponatur spūaliter de dissolutione corporis Christi, & morte, & passione eius: cuius figura fuit destructio regni Iudæorum facta per Caldæos: vt dictum est. Dicit ergo Dauid exponendo querelā suā de apparenti violatione promissionis sibi factę. O dñe Deus pater tu supērius promisisti perpetuitatē regni, & sceptri in messia filio meo &c. tu vero secundū reuelationē mihi factā repulisti Chrīm tuū. s. messiā. i. repelli, & negari à Iudęis permisisti, & detulisti, & durare ipsum fecisti in afflictione, & persecutione p
B triduum, & auertisti testa. eius: vt à Iudęis nō recipiatur in verū regē, & messiāde quo totū testamentum vetus est scriptum. Nā Iudęi totum testamentum vetus auertunt, & peruertunt ad malū sensum: dū ipsum non intelligunt spūaliter de Christo: sed solum intelligunt literaliter cerimonias Et sic ,pphanant totā sacram scripturam in terra. i. terrenaliter loquendo, & intelligēdo: quæ quidē scripturā est sanctuarium Chri in qua figuratur. Nā sicut Deus dicebatur esse in sanctis sancto rū clausus, & in arca testamēti in qua erāt tabulæ, & virga Aaron &c. ita Xps erat clausus. & velatus in lege veteri tanquā in sāctuario. Iō Iudæi dicū tur ,pphanare sanctuariū Dei quia ,pphano, & terreno modo intelligūt. Itē ,pphanarunt sanctuarium Christi cum carne eius percusserunt palmis. & pugnis, & flagellis. Nam caro Christi sanctuarium, & templū
C diuinitatis est. Destruxisti omnes sepes eius: cum abstulisti à Christo omne auxilium humanū, & dereliquisti eū i manibus Iudęorū. Et ipse q est firmamentū oium: tūc formidauit mortē, & oēs discipuli eius, qui erāt sepes eius ex formidine fugerūt: q ante erāt defensores eius: imo Petrus negauit. Diripuerūt eū oēs transeuntes viā. qñ rapuerunt, & ligauerunt eū in horto ministri pōtificum, & p terrā traxerūt, & corā pōtifice percusserūt, & ei opprobria, & conuitia intulerunt, Exaltasti dexteram deprimentium eum: quia in illo triduo data est potestas Iudæis, & terrena victoria contra Christum. Ideo dixit eis. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū: ideo lætati sunt: cum viderunt ipsum ligatum in potestate sua. Auertisti adiutoriū &c. quia in illo triduo totaliter fuit derelictus. & D
subtractū adiutoriū humanū in illo tpe passionis. Destruxisti eū ab emūdatione quò ad opinionē Iudæorū. Nā Iudæi reputarūt Xpm immundum, & contra legem agentem, & maledictum: postquam fuit in cruce suspensus. Et sic putarunt alienum ab emundatione legis: imo putarunt ipsum esse immundū: sicut cætera morticina: nec audebant tangere eum ne immundi putarentur, & ne contaminarentur: sed manducarent pascha. Et sedem eius in terra collisisti: quò ad opinionem Iudæorū. Nā postquā Iudæi viderunt ipsum mortuū putarunt ipsum nunquam amplius regnaturum: nec sedem regalem, & pontificalē in terra habiturum. Minorasti dies temporis eius: quia in magna iuuētute ipsum occidi permisisti. Et minorasti dies temporis eius: quia nō ad sceptrum, & regnum peruenire permisisti secundū opinionē Iudæorum, & sic persudi- E
sti ipsum confusione in opinione Iudæorum qui diffamabant ipsum esse confusum, postquam non erat adeptus regnum, quod prædicauerāt pro se, & suis, & sic irridebāt eū, & p cuiebant arundine, & illudebant in cruce.

Vsquequo domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substantia: nūquid enim uane constituisti omnes filios hominum?

Quis est homo qui viuet: & nō videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

Hic petit remoueri supradictum impedimentum p resurrectionem Chri, vt impleantur promissa. Nā si Chrīs nō resurrexisset: nō solummodo promissio facta ipsi Dauid, & patribus fuisset impedita: sed finis humanus esset cassus, & vanus. Nā Deus creauit hoiem, vt F
Deum cognosceret, & cognoscēdo amaret, & diligeret: diligēdo frueretur, & sic fruēdo in superna patria beatificaretur, & glorificaret: sed talis finis, & beatitudo fuerat nobis impedita p pctū: quod pctū Christus abstulit p suā mortē, & passionē: sed si nō resurrexisset à tali morte: nō adeptus nobis esset glorificationē: per cōsequens, nec ascendisset in cœlū ad parandā beatā mansionē. Et sic de primò ad vltimum, si nō surrexisset finis noster esset cassus, & vanus, & hoc est quod quærit ,pphe ta in hac parte: vnde dicit. O dñe vsq; quo auertis misericordiam tuam à nobis in hnē. i. totaliter, & finaliter exardescet sicut ignis ira tua? quasi dicat ira tua nunquam cessabit contra genus humanum? erit ne sicut ignis exarde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A exardescēs: qui semper ardet dū ipsi apponit cōbustibiles? q. d. nō: quia esset cōtra promissum vbi dixisti: Si derelinquerint filii ei⁹ legē meā. &c. mām meā nō dispergā ab eo. Postquām ergo nos tpaliter verberasti, & flagellasti: nō auferas in finem misericordiam redēptionis promissam, & postq̄ pro nobis flagellatus, & verberatus est filius tuus, & corporaliter mortuus, nō auferas à nobis mām resurrectionis eius: per quam nostra mors est destruenda, & vita reparāda. Refusita ergo nobis ipsum ad vitam gloriosam: & memorare quæ & qualis est mea substātia. s. humana natura, quia fragilis, & corrupta, & vulnerata, & ad peccandum prona, quæ nisi per eius resurrectionem nō pōt sanari: nec reparari: nec suum vltimū finem acquirere, quia aliter in vanum esset creata, & constituta. Ideo sequit:

B Nunquid, n. vanè constituisti siue creasti oēs filios hominum? q. d. non: quia eos creasti vt tecum beatificares in cœlo: & tuam gloriam participarent. Sed si tu non resuscitas filium tuū: oēs corruent, & manebunt in inferno in æternum pp peccata cōmissa: cū oēs sint peccatores, & mortui & ad infernū destinati. Iō sequitur. Quis est homo, qui viuet in hac vita: & nō videbit mortem corporalē? supplet & quis est homo qui eruet. i. eruere posset animam suam de manu, & poteſtate inferi? q. d. nullus: quia nullus potest euadere mortē corporalem propter illam sententiam datam in Adam. s. Pulus es & in pulverem reuerteris. nec potes euadere mortē spiritualem animæ de manu inferi: propter illam sententiā. Qua hora comederis morte morieris. s. in corpore & anima, & nullus poterit liberari à morte

C corporali, & spirituali nec resuscitari nisi per resurrectionem Christi. & sic oportet, q̄ resurgat. Aliter tu Deus pater vanè constituisses omnes filios hominum, quia non consequerētur finem suum vltimatum per mortē & peccatum impeditum, quia cęteri non resurgerent nisi ipse resurgat.

Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine: sicut iurasti Dauid in veritate tua?

Memor esto dñe opprobrij seruorū tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quòd exprobrauerūt inimici tui dñe: quòd exprobrauerūt in commutationem Christi tui.

Hic exclamat ad patrē allegādo ꝓmissum: vt excitet ipsum ad resuscitādū Christū. vnde dicit: O pater dñe: vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę. quas patribus antiquis ab antiquo promisisti, & quas antiquis patribus in D figura resurrectionis Christi, & totius populi antiquitus fecisti? Et vbi sunt misericordiæ tuę antiquæ promissæ de messia futuro, & de eius regno ęterno: sicut iurasti ipsi Dauid in veritate tua: quæ mentiri non pōtē ergo memor esto. Vnde nota, q̄ si Christus nō resurrexisset: tàm Iudęi quàm gēiles irrisissent apostolos, qui expectabant resurrectionē Christi: improperassent enim ad mendaciū promissionem Xpi de resurrectione, de qua dixit: post tres dies resurgā. Item oēs gentiles improperassent patriarchis, & ꝓphetis q̄ expectabāt, & prædixerunt Christum à mortuis resurrecturum. Et ideo dicit ꝓphera. O tu pater memor esto opprobrii seruorū tuorum patriarcarum, & prophetarum, & apostolorū, & omnium Christianorum: quod opprobriū multarum gentium, à multis gentibus continui, E & sustinui in sinu meo. i. in facie mea, & in ota ecclesia: quod opprobrium exprobrauerunt. i. exprobrando dixerunt oēs inimici tui infideles, q̄ pro quia: exprobrauerunt. i. irrisē rūt cōmutationem Xpi tui. i. mortē, & passionē, quia mors, & passio fuit preciū, & cōmutatio: q̄ a Xps cōmutauit, et redemit nos. Vtsent infideles: nisi Xps resurrexisset, et ideo manserunt ipsi cōfusi potē resurrectionē. Omnia ista verba etiam possunt esse ipsius Christi petentis resurrectionem à patre: qui connuit in sinu suo. i. in membris, et ecclesia opprobrium multarum gentium. Nota, q̄ imoF Christi dupliciter dicta est cōmutatio. Primò: quia fuit cōmutatio, et cambium de vita mortali ad immortalē. Secūdò. quia fuit precium nostræ redemptionis: sed Iudęi ignorātes hanc commutationem, et resurrectionem Christi: improperabant ipsi mortem.

Benedictus dominus in æternum: fiat fiat.

Hic propheta concludit certitudinem suę ꝓphetię, et veritatē totius promissionis. Vnde dicit: Benedictus sit dominus Deus Israel. fiat fiat: quia certissimè fient omnia quæ supra promissa sunt. s. incarnatio Xpi, et à mortuis resurrectio, et nostra redemptio, et glorificatio, et beatitudo: et sic videt ꝓpheta agere gratias tāquam certus pro omnibus suprà dictis: quasi dicat: fiat fiat: et impleatur promissio nobis facta de oibus supradictis, et tūc benedicemus Deum pro talibus beneficijs receptis. s. de Christi incarnatione, et morte, et resurrectione, et de nostra redemptione.

PSAL-

A PSALMVS. LXXXIX.

Domine refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

Priusquàm mōtes fierēt aut formaretur terra et orbis: à sæculo et vsq; in sæculū tu es deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti conuertimini filij hominum.

Titulus: Oratio Moysi viri Dei. quidā magistri Hebræorum dicunt, q̄ Moyses persona liter fecit hunc psal. & oēs sequentes vsq; ad psal. centesimum exclusiue. sed hoc est manifeste falsum maximè de psal. 94. qui incipit. Venite exultemus. Nam apostolus ad Hebr. 4. asserit Dauid fecisse hūc psal. allegans illū versum, & omnes sequentes. s. Hodie si vocē eius audieritis. Et sic sicut mentiuntur de illo. ita mentiuntur de cæteris. Hoc idem dicit

B beatus Hieronymus in expositione tituli huius psalmi. sed hoc non dixit assertiuè: nisi secundum opinionem magistri sui Barrabam, & cæterorum rabinorum sui tpis quibus nulla fides est adhibēda: sicut sæpius dictum est. Et beatus Hieronym. postea secundum cōem opinionē ecclesiæ attribuit illum psa. ipsi Dauid tanq̄ actori. Vnde in epist. ad Iulianū q̄ vitæ nostræ septuaginta dicit. Audi & Dauid. Dies octaginta, & quicquid supererit: labor, & dolor. Sed nunc restat scire, quare in titulo dicitur Oratio Moysi viri Dei. Ad hoc dicūt qui dam Hebræi, q̄ Dauid inuenit istā orationē factam ab ipso Moyse, & scriptā, & ideo inter posuit inter suos psalmos. hoc est manifestè falsum. Nā si Moyses fecisset istam orationē sicut facit: non omisisset ipsam scribere & in-

C serere in lib. legis sicut scripsit canticū illud. s. Audite cœli quæ loquor. Deut. 32. Et illud adicit beatus Hieron. q̄ quia Moyses scripsit à principio gñis humani historiā: & quo homo factus sit, & peccauit: & quo punitus est: ideo attribuit ipsi ille psalmus: in quo memorat miseria generis humani: & ponitur in eius titulo. Oratio Moysi viri Dei. Sed licèt hoc sit bene dictum tñ saluo meliori iudicio aliter videtur mihi dicendum. Ad cuius intellectū est notandū, q̄ postquàm Moyses impetrauerat gratiam propitiationis à dño pro illo populo qui peccauerat in adoratione vituli: tūc fecit mirabilem orationem, & profundissimā apud dominum. Quæ quidem oratio est referta maximis, & profundis mysteriis, & sacramētis: licet Iudæi sua cęcitate perculsi, & malitia obstinati eam percipere non valeant. D Quæ quidem oratio talis est. Exod. 33. Dixit autē Moyses ad dñm. Præcipis vt educam populum istum. & non indicas mihi quem missurus sis mecum: præsertim cum dixeris: noui te ex nomine, & inuenisti gratiā coram me. si ergo inueni gratiam in conspectu tuo. ostende mihi faciem tuam: vt sciam te: & inueniā gratiam ante oculos tuos. Respice populum tuum gentē hanc. Dixitq; dñs: facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses. Si nō tu ipse præcedas me: nō educas nos de loco isto. In quo scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse nos gram in conspectu tuo: nisi ambulaueris nobiscū: vt glorificemur ab oībus populis qui habitant super terrā? Dixit aūt dñs ad Moysen, & verbū istud qd̄ locut⁹ es faciā. Inuenisti. n. gratiā corā me: & te ipsū noui ex nomine. Qui ait. Ostende mihi gloriam tuā. Rñdit. Ego ostendam oē bonum tibi: & vocabor in nomine dñi corā te. & miserebor cui voluero: & clemens ero in quē mihi placuerit. Rursumq; ait. Non poteris videre faciē meā: nō. n. videbit me homo, & viuet. & iterū. Ecce (inquit) est locus apud me & stabis supra petrā. Cūq; transibit gloria mea pona te in foramine petræ, & protegā dextera mea donec transeā. Tollāq; manū meā: & videbis posteriora mea: faciē aūt meam videre non poteris. Hæc aūt est oratio Moysi, quā fecit in paruo tabernaculo, in qua oratione petit Moyses tres petitiones: quarū prima est, q̄ Deus veniat in persona ad deducendū, & dirigendum totū illum populū in terrā promissionis. Secundò petit vt ostendat Deus sibi faciem, & diuinitatem clara visione. Ad hoc respondet Deus, q̄ facies sua præceder eum, & F q̄ facit quod petit. s. quia in persona ambulabit cum eis: & q̄ inueniet gratiam coram eo. Tertiò petit Moyses vt ostendat sibi gloriam suam ad quod promisit Deus, quòd dabit ipsi omne bonum. Hucusq; Deus promittit ipsi duo includentia maximā mysteria conuenientia toti generi humano. Nam promittit q̄ veniet in persona ad deducēdum, & dirigendū totū genus humanū. Nam sicut ille angelus præcedebat castra in die in colūna nubis, & in nocte in flamma ignis: vt viderent & dirigerentur in suo itinere vsq; ad terrā promissionis: ita Deus promittebat venire personaliter in carnem: & ambulare simul cum gente humano factus homo, & q̄ facies humanitatis Christi præcederet totum populū tanq̄

dux

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dux & caput: & lumina legis euangelicæ dirigeret oēs in hac via vsquequò introduceret oēs electos suos in celestē patriā. Et hoc mysterium incarnationis,& dationis legis euangelicæ præuidit Dauid in spiritu,contemplādo lunōi orationem, & petitionem Moysi.& promissionem Dei. Præuidit etiam Dauid qualiter Christus in suo aduentu debebat ostendere nobis omne bonum gratiæ, & omnia bona sacramentorum in hac ecclesia per gratiam,& in superna per gloriā. Et quo modo talia bona, & talis gratia nō erant nobis danda ex meritis nostris præcedentibus: sed Dei misericordia. p hoc q̄ ait. miserebor cui voluero, Item per hoc quod subdit. Non poteris videre faciem meam.præuidit Dauid in spiritu qualiter nemo potest Deum videre per essentiam manens in hac carne mortali

B vsquequò induerit immortalitatem. Itē per hoc quod sequitur,& subdit Deus. Ecce(inquit) locutus est apud me. præuidit Dauid in spiritu qualiter humanitas Christi debebat esse locus, & tabernaculum,& turris,& castrum diuinitatis: supra quam turrim,& castrum oēs debebamus saluari,& tueri, & sustentari.ad quam petram omnes debebamus hfe refugium. Et ideo p hoc subdit. Stabis supra petram.q.d. Firmaberis supra petrā, quę est Christus. Item per hoc quod subdit. Ponā te in foramine petrę: & protegam dextera mea præuidit qualiter Christus omnes nos debebat reponere simul cum tota ecclesia in foramine huius petrę.s. in vulnere lateris sui: & ibi nos debebat protegere dextera sua: sicut columbæ proteguntur in foraminibus petrę:

C & in cauerna macerię. Ostende mihi faciem tuā. Vnde quasi per hunc modū exponit beatus Aug.hanc orationē.2.de trini.c.17. Omnia ergo mysteria supradicta ipsi Moysi promissa præuidens Dauid in spiritu, & contemplando hanc orationē fecit hunc psāl.& intitulauit ipsam orationē Moysi.q.d. q̄ in hoc psāl.explicatur tota illa oratio Moysi, q̄ scribitur.Exo.33. Nam Dauid petit in hoc psāl. omnia illa,quę Deus ꝓmiserat sub magnis sacramentis ipsi Moysi q̄ ordinem. Primò, q̄ ipse veniret personaliter in carnem: & faciem suā precederet eos & dirigeret. Secūdó, q̄ ostēderet oibus suis fidelibus omne bonū.s.gratiæ,& gloriæ. Tertiò, q̄ ostenderet nobis suā miam. Quartò, q̄ ipse fieret nobis petra refugii:& poneret nos in foramine sui lateris, & protegeret nos dextera sua. Quintò, quòd licet in hac vita nullus possit videre Deū per D facie diuinæ essentiæ: tñ fideles viderent eum per faciē posteriorē.i. per faciē humanitatis: quia ita Moyses vidit ipsum in monte Tabor: q̄ vidit faciē eius resplendentē sicut sol. Et sic exponit istum psāl. Aug. 2. de trin. ca. 17. Quinq; ergo facit Dauid in hoc psāl. quia intitulatur oratio Moysi, petit. n illa.5. licet non eodem ordine quo in illa oratione petitur. nam primò petit, vt Deus recipiat sub suum refugium hominem in multiplicē miseriam delectum: vt liberet ipsum ab illa multiseria. Secundò petit, vt nobiscum sit dextera Dei in humanitate qua nos debet protegere. Tertiò petit vt repleat nos misericordia sua. Quartò petit vt det nobis gloriā promissam. Quintò petit totam ecclesiā fidelium dirigi in hac vita per lumen gratiæ & euangelicæ doctrinę. secundū ibi. Dexteram tuam. Tertium ibi. Conuertere dñe. Quarentia ibi. Letatus sumus. Quintum ibi. Respice dne. Quantum ergo ad primum est notandum, q̄ Christum ergo ad primum est notandum, q̄ Christus in sacra scriptura sæpe dicitur petra refugii. Nam cōiter castra fortia fundantur supra altas,& fortissimas petras siue rupes. & hę cōtiter per petrā, & rupem intelligit oppidū siue castrū siue locus munitus: qui quidem locus dicitur petra refugii. Et sic illud oppidum in tue præsidiū quod est situ in terra Moab vocatur petra refugii vel petra dēgarniter dicebatur petra refugii vel petra deserti: eò q̄ omnes vici, & villæ circūquaque habebant refugiū ad illam petram tpe trium latronum,& latronum,& ibi saluabantur & tuebantur. Ita pariter Christus in tota sacra scrip. & in psāl. dr locus munitus huc petra refugii: eò q̄ totum genus humanum existens in captiuitate diaboli: & in profunditate miseriæ non potuit habere aliud refugium nisi ad solum Christum: quia ascendit in altissimū refugium crucis, & ibi factus petra nostra aperuit foramina. s. lateris: & pedū, & in foraminibus illius petræ posuit, & abscondit nos: & sic fuimus liberati a captiuitate diaboli, & miseria huius mundi. Et hæc est illa petra refugii: & ille locus quem promisit Deus Moysi in persona totius generis humani cū dixit. Ecce locus apud me, & stabis supra petram: & ponam te in foramine petræ. Vñ humanitatē Christi vocat locū Dei, & tabernaculum verbi sicut pluries dictum est.in qua petra factum est foramen lateris Christi, vnde exiuit sanguis, & aqua in remissionem pctorum, in quo quide lateres, & so-

A & foramine oēs fuimus regeneratis, & reclusi. Hoc ergo refugiū, siue in hoc foramine petrę petit Dauid vt recipiant oēs fideles: cū dicit in hac prima parte. Domine refugium factus es nobis.q.d. Tu dñe Iesu Christe es fa-

E ctus refugiū siue petra refugii,& præsidii à generatione in generationem. Sed est aduertendum, q̄ ibi versus sunt transpositi quantū ad sententiā. Nā secūdus versus debet esse prior in sententia,& constructione: vnde sic debet ordinari tota sententia istorum trium versuū: vnde sic incipit. O domine Iesu Christe, tu qui es Deus à sęculo, & vsque in sęculū sęculi.i.ab æterno siue principio & sine priusquam montes fierent aut formaretur terra.i. antequam mūdus crearetur, nec esset aliqua creatura, tu tñ ex tępore sanctus es nobis refugiū,& præsidiū à generatione in generatio-

B ne per carnis assumptionem. Et dixisti. O filii hominū, & oēs filii Adā conuertimini.i. reuertimini ad me, vos qui recessistis & expulsi fuistis à paradiso terrestri pp peccatū patris vestri Adā, reuertimini ad me qñ venero in carnem: quia ego recipiam vos sub meum refugium, & præsidiū. Ergo domine si tu factus es refugium nobis, & dixisti omnibus filiis Adam vt conuerterentur ad te, ergo nō auertas.i. nō repletus nec reuocas hominē.i. totū genus humanū in humilitatē.i. deiectionē,& multiplicē miseriā submersum. Et supradicta ordinatione literæ patet fuisse falsam intelligentiam Origenistarum, qui vt firmarēt suū errorem sumpserunt occasionē ex isto loco ad dicēdum, q̄ omnes animæ hominum iam erant ante mundi creationem, per hoc quod

C dicit. Domine refugiū factus es nobis, & ęquan. fallo modo literam. Nam prius debet legi secundus versus sicut dictum est cum distinctione, & puncto: Nam Deus fuit à sęculo, & ab æterno prius quàm montes fierent, & formaretur terra, sed postea ex tempore factus est nobis refugium per carnis assumptionē: & q̄ ita intelligatur iam explicatur in litera cū dicitur: factus es nobis refugiū nō ab æterno, sed à generatione in generationē. Nā generationes nō fuerūt ante mūdū creatū, sed bō postea patet. Gen. 4. Nā p prius fuit creatus bō postea generati, vt ibidē patet: ergo generationes fuere ex tpe,& nō antequā mundus fieret. Sed adhuc restat dubium: si Christus factus est refugiū nobis à generatione in generationē: sequitur, q̄ à prima generatione cepit carnē humanā, qđ est falsum. Nam verbū post. 62. generationes ab Adā cepit carne, tūc factus est refugium nobis, ergo non à generatione in generationē. Ad hoc respōdetur, q̄ Xpm esse factū refugiū oibus filiis Adā stat dupliciter. s. in spe, vel in rem in spe,& fide iā factus est refugiū ipsi Adā,& filiis suis à quibus facta est promissio de Christo, vt ait Aug. lib. Cur Deus hō. Et sic est dicendū de oibus patriarchis, & ꝓphetis, & fidelibus vsq; ad aduentū Christi, qui omnes fuere mēbra Christi, in quorum tempore licet Christus nondū esset incarnatus, tñ iā erat eis creditus. Et sic iā erat refugiū eis expectatū: In cuius fide, & spe,& refugio credito iā saluabātur, ad Heb. 11. Ex quo patet, q̄ Xps factus est refugium omnibus fidelibus filiis Adam à generatione in generationem vsque ad iudicium. Nā omnes fideles ve.te. recepit realiter in foramine petræ lateris sui in die passionis, & abstraxit eos à limbo inferni in die resurrectionis. Et sic non frustra petit Dauid recipi sub hoc refugium, & præsidium in persona omnium tā veteris quàm noui te. cū dicit. Ne auertas hominem in humilitatē, sed respice ipsum. Vnde est aduertendum, q̄ Christus nō solū fuit refugium spirituale omnibus patribus veter. testamenti. sed etiam temporale. Nam primò liberauit Noe cum suis de aquis diluuii. Secundò Abraham de Hur caldæorum, & de rege Geraris,& Aegypti, & liberauit Iacob de ira,& odio Esau, & omnes filios Israel de seruitute ægyptiaca, & de mari rubro,& de multis periculis deserti, & liberauit eos multipliciter tempore Iudicum, & Regum. Nā illemet Iesus qui abstraxit illos de terra Aegypti, liberauit genus humanum de potesta te diaboli, vt ait apostolus Iudas in canonica sua, quia Iesus Christus heri, & hodie in sæculum,& in sæcula. ad Hebræ. 13. Et sic factus est refugium nobis tàm tēporale quàm spirituale à generatione in generationem. Sed adhuc restat dubium vbi Deus dixit: cōuertimini filii hominum &c. Nā post ipsum Dauid bene reperitur, quòd Deus dixerit per Esaiam. Derelinquat impius viam suam & reuertatur ad dominum &c. Et per Hieremiam. Reuertere virgo filia Iuda, & per Ezechielem. Si impius egerit pœnitentiam &c. Sed dubitatur in quo loco sacræ scripturę ante tępora ipsius Dauid dominus fuerit locutus de cōuersione hoium. Ad hoc rñdetur, q̄ litera Hieronym. loquitur de futuro in hoc

loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco: vnde ait. Et dices reuertimini filii Adã: & tunc nullum est dubiũ quin dicat: Tu domine dices per Esa. Hiere. & Ezechie. & cęteros prophetas Reuertimini filii hominũ: vnde licet hoc sit verum: tamẽ Deus adhuc p scripturas, quę pcesserunt ipsum Dauid: multipliciter vocauit fideles ad fidẽ, & pœnitentiam, & promisit veniam pœnitentibus, & regnũ reuertentibus, & innocentibus eum: vt patet per totum Leuiticum: vbi ordinauit oblationes, & sacrificia pro pœnitentibus. Item dicit Deuteronom. cap. 4. Nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum Deũ tuum, & audies vocem eius: qa Deus misericors dominus Deus tuus non dimittet nec omnio delebit: hoc idem dicit in primo ca. & 30. per totum. Dicit ergo David. Tu domine dixisti in locis præallegatis: conuertimini siue reuertimini filii hominum: ergo non auertas hominem. i. genus humanum nec deiicias in humilitatem. i. deiectionem, & multiplicem miseriam positum, & afflictum: sed respice ipsum sub tuum refugium, quando veneris in carnem: idest accelera venire.

Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterna quæ præteriit.

Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.

Quia supra dixit, ne auertas hominem in humilitatẽ, & miseriã: hic explicat multiplicem miseriam, in quam homo fuit deiectus quando fuit expulsus a paradiso propter peccatũ: vnde duo facit. Primò enumerat huiusmodi miserias. Secundò demonstrat, q propter peccatum sumus in eas deiecti: ibi. Quia defecimus. Quantum ad primum est aduertẽdum, q in duobus cõsistit nostra miseria. Primò: quia fuit nobis abbreuiata vita. Secũdò: quia illa breuis vita est variata per multas ętates, & infirmitates, & defectus. Nam incipimus ab infantia, & mutamur in pueritiam, & exinde in iuuentutem, & exinde in senectutem, & exinde in decrepitam: in quibus ætatibus sunt multi. & varii defectus, & infirmitates, & miseriæ: imo quanto magis crescunt dies, magis crescunt miserię. Et sic homo nunquam in eodem statu permanet. Dicit ergo apphera: Ne auertas hominẽ. i. ne deiecias in tantam deiectionem: quoniã breuis, & misera est vita eius: nam licet vixeret mille annis: tamen eius vita breuissima est. Nam mille anni añ oculos tuos. i. respectu æternitatis tuę, & comparati ad tuam durationem sunt tanquam dies hesterna quæ præteriit, & tanquã vna vigilia noctis, quæ sunt tres horæ: cuius tempus videtur quasi nil maxime dormientibus. Sed quæritur quare magis dixit, sicut dies hesterna, quã sicut dies crastina. Respondetur, q semper tempus futurum videtur nobis magis longum, & tempus præteritum videtur breuissimum: vt patet. nam gloriosa gius videtur tempus trium dierum a die Iouis sancta vsq; ad pascha, quam totũ residuũ quadragesimę præteritum. Et sequitur: quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt: q litera sic est constituenda. Anni temporales erunt siue sunt carũ rerum, quę pro nihilo habenẽ in respectu æternitatis. i. oẽs anni temporales. i. totum tempus cõparatum ad æternitatem est de numero eorum, quæ pro nihilo habenẽ. i. omnes anni sunt quasi nihil, cõparati ad æternitatem Dei: ergo nota vita hominis quantumeunq; sit longa sicut vita Matusalem est quasi nihil respectu Dei. Et etiã in aliquibus est ita breuis, q manet transeat. i. in infantia, & pueritia moriuntur, & in aliquibus sicut herba, quæ mane floret: sed vespere decidit, & indurat, & arescit: quia in senectute cum multitudine infirmitatum manent cito moriuntur.

Mane sicut herba transeat mane floreat et transeat: vespere decidat induret & arescat.

Postquã probauit, q vita hois est breuis, gloriosa, & quasi nihil cõparata ad Deũ: hic probat, q est variabilis per multas miserias, & deiectus, & infirmitates. Nã si homo manere sẽper in eodem statu: vita breuis adhuc diceretur bona: sed nũquã manet in eodẽ statu. q variatur p ætates, in quibus sæpe est aliqua imperfectio, & miseria. Nã homo in infantia est sine sensu pfecto, & in multa miseria, & indigestione: quandoq; propter multas infirmitates quæ accidunt infantibus, & in ma. quã peruenit ad florẽ iuuentutis, & in iuuentute, in qua sunt infinitę ægritudines ibi iacentes, & indurat, & arescit, & finaliter decidit, & moritur vt patet p Aristotelẽ in lib. de iuuentute, & senectute, & de morte, & vita. Ordine autem sermonis sic litera: oẽs anni hominis sunt de numero eorum quæ pro nihilo. i. quasi nihil habentur: intantũ vt ipse homo mane floreat, & trãseat: vespere. transeat: mane floreat, & trãseat: vespere. & in senectute induret. i. rigeat, & arescat, & corrũpatur in cinere, & totaliter putrefiat, & consumatur: & in iniquitatibus concepit nos mater nostra. Nota secundum Augustinũ, quòd tunc Deus peccata nostra obliuiscitur, & auertit faciem suam à peccatis nostris: quãdo peccata nostra non imputat ad pœnam, sed tunc dicitur peccata nostra respicere, & ante oculos habere quando sumus in ira sua, & ad pœnam intendit imputare, & sic eramus omnes filii iræ. Et sequitur. Quoniam dies nostri defecerunt, idest spatium vitæ nostræ quod ante erat perpetuum ante casum primi hominis, postea fuit reductum ad. 97. annos, & semper fuit diminutum. Et sic in ira tua, i. secundum sententiam iræ tuæ defecimus: non solum in breuitate vitæ: sed in multitudine miseriarum, & infirmitatum, & ideo vt additur, aranea homo comparatur.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.

Vnde nota. q aranea laborat per magnum tempus ad faciendum telam: sed tela eius est ita debilis, q in momento destruitur, & frangitur, ita homo laborat per totam vitã vt acquirat bona temporalia vel aliquam dignitatem, & in vno momento omnia perdit: aut p aliquem casum, aut per mortem, & ideo dicit. Anni nostri sicut aranea, idest sicut tela aranea meditabuntur, idest putabuntur, & estimabuntur, & non solum meditabuntur frustra in varietate fortunæ, sed etiam in breuitate vitæ. Nam sicut aranea viuit breui tempore: ita non diu viuit homo. Nam dies annorum nostrorum consistunt in ipsis. 70. annis, & si quis eorum vsque ad octogesimum annũ, & amplius viuat vltra: tunc nihil aliud est eorũ vita nisi labor, & dolor, & quare? quoniã veniet mansuetudo, & corripiemur, idest veniũt tunc infirmitates, & dolores, quæ corripiũt, & prosternunt, & deiiciunt hominem. Exclamat propheta admirans sententiam dicens,

Quis nouit potestatem iræ tuæ? & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

O domine quis nouit, idest quis potest nescere potestatem iræ tuæ, & potest sustinere eam? aut quis nouit, & potuit dinumerare irã tuam, & cogitare iudicia tua, scilicet quare fecisti hominem peccabilem, & post peccatum quare voluisti eum tali punitione plectere, & quare voluisti talem sententiam in posteros transferre, quasi dicat. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei quàm incomprehensibilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prehensibilia sunt iudicia eius &c. Item quis poterit noscere punitiones, & secreta iudicia tua in quibus videris explicare iram tuã? Et nota, quòd vbi nos habemus, veniet mansuetudo, & corripiemus: in Hebræo, & in litera Hieronymi habetur. Quoniã transibimus cito, & euolabimus. Et ostendit breuitatem vitæ humanę. & ideo sequitur. Quis nouit potestatem iræ tuæ &c.

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde sapientia.

Hæc est secunda pars principalis: in qua ponit secundam petitionem. s. vt Xps in lege promissus manifestet, & veniat in carnẽ prout Deus promisit ipsi Moysi in oratione: qũ dixit, ptẽgã te dextera mea. vñ dicit Dauid. O dñe Deus pater tu permisisti Moysi homini Dei seruo tuo. Exo. 33. cũ petiuit, dñe mitte quẽ missurus es: tunc dixisti: Protegam te
B dextera mea, & posteriora mea videbis, idest mittam tibi filium meum Christum in lege promissum, qui dextera mea dicitur: eò q̃ in eo ostendã potentiã meã contra mũdum, & diabolum, & per ipsum faciã opera miraculorum Istum ergo filiũ meũ videbis incarnatũ. Vnde factẽ meã. s. essentiã diuinitatis non poteris videre viuens in hac vita: quia illa diuinitas latebit in carne: sed videbis posteriora mea. i. humanitatẽ verbo coniunctã &c. Fac ergo dñe notã nobis dexterã tuam. i. filiũ tuũ & veniat in carnem, & noscamus eum p fidem. Et notanter dicit sic notã fac, qa humanitatem videbimus clare: sed non diuinitatẽ: quia solũ per effectus, & miracula nouimus Christum esse Deum. Et sic nõ nouimus simpliciter, sed quasi nouimus: quia per fidẽ, nã Petrus, & Tomas videbant humanitatẽ: sed
C crediderunt, & confessi sunt diuinitatẽ in ipsa carne latentem: vtputa cum dixit Petrus. Ego dico tibi, q̃ tu es Christus filius dei viui. Et cũ dixit Tomas: Dñs meus, & Deus meus. Hanc ergo dexteram, & hæc posteriora petebat ꝓpheta nobis quasi notã fieri p incarnationẽ, & prędicationẽ, & ideo sequit: Et eruditos corde in sapiẽtia. i. fac nos eruditos corde in sapiẽtia, dando nobis legẽ euangelicã: quæ non solũmodo erudit intellectũ sed etiã iustificat cor. q. d, propheta: fac nobis notũ filium tuũ qui erudiat nos sua euangelica sapiẽtia: & loquatur nobis ad aures, & declaret verba tua, & totam legẽ ve. ad aures nostras sicut permisisti Moysi Deut. 18. cum dixisti, prophetã suscitabo de medio fratrũ tuorũ similẽ tibi. sin natura humanitatis: sed dignio D
rem, & sublimiorem in maiestate deitatis, & ponã verba mea in oré eius: loqueturque ad eos quęcũque dixero ipsi &c. mittet ergo istũ prophetã filiũ tuũ, vt nos erudiat in vera sapientia, & non amplius per figuras nec cerimonias legis, hęc etiam dicit: quia Deus promisit Moysi: q̃ præcederet, & dirigeret eum.

Conuertere domine vsquequo: & deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane mĩa tua: & exultauimus, et delectati sumus in omnibus diebus nr̃is.

Hic ponitur tertia petitio. vbi petit miam promissam ipsi Moysi pro toto genere humano in supradicta oratione, quãdo dixit mihi rebor cui voluero, & ideo petit Dauid vt deE fectus conuertat ad nos per misericordiã, & passionem suã, & faciat nos filios misericordię & gratiæ, vt ipse q̃ ante erat nobis inexorabilis ꝓp irã, fiat nobis depcabilis per miam, nos exaudiendo, & gratos faciendo. & vtitur verbis Moysi in supradicta oratione Exo. 32. quãdo dixit domino. O domine quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiã populi tui. ideo ait Dauid in hoc loco. O domine Iesu Christe conuertere aliquantulũ: prout habet alia litera, & non amplius te auertas à nobis: nec repellas nos à te, sicut fecisti vsque modo propter peccatum primorum parentũ, & nostra propria, & conuerte nos ad te sicut quõdam dixisti. Conuertimini filii hominũ, & reuertimini ad me, & ego saluabo cõuersiones vestras. Conuertere ergo, & cõuertere, & esto depcabilis, & exorabilis, & placabilis super nos seruos tuos, vt nostrę orationes tibi sint exaudibiles, & acceptabiles, quę conuertio, & reconciliatio nõ potest fieri nisi per mortem, & passionem tuã, ergo expedias nobis tuæ passionis, vt sequatur effectus nostræ redemptionis, & resurge à mortuis vt resurgamus mane misericordia tua. Vnde nos repleamur mane misericordia tua Vnde nos q̃ vbi nos habemus. Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris, & lætati sumus q̃ diebus &c. in Hebræo. & in litera Hieronymi habetur. Satia nos mane misericordia tua, & cãtabimus, & lætabimur omnibus diebus nostris, & lætifica nos &c. Vnde dicit Hieronymus, q̃ in hac parte. 70. interpretes frequenter posuerunt præteritũ pro futuro, & hoc propter firmitatem ꝓphetę: quia illi psalmi erant cantandi in ecclesia post aduentũ Christi, post impletas ꝓphetias. Alia autem littera habet

A habet. Replebimus misericordia matutina, & exultabimus, & delectabimus &c. Dicit ergo ꝓpheta. O domine Iesu Christe conuertere aliquantulum, & esto deprecabilis: super seruos tuos, & satia, & reple nos misericordia tua mane, idest in die resurrectionis quãdo resurges in claritate, & gloria tua: q̃ quidem dies resurrectionis dicitur mane in sacra scriptura, & ideo dicitur illa misericordia matutina: quia simul cũ Christo surrexit misericordia, postquàm ira, & sententia regnauit in nocte legis veteris. Et ideo sequit. Exultabimus, & delectabimur omnibus diebus nostris, & esti in toto tempore gratiæ.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus vidimus mala.

Hic ponit quartam petitionem. in qua de
B tit gloriam quã Deus promisit Moysi in persona nostri: cum dixit. Ostendam tibi omne bonum. vnde similiter hic ponitur præteritũ pro futuro. ideo dicit Dauid. O domine da 33. quando dixit. Domine ostende mihi gloriam tuam: cui respõdisti. Ego ostendam tibi omne bonũ. Ergo lætifica nos gloria tua post tuam ascensionem postquàm fuerimus renouati à vetustate peccati: quia iam nox peccati, & tenebrarum mutata est in diẽ lucis: & malum in bonum: & humilitas siue deiectio in exaltationem: deo lætemur in illa gloria pro diebus quibus nos humiliasti, & deiecisti, & lætemur pro annis quibus vidimus mala, idest loco, & recompensatione tri
C stitiæ, & malorum præteritorũ da nobis gloriam, & lætitiam, & felicitatem, & veritas tristitiam in gaudium, & in mœrorem & lætiam: & dolorem in refrigerium. Et nota, q̃ hic nõ solum petit gloriam animæ: sed etiam gloriã corporis, & ideo dicit: repleamus mane: siue satia nos misericordia matutina. qua si dicat: per tuam resurrectionem consequamur, & nostram, idest resurge, & resuscitare tu: vt suscites nos: & ascende in cælum, vt ascendamus tecum: & felicitemur in illa beatitudine, & fruitione. Et hæc est intentio prophetæ. 70. autem transtulerunt præteritũ pro futuro propter rationem iam dictam sicut frequenter fecerunt in aliis psalmis.

Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et sit splendor domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Hic ponit quintam petitionẽ: qua petit dirigi per splendorem gratię, & doctrinæ euangelicæ, sicut petit Moyses cum dixit, si non tu ipse prędecedas: me educas nos de loco isto: in quo scire poterimus nos inuenisse gratiam in conspectu tuo: nisi ambulaueris nobiscum quasi dicat, nisi tu personaliter venias in carnem, & gratia tua dixeris nos, & omnia opera nostra, nunquàm perueniens ad terminũ optatum. Nam non sufficit nos esse redẽptos & renouatos per passionẽ, & resurrectionẽ, & regeneratos per baptismum ratione cuius participamus passionem Chri: sed et oportet vt habeamus gram pręuenientem, vt velimus bonũ, & cooperantẽ, & dirigentẽ vt operemur: & dirigamur in operando, & perficiẽtẽ, vt incepta, & directa opera perficiamus: sine qua diuina præcepta implere, nec opera meritoria facere possumus: quòd est contra E
Pelagianos q̃ dicebant hominem ex naturali, & libero arbitrio posse bene operari: & malum vitare, & ex ꝓpriis viribus saluari. Hãc ergo falsam opinionem cõdemnans ꝓpheta petit hanc gratiam in hoc loco, & ratio est. Nam superius ostẽdit naturam humanam esse sauciatam, & correptam propter peccatũ & pronam ad malum, & debilem ad bonum propter fomitem, & concupiscentiam, & pœnalitates inflictas: & sic liberum nostrum arbitrium esse valde claudicatũ, & ex vna parte inualidum, & victum. Oportet ergo vt p gratiam eleuetur, & adiuuetur: non solum vt vitet malum: sed etiã vt velit, & faciat bonum, & dirigatur in actione sua, & perficiatẽ vsque ad terminum inclusiue. Hanc ergo gratiam petit ꝓpheta dicens. O dñe Iesu Chri- F
ste respice primò in seruos tuos, scilicet in apostolos, & discipulos, conferendo eis gratiã & omnia septem dona gratiarũ vt possint prędicare euangelium omni creaturæ, & respice in opera tua. i. in miracula per eos facienda: & in cęteras virtutes: vt possint fideles in ecclesiã congregare, & tibi filios regenerare. Et sic dirige filios eorũ: quos tibi in euangelio, & baptismo regenerarunt. Item respice seruos tuos apostolos: qui sunt opera tua: quia tu vocasti, & regenerasti eos, & ex consequenti dirigere filios eorum &c. Et sic patet, quòd in hoc verficulo petit primò gratiã pro apostolis, & ex consequenti pro populo regenerato, & redempto. & vtitur verbis Moysi qui dixit in supradicta oratione. Respice populum tuum gentem hanc. Et sic petit ꝓpheta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gratiam in generali. Postea sequitur in specia
li: cum subdit. Et sit splendor domini. Ad cu
ius intelligentiam est aduertendū, quòd du-
plex est gratia. Quædā dicitur gratuita: quæ
dam gratificans. Prima datur toti ecclesię, sci
licet ad vtilitatē totius ecclesiæ, sicut est gra-
tia sermonum, & linguarum: interpretatio-
nis, & gratia ordinis, & iurisdictionis. Ita ge-
nera gratiarum dantur ad vtilitatem totius
ecclesię: sed gratia gratum faciens datur ad
gratificandum habētem. Prima data fuit apo
stolis, & datur prælatis ecclesiæ, secūda datur
solis sanctis, & iustis. Ideo postquàm ꝓpheta
in superiori versu petit gratiam gratuitā ad
vtilitatem totius ecclesię, quàm maximè apo
stoli habuerunt: nunc in hoc versu petit gra-
tiam gratificantem, & dirigentem hominem
ad bonum agendum, & implendū præcepta
B & onera caritatis. Sed quia opera nostra sunt
in duplici genere. Nam quædam pertinēt, &
diriguntur ad proximum, & pertinent ad ca-
ritatem proximi. Et quedā diriguntur in so-
lum Deum, & ista pertinent ad cultum diui-
num & latriam, sicut oratio oblatio, & ado-
ratio &c. Dicuntur ergo ista opera Dei, &
proximi ratione obiecti. Et ideo opera cari-
tatis proximi dicuntur opera manuū nostra
rum in plurali: eò ꝙ non ordinantur nec ob-
ligant ad vnum tantùm sed ad omnes: quia
omnes obligamur diligere in affectu, & om-
nibus subuenire i effectu: si ad sit facultas. Et
etiam quia diuersa sunt opera misericordię:
eò ꝙ diuersa sunt genera miseriarum. Sed o-
pus caritatis circa Deum est tantum vnum,
quia est vnus solus Deus: & ideo vnus solus
cultus, & adoratio ipsi debetur. Vnde salua-
C tor Lucæ. 7. ait. Marta Marta sollicita es, &
turbaris erga plurima. Quia vita actiua est er
ga proximos: ideo eius sunt multa opera, sed
contemplatiua est circa solum Deum: & cul
tum eius: ideo subdit: porrò vnum est neces-
sarium, ideſt primum, & principale, scilicet cul
tus diuinus, ideo illa dicuntur opera plurima
istud vero vnū opus sicut vn⁹ solus est deus.
Sed quia tam opera caritatis circa proximū,
quàm opus latriæ circa Deum non pōt exer
cēri nec incipi: nec cōtinuari: nec perfici à no
bis nisi sit splendor gratiæ Dei super nos: qui
dirigat opus manuum nostrarum circa pro-
ximos, & dirigat etiam opus manuū nostra-
rum erga Deum colendum &c. Ideo ꝓpheta
sigillatim implorat, & petit hanc gratiam di-
cens. Et sit splendor domini Dei nostri super
nos ad voluendum bonum, & incipiendum, D
& tu Deus dirige opera manuum nostrarū
super nos, ideſt super proximos nostros: quę
sunt opera misericordię, & caritatis erga pro
ximos, & dirige etiam opus manuum nostra
rum circa cultum diuinū: quia sine tua gra-
tia neutrum opus exercere possumus. Et no-
tanter dicit Dirige opera manuum nostra-
rum super nos: & in secundo dicit Dirige
opus manuum: & non addit super nos: ad
denotandum, quòd ly opera refertur ad pro-
ximos: sed ly opus refertur ad Deum, & cul
tum diuinum: ideo non dicit super nos: qa
tale nont sit super nos: sed ad Deum dirigi-
mus ipsum. Quidam autem referunt ly o-
pera ad opera misericordę corporalia, & ly
opus ad spiritualia: sed prima expositio ma
gis videtur satisfacere litera, & rationi: qa
opus erga Deum vnum tantum est, scilicet E
cultus diuinus. Lucæ. 7. Porro vnū est necessa-
rium. Miseri vero, & cęci Iudæi non valen-
tes introire in sanctuarium Dei; manentes
in sola literatura, exponunt hos duos versus
de fabricatione tabernaculi: dicentes, quòd
Moyses petit vt Deus dirigat fabricatores: &
manus ad construendum tabernaculum. Sed
non mirum: quia non merentur videre tesau
rum inæstimabilem, clausum in hoc psalmo.
Tu autem Christiani quęre gratiam, & pulsa
& aperietur tibi: & age gratiam.

PSALMVS. LXXXX.

*QVi habitat in adiutorio altissimi in pro-
tectione Dei cæli commorabitur.*

*Dicet domino Susceptor meus es tu: & refu-
gium meum Deus meus sperabo in eum.* F

*Quoniam ipse liberauit me de laqueo venan
tium: & à verbo aspero.*

Iste psalmus apud Hebrēos est omnino si-
ne titulo sed dicūt Hebrei moderni, ꝙ Moy
ses fecit hunc psalmum commendando diui
num refugium: ostendēs quomodo ille q se
committit diuino adiutorio non poterit tem-
poraliter perire. quod probat exemplo filio-
rum Israel: qui se commiserunt diuino adiu-
torio: ideo fuerunt liberati à captiuitate: & ꝙ
totum desertū fuerunt protecti sub illa nu-
be: & tuti fuerunt ab insidiis inimicorū diur-
nis pariterq; nocturnis: & præbuit eis Deus
custodiam angelorum ad defendū non solū
ab incursibus hominū: sed etiā a veneno be-
stiarū, & sic securi ambularunt inter leones
& dracones: & obumbrauit eos scapulis suis
columna

A colūna nubis. Et sic literaliter exponunt psal
mum tustum de protectione, quā habuerunt
in itinere. Sed licet iste psalmus sic literaliter
possit applicari supradictæ historiæ: & etiam
possit exponi moraliter de quocunque iusto
se diuino adiutorio committenti: tamen prin
cipalis intentio prophetę nō fuit ista: iō con-
tinet mira mysteria: vt patebit: maximè ꝙ
ea quę dixit in fine huius psalmi: quia Dauid
nō fuit nimis propheta in hoc psalmo quàm
in cęteris. Et ideo est dicendum, ꝙ iste psal-
mus vel est idem numero cum psalmo supe-
riori, & pars eius diuisa per dia psalma: vel est
consecutiuus ad superiorem in materia: &
iō dicunt Iudæi moderni, ꝙ quando dicunt
hunc psalmum incipiunt ipsum à versu vlti-
mo psalmi præcedentis, scilicet. Sit splendor
domini super nos, & opera manuum nostra-
B rum dirige &c. Et sic continuant istū psalmū
cū vltimo versu psalmi præcedētis. Vñ postq
Dauid in superiori psal. inuocauit Xp̄m vt ve
niēs in carnē fieret nostrū refugiū, & notifica
ret dexterā suā per incarnationē, & prædica-
tionē, & repleret nos mia sua per passionē, &
resurrectionē, & lętificaret nos gloria sua, &
dirigeret nos & opera nostra per splendorem
gratiæ, & euāgelicę doctrinę suæ sicut promi
serat ipsi Moysi in eius oratione. Exo. 33.
Nunc in hoc psalmo vel diapsalmate cōsecu
tiuè inuitat, & exhortat totū genus humanū
ad istam petram, & domum refugii, qui est
Christus: sub cuius tutela, & refugio totum
genus humanum, siue omnes ad eum confu-
gientes erant liberandi à captiuitate diaboli:
& ab omni humana miseria tàm corporali q̄
C spirituali in superiori psa. memorata: in quā
inciderant ex sententia data in Adam. In quo
psalmo duo facit. Primò agit quod dictū est.
Secundò introducit Deum confirmantem
sententiam, & promissionē ꝓphetæ. Et breui
ter promittit complere totā promissionē fa-
ctam ipsi Moysi. Exo. 33. & complere petitio-
nem factā in superiori psal. Erit secūda pars
ibi. Quoniam in me sperauit liberabo eum.
Vnde est intentio, & conclusio huius prophe
tiæ in hoc psal. ꝙ vemāt omnes, & confugiāt
ad Christum, & committant se eius adiuto-
rio, & refugio: & sine dubio liberabuntur ab
omni miseria: imo cognoscent se esse libera-
tos. & enumerat omnes miserias à quibus, &
quomodo liberabuntur per Xp̄m. Vnde dicit
ꝙ omnis ille qui habitat in adiutorio. i. q ha-
bitat in petra refugii, & in lapide adiutorii ip
sius Dei altissimi, qui est Christus, & commo D
rabitur in protectione Dei cęli: talis dicet se
esse liberatū. Vnde est aduertēdū: ꝙ vbi nos
habemus. Qui habitat in adiutorio altissimi
in protectione Dei cęli commorabitur: He-
bræus, & litera Hierony. habet sic: Habitat in
occulto altissimus in vmbraculo omnipotēs
permanet. Et sic ista litera videtur magis ex-
plicare sacramentum incarnationis Christi.
Vnde dicit, quòd Deus altissimus habitat in
occulto humanitatis, & verbum Dei omnipo
tens permanet in vmbraculo carnis personā-
liter vnitum per incarnationē. Nā illa huma
nitas vt sępius dictum est: est tabernaculū, &
habitaculum diuini verbi, in quo filius Dei
permanet in ęternū: quia quod semel assum
pſit nunquàm dimisit. Vnde ista humanitas
sicut dicitur templum Dei per personalem
vnionem: ita dicitur habitaculum omnium
fidelium per mistică incorporationē, & regene- E
rationē. nā Xp̄s inquātū hō est caput ecclesię.
Et sic illa humanitas est lapis adiutorii, & pe
tra nostri refugii, & habitaculum miserorū:
in foramine cuius petræ Xp̄s posuit oēs fide-
les, & protexit dextera sua. Huic ergo refugio
dicit propheta, vt nos cōmittamus, & ad hoc
præsidiū vt omnes nos miseri cōfugiamus. de
quo etiā dicit Boetius. 3. de cōsolatione. car-
mine. 11. Huc oēs pariter venite capti Quos
fallax ligat improbis catenis. Terrenas habi-
tans libido mētes. Hic erit vber requies labo-
rum. Hic portus placida manēs quiete: Hoc
patens vnū miseris asylū. Item iste Xp̄s in hu
manitate est ille locus, & petra refugii, quam
ꝓmisit Deus per Moysen in sua oratione, &
est illud refugiū: de quo habitū est in ipsa pce
denti. Ad quod refugiū exhortat Dauid oēs F
confugere in principio huius psal. cum dicit
sc̄m nostrā translationem. Qui habitat in ad
iutorio Christi altissimi poterit dicere, quòd
in protectione, & tutela Dei cæli cōmorabit.
Nā est protectio, & dextera qua Deus pater
nos promisit protegere. Vnde est aduerten-
dum, quòd fideles ponūt spē suā in Christo.
Primò in presenti ponendo spem, & fiduciā
suam in passione Christi, & sacramētis eccle-
siæ: per quæ credunt liberari ab omni pc̄tō. Se
cundò ponendo totā spem in cęlestibus ꝓmiis
contemnendo terrena, & hoc est se cōmitte-
re diuino adiutorio, & talem impossibile est
perire: nec à diabolo superari, & hāc cōclusio
nem proponit propheta dicens. Ois ille qui
habitat in adiutorio Christi filii Dei altissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ideſt,illius adiutorio, & auxilio ſe totaliter committit omni alia mundana fiducia, & ſpe relicta:ille commorabitur in protectione dei cœli,ideſt cœleſti protectione defendetur,& protegetur: & per cõſequens nunquã nocebit nec ſuperabitur à diabolo nec ab hõ, nec aliqua tentatione vincetur. Et proſequitur quõ ponit aliquis ſuã habitationẽ in adiutorio altiſſimi:dicens:quia ille qui vult ſe diuino adiutorio cõmittere: dicet dñõ noſtro Ieſu Chriſto ſic. Tu es ſuſceptor meꝰ: qa liberaſti me per paſſionẽ:tu es refugiũ meũ: quia ad te confugio, vt ſanes per ſacramẽtorũ medicationẽ:& tu es Deus meus per ſpecialẽ cultũ,& adorationẽ,q.d. ꝙ confiteatur Chriſtum verum eſſe Meſſiã,& verũ redemptorẽ. Et ſic dicet,& proponet in corde ſuo:ſperabo ideſt totam ſpem,& fiduciam meam ꝓ nam in eo operando, & dirigendo mea opera in B eum,q.d. ꝙ ille vere ſe committit adiutorio Chriſti,qui ſuſcipit ipsũ ī redẽptorẽ,et ſaluatorẽ:& credit ipsũ eſſe verũ Deũ, & operatũ ſecundum legẽ euangelicã ꝓp præmiũ vitæ æternæ,& per conſequens credit ipſum eſſe verũ Meſſiã,& etiã credit,et prædicat firma fide,ꝙ ipſe Chriſs liberauit me de laqueo venantum,et à verbo aſpero. Ad cuius intellectum eſt notandum, quòd laqueus venãtiũ dicitur peccatum primi parentis. Nam diabolus cum dixit primis parẽtibus, nequaquã moriemini:ſed eritis ſicut dii ſcientes bonũ, et malũ, tunc parauit eis laqueum,et quãdo ipſi comederunt fructum, tunc inciderunt in ipſum,et fuerunt expoliati bonis gratuitis,et ligati peccato,et facti captiui,et ſerui diaboli. qui quidem laqueus obligauit omnes poſteros ad culpam propter tranſgreſſionem primorum parentum. Egreſſum eſt verbum aſperum à Deo cum data eſt ſententia eis,vt C eicerentur,et felicitate in præſenti,et in futuro priuarentur,et ad culpam,et reatum ęternum,et mortem æternam,et ꝓpalẽ obligarẽtur,et pœnalitatibus tẽporalibus ſubderẽt,Illa ergo ſententia,et maledictio à Deo homini ꝓmulgata fuit verbũ aſperũ,et durum,et crudele totꝫ generi humano:à quo laqueo,et verbo aſpero,et ſententia dura ſolus Xps poſt liberauit. Dicas ergo omnis fidelis ipſi Chriſto:Ego fiducialiter ſperabo in eum, ſcilicet Chriſtum Meſſiam,ſaluatorem in lege promiſſum, quoniã per mortẽ,& paſſionem ſuã liberauit me de laqueo peccati,& culpæ ipſorum dęmoniorũ venantiũ,& per ſuam reſurrectionem liberauit me à verbo aſpero, ideſt D ſententia mortis ęternæ,& miſerabili feruitute diaboli,& miſeria pœnalitatũ,& dura maledictione. Quaſi dicat, ꝓpheta:quòd iſta debet eſſe firmiſſima fides,& fiducia cuiuſcunque fidelis, & hoc eſt ſe committere diuino adiutorio. quaſi dicat. ſi commiſeris te diuino adiutorio: & confugeris ad refugiũ Chriſti:& nõ eris deceptꝰ, imo liberatus:& dicet, ideſt, poteris dicere domino agendo gratias: nunc cognoſco, quia tu es ſuſceptor meus, & verum refugium meum, & dies: verè Chriſtus fuit refugium meum:quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero eo modo quo dictum eſt. Et nota ꝙ ꝓpheta in hoc pſal.procedit cum difficultate:quia multotiens mutat perſonã,& modum loquendi per ſinepteſim. ſicut multoties accidit non ſolum in poetis ſed etiã in prophetis,in quibus ſpiritus ſanctus loquebat. Ideo aduertat lector. Et ideo eſt aduertendũ quòd ſecundus verſus poteſt ordinari cum primo:eo modo quo dictum eſt. Vel poteſt ordinari cum ſequentibus:vt ſenſus:ꝙ ille qui habitat in adiutorio Chriſti:& cõmorabit in protectione eius:alle tales conſequetur octo ſequentes vtilitates: & liberabitur de ſeptem periculis ſequentibus per ordinem. Nã primo dicet,& poterit dicere dominoſe:ceptor meus tu &c. Et liberabitur de laqueo venantium,& à verbo aſpero. Secundò obumbrabitur ſcapulis Chriſti: & ſub pennis eius ſperabit. Tertiò circundabitur ſcuto Chriſti: & ſic nihil timebit. Quarto à dextris, & ſiniſtris cadent Iudæi,& cæteri infideles: tamen ipſe liberabitur à peccato. Quinto infideles flagellabũtur multis plagis:tamen flagellum non appropinquabit tabernaculo ſuo. Sexto, quia angeli eum cuſtodiẽt ab omni periculo. Septimo:quia conculcabit aſpidem, & baſilis cum,& Leonem,& Draconẽ. Octauò cum glorificabitur in æternitate. Et totum hoc patebit ſequendo literam. Dicit ergo ſecundam vultitatem.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volãte in die: à negotio perambulante ī tenebris: ab incurſu, et demonio meridiano.

Ad cuius intelligentiam eſt notandum, ꝙ tripliciter poteſt aliquis alium protegere. Primo inter ipſum, & inimicum ſe obiciendo &

A & interponẽdo, ſicut facit vacca, & hos quando videt lupos venientes ad ſe.tũc.ſ.bos remittit filios à tergo ſiue ad ſcapulas, & obicit ſe lupo,& morſibus eius,& defendit filios cum cornu,& ſic ſub vmbra ſcapularũ bonis defendũtur,& proteguntur filii,& cũ cornu bouis vulneratur lupus & fugit. Sedò põt quis aliũ protegere ſub alis recipiẽdo; & cooperiendo ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis,& liberat eos à miſtio,& fouet,& nutrit eos ſub proprio calore. Tertiò ſicut qñ quis cooperit amicum ſuum ſcuto, & obicit ſcutum contra inimicum. Iſtis ergo tribus modis liberauit, & protexit nos Chriſtus de poteſtate diaboli, & à morte perpetua. Primò nos liberauit ſicut bos liberat filios ſuos. Nam ipſe poſuit ſcapulas ſuas in cruce, & poſuit nos à ter B go ſua, & obiecit ſe morti,& paſſioni contra diabolum, & recepit in ſe ictus,& verbera,& vulnera inimici, vt noſtra vulnera ſanaret,& cum cornibus crucis percuſſit inimicum diabolum, & fugauit eum,& cõfregit portas inferni, & liberauit ſanctos patres, & attraxit prædam. Itaque ſcapulis ſuis protexit futuros,& cornibus liberauit præteritos. Secundo liberauit nos ſub alis,& pennis ſuis ſicut gallina protegit pullos ſuos. Nam quatuor ſunt genera ouarum. Primò recipit ouа aliarum gallinarum ſiue ouа aliena ſub alis, & pennis ſuis. Secundò proprio calore fouet, & excitat & vitificat fœtũ ex ouo,& ita vitificat multos pullos,& ex alienis facit proprios,ꝙ tantum diligit eos, quòd tota liquefit in ſudorem ad ſouendum pullos ſuos, & ſic conſumit proprium ſanguinem,& ſubſtantiam, in C tantum quod mutat vocem,& perdit plumas & efficitur pallida conſumpto, & exauſto ſã guine,& ſubſtantia,& ſic fouet filios. Tertiò protegit eos à miluis, & cęteris animalibus, & nocumentis. Quartò paſcit eos, & dirigit in paſtum. Ita ſimili modo Chriſtus cum nos effemus ouа aliena,quia carnales ipſius Adę & mortificati per culpam, ipſe Chriſtus congreganit nos ſub pennis, & alis ſuis in eccleſia, & vitificauit nos per ſacramenta ſua,quæ habent virtutem, & calorem ex paſſione, & ſanguine ſuo. Nam primò liberauit nos per paſſionem, & effudit totum ſanguinem ſuum pro nobis, vt daret virtutem ſacramentis ad ſananda vulnera noſtra, & ſic mortue pallidus in cruce nudus, vbi tandem dilectionem oſtendit erga nos, quòd totum ſe in nobis transformauit noſtros defectus,& pœnalitates ſuſtinendo, quos defe- D ctus,& pœnalitates in cruce ſecum affixit,vt ait apoſtolus. Et ſic nos viuificauit, & pauit. Tertiò nos protexit cooperiendo ſcuto gratiæ,& doctrinæ, & legis euangelicæ,& contra diabolum ipſum ſcutum obiecit ad repellendum eius incurſus & ictus. Nam ſicut ſcutum materiale ſimul repellit omnes ictus inimici,& protegit pugillem, ita lex euãgelica, quæ præcepit omnem iuſtitiam, & prohibet omne vitium ſimul cum gratia,7. donorum ſpiritus ſancti protegit nos, & repellit omnem tentationem inimici. Et ſic tàm lex euangelica quàm gratia.7. donorum dicitur ſcutũ ꝓ Chriſm nobis cõceſſum. Triplicibus ergo armis protexit Chriſs filios,& fideles ſuos. Primò paſſionis,& vt ab vniuerſali ſeruiture liberaremur. Sedò armis,& medela ſacramẽtorũ,vt à vulneribus pctõrũ ſanaremur. Tertiò armis,& ſcuto legis euangelicæ,& virtutũ vt futura pctã caueamus, & tentationibus diaboli reſiſtamus & repellamus:& ſic Chriſtus nos liberauit,ſanauit,& protexit. Qui ergo habitat in adiutorio altiſſimi.i. Chri adiutorio ſe committit,& his tribus armis ſe munit & armat: erit ſemper in protectione Dei cęli, & commorabitur. quia protectione Dei vallatus nõ põt ſuperari. Et hoc eſt quod dicit. Qñ ipſe liberauit me de laqueo venantium &c. Ideo ꝓpheta apoſtrophat ad populũ fidelẽ dicens: Ipſe Chris ad cuius refugium confugiſti,& cuius armis te muniſti, obumbrabit tibi ſcapulis ſuis. i. vmbraculum ſalutare,& tutatiuum præſtabit tibi ſcapulis ſuis, ſi ad eius paſſionem recurreris qui in cruce pro te ſcapulas poſuit. Et ſub pennis. i. ſub alis eius ſperabis ſi ſub ſacramentis eccleſiaſticis te conſtitueris, & ex eiſdem medicinam ſumpſeris, quæ fouent virtutes, & ſanant vulnera. Scuto circundabit te veritas eius, i. lex eius euangelica circundabit te, & protegęt ſcuto ſacramentorum, & articulorum, & præceptorum, & conſiliorum ad repellendas tentationes, & inſidias diaboli, & cauenda peccata quaſi dicat: ergo propheta ſi tu homo confugeris ad refugium Chriſti, & volueris in eo ponere habitaculum tuum: tũc ipſe ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, & ſcuto circundabit te veritas eius, prout dictum eſt, ſicut promiſit Moyſi: quando dixit. Ponam te in ſo. & cætera, Exod. 33. Non timebis. Hic enumerat omnia pericula, & omnes miſerias de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quibus Christus liberauit omnes confugientes sub vmbra scapularum, & alarum suarū quos protexit scuto suæ veritatis, & gratiæ. Ad cuius euidentiam est notandum, q̄ tentatio siue peccatum consistit in quatuor gradibus. Nam primò præcedit cogitatio. Secundò sequitur propositum. Tertiò actus peccandi. Quartò persecutio. Cogitatio comparatur nocti: eò quod sicut in nocte homo frequenter cadit: ita ex frequenti cogitatione, & delectatione homo frequenter cadit in propositum peccandi. Propositum verò comparatur crepusculo, & tenebris: nam sicut crepusculum exit ex nocte, & est propè diē: ita propositum exit ex cogitatione, & est propè actum, & effectum: & iam imputatur ad peccatum. Operatio autem in hac parte comparatur diei: eò quòd iam peccatū exiuit in clarum, & manifestum. Prosecutio autem, &
B duratio peccati iam comparatur meridiei: quia iam peccator non timet suam famā. Diabolus ergo primò inducit hominem in cogitatione peccati: & exinde detinet eum in consuetudine. Et hæc sunt quatuor arma diaboli quibus hominem inuadit. Sed Christus dedit nobis arma, et scutum legis euangelicæ cōtinentis omnes virtutes: quo resistimus, & repellimus tentationes, & arma diaboli. Nam in lege euangelica reperies quomodo nō debes cogitare de mundo: imo oportet semper orare: & quomodo nō debes peccare, & si peccasti debes ad pœnitentiam recurrere &c. Et si legem euangelicam sectatus fueris: de facili diabolū vinces, & à te repelles. Et ideo dicit ꝓpheta: Scuto circundabit te veritas eius. i. lex eius, & non timebis à timore nocturno.
C scogitationibus malis: nec à sagitta volante in die, scilicet à peccato in actu. Nam sicut arcus pellit sagittam: ita propositum producit actū peccādi in clarum, & manifestū. Nec timebis à negotio perambulāte in tenebris. Nam peccatum antequàm producatur in clarum, negotiatur: & agitatur in tenebris propositi. nec timebis ab incursu meridiano. i. à peccato malæ consuetudinis: quod iam non timet: nec veretur, infamiā: quasi dicat. si munitus, & armatus, & circundatus fueris scuto legis euangelicæ: non timebis istos quatuor incursus diaboli: & quatuor gradus peccate [illegible]. Per istos etiam quatuor terminos intelliguntur quatuor genera peccatorum. Nam per timoreta nocturnum intelligitur peccatum ignorantiæ neglectæ: & per negotium tenebrosum, peccatum auaritiæ, per sagittam volantem in die, intelligitur peccatum luxuriæ. Per demonium meridianum intelligitur peccatum superbiæ. Nam superbus ab omnibus vult videri. Sed omnibus his peccatis, & armis diaboli resistit lex euangelica: & eorum repellit incursus, & ictus. vt patet per singula. Per laqueum autem venātū possunt etiam intelligi omnia genera peccatorum, & tentationum, & per verbum asperum omnia genera persecutionum, & sic martires in primitiua ecclesia, & omnes viri iusti fuerunt liberati de laqueo diaboli, & de persecutionibus, & minis tirannorum per Christum.

Cadent à latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Totum hoc legitur consequutiue: vbi nō
E stratq̄d absque passione Christi, & legē euangelica nullus poterit saluari. Ideo dicit ꝓpheta ad virum iustum: quòd tanta est virtus passionis Christi, & sacramentorum ecclesiasticorum: & legis euangelicæ, & donorum spiritus sancti: quòd sicut per ipsam omnes saluātur, & proteguntur: sic sine ipsa nemo potest saluari, nec protegi. Nam in pugna huius mundi cadent mille à latere iusti, & decem millia à dextris eius: sed ad iustum talia mala non possunt appropinquare: eò q̄ munitus est, & protectus sub scapulis & alis, & scuto Christi. ideo dicit ꝓpheta. O Christiane, & vir iuste qui adiutorio Dei te commisisti: & armasti armis Christi, & scuto eius te protexisti in pugna huius mundi, cadent à latere tuo mille de infidelibus, & peccatoribus, & decem millia à dextris tuis, idest omnes Iudei, & pagani circumquaq; ea
F dent victi à dextris, & sinistris a diabolo, & carne, & mundo superati. Et sic omnes infideles peribunt: ad te autem talis plaga damnationis non appropinquabit, eò q̄ diuino adiutorio te commisisti: & eius armis te munisti, & ideo manebis, & euades liber, & victorisi, & ideo manebis, & euades liber, & victor. Item tu cum istis armis Christi munitus pugnabis contra diabolum, & membra eius, & infideles: & vinces eos, intantū q̄ cadēt victi mille à latere tuo sinistro: & decem millia à dexteris tuis. quasi dicat. circunquaque omnes infideles cadent: ad te autem nullum malū appropinquabit: sed illæsus, & triūphator exibis. Et nota q̄ apostoli, & martires quosdam vincebant conuertendo eos ad fidem: sicut fuerunt gentiles: & illi cadebant à dextris.

A à dextris ipsorum. Et alios vicerunt temporaliter, & spiritualiter. si Iudæos qui manserunt in sua obstinatione, & cecitate: & isti ceciderunt à sinistris spiritualiter victi, & condemnatio ad pœnam perpetuā. Et ceciderunt etiā victi temporaliter ea à propriis sedibus expulsi sunt: & ciuitas eorū incensa, & regnū & sacerdotum ablatū: & vita pars eorū trucidata, & alia captiuata, & dispersa. Et isti ponuntur sub numero millenario, eò q̄ fuerūt pauciores q̄ gentiles. Gentiles aūt cōuersi ceciderunt ab idololatria ad latus dexterum. s. ad baptismū per regenerationem. qui quidē baptismus procedit ex latere dextero Christi. ideò dicitur dextera pars ecclesiæ, & ad hāc partē ceciderunt gētiles: qui dicuntur decem millia: eò q̄ in decuplo fuerunt in maiori numero quā Iudæi. Ecclesia ergo oēs sibi subiecit. s. Iudæos ad sinistrā, quos in captiuitate
B possidet tēporaliter. Et gentiles ad dexterā: quos in salubri libertate, & obedientia rege neratos gubernat. Et iō sequit quīta vtilitas.

Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

O vir iuste, & retributionem peccatorum Iudæorum, & infidelium videbis: maximè in die iudicii: vbi peccatores, & obstinati existē ternum. Fideles autem existentes à dextris Christus secum in vitam ęternam deducet. Et sic iustus ibi videbit retributionem peccatorum. Hoc idem manifestè videmus oculis nostris tàm spiritualibus, quā corporalibus. Nam oculis corporalibus videmus Iudæos per mundum dispersos, & capituos sine re-
C gno, & sacerdotio: & oculis mentis videmus eos cæcos: & maledictos: & intelligentia sacræ scripturæ priuatos, & à bonis cælestibus alienos: & ad mortem perpetuam destinatos: & hoc in retributionē mortis, & passionis Christi. à qua sententia videmus fideles immunes, & liberos. Et ideo sequitur.

Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam tu es domine spes mea. quasi dicat. iustus. O domine Iesu Christe ego sum liber à tali sententia: & vici oēs tentationes & peccata, & deieci malos à dextris, & sinistris quoniam tu es spes mea, & refugium meū: & protectus sum, & munitus armis tuis. Et quia altissimum posuisti refugium, & for
D talitium tuum. quasi à mundanis eleuatum, & armis tuæ potentiæ munitum: ideo fui in eo saluatus, & liberatus quoniam nullū malum culpę, nec flagellū pœnę appropinquabit ad te: & sic omnes iusti qui habitant tecum in tabernaculo tuo saluabuntur, & liberabuntur ab omni malo culpę, & etiam flagello pœnæ. Et nota etiam quòd ista particula potest dirigi ad quecunque virum iustum, & fidelem. Vnde dicit propheta. O vir iuste, & fidelis: quia tu posuisti altissimum refugium tuum, idest quia non posuisti spē tuā in rebus terrenis, & infimis, & corruptibilibus: sed in rebus altissimis, & cęlestibus: & posuisti Christum adiutorem tuum, & ad eius refugium confugisti: ideo non accedet ad te malum culpę, & flagellum persecutionis non appropinquabit tabernaculo tuo: i-
E idest ecclesię: i qua tabernaculū elegisti: quæ quidem ecclesia est tabernaculum fidelium.
F Vnde est notandum sicut ait Saluator Matthæi 7. quòd ecclesia Dei est fundata supra firmam petram, qui est Christus: in altissimis montibus: quia tota spes eius, & fiducia est in cęlestibus: vbi expectat pręmium. Ideo nec ventus nec flumina possunt eam prosternere: & persecutiones temporales tirannorū non valuerunt contra eam. Et licèt ad tempus fuerit afflicta: tamen finaliter permansit victrix tempore Constantini: & hoc quia altissimum posuit refugium suum. Ideo licèt flagella approp inquauerint ad corpora: & carnes martirum: quia eos corporaliter occiderunt: tamen non accesserunt vsque ad tabernacula: idest vsque ad animas, & conscientias eorum in quibus Christus residebat: quia firmi, & stabiles permanserunt in fide. & sic victores, & triamphatores extiterunt: & sic vincebāt, & subiecerunt reges, & principes ipsi ecclesiæ. Et ideo licèt corpora morerentur, & trucidarentur: tamen tabernaculum ecclesię nunquàm fuit prostratum in persecutionibus tirannorum, & imperatorum: imo in fine ipsi tirranni, & imperatores fuerunt victi, & subiecti ecclesiæ. & sic flegellum temporale nunquā appropinquabit tabernaculo domini quę est ecclesia, nō ex lapidibus materialibus: sed viuis, & spiritualibus constructa. Nec tale flagellum potuit ad animas martirum appropinquare: quæ quidem animę sunt tabernaculum spiritus sancti. Et sic patet, q̄ mille, & decem millia infidelium, & paganorum ceciderunt

victi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A victi à latere ecclesiæ: scilicet à dextris, & à sinistris: & tamen ad eam non potuerunt appropinquare vt possent eam delere. Et ita finaliter quilibet vir iustus armis Christi munitus deiecit à dextris, & sinistris mille, & decem millia tentationum: & sic ad eum nō potuerunt appropinquare, cò q altissimum posuit refugium suum.

Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Quia promissum est auxilium temporale omnibus fidelibus confidentibus in Christo, qui se diuino adiutorio committunt, vt dictum est superius, quòd arma contra diabolum sunt pallio Christi: & ecclesiastica sacramenta, & lex euangelica: quibus prouidit Christus suis fidelibus: & eos armauit contra insidias, & tentationes diaboli. Hic autem ponit quartum auxilium quę est custodia angelorum, quos Deus tribuit fidelibus ad custodiam hominum contra pericula tēporalia, & etiam spiritualia. Vnde secundum Hieronymum super Matth. 16. & secundum Augustinum libro soliloquiorum, vnaquæque anima habet. Angelum à principio suæ creationis, & natiuitatis ad sui custodiam deputatum ratione animę, & ratione corporis. Et ratio est. Nam eiusdem est facere, & conseruare. Cum ergo Deus permiserit diabolum homini inimicum à principio, & exordio mundi: eò quòd habet possidere locum quem ille per casum perdidit: etiā semper diabolus conatur hominem destruere, non solum in anima sed etiam in corpore: vellet enim ipsum interimere quando est in C peiori statu culpę, vt auferret ipsi locum pœnitentię: & sic posset ipsum præcipitare vel aliud damnum ipsi inferre per ignem aut aquam: & quouis alio modo: postquàm habet potestatem super elementa: cum sit vnū corpus. Item posset hominem multipliciter affligere vt deduceret ipsum ad blasphemiā vel desperationem: & maximè: quia homo est subiectus multis miseriis, & infirmitatibus: & habet liberum arbitrium claudicatum: vt ait Augustinus. ideo est ipsi necessaria custodia Angelorum, vt liberet ipsum ab huiusmodi periculis corporalibus: & etiam à tentationibus occultis, & spiritualibus, & ne cadat in diuersa genera vitiorum. Ideo dicit hic: continuando literam cum superiori versu. Non accedet ad te malum: & flagellum non D appropinquabit tabernaculo tuo. Quare, & quo adiutorio? respondet quoniam angelis suis Deus mandauit, i. mandatū dedit eis de te: vt custodiāt te in omnibus viis tuis in hoc mūdo, & via: quia in patria non erit necessaria custodia vbi nullū erit periculū, sed erūt angeli ad societatem felicitatis. Et describit quinq; pericula, quibus liberant angeli homines. Nā primò liberant hominem ne formes. ne offendat pedē suum ad lapidē. Per pedem intelligitur pars corporea. Nam anima dicitur caput hominis, quia regit corpus: sed corpus dicitur pes animæ: quia cum corpore anima mouetur, & operatur, & exercet omnia opera, & tangit terrena: ideo Deus dedit angelū homini: vt ipsum custodiat quòd ad corpus ne lædatur, & offendat pedē suum. Leo pus ad lapidem siue aliquā corporalem lęsio E nem, & damnum: & caueat omnia genera periculorum, & damnorum corporalium: quæ lapidem intelliguntur. Nā si non prohiberet angelus custos, diabolus posset hominem lædere: aut in aquis suffocando: aut igne comburendo. aut præcipitādo. Vnde angelus nō solum prohibet diabolum, & cohibet eius potestatem contrā hominem: sed multiplici via hominem instruit: & cautum reddit ne in huiusmodi pericula incidat: vt multiplici colligimus exemplo: Ideo subdit. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vnde nota etiam q sensualitas, quæ dicitur pes animę primò lædi tur, & vincitur à lapide tentationis. Exinde voluntas rationalis consentiendo sensualitati lædituꝛ, & vulneratur à culpa: à qua lębeti ne præseruatur ex custodia angelorum. Item F per lapidem potest intelligi Christus, quem offendimus quotiescunque peccamus.

Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis: & conculcabis Leonem, & Draconem.

Sed quia custodia angelorum non solum liberat à periculis carnalibus: sed etiam à periculis culpæ spiritualis animæ: ideo deficit hic quatuor pericula siue mala à quibus anima lædituꝛ: quę designatur per quatuor animalia in hoc versiculo memorata: quæ sunt Aspis: Basiliscus: Leo: & Draco. quorum nomina gerit diabolus. Nam ipse dicitur Aspis: inquantùm reddit hominem surdum, & cęcum per peccatum. Nam ponit cauda, vitiorum in auribus hominis: nec audiat vocem incantantis sapienter, ideò ne audiat exhorta-

A exhortationes, & doctrinam euangelicam. Et super oculos ne videat, & ne conuertatur. Dicitur etiam Basiliscus inquantùm suo veneno inficit hominem in peccato. Dicitur autem Leo inquantùm trascitur. Dicitur Draco inquantum occulte insidiatur. Item dicitur Aspis inquantùm inducit ignorantiam crassam: & perpetratam. Dicitur Basiliscus inquantùm inducit luxuriam: & inducit concupiscentiam hominis, & incitat ad luxuriā. Dicitur Leo inquantùm incitat ad irā, & superbiā. Dicitur Draco inquantū incitat ad auaritiā, & ambitionem: quæ omnia demorant hominem. Per oppositū autem angelus custos occulte persuadet, & consulit homini: vt caueat huiusmodi peccata, & tellat tentationibus diaboli. Ideo dicitur in B litera nō solum non offendas ad lapidem pedem tuum: cum auxilio: & custodia angelorum: sed etiam super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem: idest omnia illa genera peccatorum: & tentationum vinces, & superabis cum præsidio, & custodia Angelorum. Notandum est quòd istum ordinem tenuit diabolus quando voluit ipsum Christum tentare. Nam ipse fuit Basiliscus inquantùm ipsum voluit inducere peccato gulæ: quia non ausus est ipsum tentare de luxuria: quia sciebat ipsum non esse conceptum in originali peccato: vnde inest nobis fœditas libidinis, & concupiscentia carnis: ideo voluit ipsum tentare de gula sicut tentauit Adam. vt exinde posset inducere ad alia peccata carnis. Secundò fuit Leo inquantùm tentauit ipsum de vana gloria, & superbia: quando dixit. Mitte te deorsum, & non solum ibi fuit Leo: sed etiam C Basiliscus, & Aspis, quia voluit ipsum infatuare ignorantia dispositionis hæreticę praui tatis: quando allegauit ipsi superiorem uersum: scilicet Angelis suis Deus mendauit de te &c. Nam sicut induxit ignorantiā, & hęresim in primis parentibus falsò interpretando verba Dei qui dixerat: Qua hora comederitis morte moriemini: & diabolus falsò interpretatus est, dicens, Nequaquàm moriemini: sed eritis sicut Dii: scientes bonum, & malum: ita pariter ipse diabolus conatus est peruertere: & falsò interpretari dictum, & scripturam spiritus sancti: cum allegauit Christo illum versum: scilicet Angelis suis &c. & hoc multipliciter. Nam hoc non erat dictum de capite Christo: cum non indigeret custodia Angelorum, quia D erat custos eorum, & dominus secundum communem opinionem. sed hoc dictum erat de homine viatore &c. Imo inducebat maiorem hæresim, & cęcitatem ignorantiæ, & venenum. Nam custodia Angelorum data est homini ad cauendum ea, quæ non sunt in potestate hominis: & maximè a nocumentis diaboli tàm corporalibus, quàm spiritualibus: sed non ad cauendum ea, quæ sunt in potestate, & libero arbitrio hominis. sed seipsum occidere est in potestate hominis: & in suo libero arbitrio: ideo tunc Angelus non liberat hominem à tali periculo corporali: postquā homo possit cauere: quia Angelus solum datus est ad prohibendum extranea pericula non propria: quia iam liberū arbitrium, & naturalem appetitum essendi, & permanendi habet vnusquisque ex natura. Et diabolus ergo voluit decipere Christum: allegando illam scripturam, & falso modo interpretando: quia Deus mandauit Angelis: vt custodiant hominem in omnibus viis suis à periculis extraneis corporalibus: & non à propriis periculis: quia iam habet liberum arbitrium, & naturalem appetitum se custodiendi à propriis periculis, & isto modo diabolus decepit Heremum monacum Aegiptium: qui seipsum in puteum præcipitauit: vt narrat Cassianus in collationibus patrū. Secundò est notandū, quòd Deus non solum deputauit Angelos ad custodiam particularium hominum: sed etiam Ciuitatum, & Regnorum, & communitatum, & totius ecclesiæ, & sic non solum dedit ecclesiæ merita passionis Christi, & sacramēta, & legem euangelicam in dotem, vt se defendat à diabolo: sed etiam dedit ipsi custodiam An F gelorum. vt eam defendāt, & liberent à tirannis, & inimicis, & infidelibus, & hereticis qui sunt membra diaboli. Vnde quatuor genera inimicorum infestarunt: & infestant ecclesiam: quæ intelliguntur per illa quatuor animalia prędicta. Nam prima persecutio fuit sinagogæ. quæ intelligitur per aspidem, conati enim sunt Iudæi percutere ecclesiam cęcitate, & ignorantia in principio: & sic persecuti sunt Apostolos: sed Petrus per Angelum liberatus est de carceribus, & sic Angeli liberarunt Apostolos de manibus Iudæorum in prima persecutione. Secundò infestauit ecclesiam Leo scilicet imperus tirannorum: sed in fine liberata est tempo-

re

Universidad de Deusto
Biblioteca

re Constantini opere angelorum. Tertiò infestauit ecclesiam Basiliscus, scilicet prauitas hereticorum: quæ suo veneno multos infecit & sauciauit: sed multipliciter fuit liberata p doctores. Quartò infestabit eam draco Antichristus, & cœtus hypocritarum. Erit enim Antichristus simul aspis, & Basiliscus, leo & draco. s. Iudæus, & Hæreticus, & tirānus & hypocrita, & sic vastabit ecclesiam: sed non totaliter delebit: imo ministerio angelorum in fine comminuetur, & interficietur, & ecclesia prævalebit, & triūphabit. Et ideo ad hunc intellectum applicatur tota litera prædicta. Vnde propheta apostrophat ad ecclesiā Christi, dicens. O ecclesia quia altissimum posuisti refugium tuum, & spem tuam in Christum: ideo non accedet ad te malum, & flagellum persecutionis nō appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam angelis suis Deus mandauit de te &c. Et sic super Aspidem, & Basiliscum ambulabis &c. ideſt, cum auxilio angelorum tu vinces, & superabis malitiam Iudæorum, & venenum hæreticorum, & conculcabis superbiam tyrannorum, & tuæ ditioni subiicies & cōculcabis iniquitatem Antichristi, & eius sequaciū, & fautorum: quia finaliter omnes vinces, non solum spiritualiter: sed etiam tēporaliter. Nam portæ inferi non prævalebunt aduersus ecclesiam, quæ licèt fluctuabit: tamen nunquàm submergetur nauicula Petri. Nam semper custodia, & ministerio angelorum liberabitur.

Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum: & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

Hic propheta ex parte, & in pſona Christi promittit adimplere omnia supradicta in ps. præcedente, & in isto. Ad cuius euidentiam est aduertendum, q̄ propheta Dauid contēplando oſonem Moysi, & promissionē à Deo ipsi factam: præuidit totum misteriū incarnationis, & nostræ redemptionis, ideo fecit psa. præcedentem, in quo fecit illas quinque petitiones: puta vt Christus acceleraret aduētum suum, vt fieret nostrum refugium. Et ne repelleret nos à suo refugio: sed liberaret nos ab omni miseria. Et in prima parte huius psalmi innitauit totum genus humanum, & omnes, vt confugerent ad hoc refugium in quo omnes debebant saluari: & ab omni miseria liberari: vt supra ostensum est, sed quia in tali oratione, & contemplatione fuit ipsi reuelatum, & iterum cum certitudine fuerunt reuelata ipsi omnia promissa, quæ petierat in ps. præcedenti, & quę dixerat in prima parte Iesus: ideo in hac vltima parte introducit Christum loquentem, & cum affirmatiue promittētem adimplere omnia, quæ promisit Moysi in illa oratione. Exo. 33. & etiam omnia quæ petit Dauid in psal. præcedēti. & omnia illa quæ promisit Dauid in hoc psalmo cuiq; diuino adiutorio se committenti. Vnde dixit Christus: Quoniā sperauit. Quasi dicat, ego promisi Moysi, q̄ ego venirem in carnem ad liberandum genus humanū, & promisi ostendere ipsi gloriam meam, & promisi misereri venientibus ad me, & eos reponere in foramine petræ. Et promisi eis ostendere humanitatem meam. Et omnia ista tu *Dauid petisti in* persona totius corporis missici in psal. præcedenti, & omnia ista tu promisisti venientibus ad me, & committentibus se adiutorio meo. Nam promisisti eis, quòd ego obumbrarem eis sub scapulis meis, & protegerem eos sceto, & sub pennis meis, & liberarem à timore nocturno & à sagitta volante in die, & à dæmonio meridiano: &c. Et ideo dico tibi, & promitto, q̄ quicunque posuerit spem suam in me, & fecerit quod tu consuluisti in hoc psalmo: dico tibi quòd talis vir iustus nō erit deceptus: imo liberabo eum ab omni miseria, quoniam in me sperauit, ideſt: quia se cōmisit meo adiutorio, & refugio per spem firmam: & protegam eū sub scapulis, & alis. & scuto meo: & hoc quia cognouit nomen meum per fidem, quod est Iesus, ideſt saluator: ideſt quia cognouit, & confessus est me esse verum Deum, & hominem. & saluatorē, & Messiam in lege promissum. Insuper exaudiam eum in omni petitione, eō quòd clamauit ad me cum deuotione, & caritate, & ideo ero cum ipso in tribulatione, quia veniam in carnem sicut promisi, & eripiam eum de captiuitate diaboli, & ab omnibus miseriis spiritualibus: & etiam glorificabo eum in die iudicii resuscitando in corpus gloriosum, & sic erit liberatus ab omni miseria corporali, scilicet ab omnibus infirmitatibus, & mortalitate, & passibilitate: quia corpus gloriosum, est liberum ab omnibus supradictis, & sic longitudine dierum, replebo eum: quia vi-

uet in æternum in patria cęlesti: eò q̄ erit immortalis, & impassibilis, & ostendam illi salutare meum. Nam per oculos corporeos vide bit humanitatē meam: & oculis mentis videbit facialiter diuinitatem: & sic erit perfectè beatus: & sic non erit frustratus desiderio suo. Nam sicut in vita sua credidit, & sperauit in me: & habuit fidem, spem, & caritatem: ita in patria habebit claram visionem, & protectionem: & fruitionem de me: in quibus consistit vera felicitas. Ex supradictis potest patere cuicunq; diligenter consideranti, & speculanti: q̄ Dauid fecit psalmū præcedentem: & istū sequentem contemplando orationem Moysi & promissionem ipsi à Deo factam. Exod. 33. Nam in psalmo præcedenti Dauid petiit ea quæ fuerunt promissa in illa oratione: & in vltima parte huius psalmi introducit Christum omnia supradicta confirmantem, & adimplere promittentem: sicut in veritate Christus adimpleuit in suo aduentu per suam prędicationem, & passionem, & resurrectionem, & ascensionem. Et ideo nos in hac ecclesia vltra sensum propheticum cantamus istū psalmum quotidie moraliter in completorio: quia continuè nos commitimus adiutorio Christi: vt postquam nos redemit velit nos liberare à tentationibus inimici: & totaliter in sua gloria collocare: & etiam in die iudicii cum suis sanctis in cœlo glorificare. Ex hoc psalmo colliguntur nouem conclusiones. Prima conclusio: q̄ quicunque habitat, & commoratur in hac ecclesia militanti per gratiam sub protectione Christi, liberabitur à laqueo peccati, & à sententia aspera data in Adam: & à verbo, & sententia aspera quæ dabitur damnatis in iudicio: cum dicetur. Ite maledicti &c. Secunda conclusio: quòd quicunque habitat in hac ecclesia sub protectione Christi: erit obumbratus, & septus scapulis, & sub alis Christi. Nam Christus in die passionis posuit scapulas in cruce: obumbrans, & protegens fideles: obiiciens corpus contra diabolum: sicut vacca protegit filium à tergo obiiciens se contra lupum. Tertia conclusio: quòd Christus protexit, & liberauit fideles suos in cruce: sicut gallina liberat, & protegit pullos suos sub alis. Nam sicut gallina primò recipit ova aliena: secundò vivificat pullos proprio fudore, & sanguine: tertiò liberat de vnguibus milui: quartò pascit eos, dirigit in pastu: ita pariter Christus primò recepit filios quos Adam carnaliter genuit mortuos in peccato. Secundò eos proprio sanguine viuificauit, & fouit. Tertiò eos de raptu diaboli liberauit. Quartò eos continuè pabulo ecclesiasticorum sacramentorum, & cibo spirituali sacræ scripturæ pascit, & nutrit. Quarta conclusio: quòd qui habitat in hoc diuino refugio, & tabernaculo ecclesiæ, non timebit à timore nocturno: ideſt à peccato cogitationis: nec à negotio tenebroso: ideſt à peccato proposito, & deliberato: nec à sagitta volante in die: ideſt à peccato in actu commisso: nec ab incursu, & dæmonio meridiano: ideſt à peccato malæ consuetudinis. Item non timebit à peccato negligentiæ: nec auaritiæ: nec luxuriæ: nec superbię: quæ sunt arma q̄bus diabolus sauciat hominem. Et ratio est. Nam ecclesia habet arma contraria: quæ sunt ecclesiastica sacramēta: ad destruenda, & delenda omnia supradicta peccata. Quinta conclusio, quòd omnes Iudæi, & infideles cadent vulnerati, & sauciati veneno peccati à dextris, & sinistris ipsius iusti fidelis: tamen non appropinquabit iusto talis pestis. Sexta cōclusio: quòd quia refugium ecclesiæ est fundatum super altam petram qui est Christus: ideo malum culpę, et pœnæ æternæ nunquàm accedet ad virum iustum in illo refugio, et tabernaculo habitantem. Septima conclusio: q̄ vir iustus habitans in tabernaculo ecclesiæ, nō solum liberat à peccato, et pœna æterna p ecclesiastica sacramenta: sed et liberatur à periculis corporalibus, et dirigitur in hac vita per custodiā Angelorum. Octaua conclusio: quòd vir iustus habitans in hoc refugio Dei conculcabit aspidē: et basiliscum: et leonē: et draconem: ideſt vincet, et superabit cecitatem, venenum luxuriæ: et iram, et auaritiam diaboli: quia nec ista vitia, nec diabolus poterūt iusto per illa vitia nocere. Nona conclusio: quòd quilibet vir iustus qui inuocauerit nomen domini Iesu, et confessus fuerit Christū esse saluatorem, et seruauerit legem eius, liberabitur ab omni malo: et Christus protegeet eum sub alis, et scapulis suis, et exaudiet eū in omni tribulatione, et petitione: et glorificabit eum Christus post hanc vitam: et tandem dabit ei vitam æternam. Ex supradictis patet q̄ Dauid in hoc psalmo nil aliud vult innuere: nisi ostendere quōmodo ille qui habitat in adiutorio, et sub gratia Christi, et commoratur sub protectione eius et totaliter ponit spem suam in eo: ille talis consequetur

septem

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem bona vel octo: & liberabitur de septē periculis. Nam primò liberabitur de laqueo venantium dæmoniorum: & à verbo, & sententia aspera in Adam: & à verbo aspero qđ dicetur damnatis in die iudicii. Secūdò Christus obumbrabit ipsum scapulis suis in cruce: & cooperiet sub pennis, & alis suis: & viuificabit, & fouebit, & nutriet, & custodiet eū: sicut gallina pullos suos. Tertiò circundabit, & proteget eum scuto legis euangelicæ, & ecclesiasticorum sacramentorū, & hic nō timebit à timore nocturno peccatorum, & tentationum. Quartò quia mille ex iudeis, & decem millia ex gentilibus, & sarracenis cadent à latere eius vulnerati peccato originali, & actuali: tamen ad eum non appropinquabit illa pestis. Quintò infideles multis flagellis corporalibus, & spiritualibus flagellabuntur: quæ flagella non appropinquabūt ad tabernaculum, & altissimum refugium fidelium. Sextò, quòd Deus dabit angelos, & spiritualem custodiam fideli: vt custodiāt eum in ommibus viis eius. Septimò, quod omnis fidelis ambulabit super Aspidē & Basiliscum, & conculcabit Leonem & Draconem. Octauò, quòd finaliter post hanc vitam Christus glorificabit omnes iustos in longitudine dierum, & vitam æternam. Et in his supradictis consistit tota sententia, & intelligēta huius psalmi, prout expositus est.

PSALMVS. XCI.

Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.

In decacordo psalterio: cum cātico in citara.

Titulus. Canticū psalmus in die sabbati. Dicitur autem, Canticum psalmus: quia simul cantabatur voce humana, & instrumentis musicis. s. psalterio, & citara. Additur aūt, In die sabbati: quia tali die cantabatur. Sed hic non exprimitur eius autor, nec materia: sed communiter dicunt Hebræi moderni, q̄ Moyses fecit hunc psalmū pro beneficio creationis: & ideo cantabatur in die sabbati eò q̄ tali die quieuit Deus ab omni opere quod patrarat. de quibus operibus fit memoria in hoc psal. Rabi Camhi vero dicit, quòd Adam harisōn fecit hunc psalmum: non q̄ ipse fecit, sed q̄ Dauid fecit ipsum in persona ipsius Adam, & sic Adam loquitur in isto psalmo in persona totius posteritatis. cuius causam assignat. Dicit enim q̄ Adam fuit creatus in die veneris, quasi hora tertia: & peccauit hora vndecima. Et hora 12. fuit expulsus, & ad mortē condemnatus: & sic manit in fletu, & planctu per totā illam diē, & nocte vsque ad diē sabbati de manei qua fuit ipsi remissa culpa: & ad pœnitentiā receptus, & tunc incepit considerare opera domini. f. vniuersitatē creaturarū: & sic factus lætus in die sabbati: incepit canere, & psallere, dicens. Bonum est confiteri dño: & psallere nomini tuo altissime, vt dicit vltra q̄ Adā præuidit in spiritu totū discursum filiorū suorum vsque ad Messiam, cuius regnū debebat exaltari sicut vnicornis: & maximè prosperari in multitudine filiorū. Et sic glosat istum psalmum de tempore Messię, & prosperitate eius. Cuius positio licet sit aliqualiter vera in quantùm dicit q̄ iste psalmus, & omnes sequentes *vsque ad C.* loquūtur de tempore Messiæ: tamen dicit falsum, & erroneum in quantum, quod est tam præterit tum expectat futurum, & hoc accidit: quia non est plantatus in domo domini per bonum, & tic non poterit florere in vera impulmum, & tic non poterit florere in vera intelligentia sacræ scripturæ: vt patebit infra. Et ideo est dicendum q̄ Dauid fecit hūc psalmum sicut omnes alios: in quo introducit ad loquēdum ipsum Adam misticum. Ad cuius euidentiam est primò notandum, & aduertendum: quòd iste homo misticus incipiens à primo homine primi habebat fidem Christi: habuit suas ætates sicut dictum est in prologo, & ita similiter ipsa lex diuina prout incepit ab Adām vsq; ad iudicium habuit suā sęcula, & suos dies. Et ideo tota vltima ætas, f. temporis gratiæ, in quo venit Christus, dicitur ætas vltima ipsius hominis: vel ipsius ecclesiæ in hac vita. Et dicitur senectus eius, f. ipsius hominis mistici: in qua senectute iste homo fuit prosperatus, & exaltatus per gratiā Christi. Et dicit properatus in sua senectute: cū in tota sua iuuētute ab expulsione paradisi vsq; ad aduētum Christi semper fuit à diabolo multipliciter afflictus. Item ista vltima ætas dicitur etiā sabbatum ipsius legis in quo sabbato quieuit iste homo misticus per gratiā: & fuit exaltatus, & redemptus p misericordiā, & de captiuitate ductus. Per oppositum diabolus cū suis mēbris, & toto cœtu impiorum fidelium, quæ dicitur ciuitas diaboli, fuit deiectus, & prostratus per iustitia. Vñ Christus ad hoc venit cū humilitate: vt deuceret & dis-

poneret

poneret superbus per iustitiam, & exaltaret, & vocaret humiles per pœnitentiam, & hoc est vnum de maioribus operibus, quæ fecit Deus. Et sic nostra redemptio fuit exaltatio humilium, & depressio superborū: & de hoc misterio virgo Maria fecit illud canticum: quod incipit. Magnificat anima mea dominum. quod quidem canticum memoratur in hoc psalm. imo de illo cantico factus est iste psal. vt patebit. Nam præuidēs Dauid in spiritu qualiter in suo aduentu hoc est vltima ęta te, quæ dicitur sabbatum mundi, & senectus hominis mistici, redemptor noster Christus debebat descendere, & prosternere diabolum cū tota eius ciuitate, & membris per iustitiam, & debebat exaltare humiles, & facere eos mēbra sua per misericordiam. Cantat ergo Dauid in hoc psalmo misericordiam qua Christus exaltauit ecclesiā, et humiles fideles suos à multas, & magnas persecutiones: & maxime decantat prosperitatem ecclesiæ, & iustitiam, & punitionem qua puniuit, & deprest fit superbos Iudæos, & tyrannos persecutores ecclesiæ. Hanc ergo iustitiam, & hanc misericordiam decantat Dauid in hoc psal. in quo duo facit. Nam primò promittit hanc misericordiam, & iustitiam cantare in aduētu Christi in persona ipsius hominis. Secundò reddit causam. ibi. Quoniam delectasti me domine. Quantum ad primum, dicit. Bonum est confiteri domino. i. iustum, & dignum, & debitū erit confiteri, & laudes exhibere tibi domine Iesu Christe, & psallere. i. cum instrumentis musicis cantare nomini tuo Iesu ò altissime. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ totū tempus gratiæ dicitur mane respectu leg. vet. quæ dicebatur vox: in qua iste homo misticus non poterat cantare canticum lætitiæ, eò q̄ erat in afflictione peccati, & per iustitiam condemnatus, sed in tempore gratiæ, quia iā est dies, iam cantat canticum lætitiæ, liberatus per gratiam, & misericordiam Christi. Et ideo subdit q̄plicta. Ad annunciandum mane misericordiam tuam. Quasi dicat: q̄ bonū est canere, & psallere, & annūciare in mane. i. an die gratiæ annunciare misericordiam Christi, qua liberauit nos de potestate diaboli, & exaltauit nos per gratiā. Et sequitur: Et veritatem tuam per noctem. Vnde nota, q̄ veritas hic sumitur pro iustitia. Nam sicut verum sive veritas dicitur adæquatio rei ad intellectum, & econtra, inquantùm intellectus non deuiat à re: ita iustitia dicitur inquantū non deuiat a rectitudine, & illa iustissima regula: Nullum bonum irremuneratū, & nullum malū impunitum. Et quod tibi vis, alteri fac, & quod tibi non vis, alteri non facies: quod est vnū principiū naturale, & morale, & ideo tunc iudicium dicitur verum, quādo est iustum, non deuians ab illa regula. Et sic caritas dicit iustitia. Et iò dicit: hic: ad annūciandū veritatē. s. iustitia per noctē. i. tępore legis. Sed melius est, q̄ per noctem intelligatur dies iudicii in quo iudicabuntur superbi, & infideles ad damnationem perpetuam & noctem inferni. Et ęt per istam noctem intelligitur totum tempus ab aduentu Christi vsq; ad iudicium. quod quidē tēpus sicut dicitur dies respectu fideliū, eò q̄ receperunt lumē, & ambulant in die, ita idē tēpus dicitur nox respectu Iudæorum modernorū, qui nō recipiendo Christum perdiderunt lumen fidei quod ante habebant, & ceciderūt in cęcitatem, & ignorantiam, & sic ambulant in nocte. Et sic sicut nos per misericordiā fuimus illuminati, ita illi per iustitiam fuerunt occęcati, & obtenebrati propter suam superbiam, et malitiam, & inuidiam, quia occęcauit eos malitia eorum, ne intelligerent sacramēta Dei, quia noluerunt esse humiles, sed superbi. Dicit ergo Dauid in persona totius ecclesiæ siue corporis mistici. Bonum est cōfiteri domino &c. i. iustum erit annunciare misericordiam tuam in mane. i. tempore gratiæ, in quo illuminasti, & exaltasti humiles p misericordiā. Et bonum erit etiam cantare, & annunciare veritatem. i. iustitiam tuam per noctem Iudæorum, in qua occæcasti eos, & deiecisti per iustitiam. Etiam est notandum, q̄ sicut per mane intelligitur totū tēpus gratiæ, ita per noctē pñt intelligi totū tēpus le. vet. Nā sicut nos cantamus misericordiam Dei quā recipimus: ita illi cantabant veritatem quam prophetiæ prænūciabat. Iteē ęt per ly mane pōt intelligi tempus prosperitatis, & per noctem tempus aduersitatis. Quasi dicat, q̄ bonū est cōfiteri domine ad annunciandū misericordiā tuā in tēpore prosperitatis, & veritatem siue iustitiam in tēpore aduersitatis. Deinde cū subdit, In psalterio: ostendit qđo iste cantus, & annunciatio cantabitur, & fiet cum duobus instrumentis musicis. f. in psalterio decacordo. i. in psalterio. 10. cordarum, & cithara simul cum cantico humano. Ad cuius intellectum est notandum, sicut dictum fuit in principio, quòd psalterium est instrumentū

musicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A musicum quadratum habens. 10. cordas: & cithara est instrumentū triangulare habens quatuor cordas principales. Est autem verum q̄ in hoc versu. Hæbrei faciunt differentiam inter psalterium, & decacordum. Nam dicūt q̄ decacordum est instrumentum 10. cordarū: & psalterium est multarum cordarum. Citara autem est aliud instrumentum triangulare, & ideo in hebreo ponitur dictio cōiuncti-
B va inter decacordum, & psalterium. Dicitur enim: In decacordo, & psalterio, & sic assignātur tria instrumenta. s. decacordum, & citara, & psalterium. Sed in hoc non est vis. sed magis est insudandum circa misterium: quod figurabant ista instrumenta. Nam instrumentum decacordum significabat totum euangelium: in quo cōtinentur 10. misteria Christi. s. incarnatio: natiuitas: baptismus: prædicatio: miraculorum operatio: mors siue passio: resurrectio: ascensio: spiritus sancti missio: & euangelii per totū orbem promulgatio. Istæ sunt decem cordę instrumenti siue psalterii euangelici. Et hoc instrumentū siue psalterium cantat, & personat quotidie ecclesia per totū orbem terrarum. Similiter per psalterium 10. cordarum intelligitur canticum quod cantauit timpanistria nostra virgo Maria in domo Elisabeth: quando dixit. Magnificat anima mea dominum. illud enim canticum dicitur psalterium decem cordarum: eò q̄ continet 10. versus: quod quidē psalterium, & canticū fabricauit virgo Maria: & primò cantauit, & exinde quotidie cantat ecclesia in vesperis. Quod præuidens Dauid in spiritu: dicit in ista parte. Bonū est confiteri domino: & psallere misericordiam in psalterio decem cordarum: & hoc in mane. i. in die gratiæ. quasi dicat: q̄ magna lætitia erit in mundo tempore
C gratię. Nā cum virgo Maria timpanistria nostra: & primum membrum ecclesiæ incipiet cantare psalterium 10. cordarū: siue incipiet annunciare misericordiam tuam in psalterio 10. cordarum. quando dicet. Magnificat anima mea dominum: tunc tota ecclesia personabit illud psalterium: & cantabit illud canticum per totum mane. i. per totum diem gratiæ. Et etiam cantabit ecclesia totum psalterium euangelicum 10. cordarum. i. continēs decem supradicta misteria. Et cantabit etiam cum citara: quod est triangulare instrumentum: per quod intelligitur trinitas personarum in diuinis: vel intelligitur trinitas virtutum teologalium. s. fides, spes, & caritas. Nam iste tres virtutes includunt totam legem euā- D
gelicam. Nam omnia quæ cōtinentur in lege euāgelica: aut pertinēt ad fidē: aut spē: aut ad caritatem: quia nihil docetur in euāgelio: nisi quod credēdū: aut diligēdū: aut sperandū: vt ait Augu. in enchiridio: & sic ecclesia cantat hodie euangelium cum psalterio 10. cordarum: & cum citara: vt dictum est. Et cantat etiam psalterium 10. cordarū ipsius virginis Mariæ quotidie in vesperis: & cantat etiam citaram Simeōnis. s. Nunc dimittis seruum tuum domine: quod est canticum continens quatuor cordas. s. quatuor versus. & hoc cantat in completorio. Et hoc est ergo psalterium virgineum, & euangelicum: & hæc est citara euangelica: de qua dicit Dauid in hoc psalmo. In psalterio Decacordo &c. Vnde debet sic ordinari litera. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. t. in De- E
cacordo psalterio cum cantico, & citara. Et subdit illud quod intendit cantare: quia intendit cantare misericordiam, per quā Christus exaltauit humiles: & veritatem siue iustitiam: per quam deiecit, & punuit superbos. Et ideo si benè volumus considerare: videbimus q̄ iste psalmus est figura illius canticum virginis Mariæ quod virgo Maria cantauit: quia eandem materiam continet: quia similiter illud canticum non memorat nisi misericordiam qua Christus exaltauit humiles: & iustitiam qua deiecit superbos: vt magis patebit in fine huius psalmi. Vel potest dici breuius: sicut dictum est in prologo: & per psalterium decacordum intelligit Dauid decem misteria ecclesiastica. s. misterium incarnationis, & prædicationis, F
& miraculorum operationis, & passionis, & nostræ liberationis per descensum ad inferos & ecclesiastica sacramenta, & misterium resurrectionis, & ascensionis, & spiritus sancti missionis, & ecclesiæ congregationis, & ultimi iudicii, & glorificationis. Hoc est psalterium quod continuè cantat, & confitetur ecclesia, sed non cantat id sine citara: per quam intelligitur misterium trinitatis: eò q̄ singula dicta 10. misteria Christi præsupponūt misterium trinitatis: eò q̄ Christus est secunda persona in trinitate: qui quidem Christus refertur ad patrem, & spiritum sanctum: sine quibus non potest esse. Et ideo nemo potest cantare nec confiteri psalterium Christi sine citara trinitatis. Et hæc est causa quare Dauid in psalmis nunquām memorat nec nominat psalteriū, quin nominet citarā. Per cāticum autem

A autē intelligit forsan Dauid canticū virginis Mariæ. Et sic ecclesia cōtinuè cātat, & confitetur psalteriū. 10. cordarum, & mysteriorum Xpi cum citara trinitatis, & cum cantico virginis Mariæ. Et hoc est quod intendit dicere Dauid. Bonum est confiteri domino in Decacordo psalterio, & cantico, & citara.

Quia delectasti me domine in factura tua:
& in operibus manuum tuarum exultabo.

In hac secūda parte reddit causā quare monuerit ad psallendū, & cōfitendum Deo, & dicit, q̄ cōsideratione, & cōtemplatione diuinorum operum. Nā cum in hac vita nemo possit videre Deum per essentiam suā: tamē quia effectus, & opera diuina ostendunt omnipotētiam, & summā bonitatem, & sapientiā Dei: ideo consideratio, & contemplatio mirabiliū
B operum Dei mouent hominem sapientē de necessitate ad laudandum Deum, & cōfiteri ipsum esse magnificū, & omnipotētē, & sapientissimum, & tremendū. Dicit ergo Dauid in persona totius ecclesię: Bonum. i. debitum, & iustum est mihi confiteri domino &c. quia tu delectasti me. i. lætificasti me in factura tua, & in operibus manuum tuarū, & non solum me delectasti in operibus creationis: sed etiam redemptionis generis humani.

Quam magnificata sunt opera tua domine:
nimis profunde facte sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum:
& apparuerint omnes qui operātur iniquitatē.
Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in æternum domine.

Hic explicat quæ sunt ista diuina opera: propter quæ mouetur ad cātandum, & psallendū, & cōfitendum Deo. Ad cuius intellectum
C est notādū, q̄ opera diuina sunt in triplici genere: quędā dicuntur opera creationis, & quędā opera permissionis, & quędā opera iustificationis, & quędā opera redēptionis, & quędā opera reddēnitionis. Prima opera. s. creationis: puta cœlū, & elementa, & omnis ornatus eorū dicuntur opera magnifica: quia demōstrāt Dei omnipotentiā. Opera vero permissionis. s. quare Deus permittit prosperari malos, & affligi bonos in hac vita: pertinēt ad profundissimā, & altissimā scientiā Dei. Opera vero punitionis malorū pertinēt ad Dei iustitiā, & demōstrāt Deum esse iustissimum. Sed iustificationes bonorum pertinent ad Dei misericordiā: quia si punit malos per iustitiā: ita iustificat, & vocat, & exaltat bonos nō ex meritis: sed per solā suam, & talia opera ēt pertinēt ad altitudinē sapientię, & scientiæ Dei: iō dicūtur inscrutabilia, & inuestigabilia: eo q̄ nullus pōt reddere causā: cum sint ex voluntate Dei, & occultissimis iudiciis eius: & talia opera dicūtur profundissimæ cogitationes Dei. Duo ergo facit hic. Nā primò ostēdit, q̄ Deus est laudādus, & tremendus propter suā inuestigabilem scientiā, qua permittit ad tempus malos prosperari, & propter suam iustitiam, qua punit eos in hoc sæculo vel in alio. Secūdò ostēdit, q̄ est laudandus: eò q̄ exaltat humiles, & iustificat per pœnitentiam: ibi. Et exaltabitur sicut vnicornis. Quantum ad primum ergo dicit Dauid admirando. quàm. i. quantū sunt magnificata tua opera creationis. s. cœlum, & terra, & omnis ornatus eorum: sed nimis. i. multo magis sunt profundæ cogitationes tuæ. i. promissiones, quibus permittis prosperari malos in hac vita, & bonos deprimi, & etiam quare, & quomodo punis malos, & exaltas bonos. Vnde intantùm sunt profundæ istę cogitationes tuæ: q̄ insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc mysteria, & secreta tua. s. cur, & quomodo exorti. i. multiplicati, & prosperati fuerint pctōres in hac vita: sicut fœnum quod citò crescit, & in breui siccatur. Et similiter quomodo omnes, qui operantur iniquitatem. i. iniqui, & prauum apparuerint in diuitiis, & dignitatibus cōstituti in hac vita, & tamē in breui postea intereant, & pereant, & damnentur in infernū. Quasi dicat, q̄ insipiens, & stultus non poterunt peruenire ad cognitionem huius secreti. s. quare Deus permittit malos tantum prosperari vt postea pereant in æternū: quia hoc prouenit ex illis profundissimis, & occultissimis iudiciis, & secretis Dei. Pōt etiā hoc idē moraliter intelligi: quia stultus est ille, qui totaliter conuertitur ad ista terrena, & insipiēs & imprudens est ille: qui non considerat cœlestia: nec prouidet de futuris bonis cœlestibus, & ideo talis insipiens, & stultus non intelligit nec vult considerare vitam, & casum malorum hominum. Nā videamus quotidiè q̄ licēt praui, & iniqui ad tempus prosperentur: tamen videmus eos manifestē à dignitatibus, & diuitiis deiici, & prosterni, & mala morte puniri, & sine pœnitentia ab hac vita discedere. Si ergo stultus vel insipiens vellet ista iudicia Dei attendere: non poneret spem suam in terrenis rebus, & diuitiis sed prouideret

Universidad de Deusto
Biblioteca

A deret pro vita futura: & iō ꝓpheta dicit. Stultus, & insipiens nō intelliget hęc. Et nota, ꝙ dicit hic Ra. Chāhi, ꝙ Moyses tria petiuit à Deo in illa oratione. Exod. 33. inter quæ fuit vnū. ſ. vt Deus oſtēderet ipſi faciē ſuā. i. cauſas quare Deus permittit malos proſperari, & bonos deprimi. Sed iſtā noluit ipſi detegere: qa hoc ſolū vult in ſua ſecreta ſcientia continere, & iō ſequit. Tu ante altiſſimus in æternum domine, i. tu es altiſſimus, & non vis iſta ſecreta inferioribus manifeſtare. Et declarat propheta omnia ſupradicta cum ſubdit.

Quoniam ecce inimici tui domine: quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Quaſi dicat. O domine, nimis ſunt profundę cogitationes tuæ. Et ſtultus non intelliget hęc: quoniam ecce inimici tui peribūt, & oēs qui operātur iniquitatē diſpergētur. Sed melius eſt, ꝙ hoc referamus ad diuinā iuſtitiam. Nā dictum eſt ſupra, ꝙ hic intendit laudare Deū nō ſolummodo propter opera magnifica, quę ſunt cœlum, & terra, & omnis ornatus eorum: ſed ēt propter profundas cogitationes. i. ſciētiā ſuā, qua permittit malos proſperari. Hic autē admiratur iuſtitiā Dei per quam vult malos puniri. Iō dicit: Profundæ ſunt cogitationes tuæ. i. iudiciā tua. Nā ecce omnes inimici tui domine peribunt, & dupliCat ly inimici: eō ꝙ dupliciter peribunt inimici Dei. ſ. tēporaliter, & in futuro æternaliter per pœnā. Et ideo ſubdit: Et diſpergentur oēs, qui operātur iniquitatem. i. Iudæi q operati ſunt iniquitatē occidendo Xp̄m. nō ſolū ęternaliter, & in anima, ſed etiā in corpore tēporaliter punientur: quia captiui ducētur, & per totum mundū diſpergentur. Ex ſupradictis patet quomodo tenemur cōfiteri, & pſallere nomini domini altiſſimi. Primò propter opera magnifica creationis. Secundò: quia profundæ ſunt cogitationes, & iudicia eius altiſſima: quia licēt ad tempus permittat malos proſperari: tamen finaliter eos punit per iuſtitiam: & deponit potentes, & diſpergit ſuperbos mente cordis ſui.

Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meū: & ſenectus mea in miſericordia vberi.

Hic oſtendit qualiter tota eccleſia tenetur cōfiteri dño: eō ꝙ ſicut deiecit inimicos ſuos per iuſtitiā: ita exaltauit eā, & iuſtificauit fideles per mīam. Vel poſſumus dicere, ꝙ ſicut ſuperius corpus myſticū cōfeſſum eſt, & cecinit iuſtitiam Dei, qua puniuit ſuperbos, & malos, & iniquos: ita in hac parte cātat, & annunciat mīam Dei: quia iuſtificauit, & exaltauit fideles iuſtos, & humiles. Dicit ergo corpus myſticū. O dñe, inimici tui peribūt, & ſuperbos deiicies per iuſtitiā ſed me exaltabis per mīam. Nā cornu meum. ſ. Chriſtus, q eſt rex, & honor meus, ſicut vnicornis exaltabitur. Nā ſicut vnicornis nō habet niſi vnū cornu: nec patitur ſecum ſocium in lambulo: ita tota eccleſia nō habet niſi vnū caput, & vnū regem: qui eſt Chriſtus: qui eſt eleuatus, & exaltatus non ſolum modo ſuper oēs homines: ſed ēt ſuper oēs angelos ſedēs à dextris Dei. Et nō ſolummodo Xp̄s eſt exaltatus: ſed etā cornu, ideſt imperium, & honor, & poteſtas ſacerdotalis eccleſiæ eſt exaltata ſicut vnicornis. Nā ſicut tota eccleſia toto orbe diffuſa eſt vna. ita habet vnū caput, et vnū ſummū ſacerdotem: qui intātūm eſt eleuatus, & exaltatus: quòd omnes Chriſtiani, & oēs reges, & principes terrę ipſi colla ſubiiciunt: & non ſolummodo ſummo pontifici, ſed etiā toti eccleſiæ deferunt honorem, & obedientiā. Et ēt iſtud corpus myſticum non ſolū eſt exaltatū in honore mundanorum ſpiritualiſ: ſed etiam in gratia, & meritis per miſericordiam copioſam, & abundantem: qua omnes fideles perſolam Dei miſericordiam ſunt à peccato iuſtificati, & ad gratiam vocati, & hic per miſericordiam ſunt exaltati. Et ideo dicit iſte homo myſticus. Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum, & ſenectus mea erit exaltata in miſericordia vberi, & abūdāti. Et dicit ſenectus mea. quia iſte homo myſticus, qui per totam iuuentutem à principio fuit a diabolo, & mębris eius multipliciter afflictus: tamen in ſenectute: ideſt in vltima ætate ſuæ per Chriſtum, & in vberi, & abundāti miſericordia exaltatus, & copioſe redemptus. Et etiam iſta eccleſia dicitur exaltata in miſericordia vberi propter vbertatem, & affluentiam medicamentorum, & eccleſiaſticorum, & ſacramentorum ad ſananda vulnera noſtra, & propter vbertatem bonorum ſpiritualium: ſcilicet donorum, & gratiarum.

Et deſpexit oculꝰ meus inimicos meos: et inſurgentibus ſ̄me et malignantibꝰ audiet auris mea.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo domini: in atriis domus Dei noſtri florebunt.

Eccleſia in hac parte oſtēdit, ꝙ nō ſolum fuit exaltata per vniuerſālē mīam Xp̄i in ſua redemptione: ſed ēt fuit exaltata ꝓ benignū fauorē Chriſti inter oēs ſuas perſecutiones. Nā licēt Deus permiſerit eā multipliciter affligi in pſecutorib. tyrānorū: tñ poſtea exaltauit eā tpe magni Cōſtantini. vnde dicit: Et oculus meus deſpexit inimicos meos: tā Iudęos ꝙ tyrānos, & malignātib, inſurgentibus in me audiet auris mea. Et nota, ꝙ ly malignantibus inſurgentibus eſt ablatiuus abſolutus. & debet ſic ordinari iſta litera. Auris mea audiet quādo malignātes ſiue dū malignantes ſurgent in mea. contra me: & tamen oculus meus deſpexit. i. deſpiciet inimicos meos. i. ego deſpiciā oēs tyrannos, & Iudęos, licēt inſurgant cōtra me. imo deſpiciā, & deiciā, & ſubiiciā eos mihi. nam gentiles ſubieci ad fidē conuertendo, & Iudęos in captiuitate poſtidēdo. Sed iuſtus, i. populus chriſtianorū iuſtorū florebit vt palma: & multiplicabitur vt cedrus. Et nota, ꝙ ſuperius cōparauit proſperitatē mundanā malorū hominum fœnifue herbæ, & cōparat hic exaltationē iuſtorum palmæ & cedro. nā ſicut herba, & fœnū breuiter creſcit, & floret, ſed citò decidit, & ſiccatur: ita mali & iniqui in hoc mundo: licēt ad tēs proſperētur: tamē proſperitas eorū eſt breuis, qa citò decidit: aut ꝑ aduerſitatē, aut per mortē corporalē, & ſic miſerabiliter finiunt vitā ſuā breuiter, & poſt mortem patiuntur pœnā ęternā. Sed exaltatio iuſtorū, eō ꝙ nō eſt tēporalis ſed ſpiritualis, cōparatur cedro, & palmę. Nā inter cæteras arbores & plātas cedrus, & palma ſunt altiores, & lōgiores vitæ & durationis. Nā dicūt Sarraceni & Arabes: ꝙ aliquę palmæ ſunt in Cades, & in Arabia, quæ ſunt ortæ, & plantatæ ꝓ quingentos annos ante tempora Mahometi, quæ quidē palmę hodie adhuc ſtant & fructificāt. Et ſic patet, ꝙ durant, & viuunt vltra. M. annos. Et ideo ꝓpheta comparat proſperitatem iuſtorum ipſi palmæ propter æternitatem vitæ. Vnde non ſolūmodo cōparat propter durationem vitæ: ſed etiā propter altitudinē eius præmii. Nam ſicut palma habet radicē in terris, & habet ſummitatem eleuatā à terris quaſi in cœlo, ita pariter iuſti plantantur in terra, & laborant, ſed mens eorum eſt eleuata in cęlis, & ſic florent, & fructificant in cęlo. qa ibi dat eis præmiū. Dicit ergo Dauid, ꝙ iuſtus non florebit ſicut herba, & fœnum, qa citò decidit, & arefcit: quē admodū florēt impii, & mali. Sed florebit ois iuſtus ſicut palma altiſſima, & cedrus Libani, quę quidē palmæ, & cedri viuunt, & durāt per magna tempora. Et etiam iuſti ſunt ſicut palmæ, & cedri. Nam ſunt plantati in domo dñi, i. in iſta eccleſia generati & conuerſāti: ſed in atriis domus Dei noſtri florebunt in cœlo, & habebūt fructū & præmiū. Et nō ſolūmodo iſta proſperitas eccleſiæ, & altitudo eſt in cœlo, ſed etiā in terra: nam licēt eccleſia fuerit afflicta à paſſione Chriſti vſq; ad Conſtantinum per Iudæos, & tyrannos, tñ poſt conuerſionem Conſtantini fuit exaltata, & proſperata ſuper gentiles, & Iudęos ſicut palma, & cedrus ſuper omnes alias plātas, quia ſubiecit gentiles per fidem: & Iudæos poſſedit in captiuitate. & ſic oēs gentiles, & cæteri, qui venerunt ad fidem fuerunt plantati in domo domini. ſ. in hac eccleſia per baptiſmum, & ideo floruerūt in atriis domus Dei noſtri. ſ. in hac eccleſia florue runt per gratiam, & intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, & in cœlo per gloriam.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: & bene patientes erunt, vt annuncient.

Quoniam rectus dominus Deus noſter: & non eſt iniquitas in eo.

Ad cuius intelligētiā eſt notandū, ꝙ eccleſia multū fuit exaltata, & multiplicata, & floruit per totū orbē terrarum poſt conuerſionē Conſtantini. Nā ſicut dictū eſt ſupra, oēs nationes. ſ. Aethiopes, & Caldæi, & Scytæ, & Græci, & Latini, venerūt ad fidē Chriſti. Sed poſtea ſurrexit iſta maledicta ſecta Mahometica, & occupauit maiorem patrem mundi: & veniet poſtea Antichriſtus, qui magis etiā diripiet eccleſiā. Sed poſt miſerabilem exitum Antichriſti omnes nationes mundi, & omnes Iudæi, & cæteri ſequaces Antichriſti videtes ſe eſſe manifeſtè deceptos, & cognoſcentes veritatem euāgelicam omnes maximo affectu venient ad fidē Chriſti, & regenerabūtur per baptiſmū. Et ſic fiet vnū ouile, & vnus paſtor: & ſic tunc erit eccleſia in maxima copia, & vbertate filiorū, & prolis, & hoc eſt quod dicit hic ꝓpheta. vnde ait. Nō deſperēt chriſtiani, nec lætentur infideles cū viderint eccleſiā afflictam, & minoratā tpe Mahometi, & Antichriſti. Nā filii eccleſiæ adhuc multiplicabuntur in ſenecta uberi. i. ſine vltimę ętatis poſt interitum Antichriſti: qñ eccleſia erit in ſenecta, quia tūc oēs nationes veniēt ad fidē, & ſic erit in ſenecta vberi, & abundanti, & copioſa in prole filiorum: & illi filii eccleſiæ tunc erunt bene patientes. i. bonum præmium recipiētes. Vnde nota, quòd ſicut liberalis, & ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui dat dicitur beneficus. i. benefaciés: ita recipiens donū vel munus bene patiés vel bene pass⁹: vt patet. 4. & 5. Ethic. & similiter dicit ꝓpheta ꝙ oēs fideles in die iudicii erunt bene patiētes, i. bonū præmiū recipiētes, vt annuncient. i. annunciare possint in iudicio: qm̄ dñs Deus noster est rectus, & iustus iudex, & nō est iniquitas in eo: imo summa iustitia. q. d. ꝙ tunc oēs iusti recipient præmiū laborum suorū, & laudabunt Christū de summa iustitia: quia permiserit malos ad tps exaltari: & bonos per malos deprimi. tū nō est iniustus, quia in fine ostendet suā iustitiā: quia malos puniet, & bonos exaltabit. ergo bonū & iustū est confiteri dño, & psallere nomini tuo altissime, & bonū est annunciare mane miam tuā, & veritatem. i. iustitiā, & sapientiā tuā per noctē. i. tpe aduersitatis, & ꝓsperitatis, & in die

B legis, & in nocte ignorātiæ Iudæorū, qa semper debemus Deū laudare: eò ꝙ deiecit et depressit Iudæos, & oēs infideles per iustitiam, & exaltauit iustos, & humiles per miam in priuo aduentū, captiuitate peccati per suā passionē educendo. Et in secundo aduentu puniet infideles per iustitiā ad pœnam æternam destinando, & exaltabit humiles per miam, gloriam largiendo. Ex supradictis patet, ꝙ intentio ꝓphetæ in hoc psāl. est cantare, & psallere diuinam misericordiam, qua Christus exaltabāt siue debebat exaltare in suo aduentu humiles, & iustitiam qua debebat deiicere superbos, & malos, & iniquos, & infideles, &c. Ex supradictis etiam est manifestū, ꝙ iste psa. est prophetia cantici virginis Mariæ. Nā pariter virgo Maria nil aliud facit, nisi ꝙ magnificat, & cōmēdat Deum de magna misericordia qua exaltauit humiles, & de iustitia qua dispersit superbos mente cordis sui,

C & deposuit potentes de sede. Vnde Dauid p̄uidens, ꝙ virgo Maria faceret illud canticum continens. 10. versus, quod quidem cāticum debebat cantari quotidie in ecclesia: in quo cantico virgo Maria magnificat Deum de iustitia & misericordia: ideo ꝓpheta Dauid in hoc psā. prophetizando de illo cātico dicit in hoc psāl. Bonum est confiteri dño in. psalterio decacordo cum cantico. Etiam Dauid magnificat Deum in hoc psāl. dicens. Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. q. d. honor, et regnum mihi promissum exaltabitur in Christo & Maria virgine, qui erunt, & nascētur de carne mea, & senectus mea. i. filii senectutis meæ exaltabūtur in misericordia vberi: & ego ero redemptus cū eis, & ero honorat D tus in Christo, & virgine Maria matre eius. Nā vterq; vocabitur filius Dauid. & sic honorabor in filiis. ergo bonum, & licitum est mihi confiteri dño præ cæteris, quia maiorē honorem recipiam. Et sic patet, ꝙ in hoc psalmo non solum loquitur Adam primus homo, sed etiam Dauid autor huius psalm. quia vterq; dicitur patet Christi, & virginis Mariæ. Ex hoc psalmo possunt recolligi. 6. cōclusiones. Prima conclusio: ꝙ Adam hūc Dauid intendit cantare in hoc psālmo Dei misericordiā, & iustitiam. s. misericordiam qua redemit, & exaltauit humiles, & iustitiam qua damnauit, & dispersit superbos, & infideles. Secūda concl. ꝙ hunc psal. intendit cantare cum decacordo psalterio, & citara, & cantico. i. cum psalterio euangelico decem cordarum, & de

E cem mysteriorū de Christo, & ecclesia, & eius citara trinitatis diuinarum personarū, & cū cantico virginis, quia hic cantat mysterium regni, & sacerdotii Christi, qui est hunica, & sexta corda: & cantat prosperitatem ecclesiæ & vbertatē, quę est nona corda, & cantat vltimū iudiciū & præmiū iustorū, & punitionē malorū, quæ est decima psalterii euangelici: & cantat istum psalm cum citara trinitatis: quia opera creationis, & nostræ redemptionis præsupponunt mysterium trinitatis. Ideo nemo potest cantare nec confiteri psalterium euangelicum decem cordarum, & articulorū humanitatis Christi, quin cantet, & confiteatur mysterium trinitatis, vt dictum est in prologo. Tertia conclusio: ꝙ licēt opera creationis rerum sint magnificatū iudicia Dei sunt magis profunda, & inscrutabilia. s. quare permittat ad tempus malos prosperari, & bonos detrimi & conculcari. Quarta conclusio: ꝙ licēt Deus permittat ad tempus malos prosperari, & bonos affligi: tū finaliter mali non sunt post hanc vitam æternaliter, sed etiā in hac vita tpaliter puniūtur & cadunt. Quinta conclu. ꝙ tam Iudæi q̄ tyranni persecutores ecclesiæ finaliter fuerunt puniti, & dispersi, & subiecti iugo Christianorū: sed tota ecclesia, & fideles iusti finaliter sunt exaltati sicut cedrus, & palma: quia in hac vita, & ecclesia sunt plantati per gratiam, & in cœlo florent per gloriam. Sexta conclusio: quod est totum tempus gratiæ, & finis ecclesiæ, quod est totum tempus gratiæ, est in misericordia vberi propter abūdantiam ecclesiasticorum sacramentorum, & bonorum gratię. Sed in senectute huius ætatis post

A post interitum Antichristi multiplicabitur in senecta vberi, quia omnes Iudæi, & infideles ad Christum convertentur: sed post iudicū erit in ampliori vbertate in bonis glorię.

PSLAMVS. XCII.

Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, et præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

Parata sedes tua Deus ex tunc: à seculo tu es.

Iste ps. in hebræo est omnino sine titulo, licēt in aliquibus byblijs sit talis titulus. I. Laus cātici Dauid in die sabbati, quādo fundata est terra, eo ꝙ aliqui Iudæi applicāt hūc psāl. & exponunt de creatione mūdi. Sed Rabi Camhi dicit, ꝙ iste ps. factus est de tempo-

B re regis Messiæ, qūo debet pugnare contra Gog, & Magog, & finaliter debet eos vincere. & mouetur per hoc quod dicitur in ps. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerūt flumina vocem &c. Sed iste obstinatus fundatur supra erroneum fundamentum: quia quod est tam præteritum expectat futurum. Et iō est dicendum, ꝙ Dauid præuidens prosperitatē, & exaltationem Christi, & regni eius post resurrectionem, fecit hūc ps. in quo duo facit. Primò describit maiestatem Christi, & potestatem. Secūdò prosperitatem, & decorem regni eius, quæ est ecclesia. Vel possumus dicere, & Dauid primò cantat pulcritudinem, & decorem, quem Christus inquantùm homo adeptus est in sua resurrectione. Secundò cantat pulcritudinem, & decorē ecclesiæ collatū

C per Christū in die ascēsionis, & pent. ibi, Eleuerunt flumina. Quantum ad primū est ad uertendum, ꝙ Christus quatuor adeptus est in sua resurrectione, quæ omnia decorāt suā maiestatē. Nā primò induit immortalitatē, & incorruptibilitatem, & impassibilitatē, & oēs perfectiones corporis glorioſi. Secdò adeptus est fortitudinē, & potentiā cōtra diabolū ad expoliandū infernū. Tertiò fundauit totā ecclesiā supra firmā petrā. Quartò adeptus est sedē in cœlo, & iudiciariā potestatē super oēs homines, & angelos, & demones. Et hæc quatuor, quæ Christus habuit in sua resurrectione, memorat ꝓpheta in primis tribus versiculis. Vñ dicit: Dominus noster Iesus Christus regnauit, & regnum obtinuit vniuersale super omnem creaturam in cœlo, & in terra & in inferno per suam resurrectionem. Nam primò fuit indutus decorē, & pulcritudine D gloriæ, s. immortalitatē, & claritatē, & agilitatē, & subtilitatē sui corporis. Secdò indutus est fortitudinē, & præcinxit se virtute, & armis cōtra diabolum: quibus eiecit ipsum foras, & expoliauit infernum. Tertiò fundauit orbem terræ. i. ecclesiam suam diffusam per totum orbem terrarum, & hoc supra petram & supra fundamentum apostolorū, & ꝓphetarum, & iō nunquā cōmouebitur, nec portę inferi prævalebūt aduersus eā. Quartò conuersus ꝓpheta ad Xpm ponit quartā dignitatē eius dicēs. O Christe, ex tunc. i. post resurrectionem parata est sedes tua in cœlo: quia sedisti ad dexteram patris, & accepisti iudiciariam potestatem vniuersaliter in cœlo, & in terra. Veruntamen licēt ex tempore quantū ad humanitatem acceperis talem sedē, & iudiciariā potestatē: tamē à sęculo. i. ab æterno tu es secundū diuinitatem. q. d. licēt tu sis iudex temporalis secundum humanitatem, tamen tu es æternus secundum diuinitatem.

E

Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, à uocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Hic cātat decorē, & dotes ecclesiæ, vbi cō memorat quatuor dotes, quibus Christus decorauit ecclesiā quā fundauit in sua resurrectione. Primò flumina gratiarum, quę sunt septē dona spūs sancti, eleuauerunt vocē suā quādo apostoli post missionē spūs sancti profecti sunt per vniuersum mundū, & prædicauerūt euangeliū omni creaturæ, & hæc fuit prima dos ecclesiæ. Secundò eleuauerunt flumina sacramentorū fluctus suos, quādo admiſtrauerūt fidelibus. 7. ecclesiastica sacramēta abluentes eos à peccatorum sordibus virtute fluctuum sacramentorum, & hæc fuit. 2. dos. Tertia dos ecclesiæ fuit magnitudo miraculorū coram persecutoribus ecclesiæ: nam licēt mirabiles fuerint crudeles elationes maris. i. persecutiones tirannorū, & infidelium, tamen magis fuit mirabilis dominus ostendēdo & faciendo miracula p sanctos suos: vnde vicit sunt pagani, & tirani, sicut patet in ecclesiasticis historijs. Quarta est veritas testimoniorum doctrinæ, & legis euangelicæ, præbens

Universidad de Deusto
Biblioteca

A verum, & credibile testimoniū de Christo, & ecclesia: iō ait. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Nō solū ipsa lex est vera, & credibilis, sed ēt apostoli, & euāgelistæ qui eā scripserūt. Vnde nota, ꝙ Christus multiplici testimonio fuit approbatus, & testificatus: quibus de necessitate creditur Deus, & homo, & Messias in lege promissus. Primò testimonio patriarcārū per multa misteria prēmōstrata ipsi Adam, Noe, & Abrahā, Isaac, & Iacob. Secundò vaticinio ꝓphetarū, & hoc ante suum aduentū. In suo aduētu fuit testificatus, & approbatus per oēs creaturas. Primò per angelos, qui in eius natiuitate cātarunt: Gloria in excelsis Deo &c. Secō per nouā stellā. Tertiò, quia oīa idola aquilonis clamauerūt regē pacis esse natū, vt ait Virg. in. 6. Quintò, per vocē patris in baptismo. qui dixit: Hic est filius meus. Sextò: teste. Io. Ba. q dixit: Ecce agnus
B Dei. Septimò, opere infinitorū miraculorū, quæ nullus potuit facere nisi solus Deus, puta suscitare mortuos &c. Octauò, fuit cognitus in sua morte, & passione, & resurrectione, & ascensione, & spūs sancti missione. Nonò, quia viri sancti scripserūt, & prædicarūt eius veram doctrinam. Vltimò, per miracula quæ fecerūt in nomine Iesu, & sic totū orbē iugo Christi subiecerūt. Ex quo patet, ꝙ testimonia Xpi fuerunt nimis, & valde credibilia. Hoc ergo præuidēs Dauid in spū dicit. O Christe, testimonia tua credibilia facta sunt nimis, quia multa in numero, & supra oēm facultatē creaturæ in potētia, & virtute. Itē nota, ꝙ sanctitudo quę decorat domū Dei. s. ecclesiā, cōsistit in quinq; dotibus: quarū prima est dona gratiarū. Secūda virtus sa
C cramentorū. Tertia magnitudo miraculorū. Quarta est veritas legis euangelicæ. Quinta est puritas sanctitatis ecclesiæ, iō subdit. Domū tuā decet sanctitudo in lōgitudine dierū. Nā Christus reddidit ipsam sine ruga, & macula, de qua dicitur in cāticis. Tota pulcra es amica mea, & macula nō est i te. Ista ergo decēt domū siue ecclesiā Dei in lōgitudinē dierū. s. vsq; ad cōsummationē sęculi: quæ quidē sunt dona gratiarū, virtus sacramētorū: magnitudo miraculorū, veritas legis, & doctrinæ, & puritas sāctitatis: hæc quinq; decēt domū Dei, de qua plurima dicta sunt in cæteris ps. Iō iste ps. primus cātatur inter cęteros diuinæ laudis in diebus festiuis, quia memorat decorē Xpi, & pulcritudinem. Ex supradictis manifestē patet, ꝙ Dauid in hoc ps. cātat pulcritudinē, & decorē Christi, & ecclesiæ D
post resurrectionē, & ascēsionē. Ex quo psal. possunt recolligi tres cōclusiones. Prima conclusio, ꝙ Christus in sua resurrectione adeptus est & indutus pulcritudinem, & decorē quē habuit ante passionem. Secunda conclusio, ꝙ sui corporis glorioti. s. immortalitatē, impassibilitatem, claritatem, agilitatem, & subtilitatem eo modo quo dictum est psal. 15. Secūda cōclusio, ꝙ Christus firmauit, & regenerauit, & decorauit ecclesiā bonis spiritualibus gratiarum, & donorum, & sacramentorum. Tertia conclusio, ꝙ. 5. sunt dotes quas ecclesia recepit à Christo sponso suo. Prima est: dona gratiarum. secūda, virtus sacramentorū. tertia magnitudo miraculorum. quarta veritas legis euangelicæ. quinta puritas, & sancti tudo, quibus ecclesia subiecit sibi totum orbem, & nutrit filios suos, de quibus dictum E
est psal. 67.

PSALMVS. XCIII.

Deus vltionum dominus: Deus vltionum liberè egit.

Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis.

Licet iste ps. apud Hebræos moderos sit sine titulo tñ apud antiquos preponitur talis titulus. Ps. Dauid. 4. sabbati, & ita exponit. Hie. in suo commento. De materia autem eius dicūt aliqui, ꝙ Dauid fecit hunc ps. petendo vltionem de suis persecutoribus, qui ommino negant diuinam prouidentiam se extendere ad actus humanos. Sed Rabi Camhi dicit, ꝙ iste ps. factus est in persona populi Iudæorū, qui petit Messiam, vt veniat ad vindicandum eos de Christianis, & cæteris qui opprimunt eos F
in hac captiuitate. Sed quia petitio, & desiderium huius est vanum, & inane, sicut ꝓpius dictum est: est ergo dicēdum, ꝙ Dauid prędens in spiritu persecutionē Christi, & omnium iustorum faciendā per homines incredulos, iniquos negātes diuinā prouidētiā fecit hūc ps. Ex quo patet, ꝙ iste ps. est vnus illorum, quos fecit Dauid contra negantes diuinam prouidentiam: in quo Dauid prædicit, & cantat vltionem quam Christus erat facturus de persecutoribus ecclesię, et omnium iustorū. In quo quatuor facit. Nam primò concitat Christum, vt veniat ad iudicium ad vindicādam ecclesiā, & oēs iustos de persecutoribus suis. Secò ponit falsam opinionem malorū de diuina prouidentia, vnde mouētur ad oppressos exhortādo eos ad patiētiā. Quartò ꝓdicit dānationē malorū, & ꝓsecutorū. Secūdū ibi. Et dixerūt. Tertiū ibi. Beatus hō. Quartū ibi. Nunq d adhęret tibi. Quantū ad primū Dauid cōcitat diuinā vindictā cōtra ꝓsecutores iustorū di. Ne desperēt iusti, & afflicti super ple. qm dns est Deus vltionū, & vindictarū, eò ꝙ est iudex iustus. & sicut est De⁹ vltionū: ita semp libere, & abūdanter egit iustitiā, & vindictā de persecutoribus, & oppressorib. iustorū, vt patet de Caim, quē Deus puniuit ad exiliū perpetuū: eò ꝙ occidit Abel. hoc idē patet de Pharaone, & exercitu ei⁹: quē submersit i mari rubro i vindictā filiorum Israel &c. Ex quo patet, ꝙ Deus est vltor afflictorū. Et cōuersus ꝓpheta ad Chim, cui collata est potestas iudicādi à patre dicit. O Chre qui iudicas terram. i. cui data est potestas iudicandi in
B terra, & homines terrenos, exaltare ideſt, ascende in cęlum post resurrectionem, & post quam acceperis iudiciariam potestatem retributionem superbis persecutoribus, & ecclesię & omnium iustorum, & pauperum.

Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur et loquētur iniquitatem. loquentur omnes qui operantur iniustitiam?

Populum tuum domine humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt.

Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Nā ō dñe: vsquequò pctōres gloriabunt se opprimere bonos? & oēs, qui operātur iniquitatē effabuntur, & loquētur blasphemias cōtra te, & iniurias cōtra pauperes? quia nō suf
C ficit eis, ꝙ persequātur pauperes, sed ēt gloriantur in delictis suis. nā populū tuū humiliaue rūt: & hēreditatē tuā. s. ecclesiā Iudæi, & tyrāni vexarūt: & in ea viduā, & aduenā iterfecerūt & pupillos, & orphanos vexarūt, & hoc falsè iudicādo: vel publicè tyrānicè oprimendo.

Et dixerunt non videbit dominus. nec intelliget Deus Iacob.

Hic ponit falsam credulitatē supradictorū persecutorū de diuina prouidētia, quia tales putātes, ꝙ Deus nō curet de istis inferioribus nec sit iudex in actibus humanis: nec putantes habere punitionem de sceleribus suis: sumunt audaciam ad perpetrandum omne malum, ideo ait ꝓpheta. Isti tales persecutores Christi, & ecclesiæ, & omniū iustorum: ideo mota sunt et ausi committere omne malum, quia temerè dixerunt in corde suo. Dominus

A nō videbit ista scelera quę facimus, nec Deus Iacob intelliget, quia non curat ista inferiora: nec habet prouidentiam de eis, ideo possumus facere quicquid libet. D

Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?

Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt.

Hic ꝓpheta inuehitur contra istos prauos reprehēdēdo falsā credulitatē, & opinionem eorū, & dicit. O insipiētes in populo deponite stultā opinionē, & ò stulti sapite aliqñ & cōsiderate, & cognoscite veritatem. Deus qui plantauit aurē in hoīe non audiet? & qui finxit, & formauit oculū in hoīe nō considerat? E
q. d. Si ipse Deus dedit homini auditum & visum ergo à fortiori ipse videt, & audit. Item ille Deus qui corripit gentes. i. corripuit tempore Pharaonis, & tpe Iudicū corripuit cęteros in vet. test. non arguet Iudæos, qui Christum crucifixerunt, & persecuti sunt apostolos, & oppresserunt viduas, & pupillos falsè iudicando? Item ille Deus qui docet hoīem scientiam, & dedit legem, & præcepta, non intelliget scelera vestra, & nō corriget iniquitates vestras? q. d. imo fortiori puniet. Et nota, ꝙ non dicit, ꝙ Deus qui plantauit aurem in homine habeat carnales, & qui finxit oculum habeat oculos carnales: quia Deus cum non sit corpus nō habet huiusmodi membra corporalia, sed habet officia, & operationes istorum membrorum, & ideo dicit, ꝙ Deus F
videt, & audit non per organa corporalia: sed per suam essentiam. Et sic ꝓpheta quasi demonstratiuè arguit. Nam bene valet: si Deus confert visum, & auditum istis inferioribus, ergo ipse audit, & videt: quia nemo dat qđ non habet. Item si homo videt, & audit per participationem, ergo Deus audit, & intelligit per essentiam, imo suum esse est intellige re, videre, & audire. Item arguit per regulam posteriorum scilicet Propter vnū quod que tale, & illud magis. Nam si homo, & quodcunque tale animal videt, & audit, & homo, & angelus intelligit propter Deū. i. in virtute Dei, qui confert eis virtutē, & potentiā audiendi, & intelligendi, ergo à fortiori Deus audit, & intelligit, & gubernat: non solū superiora sed et inferiora, quia illa regula

Universidad de Deusto
Biblioteca

A verificatur in causis afficiętibus, & finalibus, vt patet primò posteriorū. Ex quo patet, q̄ fa
mi sunt illi, qui putāt Deū nō hre curam de
istis inferioribus, nec hre scientiā de eis. Ideo
sequitur. Dns scit cogitationes hominū q̄m
vanæ sunt. i. scit q̄ tales opiniones sunt falsæ,
& vanæ. s. q̄ homo putet, q̄ Deus non conside
ret nec puniat scelera. Ad cuius intellectum
est notandū secundū Cassianū collatione
prima, q̄ triplex est vel pōt esse cogitatio ho
minis. Vna est à Deo illapsa, & ista semper est
sācta. Alia est à diabolo suggesta, & ista semp
est praua, & deceptoria. Alia est ab ipsomet
homine commenta, & orta: & ista est vana &
inanis: quia semper homo cogitat de munda
nis: puta de diuitiis congregandis, & honori
bus adipiscendis, & in talibus cogitationibus
& laboribus terunt homines spatū vitæ suæ.
Et tales cogitationes mundanæ sunt friuolæ
B & transitoriæ. De quibus dicit Persius. O cu
ras hominum: ò quantùm est in rebus inane.
De omnibus ergo his curis, & cogitationibus
humanis, & à diabolo suggestis, quia diabo
lus semper suggerit cogitationes hæreticas,
prauas, & falsas, dicit propheta in hoc loco,
Deus qui docet hominem scientiam scit co
gitationes hominum quoniam vanæ sunt.

Beatus homo quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet.

Quoad vsq; iustitia conuertatur in iudiciū: & qui iuxta illam? omnes qui rectо sunt corde.

Hic propheta cōsolatur afflictos cōfirman
do eos in vera credulitate de diuina prouidē
C tia, exhortando eos ad patientiam, & gratiā
auxiliatiuam petendam. Vnde dicit, q̄ Deus
qui docet hominem scientiam, scit cogitatio
nes prauorum hominum, q̄m malæ sunt, hic
conuersus ad Deum dicit. O domine beatus
est ille homo, quem tu erudieris, & de lege
tua docueris eum. q.d. quòd sicut est maledi
ctus homo qui sequitur vanas cogitationes
suas, & sequitur suggestiones diaboli: ita per
contrarium est benedictus qui sequitur diui
nas inspirationes, & doctrinam sacræ scriptu
ræ, & legis euangelicæ. quæ quidē sacra scrip
tu. docet qualiter Deus creauit cœlū, & ter
ram. & omnia disposuit s̄m sapiętiam suā, &
creauit hominem, vt Deum cognosceret, &
cognoscendo amaret, & amādo frueretur, &

D sic dedit ei legem, & præcepta, quæ prohibet
omne vitium, & exhortatur ad omnem virtu
tem, & comminatur pœnam æternam trans
gredientibus, & promittit vitam ęternā ob
seruantibus, & donat consilia quò facilius ho
mo possit acquirere merita in hac vita, vt va
leat possidere præmium in alia. & demōstrat
eadem lex euangelica qualiter Christus est
Deus, & homo, & legifer noster, & glorifica
tor. Ex quibus patet, q̄ Deus specialem cu
ram habet de hominibus, & de sālute, & feli
citate eorum. Sed quia omnia ista docet lex
diuina, ergo beatus est homo, qui est doctus
à Deo i lege diuina: Ideo dicit ꝓpheta. O die
beatus homo fidelis quē tu erudieris. i. a quo
ruditatem talium falsārum cogitationum ex
puleris, & docueris veritatē de lege tua. Sed
quia homo fidelis non solummodo habet ta
E lem veram scientiam de diuina prouidentia
in lege diuina: sed habet consolationes, & mi
tigationem in suis afflictionibus, & persecu
tionibus, quia lex diuina promittit afflictis
præmium, & persecutoribus comminatur pę
nam, & docet qualiter oēs persecutores ec
clesiæ & populi Dei semper male finierunt:
vt patet in vete. testu. & nouo: ideo subdit. Vt
mitiges ei dolorem à diebus malis. q.d. Bea
tus homo quem docueris de lege tua quoti
do mali, & persecutores patientur pœnā ęter
nam, & fideles afflicti habebunt præmium ę
F ternum: vt mitiges ei dolorem à diebus malis
q.d. q̄ quilibet fidelis legendo legem tuam, &
doctrinam euangelicam mitigabit dolorem
suum, & patienter tolerabit persecutiones
suas: cum inde expectet præmium æternum.
Et hoc tolerabit donec fodiatur peccatori fo
uea. id est, videat malum finem, & punitionē
suis persecutoribus. Et ponitur ly donec pro
vsquequò. q.d. ꝓpheta. Beatus homo quē tu
docueris de lege tua: vt exemplo aliorum mi
tiges ei afflictionem à diebus malis, & duras
te tpe persecutionis: vt habeat patientiam in
aduersis: donec fodiatur peccatori fouea. i. vs
quequò peccator, & persecutor moriatur, &
sepeliatur in fouea: nō solum in fouea terræ,
sed etiam in fouea inferni, & vsquequò fiat
punitio particularis à Deo: & etiam punitio
generalis in iudicio: q̄m non repellet dns ple
bē suā, & ecclesiā, quin puniat persecutores
eius: & hæreditatē suā nō derelinquet finali
ter in manibus inimicorū: imo liberabit eos, &
puniet eos: quia nullum malū impunitū, nec
bonū irremuneratū, sed semper sustinebit eā
vsquequò

A vsquequò iustitia vertatur in iudiciū, i. vsq;
ad diem iudicii. Vnde nota, q̄ iustitia dicit
habitū siue actū primum, sed iudiciū dicit a
ctū secūdū. & sic Deus semper est & habet iu
stitiā: imo est ipsa iustitia per essentiā. sed non
semper facit iustitiā respectu nostri: imo ex
pectat peccatores ad pœnitēciā, & sic differt sn
cere iudicium vsquequò conuertatur. sed si
non agit pniam: tunc conuertit Deus iustitiā
in iudicium: & condemnat eū in actu. ideo di
citur, q̄ in nouissimo die iustitia Dei conuer
tetur in iudicium, quia non amplius erit lo
cus, nec rēpus pœnitentiæ: & sicut Deus ex
pectat vnūquemq; peccatoꝝ ne cōuertat iu
stitiā in iudiciū vsq; ad mortem: ita expectat
totum mundum vsq; ad iudicium. Et sic vult
Deus, q̄ sicut ipse expectat, et tolerat pecca
B tores vsq; ad mortē: & vsquequò agat pœnitē
tiam: ita & nos debemus expectare, & patien
ter tolerare persecutores nostros postq̄ Deus
tolerat eos. Dicit ergo propheta, q̄ Deus per
doctrinā legis mitigat afflictionē homini iu
sto, docens ipsum hre patientiam in aduersis:
donec fodiatur peccatori fouea, & donec iu
stitia conuertatur in iudicium. i. donec moria
tur peccator, & iudicetur, & iustitia Dei po
natur in executione: nisi egerit pœnitentiā.
Et sequitur. Et qui iuxta illam &c. Ad cuius
intellectum est aduertendū, q̄ in hebrēo nō
reperitur istud relatiuū qui. sed litera Hiero.
sic habet. Nō derelinquet dns plebē suā, & hę
reditatem suā non deseret: q̄m ad iustitiā re
uertetur in iudiciū, & oēs sancti, & iusti recti
sequentur illud iudicii. i. ibi erunt cū Christo
oēs sancti iudicantes, & assistētes iuxta Chri
stū, & suam approbantes: vt patet Matt. 19.
C Sedebitis supra. 12. sedes &c. Item Prouerb.
vlt. Dominus ad iudiciū veniet cū senatori
bus terræ. Sed quia translatio nostra habet il
lud relatiuum qui: ideo debet sic construi. Et
qui iuxta illā. i. qui erunt assistētes iuxta illā
iustitiam, quę conuertetur in iudicium in no
uissimo die? & respondet: oēs recti corde. s. se
tentiam in die iudicii. Et tunc introducitur
Christus ad loquendum, dicens.

Quis cōsurget mihi aduersus malignātes: aut quis stabit mecū aduersus operātes iniquitatē.

Quasi dicat Christus. Q̄n ego iudicabo in
die iudicii: & insurgam contra dānatos infe
rendo suam pœnæ æternę: quis consurget as
sistens mihi aduersus malignantes: aut stabit
mecū sedendo super. 12. sedes aduersus operā

D tes iniquitatem? & quis stabit iuxta eā sen
tentiā, quā ego fulminabo cōtra impios? Rñ
det ꝓpheta: oēs recti corde. Ex quo patet, q̄
tota ista sniа cōtinuat simul: & est sic ordinā
da litera. s. in persona Christi. Quis cōsurget
mihi aduersus malignātes: aut quis stabit me
cū aduersus operātes iniquitatē, & qui stabit
iuxta illam sniam? Respōderur, q̄ omnes, qui
recto sunt corde. i. oēs iusti, & sancti erunt as
sistentes in iudicio approbātes sniam Chri
sti, iudicātes. 12. tribus Israel. i. incredulos, &
obstinatos Iudęos, & cęteros infideles & pec
catores, qui non solūmodo approbabunt sen
tentiam, sed etiam accusabunt suos persecu
tores, & oppressores. Nam tunc stabūt iusti in
magna constantia aduersus eos, qui se angu
stiauerunt: vt patet Sap. 5. Tota etiam supra
dicta locutio potest esse vox ecclesiæ. vt dicat
ecclesia. Quis consurget mihi in auxiliū in E
die iudicii aduersus malignantes, & persecu
tores meos? aut quis stabit mecum aduersus
operantes iniquitatem, quando ego in die iu
dicii accusabo eos? & qui erunt iuxta illā iu
dicialem sentētiam, quam Christus fulmina
bit contra impios &c. Respondetur, q̄ omnes
qui recto sunt corde. Aliter videtur Beatus
Hierony exponere istam particulam, sed ma
gis videt mihi cōueniens præsens expositio.

Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ latificauerunt animam meam.

Hic ꝓpheta demonstrat qño est necessaria
gratia Christi specialis ad tolerandas persecu
tiones cū patiętia, vnde dicit. Nisi quia dns F
adiuuit me tenēdo manū meā, & dādo mihi
gratiā, & patientiā in tolerandis persecutio
nibus: paulominus habitasset in inferno aia
mea. q.d. Si Deus nō dedisset mihi gratiā, &
fidem, incidissem in desperationem, & errorē
& aliquē casum cōmisissem: & sic anima mea
fuisset in inferno. Nā si dicebā: motus est pes
meus. i. qñ sensualitas mea fatigata, & affli
cta quasi dubitabat, & titubabat de tua diui
na prouidentia, & perdebam aliqualiter pa
tientiā: tunc mia tua releuabat me à tali me
ditatione, & gratia tua tunc adiuuabat me il
luminando, & reducendo ad patientiā, & re
frenabā irā meam, & cum patientia tolerabā
psecutiones meas: & sic consolationes tuæ, &

bonæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bonæ inspirationes lętificauerũt animã meã secundum multitudinem dolorum meorũ, qui erãt in corde meo. Nã quandoq; me inspirabas per internas inspirationes, & quãdo que per euangelicas exhortationes. Et hic dicebam in ira, & vindicta, & mitigabam dolorem meum, & tolerabam persecutiones, & aduersitates cũ patiẽtia: quia cognoscebam te esse iustum iudicem, & patientem expectãdo peccatores ad pœnitentiam.

Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster.

B Hic prædicit punitionem, & damnationẽ impiorum, & persecutorum Christi, & ecclesiæ, & omnium iustorum. Vnde ,ppheta conuersus ad Christũ dicit. O Christe iudex nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto. i. tu qui dedisti præcepta, & statuisti, & fixisti laborẽ, & comminationem peccatorum in præcepto, & in lege tua ipsis trãsgredientibus, & ,pmisisti præmium obseruãtibus, eris iudex iniquus. i. nũquid sedes in sede iniquitatis, & iniustitię? & eris ita iniquus, q̃ non punias iniquos, & persecutores meos? quasi dicat: non: cum sis iustus per essentiam: imo facies iudiciũ tribuẽs vnicuique iuxta opera sua. Nam ideo dedisti præcepta cum labore. i. sub cõminatione pœnarum transgressoribus, & etiam promisisti

C præmium pro labore obseruãtibus. Vnde nota, q̃ præmium est precium meritũ pro labore, & ideo ponitur hic labor pro præmio laboris cum dicit: Qui fingis laborem in præcepto: quasi dicat: tu q̃ promisisti præmiũ laborantibus in lege, & præceptis, non iudicabis iniquè: imo punies malos, & præmiabis bonos: Et ideo subdit: Iudæi iniqui captabunt occasionem, & perpetrabunt mortem in animam Christi iusti, & condemnabunt sanguinem innocentem absque causa: sed dominus pater factus est mihi refugium, & in adiutorium spei meæ à mortuis me suscitando, & reddet illis Iudæis crucifixoribus meis iniquitatem ipsorum. i. reddet eis pœnam secundũ iniquitatem ipsorum, & disperdet illos dominus Deus noster in malitia sua. i. secũdũ malitiam suam æternaliter puniendo. Totũ hoc D etiam potest dici in persona ecclesiæ totius, & cuiuslibet iusti: vnde dicit ecclesia, & quilibet iustus. O Christe tu es verè iudex iustus, & non sedes in sede iniqui tatis: imo tribuis vnicuique iuxta opera sua. Nam tyranni, & iniqui captabunt contra animam iusti, & condemnabunt sanguinem innocentẽ, martyres occidendo, & bona pauperum auferendo, & iustos opprimendo, & viduas, & pupillos vexando. Tamen dominus factus est mihi in refugium, et in adiutoriũ spei meę: q̃ ab eis me liberauit, & præmium æternum mihi cõtulit pro laboribus, & persecutionibus, & tamen illis reddet iniquitatem ipsorũ, & in malitia eorum disperdet eos ad pœnam æternam destinando. Ex quibus patet, q̃ Deus est iudex iustus, Deus vltionum, & persequens non contemnit: imo habet specialem curam, & prouidentiam circa actus humanos: & sic patet, quòd ille psal. est vnus de illis, quos fecit Dauid contra negantes diuinam prouidentiam. Ex hoc psal. possunt recolligi quatuor conclusiones.

Prima conclusio, quòd Christus est Deus vltionum, & vindictarum: eò quòd est sibi tradita potestas iudicandi ab ipso patre.

Secunda conclusio, quòd potestas iudiciaria Christi maximè apparebit in iudicio finali, vbi retribuet vnicuique præmium secundum opera sua.

Tertia conclusio, q̃ licet infideles, & tyranni contemnant diuinam prouidentiã in hac vita: quia putant, quòd Deus non videat sua mala opera: tamen in die iudicii iustitia, & misericordia Dei, qua expectat peccatores ad pœnitentiam, conuertentur in iudicium contra malos, & tyrannos. F

Quarta conclusio, q̃ beatus est homo, qui est eruditus in lege domini: quoniam contemplando gesta sanctorum: quomodo antiqui, & sancti fuerunt liberati de multis persecutionibus, & persecutores eorum fuerunt finaliter puniti: tunc iustus talia considerans patienter tolerabit aduersa.

PSALMVS. XCIIII.

VEnite exultemus domino: iubilemus Deo salutari nostro.

Præcupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.

Titulus, Laus cantici ipsi Dauid. Iste psalmus apud Hebręos est omnino sine titulo, & dicũt quidam eorum, q̃ Moyses fecit ipsum, sed

A sed quia apostolus Paulus ad Hebræ. 3. & 4. allegat magnam partẽ huius psalmi sub nomine ipsius Dauid: iõ est magis credendum ipsi, q̃ perfidis Iudæis modernis, qui conantur peruertere sensum sacræ scripturæ, & auferre ab ipso Dauid prophetică dignitatem de Chio: & ideo nec hic, nec alibi est illis fides adhibenda. Ideo est dicendũ, q̃ ,ppheta Dauid prædicens in spiritu Christum futurum verum Deum, & hominem, & saluatorem à gentilibus recipiendum, & pro maiori parte à Iudęis reprobandum: ideo fecit hunc psalmum, in quo omnes nationes inuitat ad recipiendum Christum, & exibendum ipsi honores diuinos, & cultum latriæ tanquã Deo vero, & redemptori, & messiæ in lege promisso. In quo duo facit. Nam primò facit quod dictũ est. Secundò specialiter vocat, & inuitat

B Iudęos ad Christum audiendum, & legẽ euã gelicam recipiendam: ibi. Hodie si vocẽ eius audieritis. Quãtũ ad primum duo facit. Primò inuitat omnes nationes ad recipiendum Christũ cum exultatione, & confessione fidei tanquam Deum. Secundò inuitat eos ad cultum latrię assignando rationem. ibi. Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super &c. Quantùm ad primum est aduertẽdum, q̃ quia Christus venit in mundum vequia venit ad liberandum nos à peccato, & captiuitate: ideo talis latria ratione beneficiorum debet esse cum exultatione, & gratia rum actione: & quia non solum corpora, sed etiam animas liberauit: ideo talis exultatio debet esse cum confessione laudis, & etiã in

C psalmis cum instrumentis musicis, & totum hoc propter beneficium redemptionis. Dicit ergo Dauid. O vos omnes gentiles relinquite idola, & deceptorias, & execrabiles superstitiones: & vos Iudæi relinquite sacrificia, & cerimonias legales, & oẽs simul venite exultemus domino Iesu Christo in aduẽtu suo, & iubilemus ipsi domino salutari nostro. scilicet Iesu, qui est saluator noster, & quia ideo dicitur Iesus: quia venit ad saluandũ nos. Vnde litera Hieronymi habet. Venite laudemus dominum iubilemus petrę Iesu nostro: nã pro tradam parte vbicunque in scriptura reperitur saluatore ipse transtulit Iesus ad denotandum in hoc loco, q̃ causa nostræ salutis venit in hunc mundũ: vt saluator, & defensor: in quo tãquam immobili, & infrangibili petra fumus immobiliter fundati, & ideo sequitur. Præoccupemus, ideſt antecedamus facie D ideſt aduentum eius in confessione laudis, confitendo ipsum esse verum Deum: licet veniat in forma serui, & sic in psalmis, & canticis, & musicis instrumentis iubilemus ei pro gratiarum actione.

Quoniam Deus magnus dominus: & rex magnus super omnes Deos.

Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare: & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.

Venite adoremus & procidamus, & ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est dominus Deus noster.

Et nos populus pascuæ eius: et oues manus eius.

Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.

Sicut irritatione: secundum diem tentationis in deserto. E

Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea.

Hic reddit causã quare debentur sibi tales honores, & quare debetur sibi cultus latriæ. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ latria est quædam seruitus sine cultus ratione summi domini, & summæ potestatis, & bonitatis. Sed quia Christus ab ęterno, inquantùm Deus est summus, & vniuersalis dominus, & ab ęterno habet summam potentiã, quæ maximè fuit ostensa in creatione: & summã bonitatem, quæ maximè ostensa fuit in nostra redemptione: & etiã Christus inquantùm homo accepit à patre vniuersale dominium, & iudiciariam potestatẽ in cœlo, & in terra: & inquantùm Deus, & homo operatus est mysterium nostrę redẽptionis: iõ personæ Christi rectè, & debitè exhibetur cultus latriæ, & vera adoratio. & hoc est quod dicit Dauid in hac parte: vnde ait. Venite exultemus &c. O vos gentiles qui hucusque adorastis Deos lignęos, & aureos, & argẽteos, & hoies mortales: putà Saturnũ, Iouem, & Phœbũ: Venite adoremus dominum Iesum Christũ: quoniam ipse est rex magnus, & Deus magnus super omnes angelos, & supoẽs Deos quos coluistis: quia nõ repellet plebem suã: quasi dicat: nõ repellet vos à plebe sua: quia nõ solũ est dñs Iudæorum, sed ẽt gentilium: quia in manu, & potestate eius sunt omnes fines, & termini terræ, à solis ortu vsque ad occasum, & Aquilone vsque ad meridiem, & omnes altitudines montium ipsius sunt sub eius

potestate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A potestate,& dominio,& ipse cõspicit altissimos montes:puta Caucasum,& Taurum,& Imanũ,& montes Rhyfeos Scythiæ,& Atlantẽ Aphricę,& montẽ Lucæ Aethiopiæ.q.d. licẽt isti montes sint altissimi : tamẽ altior est dominus,& ipsis dominabitur.Ex quo patet,q dominium Christi est vniuersalissimũ: quia fuit extẽsum per omnes habitatores supradictorum montium,& terminorũ terræ, qui fuerũt subiecti dominio Christi,& rõne summi dominii debentur Xpo diuini honores,& cultus latriæ.Sed quia nõ solũ ratione creationis,& beneficii redẽptionis debetur sibi latriatiõ sequitur.Quonia ipsius est mare, & ipse fecit,& creauit illud,& aridã siue siccã terram fundauerunt manus eius, & ponitur ibi proprietas pro substantia: eò q terra est naturaliter ficca:sicut aqua frigida,& aer humidus, & ignis calidus:ergo propter supradi

B ctas rationes: quia Chris est vniuersalis dominus terræ,& maris:ergo venite adoremus,& procidamus ante Deum.Et similiter,quia ipse est dominus Deus noster,& nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius,& per consequens ipse est pastor noster, qui pascit nos in pascua sacramentorum ecclesiasticorũ , quę traxerunt virtutẽ ex morte,& passione eius, & sanguine ex latere effusõ,& per cõsequens ipse est saluator, & redẽptor noster.Et sic ipse est Deus, & vniuersalis dominus, & creator omniũ, & redẽptor,& saluator, & pastor noster.Ideo propter omnia ista venite omnes nationes,& cõdictiones: hominum,& adoremus ipsum Iesum Christum,& procidamus ante eum: quia talis adoratio cum prouidentia debetur ei propter rõnes supradictas.q.d.

C non dubitetis adorare istum Christum. Nam licet appareat i carne humana:tamen ipse est verus Deus,& dominus omnium: q creauit omnia &c.Hodie si vocem &c.Hęc est secunda pars: in qua specialiter inuitat Iudæos ad recipiendum messiã Xpm eis promissum.Vnde est adaertendũ sicut legitur Deutero. 28. q Iudæi desiderabant intelligere legem,& cerimonias,quas Deus præcipiebat in lege: qa per Moysen hoc non potuerunt intelligere, & desiderabant videre Deum facialiter: vt patet Exo.33.sed Deus promisit Moysi dicens. Posteriora mea videbis &c.& caput.13.dixit. Prophetã suscitabo de medio fratrum tuorũ similem tibi,& ponã verba mea in ore eius : loqueturq; ad eos quæcunque dixero tibi , & qui eum non audiet vltio existam.In qui

D bus verbis quatuor promisit Deus: primò,q iste ,ppheta à Deo mittendus erat futurus verus homo de populo Israel,s.de Iuda.Secundò,q Deus pater poneret verba sua in ore eius:in quo demõstrat naturalis,& cõsubstantialis processiõ filii à patre,& sic iste ,ppheta non solum erat homo: sed etiam Deus.Tertiò,q erat declaraturus legẽ, & cerimonias, & locuturus populo ex parte Dei patris secũdum voluntatẽ eius.Quartò,q Iudæi rebelles,& nõ audiẽtes Chm istũ ,ppheta erãt puniendi terribili vltione , & vindicta. Dauid ergo introducit hic Deũ patrem ad Iudæos loquentem, & dicentem.O Iudęi, qui hucusque fuistis in nocte ignorantiæ sub lege,& cerimoniis,& in tenebris pctorum:si pro quando hodie.s.tẽpore gratię: quia ia nox pręcessit,& dies appropinquauit, audieritis vocẽ,& prædicatione eius.s.ipsius ,ppheę Christi in

E lege promissi,in cuius ore pater posuit verba sua:nolite obdurare corda vestra, sicut obdurastis corda vestra in exacerbatione,quando exacerbastis,& irritastis me ad ira in deserto secundũ diẽ tẽtationis,quando milit Moyses exploratores ad terram promissionis & vos pariter voluistis reuerti in Aegyptum, nõ cõfidentes de meis promissis , & dubitantes de mea potentia , quòd non possem idololatras delere, & vos introducere immunes:In quo loco tentauerunt me patres vestri: vbi,& ad aquas contradictionis probauerũt,et viderunt opera mea.puta miracula quę ibi fecit, et punitiones : vt patet. Numer. 14.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi : & dixi semper hi errant corde.

Et isti non cognouerunt vias meas: vt iurauī in ira mea: si introibunt in requiem meam.

F Quadraginta annis proximus,et propitius fui generationis illi,et semper fui offensus ab eis,et displicuit mihi generatio illa,et rebellis fuit,et incredula, et tũc vidẽs obstinationem illorum dixi,et statui, et decreui. quia isti filii Israel nõ cognouerũt vias meas, nec crediderunt:ideo iurauī in ira mea,q non introibunt in requiem meam.q.d.sicut illi propter duritiam,et incredulitatem eorũ, nõ introierunt in terã promissionis:sed vagãtes per desertũ mortui sũt, et eorũ cadauera ibi sepulta:ita pariter Iudæi incredituli,qui Messiã non sunt recepturi,nec voluerunt audire vocẽ euangelicã,nunquã intrabũt in requiẽ meã cœlestem:sed dispersi per mundũ vilipendentur,et eorũ animæ in inferno sępelientur.

Ex

A Ex quo patet secundũ Apostolũ ad Heb. 4. q Dauid fecit hunc psal.inuitans ad recipiendum Christum,& audiendum eius vocẽ euã gelicam, vt ingrediamur in requiem dñi.s.in hanc ecclesiã per gratiã,& baptismum,& eterna sacra: & in ahã ecclesiã per gloriã. Quia nõ est dicendũ, q Dauid exhortetur Iudæos ad audiendã legẽ Moysi, quã iã p. 40. annos ante audierant:nec inuitat eos ad ingrediendũ terram promissionis,in qua per totidẽ annos habitarãt ante aliũ ilicm , sed vocat oẽs, & inuitat ad adorandũ , & recipiendũ Chm in hoc die gratiæ,& ad ingrediendũ ecclesiã, & veră requiẽ hic per gratiã, & in futuro p gloriã. Probat autem Dauid q Christo debetur latria.primò quia Deus & dñs vniuersalis.secõ quia creator. & tertiò quia saluator

B & redẽptor.Et iõ in prima parte vocat oẽs ad latriam Xpi.In secda vero parte vocat, & inuitat oẽs ad audiendã, & recipiendã legẽ euangelicã,& vt ingrediatur ecclesiã Christi,& regnus hęreditatis æternæ.Ad maiorẽ aũt intelligentiã huius psalm est aduertendũ,q Dauid in hoc psalmo aperit nobis vnã propositionẽ de vete.& infert vnã conclusionẽ,& cãtat vnã cordã pe psalterio euangelico.Propositio aũt est istã,nã legitur Num. 29.& 14. q Moyses ex pręcepto Dei, misit, 12.exploratores,qui cõsiderauerunt totã terrã, in qua viderunt ciui tates fortissimas,& homines ferocissimos.sed erat intantũ fertilis,quòd inde asportauerunt magnũ botrum cũ palmite auulsum de

C terra populo ea,quę viderant dicentes. Terra fertilis est fluens lacte, & melle,& copia fructuum:sicut ex his fructibus cognosci potest sed habet ciuitates grandes, atq; muratas.Vnde Caleph.& Iosue vixerunt. Ascendamus, & possideamus terrã,qm poterimus obtinere eã.oẽs autem alii exploratores dixerunt : nequaquam ad hunc populũ valemus ascendere, quia fortior nobis est: quia terra deuorat habitatores suos, quia vidimus gigantes in ea &c.quibus auditis populus voluit lapidare Moysen,& constituere aliũ ducẽ, & reuerti in Aegyptũ, nili præter Caleph, & Iosue, qui obstiterunt eis. vnde tunc Deus voluit totaliter delere illum populum,nisi propter preces Moysi,& tunc Deus puniuit eos, inatũm, q nullus illius populi ingressus est terram promissam: sed. 40. annis vagati sunt per desertũ,& oẽs mortui ibi,& cadauera eorũ ibi sepulta, præter Caleph,& Iosue,q fuerant Deo obedientes.iõ ipsi soli cũ filiis illorum rebellium ingressi sunt terrã promissionis. In quo mysterio puidit Dauid in spũ electionem gentilium , & reprobationẽ Iudæorũ pp rebellionem factã cõtra Christum.Nã licet oẽs illi.12.electi ex omnibus tribubus cõsiderarũt terrã promissam:tñ solus Caleph, & Iosue laudauerunt,& volnerũt ascendere in eã.Per qđ figurabat,q oẽs tribus Israel audierunt Chm prędicantẽ suã legem euãgelicam:quia in Hirusalem, & Galilea habitabant de oibus tribubus. sed maiori parti eorũ visa est lex euangelica difficilis,eò q prohibet oẽm auaritiã,& superbiã, & omnia vitia,& præcipit oẽm virtutem. & iõ noluerũt obedire Christo,quia erat contrarius operibus corũ:imo crucifixerunt,& persecuti sunt eũ,sed soli apostoli, & discipuli,& quidã de

E pharisæis,& nobilibus,& popularib⁹ obedierunt Christo,& euangelio,& ideo Christus expulit oẽs rebelles Iudæos , & priuauit eos terra viuentium in lege promissa:ad quã soli apostoli , & discipuli cum cæteris ad fidem Christi conuersi sunt ingressi. Vnde Christus expectauit Iudæos.40.annis, sed qa mã serunt obdurati, & obstinati in sua nequitia & cęcitate,ideo misit Deus Titum cum exercitu Romanorum,qui ciuitatẽ,& populũ cõbussit,& euertit,& eos trucidauit, & captiuauit,& dispersit . & sic duplici morte puniuit eos.s.corporali,& æterna,& duplici exilio.s. ab illa terra mundana , & à terrã viuentium quia nunq; intrabunt in illã requiẽ dñi.Hãc propositionem aperit nobis Dauid , & hanc conclusionẽ,& cordam euangelicã cantat in

F hoc psal.Dicit ergo Deus per os Dauid comminando Iudæis rebellibus Christo . O si & quando audieritis vocem Dei incarnati.s.vocem euangelicam: nolite obdurare corda vestra : sicut obdurauerunt patres vestri corda sua, quando tentauerunt me in deserto volẽtes retrocedere in Aegyptum &c.quos expectaui quadraginta annis,sed quia manserunt in sua malitia, & obdurationeideo iurauī in ira mea, quòd sicut ipsi non intrauerunt terram promissam , ita vos nunquam intrabitis in requiem meã:nisi obedieritis voci euãgelicæ.Quasi dicat:sicut expectaui pres vestros. 40.annis in deserto, vt cõuerterẽtur à sua duritia,ita expectabo vos.40.annis post passionẽ meã,sed qa manebitis in vestra duritia & obstinatione sicut patres vestri : ideo sicut illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A li fuerunt omnes prostrati in deserto, & nũ quã intrarũt terrã promissam, ita, & vos cũ ciuitate vestra eritis prostrati, & dissipati, & nunquã intrabitis in requiẽ meã cœlestẽ, sed peribitis in corpore, & alia. Sed cõtra intẽtũ nostræ expositionis in hoc ps. arguunt quidã moderni Iudæi dicẽtes, q̃ non veniunt cõtra intentũ ꝓphetæ in hoc ps. nam Deus commi natur in hoc ps illis qui non sequuntur, nec audient vocem regis Messię in suo aduentu, quos non introducet in terram promissionis, quã possederunt antiqui patres, sed solũ rex Messias introducet eos qui obedient, sed quia Christus non fuit verus Messias: iõ non audierunt eum, sed sunt parati audire Messiã, quẽ expectãt, qui est ædificaturus nouam Hierusalẽ & cõgregaturus oẽs filios Israel ex omnibus partibus mũdi. Quòd autem Iesus Christus non fuit verus Messias, probatur: B quia nõ vocauit eos ad illam terram: nec retinuit eã pro se, nec pro suis: cum fuerit in ea crucifixus: iõ nõ potuit illã terram dare filiis Israel, sicut dicũt oẽs ꝓphetæ. In hac ergo ęcitate perseuerãt hodie moderni, sed quantũ decipiat eos ista vana cupiditas rerum temporaliũ, dictũ est in præcedentibus. Sed ad detegendã eorũ falsam intelligentiã, & vanã spẽ ponitur pro cõclusione, q̃ illa terra Canaã, in qua est sita Hierusalem terrena, non fuit sanctis patribus à Deo promissa in præcisum præmium pro lege seruanda, nec expectabãt eã patriarchæ, & ꝓphetæ tanquàm requiem, & terminum vltimatũ. Hæc cõclusio multipliciter probatur. Primò sic: nam si Deus promisisset, & dedisset illã terrã Iudæis in præcisum præmium pro lege obseruanda, sequeretur, q̃ Deus esset iniustus: aut superstitio, & C cultus idolorũ fuisset nobilior quã lex diuina. Nã terra quã possidebãt gẽtiles, s. Damascus, & Babylonia, & Aegyptus, & opima regio Indorum absque proportione fuerũt semper feruliores, & ditiores, quã terra Canaã, quæ est sterilis, & inaquosa, & misera, frequẽter patiens famem, & inediam: vt patet per totum discursum patriarcarũ in libro Genesis. Nã propter famẽ, & inediã compulsi sunt fugere Abraham, Isaac, & Iacob cum suis filiis ab illa terra in Aegyptum. Ex quo patet, q̃ meliorem terram possederunt semper gentiles, & idololatræ: & per cõsequens Deus nõ promisit illam terram in præmium obseruantiæ legis: quia nobiliori legi nobilius debeẽ præmium. Item hoc idem patet autoritate, nam si illam terram promisisset Deus in præ D cisum præmium suis cultoribus: non priuasset Moysen famulum suũ ingressu illius terræ: nam multi sclerati ingressi sunt cum Iosue in illam terram, & tamen Moyses nõ permissus fuit introire, qui magis seruauit præceptа Dei, quàm aliquis aliorum. Item Dauid tanquàm rex, & dominus possidebat illã terram, sed tamen contemnẽs illam aliam desiderabat cum dicebat: Satiabor cum apparuerit gloria tua: ps. 16. Item psal. 93. Elegi abiectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Item psal. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est &c. Item psal. 141. Portio mea in terra viuentium. Item Salomon rex erat in Hierusalem potentissimus, &c. & tamen dicit, q̃ Hierusalem illa terrena cum omnibus regnis mũ E di sunt quædam vanitas, vt patet Eccl. 1. cap. & per totum: imo concludit in fine illius libri belli, q̃ omnia ista sunt vana, nec est alia beatitudo in hoc mundo, nisi seruare mandata, eò q̃ debemus apparere in fine vitæ ante Deũ iudicem, & præmiatorem &c. ergo sancti patres non expectabant Messiam propter possessionem illius terræ miserę. Hocidem athimat Rabi Moyses Abenmaimon in libro Iudicum in sententiis Regum vbi ait, q̃ nõ desiderarunt ꝓphetæ, & sapientes tempus Messiæ, vt cominarentur super orbem, nec vt haberent potestatem in gentibus, nec ad comedendum, & bibendum, nec ad delitias, & voluptates, sed vt vacarent in lege, & sapientiis: F vt esset eis fas habere vitam sęculi futuri, sicut declarauimus in sententiis de pœnitẽtia: vnde in illo tempore omnes diuitiæ reputabuntur tanquàm terra, & non erit occupatio in Israel, nisi ad sciendum dominum: iõ erũt sapientes magni, & scient verba clausa, & obscura, & attingent scientiam sui creatoris, vt dicitur Esa. 11. quia tunc erit terra plena scia domini &c. Ex dictis ergo huius magistri reputati apud Iudæos, patet quater rex Messias non est daturus Iudęis in suo aduentu illam terram Hierusalem nec aliam mundana, sed scientiam veram, & intelligentiam legis, vt per illam consequerentur vitã venturi sęculi, quod totũ fuit impletum per Christũ in apostolis, & doctoribus, & aliis fidelibus suis. Propter hãc ergo requiẽ æternã in cœlo consequendã exhortatur Dauid in hoc ps. oẽs gentiles, & Iudæos, vt recipiãt Christum in suo aduentu, & audiãt vocem eius

A eius euangelicã, & priuationẽ huius requiei & beatitudinis cõminatur Iudęis rebellibus & contemnentibus vocẽ Christi, cũ dicit. Hodie si vocem eius audieritis &c. Et per hoc patet responsio ad vanum argumentum Iudæorum & ad vanam spem, & intelligentiam eorum. Sed hoc latius patebit in tractatu sequenti contra Iudæos. Ex quibus patet, quòd Dauid in hoc psalmo. prædicit electionem gentilium, qui ad Christum colendum, & adorandum venerunt, & vocem euangelicam audierunt, & prædicit reprobationem Iudæorum qui Christum negauerunt.

PSALMVS. XCV.

Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino, & benedicite nomini eius B *annunciate de die in diem salutare eius.*

Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autem cœlos fecit.

Titulus. Psal. Dauid qñ domus ædificabatur post captiuitatẽ. Iste psal. apud Hebræos est omnino sine titulo: sed dicũt Hebræi moderni, q̃ Moyses fecit istum psal. pro gratiarũ actiõe de rædificatione tẽpli reędificati post captiuitatem Babylonię, quã præuidit Moyses in spiritu. Sed isti manifestẽ mentiuntur. Nam legitur secundi Paralypomenon septimo capitulo, quòd in dedicatione templi sacerdotes stabant in officiis suis, & leuitæ in organis carminum, quę fecit Dauid rex ad laudandum dominum quoniam bonus, quoniã in ęternũ misericordia eius, himnos Da- C uid canentes per manus suas. Ex quo patet, quod Dauid fecit omnes psalmos qui incipiunt Confitemini, vel Cantate, vel Laudate &c. Item manifestè patet, q̃ iste psalmus totus cantatus est cum psalmo centesimoquarto, & centesimoquinto quando Dauid introduxit arcam in Hierusalem, vt patet primi Paralypomenon decimosexto. Ex quo patet, quod iste psalmus specialiter factus est ad laudandum Deum in templo ab ipso Dauid. Sed ad maiorem euidentiam huius psalmi, & omnium subsequentium, & etiam præcedentium est aduertendum iterum, quod sicut tota lex euangelica dicitur psalterium decem cordarum, eo quòd continet decem misteria de Christo, & ecclesia quæ sunt decem articuli humanitatis Christi, prout D sæpe dictum est: ita pariter lex euangelica dicitur canticum nouum in toto isto libro psalmorũ eò, quod lex euangelica continet & cantat noua misteria de Christo, & tota ecclesia: qui sunt omnes articuli fidei, & omnia gesta Christi, & omnia consilia, & præcepta. Vnde sicut tota lex Moysi dicitur continens sexcenta. 13. præcepta veteris legis inter moralia, & iudicialia, & cerimonialia, ita lex euangelica dicitur canticum nouum, eò quòd relicta vetustate literę, cantat noua misteria de Christo, & ecclesia figurata per illa antiqua misteria veteris legis. Vnde relicta vetustate, & renouati per Christum, & ambulãtes in nouitate spiritus iam cantamus in ecclesia, & lege euãgelica misterium trinitatis diuinarum personarum, & misterium incarnationis, & prædicationis Christi, & operationis miraculorum eius, & misterium mortis, & passionis, & liberationem fidelium veteris testamenti per descensum Christi ad inferos: & cantamus, & celebramus iugiter ecclesiastica septem sacramenta, in quibus continentur virtus ipsius passionis Christi & preciũ eius. Item cantamus Christi resurrectionem, & ascensionem, & spiritus sancti missionem, & gentilium in vnam ecclesiam vocationem, & Iudęorum reprobationem, & vltimi iudicii examinationem, & bonorum, & malorum retributionem. Hoc est ergo cãticum nouum euangelicum, quod modo iugiter cantat realiter ecclesia: quod Dauid frequenter propheticè cõmemorat in psalmis. Nam sicut Dauid per citaram intelligit misteriũ trinitatis, & per psalterium decem cordarum intelligit decem articulos humanitatis Christi: ita per canticum nouum intelligit oia pacta, & consilia, & gesta, & miracula euangelica, & omnia septem ecclesiastica sacramenta, & omnes articulos fidei, tàm diuinitatis, quàm humanitatis. Vnde sicut nos cantamus hoc canticũ realiter, & euãgelicè: ita Dauid cantat ipsum in toto libro psalmorũ figuraliter, & propheticè. Ideo in hoc psalmo aprostrophando inuitat omnes gentes, & nationes mundi: vt veniat ad cantandum hoc canticum nouum euangelicum Christo in aduentu suo. Tria ergo principaliter facit Dauid in hoc psalmo: nam primò inuitat omnes gentes, & nationes ad cantandum omnipotentiam, & excellentiam, & mirabilia opera, quæ fecit Christus in suo

aduentu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A aduentu. Secundò inuitat omnes ad cantandum, & exhibendum Christo cultum verę latriæ secundum morem euangelicum. Tertiò inuitat omnes ad cantandum, & prædicandũ regiam, & iudiciariam potestatem Christi, quam accepit in sua resurrectione, & ascẽsione ex merito suæ passionis, & per cõsequens inuitat omnes, vt recipiãt Christum tanquã messiam, & saluatorem, & legislatorem. Secundum ibi. Confessio, & pulchritudo. Tertiũ ibi. Commoueatur à facie eius. Quantùm ergo ad primum dicit. O vos Iudæi quibus primò facta est promissio de Christo cantare ipsi domino Iesu Christo canticum nouum, & nolite iam cantare canticum antiquum ipsius Moysi: quia iam perfecit cursum, & officium suum in aduentu Christi: ergo cantate Christo canticum nouum, & euangelicum,
B profitendo, & obseruando omnia quæ in lege euangelica continentur. Quæ sunt obseruantia præceptorum, & consiliorum, & fides articulorum, & gratia, & sanctificatio sacramentorum, & firma spes futurorum bonorũ. Et vos omnis terra. i. omnes habitatores terrę. s. Græci, & Latini, & omnes Barbaræ nationes. s. Indi, & Scythiæ, & Aethiopes, cãtate hoc supradictum canticum euangelicum cum omnibus partibus, & conditionibus, & omnes simul cantate domino Christo, & benedicite nomini eius, quod est Iesus. quia nõ est aliud nomen sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri, & quia nomen domini est Iesus. i. saluator, in quo totus mundus debet saluari: ideo annunciate de die in diem. i. continuè, & assiduè, & omni tẽpore salutare eius, & prædicate hoc nomen Iesu vbiq;, & semper. s. annunciando eius redemptionem, & saluationem:
C quam Iesus Christus operatus est in mundo per mortem, & passionem, & vos apostoli, & discipuli annunciate inter gentes. i. inter gentiles gloriam eius. i. gloriam quam acquisiuit, & ostendit in sua resurrectione, & ascensione, & annunciate omnibus populis mirabilia eius: quæ operatus est infirmos sanando, & mortuos suscitando, & prædicate euangeliũ omni creaturę: sicut præcepit vobis Marci vlumo. & ostendite potestatem in miraculis faciendis: quam Christus vobis cõtulit in sua ascensione: vt patet ibidem. Quasi dicat. Non solum annunciate, & prædicate miracula, quæ fecit Christus ante suam passionem, & ascensionem: sed etiam vos facite signa, & miracula in nomine eius in populo gentili, & iudaico: sicut patet per totum discursum actuum apostolorum, & per historias eorum, & aliorum sanctorum. Et sic non solũ dicit, & prædicationibus. sed etiam signis, & miraculis ostendite, quoniã, quomodo dominus noster Iesus Christus est Deus, & magnus dñs, & rex magnus, & nimis, & valdè laudabilis, & terribilis super oẽs Deos gentium, & quomodo soli Christo debetur laus, & honor, & cultus latriæ tanquam vero Deo: nam ipse est terribilis super omnes Deos gentium quod probatur. Nam ipse eiecit eos de corporibus obsessis. Item Christus est terribilis super omnes Deos gentium: nam oẽs Dii gentium sunt demonia immunda. Dominus autem Iesus Christus est dominus magnus: qđ probatur. nam ipse fecit cœlos, & omnia in eis, et sub eis contenta, et ideo Iesus Christus intã
E tùm est magnus, et terribilis super omnes demones, q̃ primò eiecit eos de cœlo. Secundò eiecit eos de corporibus obsessis. Tertiò eiecit eos foras de mundo, et populo gentili, et alligauit eos in inferno, et quotidie eiicit eos de animabus hominum per ecclesiastica sacramenta. Ex quo patet, q̃ solus Christus est laudabilis, et sibi debetur honor laudis, et non demonibus: cum sit creator, et redemptor mundi, et triumphator contra diabolum, et omnes demones.

Cõfessio et pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriam & honorem. afferte domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias & introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Hæc est secunda pars, in qua Dauid inuitat omnes ad exhibendum latriam ipsi Christo in suo aduentu. Quæ quidem latria consistit in tribus. s. in cõfessione fidei, et laudis, cũ munditia cordis, et in oblatione, et adoratione: vt pluries dictum est. Dicit ergo Dauid: postquam ita est, q̃ Christus est magnus dominus, et Deus qui fecit cœlos, et est terribilis super omnes Deos gentium, qui nõ sunt Dii nisi demonia, quos Christus eiecit de corpolo, et de corporibus obsessis, et de animabus, et idolis gentium: ergo soli Christo debetur latria, et non idolis gentium: in quibus habitãt demones. Exhibeatur ergo Christo prima pars latriæ, quæ dicitur confessio, et pulchritudo, et sanctimonia et magnificẽtia. Vbi triplex est confessio. s. confessio p̃fessionis, & fidei,

A & fidei, & laudis, vna p̃supponit aliam: nã confessio laudis non est acceptabilis in conspectu Dei sine confessione veræ fidei omniũ articulorum, nec cõsilio fidei sine confessione peccatorum, & mundicia cordis, vt talis sit in caritate: quia non est speciosa, & acceptabilis laus in ore peccatoris. Et ideo oportet, quod sit confessio in ore, & pulcritudo, & munditia in corde ipsius cultoris Dei in conspectu Christi. Item oportet, quòd sit ibi sanctimonia. i. quòd tales laudes, & honores sint res sacræ, & ad diuina applicatæ, & non sint obscœnæ sicut laudes turpes, quas gẽtiles exhibebãt Deæ Veneri, & Baccho, & Priapo &c. Item oportet, quod sit magnificentia. i. q̃ narrentur, & p̃dicentur opera magnifica in tali latria, & in tali sanctificatione, & cultu
B Christi. q. d. q̃ talis cultus fiat cum confessione peccatorum, & fidei, & laudis, & cum pulcritudine, & munditia cordis, & q̃ narrentur opera, quæ pertinẽt ad diuinitatem, & sancti monium, & magnificentiam, & omnipotentiam Christi, & talis cultus est exhibẽdus in conspectu eius, quæ est prima pars latriæ in conspectu Christi exhibendę. Possunt etiam istę quatuor conditiones memorari ad differentiam latriæ veteris testamenti: Nam illa latria non fiebat cum tali confessione interiori, & exteriori: nec cum tanta mũditia ex parte offerentis, & oblati: quia ibi offerebantur animalia bruta, hic autem offertur sacrificiũ purum, & mundum, de se bonum, & accepta bile. Et sic latria nostra fit cum maiori sanctimonia, & magnificentia: quia offertur Christus Deus, & homo agnus sine macula, & immortalis. Et ideo subdit. Afferte domino Ie-
C su Christo gloriam, & honorem. O vos omnes patriæ, & regna gentium cantate iã eius gloriam, & resurrectionem, & ascensionem, & afferte gloriã, & claritatem nomini eius, quod est Iesus. i. prædicate hoc nomen Iesus, & virtutum eius per omnia regna mundi: quia hæc est prima pars latriæ Christi, deinde tollite hostias, & introite in atria eius. i. introite in templa, & ecclesias eius, & ibi tollite, & offerte hostias. s. sacrificium euẽ aristiæ quod ponit in plurali: eò quod offertur corpus de per se, & sanguis de per se ad explicationem passionis Christi, in qua sanguis fuit effusus a corpore. Nam in hostia est corpus ex vi consecrationis, & sanguis per concomitantiam, & in calice econtrario, sed hoc fit ad explicandam passionem Christi. Item ponitur iy hostias in plurali ad denotandũ, quòd
D licet sit vnum solum sacrificium, tamen offertur in diuersis, & multis ecclesiis distinctis per totum orbem. Sed quia in omnibus ecclesiis & altaribus non offertur nisi vnum, & idem Christus Deus, & homo: ideo subdit. Adorate dominum in atrio sancto eius, & sic memorat omnes partes latrię. s. confessionẽ, & oblationem, & adorationem. Deinde cum dicit.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populus in æquitate.

Inuitat omnes ad cantandum Christi regiam dignitatem, & iudiciariam potestatem; sed quia regiam dignitatem, & vniuersale dominium, & iudiciariam potestatem adeptus est per meritũ suæ passionis ad Phil. 2. quia humiliauit semetipsum factus obediens patri vsque ad mortem crucis, ideo dicit Dauid. Commoueatur vniuersa terra à facie eius: quia vniuersa terra tremuit, & fuit commota in Christi passione, & velum templi scissum est à summo vsque deorsum, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & facte sunt tenebræ per vniuersam terram &c. Vnde dixit Dionysius Areopagita, Aut Deus naturæ patitur, aut tota machina mundi destruetur. Ex quo patet, q̃ Christus tunc se ostẽdit vniuersalem Deum, & dominum mundi in cruce. Ideo subdit. Dicite in gentibus. i. prædicate, & annunciate inter gentes: quia dominus Iesus Christus regnauit, & adeptus est regnũ super vniuersas creaturas. Littera autem Origenis, & Hilarii, & Ambrosii, & Augustini, & Cassiodori habet. Dicite in gentibus quia dominus regnauit à ligno. i. a cruce. Et iõ Ambrosius secutus literã Origenis dicit in hymno passionis. Impleta sunt, quæ concinit Dauid fidelis carmine, Dicens in nationibus, Regnauit à ligno Deus. Vbi asserit Dauid fecisse hunc psalmum, & protulisse hanc particulam, scilicet à ligno. Sed beatus Hier. sic non transtulit: eò quòd in littera Hebraica punctuata non reperitur, vel quia ex defectu scriptoris non reppefit in exemplar græco ipsorum. 70. Et ideo translatio ad exemplar Origenis, & aliorum est magis conformis fidei nostræ. Est ergo sententia ista vniuersa terra commoueatur à facie eius, non solum in natiuitate, & miraculorum operatione, sed in sua passione, & in descensu ad inferos, & in resurrectione: quia terræ motus factus est ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gnus: & angelus descendit de cœlo,& reuoluit lapidem &c. Et ideo vos apostoli,& omnes fideles dicite, & prædicate in gentibus: quia dominus regnauit à ligno crucis: qa ibi confregit gladiũ,& scutum,& arcum diaboli:& meruit liberare genus humanum: & obtinere regnũ super omnes creaturas. Mat. vltimo. & Marci vltimo. Item ibidem accepit vniuersalem potestatem iudiciariam. Etenim, idest ideo correxit totum orbem terrę: idola conterendo, & legem euangelicam ferendo, & sic corriget populum gentilem, & mundabit ipsum ab idololatria: qui quidem orbis non commouebitur à fide catolica vsque ad iudicium durata.

Lætentur cæli, & exultet terra: commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

B *Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie domini qua venit: quoniam venit iudicare terram.*

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua:

Hic inuitat cœlum, & terrã, & omnia quę in eis contenta sunt: vt lętentur in Aduentu Christi: sicut fuit impletum in eius natiuitate: quia noua stella apparuit in cœlo, quæ duxit Magos ad Christum adorandum, & angeli cantarunt. Gloria in excelsis Deo &c. Idẽ terra fuit lætata: quia per omnes patres multi data sunt signa regis pacis nati, & mare cũ plenitudine sua fuit motum: qa in omnibus insulis maris data, & facta sũt signa, vt sæpius dictum est. Dicit ergo Dauid. Lætentur cæli, idest omnes angeli cœlestes, & exultet terra, idest omnes habitatores terræ: & moueatur
C mare, idest omnes insulæ marinę, & plenitudo eius, idest omnes habitatores eius, & gaudebunt campi, idest pastores in campis, & siluis greges pascentes: quia pastores venerunt ad Christum adorandum. Tunc, idest in aduentu eius, quãdo ingredietur in Hierusalem in die Ramis palmarum, exaltabunt omnia ligna siluarum à facie domini: quia veniet ad patiendum, & liberandum genus humanũ: quia tunc pueri cœdent ramos oliuarum, & palmarũ de arboribus, & sternet in via ante pedes Christi. & exultabunt etiam quando veniet iudicare terram, idest ad iudicandum mundum iudicio discretionis, separando fideles ab infidelibus per obseruantiã legis euangelicæ, & hoc erit in primò aduẽtu, & iudicabit orbem terrę in æquitate, & populos in veritate sua in secundò aduentu: quia non D erit acceptator personarũ: qa sicut in primò aduentu dedit legem euangelicam æquam, & rectam: ita in secundo aduentu iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua, idest secundum æquitatem, & veritatem euangelicam: quia bonis dabit præmium, & vitam æternam: & malis pœnam æternam. Ex supradictis patet, quòd Dauid in hoc psalmo canit canticum nouum euangelicũ prophetice: quod nos canimus, & prohtemur euangelicæ: & principaliter canit sibi turam Christi omnipotentiam, & veram latriam sibi debitam, & eius regiam dignitatem, & vniuersalem iurisdictionem, quam acquisiuit in sua resurrectione, & ascensione per merita suæ passionis in ligno crucis.

PSALMVS. XCVI.

D *Ominus regnauit exultet terra: lætentur insulæ multæ.*

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota est terra.

Montes sicut terra fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Huic psalmo præponitur talis titulus. Psalmus Dauid quando terra restituta est. licet apud Hebræos iste psalmus sit sine titulo, tamen præfatus titulus non est sine misterio. Nã Dauid postquàm tota terra restituta est
C et post mortem Absalon præuidit qualiter Christus post persecutionem, & mortẽ erat regnaturus, & quomodo hæreditas sua, scilicet immortalitas erat sibi restituenda per resurrectionem, & etiam quomodo hæreditas patris, scilicet genus humanum, qđ diabolus detinebat captiuũ erat: sibi restituẽdũ, & etiã quomodo possessio cæli erat sibi restituenda pro se, & pro suis. Hoc ergo præuidens David fecit hunc psalmum in quo describit regnum Christi post resurrectionem: & quomodo in sua ascensione accepit vniuersale imperium, & iudiciariam potestatem. & describit etiam vtrunque iudicium, scilicet discretionis, & examinationis. Vnde est aduertẽdũ qđ iudicium Christi incepit à primo aduẽtu, in quo dedit legem euangelicam promittentem obseruantibus regnum cælorũ, & transgressoribus pœnam æternam. & pœnitentibus veniam, & illud dicitur iudicium discretionis, & durat vsque ad secundũ aduentũ, in quo examinabuntur omnes qui receperunt legem euangelicam, & tunc recipiet vnusquisque præmium prout gessit in hac vita, & ideo ea signa quæ sient corporaliter, & visibiliter in secundo aduentu facta sunt spiritualiter in primo aduentu. Nam sicut in secundo aduentu erunt signa in cęlo, & in sole: & luna, & in mari, & in terra: vt refert Hieronymus: quia tota terra cremabitur, & montes æquabuntur, & postea omnes resurgent à mortuis, & veniẽt ad iudicium: ita omnia ista fuerunt spiritualiter in primo aduentu. Nam ita totus mundus qui erat in peccato, & vetustate culpę fuit crematus, & renouatus igne
B spiritus sancti, & commota est tota terra, & insulæ maris ad prædicationem apostolorũ, & etiam Christus venit tanquam iudex, & legislator, & expoliauit infernũ, & aperuit cælum, & introduxit sanctos patres, & oẽs gentes à peccato surrexerũt. Ex quo patet quod iste psalmus de vtroque iudicio, & aduẽtu potest exponi. Nam regnũ Christi incepit post resurrectionẽ. Duo ergo facit Dauid in hoc psalmo: nam primò describit regnum Christi. Secundò exhortatur oẽs ad obseruantiã legis euangelicę. ibi. Qui diligitis dñm. Quãtum ergo ad primum dicit Dauid. Dñs Iesus Christus Deus, & homo regnauit in forma humana gloriosa post resurrectionẽ suã, & accepit vniuersalẽ potestatẽ in cœlo, & in terra: ideò exultet tota terra habitabilis, & lætentur insulæ multæ recipientes legẽ euangelicam
C eius: p quã debent iustificari à pctõ, & adipisci regnũ cęleste: quod pro nobis Chrs adepetus est in sua passione, & resurrectione. Vnde qđ sit ipse caput ecclesię, & regnet vniuersaliter in cœlo, & in terra, probatur. Nã quãdo ascendit in cœlum, nubes, & caligo, idest splẽdor apparuit in circuitu eius, p qđ denotatur eius dominium in cœlo, & in angelis: & ibi apparuit qualiter iustitia, & iudiciũ erat correctio sedis, & sceptri iudicialis eius, qđ angeli in vestibus albis dixerunt. Sic veniet ad iudicandũ quemadmodũ vidistis eũ euntẽ i cælũ. qa sedes iudiciaria, & lex Christi, nihil aliud est, nisi iustitia, & iudicium, & correctio, sed hoc maximè verificabitur, & apparebit in 2. aduentu. Vnde in isto primo aduentu ignis caritatis, & donorum spiritus sancti ante ipsum præcedet, & inflammabit in

A circuitu inimicos eius. Hoc impletũ fuit quã D do apostoli perlucerunt vniuersum mũdũ, & prædicauerũt euangeliũ quod est ignis cõburens: & inflamãs corda hominũ: Vnde ille ignis inflamauit in circuitu per totũ mundũ omnes gentiles quia ante erãt inimici, & creauit in eis vetustatem infidelitatis, & destruxit in eis peccatũ, & fecit eos amicos, & subditos Xpi per baptismũ, & pœnitentiam, & cætera sacramenta. Et tunc fulgura Christi. miracula, & verba euangelica affluxerũt, & illuminationem dederunt toti orbi terræ, qa ex miraculis crediderunt. Et tunc vidit mira cula, & commota est tota terra, & conuersa ab infidelitate, & idololatria, & nefanda superstitione ad veram fidem, & cultũ latrię Christi. Et tunc magni montes, scilicet imperatores, & reges, & principes, & philosophi gẽtiũ hoc videntes. stilla miracula, fluxerũt, & liq- B sacti sũt ẽ duritia sua, & mollificati. sicut cera fluit, & molificatur calore ignis: ita omnes isti, & omnis terra, idest populares fuerunt mollificati à facie caloris gratię spiritus sãcti & prædicationis apostolorũ. Et iõ sequitur. Annunciauerunt cęli. i. apostoli iustitiã, & legem euangelicam. Et sic oẽs populi viderũt gloriam eius. Primò per miracula: postea per fidem, & sic omnes sunt ad fidem conuersi.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur simulacris suis.

Tunc confusi sunt omnes qui adorant sculptilia, & idola &c. quia tunc cognouerũt errorem suum, & ideo deleuerunt idola, & consecrarunt templa idolorum in Basilicas, & ecclesias Christi, & coluerunt Christum verũ Deum. Tota etiam litera prædicta potest exponi de futuro iudicio, qñ apparebit dñs in F nube cum ptãte magna, & maiestate. ideo nubes, & caligo erit in circuitu eius, & ignis ante ipsum præcedet, & realiter inflammabit omner inimicos eius, qui secuti sunt Antichristum, & allucebunt fulgura orbi terræ: quia erunt signa in sole, & luna &c. & sic mõtes sicut cera liquefient, & cremabuntur, & æquabuntur campis planis, et cęli annunciabunt iustitiam Christi, quando dabunt signa aduentus eius, quæ signa videbunt omnes populi, et postea videbunt gloriam eius, quando apparebit in nube et cętera. Et tunc omnes gentiles quia adorant sculptilia, et no luerunt conuerti: sed persecuti sunt sanctos martires, confundentur videntes Christum regem iudicem, et sanctos martyres, et apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stolos simul cum Christo iudicantes, & ipsos condemnantes. Mat. 19. & Sapientiæ 5. Quia stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt &c.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altissimus super omnē terram: nimis exaltatus es super omnes Deos.

Hic demonstrat quomodo potestas Christi non solum est super omnes homines: sed etiā super omnes angelos, & sic est vniuersālis in cælo, & in terra quòd fuit visum in sua resurrectione. quando angelus annunciauit eius resurrectionem mulieribus, & ascensionē, quia non solū nubes in obsequium susceptit illum: sed etiam angeli eius assiterunt iuxta illum in ministeriū, & adorauerunt ipsum tan

B quàm dñm, & Deum & annunciauerunt secundū aduentum, dicentes. Viri Galilei &c. dicit ergo. Adorate eum. s. Christo omnes angeli eius. q. d. quòd Apostoli audierunt qualiter omnes angeli adorauerunt Christum in sua ascensione, & sociauerunt ipsum in cælū exhibentes ei diuinum cultum, & honorem, & adorationem latriæ. & sic audiuit Sion. i. tota ecclesia, quæ erat ibi in virgine Maria, & apostolis, & discipulis, & iō lætata est tota ecclesia in ascensione Christi, cū viderunt angelos prębere latriam Christo, & ideo inter septem gaudia virginis Mariæ numeratur ascensio gloriosa Christi. Et ideo sequitur, quòd exultauerunt filiæ Iudæ. s. virgo Maria, & sorores eius, & Magdalena, & Maita, quę erant de tribu Iudæ omnes istæ exaltauerunt pro-

C pter iudicia tua O domine, & etiam omnes animæ confitentes Christum dicuntur filiæ Iudę: quia ibi cognouerunt, & viderunt te accepisse iudiciariam potestatem in cœlo, & in terra, & probatur: quoniam viderunt quo modo tu es dominus vniuersalis, & altissimus & iudex super omnem terrā: & quomodo nimis exaltatus es super omnes Deos. s. ſu per omnes angelos. nam ibi fuit manifestata tua vniuersalis potestas sup omnes homines, & angelos Et ideo lætata est Sion, scilicet totus cœtus apostolorum, & filiæ Iudę, ideſt Maria cum toto cœtu mulierum fidelium, in quo erat tota ecclesia. Tota litera præ dicta potest etiam referri ad secundum aduentum Christi: vt patet intuenti, & applica re volenti per singula. Item omnes animæ fi-

D delium Iudæ, ideſt filię verę confessionis, eò quòd confitentur verum Deum incarnatū: ideo omnes istæ filiæ Iudæ lætate sunt in aduentu Chri ipsum recipiendo & confitendo.

Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberauit eos.

Lux orata est iusto: & rectis corde lętitia.

Lætamini iusti in domino: & confitemini memoria sanctificationis eius.

In hac secunda parte principaliter ꝓphęta exhortatur omnes fideles ad recipiendam legem Christi euangelicam, & eam obseruandam; quę consistit in fugiendo malum, & fugiendo, & diligendo bonum. ideo ait. O vos omnes qui diligitis dominum recipiendo legem Christi, odite malum, & declinate ab oi

E malo: & peccato agendo pœnitentiam. Pœnitentia autem consistit in detestando peccatū, & conuertendo ad dominum. nam per pœnitentiā custodit dominus animas sanctorū suorū, & de manu peccatoris diaboli liberauit eos. Et etiam in primo aduentu suo, per quem liberauit eos. Et etiam in secundo aduentu suo, per mortem, & passionem custodiuit animas sanctorum suorum. qui fuerunt ad ipsum cōuersi, & de manu diaboli liberauit eos. Et etiam custodiuit sanctos suos, & liberauit eos de manu tyrannorum in persecutione ecclesiæ, & sequitur: Lux legis euangelicæ, & fidei orta est populo Christiano in primo aduentu per legem euangelicam, & passionē Christi, & sacramenta. Et omnes iusti qui redempti, & regenerati, & renouati estis in Christo, lætamini in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius: & sitis memores quo modo estis sanctificati in eius passione, & resurrectione, & regenerāti in baptismo ideo confitemini, & prædicate palam, & egregias & laudes &c.

PSALMVS. XCVI.

Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: et veritatis domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Huic psalmo præponit titulus: Psalmus absolutè absq; alia dictione, & est vnus de illis quos

A quos fecit Dauid ad confitendum nomini domini, & ad laudādum Deum in tabernaculo templi, vt dictum est psal. 95. Vnde Dauid prædixerat Christū in suo aduentu renouaturū mundū, & daturū legem euangelicam, & facturū multa miracula, & mirabilia fecit hūc psal. vt cantaretur in templo cum instrumentis musicis infra nominatis. In quo duo facit: nā primò inuitat, & excitat omnes nationes ad recipiendum Christum in suo aduētu, & profitendum nouam legem euangelicam. Secundò explicat modum recipiendi Christū. ibi. Iubilate domino. Quantum ergo ad primum est aduertendum, ꝙ hic ponuntur quinq; nomina idem significantia realiter, sed differunt secundum modos significandi. s. dextera Dei, & brachiū, salutare, iustitia, veritas: quę omnia significant vnum, & eūdem Christum di

B uersis respectibus cōsideratum. Nā Christus dicitur dextera Dei patris rōne mirabilium operum quæ fecit: dicitur brachiū rōne victōriæ cōtra diabolum: dicitur salutare rōne nostræ medicationis: Dicitur iustitia rōne nostræ iustificationis: Dicitur veritas rōne euangelicę prædicationis, & scripturæ adimpletio nis, quæ omnia fuerūt facta & impleta in eius aduentu. Dicit ergo ꝓphęta ad omnes gētes, & nationes. Cantate domino Iesu Christo cā

C ticum nouum. O vos Iudei relinquentes legem antiquā profitemini legem nouam euā gelicam, & recipite eam. Et vos gentiles relictis idolis vestris, & antiquis superstitionibus renouamini, & recipite nouam legem, & cantate cāticum nouum. nouam legē profitēdo. quoniā mirabilia, & noua opera fecit, & operatus est in suo aduentu: & enumerat mirabilia, dicens. Quia saluauit nos sibi cum dextera eius. s. cum filio suo Iesu Christo. Et dicit modum. Nam notū fecit dominus Deus pater brachiū sanctū suū, cū misit Christū filium suum, qui ab eo procedit tāquā brachiū a corpore: iō est patri consubstātialis, in quo denotatur vniuersalis potentia, quia pater tradidit filio potestatē in cælo, & in terra &c. Et non solum pater fecit nobis notū brachiū suum, & omnipotentiam in filio: sed et notū fecit nobis salutare suū, & virtutē nostræ salutis per mortē, & passionē. Et in cōspectu gē tiū reuelauit iustitiā suam in filio suo, in quo nos iustificauit pro nobis satisfaciēdo. Et hoc fecit, quia dominus recordatus est misericordiæ suæ, quā promisit nō solum Abrahæ, & Isaac de saluatore suo, sed toti domui Israel, in qua tota ecclesia figurabatur. Et etiam re- D cordatus est veritatis suæ, quia mentiri non pōt in promissis suis, & figuris. Nā sicut totū misterium Christi fuerat figuratū in lege, & tabernaculo, ita oportebat, vt in euāgelio veritas ficaretur, & sic euangelium dicitur veritas omnū figurarū, & ideo viderunt omnes termini terræ tām Iudæi quām gentiles salutare Dei nostri per euangelium, & per effectum, & per ecclesiastica sacramenta, qui sunt effectus passionis Christi, in quibus nostra salus effectiuè continetur, quia in nobis salutem efficiūt virtute passionis Christi, inquantùm virtutē & precium salutare passionis Christi in nos transferunt, & nos participes efficiunt.

Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.

Psallite dño in citara: in citara, et voce psalmi in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

In hac secunda parte inuitat nos ad modū E recipiendi Christum. Et qūo debemus cantare, & laudes, & beneficia eius propalare. quia cum iubilo, & exultatione, cum simus à morte perpetua, & captiuitate, & miseria liberati, & vetustate renouari, iō ait. Iubilate Deo non solum populus Iudaicus, sed omnis terra: quia redēptio vniuersalis est, & omnes receperunt beneficium istud. Iubilate ergo gaudio intrinseco, & cantate cū expressione vocis eius beneficia profitendo. Et exultate ostēsione corporali, & psallite musicis instrumētis: & exprimit quatuor instrumenta, dicens. Psallite domino nostro in citara. s. fide sanctę trinitatis formata spe, & caritate: & in voce psalmi. s. obseruantia. 10. articulorū: in tubis ductilibus. i. cum euangelii prædicatione: & voce tubę corneæ. i. cum pastorali sollicitudi F ne. Vnde est aduertendum, ꝙ istis sex modis Christum colimus in ecclesia. s. iubilo inferioris gaudii pro nostra liberatione: & vocis expressione confitendo beneficia: & cum cithara fidei trinitatis, spei, & caritatis, sine quibus mereri non possumus: & cū psalterio. 10. præceptorū, & cordarum. 10. articulorum, quia ex fide, & caritate formata operamur, & præcepta implemus: quæ oīa quatuor sunt omnibus Christianis necessaria. Quintò colimus Christum cum tubis ductilibus predicationis, quòd prædicatoribus, & doctoribus conuenit. Nam sicut tuba ęrea martello percussa extenditur, & ducitur virtute, & mollificatio ne ignis, & postea oēs ad bellū excitat: ita lex euāgelica est igne purgata cerimoniis legis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & martello passionis Christi, & martirum ex tensa, quæ oēs gentes ad bellū cōtra diabolū, & mundū cōcitauit, & ad ecclesię campū cō gregauit. Sextò dicit, ꝙ psallamus in voce tu bæ corneæ, quòd pastoribus, & prælatis eccle siæ conuenit, qui in buccina pastorali oues suas vocant, & lupos arcent, & fugant à grege fidelium, & tanquàm speculatores & custo des vigilant, & oues custodiunt, vt patet Eze. 33. Speculatorem posui te filii hominis &c. Et ideo sequitur.

Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare, & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudēt manu: simul mōtes exultabūt à cōspectu dñi, quoniā venit iudicare terrā

Vos apostoli, & prædicatores, & prælati psallite, & iubilate in tubis ductilibus, & vo
B ce tubæ corneæ prędicationis, &c. Iubilate & plangite, & buccinate in cōspectu regis Chri sti domini qui venit ad inuadendum diabolū armatum, & moueatur mare huius mūdi, & plenitudo eius. s. omnes insulæ. Et moueatur totus orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo. Quod totum impletum est in prædica tione apostolorum. Nam tuba Pauli, & cæte rorum apostolorum totum orbem cōcitauit. Vnde non solum insulæ maris, & populi ter ræ, sed ēt flumina. i. habitantes in ripis flumi num. s. Nili, & Eufratis, & Gangis, & Tanais plauserunt manu, & ingēti societate, & simul montes. i. habitantes in montibus Aetiopiæ, & Atlantis, & Caucasi, & Veseui &c. exulta uerunt à conspectu domini quando venit ad iudicandum terram iudicio discretionis, & vocationis, & electionis ad fidem, & non solū hoc impletum fuit literaliter, sed etiam spiri
C tualiter: nam flumina fontis baptismi plauseruńt cū in Iordane carnē Christi tetigerūt, in cuius contactu omnes aquæ virtutē regenera tiua receperunt, & montes. i. apostoli, & doctores exultauerūt, cū altitudinē, & pfundi tatē intelligentiæ diuinorū misteriorū acceperunt, & ad culmē diuinorū secretorum cō scenderunt. Sed quia non solū Christus fuit constitutus iudex discretionis in primo aduentu, sed etiam expectatur iudex vniuersā lis in secundo aduentu, ideo sequitur.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, et populus in æquitate.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia. i. secundum legem euangelicam, quā mundo tra didit, quæ præcipit omnem iustitiam, & populos in æquitate, tribuendo vnicuique secū D dum opera sua. Nam sicut in primo aduentu venit iudicare terram in misericordia, in qua nulla erit iustitia, nec ęqtas ex parte nostri: quia non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fe cit: sic in die iudicii iudicabit populos in æ quitate in nobis reperta: quia tunc vnusquis que iudicabitur secundum merita propria. Et nota, ꝙ iste ps. cum duobus prędecentibus recitantur in offi cio beatæ virginis Mariæ, & bene merito. Nam ipsa fuit prima, quæ canta uit canticum nouum, & professa est Christū, & legem euangelicam, & annunciauit Chri stum in carne, cum cecinit illud canticū: Ma gnificat, anima mea dominum, vt patet ibi dem. Et etiam quia iste rex, & dominus qui venit in mundum in forma humana, ex ipsa E virgine carnem assumpsit.

PSALMVS. XCVIII.

Dominus regnauit: irascantur populi, qui sedes super Cherubin moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.

Licēt nullus titulus præponatur huic ps. tamen credendum est, ꝙ iste psal. est de illis quos fecit Dauid ad confitendum, & laudan dum dominum in templo, & tabernaculo, si cut dictū est ps. nonagesimo quinto. In quo Dauid duo facit. Nam primò inuitat propria liter Iudæos ad cultum, & obedientiam re gis Chri in suo aduētu. Secundò adducit exē plū antiquorū patrū, vt Iudęos magis confir met in fide. Dicit ergo ad primū. Dominus re gnauit irascātur populi. i. quādo dominus Ie sus Xps post resurrectionem suam incepit re gnare in cœlo, & in terra, tunc omnes popu F li non solūmodo gentiles, sed Iudæorum tra sęntur, & mouebuntur, maximè Iudei qui eum crucifixerunt, qui putabant eum pcūs tūs extinctum, & deletum timebūt, & tremē & terrificabuntur. Et conuersus ꝓpheta ad Chrm dicit. O Christe, qui sedes super cheru bin ad dexteram patris, & adeptus es domi niū super omnes potestates angelicas: fac vt ad prędicationem apostolorum moueatur to ta terra, & totus populus gentilis. Vnde nota ꝙ arca domini sedebat super duo cherubin: ad denotandum, ꝙ filius Dei debebat sedere in humanitate. s. super animam, & corpus: & debbebat sedere super duo testamēta scilicet vetus, & nouum, & super duos populos scili cet gentilem, & iudaicum, & super duas intel

A lectuales naturas in cęlo. s. humanā, et angeli cā. Et sub tali figura, Deus pręcepit Moysi, vt poneret arcā super duo cherubin, quòd pro priè significabat misteriū incarnationis et do minium, et regnum Christi. Vnde Dauid iā invocat Christum sedentem super duo che rubin. Quasi dicat. O Christe sicut quando arca domini sedentis super duo cherubin du cebatur per desertum, et intrauit totam ter ram promissionis, tota terra mota est à facie domini: ita in aduentu tuo moueatur à facie tua, qm̄ tu es dñs magnus in Sió, et excelsus super oēs pupulos. Ista ꝓphetia fuit cōpleta nō solummodo in prædicatione Christi, qm̄ tota Iudæa, et terra promissionis fuit mota ad prędicationem Christi, et eius miracula, vt patet per totū discursum euangelicū, sed
B etiam fuit mota tota terra in eius resurrectio ne: quia terræmotus factus est maguus quā do Christus resurrexit. Et ēt fuit mota tota Hierusalem in die pentecostes: quia prædica tione Petri, et aliorum apostolorū conuersi sunt in illa die quasi quatuor millia, vt patet Act. 2. Et exinde processerunt apostoli p vni uersum mundum, et commouerunt totam terram, et totum populum gentilem domi no cooperante, et sermonem confirmante se quentibus signis. Et ideo sequitur.

Confiteātur nomini tuo magno quoniā terribile, et sanctū est: et honor regis iudiciū diligit.

Tu parasti directiones: iudicium, & iustitiā in Iacob tu fecisti.

O Christe, cōfiteantur omnes gentiles no mini tuo magno, quod est Iesus. Qm̄ sanctū est: à quo diabolus victus est, & princeps hu
C prodigia facta sunt. Et ideo terribile est con tra diabolum, & oēs inimicos, et sanctū est apud fideles. Et ideo quia nomen tuum san ctum est debetur ipsi honor, et latria: et quia terribile est, est timendum, et tremendum: quia tradita est tibi potestas in cælo, et in ter ra: et iō honor talis regis diligit, et requirit iudiciū, et meretur habere iudiciariā potesta tē: quia tu Christe, parasti directiones. i. vias humanas direxisti dando regulas, et leges, et præcepta, et consilia humanæ vitæ directiua in lege euāgelica. Et tu fecisti iudiciū, et iusti tiam in Iacob. i. in tota Christiana religione, quæ regnū Iacob dicitur. Nā in lege euāgeli ca pręcipitur omnis iustitia, et oē iudicium, Iustitia. n. dicit habitū, et iudiciū dicit actū, & effectū iustitiæ. Iustitiam. n. fecisti. cum di D xisti in lege euangelica. Diligite inimicos ve stros, benefacite his, qui oderunt vos &c. Iu dicium aūt fecisti, cum dixisti adulterę: nec ego te condemnabo, amplius iam noli pecca re. Et dixisti Phariseis: qui sine peccato est ve strum, in eam primum mittat lapidem. Et sic de multis aliis iudiciis quæ fecisti in lege e uangelica ad nostram doctrinam.

Exaltate dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctū est.

Postquàm superius inuitat omnes ad obe dientiam, & recipiendā legē magni regis Xpi nunc in hac secunda parte inuitat omnes na tiones, principaliter autem Iudæos ad cultū, & latriam. Vnde dicit. O vos Iudæi, quibus Deus dedit legem veterem, et per tot tempo ra adoraſtis Deum sedentem super cherubin in tabernaculo, & templo, in quo figuraliter E sedebant, exaltate Christū dominū Deū no strum, & adorate scabellum pedū eius. i. eius humanitatem: quoniam sanctū est. Nā sicut ante sedebat in illa arca super cherubin, nūc sedet filius Dei in illa humanitate quam as sumpsit in vnitate suppositi. Et iam sedet ad dexteram patris, et adeptus est regnū vniuer sale. Et sic nō solū adoretis eius diuinitatem seorsum, sed ēt ipsius humanitatem, quæ est verbo personaliter coniuncta, quę dicitur sca bellum pedum eius. q. d. Adorat eum simul cum humanitate, in qua sedet tanquàm rex in solio vel in scabello: quia talis humanitas est sancta: quia verbo personaliter coniun cto. Nam Christus inquantū homo est caput ecclesiæ, & principium, & fons omnium do norum, & gratiarum, à quo deriuātur in om F nia membra sua. et ideo quia talis humanitas fuit instrumentum passionis, per quam Chri stus meruit pro omnibus, ideo simul cū Dei vnitate debetur ipsi vna adoratio, & vna la tria rōne verbi vniti. Et ideo licet videatis ip sum hominē, non dubitetis ipsum adorare, & exaltare quoniam verus Deus est, & est il le idem Deus qui eduxit Israel de ęgypto, & traduxit ipsum p mare rubrum &c. Itē ado rate crucem, quę est scabellū pedum eius, in qua sedit clauis affixus, & triūphauit de dia bolo. q. d. sicut adoratis ipsum incarnatum, ita adorate eum crucifixum.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius.

Invocabant dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos.

Universidad de Deusto Biblioteca

Custodiebant testimonia eius: & præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti: & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Dauid ꝓpheta in hoc loco vult remouere dubiũ à Iudæis: & cõfirmare eos in fide: vt recipiant Christum in aduentu suo: & tribuãt ipsi latriã, & honores diuinos. Nam possent dicere Iudęi: Deus præcepit nobis in lege Deutoro. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: quomodo ergo tu Dauid dicis, ꝙ adoremus, & exaltemus Christũ in suo aduentu? Ad hoc respondet, ꝙ non dubitent. Nã licèt sit homo: tñ ipse est etiam verus Deus incarnatus, & humanatus. Et est ille met Deus, qui locutus est Moisi in mari rubro: & eduxit Israel de Aegipto: quẽ Moises, & Aaron adorauerunt. Et cui Moises, & Aaron, & Samuel sacrificia obtulerũt, & ꝙ dedit legem Moisi in monte Sinai: & qui loquebatur Moisi, & Aarõ de tabernaculo. Et ideo illemet Iesus ꝙ venit in carnẽ; & dedit legẽ euangelicã: est illemet Deus, qui dedit legẽ Moisi: & creauit mundũ: quia Iesus Christus heri, & hodie, & ipse est in sæcula. Et sic est verè adorandus: & timendus. & hoc est qđ dicit hic Dauid. vnde ait. O Iudei non dubitetis, nec timeatis adorare Christum cum venerit in carnẽ. quia licèt videatis ipsum hominẽ: tñ ipse est verus Deus quem adorauerunt patres vestri in ve. test. Nam Moises, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant, & inuocabant nomen eius. q. d. ꝙ Christus & ille Deus quem Moises, & Aaron, & Samuel inuocauerunt in veteri testamento: & adorauerunt. Nã isti tres cum omnibus aliis sacerdotibus iam inuocabant Christum dominum in tabernaculo: & ipse Christus iam exaudiebat eos de tabernaculo: & iam loquebatur ad Moisen, & Aarõ in colũna nubis. Ad cuius maiorem intelligentiam est aduertendũ sicut dictum est in ꝓlogo, & psal. 8. & 102. & 117. ꝙ Iesus Chris est nomẽ Dei non solum sono literarum. sed etiã realiter. Nam primò in hebræo scribitur eisdem quatuor literis. Cioth. he. vau. he. quę reddunt hoc nomen iohet suã in hebræo. qđ est Iesus, & saluator latinè. Et sic hoc nomen Iesus est nomẽ Dei Adonai: quod oẽs patriarchæ, & prophetę inuocãbat in veteri testamẽto, & expectãbat ad saluandum, vt patet per totum discursum legis, & prophetarũ. Item ibi probatum est qualiter verbum incarnatum est realiter nomen Dei notificans mundo quatuor perfectiones Dei. Omnipotentiam: & sapientiã, & misericordiã, & iustitiã. Et per consequens Iesus saluator noster est illud nomen Dei quod quatuor literis scribebatur in lege: quod oẽs expectabant vt saluaret eos. Et Moyses, & Aaron, & Samuel offerebant sua sacrificia in signũ fœderis: & sub protestatione Christi futuri inuocãdo ipsum tanquã nomen dñi. Ergo iam inuocabant Iesum Christum, qui est nomen dñi: vt veniret ad saluandum eos: & ad inuocationẽ huius nominis Moises fecit oia miracula. Hoc ergo prævidens Dauid in spiritu, dicit: Moises, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocabant nomen eius, qđ est Iesus, & qui loquebatur ad eos per desertũ. Nã ille Deus, qui ibat per illam columnã nubis, postea fuit incarnatus in columna humanitatis. Et sicut ducebat illum populum per desertum dirigendo in terram promissionis latens in illa nube, ita postea latens in humanitate direxit populũ Christianum per legẽ euangelicam in patriã cœlestem. Et ideo sequitur, ꝙ illi tres custodiebant testimonia eius, & præceptũ qđ dedit illis. Ad cuius euidentiã est notandũ, ꝙ ꝓpheta cõuenienter adducit hos tres sacerdotes, & duces principales ve. test. in testimoniũ, & confirmationẽ latriæ Chri qa maximè fuerunt figura eius, vt de legitur in Exodo, & Leuitico. ꝙ Deus præcepit Moisi vt fabricaret arcam, & tabernaculum secũdũ exemplar sibi datũ, & dedit ipsi legem sacrificiorũ, & holocaustorũ, & oblationum: in quibus figurabatur passio Christi, & eius latria. Et sic Moises fecit tabernaculũ, & arcã, & promulgauit legẽ tanquã legislator. Sed Aaron tanquã sacerdos obtulit oblationes, & holocausta, & sacrificia. Ideo Christus fuit figuratus in Moise inquantum fabricauit tabernaculũ. f. ecclesiã, & promulgauit legem: & fuit figuratus in Aarõ inquantum seipsum obtulit, vt verum sacrificium in ara crucis: quia ipse fuit ibi sacerdos, & hostia, & sacrificiũ. Itẽ fuit figuratus in Samuele, inquantũ repudiata synagoga translulit sacerdotiũ in ecclesiam, & etiã repulsionis omnibus cerimoniis, et sacrificiis legalibus transtulit veritatẽ illorũ in seipsum: quia omnia quæ in illis figurabãtur, in Christo sunt cõpleta. Ideo aduenięte veritate omnia illa cessarunt. Et non solum sacerdotium transla-

tum est: sed etiã tota lex vetus in euangelicã: quia translato sacerdotio necesse fuit vt legis trãslatio fieret. vt dictum est psal. 77. Ideo ꝓpheta Dauid hos tres maximè adduxit in testimonium regni, & sacerdotii, & legis Christi eò ꝙ in spiritu prænouerũt Christum futurum: & tam ipsi sacrificia in figura obtulerunt: tanquã vero Deo, & redemptori, & sub tali fide Christi futuri saluati sunt, vt fuit demonstratum in prologo. Ideo dicit ꝓpheta. O vos Iudæi licèt videatis Christum verum hominẽ nõ dubitetis adorare eum: quoniam Deus, & homo est. Ideo adorate scabellũ pedũ eius. i. humanitatẽ simul cũ verbo: eo modo quo dictũ est. Nã Moises, & Aaron in sacerdotibus eius: Samuel inter eos fuerunt testes eius: quia inuocabant nomen eius omnes tres Christum figurãtes. q. d. ꝙ iam tunc inuocabant nomen eius: quia omnia sacrificia, & oblationes offerebant in nomen eius: & illũ desiderabant vt saluatorem, & redemptorem, venturum ad liberãdũ genus humanum. Et ipse iam tunc exaudiebat eos quando in columna nubis loquebatur ad eos. Nam sicut ille Angelus latens in nube dubat eos per viam: & finaliter introduxit eos in terrã promissionis, ita per hoc præuiderũt in spiritu, qualiter Christus incarnatus debebat dirigere genus humanũ per legẽ euangelicam, & introducere in regnũ cęlorum. ergo iam tunc exaudiebat eos in figura, & illi iam custudiebant testimonia eius in figura: & præceptũ quod dedit illis. Nam licèt corporaliter offerẽt illa sacrificia: & literaliter observarent cerimonias le, ve. tñ mentaliter credebant misterii incarnationis, & admẽtus Christi. & ideo ꝓpheta conuertitur ad Christũ apostrophando, dicens. O Chře dñe Deus noster, tu tam tunc exaudiebas eos. f. totũ populũ in afflictione clamantẽ: qũ de captiuitate eduxisti, & propitius fuisti eis in multis peccatis liberãdo, & etiã fuisti vlciscens, & vindicator in oẽs. i. contra oẽs inuentiones, & pctã eorũ eos puniendo, quãdo fuerũt rebelles, & voluerũt retrocedere in Aegiptũ: quia nullus eorum intrauit terram promissionis: nisi Caleph, & Iosue. & sic de cęteris punitionib.

Exaltate dominũ Deũ nostrũ et adorate ymõ te sanctis eius, quoniã sanctus dñs Deus noster.

Concludit ergo ꝓpheta, & exortatur, & inuitat omnes ad recipiendum Christum, & legẽ, & cultum eius, dicens. Exaltate, & magnificate Christum dominũ Deũ nostrum in cõfessione laudis: & vt perfectus sit cultus, & latria adorate eũ in monte sancto eius. i. in humanitate assumpta, quæ dr mõs Dei mõs pinguis: & mõs, in quo verbũ Dei habitat per vnionẽ personalẽ: in quo mõte tota superædificatur ecclesia: qui est lapis abscisus à mõte sine manibus. Et etiã adorate eum in monte sancto eius. i. in ecclesiã, quæ dicitur mõs sanctus, & mons pinguis, & mons coagulatus: in qua Christus habitat per gratiam in vnitate mistica tanquã caput. vt dictũ est psal. 67. Et adorate eũ in monte sancto eius. i, in sacramẽto altaris. Altare aũt mons dicitur: eò ꝙ altè est eleuatũ, & in ecclesia adoratur. ergo primò Deus siue Christus adoratur in mõte sancto eius. f. in cœlo simul cũ patre, & spiritu sancto, in vna substantia, & essentia. Secundò in humanitate per vnitatem suppositi. Tertiò in sacramẽto eucaristiæ per vnitatẽ sacramenti. Quartò in totã ecclesia tanquàm rex in latrio, & caput in corpore, & in anima vniuersali; tanquã tabernaculo per gratiã. Et adorate eum in monte sctõ crucis: ad quẽ ascendit ad redimendũ nos. Vnũquodq; ergo istorũ dicitur mõs, in quo Chřs inhabitet. Qũ in vnoquoq; istorũ est Christus sanctus dñs Deus noster. ideo debetur ipsi latria.

PSALMVS. XCIX.

Iubilate Deo omnis terra: seruite domino in lętitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Titulus, psal. Dauid ad confitendũ siue ad laudandũ dñm. Ex isto titulo apparet, ꝙ iste psal. est de illis quos fecit Dauid appropriatos ad laudãdum, & confitẽdum. vt patet 11. Paraly. 7. ca. in quo psalmo inuitabat Dauid illũ statum ecclesię ad sacrificia figuralia, & hostias, & ablationes. vnde tunc cantabatur psal. ille in oblatione hostiæ pacificæ in figura Christi futuri. quia i ara crucis semel erat offerendus: & per sanguinẽ suũ nos erat Deo patri pacificaturus, & recõciliaturus. ad Colo. 1. De cuius hostię pacificæ oblatione habetur Leui. 7. Vnde quia Christus semel se obtulit Deo patri tanquàm hostiæ pacificã: iõ ex eius præcepto in memoriam illius nos quotidie eandẽ hostiã in ecclesia sacramentaliter, & realiter offerimus cum eucaristiã celebramus. Hoc ergo pręuidens in spũ dicit in hoc psal. Iubilate Deo omnis terra. i. tota ecclesia ex Iudæis, & gentilibus nõ solũ in Hierusalem: sed in omnibus terris. per totũ orbẽ

congregata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

congregata. Et seruite domino Iesu Christo in lætitia.i.cultum latriæ ei cũ iubilo laudis & lętitia cordis, & deuotione exhibete, & prę bete: quia latria est quædã seruitus cũ iubilo & deuotione cordis: quę soli Deo debetur. Sed qa talis latria siue sacrificiũ nõ debet fieri, nisi in ecclesia Deo deputata: iõ ait. Introite in conspectu eius in exultatione. i. introite in ecclesiã: vbi est, & cõtemplatur Deus: & habitat tanq̃ in ꝓprio tabernaculo sibi ad sacrificiũ deputato: & hoc facere in exultatione, & animi deuotione. Sed qa tale sacrificiũ non solũ fit in tẽplo materiali. sed ẽt in tẽplo Dei spirituali, quæ est cõscientia nra: in qua offerimus sacrificium laudis, & vota nostra. s. spiritũ contribulatũ, & cor cõtritũ, & humilitatum. Iõ non solũ præcepit nos introire in tẽplũ materiale: sed etiã in spũale. s. vt recolligamus nos in cõscientia nostra: & ibi offeramus oões, & nostra vota: vt patet Matt. 6. Tu aũt cũ oraueris intra in cubiculum tuuũ.

Scitote quoniam dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius: introite portas eius in cõfessione: atria eius in hymnis: confitemini illi.

In hac secunda parte reddit causam quare debemus latriam Christo exhibere. Vnde est aduertendũ, ꝙ latria est seruitus, & cultus soli Deo debitus ratione summi dñii, & bonitatis, & potestatis. Et ideo sit triplici honore. s. oblatione, rõne summi dñii, & ꝓstratione, rõne summæ potestatis: quia ex nihilo nos creauit, & confessione laudis, ratione summę bonitatis, & propter beneficia recepta. Et iõ omnia ista tria ex parte Christi explicat hic. qa est Deus creator, & dñs, & benefactor: qa redẽptor: ideo tria debemus ipsi exhibere in vera latria. s. adorationẽ, laudẽ, & oblationẽ. Dicit ergo. Bene debetis seruire Christo in lætitia latria seruitute. Qm̃ scitote qm̃ ipse est verus Deus: licèt appareat in humanitate: ideo habet vniuersale dñium, & ipse fecit, & creauit nos. Et nos ipsi non creauimus, nec fecimus nos ipsos. Ex quo patet ꝙ in Christo est summa potestas, ideo debetur ei adoratio. Ideo subdit. O vos fideles qui estis populus eius per redemptionem, & spiritualẽ electionem: & cepistis caracterem baptismi, & configurationis eius: & qui estis oues pascuæ eius per pascua ecclesiasticorum sacramentorum. Ex quo apparẽt beneficia vobis exhibita: ideo tenemini ipsi exhibere laudes, & oblationes cũ ad oratione vt sit perfecta latria. Introite ergo portas eius exteriores: sed vsq; in atria eius. s. vsque ad penetralia conscientiæ vestræ. Nã qui offert Deo apparenter sine deuotione, & ad portas manet. Sed qui offert cum summa deuotione, & cõtritione, & mũditia: ille talis intrat in atria, quia offert sacrificium in spiritu humiliato, & in animo contrito. Ideo sequitur: in hymnis, & cãticis laudis confitemini illi confitendo beneficia vobis exhibita. s. incarnationis passionis, & resurrectionis &c. Ideo sequitur.

Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus: in æternũ misericordia eius: & vsque in generationẽ & generationem veritas eius.

Laudate nomen eius, quod est ſilinator. i. narrate omnia beneficia nostræ redemptionis, & salutis: & gratias agite ꝓ beneficiis receptis. Qm̃ dñs Iesus suauis est. Nã sicut fuit benignus ad patiẽdum pro vobis: ita est misericors ad parcendũ peccatoribus. Ideo sequitur. Qm̃ in æternũ misericordia eius: & nunq̃ deficiet, nec obliuiscetur misereri seu per, & parcere. & vsq; in generationẽ, & generationẽ erit veritas eius. Nã ille, qui dixit Petro: nõ dico tibi vt dimittas peccatori septies, sed septuagesies septies: & ille qui dixerit. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos: nunq̃ mẽtietur sed semper promissa sua seruabit: & nunquã deficiet à promisso: Ideo vsq; in generationẽ, & generationem erit veritas eius: & lex eius euangelica, quæ est veritas eius, nunquã mutabitur: sed semper erit vera: & sacramẽta eius ecclesiastica nunq̃ pdẽt virtutẽ, dũ i hoc mũdo erũt gñratione, ergo in æternũ erit mia eius.

PSALMVS. C.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine.

Psallam, & intelligentiam in via immaculata: quando venies ad me.

Titulus, Psalmus Dauid. Ex titulo apparet, ꝙ Dauid fecit istũ psalmũ. De materia autẽ huius psalmi dicũt cõiter hebræi, ꝙ postquã Dauid fuit vnctus in regẽ super totum Israel voluit ordinare domũ suã & regnũ, & disposuit eã quadruplici ordine. Primò ordinauit ea quæ pertinẽt ad cultũ diuinum. Et sic tenuit tabernaculũ iuxta domũ suam: & amplia uit cultũ diuinum: & ordinauit centũ cantores, & sacerdotes. vt patet 11. Regũ. 7. Secundò ordinauit domũ suam quò ad personam propriã, qa se custodiuit à vitiis inquãtũ potuit tuit. Tertiò ordinauit ministros suos: & sic exterminauit, & eliminauit omnes vitiosos, & prauos de domo, & societate sua. Bonos vero, & virtuosos adunauit, & complexus est se cum, & pręposuit in ministerio domus suæ. Quartò autem quantum ad criminosos omnes interfecit, & punijt: licèt aliquos permiseris viuere ne mouereret seditionem, sicut patet de Ioab. Sed in fine vitæ suę cum vidit iã regnum suum firmum, & stabilitum: pręcepit Salomoni, vt Ioab interficeret: & cęteros criminosos. Et sic communiter hebręi exponunt literaliter istum psalmũ de quadrupli ci ordinatione, & dispositione domus Dauid. Vnde de ordinatione eorum quæ pertinent ad cultum diuinum dicitur. Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe &c. De dispositione autem personæ ipsius Dauid dr. Perambulabam in innocẽtia cordis mei &c. De expulsione pranorum dicitur. Non proponebã ante oculos meos rem iniustam. Et hoc per quatuor versus fit de acceptione bonorum mini strorum dicitur: Oculi mei ad fideles terræ &c. De punitione vero criminosorũ dicitur. In matutino &c. Sed licèt ista expositio literalis aliqualiter videatur conueniens, literæ & apparenter possit applicari: tamen nõ fuit ista prima intentio, & finalis ipsius ꝓphetæ. Primò quia si sic præcisè iste psalmus exponatur, & intelligatur, non videt pertinere ad sacrã scripturã: nec includeret aliquod sacramentum de Christo & ecclesia. Secũdò, ꝙ ea quę dicunt in principio, & in fine huius psal. non videnť pertinere ad ipsũ Dauid: nec ad dispositionem materialem, & temporalẽ domus suæ. Nam primò dicit: miam, & iudiciũ cantabo. modo clarum est, ꝙ ipse nullã misericordiam suam cantat hic: nec misericordia Dauid nec alicuius alterius sancti meret cantari in sacra scriptura nec in tẽplo, sed solius Dei cui soli conuenit misereri semp, & parcere. Secundò pp hoc quod dicitur in fine. in matutino interficiebã omnes peccatores terræ: quia pertinet ad diem iudicii: vt patebit. Quia Dauid nunq̃ interfecit omnes peccatores terræ. Et ideo dicendum, quòd Dauid nõ solum frabricauit tabernaculũ, & disposuit in eo cultum diuinum: & similiter statuit ꝙ dificare templum secundum exempla sibi traditum: & disposuit ordinem cantorum, & sacerdotum, & fecit psalmos appropriatos ad laudem Dei: in quibus prædicabantur omnia mysteria Christi, & ecclesię, sed etiam ordinauit in eo sanctas ordinationes, prout significabant ecclesiam Christi. In qua etiam præuidit dispositionem totius legis euangelicę. Et ideo in hoc psalmo cantat dispositionem legis euangelicæ: quæ per Christum erat danda. Quę quidem lex euangelica ordinat totam domum. i. ecclesiã Christi: & dirigit eam in suum finẽ vltimatũ. Ad cuius euidentiam est notandũ, ꝙ totus discursus legis Christi consistit in duobus, scilicet in misericordia, & iudicio. Nã misericordia regnat ab ascensione Christi vsque ad finem mũdi; quia Christus iudicat per miam oẽs pœnitẽtes. Sed in fine iudicabit secundum iustitiam nostram. & ideo tunc iam non erit tẽpus misericordiæ, sed iudicii. Et sic se habet i discursu vitæ cuiuslibet. Nã tota vita hominis dicitur tẽpus misericordiæ. eò ꝙ habet locũ pœnitẽtię: Ideo iudicatur per misericordiam: sed in morte. i. post mortem iam nõ est locus misericordiæ: sed iudicii: ideo iudicatur vnusquisq; secundum iustitiam suam. Sed quia in prauis non inuenietur iustitia: sed iniustitia, quia sine pœnitentia mortui sunt: ideo secundum illam iudicabuntur. Ideo dicit ꝓpheta psal. 142. Exaudi me i tua iustitia: nõ in mea quia nulla est. Ideo sequitur. Et non intres in iudicium cum seruo tuo &c. Vnde in hoc sæculo Deus iudicat nos secundum iustitiam suam, quæ idem est quod misericordia: sed post mortem, & in iudicio iudicabit secundũ iustitiam vniuscuiusque: sed nullus habet iustitiam de se nisi per misericordiam adeptus fuerit eã, & ex gratia: Ideo praui condemnabuntur, scilicet impœnitentes. Et ideo distinguitur duplex iudicium. s. iudiciũ discretionis: in quo Deus. s. Christus discernit bonos à malis per gratiam, & merita, & hoc iudicat per miam. Nã pœnitentibus continuè indulget, & peccatores expectat ad pœnitentiam. Secundum est iudiciũ examinationis: in quo Deus ségregat bonos à malis per pœnam, & prẽmium: in quo iudicat Chris secundũ iustitiam inuentam in homine. Primũ iudiciũ durabit vsque ad finem mundi in ecclesia, & durat in vnoquoq; per totum tempus vitę suæ. Secundum iudicium erit post finem mũdi in nouissimo die generale oibus. Et est vnicuiq; in fine huius vitæ. Ad primum iudicium veniet Christus in primo aduentu. Ad secundũ iudiciũ veniet in secundo cum potestate magna, & maiestate. & qa de isto duplici aduẽtu fit mẽtio in sacra scriptura. iõ est valde aduertendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tendum, de quo istorum duorũ loquitur scri
ptura. Cum ergo lex euangelica sit regula, &
dispositio totius vitæ nostræ, vt nos bonos ef-
ficiat, & Deo caros, & acceptos ad vitam æ-
ternam: in quatuor ergo consistit. Primò præ
cipit diuinum cultum, cum dicit. Diliges do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo &c.
& præcipit oẽs articulos fidei, cũ dicit. Si cre-
ditis in Deum: in me credite. Et sic præcipit
spem, fidẽ, & caritatẽ, & latriã, & hoc quò ad
Deum. Secundò præcipit oẽm innocentiam,
& iustitiã, & puritatẽ, cum dicit. Beati mũdo
corde. Tertiò prohibet omne vitiũ: & separat prauos à iustis in meritis: cũ dicit. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.
Matth. 7. Quartò minatur perpetuam pœnam obstinatis in iudicio: cum dicit. Ite male dicti in ignem æternũ. Et ista quatuor continet lex euangelica: quæ docet quid agẽdum:
B quid credendũ, quid petendũ: & quid fugiendum. Dauid ergo in persona Christi prædicit in hoc psalmo totã dispositionẽ legis, & domus ecclesiæ. Vnde quatuor facit. Primò dicit ea, quæ pertinent ad cultũ diuinũ. Secũdò ea, quæ pertinent ad perfectionẽ hominis in se. Tertiò ea quę pertinent ad alterũ in conuiuendo. Quartò cõminatur finale iudiciũ ad pœnã præuaricatorum legis. 2. ibi. Perambulabã. 3. ibi Non proponebã. 4. ibi. In matutino inter. Sed quia tota lex consistit in obseruantia, & præmio eius: ideo reducitur ad misericordiam in hac vita, & ad iudicium in alia, ideo principaliter intẽdit hoc cantare, & narrare hic ꝓpheta. & non solum in persona sui incpit narrare; sed etiam in persona Christi. Quantùm ergo ad primum dicit Dauid
C in ꝑsona sui tanquàm ꝓpheta, & in persona Christi tanquàm legislator, misericordiã, & iudicium cantabo tibi domine. i. in hoc psalmo cantabo totum tẽpus misericordiæ à prædicatione Christi vsque in finem mundi: in quo misericordia est, & locus pœnitentiæ, & misericordię: in quo lex euangelica disposuit hominem ad gratiam, & meritum per bona opera. Primò erga Deũ per diuinum cultũ. Secundò erga hominem seipsum in puritate, & innocentia conseruando. Tertiò erga proximum iustè cum eo conuiuendo: quia hoc est viuere secundum mãm Dei: & in tali vita mia Dei habet locũ. Et ét cantabo iudiciũ tibi dñe. i. finale iudicium non solũ totius mũdi, sed etiam vniuscuiusque hominis in fine vitæ suæ. & dicit propheta: quam quidẽ misericordiam, & iudicium psallam operando, & D
prædicando, & intelligam discernendo quando venies ad me: primo in carnem: secũdo ad iudicium. Nam in primo aduentu quando venies ad iudiciũ misericordiæ differentiam dabis nobis intelligentiam legis: vt secundùm legem euangelicam operemur. Nam psallere est. 10. ꝑcepta obseruare. & operari secũdum ea. Et non solùm intelligam in primo aduentu legem ad operandum: sed in secundo aduentu intelligam ꝓmiũ, & iudicium vnicuique iuxta merita, tributum. Nam in primo aduentu venit ad dandum misericordiam, & legẽ, & regimen vitæ. In secundo vero veniet ad tribuendũ ꝓmiũ secundũ merita vnicuique: & in his tribus, scilicet cantare psallere, & intelligere, potest intelligi totus cultus diuinus Deo debitus, qui consistit in confessione laudis, & deuotione, & sacrificio, & oblatione spiritualis: ex spiritu contribulato: & corde cõtrito, & humiliato. Et ideo dicit In via immaculata. q. d. Ego cantabo misericordiam: quãdo tu Christe venies ad me in primo aduentu in via immaculata, & in lege euangelica. Et cantabo iudicium in secundo aduentu. E

Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.

Hic narrat ea, quæ ꝑcipit lex hominiquò ad seipsum. Et loquitur hic Dauid in ꝑsona Christi qui cœpit facere, & docere: cuius vita fuit nobis lex, & dõctrina. Et dicit. Perãbulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ. ideo sicut ego duxi totam vitam meam cum innocentia, & puritate nõ solùm F
operis: sed etiam cordis. & seruaui me ab omni peccato, & iniustitia in medio domus meæ, quæ est ecclesia, et in medio discipulorũ meorum: ita præcipio in lege euãgelica omnibus fidelibus Christianis: vt perambulent in ecclesia, et vita huius mũdi in puritate, innocentia, iustitia, et munditia: non solũ operis: sed etiã cordis: quia lex euangelica nõ solum mundificat opera, sed corda, et affectum. vt patet Mat. 5. Nam tota iustificatio hominis stat in innocentia cordis, et affectu caritatis principaliter: et ex consequenti in affectu. Vnde sequitur. Non proponebã ante oculos meos rẽ iniustam. i. nũquàm rem iniustam agere proposui: nec ex consequenti egi, imo facientes ꝑuaricationes. i. opera prauorũ odiui: homines autem præuaricãtes perfecto odio: quia eorum

A eorum conuersionem extincto in eis peccato desiderauit. Et sic non adhęsit mihi cor prauum: sed innocens, & rectum.

Non adhęsit mihi cor prauum declinatum à me malignum non cognoscebam.

Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.

Superbo oculo & insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Ponitur tertia pars legis euãgelicæ, quę pertinet ad cõuersationem proximi. Vnde est aduertẽdum secundum Aristotelem. 5. Æthico rum, ꝙ hęc differẽtia est inter iustitiã, & alias ꝑticulares virtutes. Nã oẽs aliæ virtutes faciunt hominem perfectũ, & bonũ virũ: eò ꝙ sunt hominis ad seipsum. Sed iustitia est ad alterum, vt in distributionibus, & commutatio
B nibus, & conuiuitur cum aliis, & sic ꝓcipit omnem actum iustitiæ erga proximum, & prohibet omnem iniustitiam; & iniuriã proximi, & hoc præcepit lex euangelica. Et quia primò incepit Iesus facere, & docere: iõ ait. Non adhæsit mihi cor prauum: id est nolui in societate mea hominem habentem cor prauum, & iniustum. Sad contra: quia Christus habuit Iudam hominem prauum in societate sua. Ad hoc respondetur, ꝙ licet fuerit Iudas in societate corporali Christi: tamen nõ in spirituali: quia licet corporaliter esset propè tamen non spiritualiter: imo erat longè: quia nõ erat Christo carus et acceptus licet permitteret eum in societate manere, vt myisteriũ passionis impleretur. Iõ sequitur. Declinantem à me. i. hominem malignum declinantem à voluntate mea, & lege, & doctria hũc
C talem habeã reprobatos. Quia maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Item ego persequebar detrahentem proximo suo in secreto, & absentia: nec ego debebam cum oculo superbo, & insatiabili. cũ homine superbo, & auaro. O ẽto ergo conditiones excludit Christus à societate sua, i. ab hæreditate, & gratia, & merito, & gloria. s. iniustos, præuaricatores legis, prauos corde. s. malitiosos, vel hypocritas. & rebelles à voluntate Christi, & detractores proximorum, & superbos, & auaros.

Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

Ex opposito diligit fideles, & immaculatos & mundos, & puros: quia omne simile diligit simile: quia pares cum paribus facillime coniunguntur. Cum ergo Christus sit iustus, & innocens, & purus, vt dictum est: ergo diligit iustos, & puros, & hanc puritatẽ, & caritatẽ, & fidelitatem docet in lege euangelica exemplo, & doctrina. Ideo dicit: oculi mei, scilicet oculi caritatis, & acceptionis semper sunt propinqui ad fideles terrę, vt tales redeãme cum in regno, & mensa mea: & ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. quasi dicat, ille est verè minister, & discipulus, & seruus meus, q ambulauit via immaculata, & pura: quia superbus, & qui facit superbiã non habitabit in medio domus meæ, scilicet huius ecclesiæ per gratiam, nec alterius per gloriam. Hoc idem habetur psalmo. 14. per totum, scilicet Domine quis habitabit in tabernaculo &c. Qui ingredit sine macula, & operatur iustitiam &c. per totum: quia ille psalmus est similis isti. hoc idem patet per totum discursum euangelicum. Ideo dicit Christus. Ioan. 12. Qui mihi ministrat me sequatur. E

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Postquàm descripsit dispositionem legis euangelicæ per totum discursum huius vitæ, quæ iudicat per misericordiam: hic describit statum finis ipsius legis, quæ iudicat per iustitiam. ideo dicitur status iudicii, sicut primus status dicitur status mię. Sicut prius promisit cantare misericordiam, & iudiciũ, postquàm cantauit misericordiam, nunc cantat & prædicit iudicium, & dicit in matutino, id est in die iudicii qui dicitur matutinum, eò ꝙ oia erunt manifesta, quæ hic fuerunt occulta. Et F
iõ quo ad hoc totus discursus huius vitæ dicitur nox, eo ꝙ corda hominum sũt occulta, & hypocritæ, & hæretici ignoti habitant inter fideles, & iustos, & non cognoscũtur. Sed illa die omnia scelera eorum erunt manifesta in lumine claritatis Christi, ideo dicit In matutino interficiebam. i. interficiã oẽs peccatores terrę. i. terrenos, & obstinatos. Interficiã dico morte perpetua, & spirituali, realiter vt disperderem, & disperdam omnes operantes iniquitatem de ciuitate Dei celesti: cum dicam. Discedite à me, & ite maledicti in ignẽ æternum &c. Totus ergo iste psalmus potest exponi de Dauid literaliter, qualiter disposuit domum suam, & regnum postquàm fuit

genera

Universidad de Deusto
Biblioteca

generaliter vnctus in regē. Moraliter etiā, & doctrinaliter pōt exponi: & docet qualiter q libet rex debet disponere domū suā, & regnū: & quomodo se debet habere erga Deum in religione: & quomodo octo genera hominum supradicta debet à se, & à domo sua, & societate secludere: & quos debet amplecti: & quomodo reos, & criminosos debet punire, & priuare. Allegoricè autem exponitur de Christo: imo vt verius dicam literaliter: & de eius lege, & regno vt dictum est. Ex toto isto psalmo possunt recolligi quatuor cōclusiones siue doctrinæ.

Prima conclusio, q̄ Dauid in hoc psalmo cantat misericordiam, quā Christus fecit generi humano in primò aduentu, & iudicium quod faciet in secundo. Vel potest dici q̄ cantat misericordiam, quam lex euangelica promittit bonis: & iudicium qd cōminatur prauis.

B Secūda cōclusio, & doctrina, q̄ octo genera prauorū exclusit, & docet Christus excludere à societate nostra. s. iniustos, & præuaricatores legis: & prauos corde, & hipocritas, & rebelles contra Deum: & detractores, superbos, & auaros.

Tertia cōclusio, q̄ Christus dilexit iustos, & mundos corde, & innocentes, & fideles: & hos præcepit diligi in lege euangelica.

Quarta cōclusio, q̄ Christus interficiet omnes peccatores impœnitentes, in mortem, & pœnā perpetuā destinando, & cælesti hæreditate priuando. Vnde moraliter docet Dauid ista quatuor esse seruanda in domo cuius libet regis, & principis. Quia primò debet seruare misericordiā bonis, & corrigibilibus, & iudicium incorrigibilibus. Et debet seruare
C iustitiam cum misericordia. Secundò debet abicere de domo sua supradicta octo genera prauorum. Tertiò debet amplecti, & eligere iustos, & mundos ad regimen regni. Quartò debet interficere obstinatos: incorrigibiles: homicidas, & latrones.

PSALMVS. CI.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Titulus, Oratio pauperis cū anxiaretur, & corā dño effudit eloquium vel precem suā. Ad cuius intelligentiā est notandū secundū apostolū primæ ad Corinth. 15. q̄ duplex est Adam. s. primus, & secundus. Primus Adam factus est in animā viuentē, Nouissimus Adā in spiritū viuificantē. primus hō de terra terrenus. secundus de cœlo cœlestis: Qualis terrenus, tales & terreni. Qualis cœlestis: tales, & cœlestes. ergo sicut portauimus imaginē terreni: portemus & imaginem cœlestis. Ex his habet apostolus, q̄ isti duo Adam sunt principia omnium hominū. Nam primus est principium, & caput omniū hominū inquantūm sunt terreni, & peccatores, & portant imaginem, & vestigium peccati, & pœnā eius. Secundus Adam. s. Christus est principium omnium hominū spiritualiū, & cœlestium, inquantū portant imaginē Christi. s. vt sunt regenerati per baptismū: & portant caracterem Christi: & sunt effecti participes passionis eius, & resurrectionis. Ex quo patet q̄ ante aduentū Christi: & anteq̄ reciperemus baptismū oēs portauimus imaginem, & caracterem primi Adam. s. culpam originalem in anima, & fomitem, & pœnalitates in carne. Sed post baptismum portamus imaginem, & caracterem Christi in anima: remoto, & expulso peccato: licēt maneat vestigium in carne ad exercitiū & signum. Ergo quicquid terrenum manet in nobis habemus ab Adam: & quicquid exleste habemus à Christo. Sed vnde traxerit Adam talem imaginem, & miseriam animæ, & corporis, narrat Christus Lucæ. 10. in parabola illius qui voluit descendere ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones: qui exspoliauerunt eum, & percusserunt, & plagis affectum reliquerunt &c. Ex quo patet q̄ iste primus Adam dimes, & felix creatus est, & dominus omnium inferiorum. vt patet Genesis primo & secundo. Sed voluit descendere ab Hierusalem in Hierico, idest declinare à diuino præcepto, & sequi consiliū serpentis. ideo incidit in latrones, & in potestatem diaboli: qui ipsum expoliauit omnibus gratuitis, & iustitia: & eiectus est à paradiso, & perdidit omnia bona corporis, & animæ: & bona exteriora, s. dominum, & domicilium glorius felicis ciuitatis. Et vltra hoc fuit percussus, & plagatus in anima originali culpa, & actuali: fuit plagatus in carne morbo fomitis, & feminis peccati, & omnium pœnalitatū. Et ista imago, & plaga fuit impressa in anima & corpore ipsius Adā. Quā imaginē transtulit ad oēs posteros per generationem libidinosam. Et hc oēs portauimus eius imaginem in anima ante baptismū: & portamus adhuc
Rigium

A stigiū in carne. Sed post baptismū portamus imaginē Christi in anima, licēt maneat vestigium primi Adā in carne. Adam ergo qui ante lapsum erat felix, & dives in paradiso voluptatis, factus est infelix, & pauper p exiliū: & expoliatus dimittis ante collatis: & factus est anxius, & tribulatus ex plagis sibi impositis: Et sic mansit pauper, & anxiatus. Sed quia q̄n eiectus est à paradiso fuit sibi promissum, q̄ de sua posteritate nasceretur vnus alius secundus Adā cęlestis: qui reuelaret, & liberaret ipsum, & totā suā posteritatē à miseria ipsi ex peccato inflicta: & renouaret ipsam, & impingeret aliā imaginem felicitatis per quam efficeretur cœlestis: Hinc est q̄ primus Adā pauper, & anxius semper cū sua tota posteritate expectauit, & desiderauit istum
B & liberaret. vt ait Augustinus in libro. Cur Deus homo, & de hoc est totus iste psalmus. & multi alii. Nā considerans Dauid totū statū primi Adam, & omniū portātiū eius imaginē, quod erat totū genus humanū (Nā sicut Christus est vnum corpus cū omnibus Christianis portantibus imaginē: & dicitur vnum corpus misticum, & vnus Christus misticus cuius Iesus est caput: ita totum genus humanum inquantū portat imaginē primi Adam dicebatur vnus Adam plagatus, cuius caput est Adam: in quo omnes peccauerunt) Ideo in scriptura loquitur in persona omnium mē brorum, & filiorum suorum ab eo per libidinosam generationem descendentiū, & cōque eitur, & petit veniam, & inuocat Christum. Et ideo est aduertēdum in psalmis huiusmodi multerum. Nam sicut Christus multotiēs
C loquitur in persona suorū membrorū: ita Adā loquitur in persona sui, & omniū filiorum suorū, & sic est intelligendus psal. 37. & iste psal. præsens. Nā Dauid introducit Adam loquentē, & conquerentē de infortunio, & infelicitate, petentem veniam, quærentē restitui. Ideo dicitur in hoc titulo. Oratio pauperis Adam supple, cum anxiaretur ante aduētum Christi existens in miseria. Qui cupiens redimi per Christū, & liberari à sua paupertate, & anxietate effudit precē suam ad Christū diuinam. Domine exaudi &c. Tria ergo facit iste pauper in hoc psal. Primò præmittit suā orationem, & deprecationē. Secundò exponit, & deflet suū infortunū, & miseriā quā consecutus est. Tertiò prædicit suā securā liberationē
D Christi: & petit futurā redēptionē. Secūdum ibi. Quia defecerunt. Tertium ibi. Tu autem domine in. Quantūm ergo ad primum dicit iste pauper anxiatus, & tot miseriis septus. O domine Iesu Christe veniat ure: exaudi orationem meam, quā semper effudi cum omnibus filiis meis postquā fui expoliatus, & eiectus de paradiso. Et clamor meus: & omnium filiorum meorum patriarcarum, & pphetarum clamantium in hoc limbo, & expectantium aduentum tuum. vt liberes nos: iste inquam clamor veniat ad te: & ad aures misericordiæ tuæ: & veni ad liberāndum nos de isto lacu. Nam hucusque omnes clamarunt ad te. Nam Abraam desiderauit videre diem tuum, & Isaac, & Iacob cum dicit. Non auferetur &c. & Anna, & Samuel, & Daniel, & Dauid, & Esaias cum dicit, Vtinam dirumpe res cœlos, & descēderes &c Iste ergo clamor omnium nostrum, qui est clamor meus: quia propter peccatum meum, veniat ad te. Et rogo ne auertas faciem tuam à me differendo aduentum tuum: quia in quacunque die tribulor: & per totum tempus sum in continua tribulatione, & pœna, & miseria in corpore, & anima, & vbique per totum orbem. Et sicut in quacunque die, & continuè tribulor: ita continuè oro, & inuoco: ergo in quacunque die inuocauero inclina ad me aurem tuam, & velociter exaudi mē: & veni in carnem ad liberandum me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Hæc est secunda pars: in qua iste pauper anxius expoliatus percussus: & plagatus à diabolo, vt moueat Christum saluatorē ad veniendum, & properandum aduentum suū, & liberādum ipsum: detegit, & ostendit ipsi, & narrat totum infortunium suum, & miseriasis as omnes, quæ sibi ex peccato sunt inflictē intrinsecus, & extrinsecus, tàm corporales, quā spirituales. Vnde etiā dicitur pauper inquantū fuit expoliatus omnibus bonis gratuitis: & dicitur anxius ratione pœnarum, & tribulationum quibus est afflictus. Deflet ergo Adam hic suam paupertatem, & anxietatem. Primò quia perdidit immortalitatem: & factus est de necessitate mortalis. Ideo dicit. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Secundò, quia deditus, & expositus est diuersis infirmitatibus corporalibus. ideo subdit. Et ossa mea sicut cremium aruerūt. Tertiò, quia percussus est in appetitu: & fomite cōcupiscētiæ. ideo dicit. Percussus sum. Quartò debilitatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A litatus est in omnibus potentiis animæ cognitionis, & naturalibus. ideo subdit. Vt fœnum arui. Quintò subiectus est laboribus ad acquirendum victum. ideo subdit. A voce gemitus. Sextò fuit expulsus à paradiso, & relegatus, & exul in hac valle miseriæ. ideo subdit. Similis factus sum pellicano. Septimò fuit traditus persecutionibus diuersorum hominum. ideo subdit. Tota die exprobrabant mihi &c. Octauò (quòd fuit infelicissimũ,) de alta felicitate deiecit ipsum in infimam miseriam. ideo subdit. Quia eleuans allisisti me. Quia quantò altius eleuauerat Deus eum per gratiam, tantò maiori lapsu allisus decidit. ideo subdit. q̃ sicut dies per præsentiam solis erat clara, & per absentiam vertitur in vmbram: ita Adam fuit in gloria, & felicitate dum Deus fuit ipsi præsens, sed pulsus à facie Dei declinauit in vmbram miseriæ. Et sicut fœnum viret, & crescit in vere, & æstate in præsentia solis, sed in autumno, & hyeme aret, & desiccatur per elongationem solis: ita Adam aruit à viriditate prosperitatis, & felicitatis per absentiam Dei. Sed oportet quòd omnia ista per singula declarentur. Primò ergo ille hõ misticus deflet immortalitatẽ quã perdidit: & mortalitatẽ in quã incidit: dicẽs. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Quasi dicat. O Christe veni, & libera me ab hac mortalitate, & redde mihi immortalitatẽ, quam perdidi. Nã ego fui creatus immortalis: quia poteram non mori. Sed ex peccato taliter factus sum mortalis, q̃ habeo necessitatem moriendi. Et sic dies mei sicut fumus successiuè defecerunt. Nam sicut fumus tantum durat, quantum durat lignum combustibile, sed cõsumpto ligno per ignẽ deficit fumus, & euanescentia vita, & dies hominis deficiunt paulatim, consumpto corpore per mortem, & exausto humido radicali. Et hæc est prima miseria, in quam incidi per peccatum. Secunda miseria in quam incidi fuit: quia subiectus fui infinitis infirmitatibus, & ęgritudinibus: quia omnia ossa mea sicut cremium aruerũt. Nam sicut cremium carnis dum frigitur in patella vel assatur ad ignem continuè perdit humidum naturale, & hc aret, ita homo cõtinuè per caloré extraneum, & intraneum præter naturã perdit humidum radicale, & alterantur eius humores. Et sic incidit in diuersas infirmitates, & aresci: vsq; ad mortẽ.

Percussus sum vt fœnum & aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitꝰ mei: adhęsit os meũ carni meæ.

Hic ponit tertium damnũ. Quia percussus est in sensualitate veneno concupiscentiæ: in tantùm, q̃ potentiæ fuerunt vulneratæ & debilitate, & pronæ ad cadendum. non sufficientes resistere malo: nec agere bonũ. Et sic dicat liberum arbitrium. Sicut fœnum percussum nimio ardore solis, & sectum à radice aresciit a homo eiectus à gratia, & perdita originali iustitia aruit perdens vlrotem grꝫ. Ideo ait. Percussus sum ex Dei sententia: sicut percutitur fœnum quando falce secatur à prato. ideo aruit cor meum. Et dat causam quare, & vnde hoc dãnum, & dicit. Quia oblitus sum comedere, q. d. Quia transgressus sum præceptũ dñi Nam Deus assignauit omnes arbores in panem, & cibum ad sustentandum vitam: dicens. De omni ligno, quod est in paradiso, comedes præterquam de arbore scientiæ boni, & mali: quia qua hora comedes &c. Sed ego contemnens præceptum dñi, oblitus sum comedere panem meum. i. cibũ mihi licitum, & assignatum, & comedi illicitum, & vetitum. ideo ex sententia domini veneruṫ mihi omnia prædicta mala. Nam illi cõ audiui vocem Dei dicentis. Adam vbi es? & audiui sententiam à Deo nulli datam dicẽte. Quia audisti vocem vxoris tuę, ideo male dicta terra in opere tuo. tribulos, & spinas germinabit tibi: & in sudore &c. Et illa sententia fuit vox gemitus. & fletus: & misereni, & pœnæ meæ. Et sic illico ex ista voce gemitus mei, quæ fuit diuina sententia, adhęsit os meum carni meæ: ex infirmitatibus, & aduersitatibus, &c.

Similis factus sum pelicano solitudinis: & factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Quartum damnum fuit exilium ab illa pradisõ deliciarum in hac valle lacrimarum. Nam ego qui ibi eram in societate, & colloquio, & familiaritate angelorũ, expulsus sũ inter bestias perdendo locum mihi debitum ex gratia. Et sic fui factus similis pelicano solitudinis vagans per desertum. Nam sicut pelicanus fugit societates hominum: ita ego ab societatem angelorum propter peccatũ meum. Et etiam factus sum in hoc exilio, sicut nicticorax in domicilio. Litera Hiero. habet: Factus sum quasi bubo solitudinũ. Nicticorax autem græcè interpretatur coruus nocturnus siue noctua latine. noctua. n. nõ valẽs sustinere lumẽ solis sed absconditur in foraminibus murorũ in die, & quærit victum. Ita ego non valens

A valens videre lumen veritatis fugio lumẽ solis & oĩs virtutis, & gradior in nocte, & in tenebris pctõrum: semper fugiẽdo lumẽ, & eligendo ignorantiã, & oẽ malũ, indicando bonũ malũ, & malum bonũ ex mala inclinatione, & ignorantia pp peccatum, quia non solũ sum percussus in potẽtiis cognitiuis, sed ẽt in appetitiuis. Itẽ i noctua exit à domicilio in die, tunc oẽs passeres congregati conantur ipsi eruere oculos. Ita dum homo exit in lucem: vt aliquid boni agat, omnes diaboli cõgregantur ad tentandum eum: & auferendũ ipsi lumen fidei, & caritatis: vt patet Mat. 12. quia tũc assumunt septẽ alios spiritus nequiores se &c. Et ideo ait hic ꝓpheta. Factus sum sicut nicticorax. contra quem omnes aues insurgunt: ita contra me omnes tẽtationes diaboli &c. Pelicanus est auis in solitudine ægyB pti latitans, quæ proprios filios interficit. Sed mœrore ducta, & mutata, proprio rostro trahit sanguinẽ à pectore, & latere suo, & effundit sup filios. Et sic resuscitat, & viuificat eos. Ita Adam propter peccatũ interfecit omnes posteros suos. Sed secundus Adam qui est Christus, assumpta humanitate proprio sanguine omnes viuificauit. Ideo Dauid in persona ipsius primi Adam dicit. Similis factus sum pelicano occidendo omnes filios meos, quia sententia mortis per me transiuit in omnes. Et factus sum sicut nicticorax in domicilio: odiens, & fugiẽs lucem, quem semper dęmones persequuntur, & obscurãt in tenebris peccatorum & ignorantiæ.

Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

C Hic ponit sextũ dãnum, qui est continuus labor in sudore vultus p̃ victum acquirendũ, quia oportet vt homo sit in continua vigilia, & motu sicut passer solitarius qui habitat in tecto. i. in tegulis domorũ, sub quo conficit nidum, & semper quærit escam pro se, & pro filiis cum periculo. Ita ego semper vigilaui quærendo victum pro me, & filiis meis: cum potuissem esse immunis à solitudine tali: si non peccassem: quia terra liberè, & absque labore ferebam mihi cibum, & victum. Nũc autem in sudore vescor pane.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabã: & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

Ponit septimũ dãnum, quę est cõtinua persecutio ab extraneis, & alienis hoibus & proximis. Nã semper homo patitur persecutiones, & æmulationes, & inuidiã, & exprobrationes occultas, & manifestas ab amicis fictis. Iõ dicit de inimicis. Tota die. i. semper exprobrabant mihi inimici mei opprobria inferendo. Et amici mei ficti qui in ꝑsentia laudabãt me postea i absentia aduersum me iurabãt. i. cõiurabant falsa inponẽdo, & dãna procurãdo. Quia cinerẽ. Hic ponit octauum defectũ: quia semper hõ est in cõtinuo dolore: cui veniunt vndiq; aduersitates aut infirmitates: in tantùm q̃ continuus dolor nõ sinit esse felicem. Et sic nec in vigilia: nec in prandio quis põt esse sine fletu & mœrore. iõ ait: quia cinerem. i. amaritudinẽ tanq̃ panẽ manducabã, & potũ &c. i. amaritudo erat mihi cibus, & fletus mihi potus à facie iræ tuæ. i. à facie punitionis q̃ est effectus iræ, & indignationis tuæ: dum considero irã tuã cõtra me, quia eleuãs allisisti me: quia quantũ me in dignitatẽ eleuasti, & exulisti in illa felicitate paradisi: tm̃ postea me allisisti dum à paradiso expulisti, quia quantò fuit altior ascensus, tãtò fuit grauior lapsus in miseriã. Et est aduertendum, q̃ isti duo versus possunt exponi de humana pœnitentia. vt sit sensus. Ego patior hmõi defectus, & pœnã: vnde oportet me facere pœnitẽtiam pro pctõ. Quia. i. quapropter cinerẽ tanquam panẽ manducabã. i. amaritudinẽ, & cõtritionem in corde: & potũ meum cum fletu miscebã in satisfactionem pro reatu. Et hoc à facie iræ tuæ, quia eleuans &c. Vlterius est aduertendũ, q̃ oẽs isti quinq; versus possunt referri personaliter ad ipsum Dauid vt dicat. similis factus sum pelicano solitudinis, & sicut nicticorax in domicilio fugiens à facie Absalon filii mei, & vigilaui per montes sicut passer: & inimici. s. Semei, & alii tota die exprobrabãt mihi dicẽdo. Egredere vir sanguinũ. & Achitofel: & exteri, qui ante laudabãt me in facie postea aduersum me iurabant. & tunc oĩa possunt figuraliter exponi de Christo cuius figurã gerebãt. Itẽ omnia prædicta verba poterat dicere populus Dei: existens in persecutione Antiochi, & captiuitate Babilonica. Et ideo quomodocunq; & pro quocunq; exponantur omnia prædicta vnusquisq; potest dicere versum qui sequitur.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Nã sicut præsente sole oĩa viuunt & aer dr̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

A viuere quia est illuminatus, & herbę aliquæ tm viuunt quantùm sol est præsens, & sole absente illico mortificantur, & inclinant, vt patet de flore cucurbitę, & de hærba tŏlis: ita fit in vita humana: nam tantùm homo viuit quantùm Deus vitam influit, & esse naturale. Et intantùm bene operatur inquantùm influit ipsi gratiã Deus, & intantũ prosperat in quãtũ ipse fauet, sed si Deus auertit ab eo oĩa bona deficiunt, & sic deficit, & inclinatur sicut vmbra. Et ió ait ꝓpheta in persona vniuscuiusque: qa eleuans allisistis me à te abiicie do, ideo dies mei non solum vitæ, sed etiam prosperitatis, tanquã vmbra declinauerũt, & defecerunt deficiente sole: & ego sicut fœnũ aruí, deficiente mihi humore gratiæ postquã fui à te abiectus, & separatus per peccatũ. Et
B sic potest exponi tota pars huius psãlmi supradicta de quolibet pœnitẽte, qui per peccatum incidit in omnes miserias spirituales supradictas: ideo iste ps̃ponitur. 5. inter septẽ ps̃pœnitentiales: sed in ueritate sensus propheticus est principaliter intentus à ꝓpheta.

Tu autem dñe in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius: quia venit tempus.

Postquàm superius iste pauper explicauit quęrelã, & miserias suas, in hac tertia parte quærit remediũ, & inuocat secundũ Adã cœlestẽ. s. Xp̃m, qui est Deus, homo, & per cõsequens æternus secundũ diuinitatẽ, vt veniat ad liberandũ eũ ab omni miseria, & restituat ipsi immortalitatẽ, & vitã ętrnã: vnde duo facit: primò facit quod dictũ est. secũdò pro-
C mittit gratias agere pro beneficiis receptis. ibi. Scribantur. Dicit ergo ad primum: licèt ego sim effectus mortalis propter peccatũ: Tu aũt domine Iesu Xp̃e in æternũ manes inquã tũ Deus, & memoriale tuum in generatione, & generationẽ: ió potes me à morte, & à pœnis liberare. Et tu exurgẽs. i. veniẽs in carnẽ, & ẽt exurgẽs à mortuis post passionẽ misẽre beris Sió. i. toti ecclesię credentiũ eos à morte, & captiuitate liberãdo, qa iam venit tẽpus miserendi eius. s. Sió sicut ab æterno statuisti.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium, & non

sprevit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum.

Ad cuius intellectum est notandũ, ꝙ ista ciuitas Sion siue Hierusalem, quam Christus erat ędificaturus per totum orbem, non erat cõstruenda ex lapidibus mortuis sicut erat illa ciuitas terrã Hierusalem, sed ex lapidibus viuis. s. ex fidelibus conuersis pro maiori parte de populo gentili: quos lapides debebant apostoli eligere, & adaptare in sua prædictione, & ex talibus erat ecclesia cõstruenda: qui quidẽ lapides fuerũt ædificati, & cõpacti supra fundamentũ apostolorũ, & ꝓphetarũ. Vnde Zac. 9. Et saluabit eos dñs Deus eorũ in die illa, vt gregẽ populi sui, quia lapides eleuabũtur super terrã. Ex quibus patet, ꝙ tales lapides maximè erãt excidẽdi per a-
B postolos de populo gentili, ex qbus debebat ædificari ista ciuitas Sió toto orbe diffusa: & hoc est qd dicit. Quoniam lapides eius. i. lapides huius ciuitatis placuerũt seruis tuis apostolis ad ædificium ecclesiæ. Et ideo apostoli miserebũtur terrę populi gẽtilis: & tũc gẽtes timebũt nomẽ tuũ domine, & oês reges terrę timebũt gloriã tuã, quia ex istis lapidibus dominus Iesus Christus ędificabit Sion. i. ecclesiã suã, & sic videbitur in gloria: synagoga & Iudæis superbis cęcis, & obstinatis reprobatis: quia dominus Iesus Christus respexit in orationẽ humiliũ gentiliũ: quia per fidem fuerũt humiliati. Et Christus nõ spreuit preces eorũ, imo admisit eos ad fidẽ, & p baptis-
mum regenerauit, & iudęos reprobauit: ideo hæc misteria redemptionis scribentur, & me-
morabuntur in altera generatione. s. in religione Christiana, & ideo ille populus Christianus qui creabitur, & regenerabitur, laudabit dominũ in Christo redemptore suo, & aget gratias in test. no. pro beneficiis receptis in sua redemptione, de quibus festa celebrabit. Et hic patet, quòd Dauid non loquitur de ipsã Sion, & Hierusalem materiali, quæ iã erat ædificata ex lapidib⁹ mortuis, sed loquitur de Hierusalem spirituali toto orbe diffusa, quæ per Christum erat ædificanda ex lapidibus viuis ex cisis ex vtroque populo.

Quia prospexit de excelso sanctuario suo, dominus de cælo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interptorum.

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hierusalem.

In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino.

Hic enumerat beneficia pro quibus populus Christianus hodie laudat Christum cũ Deo patre. Primò quia cum esset Deus ętern⁹ in sinu patris, ꝓspexit de cœlo excelso, & sancto suo. i. de altitudine suæ maiestatis in terram, vt audiret gemitus compeditorũ existentium in carcere inferni. s. sanctorũ patrum in limbo expectantiũ, & vt solueret filios interemptorum. i. patrũ damnatorũ: vt tales gentiles soluti à peccato, & ad fidẽ conuersi annuncient siue annunciarent laudẽ domini in Sió, & Hierusalẽ. i. vt annũciarent, & profiterentur legem euangelicam in ecclesia Christi toto orbe diffusa. In cõueniendo populos in vnũ, & reges vt seruiãt domino. i. vt conuenirent populi Iudæorum, & gentilium
B & omnes reges terræ in vnum baptismum, & vnã fidẽ, & seruirẽt vni Deo in substantia, & trino in personis, & adorarent vnum Christum Deum, & hominem adoratione latrię.

Respondit ei in via virtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum in generatione, & generationem anni tui.

Nota, ꝙ iste psalmus est valde difficilis secũdũ translationẽ nostrã ad ordinandũ, & concordãdũ cũ littera præcedẽti, & subsequenti, & hoc accidit quia littera nostra est differens ab hebraica, quæ nũc est pũctuata: nã illa littera dicit. Cũ cõgregati fuerint populi simul, & regna vt seruiãt dño: sequit. Afflixit in via fortitudine meã, & abbreuiauit dies meos: di-
C tera videtur magis plana: qa vr esse vox huius pauperis cũ superiori sentẽtia repetẽdo miseriã suã. Afflixit dñs fortitudinẽ meam in hac via, & abbreuiauit dies meos faciendo me miserũ, & mortalẽ. Sed ego dicã. O Deus meus ne rapias me in dimidio dierũ meorũ, sed fac me videre Christum antequàm moriar. Et tunc ista litera esset satis plana. Translatio autem nostra dicit. Respondit ei in via virtutis suę, paucitatem dierum meorm nũcia mihi, & ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: quã litterã bea. Aug. & Cassidorus sequuntur ipsam exponunt anagogicè pro desiderio vitę ęternæ, vnde dicunt, ꝙ ecclesia sue populus Christianus respondit ei. f. Christo in via virtutis suæ. i. obediuit, & implebit eius voluntatẽ in via virtutis suæ. i. ambulando in lege euangelica, quæ est via virtutis

Dei. Et sic seruando legem euangelicam respondit Christo, & eius voluntati, sicut ager bonus, & vber respondet votis agricolæ cum bene fructificat. Et quod sequitur. s. paucitatẽ dierũ meorũ nuncia mihi: referunt ad desiderium vitæ æternæ, quia iustus cupit dissolui in breui, & esse cũ Chro. Ne reuoces me. i. ne tardes me vocare ad te: quia ista vita breuis est respectu tuæ, quia anni tui sunt æterni in generatione, & generationẽ. Veruntamen licet hęc sententia, & intelligentia bea. Aug. sit vera, & subtilissima: tamen non est omittẽda expositio ꝓphetica. Ad cuius intelligẽtiã est aduertendum, ꝙ omnes sancti patres vet. test. s. Abraham Isaac, & Iacob, &c. confracti longa miseria, & captiuitate, cum grandi affectu desiderabant accelerari aduentum Christi, vt eos liberaret, & viderent mirabilia opera Christi: vnde dicit Christus Mat. 11. & Lu. 7. Iõ multi reges, prophetæ voluerunt videre quę vos videtis, & non viderunt. Et ideo Simeon, & Zacarias cum magno affectu desiderauerunt videre Christum dominũ antequàm morerentur. Et sic accepit Simeon responsum, non visurum se mortem nisi prius videret dominũ. Luc. 2. Ex quo patet, ꝙ vnusquisque sanctorum patrum desiderauit videre Christum antequàm moreretur. His habitis, ly respondit ei, dupliciter potest exponi. Vno modo, ꝙ referatur ad Christũ continuatio cum littera superiori vt sit sensus: populus qui creabitur laudabit dominum multiplicíter. Primò quia dominus prospexit de cœlo, & audiuit gemitus compeditorũ. Secũdò quia soluit filios interemptorũ. Tertiò quia iam reges, & populi cõuenerunt in vnũ, vt seruiant dominõ. Quartò quia Xp̃s respondit ei. i. isti homini mistico, iuxta votum, & desiderium suum. Nam iste hõ semper rogando dicebat. O domine nuncia mihi paucitatem dierum meorũ. q. d. abbreuia aduentũ tuũ, & veni ad liberãdum me. Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum. i. non tollas me de hac vita sed videam aduentum tuum antequàm moriar. Sed dominus respondit desiderio suo qa iam venit sicut promisit. Et sic tñdit, & satisfecit ei in via virtutis suæ. i. in lege euangelica, & in tẽpore incarnationis quæ dicitur via virtutis Christi. Põt ẽt iuxta eundẽ sensum sic ordinari littera. s. dñs tñdit ei. s. ecclesiæ, & satisfecit ipsi iuxta votum, & desideriũ suũ, & hoc patet in conueniendo populos in vnũ. i. qa oês populi, & reges gẽtiũ cõueniẽt, & cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A grebabuntur in vnum, vt seruiãt domino nostro Iesu Christo. Sed qa hoc præuiderat David in spũ, conuersus ad Christum petit accelerari eius aduentũ: antequã moriatur. Iõ dicit, & subdit, O dñe Iesu Christe ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ. i. nõ moriar ego ante aduentũ tuũ: sed nuncia mihi paucitatẽ dierum meorum. i. abbreuia dies aduentus tui, & reuela mihi aduentũ tuum, & ne differas ipsum: quia dies mei sunt pauci, & breues: sed tu es æternus secundum diuinitatem quod patet. Nam tu in initio terrã fundasti &c. Similiter cum ecclesia esset in magna angustia tpe tyrannorum, rogabat Xpm. ne annihilaret eã in dimidio dierum suorum: sed permitteret eã crescere. vsquequo oẽs gẽtiles venirent ad fidẽ, & oẽs crederent euangelio.

B Sed Christus respondit ei, & satisfecit iuxta petitionẽ suã. Nã tempore Constantini ecclesia fuit liberata à persecutionibus, & oẽs venerũt ad fidẽ, & sic populus qui fuit creatus, & regeneratus laudauit dominum. Nam reges, & populi conuenerunt in vnum ad seruiendum domino post Constantinum. Et sic Xps respõdit ecclesię iuxta petitionẽ, & votũ suum. Alio modo põt exponi iuxta eandem sententiã referendo ly respondit ad ipsam ecclesiã: vt sit sensus: iste homo mysticus, & tota ecclesia ante aduentum Christi multotiẽs rogando, & clamando respondit, & dixit ipsi Christo. O Christe nuncia mihi paucitatem dierum meorum in afflictione positorũ, & ne reuoces me: sed veni ad liberandum antequã moriar. Et hoc dixit Abrã quãdo desiderauit videre diem domini. Et Moyses quando

C dixit. Mitte quem missurus es. Exod. 33, hoc idem dixit Dauid quãdo dixit, Ostende faciẽ tuam, & salui erimus. ps. 79. & Esa. cum dixit. Vtinã dirumperes cœlos, & descenderes. cap. 64. Ex quo patet, q̃ omnibus istis respondit Xps quando venit: quia audiuit voces eorũ, & similiter per oppositum ipsi respondebant Christo, cum clamabãt, & inuocabant eum. Nã multotiens in sacra scriptura ponitur respõdere pro rogare, vt patet Mat. 16. Respondens Petrus dixit ad Iesum. Bonũ est nos hic esse. In generatione, & generationẽ. Hic probat ꝓpheta, q̃ solus Xps poterat redimere genus humanũ, & venire ad liberandũ ipsũ, & restituere ipsi immortalitatem, & dare ipsi vitam æternã, eò q̃ Christus est æternus, & ipsa vita per essentiam inquantùm Deus, & p consequens præbere potest aliis vitam. Nam tempus procedit ab quo, & est effectus æternitatis, & æuum in quo sunt sãcti in patria fluit ab æternitate. D

Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut operimẽtum mutabis eos & mutabuntur; tu autẽ idem ipse es: & anni tui nõ deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur.

Dicit hic ꝓpheta in persona hominis mystici. O Chẽ veni, & libera nos ab hac morta

li miseria: qa tu solus potes hoc facere, & recreare genus humanũ. qa tu creasti cœlos, & es æternus. Nã in gnatione & gnationẽ sunt anni tui. Nã initio tu dñe terrã fundasti: quia omnia per verbũ facta sunt, & opera manuũ tuarum sunt cœli: ergo tu præcellis cœlum, & succedes. Nã ipsi peribunt: licẽt nõ quò ad substantiã: sed quò ad motũ, & operationẽ: quia cessabunt moueri, Et iõ dicentur corrũpi, & perire nõ simpliciter: sed secundũ quid, quò ad operationem. Nã alteratio dicitur generatio, & corruptio secundum quid, vt patet primò de generatione. Tu autem Christe permanebis in corpore glorificato, & immortalis, & incorruptibilis, & inalterabilis. Et anni tui. i. duratio nõ deficiet, & sicut tu manebis immortalis: ita, & mẽbra tua: q̃ participabũt gloriã capitis, & iõ non solũ serui tui sposa: sed etiã omnes filii seruorum tuorũ. cões fideles, quos apostoli in Xpõ genuerũt per baptismum, habitabunt in illa Siõ per gratiã, & in superna per gloriã. & semen eorum, cões fideles sequẽtes fidem illorum, dirigentur in seculum ad gloriã: quasi dicat iste pauper. O Christe licẽt tu sis homo de matre ex tempore natus; tamẽ tu es Deus ab æterno ex patre generatus: quia in initio temporis mundum creasti, & terrã fundasti, & cœlos formasti: & qa es hõ potes pro me pati, & miserias meas subleuare, & qa es Deus potes mihi pãs remittere, & regenerare. Et sicut creasti me: potes me recreare, & regenerare. Et sicut formasti, & creasti cœlos, & totum mundum ex nihilo: ita potes nouum mundũ. s. ecclesiã spiritualẽ ędificare ex lapidibus viuis, & homines renouare. Et quia es æternus: quia in æternũ permanes, & anni tui erunt, & sunt, & fuerunt in generatione, & generationẽ. i. æternaliter. iõ potes mihi immortalitatẽ quã perdidi, restituere, & vitã æternam çondonare. Hãc literã huius

psalmi

A psalmi adducit apostolus ad Hebr. 1. ad probandũ, q̃ Christus, qui locutus est in no. test: est idem Deus, qui dedit legem Moysi, & locutus est per ꝓphetas, & creauit omnia: Hęc est ergo sententia ipsius ꝓphetę in hoc psal. in quo introducit Adã deflentẽ casum suũ, & redemptionem, & remissionem futurã per Christum postulantẽ. Sed quia vnusquisque peccator põt recuperare per pœnitentiã gratiam quã perdidit per culpã ad instar ipsius Adæ: quæ quidem pœnitentia habet virtutẽ ex passione Xpi: iõ ecclesia ordinauit istum psal. in quinto loco inter septem psal. pœnitẽtiales, & nõ solum tota ecclesia: sed vnusquisque pcõr debet dicere frequenter hunc psalmum pro remissione peccatorum suorum.

PSALMVS. CII.

B Benedic anima mea domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Titulus, Ipsi Dauid: sine additione. Ex quo patet, q̃ Dauid fecit hunc psal. & est de illis quos fecit ad laudandum dominum: vt dictũ est psal. 95. Ad cuius intelligentiam est notãdum, q̃ postquam Adã mysticus defleuit casum suum, & explicauit miserias: à quibus liberatus est per Christum: iam Dauid in hoc psal. & in sequentibus introducit eundẽ Adã benedicentem, & laudantem Deum, & agentem gratias pro beneficiis. Et hoc facit per. 7. psal. sequentes. Nam in isto psal. agit gratias pro beneficio redẽptionis, & remissionis peracti, & sic laudat Deum de summa misericordia in quo duo facit. Nam primò excitat seipsum ad laudem Dei. Secundò inuitat naturã

C angelicam: ibi, Dominus in cœlo. Quantum ad primum est aduertendum, q̃ tota ista prima pars est quoddam soliloquium: in quo iste homo mysticus introducẽtus ad loquendum, alloquitur animam suam excitando eã ad laudãdum Deum de mia, & de beneficio redemptionis: agendo gratias, quia per suam passionem, & resurrectionem liberauit eum de sex pœnis perpetratis ex peccato primi parentis. s. à culpa: ab infirmitatibus: & periculo mortis futuræ, & à miseria, & pęnuria, & morte, & corruptione. Ista enim sex damna incurrit Adam propter peccatum inobedientiæ: sicut dictum est psalmo præcedenti. à quibus liberati sumus per Christum. Dicit ergo exci tãdo seipsum, & animã suã ad laudẽ Dei. Benedic anima mea domino, & oia. i. oẽs potentiæ interiores sensitiuę, & intellectiuæ benedicãt nomini sãcto eius. Et nota, q̃ duplex est benedictio. Vna est gratiæ collatio: i qua maior benedicit minorẽ cõferendo gratias: quæ cõuenit soli Deo, & sacerdoti loco Dei. Scda dr̃ benedictio laudis, & sic minor benedicit maiorẽ, & isto modo dicit hic ꝓpheta. Bũdic anima mea dño. i. lauda dñm, & dic, & narra oia bona, & beneficia quæ tibi fecit. Et iõ sequitur. Noli obliuisci omnes retributiones eius. i. noli obliuisci retribuere ipsi gratias pro beneficiis receptis in nostra redẽptione. D

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Enumerat sex beneficia, quæ recepimus à Christo in redemptione. Primò, quia remisit nobis culpam. ideo ait: Qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis: satisfaciẽdo per morte. Secundò sanauit lãguores nostros mitigãdo cõ cupiscentiã nõ vt sit: sed vt nõ imputetur per baptismum, iõ ait: qui sanat oẽs infirmitates tuas, & iõ recepit flagella. Tertiò præseruauit nos à peccato per doctrinam legis euangelicę. Ideo ait. Qui redimit de interitu vitã tuã. Quartò dat nobis præmium, & meritũ ex obseruantia legis. Ideo sequitur: Qui coronat te in misericordia, & miserationibus: quas ipse fecit tibi: pro qbus tu facis proximo. Quintò per sanguinem suum emit nobis regnũ cœleste, cũ eius felicitate. Ideo sequitur. Qui replet in bonis desiderium tuũ. Sextò adeptus est nobis immortalitatẽ corporis, & hoc per suam resurrectionem. Ideo subdit: Renouabitur vt aquilę iuuentus tua: quando recuperabis corpus gloriosum in nouissimo die. Ergo propter prętata sex beneficia ſpiritualia, & intrinseca, anima mea debet laudare dominũ, & benedicere. Sed hoc etiã põt mortaliter exponi. Vnde est aduertẽdũ, q̃ peccatũ sex mala affert homini. Primò elongat eum à Deo. Secundò fauciat animam culpa. Tertiò captiuat in potestate diaboli. Quartò reddit hominem Deo odiosum. Quinto expoliat ipsum omnibus bonis: non solum gratificis: sed etiã gratuitis. Sextò indurat ipsum ex consuetudine in malo. Ita per oppositum medicina pęnitentiæ sex operatur in pœnitente. Nam primò facit Deum propitium, vt tanquam medicus accedat ad peccatorem, & appropinquet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Secundò sanat ipsum à morte vulnere peccati. De primo dicit. Qui propitiatur oibus iniquitatibus tuis. De secundo dicit. Qui sanat oēs infirmitates, tuas. Tertiò redimit à captiuitate diaboli, & liberat à morte perpetua, et finali impœnitentia. Iō subdit. Qui redimit de interitu vitā tuā. Quartò reddit Deū benignum reconciliando ipsi peccatorem. Iō subdit: Qui coronat te in mia, et miseriationib. Quintò reddit bona, q̄ per pēnā fuerāt mortificata: cum subdit. Qui replet in bonis desiderium tuum. Sextò renouat ipsum in nouā vitam, fortificando omnes potentias, et excitando habitus virtutum teologalium, et donorum spiritus sancti: etiam operatur meritoriè per gratiā ipsum renouātē, et perficientē. Iō cōcludit. Renouabit vt aquilæ iuuētus tua.

Faciens misericordias dominus & iudiciū : omnibus iniuriam patientibus.

B *Notus fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas.*

Sed quia ecclesia fideliū non recipit à Deo solū beneficia spiritualia per redemptionē: sed etiam quondam recipit beneficia temporalia faciens misericordias populo suo, vindicando de inimicis iniurias illatas fidelibus vt patet de Pharaone, & Aegyptiis, & cęteris persecutoribus populi Dei: Ideo septimò debet anima nostra benedicere domino: quia fecit misericordias suas fidelibus iniuriam patientibus, cum vindicauit eos de inimicis eorum, & hoc in vtroque test. Nam non solum in veteri testa. Deus afflixit inimicos ecclesię: sed etiam in nouo. vt patet de Nerone, & Domitiano, & Diocletiano. Octauò dēt anima nostra benedicere domino: quia quondā ipse misericors, & miserator dominus fecit

C notas vias suas Moysi, & filiis Israel voluntates suas: cum dedit eis legem, in qua sunt pręcepta, & mandata moralia, vt faceret eos bonos, & cerimonialia, vt faceret eos fideles: qa in cerimonialibus erāt figurata omnia mysteria Christi, & ecclesiæ, & viuebant in fide, & spe Christi venturi, & saluabantur. Lex ergo Dei dicūtur viæ dñi inquantū in ea continētur mādata, & præcepta per q̄ tēdimus, & q̄ vehunt nos ad Deum. Dicuntur etiam volūtates domini. Nā quia lex est constat, & perpetua voluntas: ideo in lege exprimitur volūtas legislatoris: quę figurabatur in cerimonialibus, vt dictū est. Quasi dicat: sicut Deus in primo testa. fecit misericordias, & iudiciū hebręis in Aegypto iniuriam patientibus; eos liberando, & Aegptios flagellando: ita in nouo testa. fecit misericordiam christianis, & iudicium de inimicis tyrannis ecclesiam persequentibus eos conterendo, & subiiciendo. Item sicut tūc fecit notas vias suas Moysi in monte Sinai, & filiis Israel volūtates suas dā do legē veterem, & cerimonias: ita per Christum fecit nobis notas vias suas, & volūtates dando legem euangelicam: quæ exprimit, & notificat voluntatem patris.

Miserator & misericors dominus: longanimis & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secūdū iniquitates nostras retribuit nobis.

Quia superius enumerauit beneficia Dei: nunc demonstrat vnde emanauerunt ista beneficia collata generi humano, & dicit, q̄ ex sola misericordia: quia inquātum miserator & misericors facit nobis illa beneficia. Et pri mò narrat magnitudinem misericordiæ Dei. Secundò dicit modum in quo modo misere-

E tur. Dicit ergo, q̄ nō aliud mouet Deū ad fa pradicta beneficia nobis exhibēda, nisi sola misericordia. Nam ipse est misericors habitualiter, & essētialiter, & est miserator actualiter: quia iugiter facit nobis misericordiam suam, & intantùm est misericors, quia est lō pus. Nam nō in perpetuum irascetur: quia licēt quandoq; corripiat: tamen cito placatus. Sed quia talis correptio non est nisi quędam cōminatio: ne peccator æternaliter puniat, sed corrigatur per pœnitentiam: ideo talis cō minatio non est æterna: sed temporalis: ergo nō in æternum comminabitur: quia cito desistit à minis correptiuis. Et ideo quādo temporaliter corrigit: non in perpetuum dānat: sed comminatur temporaliter: ex quo patet magnitudo misericordiæ suæ. Et quia non solum oſtēdit magnitudinē misericordię suæ; quia nō punit æternaliter. sed etiam quò ad quantitatem: quia non punit condigne secū dum gravitatē peccati: sed citra condignū: ideo sequitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, & puniuit nos pęna infinita: sicut peccauimus contra infinitum: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: quia non retribuit pœnam secundùm quantitatē

delecti; nec hic, nec in purgatorio.

Quoniam

A *Quoniam secūm altitudinē cœli à terra, corroborauit misericordiā suam super timētes se.*

Probat quam magna est misericordia Dei super nos. Et dicit, q̄ quanta est lōgitudo cæli à terra. Nā ipse descendit de cęlo in terram et assumpsit carnem: ergo misericordia Dei attingit à cœlo vsque ad terrā: tantū corroborauit, & prolongauit miam suā super timentes. Itē nō solū distātia cœli à terra est lōga, sed comparatio terræ ad cęlum est in infinitū distans. Nam terra est ad modum puncti respectu cęli, & est quasi insensibilis. Sed Deus qui est maior toto cęlo sine cōparatione assumpsit carnē, & corpus de terra, quæ est minor cęlo sine comparatione: ergo corroborauit misericordiam suam super nos secundùm altitudinem cęli à terra: ideo plus fecit sine cōparatione quando verbum caro factum, est quia

B finiti ad infinitum nulla est proportio.

Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.

Nota, q̄ altitudo cœli à terra distat p medium diametrum mundi à summitate cęli supra zenith capitis nostri vsq; ad centrū. Sed distātia ab oriente in occidentem ducit totū diamentrum à polo ad polum secantem centrum mundi. Iō dicit duplicē proportionē, & in tali proportione se habet remissio peccati nostri ad misteriū incarnationis. Nā per incarnationē nobilitauit, & exaltauit naturam humanā in summā dignitatē. Sed per mistegenus humanū. Sed iustificatio impii est maximum inter opera Dei: ergo in duplum oſtēdit nobis misericordiam suam liberādo nos

C à peccato per passionē, quā exaltando natura per incarnationē. Sed quęritur quare est maius opus remissio peccati, quā incarnatio, & creatio: Respondetur, q̄ i opere creationis vel incarnationis Deus nil posuit de suo, nec aliquis motus factus est in Deo, sed remissio ne peccati dedit suum sanguinem: quia non fit remissio peccati, quin exponatur de sanguine Christi, quia ipse soluit de proprio, p peccato impii: etiam vltra resistentiam quam recepit soluit aliquid de proprio. Et iō dicit Apheta. Quantum distat ortus ab occidente longe fecit à nobis iniquitates nostras. q. d. q̄ est dupla distantia in quantitate. Aliter exponūt alii. Nam Christus duo nobis remisit. s. culpam, & pœnam. Et per minorem distantiam intelligunt remissionem pœnæ, & per maiorem remissionem culpæ: eò q̄ culpa est

D infinita quia cōtra obiectum infinitum. Sed totum est bene dictum, quia vtrobiq; ostēditur magnitudo misericordiæ Dei.

Quomodo miseretur pater filiorum: misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniā pulvis sumus: hō sicut fœnū: dies eius tāquām flos agri sic efflorebit:

Quoniā spiritus pertrāsibit in illo, et nō subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

Quia superius dixit misericordiā Dei infinitā respectu temporis, & respectu quantitatis culpæ, hoc idem probat hic exēplo siue rō ne. Primò quò ad quātitatē in se. Secò quò ad longitudinem temporis. Primò ergo ponit qūo cognoscitur misericordiam Dei esse infinitam ratione modi redimendi dicens: Qūo miseretur. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ aliter miseretur extraneus homo, aliter amicus, aliter cōsanguineus, aliter pater. Nam extraneus quādoque miseretur ore dum quis est in miseria: & quandoq; ore, & corde tanquā proximus. Sed amicus miseretur non solum corde, & ore, sed etiam auxilio bonorū temporalū. Cōsanguineus iuuat quādoque cum persona. Sed pater miseretur corde, & ore, & opere, & assumit negociū filii vt propriū, & semper, & cū proprio sanguine redimit filiū vt liberet à malo. Ita ergo Deus non solum corde, & opere, sed in persona assumpsit negocium nostrum, vt propriū: & descendit de cœlo factus homo, in qua humanitate voluit pro nobis pati, & dare suum sanguinem vt nos à morte perpetua liberaret. ergo misertus est nobis nō sicut amicus, & frater, sed sicut pater. Nā frater quādoq; deficit. Iō ait Dauid: qūo miseretur pater filiorum, ita misertus est dominus timētibus fidelibus & per cōsequēs misertus est nobis: quoniā, p quia, aut pro vt, cognouit figmētum nostrū per experintiā. i. voluit assumere carnem nostrā, vt cognosceret, & expireretur in se fragilitatē nostrā, & pœnas nostras. Vnde ly quoniā nō stat causaliter, sed consecutiuę, & pōt etiam stare causaliter pro quia. i. quia cognouit, & cognoscere voluit, & experiri figmentum nostrum, & fragilitatem nostram per carnis assumptionem, ideo misertus est nobis sicut miseretur pater filiorum. Et tunc cū fuit factus homo cognoscens figmētum nostrum per experientiam, recordatus est quoniā pulvis sumus, & fragiles, & cognouit, q̄ hō sic et florebit, & florebit tanquām flos agri, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de mane prosperaſ:& in ſero marceſcit:ita vi
res hoīs conſiſtunt in quadā apparētia:cū ſit
fragiliſſimus,& pronus ad peccandū,& ſit in
firmus,& mortalis,& ſemper in continuo flu
xu.quoniā ſpiritus vitalis,& naturalis,& ani
malis eius pertranſibit in illo, quia continuè
generātur,& corrūpūtur,& fluunt huiuſmo
di ſpiritus,& nunq̄ hęc natura ſubſiſtit cōti
nuè in eiſdem,nec cognoſcet amplius locum
ſuum eūdē. Et ēt poteſt exponi,& melius de
ſpiritu rationali,quoniā aīa non ſemper ſub
ſiſtet in illo,ſed recedet per mortē,& ampliꝰ
non cognoſcet locū ſuum.i.illud corpus mor
tale,& ſi recuperauit iliud per reſurrectionē,hoc non fiet naturaliter ,ſed virtute Dei
in nouiſſimo die.Hæc eadem ſententia habe
tur pſal.89. per totum de humana fragilita
te,& fluxibilitate:& vitæ breuitate,& varie
B tate, vt ibi largius dictum eſt.

Miſericordia autem domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum.

Et iuſtitia illius in filiis filiorum: his qui ſeruant teſtamentum eius.

Et memores ſunt mandatorum ipſius:ad faciendum ea.

Non erit ſic de mīa Dei:ſicut de fragilitate
hoīs. Nā licēt homo ſit fragilis,& mortalis,
& variabilis,& tpalis: tn̄ miſericordia Dei
eſt immortalis,& fortis,& firma.Nā quacun
que hora ingemuerit pctōr,ſemper eſt Deus
paratus parcere: & hoc non ſolum nunc:ſed
ab initio. Ita ſtatuit, & oſtendit in patribus
antiquis. Et erit iuſtitia illius. ſ.retributio
præmii promiſſi, in filios filiorum. i. omnes
ſucceſſores apoſtolorū: & imitatores.ſ.in his
qui ſeruant teſtamentum eius.& ſunt memo
res mandatorū eius ad faciendū,& ad ſeruan
C dū ea. Ex quo patet q̄ miſericordia Dei non
ſolum eſt infinita in virtute intenſiuē, & ex
tenſiuē:ſed etiam eſt infinita in duratione,&
ſucceſſione. Et benè dicit ad faciendum ea.
Nam multi ſunt memores mādatorū Dei de
lege Dei loquendo, & diſputando,& volunt
ſcire legē Dei,& mandata:ſed non ad facien
dum ea:ſed vt ſcire videantur.Ex quo patet,
q̄ miſericordia Dei, & retributio, & iuſtitia
præmii promiſſi non erit niſi in his qui obſer
uant mandata:& legem euāgelicam. Ad ma
iorem intelligentiam huius eſt notandū ſicut
dictum eſt pſal.34.q̄ caro Chri quām infir
mam pro nobis aſſumpſit, fuit ſibi tunquām
cilicium pœnitentiale. Nam quia ciliciū eſt
contextum ex pilis,& ſetis animaliū,ideo eſt

pungitiuum:& per cōſequens affligit carnē: D
ex qua affictione pœnitens recordatur ſuo
rum peccatorum.Et ſic continuè memor pec
catorū pœnitet:& dolet peccata commiſiſſe:
& ſic meretur veniam.Et rurſus ſic recorda-
tus ſuorum peccatorum confundantur detra
here proximo.imo cognoſcit proximum pec
care ex fragilitate,& ſic compatitur ipſi & mi
ſeretur ei:& citius remittit ei iniuriam.Et ſic
patet qualiter cilicium pungitiuum reducit
in memoriam peccāta præterita, & in dolo-
rem,& pœnitentiam peccatorum,& ad cōpa
tiendū proximo,& miſerendū ei. Hæc fuit et
go cauſa quare filius Dei voluit inducere car
nem noſtrā infirmā tanq̄ cilicium pœnitentia
le:vt in ea ageret pro nobis pœnitentiā. Nam
aſſumpſit illā carnē cū ſpiritis pœnalitatū.ſ.cū
fame,& ſiti,& dolore,& nuditate,& mortali E
tate &c.præter concupiſcentiā,& peccatū,vt
eſſent inſtrumēta ad merendum pro nobis &
patiendū.quæ quidē pœnnalitates erant quę
dā ſpinę q̄ continuè pūgebant aīam Chriſti,
memorando ipſi peccatū ipſius Adā,& oīum
noſtrū:ex qua cōpunctione,& memoria con
tinuè dolebat,& affligebat̄,& patiebatur, &
per conſequens merebat̄.Et iō ab inſtanti in-
carnationis vſq; ad emiſſionē ſpiritus:& extā
vſq; ad reſurrectionē, fuit ſemper dictus vn⁹
actus continuus noſtræ redēptionis nō inter
polatus.vt dictū eſt pſ.29.Item rurſus iſta cō
tinua cōpunctio, & affrictio inflicta Chriſto
ab iſto cilicio carnis ſpinoſo,inducebat Chri
ſtum experimentaliter ad compatiendū no-
ſtræ fragilitati,& per conſequens ad miſeren
dum nobis,& remittendū peccata noſtra.Et F
ſic patet,q̄ quia experimētaliter cognouit ſig
mentum,& fragilitatē noſtrā: ideo Chriſtus
fuit motus ad mīam erga nos. Duplicī ergo
ex cā Chriſtus miſertus eſt nobis:vno modo
tanq̄ pater, quia creauerat nos alio modo tā
quām frater:cò q̄ cepit carnem noſtram, &
expertus fragilitatē noſtram,& cognouit ſig
mentum noſtrum. Et hoc eſt quod intendit
dicere Dauid in hac parte cum ait. Quemo
do miſeretur pater filiorum.

Dominus in cælo paravit ſedem ſuam:et regnū ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite domino omnes angeli eius: potentes virtute:facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius.

In hac ſecūda parte damōſtrat pphēta q̄
nō ſolum homines obligātur ad benedicēdū
Chriſtum propter beneficia recepta:ſed etiā
angeli.

A angeli. Ideo inuitat naturā angelicā ad bene
dicendū:& laudandum Chriſtū. Et licēt non
exprimat niſi vnā cauſam,ſ.q̄a in cęlo para-
uit ſedē ſuā tanquam dñs: tn̄ ſub intelligun-
tur duæ cauſę pręcedentes. Ad cuius intelle
ctū eſt aduertendū, q̄ quadruplici cauſa non
ſolum homines:ſed etiam angeli obligantur
Chriſtū laudare ,& benedicere . Primò tanq̄
eorū redēptorem,quia eos redemit.Secundò
tanquā eorum caput:quia ſimul Chriſtus eſt
caput hominū, & angelorū.Tertiò tanquàm
reparatorē angelicæ ruinę,quia per homines
quos redemit,angelorū ruinā repleuit & re-
paraut.Quartò tāquàm dominū, & iudicem
hominū,& angelorū:quia dñs Chriſtus para
uit ſedem ſuā in cœlo. Quō aūt Chriſtus ſit,
& eſt redemptor.& caput & reparator:& do-
minus angelorū: cui ſedes imperialis fuit ab
origine mundi pręparata: partim dictum eſt
pſal.81.ſed clarius dicetur in fine huius pſal.
Ex quibus patet, q̄ licēt ſupradicta quadru-
plici cauſa , & ratione angeli obligentur be-
nedicere, & laudare Chriſtū ēt inquantū eſt
homo:tamen Dauid non tangit niſi quartā
cauſam in hoc pſa.ſ.inquantum Chriſtus eſt
dominus,& parauit ſedē ſuā imperialē ſuper
omnes angelos.quæ quidem ſedes licēt fue-
rit pręparata pro Chriſto ab origine mundi,
vt videbatur:tamen nō poſſedit eam manife-
ſtē vſq; ad diem aſcenſionis.Ideo ait Dauid,
quia dominus in cęlo pręparauit ſedē ſuā;&
regnum ipſius omnibus angelis,& hoībus do
minabitur.ideo benedicite domino oēs ange
li eius potentes virtute.i.quia accipitis poten
C tiam,& virtutem ab eo vt faciatis verbum e-
ius,et ad faciendum verbū eius, et ad audien
dā vocem ſermonum eius.i.ad exequendum
eius imperium,et pręceptū.Quaſi dicat:be-
nedicite Chriſto quia eſt dominus,et vos mi
niſtri eius , et executores voluntatis eius.

Benedicite domino omnes virtutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.

Ad euidentiā huius verſus,et pręteriti eſt
notandū ſm Ariſtotelem. 16. de anima lib.
quòd opus naturæ eſt opus intelligentiæ.vn
de videtur dicere Augu.ſuper Gen.q̄ omnes
rationes ſeminales quas actiuè impreſſit Deus
in angelis, et cęlis:impreſſit paſſiuè in elemē
ta:et eſt iſte ordo.Nam Deus primò ab æter
no habet in mente,et eſſentia ſua rationes,et
formas omnium rerum creatarum:quæ vo-
cantur rationes,et ſpecies ęternę.quas Plato
Ideas appellauit:vt ait Aug.libro octoginta-

trium.q.ad quarum ſimilitudinem ex tempo D
re creaturas produxit in ſpecies ſuas ſeruan
do iſtum ordinem.Nam in mentibus angelo
rū qui ſunt nobiliores creaturæ,impreſſit ſi-
militudines oīum inferiorū,quas quidem do
ctores appellāt ſpecies cōcreatas,quę non ſo
lū faciunt ad cognoſcendū ſed etiam ad agen
dū, et ſunt quaſi artes in mētibus intelligen-
tiarū.et iſtę eædē poſſunt eſſe rationes ſemi-
nales,et potentię actiuæ ad operandū in hęc
inferiora, et ſic mouent cęlū pp Deū amatū
et deſideratum,ad generationem iſtorum in-
feriorum. Ex hoc innuit Aug. quòd oportet
poni in elementis,et elementatis quaſdam ra
tiones ſeminales paſſiuas correſpondentes ra
tionibus ſeminalibus actiuis impreſſis in an
gelis,et corporalibus cęleſtibus.quæ ſecundū
Ariſt.ſunt quædam potentiæ paſſiuæ in mate E
ria: de quibus agentia naturalia virtute in-
telligentiarum educunt formas de potentia
in actum.Et dicit Aug.quòd iſtæ intelligen-
tiæ ſeparatæ.i.angeli, et demones habēt tām
grande dominium ſuper elemēta propter ra
tiones ſeminales,q̄ poſſunt operari abſq; agē
te particulari in elementa addendo, et appli
cando actiua paſſiuis. Ita, quòd quæ faciunt
longo tempore mediantibus agentibus parti
cularibus,faciant per ſe in breui. Et ita dicit,
quòd Magi Pharaonis virtute demonū fece-
runt ranas, et cætera tempore Moyſi. Et iſto
modo Deus fecit miracula,et facit ſibi tēpo-
re opportuno per angelos.Et iſto modo om-
nes angeli dicuntur virtutes Dei: quia in eis
Deus a principio impreſſit huiuſmodi virtu
tes:quæ vocantur quaſi naturales , et contin-
uè Deus præcipit , et dat virtutem angelis F
ad faciendum miracula noua ſecundum ſuā
voluntatem. Sed inter angelos eſt quidā or-
do,qui ſpecialiter dicitur ordo virtutum:cò
quòd mouent cœlum,et elementa,et prohi-
bent demones ne lędant mundum ex poten-
tia naturali quam habent ſuper elementa ne
inducat tempeſtates &c.Sed generali nomi-
ne omnes poſſunt dici virtutes propter ratio
nes prædictas:quia Deus tradit poteſtatem,
et virtutē,quando vult vt faciāt miracula ſi-
cut ipſi placet , et ſic omnes ſunt executores
diuinæ voluntatis,et dicuntur potētes virtu
te,et facientes verbum eius, et parati ad au-
diendam vocem ſermonum eius obediēdo.
Sed quia iſtimet angeli,qui fuerunt potentes
virtute ad audiendā vocē Dei,et exequendū
præceptum in veteri teſtamēto,puta ad diui

dendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dendū mare rubrū, & inferēdas plagas ægy
ptiis: postea fuerūt Ministri Chri ad mitigan
dū vndas maris, & faciendū cætera miracula
& sunt quotidiè ministri Chri i ministeriū
missi, ex quo patet, q̄ sunt sub ditione Chri-
sti. Ideo dicit Dauid: Benedicite domino om
nes virtutes eius: quia estis ministri eius, &
qui facitis voluntates eius implentes, & exe
quētes eius præcepta, & imperiū. Sed est alia
potētia obediētialis i materia, quæ respicit so
lū Deū: de qua nō est ad præsens speculatio.

*Benedicite dño omnia opera eius: in omni lo
co dominationis eius benedic anima mea dño.*

Quia in prima parte inuitauit scīptum in
persona totius generis humani ad laudandū
Christum propter beneficium redemptionis
&c. & inuitauit in secunda parte angelos, eò
q̄ Christus est adeptus dominium, & sedem
in cælo, ex quo patet, q̄ Christus habet vni-
B uersale dominiū in cœlo, & in terra: sed om
nia elementa, & elementata sunt ptopter ho
minem, ergo sequitur, q̄ omnia opera creata
sunt Christo subiecta & obligata, & sup om-
nia habet dominium: quia inquantùm Deus
est in omnibus per substantiam, virtutem, &
operationem, & inquantùm homo, oīa sunt
subiecta sub pedibus suis: ergo omnia obligā
tur laudare Christum vbiq;. Concludit ergo.
Benedicite domino omnia opera eius tā crea
ta, quā recreata in omni loco dominationis
eius: quia nullus locus excluditur à sua ditio
ne, & dominio. Et cōuersus ad seipsum dicit.
Benedic anima mea domino: quia non solum
me redemit: sed omnia creauit, & angelos re-
demit ante casum, & hominem post casum:
C eò modo quo dictum est. Nam omnia elemē
ta, & plantas, & mineralia creauit propter ho
minem, & etiam cœlos, & motus eorum pro
pter nos disposuit, ergo tenemur specialiter
Deū laudare &c. Ex toto isto ps. possumus re
colligere quatuor cōclusiones. Quarū prima
est: q̄ nos obligamur benedicere, & laudare
C duo claudunt eam ab Aquilone, & Meridie: & cæteri tres efficiunt terram Mediam habitabilem, & terminant, & claudunt maria inter eorum latera. Vnde vltra æquinoctialem per quindecim gradus reperitur quidam mõs qui iam longo tractu venit ab occidente terminãs Oceanum, & Sinum Sperium: & exin de procedit versus ortum terminando totam Aphricam nobis notam à Meridie, & exinde procedit versus Apreso, vsque ad Catigaram regionem Sinarum, semper terminando magnitudinem Indicum à Meridie. Iste mons à principio
D suæ notitiæ in littore Oceani occidentalis, & sinus Sperii appellatur Speriuera ab ipsis græcis. Deinde magis procedens versus ortũ appellatur Ioan. Deinde nominatur Dauchis, deinde Xifas, deinde Mesca, deinde Bardetus, deinde dicitur Agisimba, deinde protractus vsque ad sexagesimum gradum longitudinis appellatur Luna. A cuius latere Aquilonari oriuntur fontes Nili decurrentes ad plana, vbi efficiunt duas vastissimas paludes, à quibus egreditur Nilus veniens versus Aquilonem per Aethiopiam, vsque in Aegiptum: in
E cuius littore absorbetur à mari nostro. Sed iste mons Lunę protenditur vltra versus ortum, vsque ad 180. gradus lõgitudinis, & tũc appellatur Prasius, vbi attingit ad mare Indicum faciens in eo promontorium in principio maris Indici, & sinu Barbarico, & tunc protenditur vltra versus ortum per 110. gradus vsque ad Catigaram stationem Sinarũ, terminando mare Indicum ab Austro, & procedit vltra per terrã ignotã, cuius finis ignoratur. & sic iste mons cingit, & terminat totã Aphricam, & Asiam ab Austro: & sic ignoratẽ eius principium, & finis: & est ita altissimus, ꝙ in radicibus eius generatur ignis ex refractione radiorum solarium maximè in nostra hieme: quia tunc radii cadunt illuc perpendiculariter. sed in medio montis sunt perpetuæ niues: quę liquefactæ in æquinoctiis implent paludes. Ex quarum aquarum abundantia
F inudat Nilus in æquinoctio. In summitate autem illius montis: nec sunt pluuiæ, nec venti. Ideo putant aliqui ibi esse paradisum deliciarum propter eius temperiem. Iste mons Apreso vsque ad Catigaram appellatur Peõ ab ipsis Græcis, eò quòd in eius radicibus generatur ignis. & in medio semper apparent fulmina, & fulgura, & coruscationes. Item ad Aquilonem in 30. gradu longitudinis, & 66. latitudinis incipit quoddam promontorium: quasi supra Scotiam: quod Tile Ptolomæus, & omnes antiqui appellant, qd Ptolomæus putauit esse insulam: sed in veritate compertum est postea ex experientia illum montem protrahi versus ortum, vsque ad montem Ripheum, quę prouincia hodie Noruegia appellatur. vltra quem montem versus Aquilonẽ adiacet magna regio quæ Suetia dicitur. Cuius finis versus polum ignoratur. quæ quidẽ regio dicta Noruegia iam est nota nauigantibus latinis: cuius magna pars est sub dominio regis Daciæ. Inter quam, & Germaniam causatur sinus Sarmaticus, qui per angustum fretum inter promontorium Cimbricum, & Noruegiam continuatur cum Oceano occidentali. Deinde illi montes Noruegiæ protenduntur vsque ad montes Riphcos: vñ oriuntur Tanais. Et exinde protenditur vsque ad montes Hiperboreos. Et exinde protenditur vsque ad Imaum transuersalem. Et exinde cingit totam Scythiam Sericam ex parte Aquilonari: & sic protenditur versus ortũ per terram ignotam, cuius finis ignoratur. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sic patet, q̃ iste mons cingit, & terminat totam Europam, & Asiã totã ab Aquilone. Sola ergo illa terra est nota philosophis, & geographis, & græcis, & latinis, q̃ iacet inter istũ montem, & montes Aethiopiæ, quæ mensurantur vna quarta terræ habitabilis. Sed inter istos duos montes longissimos reperiuntur tres montes minores in longitudine, qui efficiũt totam terram mediam diuisam in tres partes scilicet Asiã, & Europã, & Aphricam. Nam vnusquisque istorum trium montium facit suam partem cum aliquo extremorum. Vnde primo ab occasu in tertio gradu lõgitudinis. & 43. altitudinis eleuatur quodam promontorium in Hispania appellatum Celticum in regione Galiciæ quod ab incolis Finis terræ dicitur: propè quod sita est ecclesia sancti Iacobi. Iste autem mons protenditur versus ortum, & terminat oceanũ
B ab Aquilone, vsque ad montes Pyreneos, & exinde dictus Pyreneus separans Hispaniam à Gallia protenditur obliquè versus ortum, qui quidem mons facit multos ramos per Hispaniam, à quibus oriuntur plura flumina. Item iste Pyreneus protẽditur per Galliam Narbonensem, vsque Lugdunum: & exinde vsque ad montem Adulam, qui transuersaliter diuidit Gallias ab Italia. Iste autem mons Adulas facit tres ramos, qui cõmuniter Alpes dicuntur. quorum primus dictus est Apœninus, qui protenditur ad ortum terminans mare Tyrrenum à meridie, & sinũ Hadriaticum ab Aquilone, & terminatur iste mons apud Rhegium, & Farum Siciliæ. Itaque solus iste mons facit totam Italiam habens à latere meridionali littora
C Ianuæ, & Tusciam, & Lauiniam, & Campaniã, & Lucaniã, & à latere Aquilonari habẽs Lombardiam, & Flaminiã, siue Romandiolã, & Picenum, quæ Marchia dicitur, & Brutium, & Apuliam, & Calabriam, quæ quondam magna Græcia vocabatur. Ex quo patet quòd tota Italia nihil aliud est, nisi mõs Apeninus eleuatus inter mare Tyrrenum, & sinum Hadriaticum. Postea iste mons Adulas mittit alium ramum versus ortum qui dicitur Rethius relinquẽs à meridie Lombardiam, & Venetias, & Dalmatiam. Et ab Aquilone relinquens Retiam, & Vindelicam. & Noticum, & Pannonias: & sic protensus vltra facit totam Græciam inter sinum Hadriaticum, & mare Aegæum. Rursus iste mons Adulas facit alium ramum, qui dictus mons Sarma protẽditur versus Vulturnum: quasi D obliquè, vsquequo attingit montem Ryfeum: cui adiacens tota regio dicitur Sarmatia Europæ. Rursus iste mons Adulas protenditur rectò tramite, faciens quartum versus Aquilonem, vsque ad promontorium Cimbricum. & sic facit totam Germaniam. Ex quibus sequitur, quòd iste mons Adulas per quinque ramos facit totam Europam. Nam per ramum quem misit versus occasum, facit Gallias, & Hispanias, & per alios supradictos quatuor ramos fecit Italiam, & Græciam, & Sarmatiam, & Germanias: in quibus comprehenditur tota Europa cum montibus Noruegiæ. Item in secundo gradu longitudinis & vigesimoquinto quasi latitudinis incipit aliud promontorium super E Oceanum, qui dicitur magnus Atlas, & iste mons protenditur versus ortum, quasi sub Tropico Cancri, vsque ad mare rubrum, & meridie sinum Arabicum, relinquens à meridie totam Aethiopiam, & Libiam, & ab Aquilone Tingitaniam, & Cęsaream, & omnia littora Aphricana vsq; in Aegyptum. Iste ergo mons Atlas simul cum montibus Aethiopiæ facit totam Aphricam. Nam quicquid est inter hos montes pertinet ad Aethiopiam: sed omnia latera Aquilonaria huius Atlantis dicuntur littora Aphricana.

Item vltra Helespontum siue à mari Aegæo in 58. gradu longitudinis, & 37. latitudinis incipit alius mons in Icariã, qui protenditur rectò tramite versus ortum per totam Asiam, vsque ad regionem Sinarũ vltimò nobis notam, qui est ita lõgus, quòd secundum diuersas sui partes sortitur diuersa F nomina. Nam principio sui apud Icariam dicitur Fœnix. Postea dicitur Cadmus faciẽs à meridie Lyciam, & Pamphiliã, & ab Aquilone Bityniam, & Cappadociam. Postea magis eleuatus dicitur Taurus mittens Antitaurum ad Vulturnum, & Armeniam. Postea Taurus protensus ad ortum, vsque ad Medos dicitur Coronus siue Medos, faciens totam regionem Medorum, in qua est maxima ciuitas Tauris, & Cordiam. Deinde protensus, & relinquens à Meridie Syriam, Mesopotantiam, & Persiam, & Partiam, & Ariam: & ab Aquilone Hyrcaniam, & Bactriam, & regiones Sacarum, & Massagetas. Postea protensus vltra versus ortum dicitur Imaus longitudinalis, habens à meridie Indiam intra Gangem, & Aquilones Massagetas, citra

A reus versus Aquilonem vnum ramum dictũ Imaum transuersalem tendentem ad Aquilonem, finis cuius ignoratur. Sed iste Imaus longitudinalis protenditur rursus versus orientem, & dicitur Serus. Postea dicitur Otochoras habens à meridie Indiam vltra Gangem, & regionem Sinarum vltimò nobis notam: ab Aquilone autem habens Scythiam vltra Imaum, & Sericam regionem: quæ quidem regio semper fuit græcis, & latinis ignota propter incolarum immanitatem: de quibus dicitur. Ignoti facie: sed noti vellere Seres. Sed anno domini. Millesimo ducentesimo, egressi sunt Tartari ab illa regione, qui vastarunt, & subiecerunt omnes Indias, & Paethiam, & Mediam, & Persiam, & totam Scythiam citra Imaum, & Sarmatiam, & gentes illius regionis factæ sunt no-
B bis notæ propter peccata nostra.

Vnde quasi tota ista regio Serum dicitur hodie regnum Catait, cuius dominus & rex dicitur magnus Cham, qui etiam dominatur omnibus Indis, et Massagetis. Iste autem mons Serus, et Otochoras tenditur semper versum ortũ vltra per terram gnotam, cuius finis ignoratur. Ex quo patet, q̃ iste prædictus mons efficit totam Asiam per duo latera, à cuius latere meridionali oriuntur innumera flumina, quæ decurrunt, et recipiuntur in mare Indicum. Ex quibus omnibus sequitur, quòd supradicti quinque montes principales, scilicet duo extremi, et tres intermedii efficiunt totam terram nobis notam habitabilem propter suam eminentiam, et elementationem super valles.

C Item sequitur secundò, q̃ maria nihil aliud sunt, nisi valles infimæ, inter altissimos montes, in quibus congregantur omnia flumina, et omnes aquæ à montibus per valles, et campos declines defendentes, et decurrentes. Vnde mare nostrum mediterraneum nihil aliud est, nisi quędã vallis infima, cauata, & depressa inter montem Atlantem Aphricę, & montes Europæ. Quod quidẽ mare recipit omnia flumina ab vtrisque montibus decurrentia. Nam à montibus Hispaniæ recipit Tuderum, & Sucronem, & in litore nostræ florentissimæ ciuitatis Valentiæ recipit hodie Turium, & iuxta Dertusium recipit famosissimum Iberum, & iuxta Barchinonam recipit Lubricatum, & multa alia flumina à Pyreneis montibus descendentia. & à montibus Galliæ recipit Rhodanum cum D pleriſque aliis. & à montibus Italiæ recipit Arnum, & Tyberim, & Aranum, & Vulturnum. & multa alia, & in sinu Hadriatico recipit Padum, haud procul ab verbe famosissima Venetiarum, & sic recipit multa flumina à montibus Macedoniæ in mari Aegęo, & à montibus Lyciæ, & Pãphylię, & Ciliciæ in mari Rhodiensi. à montibus autem Aethiopiæ, & Aphricę famosissimum Nilũ, & Bagradam, & Mulacam. Sed quia hoc mare nostrũ Mediterraneum continuatur cum mari Euxino per angustum Hellespontum, & Bosforum Byzantinum: Ideo recipit in Ponto magnum Danubium, & Borysthenam, & Tanaim, & Pasim cũ innumeris aliis fluminibus. Ex quorum congregatione efficitur illud mare. Item inter montes Armeniæ, & Caucasum, & Coronum, & Oxum, causatur vna vallis infima non habens exitum: vbi E congragantur innumera, & vanissima flumina, quę efficiunt mare Caspium. Nam illud mare recipit magnum Araxem à montibus Armeniæ, & magnum Rha à montibus Hyperboreis, & Danxim, & Gerrum à montibus, & Iaxartem, & Oxum ab Imaũo, & Cyrum, & Cambysem à montibus Medorum cum innumeris aliis. Hoc autem mare est terminatum, & clausum vndique montibus per nullam sui partem attingens Oceanum, nec aliud mare.

Item inter montes Indorum, & montem Peonem meridianum, causatur alia vastissima vallis, in qua reperiuntur omnia flumina ab vtrisque montibus descendentia, ex qua congregatione efficitur mare Indicum, vndique montibus clausum per nullam sui partem attingens Oceanum, nec a- F liud mare. Hoc mare recipit à montibus Aphricę multa flumina nobis ignota: sed à mõtibus Asiæ recipit Sennm, & maximum Danam, & Gangem, & Indum cum infinitis aliis. A montibus autem Medorum recipit Arium, & in sinu Persico recipit Eufratem cum Tygri, & cęteris.

Ex quibus omnibus patet, quòd maria nihil aliud sunt, nisi congregationes aquarum in vallibus infimis inter montes. Item sequitur, quòd non omnia maria attingunt Oceanum nec continuantur cum eo. Item sequitur, quòd Oceanus non circuit totam terram: vulgares putant: imo clauditur vndique montibus. Nam littora eius orientalia, & etiam meridionalia sunt nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nota: licèt occidentalia, & Aquilonaria sint ignota. Sed multæ, & vastæ insulæ repertæ sunt à nauris versus occasum. Nam etiam multum distant littora occidentalia eius secundùm Aristotelem in fine secundi de cœlo. Ex supradictis etiam patet, quòd tria faciunt montes. Nam primò reddunt terram habitabilem. Secundò ab eis oriuntur aquæ propter eorum concauitatem, & spongiositatem. quæ quidem aquæ decurrunt inter valles, & per montes decliues. Tertiò montes terminant maria ne egrediantur ad operiendā terram. In qua dispositione terræ maximè demonstratur Dei omnipotentia, & sapientia, & prudentia, quia omnia ista sunt necessaria ad vitā hominum, & plantarū, & omnū animalium. Aliter enim non possent viuere. Ex supradictis patet, ꝙ non oportet ꝙ centrum terræ ponatur extra centrū mundi, imo centrum est æqualiter distans ab orbibus, & terra secundum se tota manet rotunda, & quò ad omnes partes sui habet montes eleuatos, qui terminant Oceanum, & etiā alia maria: quia montes continēt Oceanum inter se, & alia maria tanquàm in vasis: sicut dictum est psal. 32. Congregans sicut in vtre aquas maris ponens in thesauris abissos. idest ponit maria, tanquam thesauros in arca, & vase. Hoc idem probatur Prouerbiorum octauo: vbi ait sapientia diuina. Quando præparabat cœlos aderam. Quando certa lege, & gyro vallabat abissos. Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Sed contra supradicta occurrunt duo dubia. Dictum est enim primò, quòd flumina nihil sunt nisi cōgregationes aquarum ex fontibus emanantibus ex radicibus, aut ex lateribus montium, B C & quandoque ex campis &c. Dictū est etiam quòd ista flumina decurrunt ad valles, & partes infimas terræ, ex quorum congregatione fiunt maria. Ideo propter primum dubitatur vnde potest oriri, aut generari tanta copia, & multitudo aquarum, quantā videmus in maximis fluminibus congregari. Propter secundum etiam dubitatur quare maria non augentur, & operiunt terram, & campos, pinquos cum continuè recipiāt tàm magna flumina, & tantam copiam aquarum: quia omne quantum additum quanto, reddit ipsum maius. Hæc duo dubia putat soluere Aristoteles secundo Meteororum. Vnde dicit ad primum, quòd in concauitatibus terræ, & maximè ipsorum montium eleuantur vapores humidi, & conuertuntur siue congelD tur in aquam, & sic emanant fontes ex lateribus, & verticibus montium, & etiam ex aere incluso in cauernis, & visceribus terræ continuè generantur aquæ, & sic emanant fontes in radicibus mōtium propter eorum concauitatem, & in campis. Ex qua congregatione fiunt flumina in mare decurrentia. Ad secūdum dubium dicit, ꝙ propter calorem intensum radiorum solarium continuè fiunt resolutiones ī mari: ex quibus resolutionibus aqua, vt plurimum conuertitur in aerem, & resoluitur, & sic mare nunq̄ augetur. Sed in veritate si plenius volumus considerare, licet istæ rationes partim contineant aliqualē veritatem, tamen non sufficiunt: nec euacuant supradicta dubia. nā manifestū est, ꝙ ex decē pugillis aeris vix generatur vnus pugillus aquæ. Et sic aer inclusus in terra vel vapores eleuati in cōcauitatibus montium bene sufB ficerent, & sufficiunt ad generandum aliquos fonticulos emanentes in verticibus montiū. sed nullo modo possent sufficere ad generandum tantam copiam aquarum continuè, sicut videmus ꝙ Araxes in principio iam emanat maximus, & copiosus exit à monte Armeniæ. & sic oporteret, ꝙ in decuplo intraret copia aeris ad concauitatem illorum mōtium ad generandum tantam copiam aquarum, qđ est falsum, & inexpertū, quia oporteret, ꝙ per aliud latus illius montis intraret decupla portio aeris cum maximo impetu: ex qua cōtinuè generaretur illa copia aquarum. Item secunda solutio est insufficiens. Nam talis resolutio aquæ maris per radios solares non fit continuè, nisi in die, & nō omni tempore, sed in æstate, & in feruore diei, & non æqualiter in omni parte mundi, sed iuxta Tropicos. Et sic hieme, & in nocte, & in partibus Aquilonaribus paruæ fiunt resolutiones propter elongationem, & debilitatem radiorum solarium. Sed continuè, & omni tempore intrant vastissima flumina, et ita numera, maximè in mare Caspium, quod vix habet duo millia milliarū in longitudine, & mille in latitudine. De quo dicunt philosophi, quòd si per aliquam potentiam totaliter posset euacuari, repleretur in decem diebus. Quia duodecim vastissima fluuina maiora Danubio intrant in ipsum cum 120. aliis. Et tamen istud mare nunquam augetur, sicut nec cætera maria. Et ideo est dicendum conformando cum sacra scriptura, ꝙ sicut ille sapientissimus architectus omnipotens Deus in principio creationis dispositi faciem terræ eleuando montes, & declinando campos, & deprimendo valles infimas, in quibus congregantur omnes aquæ a montibus per campos decurrentes, vt dictū est. ita pariter taliter disposuit interiores, & viscerales partes terræ, quòd in ea fecit venas, & meatus subterraneos penetrantes totā terram, per quas venas continuè serpunt aquæ, vt manifestè videmus. Nam in profundo cuiuslibet maris fiunt multæ submersiones aquarum, & per venas supradictas serpunt penetrantes partes terræ, & dulcorantur ex frigiditate, & per æquilibrium emergūt, & ebulliunt ex radicibus, & lateribus montium oppositorū, & fiunt flumina fluentia, & decurrētia per faciem terræ vsque ad maria. Ex quibus sequitur primò, ꝙ aqua quę decurrit supra faciem terræ: primò serpit, & intercurrit per venas, & conductus, & meatus in visceribus terræ: sicut sanguis continuè mouetur p venas animalis: quia homo dicitur microcosmus, ideſt mundus paruus, factus ad instar mundi magni, & hoc videmus manifestè. Nā in quacunque parte lodimus terram, semper reperimus venas aquarum trāseuntium per viscera terræ, & non solum per viscera terrę, sed etiā per viscera rupiū reperiuntur aquæ transeuntes, & penetrantes rupes per venas. In quibus rupibus fiunt putei, vt ego oculis pluries vidi in diuersis partibus: vnde sicut in homine reperiuntur venæ magnæ, per quas discurrit copia sanguinis, ꝙ reperiantur meseraicę per quas discurrit modicus sanguis: ita pariter in viscеribus terræ, & in hoc manifestatur summa sapientia creatoris. Secundò sequitur, quod aquæ continuè mouētur circulariter, quarum medius circulus sit super faciem terræ, & alius medius inter viscera terræ. Nam eadem aqua, quæ submergitur in maris profunditate, & serpit per venas, & meatus viscerales terræ, & emergit ex montibus, & campis, postea decurrit inter conualles, & per campos decliues vsque ad mare, & sic semper aqua mouetur circulariter. Tertiò sequitur, quod maria nunquàm augentur, nec decrescunt quò ad partes formales. quia quasi quanta aqua intrat per flumina decurrentia super terram, tanta exit & submergitur in profundo, & continuè serpit per venas viscerales terræ, & emergit in fontes, & flumina ex montibus, & campis:

& semper fit motus circularis. Et hoc dicit D sapiens Salomon. Ecclesiastes primo, quod omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, & ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Ex quibus patet manifesta solutio supradictorum dubiorum. Est tamen aduertendum, quod propter hoc non tollitur quin ratio Aristotelis contineat aliqualem veritatem. Nam in concauitatibus montium bene eleuantur aliqui vapores in verticibus, & lateribus montium, qui resoluuntur in fontes, ꝙ ideo tempore magnæ siccitatis siccantur illi fontes ex defectu talium vaporum. Et etiam ex aere incluso in cauernis terræ generatur aqua parua, ex qua oriuntur aliqui parui fontes, sed talis aqua generata ex vaporibus, & aere non sufficeret ad tantam copiam, & continuum fluxum aquarum, vt ex eis tàm vasta flumina congregarentur, & tot, & tam vasta maria cōplerent, & efficerent. Item verum est, quod radii solares in feruore diei resoluūt partem aquæ maris in aerem, sed talis resolutio est parua, & non continua respectu tantæ multitudinis, & copię aquarum, quæ continuè intrant maria. Nam licèt in mari Indico fiat magna resolutio, eò quod est inter tropicos, tamen non in Caspio, cum sit ad aquilonem, nec etiam in mari pontico, & sic semper maria augerentur, nisi magna copia exiret aliū de, vt dictum est. Et ideo magis est credendum Salomoni, qui eruditus à spiritu sancto dicit Ecclesiastes primo, quòd omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Et hoc idem intendebat dicere Dauid psalm. 32. cum ait: Congregans sicut in vtre aquas maris ponens in thesauris abyssos. Nam abyssi, & profunditates maris sunt thesauri vnde exeunt aquę per venas terræ. Et sic ī dispositione terræ, & maris, & fontium, & fluminum manifestatur ineffabilis omnipotentia, & sapientia, & prouidentia creatoris, de qua sapientia dicit Salomon Prouer. 7. Quando præparabat cœlos aderā. Qnando certa lege gyro vallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum, & legē ponebat aquis, ne transirent fines suos &c. Ex quibus verbis Salomonis sequuntur tres conclusiones.

Prima, ꝙ abyssi, & materia sunt vallata in gyrum per montes, & circundata littoribus.

Secunda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Secunda, quod fontes aquarum erumpũt, & emergunt in mõtibus per quoddam equilibrium prout dictum est, eò quod dicit: Librabat fontes aquarum. Et per consequens aquæ non semper generantur ex aere nec ex vaporibus.

Tertia conclusio, quod omne mare habet terminum, & terminos intra quos includitur: per hoc quod ait: Quando circundabãt mari templum suum &c. Ex quibus patet, quod mare non continet terram: imo continetur inter mõtes, & littota terræ. Hoc est ergo quod intendit dicere Dauid in hac parte, cum ait. Ascendunt montes, & descendunt cãpi, quasi dicat: Tu Deus in principio taliter disposuisti terram propter necessitatẽ animalium, & plantarum, quod tota terra consistit in montibus, & campis, & vallibus. Nam tu eleuasti montes in altum, & campos creasti in quodam descensu, & declinatione, & sic sẽ per campi, licèt videantur plani: tamen sem per descendunt, & declinant in locum quem fundasti eis, idest vsque ad valles quas fundasti in infimo loco, vt essent loca aquarum: quia à montibus descendunt aquę per valles ac campos decliues, vsque ad valles infimas: ex quarum congregatione fiunt ibi maria, vt dictum est. Ex quo patet, quod ipsi montes terminant maria: ideo subdit, Terminum posuisti quẽ non transgredientur &c. Quasi dicat, tu posuisti montes in terminum ipsis aquis, quem terminum nunquam transgredientur neq; couuertentur operire terram: quia postquam descendunt aquæ ad loca infima: non possunt ascẽdere, nec cõuerti, nec redire supra montes: quia tunc cõtra naturam ascenderent: ideo quiescunt in vallibus infimis.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt Onagri in siti sua.

Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Ex tali dispositione, & ordine situs terræ sequitur alia vtilitas, nem tu emittis fontes in conuallibus, idest per vales, & sic inrer medium montium pertransibunt aquę. Nam aquæ primò descendunt à montibns: post ea inter montes transeunt per conualles: quia semper inter montes sunt cõualles, per quas transeunt aquę, & sic descendunt ad cãpos, & exinde ad maria, eò quòd sunt infima loca terræ. Sed qa ista nõ fecit Deus à casu: imo ad vtilitatẽ animalium, quia tales fontes, & flumina seruiũt hominibus, sed ad alia necessaria, ideo subdit. Potabunt omnes bestiæ agri ex his aquis, & etiam Onagri. i. asini syluestres, & cęteræ bestiæ expectabunt has aquas in siti sua, idest quando sitient vement ad istas aquas fontales, & fluuiales. Et volucres cœli habitabunt, idest volabunt super ea scilicet flumina, vel habitabunt in ripis, & ruinis, quæ sunt super flumina. & dabunt voces, de medio petrarum, quasi dicat: quòd cãtabunt super ripas flumina, sicut frequenter videmus, quia canunt aues quando veniunt ad bibendum ad fontes vel ad flumina. Ex supradictis apparet profunditas sapiętię, & prouidentiæ Dei. Nam ex tali dispositione, in qua Deus creauit terram, saluatur, & solutur omnis quæstio quæ posset fieri. Nam ex eo, quod mõtes sunt alti, de necessitate aquę descendunt inter montes per valles, & exinde decurrunt per campos, qui de necessitate declinant ad infima loca terræ, quæ sunt valles, vbi congregantur omnes aquæ, & sic efficiũtur maria. Et sic montes, & campi seruiũt hominibus ad habitationem, & fontes, & flumina ad potum animalium, & ad purgandas sordes rerum, & ad rigandos campos: maria autem seruunt hominibus ad nauigandũ, vt infra patebit. Ex quibus omnibus patet summa sapientia, & prouidentia Dei. Itaque cum dicit.

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum.

Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.

Vt exilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Commẽdat diuinam prouidentiam, & sapientiam circa dispositionem pluuiarum. Nam licèt aquæ fluuiales, & fontales sufficiant ad potum animalium, & rigandos aliquos campos: tamen non sufficiunt ad rigandos montes: nec omnes partes terræ, eo quod non attingunt cacumina montium, nec turam per omnes partes: etiam non sufficiunt ad nutritionem plantarum, & sic sunt necessaria flumina ad implendas cisternas, & rigandos montes, & omnes partes terræ, ad quos fontes, & flumina attingere non possunt. Et ideo summus, & sapiẽs artifex Deus prouidit de aquis pluuialibus. Nam taliter disposuit machinam mundi, vt sol virtutem, & calorem suorum radiorum attraheret vapores à terra humidos vsque ad medium interstitium aeris: vbi per antiparistasim infrigidantur, & congelantur in nubes, quæ resoluuntur in aquam. & sic per sui ponderositatẽ pluuia exalat super montes, & totam terram ad nutritionem arborum. Et sic germinãtur fructus terræ & crescunt plantę ad esum hominum, & bestiarum, & implentur cisternę ad potum hominum. Et hoc intendit dicere Dauid in hoc passu. Vnde ait: O Deus tu es rigans montes de superioribus suis, idest rigas superiora, & summitates montium per aquas pluuiales ex nubibus descendentes. Et sic satiabitur terra de fructu operum tuorum: quẽ terra complura producit. Nam ex tali pluuia produces in montibus fœnum iumentis, & bestijs, & produces herbam seruituti hominum, & est sensus: quòd tu produces fœnum, & herbam iumentis seruientibus, idest ad seruitutem hominum: quia iumenta nutrit Deus ad seruitutem hominum. Et mittis istã pluuiam: vt educas panem de terra, & vinũ, vt lætificet cor hominis: & rigas etiam terram per pluuias vt crescant, & nutriantur oliueta: & producant oleum, vt homo exhilaret, & vngat, & lætificet faciem suam in oleo, vel lætetur in videndo abundantiam, & copiam olei, & sic tanta copia panis, vt confiemet cor hominis, & fortificet, & per talem pluuiam saturabũtur, & nutrientur ligna, & arbores campi, & cedri Libani, quas solus Deus ipse plantauit absque manibus, & cura hominum. Est autem aduertendũ qꝑ propheta notanter memorat tres fructus terræ speciales quos nutrit pluuia cœlestis ad conseruandam vitam hominis, scilicet panem, vinum, & oleum: eo qꝛ isti tres fructus sunt valdè necessarij ad communes vsus vitæ humanę pro tres effectus, quos efficiunt in homine: prout memorat propheta in hac parte. Nã panis confirmat cor hominis. i. fortificat, & sustẽtat. Nam cibus panis post famem, & inediam restaurat deperditum, & viuificat cor hominis, & vires hominis, quæ ex inedia deficiebant. Item homo ex siti tristatur, & deficiebat. Item homo ex siti tristatur, & defectus fit potus vini refocillat, & letificat cor hominis. Hoc etiam dicit: quia manifestè videmus, quòd si vinum datur syncopizantibus, illico viuificantur, & recuperant sensum, & motum, & lætificantur. Ex quo patet, quòd vinum lætificat cor hominis. Itẽ subdit: Vt exhilaret faciem in oleo. Ad cuius intellectum est notãdum: quòd exhilarare idem est quod ex lætitia os, & nasum, & omnes venas aperire: & ex tali intrinseci lætitia anhelitum per nisum emittere: sicut videmus in ridentibus. nam sicut ex tristitia rugatur facies, & restringitur os, & nasus, & venæ, & retinetur anhelitus: ita per oppositum ex lętitia, & sanitate, & bona dispositione omnia supradicta aperiũtur, & homo exhalat anhelitum per os, & nasum, & sic ostẽdit lætitiam cordis in facie per risum, & faciem lætam: & tunc dicitur exhilarare quasi exhalare, & talis homo dicitur hilaris, & lætus. Sed quia hunc effectum facit in homine vsus olei: ideo dicit vt exhilaret faciẽ in oleo. nam quia oleum est valdè nutritiuum propter suam pinguedinem, & bonum humorem, & qualitatem, ideo causãt bonã cõplexionẽ in homine. ideo est valdè vtile ad condimentum in omni cibo, & penetratiuũ in omni medela: & videmus etiam manifestè quòd homines vtentes oleo cõmuniter habent faciem plenam, & pinguem, & lucidã & bene coloratam, & facilem ad risum, & lætitiam: ideo dicit ꝓpheta, vt exhilaret. i. lęti facies faciem in oleo, idest in vsu, & esu olei. Potest etiam dici quòd in partibus orientalibus, & Meridionalibus homines vngunt oleo facies suas, vt appareant lęti, et lucidi, vt patet in Daniele. Deus ergo per pluuiam educit panem de terra ad cibum et vinum ad potum, et oleum ad condimentum ꝛet saporem cibi hominis.

Saturabuntur ligna campi & cedri Libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt.

Herodii domus dux est eorum, montes excelsi cervi: petra refugium erinacijs.

Aduertendum est ꝙ notanter dicit ꝓpheta Cedri Libani quas plantauit. nam secundum Virg. in Georgicis quędam sunt partes terrę, quę sponte de se proferunt quasdã arbores, et plantas, et fructus, quos alię terrę non proferunt, sicut Arabia profert cinamomum, et incensum &c. quæ non profert Germania nec Scythia. Item quędam sunt quę non nascuntur nisi seminentur per artem, et curam hominum, sicut frumentũ, et hordeũ &c. et quędam sunt arbores, quæ in quibusdã locis per se nascũtur ex sola Dei ꝓuidẽtia absq; labore hoĩm, sicut copia altissimarũ cedrorũ nascitꝫ in mõte Libani. & has

Universidad de Deusto
Biblioteca

A virtutes, & differentias Deus contulit terræ in primordio creationis: vt ait Auguſt. ſuper Geñ. quando dixit. Germinet terra herbam virentem &c. quia tunc indidit, & creauit rationes ſeminales in diuerſis partibus terræ: vt abſque labore hominum ex ſola influentia & virtute actiua cœli, & humore pluuiæ terra germinet, & producat ſponte tales plantas & arbores. Ideo dicit propheta, quòd ex illa pluuia ſaturabuntur Ligna campi, & cedri libani, quas ſolus Deus plantauit. Illic paſſeres nidificabunt. Hic commendat diuinam prouidentiam circa diſpoſitionem locorum animalium brutorum ad refugium: nã Deus creauit arbores altas ad habitationem auiũ: in quibus nidificant, & habitant ad tuendam vitam, & ad quas refugiunt, ne lædantur à venatoribus, & ſagittariis. Item creauit montes altos: vt eſſent refugium ceruis, & capreolis,

B & cęteris quadrupedibus. ad quos montes refugiunt propter venatores. Item creauit, & diſpoſuit cauernas in terris, & rupibus: vt eſſent refugium, & latibulum cirogrillis, & leporibus, & vulpibus, & cęteris animalibus piloſis. Ideo ait: quòd paſſeres, & omnes volucres nidificabũt, & facient nidos ſuos illic, ideſt in cedris, & cæteris arboribus ad quietẽ, & tuendam vitam pullorum. Et Herodii domus dux eſt eorum. Ad cuius intelligentiam eſt notandum: quòd Herodius eſt auis prędalis, & rapax, & nidificat, & habitat i cedris, & altis arboribus: & eſt talis naturę, q̃ non quærit eſcam in locis vbi facit nidum: ſed à longe per dẽcem milliaria à nido ſuo: & ſic non nocet auibus, quę nidificant, & habitant in arbo

C ribus propinquis, & ideo omnes paſſeres, & aues libenter nidificant, & habitant prope nidos herodiorum propter ſecuritatem: quia Herodius non ſolum non nocet eis: ſed etiam tuetur, & defendit eas à cęteris auibus ex rapina viuentibus. qui quidem Herodius apud nos dicitur Grifaldus, & ideo cæteri paſſeres, & aues habent nidum, & latibulum Herodii tanquàm ducem, & refugium. Ideo dicit propheta, q̃ domus, ideſt nidus, & latibulũ Herodii eſt dux, & refugium eorum, ſcilicet paſſerum, & montes excelſi ſunt refugium ceruis, & cęteris quadrupedibus. Et petra cauernoſa eſt refugium erinaciis, ſcilicet animalibus piloſis aptis ad venationem: ſicut ſunt cuniculi, & lepores: etiam ericius: quia omnia iſta eligunt latibula in cauernis terræ, & petrarum ad ſecuritatem.

Fecit lunã ī tẽpore: ſol cognouit occaſum ſuũ. D

Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ.

Catuli leonum rugientes, vt rapiant, et quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur.

Exibit homo ad opus ſuum: & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.

Commendat hic diuinam prouidentiam & ſapientiã circa diſpoſitionẽ, & varietatẽ tẽporũ, quæ fit per variationẽ ſolis, & lunæ nã ſol per lationẽ, & curſum ſuum ſupra noſtrũ hemiſpheriũ cauſat diẽ apud nos, & per eius abſentiam cauſat noctem, eò q̃ fertur ſup a- E liud hemiſpheriũ, cauſat ibi diẽ, & apud nos cauſat noctem, & hoc fit per motum diurnũ ad raptum primi mobilis ſed per motum proprium in circulo obliquo cauſat in nobis quatuor tempora diuerſa in anno, ſcilicet ver, & æſtatem, & autumnum, & hyemen ſecũdùm acceſſum, & receſſum ad polos. Luna autẽ diuerſificat etiam tempora in quolibet menſe: ſecundùm, q̃ diuerſimodè illuminatur à ſole quò ad partes ſuas. & quò ad noſtrũ aſpectũ. Nam in coniũctione illuminatur tota media pp humiditatem eius ſed ſicut incipit elõgari à ſole: ita incipit videri à nobis aliqua particula eius illuminata, & ita creſcit vſque ad primã quadrã, & exinde vſque ad plenitudinem cũ eſt in oppoſitione, & exinde incipit accedere ad ſolem. & quãtùm accedit tãto de creſcit eius lumen, quò ad noſtrum aſpectũ: quia reſpectu ſui ſemper illuminatur media tas eius: & ſic luna per acceſſum, & receſſum ad ſolẽ cãt, & diuerſificat quatuor tpa in terra, & in mari ſecundũ quatuor quadras eius, & hoc eſt qđ dicit Dauid ī hac parte. vñ ait. Deus fecit lunã in tpe. i. diuerſitatem in tempore ſecundũ acceſſum, & receſſum ad ſolem ſupple, ſiue ad diuerſificãda tẽpora, & ſol cognouit occaſũ ſuũ. i. talẽ diſpoſuit motũ ſuũ: quia dum fertur ſuper terrã cauſat diẽ. ſed poſtea cognouit occaſũ ſuũ cadendo ſub noſtro orizonte, & ſic tu Deus poſuiſti tenebras per caſum ſolis, & abſentiam. & ſic facta eſt nox ſuper noſtrum hemiſpheriũ. Sed quia talem diſpoſitionem non fecit Deus in æſtris à caſu, & fortuna: ſed propter finem bonum ad vtilitatẽ, & vitã hominũ, & aliorũ animalium: ideo

A ideo ſubdit: lõ facta eſt nox: quia in ipſa nocte pertranſibũt oẽs beſtiæ ſyluę, & diſcurrẽt ad quærendũ cibum. & catuli leonum diſcurrent de nocte: vt rapiant eſcam ſibi, & quærãt à Deo prouidente. nam pater cœleſtis paſcit omnia animalia: vt ait ſaluator Matt. 7. Sed poſtquàm ortus eſt ſol, & lucet dies tunc leones & cęterę beſtię rapaces cõgregati sũt ſuis cubilibus ſuis. ſed per oppoſitum homo tunc in die poſtquàm ortus eſt ſol: exhibit ad opus ſuum faciendum, & ad operationem ſuam exercendam: vſq; ad veſperam, & occaſum ſõ diſpoſuit Deus tempora: ſed diſtinxit diem à nocte propter ſupradicta. Et diſtinxit annũ i quatuor tempora ſecundum acceſſum & receſſum ſolis ad polos, propter generationes,

B & corruptiones rerum. nam per acceſſum ſolis ad polũ arcticũ cauſantur generationes arborũ, & plantarum, & ẽt animaliũ citra æquinoctialẽ: ſed q̃ receſſum ſolis à nobis, & acceſſum ad aliũ polum cauſãtur corruptiones citra æquinoctialem, & generationes vltra æquinoctialem ſecundum Ariſto. 2. de generatione. Vnde, quia omnia iſta prouenium ex ſumma ſapientia, & prouidentia illius ſummi artificis, & architecti: ideo admirando exclamat propheta dicens.

Quãm magnificata ſunt opera tua dñe: omnia in ſapiẽtia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.

C Quàm magnificata sũt opera tua dñe. i. quàm magnificatus es in operibus tuis: quia omnia opera tua feciſti in ſapientia magna, & prouidentia; quia omnia ſic ordinaſti propter aliquem bonum finem: vt vnum quodq; produceret fructum ſuum in tempore ſuo ſibi determinato. & ſic impleta eſt terra poſſeſſione tua, i. domus, & beneficiis tuis, q̃ prouenit ex tua mera largitate. Deinde cũ dicit:

Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus.

Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt.

Cõmendat diuinã ſapientiam circa diſpoſitionẽ maris, quòd ad eius magnitudinem, & extenſionem, & diuerſitatem ſpatiorum, & locorum, & habitationum ad vitam piſcium, & ad vtilitatem nauigantium. Ad cuius intelligentiã eſt votandũ, q̃ ſicut Deus diuerſificauit terrã per montes, & valles, & campos decliues ad habitationem hominũ, et animalium reſpirantium, quæ viuũt in aere, vt dictũ eſt: ita pariter diuerſificauit maria: & extendit per diuerſa loca ad vitã piſcium, & vtilitatem nauigantium: nã primo voluit: vt hoc mare eſſet magnum, & ſpatioſum propter duo. Primò: vt in eo procrearetur copia piſcium, & nauigantes poſſent attingere loca remota. Item voluit, vt circa littus eſſet vadoſum propter piſces paruos, & circa mediũ eſſet profundum propter piſces magnos, vt ibi ſaluentur, ne poſſint deuorare omnes piſces paruos natantes circa littora, & voluit diſponere receſſus, & ſinus, & portus in hoc mare: vt attingeret terrã per multas partes, & naues ſaluarentur refugientes ad portus tempore tempeſtatis. Vnde ait Dauid. O domine tu creaſti hoc mare magnum, & ſpatioſum, & latum manibus. i. locis, & receſſibus, & finibus & quia magnũ. ideo illic procreantur reptilia, & natatilia, & piſces magni, & E parui, quorum non eſt numerus. i. numerabiles piſces, & animalia natatilia in eo creaſti, & continuò procreantur, & ſic procreãtur ibi animalia natatilia puſilla cum magnis. Et quia hoc mare creaſti ſpatioſum, & plenum magnis manibus, & ſpatiis: ideo illic naues petranſibunt, & nauigabunt ab vno littore in aliud, & ab vna regione in aliam. Vnde nota, q̃ hoc nomen manus eſt equiuocum ad tria: nam vno modo ſignificat membrum hominis: alio modo ſignificat fortitudinem, & turmam exercitus ſiue ſatellitum. Tertiò ſignificat extenſiones locorum, & brachia, & ſinus ſiue receſſus maris: nam ſicut homo extendit manus, & brachia ad attingendum aliquid extrinſecus: ità pariter oceanus, & quod libet mare extendit manus, & brachia intra F terram: qui dicuntur ſinus, & receſſus, & portus maris. Et iſto modo oceanus primò extẽdit vnum brachium inter Norueguã, & Germaniã, qui dicitur ſinus Codanus, ſiue Germanicus, ſiue Sarmaticus. Secundò vltra æquinoctialẽ extẽdit aliud brachiũ, aut manũ inter mõtes Aethiopiæ, & terrã Guineorũ, qui dicitur ſinus Sperius, quẽ hodie nauigãt Portugalenſes ad fodiendũ aurũ ex minera. Tertiò mittit aliud brachiũ per anguſtũ fretum Gaditanũ inter Aphricã, & Europã vſq; in Syriã: quod dicitur mare Tyrrhenũ: quod mare Thirrenũ mittit aliud brachium verſus aquilonẽ inter Phrygiã, & Thraciã per angu ſtum Helleſpontũ, & Propõtidẽ, & ſic intrat mare Põticũ ſiue Euxinum, & exinde intrat

Maeou-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Mœotidē paludē per angustū Bosforum inter Promontorium Caucali, & Tauricam Cherſonneſum, quæ dicitur Caffa. Ex quibus patet, q̄ hoc mare magnū. ſ. oceanus dicitur ſpatioſum: & extēſum lōgis manibus, & brachius, & ſinibus. Ité mare Indicum, quod clauditur inter mōtes Aſiæ, & mōtes Auſtrales, dicitur magnum, & ſpatioſum manibus: quia habet duos gradus in lōgitudine à Prēſo Aplaricę vſq; Catigará regionē Sinarū, & habet quinq; gradus in latitudine, & habet plures ſinus, ſicut eſt Arabicꝰ & Perſicꝰ &c. Et ita eſt dicendum de mari Caſpio, qđ clauditur inter Gaucaſum, & mōtes Medorū, & inter mōtes Armeniæ, & mōtes Sacarū ſiue Maſſagetarum. Et ita eſt dicendum de maribus nobis ignotis, nā de neceſſitate oportet quòd vltra montes Aetiopiæ ſint alia maria, quæ recipiant aquas decurrētes ab alio latere illorum montiōm verſus Auſtrum. Et etiam vltra mōtes Sericos verſus Aquilonē eſt mare Sericum recipiens aquas decurrentes à latere Aquilonari illorum montium, quod quidem mare erat ignotum Græcis, & Latinis tempore Ptolemæi. Sed poſtea Tartari ab illis regionib. egreſſi notificarunt Perſis & Mēdis & Latinis qualiter ibi vltra Imaū, eſt quoddā mare magnū, vbi cōgregātur oia flumina à circunſtantibus montibus deſcendentia, & ſic eſt præſumendum, q̄ vltra mōtes magnos Sinarum verſus ortum ſunt alia maria, in quibus cōgregatur oēs aquæ decurrētes à lateribus orietalibus illorū montiū. Ex quibus patet, q̄ mare nō eſt tm vnū, nec cōtinet terrā, vt vulgares autumāt: imo ſunt multa maria inter montes cōtenta, &

C terminata: vt ait Ptolomæus, prout dictū eſt. Nec mare eſt maius terra: vt quidā putāt: imo terra eſt maior in ſpatio ſepties quā oia maria, vt legitur. in. 4. li. Eſdrę ca. 6. vbi ſic dicitur. Et tertia die imperaſti aquis cōgregari in ſeptima parte terræ, ſex verò partes terræ ſiccaſti, & cōſeruaſti, vt ex his ſint coram te miniſtrantia ſeminata à Deo, & culta. Et in quinto die dixiſti ſeptimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & piſces, & ita fiebat. Ex ſupradictis patet, q̄ terra eſt maior maioribus maribus ſeptupliciter, & tamē mare qui dicitur oceanus eſt magnum, & extenſum per multos ſinus, & brachia, & dictū eſt, & eodē modo mater Indicū, & mare Caſpium, & hoc ordinauit Deus non ſolum propter copiam piſcium ad eſum hominum, ſed etiam propter nauigationem, & vt victualia, quæ germinantur in vna parte terræ, & veharentur ad alias partes, & ſic omnia bona terræ communicentur omnibus. Deinde cum ſubdit.

Draco iſte quem formaſti ad illudendū ei: omnia à te expectant vt des illis eſcam in tēpore.

Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

Oſtendit, q̄ Deus nō ſolum fecit mare lōgum manibus, & brachiis, & ſinibus propter merces vehēdas, ſed etiam fecit ipſum mare profundū in medio, & vadoſum ad littora: vt balenæ, & piſces magni viuant in profundo, & parui ſaluentur iuxta littora vadoſa à piſces magni poſſent accedere ad littora ad deuorādum paruos. Vnde quandoque piſces magni deluduntur a paruis, nam dū ſtalet ua, vel quilibet alius magnus piſcis inſequitur piſces paruos ad deuorandum, tunc piſcibus paruos ſequi per littora vadoſa eū magno impetu, reperiuntur in modica aqua ſiti valētes natare ſuper arenā, nec valētes retrocedere ad profundū, & ſic nauitæ, & piſcatores iterū iterūq; balenas, & piſces magnos, & ſic piſces magni dicipiūtur, & illudūtur à paruis. Dicit ergo Dauid p. O dñe tu feciſti hoc mare magnū, & ſpatioſum manibus: quia illic ſunt reptilia pulilla cum magnis, & etiā quia illic naues pertrahūt: ſed etiam feciſti iſtud profundū in medio, & vadoſum in littore, vt illic ſit etiam iſte draco, ideſt balena & quilibet alius magnus piſcis ad illudendum ei, vt ibi illudatur à paruis piſcibus permodum iam dictum. Vnde eſt aduertendū, quòd per draconem intelligit balenam ſiue cetum. Vnde Geneſi. 1. vbi noſtra tranſlatio dicit: Creauit Deus Cęte grandia alia tranſlatio dicit: Creauit Deus dracones magnos. Et in hoc loco dicit littera Hieron. Leuiatan iſte, quem formaſti. Et alia tranſlatio habet Cætus iſte, per quem intelligitur quælibet belua marina. Ex quibus omnibus patet, quòd Deus omnia creauit apta ad debitum finem, & omnibus viuentibus prouidit de loco, & tempore, & victu neceſſario ad vitam tuendam, & conſeruandam. Omnia à te expectāt domine. Hic incipit verſus apud Hebræos, & etiam ſententia: nam poſtquam ſuperius oſtendit, ꝓpheta, q̄ Deus oia creauit, & diſpoſuit propter debitū finē, & ornauit, & diſpoſuit de loco, & tēporis opportuno, & ei

bus, dixit de loco, & tēporis opportuno, & ei

A bo, & potus neceſſario ad vitam: ideo in hac parte conuerſus ad dominum concludendo dicit: ō domine omnia animalia expectant à te vt des illis eſcam in tempore opportuno. nam animalia bruta expectant vt in vere des eis fœnum, & herbam ad cibū. & homines expectant tempus vernū vt colligant quoſdam fructus: & ętatem vt colligāt frumeta, & cęteras fruges, & ſegetes. Et expectāt autūnum vt colligant vindemia, & cęteros fructus tūc maturos ſecundum naturas ſuas &c. Ideo te illis dante copiam frūtuum, & ciborum tunc illi colligent fructus per te creatos, & augmētatos. Et te aperiente manum tuam, & telaudos largitatis tuę: omnia implebuntur bonita-

B te, ideſt bonis terræ ex tua bonitate largitis. Ad cuius intellectum eſt notandū, q̄ duplex eſt appetitus in viuentibus. vnus naturalis, & alius voluntarius. Appetitus voluntarius rēgitur per ſeipſum cum ſit primum principiū mouendi. Sed appetitus naturalis regitur ab intelligentia ſuperiori mouente orbe, iō non ſolum animalia perfecta appetūt, & expectāt cibū in tempore ad conſeruationē vitæ appetitus voluntario, & naturali ſimul. ſed ēt plantæ, & animalia imperfecta hoc idē expectāt quodam naturali appetitu ab intelligentia directo: quia opus naturæ eſt opus intelligētię. Vnde dicit ꝓpheta, quòd omnia viuentia tā plantæ, quām animalia expectant à Deo: vt det eis eſcam in tempore opportuno. Et ſic formica ex diuina ordinatione à ſuperiori intelligentia directa, & mota recolligit granū in ęſtate pro tempore futuro.

C *Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient: & in pulueren ſuum reuertentur.*

Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

Sit gloria domini in ſæculum: lætabitur dominus in operibus ſuis.

Qui reſpicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo domino in vita mea: pſallam Deo meo quāmdiu ſum.

Iocundum ſit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.

Deficiant peccatores à terra: & iniquitates eorum ſint: benedic anima mea domino.

Poſtq̄ ſuperius Dauid oſtendit Deum eſſe prouiſorem, & datorem omnium bonorū ad conſeruationē vitę, & ipſius eſſe in omnibus rebus. Ad cuius intellectū eſt notandū, q̄ cū

Deus ſit cauſa omniū in triplici gñe cauſæ. ſ. D efficientis, formalis, & finalis: ita creatura recepit à Deo tripiex eſſe. ſ. eſſe eſſentiale, & actuale, & operatiuū. nam inquātū eſt facta ad imaginē Dei aut ſimilitudinē, hēt eſſe eſſentiale, & ſpecificum, & formale. Sed quia nulla creatura eſt per eſſentiam ſuā: ideo habet à Deo eſſe exiſtentiæ influxum: per quod exiſtit in actu: & ſic exiſtit in eſſe perſonali, & ſic creatura non ſolum dependet à Deo quo ad eſſe eſſentiæ: ſed etiam quò ad eſſe exiſtētię. inquātum Deus cōtinuē influit eſſe in eā & conſeruat eam in eſſe. nam ſi per aliquod inſtans Deus deſiſteret influere eſſe in eā, illico deficeret: ſicut noſtrū hemiſpherium in tātùm eſt illuminatum, inquantùm ſol influit lumen per ſuam præſentiam. ſed quando ſol ſubtrahit ſuam præſentiam, illico deficit lumen, & efficitur nox apud nos. Ita pariter dicit Dauid, quòd quando Deus influit vitam B in creaturas. tunc creaturę viuunt, q̄ operantur: ſed ſi Deus auertit ſuam præſentiam, & influentiam, tunc creaturæ deficiunt. Et ita pariter eſt dicendum de cibo corporali. nam quando Deus influit virtutem ſuper terram in vere, tunc terra germinat: ſed quādo auertit ſuam virtutem tunc terra turbatur, & oma deficiunt: vt patet in autumno, ſed quando iterum in vere mittit ſuam virtutem, & influentiam tunc terra renouatur, & germinat plātæ, & fructus, & hoc eſt, quod vult dicere Dauid in hac parte: vnde ait: O domine ſicut te aperiente omnia implentur bonitate: ita pariter te auertente faciem, & influxum omnia turbabuntur. Ex tunc auferes ſpiritum, ideſt eſſe actuale eorum, quòd ha- F bent ex influxu tuo, & tunc totaliter deficiēt & morientur animalia, & plantæ, & ſic mortua reuertentur in pulueren ſuum: quia incinerabūtur, & putefient cadauera animaliū. Et arbores reſoluentur in pulueren, pòſtquàm deficit eis influxus. Sed quando tu emittes ſpiritum, & influxum, tunc res creabūtur. Et ſic renouabis faciē terrę. nā ſicut quidā moriuntur ꝓp defectū huius influxus: ita alii creantur per influxū tuū in eis: & ſic facies terræ renouatur ꝓ homines nouiter creatos: quia quotidie creas ſpūs, & animas in eis. Et ſic licet vnus moriatur, tñ alter de nouo per te creatur. & ſic renouatur ſemp facies terræ & mundus conſeruatur in eſſe. Hoc ēt poteſt referri ad cęleſtes influentias ſecundū diuerſitatē tēporū: nā i autūno Deus auertit faciē. i.

influen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

influentiam à terra per recessum solis, & tunc omnia folia arborum cadunt cum fructibus suis, & herbæ deficiunt. Sed postea in vere Deus emittit spiritum, & influentiam per accessum solis, & tunc hærbę recreantur, & arbores frondescunt, & florent: & sic renouatur facies terræ. Sed prima expositio est melior, & profundior, & magis consona literæ. Ex supradictis patet, quam immensa fuit omnipotentia Dei: & quam profunda, & inscrutabilis sapientia, & prouidentia Dei in creatione, & dispositione mundi. Et quantum est immensa bonitas Dei in mundi conseruatione. de qua quidem omnipotentia, & sapientia, & prouidentia, & bonitate commendauit Dauid Deum in hoc psalmo. Et ideo concludens agit gratias dicens. Sit gloria domini in sæculum sæculi &c. Quomodo autem paradisus delitiarum situetur in Hemispherio australi, & de dispositione eius, dictum est psal. 71.

Secunda Expositio.

Benedic anima mea domino: domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Quia vt dictum est in principio expositionis huius psalmi secũdum mentem August. contra aduersarium legis, & prophetarum, & propheta Moyses aut libri Geneseos magis intendebat, vt eius narratio rerum factarum esset etiam figura futurarum, ideo à fortiori est credendum, & affirmãdum, quòd Dauid qui non est minus ꝓpheta in hoc psal. quam in cęteris non solum intendit commendare diuinam sapientiam, & prouidentiam, & bonitatem circa creationem, & dispositionem mũdi materialis quę produxit ad instar mũdi idealis, & æterni. Sed etiam à fortiori magis intendit commendare tandem diuinã sapientiam, & prouidentiam, & bonitatem circa recreationem mundi spiritualis: quę est ecclesia: quã recreauit, & regenerauit, & dispouit ad instar mundi idealis: & ad figuram huius mundi materialis. In cuius creatione contemplanda Dauid pręuidit in spiritu totum misterium regenerationis ecclesię: quæ dicitur mundus spiritualis. Ideo postquam exposuimus istum psalmum literaliter de mundo materiali: exponatur iterum consequenter de mundo spirituali: & eius recreatione: de qua primò, & principaliter Dauid intẽdebat Deum commendare in hoc psalmo, ad quam intentionem principaliter legit, & cantat ipsum ecclesia. Nam licet vtraque creatio sit eiusdem potentiæ, & sapientiæ: tamen creatio mundi spiritualis est maioris misericordiæ, & bonitatis: quò ad nos: quia nihil nobis profuisset, quòd creasset nisi miris atque ineffabilibus modis recreasset: vt inquit August. Hoc idẽ innuit Gregorius in benedictione cerei paschalis, & ideo est valde attendendus iste psal. vt inquit Aug. quia totus est refertus profundissimis misteriis: sacramentis, nam ꝓpheta Dauid per figuram creationis mundi intendit commendare, & nobis notificare prophecię diuinã sapientiam, & bonitatem circa fundationem, & regenerationem ecclesię Christi. Ad cuius intelligentiam est primo notandum: ꝙ cum creatio mundi materialis fuit figura fundationis ecclesiæ eundem ordinem seruauit Deus in fabricatione ecclesię: quem tenuit in creatione mundi. Nã sicut tunc pater dicendo per verbum suũ fiat lux: fecit lucem: & dicẽdo fiat firmamẽtum: fecit firmamentum &c. & sic per verbum factus fuit totus iste mundus materialis: quia ipse pater dixit, & facta sunt omnia, & verbo domini cœli firmati sunt: Ita pariter in fabricatione ecclesię idem Deus pater locutus est nobis per idem verbum incarnatum, & dixit totum euangeliũ: & ex latere suo produxit totam ecclesiam. Nam tota ecclesia cõstitit virtualiter in euangelio dicto per Christum, qui est verbum patris. nam sicut olim Deus pater loquebatur multifarie in ꝓphetis nouissime locutus est nobis in filio vt ait Apostolus ad Hebr. 1. Ex quo patet, quòd ꝙ idem verbum per quod Deus creauit mũdũ: fundauit ecclesiam. Hoc idem manifestauit Ioã. primo, qui dicit. Omnia per ipsum facta sunt, & infra. Verbum caro factum est: & dedit potestatem credentibus filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus: sed ex Deo nati sũt & cætera. Ex quo patet per idem verbũ nos regenerauit, per qd nos ante creauit, & per quod facta sunt omnia. Item sicut tũc per spiritum sanctũ omnia quæ creauit, vniuersaliter dando eis vitam, & motum. quia spiritus domini ferebatur super aquas dando vitam, & operationem rebus: ita pariter pater in nra regeneratione postquam per filium suũ verbum incarnatum fundauerat ecclesiam in apostolis & discipulis. in die pentecostes misit spiritum sanctum in eos, quos ad gratiam, & vitam spiritualẽ per septẽ dona viuificauit: & mouit

mouit ad prædicandum euãgeliũ omni creaturæ. Et sic quia spũs domini ferebatur super eos: iõ tali spũ viuificari totum orbem subiecerũt ecclesiæ, & iugo Christi. Ex quibus patet, ꝙ sicut tota trinitas indiuisè concurrit ad creationem mundi: ita eodem modo ad fundationem ecclesiæ. Item sicut tũc creauit in mundo triplicẽ naturam, s. angelicã propè se quã dicitur indutus, & cœlestẽ ad mittẽdas influẽtias in hæc inferiora, & elementaię ad recipiẽdas cœlestes influentias: ita pariter in ecclesia recreauit, & disposuit tres status. s. statũ apostolorum prope se, quibus primò reuelauit mysteria euangelica. Secundò statũ doctorũ: qui moti ab apostolis, sicut cœli mouẽtur ab angelis, declararunt sacras scripturas hominibus simplicibus. Tertiò fundauit statum cõmunem comugatorum, & simplicium: qui receperunt sacrã doctrinã à doctoribus: nã sicut Deus influit in angelos, & angeli mouentes influũt in orbes cœlorum, & cœli influunt in elementa: ita Christus influxit primò in apostolos: apostoli in doctores, & doctores in populũ, qui sunt elementa ecclesiæ. Et hoc ergo pręuidens Dauid in spiritu tũ laudat diuinã prouidentiã, & bonitatẽ in hoc psal. dicens. O anima mea benedic dño, & lauda cum de tãta sapientia, & mia. Item sicut tũc primò creauit mundũ quò ad suas tres partes principales: sed postea ornauit eũ in tribus diebus sequẽtibus: ita pariter Christus primò fundauit ecclesiã in apostolis. Et postea ornauit eam donis gratiarum spiritus sancti in die pent. Hæc ergo omnia pręuidẽs Dauid in spiritu: fecit hũc psalmum. in quo commendat diuinam sapientiam, & prouidẽtiam circa fundationem, & dispositionem ecclesiæ, in quo quatuor facit. Nam primò commendat diuinam sapientiam circa fundationem ecclesiæ quò ad partes suas. Secundò quò ad eius ornatum. Tertiò quò ad dispositionem temporum. Quartò agit gratias secundum ibi. Rigans montes. 3. ibi. Fecit lunam. 4. ibi. Sit gloria domini. Quantùm ad primum est aduertendum vt dictum fuit ps. 18. quòd cum ecclesia sit quidam mũdus spiritualis siue Microcosimus, & homo mysticus in ea consideramus caput: qui est Christus. Et totum residuum dicitur corpus eius siue membra. & sic Christus vno modo computatur cum ecclesia tanquam caput eius: sicut Deus, qui est prima causa totius vniuersi: cõputatur tno modo cũ toto vniuerso. vt patet primo cęli. Et ideo cũ Christus sit caput huius mundi spiritualis. & hoc inquantùm homo: ideo propheta incipit fundationem ecclesiæ ab incarnatione. nam sicut dictum est in alia expositione: vt Deus ĩ principio creationis mũdi induit se decorem, & confessionẽ: & fuit amictus lumine sicut vestimento cum creauit naturam angelicam: ita pariter verbum æternũ. s. filius Dei in principio fundationis ecclesiæ circũdatus, & indutus est humanitate, & carne in vtero virginali. Hoc ergo prætuidens Dauid in spiritu excitans animam suam ad laudem, dicit. Benedic anima mea dño. & conuersus ad Christum dicit. O Christe dñe Deus meus tu in principio fundationis ecclesię magnificatus es vehementer. Nam tunc induisti confessionem, & decorem humanitatis. i. mundam, & immaculatã carnem de virgine assumpsisti. Et sic fuisti factus speciosus forma præ filiis hoĩum. nam illam humanitatẽ, & vestem multipliciter ornatam induisti: quia super te requieuit spũs sapientiæ & intellectus, spũs consilii, & fortitudinis &c. & talibus virtutibus, & donis fuisti amictus, & vestitus sicut vestimento. vnde triplici ornamento fuisti indutus in illa incarnatione. s. cõfessione laudis propter magnã miam, & humilitatẽ: quia cũ esses in forma Dei voluisti induere formam serui. Secũdò fuisti indutus decore puritatis Tertiò lumine omnium virtutum & donorũ: quæ oia fuerũt in te tanquã in fonte: vt posses influere in membra tua. Deinde cũ dicit. Extendẽs cęlũ &c. describit fundationẽ ecclesię Christi quò ad suas partes. vnde dictũ est psal. 18. ꝙ sicut iste mundus sensibilis constat ex tribus partibus. s. ex cœlo, & elementis, & elementis: ita pariter mundus spiritualis quæ est ecclesia. Nam apostoli sunt cęli: & ecclesiæ doctores, & martyres, & prælati, sunt quasi elementa. & populi sunt quasi elementata. nam Christus tanquam caput influxit doctrinam euangelicam in apostolos tanquam in cęlos, & apostoli in doctores, & martyres, & prelatos: & prelati, & doctores in apostolos: quia apostoli tanquã cęli: enarrarũt gloriam Dei incarnati. Itẽ illimẽt apostoli dicũtur etiã nubes inquantùm pluerunt imbrẽ euangeli cũ per totum orbem. Itẽ dicuntur pennæ vẽtorum. nã sicut duodecim venti perflant omnes partes terræ, & discurrunt per totũ orbẽ: ita duodecim apostoli discurrerunt per omnes partes terræ ferẽres nomẽ Iesus: & nubẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A euangelica: & sic mouerũt totũ orbẽ. Ita apostoli cõparati ad alias partes terre dicuntur mõtes in sacra scriptura: nã sicut ã mõtibus descendũt fontes, & flumina per cõuales ad campos: ita ab apostolis delcẽderũt flumina euãgelica ad doctores, & prelatos, & exinde ad populos. Hæc ergo oĩa intendit explicare ppheta in hac prima parte: vnde ait. O Christe tu es extẽdẽs cœlos. i. apostolos super totã ecclesiam tegendo eã sicut pellẽ. i. ad modum pellis, extẽdens eos ad tegẽdã, & defendẽdã ecclesiam, & vt influant influentiã euãgelicæ doctrinæ super eam. Sed quia tota ecclesia fundatur, & tegitur aquis baptismalibus: quia sacramentum baptismi cõtinet omnia ecclesiæ sacramenta: quia tãm apostoli q̃ cæteri fuerũt de necessitate baptizati: iõ subdit. Qui tegis aquis baptismalibus superiora

B eius. s. totius mundi: nam sicut cœlũ aqueũ est primum mobile mouens omnes cœlos inferiores: ita baptismus est primum sacramentum mouens omnia alia. Item quia apostoli tanquam nubes tulerunt nomen Christi, & tanquam vẽti per totum mundum: ideo subdit. Qui ponis nubem. s. cœtum apostolorum ascensum tuum: quia super apostolos trãquã super nubes ascẽdisti, & super eos ambulasti: trãquã super pennas vẽtorum, quia in ore eorum volasti per totum orbem velociter eum subiiciendo, quia tanquã nubes, & venti portãtes nomen Christi, & imbrẽ euangelicum volarunt per totũ orbẽ. Sed quia apostoli ministerio, & ope angelorum ex nutu Dei faciebãt miracula: ideo subdit, Qui facies angelos tuos spũs, & ministros in miraculis faciẽdis.

C Item quia Xps fundauit ecclesiã supra seipsũ qui est lapis, & petra fundamẽtalis, & supra. 12. articulos fidei: cuius fundamẽtum nõ potest deficere: ideò subdit: Qui fundasti terrã. i. ecclesiã militantem supra stabilitatem. i. supra petrã stabilẽ, & firmã, qui est Xps: & ideo in seculum seculi non inclinabitur nec ruet: quia portæ inferi nõ prævalebunt aduersus eã: nam fluctuare põt, sed nunqã mergi nauicula Petri. Sed quia ista nauicula Petri est vndiq; circundata aquis persecutionũ, & percutitur à tyrannis, & hereticis sicut littora ab oceano. Et istæ aquæ persecutionum nõ solũ voluerunt percutere littora ecclesiæ: sed eiã ascendere super montes. i. super apostolos, & martyres sicut nubes tẽpestuosæ ascendunt sup mõte s: sed sicut fulgura, & tonitrua pellunt nubes tempestuosas: ita apostoli mitten tes fulmina, & tonitrua euangelicæ prædicationis increpantia pcã, & infidelitatẽ paganorũ fugarunt tyrãnos, & superstitionẽ, & cultũ idolorũ: vnde ecclesia amicta, & vestita aquis baptismalib⁹ repulit, & fugauit aquas persecutionum tyrannorũ, & ideo subdit pro pheta, q̃ abyssus baptismalis est sicut vestimẽtũ amictus eius. s. ecclesiæ: sicut Oceanus est amictus, & vestimẽtũ terræ, & aquæ baptismales magis regent ecclesiã, q̃ Oceanus qui nouit regit montes. Sed aquę baptismales etiam stabũt super montes. i. super apostolos, & martyres, & prælatos. Iõ istæ aquę baptismi fugabũt aquas persecutionum, & omnes tyranni, & infideles fugiẽt ab increpatione tua. i. à pdicatione legis euangelicę: quæ increpat, & prohibet omne vitium, & infidelitatem, & formidabunt omnes tyranni à so

g litatem, & formidabunt omnes tyranni à so litatem, & formidabunt omnes tyranni à so tũm, q̃ fugata superstitione idolorum: totus populus gentilis conuertetur ad fidem. Itẽ ne istę aquæ persecutionum, & mare fluctuosum submergat terram: ideo ascendunt montes. i. tu Christe eleuasti apostolos altitudine donorum, & gratiarum, & cãpi. i. populi hide sum descendunt. i. sunt inferiores quam mõtes, vt ab eis recipiant aquas euangelicas. Itẽ posuisti istos mõtes. s. apostolos, & martyres, & prælatos tanquam terminum maris huius mundi: quasi dicat: q̃ sicut posuisti, montes, qui terminarent maria, ne aquę exeãt, & submergant terram: ita pariter posuisti apostolos, & martyres, & doctores, ne aquę persecutionum, & tentationum conuertantur ad operiendam, & submergẽdam ecclesiam: sed vt faciant obstaculum, & resistant tyran

F nis, & demonibus ne submergant ecclesiam, & nauiculam Christi. Item sicut tu Christe in principio emisisti fontes in cõuallib⁹ emanantes ex montibus, & transeunt inter montes, & campos ad potum animalium: ita pater in ecclesia emittes fontes sacramentorũ, & doctrinę euangelicę in conuallibus doctorum, & pertransibunt inter medium mõtũ. s. apostolorum vsque ad campos populorum de quibus fontibus, & fluminibus aquæ euãgelicæ potabunt omnes bestiæ agri. i. omnes de populo gentili: qui tanquam bestiæ agri reputabantur: nõ habentes legem nec ꝓphetas. Et onagri. i. philosophi, & principes exe

ctabũt in siti sua istam aquã euangelicã quã sitiebant, & carebant ad salutem animæ. Et sic satiabuntur in siti sua. Et volucres. i. apostoli

A stoli volantes per cœlum ecclesiæ habitabũt super eã flumina, & dabũt voces euangelicę prædicationis de medio petrarum. 12. articũ lorum fidei. Rigans montes de superioribus. Hæc est secunda pars principalis: in qua cõmendat diuinam largitatem circa dispositionem pluuiæ, & ornatus sacramentorũ ecclesiæ, & aliorum donorum: vnde sicut quando Deus pluit super montes attingit oẽs partes terræ, & maxime summitates montiũ: vnde germinat herbæ, & fructificant arbores tãm siluestres quãm domesticæ, & vineæ, & fruges: ita pariter Christus in die pent. pluit pluuias donorum, & gratiarũ super apostolos: quæ quidem dona fuerunt ornamenta ecclesiæ, & aqua sapientiæ salutaris, quæ ab apostolis descendit ad valles. s. doctores, & exinde

B ad campos. i. populos fidelium, & sic illa pluuia irrigauit totam ecclesiam, & omnes status, & iecit eã germinare. Ideo dicit Dauid: O Christe tu eris riganꝫ montes. i. apostolos: qui sunt montes ecclesię. i. super eos mittes pluuiam spiritus sancti, & tunc tota terra habitabit de fructu operum tuorum: quia de fructu illorum donorum, quæ receperũt apostoli, fuit tota ecclesia fabricata secundum omnes status, & conditiones: vnde ex pluuia ꝓ sacramentorum produces gentilibus: qui ante viuebant sine lege tanquã iumẽta, & produces herbam intelligentię sacræ scripturę, & herbam virtutũ moralium, & teologaliũ ad seruitutem. i. necessitatem hominũ fidelium. Et pluces etiam super ecclesiam. vt educas panem sacramenti eucaristiæ de terra, &

C vinum sacramentale sanguinis Christi lætificet cor hominis: quasi dicat: q̃ per istam pluuiam ecclesiam irrigãtem produxit sacramẽtum eucaristiæ in quo offertur corpus Christi sub forma panis, & sanguis eius sub forma vini ad significãdã animã hominis. Et ẽt vt ex ista pluuia homo exhilaret, & lætificet faciẽ in oleo sacramentorũ. q. d. hac pluuia irriga fili ecclesiã, vt producat, & germinet quatuor sacramẽta: quæ per oleũ conficiũtur: quę sũt baptismus, & cõfirmatio, & extrema vnctio, & ordo: vt hõ exhilaret, & lætificet faciẽ cõ scientiæ suæ in oleo istorum quatuor sacramentorum: vt sicut panis sacramentalis confirmat cor, & animam hominis in gratia: ita vnctio olei istorum sacramentorum exhilaret, & lætificet faciem animæ hominis. Ad cuius intellectũ est notãdum, q̃ tres fructus memorat: quos produxit ista pluuia D

spũs sancti. s. panẽ, & vinũ, & oleũ: per quos intelligit quinq; sacra ecclesię: nã in pane, & vino cõficitur sacramentũ eucaristię: sed oleum conficitur, & consecratur ad quatuor sacramenta. s. ad baptismum, & confirmationem, & extremã vnctionẽ, & ordinem: nam oleo catecuminorum vnguntur baptizati, & presbyteri, & crismate vnguntur cõfirmati, & oleo infirmorũ vnguntur infirmi: sed oleo misericordiæ inuisibili vnguntur pœnitẽtes: oleo autem vinculi caritatis vnguntur coniugati. Et sic per panem, & vinum, & oleũ intelliguntur omnia septẽ ecclesię sacramẽta: quę germinata sunt ĩ ecclesia ex pluuia spũs sancti. Quæ quidem sacramenta confirmant & lętificant, & exhilarant animã hominis ꝓ gratiam. Quinq; ergo sunt fructus legis euãgelicę per pluuiam spũs sancti germinati in E ecclesia. s. fœnum, herbã, panis, vinum, oleũ quibus pascuntur fideles Christi. Itẽ ex pluuia supradicta saturabuntur ligna siue arbores campi, & cedri Libani. s. magni, & parui fideles: tãm principes, quãm populares. Et passeres. i. homines cõtemplatiui nidificabũt illic, idest in montibus ecclesię in vita solitaria habitabunt. Vnde tres sunt gradus ecclesiæ fidelium. s. populares, & principes, & doctores contemplatiui. & sic per arbores capi intelliguntur populares: & per cedros Libani intelligit principes, & reges. & per passeres intelligit contemplatiuos, & doctores: & etiam eremitas solitariam vitam ducẽtes: qui omnes creuerunt ex hac pluuia spiritus sancti. Deinde cũ dicit: Herodii domus: explicat refugium ad quod refugiũt omnes isti F status, vt saluentur, & liberentur ab omni periculo. Ad cuius intellectum est aduertendũ sicut dictum est in alia expositione: q̃ Herodius siue Griphaldus custodit oẽs aues figentes nidũ prope se, & omnes alias aues prędales fugat. Et ideo omnes aues simplices libẽter fabricant nidum prope nidum, & latibulũ Herodii: quẽ habent tanq̃ ducem, & tutorem, & refugiũ. Per istũ ergo Herodiũ intelligitur Christus: qui statuit nidum suum in cruce: qui fugauit, & exterminauit oẽs demoñes prædales, & raptores animarũ. Et custodit, & tuetur omnes fideles, qui statuunt nidum suum iuxta crucem eius: & recipiũt ipsum in saluatorem. & sic omnes fideles habẽt Christum crucifixum in ducem, & tutorem: & ponunt spẽ & nidũ suũ in cruce dñi nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Iesu Christi, per quem saluati, & liberari sumus. Et hoc intēdit dicere Dauid vnde ait, ꝙ sicut domus Herodis est dux, & refugiū passerū, vt saluentur ab auribus prædalibus, ita dominus i. crux Christi est dux, & refugiū omnium fidelū: & sicut montes excelsi sunt refugiū ceruis, & regibus p ceruos intellectis: prælatis, & regibus per ceruos intellectis: & sicut petra cauernosa est refugium erinaceis, & leporibus: ita petra articulorum fidei est refugium omnibus fidelibus simplicibus. Ex supradictis patet, ꝙ sicut Christus prouidit ecclesiæ suæ de pluuia spiritus sancti ad refrigerium, ita prouidit de triplici refugio: in quo saluentur hoies. Tria ergo refugia fecit Christus in ecclesia, ad quæ fugiamus tēpore necessitatis. s. ad arborē crucis, & passionis, in qua Christus posuit nidum suum in passione, 2. ad montem orationis. 3. ad petrā

B articulorum fidei. Ista sunt vltima refugia nostra: in quibus nos oportet saluari: nam fideles illico currūt ad crucem, & passionē per penitentiam, & alia sacramenta: secundò ad fidem articulorum: tertiò ad orationem. Aliter nullus potest saluari. Fecit lunā i tēpore. Hic commendat prouidentiam Christi circa dispositionem, & distinctionem temporū ecclesiæ. Ad cuius intellectū est notandū, ꝙ sicut luna per accessum, & recessum ad solem causat, & distinguit quatuor tempora in vno mense secundum quatuor quadras, per quas quatuor quadras fiunt multæ alterationes in elementis, & elementatis: ita pariter ecclesia figurata per lunam, quæ totum suū lumē, & virtutem recipit à Christo, variauit quatuor tēpora secundū, ꝙ recipit furorē à Christo.

C Nā prima quadra ecclesiæ fuit à Christo vsque ad magnū Constantiuū, in cuius tēpore ecclesia fuit quasi media in mūdo: ꝙa medietas mūdi venit ad fidē. Secta quadra ecclesiæ fuit tempore Iustiniani: quia tunc ecclesia fuit plena per totum orbem dilatata à solis ortu vsque ad occasum. Sed tēpore Heraclii iā ecclesia incepit decrescere, & diminui propter sectā Mahometi, & se mp processit in diminuendo quasi in 3. quadra: vsq; ad annū. Mcc. quando surrexit dominū tartarorū, qui occuparunt omnes Indias, & totam Mediam, & Persiam, & Mesopotamiā, & totā Scytiam, & Sarmatiam vsque ad fines Rutenorū, & sic manet ecclesia in sola Europa & nō in tota. Ex quo paret, ꝙ ecclesia est i vltima quadra prope Antichristum, nisi Christus sol iustitiæ ad augeat lumen fauoris in ea. Iterū est D notandum, ꝙ sicut sol per accessum, & recessum ad polos causat, & variat quatuor tempora anni. s. ver, æstatē, autumnū, & hiemē, secundū, qđ discurrit per quatuor quadras signorum, ita pariter Christus sol iustitiæ, ꝙ p suā præsentiā, & aduentū causauit diē gratiæ in ecclesia, licēt semper respicit eā p gratiā, tamē secundū, ꝙ accedit, & recedit ab ea per fauorē temporalem propter pctā nostra, causauit, & variauit in ea quatuor tēpora secundū quatuor quadras ecclesiæ. Nā prima quadra ecclesiæ fuit vsque ad Constantinū, Secta fuit vsque ad Iustinianum, qñ ecclesia fuit in plenitudine sua, & fauore extincta tota idololatria per totum mundum, & extincta hæresi Arriana i Aphrica, & Hispania, & extincta hæresi Pelagianorū, & Manichęorū quasi per totū mundū, & regnāte fide catholica. Sed postea incepit minui ecclesia per Sarracenos in tota Arabia, & Siriā, & Aygypto, & Aphrica. Sed postea per Turcos, & Tartaros, vt toraliter est reducta in vnā partē Europę & sic patet, ꝙ ecclesia est in vltima quadra. Iterum est notandum, ꝙ sicut sol p suā præsentiā causat diē, & per suam absentiam causat noctem in mundo materiali, ita pariter Christus sol iustitiæ, quando peccauit Adā per suam absentiam causauit noctem in ecclesiam. Sed per suum aduentum, & nativitatem causauit diem gratiæ in ecclesia. Et sic totum tempus ab Adam vsque ad Christū dicitur dies gratiæ. De qua nocte, & die ait apostolus ad Ro. 13. Nox præcessit, dies autē appropinquauit &c. Vnde sicut in nocte propter absentiam lucis leones, & lupi, & omnes bestiæ rapaces discurrunt per montes, & syluas, rapientes parua animalia in escam sibi: ita pariter diabolus exiuit per totam noctē ante aduentum Christi, & rapuit totum populum gentilem in escam sibi: quia ab omnibus colebatur præterquàm à populo. Et etiā ille populus frequenter apostatauit ad idolatriam, & sic diabolus regnabat in toto mundo per omnia vitia, quia totus mundus erat in tenebris. Sed postquam ortus est Christus sol iustitiæ in mundum, omnes tenebræ noctis fugerunt, & diabolus inclusus est in inferno, sicut leones includuntur, & fugiūt ad latibulum suum in die, & sic factus est dies gratiæ in ecclesia. Et Christus Deus, & homo exiuit de ventre virginali ad opus suum sicut cet ad opus redemptionis vsque ad vesperā

A suæ mortis. Sed postea exiuit de sepulcro per resurrectionem. Et tūc homo misticus, cuius Christus est caput, exiuit ad operationē suā: quia semper viuit, & operatur secundum euā gelium, & fidem vsque ad vesperam mundi. Et sic patet qūo ab Adā vsq; ad Xpm semper fuit nox, & tenebra in ecclesia. Sed à Christo vsque ad iudicium est dies gratiæ. Et sic patet quomodo variata sunt quatuor tempora in ecclesia per successum temporis secundū accessum, & recessum ecclesiæ ad Chm. Nā quando accessimus ad Christū per veā fidē & spem, & caritatē: Christus semper augmentauit ecclesiam. Sed quando recessimus per multitudinem peccatorū, tunc Xps permisit infideles regnare. Et hoc est, ꝙ intēdit dicere Propheta in hac parte: vñ ait, ꝙ Christus Deus

B fecit lunam. i. ecclesiam in tempore. i. vt per tempora variaretur secūdum accessum, & recessum ad Christum. Et Christus, sol iustitiæ cognouit occasum suum. i. recessum, quando peccauit Adam: quia tunc tu Christe Deus posuisti tenebras, & facta est nox, quando ab homine propter pēm recessisti. Et in ipsa nocte pctī pertransibūt oēs bestiæ syluæ, & catuli leonū. i. oēs diaboli, vt rapiant hoies à Deo in escā sibi. Nā Adā erat in gratia Dei in illa paradiso. Sed quia voluit descendere in Hierico per inobedientiā, iō incidit in latrones, qui expoliauerūt, & rapuerunt ipsum in escā sibi. Et sic diabolus rapuit Adam à Deo in escam sibi. Et sic diabolus per totam illam noctem rapiebat homines, & populos gentiliū, & multotiens rapuit populum Israel in escā

C & regum. Sed ortus est Christus sol iustitiæ per incarnationem, & resurrectionē, & factus est dies gratiæ, & tunc diaboli cōgregati sunt fugientes solem iustitiæ, & collocati, & absco si sunt in cubilibus, & antris inferni. Et tunc Christus Deus, & homo exiuit in hunc mundum ad opus redemptionis vsque ad vesperā mortis, & passionis, & sepulturę. Sed postea exiuit de sepulcro per resurrectionē. & ascendit in cœlum. Sed homo misticus. s. ecclesia cui Christus est caput: exiuit in hunc mundū ad operationem suam, & operatur in hac vita à mane vsque ad vesperam, in qua recipiet mercedem & denarium promissum quā do veniet Christus ad reddendum mercedē operariis, vt patet Mat. 20. His ergo supradictis considerātis admiratur propheta Christi ineffabilem sapientiam, & misericordiam

& exclamant dicens. O Christe quàm magnificata sunt opera tua erga nostrā redemptionem, & salutē: quia omnia fecisti cū magna sapientia: quia oibus prouidisti, & in nullo defecisti de his, quæ pertinent ad nostrā redemptionē, & salutem, & ad conseruationem ecclesiæ, puta in copia donorū, & gratiarū, & sacramētorū. Et impleta est terra, i. ecclesia militans possessione tua. i. copia bonorum. Deinde cum dicit, Hoc mare: postquam superius comparuit ecclesiam ad lunam, hic cōparat ipsam ad nauem fluctuantem in mari huius mundi, & comparat diabolum ad draconem siue balenam, postquā comparauit ipsum ad leonem rapientem. Ad cuius intellectum est notandum, nam dictum est in alia expositione, ꝙ Deus taliter disposuit mare, ꝙ fecit illud magnum, & spatiosum ad copiam piscis, & vt naues possent attingere terras semotas, E fecit ipsum profundum in medio, & vadosū ad littora, vt balena, & magni pisces non possent accedere ad paruos pisces in littore natantes. Et quomodo balena deluditur si exit à profundo ad littora. Ita ergo pariter Christus fabricauit ecclesiam suam leuem, & mūdam ab onere peccatorum contemnendo ista mundana, vt onerata posset natare super hoc mare vastum, & ponderosum huius mundi, & vehere merces euangelicas per omnes partes orbis. Et constituit littora vadosa, & portus in hoc mari, ad quę littora, & portus confugerent parui pisces. i. humiles fideles per humilitatem, & fidem: quādo magnus draco exiens à profundo superbiæ, & aliorum vitiorum conatur eos persequi, & deuorare. Sed sicut parui pisces fugientes ad littora illudūt draconi, ita fideles fugientes diabolum à superbia, & cęteris vitiis, & peccatis ad pœnitentiam, decipiūt Diabolum, & confundunt & interficiunt. Ideo ait propheta. O dñe Iesu Christe bene omnia fecisti cum magna sapientia, & prouidētia: nam tu fecisti hoc mare huius mundi magnum, & spatiosum manibus, id est magnis spatiis, & brachiis, & finibus, & portubus: quia illic sunt reptilia, & animalia pusilla cum magnis, quorum non est numerus, id est sunt infinita genera vitiorum, & peccatorum, & periculorum, & tyrānorum, & prauorū hominum. Sed naues ecclesiæ ab omni pondere peccatorum subleuate illic supra hoc mare pertransibunt, & nauigabūt cū securitate, quia nauis ecclesię est armata multis, & diuersis armis, & auxiliis ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A natigandum per hoc mare. Nã habet crucẽ Chri pro arbore: & fidẽ ,p anchora: & spẽ ,p remone: & caritaté pro vela: & ecclesiæ sacramenta pro scuto. Et ideo licèt fluctuet tñ nũquàm submergetur nec expugnabitur ista naucula Petri. Est ét illic in isto mari huius mũdi iste magnus Draco diabolus quem formasti in principio ad illudendum. i. vt illudatur ei à paruis, & humilibus per pœnitentiã & alia sacramenta: sicut illuditur draconi à piscibus paruis fugientibus ad littora vadosa. Iste est ille magnus Behemot, & Leuiatam cuius fortitudinem, & naturam, & mores, & potestatem describit Iob. 40. & 41. c. cui nulla potestas creata valet cõparari. Sed Xps illusit ei qñ venit ad tentandũ eũ in deserto: à quo discessit confusus, & victus: vt patet Matt. 4. Itẽ Christus illusit ei parando ipsi hamum. nam est Leuiatam voluit mordere escam humanitatis Christi sub qua latebat hamus diuinitatis: & sic Christus cepit Leuiatã hamo suo: & perforauit nares eius, & liganit linguã eius: vt patet Iob. 40. Et quotidie illudit Christus ei per ecclesiæ sacramenta. nam licèt iste Draco possederit hominẽ per magna tempora: tñ in vno momento perdit eum si homo recurrit ad pœnitentiã: & sic illuditur ei. Omnia, à te expectant dñe. Hic commendat diuinam prouidentiam, & omnipotentiam circa conseruationem vitæ spũalis in ipsis fidelib. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ sicut pater, & filius spirãt vitam corporalem in rebus per spiritum sanctũ, qui ferebatur super aquas vt dictum est: ita etiã spirant per eundem spiritũ sanctum vitã spiritualẽ & gratiã in angelis, & hominibus, & sic omnia viuentia, & oĩa entia intãtùm viuunt, & habent vitã, & esse inquãtùm Deus spirat vitam in eis, & si Deus retraheret suum influxum, omnia deficerent: Ita pariter omnes fideles, & iusti intantùm viuut spiritualiter, inquantùm pater, & filius inspirant in eis gratiam per spiritũ sanctum. Et si Deus desineret spirare gratiam subtrahẽdo. tũc oẽs ruerent in peccatũ & mortem. Et ideo sicut omnia entia expectant à Deo vitam naturalem, & esse: ita omnes creaturę rõuales expectãt à Deo vitã spiritualem & gratiã. Ideo ,ppheta cõuersus ad Christũ dicit. O Christe oĩa rationalia expectant à te vt des eis escã spiritualem sacramẽtorum, & gratiarum in tpe opportuno. i. omnes fideles ve. test. expectãt te: vt venias ĩ carnem ad redimẽdum eos; & ædifices ecclesiã

B

C

D

tuam: & des eis escam sacramentorum ad refectionem spiritualem, & vitã gratificã in tẽpore aduentus tui. Et omnes fideles nouæ testamẽti expectant à te: vt cõtinue des eis eandem escam: & conserues eos in ea: nam dãte, & largiente te istam escam illis: tunc ipsi colligent dona gratiæ: & te aperiente manum tuã omnia implebũtur bonitate. i. bonis spiritualibus. Sed per oppositum te auertente faciem tuæ largitatis, & retrahente manũ: tũc omnes turbabuntur, & deficient à vita spirituali. & sic morientur, & reuertẽtur in pulue rem suũ. i. in peccatũ: & corẽptis rebus, & bonis spiritualibus reuertentur ad terrena quæ occidunt animam. Et licèt tales homines sint mortui ex peccato: tñ si tu emitis spm̃ tuum, & gratiam spiritus sancti: tũc creabuntur nouiter per gratiam: & sic renouabis faciem terræ. f. faciem animę. Hoc etiã *dicit prophetice*: Nã Christus in triduo subtraxit gratiã ab apostolis. & sic turbati omnes defecerũt & dubitauerũt in fide: & relicto Christo oẽs fugerunt. Et reuersi sunt in pulueré. i. ad opera terrena, quia pro maiori parte reuersi sunt ad tem piscatoriã: vt patet Io. 21. Sed in die pentecostes misit eis spiritum sanctũ, & recreati sũt ad gratiam, & sic fuit renouata facies ecclesię: & fortificata & confirmata. vnde Petrus qui deficiens in fide ad vocem vnius mulieris Christum ante negauerat, post missionem huius spiritus ĩ gratia renouatus & cõfortatus para explicauit omnia beneficia quæ recepimus à Deo in nostra creatione, & ecclesiæ recreatione: nunc in hac vltima parte agit gratias pro tantis beneficiis receptis. vnde ait: Sit gloria domini in seculum. idest in æternum: lætabitur. i. lætetur Deus in operibus suis. quasi dicat, q̃ sicut creauit, & recreauit nos: ita nos ꝛ seruiamus ipsi. Et tunc ipse lætabitur in nobis: quia lætitia, & gaudium est Deo in iustificatione, & salute hominũ. qui quidẽ Christus respicit. i. respexit terram per misericordiã: & fecit eam tremere in die pente. & tetigit montes. i. apostolos mittendo eis spiritum sanctum in spiritu vehementi &c. Et tunc mõtes sic illuminati fumigarunt legem euangelicam prædicando per totum orbem. Nãm tetigit apostolos igne sancti spiritus: & ipsi fumigarũt, & fulminarunt euangelium omni

E

F

creaturæ

A creaturæ. Et ideo subdit. Cãtabo domino Ie-
su Christo in tota vita mea in hac ecclesia celebrando, diuina officia, & festiuitates in memoriã natiuitatis, & passionis, & resurrectionis, & aliorum beneficiorum. Et sic psalmũ. i. psalmos, & laudes dicã Deo quamdiũ sum. i. quantùm vixero. Deficiant peccatores à terra. i. postquàm peccatores repudiãt gratiam, sine qua anima non potest viuere: ideo deficiant à terra, & ab illa ecclesia, ita vt nõ sint: sed moriantur in peccato suo. & non solũ peccatores, & infideles moriãtur quò ad animã: sed etiam quò ad corpus: & sic deficiant à terra sicut mortui fuerunt, & trucidati crucifixo res Christi, & tyranni, & omnes persecutores ecclesiæ. Et conuersus ad se dicit. O anima mea licet isti peccatores, & infideles nolunt laudare dominum nec Christum recipere: ta-

B men tu benedic domino Deo nostro: à quo tot & tãta beneficia recepisti per creationẽ, & quia dedit tibi gratiam, vt peruenires ad cognitionem veræ fidei.

Ex isto psalmo possunt recolligi viginti conclusiones. Quarum.

Prima concl. est. q̃ sicut Moyses in principio Ge. non intendit scribere creationẽ mundi solum literaliter, sed etiam prout illa creatio fuit figura recreationis ecclesię: ita pariter Dauid in hoc psalmo intendit commendare diuinam sapientiam, & prouidentiam non solum circa mundi creationem, sed etiã circa ecclesiæ recreationem.

Secunda concl. q̃ sicut iste mũdus sensibilis est creatus à Deo trino, & vno ad exẽplar

C ultimi mũdi idealis: ita totus, & qlibet pars sui retinet similitudinem trinitatis: & sic sicut in diuinis est trinitas personarum: ita in mundo est trinitas naturarum: puta angelica natura: & cœlestis: & elementaris &c.

Tertia conclusio. quòd sicut Deus impressit in creaturis quandam similitudinem trinitatis scilicet substantiam, virtutem, & operationem. Ita pariter Christus in ecclesia sua impressit triplicem caracterem ad similitudinem sui scilicet caracterem baptismalem, & confirmationis, & ordinis: & ita in quolibet fideli impressit fidem, & spem, & caritatem, sicut in Christo est diuinitas, & anima, & corpus, qua humanitate Christus indutus est sicut vestimento.

Quarta conclusio. q̃ sicut Deus in principio fundauit terram supra centrum mundi ne posset inclinari: ita Christus fundauit ecclesiam supra petram fidei, & supra seipsum qui est centrum, & fundamentum apostolorum & prophetarum: & ideo nũquàm totaliter cadet vsque in finem.

D

Quinta conclusio. q̃ sicut Deus in creatione eleuauit montes ad terminandum fluctus maris ne aquæ exeant ad cooperiendum terram: ita Christus sublimauit apostolos, & martyres ad resistendum tyrannis. Et posuit fidem, spem, & caritatem tanquàm murum & montes ad resistendum, & repellendos impetus persecutorum.

Sexta conclusio. quòd sicut Deus in principio disposuit montes, & valles, vt ex radicibus, & lateribus montium decurrerent aquę per conualles, & flumina per campos ad potum animalium: Ita pariter Christus taliter ordinauit ecclesiam: vt ex fontibus Christi exirent aquæ sapientiæ salutaris, & discurrerent inter valles apostolorum ad campos populorum: vt inde bibant fideles.

E

Septima conclusio. quòd sicut Deus ordinauit, & prouidit de pluuia isti mundo sensibili: vt attingeret summitates montium, & terram per omnes partes ad germinandum arbores, & fœnum, & herbam ad vitam animalium: & panem, & vinum, & oleum, ad vitam corporalem hominum: ita pariter Christus pluit super ecclesiam pluuiam sacramentorum ad vitam spiritualem omnium fidelium.

Octaua conclusio. q̃ sicut nidus Herodii est refugium securum, & dux omnibus auibus facientibus nidum, & habitaculum propè Herodium: ita pariter arbor crucis, in qua Christus posuit nidum suum in passione, est dux, & refugium securum omnibus fidelibus ponentibus spem suam in cruce, & passione Christi. Et sicut montes excelsi sunt refugiũ ceruis: & petræ cauernosæ erinaciis, & cuniculis: ita Christus, & ecclesia est refugium omnibus contemplatiuis. & vulnera Christi, quæ sunt cauernæ terræ: qui est Christus, & duodecim articuli, in quibus fundatur ecclesia sunt refugium omnibus simplicibus fidelibus. Oẽs ergo fideles vt saluentur refugiunt ad arborem crucis: & ad montem euangelicum: & ad petram articulorum: quæ sũt tria refugia miserorum.

F

Nona conclusio. q̃ sicut luna per accessum & recessum à sole variatur in lumine, & variat quatuor tempora in quolibet mense in his inferioribus. ita pariter ecclesia ꝑ accessum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

recessū ad Christū & recessum variauit quatuor status. Hoc idem est dicendum de sole ꝙ accessum, & recessum ad polos: qui variat quatuor tempora in anno.

Decima concl. ꝙ sicut sol per suam præsentiam causat diē super nostrū hemisphærium: ita Christus per suum aduentum, & ortū causauit diē gratiæ in ecclesia vsq; ad finē mudi.

Vndecima cōclu. ꝙ sicut dies artificialis à mane vsq; ad vesperā datus est ad laborādū pro vita naturali: ita ab aduentu Christi vsq; ad finem mundi, i. ad iudicū est dies constitutus ad laborādū in hac ecclesia. & in hoc die laborat homo mysticus ab Adam, & aduentu Christi vsq; ad iudicium. quia vltra non erit tempus laboris sed præmii. Item tota vita hominis est dies laborandi vsq; ad vesperam mortis: in quo die pōt homo exercere opera meritoria: & agere pœnitentiam vsq; ad mortem, quia post mortem non erit tempus laboris, sed mercedis: quia oportet operārium dies est, quia veniet nox, i. finis vitę quando nemo potest operari.

Duodecima concl. ꝙ sicut Deus in principio omnia creauit cū magna sapiētia & prouidentia: ita recreauit ecclesiam in tanta sapientia, & prouidentia, ꝙ minꝰ defecit ecclesię de his, quæ pertinent ad nostra salutem. nā per ecclesiæ sacramenta omnibus nociuis obuiauit: & contra omnem infirmitatem confecit medicinam, & subsidium.

Decimatertia conc. ꝙ sicut ars repperit nauē ex ligno leui ad namgandū super hoc mare magnū, & spatiosum ad vehendas merces ad omnes partes mundi: ita Christus constituit, & fabricauit ecclesiā non habentē maculā neq; rugā terreno pondere alleuatā, & liberam, vt posset nauigare super mare ponderosum, & fluctuosum huius mūdi: & vehere merces & aromata euangelicæ per oēs partes mundi ad vitam spiritualem fidelū. & sicut ars prędidit de arbore & temone, & anchora & velo ad tutelā nauis ne pereat, & submergatur: ita pariter Christus in ecclesiā nā posuit in ea crucem pro arbore: & caritatem pro velo, & fidem pro anchora: ne euellatur: & spem pro temone ad dirigendam nauem ecclesiæ in Christum. & sic licet aliquando fluctuet tamen nunquam submergetur nauicula Petri.

Decimaquarta conclu, ꝙ sicut pisces parui fugientes ad littera vadosa saluantur, & decipiunt balenam & draconem marinum: ita pariter fideles simplices fugientes ad littera humilitatis, & pœnitentiæ, & aliorum sacramentorum non solum saluantur: sed etiam illudunt diabolo volenti eos deuorare: & decipiunt eum.

Decimaquinta concl. ꝙ sicut pater & verbū per spiritum sanctum spirant vitam naturalem in omnibus rebus indiuisibiliter: ita pariter pater & Christus verbum incarnatū per spiritum sanctum spirant vitā spiritualem. s. gratiam in omnibus iustis & fidelibus. Ex quo patet, ꝙ sicut opera trinitatis sunt indiuisa in mundi creatione, & conseruatione: ita etiam in nostra recreatione, & iustificatione.

Decimasexta conc. ꝙ sicut omnia animalia expectant escā à Deo, & vitā naturalē: ita oēs creaturæ rationales expectant à Christo escā spiritualē gratiarum, & donorū, & sacramentorū. Et sicut Christo dante & aperiente manum oēs colligunt, & viuūt per gratiam: ita Christo subtrahente manum & gratiam oēs deficiunt à vita, & ruunt in pœnā. nam sicut pī per verbū creauit omnia: ita p ipsum-met verbū incarnatū regenerauit ecclesiam: & sicut sine ipso factū est nihil: ita sine ipso re creatum, & redemptum est nihil. Et sic sine gratia spiritus sancti donata à patre, & filio nihil vnit spiritualiter, & meritorie.

Decimaseptima concl. ꝙ sicut in rpe veris quando Deus mittit influentiā & ventum occidentalē, germinat terra herbas, & flores, & renouatur facies terræ: ita pariter in die pent. Christus misit spiritum sanctū super apostolos: qui germinauit in eis septem dona gratiarum. & sic renouata fuit facies ecclesiæ, & corroborata: & eodem modo, quando Deus mittit spiritum gratię super quemcunq; peccatorem, & recreat, & renouat ipsum, vt qui prius tumnum, & hyemem peccati perhibebat: fructus gratiæ, & fructus gratiæ postea recuperata germinet, & proferat fructus meritorios vitę ęternę. & sic renouatur facies animę peccatorum per pœnitentiam.

Decimaoctaua concl. ꝙ Deus non solū delectatur, & felicitatur in contemplatione sui ipsius: sed etiam in operibus suis. i. in creaturis: & non solum in creatione mundi: sed multo magis in creatione ecclesiæ, & gratificatione, & iustificatione fidelium. & non solum in operibus creationis: sed magis in operibus redemptionis, & recreationis.

Decimanona concl. ꝙ sicut Deus respiciendo terram facit eam tremere: ita Christus in aduentu primo mouit totam terram spiritualiter: & tegit montes apostolorum, & fumigarunt: & fulminarunt euangelium.

Vigesima concl. ꝙ sicut fideles viuētes p gratiam laudant dominum agēdo gratias ꝙ beneficiis supradictis receptis: ita per oppositū infideles ex defectu gratiæ mortui in peccato non possunt dominū laudare. ergo anima nostra, quę per gravam ad hanc cognitio Deū laudare, & gratias agere & benedicere.

PSALMVS. CIIII.

Confitemini domino: & inuocate nomen eius annūciate inter gentes opera eius.

Cantate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor quærentium dominum.

Querite dominum & confirmamini: quærite faciem eius semper.

Titulus. Alleluia. Iste est primus psal. alleluiaticus secundum Hiero. s. intitulatus cū alleluia. nā alleluia interpretatur laudate Deū. Ex quo sequitur, ꝙ omnes psa. in quo narrātur laudes Dei possunt dici alleluiatici, licēt pl. tm. Vnde est aduertendū sicut superius frequenter est dictum: ꝙ Dauid in descriptione templi sibi tradita à spiritu sancto intellexit ea. i. Paralyp. penul. & sic fecit plures psal. ad laudandum Deum, appropriatos certis festiuitatibus, & temporibus: vt patet 1. Paralyp. vbi dicitur, ꝙ sacerdotes stabant in officiis suis, & leuitæ in organis carminum, quæ fecit Dauid ad laudandum Deum, quoniam in æternum misericordia eius &c. Inter quos fecit istum psal. & sequentem. vt patet. 1. Paralyp. 16. Ex quo patet, ꝙ iste psal. principali ter est factus ad laudandum Deum ideo præponitur titulus alleluia. & in duobus sequentibus: in quibus narrantur laudes domini: & mirabilia. Sed est differentia. Nā in isto narrantur mirabilia Dei, referendo ad eius impiam misericordiā. Sed est aduertendū, ꝙ in isto resith tres psi. videantur historiales: tamē nō fuerunt intelligendi ad solam historiam. Nā Iudæi bene nouerant in spiritu, ꝙ mirabilia mysteria in his psa. narrata non erant facta gratia sui: sed prout figurabant mirabilia, quæ Christus erat facturus in nostra redemptione. Et omnes patriarchæ, & ꝓphetæ nouerāt ex reuelatione, quòd non poterant liberari, & saluari nisi per verbum, & Christum incarnatum: in quo omnes receperunt repromissiones. ad Heb. 11. Hunc ergo Deum incarnatum exhortabatur Dauid omnes ad confitendum, & inuocandum in his tribus psal. & in cæteris. Principalis ergo intētio ipius Dauid in hoc psal. fuit induere omnes laudem domini, propter nimiam bonitatem quā ostēdit patribus propter fidē: vt p ministra & fidem illorum induceret nos ad fidem Christi, & ad recipiendū eum. Duo ergo facit. nā primò inuitat oēs ad laudē Dei. secundò ibi. Mementote. dat causā, & assignat quare est laudandus. Quantùm ergo ad primū est aduertendū sicut superius dictum est, ꝙ hęc se habēt per hordiné. s. reuereri, honorare, laudare, glorificare, cōfiteri, & adorare. Nā reuereri est aliquod maius bonū in alio quàm in se existimare. Honorare autē est reuerentiam exhibere propter illud bonū. Laudare est honorarum commendare. Glorificare est laudes ipsius honorati largè lateque præconizare. Confiteri est Deū, & dominū vniuersalē affirmare corā hominibus. Adorare est reuerendum honorandum, & glorificandum propter eminentiam omnipotentiæ, & sanctitatis colere, & omnia alia ꝑ se postpositia se totū illi subiicere, & hoc soli Deo pertinet, & conuenit. Ex quo patet, ꝙ adoratio continet in se omnia alia. s. reuerentiam, honorem, & laudem, & gloriam sine glorificationem, & confessionem. Et ideo cum intentio Dauid sit inducere populum ad recipiēdum Messiā Christum: ideo exhortatur ipsum populū ad laudandum, & honorandum, & reuerendum, & glorificandum, & adorandum eum: cū sit dominus Deus noster, Deus, & homo: vt patebit. Et hūc ordinē explicat in tota prima parte. Dicit ergo. O populę Dei confitemini domino nostro Iesu Christo cōfessione laudis, & fidei confitendo ipsum esse Deū, licēt apparet i forma humana, & inuocate nomē eius quod est Iesus, & saluator: quia nō est aliud nomen sub cœlo in quo possumus saluari nisi hoc nomen Iesus. Et quia nō solum veniet ad saluandum iudæos: sed ēt gentiles: cū sit redēptor, & saluator vniuersalis: iō annūciate inter gētes opera eius. cū vos apostoli peregrabitis vniuersū mundū predicādo euangelū oi creaturę: & in noie eius eiicietis demonia &c. Et vos mēbra Xpi, & tota ecclesia ex

iudæis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Iudæis, & gentibus congregata cantate ei, & psallite ei laudes, & carmina, & officia canonica, & narrate oia mirabilia eius in choro, & in pulpito: quia hoc est Deū glorificare. s. ipsum reuerendum, & honorandum commendare, & laudes eius largè lateque præconizare. Sed quia nō sufficit nos Deū, & Christum ore laudare, sed in eō laudari: nam tūc quis in Deo laudatur cū benè viuēdo secundū legē Christi bonū exēplū cæteris præbet: vt vidēdo bona opera eius glorificēt patrem qui in cęlis est: ideo subdit, laudamini. i. facite bona opera, vt laudamini in nomine sancto eius, videndo opera vestra bona, & exempla, & sic lætetur cor fidelium quærentiū dominum, & videntium vestra opera bona: qa lętantur iusti cum vident bona opera, & exē pla in proximo, per oppositum tristantur pra B ui inuidentes fraternæ caritati. Sed quia non sufficit Deum siue Christum laudare, & glorificare, sed etiam debemus tanquā Deū colere, & inuocare, & oī alia spe posīposita nos tota intentione illi subiicere, quod pertinet ad cultum latriæ, & adorationē: ideo subdit. Quærite dominum Iesum Christum, & non alium: & confirmamini in eo tota spe, & intētione, & deuotione, & confidētia absque omni hęsitatione, & dubio: qa solus ipse potest saluare, & qa oportet perseuerare, & frequenter, & assidue pulsare ad ostiū: ideo quærite faciem eius semper. s. maiestatē, & miam: qa multus est ad ignoscendū, & paratus ad parcendum. Item hoc dicebatur Iudæis, & genti bus ante aduentum Christi. s. quærite faciē eius. i. præsentiā, vt veniat ad saluandum: nobis autem nunc dicitur quęrite faciem eius C semper hic per gratiā, & in futuro facialiter per gloriā: vnde per faciem Dei in scriptura semper intelligitur humanitas Christi, per quam cognitio diuinitatis designatur.

Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius.

Semen Abraham serui eius: filij Iacob electi eius.

Ipse dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in sæculū testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes.

Quod disposuit ad Abraham & iuramenti sui ad Isaac.

Et statuit illud Iacob in præceptum: et Israel in testamentum æternum.

Dicens tibi dabo terram Canaam: funiculum hæreditatis vestræ.

Hęc est secunda pars principalis: in qua reddit causam quare Deus est laudandus, & glorificandus, & colendus: sed quia causa talis est collatio beneficiorum facta antiquis patribus, in qua Deus ostendit suā omnipotentiā, & bonitatē, & largitatē, ideo simul exortatur nos ad confessionem beneficiorū siue gratiarum actionē: ideo ista secunda pars diuiditur in tres partes siue particulas. Nam in prima memorat beneficia, quæ Deus cōtulit ipsi Abrahæ, & Isaac, & Iacob pp iustitiam fidei: secdò bñficia collata ipsi Ioseph: tertiò bñficia collata ipsi Moysi, & toti populo Israel in exitu de Aegypto: eō p maximē illi fuerūt figura Chri futuri: secūda ibi. Et vocauit famē: tertia ibi. Et intrauit Israel in Aegyptum. Quantum ad primum est notandum, E p beneficia collata partibus *simul sunt dicta* mirabilia, et prodigia, et iudicia. Dicebantur. n. mirabilia inquantum fuerunt facta supra naturam, ut puta transitus maris rubri &c. Dicebantur prodigia inquantùm aliquid præfigurabant, & prodebant futurum in Christo et in ecclesia. Dicebantur iudicia inquantùm puniebant infideles, & malos, vt puta decem plagæ, & flagella illius populi &c. & ideo iste psal. & cæteri triplici respectu leguntur in ecclesia: primò in memoriam inquantū memorantur beneficia, & illa mirabilia facta, & collata antiquis: secundò leguntur ad prophetiam, inquantùm figurabant futura misteria in Christo, & ecclesia: tertiò leguntur ad doctrinam, & bonos mores, inquantùm nos inducunt ad finē ex imitatione sanctorum: patrum, & ad timorem iudicii diuini ex punitione illorum malorum, & rebellium, & inF delium. Ideo iste psal. & cæteri non solum est exponendus literaliter, sed principaliter est exponēdus allegorie, & spiritualiter de Christo, & ecclesia, & ex consequenti moraliter: sed quia faciliter vnusquisque potest sibi sumere doctrinam moralem per ea, quæ memorantur: ideo posit sensum literalem principaliter est insistendum in allegorico, & spirituali: Dicit ergo Dauid: Confitemini confessione fidei, & laudis propter beneficia recepta: & memētote mirabilium, quæ fecit patribus antiquis inquantùm fuerunt facta supra naturam: & memētote quæ prodigia fecit, in quantùm figurabant Christum, & ecclesiā, & iudicia oris eius inquantùm malos punierunt ex præcepto suo. Et incipit constructio in versu se-

A versu sequenti quasi dicat: O semen Abrahā non solum secūdum carnem, sed secundum spiritum, & promissionē: & O filii Iacob electi eius. s. electi ipsius Dei, memētote mirabilium eius, quæ fecit: & prodigia, & iudicia oris eius. Nam ipse Christus dominus Deus vester: licet veniat ad vos in forma hominis, & serui: & ideo iudicia eius, & lex euangelica est figuraliter memor fuit testamenti, quod promisit ad Abraham, & Isaac, & Iacob, dando successoribus eorum terram Canaam: ita memor fuit, quando venit in carnem in sæculū, ideo fuit quando venit in carnem temporaliter tunc memor fuit verbi in sęculū, ideo fuit quod æternaliter proposuit, & infallibiliter seruandum, scilicet testamēti promissi, & verbi qđ mandauit, & promisit in mille generationes, B ideo fuit à progenie in progenies: & ponitur numerus determinatus p indeterminato, ideo fuit per multas generationes: quod quidem testamentum Deus disposuit ad Abraham cū dixit: Egredere de terra &c. Gen. 12. & cum dixit. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. 22. Et memor fuit iuramenti, quod disposuit ad Isaac: cum dixit. In Isaac vocabitur tibi semen. Gen. 21. Et quia cum iuramēto promisit Deus Christum venturum figuratum per sacrificiū ipsius Isaac. Et statuit, & firmauit illud testamentum Deus ipsi Iacob in præceptum cum apparuit ipsi in Betel. Gen. 28. Et postea toti Israel in testamēto æternum, vel ipsi soli Iacob, qui in ipsā lucitatione vocatus est Israel. Et quia vnicui que illorum per se promisit terram Canaam scilicet Abrahę Gen. 16. & Isaac Gen. 26. & C Iacob. Gene. 28. i deo subdit. Disposuit testamentum suum &c. dicens vnicuique istorū. Tibi dabo terram Canaam, scilicet funiculū & mensuram, & sortem hæreditatis vestræ quasi dicat: Confitemini, & inuocate nomen Christi: & quærite faciem eius semper: quoniam ipse est dominus Deus noster &c. Quoniam memor fuit testamenti, ideo quia impleuit quod promisit ipsi Abrahæ dicens. In semine tuo &c. cum per mortē, & passionē, & resurrectionem nos absoluit à maledictio ne Euæ, & per baptismum nos sanctificauit Et cum natus est ex virgine tunc impleuit quod promiserat: In Isaac vocabitur tibi semen: nam virgo Maria descendit de Abrahā per Isaac. Et tunc dedit nobis terram Canaā in possessionem æternam, cum in die ascēsio nis penetrauit cœlos: & sedit à dextris patris, & præparauit nobis sedes æternas. quod minime de terra materali Palestinæ verificari potest: tunc enim præparauit vnicuique, & sedem, & mansionem secūdùm mensurā, & funiculum gratiarum, & meritorum: nam vnusquisque iuxta mēsuram meritorum, & gratię possidet illam hæreditatē. Nota, quod Canaam interpretatur negotiatio siue mercatio: & ideo per terram Canaā interpretatur regnum cœlorum: quod nō potest acquiri nisi per negotiationem, & mercationē operum misericordiæ, & laboris spiritualis. vnde ait saluator Mat. 11. Regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud: vnde dicit Eusebius, Regnum cœlorū paupertate, & fletu & miseria, & persecutione emitur, & cum labore acquiritur: & cū negotiatione quinq;, & duorum talentorum adipiscitur: & cū vsu B ra vnius talenti comparatur. Mat. 25. Ex quibus patet, quòd terra Canaam patribus promissa in possessionem æternam, est regnum cœlorum.

Cum essent numero breui: paucissimi & inquilini eius.

Et pertransierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.

Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Hic ostendit specialia beneficia collata primis patriarchis propter virtutē fidei: qa sem per Deus eos custodiuit in peregrinationibus suis inter gentes extraneas, & feroces. nec p misit eos lædi: imo flagellauit eos lædentes: vnde dicit, p cum sancti patres in principio. F s. Abraam Isaac, & Iacob, essent pauciissimi incolæ, & aduenæ, & peregrini i numero breui, pertranierunt de gente in gentē, & de regno ad populum alterum absque læsione. Nam primò Abraam cum patre suo Thare, & fratre suo Nachor venit de Caldæa in Mesopotamiam: vt patet Gene. vndecimo. Et postea de Mesopotamia in terram Canaam. Gene. duodecimo. Et exinde propter famem, & inediam transiuit in Aegyptum: & postea in Generis, & similiter Isaac: vt patet Genesis. vigesimosexto. Et postea Iacob profectus est de terra Canaam in Mesopotamiam. Et exinde descendit in Aegyptum cum filiis, & neporibus, & tamen in nullo istorum locorum reliquit nec permisit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A misit aliquem hominem nocere eis. Nam primo Abraam liberatus est de Hur Caldeorũ. Et Deus corripuit Caldæos, & flagellauit ꝓpter eum, & flagellauit Pharaonẽ regẽ Aegypti: eò quòd detinebat Sarram vxorem eius: & Elimelech regem Geraræ propter eãdem causam. Gen. 12. Et ita pariter non permisit vt Labam noceret ipsi Iacob cum sequeretur eum: nec etiam Esau frater eius. Ita etiam Deus flagellauit, & corripuit regem Geraræ ꝓpter Isaac Gen. 26. quasi Deus diceret, Nolite tangere patriarcas, & sanctos Christos meos: & in prophetis meis idest in prophetas meos nolite malignari. Vnde nota, quòd licèt Abraam Isaac, & Iacob non fuerint vncti oleo materiali sicut sacerdotes, & reges post Moysen: tamen fuerunt vncti oleo spirituali spiritus sancti, & sic fuerũt veri prophe
B tæ: qa multa misteria Christi, & ecclesię pręuiderunt in spiritu, & figura, & ideo vocat hic eos prophetas, & Christos. Nam primò cum Abraam recessit à Caldæa, & Aran ex pręcepto Dei, prævidit in spiritu, quòd omnes gentiles relicta idololatria erant venturi ad ecclesiam, & fidem Christi. Gen. 12. Ité per vaccam triennem, & capram trimam, & arietem trium annorum, & turturem, & columbã prævidit in spiritu totum discursum posteritatis suæ vsque ad Christum: vt patet Gen. 15. Item quando voluit immolare filiũ suum Isaac, prævidit totum mysterium passionis Christi, & facta fuit sibi promissio in semine suo de Christo, & ecclesia. Gene. 22. Item quando Iacob vidit scalã, & fudit oleũ
C super lapidem &c. Gene. 28. tunc in spiritu prævidit totum mysterium incarnationis, & passionis Christi, & futuram prosperitatem ecclesiæ, & ideo cum benedixit filiis suis: prædixit eis omnia: quæ ventura erant eis vsque ad Christum, & cum benedixit filio suo Iudę manifeste prędixit regnum Christi, & ecclesię, & passionem, & resurrectionẽ &c. Gene. 49. Ex quo patet, quòd omnes isti patriarchæ fuerunt Christi: inquantùm fuerunt vncti oleo spiritus sancti, & etiam Iacob fuit vnctus oleo materiali cum vnxit lapidem oleo, & erexit ipsum in titulo. Gen. 28. Item omnes isti fuerunt prophetæ: quia spiritu sancto illustrati, & moti multa futura prædixerunt, & prævideruntde Christo, & ecclesia: vt dictum est. Et ideo dicit Dauid in persona Dei. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Ex quo patet, ꝙ Dauid in hoc psalmo nõ solum intendit narrare historias: sed & intendit deducere nos ad fidem Christi, & cognitionem mysteriorũ, & beneficiorum futurorum per Christum, quę in memoratis beneficiis figurabantur. Nam Dauid non solũ est historiographus: sed prophetа: vt dictũ est: quasi dicat. Memẽtote mirabilium, quæ Christus facturus est in sua natiuitate, & sua prædicatione, & passione: quę sunt figurata per mirabilia, & beneficia collata prædictis sanctis patriarchis, & ꝓphetis. Nam de semine istorum est Christus nasciturus secundum carnem &c. de virgine Maria. Et sicut passi sunt persecutiones: ita, & Christus passurus est. Et sicut isti fuerunt liberati: ita, & Christus est liberandus per resurrectionem, & sicut isti peregrinati sunt: ita, & ecclesia erit peregrina, & afflicta, & in
E fine liberata &c. Ergo sicut illi patriarchæ laudauerunt, & confessi sunt Deo confessio ne fidei, & laudis propter beneficia à Deo recepta: ita, & vos confitemini domino Iesu Christo Deo, & homini propter beneficia in creationis, & redemptionis &c. Nam hoc est testamentũ quod Deus disposuit ad Abraham, & iuramentum ad Isaac. Et ita scilicet ecclesia militans, & triumphans est illa terra Canaam, quam Deus promisit Abrahæ, & semini eius in seculum hæreditatis &c. Quia omnia illa: quæ ibi fuerunt impleta literaliter, & figuraliter in testimonium, & pactum, sunt spiritualiter implenda per Xpm. Quia il le nos debet introducere in terram viuentium promissam: in qua fruemur bonis gratiæ in præsenti, & bonis gloriæ in futuro.

F *Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.*

Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransijt animam eius: donec veniret verbum eius.

Eloquium dñi inflammauit eum: misit rex et solvit eum: princeps populorum & dimisit eum.

Constituit eum dominum domus suæ: et principem omnis possessionis suæ.

Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cam.

Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.

Hic memorat beneficia mirabilia collata ipsi

A ipsi Ioseph in figuram Chri. Dicit ergo ꝙ eã quare Deꝰ exaltauit ipsũ Ioseph fuit ista. Nã Deus vocauit, & procurauit famẽ super terram subtrahendo influẽtiam, & gratiam suã, prohibendo cęlum, & elementa &c. Et sic omne firmamentum, & sustentamẽtum panis contriuit, & minorauit. Et tunc misit virum Ioseph ante eos, s. Aegyptios vel ante fratres suos, qui venundatus fuerat à fratribus suis in seruum & captiuum Ismaelitis, & postea Aegyptii, s. Futifar & serui eius humiliauerunt pedes ipsius Ioseph in cõpedibus carcęris, & ferrum catenarum, & compedum pertransiuit animam, i. vitam, & vires animæ eius. & stetit in carceribus donec veniret verbũ eius, s. interpretatio somniorũ illorũ duo
B rũ sociorũ qui erant vincti cum eo. quia tũc eloquiũ dñi spiritus propheticæ inflammauit, & illustrauit ipsum Ioseph, vt interpretã do somnia ꝓdiceret futura. Tunc Pharao rex Aegypti misit principes, & magnates populorum: & soluit eum à vinculis, & dimisit eum liberum. Et facta interpretatione de septem vaccis pinguibus, & macilẽtis, & cõstituit eũ dñm totius domus suę: & principem, & rectorem possessionis suæ: vt erudiret omnes principes Aegypti: & senes eius prudentiam doceret in agibilibus. Et sic prouidit de frumento in septem annis pinguibus pro sequẽ
C tibus sterilibus: vt patet Ge. 41. & sic fuit exaltatus & veneratus tãquàm rex in Aegypto. Sed quia per exaltationem Ioseph post vẽdi tionem, & incarcerationem prævidit Dauid exaltationem Christi, & regni eius post ven ditionem, & mortẽ, & passionem, & resurrectionem: ideo per hoc nõ intendit deducere ad laudem, & confessionem fidei Christi pro pter beneficia redẽptionis, &c. q. d. ergo Dauid. O fideles, qui estis semen Abrahę secundum spiritum: inmementote &c. Quoniam sicut Ioseph fuit vẽditus à fratribus viginti denariis: ita & Christus est vendendus à Iuda discipulo suo triginta argenteis. Et sicut Ioseph fuit positus in carceribus: ita Christus in sepulcro, & sicut Ioseph abstractus à carcere interpretatus, est sommiũ Pharaonis: ita Christus post resurrectionẽ interpretat⁹ ex apostolis sensum scripturarum. vt patet Luc. vlt. Et sicut Ioseph liberauit Aegyptum à fame corporali ex sua ꝓuidẽtia: ita Christus liberauit genus humanum à morte, & fame spirituali per legem euangelicam & sacramenta ecclesiastica. Et sicut rex Pharao exaltauit Ioseph post exitum carceris sup totum Aegyptum, & oẽs principes, & magnates: ita Deꝰ pater exaltauit filium suum post resurrectionem & ascensionem super angelos, & homines: & data est ei potestas in cęlo & in terra. Et sicut Ioseph introduxit patrem suum Iacob & fratres suos in Aegyptũ: vbi erat abũdantia frumenti &c. ita Christus introduxit fratres suos apostolos in fertilitatem scripturarum, & sacramentorum ecclesiæ in qua sumus accolæ, & peregrini. Et sicut Ioseph siue Deus auxit populum suum in Aegypto: & firmauit eum super inimicos eius Aegyptios: ita Christus auxit populum sum christianum, & fideles suos, & firmauit super inimicos eius Iudæos & cæteros infideles. Omnia ergo supradicta mysteria de Christo, & ecclesia prævidens Dauid in spiritu adducit mysterium Ioseph in figura.

D

E *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius.*

Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum.

F *Posuit in eis verba signorum suorum: et prodigiorum in terra Cam:*

Hic memorat mirabilia beneficia collata Moysi & populo Israel pp fidẽ eorũ. & memorat punitionẽ, & afflictiones Pharaonis, & Aegyptiorum ꝓpter infidelitatem, & duritiam eorum, & primo assingat causam. Nam vt patet Exo. 1. videtes Aegyptii filios Israel in tãm magnum numerum creuisse: & in bonis temporalibus abundasse: moti inuidia cogitauerũt eos debilitare, & dura opera, & vectigalia eis imponere. & ꝓcepit rex obstetricibus vt masculos strãgularẽt &c. Et hęc est causã quare filii Israel clamauerũt ad dñm. Vnde dñs misit Moysem & Aaron ad liberãdum eos. Ideo ait Dauid. Dñs conuertit cor eorum. s. Aegyptiorum: vt odirent populum suum. s. Israel inuidẽtia fraternæ caritatis, & prosperitatis, & dolum facerent in seruos eius, dura onerã, & labores in luto, & laterib. imponendo: & dolum de pueris strangulandis machinado, & dicit. Conuertit cor eorũ. non ꝙ Deus impelleret eos ad malum agendum: cum non sit autor malorum. sed quia permisit cor eorum peruerti: vt odirent populum eius dumittendo eos in sua malitia & duritia: non largiendo gratiam propter peccata eorum pręcedẽtia: quia peccatum, quod per pœnitẽtiam non deletur: mox per sui põdus in aliud trahit. Et sic filii Israel habuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A runt causam clamandi ad dñm. & tunc Deus cõpassus illi populo misit Moysen seruũ suũ apparens ei in rubo, & misit cum eo ipsum Aaron, quem elegit in socium ad loquẽdum ante Pharaonem. vt patet Exod. 3. Et posuit in eis dominus verba signorũ suorum eos in formando quomodo loquerentur ante Pharaonem. in quibus verbis, & virga erat virtus faciendi signa, & prodigia. Et dicuntur signa inquantũm significabant virtutem, & potentiam Dei, & ideo dixerunt Magi Pharaoni: Digitus Dei est hic. Et dicuntur prodigia inquantũm aliud futurum protendebant, & portendebant. Nam illæ decem plagæ significabant decem damna, quæ patitur hodie populus Iudaicus propter peccatum infidelitatis: vt supra dictum est ps. 77. Et dicitur Aegyptus terra Cam: eò quod Mesraim filius

B Cam populauit Aegyptum.

Misit tenebras & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos.

Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.

Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum.

Dixit: & venit cynomya et cynises: in omnibus finibus eorum.

Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.

Dixit & venit locusta & bruchus: cuius non erat numerus.

Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra eo

C *rum: primitias omnis laboris eorum.*

Et eduxit eos cum argento et auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.

Letata est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem, vt luceret eis per noctem.

Hic incipit enumerare signa, & prodigia, q̃ fecit dominus per Moysem: sed nõ eodem ordine, quo facta sunt. Vnde primò ponit nonam plagam, quãdo misit tenebras per totã Aegyptum Exod. 10. ideo ait. Misit dominus per Moysen in virtutem Dei tenebras & obscurauit totam Aegyptum: & Deus vel Moyses non exacerbauit sermones suos. Nam semper cum benignitate exhortabatur, & loquebatur. Pharaoni vt dimitteret populũ. Et cũ Pharao cessabat à malitia, & ꝓmittebat: pau

D ter cessabat plaga. Et sic sermones Moysi cũ dulcedine procedebant. In secundo loco ponit primam plagam: cum dicit. Conuertit aquas eorum in sanguinem, ne possent bibere de aqua Nili: & occidit pisces eorum. In tertio loco ponit plagam secundam: quando dixit ranas in terra eorum in tanta quantitate, quòd penetrabant totum regnum ipsorum exeuntes ab aquis. In quarto loco ponit quartam plagam, quæ fuit musca canina. Nam dixit Moyses in virtute Dei: vel Deus dixit. i. præcepit, & venis cynomya. Venit etiam cynises: quæ fuit tertia plaga in omnibus finibus eorum. Posuit etiam pluuias eorum grãdinem: quæ fuit septima plaga, quando venit grãdo mixta cum igne, i. fulminibus, & corusationibus. Et percussit vineas eorum, & ficulneas: & contriuit omne lignum, idest omnes arbores finium eorum. Et dixit etiam & præcepit: & venit locusta, & brucus, quæ fuit sexta plaga, quæ quidem locusta, & bruchus corroserunt quod remanserat. Vltimo pocus corroserunt quod remanserat. Vltimo ponit decimam plagam: cum dicit. Et percussit omne primogenitum in terra eorum. & primitias omnis laboris eorum tãm hominum, quàm bestiarum, & pecudum. Et sequitur, Et eduxit eos Moyses cum argento, & auro qd mutuo acceperant à vicinis ex præcepto domini. Et non erat aliquis infirmus in tribubus eorum. Nam cũ angelus dominꝰ percussisset omnia primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus, soli filii Israel fuerunt immunes: eò quòd vnxerant limina & postes sanguine agni: vt patet Exod. 12. Et sic saluati facti sunt filii Israel ab illa plaga, & infirmitate. & sic lætata est Aegyptus, & totus populus in profectione, & recessu eorum, s. filiorũ Israel: quia incubuerat timor super Aegyptios ex morte primogenitorum. Et tunc Deus expandit nubem in protectionem eorum: & etiam expandit ignem, vt luceret eis per noctem. Nam nubes ducebat eos in die, & columna ignis per noctem. Exod. 13. Et hoc fuit primum & maximum beneficium post exitum de Aegypto quantum ad continuum ducatum. Sed hic quæritur vtrum filii Israel peccauerint, & commiserint furtum, & mendacium asportando secum vasa argẽtea, & aurea, quæ mutuo acceperãt ab Aegyptiis: cum sit contra illud præceptum. Non furtum facies. Ad hoc respondent communiter doctores, ꝙ illemet Deus qui dixit: Nõ furtum

A furtũ facies generaliter: ille idem dixit tunc specialiter, vt filii Israel acciperent mutuo illa vasa, & portarent secum. Ideo nõ egerũt cõtra voluntatem Dei, imo impleuerũt Dei voluntatem, qui est dominus auri, & argẽti & omnium creaturarum. Ideo filii Israel nõ fecerunt contra præceptum Dei, qui est conditor legis: nec facta fuit iniuria Aegyptiis: eò quod erãt debitores filiis Israel, quos per longa tẽpora violenter oppressérant, & absque mercede ab eis seruitia acceperant: ideo Deus voluit, vt in solutionem, & stipendiũ suorũ laborum acciperent filii Israel illa vasa argentea, & aurea. Sed addit August. quod Deus nõ sine causa illud præcepit. Nã quia Aegyptii abutebantur auro, & argento faciẽdo ex eis Deos aureos, & argenteos, &

B vasa, & cætera vtensilia ad vsum sacrificiorũ falsorũ Deorum: ideo Deus voluit, vt auferretur ab Aegyptiis aurum, & argentũ, vt filii Israel commutarent illa vasa aurea in meliorem vsum, scilicet ad ornatum tabernaculi, & ad cultum veri Dei, quia ex illa copia auri, & argenti obtulit vnusquisque pro vasis, & vtensilibus fabricandis ad cultum veri Dei, vt patet Exo. 25. & 28. Item addit Augustinus, quod illud factum est in figura, & ad doctrinam nostrã. Nam absque peccato nos accepimus à philosophis gentiũ scientias mathematicas, & naturales, & moralem philosophiã, & complures morales doctrinas, applicãdo, & conuertendo eas in meliores vsus s. vt ancillent, & seruiant nostræ sacræ teologiæ: de quibus ait Salomon Prouerb. 9. quod sapientia vocauit ancillas suas ad artem &c.

C *Vetierunt & venit Coturnix: & panè cœli saturauit eos.*

Diruipit petram & fluxerunt aqua: abierũt in sicco flumina.

Secundum beneficium fuit, quia petierunt carnes, & cibum, & venit coturnix, & panè cœli saturauit eos scilicet manna de cœlo missũ, & duranit per quadraginta annos vsque ad terram promissionis. Exod. 15. & Numeri. 20. Tertium beneficium fuit quãdo diruputt petram, & fluxerunt aquæ, & in sicco abierunt, & emanarunt flumina: quasi Deus non defecit eis in ducatu, nec in cibo nec in potu.

Quoniã memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione: & electos suos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt.

Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.

Et hæc omnia non fecit Deus in meritis eorum, cum essent rebelles: sed, vt impleres quod promisit ad Abraham puerum, & verũ & fidelem famulum suum, cui promisit illã terrã ꝓ semine suo. Et sic Moyses siue Deus per Moysen eduxit populum suum, cũ exultatione, & electos suos cũ lætitia, & victoria contra Amalechitas, & Seon regem Amorreorũ, & Og regem Basan, & per Iosue dedit eis regiones gentium scilicet à Dan vsq; Bersabee, & labores populorum gentiliũ possederunt illis expullis, & subiectis. Et causa quare Deus eduxit eos de Aegypto, & dedit eis illã terrã: fuit, vt libere possent custodire legem Dei, & iustificationes in illa lege contentas quò ad iudicialia, & cerimonialia, & moralia, & legẽ eius exquirãt quò ad mistria in lege causa, & cõtẽta de Messia futuro.

Secunda expositio vltimæ partis psalmi.

Sed quia Dauid fecit hunc psal. non solũ propter literã, sed principaliter in ꝓphetia propter misteria Christi, & ecclesiæ in prẽdicta litera clausa, & significata, vt in vltimo verficulo ait. Vt legem eius exquirant. Tenebantur enim Iudæi exquirere in lege misteria Christi: in cuius fide saluabantur. Ideo videndus est sensus ꝓpheticus: & allegoricus huius vltimæ partis. Vnde notandũ, qd̃ per Moysen significatur regnũ Christi, & per Aaron sacerdotium. Per hoc significabatur quod Christus rex, & sacerdos erat mittendus ad liberandũ genus humanum, & sic cum totum genus humanum esset affectum in seruitute peccati, & in potestate diaboli: Christus rex, & sacerdos, & legifer ipsum per mortem, & passionem, & resurectionem à tenebris, & seruitute liberauit. Item cum specialiter populus Israel esset sub iugo legis, & omnes patriarchæ, & prophetæ clamassent ad dominum, vt pãtet per totum discursum veteris testamenti: tũc venit Christus missus à patre, & prædicauit per totam Iudæam, & Galilæam: exhortando populũ vt exiret à iugo legis, & veniret ad ecclesiã ad offerendum verum sacrificium, & mõnuit ꝓncipes sacerdotum, & Pharisæos: vt dimitterent populum exire à iugo legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gis. At illi prohibuerunt: nec voluerunt credere prædicationi, & miraculis Christi: sed ipsum occiderunt, & crucifixerunt. Sed Christus post resurrectionem primò abstraxit sanctos patres de potestate diaboli, & à tenebris inferni. Postea eduxit populum suum. s. apostolos, & discipulos de populo Iudeorũ: qui fuit primus populus Christi, & ecclesiæ per Christum abstractus de tenebris ignorantiæ, & peccatorum, & iugo legis. Etiam est aduertẽdum, q̃ sicut Moyses intulit decem plagas Aegyptiis nolentibus dimittere populũ: Ita Christus intulit, & reliquit decẽ maledictiones Scribis, & Pharisæis, & Iudæis, qui nolue
B runt dimittere populum à iugo legis, & peccatissimo oppressionis apostolos, & discipulos, & persecuti sunt Christum, & primitiuã ecclesiam. Quas quidem maledictiones enumerat Christus Mat. 23. cum dicit. Ve vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui claudit is regnũ cœlorum ante homines: vos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Nam sicut Pharao, & eius principes prohibuerãt filios Israel, ne exirent de captiuitate, & intrarent in terrã promissionis: ita Scribæ, & Pharisæi prohibuerũt illum populum ne exiret à iugo legis. Et etiam Rabini prohibent Iudæos modernos ne exeant à tenebris, & iugo legis, & peccati: ne veniãt ad ecclesiam, & lumen fidei: & sic claudunt eis cœlũ, & nec ipsi intrant, nec permittunt alios intrare: & ipsi ductores cęcorum simul cum cęcis omnes in
C foueam inferni cadunt. Et ideo Christus dat eis decẽ maledictiones: vnde octies dicit eis: Væ vobis: quæ intelligũtur per octo maledictiones, & addit nonã: cũ dicit. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Et subdit decimam: cum ait, Amen dico vobis: quia nõ me videbitis donec dicatis. Benedictus, qui venit &c. Omnes istæ decẽ maledictiones illatæ Iudæis fuerunt figuratę per decem plagas illatas Aegyptiis. Nam illas, & easdem patiũtur hodie Iudæi non solum spiritualiter: sed etiam temporaliter. Nam sicut Moyses cõuertit aquas Aegyptiorũ in sanguinem, ita Xps conuertit aquas, & sacramẽta, & cerimonias Iudæorum in sanguinem. Nam sacramenta veteris legis. s. circuncisio &c. quæ ante erant eis salubria: nunc sunt eis mortifera, & nocua, & bibunt sanguinem, & peccatum. Item mittit eis Christus ranas. Nam sicut ranæ in aquis cœnosis, & putridis cerimoniarũ inuolutæ semper murmurant contra Christum,

A agro: vt patet Mat. 13. Hũc profecto tesaurũ non habuerũt apostoli ab Aethiopibus: nec Scythis: nec gentilibus: sed à Iudæis vicinis eorũ, & à lege eis per Moysen promulgata: ideo nullam habent excusationem. Deduxit ergo Christus populum suum christianũ de iugo legis, & tenebris peccati, & ignorantiæ cum argento, & auro. i. cum lege euangelica, & doctrina apostolica a veteri testamento excerpta, & collecta: in tribubus eorum. i. fidelium christianorum nullus fuit in
B firmus: quia medicla sacramentorum sanati sunt per Christum, Iudæis manentibus adhuc cũ prædictis decem plagis, & maledictionibus. Secundum adiumentũ, quod Deus cõtulit illi populo fuit: qñ expandit super eos nubẽ vt protegeret eos per diem, & columnã ignis, vt præcederet, & luceret eis per noctẽ. Ita pariter Xps reliquit populo suo Christiano columnã articulorum fidei: vt luceat nobis per noctem huius mundi: in cuius lumine ducimur in vitam ęternã, & expãdit nobis nubem suæ caritatis per diem gratiæ in
C quo sumus: vt nos protegat ab imbribus, & aridoribus tentationum. Vnde per noctem põt intelligi scriptura veteris testamenti, in qua per lumẽ fidei videmus mysteria Christi, & ecclesiæ ibi clausa, & ambulamus per scripturam vet. test. ducatu luminis fidei, & nõ offendimus in lapidem scãdali, & offensionis. Per diem autem intelligitur status gratiæ: in quo indigemus protectione nobis desuper extensa ad conuersationem gratiæ, & defensionẽ contra imbres peccatorum, & persecutorum ecclesiæ. Hac nube fuerũt protecti martyres
D & armati, quando contemnentes minas principum nõ timebant tormenta nec exitia nec carceres &c. Et ideo in hac peregrinatione sẽ per præcedit, & ducit nos colũna luminis fidei, & protegit nos nubes caritatis Christi vsque ad portum salutis. Tertium adiumentũ fuit: qñ Deus dedit illi populo carnes, & panem cœli. s. manna, quod duravit vsque ad introitum terræ promissionis in cibũ, & percussit petram, & dedit eis aquam in potũ. Ita pariter Christus dedit, & dimisit populo suo christiano sacramentũ eucaristiæ: in quo mãducant fideles veram carnem Christi sub forma panis: qui de cœlo descendit, Itaque dicitur vera caro, & verus panis non materialis sicut ante erat sub illis accidentibus: sed verus panis angelorum: qui de cœlo descendit: cuius fruitione angeli, & oẽs beati reficium

tur, & felicitantur. Et iste cibus, & panis dicitur viaticus: quia est necessarius in hac vitã, & peregrinatione vsquequò perueniamus ad terram viuentium. Nam licet tunc comedamus eundem panem per fruitionem, & gloriam: tamen non eodem modo sicut nunc cõmedimus sacramentaliter, & per gratiã, & ideo ppheticè, & figuraliter ait Dauid in hoc pia, Petierunt, & venit coturnix figuratiua Xpi per carnem: & pane cœli saturauit eos. s. manna de cœlo misso figuratiuo sacramenti eucaristiæ sub forma panis, & sic Christus vero pane cœli saturauit eos. s. populum suum christianum. Item sicut Moyses percussit petrã, & dirupit, & fluxerũt aquę, & bibit populus: ita Christus percussit petram sui corporis, supra quã fundatur ecclesia, & exiuit sanguis in precium nostrum, & aqua in remissionem peccatorum, & refrigerij, & potum spiritualem vnde sumpserunt virtutem omnia sacramenta ad medelã peccatorum, & refrigerij nostrum. Et ideo dicit. Dirupit. s. petram sui lateris, & pedum, & manuum, & flumina sue virtutis, & sapientiæ abierunt in ficco, idest per animas nostras, quę ante erãt ficcę, & aridę sine humore fidei, & gratię. Quoniam memor fuit: quasi dicat, q̃ tunc impleta fuit promissio facta ipsi Abrahę. s. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. 22. Et tibi dabo terram &c. Gen. 17. &c. Et Christus deduxit populum suum. i. patres de limbo inferni cum lætitia, & exultatione in cœlum, & etiam deduxit apostolos, & discipulos, & omnes fideles de iugo legis, & peccati liberãdo eos à captiuitate diaboli: cum exultatione, & victoria resurrectionis, & electos suos. s. sanctos patres de limbo cum lætitia in cœlo collocando. Et dedit illis. s. apostolis, & christianis regiones gentium: quia omnia regna gentium subiecerunt iugo Christi, & labores eorum possederunt. Nam ecclesia non solũ possidet spiritualiter omnia regna christianorũ: sed etiam temporaliter possidet multas ciuitates, & castra per donationem magni Constantini: qui ecclesiam dotauit de tota Italia &c. Et hoc dominium, & possessionem, & libertatem dedit Christus fidelibus suis: vt custodiant iustificationes eius. i. legem iustificantem: quia sola lex euangelica iustificat, & sic operando in ea iustificantur. Et subdit. Et legem eius exquirant. idest in ea mediten
E tur, & contemplentur. Duo ergo monet. s. vt contemplemur, & exquiramus in lege viam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A saluus. Secundò vt exquiramus iustificationes eius, idest opere compleamus.

PSALMVS. CV.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius?

Titulus, Alleluia alleluia. Principalis intentio ipsius Dauid in hoc psalmo est petere vniuersalem redemptionem per aduentum Christi. Sed quia per Christum fuerunt redempti duo populi, s. Iudæorum, & gentilis: ex quibus constat ecclesia fundata, & iuncta in lapide angulari, idest Christo Iesu: ideo ponitur duplex Alleluia. Sed quia quasi omnes psalmi leguntur in ecclesia quadruplici respectu, s. ad laudem Dei: Secundò in memoriam antiquorum gestorum: Tertiò ad ꝓpheciam: Quartò ad doctrinam, & exhortationem nostram: ideo propheta vniuersaliter omnia ista seruat in quolibet psalmo. Ideo Dauid duo paincipaliter facit in hoc psalmo. Nam primò exhortatur nos ad laudem Dei, & obseruationem legis diuinæ. Secundò petit vniuersalem redemptionem: ibi. Memento nostri domine. Quantum ad primum duo facit. Nam primò nos exhortatur ad laudandum Deum. secundo ad timendum eius iudicium, & seruandam iustitiam per obseruationem legis: ibi. Beati qui custodiunt. Dicit ergo. O vos populi tàm gentiliũ quàm Israelitarum: confitemini domino confessione laudis, i. laudate dominum, & petite misericordiam, & vniuersalem redemptionem per aduentum Christi: quoniam misericordia eius semper fuit, & erit in æternum propitia petentibus, & pœnitentibus. Nam quis loquetur, & explicare poterit, & faciet auditas, & explicatas laudes eius: quæ ipsi debentur ex miserationibus, & beneficijs factis, & collatis inuocãtibus eum? quasi dicat: nullus hoc poterit explicare. Et hæc est causa quare in titulo ponitur bis Alleluia: q.d. Vos Iudæi laudate dominum, & petite redemptionem, & vos gentiles laudate &c.

Beati qui custodiunt iudicium: & faciunt iustitiam in omni tempore.

Hic exhortatur omnes ad obseruantiã legis. vt dignè valeant inpetrare quod petũt. Sed quia duo sunt in lege: scilicet præcepta quæ prohibent malum fieri sua comminatione pœnæ: & mandata quæ exhortatur ad bene agendum cum promissione præmij: ideo in duobus consistit obseruantia legis, scilicet in non faciendo malum: custodiendo, idest timendo iudicium. Dei. Secundò in faciendo bonum, desiderando præmium æternũ. Ideo ait Dauid. O vos omnes obseruate legẽ Dei. Nam beati qui custodiunt, idest timent iudicium Dei, & faciunt iustitiam, idest iustificãt semetipsos operando secundum legem. Hoc etiam potest referri ad iudices. quia beati iudices, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, secundum leges malos puniendo, & bonos præmiando, & innocentes absoluendo.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Ad videndum in bonitate electorum tuorũ: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt laudetis cum hæreditate tua.

Hæc est secunda pars principales: in qua propheta petit vniuersalem redemptionem, & misericordiam per aduentum Christi. Sed quia magnanimus maxime inclinatur ad misericordiam, cum reus cognoscit, & cõfitetur peccata sua: & etiam magnificus libenter audit beneficia, quæ quondam fecit, & magis inclinatur ad faciendum plura: vt patet. 4. Ethicorum: Ideo Dauid tria facit in residuo huius psalmi. Nam primò in persona totius corporis mystici petit vniuersalẽ redemptionem, & aduentum Christi accelerari. Secundò confitemur grauia peccata, quę ille populus commisit contra Deum, & punitiones illorum peccatorum: à quibus per misericordiam liberauit sæpè illum populum dominus, & hoc vt magis inclinet Deum ad misericordiam, Tertiò resumit petitionem suam. Secundum ibi. Peccauimus cum patribus nostris. Tertium ibi. Saluos nos fac domine. Dicit ergo ad primum. O domine Deus pater, memento nostri domine in beneplacito populi tui, idest vt placeas populo tuo eius petitioni annuẽdo, & propitiando: & visita nos in Iesu Chro salutari, & saluatore tuo: quę promisisti patribus nostris: in quo benedicẽdæ sunt omnes gentes, idest mitte eum ad videndũ in bonitate electorum tuorũ, idest vt ipsum videant electi tui in bonitate, & redemptione, & facientem bonitatem redemptiones, & ad lætandũ in lętitia gentis tuę. s. vt gentes tuę lętentur lætitia magna per tui aduentum. Et tota, ꝙ hic duos populos commemorat, Primò apostolos, & discipulos cõuersos de Iudęis, qui ipsum in carne viderunt: cum dicit. Ad videndum in bonitate electorum tuorum. scilicet apostolorum, & discipulorum. Secundò conuersos de populo gentili, qui cũ lætitia ad fidem venerunt per prædicationem apostolorum, cum dicit: Ad lætandum in lętitia gentis tuæ. Sed quia ex his duobus populis facta est vna ecclesia quæ est hæreditas Christi: ideo sequitur: Vt laudetis cum hæreditate tua in tempore gratiæ: sicut nunc fit, & videmus manifestè implerum.

Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus: iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis miserico rdiæ tuæ.

Et irritauerunt ascendentes in mare: mare rubrum.

Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: deduxit eos in abyssu sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.

Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

Hic incipit confiteri, & memorare grauia peccata illius populi: & miserationes factas patribus antiquis: vt inclinet Deũ ad suã petitionem implendam. Vnde est aduertendũ, quòd misericordia Dei tantò maior demonstratur quantò maioribus peccatoribus, & rebellibus, & ingratis præstatur. Sed quia filij Israel decies, & vltra rebellauerunt, & peccauerunt contra Deum: sed quotiensçunque reuersi sunt, & conuersi ad pœnitentiam, semper Deus eis pepercit: ideo maxime Deus in hoc ostendit multitudinem, & magnitudinẽ suę misericordię, & ideo Dauid memorat otio peccata, & ingratitudines illius populi cõmissas contra dominum: & quomodo semper dominus misertus est eis. Quorum primum fuit peccatum infidelitatis, & duritiæ. Nam cũ fuissent castrametati in littore maris rubri, & vidissent exercitũ Pharaonis venientẽ quasi diffidendo dixerunt Moysi. Forsitan non erant sepulcra in Aegypto: ideo tu nos eduxisti, vt moriamur in solitudine. Vnde nõ intellexerunt, nec considerarunt, quòd dominus potuisset eos liberare, sicut fecerat mirabilia, & signa in Aegypto, & tamen dominus nõ attendit ad infidelitatem, & murmurationẽ ipsorum: sed præcepit Moysi, vt percuteret aquas: & transiuit totus populus Israel illæsus, & Pharao cum suis submersus est: vt patet Exodi. 14. Hoc ergo peccatum, & hanc miserationem domini confitetur Dauid in principio: cum dicit. Peccauimus cũ patribus nostris eos imitando: iniustè egimus contra proximum: iniquitatem fecimus contra Deum. Nam patres nostri non intellexerunt, idest attente, & fideliter considerauerunt mirabilia tua facta in Aegypto de decem plagis illatis Aegyptijs: nec fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ, quam ostendisti filijs Israel eos mirabiliter liberando: imo tanquàm ingrati irritauerunt, idest contemnentes cum ad iram cõcitauerunt ascendentes in mari rubro: & tamen saluauit eos pròpter nomen suum per Moysen inuocatũ. Et hoc fecit Deus: vt ipsi notam facerent, & prædicarent potentiam suam: quia increpuit mare: idest cum magno fragore, & fluctuatione diuisum est in duodecim partes: intãtùm, quòd exiccatum est, idest apparuerunt viæ ficcæ in eos: & Moysẽs deduxit eos in abyssus, idest per profunditatem maris: ficut in deserto, idest ac si deduceret eos per desertum, & terram aridam: & saluauit eos, Deus de manu Aegyptiorũ odientiũ: & redimit eos de manu inimici Pharaonis. Et aqua maris operuit, & submersit Aegyptios: tribulantes eos: intantùm, quòd vnus ex eis non remansit. Et tunc filij Israel, qui ante fuerant increduli: crediderunt verbis eius prolatis per eos Moysi, & laudauerunt, idest cecinerunt laudes eius: prædicando eius omnipotentiam, & iustitiam dicendo. Cantemus domino: glorioso & cætera. Nota, quòd ista mysteria, & ingratitudines, siue peccata nõ narrantur hic eo ordine quo facta fuerunt in Exodo. & libro. Numerorũ: eò quòd psalmi non sunt facti nec leguntur ad historiam: sed ad prophetiam.

Citò fecerunt: obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.

Hic memorat secundum peccatorum cum murmurarunt contra dominũ, & Moysen. Exodi decimo septimo. petentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

A aquam, & cibum: & tentauerunt dominum: dicentes. Si est Deus in nobis &c. Et tamen Deus dedit eis carnes in abundantia per mẽ sem integrum: & mãna ad manducandum. ideo dicit. Citò fecerunt: idest in breui crediderunt quod dictum est mihi: in breui obliti sunt operum eius mirabilium: & non sustinuerunt patienter consilium, & promissum eius: sed concupierunt indiscrete concupiscentiam in deserto Raphadi petendo carnes, & tentauerunt Deum in loco inaquoso ad petram Oreb, dicentes. Si est Deus in nobis &c. ideo dictæ sunt aquæ tentationis, & tamen Deus dedit, & implenit eis petitionẽ ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum ex abundantia carnium coturnicum: & aquæ de petra Oreb.

Et irritauerunt Moisen in castris: Aaron sanctum domini.

B *Aperta est terra, & deglutiuit Datan: & operuit super congregationem Abiron.*

Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

Hic confitetur, & memorat tertium peccatum, quod fuit ambitionis, & inuidiæ: quando Core, & Datan, & Abiron voluerunt sibi vendicare summum sacerdotium: & mouerũt seditionem contra Moysen, & Aaron, vt patet Numeri 16. Vnde dicit. Et irritauerũt idest contempserunt: & ad iram prouocauerũt Moysen in castris: & Aaron sanctum domini: idest in sacerdotem ordinatum, & sanctificatum à Deo. Sed ex sententia Dei aperta est terra, & deglutiuit Datan: & operuit, & ruit super congregationem, & coniurationem, & conuenticulum Abiron: & sic absorC buit eos. Et exarsit ignis in synagoga, & congregatione malipolij eorum. Et flãma occidit 250. viros peccatores præsumentes offerre incensum cum turibulis, cum essent peccatores & indigni, & non à Deo electi. Et tamen Deus pepercit filijs Core, qui non consenserunt, vnde factum est grande miraculum: vt cum omnes essent in eodem loco: tamen isti sunt liberati, & manserunt in facie terræ: quando aperta fuit terra: & tamen Core, & Datan, & Abiron cum sequacibus fuerunt absorpti. vt patet Numeri 16. &c.

Et fecerunt vitulum in Oreb: & adorauerunt sculptile.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum

*Obliti sunt Deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto: mirabilia in terra Chã:*D *terribilia in mari rubro.*

Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in cõspectu eius.

Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:

& pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

Non crediderunt verbo eius & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.

Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto.

Et vt deiiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

Hic confitetur, & memorat quartum peccatum, quod fuit idololatriæ, qũ adorarunt, & fecerunt vitulum constatilem. Vnde dicit. Et fecerũt idolum, & vitulum in Oreb, idest propè montẽ Sinai: cuius pars dicitur Oreb: E & adorauerunt sculptile, scilicet vitulũ conflatũ: vt patet Exod 32. Et mutauerunt gloriam suam, idest gloriam, & latriã Deo debitam in similitudinem, & imaginem vituli comedentis fœnum: attribuentes gloriã, & honorẽ vni bestiæ mutæ. Et sic obliti sunt Deũ qui saluauit eos ab Aegyptijs liberando, quãdo fecit magna miracula in Aegypto, & mirabilia in terra Cã: & terribilia portenta: & terribilem stragẽ Aegyptiorum in mari rubro, deducendo aquas maris super eos. Et tũc filij Israel post tot miracula, & beneficia fuerunt ingrati, & infideles adorantes vitulũ. & ideo Deus dixit, i. decreuit, & cõminatus est vt disperderet eos: cum dixit. Dimitte me vt irascatur furor meus super eos &c. nisi Moyses electus eius obstitisset, & supplicasset in confF fractione, & contritione cordis in conspectu eius, vt auerteret iram suam: & Deus peperCit eis, occisis 24. millibus Et pro nihilo. Hic incipit versus in translatione Hieronymi, & est quintũ peccatum quod fuit rebellionis, & diffidentiæ, quando voluerunt cõstituere sibi ducem, qui reduceret eos in Aegyptum: nisi Caleph, & Iosue obstitissent, vt patet Numeri 14. Vnde data est eis sententia: vt nullus eorum qui egressi sunt de Aegypto à 20. annis, & supra intraret terrã promissionis præter Caleph, & Iosue, sed cadauera eorum sacerent in deserto. Ideo ait. Quia supplere contempserunt, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem promissam Abrahę, & Isaac, & Iacob, & non crediderunt verbo eius: nec promissioni, & murmurauerunt in tabernaculis suis cum dixerunt. Vnam pereamus, & non

A & nõ inducat nos dominus in terram illam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui, & non audierunt vocẽ domini de promissione factæ. Et ideo dominus eleuauit manum, & sententiã suã, vt prosterneret eos in deserto, & vt deiiceret semen eorũ in nationibus, & dispergeret eos in regionibus diuersarũ gentiũ: sed adhuc precibus Moysi sunt placatus, & noluit eos totaliter delere: sed prorogauit eos: vt vagarentur per desertum vsque ad quadragesimum annum.

Et inuitati sunt Beelsegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.

Et stetit Finees et placuit: et cessauit quassatio.

Et reputatum est ei ad iustitiam: in generatione & generationem vsque in sempiternum.

B Hic confitetur, & memorat sextum peccatum, quod fuit idololatriæ, & luxuriæ: cũ ad consilium Balaam ipse Balach rex Moabitarum obtulit filijs Israel puellas pulcras: cum quibus fornicati sunt: quæ eos deduxerũt ad adorandum Beelsegor: vnde secuta est in eis plaga magna, vt patet Numeri. 25. vnde dicit. Et inuitati sunt. i. sacrificauerunt, & coluerunt Beelsegor. i. idolum Beel: qui adorabãtur in monte Fegor tanquam Deus Moabitarum: & comederunt sacrificia animalium mortuorum illi idolo immolatorum. Et sic irritauerunt ipsum Deum in adinuentionibus, i. voluntarijs sceleribus suis, & ideo multiplicata est in eis ruina, & plaga magna: quo nam occisi sunt. 24. millia. Et stetit. i. sceleri eorum restituit cum trãsfixit Zambri C coeuntem cum muliere Medianite. Et ideo reputatum est ei ad iustitiam in generatione, & generationẽ vsq; in sempiternum: ex quo actus memorabitur in æternum.

Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius.

Et distinxit in labijs suis: non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.

Et commixti sunt inter gentes: & didicerunt opera eorum: & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

Et immolauerũt filios suos: et filias suas demonijs.

Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus Canaan.

Et inquinata est terra in sanguinibus: & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis. D

Et iratus est furore dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

Hic confitetur, & memorat septimum peccatum quo fuit murmurationis, & infidelitatis, quãdo mouerunt seditiones contra Moysen in Cades propter defectũ aquæ. Vnde domino præcipiente Moyses percussit petrã vt ga, & dedit eis aquã. vt patet Numeri. 20. ideo ait. Et irritauerunt eũ ad aquas contradictionis in deserto Cades, & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt, & amaricauerunt spiritum eius in murmere suo. Et ideo distinxit labijs suis: cum dixit. Nõ ex hac petra poterimus vobis aquam elicere. vnde ex locutione potuerunt conijcere, q̃ hæsitabat. B Et ideo ab ingressu terræ promissionis fuit ex clusus vterq;. s. Moyses, & Aaron. Non disperdiderunt. Hic incipit versus in translatione Hieronymi: vbi confitetur, & memoratur decimum peccatum: quod fuit rebellionis siue inobedientiæ: eò q̃ non impleuerant præceptum domini: qui mãdauerat eis, vt eiicerẽt, & interficerent omnes Chananeos in terra promissionis: imo eos reliquerũt, & propter auaritiam tributarios fecerunt. Vnde euenerunt eis omnia mala: quia didicerunt opera, & superstitiones eorum, & mores, & sic idololatriam frequenter commiserunt: vnde fuerũt frequenter afflicti, & seruituti dediti: ideo ait. Non disperdiderunt gentes Chananeorum quas præcepit eiiciendas dominus illis. Numeri. 33. Ideo commixti sunt inter eos, & didicerunt opera eorum, & mores, & seruierũt F sculptilibus, & idolis eorũ. s. Baalim, & Astaroth, & factum est illis in scandalum. Nam cõmixtio eorum inter gentes fecit eos cadere in idololatriam, & superstitiones eorum. Vnde immolauerunt filios, & filias demoniis ad modum Chananeorum, & sic effuderunt sanguinem innocentem filiorum, & filiarũ quas sacrificauerunt sculptilibus, & idolis Chanã. Et interfecta, & contaminata, & pollvta est terra in sanguinibus humanis, & nefandis sacrificijs, & contaminata in operibus eorum Deo odibilibus, & hoc quia fornicati sunt fornicatione spirituali cum diis alienis, eis latriã tribuendo in adinuentionibus suis. i. sponte. Et sic iratus est furore dominus in populum suum. i. contra populum suum, & abominatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tus est hereditatem suã, quam elegerat sibi in populum peculiarem: & tradidit eos in manus gentium tanquam delectos: & dominati sunt eorum, qui oderant eos: vt patet per totum discursum libri Iudicum.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sub manibus eorũ: sæpe liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt in eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur, & audiuit oratio nem eorum.

Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eũ secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos.

Et tribulauerunt eos inimici. s. Cananæi, & Moabitæ, & Amonitæ &c. humiliati sũt captiui sub manibus, & potestate, & ditione B eorum. Et tamẽ dominus sæpe liberauit eos mittẽdo iudices, & saluatores, vt Aiot. Otoniel. Gedeõ. Iepte. & cæteros. ipsi vero tanq̃ obiurgati multotiens exacerbauerũt eũ spõtè in consilio, & arbitrio suo, & nõ coactè. Et ideo humiliati, & subiecti, & afflicti sunt in iniquitatibus, & sceleribus suis. Sed quia dũ erãt in captiuitatè, & tribulatione recurrebãt ad Deum: ideo vidit Deus oculo misericordiæ cum tribularẽtur: & audiuit orationem, & clamorem eorũ: nõ in meritis eorũ: sed quia memor fuit testamenti, & promissi sui facti ad Abraã, Isaac, & Iacob. & non respexit eorũ iniquitatẽ: sed sũã misericordiã. & immobilitatẽ sui testamẽti: quia de illa generatione ꝓmiserat futurũ Messiã, & saluatorẽ, & ideo pœnituit eũ: non q̃ ad pœnã patetur: sed fecit ad modũ pœnitentis reuocantis irã, & vindictã, & parcẽdo eis ſm multitudinem miæ suæ. Et dedit eos in misericordias oĩm gentiũ in conspectu omniũ, q̃ ceperãt, & subiecerãt eos: q̃a non permisit Deus vt inimici totaliter eos delerent: sed recipiebant eos in deditionẽ, & seruitutẽ: & permittebãt eos viuere in ciuitatibus suis. Et per iudices suos ab inimicis liberabat sæpius eos.

Saluos fac nos domine Deus noster: & congrega nos de nationibus.

Vt confiteamur nomini sancto tuo, et gloriemur in laude tua.

Benedictus dñs Deus Israel à sæculo, et vsque in sæculũ. & dicet omnis populus fiat fiat.

Hic resumit suam petitionẽ, & ponit conclusionem intentam in toto psalmo. Vnde est aduertendum: q̃ per omnes supradictas tres liberationes fuit figurata vniuersalis redemptio futura per Christũ. Nã sicut Deus misit Moysen ad liberandũ, & extrahẽdũ populũ de Aegypto, & traducẽdum per mare rubrũ ata figurabatur, q̃ Deus erat missurus filium suum Iesum ad liberandũ totũ genus humanũ de potestate diaboli: & trãsferendũ ipsum p mare rubrũ sui sanguinis, & passionis. Et per hoc, q̃ percussit petrã Oreb, & dedit aquã: significabat q̃ Christus erat percutiendus in latere: vnde erat emanatura aqua sapientiæ, & sacramentorum in nostrã salutem, & sic de singulis sicut superius frequenter dictũ est. Et per vnumquemq; illorũ 13. iudicum, quos dominus misit ad liberandũ filios Israel: vt patet in libro Iudicum. significabatur Christus venturus ad saluandum, & liberandum totum genus humanũ à seruitute diaboli. Videns ergo *Dauid* hoc in spiritu dicit, & clamat ad Deum dicens. *O domine*, nõ est tibi nouũ & inusitatũ: imo semper consueuisti facere misericordiam, & liberare populum tuum ab afflictione, & captiuitatibus temporalibus: in quibus figurabatur nostra redẽptio per Christũ Ergo sicut nouẽ vices liberasti populũ tuũ in deserto q̃ Moysen, & 13. vicibus liberasti eos in terra promissionis per 13. iudices, qui dicti sunt saluatores illius populi: mitte ergo saluatorem vniuersalẽ Christum per illos figuratũ, & saluos nos fac per eius mortem, & passionem. quasi dicat. sicut saluasti illos salua nos modò per aduentũ tuum, & congrega nos. Ecclesiam tuam: non solum de Iudæis: sed ex omnibus nationibus sicut promisisti: vt omnes confiteamur nomini sancto tuo: vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. & gloriemur in laude tua sub vna lege euãgelica, & vna fide, & vno baptismo, & vno sacrificio. Et ois populus. s. tã gentilis: quàm Iudæus dicet. i. dicat. Benedictus qui venit dñs Deus Israel. i. confiteatur Christũ esse verũ Deũ & hominem, & iam venisse in carnẽ: & confiteamur vnũ Deũ, trinũ, & vnũ, & verbũ incarnatũ. vñ nota sicut supradictũ est, q̃ Hebræi nõ habent imperatiuũ nec optatiuũ: sed ponunt futurum indicatiui pro optatiuo: ideo ait: & dicet omnis populus. i. dicat ordo vterque populus. Benedictus dominus Deus Israel fiat fiat. i. omen amen, & ponitur bis fiat popter duos populos. s. Iudaicum, & gentilem: ex quibus vna ecclesia est in Christo cõgregata: sicut in principio præponitur duplex

A duplex alleluia ratione vtriusque populi. & ideo concordat finis principio. Nam sicut ibi dicitur: Alleluia, alleluia, ita in fine dicitur. fiat, fiat. fiat amen, amen. q.d. vterq; populus laudet Deũ, & cãtet. Benedictus Iesus q̃ venit amẽ amẽ. i. ad saluandũ vtrunq; populũ.

PSALMVS. CVI.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicãt qui redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.

A solis ortu, et occasu, ab aquilone, & mari.

Titulus. Alleluia. Ex hoc titulo, & materia psal. apparet, q̃ iste psal. est de illis quos Dauid fecit ad laudandũ Deum in templo pro festiuitatibus: & dirigit ipsum ad vnum populum iam per Christum redemptũ. Vnde quia in superiori psal. cum maximo affectionem, & Christum accelerare aduentum suum ad saluandum nos, & congregandum nos de nationibus. Vnde in principio dixit. Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo: ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ: ad lætandũ in lætitia gẽtis tuæ: vt lauderis cũ hæreditate tua. Item inter positis multis miserationibus dinis refumpsit petitionẽ suam dicẽs. Saluos nos fac dñe, & congrega nos de nationibus, & cõfiteamur nomini tuo: & gloriemur in laude tua &c. Sed q̃a propheta in spiritu fuit certificatus hoc fore implendũ per Christum: ideo ad populum iam redemptũ, & saluatũ per Christũ, & congregatum de nationibus in vnã ecclesiã, & ciuitatẽ Dei dirigit istum psalmũ inuitãtem ipsum ad gratiarum actiones pro beneficio redemptionis. Vnde C dño facit. Nã primò facit quod dictum est, & secundò enarrat beneficia, quæ recepimus p aduẽtũ Christi, & in quolibet nos admonet ad gratiarum actiones. 2. ibi. Errauerunt in solitudine. Dicit ergo Dauid incipiendo construere, & sententiã in secundò versu. Omnes qui redempti sunt à domino nostro Iesu Christo per aduentum suum quos redemit de manu, & potestate diaboli inimici nri & cõgregauit eos de nationibus in vnã ecclesiã, congregauit dico à solis ortu, & occasu: & ab Aquilone, & mari, ta Oceano q̃ mediterraneo. ꝯ istũ in Christo redempti, & cõgregati dicãt inter se, & exortentur seipsos dicendo: Cõfitemini dño Iesu Chõ, qm̃ bonus est: & in æternũ est, & erit misericordia D eius, quã nobis ostendit in sua redemptione. Ex his verbis patet, q̃ non loquitur hic de temporali, & particulari, & corporali redemptione, vt Iudæi, & quidã cum eis delirãt, sed loquitur de vniuersali, & spirituali salute, & redemptione facta per Christum: cũ dicit. A solis ortu &c. nec inuitat falsãm Iudæam, & illũ populũ ad gratiarum actiones, & ad laudandũ Deum, sed totam ecclesiã, & Christiana religionẽ, à solis ortu vsq; ad occasum diffusam, & cõgregatã: quæ verè redempta est per Christũ. vñ Dauid ꝓpheta bene sciebat ex reuelatione, q̃ genus humanum nõ poterat redimi nec saluari nisi per Chm Deũ in carnatum: in cuius fide saluabãtur antiqui. hunc ergo inuocat in omnibus psalmis.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Esurientes, et sitientes: aĩa eorũ ĩ ipsis defecit. E

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur & de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Quia satiauit animam inanem, & animã esurientem satiauit bonis.

In hac secunda parte enumerat beneficia per Christum nobis illata in suo aduẽtu, pro quibus gratias tenemur referre. Et primò memorat tria beneficia, quæ totũ genus humanũ recepit per suam mortẽ, & resurrectionẽ, & ascensionẽ: & alia tria quæ ecclesia recepit pòst suam ascensionem: ibi. Qui descendunt mare &c. Quantũ ad primum est notãdum: q̃ totũ genus humanũ tria damna hęreditaria incurrit ex pẽtõ primorũ parentũ. Primò exilium ab vtraq; paradiso, cum fuit homo expulsus in hanc vallẽ lacrimarũ inter bestias, & vepres &c. cum dicit Deus. Ne forte mittat manũ suam, & sumat de cibo, & viuat in æternũ. Vnde est hoc exilio incurrit famem, & sitim errando per hanc vallem lacrimarum. Secundò incurrit infirmitatem, & ęgritudinem tàm animę quàm corporis. Nã in anima perdidit iustitiam originalẽ, & fuit sauciatus triplici culpa, & in corpore recepit omnes pœnalitates &c. Tertiò fuit condemnatum totum genus humanum ad captiuitatem, & carcerem perpetuum diaboli: hic per culpã, & in futuro per pœnã. & sic homo fuit exul, & æger, & captiuus. Sed ab his tribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

damnis nos Christus liberauit in suo aduentu. Primò ab exilio: cum nos in vnam ecclesiam ex diuersis locis: & nationibus cõgregauit, hic per gratiam, & in futuro per gloriã. Secundò nos liberauit à captiuitate, cum per suum sanguinem nos redemit, & de inferno abstraxit. Tertiò nos liberauit ab egritudine pcti, & fomite eius, cũ ex sua passione virtutem contulit sacramentis ad sanãdas nostras infirmitates. Vnde pet suam passionẽ nos redemit à captiuitate, & per resurrectionem nobis recuperauit immortalitatem, & per ascensionem nos ab exilio reuocauit: & introduxit in cœlum: Et ideo Dauid nos admonet ad gratiarum actiones: Primò quia nos reuocauit ab exilio: & siti, & fame. Secundò quia nos à captiuitate liberauit. Tertiò: quia ab egritudine corporis, & animæ sanauit. secundũ ibi. Sedentes in tenebris. tertium ibi, Suscepit nos. Quantùm ergo ad primum dicit. Omnes filii Adam errauerunt in solitudine & inaquoso solo huius mundi, & expulsi à terrestri paradiso: in qua solitudine viam ciuitatis cœlestis, & illius æterni habitaculi nõ inuenerũt: imo viã perditionis. Et dicebatur solitudo hic mundus. Nam in terrestri paradiso habebat Adam colloquium, & familiaritatem, & societatem Angelorum: sed cũ fuit expulsus: tũc ab huiusmodi sunt priuatus. In qua solitudine non solum non inuenit ciuitatem, nec habitaculum: sed nec etiam viã ad ciuitatem, & habitaculum Dei. & ideo errabat totam genus humanũ, sicut ouis quę periit: & omnes ibant ad barathrum inferni perdita via, quæ ad cœlum ducebat. Sed quia in tali exilio incurrerunt famem, & sitim: non solum corporalem, cum perdiderunt cibum vitæ: sed etiam spiritualem &c. ideo sequitur. Esurientes &c. Et incipit hic constructio sic dicendo. Esurientes, & sitientes errauerũt in solitudine: & viam ciuitatis, & habitaculi nõ inuenerunt. ideo anima. i. vita eorum in ipsis defecit cum perdiderunt oẽs lignũ vitæ. Ideo tunc omnes filii Adam cum per quinq; millia annorum tribularentur, & vexarentur à diabolo in lacrimarũ valle, & solitudine clamauerunt ad dñm. s. patriarchæ, & pphetæ dicendo: vtinam dirũperes cœlos & descenderes &c. fit tunc Deus misit filium suũ, & de necessitatibus eorum eripuit eos, & per legẽ euangelicam deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis cœlestis, quã perdiderant. Ergo oẽs, qui reuocati sunt ab huiusmodi exilio cõfiteantur dño mirabilia misericordiæ eius: & ẽt cõfiteantur nõ solum domino, sed etiã omnibus filiis hominũ: post quã tàm magnum beneficium receperũt: quã dominus Christus per sua sacramenta ecclesiastica sanauit animam inanem, & vacuam gratiæ: & animã esurientem satiauit luce bonis gratiæ, & in futuro bonis gloriæ: & maximè satiauit animas nostras pane sacramentali eucharistię. Et sic licèt tota ista particula huius literæ possent adaptari ad filios Israel, qui errauerũt 40. annis i solitudine deserti: quos Iosue introduxit in vberẽ terrã, pmissionis, tamen tunc illud adducerent in figurã: quia iste psalmus, & cæteri non aducuntur: nec leguntur in ecclesia ad historiam: sed ad apphetiã, & intentum quo principaliter facti sunt: vt frequenter dictum est: aliter potius essẽt: iudaizare, q̃ sacrã scripturã Christianis exponere: quod summoperè cauendũ est: & esset occultare tesaurũ spiritus sancti, qui hic latet.

Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum, & infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorũ liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit.

Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.

Hic memorat secundum beneficiũ. s. quia liter Christus nos liberauit à captiuitate, & vinculis diaboli: & de carcere inferni. Et dicit: Christus sup. liberauit omnes filios Adã sedentes in tenebris peccatorũ hic p culpã, & in inferno siue limbo per pœnã dãni, & in purgatorio per pœnã sensus, & vinctos, & ligatos in mẽdicitate, & ferro catenarum culpæ, & pœnæ. Vnde Christus tria genera hominũ liberauit. Primò sanctos patres liberauit de limbo, qui erant cõdemnati ad pœnam dãni. Secũdo expoliauit purgatorium, in quo erant quidã de populo Dei condẽnati ad tẽpus ad pœnam sensus. Tertiò liberauit viuos, qui erãt in vinculis peccati. Ideo dicit Christus Io. 12. Princeps huius mũdi eiicietur foras. sic ergo liberauit sedentes in tenebris, & vmbra mortis. Nã tã infernus, quã quælibet culpa dicitur vmbra mortis & priuatio luminis gratiæ, & tales dicuntur vincti: mendicitate, & fame, & ferro duræ seruitutis. Et subdit causam, quare erant in illa captiuitate, dicẽs. Exacerbauerunt eloquia Dei. i. quia trãsgressi sunt præceptum Dei de cibo vetito in paradiso: & cõsilium Dei. i. legem datã Moysi tritauerunt, & contempserunt. & vanã reputarunt: ideo humiliatũ, & deiectum est in laboribus cor eorũ ex sententia dñi dicentis. In sudore vultus tui &c. Et infirmati, & percussi sũt in anima culpa, & in corpore pœna languentes, & in sensualitate fomite concupiscentiæ: & nõ fuit, qui eos adiuuaret, nec liberare posset à pctõ, & pœnis eius. Et iõ cũ per quinq; millia annorũ tribularentur in hmõi captiuitate, clamauerunt ad dñm per patriarchas, & pphetas: & sic Christus venit in carnẽ, & liberauit eos de necessitatibus, & vinculis eorũ: & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, tã inferni, quàm peccati: & vincula eorũ dirupit, quãdo portas æreas inferni, & peccatorum, & vectes ferreos confregit. Et iõ oẽs qui liberati sunt ab hmõi captiuitate confiteantur dño, & filiis hominũ mirabilia opera misericordiæ eius, qui cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Notandum, q̃ oĩa verba deponentia habent duplicẽ significationẽ in tertiis personis. s. actiuam, & passiuã, sicut verba cõa: & ideo ly confiteantur sortiantur renetur in hoc loco passiuè. s. confiteãtur dño misericordiæ eius, id est cum confessionẽ ipsi referantur, & memorẽtur ad eius laudẽ, & mirabilia eius confiteantur, & manifestentur filiis hominũ: vt cognoscant, & laudẽt eius omnipotentiã. Nam Deo debemus agere gratias cõfitendo misericordias eius, quas nobis fecit: & debent cõfiteri, & manifestari, & prædicari hominibus mirabilia opera eius miracula &c.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suũ & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis: & annuient opera eius in exultatione.

Hic memorat tertium beneficium. s. quia Christus non solũ reuocauit genus humanũ, & filios Adã ab exilio, & captiuitate diaboli: sed ẽt sanauit eos ab infirmitate, nõ solum culpæ: sed ẽt pœnæ corporalis, & spiritualis: & hoc per sacramenta ecclesiastica, & suã resurrectionẽ: vt dictum est. Ideo ait: Christus suscepit eos de via, & culpa iniquitatis eorũ. nam propter iniustitias, & præuaricationes, & rebelliones suas humiliati, & condemnati, & percussi sunt diuersis ægritudinibus corporis, & animæ. Nam in anima fuerunt sauciati peccato, & in corpore diuersis infirmitatibus, & in appetitu fomite, & concupiscentia inordinata: Intãtùm q̃ omnẽ escam salubrẽ, & bonam doctrinã abominata est anima eorum: inclinantes ad malũ, abhorentes bonũ: & sic appropinquauerunt vsq: ad portas mortis, debilitati in cõsuetudine peccati. sed tũc cum per tot tẽpora tribularentur, & vexarentur in morbo peccati clamauerunt ad dominũ, & de necessitatibus eorũ liberauit eos isto modo. Nam misit verbũ suum. s. Christum, & per mortem, & passionẽ, & ecclesiastica sacramenta sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus, & occisionibus & interemptionibus eorũ. vnde per mortẽ liberauit eos: sed per ecclesiastica sacramenta sanauit eos à peccatis cõmissis, & eripuit, & præseruauit eos ab interemptionibus, & peccatis futuris. Nam sacramenta non solum sanant culpã: sed ẽt præseruant à futuris mitigando fomitẽ. Oẽs ergo sanati ab hmõi morbis confiteantur dño, & filiis hominũ mirabilia miæ eius. & oẽs sacrificent sacrificiũ laudis, & offerant eucharistiæ sacra. quod de se, & opere operato est bonum, & laudabile: & oẽs annũcient opera eius. s. misteriũ incarnationis, & redẽptionis, & oĩa miracula & beneficia eius: & hoc in exultatione cũ hymnis, & canticis. Et nota, q̃ ly confiteantur aliter põt construi sic: Misericordiæ eius confiteantur domino, & manifestent eum, & omnes ab huiusmodi liberati confiteantur mirabilia eius filiis hominum.

Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderũt opa dñi: et mirabilia eius in profundo.

Dixit & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsq; ad cœlos: et descendũt vsq; ad abyssos anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularẽtur: & de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et statuit procellam eius in auram: & silue runt fluctus eius.

Et lætati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in ca tedra seniorum laudent eum.

Hic memorat alia tria beneficia, quę recepit ecclesia iam redepta post ascensionē, quæ liberata est à tribus periculis, & persecutionibus. Nā primo passa est persecutionē tyrannorum. Secundo hæreticorū. à quibus liberauit eā Xps. Tertiō, quia bonū synagogæ trāstulit in populū gentilē: quia successit i hæreditatē synagoga reprobata, & peccatū, & malum populi gentilis Christus transtulit in synagogā. Ideo primo mutat fideles, & ecclesiā: quia liberata est à naufragio, & tempestate tirannorum imperatorū. Secundo, quia populus gentilis successit in fructū, & hæreditatem synagogæ ipsā ita arte arida, & reprobata. tertiō, quia liberata est ecclesia à tribulatione, & contentione hæreticorum. Secundum ibi. Posuit flumina. Tertium ibi. Et pauci facti sunt. Quā tum ad primum dicit. Fideles iam à domino redempti, qui descendunt mare huius mundi mirigarines in nauibus huius ecclesię faciēs operationes suas, obseruando legem euangelicam in aquis multis, scilicet inter persecutiones infidelium: ipsi fideles, scilicet apostoli, & martires, cæteri Christiani viderunt opera domini, & mirabilia, quæ fecit Christus in profundo huius maris, & persecutōis

B fluctuantis. Nam Deus dixit, & pmisit, & steC it, & durauit spiritus procellę huius persecutionis, CCC. annis, vsque ad Cōstantinum, & per omnia illa tēpora exaltati sunt fluctus persecutionum per decē imperatores inferētes. 10. pſecutiones ecclesiæ. Vñ sicut naues agitatæ à fluctibus quandoq; videntur ascendere vsq; ad cœlū, & postea descendere vsq; ad abyssos, & iterum ascendere tantūdē, q nautæ turbantur, & perdunt arbitriū, & scię tiam nāuigandi: ita pariter Nero, & Domitianus, & Decius, & Seuerus, & Diocletianus, & Maximianus, & cęteri tiranni conati sūt submergere nauē ecclesię, vsque ad abissos: sed Deus siue gubernator eius eleuauit eā vsq; ad cœlū per potētiā, & fortitudinē, & in tātū conatus est Diocletianus submergere ipsā, q multi nautæ, & fideles deficiebāt iā, & mtātū turbata est ecclesia: & fideles non audebant D publicē se Christianos nominare: imo fugiebāt per spelūcas, & antra. Intantū, q Marcellin⁹ papa timore mortis perculsus idolis publice turificabat. & sic sapientia nautārū ecclesiæ quasi deuorata est. & tō dicit. Ascēdit. i. ascenderunt nautæ ecclesiæ, vsque ad cęlos per fortitudinē, & sapientiā: quia quondie q omnes partes martyrio coronabantur vltra c. millia: & postea descenderunt vsq; ad abyssos per mortē, qñ ad spelūcas fugerūt: & omnis sapientia corū deuorata est cū metu mortis: licet non corde idolis multi eorum turificabāt. Sed tūc beatus Siluester, & cæteri prælati ecclesiæ, & fideles, cū taliter in hac tēpestate, & naufragio tribularentur clamauerūt ad dūm, & de necessitatibus eorū eduxit eos isto mō. Nam misit beatū Siluestrū. & sanauit Constantinū imperatorē de lepra: qui postq E fuit baptizatus fecit cessare persecutionē, & exaltauit, & ditauit ecclesiā, & sic fideles lætati sunt: quia siluerunt persecutiones ecclesiæ, & eduxit eos dñs in portū, & quietē voluntatis eorū. i. in ciuitatē desideratā. Ergo fideles ecclesiæ iā à persecutionibus p Christū liberati confiteantur Christo, & filijs hominū mirabilia misericordię eius. Et q ante nō audebant publicē Xpm nominare, nec ecclesias erigere: iā ex pcepto imperatoris Cōstantini exaltent Christū in ecclesia plebis totius mundi, & ædificent publice ecclesias in honorē Christi, & virginis Mariæ: & exaltēt eum, & papā vicarium eius, & episcopos, & archiepiscopos in cathedra seniorū puta summorū pontificū, & sacerdotū, & in eadem cathedra laudent Xpm. hoc dicit: quia Constantinus exaltauit papam in sede imperiali: & relicta, & concessa sibi Roma cū tota Italia ipse F ad Constantinopolim se trāstulit. Nā Xps in suo vicario papa, & prælatis ecclesiæ venerātur. & sic laudatur Christus in prælatis ecclesiæ per honorem: q laudatur iugiter in ecclesia in officio canonico diuino pariterque nocturno post conuersionem Constantini: cum ante nullus eū publice auderet nōmre. Ecce quō liberauit Xps ecclesiā suā à naufragio, & fluctuatione tirānorū. Iō cōfiteant dño &c.

Posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim.

Terram fructiferam in salsuginem: à malitia inhabitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum. Et

A Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.

Et seminauerunt agros, et plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

Hic memorat secundum mirabile siue beneficium. vnde notandū sicut dictū est super ps. primo, q lex vetus erat sicut arbor, quę tā cicut⁹ folia, quæ erant sacramenta vel. scilicet circūcisio &c. quæ licēt remouerent pctm, tñ non aperiebāt cor iū. iō expectant verū fructū, & ecclesiastica sacramēta p aduētū Xpi. Ex quo patet, q lex vetus erat fructifera in spe Xpi futuri: sed aduentu Xpo, qui cōfert ecclesiastica sacramenta, quę non solū sanant, & iustificant a peccato. sed ēt conferūt gratiam aperiētem cœlum in virtute passionis B Christi, sacramēta vete. legis deinceps facta sūt mortifera: quia iam arbor synagogę secuti prædicta est per Christum, & ficulnea eius ramus facta est arida per Christum, & maledicta, & per cōsequens nō amplius expectatur fructus ab ea, postquam facta est trāslatio legis & sacerdotii a synagoga in ecclesiā Christi. Cum ergo gentilis populus suscepit legem Christi, & eius sacramenta: sequitur, quòd suscepit fructum, & hæreditatem synagogę. Ex quo patet, q synagoga, q erat fructifera, & irrigua: facta est sterilis, & arida, & populus gentilis, qui erat sterilis, & aridus sine lege facti⁹ est irriguus, & fructifer, & fructus synagogæ translatus est in populū gētilē, & sterilitas, & peccatum populi gentilis trāslatum est in synagogam. quod longe ante ꝓpheta Esa. 35. prædixit: quia scissæ sunt in deserto C aquæ, & torrentes in solitudine, & quę erat arida in stagnum, & sitiens in fontes aquarum: in cubilibus, in quibus dracones prius habitabant orietur viror calami: & iunci, & idem confirmat Christus Matt. 12. Cum immundus spiritus exierit ab hoie, vadit per loca arida, & inaquosa quærēs requiē, & nō inuenit & assumit septem spūs nequiores se, & ingressi habitabāt ibi &c. & subdit. Fiunt nouissima hois illius pciora prioribus &c. De hac trāslatione fructus, & hæreditatis, quę p aquas significat, ait Dauid: q Xps in suo aduentu, & in conuersione magni Constantini posuit flumina, i. synagogā, quę erat aqua legis diuinæ in sacramētis: quia tunc sacramē ta vel ea exigebant aīam, & faciebāt eam fructificare: sed adueniente lege eius euangelica, & sacramentis eius per passionē Christi fuerūt siccata flumina gratia Dei, quibus illa synagoga irrigabatur, & expectabat fructum. Vnde Christus posuit, idest conuertit flumina synagogę in desertum aridum, & infructuosum, & conuertit exitum aquarum eius in sitim, & conuertit terram fructiferam, scilicet synagogā, quę ante erat fructifera in salsuginem. i. in sterilitatem, & amaritudinem, & hoc factū est a malitia, & inuidia, & cecitate Scribarū, & sacerdotū, & pharisęorū habitantium in ea: quia occęcauit eos malitia eorum, ne intelligerent sacramenta Dei, & ne Xpm reciperēt. ideo translatum est ab eis regnum, & lex, & sacerdotium ad gentiles qui Christum receperunt. ideo subdit. Posuit desertum in stagna aquarum. i. populum gentilem: qui ante erat desertus, & aridus non habens legē, nec ꝓphetas: & terrā sine aqua posuit in fontes, & exitus aquarū: quia de populo gentili conuersi sunt multi, qui postea fuerūt doctores. sicut Amb. et Aug. & Eusebius, à quibus exierunt fontes aquarum diuinę sapientiæ. Et in toto populo gentili ad Christū conuerso exierunt fontes aquarum diuinorū sacramentorum. & illic. scilicet in illo deserto facto irriguo collocauit Christus gentiles esurientes, qui erant sine lege, & illi gentiles constituerunt ciuitatem habitationis: quia pro maiori parte ecclesia congregata est de gentilibus. & nō solum illi ædificarunt ecclesiā spiritualem, sed etiā multas ecclesias materiales ædificarunt per ciuitates, & oppida, & villas: & reges, & principes soluebant sumptus: vt patet de Constantino. & seminauerūt agros fertiles in ecclesia, & plantauerūt vineas: q a Aug. & Eusebius. & cęteri doctores de illo populo conuerti, quot libros ediderunt ad E elucidandā legē diuinam: tot agros, & vineas plantauerunt in ecclesia, & fecerunt fructū nativitatis, idest fructus naturales, & veros, & non fictos nec falsos: sicut est doctrina Iudeorum, & hæreticorum, & sic Deus benedixit eis, scilicet gentilibus ad fidem conuersis, & multiplicati sūt nimis: quia per omnes fines terræ diffusa est fides Christi in gētibus. Et tamen iumenta eorum non minorauit. f. bona temporalia, quæ sūt iumenta ad vitam hominis sustendandam: imo māserant in dominio suo reges, & imperatores, & potlederunt bona temporalia: q opppositum iudei: imo perdiderūt regnū, & sacerdotiū, & fuerūt

trucidati

Universidad de Deusto
Biblioteca

A trucidati, & exules, & dispersi, & captiui per Titum, & Romanos.

Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.

Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio & non in via.

Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.

Videbunt recti, & letabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias domini?

Hic ponit vltimum beneficium: & pressu ram à qua liberauit dominus ecclesiam post conuersionẽ gentiliũ, s. à persecutione, & tribulatione hæreticorũ. Vnde notandũ, q̃ postquam ecclesia iã fuit in quiete, & pace, & prosperitate, liberata à vexatione tyrannorũ diabolus machinatus est eam infestare alia via. s.
B contentione hæreticorum. Vnde surrexerunt hæretici in ecclesia contendentes de lege Xpi inter semon ex zelo legis: sed ambitione honoris, & seminauerunt diuersas hereses, & cõfinxerũt sectas enormes, & execrabiles. Nam Sabellius dicebat, q̃ pater, & filius, & spiritus sanctus erant in differenter nomina sinonyma: quia idem erant pater, & filius, & spiritus sanctus: sed secundũ distinctos respectus sortiebantur diuersã noiã, & sic confundebat personas: imo dicebat, q̃ Deus dictus est pater ante incarnationẽ: sed per incarnationẽ idẽ Deus dictus est filius &c. Postea tpe Constãtini surrexit Arrius presbyter Alexandrinus vir callidus, & versutus, & dixit, q̃ sicut in diuinis erant tres personæ: ita tres substantię. & q̃ filius non erat Deus: sed perfectissima creaC turarũ ab æterno à patre creata similis patri in largitate gratię: sed non æqualis in substantia. & sic turbauit totam ecclesiã orientalẽ cũ sua execrabili secta, quę maximos, & innumeros habuit fautores. Nam quidã discipulus ipsius Arrii sub veste ũulpina decepit Constantiã filiã Constantini & suo veneno sauciauit: quæ etiam fratrem suum Constantinum imperatorẽ ad præfatam sectam deduxit: & tũc Constantinus incepit catolicos persequi per omnes partes mundi. Vnde Atanasius episcopus Alexãdrinus compulsus est fugere ab ecclesia sua vsque ad Gallias. Et iterum apud Ariminum contra catolicos concilio congregato Hilarius, & Martinus, & cæteri catolici in exilium relegantur: & sic facies ecclesiæ incepit hæretica prauitate deturpari: intantum q̃ Romæ Liberius: & Hierosolymis Cyril- D
lus, & Alexandrię Georgius raptim, & præter ecclesias regebant oẽs hæretica fictione maculati. & intantũm persecuti sunt catolicos: vt hæc persecutio omnes præteritas persecutiones tyrannorum superare videretur, & omnes fauores principum erant codẽ venenõ sauciati. Nam reges Gotorũ, & Vãdalorum ceperunt illam sectam, & sic simul Teodoricus in Italia, & reges Gotorũ in Gallia, & Hispania, & Vandali in Aphrica oẽs persequebãtur ecclesiã catolicam. Vnde in Aphrica plures effecti sunt martyres, quàm tempore Diocletiani: intantũm, q̃ catolici pauci in numero effecti sunt, & vexati, & relegati per mundum. Vnde ecclesia passa est hanc persecutionem vsq; ad tpa Mauritii imperatoris & Gregorii papæ. Nam Theodoricus in Italia extinctus est simul cum secta Arriana. & E
Bellisarius magister militię Iustiniani oẽs Vãdalos in Aphrica simul cũ sua secta deleuit: & in Hispania suadentibus Isidoro, & Leandro Ricardus rex Gotorum cum suis catolicus effectus est. Et sic iniqua secta Arriana oppilauit os suum, & prevaluit fides catolica. Prædixerat ergo propheta hanc persecutianẽ, de qua ecclesia erat per Christum liberanda dixit. Et catolici supple: qui intantũm fuerant prosperati, & multiplicati fauore magni Cõstantini: postea ob persecutionem Arrianæ prauitatis minorati, & pauci facti sũt: q̃ fuerũt vexati, & afflicti tribulatione, & pśecutione & dolore. i. tormento malorũ hęreticorũ. s. Arrianorum, & Manichæorum, & Donatistarum, & Pelagianorum. Nam effusa, & orta fuit contentio inter principes, & hęresiarcas F
eorum sustentantes diuersas, & contrarias opiniones: vt dictum est. & quia hoc non fecerunt ex zelo ecclesiæ: sed ambitione honoris, & gloriæ: ideo Deus fecit. i. permisit eos errare in inuio, & non in via: quia nõ processerunt per viam veritatis, nec intellexerũt veritatem sacræ scripturæ: imo errauerunt per inuium, & extra viam veritatis domino permittente. Nam Sabellius posuit confusionem in personis: & Arius distinxit substãtias: imo in eadem secta Arriana surrexit triplex opinio contraria inter sectatores Arri, & Macedonium, & Eunomium: & sic omnes licèt cõtrarii ambulabant per inuium. Item surrexit Pelagius, & dixit, quòd omnes poterant operari meritorie absque gratia per sõlum liberũ arbitriũ. & postea Nestor⁹ posuit duas personas

personas in Christo sicut sũt duæ naturę, et econtra Eutichius dixit in Christo esse tantum vnam naturam, sicut erat vna persona. Veruntamen contra hos suscitauit Christus complures doctores, qui defenderũt ecclesiã scripturis, & disputationibus. Vnde Augustinus inter Manichæos: 2. volumina scripsit, & contra Arrianos libros de Trinitate composuit, & contra Maximinum Episcopum luculentissimè eorum rationes refutauit. Demum contra oẽs hæreses scripsit, intantũ quòd hæretica pranitas, & iniquitas vndiqs confusa, & confusã oppilauit os suum, & deleta est ab ecclesia. Et tunc, catolici, & recti exiuerunt, & lętati sunt, & factum est vnũ ouile, & vnus pastor in ecclesia, & omnes oues per hæreticos deceptæ reuersæ sunt ad suum ouile. Ideo subdit. Et adiuuit, ideſt
B releuauit pauperem ecclesiam de inopia, & persecutione principũ, & regũ hæreticorũ, & posuit familias suas. i. catolicos obedientes sicut oues in ouili ecclesiæ congregauit, & reconciliauit reges, & principes, qui ante erãt lupi, & persecutores. Et subdit ,ppheta. Tunc recti. i. catolici, qui per magna tempora retro fuerant vexati, tunc facta conuersio ne, & reconciliatione lætabuntur reddentes gratias Deo, & omnis iniquitas, & hæretica prauitas cõfusa, & conuicta per Augustinũ, & cæteros doctores obmutescet & oppilabit: & obstruet os suum, ne amplius loquatur. Et cõcludit ,ppheta propter ea, quæ dicta sunt, & dicit. Cuius homo sapiens custodiet, & considerabit hæc, quæ dicta sunt, & intelliget. i.
C intelligere, & comprehendere poterit misericordias domini: q. d. nullus poterit comprehendere altitudinem, & profunditatem misericordiæ Dei: cum eius miserationes sint super omnia opera eius, nec valebit agere, aut referre gratias pro tantis, & tot beneficijs receptis. Vel forsan sententia huius vltimi versus, & intelligẽtię huius psalmi. Nam Dauid memoratur in hoc psalmo sex præfuras, à quibus multi sunt liberati ex Dei misericordia cum clamarent ad dominũ. Vnde Iudæi per literam primam intelligũt qualiter Deus liberauit filios Israel per desertũ in quadraginta annis, & introduxit eos in terram promissionis. Per secundam intelligunt qualiter Deus liberauit Ioseph, & Manassem, & multos alios tpe Iudicum de carceribus. Per tertiam qualiter Deus sanauit filios Israel morsos à serpentibus. Numer. 21. per quartã qualiter Deus liberauit Ionam, & alios de naufragio. Per quintam qualiter Deus per Eliseum fecit fructiferã terrã sterilem ponendo sal in aquis. Per sextam qualiter Deus liberauit multas ciuitates à seditionibus ciuium, & persecutionibus tyrannorum. Veruntamẽ licèt ista fuerunt literaliter impleta, & facta, tñ quia David istũ psalmum fecit in ,pphetiam, & nõ ad historiam, ideo nõ est intendũ in litera. Nam cum maiori extortione deducitur ista litera ad illas historias, quã ad veram ,pphetiã, vt paret manifestè. nam vltima particula vbi dicit, Pauci facti, nõ bene põt applicari ad historiam, & seditionem antiquarum ciuitatũ, cũ manifestè loquatur de hæreticis cũ dicit. Omnis iniquitas oppilabit os suum lætantibus catolicis, & rectis &c. Et iõ cõtra Iudæos hũc psalmũ ad solã literã intelligentes ait ,ppheta, quis sapiens intelliget, & cu- G
stodiet hęc supradicta, i. considerabit, & ad tẽpus ecclesiæ applicabit, & intelliget misericordias dñi factas, & impletas per Xpm in ecclesia. i. omnia ista referret ad aduentũ Xpi, & intelliget esse dicta de Xpo q. d. nullus intelliget, nisi soli catolici, & fideles Christiani. Nã tã Iudęi q̃ hæretici, & infideles errãt i inuio, & nõ in via. Ex supradictis patet, q̃ vehementer peccant catolici, qui iudaizantes cum Iudęis nolũt intelligere supradictos tres psalmos, nisi ad historiam, & literã ver. test. cũ sit probatũ in prologo, & per oia supradicta q̃ oia gesta vete. test. non erat gia lui, sed figura Xpi futuri. Et dictũ est qualiter oẽs maiores ve. test. ad minus crediderunt tribus articulis de Christo futuro, crediderunt enim incarnã- F
dum Christũ, & passurũ, & resurrecturũ, in cuius fide saluabuntur, & sciebant per nullũ posse saluari, nisi per Christũ futurũ. Ergo illum inuocabãt ad saluãdũ. Ex quibus patet, q̃ omnia hæc prequidens David oẽs exortatur ad cõtendũ Xpm, & laudandũ eũ de mirabilibus quæ tũc facturus erat, & postea fecit in nostra redẽptione. Et sic posq̃ nox præcessit, & iam ambulamus in die, nõ debemus quęrere vmbrã literæ, sed veritatẽ latentem in litera, ad quam propheticè locutus est Dauid.

PSALMVS. CVII.

PAratũ cor meum Deus paratum cor meũ: cantabo & psallam in gloria mea.

Exurge psalterium et cithara: exurgã diluculo.

Titulus, Cãticũ psal. Dauid, eo q̃ psalmus iste cantabatur voce, & instrumento, vt dicetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur infra. Vnde est aduertẽdũ, ꝙ iste psalmus est compositus ex duobus. Nam quinque primi versus sunt excerpti à psal. 56. & octo versus vltimi sunt excerpti à psal. 59. sab illa particula: Vt liberentur dilecti &c. Et sic ex 13. versibus compositus est iste psalmus, & causa fuit. Nã Dauid fecit psalmos de omnibus victorijs suis, & liberationibus à periculis, inquantũ in eis in spiritu prænuidebat aliud misterium futurũ de Xpo, & ecclesia, vt dictum est. sed postea illos ptal. applicabat: vt cantarentur in aliquibus festiuitatibus ſm ꝓphetiã. & sic in hoc loco de psalmis iam factis accepit duas particulas, & confecit hunc psal. appropriatũ ad cantandũ in tabernaculo, & tẽplo dãi: sicut nos ex duobus facimus vnũ, & cãtamus in laudibus: puta Deus Deus meᵃ

B & Deus misereatur nostri. Item ex tribus vnum: vt Laudate dominum de cælis: & Cantate. & Laudate dominum in sanctis eius. Iste ergo psal. sicut componitur ex illis duobus: ita conuenit in sententia cũ illis, sed differt. Nam psal. 56. incipit à persecutione, & clamore, & finit in gratiarum actiones pro liberatione, & 59 incipit à persecutione, & finit in victoriã, vt ibidem dictũ fuit. sed iste psal. totus est lætus. Nã in prima parte continet gratiarũ actiones psalmi 56. In secunda cõtinet victoriã psal. 59. & sic iste psal. tam per particulas ibi est expositus, sed ne videatur manere hic sine forma expositionis: oportet ꝙ specialiter, & breuiter hic exponatur. Ad cuius intelligentiam est notandum, quia dicit Ra. Hacados, ꝙ hanc præeminentiã habet Dauid super omnes ꝓpheras. Nam cum cęteros prophetas excitaret à somno ipsa claritas diei:

C tñ ipse Dauid excitabat ante aurorã, & dié, eò ꝙ spiritus sanctus excitabat ipsum Dauid ante diluculum ꝓphetandum. Vnde dicit, ꝙ ventus Aquilonaris intrabat per fenestrã cameræ Dauid, in qua dormiebat, & mouebat cordas citaræ, & psalterij quod pendebat in capite lecti, & sic Dauid excitatus incipiebat pulsare citaram, & tunc spiritus sanctus implebat mentem Dauid. & sic ꝓphetabat, & cõdebat psalmos, & sic spiritus sanctus incipiebat in eo, & perficiebat ꝓphetiam. Nam ita dulciter sonabat, ꝙ Deus descẽndebat de cœlo ad audiendum eum: & sic augebat in eo ꝓphetiam, & dabat ei spiritum ꝓpheticum. Et ideo Dauid cum contemplaretur aliquod mysterium, & aliquam partem scripturæ sacræ ex parte noctis quam non intelligebat, innocabat spiritum sanctum: vt excitaret eũ D ante aurorã, & illuminaret eũ: vt posset intelligere sacram scripturam, & diuina mysteria in ea contenta: vt ex eis posset conderere psalmos. Et ideo semper quando ex parte noctis se reponebat in lecto, dicebat principiũ huius psal. ſ. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & citara, & exurgam diluculo. q. d. Veni sancte spiritus, & excita citaram, & psalterium meum, & pulsa, & illumina mentẽ meã, & exurgam diluculo ad laudãdũ te, & ad ꝓphetandũ, & condendum psalmos: quia cor meum paratum est ad cantandũ, & psallendum si tu excitaueris me, & ista est sententia huius Rabi. quę licèt sit vera, & tribuat maxi-

E mam dignitatem ꝓphetiæ ipsius Dauid præ cæteris ꝓphetis, tamen ôn aperit, neque explicat totum misterium, & sacramentum cõtentum in hoc psal. Ad cuius maiorem intelligentiam est prænotandũ ſm apostolum ad Rom. 5. & 6. & ad Corinth. 15. ꝙ licèt passio Christi fuerit causa nostræ iustus, & resio Christi fuerit causa nostræ dẽptionis: tamen eius resurrectio fuit causa nostrę victorię, & vitę, & nostrę fidei firmitatis, quia si Christus non resurrexisset, inanis fuisset tota fides nostra. Et ideo nunquã fuit firma nostra redemptio, & perfectus nostet triũphus. vsquequo Christus resurrexit. Nã tunc firmauit omnia, quæ dixerat, & liberauit sanctos patres de inferno, & ligauit diabolum, & adeptus est resurrectionem pro nobis futuram, & secum suscitauit legem euangelicã, quę erat in vet. test. sepulta. etiã cum surrexit Christus secum surrexit tota lex euangelica. Et per consequens tunc surrexit, & fuit

F firma fides nostra. Et hęc est vna causa quare ita frequenter ꝓphetæ desiderabant Christi resurrectionem. Secundò est notandum secundum Hiero. in epistola de mansionibus, ꝙ causã quare Abraam, Isaac, & Iacob, & omnes patriarchę, & ꝓpherę velicmẽter desiderarunt sepeliri in terrã promissionis fuit illa quia nouerunt in spiritu, ꝙ Christus redemptor in lege promissus debebat in Hierusalẽ sepeliri, & exinde resurgere, & omnes cũ eo resuscitare. Et hæc est secunda causa quare tantũ desiderabãt Christi resurrectionẽ. Tertiò est notãdũ sicut dictum est supertus, ꝙ arma quibus apostoli subiecerunt totũ mundũ iugo Chri fuit lex euãgelica, quę quidẽ lex euangelica simul suscitata est cum Christo: vt dictũ est. Et ideo hæc est tertia causa quare patriarchæ, & ꝓphetæ tãtùm desiderabãt,

& petebant

A & petebant Christi resurrectionem. Hoc ergo prænuidens Dauid in spiritu fecit hunc psm quem canticum psalmitulauit, eò ꝙ dedit ipsum cantoribus cantandum, vt cantaretur in tabernaculo, & templo domini simul cum voce humana, & instrumentis musicis. ſ. cũ psalterio, & citara propter misterium resurrectionis in eo cõtentum. Nã sicut fingũt poetæ, ꝙ Orpheus dulciter psonãdo citara reuocauit Euridicẽ suã, & liberauit ab inferno: ita Dauid, & oês patriarchæ, & ꝓphetæ, & sacerdotes, & leuitæ ve. te. cantãdo istum psm. cũ psalterio, & citara vocabãt Christum, vt surgeret à mortuis, & liberaret totũ genus humanũ à morte peccati, & per citarã, & psalteriũ euangelicum suscitaret populum gentilẽ de tenebris ignorantiæ, & seruitute idolorum.

B Duo ergo facit in hoc psm. Nam primò excitat Christum, vt surgat à mortuis, & suscitet omnes alios. Secundò petit victoriam cõtra diabolum, & populum gentilem. ibi. Saluũ fac dexterã tua. Quantùm ad primum est aduertendum, sicut dictum est, ꝙ illud psalterium materiale cum quo cantabat Dauid psm. vno modo significabat, & figurabat ipsãmet personam Christi, in qua fuerunt completa illa decem misteria. ſ. incarnatio, natiuitas, baptismus, prędicatio, miraculorum operatio mors, siue passio, resurrectio, spiritus sancti missio, in cœlos ascensio, & nominis Iesu per vniuersum orbem manifestatio. Istę sunt decem cordę psalterij personę Christi: quod psalterium, & quas cordas in semetipso pulsauit. Secundò modo illud psalterium Dauid significabat legem euangelicam: quæ nihil aliud cõtinet nisi istas. 10. cordas. Et hoc psal

C terium legis euangelicæ personarunt apostoli per vniuersum orbem, & personando hoc psalterium eiecerunt principem huius mundi foras, & deleuerunt idololatriã de mũdo, & subiecerunt omnes reges, & populos gentiũ iugo Christi. Quod quidẽ psalteriũ simul surrexit cũ Christo, vt dictũ est. De vtroque ergo psalterio. ſ. tã de persona Christi quã de lege euãgelica dicit ꝓpheta Dauid in persona totius corporis mystici. Exurge psalteriũ & citara. Dauid ergo positus in contemplatione desiderans Christi resurrectionẽ cum quo putat ipse resuscitari simul cum aliis sãctis patribus, dicit. Paratum cor meum Deᵃ paratum cor meũ, q. d. non solummodo volũtas intellectiua, & tota pars rõnalis: sed ẽt appetitus sensitiuus cũ oibus sensibus, & tota

D aĩa mea, & caro mea est præparata, & prõpta ad cãtandũ, & psallendũ in gloria mea, qui est Christus. Sed quia nõ potero cãtare, nisi tũ prius Christe resurgas iõ exurge tu Xpe, qui es psalteriũ meũ, & citara mea, & exurgã diluculo. i. summo mane in die resurrectionis. Nã si tu nõ surrexeris, nemo poterit resurgere. q. a tu es primitiæ dormiẽtiũ, & resurgentiũ. Ideo cum tu resurrexeris summo diluculo, omnes resurgemus tecum. Et nota secundũ cõem opinionẽ: ꝙ Dauid, & multi patriarchæ, & ꝓphetæ resurrexerũt cum Christo, de quibus ait Euangelista. Multa corpora sãctorum surrexerunt cum eo &c. & nos oês surreximus cũ eo, sicut dicit Apost. quia ꝓ nobis adeptus est resurrectionẽ gloriosã, quã possidebimus in nouissimo die. Et ideo cũ fiducia ait Dauid in persona oĩm nostrũ.

E Exurge psalterium, & citara, & ego cũ toto cœtu fideliũ exurgã diluculo tecũ supple. Et per citarã intelligit legẽ euangelicã, quæ surrexit simul cũ Christo. Nã citara, est instrumentum triangulare. Ita pariter lex euãgelica dicitur triãgularis, inquantũ clauditur fide, spe, & caritate: vel inquantũ significat trinitatẽ personarũ diuinarũ, vel inquantũ lex euangelica significata per citaram cõtinet obseruantiã 10. præceptorũ, & fidem articulorũ, & gratiã septẽ sacramentorũ. Itẽ citara ẽt significat ipsũ Christum, in quo sũt triã. ſ. diuinitas, & anima rationalis, & corpus. Et sic patet, ꝙ tã psalterium quàm citara significabãt tãm Christum, quàm legem euangelicã. & sic Dauid in hoc psm. cum psalterio, & citara psallendo excitat Christum, vt resurgat à mortuis cum lege euangelica postquam lex vetus fuit mortua, & sepulta cum eo, vt frequenter dictum est. Ordinatus ergo sic ista litera. Exurge psalterium. i. Christe qui es psalterium meum, & exurge tu citara scilicet lex euangelica, & ego exurgam diluculo tecum: quia cor meum simul cum carne mea est prę-

F paratum, & promptum ad laudandum, & cãtandum, & psallendum in gloria mea qui est Christus. Et nota, ꝙ cõmuniter doctores ponunt differentiam inter cantare, & psallere. Nam cantare pertinet ad vitam contemplatiuam, & psallere ad actiuam. q. d. non solum modo cantabo, & prædicabo legem euangelicã, sed ẽt psallã. i. operabor sc̃dm eã. Itẽ non solum cantabo psalterium. 10. articulorũ humanitatis Christi, sed etiam psalterium. 10. ꝓceptorũ. Itẽ psallã citarã euãgelicã, quę cõ-

tinet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tinet mysterium trinitatis, siue fidem articulorum, & obseruantiam præceptorum, & gratiam sacramentorum.

Confitebor tibi in populis domine: & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos Deus: & super omnē terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Hic promittit ille homo mysticus agere gratias, & prædicare legem euangelicam post resurrectionem Christi: sicut fuit impletum in apostolis. Vnde dicit. O Christe postquam tu resurrexeris à mortuis, & suscitaueris me à peccato, & à tenebris ignorantiæ, & suscitaueris legem euangelicam: tunc ego cōfitebor tibi. primo in populis Iudæorum legem tuā prædicando, secundo psallam, & personabo,

B & promulgabo eandem legem tibi in nationibus, idest in populo gentili: & prædicabo qualiter misericordia tua est magna super cœlos, idest super omnes angelos: quia etiam redemptio tua vsque ad cœlos se extendit: vt dictum est psal. 102. & veritas tua etiā est facta magna super nubes, idest super apostolos. Nam lex euāgelica, quę dicitur veritas tua, fuit facta magna super apostolos: qui tāquam nubes pluerunt verba euangelica super omnem terram. Et etiam veritas tua ascendit vsque ād nubes: quia omnia dicta de te per patriarcas, & pphetas, scilicet de resurrectione & ascensione fuerunt verificata, & manifestata, non solum in terra, sed etiam in nubibus cœli, quando nubes suscepit te ab oculis apostolorum in die ascēsionis: vt patet Actuū. 1. & ideo subdit. O Christe Deus exaltare super cœlos, idest ascēdere post resurrectionē,

C & sede ad dexterā patris, & exaltetur gloria tua super omnem terram, idest manifestetur nomen tuum, & exaltetur super omnes reges, & principes, & populos terrę, & manifestetur lex tua euāgelica: vt liberentur dilecti tui de populo gentili, quos ab æterno dilexisti, & prædestinasti. nam aliter non possunt liberari, nisi tu resurgas, & ascendas in cœlū, & lex tua prædicetur per totum orbem, & cōuertātur ad fidem catholicam. Item ly exaltetur super omnem terram gloria tua, potest referri ad exaltationem in cruce. Nam non fuisset liberati dilecti Christi, nisi ipse prius fuisset exaltatus in cruce: sicut ipse ait Ioan. 3. Dum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum &c. Quatuor ergo petit hic Da-

D uid ad hoc, vt omnes liberarentur. Primo, vt Christus exaltaretur in cruce. Secundò vt resurgeret à mortuis. Tertiò vt ascenderet in cœlum ad parandum nobis mānones. Quartò vt veritas sua euāgelica supra omnem terram diffunderetur: vt omnes ad fidem conuerterentur quasi dicat. O Christe exaltare in crucem pro nobis moriendo, & exurge à mortuis, & ascende in cęlum: & mitte inde euangelicum per vniuersum mundum: vt liberentur dilecti tui: quia aliter non possent liberari.

Saluū fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo.

Exultabo & dimidam Sicimam: & conualles tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad & meus est Manasses: & Effraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.

In Idumæam extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.

Postquam supertus petijt postram redemptionem, & liberationem per passionem, & resurrectionem, & ascensionem Christi: hic petit ampliationem, & dilatationem ecclesię & victoriam contra diabolum, & infideles, a quibus passa est magnas persecutiones post ascensionem Christi, vsque ad magnum Cōstantinum. vbi duo facit. Nam primò adducit figuram, & visionem. secundò petit victoriā ibi. Quis deducet me. Quantūm ad primum est aduertendum. q̄ non solummodo Abraham, & Iacob, & Moysi fuit reuelata, & promissa dilatatio, & multiplicatio ecclesiæ Christi

E per totum orbem: sed etiam ipsi Dauid fuit reuelata speciali reuelatione de tabernaculo: & eādem dilatationē prænuidit in spiritu per dilatationem sui regni: Nam sicut ipse subiecit sibi omnes 12. tribus Israel post mortem Saul, & postea fecit sibi tributarios oēs Idumæos, & Moabitas, & Amonitas, & Philisteos, ita prænouit in spiritu, q̄ Christus debebat producere, & dilatare regnum suum super omnes reges terræ: & super omnes populos gentilium vsque ad terminos mundi. sic ecclesia debeba: sibi omnes infideles subiugare per conuersionem magni Constantini, & à persecutionibus tirannorum liberari, dicit ergo. O domine Iesu Christe postquam liberasti me per mortem, passionem, & resurrectionem, & ascensionem, salua me nūc dextera tuę potentię de persecutionibus tyrannorum, & exaudi me sicut Deus pater tuus locutus

A locutus est, & promisit in sancto suo Abraham, & Iacob, & Moysi, & etiam locutus est mihi in sancto suo. i. de sanctuario, & de tēplo sancto suo mihi reuelauit, & promisit p dilatationem regni mei. Nam ego iam exultabo, & dimidā Siccimam. i. ciuitatem Sichē cepi, & spolia diuisi, & dimetiar conuallem tabernaculorum: quia diuisi, & mensuraui possessiones eius amicis armigeris, & iam est meus Galaad, & Manasses, qui est vltrā Iordānem, & omnia inscripta quæsiui &c. sicut expositū sunt Psal. 59. q.d. Dauid, sicut ego subiecta ista mihi, fac tu Christe subij cias ecclesiæ omnia regna terræ &c.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulisti nos? & non exibis Deus in virtutibus nostris?

B *Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.*

In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Hic propheta in persona totius ecclesiæ petit liberari a persecutoribus tyrannorum, & dilatari, & subijci sibi oia regna terræ in virtute nois Christi, & prædicationis legis euangelicæ. Vnde dicit. Quis deducet me in ciuitatem munitam. i. ad subiugandum omnes ciuitates munitas mundi, & quis deducet me vsque in Idumæam. i. ad subiugandum omnia regna populi gentilis? q.d. nonne tu solus Deus? Patet expositio Psal. 59.

PSALMVS CVIII.

Deus laudem meā ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertū est.

C *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odij circumdederunt me.*

Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

Titulus. Ad victoriam siue in finē Psal. Dauid, Ex titulo apparet, q̄ Dauid fecit istum Psalm dirigens nos in Christum, qui est finis legis. Ad cuius intellectum est notandū, q̄ cōiter Hebræi moderni exponunt istum Psal. de destructione domus Saul p̄ peccatum ingratitudinis commissum contra Dauid: quæ quidē expositio licet possit literaliter applicari ad illam historiam: tñ talis expositio esset inanis, & vacua inferens iniuriā ipsi prophetæ Dauid, qui nō minus fuit propheta in hoc Psalm, quām in reliquis. Itē talis expositio pōt

D esse falsa, quia Dauid nūquā maledixit Sauli, imò fleuit mortē eius. Et iō magis est credendū autoritati beati Petri, q̄ allegat scripturā huius Psal. Act. 1. esse dictā de præuaricatione apostolatus Iudæ, & per cōsequens de reprobatione synagogæ populi Iudæorū, & substitutione Matthiæ apostoli, & electione populi gētilis. Ad cuius intelligentiā est notandū, q̄ Propheta p̄ ingratitudiné, & malitiā ipsius Saulis, & eius sequaciū perpetratā contra sē prænouit in spiritu ingratitudiné Iudæ proditoris, & populi Iudæorū contra Christū. Nā sicut multoties dictū est, ipse Saul reddidit ipsi Dauid malū pro bono. Nā ipse Dauid liberauerat totū Israel de manu Goliæ, & abstulit opprobrium eius, vt patet 1. Reg. 16. Ipse aūt Saul concepta iniquitate & inuidia persecutus est Dauid per septē annos, & semper machinatus est mortē eius, E ex quo pētō, & ingratitudine Deus permisit q̄ Saul, & Doech eius cōsiliarius perierūt in montibus Gelboe, & exinde perijt tota domus eius, & trāslatū est regnū ad Dauid propter humilitatē eius. In quo mysterio prænuidit Dauid in spiritu qualiter Iudas, & totus populus Iudæorū debebāt esse ingrati Christo, & machinari mortē eius, & quo Iudas debebat tradere ipsum Iudæis, & Iudæi debebant tradere ipsum flagellandū, & crucifigēdum Pilato: prænuidit ēt in spiritu qualiter Iudas proditor se debebat suspēdere post resurrectionē Christi, & perdere apostolatū, & alterō. s. beatū Matthiā eligi, & substitui loco eius: Per eandē rōnem prænouit in spiritu qualiter synagoga, & populus Iudæorū erat reprobandus, & debebat perdere sacrificiū, & tēplū, & sacerdotiū, & quo populus F gētilis debebat succedere, & sublitui, & ac pere sacerdotiū, & verā legē euāgelicā, synagoga manēte cęca, & reprobata, & qualiter ille populus Iudæorū debebat manere in captiuitate perpetua, & incurrere 23. maledictiones in hoc Psal. memoratas. Hoc ergo prænidens Dauid in spiritu fecit hunc Psal. in persona Christi, in quo quatuor facit. Nā primò Christus exponit querelā suam explicando ingratitudinem ipsius Iudæ proditoris, & totius populi Iudæorum: secundò petit vltionem de eis, prædicendo 24. maledictiones, quas ille populus hodie patitur: tertiò petit liberari a parte, quartò promittit se gratias actūrum. Secundum ibi. Cōstitue super eum. Tertium. Et tu domine fac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Quartum. Confitebor domino. Quantũ ad primum est aduertẽdũ, q̃ sicut Christus est caput, & principium oium Christianorum, & totus ecclesiæ inquantũ homo, a quo oẽs noiantur Christiani: ita Iudas proditor est caput, & principium oium Iudæorũ obstinatorũ, qui fuerũt, & sunt post passionũ Christi: & iõ Iudei moderni iam non dñr Iudei a Iuda filio Iacob: sed a Iuda proditore, cuius obstinationem, & vestigia sequuntur: vnde sicut oẽs perfectiones, & virtutes primò sunt formaliter in Christo tanq̃ in capite, & exinde deriuantur ad oia mẽbra eius: ita pariter prodimentũ, & obstinatio, & oẽs maledictiones primò fuerũt in Iuda, & exinde deriuate sunt in totam synagogam, & oẽs Iudæos. Nã ipse primò tradidit, & vendidit Christũ Iudæis, & Iudæi tradiderũt ipsum Christũ crucifigendũ Pilato: & iõ sicut Iuda seipsum manens obstinatus, & sic abstulit sibi locum pœnitentiæ, & intulit sibi sniam dãnationis, ita pariter Iudæi suspenderunt seipsos, & intulerunt sibi sniam damnationis, & obstinationis, qñ dixerunt. Sanguis eius super nos, & super filios nostros, &c. & non habemus regem nisi Cesarem. Et sic ergo Iudas facit vnum corpus simul cum synagoga: Et ideo Prophetа in hoc Psal. 1. conqueritur de populo Iudæorum obstinatorum ipsum Iudã imitantiũ, & sequentium: & ita est dicendũ de maledictionibus: nã primò verificãtur de ipso Iuda proditore, & ex cõsequẽti de tota synagoga, & populo Iudæorũ obstinato, & occęcato. Et iõ licet beatus Petrus allegauerit scripturã huius Psal. pro Iuda proditore cũ dixit. Scriptũ est in libro Psalmorum Fiat cõmoratio eorũ deserta: & epatum eius accipiat alteritẽ intelligendũ est ex consequenti de synagoga, a qua est translatum sacerdotium in populum gentilẽ, ipsã manente cęca, & obstinata, & reprobata, & priuata hostia, & sacrificio. Et ét est aduertẽdum, quòd quadrupliciter Deum laudamus. Primò narrando veritatẽ, cũ ipse Deus sit veritas. Secũdò memorando iudicia Dei. Tertiò narrando eius misericordiam. Quartò agendo gratias de beneficiis receptis. Sed quia ista quatuor memorantur in hoc Psal. nã primò narratur veritas passionis Christi. Secundò sniа & iudiciũ datum cõtra Iudæos iniquos crucifixores Christi. Tertiò absolutio, & liberatio iusti, & innocentis a morte. Quartò promittuntur gratiarũ actiones, ergo rectè pro-

B

C

D phetа hũc Psm vocat laudẽ. Dicit ergo Dauid in persona Christi ad patrẽ: imo dicit Christus per os Dauid. O Deus pr̃ne tacueris, ne contemnas acceptare laudẽ, & petitionẽ meam. i. ne desistas sulminare sniam contra Iudæos in hoc Psal prenunciatam. eo, q̃ est iusta: quia os Iuda peccatoris, & os populi Iudæorũ dolosi super me. & cõtra me apertum est: quod probatur, nã tã Iudas, q̃ populus Iudæorũ locuti sunt aduersũ me lingua dolosa, & fraudulenta. Nã Iudas dixit. Nunquid ego sum dñe? & populus Iudæorũ dixit. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c. & tũ oẽs isti circũdederũt me sermonibus odij, & malitiæ. Nã Iudas dixit. Quẽcunq; osculatus fuero ipse est, tenete eũ, & ducite cauteloso. & Iudæi dixerunt. Qui se regẽ facit, cõtradicit Cæsari &c. Et ét expugnauerunt me gratis. quia non cõpulsi aliqua necessitate, nec causa præcedente, sed ex pura inuidia me morti tradiderũt: imò reddiderunt mihi malum pro bono. Nã cum multa bona fecerim eis, pro quibus me debebant diligere: ipsi tamẽ detrahebant mihi uocando me blasphemum, & destructorem templi, & legis. Ego autem orabam pro eis, & ipsi posuerunt aduersum me malа pro bonis, quia ego resuscitaui filios ipsorum, & sanaui infirmos eorum, & ipsi occiderunt me, & sic reddiderunt mihi odium pro dilectione mea. Nam ego ostendi eis signa dilectionis, & ipsi rependerunt mihi signa, & effectum odij: quia loco dilectionis dixerunt. Crucifige crucifige eum. Hoc idem fecit Iudas proditor: nã ego remisi ipsi pẽã eius, & acceptaui ipsum in apostolatum, & exaltaui ipsum: ipse autem in præmium tantorum beneficiorum, & tantæ dilectionis morti tradidit me, & vendidit me triginta argenteis. Ex quibus patet nefanda, & detestabilis ingratitudo tam populi Iudęorum, quàm ipsius Iudæ proditoris. Hic in secũda parte Christus petit vltionem de suis persecutoribus, imò per modum petitionis eorum sniam, & condemnationem, & punitionem firmiter prænunciet prophetando. Vnde est aduertendum, quod Deus dicit Moysi Deut. 17. Prophetam suscitabo de medio fratrum tuorũ similẽ tibi, ponamq; verba mea in ore eius, & annunciabit vobis quæcunq; dixero illi, & qui verba, quæ dixerit non audierit, vltor existam. Vbi manifeste comminatur Deus vltionem Iudæis non recipientibus Messiã.

E

F

Sed

A Sed vlterius cap. 27. explicat sniam, & maledictiones, venturas illi populo, qui Deum & Messiam erat negaturus: quæ quidem maledictiones reducũtur ad viginti quatuor. In quo mysterio præuidit Dauid maledictiones, & punitiones populi Iudaici negaturi, & occisuri Christum Messiã, sed magis explicite hoc vidit in spiritu per reprobationẽ regni Saulis, & mortem eius & destructionẽ totius domus eius, & translationem regni eius: vnde motus fuit ad faciendũ hunc Psm in persona Christi. In quo postquam in prima parte expleuit querelam suã, & ingratitudinem illius populi, in hac secunda parte petit vltionem de illo populo, & sub mõ orationis predicit viginti quatuor maledictiones, quas incurrit ille populus, & patitur ad præsens in punitionem homicidij. & rebellionis, & ingratitudinis de tãtis receptis B beneficijs ab ipso Christo. Quæ quidẽ sniа, Iudam proditorẽ, & exinde totũ populũ Iudæorũ, & fuerunt in eo impletæ qñ per Titũ, & populũ Romanorũ totũ tẽplũ, & ciuitas fuit incensa, & ipsi trucidati, & captiui, & p totũ orbẽ dispersi: in quibus maledictionib. & sniа succedit oẽs Iudæi, qui manẽt in eadem obstinatione. Ad cuius maiorẽ intelligẽ. est aduertẽdũ, sicut dictũ est Psal. 13. & 68. & 81. q̃ duo peccata fuerunt gñalia, quæ intra fecerũt totã naturã suorũ autorũ, & trã fierunt in oẽs posteros eũ onere suo, & dãno tanquã morbus hæreditarius. Primũ fuit peccatũ inobedientiæ, & rebellionis ipsius. Adã. Secundũ fuit peccatũ crucifixorũ Christi. Vnde sicut Adã in peccando perdidit originalem iustitiã, & gratiã cum oibus præmijs C suis, & incidit in cõtrarias miserias in pœnã peccati sui, quia perdidit futurã felicitatem promissam in cęlo: & fuit exul, & eiectus ab illa terrestri paradiso in hanc vallẽ lachrymarum inter bestias, & mundanas miserias, & cõdemnatus in futuro ad pœnam æternã: ita pariter populus Iudaicus in crucifigẽdo, & negando Christũ perdiderunt beneficium redemptionis manentes in codẽ pcto & sniа data in Adam, & vltra hoc fuerũt exules, & eiecta sua ciuitate, & regno iacurrentes viginti quatuor maledictiones, quæ memorantur in hoc Psm. & sicut peccatũ Adæ trãsiuit i oẽs posteros cum onere suo, ita pariter pctũ crucifixorũ Xpi trãsiuit in oẽs posteros cum onere suo. Et cũ istis viginti quatuor maledictionibus in hoc Psm memoratis. Et sic populus Iudaicus manet obnoxius, & subiectus duplici peccato, & sententiæ, & maledictioni.

D

E

F

Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.

Prima ergo maledictio sniæ est, q̃ Iudæi semper sunt subiecti hoibus pctoribus, & rõ est: nã postquã noluerũt esse subiecti Christo sancto, & iusto Messiæ in lege promisso: imo dixerunt non habemus regẽ nisi Cæsarem: iõ iustẽ sunt cõdemnati ad perpetuã seruitutẽ corporis, & aiæ. Nam quò ad aiam subijciuntur diabolo, & quò ad corpus principib. peccatoribus, qui eos vituperabiliter tractant. Nam primò fuerunt subiecti gẽtilibus: nunc verò sarracenis, & Christianis, & subijciuntur et Rabinis suis, qui sunt magis peccatores, & ficti. Et sic dicas, q̃ Christiani principes, qui eos sustinent in terris, nõ sunt peccatores. Ad hoc rndetur, imò sunt magis peccatores quò ad hoc, quàm sarraceni, & gẽtiles. Nã vt exigãt tributa quotidie, & munera a Iudæis defendũt eos, & permittũt in terris Christianorũ multa enormia fieri, quę sine magno peccato, & scelere principũ Christianorũ permitti non possunt: & sic Iudæi semper habent pro maiori parte peccatorem constitutũ in dñm. Ita ét in synagoga habẽt peccatorem sacerdotẽ, & prælatum. Nã oẽs rabini sunt deceptores, & mendaces: qui sonant, & sustinent eos in perfidia, & cęcitate: & ideo dicit hic Christus. O pater postquã iste populus noluit me recipere in cãm per te missum: ideo constitue super eum dñm peccatorem, & ista est prima maledictio eorum. Secunda est, q̃ diabolus est semper dux eorum in oibus actibus eorum: vnde nota tẽ cundũ Aristo. lib. de moribus aialium. q̃ in omni aiali est dare vnum principium, a quo incipit, & procedit motus principaliter, & oẽs vires: & sic datur pars dextera in quolibet aiali, in qua incidit motus, vt patet, iõ dexterum cõuter sumitur pro principio. Et iõ figuratiuè dr de viro iusto, q̃ hẽt Christũ a dextris, qa ab eo incipiũt oẽs actus, & operationes. iõ sunt bonæ, & meritoriæ, quia procedunt a bono principio in bonum finem: quia iustus operatur sm fidem, & legem Christi. Per oppositum dr de malo, & prauo, & infideli: quia hẽt diabolum a dextris eius. Nam operatur sm vsũ, & inclinatiõe & cęcitatem: iõ non põt nisi male operari, & ita Iudęi sũ habeant diabolum ducẽ, iõ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

operantur nisi secundum auaritiam, & odiū, & infidelitatem, & sic habent diabolum a dextris. Ideo ait Christus. Et diabolus stet a dextris eius tanquam dux, cuius nutu inciant suas operationes, quæ est secunda maledictio. Hoc idem verificatur, & dictū est de Iuda proditore, quia semper diabolus fuit a dextris eius, quando sathanas ingressus est in eum, & misit in cor eius, vt traderet Christum, & cum suspendit seipsum.

Cum iudicatur exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

Tertia est, q̄ non solum condemnati sunt a Christo ad seruitutem perpetuam, sed etiā a seipsis: quam condemnationem semper incurrunt. Vnde Christus cōdemnauit eos, cū dixit, Fiunt nouissima hois illius peiora prioribus. Item cū dixit: Malos malè perdet &c. Item cum dixit. Relinquetur domus vestra deserta, & non relinquetur lapis super lapidem Et cum dixit eis. Væ, octies Matth. 22. Sed ēt ipsi se iudicarunt ad perpetuam seruitutem corporis, & aiæ, in qua sunt hodie, cū dixerunt. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Iō subditur. Cū iudicatur exeat condemnatus. i. iudicium, & maledictio, & condemnatio, quam ipse populus intulit sibi, eueniat super eum: quæ est tertia maledictio, cum dicit, Cum iudicatur. Quarta est, quia oratio eorum semper vertitur eis in peccatū, & hoc duobus modis. Primò, quia semper petunt messiam venturū: sed hoc est peccatum petere cū iam venerit. Item cum oīa sacramenta vet.le. & cerimoniæ sint mortiferæ, vt dictum est: ergo semper vertitur eis in pēcm̄. Itē secūdò quod peius est: nam quādo orant, & Psal. recitant in festiuitatibus, & singulis ferijs semper maledicunt seipsos: nam in Psal. 21. & 24. & 68. & in hoc 108. continentur maledictiones prenunciatæ a Dauid contra crucifixores, & rebelles Christi: sed ipsi Iudæi sunt rebelles, & crucifixores: ergo oratio eorum vertitur eis in pēn̄, & maledictionē: ipsi ergo iudicant, & cōdemnāt, & maledicūt seipsos, iō ait. Cū iudicatur exeat condemnatus a seipso, & oratio eius fiat, & vertatur in peccatum contra seipsum: ideo subdit. Et oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter.

Quinta fuit, quia parum durauit dñium eorum, postquā occiderunt Christum. Nam post 40. annos fuerunt deleti, & trucidati q̄ Romanos, & sic dies eorum fuerunt pauci: quæ fuit quinta maledictio: nō subdit. Fiant dies eius pauci. Sexta fuit, quia trāslatū est sacerdotiū ad Christianos, & iō ait. Episcopum eius accipiat alter. s. ecclesia Christi. Vnde notādū, q̄ beatus Petrus Actuum primo adducit partem huius versiculi pro suffectione Iudæ, & subsitōne Matthiæ: vnde est aduertendū, q̄ licut Saul, & translatio regni eius fuit figura destructionis regni Iudæorū, & translationis eius ad gentiles & christianos: ita Iudas proditor quasi per oia fuit typus, & figura destructionis, & reprobationis synagogæ, & translationis legis, & sacerdotij ad ecclesiam Christi. Nam sicut Iudas, qui tot bona receperat a Christo, tradidit eum, & vendidit eum sub osculo pacis: ita Iudæi tradiderunt ipsum Pilato ad crucifigendū. Et sicut Iudas se suspendit cognita veritate, & abstulit sibi locū pœnitentiæ: ita pariter Iudæi auferunt sibi locum pœnitētiæ, & negāt cognitam veritatē, & cōdemnant seipsos. Et sicut Iudas cōrempsit salutem, & elegit auaritiam, & homicidium, & latrocinium: ita Iudæi cōtempserunt Christum, qui est vera ſa lus, & regnum cælorum, & elegerunt Barabbam latronem, & Cæsarem in dñm, & hoc propter auaritiam, & ambitionem, ne perderent sacerdotium, & locum, & gētem. Et sicut Iudas fuit suspensus, & perdidit apostolatū, & substitutus est Matthias in locū eius: ita synagoga fuit destructa, & amisit sacerdotium, & legē, & populus Christianus sacerdotium, & legē, & populus Christianus sacerdotiū eius. Et sic, & accepit epatum, & sacerdotiū eius. Et sic licet prædicti tres versiculi vere possint exponi de Iuda proditore, & dolōso, qui osculo tradidit Christum, super quem Deus constituit diabolum, qui eum ad suspendium deduxit, qui seipsum condemnauit, & suspendit, & oratio eius facta est in peccatum, cum dixit. Peccaui tradens sanguinem iustū, quia pœnitentia fuit inutuosa, imò magis damnabilis, quia cognouit peccatum, & tamen non quæsiuit veniam a Christo, & apostolis, sed abstulit sibi locū veniæ, & dies eius fuerunt pauci, quia tertia die se suspendit cū autem dixit Christum resurrexisse, & apostolatum eius accepit Matthias. Sed quia oīa ista adhuc gerebant typum, & figuram destructionis synagogæ, & successionis ecclesiæ: ideo principaliter Psal. iste est exponēdus de damnatione, & maledictione populi Iudaici, q̄a iam non dicuntur Iudæi a Iuda filio Iacob, quod

quod interpretatur confitens: sed dicuntur Iudæi a Iuda proditore, quem per omnia sequuntur.

Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.

Septima maledictio est: q̄ filij synagogæ fiunt orphani: q̄a nō amplius habent Deum in patrem, cum sint reprobati: imo non adorant Deum, quia ipsi negant Deum trinum, & vnum, & incarnatū: sed nō est alius Deus, nisi ille, q̄ est incarnatus, & vnus, nec est alius Deus: nisi ille, qui est incarnatus. f. filius: nā licet pater sit alia persona, tamē nō est alius Deus: ergo nullum Deū adorant. Et sic sunt orphani: q̄ est septima maledictio: ideo ait. Fiāt filij eius orphani. Octaua maledictio est, q̄ ille populus siue illud sacerdotium nō habeant vxorem, nam vxor eius manet vidua. f. synagoga, quæ ante erat sponsa Christi: vt patet in cātieis: sed iam est repudiata a Christo, vt patet Isa. 3. ideo manet vidua sine viro, & sponso: æque est octaua maledictio, ideo ait, Fiāt filij eius orphani, & vxor eius vidua.

Nutantes trant ferātur filij eius, & mendicent: & ejiciantur de habitationibus suis.

Nona maledictio est, qua sunt exules, & pulsi a sedibus suis. Decima maledictio: q̄a vadunt per mandati mendicitatē: quia frequēter petunt a ciuitatibus, & expoliantur bonis temporalibus, & occiduntur in ciuitatibus. Vndecima maledictio quia vadunt mēdicitates: quando sunt expoliati. Sed istæ tres maledictiones melius intelliguntur spiritualiter: non ipsi ejecti sunt a lege, & sacerdotio, & priuati sacrificio, & sacramentis: & vadūt nudi & scripturæ: quia videnit se positos in hac cæcitate, & ideo iam perdiderunt æstimationē in sacra scriptura, nescientes defendere ecclitatem, & malitiam suam: ideo ait. Nutantes. i. dubij, & incerti transferantur filij eius, & mēdicet verum sensum, & intelligē tiam sacræ scripturæ: quę est alia maledictio.

Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.

Duodecima est: quia tota substātia eorū cōsumit in vsuris: ideo ait. Scrutet fœnerator in translatione Hieronym habetur exactor: & ista littera est magis plana, & est sensus. Nā vbicunq; fuit soluit tributa, & magnos redditus principibus & dominis, & sequitur.

Decimatertia maledictio, & diripiant alieni labores eius, quæ per Titum, & Romanos euenerunt eis, qui spoliati.

Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

Decimaquarta: quia sine misericordia fuerunt tractati sicut sine misericordia Christū afflixerunt: ideo sequitur. Non sit illi adiutor: quia omnes aduersantur illi generationi: tām sarracēni quā Christiani, & gētiles: nam sine misericordia trucidarunt patres, & filios vendiderunt. ideo sequitur.

Decimaquinta: nec sit qui misereatur pupillis eius: vnde ēt Iudæi qui nō sūt dispersi vocantur, & dicuntur pupilli, q̄a nō habent patrē, vt dictū est: & habent matrem viduā. f. synagogam, & nullus miseretur eis: imo sunt in abominationē omnium, & derisum.

Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

Decimasexta sequitur: quia in strage regni Iudæorum non solum sunt trucidati patres, sed etiam filij pro maiori parte, ideo ait. Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius: vnde nota, q̄ licet hoc realiter sit impletum: quia generationes Iudæorum sunt deletæ: nam nullus scit ex qua tribu descēdat, & iam sunt cōfusæ generationes: veriūs tamen intelligitur hoc spiritualiter: nam incurrerunt interiū mortis æternæ, & etiam sunt deleti a sacrificio, & sacerdotio, & sūt deleti de libro viuentium.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur.

Decimaseptima, q̄a filij puniuntur, & vituperantur pro peccato patrum, & quotidie imptoperatur eis, & pariter cū patribus vocantur crucifixores Christi, eo q̄ eos imitantur: ideo ait: In memoriam redeat iniquitas patrum eorum, & peccatum matris eius. i. synagogæ non deleatur. Quæ est decimaoctaua maledictio: nam peccatū synagogæ nō solum est, quia nō recepit Christum sponsum sibi promissum, & crucifixit eū, sed etiā semper peccat expectādo aliū, & facit mēdaces omnes prophetas. Item nō solū occidit Christi, sed ēt omnis sanguis iustorū, qui effusus est a sanguine Abel iusti &c. venit super eos, & vertitur eis in peccatū, & iniquitas patrū eorū redit in memoriā in conspectu domini.

Fiant cōtra dominum semper: & disperet de terra memoria eorum pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem & mendicum & compunctum corde mortificare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Decimanona est, quia semper sunt cõtra Deum inimici formau: quia cõtra Christũ, qui est verus Deus, & homo: vnde ille populus, qui solus dicebatur populus Dei, & peculiaris: nunc est manifestus inimicus, & cõtrarius: vt dictum est: ideo ait. Fiant contra dñm semper. quia semper murmurãt cõtra Xpm, & maledicũt, & blasphemãt synagogis suis: & vitiant, & corrumpunt, & negãt sacrã scripturã malè, & falsè glosando. Et sequitur. 20. dispereat de terra memoria eorũ, quò ad dominium temporale, & etiam quò ad sacerdotium, & hostiam, & sacrificium, quia nullibi offerunt, & ratio est pro eò, q̃ ille populus nõ est recordatus facere mĩam cũ Christo: imo iniustè, & crudeliter ipsum crucifixerunt: iõ sicut sine mĩa ipsum delere de terra cupierũt: ita ipsi, & memoria eorum de terra deleta est

B quò ad potestatem temporalẽ, & spiritualẽ, & declarans subdit causam dicens: & pro eo, quia persecutus est Chm hoiem inopem, & sine ope, & auxilio: quia in triduo fuit derelictus in potestate eorum: vt dictum est psal. 21. & persecutus est hoiem mendicum: quia cũ petijt potum dederunt ipsi in escam fel, & in siti sua potauerũt eum aceto. Et persecutus est Chm hominem cõpunctum. i. afflictum corde: quia non solum fuit afflictus Christus in carne: sed etiam in corde videns dãnationem, & infidelitatem Iudæorum, & persecutus est hominem compunctum corde, & afflictum mortificare. i. ad mortificandum, idest persecutus est vsque ad mortem crucis, & ponit infinitiuum pro gerundio: quia hebreĩ, & greci carent gerundijs, & supinis: ideo ponunt infinitiuum pro gerundio &c.

C *Et dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionem & elongabitur ab eo.*

Vigesimaprima maledictio huius populi est: quia dilexit, & elegit maledictionẽ, & renuit, & cõtempsit benedictionẽ: vnde Deut. 28. Deus cõminatus est maledictiones populo Israel Deum negaturo, & promisit benedictiones. Sed illas maledictiones incurrit, & dilexit populus Iudaicus cùm Christum negauit, & illas benedictiones cõtempsit, quando Christum negauit. Itẽ Deus promisit Abrahæ, q̃ in semine suo: qui est Christus benedicerentur oẽs gentes. Ergo quando negarunt Christũ pariter negarunt, & noluerũt benedictionẽ promissam Abrahæ, & semini eius. Item Christus dixit eis: Pœnitentiã agite, & appropinquabit in vos regnũ cœlorum: & dixit. Venite ad me & ego reficiã vos. Item fecit cœnã magnam, & vocauit eos, & noluerunt venire: ergo noluerunt benedictionem, quam Christus afferebat: imo magis dilexerunt maledictionem quam Christus communicauit. Item dixit, & fleuit super ciuitatẽ natus est: cum dixit, & fleuit super ciuitatẽ Circundabunt te inimici &c. Item cum dixit: Hierusalem Hierusalẽ, quę occidis ꝓphetas, quotiens volui cõgregare filios tuos, & noluisti &c. Iõ relinquetur domus vestra deserta &c. Item dixit eis oĉties. Væ vobis scribæ, & phariseĩ m damnationẽ perpetuã: ergo dilexit ille populus maledictionẽ, & noluit benedictionem quam Christus promittebat, & ideo ait. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: quod inpletum est, & impletur quotidiè, & noluit benedictionem Christi: ideo elongabitur ab eo illa Christi benedictio: quia nunquam intrabunt in requiem eius.

E *Et induit maledictionem sicut vestimentum & intrauit sicut aqua in interiora eius: & sicut oleum in ossibus eius.*

Vigesimasecunda est: quia illa maledictio, & vexatio Iudæorum non solum est ad extra corporaliter: sed ẽt ab intra, & spũaliter. quia nõ solum patiuntur tormenta, & opprobria à christianis, & sarracenis: sed ẽt patiuntur ab intra pessimas, & enormes egritudines: nam quidam patiuntur menstruum sanguinis sicut mulieres, & quidam non valent suspere in cœlũ, & nec numerare stellas, nec supere in altũ: sicut sunt illi, qui spuerũt in faciẽ Christi, & qui improperauerunt ei in cruce, & illi non solum contemnuntur à nostris fidem à cæteris Iudæis: vt cõpertum est à fide digna. Item non solum patiuntur has vexationes: sed etiam continuum remorsum cõscientię: quia cognoscunt vera esse quæ dicuntur de Christo, & esse impletas scripturas, & tamen contra conscientiam coguntur negare ex malitia, & sic semper accusat eos conscientia, & corrodit vermiculus. Item semper sunt in cõtinuo dolore, cum videant cæteros sibi domari, & se semper cæteris seruire, quæ pœnæ esse. 23. maledictio, ideo ait. Et induit maledictionem sicut vestimentum: quia extrinsecus torquetur ab extraneis, & intrauit maledictio sicut aqua in interiora eius quò ad remorsum cõscientiæ, & sicut oleum in ossibus eius quò ad secretas infirmitates, & dolores &c.

F *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut Zona qua semper præcingitur.*

Hæc est. 24. maledictio: nã multi patiuntur

A tur aliquod malum ad tempus: sed Iudei patiuntur præsentes maledictiones iugiter, & semper, sicut nõ possunt esse sine cooperumẽ eo. Sunt ergo omnia prædicta damna eis semper in cooperimentum, & sicut zona qua sẽ per præcinguntur, & nõ solum corporaliter, sed etiam spiritualiter, & intrinsecus, & extrinsecus & hinc, & in futurum quia semper circundantur.

Hoc opus eorũ qui detrahũt mihi apud dominũ: et q̃ loquuntur mala aduersus animã meã.

Hinc concludit, q̃ ex iusto Dei iudicio hoc patiuntur Iudæi: & dicit. Hoc opus. i. hoc præmiũ, & punitio, & sententia pro opera eorum Iudæorum, qui detraxerunt mihi, quia multipliciter detraxerunt ei ante Pilatum, & in cruce, & locuti sũt mala, & falsa testimonia, & etiam imponendo cõtra animam, & vitam Christi, quia mortem ipsi procurarunt. q. d. q̃ omnia prædicta, mala passi sunt Iudei in præcium, & præmium pro criminibus, quę Christo imposuerunt, & opprobrijs, quæ ipsi improperarunt, & pro morte, quam ipsi procurarũt. Itẽ hoc idẽ patiuntur Iudei moderni, quia sunt imitatores patrum suorum, quia assidue detrahunt Christo, & maledicunt in synagogis suis, & loquuntur contra ipsum, & contra membra eius, desiderantes destructionem Christianorum, ergo iuste hanc pœnam patiuntur.

Et tu domine domine fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Libera me, quia egenus et pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.

C *Sicut membra cum declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locusta.*

Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me: & mouerunt capita sua.

Hæc est tertia pars, in qua petit liberari p resurrectionem. Sed est aduertendum, quòd quando Christus petit liberari in omnibus ps. per resurrectionem. non solum rogat pro se, vt resurgat à morte corporali, sed etiã pro membris vt resurgant ab vtraque morte, & ideo talis simul est petitio pro nobis, & pro se, nam per suam mortem corporalẽ vicit, & occidit nostrã mortẽ spiritualem, & per suã resurrectionẽ renouauit, & adeptus est nobis immortalitatẽ. Iõ in hac petitione allegat suã morte, & passiones, & labores quos pro nobis sustinuit: quibus nos liberauit, & hoc facit in oibus psal. qui loquũtur de sua passione. Dicit ergo Christus. Et pro ideo, siue pro sed. sed tu domine pr̃ fac mecũ misericordiã tuã. i. resuscita me, propter mĩam tuam. vel fac mecũ mĩam tuam. i. tu es ego faciamus simul mĩam ecclesiæ, & mẽbris meis, qm̃ suauis, & benigna & salubris est mĩa tua. libera me suscitãdo à morte corporali, & membra mea ab vtraq; morte, iustificãdo à peccato, & glorificãdo, qui pauper. i. inops, & egenus ego sũ derelictus sine auxilio in toto triduo, & cor meum. s. caro mea conturbata, & afflicta, & infirmia facta est, in me. s. vt patet per omnes euangelistas, quando Christus orauit, vt calix ab eo transiret. Et hoc principaliter intelligitur de mẽbris, & sic totus Christus loquitur pro membris dicens: Qm̃ egenus & pauper, & expoliatus omnibus bonis gratuitis sum in Adã. & cor meũ. i. tota pars sensitiua fuit turbata, & percussa fomite concupiscentię: & sauciata, & infirmata vt semper repugnet legi mẽtis: q̃a intra me inuenio istã legẽ, & in mẽbris meis &c. Itaq; sicut cũ declinat vmbra sequitur nox, & auferẽ lux & dies: ita ego, & vita mea ablata est per mortẽ: quia realiter fui mortuus, & tradidi spiritum in manus patris: & sicut homines excutiunt, & pellunt locustã à termino, & finibus suis: ita ego excussus, & expulsus sum à vita per Iudæos sicut excutitur locusta. Et sicut quilibet homo per nimiam abstinentiam debilitatur, & infirmatur: ita ego per nimium ieiunium non solum in illis quatuor diebus, & quinq; noctibus: sed etiam per omnes tres annos cũ dimidio fuit in continua abstinentia & laboribus, & itineribus propter salutem hominum: & sic genua mea infirmata sunt à ieiunio idest propter ieiunium: & caro mea immutata est in maciem, & debilitatẽ propter oleum, & pinguedinẽ. i. propter defectũ pinguedinis, & substantię, & sedi lassus, & sessus iuxta puteũ Sicar. vt patet Io. 4. quia defecit ĩ me ois pinguedo & fortitudo, & oẽs corporales vires non solũ propter labores: sed etiã propter nimias afflictiones in toto triduo: & etiam ego factus sum opprobrium multis gentilibus. s. & Iudæis. vnde post quam viderunt me in cruce, putantes me purũ hominẽ & totaliter derelictũ, indefensum mouerũt capita sua irridendo dicentes. Aue rex Iudęorum, & vah qui destruit templum Dei. &c. Item dixerunt. Si filius Dei est liberet eum.

Adiuua me domine Deus meus saluum me fac

Universidad de Deusto
Biblioteca

A propter misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc: & tu domine fecisti eam.

Maledicent illi & tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore: operiantur sicut confusione sua.

Adiuua ergo me dñe Deus, & pater meus & saluũ me fac propter misericordiam tuã, me à mortuis suscitãdo; & sciant.i. sciẽt & cognoscẽt: quia manus tua & potestas est hęc.i. potestate tua talis resurrectio facta est. quia hoc ad solum Deũ pertinet. s. mortuos suscitare. & iõ sequit: & sciãt qa tu fecisti eã. s. talẽ pãtem, & resurrectionẽ. etiam dum illi, & liceat illi maledicãt improperando, & deridendo: tñ tu benedices me resuscitando: vt facta B resurrectione Iudæi, & gentiles crucifixores, qui insurgant & insurrexerũt in me: & insultarũt ad mortẽ condẽnando: confundãtur. nõ valendo assequi intentum suũ: seruus autem tuus Xps & ecclesia lætabitur ex gloria resurrectionis. & sic Iudæi, qui detrahunt, & detraxerunt mihi, induantur. i. induentur pudore, & verecundia: & induentur cõfusione sua sicut induuntur diploide. Vnde aduertendũ, & diplois græce idem est, qđ duplex palliũ, & vestimentũ. & ita Iudæi duplici cõfusione, & cõtritione pculsi, & induti sunt. s. exterius pudore, & verecũdia cũ reliquanẽ mẽdaces, & videãt Christũ coli tanq̃ Messiã per totũ orbem. secundò interius, cũ videãt se afflictos & captiuos: & sic duplici contritione sunt contriti, & duplici cõfusione cõfusi. & iõ vt euaderẽt hanc confusionem post resurrectio C nem corruperunt custodes pecunia, vt dicerẽt: q̃ discipuli fuissent furati corpus Christi.

Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

Qui astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

Hæc est quarta pars in qua Chs in pśona sui & membrorũ promittit gratiarũ actiones se acturum patri pro beneficio resurrectionis, & dicit. Ego postq̃ resurrexero & assumptus fuero in cœlum ad dexteram patris confitebor domino Deo patri in ore meo, & in mẽbris meis. Nã discipuli mei ab ore meo habuerunt doctrinã euangelicã, quam prędicarunt: & misericordiam, & potentiam Dei annunciauerunt. Et sequitur. In medio multorum. s. tàm gentilium quàm iudæorũ laudabo eum: & in medio ecclesiæ diuina officia celebrando, & festiuitates: secundò benedicẽdo, & laudãdo. Et sequitur. Ideo laudabo eũ quia astitit à dextris pauperis, & in defensiõe fuit in fauorem, & auxilium meum: vt saluã faceret animam & vitam meam à Iudæis me persequentibus: & hoc me resuscitando, & membra mea iustificando, & ecclesiam à tyrannis liberãdo, & eam ampliando, & per totum orbem dilatando. Ex supradicta expositione patet error hebræorum modernorũ: qui dicunt quòd Dauid fecit hunc psalmum petendo vindictam de Saul persecutore suo, quia manifestè dicũt falsum. nam Dauid nũquàm maledixit ipsi Saul, nec petijt vindictam de eo. imo semper rogauit pro eo in toto tempore suæ persecutionis: nec voluit ipsum occidere. nec permisit, quòd alius occideret eum: cum potuisset ipsum interficere in spelunca, quando abstulit ipsi particulam ela mydis: & qñ dormienti abstulit scyphum & hastam. imo defleuit casum, & interitum eius, & interfecit nuncium, qui nunciauit sibi mortem Saulis: & compositit canticum lugubre de morte Saulis & Ionatæ. vt patet. 2. Regum primo capitulo. Ex quo patet, quòd Dauid non dirigit supradictas maledictiones ipsi Sauli: sed populo Iudaico crucifixori Christi, & obstinato sicut supra oppositum est. Et patet manifeste impletum per experientiam.

Ex his etiam patet maior error, & deterior quorundam Christianorum ignorantiũ tàm clericorum, quàm laicorum, qui dicunt hũc psalmum contra persecutores suos Christianos, à quibus patiuntur aliquam iniuriam vel oppressionem, petendo à Deo vindictam de eis: desiderãdo supradictas maledictiones euenire eis. quod nõ solummodo est detestabile: sed irrisorium. Nam primò est contra doctrinam euangelicam: qua dicitur Matth. 5. Orate pro eis, qui nos persequuntur, & bene facite eis qui oderunt vos. Item si quis te percusserit in vnam maxillam præbe ei aliam. Item dimittite, & dimittetur vobis. Item hoc idem est contra consuetudinem ecclesiæ, quæ non solum rogat pro malis Christianis: sed etiam pro hæreticis, & schismaticis: vt deposita perfidia, & hęretica prauitate resipiscãt ad fidem catolicam. Item rogat pro perfidis Iudæis: vt Deus auferat velamẽ de cordibus eorum, & videant lumen veritatis, & conuertantur ad vnũ verũ Deum Iesum Christum

A stum. Et sic tenemur rogare pro omnibus inimicis: vt deposito odio diligant nos: & rogamus contra Paganos, non vt moriantur, sed vt potentia eorum cõteratur: nec noceãt nobis. Item hoc videtur irrisoriè dictum, nam causã exauditionis apud Deum est puritas mentis, & caritas: sed qui petit talem vindictam, & infert tales maledictiones proximo, non potest esse in caritate: sed in execrabili, & detestabili odio, ergo non potest exaudiri apud Deum. Quia in hoc ps. non solummodo memorantur punitiones temporales, sed etiã spirituales, & æternæ: cũ dicit. Diabolus ster á dexteris eius: & cum iudicatur exeat condẽnatus: & oratio eius fiat in peccatum &c. Ex quibus patet opinionẽ taliũ esse detestabilẽ & irrisorium, & falsam. Nam Dauid non loB quitur est ad hanc intentionem, sed prædicit, & ratiocinatur punitionem crucifixorũ Christi, vt dictum est. Sed cõtra tòtam supradictã expositionem arguunt: imo murmurant Iudæi dicentes, q̃ indebitè sit inflicta pœna subiuę synagogæ propter necem Christi. Quod probant sic: nam peccatũ idololatriæ est maximum omnium peccatorum: & per consequens est maius quàm homicidium: nã illud est contra primum præceptum, & immediatè contrà quintum præceptum, & contra proximum: sed propter peccatum idololatriæ solũ fuerunt Iudęi puniti ad captiuitatem septuaginta annorum in Babylone: in ista autẽ iam perseuerarũt per 1410. annos cum omnibus supradictis maledictionibus: ergo indebitè pununtur maiorem pœnam pro minori peccaC to. In oppositũ est, ꝓpheta in hoc ps. qui postquã prænunciauit omnes supradictas maledictiones venturas, illi populo propter mortẽ Christi, concludit dicens. Hoc opus eorũ, qui detrahunt mihi. i. hæc est iusti Dei sententia, & pœna omnibus his, qui detrahendo mactati sunt in necem meam. Respondetur, q̃ pro solutione huius difficultatis primò est videndum an peccatũ idololatrię commissum ab antiquis Iudæis sit maius aut minus quã peccatum mortis Christi. Et ex cõsequenti satisfit concludetur intentum ratione, & auctoritatibus. Quantùm ad primum est aduertendum, q̃ vnum peccatum esse maius altero cõtingit quadrupliciter: primò ratione inobedientiæ: secundò ratione voluntatis: tertiò ratione circunstantiarum: quartò ratione obsti

nationis. Vnde propter omnia ista quatuor simul maius fuit peccatũ necis Christi, quã peccatum idololatriæ. Quod primò, ratione probatur obedientiæ: nam antiqui per idololatriam solum peccabant contra Deum recedendo ab eo & conuertendo se ad idola, sed crucifixores Christi non tolum recesserunt à Deo voluntarie occidendo Xpm, sed ét occiderunt proximum innocentem, & sic fecerũt contra primum, & secundũ præceptum: quia simul occiderunt Deum, & hominem, quod non fecerunt idololatræ. Secundò hoc peccatum fuit maius illo rõne malæ volũtatis: nã cum deteriori voluntate, & malitia, & odio Iudęi crucifixerũt, & persecuti sunt Christũ quã patres eorum commiserunt idololatriã, quia ex odio, & inuidia, & malitia, & sine causa iniustè occiderunt innocentẽ, & cum maiori, & clariori notitia. Tertiò hoc peccatum E fuit grauius, & deterius illo ratione circunstantiarum: nam Iudæi in occidendo Christum non solum occiderunt Deũ, & hominẽ innocentẽ, & sanctũ. sed ét benefactorẽ, & redemptorẽ. & sic peccarunt per summam ingratitudinẽ. Item fecerunt Deũ, & legem, & pphetas mendaces in negãdo Xpm, & sic cõmiserunt sacrilegium, & blasphemiam. Item obligauerunt, & filios suos, & omnes posteros illi peccato, & sic multipliciter fuerũt homicidę. Et sic per omnia fuit peius, & deterius quã pctũ Adæ, vt dictũ est ps. 13. & 81. Quartò autem hoc peccatum fuit peius quã idololatria antiquorum rõne obstinationis, in qua manserunt, & manent successores eorum: quia cõtinue occidunt Christum, postquã placet eis, q̃ patres eorum crucifixerunt eum. & retinẽt eandẽ malitiã, & odium con- F tra Xpm, & non solum sunt hęredes illius homicidii, sed oĩa aliorum circunstãtiarum: nã pariter faciunt Deum mẽdacẽ, & legẽ, & pphetas, & per hoc negãt Deũ esse, peius quã idololatręę, quia nullum Deum adorãt, quia adorãt vnum Deũ, qui nõ est trinus, & vnus nec incarnatus, sed talis Deus nusquam est: ergo nullum Deum adorãt. Et sic per omnia peccatum necis Christi, in quo nunc manẽt Iudęi, est peius quã peccatum idololatriæ patrum eorum, quod multis autoritatibus probatur. Nam Hier. 16. introducit istum populum cõquerentem de captiuitate in qua modo sunt, & dicentem. Quare dominus locutus est super nos omne malum grãde istud? Quæ nostra iniquitas, aut quod peccatum nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A strũ qđ peccauimus dño Deo nostro ꝙ dices ad eos. Quia dereliquerunt me patres vestri, ait dñs. Et abierũt post Deos alienos, & seruierũt eis: & adorauerũt eos, & derihquerũt me: & legẽ meã non custodierũt. Sed & vos peius operati estis q̃ patres vestri. Ecce. n. ambulat vnusquisq; post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. & eijciam vos de terra hac &c Ex supradictis patet, ꝙ peccatum posteriorũ iudæorum, qui noluerunt audire Deum incarnatũ, & manent in prauitate, & obstinatione cordis sui, & in malitia, & odio inueterato, est & fuit peius q̃ peccatum idololatriæ patrũ suorũ: & per consequẽs aliud peius non potest esse peius quàm idololatria: qđ nõ potuit esse aliud, nisi coniuratio in mortẽ Christi, & odium, & obstinatio in eũ, vt magis patebit. Vnde in isto eodem cap. sequitur destructio, & dissipatio illius populi, & reprobatio eiusdẽ. & prædicitur mutatio legis, & testimoniorũ: & prædicitur cõuersio populi gẽtilis. Sed ꝙ ista pœna, & perpetua punitio sit inflicta populo iudæorũ propter mortẽ Christi, patet Esa. 50. Vbi dicit dñs ad populũ iudaicũ conquerentẽ quare per tot tẽpora permisit eos in hac captiuitate, vnde ait. Quis est hic liber repudij matris vestrę quo dimisi eã? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce. n. iniquitatibus vestris venditi estis: & in sceleribus vestris dimissa matrẽ vestrã: quia venit, & non erat vir. Vocaui, & non erat qui audiret. Et ita dñs aperuit mihi aurẽ, ego autem nõ contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas vellentibus: faciem meã non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me dominę Deus auxiliator meus, & ideo nõ sũ confusus &c. Ex dictis & cęteris quæ dicuntur in toto isto capitulo patet qualiter Deus, qui loquitur in hoc capitulo erat percutiendus, & pilandus, & passurus cũ magna patientia, & obediẽtia, vt obediret Deo patri. Et quo propter iniquitatem & peccata sua debebat repudiare synagogã rebellem, & inobedientẽ: nec audire volentem sponsum in suo aduentu. Et quo reprobat populũ Iudaicum, & reliquit ipsum dormientem in doloribus suis & maledictionibus suis. Et patet qualiter propter mortem Christi puniuntur hac pœna diuturna. Sed ꝙ hæc captiuitas, & punitio sit vsq; in finẽ sęculi duratura, patet psal. 27. Destrues illos, & non reędificabis eos. Item psal 58. Conuertẽtur ad vesperam, & famen patientur vt canes circuibunt ciuitatem. Item Da. 9. Vsque ad consummationẽ, & finẽ perseuerabit desolatio. Ex supradictis patet responsio ad dubium, & admirationem Iudæorũ: quia turbantur quare pro minori peccato inflixit eis maiorem pœnã quàm patrib. suis idololatris. Ad quos respondeẽ, ꝙ peccatũ cõtra Christũ in quo nunc perseverant, est multò grauius quam idolatria patrum suorum. nam ipsi sunt peiores, quàm idololatræ: quia nullũ Deũ adorãt nisi Deũ fictitiũ sine verbo, & spiritu sancto: qui nusquam est. Itẽ negando Chrm negant Deũ. & faciunt ipsũ mendacẽ, & legẽ, & prophetas: & sic sunt sacrilegi, & blasphemi q̃ blasphemãt Deũ, & ledicẽdo cõtinue Christũ, blasphemãt Deũ, & legem, & prophetas, & sunt homicidæ, & deicidæ, q̃a hominẽ Deũ percusserunt, & flagellarunt, & occiderunt vt dictum est, & hoc gratis, & sine causa. vt dñm hoc psal. q̃ ostenderunt odiũ pro dilectione, & odierunt ipsum gratis. Vltimò peccant in obstinatione: quod est grauissimũ peccatorũ, & contra spiritum sanctũ, quia manent obstinati semper in odio inueterato contra Chrm, & membra eius: ideo ratio est, ꝙ postquàm culpa eorum est perpetua: & pœna eorum sit perpetua dũ manent in eadẽ obstinatione. Et ideo dicit saluator Mat. 12. ꝙ fiunt nouissima hois illius peiora priorib. Et ideo Dauid in hoc psl. prædixit causas, & qualitates peccati Iudæorum & maledictiones, & pœnas eorum perpetuas vsquequò in finem conuertantur.

B

C

D

E

F

PSALMVS. CIX.

Dixit dñs dño meo: sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellũ pedum tuorum.

Huic psal. prępositur talis titulus. Ipsi Dauid psa. Ex titulo apparet, ꝙ Dauid fecit istũd psal. Sed de materia huius psa. & et de autore variæ sunt positiones, & sententiæ inter hebręos modernos volẽtes occulture veritatem aduentus Messiæ. Nã quidam dicunt, q̃ Heliezer procurator ipsius Abrahę fecit hũc psl. pro victoria Abrahę de quatuor regibus, qui exploliauerũt Sodomam. quasi diceret. Dixit dominus Deus, qui est dominus omnium domino meo Abrahæ: sede à dextris meis. i. esto securus: donec ponã inimicos tuos subiectos. Camhi vero dicit, quòd cantores Dauid fecerunt istum psalmum post mortem Saulis, postquàm Dauid fuit vnctus in regem super totum Israel. quasi dicat. Dixit

A Dixit dominus domino meo Dauid, postquã tam mortuus est Saul, tu sede à dextris meis, idest sis rex super totũ Israel, & ego ponam omnes inimicos tuos sub pedibus, & potestate tua: quod impletum fuit. Nã obtinuit mẽos, & Philisteos fecit sibi tributarios. Sed tã pœna q̃ secunda expositio est falsa. Nã ea quæ memorantur in hoc psal, nec cõuenũt ipsi Abrahæ: nec ipsi Dauid: quia nullus eorum fuit sacerdos in ęternũ: nec genitus ante lucifernm, vt patebit. Et ideo ora impudẽ tum opinum istorum. saluator noster Iesus Christus obtruasit: cũ dixit Matt. 22. Quomodo ergo Dauid vocat ipsum dominum dicẽs. Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis. Item Petrus Actuum. 2. quando dixit. Non enim Dauid ascendit in cœlos: dicit autẽ ipse, Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis. Itẽ Paulus ad hebræos. 1. Cui aliquãdo angelorũ dixit: sede à dextris meis, Ite Paulus primæ ad Corinth. 15. Oportet autem illum regnare, donec ponã oẽs inimicos sub pedibus eius. Cum quibus cõcordat Ionathan Abenhuziel vir magnæ autoritatis inter hebræos: cui nullus auſus est cõtradicere: qui in translatione caldaica interpretatus est istum psalmũ de Christo filio Dei Messia in lege promisso, dicens. Dixit dominus verbo suo. Item Rabi Barachias adducit scripturam huius psalmi, & glosat ipsam de Christo Messia in lege promisso. Ad cuius intelligentiam est notandum, ꝙ postquam David in psal, præcedenti memorauit, & prænũciauit sententiam, & damnationem, & malę dictiones, quas incurrit populus iudaicus, ꝙ propter mortem Christi in hoc psal. prædicit, & prænũciat dignitates quas Christus adeptus est in præmium, & stipendium suorum laborum, & suæ mortis, & passionis. Nam tres dignitates acquisiuit, & adeptus est Christus etiam inquantum homo: nõ solummodo super omnes homines: sed etiam super oẽs creaturas tam spirituales quàm corporales. Nam primo adeptus est dominium, & regnũ, & imperium vniuersale super omnes creaturas in cœlo, & i terra, & in inferno: vt ipse ait. Mat. 28. Data est mihi potestas in cœlo, & in terra. Secundò adeptus est sacerdotium æternũ seu sacerdotalem potestatem constituendi sacramenta, & conferendi eis virtutem: quę potestas nulli est data: nisi soli Christo tanquã summo sacerdoti, & æterno. Tertiò adeptus est, & tradita est ipsi vniuersalis iudicaria potestas, & discernendi, & iudicãdi, & tribuẽdi præmium secundum merita nõ solum hominibus: sed etiam diabolo, & angelis eius. Principalis ergo conclusio in toto psal. intẽta est ꝙ Xps ex merito suæ passionis meruit supradictas tres summas dignitates siue potestates. Quatuor ergo facit Dauid in hoc psal. Nam primo ostẽdit qualiter Deus pater tradidit homini Christo filio suo vniuersale regnum, & imperium, totius mundi. Secundò qualiter tradidit sibi summã potestatẽ sacerdotalem siue sacerdotium æternum. Tertiò qualiter tradidit sibi iudiciariam potestatem vniuersaliter super omnem creaturam. Quartò ostendit qualiter has tres prædictas dignitates meruit Christus propter suã passionẽ, & mortem, & obedientiã. Secundum erit ibi. Iuranit dominus. Tertiũ ibi, Dominus a dextris tuis. Quartum ibi. De torrente in via bibit. Quantum ergo ad primum dicit ꝓpheta Dauid. Sicut ego præuidi in spiritu punitionem, & damnationem quam incurrit populus iudaicus propter mortẽ, & passionẽ Christi, & ingratitudinem, & inuidiã quã cõmiserunt cõtra ipsum: ita pariter præuidit tres dignitates, & summas potestates, quas Xps adeptus est a patre in præmiũ, & stipendium suę mortis, & passionis, & humilitatis, & obedientiæ. Nam primò præuidi in spũ qualiter dominus Deus pater omnipotens dixit domino meo Iesu Chro filio suo: sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, & subijciam tanquam scabellũ pedum tuorũ. In hac aũt prima particula sunt tria videnda. Nam primò videdum est quid est sedere, siue quomodo sedet filius ad dexteram patris, & quãdo pater dixit hoc filio Secundò quo, & quando pater posuit, & subiecit filio inimicos suos sub pedibus eius. Tertiò est videdum quo tempore ly donec. Nã si Christus sedet ad dexteram patris donec subijciantur sibi inimici sui: videtur, ꝙ post iudicium postquam subiecti fuerint oẽs inimici Christo, nõ amplius sedebit filius ad dexteram patris: quod est erroneum. Ad primum est dicendum secundùm Aug. ꝙ dicere Dei idẽ est quod facere, vel precipere. Nam Deus dicendo fecit omnia. Sed est aduertendũ, ꝙ Deus pater dupliciter locutus est. Vno modo ab æterno, & sic produxit filiũ suũ, & verbũ sibi cœquale, & cõsubstantiale. Et sic patrẽ loqui ad filiũ nihil aliud est nisi producere verbum sibi cœquale, & cõ

municare

B

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

municaret sibi totam suam substantiam, & essentiam, vt dictum est psalmo. 2. Alio modo Deus pater locutus est ex tempore: & sic produxit vniuersitatem creaturæ: quando dixit fiat lux, & facta est lux. Gen. 1. & Ioa. primo Omnia per ipsum verbū facta sunt. Et istud dicere est ad extra, & temporaliter. Tertiò modo multipliciter locutus est ad filium, s. quando vnixit ipsum personaliter verbo suo in die incarnationis. Nam licet talis vnio terminetur ad solam personam filij: tamen tota trinitas operata est efficienter totū illud mysteriū incarnationis. Et sic locutus est pater filio in baptismo, & in transfiguratione, cum dixit. Hic est filius meus dilectus, & ita locutus est etiam in die ascensionis: quādo assumpsit eū, & fecit ipsum sedere ad dexterā suā, & tradidit ipsi regnum, & imperium super omnes creaturas, & sic dicere Dei idem est quod facere. Secundò est notandū, q̄ sedere tripliciter sumit̄ in sacra scriptura. primo modo dicit positionem siue situm in loco, & sic conuenit soli animali. Secundò modo idē est quod à labore quiescere. Tertiò modo idē est q̄ residere siue possidere: vt cum dicimus, q̄ rex residet siue sedet in regno, idest possidet ipsum, & potitur, & dominatur ei. Secundo ergo, & tertio modo Christus sedit à dextris patris in die ascensionis siue resurrectionis: scilicet quando quieuit ab omni labore passionis, & amplius non passus est, nec mortuus, nec mors illi vltra dominabitur: secundò quia residet, & potitur potioribus bonis patris, & possidet illa potiora bona. Tertiò est notandum, q̄ dextrum quatuor modis sumitur in sacra scriptura. Vno modo dicit positionem in loco siue differentiam positionis. cuius oppositum est sinistrum, & sic solis rebus corporeis conuenit. Secundò modo dicit equalitatem in essentia, & potentia. Tertiò dicit principium vnde motus: siue mediāte quo quis immediatè operatur. Et sic dicit Aristoteles primo cœli, quòd oriens est dextrum mundi: eò quòd inde incipit omnis primus motus. & sic dicit etiam in libro de motu animaliū, q̄ quodlibet animal habet dexterā vnde incipit operari, & cum qua immediate operatur. Quartò modo dicitur dextrū omnis prosperitas, & aduersitas dicitur sinistrum. Et sic potiora bona dicuntur etiā dextera patris. Primo modo filius non sedet à dextris patris: quia Deus pater cum sit simplicissima substantia, & incorporea, nec habet dextrum nec sinistrum. Secundò modo filius sedet à dextris patris secundum deitatem: quia est sibi coæqualis in essentia, & potentia, & sic non conuenit humanitati. Tertiò modo filius sedet à dextris patris. primo secundum deitatem: quia Christus est verbū patris per quod fecit omnia: quia pater dixit omnia verbo suo, & sic omnia facta sunt per ipsum verbum: vt dictum est psal. 2. Secundò sedet inquantùm homo. Nam sicut per ipsum inquantùm Deus creauit, & regenerauit nos de gratia. ad Corinth. 1. cap. quia nulla gratia potest homini conferri nisi per Xm mediatorem Dei, & hominum: in cuius fide, & gratia saluati sunt omnes fideles vtriusq; testa. ideo ratione vtriusq; naturæ Christus dicitur dexterā Dei patris, & virtus. Sed inquātùm homo dicitur mediator, & dexterā patris per quā pater operatur. Et quo pater, q̄ vt sic non solum sedet à dextris patris, sed etiam est dextera patris. Quartò modo Christus sedes à dextris patris inquantùm homo: quia residet in potioribus bonis patris, & potitur eis, & possidet ea in summo gradu post patrē. Et notanter dicit, Sede à dextris meis, & non ad dexteram meam: quia potiora bona patris, in quibus residet filius: dicitur multa. s. summū regnum, & imperium, siue summa regia, & imperialis potestas super omnes creaturas. secundò summum, & æternum iudicium. tertiò vniuersalis iudiciaria potestas, & distributio præmiorum. quartò eadem adoratio, & veneratio simul cum vero. Hæc quatuor sunt illa dextera, & prospera, & potentiora bona Dei patris: in quibus sedet, & residet filius etiam inquātùm homo: quæ quidem bona pater soli homini Christo tradidit. Deridenda est ergo cauillatio Porphirij: qui dicebat. quòd si filius sedet à dextris patris; ergo sequitur, quòd pater sedet ad sinistram. Ad quem respondetur: quòd dextera patris, in qua sedet Christus: non dicit differentiam positionis in loco: sed dicit potiora bona: quæ pater potest communicare creaturæ alicui. Per hoc etiam respondetur ad Arrium: qui dicit, quòd si filius est subiectus patri per omnia: vt ait apostolus: ergo quomodo sedet à dextris eius? Respondetur, quòd quilibet filius primogenitus siue vnigenitus patri subiectus est subiectus patri: tamen cum hoc sedet in potioribus bonis, & in summa potestate, & honore post patrem respectu omnium

nium famulorum, & seruorū domus. Et isto mō primogenitus cuiuscūq; regis sedet a dextris patris in ipso viuēte. Sic ergo Christus licet inquantum homo sit patri subiectus: tñ dr̄ sedere a dextris respectu oīum creaturarum in quatuor supradictis potioribus bonis. Sed propter hoc Christus vt homo non fit æqualis patri per oīa, quia vt sic non est sibi tradita ptās creatiua inquantum homo, qua ptāte Deus potest creare multos mundos: quia alia est ptās creatiua, alia gubernatiua. Nam ptās gubernatiua, & imperialis potest cōicari alicui creaturæ verbo vnitæ: sed forsan hoc repugnat ptāti creatiuæ: sed hoc relinquatur determinationi ecclesiæ. Sed hoc est certum, q̄ Christus inquantum homo habet ptātem gubernatiuam, & regnum & imperium super oēs angelos, & homines, & demones. Et per hoc dr̄ sedere ad dextram patris. Habet et hoc humanitas Christi, quia simul adoratur, & veneratur cum verbo ab angelis, & beatis: cum quo verbo facit vnam personam, vt patet Apoc. 5. & 7. vbi Io. vidit 24. seniores, & turbam magnam, & oēs angelos procidentes, & adorantes Christum ad dextrā patris, & dicentes. Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & honorem, & gloriam, & benedictio nem, & oēm creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari. Ex quibus patet, q̄ humanitas Christi siue Christus inquantum homo simul cum patre, & spiritu sancto adoratur, & glorificatur, & regit, & gubernat oēm creaturam: licet quantū ad humanitatem semper sit minor patre. Sed respectu oīum aliarum creaturarum simul cū patre, & spū sancto dr̄ rex & deus, & gubernator, & super oēs, & ab oībus habet gloriam, & honorem, & cultum, & latriam adorationem. Et hoc est sedere ad dextrā patris. Sed si quæritur qñ homo Christus hoc habuit a patre: Dicendum, quod habuit realiter in die incarnationis ex persona vnione. Nam semper sedit in potioribus bonis gloriæ, & fruitionis, & semper fuit adoratus ab angelis simul cum verbo, sed effectiuè, & ostensiuè hoc adeptus est in die ascensionis suis. Et ideo cum ascendit in cœlum, dixit discipulis suis. Data est mihi ptās in cœlo, & in terra: ergo non solummodo de die ascensionis; sed et de die incarnationis potest intelligi de Christo hoie hoc, quod dicit Propheta Dauid. Dixit dñs domino meo, sede a dextris meis. i. accipere ptātem gubernatiuam, & regnum, & imperium super omnes creaturas, & gloriam, & honorem, & latriā, & summam fruitionem, & gloriam. Sed hoc non fuit manifestum, nisi post resurrectionē in die ascensionis, vt magis patebit. Nam duplicitèr debetur Christo homini talis sessio. Vno modo inquantum filius naturalis rōne vnionis verbi. Alio modo ex merito suæ passionis. Primo modo accepit talem ptātem, & incepit sedere a dextris patris in die incarnationis. Secundo modo in die ascensionis, vt magis patebit. Ad secundum dicendum, q̄ multipliciter pater posuit, & subiecit inimicos Christi sub pedibus eius. & hoc a principio suæ incarnationis, & natiuitatis. Nam illico in natiuitate sua corruerunt multa idola in Aegypto, & vlularunt idola apud Getas, & Massagetas, & dederunt responsa dicentia vniuersalem dñm, & regem esse natum: imò Nilus Aegypti diuisus est per quatuordecim alueos, quorū septem diffusi sunt per totam Aegyptum, & intrauerunt per septem ostia in mare mediterraneum, & alij septem intrauerunt mare rubrum vsq; in hodiernum diem. Et hoc accidit tpe Octauiani, quando Christus natus est, vt ait Strabo in libro de situ orbis. Hoc idem dicit Virgil. in 6. cum dicit. Huius in aduentu iam nūc, & Caspia regna, Responsis horrent diuum, & mœotica tellus. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Hoc idem patet per totum discursum euangelicum, vbi demonstratur, q̄ non solum venti, & mare obedierūt Christo, sed etiā demones fuerunt ipsi subiecti, quos eiecit de corporibus obsessis, & multos eorū misit in porcos, qui se in mare præcipitauerunt. Similiter Christus subiecit demones inimicos suos, quando descendit ad inferos, & ibi sedit tanquam iudex circiter xl. horas, & condemnauit, & ligauit diabolum vsque ad iudicium, & expoliauit lymbum, & purgatorium. & inde traxit sanctos patres, & omnes qui vixerant in fide Christi sub vet. test. vsq; ad illam diem. Item postea subiecit inimicos suos demones, cum penitus eiecit eos ab idolis de mundo, & destruxit omnia nomina idolorum, nec nominantur vltra. Item subiecit sub pedibus suis omnes inimicos suos Indæos, quando abstulit eis hostiam, & sacrificium, & sacerdotium, & eos per Titum, & Romanos destruxit, & captiuauit, & dispersit, & in seruitutem sub

Christianis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christianis, & sarracenis redegit. Itē subiecit sibi oēs inimicos gētiles: quosdam puniēdo, & quosdā ad fidem suā conuertendo. Nam totus populus Christianus p maiori parte, qui hodie est sub iugo Christi: descendit de populo gētili: super quē populū Christus sedet tanquā supra scabellū. cæteros aūt conculcat sub pedibus suis, puniendo pena tpali, & æterna. Sed hoc magis apparebit in die iudicij, qñ destinabit oēs dānatos cū diabolo & angelis eius ad pēnā æternam: iustos autē secū assumet ad felicitatem perpetuam. Tūc ergo perfectē erit completa ista prophetia: s. Donec ponā inimicos tuos. vt ait Apostol. 1. ad Cor. 15. Qui dicit. Deinde finis, cū tradiderit regnū Deo & patri cū euacuauerit oēm principatum, & pātem, & virtutes: oportet aūt illum regnare, donec ponat oēs inimicos suos sub pedibus eius. nouissimē aūt inimica
B destruetur mors. Sed est aduertendum, q̄ qñ dicimus, q̄ Christus inquātum homo sedet a dextris patris in illis quatuor priorib. bonis: non est dicendū, q̄ ly inquantum replicet rōnem formalem humanitatis: quia hoc non conuenit Christo ex principijs formalibus humanitatis: quia sic cuilibet homini cō ueniret. Sed ly inquantum replicat materialiter ipsam humanitatem Christi tōne vnionis verbi, & filiationis naturalis, quam accepit in incarnatione. Et rōne passionis quām ex obedientia patris accepit, & ex charitate suorum membrorum. Quasi dicat, q̄ Christus ē q̄ homo, qui est vnitus verbo, & filius naturalis Dei patris, sedet a dextris eius. Ad tertium dr, q̄ istud aduerbiū donec, & istud aduerbium vsque, tripliciter sumuntur in
D sacra scriptura. Primo modo præcisiuē, & determinatiuē. Et sic sumitur Genes. 49. cū dr. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Quasi dicat, quòd post aduentum Christi non erit rex temporalis de tribu Iuda. Item eodem modo dicimus, q̄ mulier est alligata coniugio, donec vir moriatur. & sancti patres fuerunt in lymbo, donec Christus venit. Et eodem modo sumitur illud Apost. ad Gal. 4. Quantu tempore hæres paruulus est, sub tutoribus, & actoribus est vsq; ad præfinitum tempus a patre i. donec emancipetur, & donec sit finitum tempus, pr̄ submisit ipsum tutoribus: quasi dicat, q̄ post tale tempus statutum nō amplius est sub tutoribus. Secūdo modo sumitur donec, & tenetur absolutē, & indeterminatē. Et sic sumitur Psal. 124. cum dicitur: Oculi nostri ad dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. quia non sequitur, q̄ postquam Deus misertus fuerit nostri nō amplius habeamus oculos ad Deum. Item eodem modo indeterminatē, & absolutē sumitur hoc aduerbium donec. Matth. 1. cum dicitur: Ioseph non cognoscebat virginem, donec peperit filium suum primogenitum. Et eodem modo sumitur hic, donec ponā hoc psalmo indeterminatē, & absolutē: quia non sequitur, q̄ postquam pater subiecerit filio omnes inimicos suos, quin filius sedeat a dextris patris. Tertiò sumitur, donec finitur, & æternaliter. & sic sumitur Psal. 71. cum dicitur. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Sed quia luna nunquam auferetur, nec annihilabitur: ideo pax Christi nunquam cessabit: sed erit in æternum. Item eodem modo sumitur ly donec, Matt. 18. cum dicitur, q̄ rex tus dominus tradidit illum seruum nequam & ingrātum tortoribus, donec redderet debitum. Sed quia nullus potest reddere debitum in inferno: ergo in æternum cruciabitur. Eodem ergo etiam modo potest sumi hic ly donec. cum dicitur, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: Donec ponā inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Id est ponitur pro quandiu. i. quandiu ponam inimicos tuos. q.d. q̄ in æternum subijciam tibi inimicos tuos: quia in æternum erunt tibi subiecti in inferno damnati. ergo in æterno sedebis a dextris meis. Et sic patet veritas sententiæ huius versiculi.

Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum.

Hic ostendit propheta vbi, & qñ incepit manifestari executio, & ptās regni Christi. Et demonstrat, q̄ hæc ptās incepit in Hierusalem in monte Sion: quando misit spiritum sanctum in discipulos. Nam tunc dedit eis septem dona: puta donum sapientiæ, & intellectus ad intelligendas scripturas: & spiritum consilij, & fortitudinis ad perfectionandas, & scientiæ, & pietatis, & aliarum gratiarum ad miracula faciendas, & alias vires Christi exercendas. Item in die ascensionis dedit eis ptātem calcandi super scorpiones. sed in die pentecostes habuerunt executionem. Ideo dicit Dauid. Dominus potestatem, & dona gratiarum, quā Apostoli susce-

A cerunt virtutes: & hoc mittet ex Syon in die pentecostes. Et ideo postquā habes ptātem, & cōmissi tibi cā apostolis: dñare in medio inimicorum tuorū: & subiuga inimicos. i. subiugabis oēs inimicos, & eis dominaberis: quoslā ad fidē conuertendo: & quosdam. s. Iudæos principibus mundi tpaliter subiiciendo: & quosdam. s. oēs infideles obstinatos, ad æternam mortem cōdemnando. Vnde aduertendum, q̄ notanter propheta ponit in hoc loco virgā pro ptāte. Vnde quadruplex memoratur potestas in sacra scriptura. s. regia: & sacerdotalis, & doctrinalis, & virtutis. s. miracula faciendi. Sed vnaquæq; istarum ptātum denotatur & figuratur per virgam. Nam de ptāte regia dicitur Genes. 44. Non auferetur sceptrum de Iuda. Ideo reges, & reguli sine virga de Iuda. Ideo reges, & re-
B gij officiales semper portant virgam in manibus, & regiminis. De virga aūt sacerdotali habetur Num. 17. quando data est virga ipsi Aaron. Et ideo Episcopus portat virgam pastoralem in manu in signū regiminis spiritualis. Tertio modo magister scholarum, qui docet, tenet virgam siue ferulam in manu in signum doctrinæ. De quarta autem virga virtutis habetur Exo. 2. quam Deus dedit Moysi. cum qua fecit oia miracula. vt patet per totum discursum. Exod. Est ergo quadruplex virga potestatiua. s. regia, sacerdalis, & doctrinæ, & virtutis faciendi miracula. Hanc ergo quadruplicem virgam tradidit Deus pater ipsi Christi filio suo inquā tum homo: & ipse Christus tradidit eam discipulis suis in die pentecostes. Et etiam in
C die ascensionis, quando misit eos per totum orbem. cum qua virga apostoli subiecerunt Christo omnes inimicos suos. Nam sicut virga Moysi fuit dicta virga virtutis: eò q̄ cum ea faciebat miracula secundum virtutem a domino illi virgæ collatam: ita etiam lex euangelica dicitur virga virtutis, continens illas quatuor potestates supradictas: cum qua apostoli miracula faciebant. Quā virgam emisit dominus ex Sion. Nam quādo illas quatuor potestates dedit Christus apostolis suis in monte Sion. Nam in illa eadem domo, in qua Dauid fecit istum psalmum, & omnes alios, quæ erat sita in mōte Sion. sicut postea cœnaculū, in quo Christus fecit cœnam cum discipulis suis in die iouis sancto: & eodem instituit sacramentum altaris, & dedit potestatē apostolis conficiendi
D hoc sacramentum, cum dixit. Sumite & diuidite inter vos. hoc quotiescunque feceritis &c. Item in eodem loco in die paschæ in sero. dixit in medio apostolorum post resurrectionē: & aperuit eis sensum, & scripturas. vt patet Lucæ vlt. Item in eodem loco in die octauo post pascha dedit potestatem apostolis remittendi, & retinendi peccata. vt patet Io. 20 quando insufflauit in discipulos suos dicens. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. Item in eodem loco in die pentecostes misit spiritum sanctum in discipulos: vbi receperūnt omnia dona gratiarum, & intelligentiā scripturarū: & genera linguarū. vt patet Act. 1. Ideo illicò beatus Petrus cepit facere miracula simul cum cæteris apostolis: intantùm, q̄ illa die conuersa sunt quatuor millia hominum. & sic apostoli dispersi sunt p vniuersum mū E
dum: & conuerterunt totum populum gentilē. Ex quo patet, q̄ virga virtutis Christi & potestas incepit & egressa est de Syon. Et sic dilatata est per vniuersum mundum sicut dictum est psal. 48. & 50. Quia de Syon exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem Esa. 2. Ideo dicit hic propheta. O Christe dominus pater simul tecum emittet virgam virtutis. s. legis euangelicæ, ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

Sed ne quis putaret Christū ex tēpore tali ter incepisse: & velut filium adoptiuum, & non naturalem regnum à patre accepisse: iō hoc remouet Dauid ostēdens Christū esse verū filiū Dei patris naturalē, & æternum, & F
per consequens iure hæreditario regnū æternū, & supradictā potestatē à patre accepisse. Nam licet sit temporalis secundum humanitatē: tñ est æternus secundū diuinitatē. Et etiam licet sit verus homo ex matre secūdum carnē: tñ est verus Deus secundū diuinitatē. Et quia verbum accepit illam humanitatem in vnitatem personæ: ideo Christus Deus, & homo est vna persona, & non pluras, & sic est vnus filius naturalis Dei patris. Nec etiam in quantum homo habet alium patrē nisi Deū. Et sic iure hæreditario debetur ipsi regnum mundi. Nam sicut simul cum verbo adoratē & glorificatur: veneratur ita simul cum verbo omnia regit, & gubernat: eo modo quo supradictum est, Et hoc habuit humanitas

Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christi a principio suæ vnionis, vt dictũ fuit. Sed magis ostensum est, & demõstratum, & manifestatum in die ascensionis, vt supra dictum fuit. Et hoc est, quod intẽdit dicere, cũ ait. Tecũ principiũ in die virtutis tuæ. Vnde per principiũ intelligit verbũ, quod est principium formale oĩum creaturarũ: ad cuius exemplar facta sunt oĩa: & per quod verbũ Deus dixit oĩa creata ad extra, vt ait Augus. Hoc principium semper fuit vnitũ cũ humanitate Christi a primo instanti suæ incarnationis, a quo incepit dies virtutis: maximè tempus peregrinationis Christi in hac vita, dũ fuit viator, quasi dies militiæ, & certaminis, & triumphi, & laboris. Nam Christus a primò instanti suæ incarnationis illicò incepit operari nostrã redemptionem. Nã statim mouit virginem Mariã matrem suam, vt iret B ad visitandum Helisabeth: & ẽt ex vtero virgineo sanctificauit Ioannem Baptistam, vt esset præcursor. Et ẽt in die natiuitatis suæ operatus est ineffabiles virtutes: quia apparuit noua stella in oriente quæ duxit Magos ad præsepe: & multitudo cœlestis exercitus cantauit: Gloria in excelsis Deo. Et illa die fuerunt facta miracula per diuersas partes orbis terrarum: quia oẽs creaturæ dederunt signum eius natiuitatis. Et multas alias virtutes operatus est Christus vsque ad xxx. annum, quas scriptura tacet. Sed omnes euangelistæ inceperunt narrare virtutes, & miracula Christi a suo baptismo. Et sic in illis tribus annis operatus est tot virtutes, & miracula: quæ si omnia scriberentur mundus non posset capere, qui scribendi sunt libros. vt patet C Ioa. vlt. Sed maximè fuit dies virtutis Christi, dies passionis, & resurrectiõis suę. qũ triũphauit de diabolo, & expoliauit infernum. Sed dies splendoris sui, & sanctorũ fuit totũ tempus post resurrectionem. Dicit ergo pater ad filium: O Christe non sine causa debetur tibi regnum mundi ẽt secundum humanitatem rõne vnionis personalis verbi. Nam principium exemplare oĩum creaturarum: s. verbum æternum, per quod facta sunt oĩa, fuit semper tecũ personaliter vnitum in die: imò a die tuæ virtutis. i. tuæ incarnationis: & in toto die tui certaminis, & militię: & in die tui triumphi, in quo die operatus es virtutes & miracula, & vicisti diabolum, & abstulisti ipsi prædam. Et non solummõ fuit tecũ principium in die virtutis, & laboris mortalis vitæ: sed ẽt fuit semper tecũ in splendoribus sanctorum. i. in toto tpe post resurrectionẽ, cum accepisti gloriam, & splẽdorem pro te, & sanctis tuis. Nam humanitas tua splendet in cælo oĩbus sanctis, & beatis plusquam sol. Cuius plendor nunquam cognoscet occasum Apocal. vlt. Ex quo patet, q verbum postquam semel assumpsit humanitatẽ non quam dimisit. Nam semper fuit vnitum in toto die virtutis ante resurrectionem, licet anima fuerit separata a corpore: & semper fuit unitum post resurrectionem sicut ante: & semper fuit vna persona cũ verbo: & per consequens filius Dei. Vtrum aũt Christus in triduo fuerit homo vel non, alibi disputabitur: quia non est præsentis speculationis. Sufficit, q Christus semper fuit filius naturalis Dei. Et sic iure hæreditario meruit regnũ super oẽs creaturas tãquam filius naturalis. Et ideo vt probaret hanc naturalitatem, sub dit. Ante luciferum genui te. Quasi dicat: O Christe licet sis homo: tñ es Deus a principio tuæ incarnationis. Nam verbum semper fuit tecũ personaliter vnitum ante, & post resurrectionem. Et sic es filius meus naturalis, & æternus ratione verbi consubstantialis secundum diuinitatem: quia ex vtero. i. ex substantia mea genui te ante luciferum. i. ante te omnem creaturam, & ante solem, & lunã, & stellas. Nam nihil præcedit luciferum. s. lem nisi sola æternitas. Vnde est aduertendum, q secundum cõem opinionem doctorum, qui ponunt successionem temporalem in diebus creationis non valeret ista consequentia, Christus fuit genus ante luciferum siue ante solẽ. ergo Christus est æternus, eò q sol fuit creatus in 4. die. Sed bene valet cũ sequentia apud Aug. qui ponit oĩa esse simul creata, & distincta secundum suas species, & formas, referendo illos dies ad successionem naturę, & cognitionem angelorũ. Et sic ante luciferũ nihil fuit nisi æternitas. Etiã per ly ante luciferum potest intelligi natura angelica, quæ in prima die ponitur certa sub mine lucis. De qua dicit Deus. Fiat lux. & facta est lux. Et tunc bene valet consequentia, quòd verbum æternum, siue filius Dei est genitus ante luciferum. i. ante naturam angẽlicam, quæ primò fuit creata, est æternus, & genitus de vtero. i. de tota substãtia patris, quia pater se totum dixit. i. de tota sua substantia dixit verbum. Et sic de tota substantia filium sibi æqualem genuit, quia tota, & eandem essentiam cõmunicauit, vt ait Aug. 15. de

A 15. de trinitate. Et nota, q notanter ait, pphe
ta, Ex vtero ante &c. Nam per vterum intelligit memoriam fœcundam patris, ex qua verbum generatur substantialiter: quæ quidem memoria paterna similitudinarie: & metaphoricè dicit vterus siue matrix. Nã sicut ex matrice fœcunda mulieris siue ex fœcundita te matricis generatur fœtus: ita per quandã similitudinem ex memoria fœcunda patris diuinitatis generatur verbum. Et sic dicit Augustinus, q pater dicit verbum de tota sua memoria fœcunda siue facunda. Hoc est ergo quod dicit hic: ex vtero. i. ex memoria fœcunda, & B de tota substantia mea ante luciferum. i. ab æterno genui te. Et ideo vbi nos habemus. Ex vtero ante luciferum genui te: quædã litera hebraica habet. De matrice auroræ tibi roris natiuitatis tuæ. Quæ litera ad eandẽ sententiam deducitur. Tota ergo sententia siue coniunctio huius versus stat in hoc: quia dicit pater ad filium. O Christe dominare in medio inimicorum tuorum: quia tibi debetur summa regia potestas iure hæreditario: eò q tu es filius meus naturalis non solum in quãtum Deus, sed etiam inquantùm homo. Nam inquantùm homo principium. i. verbũ est personaliter vnitum in die virtutis. i. peregrinationis, & laboris, & certaminis, & militiæ, & triũphi. Cã die incarnationis vsque ad diem passionis inclusiue. Et etiam tecum est principium in splendoribus sanctorum. i. in die tuæ gloriosæ splendoris sanctorum, qui incepit a tua resurrectione, & durabit in eternum. Et sic etiam inquantũ homo tu es filius meus naturalis ratione verbi vniti. Secundò tu es filius meus naturalis inquantũ Deus: C quia ex vtero. i. de tota memoria mea fœcunda, & substantia ante luciferum. i. ab æterno genui te. Ex quo pater, q iure hæreditario ri be debetur sedere ad dexteram meam: & do minari in medio inimicorum tuorum, & possidere regnum, & imperiũ super omnes creaturas: vt dictũ est. Quasi dicat pater: O Christe sede à dextris meis: & dominare in medio inimicorum tuorum: quia tu es filius meus naturalis. Nam inquantùm Deus ego te genui ante luciferum ex vtero. i. ex memoria mea fœcunda, i. de tota substantia mea. Sed inquantùm homo ego te genui post luciferum ex vtero virginali opere spiritus sancti. Sed contra hoc arguitur, & videtur, q Christus inquãtùm homo non sit filius naturalis Dei patris. Nam dicit Galenus, q solus ille est pater naturalis, qui generat filium de sub D stantia sua, cuius semen concurrit etiam materialiter ad fœtum, sed Deus pater non genuit Christum secũdum, q homo de sua substantia: ergo non est eius pater naturalis. Itẽ Augustinus dicit super Ioannem, q duas legimus Christi natiuitates. Vnam in cœlo sine matre, & aliam in terris sine patre: ergo Christus, vt homo nullũ habet patrem naturalẽ. Ad hoc respondetur, q si volumus sequi viã Arist. 16. de animalibus, & aliorum philosophorum, qui dicunt, q pater naturalis nõ cõcurrit nisi actiuè ad generationem fœtus inquantum spiritus prolificus siue virtus generatiua conseruata in semine tantùm formet fœtum in matrice mulieris ex menstruo: Et sic nullam substantiam communicat pater filio, nisi inquantũ se habet actiuè ad formationem fœtus mediante spiritu prolifico siue E generatiuo: Tũc absque præiudicio fidei possemus dicere, quòd Deus est pater naturalis Christi, etiam quò ad humanitatem: quia ille est pater naturalis, cuius virtus format fœtum in matrice. Sed spiritus sanctus, qui est virtus patris ex puris sanguinibus formauit corpus Christi in vtero virginali: ergo Christus est filius naturalis Dei patris. Maior etiã patet ex sẽtẽtia philosophi. Minor etiã patet ex articulo fidei. Et etiam patet Lucæ primo Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Sed quia ex hoc modo dicendi possent fieri complures cauillationes, quia per eandem rationem Christus, vt homo posset dici filius verbi eo, quòd spiritus sanctus, qui formauit corpus Christi in vtero virginis, procedit tàm à verbo quàm à patre, & est virtus vtriusque. Item quia tota trinitas creauit animam Christi: ideo secundum creationem Christus posset etiam dici F filius trinitatis: sicut Adam dicitur filius Dei. Lucæ. 3. &c. Ideo ad remouendam omnẽ cauillationem arguendi: & ad vitandum omne scãdalũ: melius est, quod recurramus ad personam. Nam Christus inquantùm homo nullam habet propriam personalitatem: nisi solam personalitatem verbi: in qua subsistit. Nam sicut pater communicat verbo essentiã non communicando personam: ita per oppositum verbum communicat illi humanitati eandem personalitatem non cõmunicando naturam: quia vtraque natura manet integra in sua essentia sub vna, & eadem persona litatę. Et sic manet vna sola persona, quæ dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur Christus habens duas naturas essentialiter distinctas. Et sic verbum communicando humanitati personalitatem cõmunicat etiã filiationem. Et sic Christus homo dicitur filius naturalis Dei patris, quia in Christo sicut nõ est nisi vna persona, & vnum esse: ita nõ est nisi vna filiatio. Et sic non est nisi vnus solus filius naturalis Deus homo. cui ,ppter filiationem naturalem debetur regnũ mundi iure hæreditario. vt dictum est. Tunc ad argumentum Galeni negatur eius propositũ: quia nõ tenetur eius opinio apud philosophos. Ad secundũ dicitur, q̃ Augu. non negat q̃ Christus non habet patrem naturalem in cœlis: etiam quò ad secundam generationem. Sed dicit q̃ non habet patrem carnalem in terris. Et sic concluditur sine hæsitatione cæteris dimissis, q̃ homo Christus est filius naturalis Dei patris genitus ante luciferum secundum diuinitatem, & genitus post luciferum secundum humanitatem. Et ly In die virtutis tuæ, refertur ad totum tempus peregrinationis Christi ab incarnatione vsq; ad passionem in cluiuè. & ly In splendoribus sanctorum, refertur ad totam durationem post resurrectionem Christi. Sed ly ante luciferum genui te. refertur ad æternitatem, in qua Christus genitus est quò ad diuinitatem. Est ergo Christus genitus ante luciferum ex vtero patris, & post luciferum ex vtero matris opere spiritus sancti, qui est virtus altissimi. Et nota q̃ istum supradictum versum multi multipliciter exponunt. Nam quidam illud principiũ referũt ad patrem, vt dicat pater ad filiũ. Ego sum tecum vnum, & idem principium producendi spiritum sanctum in die virtutis tuę. i. in tota æternitate, cuius splendoré sancti participant. Et etiam sum principium tecũ: quia produxi te. Et sic sum tecum sicut principiũ dicés in verbo dicto, & producto. Et tu es me cum tanquã verbum in dicente: & hoc ab æterno: quia ante luciferum genui te. Item etiã alij dicunt. Ego pater sum tecum ò fili simul cum spiritu sancto vnum principi ũm producendi creaturam in die virtutis tuæ, idest in die creationis, in quo virtute tua facta sũt omnia. Sed aliter terminatur, & cõtinuatur litera secundũm Cassiodorum, qui cõtinuat vnam sententiam ab illo loco: Virgã virtutis tuæ: vsque ly In splendoribus sanctorum inclusiuè. Vnde dicit Dauid: O Christe ipse dominus pater emittet virgam virtutis tuæ. s. legem, & potestatem euangelicam ex Sion. Et ideo dominare. Vnde ipse pater est tecum vnum principium mittendi spiritum sanctum in die virtutis tuæ. s. in die penteco. i. in splendoribus sanctorũ qñ splendor igneus venit sup̃ sanctos apostolos. Nam illa die simul cũ patre misisti virtutem super eos. quæ dies dicitur splendor sanctorũ: eò q̃ fuerunt illuminati, & omnibus virtutibus, & donis refecti. Et ideo vt pater ostendat filium esse æternũ secundũm diuinitatem subdit. Ex vtero ante luciferum genui te. Vnde est aduertendũ: q̃ Hebræus, & translatio Hieronymini aliter habẽt literã huius versiculi. Nam vbi 70. habent, Tecum principium &c. Hebræi habent, Populi tui principes in die virtutis tuæ in decore sanctio de matrice auroræ tibi ros adolescentiæ tuæ. Et tunc sm hãc literam mutare tur sententia. Nam prima pars huius versiculi videtur esse sequela ad versum, & sententiã præcedentem. Nam dictum est supra. Virgã virtutis tuæ. i. potestatem emittet tibi dominus ex Sion. i. scriptum sanctum in discipulos mittendo in die penteco. Ideo dominare in medio &c. Et sequitur secũdùm hanc literã, Populi tui principes, ideſt apostoli facti sunt principes super omnem terram, & hoc in die virtutis tuæ, s. in die penteco. quando missi sunt eis dona gratiarum, & virtutũ in decore sancto: quando omnes apostoli, & discipuli sunt sanctificati, & decorati, & ornati lumine spiritus sancti, & oĩs generis gratiarum &c. Quod autem sequitur, De matrice auroræ tibi ros adolescẽtiæ tuę: videtur pertinere ad generationem Christi temporalem de virgine Maria sine patre ex solo opere spiritus sancti. Quasi dicat: O Christe generatio tua est mirabilis. Nã ros adolescẽtiæ tuæ, & formatę tuę infantię. i. corporis tui & infantiæ fuit de matrice auroræ, ideſt virginis Mariæ sine semine viri. Nã sicut ros matutinus generatur ex aurora siue in aurora ex simuno cœlo: ita tu processisti ex vtero virginis tanq̃ sol ex aurora & tanq̃ ros in aurora ex solo cęlo, & per cõsequens es genitus de matre sine patre carnali solo opere spiritus sancti. Et huic sententiæ concordat Rabi Barachias super illud Tren. vltimo. Pupilli facti sumus absq; patre. Vnde dicit. Deus sanctus, & benedictus ait. Vos dixistis pupilli facti sumus absq; patre. Et ego dico vobis. q̃ redemptor, quem ego ipse scitabo vobis, sine patre erit sicut scriptũ est psal. 109. De matrice auroræ tibi ros adolescentiæ tuæ. Sed secundùm hanc literam, & sententiam

sententiam versus iste non videtur pertinere ad æternã generationem nec ad equalitatem patris ad filium, sed ad generationem temporalem, & humanam Christi ex matre sine patre. Est tamen verum, q̃ vtrobiq; memorant miraculum in generatione Christi. Sed maio ra sacramenta videtur continere translatio nostra, ideſt ipsorum septuaginta: cui magis credendum est eò q̃ est sine suspitione, ideo ecclesia non vult cantare translationem psal terij quam Hieronymus transtulit immediate ex Hebræo: eò q̃ litera iam erat punctuata, & ad eorum intentum interprerata per appositionem punctorum: vt dictũ fuit in principio. Et ideo in talibus passibus est cauenda calumnia Hebræorũ, nec est eis danda fides vt dictum est. Et ideo ex supradictis duabus primis expositionibus possumus eligere quã volumus. Sed prima videtur mihi magis profunda, & conuenies: quia nihil aliud vult ostendere propheta hoc versiculo nisi q̃ regnũ mundi debetur Christo iure hæreditario: eò q̃ est filius naturalis Dei patris: qui se cundùm diuinitatem est genitus ante luciferum: & secundum humanitatem est genitus post luciferum ex tempore.

Iurauit dñs, & non pœnitebit eũ: tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech.

Hęc est secũda pars principalis, in qua propheta prædicit Christũ fore sacerdotẽ æternũ, quę est secunda dignitas quam Christus acquisiuit in præmium suæ passionis. Vnde est aduerrendum: q̃ ad hoc, q̃ Christus esset verus, & perfectus Messias in lege promissus, & oportebat, vt esset Deus, & hõ rex, & sacerdos. Homo vt posset pro nobis pati ad iustitiam complendam. Deus vt prævaleret aduersus diabolum, & preciũ esset validum, & infinitum. Rex vt haberet vniuersale dominiũ. Et sic oportuerit, vt esset filius Dei naturalis, & per consequens Deus. Itẽ vt esset vniuersalis iudex. Sacerdos, vt posset seipsum pro nobis in ara crucis offerre: & sacerdotium nouum instituere, & cęteris potestatem conferre. Et ideo verè fuit Christus figuratus per Melchisedech. Nã ille fuit figura Christi tripliciter. Primò in persona: quia sine patre, & sine matre, & genealogia: nec legit eius principium nec finis. Ita Christus est sine patre carnali in terris, & sine matre in cœlis, sicut dictũ est. Item sine principio quò ad diuinitatem, & sine fine quò ad humanitatem. Secundò fuit figura in officio, & dignitate. Nã fuit Melchisedech rex, & sacerdos: quia rex Salem, q̃ sacardos Dei altissimi, vt patet Gene. 14. & ad Heb. 7. Ita Christus rex, & sacerdos. Item Melchisedech interpretatur rex iustitiæ. Christus aũt est verus rex iustitiæ. Primò: quia in se oẽs nos iustificauit per mortẽ, & passionẽ: & pro omnibus soluit precium. Secũdò: q̃ à patre accepit oẽm potestatẽ iudicandi: & sic est verus rex iustitiæ. Item sicut Melchisedech fuit rex Salẽ: ita Christus fuit verus rex pacis. qui in suo sanguine omnia pacificauit, & nos patri reconciliauit. Tertiò fuit figura in actu, & oblatione siue in ordine oblationis: Nam sicut ille obtulit panem, & vinũ pro Abraam Deo altissimo: ita Christus instituit sacrificium eucaristiæ, in quo obtulit seipsum sub forma panis. & vini in memoriam suæ passionis: in qua passione obtulit seipsum in forma & carne humana in cruce. Instituit ergo hoc sacrificium, & sacramentum, vt offeramus ipsum sub forma panis, & vini in memoriã suæ passionis: in qua obtulit seipsum in forma, & carne humana in cruce. Sacerdotium ergo Christi non est secundũ ordinẽ Aarõ. qui offerebat oues, & boues, & vitulos, & arietes, & hircos &c. Dicit ergo Dauid ad Christum filium. Non solum eris rex, & Deus, & hõ: sed etiam eris sacerdos æternus, Nam ego vidi in spiritu qualiter dominus Deus pater iurauit, ideſt firmiter statuit, & non pœnitebit eum. i nunquàm retractauit nec reuocabit promissum, & decretum suum. statuit ergo sine retractatione, & reuocatione dicens tibi; Tu Christe es sacerdos in æternum non secũdùm ordinem Aaron, sed secũdùm ordinem Melchisedech offerẽs teipsum sacrificium sub forma panis, & vini.

In quibus verbis notantur quatuor conclusiones.

Prima, q̃ hęc promissio facta est cum iure iurando: per quod denotatur certitudo prophetiæ, & promissionis.

Secunda, q̃ lex Moysi, & sacerdotium ipsius Aaron, & per consequens sacramenta, & sacrificia veteris legis debebant cessare, & aliud sacrificium, & sacerdotium, & per consequens alia lex debebat succedere. Nam translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, ad Heb. 7.

Tertia conclusio, & sacrificium panis, & vini in lege nòua erat offerendum pro hoc q̃ ait. Secundum ordinem Melchisedech.

Quarta conclusio, q̃ lex, & sacerdotium

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christi est eternum, i quòd nulla alia lex, nec aliud sacrificium subsequetur, per hoc, quòd dicit Tu es sacerdos in æternum.

Vnde notãdum, ꝙ æternum triplicitet sumitur in scriptura. Primò inquantùm est sine termino, & sine fine, & successione: quia est tota simul, & perfecta possessio vitæ interminabilis: & sic soli Deo cõuenit: quia nihil est æternum nisi Deus. Secundò æternum idem est quod coæuum, dicens totam ætatem alicuius. Et sic dicimus, ꝙ vir est æternus vxori: quamdiu vixerit est alligatus vxori per totam ætatem, & vitam, & conuersõ. Et sic circuncisio fuit æterna legi, & pacto Abrahæ: quia quandiu durauit lex, & pactũ, & illa ætas, tãdiu perseuerauit circũcisio. s. vsque ad Christum, in quo terminauit illud pactum, & illa ætas. Tertiò modo dicitur æternũ, cui nullum aliud tale succedit. Et isto modo lex Moysi:
B aut circunsio non fuit æterna, quia alia lex successit, & aliud sacramentum. Sed isto modo lex euangelica, & sacerdotium Christi est æternum, quia nulla alia lex nec sacrificium succedit. Ideo ait Christus Mat 26. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testa. Si nouum, quomodo æternum dicitur? Nouum dicitur inquantùm successit veteri. Dicitur autem æternum inquantùm nullum aliud sibi succedet, sed solum præmiũ, & vera beatitudo, & ideo pater promittit filio suo Christo sacerdotium æternum sub iureiurando, & sine reuocatione: quasi promittens nullum aliud sacerdotium successurum. Ideo quando dedit sacerdotium Moysi ipsi Aaron. non dedit sub iureiurando. Nam licet filii Israel
C iurassent seruare legem, vt patet Deut. 27. tamen Deus nõ iurauit eius æternitatem legis, & sacerdotij, sicut hic promittit filio sacerdotium æternum, & legem sub iureiurando. Et nota, ꝙ Origenes putauit hũc Melchisedech fuisse angelum Dei, qui occurrit Abrahę. Sed Didymus, & Eusebius dicunt ipsum fuisse verum hominem Cananæum, & gentilium regẽ Salem qui obtulit panem, & vinũ pro Abraham & benedixit ei: quasi benedixisset Christum in lumbis Abrahę, licẽt nõ descenderet ab eo per naturalem generationem immediatè. Et per hoc datur intelligi, quod ordo sacerdotalis non incepit à Iudęis aut leuitis, sed à gentibus. s. ad Abel, & Enoch, & Noe, & Melchisedech, vt per hoc denotaretur, ꝙ omnes gentes erant venturę ad Christũ. Hoc idem dicit Hieronymus in epistola ad Euagrium de Melchisedech. Item templum Salo D
monis ædificatũ est in area Ornæ Gebuzei, quam emit Dauid, vt patet secundi regũ vltimo, & gentiles fuerunt latomi, & fabri, qui ædificauerunt templum: vt per hoc denotaretur, ꝙ ecclesia erat fundanda, & ampliãda in gentilibus, & per gentiles, qui erant possessuri terram viuentium. Item Iob fuit rex, & sacerdos, quia quotidie sacrificium offerebat pro filijs. Ex quo patet, quòd sacerdotiũ non incepit ab Aaron, sed ex gentibus. Et ita per gentiles ad fidem conuersos erat exercendũ, & continuandum: vt patet manifeste in effectu. Nota, quòd sacerdotium Christi dicitur æternum, & summum. Dicitur. n. æternũ propter causas iam dictas. Dicitur autem summum propter triplicem summã potestatem, quam Christus accepit à patre in sacerdotio. E
Nam primò habuit summã potestatẽ instituendi sacramenta nouę legis. Secundò habuit potestatem conferendi eis virtutem ex merito suæ passionis. Tertiò habuit potestatem committendi ministerium, & exercitium sacramentorum suis successoribus. Et sic dicitur summus sacerdos: Vno modo, quia primus obtulit sacrificium. Secundò, quia habuit triplicem supradictam potestatẽ, quam nullus habuit præter ipsum. Nam licèt papa & episcopus habeãt potestatẽ à Christo conferendi ordines, & cæteri sacerdores habeãt potestatem ministrandi sacramenta, tamen nec papa nec tota ecclesia habent potestatem instituendi sacramenta: nec conferendi eis gratiam, & virtutem nisi solus Christus qui F
est caput ecclesiæ. Et ideo propriè dicitur summus sacerdos, & æternus qui talem potestatem recipit à patre, vt dictum est. Tertiò dicitur summus sacerdos, quia solus ipse est mediator Dei, & hominum. Sed contra prædicta arguitur, quia videtur, quòd nusquam in tota sacra scriptura ve. rest. recipitur, quòd Deus pater iurauerit, nec sub iure iurando promiserit Messiæ in lege promisso, quòd esset futurus sacerdos secundũ ordinem Melchisedech, prout supra expositũ est. Ad hoc respondetur, quod talis pentio est superflua cum manifestè probatum fuerit in principio Dauid fuisse verum, & eximium ꝓpheratã: cui Deus locutus est, & factæ fuerũt ipsi multę reuelationes de regno, & sacerdotio Christi, vt ipsemet Dauid dicit secundi Reg. vige simotertio: vbi dicit. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob egregius psal-

A tes Israel. Spiritus domini locutus est ꝑ me: & sermo eius per linguã meã: Deus Israel mihi locutus est. Sicut lux auroræ oriente sole mane absq; nubibus rutilat. Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactũ æternum mirabile firmum in omnibus atq; munitũ. Ex tota ista scriptura patet qualiter Deus cũ pacto æterno locutus est clare, & manifestè de Christo in lege promisso, & de regno eius, & potestate ipsi Dauid. Et sic nõ oportet, ꝙ quæramus, ꝙ Dauid hoc prænouit in spiritu per spiritualem reuelationem. Sed licet hoc sufficiat ad respondendum cuiq; quærenti: tamẽ adhuc possumus assignare locum in sacra scriptura: vbi Deus fecit supradictũ iusiurandũ de æterno sacerdotio Christi. Ad cuius intelligentiam est notandum ꝙ iusiurandum Dei
B in sacra scriptura sumitur pro immobilitate, & certitudine propositi Dei. Sed quicquid Deus proposuit in veteri testamẽto sub aliqua figura, proposuit immobiliter, & irrefragabiliter. Cum ergo Melchisedech sacerdos Dei altissimi, & rex iustitiæ, & pacis sine generatione, & principio offerens panẽ, & vinum fuerit figura ipsius Christi vt supradictum est: quia Deus acceptauit oblationẽ ipsius Melchisedech sub tali figura sacerdotij æterni Christi. Et sub tali figura voluit Deus, ꝙ Melchisedech benediceret Abraã, de quo Christus erat descensurus secundùm carnẽ. Ergo sequitur, ꝙ tunc Deus immobiliter, & irrefragabiliter, & firmiter statuit Christum in lege promissum fore sacerdotem æternũ se
C cundum ordinẽ Melchisedech. Hoc ergo prævidens Dauid in spiritu contemplando illud mysterium dixit, Iurauit dominus, & non pęnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hoc idẽ mysterium prævidit Dauid Exod. 29. vbi dominus præcepit seruari panes propositionis ante altare per totam septimanam, & ꝙ sacerdos eleuaret crustulam panis ante totum populum supra caput suum, vbi manifestè figurabatur sacrificium panis siue Eucaristiæ. Sed supradictum iusiurãdum de æterno sacerdotio Christi magis manifestè exprimitur Gen. 22. Vbi legitur, ꝙ Abraã ex præcepto Dei voluit sacrificare filiũ suum Isaac, cui Deus suo iure iurando promisit dicens: Per memetipsum iuraui: quia fecisti hanc rem, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: & velut arenam, quę est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorũ suorũ. D
Et benedicentur in semine tuo omnes gentes: quia obedisti voci meæ. Qui locus in quo factum fuit hoc sacrificium vocatus est dominus videbit: imo secundum Hebræos dominus videbitur. In quo mysterio prævidit David in spiritu, ꝓphetico qualiter Christus filius Dei in eodem monte & loco debebat se sponte offerre Deo patri hostiam acceptabilẽ in precium pro omnibus nobis: quia in eodem loco fuit crucifixus. Et ideo vocatus est ille locus dñs videbit: Quasi dicat. in hoc loco vbi factum est sacrificium de Isaac, in hoc eodẽ loco videbitur Christus offerri patri in sacrificium in cruce pro omni populo. Et sic ibi Chris fuit verè sacerdos, & vera hostia: quia ipse sponte se patri obtulit sacrificium. Ex quo patet, ꝙ tunc Deus pater iurauit sub iureiurando, & promisit sacerdotium æternũ E
ipsi Christo: quia sub iureiurando promisit, ꝙ in eo benedicerentur omnes gẽtes. Sed nõ aliter benedictæ sunt omnes gentes in Christo nisi per eius sacerdotium. Primò inquantùm seipsum obtulit pro nobis in cruce. Secundò inquantũ per baptismum nos regenerauit, & à maledicto absoluit, & liberauit. ergo sequitur, ꝙ illa promissio facta ipsi Abraã in semine suo, idest in Christo, fuit de æterno sacerdotio, quia per solum sacerdotium Christi sumus benedicti, & à maledicto liberati. Et per hoc patet responsio ad primum argumentum modernorum hebræorum: per quod putant peruertere literam huius versus non esse dictã de sacerdotio æterno Christi, vt magis patebit. Dicitur ergo Christus sacerdos inquantum seipsum obtulit in ara crucis, & sacramenta instituit. Dicitur autẽ F
sacerdos in æternum dupliciter. Primo: quia ipse personaliter est æternus ante luciferum genitus. Secundò, quia sacerdotium est æternum. Et hoc tripliciter. Primò, quia perpetuatur in suis successoribus. Secundò: quia nullum aliud sacerdotium huic succedet. Tertiò, quia effectus sacerdotij Christi est æternus. Nam sanctificatio facta per sacerdotium Christi in æternum durabit. Quia iustificati & regenerati per sacramenta in æternum erunt sancti, & beati. Apoca. 5. Dicitur autem Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech: eò ꝙ per omnia fuit figuratus ꝑ ipsum Melchisedech: & hoc quintupliciter. Primò: quia Christus fuit rex, & sacerdos sicut Melchisedech. Secundò, quia rex pacis, & iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stitiæ. Tertiò, quia sine generatione. Quartò quia sub forma panis, & vini instituit sacrifi cium noui testamenti. Quintò, quia in eadē ciuitate: & forsan in eodemmet loco instituit Eucharistiam, vbi Melchisedech obtulit panem, & vinum. Hoc ergo prçuidens Dauid in spiritu dicit: Iurauit dominus &c.

Dominus à dexteris tuis confregit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus: implebit ruinas: cō quassabit capita in terra multorum.

Hic ponit tertiā dignitatem, quam Christus adept⁹ est merito suæ passionis: quę fuit iudiciaria potestas, vt sit iudex viuorum, & mortuorum: tā in iudicio occulto, q̄ in iudicio manifesto vniuersali, quod fiet in nouissimo die: quam iudiciariam potestatem habet B Christus etiam inquantùm homo ex merito suæ passionis, vt ipsemet saluator ait Ioan. 5. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Vnde postquā superius de mōstrauit propheta qualiter pater tradidit regnum & sacerdotiū Christo filio suo inquantū hō, demonstrat qualiter ex consequēti tradidit ipsi iudiciariā potestatē: q̄a ad solū regē & sacerdotē pertinet iudicare. vnde est aduertendū: q̄ dupliciter iudicat Deus post ascensionē. Vno modo occulto iudicio. Nā existēs in cœlo ad dexterā patris iudicat in terris puniendo tiranos, & persecutores iustorū tēporaliter in hac vita: & post mortē destinat ad pœnā æternē si moriantur sine fide, & pœnitētia. Et isto modo punuit Neronē, & Domitianū, & Diocletianū, & Iulianum: & plures alios reges. Et de hoc primo iudicio dicit propheta in hoc versiculo dirigendo verba ad pa- C trē: O pater, Deus meus Iesus Christus filius tuus, qui sedet à dextris tuis confregit reges in die iræ, & sententiæ, & correctionis suę. Nā puniuit, & prostrauit Neronē, & Diocletianū &c. Et etiā confregit multos reges eos corrigēdo, & tēporaliter puniendo: & à superbia deijciendo: qui relicta idololatria se ingo fidei subiecerunt. Et sic correxit magnū Constantinū p lepra: causa cuius venit ad baptismū. exēplo cuius oēs alii reges terræ confracta eorū superbia venerūt ad baptismū. Secū dò Xps iudicabit iudicio manifesto, & vniuersali, & hoc in die iudicij. de quo subdit ppheta, q̄ tūc iudicabit in nationibus. i. iudicabit omnes nationes generaliter, & in manifestē, & tunc implebit ruinas. Ad cuius intellectū est aduertendū: q̄ triplicē ruinam repa- D rabit, & reficiet, & restaurabit Xps in die iudicij. Nā primò reparabit, & implebit ruinā corporū, & cadauerū mortuorū, quia mittet angelos suos: & vocabit oēs mortuos à quatuor ventis terræ. Et cōgregabit oēs in vallē Iosaphat. i. in locū iudicij, & sic erit impleta & reparata ruina corporū mortuorū. Secūdò Chris implebit, & reparabit, & rectificabit ruinam falsam iudiciorū. Nā tria debet iudicare Christus in iudicio. Primò nō iudicata. s. facta principū huius mūdi, quæ nō fuerūt iudicata: eo q̄ nullus potuit eos iudicare: nec facta eorum corrigere. Secundò: quia Christus iudicabit malè iudicata: puta ea quæ iudices huius mūdi propter odium, vel meru, vel lucrū malè iudiciarunt. Ideo omnia ista talia Christus rectificabit in iudicio generali. Tertiò iudicabit Christ⁹ facinora occulta: puta homicidia, & adulteria, & multa alia peccata, quæ in hoc mūdo nō merūt manifesta, nec p pœnitentiā delera. Ideo talia manifestabuntur, & publicabūtur in iudicio. Ista ergo tria supradicta, s. non iudicata, & malè iudicata, & occulta dicuntur ruinæ iudiciorum, & tales ruinas implebit, & reparabit Christus in iudicio. Tertiò Christus implebit, & reparabit ruinam angelorū, quia tunc erit cōpletus numerus electiorū, & implebun tur sedes vacuæ, de quibus Angeli mali ruerunt. Ex quibus patet, q̄ triplicē ruinā reparabit Christus in iudicio. s. ruinā mortuorū, & ruinam iudiciorum, & ruinam Angelorū. Et ideo de his tribus ruinis dicit ppheta, q̄ Christus in nouissimo die iudicabit in nationibus & implebit ruinas, s. q̄a restaurabit & reparabit ruinam mortuorum, quia omnes resurgent, & ruinam iudiciorum, & ruinam Angelorum. Sed quia in ruina iudiciorum iudicabit reges, & principes, & prælatos huius mundi: qui non fuerunt iudicati & puniti, & rectificabit falsa iudicia eorū, & manifestabit, & punier occulta per pœnitentiam nō deleta nec confessa: ideo oēs tales tā reges, & principes, & prælatos, q̄ falsos iudices, & impœnitentes destinabit ad pœnā perpetuā in inferioribus terræ. Et ideo subdit ppheta: quòd Christus postquam iudicauerit in nationibus discernendo gesta, & facta, & postq̄ impleuerit supradictas tres ruinas, tunc conquassabit, & cōfringet capita multorum. s. principum & regum, & aliorum dnatorum in terra. s. in inferno qui est in inferioribus terrę: quia tales non ascendēt in cœ-

Iam

A Iam: sed capita eorum conquassabuntur in terra, idest pœna capitali punientur. In hebræo. & translatione Hieronimi habetur, Iudicabitur in gentibus plenitudo personarum implegauit caput in terra multa, quod idē sonare videtur. Tunc ergo Christus confregit reges in ira sua: quando Neronem & Dominianum, & Diocletianum, & cæteros reges & tyrannos pœna temporali, & æterna puniuit: & etiam quando Constantinum Imperatorem, & cæteros reges, & principes gentium confracta superbia iugo fidei subiecit. Item tunc Christus impleuit ruinas. Primò quando ruinā ipsius Adam per mortem, & passionē, & resurrectionē reparauit. Secundò quā do omnes mortuos in iudicio suscitauit. Tertiò quando omnia iudicia iniusta facta per falsos iudices in generali iudiciò rectificabit. B Quarto, quando ruinam angelorum reparabit: cum dicet iustis. Venite benedicti patris mei, possidete regnum vobis paratum à constitutione mundi. Item tunc conquassabit capita multorum in terra, quādo dicet damnatis. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

De torrente in via bibit ppea exaltauit caput.

Postquam superius ppheta prædixit tres dignitates, siue potestates, quas pater tradidit Christo filio suo secundū inquantū homo. s. potestatem regiā, & sacerdotalem, & iudiciariam, in hac tertia parte assignat causam vnde meruit Christus adipisci tales dignitates, & potestates. Et dicit q̄ hoc meruit Christus ex laboribus, & tribulationibus, & morte, & passione, quā ex obedientia, & compatientia, & C caritate pro nobis sustinuit. Vnde est aduertendum, q̄ omnes labores, & itinera, & peregrinationem, fames, & sitim, & iniurias, & opprobria, & verbera, quæ pro nobis Xps sustinuit, & cōputātur in eius passione. q. a tota vita Xpi fuit cōtinuus labor, & q̄dam passio, & vnus actus meritorius respectu Xpi, vt dictū est psal. 29. Et ideo vita huius mūdi dicit quasi torrēs, & fluuius tribulationū. Nā sicut torrens, in quo cōgregantur oēs aquę pluuiales trahit secū oēs arbores, & oīa q̄ sunt in ripa ita contra Xpm congregatæ sunt oēs aquæ persecutionū, & laborū. Et sic vita Christi fuit quasi torrēs plenus persecutionū, & laborū, & afflictionū: p quē Xps trāsiuit: & de quo bibit in hac vita corporali: p quos labores meruit exaltari, & obtinere regnū, & sacerdotiū, & iudiciariā ptātem. Et iō si qs quęreret qbus meritis, & quibus laboribus, & triūphis meruit Xps obtinere regnū sup oēm creaturā: & æternū sacerdotiū, & iudiciariā ptātem sup oēs hoies, & angelos: cū ipse sit hō: Rndet p pheta Dauid dicēs: De torrēte in via bibit: p ptereā exaltauit caput. Quasi dicat, p q̄a Xps bibit calicē passionis de torrēte tantarū psecutionū, & laborū, & opprobriorū, & mortis, & crucis in via huius mūdi inquantū fuit via tor: iō in præmiū tantorū laborū, & tantę humilitatis, & caritatis, quia humiliauit semetipsū vsq; ad mortē crucis: exaltauit caput, & honorē, & regnū suum, & ptātem sup oēs creaturas: vt dictū est: & p̄ dedit illi nomen, q̄ est sup oē nomē. s. Iesus, q̄ interpretat̄ saluator. Et sic est Deus, & hō: rex & sacerdos. Et iō habet nomē super oē nomē, & sup oēs creaturas: vt in nōie Iesu oē genuflectat cęlestiū terrestriū, & infernorū: intīm, q̄ in gloria E est Dei patris, sedēs ad dexterā eius in potioribus bonis: cō modo quo dictū est. Christus ergo ex merito sui laboris, & passionis exaltauit caput. i. sublimatus fuit ad sedendū à dextris patris in quatuor vel quinq; potioribus bonis: videlicet possidēdo summā regiam, & imperialē ptātem, & summū, & æternū sacerdotiū: & summā iudiciariā ptātē: & summū honorē: & latriā simul cū verbo: & quinto sūmā felicitatē, & beatitudinē. In quibus quinquę potioribus bonis sedet Xps à dextris patris super oēs creaturas, prout vidit beatus Ioan. Apoc. 5. qñ vidit agnū sedentē à dextris patris in trono. Et vidit 24. seniores, q̄ ceciderunt cora agno mittentes coronas suas: dicentes: Dignus es dñe accipere librū: & aperire signacula eius: qñ occisus es, & redemisti nos Deo ī sanguine tuo in omni tribu, & lingua, & populo, & natione: Et fecisti nos Deo nostro regnū, & sacerdotes, & regnabimus sup terrā. Vltra hoc vidit beatus Ioan. & audiuit vocē angelorū multorum, & erat numerus eorū millia milliū voce magna dicētium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, diuinitatem, & sapientiam, & honorem, & fortitudinem, & gloriam, & benedictionē, & oēm creaturā, quę in cœlo est, & super terrā, & sub terrā, & in mari &c. Ex supradicta visione designātur oīa hęc potiora bona q̄ possidet agnus qui est Xps sedēs ad dexterā patris, ét inquātū hō. Nā primo dicitur habere regnū, & imperium cum dicit, quòd dignus est accipere omnē creaturā sub ditione sua, quę est cęlo, & super terrā: & sub terra &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Secundò designatur possidere summum sacerdotium: eum dicitur. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Tertiò videtur, ꝙ Christus possidet eandem latriã cum verbo, cum dicitur. Dignus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiã, & fortitudinẽ, & honorem. i. latriã adorationem, & cultum. Quartò designatur Xp̃s habere summã felicitatem & beatitudinem: cũ subditur. Gloriã, & bene dictionẽ. Item ostẽditur habere iudiciariam ptãtẽ, cũ subdit. Vidi tronum magnũ, & sedẽtem super eum &c. vltimò designatur, quòd Xp̃s meruit sedere in his quinque potioribus bonis ex merito suæ passionis per hoc, ꝙ dicit. Dignꝰ est agnus qui occisus est. Et ex hoc sequitur, ꝙ Chis possidet hoc inquãtùm hõ: qm̃ inquantũ hõ occisus est. Et inquantũ hõ

B exaltauit caput: & fuit sublimatus ad sedẽdũ à dextris Dei in supradictis quinque potioribus bonis. Primò quia est filius Dei naturalis vt supradictũ est. Secundò quia hoc adeptus est ex merito suæ passionis. Ex isto ergo psal. recolliguntur. 14. conclusiones. Quarũ prima est, ꝙ Xp̃s licẽt inquãtùm hõ sedet à dextris Dei patris. i. in potioribus bonis: quia possidet potiora bona post patrem. s. regnum, & imperiũ super omnes creaturas. Et possidet altiorem gradum felicitatis, & fruitionis, & honoris post patrem, vt dictũ est. Secunda cõclusio, ꝙ pater subiecit omnes inimicos Christo filio suo, non solummodo vsque ad diem iudicij: sed etiã in æternum. Tertia cõclusio,

C ꝙ sceptrum regni Christi realiter incepit ab incarnatione: sed ostẽsiuè incepit, & exiuit à Hierusalem in die pentecostes. Quarta cõclusio, ꝙ verbum æternum semper fuit vnitũ humanitati Christi non solummodo in die virtutis ab incarnatione vsque ad resurrectionẽ: sed etiam in splendoribus sanctorum, idest in die gloriæ Christi post resurrectionem. per hoc ꝙ ait. Tecum principium. Quinta cõclusio, quòd licẽt Christus inquantùm hõ fuerit genitus post luciferum: tamẽ inquantũ Deus fuit genitus ante luciferum, idest in æternitate. Sexta conclusio, quòd Christus fuit verè sacerdos: quia seipsum obtulit in sacrificium Deo patri, p nobis in ara crucis. Septima cõclusio, quòd sacerdotium Christi est æternũ: quia perpetuatur in suis filijs regeneratis: & post ipsum nullum aliud sacerdotium succedet. Octaua conclusio, quòd sacerdotiũ Christi est secundum ordinem Melchisedech: & nõ secundum ordinem Aaron. Ex quo patet quòd sacerdotium Aaron debuit cessare. Nona cõclusio, ꝙ licẽt lex Moysi cessauerit quoad cerimonialia, & figuralia: tamen remanet quòd ad veritatem figuratam. Decimã conclusio, ꝙ Christo tradita est iudiciaria potestas: in qua cõfregit, & puniuit, & subiecit sibi omnes reges terræ occulto iudicio. Vndecima conclusio, ꝙ per cãdem iudiciariam potestatem Christus iudicabit generaliter, & manifestè omnes nationes in nouissimo die. Duodecima conclusio, ꝙ Christus in nouissimo die impleuit, & reparabit tres ruinas. s. animã mortuorum, & iudiciorum, & angelorum. Decimatertia conclusio, ꝙ Christus in iudicio conquassabit capita multorum, idest dẽmonia, & hominum damnatorum in die iudicij, cum dicet. Ite maledicti in ignẽ æternũ. Decimaquarta conclusio, quod Christus exaltauit caput. i. meruit sublimari in summũ

E regem, & sacerdotem æternum, & iudicẽ vniuersalem: eò ꝙ de torrente in via bibit calicẽ passionis in hac via: & in hoc mundo. Quasi dicat, ꝙ ex merito passionis, & humilitatis, & obedientiæ meruit, & obtinuit omnia quæ de se scripta sunt in hoc psalmo. Contra præsentem autem expositionem, & catholicam intelligentiam huius psal. probando, ꝙ non possit exponi de Christo, arguit quidam hebræus vocatus Camhi: & hoc multipliciter. Et primo cõtra expositionem duorum primorum versuum, in quos nos dicimus, ꝙ ibi pater loquitur Christo filio suo Messiæ in lege promissio. Vnde dicit sic. Per hunc versum probat

F Christianj, & trinitas in diuinis. Nã ibi est pater, qui loquitur: & est filius cui loquitur, qui est Deus sicut pater: & sic cũ spiritu sancto faciunt trinitatem in diuinis. Tunc arguitur sic. si iste filius, cui pr̃ loquitur, est deus vt Christiani dicunt: tunc sequitur, ꝙ vnus Deus est maior altero, & fortior, & altero debilior. Nam sic pater habet ponere, & subiicere inimicos filio, sequitur, ꝙ filius non est sufficiens, nec fortis ad subiiciendum sibi inimicos cum indigeat auxilio alterius: quod est contra omnipotentiã Dei. Ex quo sequitur, ꝙ iste filius non est Deus. Secundò arguit cõtra hoc quod nos dicimus, ꝙ Christus est genitus ante luciferũ à patre per hoc quod dicitur in litera. Tecũ principiũ &c. Vnde dicit, ꝙ nostra translatio est falsa: quia nõ ponitur sic in habræo: imo dicitur sic, scilicet. Populi tui voluntarij erunt in die virtutis tuę: in decore sancto orietur tibi ros natiuitatis tuę. Tertiò arguit

A arguit contra id quod dicimus, ꝙ Christus est sacerdos. ergo offert sacrificium. sed Deus non potest offerre sacrificium: imo ipsi offertur sacrificium, & sic sequeretur, ꝙ vnus deus offeret sacrificium alteri Deo. Quartò arguit quòd Christus non fit sacerdos æternus. Nam Christo successerunt quotidiè multi sacerdotes, qui non sunt de generatione eius. ergo sacerdotium suum non fuit perpetuum in eo nec in suis successoribus de sua generatione. Quintò arguit contra id quod dicimus, quòd Deus iurauit, ꝙ sacerdotium Christi esset secundùm ordinem Melchisedech, & non secũdùm ordinem Aaron. Tunc arguit sic. Si deus mutauit sacerdotium ipsius Aaron in ordinem Melchisedech, sequitur, ꝙ cessauit sacerdotiũ Aaron: & per consequens tota lex Moysi. Sequitur ergo, ꝙ pœnituit Deum cõstituisse sacerdotium Aaron, & legem Moysi. Nam

B qui destruit quod constituit, videtur pœnitere. sed hoc est impossibile, ꝙ Deus pœniteat. imo dicitur in litera. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. ergo sequitur, ꝙ Deus nunq̃ mutauit nec mutabit sacerdotium Aarõ nec legem Moysi. Hoc confirmatur. Nam Deus dicit per Malachiam prophetã: qui est filius omnium prophetarũ. Mementote legis Moysi serui mei, quam mandauit ei in Oreb ad omnem Israel præcepta, & iudicia. Ex quo sequitur, ꝙ de intentione, & firmo proposito Dei est, ꝙ semper seruetur lex Moysi, & nũquam efficiatur. eò ꝙ in fine omnium prophetarũ hoc confirmat. Item subdit propheta Malachias. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetã antequam veniat dies domini magnus, & terri-

C bilis. ergo sequitur, ꝙ iste Iesus Nazarenus quẽ nos dicimus fuisse Messiam: nõ fuit Messias in lege promissus: quia antequam Messias veniat: debet venire Helias propheta. Sexto arguitur contra id, quod nos dicimus, ꝙ Christus cõfregit multos reges & plagauit, & subiecit in suo aduentu. Nam Christus nulla bella nec prælia gessit, nec aliquos reges vicit nec subiecit, nec aliquos populos obtinuit: imo fuit pauper, & egenus, & in fine crucifixus. Et sic dicit iste Rabi, ꝙ nos Christiani falso modo glossamus istum psalmum de Christo. Sed exponẽdus est de ipsõ Dauid, & eius regno, qui confregit, & plagauit multos reges Moab, & Amon &c. vt habetur. 2. Regum. 6. cap.

Respõdere autem ad argumenta huius cę

D que credendi in sacra scriptura mediocriter docto. nec enim est mirum, ꝙ iste obstinatus, & cęcus talia dicat: eò ꝙ ignorat mysterium incarnationis: & caret lumine fidei. Nec est mirũ: quia caput tàm impurum, & immundũ & maledictum non est dignũ, nec meretur attingere tàm grande, & ineffãbile mysterũ, & sacramentum: eò ꝙ comprehenderunt istum obstinatum omnes maledictiones. 24. quę morate sunt in psa. præcedenti contra omnes crucifixores Christi, & sequaces eorum, de quibus prędixit etiam Dauid psal. 78. Obscurẽtur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. & Esaię. 6. capit. Occeca cor populi &c. Item Sapien. 2. Occęcauit eos malitia eorum: ne intelligerent sacramenta Dei. imo tota scriptura vete. & nouę. legis, &

E prophetarum est plena de cęcitate istorum obstinationem. Et ideo superfluum est eis respondere cum non capiant nec intelligant. Sed ne argumẽta eorum maneant insoluta respondebimus propter consolationem simplicium Christianorum. Ad cuius intelligentiã est notandum, sicut prædictum est, ꝙ in Christo sunt duę naturæ integręs, & perfectæ, diuina, scilicet & humana sub vna personalitate verbi. Namverbum assumpsit naturam humanam sine aliqua personalitate creata, imo ꝙsonauit, & suppositauit illam per personalitatem suam: & sic manet vnum solum suppositum, & vna persona habens duas perfectas naturas. Et ratione istarum duarum communicãtur idiomata in Christo. Et sic dicitur Christus verus Deus, verus homo: & dicitur creator, & creatura, & mortuus, & passus secundũ distinctas naturas: vt dictum est supra. Item

F Christus est cõsubstantialis, & coæternus, & coæqualis patri secundùm diuinitatem. sed est minor patre secundùm humanitatem. Et secundùm hanc humanitatem accepit regnũ mundi à patre ex tempore, & potestatem sacerdotalem summam, & iudiciariam potestatem. Et sic respectu huius humanitatis dicit pater filio, Sede à dexteris meis. donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum, & sub iureiurando dedit ipsi sacerdotium æternum, & iudiciariam potestatem. Ad primum ergo argumẽtum, quando dicit iste cæcus, & obstinatus, ꝙ sequeretur, ꝙ pater esset maior filio: & per consequens vnus Deus maior altero: Respondetur, ꝙ ex hoc non sequitur, ꝙ vnus Deus sit maior altero: quia filius non est alter Deꝰ à patre inquãtùm Deus: sed est

altera

Universidad de Deusto
Biblioteca

A altera persona diuina. nec filius est minor patre secundum diuinitatem: imo æqualis: sed est minor patre secundùm humanitatem. Et secundùm hãc humanitatem qua est minor, accepit regnum à patre: & pater subiecit ipsi omnes inimicos suos. Et sic non est inconueniens, quòd indiguerit fauore patris in quantum homo est. per hoc tamen nõ restat quin sit Deus perfectus, & omnipotens æqualis patri secundum diuinitatem, idem substantialiter, & essentialiter, & distinctus personaliter. Ad secundum respondetur, quòd maior fides est adhibenda nostræ translationi, quàm eius: eò quòd fuit facta per. 70. interpretes per. cc. annos ante aduentum Christi, quãdo nulla erat suspitio. vt ait Eusebius. 9. de præparatione euangelica. Nam literæ iudaicæ sicut hodie iacet punctuata, nõ est adhibenda omnimoda fides sicut dictũ est in principio, & prologo huius libri: eò q Talmudistæ punctuarunt ipsam ad suum libitum, & intentionem. Sed si remouerentur puncta possemus dare ei eundem intellectũ, & facere sonare eadem verba: sicut habemus in translatione nostra. Sed adhuc sicut iacet litera hebraica hodie punctuata sonat idẽ sacramentũ, & æternam generationem: cum dicitur, In decore sancto orietur tibi ros natiuitatis tuæ. Ostendit. n. natiuitatẽ Christi esse ex decore sancto. i. ex substantia patris: & ideo non est curãdum de sua perfidia. Ad tertium respondetur. Per iã dicta patet, q sicut Christus inquantũ hõ accepit regnum à patre ex tẽpore, ita inquantũ homo fuit verus sacerdos, & obtulit seipsum Deo patri in ara crucis pro omnibus nobis. Ad qnartum est dicendum, q Christus dicitur sacerdos in æternum inquantùm suum sacerdotium est eternũ, cui nullum aliud sacerdotium succedet, vt dictum est supra, & inquantũ perpetuatur sacerdotibus, & successoribus suis: quia apostoli ab eo immediatè acceperunt sacerdotalem potestatem in monte Syon, vt dictum est supra, & ab illis apostolis derivatur in successores. Sed cum postea arguit, q cum isti sacerdotes, qui sunt hodie, nõ descendunt à Christo per carnalem generationem: ergo sacerdotium Christi non perpetuatur in eis, sicut fuit perpetuatũ in filijs Aaron: Ad hoc respondetur isti cęco, q nos magis sumus filij Christi per regenerationẽ spiritualem quàm successores Aaron per generationem carnalem. Nã cùm sacerdotiũ sit res spiritualis, & magis respicit generationẽ spiritualem, quàm carnalem. Et ideo vere sacerdotium Christi fuit figuratum per sacerdotiũ Melchisedech, de quo nõ legitur in scriptura pater carnalis, nec mater, nec generatio ad denotandũ, q sacerdotes no. te. non debẽt habere respectum ad generationem carnalem, sed ad spiritualẽ. Et sic pater, q sacerdotiũ Christi est æternũ perpetuatũ, & continuatum in filijs suis spiritalibus. Itẽ est æternũ inquantũ nullũ aliud succedet. Ad quintũ respõdetur, q ex argumento eius põt argui contra ipsum. Nã manifestum est hodie, quòd post aduentum Christi, & post destructionẽ secundi tẽpli facta per Romanos cessant hostia, & sacrificiũ, & sacerdotiũ Aarõ: quia nusquã offeruntur talia sacrificia, sicut Deus præcepit offerri in Exodo & Leuitico. Itẽ quia nõ possũt assignare ipsi filios Aarõ inter eos, cũ generationes sint destructæ, & perturbatæ, & obliuioni traditæ, licèt quidã eorũ falsò appellẽtur Coen. i. sacerdotes, & tamen licèt cessaret sacerdotium Aaron, & per consequens lex Moysi quantum ad talia cerimonialia, tamen Deus non manet mendax: imo verax, q ita pręuidit per Danielem in ca 9. quod cessaret hostia & sacrificiũ post aduentũ Christi. Et tamen non est dicẽdum, quod propter hoc permanent non est dicẽdum, quod propter hoc permanent instituit Deum instituisse legẽ Moysi, quia ita instituit, vt omnia ille cerimonialia, & legalia instituit, vt omnia ille cerimonialia, & legalia erant figura sacerdotij Christi: & sacrificij nostri. Ideo debebant cessare in aduentu Christi. Ideo debebant cessare in aduentu Christi. sicut prædixit per oẽs pphetas. Ad illud qđ dicit: quòd Deus ait per Malachiam: Memento tote legis Moysi &c. Ex quo arguit: quòd lex Moysi, & sacerdotiũ Aaron nunquã debebat cessare. Respondetur, q melius recordamur & meminimus nos legis Moysi quàm ipsi cęci. quia melius intelligimus veritatem ipsius legis: imo dixit Christus eis Io. 5. Scrutamini scripturas, in quibus vitam vos putatis habere: quia illæ testimonium perhibẽt de me: & si Moysi credieretis: crederetis forsan, & mihi quia Moyses de me scripsit. Ex quo patet, q nos verè seruamus legem Moysi: quia recipimus illũ, de quo Moyses scripsit Deuter. 18. quãdo dixit Deus. Prophetã suscitabo de medio fratrum tuorum similem tui: & ponã verba mea in ore eius: loquenturq; ad eos quęcunque dixero ei. Et qui verba eius, quæ loquetur, audire noluerit, vltor existã. Ex quo pãtet, quòd nos magis seruamus legem Moysi. Nam venit iste propheta Christus, & declarauit nobis omnia, quæ locutus est Deus Moysi in

Moysi in lege: & credidimus ipsi, & recepimus eum. Iudęi autem cęci quia non receperunt nec audire voluerunt, sequitur, q nõ seruant legem Moysi: nec recordãtur eius legis. Et ideo Deus vlciscens puniuit eos. 24. maledictionibus dictis in psal. præterito. Vnde dictũ est pluries: quòd in lege Moysi sunt duo considerãda, scilicet literalis figura: & veritas quæ fuit impleta in Christo: quia vnum iota non præterbit à lege: quod in Christo non fuerit completum. Et ideo dicitur Ioan. primo. q lex per Moysẽ data est: gratia autẽ, & veritas per Christum facta est. Ex quo patet, quòd tota lex euangelica nil aliud est, nisi veritas legis Moysi in Christo. Nam sicut dicit Aristo. in prædicamentis, & 6. Meta. q ex eò, q res est vel non est oratio dicitur esse vera vel falsa. Et ideo tota lex Moysi dicitur quędam oratio accipiens veritatem à Christo, & lege euangelica vbi fuit verificata, & hæc est causa quare lex Moysi tradita est in scripris. Sed lex euangelica tradita est per Christum in ire, & scripta in solis cordibus hominum: vt prædixit Deus per Hiere. 31. cap. Ex quo patet sicut pluries dictum est, q lex vetus nõ est totaliter altera à lege euangelica: qa vna lex fuit, & erit ab Adam vsque ad iudicium essentialiter loquendo. quia vna fuit fides in eis, & in nobis: quia Christum quem ipsi credebant futurum saluatorem: nos credimus tam venisse, & omnia quę erãt figurata in lege implesse. Lex ergo Moysi est vna cum lege euangelica, & est altera. Est enim vna essentialiter: quia eadem est fides Christi in vtraque. Fuit autem altera accidentaliter ratione cerimonialium, quæ non ponebantur ad rem: sed ad figurã. Sed differt solummodo illa lex ab illa sicut figuratũ, & figura quantũ ad cerimonialia. Nam illi ex crębant figuram: nos autem figuratum: & illi colligebant palleas, & folia, & nos colligimus grana. Et ideo dicit Gregorius, q vna fuit vinea ab Abel vsque ad vltimum iustum: sed in Christo fuerunt vuæ maturę. Et ideo dicit Christus Ioã. 4. quod vna fuit messis ab Adam vsque ad ip sum. Sed apostoli collegerunt grana. Nam illis antiqui patres seminauerunt, & apostoli messes eorum introierunt. ergo nos non facimus iniuriam legi Moysi: imo recordamur si in tempore debito colligimus vuas, & grana & seruamus eius veritatem. Ex quo patet, q ille obstinatus nescit quid dicat, nec potest capere hanc veritatẽ. imo videtur, q ipse non recordatur legis Moysi. Ad illud aũt quod dicit, q Helias erat vẽturus ante Chrm: Respũdetur, q iste cęcus nescit distinguere iter primũ, & secundum aduentum Christi. Nã Helias nõ fuit promissus in primo aduẽtu: sed in secundo. Ideo dicitur: Mittã vobis Heliã prophetam, anteq̃ veniat dies domini magnus, & horribilis: qui erit dies vltimi iudij. Nã dies primi aduentus non fuit horribilis: imo lætus, & iucundus: quia angeli cantarunt. Gloria in excelsis Deo. Et noua stella apparuit in oriẽte, & multa signa lętitię per totum mundũ: vt dictũ fuit supra. De quo primo aduentu dr Malachiæ. 3. Ecce ego mittam angelum meũ. i. Ioannẽ Baptistã: & præparabit viã ante faciẽ meã & statim veniet ad templũ sanctũ suum dominator quẽ vos quęritis &c. De secundo aũt aduẽtu dicitur in eodem Mala. Ego mittam vobis Heliã prophetam. Ex quo patet, q sicut Ioã. Bapt. fuit præcursor Christi in primo aduentu. ita Helias erit præcursor eiusdem in secundo. Sed hoc nõ capit iste cęcus. quia Malachias per illa verba nos inducit ad fidem Christi dicens. Mementote legis Moysi. q.d. quòd ille de Christo scripsit: & omnia scripsit in figura Christi. &c. q.d. recipite veritatem, & figuratum cũ venerit. Ad: 6. iam responsum est isti cęco in psãl. 71. vbi demonstratum est, quòd Christus nõ gessit bella corporalia: sed spiritualia: quia misit illos duodecim duces, & capitaneos quibus dixit Math. vlt. Ite per vniuersum mundũ, & prædicate euangelium. qui in nomine Iesu demonia ęiecerunt de mundo: & destruxerunt omnia idola: & signis, & miraculis obtinuerunt totum orbem, & subiecerunt omnes reges, & populos terræ iugo Xpi: & misit Christus capitaneum suum cum exercitu Romanorum, & incẽdit, & euertit à fundamẽtis totã ciuitatem Hierusalem cum templo: & partem Iudæorũ fame puniuit: & partẽ gladio trucidauit: & partem in captiuitatẽ redegit: & per totũ mundum dispersit in vindictã, & vltionem suæ mortis. Vnde oẽs Iudæi in sua pfidia obstinati sunt in captiuitate sub Christo. Nam nõ solũmodo apud christianos: sed ẽt apud sarracenos affligũtur: & male tractãtur propter Christũ. vt alibi dictũ est. Et per hoc patet respõsio ad istũ cęcum obstinatum. Nã quia iste cęcus habet velamen positũ ante oculos, quãdo legit Moysen & prophetas: ideo non põt videre veritatem: sed deponat velamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

velamen per baptismum, & fidem, & illico vidébit veritatem euangelicam clausam in litera vet. test. Nam vetus testa. nil aliud est nisi figura, & occultatio noui, & nouum testa. nil aliud est nisi veritas, & manifestatio veteris: vt ait Aug. in lib. de catechizandis rudibus: de quo iam dictū est in prologo huius libri.

PSALMVS. CX.

Confitemini tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum & congregatione.

Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius.

Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Titulus, Alleluia. Ex titulo apparet, q̄ Dauid fecit hunc psal. ad laudandum Deum in templo. Sed quia alleluia nō præponitur nisi in psal. in quibus narrātur beneficia à Deo nobis collata: eò q̄ alleluia dicit laudem cum commemoratione beneficiorum receptorū: vt dictum est in ꝓlogo: ideo est videnda materia huius psal. s. de quibus beneficijs laudat Deum ꝓpheta in hoc psal. Ad quod dicūt hebræi moderni, q̄ ꝓpheta laudat Deū, & agit gratias pro beneficijs, quæ receperunt filij Israel in deserto: maxime de manna quod dedit Deus patribus in deserto. Et sic literaliter exponunt istum psalmum. Sed talis expositio est inutilis tollens dignitatem ꝓphetica ipsi Dauid: quia absque spiritu ꝓphetico poterat cōmemorare talia beneficia. Sed quia ipse non fuit minus ꝓpheta in hoc psal. quā in cęteris, ideo est in eo quærenda intelligentia prophetica. Ad cuius euidentiam est aduertendū: quòd cùm tota sollicitudo ipsius Dauid erat meditari in lege dñi die ac nocte, & considerare mirabilia de lege eius, q̄ perscrutari profunda mysteria sacræ scripturæ: contemplādo frequenter mysterium de agno paschali immolando, & comedendo: de quo præcepit Exod. 12. raptus in extasim præuidit in spiritu ꝓphetico qualiter Christus in lege promissus pro nobis erat immolandus in ara crucis, & per eius sanguinem omnes fideles de captiuitate diaboli redimendi, & de morte perpetua liberandi. Et etiam sic præuidit totum mysterium futuræ redēptionis. Et etiam contemplando præceptum de pane azimo comedendo, præuidit in spiritu qualiter Christus debebat instituere sacramentum Eucharistiæ in memoriam suæ passionis: in quo sacramento passio Christi erat iugiter præsentanda. Et sicut Deus præceperat agnum sic mel in principio immolari: & per omnes 7. dies sequētes vsq; ad vesperam septimi diei absque omni fermento panem azimum comedi, & reseruari ista præuidit q̄ Christus sic erat in cruce immolandus. Sed posita vsque in finem septimæ ætatis debebat sacramentū Eucharistiæ in ecclesia perseuerare, s. vt in fine mundi. Item contēplando mysterium de mānā dato patribus in deserto Exo. 16. præuidit etiā totum mysterium sacramenti Eucharistiæ. Nam sicut ille ros cœlestis conuertebatur in illū panē: ita præuidit, q̄ Deus debebat fieri homo: nō per conuersionē: sed per assūptionē humanitatis in Deū. Item sicut illud mānā fuit eis viaticū vsq; ad ingressum terræ promissionis, vt patet ibidē: ita patiter ꝓuidit qualiter hoc sacramentū debebat nobis esse viaticū, & durare in tota peregrinatione huius ecclesiæ vsq; ad ingressum terræ viuentium post iudiciū. Item per mysterium reseruationis panis propositionis, & q̄ eleuationem panis ante dñm in cōspectu populi: de quo habetur Exod. 28. præuidit qualiter corpus Christi in forma panis erat eleuandū super capita sacerdotum in cōspectu populi & offerendum ante Deū, & reseruādum in tabernaculo altaris, sicut fit in nostris ecclesijs. Hoc idem præuidit per oblationem panis, & vini, quod obtulit Melchisedech pro Abrā & suis. Gen. 14. Hoc sacramentum præuidēs Dauid per supradicta mysteria fecit hūc psal. in quo tria facit. Nam primò excitat seipsum ad laudē Dei. Secundò explicat hoc sacramentum per supradicta mysteria in lege vet. figuratum: de quo principaliter intendit laudare Deū. Tertiò exortatur fideles, vt cum puritate, & timore accedāt ad tm̄ sacramentum. Secundùm ibi. Memoriā fecit. Tertium ibi. Sanctum, & terribile. Quantū ad primum prędēs Dauid in spiritu per supradicta mysteria tantùm sacramentum, & tam magnum beneficium generi humano per Christum cōferendum in suo aduentu, excitat se ad laudādum Deū dicens, in persona corporis mystici. Ego confessione fidei, & laudis confitebor tibi domine: non solū lingua, & voce, sed in toto cordemeo: non solū quantū ad deuotionem, & affectū, referendo gratiarū actiones pro beneficijs. Et hoc faciam in consilio, & cōgregatione iustorum. i. fidelium, quali dicat, licet confessio mea nō sit credenda, & acceptanda in cōgregatione Iudæorum reproborū, & haereticorum, tamē recipietur apud fideles: q̄a hoc sacramētorū Eucharistiæ de

A de quo intendo prędicare, & cantare, recipietur in tota ecclesia fidelium, & celebrabitur. Et nota, q̄ tota religio Christiana dicitur congregatio iustorum inquantùm est adunatio omnium fidelium. Sed dicitur consilium iustorum: inquantū omnes in ea congregati cōueniunt, & consentiunt in vnā fidem, & vnū baptisma: & omnes venerantur hoc sacramētū, & cęteza sacramenta ecclesiastica: & credunt omnibus 12. articulis fidei. Ideo dit pro ꝓpria Dauid in ꝓsona totius corporis mystici: q̄ licet non confiteatur hoc sacramentum in synagogā iudęorum, nec in mesquita sarracenorum, nec in conuenticulis hæreticorum & cæterorum infidelium, & paganorū: tamē hoc cōfitebimur in cōsilio iustorum, & congregatione eorū: quia in sola ecclesia laudat Deus, & acceptantur orationes, & laudes, & B Eucharistiæ, & mysteriū nostræ redemptionis de quibus intēdit cantare in hoc psalmo sūt magna, & exquisita inter omnia opera, in quibus Deus nobis maximè ostendit suam misericordiam, & amorem: ideo subdit suam misē per. i. dest. ego confitebor tibi, & prædicabo, & prędicam in spiritu magna opera, quę fecit Deus, & magis exquisita, & electa, & magis nobis vtilia inter omnes voluntates eius. Et ponitur hic causa ꝓ effectu. Nā effectus diuinę voluntatis est amor, & misericordia. quā maximè ostendit nobis in sua passione, & in largitione huius sacramenti relicti in memoriam suæ passionis. Et sic ista duo opera sunt exquisita inter omnia beneficia nobis collata. sunt etiam præcipua: vt patebit. Et notanter dicit, exquisita in omnes volūtates: C quia non sunt nobis collata ex debito: sed ex mera liberalitate, & bonitate diuinæ volūtatis talia beneficia. Sed quia pro tantis beneficijs collatis de iure, & iustitia debetur Deo laus, & magnificētia, quæ est pars latriæ quę quidem latria est pars iustitiæ: ideo subdit. Non miteris supple, quòd ego cum tanto affectu prorumpā in confessionem laudis: quia hoc teneor facere de iure. Nam confessio, & magnificentia est opus, idest ius eius, scilicet Dei. Et ideo talis iustitia manet, & durabit in seculum sæculi, idest in æternum. Nam hæc vna pars latriæ, scilicet cōfessio laudis, & adoratio durabit, & manebit in sæculum sæculi, idest in hoc sæculo, & in alio. vt patet Apoc. 7. quia non solum. 24. seniores sed etiam

14. mill. & turba magna, quam dinumerare

D nemo poterat non cessābant clamare. Benedictio, & claritas, & gratiarum actio. Et sic patet, quòd confessio, idest gratiarum actio, & magnificentia est opus, idest ius debitum Deo: quia de iure tenemur Deum laudare, & magnificare, & gratias agere pro beneficijs receptis. Et hoc non solum aliquando: sed etiam semper, & non solum in hoc sæculo: sed etiam in alio, & in sęculum sęculi. Aliter autem potest exponi iste versus, scilicet, q̄ opus Dei, idest opera Dei sunt confessio, & magnificentia, idest cogunt nos Deum laudare, & magnificare. quod idem est. Item opus eius est confitendum, & laudandum, & magnificandum. Sed prima expositio magis explicat veritatem: & intelligentiam literæ, & sententiam in litera contentam.

Memoriā fecit mirabiliū suorum misericors & miserator dñs: escam dedit timentibus se.

Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suorum annunciabit populo suo. E

Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius veritas, & iudicium.

In hac secunda parte explicat q̄ sunt ista magna opera exquisita inter opera diuinæ misericordiæ, de quibus intendit in hoc psal. Deū laudare: quæ fuerunt in veteri testamento figurata. Ad cuius intellectū est aduertendum, q̄ creditur ab aliquibus, q̄ Dauid fecit hunc psal. vt cantaretur in tēplo in die azimorum, in quo Deus fecit tria grandia opera misericordiæ corporalia: quæ figurabāt duo maxima opera misericordiæ spiritualia futura: quæ Xps fecit in nouo test. Nam primò vt dictum est liberauit Deus illum populum per Moysen de ægypciaca captiuitate. Secūdò liberauit primogenita hebręorū à morte corporali per sanguinem agni. Tertiò quia totus F ille populus fuit refectus pane azimo pp quę Deus fecit edictum, & præceptū de agno immolando, & de pane azimo seruādo, & vescēdo per septē dies post pascha, & hoc fœderæ sempiterno in memoriam illius mysterij, vt patet Exo. 12. Per quæ tria mysteria fuerunt figurata tria alia maxima mysteria futura p Christū. s. quia in tali die Christus verus agnus erat in cruce immolandus, & per eius sanguinem genus humanū erat à morte liberandum: & in tali die, & vespere sacramentū Eucharistiæ per Chīm instituendū sub forma panis, & vini, vt dictum est. Et hæc sūt tria magna opera domini exquisita inter omnes volūtates eius, scilicet mysterium passionis,

& no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & nostræ redemptionis: & sacramentum Eucharistiæ, in quibus Deus maxime nobis ostẽdit suum amorem, & misericordiam. Hoc ergo prequidẽs ,ppheta Dauid dicit bene teneor cõiteri magna opera domini exquisita: quõniã dominus Iesus Christus misericors secũdum naturam, & miserator p consuetudinẽ & operationem, fecit memoriam suorũ operũ, qũ dedit seipsum in escã, & cibũ apostolis timẽtibus se. i. qñ in die cenæ. s. in nocte, & vespere paschę istituit sacramẽtum Eucharistię: & dedit seipsum apostolis ad vescendũ sub forma panis, & vini. Quod mysteriũ fecit in memoriam suorum operum mirabilium. Ad cuius intellectum est primò notandum, q in sacramento Eucharistię continentur, & repręsentantur, & memorantur quatuor principalia, & maxima opera diuinæ misericordiæ, quæ Christus operatus est in nobis ad nostrã

B salutẽ. Nã primò in eo repręsentatur mysteriũ incarnationis. Nam sicut Deus factus est hõ: ita substantia illius panis fit corpus Christi verũ: licẽt nõ eodẽ modo. Nã substantia panis cõuertitur siue transubstãtiatur in verã carnẽ Xpi delinente pane, & manãtibus solis accidẽtibus sine subiecto. Sed i ministerio incarnationis nulla fuit facta cõuersio: Nam filius Dei manẽs pfectus Deus factus est verus hõ: nõ p cõuersionẽ, sed per assumptionẽ humanitatis in Deũ. Itẽ et in hoc sacramento repræsentatur mysterium incarnationis: quia sicut ibi facta fuit vnio personalis humanitatis ad verbũ: ita in esu huius sacramẽti fit vnio mystica iter fideles, & Christũ: vt patet Ioan. vi. Quia qui manducat me, ipse viuet propter me, & in me manet, & ego

C in eo. Secundò memoratur, & repræsentatẽ in eo mysteriũ passionis, quia quod semel factũ est anniuersaria, & etiam quotidiana recordatione repræsentatur, vt inquit Aug. in sententijs Prosperi. de consec. dist. 2. Semel Christe. Tertiò repræsentatur mysterium resurrectionis. Quartò mysterium ascensionis: vt patet in canone missę: vbi dicitur. Beatæ passionis necnõ ab inferis resurrectionis, & in cœlos gloriosæ ascensionis memoriam offerimus hostiam puram. Ex quibus patet, quòd ,ppheta memorando hoc sacramentũ Eucharistię, intendit mamorare omnia supra dicta tria mysteria, quę in hoc sacramento continentur, & in quorum memoriam celebratur, & fuit à Christo institutum, vt ipse ait Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: hoc idẽ primę ad Cor. 11 adgeci-

D cit: ppheta. Memoria fecit mirabilũ suorũ. Sed quia Christus in institutione huius sacramẽti impleuit figuram vet. testi. s. de agno immolato, & azimorum præcepto, & mysterio mannæ, & de pane propositionis eleuato coram domino: vt supra dictum est: ideo sub dit ,ppheta, q Christus quando instituet hoc sacramentum, tunc memor erit in æternum testamẽti sui, s. præceptorum, & mysteriorũ, quæ operatus est in test. ve. Nam illa quæ fecit, & præcepit in figura tunc: nunc adimplebit per hoc sacramentum in re, & veritate. Quia lex per Moysen data est, sed gratia, & veritas per Christum facta est Ioan. 1. Et ió dicit, quòd Christus instituẽdo hoc sacramẽtum erit memor testamenti sui, idest eorum quæ fecit in te. vet. quia ipsa verificabit, & adimplebit. Item etiam memor testamenti sui noui in æternum quia vsque ad finem

E sæculi durabit, & perseuerabit, & celebrabitur hoc sacramentum in ecclesia. Et ideo sequitur, quod Christus faciet ista, & dabit illã escam panis timẽtibus se: vt det illis hęreditatem gentium, i. gratiam, & gloriam gentibus promissam. Nam sicut post exitum de Egypto Deus dedit illi populo hęreditatẽ gentium. s. terrã Canaã, quia gẽtiles possidebãt, ita pariter Christus post suã passionẽ, & assumptionẽ, & postquã liberauerat sanctos patres de limbo, & captiuitate diaboli dedit populo suo. s. cœtui apostolorum, & ecclesię fidelium hæreditatem gẽtium. s. totum populum, & regna gentilium à solis ortu vsq; ad occasum, quia totum mundum subiecerunt

F apostoli iugo Christi, in quo celebratur sacramentũ Eucharistię, & colitur Christus, & adoratur. Et sic patet, quod Christus in initutione, & persecutione huius sacramenti fuit, & erit memor testamenti sui in quantũ vsque ad consummationẽ sęculi, in quo sacramento annũciauit virtutẽ operũ suorum quę fecit figuraliter in te. ve. Et annunciauit & repręsentauit etiam virtutem operum, quę fecit in nouo test. s. mysterium incarnationis, & redẽptionis, & passionis, & resurrectionis, & ascensionis, quę in hoc sacramento memorãtur, & repręsentãtur, & in quorum memoriam hoc sacramentum celebratur. Ex supradictis patet, q sacramentum Eucharistię est vnum de quatuor principalibus mirabilibus mysterijs, quę Deus operatus est in nobis super omnem capacitatẽ nãturę, quorum

A quorum primum est creatio, secundum incarnatio: tertium nostra redemptio: quartũ Eucharistiæ consecratio. Opera manuum eius veritas & iudiciũ. Dauid in hac particula laudat Deum de veritate, & iustitia. Ad cuius intellectum est notandum, vt frequenter dictũ est: q omnia mysteria gesta in test. ve. nõ erãt impleta in nouo re. quia oia gerebãtur, & prę cipiebantur in figura. Et ideo illa gesta, & prę cepta facta in lege nihil aliud erant quã quæ dã promissiones de Christo, & ecclesia. Et ió Deus iustũm dicitur verus, & illa præcepta & mysteria iustantùm dicuntur vera, inquantùm fuerunt impleta, & verificata per Christum in no. test. Et sic Deus est laudandus, &

B magnificandus eo, q impleuit in no. testa. ea quæ per figuras, & præcepta promisit in vet. te. Et ideo propheta volens Deũ laudare de veritate, quam impleuit in hoc sacramento: quia eo verificauit mysteriũ de agno paschali: & de pane azimo, & de mãna, & pane propositionis: dicit, q omnia opera manuũ Dei, quæ fecit in ve. te. sunt veritas, & iudiciũ in nouo. Nã quicquid Deus fecit, iustè, & verè fecit. Vel ponitur hic iudicium pro secreto mysterio. Nã triplex est iudicium Dei. s. exa minationis, & discretionis, & secretionis. i. mysteriorum secretorum. Ed ideo quãdoq; per iudicia in sacra scriptura intelliguntur secreta iudicia Dei: vt ad Ro. 10. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quã incomprehẽsibilia sunt iudicia. i. secreta eius. Item ps. 35. Iudicia Dei abyssus multa. Vnde

C ad maiorem euidentiam est notandũ, q sacrificia, & sacramenta, & præcepta, & manda ta cerimonialia ve. le. intantùm dicuntur iudicia inquantùm figurabãt aliquã iustitiam in nouo test. Vnde immolatio siue sacrificiũ agni paschalis figurabat sacrificiũ Christi super lignum in ara crucis: quod quidem sacrificium Christi dicitur vera iustitia, & verum iudiciũ, per quod genus humanum fuit à peccato iustificatum. Nam Christus fuit punitus pro nostro peccato. Nam pœnam, & mortẽ, quam nos merebamur, Christus voluit pro nobis pati, & ad se trãsferre, & sic omnes fuimus in eo crucifixi, & puniti: & per sanguinẽ eius patri reconciliati, & pacificati. Et sic est dicendum, q in ara crucis factũ est iudiciũ, & iustitia, & punitio non solum de peccato primorum parẽtum, sed etiã de peccatis nostris. Et sic est dicendũ de ceteris sacrificijs, &

D præceptis cerimonialibus: quæ omnia dicuntur iustitiæ quædam, & iudicia, non à iustitia, quæ erat in ipsis, sed à iustitia, quam figurabant implẽdam in Christo. Nam sicut oratio dicitur vera vel falsa non à veritate, quæ est in ipsa, sed ex eo quod res est vel non est. 6. Meta. & in prædicamẽtis: ita tota lex Moysi, & omnia illa sacramenta, & mãdata nõ dicuntur vera à veritate, quæ erat in ipsis, sed à veritate quã figurabant in Christo futuro, & sic dicebantur vera in Christo, in quo fuerũt verificata, & impleta, & terminata, & in quo finierunt cursum, & terminũ suum. Nã passio Christi, & sacramentũ Eucharistiæ, & ascẽsio, & resurrectio dederũt, & imposuerũt terminum omnibus figuris, & mandatis legalibus, & cerimonialibus ve. te. Hoc ergo præuidẽs Dauid in spiritu dicit, q bene laudãdus, & magnificandus est Deus. Nam opera omnia manuum eius, quæ fecit Deus in figura in vete. testamento non sunt nisi veritas, & iudicium: quia omnia fuerunt verificata in nouo testamento. E

Fidelia omnia mandata eius: confirmata in sæculum sæculi: facta in veritate, & æquitate.

Etiam omnia mandata legalia, quę dedit illi populo in figura, fuerũt fidelia, & nõ deceptoria. Probatur: quia fuerunt confirmata in sæculũ sæculi: & facta, & impleta in veritate, & æquitate. Nam liberatio filiorũ Israel de Ægypto, & mandatũ de agno paschali immolando, & de pane azimo vescẽdo, omnia ista mysteria, & mandata fuerũt fidelia: quia per Christũ fuerunt facta in veritate, & æquitate, quando pro nobis in ara crucis fuit immolatus, & nos de captiuitate diaboli, & de morte perpetua liberauit. Item illa mandata fuerunt cõfirmata in sæculũ sæculi, quãdo instituit Eucharistiã, & dixit. Accipite, & comedite &c. Et hic est calix noui, & æterni testa. &c. Et sic patet, q mysteria, q̃ fecit Christus, fuerunt verificatio, & confirmatio vet. testa. Quia omnia illa legalia receperunt veritatẽ & terminum, & confirmationem in Christo: quia per mortem testatoris fuerunt cõfirmata quò ad eorum veritatem: quia lex euãgelica nil aliud est nisi veritas, & manifestatio legis ve. vt ait August. de catechizandis rudibus. Item fuerunt facta in veritate. i. verificata per Christum. Et fuerunt etiam facta in æquitate, & iustitia: quia per passionem Christi figuratam per illa mysteria, & mãdata cerimonialia, fuit facta iustitia, & punitio pro F

peccato

Universidad de Deusto
Biblioteca

A peccato primorum parentum, & omnium aliorum, quia Christus pro nobis passus est, & punitus.

Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum.

Quod omnia illa mysteria, & mãdata vetꝰ testã. fuerint fideliat. fideliter adimpleta, & confirmata, & facta in veritate, & æquitate, probatur. Nam qñ venit plenitudo temporis dominus Deus pater misit redemptionẽ populo suo: quando misit filium suum natũ ex muliere, & factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. ad Gal. 4. Qui per suã mortem, & passionem, & resurrectionẽ oẽs redemit. Et tunc mandauit in æternum testamentum suum, quãdo antequam pateretur instituit sacramentum Eucharistiæ figuratum per supradicta mysteria. Et ideo dixit, B Hic calix nouum, & æternum testamentum est in meo sanguine. Quod quidem testm dr̃ nouum inquãtũ est declaratio veteris, & verificatio: quia in illo effundebatur sanguis agnorum, & vitulorum, sed in isto effusus est verus sanguis Christi per supradicta figuratus. Sed dicitur testamentum æternum inquantum nullum aliud dẽt succedere. Et dr̃ testamentum confirmatum: quia per mortẽ Christi legislatoris, & testatoris fuit cõfirmatum. Et io dr̃ vltima voluntas Dei, quæ amplius in hoc sæculo mutari non põt: nec aliud testamentum succedere. Et ideo Christus qñ hoc testamentum, siue sacrificiũ instituit, mandauit in æternum testamentum suum: quod per mortem, & passionẽ in æternum confirmauit. Vnde lex Moysi siue testamentum vetus non fuit confirmatum in se, C & in figura: sed fuit confirmatũ in figurato. & isto modo ratione figurati põt dici confirmatum in æternum: & ad hunc intellectum circũcisio põt dici æterna, & occisio agni paschalis. Nam sicut illa oia legalia non fuerũt verificata in sẽ, sed in Christo: ita oĩa dicuntur æterna non in se, sed in Christo: in quo receperunt terminum, & veritatem, & iustitiam. Potest etiam tota illa particula referri ad sola opera, & mãdata Christi facta in nouo testamento. s. q̃ opera manuum Christi nil aliud fuerunt nisi veritas, & iudicium, eo q̃ eius mandata fuerunt fidelia, & cõfirmata in sæculum sæculi: & facta in veritate, & æquitate, & iustitia oĩa, quæ præcepit in lege euangelica. Sed tunc intelligentia est quasi eadem, quia lex euangelica dicitur veritas legis veteris inquantũ viuificauit omnia mysteria, & mandata legis veteris, & ea confirmauit, & iustificauit: quia in Christo facta est vera iustitia. Nam in lege veteri homines peccabant, & pro peccato eorum effundebatur sanguis animalium brutorum. Et ideo sanguis alienus non poterat iustificare peccata hominum. Sed in nouo testamento pro hominibus peccatoribus sanguis humanus Xpi effusus est. Ideo in Christo verè facta est iustitia, & illa mors bene, & iuste hominẽ potuit iustificare: quod minimè potuit sanguis aut mors hircorum aut vitulorum. Quia ille sanguis non dabatur nec effundebatur in precium, sed in signũ fœderis, & precii per Christum in cruce soluẽdi, vt dictum est psal. 49. E

Sanctum, & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor domini.

In hac tertia parte exortatur fideles, vt cũ puritate, & timore accedant ad hoc sacramẽtum. Nam sicut bonis, & iustis hoc sacramentũ Eucharistiæ est salutiferum, & vtile: ita indigne sumentibus est nociuum. Nam qui indigne manducat, & bibit iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus domini. Primę ad Corinth. 9. Vnde nomen Christi est sanctum, & terribile. Nam inquantũm sanctum sanctificat, & saluat fideles, & digne sumentes hoc sacramentum. Sed inquantũm terribile iudicat, & condemnat immundũ, & indignè sumentes. Vnde sicut iustis prodest ad tutamẽtũ mentis & corporis, & ad medelã recipiendam: ita indignis, & immundis peruenit ad iudicium, & ad condemnationem. Ideo dicit propheta, q̃ caueant, sumentes Christum consecratum. Nam sanctum est nomen eius, quia digne sumentes sanctificat, & saluat. Sed est terribile, & timendũ, quia indignos condẽnat: vñ si est terribile, ergo timendũ, & si timendũ, ergo cũ maximo timore & deuotione ad ipsum est accedẽdũ: quia initiũ sapientię est timor domini. Nam omnia mysteria Dei sunt tractanda cum sapientia. Sed initium omnis sapientiæ est timor domini. ergo cum magno timore hoc sacramentum est sumendum, & pertractãdum. Et sic patet quomodo hoc nomẽ Iesus est sanctum: quia bonos sanctificat, & malos condemnat. ideo est valdè timendum, & cum magno timore eius ecclesiastica sacramenta sunt tractanda, & ministranda. Quia initium omnis sapientiæ, & omnis bonæ operationis est timor domini præcipuè filialis, vt latius videbitur

A bitur in Psalmo sequenti.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Ista vltima particula põt habere triplicem intellectũ. Vno mõ, quòd cõtinuetur cum litera præcedenti, & sic est probatio comparata illius particulæ. Sanctũ, & terribile nomẽ eius, vt sit sensus, q̃ sicut intelligẽtia siue intellectus sacræ scripturæ, & diuini mandati est bonus oĩbus facientibus, & obseruantibus eum, & inutilis, & nociuus trãsgressoribus, quia seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. Lucæ 12. ita patrõne manducatio huius sacri est bona iustis, & puris, & dignis, & inutilis, imò nociua indigne sumentibus, quia sanctũ & terribile est nomen eius: ideo timendum, quia initium sapientiæ est timor dñi. Secun B do modo põt habere alium intellectum. Ad cuius euidentiam est primò notãdum, quòd dr̃a est inter scientiam purè speculatiuam, & scientiam moralem. Nam finis scientiæ speculatiuæ est tm̃ scire. Sed finis practicæ, & moralis operatio. Iõ scientia moralis est inutilis non operantibus secundum virtutem: quia non addiscimus scientiam moralem, vt sciamus tm̃: sed vt boni efficiamur. Ideo sciẽtia moralis est inutilis pueris incontinentibus. 1. Ethic. Ita pariter scientia, & notitia sacræ scripturæ est non solum inutilis, imò nociua malis, & non obseruantibus diuina mãdata, quia non damnus studium, & operam sacræ scripturæ, vt sciamus tm̃: sed vt secundũ diuina mãdata, & præcepta bene operemur, & sic iusti efficiamus, quia non iustificamur in sciendo, sed in operando secũdum legem diuinã, vt dictum est psal. primo. Et sic ergo C intelligentia siue intellectus sacræ scripturæ est bonus, & vtilis, & meritorius non omnibus indifferenter, seu solũ oĩbus facientibus, & implentibus, & seruantibus eum, s. diuinũ mandatum. Secundò est notandum, q̃ differentia est inter sapere, & scire, & inter scientiam, & sapiẽtiam. Nam scire idem est, quod discernere inter rem, & rem. Sapere autem idem est, quod rem scitam gustare per experientiam, & sic omne sapere est aliquo modo scire, sed non econuerso. Nam ille, qui habet tantum notitiam de sacra scriptura, & scit dãbinguere inter diuina mandata, & scit dare rationem de diuinis mandatis, & non operatur secundum legem, & diuina mandata, ille talis habet tm̃ scientiam, sed non sapientiam, quia nõ gustat, nec sapit per opera D tionem ea, de quibus dat rõnem: sed sicut si quis hẽt odorem de pomo, & non saporem: quia non gustat. Ideo solus ille dr̃ habere sapientiam, qui intelligit sacram scripturam, & operatur secundũ ipsam. Et sic ille talis dr̃ habere bonum, & perfectum intellectũ de diuina lege, quia scit diuinam legem cum sapientia, & operatione, & sapore. Et sic patet, quòd non põt haberi bonus intellectus de diuina lege sine sapientia. Sed quia vera sapiẽtia non põt haberi sine timore filiali domini: iõ dicit Propheta, q̃ intellectus diuini mandati est bonus oĩbus facientibus eum, & operantibus secundum eum, quia talis intellectus dr̃ sapientia, quia talis bonus intellectus sit cũ timore filiali. Quia initium omnis sapiẽtiæ est timor domini. Nam oĩs bona operatio incipit a timore domini filiali, quia aliter talis operatio non est meritoria. Vult ergo innuere Propheta, q̃ sicut ad studium sacræ scripturę non est accedendũ sine timore domini, vt ait Aug. in principio primi de trinitate: Ita ad hoc sacrm non est accedendum nisi cum deuotione, & timore. Quia initium sapientiæ est timor dñi. Item tertiò iste vltimus versiculus põt habere alium intellectũ. Nam in principio huius Psalmi dicit Prophe ta, quòd intendebat canere hunc Psalmum. & confiteri hoc sacrm Eucharistię non in cõuenticulis hæreticorum, nec in ęcca synagoga Iudæorum: sed in cõcilio, & congregatione, & ecclesia iustorũ, & fidelium christianorum. Tunc posset quis arguere cõtra, & dicere, q̃ iste Psal. nõ cantatur in ecclesia christianorum, sed ẽt in synagoga modernorum Iudæorũ, qui in suis festiuitatibus cantant hũc Psalmum. Ad hoc rñdet Propheta in hoc vltimo versiculo huius Psal. dicens, q̃ licet Iudæi cantent hunc Psal. in synagoga, tm̃ inutiliter cantant, quia non habent bonum intellectum, nec intelligentiam veram de hoc Ps. cum sint cæci, quia non percipiunt sacrm eucharistię, de quo Dauid propheticè loquitur in hoc Psal. & ideo non intelligunt, nec cantant ipsum cum vera intelligentia, Quia verus, & bonus intellectus huius Psal. & huius sacramenti non datur nisi facientibus, & colentibus eum. s. venerantibus hoc sacrm eucharistiæ. Et ideo quomodocunque intelligatur iste versiculus semper sequitur, q̃ laudatio eius manet in sæculum sæcnli. Nam laudatio, & præmium dignè sumen- E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tis hoc sacramentum manet, & perseuerabit in seculum seculi, & laudatio intelligentis sacram scripturam cum timore, & sapietia, & laudatio huius sacramenti, siue laudatio intelligentis prophetice hoc sacrm eucharistiæ esse prophetatū in hoc Psal. semper manebit in æternum, & in seculum seculi. Vnde est iterum aduertendū, quòd hęc est dfia inter sciam, & sapientiā legis. Nā scientia legis dicit solam cognitionē, & intelligentiā. sed sapietia dicit intellectum cū operatione. Et iō cognitio, & intellectus legis sine operatione, nec prodest, nec est vtilis scientibus. Sed intellectus legis cū operatione est bonus, & vtilis faciētibus, & operātibus cū. i. operantibus sm intellectum legis. Et iō concludit, quòd laudatio eius. i. habentis intellectū cū timore Dei, & operatione manet in seculū
B seculi, quia sciētes legē, & facientes semper laudabūtur a Deo & hoibus. Per oppositū autē sciētes, siue intelligētes legē, & nō faciētes nec operātes semper vituperabūtur, & panētur, & accusabūtur. Nā sernus scies voluntatē dñi sui, & nō faciēs plagis vapulabit multis. Luc. 12. Ex quo sequitur, quòd talis cognitio, & intellectus sine operatione potius erit ipsi nociuus q̄ vtilis. Ex toto isto Psal. possunt recolligi decē cōclusiones. Prima cōcl. quòd Dauid in hoc Ps. intēdit cātare opera magis mirabilia, & electa, & exquisita, q̄ fecit Deus erga genus humanū. Secūda cōcl. quòd quatuor sunt mirabilia mysteria, quæ Deus operatus est erga nos. s. opus creationis, & incarnationis, & redēptionis, & eucharistiæ cōsecrationis. Tertia cōcl. q̄ Christus instituit sacm eucharistiæ ad refectionē, &
C esca spūalem, & sacrificium quotidianum in memoriam suorum operum mirabilium. s. in memoriam passionis, & nostræ redemptionis, & ēt incarnationis: quia in hoc sacro repræsentatur incarnatio, & passio Christi, & nostra redemptio, & fit nostra reconciliatio, & spiritualis refectio. Et implentur, & memorantur sacrificia vet. testa. & refectio mānæ. Quarta concluſ. quòd in hoc sacro complentur oia sacrificia figuratiua, & oblationes vet. testa. Quinta cōclusio, quòd per hoc sacramentum datur reconciliatio, & redemptio, & sanitas spiritualis deuote, & rite sumentibus, timentibus Deum. Sexta conclusio, quòd hoc sacrificium, & sacm durabit in æternum per totam istam ætatem, quia nullū aliud sacrificium ipsi succedet accepta bile apud Deum. Septima cōclu. quòd sicut D
hoc sacramentum est salutiferum rite, & de notē sumentibus: ita est nociuum indigne sumentibus. Ideo cum magno timore, & pa ritate est ad ipsum accedendum, eò quòd in ipso Deus realiter continetur. Nam nomen Dei: qui est ipse Christus est sanctū iustis, & terribile peccatoribus, & indignis. ideo sanctificat iustè sumentes, & terrificat, & damnat iniustè sumentes. Octaua concluſ. quòd sicut intellectus sacræ scripturæ est bonus, & vtilis, & salubris oibus operantibus, & fi-
cientibus secūdū præcepta legis: ita per oppositum intellectus, & intelligentia legis est nociua, & inutilis præuaricatoribus legis. Ex quo patet, quòd initium omnis sapientię est timor domini. Nam scire sine operatione, & timore non est sapere. Nam ille sapit, qui operatur secundum scientiam, & notitiam. Ideo omnis sapientia incipit a timore domini. Nona conclusio, quòd scientia cum operatione dī iustitia, & vera sapientia, quia homo iusti
ficatur, qñ operatur secundum legem cogitam. & ideo eius iustitia manet in seculum seculi, quò ad præmium: quia præmium iustitiæ est æternum, quod nemo tollet a iusto. Decima cōcl. quod hoc sacm multiplicite dī mirabile inter oia opera Dei. Primò quia in eo implentur oia mirabilia operum accidit, quia licēt domus dependeat ab arte domificatoris quò ad formā artificialem: tamen non quò ad materiam, scilicet quò ad lapides, & ligna &c. Et ideo oportet, quòd prius incidat lapides de monte, & ligna de sylua, & ducat ad locum, & præparet, & compaginet secundum ordinem artis: quæ omnia facere non potest sine motu, & tēpore, & labore. Et ideo licēt domificator mil-
lies dicat fiat domus: nunquam fiet nisi appo
C natlabores, & conatus, & tempus. Sed quia totum cœlum, & natura dependet a Deo: vt patet. 12. Metaphisicę, hinc ē, quòd Deꝰ solo verbo potuit ex nihilo condere vniuersum: quia dicendo fiat lux, facta est lux &c. vt patet Genesis primo. A fortiori ergo idem Deus incarnatus dicendo: Hoc est corpus meum, potuit conducere substantiam panis in corpus suū. Et hoc nullus verus metaphisicus, & philosophꝰ bene dispositꝰ poterit negare: prout latius patebit psalmo. 148. & in tractatu finali. Et hic patet possibilitas conuersionis huius sacramenti. Sed quia Iudæi, & sarraceni negant Christum esse Deum propter cœcitatem, & contrariam in dispositionem: ideo non est cum eis disputandum de hoc sacramento: nisi cum autoritatibus veteris testamen-

A fine subiecto. Sextò dicitur mirabile ratione mirabilis effectuum, quos efficit in suis deuotē & digne sumentibus alibi latius explicatur. Sed ad pleniorem sufficientiā, & clariorē intelligentiā eorum, quæ dicta sunt, quinq; sunt videnda. Primò est videndū de possibilitate cōuerbonis huius sacramenti. Secò de exius existētię veritate. Tertiò de eius officio, & vtilitate. Quartò de eius formę visibilis consistentia. Quintò de recipientium munditia, & puritate. Quantū aūt ad primum est scien
dum, q̄ tota possibilitas huius sacramenti cō
sistit in præsupponendo, q̄ Christus institutor huius sactamēti sit verus Deus: quia vt sic ela
B tum est, q̄ sicut à principio temporis solo verbo potuit ex nihilo cuncta creare: ita potuit in die cœnæ substantiam panis conuertere in corpus, quod ex Maria virgine personaliter sibi vniuit. & ratio huius est: nā quia omnis creatura dependet de solo verbo diuino quò ad totum suum esse in genere causæ effi
cientis, & formalis, & finalis: ideo Christus solo verbo absq; motu, & tēpore, & labore potest res producere, quò ad totum suum esse. vnde causa quare domificator solo verbo, & præcepto absq; labore, & tempore non facit domum accidit, quia licēt domus dependeat ab arte domificatoris quò ad solam formā artificialem: tamen non quò ad materiam, scili
cet quò ad lapides, & ligna &c. Et ideo oportet, quòd prius incidat lapides de monte, & ligna de sylua, & ducat ad locum, & præparet, & compaginet secundum ordinem artis: quæ omnia facere non potest sine motu, & tē
pore, & labore. Et ideo licēt domificator millies dicat fiat domus: nunquam fiet nisi appo
C natlabores, & conatus, & tempus. Sed quia totum cœlum, & natura dependet a Deo: vt patet. 12. Metaphisicę, hinc ē, quòd Deꝰ solo verbo potuit ex nihilo condere vniuersum: quia dicendo fiat lux, facta est lux &c. vt patet Genesis primo. A fortiori ergo idem Deus incarnatus dicendo: Hoc est corpus meum, potuit conducere substantiam panis in corpus suū. Et hoc nullus verus metaphisicus, & philosophꝰ bene dispositꝰ poterit negare: prout latius patebit psalmo. 148. & in tractatu finali. Et hic patet possibilitas conuersionis huius sacramenti. Sed quia Iudæi, & sarraceni negant Christum esse Deum propter cœcitatem, & contrariam in dispositionem: ideo non est cum eis disputandum de hoc sacramento: nisi cum autoritatibus veteris testamenti, vt patebit in tractatu finali. Sed dicet aliquis, quòd licet Christus tanquam Deus potuerit tunc conuertere substantiam panis in corpus sibi assumptum: tamen hoc non potuit facere sacerdos cū sit creatura. Ad hoc respondetur, q̄ sacerdos non facit in proprio verbo, tanquam actor principalis: sed tanquā minister in verbo Christi, qui operatur in hoc sacramēto ad prolationem verborum facta per sacerdotem: sicut Moyses non faciebat miracula per illā virgā tanquam autor: sed tanquam minister. nam dum Moyses mouebat, & eleuabat virgam ex præcepto Dei: Deus tanquam actor principalis operabatur miracula in Aegypto, & in toto deserto. Ita pariter quando sacerdos profert verba consecrationis ex diuina institutione, Christus operatur in sacramento conuertendo substantiam panis in corpus suum. Et hoc de primo. Quantum autem ad secundum est dicendū. D
E
q̄ tota veritas essentiæ huius sacramenti consistit in his. nam primò per sola verba consecrationis sola substantia panis conuertitur in solum illud corpus Christi, quod spiritus sanctus formauit ex puris sanguinibus virginis: prout tale corpus habet esse substantiale ab anima. Et ideo ista conuersio propriè dicit transsubstantiatio. Sed quia tale corpus Christi, in quod conuertitur substantia panis actuatur, & informatur ab anima Christi, ideo necessario est ibi anima Christi per quādam concomitātiam. secus autem fuisset, si aliquis apostolus consecrasset in triduo. de quo alibi disputatur. Item illud corpus Christi in sacramento nō est sine sangnine. Ideo est ibi sanguis per quandam concomitantiam. Itē quia tota humanitas Christi personatur, & suppositatur per verbum: ideo est ibi verbū
F per vnionem personalem. Item quia verbum est patri, & spiritui sancto consubstantiale: ideo per vnitatem essentialem, & consubstantialem est ibi pater, & spūs sanctus: eo q̄ filius procedit inseparabiliter, & naturaliter à patre: & spiritus sanctus per modū voluntatis, & libertatis ab vtroq;. Et sic patet qualiter sub corpus Christi est in hoc sacramento ex vi consecrationis: sed anima Christi, & tota trinitas est ibi per quandam concomitantiā se cundum ordinem prędictum. Et sic etiā sanguis est per concomitantiam in corpore cōsecrato: & econuerso. Ex quibus omnibus sequitur, q̄ oia accidentia panis præteriti manent sine subiecto in hoc sacramento supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

A natusq; Itē sequitur, quòd corpus, & sanguis Christi non sunt in hoc sacro localiter, sed realiter, & sacraliter, & per modū substātiæ. Item sequitur, q̄ postquam in hoc sacro est verus Deus incarnatus, & per consequens coexistit tota trinitas, sequitur q̄ verus Deus trinus, & vnus adoratur in hoc sacro adoratione latria. Et sic patet veritas essentiæ huius sacri. Quātum ad tertium est notandum, quòd triplex officium exercetur in hoc sacro. Nam primò offertur in altari, secundò sumitur, & recipitur a sacerdote & fidelibus. tertiò reseruatur in sacrario. Primò aūt modo offertur in oblationem, & sacrificium pro delictis, & peccatis populi. Secundò recipitur in sacrm, inquantum significat manducationem, & refectionem spiritualē animæ. Tertiò reseruatur in monumentum, & memoriam ipsius Christi. Quò autem ad primū
B fuit hoc sacrm figuratum per panem, & vinum, siue per oblationem panis, & vini, quā obtulit Melchisedech pro Abraam. Genes. 14. Item fuit figuratum per cruſtulam panis, quam Deus præcepit eleuari coram domino in tabernaculo. Exo. 29. Item per sacrificium agni matutini, & vespertini. ibidem. Item per sacrificia oīum aialium mundorū, vt patet per totum Leuiticum. Quò ad secūdum fuit figuratum per manna: quod dñs Deus pluit de cœlo, quo ille populus fuit refectus in tota peregrinatione vsq; ad terram promissionis. Exo. 16. Et per panē subcinericium Heliæ, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctib. vsq; ad montem Dei Oreb. 3. Reg. 19. Quò ad tertium fuit figuratū per vrnā mannæ q̄ Deus præcepit reseruari in area dñi: &
C per panes propositionis, qui reseruabantur ante altare. Exo. 25. Iterum autem est aduertendum, q̄ Christus instituit hoc sacrm ad supradicta officia propter multas vtilitates, quæ consequuntur ex tribus officijs huius sacramenti. Nam primò inquantum offertur in altari pro delictis populi cōsequimur remissionem peccatorum, & pœnarum eorum. Sed inquantum recipimus eucharistiā ad sacrm efficit in nobis inuisibilem gratiam quam significat sub illa visibili manducatione. nam viuificat aiam nostram præbēdo ipsi vitam spiritualem, & restaurat bona deperdita, & transformat nos in Christum, quem sacramētaliter manducamus, & recōciliat nos Deo patri. Inquantum aūt reseruatur in sacrario, cōfert nobis duplicē vtilitatem. nam primò nos ibi adoramus Deū, & dñm nim, inquantū ibi residet Christus tanquā Deus, & dñs: & per cōsequens adoramus ipsū verbum cū patre & spū sancto, quibus est cōsubstantialis filius: & sic adoratur Deus, & hō, adoratione latria. per quē cultū cōtinuē merentur fideles adorātes, & orātes in ecclesia. Secūdò, quia ibi in sacrario residet Xps tanq̄ caput, & summus pōtifex nr̄ō simul cū nobiscū orat pro nobis, & interpellat apud patrem in toto officio canonico, & in oibus orationibus priuatis fideliū. Et sic quod nostris meritis obtinere non possumus, adipiscimur meritis, & intercessione Christi capitis nri. Et hęc est causa quare reseruamus Chm in sacrario ecclesiæ sub forma huius sacri. & patet quare Christus reliquit nobis seipsū ad
E supra dictum triplex officium in hoc sacro. Quantum ad quartum est aduertendū sicut sæpius dictū est, q̄ cibus prohibitus, quē comedit Adā, multa damna attulit generi humano. nā primò propter ipsum perdidimus lignum vitæ paradisi: per cuius esum poterāmus non mori: sed post longam vitam fuisse translati in vitam meliorem cœlestē: & ex cōsequenti incidimus in mortē corporis, & aiæ, & fuimus subiecti innumeris infirmitatibus, & miserijs, & fuimus sauciati morbo concupiscentiæ: vnde proueniunt nobis oīa mala, & sumus proni ad oē nefas. Et iō Xps tanquam verus redemptor, & restaurator reliquit nobis seipsum in cibum in hoc sacro, primò in supplementum ligni vitę perditi, vt per esum huius sacri viuamus spiritualiter. secundò in medelam, & antidotum contra
F venenum cibi prohibiti, & ad sanandas nostras infirmitates. Vnde ille cibus prohibitus nos mortificauit, sed iste nos viuificauit. Ité ille nos sauciauit, & vulnerauit: sed iste nos sanauit: item ille nos debilitauit, & infirmecit: sed iste nos roborauit & refecit, item ille nos a Deo separauit, sed iste reconciliauit. Et vt per esum huius cibi recuperemus vitā, & bona quæ ibi perdidimus. Ideo non solum sub forma cuiuslibet cibi: sed spiritualiter sub forma panis, & vini, seipsum sumendū nobis reliquit. Et iō dixit Iesus Pharisęis, Io. 6. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descēdi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Vnde Deus tunc dixit primis parentibus de illo cibo vetito: Qua hora comēderitis morte moriemini. Sed per oppositū de

isto sacro pane dicit. Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit nō moriatur: sed viuat in ęternū &c. Congruenter ergo Christus reliquit nobis corpus suum sumendum sub forma panis: & sanguinē suū bibendum sub forma vini: vt sicut per esum & potum panis, & vini materialis continuamus vitam temporalem, & nutrimur corporaliter: ita sub forma eiusdem panis, & vini sacramētaliter absq; errore māducemus cor pus Christi, & bibamus eius sanguinē ad refectionem spiritualem. Aug. autem super Ioā nem addit, q̄ totum hoc factum est ad significandam gratiam, & vnitatem corporis mysti
B ci: quam consequimur ex esu huius sacramē tissimi. sicut ex multis granis frumenti bene purgatis a paleis in area, & trituratis in mola ri, & mistis cum aqua, & coactis in furno, vnus panis conficitur: qui manducatus in nostram carnem conuertitur: & sicut ex multis racemis, & granis vnum vinū conflui: ita pariter per esum huius sacramēti ex multis fidelibus vnum corpus mysticum cōficitur in ecclesia, & suo capiti Christo vnitur: & patri reconciliatur, & iungitur. Et ideo ista manducatio facit effectum cōtrariū respectu corporalis comestionis. nam manducādo cibum materialem conuertimus ipsum in nostram substantiam: sed manducando hunc sacrū ci bum, & bibendo hunc sacrum potū, nos trās formāmur, & mutuamur in ipsū. Et sic patet congruentia formæ huius sacramenti. Quantum ad quintū aūt est dicendum, q̄ si per re
C ceptionē, & esum huius sacramēti debemus in Christum transformari & patri reconcilia ri: & viuere per gratiā, & ab omni morbo spirituali sanari. oportet de necessitate vt munditia ad ipsum accedamus: vt hoc sacramentū efficat quod significat: q̄ aliter nullus bonus intentus sequeretur effectus: eō q̄ actus actiuorum sunt in patiente dispositio. nam si per peccatum a Deo separamur, ergo nullo mō ei peccato possumus Deo per gratia coniungi, nisi prius purgetur a peccato. Et ideo sequitur signē accedens ad hoc sacramentū consequitur vitā spūalem, & æternam, & oēs supra dictos effectus: ita mundus, & indignus ac cedens, iudicium sibi manducat & bibit. Et ideo Dauid vt ostendat quō cū timore est accedendum ad hoc sacramentū, concludit in hoc psal. dicens. Sanctum, & terribile est nomen eius: initium sapiētiæ timor domini &c. Est aūt aduertendū, q̄ omnia ista supradicta subtilius & latius disputantur per doctores in 4. sententia. Sed sola ista dicta sufficiant ad instructionem, & consolationem simplicium sacerdotum, & christianorum: quia ista glosa non patitur longam aut subtilem disputationem: sed solam sanam psalmorum literalem & propheticam declarationem.

PSALMVS. CXI.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.

Titulus. Alleluia. Ex titulo apparet, q̄ David fecit istum psal. ad laudandum Deū, maximē in festiuitate Paschæ. Nā sicut fecit. ps. præcedentem in quo cōmēdat summā Dei miam: quam ostendit in testamento vet. figuraliter liberando filios Israel de Aegypto, & realiter liberando genus humanum in testamento nouo de captiuitate, & morte æterna per suā mortē, & passionē, & eucaristię institutionē, & voluit, q̄ ille psal. cātaretur in die
E paschæ: Ita pariter fecit istum psal. in quo cōmendat miam hominis erga proximū suum. Nam sicut miseratio Dei est maximum opus inter oīa opera Dei: ita opera nūæ sunt maiora inter omnia opera hominis, & maioris mēriti: excepta latria, quæ debetur Deo. Et ideo voluit q̄ iste psal. cantaretur in festiuitatibus paschæ: vt moneret populū ad eleemosynas faciendas. Et cātabatur cū alleluia: Ad denotandū, q̄ maximē laudatur Deus in operibus misericordiæ exercēdis: quia Deus māgis laudatur opere quā ore. Et ideo duo facit in hoc psal. Nam primò promittit præmium tempo
F rale faciētibus misericordiam & eleemosynā secundò promittit præmiū ęternum. ibi. locū dus homo. Quantū ad primū est aduertendū, q̄ timor domini filialis est principiū omniū bonorū: sicut dictum est ps. 18. Nam ille qui timet Deū amore filiali cauet oē malum, & cauet transgredi præcepta, & timet offendere Deum ne displiceat ipsi: & ne perdat eum, & sic conat ad posse adimplere mādata Dei: vt cōplaceat ipsi: & studet inhęrere amori Dei propter se: vt possideat eum, & sic toto conatu fertur in Deū. Et ideo timor filialis nihil aliud est quām summa caritas. Et quia amās semper laborat, & coronat transformari in amatum: ideo omnis ille qui timet, & verē amat Deū, & Christum filium eius, semper laborat toto conatu, & studet imitari Christū. Sed quia Deus in toto testa. veteri: & in nouo semper operatus est misericordiam nobiscū: vt patuit in psal. pręcedenti: & semper præcē

+ conatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pit in vtroq; testamẽto misericordiam fieri: Ideo ille: qui verè timet dominum volẽs imitari Christum, & adimplere eius voluntatẽ, & mandata, semper erit misericors proximo suo. Ex quo patet, ꝙ principium, & causa misericordiæ in omnibus est timor domini. Et iõ ꝓpheta Dauit volẽs cõmendare mĩam in hominibus: incipit à timore domini. vnde dicit. Beatus vir qui timet dñm timore filiali: quia talis de necessitate diligit dominum, & hic timet, & diligit dominum. Tunc in mandatis eius cupit, & volet nimis ambulare, i. toto conatu, & studio laborat adimplere mandata Dei. Vnde ly nimis non dicit excessum vituperabilẽ: sed dicit totũ conatũ. q.d. ꝙ qui timet Deum timore filiali, ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus suis, studet, & laborat, & conatur, & desiderat adimplere eius mãdata. Sed quia inter omnia mãdata Dei de caritate eius est maius mandatũ vt patet Matthæi. 22. & per totum discursum euangelicum, & quia maximè Christus in iudicio exiget à nobis opera caritatis, & misericordiæ: vt patet Matth. 25. Ideo omnis vir qui timet dñm maximè cupit adimplere opera, & mandata caritatis, & mĩæ. Vnde licèt in hoc versiculo nõ explicetur misericordia: sed timor Dei, & obseruantia mandatorũ eius: tamen per ea quæ sequuntur videtur manifestè ꝙ propheta misericordiam hominis intendit cõmendare, & misericordes beatificare.

B

Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors & miserator & iustus.

C

Quia superius dicit: ꝙ beatus est vir qui timet dñm, & facit misericordiam cum proximo suo: hic explicat eius beatitudinem. Vnde est aduertẽdum, ꝙ homines misericordes, & eleemosynarij non solum habent beatitudinem, & præmium æternũ in cœlo: sed etiã habent præmiũ tẽporale in hac vita pro maiori parte. Et sic beatitudo hominis misericordis nõ solũ est ęterna, sed temporalis. Et etiã mĩa non solummodo beatificat hominem ęternaliter in cœlo: sed etiam temporaliter in hac vita. Tria ergo facit: nam primò explicat præmia temporalia quæ consequuntur misericordes in hac vita: secũdò explicat præmia ęterna, quę consequuntur post hanc vitã: tertiò explicat damnationem ęternam quã patientur impij, & crudeles post hanc vitam. & D

Secundum ibi. Iucundus homo. Tertiũ ibi. Fecerator videbit. Quantũm ergo ad primum dicit ꝓpheta, ꝙ tria bona cõsequitur homo misericors in hac vita. Primo pręmiatur in filiis: quia semen eius est potens, & abũdans, & copiosum. Quasi dicat: ꝙ præmiatur in corũ boni, & virtuosi, & sic à Deo, & hominibus benedicentur. Nam sicut iusti abundant in benedictione filiorum: ita in benedictione virtutum. Vnde nota, ꝙ benedictio in scripturis frequenter sumitur pro abundãtia, & multiplicatione. Ideo cũ dicitur hic: Generatio rectorum benedicetur: idem est dicere, quod generatio iustorum abundabit, & multiplicabitur. Secundò sicut vir misericors est largus ad porrigendum, & erogãdum eleemosynas pauperibus: ita Deus augmentat bona eius temporalia, & honores: ideo subdit ꝓpheta: quòd gloria. i. honor, & diuitiæ temporales erunt semper in domo eius. Tertium præmium erit absolutio à peccatis. Nam eleemosyna extinguit peccatum, & iustificat hominem, & præseruat ipsum à peccato. Et si est iniustus illustrat, & iustificat homines eleemosynarios propter mĩam, & caritatem. Sed est notãdum, ꝙ totum hoc quod dictũ est de prãmio tẽporali põt ẽt intelligi de spũali, & sic supradicta præmia possunt spũaliter intelligi. Nam multi sunt, & fuerunt misericordes, & eleemosynarij in hac vita, qui non habuerunt supradicta bona temporalia quia nõ habuerunt filios, nec diuitias, nec honores: imo postquã erogauerunt omnia bona sua pauperibus, cõpulsi sunt mendicare. Sed tales non caruerunt bonis spũalibus: nec sunt alieni à supradictis benedictionibus intelligendo eas spiritualiter. Nam semina hominis eleemosynarij sunt eleemosynæ, & opera misericordiæ: ꝙ dicuntur

A cũtur semina in sacra scrip. vt ait Apo. 2. ad Corint. 9. Qui parcè seminat, parcè & metet &c. Et de hoc semine eleemosynarũ dicit hic ꝓpheta. ꝙ semen viri eleemosynarij potens in terra, quò ad potẽtiam meritorum, ꝙ generatio rectorum. i. bona opera benedicentur & ꝙ gloria, & diuitiæ spirituales quę generabuntur ex eleemosynis, semper erũt in domo eius, & ideo iustitia eius s. pręmiũ, & fructus illorum operum manebit in ſęculum ſęculi. Et dominus Iesus Christus qui est misericors, & miserator, & iustus: est exortus. i. ortus in tenebris peccatorum ipsis rectis illuminando eos, & fugando tenebras eorum. Nam hoc est præmiũ eorum qui faciunt eleemosynam: quia illustrantur ne cadant in peccatum, & vt egrediantur à tenebris peccatorum. Vnde vtro misericordi, & eleemosynario dicit Deus per Esa. 58. c. Frange esurienti panem tuũ &c. & orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Ex quo patet, quòd eleemosynæ maximè fugant tenebras peccatorũ, & præseruant hoiem à peccato. Et nota, ꝙ ly Exortum est in tenebris lumen rectis: pòt intelligi ẽt de aduentu Christi. Nam Christus exortus est velut lumẽ omnibus rectis corde, & misericordibus. Nam eius aduentus, & redemptio solis rectis, & misericordibus est vtilis. Nam impij, & crudeles repellẽtur à facie Christi in ignem ætẽrnũ in die iudicij. Et nota, quòd be nè meritò exortum est lumen gratiæ facientibus misericordiam. Nam congruum est: vt qui alterius misericordiam: misericordiam consequatur: sicut est congruum vt iudicium sine misericordia fiat illi qui non facit misericordiã. Iac. 2. Ex quo patet, quòd hoc præmium est computandum inter bona spiritualia.

B

C

Iucundus homo qui miseretur et commodat disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur.

Hæc est secũda pars in qua narrat, & explicat præmia spiritualia, quæ cõsequentur viri misericordes ex eleemosynis elargitis, & operibus mar. Quorũ primũ est iucunditas, & securitas comparendi ante Christũ in die iudicij. Nã viri misericordes cũ confidentia, & securitate apparebunt cotã Christo iudice in nouissimo die: quia cum securitate poterũt reddere rõnem de talẽtis sibi cõmissis: quia apparebunt ante iudicẽ afferentes oleũ mĩæ in lãpadibus suis: ideo non timebunt, ꝙ sponsus dicat eis clausis ianuis. Nescio vos: imo recipiet eos, & intrabunt cum eo ad nuptias. D

Et similiter securè, & cum iucunditate accedent cũ talẽtis duplicatis. & ideo dicet eis dominus. Euge serue bone, & fidelis: qa in pauca fuisti fidelis &c. Per oppositũ auari. & crudeles trepidabunt ire ante faciẽ iudicis: eò ꝙ non afferent oleũ mĩæ, & eleemosynæ in lãpadibus: ideo claudetur eis ianua regni ęlorum: & dicetur eis. Nescio vos. Itẽ quia talis auarus, & crudelis abscondit talentum in terrã: ideo ejicietur in tenebras exteriores: vt patet Matt. 25. Et hoc est quod dicit hic Dauid: quòd homo misericors, qui miseretur proximo suo, & cõmodat dãdo eleemosynã, ille talis erit iucundus, & securus: quia cum fiducia disponet sermones suos in iudicio: ideo respõdebit Christo interroganti de talentis commissis: quia poterit dicere. Domine quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum. & dicet ẽt Dñe vnũ talentum bonorũ tẽporaliũ tradidisti mihi: ecce aliud superlucratus sum, quia illud distribui pauperibus. Et ideo subdit ꝓpheta: quòd iste talis vir eleemosynaris non cõmouebitur in æternũ: nec seperabitur à præmio æterno, & gloria ceļesti: quia gaudiũ suum nemo tollet ab eo. & ideo memoria huius iusti erit æterna: quia eleemosynæ eius viuent in præmiũ æternum, & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Ideo subdit.

E

In memoria æterna erat iustus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in ſęculũ ſęculi: cornu eius exaltabitur in gloria. F

Triplex ergo præmiũ spũale narrat in his duobus versib. Primũ quia vir qui miseretur & cõmodat iucundus, & securus reddet rationẽ in nouissimo die de bonis tẽporalibus sibi traditis. Secundũ, quòd pręmiũ eius in æternum non tolletur ab eo. Tertium erit quòd iustus, & misericors memorabitur, & viuet in æternum in hac ecclesia per gratiã & in superna per gloriam. Quartũ præmium subdit ꝓpheta, cum dicit. Ab auditione mala non timebit. Nam quando Christus dicet virginibus fatuis. Nescio vos: & quando dicet abscondenti talentum in terra: serue male, & piger &c. & quando dicet omnibus crudelib. & auaris: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Tunc ille vir misericors non timebit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A à tali sententia, & mala auditione: imo erit secutus de suo præmio, Ideo talis auditio latæ sententiæ erit mala ipsis auaris, & impiis, & crudelibus: quã sententiam auditam nõ timebunt misericordes. Et ideo sequitur, ꝙ cor talis viri misericordis erit paratum, & firmũ sperare in domino, & confirmatum in bono, & non cõmouebitur à firmo proposito, nec à præmio sibi promisso, & dato: & in hoc despiciet inimicos suos. q.d. ꝙ intantùm erit firmus in iudicio: ꝙ despiciet inimicos suos accusando eos, & instando cõtra eos: sicut legitur Sapientiæ. 5. ꝙ tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: Et etiam despiciet inimicos dæmones accusatores suos. Et subdit vltima præmiũ, & summum, & optimum ipsius viri misericordis quod erit habere regnum, & summam felicitatem, & gloriam in patria cœlesti. Vnde

B dicit, ꝙ iste misericors: quia commodauit, & dispersit bona sua pauperibus: ideo iustitia, & præmium eius manebit in sęculũ sęculi: quia erit æternum: & cornu. i. honor eius, & felicitas exaltabitur in gloria cœlesti. Vnde notanter dictum est supra. Iucundus hõ qui miseretur, & commodat. Nã dare eleemosynam nihil aliud est quã commodare, & mutuo tradere, siue seminare. Nam cõmodat tẽporalia, & recipit æterna, & seminat tẽporalia, & colligit spũalia, & æterna. Vnde cõmodare nil aliud est, nisi mutuo aliquid tradere. i. sub spe recuperãdi, & retribuẽdi aliq̃d mutuare. Et iõ largiẽs eleemosynã dicitur cõmodare aut mutuare dupliciter. Primò: quia à

C Deo præmium promissum misericordibus expectat. Secundò. quia pauperẽ recipienté ad rogandũ pro eo obligat. Sed est aduertendũ, ꝙ ly fixortũ est in tenebris lumen rectis: põt referri ad bona spiritualia. Nam gratia quæ declinat hominem à malo, & facit bonũ, potest computari inter bona spiritualia, & sic erit primus fructus spiritualis.

Peccator videbit, et irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorũ peribit.

In hac tertia parte memorat, & annũciat, & comminatur pœnam, & præmium ipsorũ virorum crudelium, & malorum. Quæ quidẽ pœna erit quadruplex. Primò quia cum peccator superbus videbit ibi in iudicio misericordes, & pauperes ad gloriã destinari: quos ipse pscutus est in hac vita, & cõtẽpsit: tũc irascetur præ inuidia, & oretur in corde. Secũdò quia fremet ex pœna sensus, ad quam de-

D stinabuntur ex sentẽtia Christi. Tertiò tabescet, & putrefiet in anima ex pœna vermis cũscet, & putrefiet in anima ex pœna vermis cũ cognoscet se talẽ felicitatẽ perdidisse ex sua culpa. Quartò quia votũ, & desiderium suũ erit frustratum, quia tunc perdet gloriã mũdi, in qua confidebat, & illecebras, & delectationes illius: & sic torquebitur in animo. Patietur ergo pœnam inuidiæ, & tremitũ doloris sensus, & tabẽ vermis propter culpã, & amaritudinẽ, cum bonis mũdanis, & delectationibus priuatum se viderit. Quas pœnas describit sapiens Sapientiæ. 5. dicens. Et qui ab

E stulerunt labores illorum turbabuntur timore horribili &c. per totum capitulum. Nota, ꝙ diuersum est desideriũ, & spes peccatorũ à desiderio, & spe iustorũ. Nã pctores ponũt spẽ & desideriũ in delitijs, & diuitijs, & dãno temporali huius mundi. Iusti aũt oia ista contemnũt, ponentes spẽ in vita futura æterna, & propter illã distribuũt diuitias in eleemosynas pauperibus. Et iõ desideriũ, & spes ipsorũ peccatorũ peribit simul cũ eis, quia nihil inuenient diuitiarũ suarum: quod maxime apparebit & cognoscẽt, in iudicio & hoc cõcludit Dauid in hoc ps. in quo enumerat fructus, & præmia iustorum, & misericordiũ, & dãna, & pœnas peccatorũ, & crudelium impiorum. Ex toto ergo isto ps. inferuntur tres conclusiones. Quarum prima est, ꝙ omnis timens Deum est misericors. Quod probatur: quia omnis timens Deum toto conatu, & cupit, & laborat adimplere diuina mãdata: sed oẽ mandatũ est de caritate Dei, & proximi, & per cõsequens de mia erga proximũ, ergo omnis timens Deum est misericors. Secunda conclu. ꝙ omnis misericors est beatus ꝓ tãm beatitudine tpali, quã ętęrna. probatur. Nã ex misericordia, & eius operib⁹ colligũt, & recipiũt. 10. præmia siue fructus, tres tẽporales, & septem spirituales, qui quidem decem fructus reddũt hominẽ beatũ in hac vita in spe, & in alia in re, igitur &c. Primus fructus temporalis est copia, & benedictio filiorum bonorum, per hoc, ꝙ ait. Potens in terra erit semen &c. Secundus fructus est copia bonorum temporaliũ, & honor in hac vita, per hoc, ꝙ subdit. Gloria, & diuitię in domo eius &c. Tertius est bona fama in hac vita, per hoc, ꝙ subdit. Et iustitia eius manet in sęculum sęculi. Primus fructus spiritualis est illustratio animæ, vt declinet à malo, & faciat bonum

A bonũ: per hoc quòd ait. Ex ortum est &c. Secundus fructus est iucunditas, & securitas ad respondendum in iudicio: per hoc, quòd ait. Iucundus homo qui miseretur. Tertius erit memoriæ æterna, & præmium immobile: per hoc, quòd ait. Quia in æternum non commouebitur, & in memoria &c. Quartus erit: quia nõ timebit sententiã datã contra malos in iudicio, per hoc, qđ ait. Ab auditione &c. Quintus erit, qa gaudebit cum audiet Christum dicentem. Venite benedicti patris mei: per hoc, ꝙ ait. Paratũ est cor eius &c. Sextus erit: quia videbit vindictam de inimicis suis: per hoc, ꝙ ait. Donec despiciat inimicos suos

B Septimus fructus erit: honor, & beatitudo. æterna, per hoc, ꝙ ait. Cornu eius exaltabit in gloria. Sertia conclusio, ꝙ præmiũ auaro rum, & crudeliũ erit quadruplex pœna. Primum: secundò, quia fremet pœna sensus: tertiò quia tabescent pœna vermis: quartò quia frustrabuntur in desiderio suo huius mundi. Sed contra prædicta arguunt auari dicentes: ꝙ Christus in iustè condemnabit in iudicio eos, qui non egerunt eleemosynas: nã si quis custodiens bona sua quæ iustè acquisiuit ne gat eleemosynã pauperi: nulli facit iniuriã, nec furatur aliquid, nec agit contra aliquod decem præceptorum: ergo non debet puniri. In oppositũ est Dauid in hoc ps. & saluator Matt. 25. qui dicet eis. Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. Respondetur, qđ subuenire miseris, & pauperibus, & indigentibus in necessitate, non solum est de lege euangelica: sed de iure, & lege naturæ, & de lege Moysi, & doctrina ꝓphetica. Sed vltra hoc ponitur ꝓ

C cõclusione, ꝙ Christianus negans eleemosynã, & auxiliũ Christiano indigenti cõmittit furtum, & agit contra illud præceptum: non furtum facies: Pro cuius probatione præsupponuntur tres propositiones. Prima, quòd ne gans aut retinens debitum creditori, committit furtum. Ista est clara in foro conscientiæ. Secunda, ꝙ Christus venies in carnẽ, & passus labores, & miserias pro nobis constituit se ipsum creditorem: & nos omnes sibi debitores. Probatur: nam cum esset Dei filius in gloria patris: seipsum exinaniuit formam serui accipiens cum septem miseriis nostris. s. cum fri, & fame &c. vt istæ miseriæ essent instrumentum ad patiendum, & merendũ pro nobis, quia voluit esurire, & sitire, & mendicari, & infirmari, & peregrinari, & capi, & vendi,

D & mori, & in alieno sepulcro tanqu àm pauper pro nobis sepeliri: ergo vnusquisq; obligatur Christo reddere vicem. i. ipsum cibare, & potare, & vestire, & hospitari, & redimere, & sepelire &c. Tertia propositio, ꝙ omnes pauperes Christiani, & indigentes petentes amore Christi sunt hæredes, & successores Christi. probatur: quia hos reliquit Christus successores ad recipiendum pro se debitũ, & auxiliũ mię loco sui, vt patet Mat. 25. Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis &c. Item ca. 26. Semper pauperes habetis vobiscum, quibus potestis benefacere: me autem nõ semper habebitis. q.d. dũ vitio tenemini mihi subvenire: quia post mortem, & resurrectionem iam relinquo vobis pauperes, quibus potestis subuenire loco mei. His ergo habitis arguitur sic. Omnis negans auxilium, & misericordiam Christo committit furtum. sed negans misericordiam pauperibus indigẽtibus negat auxilium Christo: cum omnes pauperes sint Christi successores, cui nos omnes sumus debitores: ergo omnis diues negans auxilium, & misericordiã pauperibus in necessitate positis, committit furtum contra Christum, & per consequens iustè potest ipsum condemnare in iudicio dicens. Ite maledicti in ignem ęternum &c. Et per hoc patet responsio ad argumentum auarorum. Quia sub pœna furti vnusquisque; Christianus de iure obligatur subuenire pauperibus in effectu vel in affectu: vt magis patebit psal. 113.

PSALMVS. CXII.

L*Audate pueri dominũ laudate nomen dñi. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc, & vsque in sæculum.*

F *A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini.*

Excelsus super omnes gentes dominus: & super cælos gloria eius.

Titulus. Alleluia. Ex titulo apparet, ꝙ iste est de illis psal. quos Dauid fecit ad laudãdũ nomen domini in templo, vt sæpe dictũ est. Vnde est notandum, quod Iudæi moderni in tribus magnis festiuitatibus, & in omni Neomenia cantant istum psalmum cum quinq; sequentibus. Et appellant ipsum alleluia magnum siue himnũ magnum: quia ex sex ps. faciũt vnũ, & etiã in nocte paschæ postquàm comederunt panem azimum loco agni paschalis, dicunt istum ps. cum magna solẽnitate, & dicunt, ꝙ ita faciebant primi patres in primo, & secũdo templo. Sed hoc isti Iudęi moderni

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dern nulla autoritate, nec rõne possunt probare: imo hũc ritum, & multas alias cerimonias, quas hodie seruant, ordinarũt Talmudistæ in Babylonia Aegypti tẽpore magni Cõstãtini. Nã a destructione secũdi tẽpli vsque ad magnũ Cõstantinũ, tanquàm beitiæ viuebant Iudæi dispersi, & captiui per mundũ sine aliqua cerimonia, & ritu. Sed videntes maiores eorum, q̃ maior pars iudaismi cõuerteba tur ad fidem Christi simul cum populo gentili, tunc congregati in Babylonia Aegypti pũctuarunt scripturam veteẽsta. quasi ad suum intentum & ordinarunt quosdam ritus, & ceremonias quas hodie seruant. Imo est dicendum, quod de titulis psalmorum, & cerimonijs, & ritibus qui seruabantur in primo, & in secũdo templo, melius scimus nos dare rõnem quã ipsi, & hoc per Iosephũ, & Philonẽ,
B & alios antiquos, quos ipsi pẽnitus ignorant, & ideo in similibus nulla fides est eis adhibenda. Et ideo non est inultum curandum de quibusdam ad fidẽ nouiter conuersis, qui volunt successiuè incipiendo ab Abel per tempora discurrendo hos sex ps. sex ponere, cum manifestè iste psalmus primus loquaẽ de cõuersione populi gentilis facta post Christũ. Nã manifestè ꝓpheta inuitat populum gentilem ad fidem conuersum à solis ortu vsque ad occasum, ad laudandum Deũ, & agendũ gratias: eò q̃ ipsum de stercore idololatriæ susceperit, & inter principes populi sui collocauit: vt patebit. Ad cuius intellectum est notãdum, quòd Dauid legens, & contemplãs mysterium Annæ matris Samuelis, quæ ante erat sterilis, & deiecta, & opprobijs afflicta, &
C contempta à Fenenna pellice sua. Et quomodo propter humilitatem suam Deus aperuit vulũa eius, & peperit Samuelem, qui fuit sanctus, & iudex in Israel. Et reprobatis, & interfectis filijs Heli translatũ est sacerdotium ad Samuelem. Vnde Anna mater eius repleta spiritu sancto cecinit illud canticũ. Exultauit cor meum, vt patet primi Reg. 2. cap. In quo manifestè prædicit reprobationem, & abdicationem synagogæ, & electionem populi gentilis. Per quod mysterium, præuidit Dauid in spiritu, qualiter synagoga quæ ante erat fœcunda in copia filiorum: erat repudianda à viro suo Christo, quem per longa tempora expectauerat, propter superbiã. Et præuidit qualiter gentilitas, quæ per magna tempora tuerat sterilis: quia non generat filios ad cultum diuinum debebat effici fœcunda in aduentu Christi, eo quòd ipsum in virũ erat acceptu-
D ra, & ex eo plurimos filios regeneratura. Itaque ipsa quæ ante erat abiecta in domo Dei, erat recipienda, & ex filijs suis erat ecclesia congreganda, & filij sui qui ante erant pagani, debebant effici ciues, & habitare in ciuitate, & domo Dei, & sic domus quæ ante stringebatur intra fines Palæstinæ erat dilatãda à solis ortu vsque ad occasum, & Deus q̃ solum in Iudæa erat notus: erat adorandus, & colendus à solis ortu vsq; ad occasum per
E vniuersum orbem à populo gentili ad Christum conuerso. & de hoc facit Dauid hunc psalmum, in quo duo facit. Nam primo inuitat totum populum gentilem ad laudandũ dominũ venientẽ in carnẽ. Secũdò ostẽdit eius opulentiã, & largitatẽ, & beneficia quare est laudãdus. ibi. Quis sicut dñs. Quantum ergo ad primũ dicit Dauid. O pueri. i. gẽtiles ad Xp̃m nouiter conuerti simplices, & tenere in fide: laudate dominũ nostrũ Iesũm Christum & laudate nomen dñi quod est salutare: quia saluauit vos, quia vt sic est Deus, vt homo, & nomen eius, quod est Iesus, sit benedictum à vobis, & inter vos confitentes ipsum verũ
F Deum, & hominem redemptorem, & colite eum, & non solum colatis, & benedicatis ipsum ad tẽpus: sicut Iudæi, qui coluerũt Deũ vsque ad aduentũ Messiæ, & postea maledixerunt eum, & negant eum in Christo, sed colite eum, & sit benedictũ nomen eius à vobis, ex hoc nũc. i. ex hoc instanti, in quo cepistis fidem, vsque in sæculum, & in æternum, & in omni tempore, & non solum in omni tempore, sed in omni loco à solis ortu vsque ad occasum. i. ab India vsq; in Hispaniã, & Mauritaniã, quæ sunt ad occasum, & ab Aethiopia in Scitiam sit laudabile nomen dñi à vobis. Hæc aũt prophetia iã fuit impleta. Nã oẽs illi ceperũt fidẽ, vt ostensum est ps. 71. Et redditur eau sam: Quia excelsus super oẽs gentes dñs. Nõ sicut in gloria est super omnes cœlos, & super omnes angelos: Ita ergo debet esse, & erit excelsus super omnes gentes. Quasi dicat, quòd sicut omnes angeli obediunt, & laudant Deum, ita omnes gentes venient ad hõdẽ, & laudabunt Deum à solis ortu &c.

Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo, & in terra.

Suscitans à terra inopem, et de stercore erigẽs pauperem.

Vt collocet eum cum principibus cum principibus populi sui.

Hic

A Hic ostendit Dei oipotentiã quare est laudandus, & qũo est excelsus super cẽlos, & super oẽs gentes. Vnde est notandũ, & oipotentia vnius regis maximè in hoc demõstratur. sex magnis facere parvos, & ex paruis magnos: & deiecere superbos, & exaltare humiles, & parcere subiectis, & debellare superbos. Et iõ virgo Maria in cãtico suo maximè
B hoc ostendit Deũ esse omnipotentem: quia Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Et dispsit superbos mẽte cordis sui. Dicit ergo Dauid. Qui oipotẽs supple sicut est dñs Deus nr: qui in cœlis altis habitat. i. summitatẽ, & imperiũ super omnia tenet: & tamen humilia, & solos hoies respicit, & diligit, & fouet tam in cœlo q̃ in terra. Nã in principio deiecit lucifer ũ cũ sequacibus suis super bis de cœlo, & exaltauit Michaelem, & alios humiles, & fecit Michaelẽ principẽ militiæ
B cœlestis: cũ esset minor lucifero in natura. Et ostendit ẽt Deus magis suã oipotentiã, cũ ex hominibus, qui tenẽt vltimũ gradum in genere intellectuorum, suscitauit, & eleuauit quosdam per gratiã in tã sublimẽ gradũ, vt possideant loca, & sẽdes per humilitatem, quas illi angeli perdiderunt per superbiã, & collocentur inter principes populi, & cœlestis exercitus. Vnde Deus primò respexit humilia in cœlo, q̃ angelos humiles, & obediẽtes elegit, & superbos in infernũ deiecit. Secũdò respexit humilia in terra quando seipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs. Et tunc
C erexit de terra inopem, & pauperem, quãdo hominem sauciatũ, & expoliatũ redemit, & per gratiã elegit. Et tunc inter principes populi sui collocauit, q̃ inter hierarchias angelorũ collocauit. Itẽ tũc suscitauit Christus à terra inopẽ, q̃ hominẽ sauciatũ relictum in terra iacentẽ supra humeros suos posuit, & à morte peccati per mortẽ, & passionẽ suã retemit, & in cœlo inter angelos collocauit. Iõ subdit Suscitans à terra. i. de hominibus de terra formatis inopem. s. Adam, & Petrum, & Paulum, & latronẽ, & Magdalenã, & cæteros pœnitentes, & terrenos, & erigens pauperem de stercore terrenorũ. Vocat hoiem pauperẽ: inquantum per peccatũ fuit expoliatus bonis gratuitis, & originali: iustitia, cũ suo præmio fuit priuatus. Et vocat ipsum inopẽ, inquantũm fuit sauciatus i omnibus potentijs fomite concupiscentiæ debilitatus. & sic fuit sine auxilio. & istum collocauit in
D ter principes populi sui. i. inter hierarchias angelorum: & inter principatus, & potestates, vnumquemq; secundũ mensurã gratiæ sibi collatę, & secundũ merita, & opera bona collocauit. Ita. n. exaltauit apostolos, & euangelistas, & martyres, & oẽs pœnitentes, & fideles: hic per gratiã, & in cœlo per gloriam, & inter hierarchias quæ sunt principatus cœlestis collocauit. Itẽ exaltauit. Petrũ, & Ioannẽ, & Iacobũ, & cæteros apostolos, & discipulos de stercore, & fimo artis piscatoriæ, & ignorantia, & simplicitate, & per dona spũs sancti eos ex piscatoribus apostolos, & euãgelistas, & doctores fecit, & principes terræ cõstituit, & sic inter principes populi sui. s. ecclesiæ suę collocauit. Nã principes ecclesiæ sunt patriarchę, & ꝓphetę, & apostoli. Sed principaliores sunt apostoli, qui nati sũt ecclesię ꝓ patribus suis, & substituti. Nã ecclesia Xpi ex pauperibus, & simplicibus cõgregata est, & eleuata, & suscitata, & in hoc magis ostẽsa est Xpi potẽtia. Itẽ ẽt per inopẽ suscitatũ à terra intelligit populũ gentilẽ liberatũ à terrenis per fidẽ. Et per pauperẽ erectũ de stercore intelligit quẽlibet peccatorem à sordibus peccatorum per pœnitentiã mundatum, & eleuatum. Nam ille erat mortuus in terra: & iste iacebat inuolutus in stercore peccatorũ. Tres ergo conditiones personarũ Christus eleuauit, & suscitauit à terra. nam primò suscitauit Adam, & totam suam posteritatem fidelium, & collocauit inter hierarchias angelorũ. Secundò suscitauit apostolos, & cæteros discipulos à terrenis, & de stercore cerimonialium. & constituit eos principes ecclesię, & collocauit eos cũ principibus cœlestis exercitus. Tertiò suscitauit, & erexit populum gentilem à terrenis voluptatibus: & de stercore, & spurcitia idolorũ, & nefandorum rituum: & collocauit eos cũ principibus populi sui in cœlo per gloriam, & in hac ecclesia per gratiam, & honorem. Nam successores apostolorum eos fecit: & ex eis episcopos, & sacerdotes constituit: vt magis parebit in sequenti versu.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Hic concludit principale intentum. Nam postquàm ostẽdit oppositionẽ Dei: eò, q̃ de cœlo eiecit angelos superbos, & rebelles in abyssum inferni; & suscitauit de terra hoiem pauperẽ, & inopẽ, & collocauit eum inter principatus angelorum: vt posset loca, & sedes, quas angeli superbi perdiderant.

Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ita pari ratione Christus venit in hunc mundum missus à patre tanquàm messias in lege promissus ad synagogã fœcundã copia filiorum, quã Deus ante per magna tempora de sponsauerat, & sublimem gradum erexerat & in propriam populum, & hereditatem elegerat, cui tot beneficia contulerat, & cui ducem, & saluatorem, & messiam promiserat, qui eam de hoc mundo in cœlum transferet. Sed quia velut rebellis, & ingrata non solum ipsum negauit, & repudiauit: sed etiam cruci fixit. Ideo Christus post resurrectionẽ, & ascẽsionem ipsam repudiauit, & abdicauit, & reprobauit, & maledixit, & sterilem reddidit. Quia sanctuario, & lege priuauit, & regno, & sacerdotio, & hostia, & sacrificio. Et synagoga repudiata ecclesiam ex gentibus cõgregauit, & sibi eam desponsauit, & fœcundam reddidit cum ipsi legem euangelicam, & sacra-
B menta donauit. Ex qua copiam filiorum per sacramenta quotidiè regenerat. Itaque gentilitas, quę ante erat sterilis, & pagana, & exul extra domum, & hæreditatẽ Dei: nunc facta est sponsa Christi, & mater multorum filiorum, & fœcunda, & habita in hæreditate Dei, & domo quæ est ecclesia: hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Ideo dicit Dauid. Bene Deus est omnipotens, & laudandus in cœlo, & in terra, & excelsus. Nam gentilitatem quondam sterilem per conuersionem ad fidẽ factam fœcundam matrem multorũ filiorũ facit habitare in domo sua lætantem: quę est ecclesia: abdicando, & repudiando synagogã: quæ ante erat sponsa, & fœcunda, & hoc factum est ex eius superbia, & ingratitudine.

Nota, quòd Dauid ex duobus concludit repudiationem synagogæ, & electionem eccle-
C siæ ex gentibus congregatæ. Primò exemplo eiectionis angeli superbi, & sublimatione hominis humilis succedentis in dignitatem. Secundò per figuram Annę, quæ ante fuerat sterilis, & postea facta est fœcũda: cuius proles, scilicet Samuel, successit in sacerdotiũ filijs Heli reprobatis. Et hęc adducit Dauit in similitudine verborum: primum cum dicit; Suscitans à terra inopem, & secundum cũ subdit. Qui habitare facit sterilem in domo: de quo mysterio canticum cecinit Anna primi Regum. 2. Itẽ hoc idem vaticinatus est Esa. 44. ca. dicens. Lauda sterilis quæ non paris &c. Quam propheriã adducit Apostolus ad Galatas. 4. ad probandum gentilitatem vẽturam ad gaudium, & laudem Dei. Et ideo Dauid pręuidens hoc antequam Esa. in hoc D psalmo excitat gentiles nouiter conuersas ad laudẽ Dei, dicens. Laudate pueri dominum: pro gratiarũ actionibus. Ex supradictis in hoc psal. possunt recolligi tres cõclusiones. Prima conclusio: q̃ nomen domini Iesu fuit dilatatũ inter oẽs gentiles, & cultus Dei à solis ortu vsque ad occasum. Secunda conclusio: q̃ cum Deus sit excellus: tamen superbos despicit, & humiles respicit, & eligit. Tertia conclusio, q̃ tunc Deus in cœlo respexit humilia: quando angelos superbos de cœlo deiecit, & obedientes elegit, & in gratia cõfirmauit. Quarta conclusio: q̃ tunc Deus in terra respexit, & inopẽ de terra suscitauit, quando carnem suscepit, & hominẽ de morte peccati liberauit. Quinta conclusio, quòd tunc pauperẽ de stercore erexit, & inter principes populi sui collocauit: E
qñ reprobatis Iudęis gentiles de stercore, & spurcitia idolorũ traxit, & inter apostolos, & angelos in cœlo collocauit. Sexta cõclusio, q̃ Christus tunc sterilem in domo tanquã matrem filiorũ fecit habitare: qñ reprobata synagoga ex gentibus cõuersis suã ecclesiã cõgregauit, & sic gẽtilitas quæ ante sterilis erat fi-
F ne fructu: facta est fœcunda, & mater multorũ filiorum per Xpm. Sed dubitaret forte aliquis quare Dauid dicit. Laudate pueri dominũ. Et postea subdit. Laudate nomen domini: quia videtur facere differentiam inter dominum, & nomẽ domini, & inter laudare dominum, & laudare nomen domini. Ad quod respondetur, q̃ Dauid hoc non fecit absq; grandi, & profund mysterio. Nam dictum est in prologo tract. 4. quod in sacra scriptura frequenter memoratur Deus siue dñs, & verbũ Dei: siue verbum domini, & nomen Dei siue nomen domini. Et dictũ est ibi quũ Deus, siue dominus quandoq; sumitur essentialiter: q̃ idem est quod Deus trinus, & vnus: vt ibi. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Et quandoq; sumitur personaliter pro persona patris: vt ibi. Dñs dixit ad me: filius meus es tu. Et quandoq; sumitur pro persona filij: vt Esa. 15. pater dicit ad alium. Tu es Deus absconditus. Sed verbum Dei, siue verbum domini sẽper sumitur pro persona filij: quod quidem verbum pater ab ęterno dicendo produxit: per quod ex tempore facta sunt omnia. Sed nomen domini idem est quod verbũ incarnatum, scilicet dñs noster Iesus Christus Deus, & homo Messias in lege promissus. Nam inquantũ verbum ab ęterno, explicat totam

A totam essentiam patris, tanquã eius propria distinctio, vt ibi dictũ est. Sed inquantum verbum carnatum dr nomen Dei, eò q̃ explicauit, & notificauit mũdo quatuor ineffabiles effectus Dei, s. omnipotẽtiam per miracula, & summam Dei sapientiam per dationem legis, & in sua prædicatione, & spiritus sancti missione. & summam misericordiam in peccatorum remissione. & notificauit summam iustitiam in Iudæorum, & tyrannorum punitione. Sed magis illam notificabit in gñali iudicio, vt frequenter dictũ est. Propter ista ergo quatuor, quę Christus mundo de patre notificauit, Ielus Christus dr nomen dñi: & ideo dixit ante suam passionem. Io. 17. Pater manifestaui nomen tuum hoibus, vt ostẽderet, q̃ propter hoc venerat in mundum.
B Et hoc est nomen dñi tetragrammaton, quod in lege veteri quatuor literis scribebatur. s. Ior. he. vau. he. Quæ quidem quatuor literæ hoc nomen Iohetsua in Hebr. eo sonant, & reddunt: quod latinè Iesus declinatur, quod Hebręi præter naturam literarũ Adonai pronunciabant. Et hoc nomen Iesus est illud nomen Dei, quod oẽs Patriarchæ, & Prophetæ, & fideles veteris testamenti scire desiderabant, & hoc nomen Iesus oẽs invocabant, & in hoc oẽs saluari expectabant. Ex quibus patet, q̃ dña est maxima inter istud nomen dñi, & noia rerum creatarum. Nam omnia noia rerum creatarum, vel sunt mentalia, vel vocalia, vel scripta: & sic oia sunt accidentia transitoria: & ita sunt signa rerũ, quæ non sunt res, quas significant, & notifi-
C cant. Nam hoc nomen homo dissylabum, non est homo, sed significat hoiem. Sed ipse dñs Iesus Christus est substantia, & res realis: & est ipse Deus, quem in mũdo realiter per sua opera, & effectus notificauit mundo. non q̃ Christus sit pr: sed est eadem substantia diuina cũ patre, & Deus sicut pater, & vnus Deus cũ patre, & spiritu sancto. Et ideo quando in sacra scriptura memoratur nomen Dei, siue nomen domini, non intelligitur hoc nomẽ Deus habens duas syllabas tantũ: quia vt sic non est Deus, sed quoddã accidens: sed intelligitur Iesus Christus saluator nr Deus, & homo, qui notificauit mundo summam Dei omnipotentiam, & sapientiam, & misericordiam, & iustitiam, & volũtatem patris. Nam sicut verbum materiale inuolucrum vocem, vel literam, vt notificet intentionem: Ita verbũ diuinum inducit carnem, vt nobis notificaret diuina mysteria, vt in- D
quit Aug. Et sic patet, quòd oĩa creata notificantur per noia primæ intẽtionis, vel impositionis. Sed solus Deus notificatur per nomen reale, qui est Iesus saluator nr verbũ incarnatum, qui non constituitur ex lris: sed ex verbo, & humanitate. Vnde dictum est Psal. 8. quòd verbũ incarnatum est nomen, quo Deus pr̃ noiatur se. Iste ergo Iesus saluator est istud nomen domini, quòd oẽs sancti patres expectabant, & inuocabant in vete. testa. in quo expectabant saluari. Vnde hoc est nomẽ domini quod incepit inuocare Enos Gen. 4. Item hoc est nomẽ domini, quod inuocauit Abraham, quãdo ædificauit altare domino. Gen. 12. & 13. Item hoc est nomen domini, quod inuocauit Isaac in altari ædificato. Genes. 26. Item hoc nomen inuocauit Iacob su per lapidẽ, quem erexit in titulum. Gen. 28. E
Item hoc est nomen domini, quod Deus nõ reuelauit visibiliter patribus vet. test. vsq; ad incarnationẽ. Itẽ hoc est nomen domini, qđ venit de longinquo Esa. 30. Item hoc est nomen dñi, de quo dr Esai. 12. Haurite aquas de fontibus saluatoris, & dicetis in illa die: Confitemini domino, & inuocate nomen eius. Itẽ hoc est nomẽ domini, & nomẽ Dei Iacob, quod Dauid in toto isto libro Psalmorum exhortatur inuocandum, & laudandũ sæpe: de quo præcipuè dicit in hoc Ps. Laudate pueri dominũ, laudate nomen domini. Vnde ly laudate dominum: dicit Deũ in trinitate. & ly nomen domini: dicit verbum incarnatum. i. Iesum Christum saluatorẽ. q d. O gentiles conuersi ad fidẽ, laudate dominũ Deũ in trinitate perfecta: & laudate nomen domini. s. Iesum Christum Deũ, & hominẽ F
verbum incarnatum. Sit etiam hoc nomẽ domini Iesus laudabile per totum populũ gentilẽ, à solis ortu vsq; ad occasum. postquam Iudæi non receperũt ipm. Quasi dicat, quòd non sufficit ad veram, & perfectã latriam solum adorare Deum trinum, & vnum colere, & laudare: sed oportet Iesum Christum verbũ incarnatũ saluatorẽ colere, & laudare & cũ cæteris articulis ad humanitatem pertinentibus credere. Ex supradictis patet, quòd Iudæi nõ adorãt, nec laudãt, nec colũt Deum. Probatur. Nã non intendũt, imò detestantur adorare Deũ trinũ, & vnum. Sed ille, qui est verue Deus creator omniũ, est trinus, & vnus: & nullus alius est verus Deus, vt frequenter probatum est per scripturam.

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ergo nullum Deum adorant nec colunt. Itē secundò sequitur, q̄ Iudæi non laudāt, imò semper blasphemant nomen dñi in scriptura frequenter memoratum, probatur. Nā iugiter blasphemant Christū, & nomen eius in suis synagogis, & domibus, in publico, & in secreto. Sed Iesus Christus est illud nomen Dei in scriptura frequenter memoratū: ergo cōtinuè blasphemant Deū, & nomē eius. Iō sunt reprobati, & maledicti, de quibus dī Esa. 1. Blasphemauerunt sanctum Israel, & alienati sunt retrorsum. Item blasphemauerunt nomē meū quotidie. Et quia hoc nomē dñi cōtemnerunt Iudæi: iō fuit dilatatum, & veneratum per oēs gentes. a solis ortu vsque ad occasum. Iō dī Malac. 1. A solis ortu vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. & in oī loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, & vos polluistis illud &c. Prouidens ergo Dauid in spiritu reprobationem Iudæorum, eò q̄ contempserunt hoc nomen domini, & blasphemant quotidie, & præuidens conuersionem populi gentilis, in quo debebat hoc nomen Iesus coli, & laudari, dicit: Laudate pueri dominum, laudate nomē dñi &c. Quasi dicat. Postquam Iudæi reprobati contempserunt Deum trinum, & vnum, & Iesum Christū, qui est nomen dñi: ergo vos gentiles tanquā pueri nouiter conuerti laudate Deum in trinitate, & vnitate, & verbum incarnatum, quod est nomen domini. s. Iesum Christum filium Dei, Deum & hoīem. Ex quibus patet, q̄ semper in sacra scriptura per nomē dominī intelligitur Iesus Christus dominus nr
C Deus, & homo, messias in lege promissus. Sed miseri, & cæci Iudæi hoc mysterium, & sacramentū capere nō possunt ex maledictione, & cæcitate eis inflicta, quia non sunt digni tanto beneficio nec lumine illustrari.

PSALMVS CXIII.

IN exitu Israel de Aegypto: domus Iacob de populo barbaro.

Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius.

Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.

Huic Psalmo in Hebræo nullus titulus pōnitur. Propter quod Iudæi dicunt, q̄ non est psalmus distinctus a præcedenti: sed hoc videtur falsum. Primò quia videtur materia specialis, & distincta. Secundo, quia ille communiter putatur Psal. 113. secūdum Hieronymū, & omnes catholicos. Vnde licet non expliceretur titulus: tamen manifestè videtur, q̄ sit Aleluaticus, & q̄ Dauid fecit ipsum ad laudandum Deum, appropriatum in festo Dedicationis tabernaculi, & templi. In quo Dauid intendit agere gratias, quia Deus memor fuit nostri, & benedixit nobis, & liberauit nos de captiuitate diabolica, & de iugo idolorum, & de persecutione tyrannorum per Christū filium suum, sicut quondam liberauit Israel de Aegypto. Et sic Prophera principaliter intendit agere gratias, quia Christus redemit nos, & elegit nos in populum suum, & hæreditatem, & hoc probat per triā mysteria tanquam per tres præpositiones. Quarum prima est, quòd solus populus Israel fuit electus ad laudandum Deum.

Secunda, quòd sola Iudæa, & terra promissionis fuit dedicata, & sanctificata tanquam proprius locus, vbi Deus colitur.

Tertia, q̄ solus Deus Israel, & nullus alius est venerādus, & colēdus. Ideo Psalmus iste diuiditur in tres partes. Nam in prima propositione simul primas duas propositiones. In secunda probat tertiam. s. quòd solus Deus Israel est colendus. In tertia resumit probationem secundæ propositionis. s. quòd a solis filijs Israel est Deus colendus. Secunda ibi: Deus autem noster in cœlo. Tertia ibi. Non mortui laudabunt. Quantum ergo ad primum proponit primas duas propositiones. s. quòd sola terra Iudeæ, siue terra promissionis est locus dedicatus ad cultum diuinum, & solus populus Israel est dedicatus ad colendum Deum, & dicit, q̄ in exitu Israel. i. cum populus Israel exiret de Aegypto. s. de illo populo barbaro, & extraneo, & rudi, & inhumano: tunc facta est Iudæa sanctificatio eius. i. locus sanctificatus, & dedicatus, & deputatus ad Dei cultum, & sanctificationē: & hæc est prima propositio. Secunda verò, q̄ factus est Israel potestas, & possessio eius, & populus electus ad colēdum Deum: & ideo dicit Moyses Pharaoni ex parte Dei. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi &c. Exo. 4. Item Psal. 13. Dedit eis regiones gentium, vt custodiant iustificationes eius &c. Et has propositiones probat Dauid. s. quòd Deus elegit hunc populum, quod ap[illegible] q̄. Nam

A Nam eum miraculis deduxit eum per desertum, & cū miraculis introduxit eum in terram promissionis. Nam mare rubrum fugit ad transitū eorum, & diuisum est in duas partes: ergo signum est, q̄ Deus elegit illum populum, & direxit ad cultum suum. Item Iordanis conuersus est retrorsum in introitu terræ promissionis, & filij Israel transierunt pedibus: ergo signum est, q̄ Deus elegit illā terram, & locum ad cultum suum. Item quā do ingressi sunt, inuenerunt bona pascua in terra pingui, & secunda, & sicut agni ouium exultant sequentes matres per loca, & montes pingues, & vberes: ita filij Israel exultauerunt per montes terræ promissionis, occupantes montes pingues, & ciuitates, & oppidāsa capos congulatos, & vberes, & trucida
B runt, & eiecerunt Cananeos a sedibus suis.

Quid est tibi mare quòd fugisti? & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?

Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium?

A facie dñi mota est terra: a facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Hic probat, q̄ hoc factū est ex magno miraculo. Vnde quærit Dauid, vt probet propositionem, o mare quid est tibi, q̄ fugisti. i. vnde euenit tibi, cū sis res inanimata, & sine sensu, & cognitione, q̄ ita fugisti? & fuisti diuisum in duas diuisiones, & partes, & dedisti locū, vt trāsiret ille populus, cū hoc sit contra naturā tuā? Et similiter, ò Iordanis quid euenit tibi, q̄ in trāsitu eorū, & introitu conuersus es retrorsum, cōtra naturā tuā? Et ò
C vos montes quare exultastis vt arietes? & ò vos colles quare exultastis, sicut agni ouiū? recipientes illum populum, & abijcientes Cananeos, & Ferezeos &c. cū in vobis essent ciuitates inexpugnabiles, & oppidā quasi diuitates inexpugnabiles, & oppidā quasi dicat. Quo, & qua ptāte hoc potuit fieri? Respondet, & soluit q̄nem dicens. Quia suple a facie dñi mota est terra. Non a facie Deorum gentilium, sed a facie Dei Iacob, qui est verus Deus. Qui in nube præcedebat illum, & in arca sedebat super cherubin. Et sic oia obediebant ei, & cedebant. Nam in virtute Dei Moyses percussit mare cum virga, & aquæ diuiserunt se obedientes, & parentes creatori suo. Et sic factum est de conuersione Iordanis retrorsū, & de ruina muri Hiericō, & in victoria Iosue contra oēs reges Canaan. Nam oia prosternebantur, & cedebant, & parebant præsentiæ, & potestati. & voci Dei existentis in arca. Qui ēt conuertit petram Oreb in stagna aquarum. Exo. 17. Et postea rupem, & silicem in fontes aquarum. Num. 20. Ex quo patet, q̄ oia ista non facta sunt in ptāte hoīum, sed in sola Dei ptāte, qui elegerat illum populum, & terram ad suum cultum, sicut promiserat ipsi Abraam, & Isaac, & Iacob: nec fecit hoc Deus propter merita illius populi, qui multoties Deum prouocauerat ad iram in deserto. Sed Deus hoc fecit. s. introduxit in terram promissionis cum tot signis, & miraculis pp̄ solam misericordiā suam, & veritatē, s. vt impleret promissum, quod pollicitus fuerat ipsi Abraam, & Isaac, & Iacob. s. q̄ daret illam terram filijs suis &c. Ideo sequitur.

Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. E

Super misericordia tua & veritate tua: ne quando dicant gentes vbi est Deus eorum.

Non nobis domine: sed nomini tuo da gloriam. i. ista potestas, & gloria non est tribuenda nobis: sed nomini tuo. Nec dedisti nobis istam gloriam, & possessionem propter nostra merita: sed hoc fecisti misericordia tua, & veritate tua. i. propter solam misericordiam tuam, & propter veritatem tuā. s. vt impleres quod promisisti patribus nostris, & sic maneres verus, & non fallax: ne quando. i. ne aliquando dicant, nec dicerent gentes. Vbi est Deus eorum. Nam si non implesses promissa, irridendo dixissent gentes, vbi est Deus istorum Hebræorum, qui promisit eis terram, & non dedit? Quasi dicant, mendax, & fallax est, q̄ sic eos decepit, vel nullus est. Item si non dedisses nobis victoriam, tunc gentiles dixissent. Vbi est Deus eorum, F
qui non iuuat eos? quasi dicerent. Forsan dormit Deus Israel, quia non iuuat eos.

Deus autem noster in cœlo: omnia quæcunque voluit fecit.

Simulacra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt.

Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

In hac secunda parte probat tertiam propositionem. s. q̄ solus Deus Israel est colendus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dus, & nullus alius. Quã sic probat. Nã solus ille Deus est colẽdus, & adoratione latria venerandus, qui fecit quæcunq; voluit in cælo & in terra. Sed solus Deus Israel est hmõi, & nullus alius. Quia dij gentiũ nihil possunt facere, cũ non sint res viuæ: sed inanimatæ: igitur sequitur hæc snia aduersum superiorẽ .i. nẽ qũ dicant gentes, vbi est Deus eorum: ió dicit Dauid. Deus nr est colendus, & non dij gentium, quia Deus nr est verus Deus. Quia quæcunq; voluit fecit tam in cœlo, q̃ in terra. Sed dij eorum nihil possunt facere, cũ sint statuæ, & simulacra inanimata. Et primò probat primam partem. s. q̃ dij gentium non sint colendi, cũ nõ sint veri dij, nec possunt iuuare suos cultores. Dicit ergo primò, quòd dij gentiũ non sunt veri dij, nec colendi, nec possunt iuuare cultores suos. Probatur. Quia dij gentium sunt simulacra inanimata, vel illa simulacra, quæ gentes colunt vt deos, nil aliud sunt nisi aurũ, & argentũ, & opera manuũ hoium viuentiũ: ergo qũo possunt esse dii, cũ nõ viuant? Nam licet sint facta, & fabricata ad similitudinem hoium viuentium: tamen non viuũt. Nam licet habeant os, & aures. i. videantur habere os, & oculos: tamen non loquentur, neq; videbũt vnquam. Et eodem modo habent aures, & nares: tamen nunquam audient nec odorabunt. Et sic eodem modo habent manus, & non palpabunt, & habent pedes, & non ambulabunt, & videntur habere guttur, & tñ nunquam clamabũt, quia in istis simulacris prædicta organa non sunt vera, sed æquiuocè dicta, quia homo sculptus, vel depictus non est homo, nisi æquiuocè, vt ait Arist. 2. de Anima, & in Topicis. Et ideo sequitur.

B

C

Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Similes inquit fiant. Nam sicut illa simulacra sunt quasi mortua, & muta, & sine sensu, & motu, & cognitione: ita omnes gentiles, qui ea faciunt, & colunt, & in eis confidunt, sunt facti muti, & sine sensu, & intellectu, & cæci, & mortui, quia nullum bonum agere possũt. Et sicut illa simulacra sũt mortua, & inanimata, & per consequens nõ possunt iuuare cultores suos. Ita non possunt coli ab aliquo, nec qui colũt talia simulacra sunt digni & apti ad colendum Deum, quia nil colunt cum sint similes simulacris.

Domus Israel sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Hic probat secundam partem propositionis. s. q̃ Deus Israel est verus Deus, & per cõsequens colẽdus. Probatur, quia iuuat cultores suos sperantes in se. Probatur. Nam primò liberauit Israel de oĩbus periculis, cò q̃ sperauit in eo. Secundò eum benedixit, & multiplicauit. Primum probatur. Nam tota domus Israel sperauit in domino, quãdo exiuit de Aegypto, & clamauit ad eum. Et tamen ipse adiutor eorum factus est in exitu Aegypti, & protector eorum factus est per totum desertum, & in terra promissionis, vt patet per singula. Item domus Aaron sperauit in dño, cum Dathan, & Abiron, & Core fecerunt coniurationem contra eum. Tamen dominus adiutor eorum factus est, tũ combusti sunt CCL. Et aperta est terra, & deglutiuit alios seditiosos, vt patet Nume. 16. Sed quia diceret aliquis. Quare dñs non audituit omnes filios Israel? quia multi mortui sunt, & trucidati in deserto, vt illi, qui adorauerunt viculum. Illi qui initiati sunt Beelfegor, & omnes, qui egressi sunt de Aegypto a 20. annis, & supra: quorũ cadauera iacuerunt in deserto, quorum nullus intrauit terram promissionis, nisi Calef, & Iosue. Et istis sperauerunt in domino, quia cũ filiis oẽs isti sperauerunt in domino, quia cũ filiis eorum intrandi terram promissionis exierũt de Aegypto: & tamen Deus non iuuit eos. Ad hoc respondet Dauid, quòd isti non timuerunt Deum, quia rebelles fuerunt: ideo non verè sperauerunt in eo. Ideo sequitur. Qui timent dominum. i. Deus factus est adiutor omnium eorum, qui timent Deum, & sperauerunt in eo, quia tales liberauit.

B

Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

(Aaron.

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.

Secundò probat, q̃ non solũ liberauit eos a periculis: sed ét benedixit, & multiplicauit in possessionibus, & bonis tẽporalibus, & copia filiorum: ideo ait. Dominus memor fuit nostri, adimplendo, quod promisit patribus nostris, & benedixit nobis, dando nobis terram Canaan in possessionem, & multiplicando nos in magnum populũ, sicut promisit patri nostro Abraam, & Iacob dicens. Benedicam

A nedicam semen tuum &c. Et sic benedixit domui Israel dando terram promissam. Et benedixit domui Aaron dando sacerdotium, & iura leuitica, scilicet decimas &c. Et benedixit omnibus, qui timent dominum: pusillis cum maioribus: non autem rebellibus, & sic non solum benedixit vox in copia bonorum temporalium, sed in copia filiorũ. Ideo sequitur.

Adiiciat dominus super vos: super vos & super filios vestros.

Benedicti vos à dño qui fecit cœlũ & terrã.

Cælum cæli domino: terram autem dedit filijs hominum.

Adijciat dominus, & adiecit numerum super vos, & fœcunditatem prolis, & nõ solum super vos: sed super filios vestros, & super copiam generationis, & fœcunditatis prolis. Et vade hoc f. quia benedicti estis vos à domino qui fecit cœlum, & terram. Quia colitis eũ. & non simulacra nec Deos gentium. Ideo illi qui colunt eos sunt mortui, & inepti ad laudandum Deum. Nam ipsum cœlum cœli, scilicet empyreum datum, & factum est ipsi domino Deo. vt ibi à beatis videatur. Terram autem dedit filijs hoĩum. i. hominibus figuram viatorum, & ideo rẽsumit, & concludit probationem, & propositum propriæ propositionis, q̃ solus populus Israel est electus, & dedicatus ad colendum, & laudandum Deum, & non gentiles: eò q̃ sunt mortui sicut Dij eorum: & facti bestiales siue inepti, & simortui in peccato. Ideo sequitur.

B

C

Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc, & vsque in seculum.

Non ergo gentiles, & peccatores qui sunt mortui, & inepti ad bene agendum, laudabũt te domine, neque omnes, qui descendunt in infernũ. Cum potius blasphement præ dolore tua per gratiam benedicimus tibi domino & laudamus, & colimus ex hoc nunc, & vsq; in seculum, hic per gratiam, & in futuro per gloriam amen. Sed quia iste psalmus non est transit, nec sine sacramentis: sicut nec cæteri: ideo videamus quid sibi vult sensus spiritualis ipsius: & quid in eo intellexit Dauid de Christo, & ecclesia. Vade aduertendum est, q̃ Dauid contẽplando in exitu Israel de Aegypto: & in transitu maris rubri: & in miraculis eius in deserto: & in conuersione Iordanis retrorsum, quãdo ingressi sunt filij Israel terrã promissionis: & in victoriis Iosue, quando occupauit terram, & diuisit eam filius Israel per tribus in possessionem eiectis gentibus &c. Tunc prænidet in spiritu mysterium aduentus Christi in carnem. Et quomodo post passionem eduxit patres de limbo inferni, & nos omnes de tenebris peccatorum. & quomodo infernus fugit à facie eius. & mare ideſt persecutio tirannorum fugit. & ecclesia fidelium, qui est populus Dei, introiuit per totum mundum propulsa idololatria, & quo modo solus populus Christianus colit verum Deum, & nullus alius. Et sic de hac materia prophetando fecit hunc psalmum vt cantaretur in die sabbati, & in festo dedicationis tabernaculi, & templi.

D

E

Ex quo patet q̃ Dauid non memorauit supradictas historias, & mysteria tanquam principalem materiam huius psalmi: sed tanquã propositiones, & parabolas: ex quibus intendit elicere tres conclusiones euangelicas.

F

Quarum prima est. q̃ solus populus Christianus est redemptus, & receptus ad colendum diuina.

Secunda. quòd sola ecclesia est dedicata ad cultum Dei.

Tertia. q̃ illemet Deus, qui liberauit Israel de Aegipto ante incarnationem, ille idem incarnatus liberauit patres de limbo: & ecclesiam suam de captiuitate diaboli. & per consequẽs Christus Deus, & homo est dominus in cœlo, & in terra. Ideo est vero colẽdus cultu latriæ. Probatur: quia sola ecclesia Christi successit illi populo, & dicta est Iudæa, & Israel, & fuit figurata per omnia illa misteria in cuius figura facta sunt omnia illa: vt frequenter probatum est. Dicit ergo Dauid. Ego supple vidi in spiritu q̃ sicut in exitu Israel de Aegipto. s. domus Iacob. i. cum Israel .i. domus Iacob exiret de Aegipto. s. de illo populo barbaro: tunc facta est Iudæa sanctificatio eius &c. Ita q̃ Christus q̃ figuratus est p̃ Moysen eduxit sanctos patres de limbo inferni, & omnes nos de tenebris peccatorum. Tunc Iudæa, scilicet ecclesia, quæ vere Deum confitetur, facta est sanctificatio eius, ideſt electa est à Christo in sanctificationem, & cultũ verum Dei. Et Israel. s. populus Christianus, qui est verus Israel, quia verè, & solus videt Deum per fidem, factus est potestas, & possessio, & exercitus, & hæreditas eius ad possidendum terram viuentium, quæ est regnum cælorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A locum. Et tunc in aduentu eius mare, & furia diaboli, & tirannorum fugit: quia potestas eius obtusa, & comprehẽsa est. Et populus Dei transiuit. & per aquas baptismales Iordanis ingressus est ecclesiã per 12. lapides qui sunt duodecim articuli fidei. Et sic lætanter possidet eam hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Vnde nota, q̃ per Iordanem qui interpretatur descensus, rectè figuratur defluxus generis humani. Nam Iordanis oritur, & emanat, & descendit à monte Libano, qui inter omnes montes Syriæ, & Assiriæ est felicior, & amœnior, & fructuosior, & congregatur ex duobus fontibus. Et factus magnus tendit, et fluit inter Palæstinam, & Arabiam petream, versus meridiem: & per vallem illustrem quasi semper inter montes: & facit mare Tiberiadis: & postea in angustum alueum reductus discurrit per vallẽ illustrem: & tẽdit vsque ad mare mortuum in regionem Sodomorum. Et ibi submergitur in illo mari amarissimo, & infructuoso, & horribili. Per hoc figuratur genus humanũ sine defluxus generis humani descendentis à primo homine Adam, qui in illo amœnissimo, & felicissimo monte paradisi creatus est: siue in eo constitutus. qui quidem homo cõponitur ea duobus fontibus, scilicet ex corpore, & anima. tamen quia Deo inobediens fuit: ideo à monte paradisi ejectus est. Et descendẽs de monte per vallem lacrimarum huius mundi discurrebat cum tota sua posteritate. qui licèt per loca amœna flueret, ideſt per delitias huius mundi: quæ non sunt comparandę delitijs paradisi, à quo ejecti sunt: tamen in finem omnes submergebantur in C mare mortuum inferni amarissimum multiplicibus pœnis, & tormentis. Sed veniens dominus noster Iesus in virtute sua: non solum mare: sed Iordanis conuersus est retrorsum: cum in eo posuit 12. articulos fidei. Et non in tranit mare mortuum, imo per ipsum transiuit populus Christianus in istam ecclesiã per gratiam: & in superiorem per gloriam. Et sic mare rubrum huius mundi, quod omnes submergebat, & Iordanis q̃ omnes ad mare mortuum deferebat, facti sunt per quatuor permitteretes nos transire in patriam nobis promissam. In qua sicut agni ouium, & arietes lætemur pascẽtes in montibus, & collibus ecclesiasticis pascua vberrima, & saluberrima sacramentorum, hic per gratiã, & in futuro per gloriam. Ideo Dauid contemplans huiusmodi mysteria interrogat marè rubrũ, & Iordanem, & montes, & colles dicens. Quid est tibi mare q̃ fugisti? et tu Iordanis &c. q.d. Quo modo, & in qua virtute permisistis transire illum populum. i. quid significabãt ista mysteria? Et respondet spiritus sanctus per os Daviid prophetando aduentũ Christi dicens. vide scire quid hoc significat? Quia à facie domini nostri Iesu Christi: qui est Deus Iacob Messias in lege promissi, mota est, & mouebitur tota terra. Nam in eius natiuitate omnia regna mundi fuerunt mota: quia flumen Nili di visum est in septem ostia: & inundauit vltra solitum, & omnes Dij, & idola gentiũ clamarunt apud Meotidas Paludes, et Caspia regna regem pacis esse natum, & templum pacis Romæ prostratum est, & stella præter solitum in oriente apparuit: quæ magos ad Christũ perduxit. & postea à facie eius mota est terra centralis inferni: cũ inde patres abstraxit, & magis mota est quando apostolos per mundum misit: & mare tyrannorum fugit, & cessit, & idoloiatria reiecta, fides & ecclesia mundum occupauit in virtute Christi. Nam sicut tunc tota terra mota est à facie domini, qui portabatur in arca: ita tota terra gentiũ mota est à facie nominis Iesu quod Apostoli portabant in arca euangelica: qui cõuertit petram in stagna aquarum: cum corpus suum lanceatum est percussum, & exiuit sanguis, & aqua in remissionem peccatorum. Vnde sacramenta ecclesiastica virtutem sumpserunt.

Item conuertit rupem in fontes aquarum: cum misit spiritum in discipulos, & dedit eos E erant grossi, & duri sicut rupes proruperunt in fontes aquarum sapientiæ Dei, & effuderunt per totum mundum. Vnde hauserunt aquas sapientiæ legis euangelicæ. Et ideo propheta apostrophat ad Christũ petẽs, & mirans vt ista cito impleantur: vt veniat sicut promisit sanctis patriarchis: & deleat idola gentium, & omnes veniant ad terram promissam veræ fidei: & in ipso benedicantur omnes gentes: quia hoc non cedit principaliter ad gloriam nostram, sed eius. Ideo subdit. O domine Iesu Christe non nobis, ideſt non dicimus quòd venias ex meritis nostris, quia non meremur introire in gloriam. Sed da gloriam nomini tuo, scilicet vt omnes gentes feruiant tibi. i. adorent, & colant nomen tuum, quod est Iesus. i. colãt Iesum Christum qui est nomẽ tuum. Et hoc fac super misericordia tua, F

A ideſt propter misericordiam tuam, & veritatẽ tuam, vt impleas quod promisisti Abrahæ. i. in semine tuo benedicentur omnes gentes. ergo fac, q̃ hoc sit verũ. Ne aliquando dicant gẽtes: vbi est Deus eorum Iudæorum qui expectant Messiam eis promissum? Quia cum sis dominus hoc potes facere. Nam tu es Deus in cœlo. Qui omnia quæcunque voluisti fecisti vsque ad præsens tempus. Nam tu de nihilo creasti cœlum, & terram, & liberasti patres nostros: & ejecisti gentes, & punisti, & introduxisti eos in terram promissam: quæ quidem mysteria significabant aduentum tuũ, & ruinam idololatriæ, & electionem ecclesiæ, & hæreditatẽ, & possessionẽ &c. Ergo non permittas regnare idola gẽtium, & simulacra cũ eum sint nisi argentũ, & aurum, & opera manuum hominũ &c. Ergo oẽs qui faciunt ea, & B quin cõfidunt in eis, & nolunt cõuerti: fiant similes illis. f. muti &c. Haud sic de nobis, qui sumus Israel, & vera ecclesia. Nam domus Israel scilicet ecclesia fideliũ sperauit in dño. Quia sicut ille populus sperauit in domino, & dominus adiutor eorũ fuit, eos à periculis tẽporalibus liberando. Ita populus Christianus & ecclesia quæ sperauit in dño, liberabitur, & est liberata per Christũ à morte peccati, & periculis spiritualibus per aduentũ suũ. & sicut tunc dñs memor fuit illius populi: & benedixit ei in terrã promissam introducendo, & possessiones. & bona tẽporalia cõferendo, & benedixit domui Aaron sacerdotiũ, & cęte ra iura leuitica largiendo: Ita Christus Petro, & successoribus suis episcopis, & presbyC teris, & toti cœtui apostolorum tradidit claues regni cœlorum, & ecclesiasticam potestatem, & iura eã ecclesiastica tẽporalia quã spiritualia. Et sic benedixit domui, & cœtui ministrorum ecclesiæ. Et vt breuiter oẽs fideles comprehendãtur: dicit q̃ benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus, scilicet paruulis, & magnis diuitibus, & pauperibus, & simplicibus græcis, & barbaris & latinis, postquam venerunt ad fidem, & Deum timent. Et quia ex paucis Iudæis, scilicet apostolis, & discipulis incepit ecclesia: sed postea creuit in magnum numerum ex gentibus per totum orbem: ideo ait propheta. Adiiciat dominus super vos ò apostoli, & discipulos. i. creſcere vos faciat, & addat magnum numerũ fideliũ sup vos, & super filios vestros ex omnibus ad fidem regeneratos. Et subdit. ò vos benedicti estis à domino qui fecit cęlũ & terram, ex quo cepistis baptismum, & non curatis habere regnum in terris: nec congregare bona mundana, & temporalia. nec scandalizamini: si homines praui, & mũdani abundãt bonis tẽporalibus, & conculcant, & persequuntur iustos. & vos estis inopes, & pauperes afflicti ab impijs. Nam in hoc mundo tũ habent felicitatem. Vestra autem merces in cœlo est. Nam Deus pater dedit domino nostro Iesu Christo cœlũ cœli. i. cœlum empyreũ in possessionẽ, & habitationẽ æternã, vbi est sũma, & æterna, & secura felicitas. Et hoc cœlum dedit pater filio pro se, & suis fidelibus. terrã aũt ũltã infetioré dedit filijs hominum. f. terrenis, & mundanis, cuius felicitas erit breuis, & pœna æterna. Nã licèt videãtur viuere, tamen mortui sunt Deo, & priuati illa superiori vita æterna. Nã hic sunt mortui in suo pctõ, & in futuro per pœnam in infer- E no. Et ió subditit ppheta. Non ili homines terreni, qui sunt orti in peccato, laudabunt te o domine hic in hoc mũdo. Nec oẽs qui descendũt in infernũ laudabunt te: imo blasphemant hic peccãdo, & ibi pœnas patiendo. Sed nos qui viuimus hic per gratiam seruando legem euangelicam benedicimus domino ore, & opere. Benedicimus dico ex hoc nũc, ideſt iam incepimus ex hoc instanti, & ex hoc sæculo viuendo per gratiam, & vsque in sęculum aliud fruendo per gloriam.

Ex isto textu. f. Cœlum cœli dño: terrã autem dedit filijs hominũ. dogmatizant magistri moderni Iudæorum in synagogis suis, q̃ homines post hanc vitam non ascendunt in cœlum, nec ascendent post resurrectionẽ. Sed manebunt in terrestri paradiso cum Abraam, F Isaac, & Iacob, & ibi erunt in perpetuũ. Nã cęlũ non est datum hominibus: sed domino Deo: Terram autem dedit filijs hominum ad habitandum, & manendum. Vnde Iudęi moderni non expectant gloriam in cœlo, sed in terra: cum Abraam, Isaac, & Iacob, scilicet in illa terra vnde fuit ejectus Adam. habent enim pro inconuenienti quòd homines possint ascendere in cœlum: ac ibi manere, cum sit contra naturam hominis. Sed quantùm sit detestabilis ista doctrina, & contra sacram scripturam, de seipso manifestum est. Nam sicut non est inconueniens nec impossibile, quòd Angeli Deo rebelles à principio fuerint dejecti de cœlo: non solum in faciem terrę sed vsque in profundum inferni, vbi perpetuo cruciantur pœnis æternis: ita non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inconueniens, q̃ homines iusti, & sancti qui non secundum carnem vixerunt, & pœnitentiam de suis peccatis egerunt ascendant in cœlum, & inter hierarchias Angelorum collocati sempiterno quo fruantur: vt dictũ est psalmo præcedenti. Nam licèt hoc non conueniat nec debeatur hominibus per naturã: tamen datur eis per gratiam, & merita passionis Christi, cuius membra sunt per baptismũ & fidem effecti. Vnde quando Christus ascendit in altum cœlum in die Ascensionis, secum duxit captiuitatem sanctorum patrum, scilicet Adam, Abraam, Isaac, & Iacob vt dictum est psalmo 67. Et sic Abraam Isaac, & Iacob non sunt in hac terra: vt isti moderni Iudei intentiuntur: sed regnant in cœlo cum Christo, & cum filijs promissionis. Et ideo isti Iudæi carnales nunquàm ascendunt cum eis in B cœlum: sed in infernum perpetuo cruciandi descendunt. Ideo dixit Christus Matthæi 8. quòd multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni mittentur in tenebras exteriores: vbi erit fletus, & stridor dentium. Et ideo Dauid notanter dixit. Cœlum cœli domino. i. q̃ Deus pater dedit cœlum Christo domino cœli pro se, & suis membris, quia omnes ascẽdimus cum capite nostro Christo. Sed terram dedit filijs hominum. i. carnaliter & secundùm hominem viuentibus. Nam fideles iam non dicuntur filij hominum. Sed hoc non possunt capere oc cęcati & obstinati Iudæi. Nam qui vult accipere repromissionem in cœlo cum Abraam Isaac, & Iacob, oportet quòd ascendat cum C Christo capite nostro, cum quo illi ascenderunt. Aliter nemo poterit ascendere nisi efficiatur membrum Christi. Quia nemo ascendit in cœlum: nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Qui cum fuit exaltatus in cœlum & in crucem, omnia sua membra traxit ad seipsum. Ioan. 3.

PSALMVS. CXIIII.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni, & nomẽ domini invocavi.

Titulus Alleluia. Ex titulo apparet, q̃ Dauid fecit hunc psalmum ad laudandum Deũ in festiuitatibus determinatis, maximè in die paschæ, eò quòd agit gratias pro toto genere humano: quia fuit liberatum de captiuitate diaboli: & viuificatum à morte æterna, & constitutum in regione viuorum, idest in ecclesia Christi viuendo per gratiam. Tria ergo facit. Nam primò proponit quod intendit narrando afflictiones, in quibus erat positus ille homo mysticus. Secundò inuocat Christum vt veniat in carnem ad liberandum ipsum. Tertiò excitat animam suam ad pœnitentiam, & fidem, & ad agendum gratias. 2. ibi. O domine libera animam meam. 3. ibi. Conuertere anima mea. Quantùm ad primum est notandum secundum Apostolum ad Ephe. primo, & secundum August. in sermone de Apostolis, quòd Deus prius dilexit nos effectu, & effectu quàm nos diligeremus ipsum. Nam ipse ab æterno dilexit nos: & elegit, & prædestinauit, & antequam essemus. Et postea gratificauit nos in Christo filio suo, & vocauit nos per ipsum ad fidem: & redemit nos antequam aliquid boni faceremus. Et sic paret, q̃ nos ex debito tenemur ipsum diligere, & amare, quia prius dilexit nos non solummodo in affectu: sed etiam in effectu conferendo talia beneficia. Et ideo Adam mystícus qui introducitur ad loquendum in hoc psalmo cum sua posteritate fidelium, dicit: ego dilexi. i. teneor diligere dominum. Et potest præterium pro futuro, ratione certitudinis ,,pphetiæ, vt dictum est pluries: & patet per literam sequentem, idest diligam dominum quoniam ipse dominus exaudiet vocem orationis meæ factam per patriarcas, & prophetas. Et diligam etiam ipsum, & teneor de debito ipsum semper diligere, eò quòd inuoco ipsum primò vt veniat ad liberandum me. Et postquàm liberauit me: inuoco eum agendo gratias. Et bene cogor inuocare, ipsum vt veniat: nam postquàm fui electus à paradiso per peccatum, circumdederunt me dolores mortis. Quia fui afflictus in corpore multis infirmitatibus, & miserijs. Et in anima fui sauciatus, & vulneratus fomite concupiscentiæ: propter quod sum pronus semper ad male agẽdum, & cædendum: & impotens, & fragilis ad benè operandum. Et sic pericula inferni inuenerunt me propter peccatum originale, & actuale. Et sic pericula inferni inuenerunt me: quia cecidi in mortem perpetuã, & aeter-

A nam: à qua non possum liberari nisi per Christum. Et ideo nomen domini inuocaui per patriarcas, & prophetas existẽs in tali tribulatione, & dolore à principio casus mei vsque ad Christum, & ideo inuocaui nomen eius quod est Iesus, & saluator: quia nullum aliud nomen est sub cœlo, in quo nos oporteat saluari nisi in Christo Iesu: quod est nomen tetragrãmaton continens in se quatuor virtutes, licèt omnipotentiam: sapientiam: misericordiam, & iustitiam. vt dictum est in prologo & psalmo. 8. & 112.

O domine libera animam meam misericors dominus, & iustus: & Deus noster miseretur. Custodiens parvulos dominus: humiliatus sum, & liberauit me.

B In hac secunda parte ,pphęta in persona totius corporis mystici conuertitur ad Christũ: vt veniat ad liberandum ipsum à supradictis pœnis, & miserijs, in quas incidit per peccatum, & dicit. O domine Iesu Christe libera animam meam à supradictis pœnis. quia tu es dominus quantùm ad omnipotentiam. Et es misericors, & iustus. quia hoc cõtinet nomen tuum Iesus quod est nomen tetragrammaton. Et ideo tu solus potes me liberare. quia Deus & homo. Et prophęta mutat personam per se metalepsim dicens, Deus noster Iesus Christus misereatur nobis, eò q̃ est misericors, & iustus, & est dominus custodiens paruulos. i. humiles, & simplices. Quasi dicat volendo seipsum & nos consolari: Iesus Christus dominus, & Deus noster miserebitur nostri: quia ipse est simplicium, & miserorum. ideo efficiamur paruuli per humilitatem, & fidem, & misere C mur nostri: quia ego humiliatus sum per fidem. ideo liberauit me per passionẽ suam, & ecclesiastica sacramenta. Item humiliatus sũ, & afflictus, & punitus in hac valle miseriæ pro peccatum: tamen dominus Iesus liberauit, & redemit me in aduentu suo:

Conuertere anima mea in requiem tuã: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu.

Placebo domino: in regione viuorum.

In hac tertia parte excitat animam suã ad fidem Christi, & ad agendum gratias, & ad contemplationem pro beneficio redemptionis perfectæ per Christum. Vnde dicit. O anima conuertere in requiem tuam, idest ad statum gratiæ, à quo cecidisti per peccatum. qa dominus Iesus Christus benefecit tibi te redimendo per mortem, & passionem. Quia eripuit animam meam de morte ad quam erat condemnata per peccatum. Et eripuit oculos meos à lacrimis, & pœnis in quibus erant: qa semper flebam casum meum, & felicitatem quam perdideram. Et eripuit etiam pedes meos à lapsu, & dedit mihi gratiam ad resistendum tentationibus, ne cadam in peccatũ. Et sic sanauit vulnera mea, & viuificabit animam meã à morte. Vnde qui ante eram mortuus per peccatum, nunc viuo per gratiam. Ideo humiliatus in regione viuorum, quæ est ecclesia: placebo domino. i. orationes meæ, & bona opera erunt Deo grata, & accepta, quia extra ecclesiã nullus exauditur. Quia non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum. vt dictum est psal. præcedenti. Sed nos qui viuimus in hac regione viuorum per gratiam, & in futuro per gloriam, placebimus domino. quia laudes nostræ, & orationes erunt Deo gratæ, & acceptæ. Nota quòd istum psal. cantat ecclesia in persona cuiuslibet defuncti existentis in purgatorio inquantum desiderat liberari per suffragia ecclesiæ, vt requiescat, & placeat Deo in regione viuorum per gloriam. Et sic etiam tota ecclesia cantat hunc psa. anagogicæ in diebus ferialibus inquantum petit liberari a vinculis, & morte corporis huius, & quiescere cum Christo in superna regione viuorum.

PSALMVS CXV.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Huiç psal. nullus titulus præponitur in Hebræo. Sed de se ostendit, q̃ est alleuiaticus: eò quòd agit gratias de beneficijs receptis. F

Ad cuius intellectum est aduertendum: q̃ Dauid primò fuit homo simplex, & pastor, & ignarus sicut dictum fuit psal. 22. & 78. Et sic absque literis, & scientia credebat per solam fidem, & viuebat in fide ecclesiæ secundùm illum statum, & considerabatur Christũ futurum in sola fide parentum, sed quando spiritus Saulis transiuit in ipsum iam fuit magis illustratus, sed quando dedit totum seipsum diuinæ cõtemplationi, & rapiebatur in extasim, & excessum mentis: tunc in spiritu, & lumine ,pphetico pręuidit omnia futura mysteria de Christo, & ecclesia. prout erant figurata in lege Moysi, & in gestis patriarcarum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pphetarum, qui ipsum præcesserant: & in ge
stis Iosue, & Iudicum, & in omnibus aduersi
tatibus, & prosperitatibus suis, & sic in illa
contemplatione, & mentis excessu & extasi,
in quam frequenter rapiebatur, vidit manife
ste qualiter sola sacra scriptura, & lex diuina
erat vera. cò quòd erat à solo Deo ipsi Moysi,
& patriarchis, & prophetis tradita. Et vidit
quomodo superstitio gentilium erat falsa, eò
quòd erat à diabolo, & hominibus conficta,
qa sicut nullũ est ens nisi ꝓcedat à prima en
titate: ita nullũ põt esse vērũ: nisi procedat à
prima veritate quæ est Deus. s. verbũ æternũ
filiꝰ patris: q illuminauit mẽtes patriarcarũ,
& pphetarum, & reuelauit eis veritatẽ suam
in sacra scriptura. Et sic superstitio gentilium
nullo mõ potuit esse vera postquã non fuit à
prima veritate reuelata: sed à diabolo, & hoi
B bus cõficta. Et sic vidit qualiter oĩs hõ est mẽ
dax in verbis suis inquantũ loquit ex ꝓprijs
de rebus diuinis. nisi illustrẽt à spiritu sancto.
Et ideo sacerdotes, & poetæ, & necromãtici,
& magi gentiliũ fuerunt mendaces in verbis
& traditionibus suis, eò quòd non fuerũt illu
strati à prima veritate, sed delusi à diabolo:
qui ab initio in veritate non stetit: sed semp
fuit mẽdax, & pater eius. In eadem, & multi
plici extasi ꝓuidit Dauid in spiritu qualiter
filius Dei, q est prima veritas, qui locutꝰ fuit
Moysi, & patriarchis, & ꝓphetis vet.te, erat
vẽturus in carnẽ, & locuturus apostolis sim
plicibus, & illiteratis, q quidem apostoli pri
mò debebãt simpliciter credere Xpõ, & seq
ipsũ, sed post resurrectionẽ debebat mittere
eis spũm sctm, & rapere eos ĩ altiorẽ extasim,
& illustrare eorũ mẽtes altiori lumine supra
C oẽs patriarcas, & prophetas: vt intelligerent
claro lumine oia illa q̃ sub figuris, & ænig
matibꝰ ꝓuiderũt ꝓphetę. Et ꝓuidit ẽt Dauid
qualiter isti apti, & discipuli sic illustrati de
bẽbãt dispergi ꝑ totũ mundũ ad prædicandũ
veritatẽ euangelicã quã à Xpõ acceperãt. & de
bebant eliminare, & exterminare mendaciũ,
& falsam superstitionẽ quã diabolus semina
uerat in populo gẽtili, & sic apostoli, & mar
tyres debebãt ædificare ecclesiam in populo
gẽtili toto orbe diffusam: & sanguine suo eã
irrigare, & confirmare, & in ea seipsos in ho
stiam, & sacrificium Deo offerre, & sic patet
qualiter apostoli simplices, & idiotæ primò
simpliciter Xpõ crediderunt, sed postea ꝑ re
ceptionẽ spũs sctĩ in illã extasim rapti totã sa
cram scripturã in lumine euangelico intellexe
runt. Et sic locuti sunt, & prædicauerũt enim D
gelium ꝑ vniuersum orbẽ. per quã ꝓdicatio
nẽ totũ mundũ iugo Christi subiecerunt. ꝑ
tuã fidẽ seipsos morti, & martyrio in eadem
ecclesia obtulerũt. Omnia ergo ista pręuidẽs
Dauid in spũ, & extasi sua, fecit hunc ꝑsalm
quo introduxit ecclesiã apostolorũ, & oium
martyrum, & doctorũ, & oium fidelium loquẽ
tẽ, & agẽtem Xpo gratias pro beneficio fidei,
& luminis euangelij recepti. In quo ꝓ. deo
facit. Nã primo explicat beneficiũ receptũ. Se
cundò promittit se grattas actũrũ, & sacrifi
ciũ oblaturũ pro tanto beneficio recepto, ibi,
Quid retribuã dño. Quantũ ergo ad primũ
dicit cœtus apostolorũ, & discipulorũ, & to
tus homo mysticus. Ego quoque credidi Iesu
Christo qui est prima veritas, & secutus sum
ipsum, & instruxit me primò in mõte Matꝝ.
& ex cõsequenti in sua ꝓdicatione. ꝓpter quã,
propter quã simplicẽ veritatẽ locutus sum,
& prædicaui veritatẽ euangelicã primò in fo
la terra ꝓmissionis, qñ misit me ad ꝓdicandũ,
& baptizandũ in oẽm ciuitatẽ, & locum quo
erat ipse vẽturus. vt patet Luc. 9. & 10. vnde
debet sic ordinari ista litera. Ego nolui affir
tire mẽdacio scribarũ, & pharisæorũ, nec fal
sæ superstitioni gentilium. autem pro sed,
humiliatus sum nimis, & captiuaui intelle
ctũ meũ, & credidi in Christum, qui est pri
ma veritas, propter qd, & propter quã cer
dulitatem, & veritatẽ locutus sum, & prędi
caui euangeliũ omni creaturę. Et postea ego
dixi in excessu, & extasi. i. cognoui in illa re
ceptione spiritus sancti qualiter sola lex diui
na à spiritu sancto illustrata, & reuelata erat
vera, & omnis alia doctrina erat falsa, qa omis
homo carnalis inquantũ homo est mẽdax, &
sic omnis doctrina eius est mẽdacium nisi a
spiritu sctõ homini reueletur. qua tunc ille
homo sic illustratus nõ est homo. sed Deus ꝑ
participationem, vt dictũ est psa. 81. Ista est
intelligentia, & sententia potest incipere in
secundò versu. vt sit sensus: Ego in illo excef
su meo, & extasi illustratus in die penteco
stes dixi, & cognoui qualiter omnis homo in
quantùm homo est mendax in propria sua
tia, & doctrina: nisi fuerit à Deo, qui est pri
ma veritas, illustratus: & sic noui qualiter
doctrina Scribarum, & Phariseorum erat
mendax, & falsa, eò quòd non erat à Deo
sed ab eis propter lucrum suum conficta: &
dixi, & noui detestabilem superstitionem
gentilium esse falsam: qui non erat à Deo
sed

A sed à diabolo, & sacerdotibus, & poetis eorũ
mentita, & persuasa. Et ideo nolui credere, nec
attentare falsũ fermento Scribarum, & Phari
seorum: nec nefandæ superstitioni gentilium:
aut pro fide: sed humiliatus sum nimis, & ca
ptiuaui intellectum meũ, & credidi Christo
qui est prima veritas: & secutus sum ipsum:
propter quod ego locutus, & cõfessus sum ip
sum esse verum Deum, & Messiam in lege ꝓ
missum, & locutus sum, & prædicaui euange
lio omni creaturæ. Si ergo Christus fecit mihi
tantã gratiam præ cæteris: quid ego retribuã
domino pro omnibus, & tãtis beneficijs, quæ
Christus retribuit mihi? Ista etiam sunt ver
ba populi gentilis ad Christum conuersi: qui
humiliauit seipsum, & credidit Christo, & rã
dem illustratus cognoscens seipsum, & falsã
superstitionem in qua prius erat, dixit in sua
B contemplatione veritatis: q omnis homo car
nalis est mendax in sua doctrina nisi fuerit à
Deo illustratus. Vt patet Hiere. 16. vbi dici
tur. Gentes ad te venẽt ab extremis terræ: &
dicent, vere mendacium possederunt patres
nostri: veritatem quę eis non profuit &c.
Quæ omnia fuerunt impleta in Augustino,
& Ambrosio, & cæteris doctoribus, & marty
ribus conuersis ex populo gentili. qui non so
lum in prædicationibus, sed etiam in dispu
tationibus, & scripturis detexerunt deceptio
nem, & mendacium in quo laborabat totus
ille populus ante suam conuersionem. vt o
stendit Augustinus in decem primis libris de
ciuitate Dei. Eusebius in libris de præpara
tione & veritate euangelica. & in 30. libris
contra Porphirium, & hoc idem Lactantius in
C octo libris diuinarum institutionum, & sic de
multis, qui omnes dixerunt in suo mentis ex
cessu, & contemplatione, & confessi sunt illã
detestabilem superstitionem esse falsam, &
mendacẽ, à diabolo, & hominibus carnalibus
conflictam. De quo quidẽ populo gentili post
conuersionem, & agnitionem veritatis fue
runt multi martires, & doctores, & religiosi,
& eremitæ. Et sic obtulerunt seipsos in hostiã
Deo placentem pro Christo, & fide euangeli
ca, quam ante impugnauerant. Ex his patet
q nulla doctrina de rebus diuinis est vera, ni
si. i. quę tradita est à spiritu sancto per pa
triarcas, & ꝓphetas, & apostolos, & doctores,
in quos locutus est spiritus sanctus. Quia nõ
ipsi qui loquebãtur, sed spiritus patris
qui loquebatur in eis. Ergo omnis homo de
se ipso est mendax. Quia oẽ verum à quò
cunque dicatur, à spiritu sancto est, secundũ D
Ambrosium. Et iõ nullus de se dẽt ꝓsumere
nec affirmare aliquid sine autoritate sacræ
scripturæ ꝓm Dionisium, & Augustinum in
sermone de martyribꝰ. vbi declarat hũc ver
sum. Et etiam ad hunc sensum allegat Apo
stolus hoc versiculo. 2. ad Corinthios. 4.

Quid retribuam domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

*Vota mea domino reddam coram omni popu
lo eius: pretiosa in conspectu domini mors san
ctorum eius.*

In hac secunda parte intendit agere gra
tias pro beneficijs receptis, puta pro benefi
cio redemptionis, & electionis, quia elegit ip
sum per fidem. Sed quia est difficile pro his
Deo satisfacere, & gratias sufficienter redde B
re, ideo ait, Quid retribuam domino, & quã
satisfactionem faciam pro omnibus quæ re
tribuit mihi? Quia primò me de nihilo crea
uit, & in tanto honore in paradiso præfecit,
& post lapsum me ꝓprio sanguine redemit.
Et demũ per gratiam, & fidem vocauit, & ele
git. Et Iudęis manẽtibus cęcis me in ecclesia
sua congreganit, & veram, & sanam doctri
nam docuit, & fidem inspirauit, per quam cũ
audacia prædicaui & locutus sum. Non sum
ergo sufficiens pro tantis beneficijs satisface
re. Sed scio quid faciam. Nam cum bona tem
poralia non sufficiant, dabo ipsi quod prę
tiosius habeo, scilicet meipsum, & vitã meã.
Nam sicut ipse obtulit se pro me in ara crucis
ad mortem, & bibit pro me calicẽ passionis:
ita ego offeram meipsum, & exponam me ad
mortem pro ipso, & defensione sui nominis, F
& legis euangelicæ. Et sic calicem salutaris,
scilicet passionis & mortis martyrij accipiã,
& nomen domini inuocabo, & confitebor co
ram hominibus. Nam quia video, quòd nil
est prętiosius apud Deum, & in conspectu do
mini quàm mors sanctorum eius per marty
rium, ideo vota mea domino reddam. i. meip
sum offeram: & ad mortem, & martyrium li
benter exponam. Et nomen Iesu Christi con
fitebor: nõ absconditè, sed coram omni popu
lo eius, sicut ipse confessus est me in cruce co
ram hominibus, & mortuus, & passus est: Ita
ego volo pro eo mori. quia scio q̃ prætiosa, &
magni precij est in conspectu domini mors
sanctorum eius per martyrium voluntatũ
ꝓ nomen eius. Quod quidem votũ factũ à

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Dauid in persona totius ecclesiæ, fuit impletũ in omnibus Apostolis, & martyribus qui passi sunt pro Christo, & calieẽ martyrij acceperunt. & etiam impletum est per Magdalenã, & Athanasium, & Ambrosium, & Hilarium, & Hieronymum, & Augustinum, qui pro Christo persecutiones, & labores sustulerunt, & se ipsos ad labores, & pœnitẽtiam exposuerũt: & totam vitam obtulerunt. Quia omnes isti ad mortem ciuilem seipsos pro Christo obtulerunt, quia vita Christiani si secundùm ecclesiam viuat, martyrium est vt inquit Augustinus. Nam nullus potest retribuere: nec satisfacere Christo pro tantis beneficijs receptis, nisi per martyrium.

O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

B *Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini invocabo.*

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui Hierusalem.

Sed conuersus in se Dauid in persona ecclesiæ considerat, & contemplatur magnitudinẽ, & immensitatem beneficiorum Christi & considerat paruitatem muneris nostri: videns quòd non est conueniẽs retributio, nec recõpensatio nostra nec æqua commutatio. Et sic non satisfacimus licet offeramus nosmetipsos ad mortem. Nam ipse dominus, & innocens obtulit se pro nobis peccatoribus. Et sic obtulit infinitum, & mundum, pro finito, & immundo. Et nos offerimus finitum, & paruum. Item nos sumus serui, & ipse dominus. ergo non est æqua commutatio. Item ipse nos liberauit à captiuitate, & morte æ-
C terna. Et nos per martyrium solum reddimus vitam temporalem. ergo maior fuit donatio quàm sit retributio: & maius donum quã munus. Item si nos damus nosmetipsos facimus quod debemus, & tenemur. Nam ex debito seruus tenetur mori pro domino, & defendere nomen eius. Ideo faciens hoc inutilis seruus est: quia facit quod debet: & nihil erogat de suo. Lucæ 12. Item magis est seruus ille qui est redemptus, quàm ille qui solum est iure belli captiuus, & raptus, & magis tenetur redemptori siue piratæ, qui ipsum rapuit, siue bellatori qui ipsum iure belli acquisiuit: quia ille violenter possidet: & ille libenter, & gratanter. Ex quo sequitur, quòd licèt pro Christo nosmetipsos martyrio exponamus: non æque satisfacimus: nec æquale munus retribuimus: quia nihil nostri offeri- D mus: quia tam serui eius sumus, & facimus, quod tenemur. Ideo subdit. O domine licèt accipiam calicem martyrii pro te non satisfacio, nec retribuo æquale munus dono recepto: quia nihil offerro de meo. Nam ego sum iam seruus tuus in persona creatus, & redemptus, & quod fortius est, filius ancillæ tuæ, scilicet naturæ humanæ primò captiuæ, & postea redemptæ, ergo non solum sum seruus in persona: sed etiam in natura. Nam magis captiuus est ille qui est captiuus, & filius ancillæ, & captiuæ, quàm ille qui solum est captiuus, & filius liberæ. sicut est ille qui est raptus à pirata: cuius mater est libera in ciuitate sua, licèt iste seruiat in domo domini sui, qui rapuit eum. Nos autem non sumus serui à fortuna. sicut est raptus à pirata, vel ex E bus in bello. Sed eramus serui natura: & filij ræ. & vindictę à qua seruitute tu Christe nos liberasti. Et sic sum nunc filius ecclesiæ quæ est ancilla tua à captiuitate redempta. Ex quibus patet q̃ in exponendo me morti nihil do de meo: imò nõ retribuo æquum munus. Nã tu me à captiuitate liberasti, & dirupisti vincula mea per mortem: & passionem, & resurrectionem: quibus vinculis tenebar vinctus, & captiuus in potestate peccati. ergo ut sum seruus tuus. Si ergo non possum retribuere æquale munus, eò quòd sum seruus, & rupisti vincula captiuitatis, & peccati mors scio quid faciam: offeram. n. manus munus, & sacrificiũ quod non est meum: sed tuũ, quod est bonũ de opere operato. Et ideo tibi sacrificabo hostiam laudis: & de se laudabilẽ, & bonam. quod est sacramentũ eucharistię in quo offertur Christus filius tuus ò pater, quod F crificium non potest refutari. cum sit precio infinitũ tibi acceptabile, agnus sine macula. Secundo verè nomen dñi invocabo petẽdo salutem redemptionis. Nam offerendo illud sacrificiũ, & hostiam participamus Christi passionem, & redemptionẽ, & salutem. Quia in memoriam eius passionis celebramus. Illam ergo hostiam sacrificabo tibi quotidie. Et sic reddam ista vota mea domino in cõspectu totius populi Christiani. Et hoc sacrificium non offeram in plateis sicut sacrificium martyrij, quod fiebat in plateis. Sed hoc sacrificiũ eucharistię offeram in atrijs domus domini, in ecclesijs sicut sacrificium dedicatũ, & in templo tui ò Hierusalẽ, idest in ecclesia Christi. Quasi dicat: in ecclesia, & in templo officia, & fr[illegible]

A frequentabo quotidiè hoc sacramentum, & hoc sacrificiũ de se laudabile, & acceptabile retribuam Deo pro beneficijs acceptis: postq̃ meum non est sufficiens. Sed est aduertẽdum quòd etiã totus iste psalmus potest esse vox Christi, qui postquàm vidit omnes esse peccatores præter seipsum: ideo solus ipse fuit sufficiẽs sacrificium ad satisfaciendum pro toto genere humano. Et ideo obediẽs patri vsque ad mortem obtulit seipsum pro nobis sicut dictum est psal. 39. Ideo dicit hic. Ego credidi. i. obediui patri meo. Nam credere idem est quod obedire. Nam quia pater meus voluit, vt ego paterer pro omnibus: ideo propter hoc locutus sum manifestando eius vo-
B luntatem hominibus. & dando legem euãgelicam. Et exinde humiliatus sum nimis, i. destruxi qa nullus erat sufficiens ad liberandum genus humanum cum omnes essent peccatores, quia ego dixi, idest est cognoui, q̃ oĩs hõ erat mendax, & peccator. Quia oẽs in Adã peccauerunt, & declinauerunt à via veritatis. Et ideo quando ego vidi, q̃ nullum aliud sacrificium erat acceptabile apud Deũ: tũc dixi ecce venio ad offerendum meipsum, q̃ sacrificio. Quid ergo retribuam domino? Qua si Christus dicat inquantùm hõ. Si pater tãtũ exaltauit me, vt verbo suo me personaliter viuere: & agnum sine macula, & caput ecclesiæ me cõstituere: & ab æterno me vt faceré te libri mei scripserit: quid ergo faciam pro his omnibus quę retribuit mihi? Scio quid fa-
C ciam, quia obediens patri accipiam calicem salutaris passionis. Et nomẽ domini invocabo: & intercessor ero, & mediator inter patrẽ meũ, & gen⁹ humanũ. Et reddã vota mea domino patri meo. quia in arã crucis me offerã in sacrificiũ corã omni populo eius in ciuitate Hierusalem. Et hoc faciã quia pretiosa est: & sacrificium valde acceptabile in conspectu domini mors sanctorum eius. Quia mors cuiuslibet iusti est valde acceptabilis apud Deũ. Quãto magis mors Chri agni sine macula, qui est iustus iustificans oẽs: & sufficiẽs ad satisfaciẽdum pro omnibus sanctis sancto rum. O domine pater ego iustus sacrificium offeram. Primò quia sum seruus tuus, & obediens inquãtùm me creasti, & prædestinasti. Sum etiam seruus tuus vere, & obediens, & humanis inquantùm sum filius Virginis Ma- D rię ancillę tuę. ex qua formã serui accepi: cuius humilitatem super oẽs mulieres respexisti. Et sic omnibus modis sum tibi seruus, & obediens, & sic tenebor tuam volũtatem, adimplere, & mortem subire. Secundò: qa dirupisti vincula mea. i. membrorum meorum peccata remisisti: & me, & matrem meã ab omni peccato præseruasti: quia non fui captus in reatu culo peccatorum in quo omnes ceciderũt iõ tibi sacrificabo hostiam laudis. i. meipsum hostiã acceptabilẽ in ara crucis. Et nomẽ dñi pro omnibus invocabo. Et iterũ vota mea ad dñm reddã. i. sacramentum eucaristię quotidiè offerendum instituam in conspectu domini. & hoc non in platea: sed in templo: & in atriis tuis ò Hierusalem. sin locis dedicatis, & consecratis. Et hoc dicit Christus: quia primum sacrificium. s. mors, & passio fuit factum coram omni populo. Sed secundum sacrificium. s. eucaristiæ, nõ offertus nisi in ecclesijs ad ministranda sacramenta dedicatis. E

Et sic patet, quomodo totus iste psalmus potest esse vox ecclesiæ, vt patet secundũ primam expositionem. Et etiam potest esse vox Christi: vt patet per secundam expositionem, quia potest exponi in persona ecclesiæ, & in persona Christi per se.

PSALMV. C XVI.

L *Audate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.*

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Titulus Alleluia. Notandum, q̃ Dauid cõtẽplans in promissione facta ipsi Abrahę. Gẽ. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes: & in benedictione Iudæ facta à Iacob F Gen. 48. vbi dicit. Non auferetur sceptrũ de Iuda donec veniat, qui mittendus est: scilicet Messias Christus, & ipse erit expectatio gentium &c. Per hoc præuidit Dauid in spiritu qualiter ecclesia erat congreganda ex gentibus ad fidem Christi conuertis. Et quòd gẽtiles, qui ante idola colebant relicta idololatria debebant Christum colere, & laudare. Ideo fecit hunc psalm. qui licèt sit paruus in verbis, tamẽ comprehendit totam sacrã scripturam, & præsupponit eam in sententia: in quo ꝓphetando inuitat totum populũ gẽtilẽ ad laudandum Deum, & ad cultũ vnius Dei. & ad agendum gratias pro beneficijs receptis, & pro promissione completa p aduẽtum Christi. Et dicit. O omnes gentes à solis ortu vsq; ad occasum laudate dominũ Deũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

trinum, & vnum: relicta omni idololatria. Et vos oēs populi tā gentiliū, quàm Iudeorum, laudate, & colite eum, & agite Deo gratias: qm̄ per aduentum Christi filij eius confirmata est super nos misericordia eius: quia venit ad miserendum nobis per mortem, & passionem. Et sic misericordia nobis promissa de redptione vniuersali cōfirmata est, & completa per Christum. Nā quod Deus promisit Abrahę dicens. In semine tuo benedicentur oēs gentes, & illud quod prædixit Iacob. Ipse erit expectatio gentium, & quod promisit Moysi. Prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum. ecce ista promissa confirmata, & impleta sunt in aduentu Christi super nos, & sic veritas domini manet in æternum immobilis. Nam quod promisit, & figurauit in ve. testa. totum est verificatum in Christo. Et Deus manet verus in æternum: & non fallax. Laudate ergo eum pro tanto beneficio recepto &c. Veritas ergo eius manet in ęternū, postquàm adimpleuit quod promisit. Et sic lex eius manet vera in æternum. Item Christus qui est veritas patris: & est veritas, & finis totius legis: in quo est completa lex: ipsi manet in æternum &c. Vnde nota, q̄ duo fecit patre in mittendo filium. Nam primò confirmauit misericordiam patribus vete. test., promissam. Secundò, verificauit oēs scripturas. s. legem, & prophetas. quia vnum iota non fuit prætermissum quin per Christum fuerit impletū. Quia ad hoc venit Christus, vt testimonium perhiberet veritati scripturam, & sic veritas euangelica, quam Christus docuit, & impleuit manet in æternum, quia post legem euangelicam nou succedet alia. Ideo prophetauit omnes gentes, & populos, vt laudent Deum patrem in filio, & filium in patre: eò quòd confirmauit, & impleuit misericordiam mūdo promissam. Et verificauit omnes scripturas in aduentu filij sui. Tunc enim patet est confirmatum qm̄ est completum, & ad effectum deductum. Et tūc quis dicitur verax quando implet quod promisit. Et ideo misericordia domini promissa patriarchis, & prophetis fuit super nos confirmata in passione domini Iesu Christi. Et veritas domini manet inconcussa, & inuiolata in æternū, inquātum tota scriptura veteris testamenti fuit in Christo, & per Christum verificata. Ideo dicitur Ioannis. 1. Lex per Moysen data est: gratia autem, & veritas per Christum facta est.

PSALMVS. CXVII.

Confitemini domino, quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.

Titulus alleluia. Ex hoc apparet, q̄ Dauid fecit hunc psalmum ad laudandum dominū. Sed de materia huius psalm. dicunt Hebræi moderni, quod Dauid fecit hunc psalmum pro gratiarum actione: quia ipse fuit liberatus de persecutione Saulis, & quia ipse liberauit populum de manu gentilium circumstantiū. Et sic exponunt vsque ad illam partē. Aperite mihi portas iustitiæ. Et ab illo loco vsque ad finem dicunt, q̄ Dauid induxit populum ad laudem Dei, & gratiarum actiones pro ędificatione templi. Et sic dicunt, q̄ Dauid fecit ipsum vt cātaretur in dedicatione templi. Et sic applicant primam partem ad liberationem Dauid, & secundam ad ædificationem templi. Sed omnes isti manifeste se fallunt: quia nec liberatio Dauid, nec ædificatio templi Salomonis materialis pōt adæquari huic psal. in quo dicitur, Quoniam in æternum misericordia eius: quia nec liberatio Dauid fuit æterna: nec templum Salomonis fuit quoniam vt patet. Ergo loquitur hic de aliqua liberatiōe, & redeptione æterna: & de aliqua ædificatione templi spiritalis, & æterni. Ad cuius intelligentiam est aduertendum sicut sępius dictum est, q̄ omnia mysteria Dauid a principio quo fuit vnus per Samuelem ūs custodiebat oues: vsque ad finem vitæ fuerunt figura Christi vel ecclesiæ. In quibus tanquàm in speculo prævidit omnia mysteria Christi, & ecclesiæ: vt dictum est. Et idem prætuidit in exemplari seu descriptione sibi tradita à spiritu sancto primi Paral. 29. Et ideo licèt literaliter aliquo modo ille psalmus posset applicari ipsi Dauid in quantum in prædictis persecutionib. prævidit mysteria futura, & tamen talis intelligentia non esset propria, & adæquata: nec esset sistendum in ea. Sed est sequenda, & continuanda intelligentia prophetica: ad quā, & de qua Dauid principaliter, & literaliter fecit hunc psalmum, de redemptione vniuersali facta per Christū, & de ædificatione, & prosperitate ecclesię eius.

Est ergo dicendum, q̄ propheta Dauid in hoc psalmo loquitur prophetice ad literam de Christo redemptore generis humani: & ædificatore ecclesiæ militantis: qui intelligitur per lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Et hāc sententiam, & intelligentiā cōfirmat saluator. Mat. 22. cū dicit phāsisęis de scipso. Nunq̄ legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt edificantes &c. Hoc idem confirmat beatus Petrus Actu. 3. allegando hanc scripturam esse dictam de Christo. Cum his etiam concordat Rabi Salomō: qui glossans illud Michęæ. 5. Et tu Betleem ephrāta parvulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel &c. exponendo dicit. Ex te mihi egredietur Messias filius Dauid, sicut ipse dicit psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Ex quibus patet, q̄ ipse concedit istę Hæbreus. Primò, quod fecit ipsum de Christo. Tertiò concedit quod Christus ante erat, reprobādus per sacerdotes quàm regnaturus & glorificandus, quemadmodum scripserunt euangelistæ, & prout magis patebit infra loco. Duo ergo facit Dauid in hoc psalmo in persona corporis mystici. Nam primò inuitat omnes status fidelium ad laudandū Deum, qui receperunt Christum in suo aduentu, & ad agendum gratias pro beneficio redemptionis factæ per Christum. In secunda parte introducit populum gentilem petentem sibi in corporari, & recipi in ecclesia cū conuersis de Iudaismo, vt ex vtroq; populo fiat vnus, vno lapide angulari connexus: ibi. Aperite mihi portas iustitiæ. Nam primò inuitat omnes fideles ad laudandum Deum de sua infinita misericordia. Secundò enumerat beneficia collata ex Dei misericordia: ibi. De tribulatione mea.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

Quantùm ergo ad primum dicit. O vos omnes fideles: confitemini domino: confessione laudis dantes laudes Deo, quoniam bonus est. i. quomodo est bonus, & quomodo misericordia eius est stabilis, & firma, & æterna, & in æternum magnificanda. quasi dicat. Confitendo, & laudando annunciare omnia beneficia, quæ sua misericordia, & bonitate contulit nobis.

Ad cuius intelligentiam est notandum: sicut frequēter dictum est: q̄ ppheta Dauid, qui fecit istum psal. vt cantaretur in festiuitatibus, & maximè in dedicatione templi: primo inuitat omnes status fidelium illius tēpo-

ris, vt cantent ipsum ps. in templo. Sed quia primò, & principaliter intendit tēpus, & statum nostræ redemptionis, & gratiæ: ideo maxime inuitat ad laudandum Deū fideles noteſt. qui receperūt beneficium redemptionis in suo tēpore. Et ideo per tres status hic nominatos, non solummodo intelligit illos tres status vet. test. qui expectabant Christū, sed etiam intendit tres status no. te. qui successerunt illis tribus statibus, & receperunt Christum in suo tempore. Vnde sicut totus populus Christianus dicitur domus Israel secundùm spiritum, & promissionem. Ita similiter status sacerdotū no. te. dicitur domus Aarō, eò q̄ ad eos est translatum sacerdotium Aaron secundùm veritatem. Nam sacramenta quæ illi ministrabant in figura: nos ministramus in re. Et ideo per domum Aaron intelligit cœtum, & statum ecclesiasticum noui testamenti. Et per domum Israel intelligit omnes fideles Christum recipientes, & videntes Deum, & per eos qui timet dominum intelligit iustos: qui seruant præcepta, & mādata Dei. Tota ergo ecclesia Christi dicit domus Israel in quantùm videt Deum per fidem: & totus status ecclesiasticorum dicitur domus Aaron in quantùm succeſſerunt in sacerdotium, & ministrant sacramenta ecclesiastica. Sed soli iusti dicuntur, qui timent dñm: eò q̄ seruant præcepta Dei, & mandata. Nā multi vidēt Deum per fidem, & multi ministrāt ecclesiastica sacramenta, & viuunt in statu ecclesiastico, qui non timent dominum: eò q̄ non seruant eius mandata, & præcepta. Et iō non sunt iusti. Nam qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis: vt dictum est ps. 111. Item multi confitentur se nosse Deum: factis autem negant: eò quòd sunt reprobi ad omne opus bonum: ad Titum primo cap. Item per eos qui timent dominum possunt intelligi conuersi de gentilitate. Hos ergo sub predictos status inuitat propheta ad confitendum domino. Et primò inuitat omnes fideles tàm noui quàm veteris testamenti dicēs, Dicat nunc Israel, i. confiteantur omnes fideles per fidem Christum videntes tàm noui q̄ veteris testamenti: quoniam dominus est bonus, & in æternū magnificanda misericordia eius. Et dicat nunc etiam domus Aaron, i. status sacerdotalis tàm noui quàm veteris test. qm̄ dominus est bonus, & misericordia eius dubitabit, & est magnificāda in æternum: eò q̄ eius effectus nostræ redemptionis est magnificus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agnificus, & æternus. Item dicant nunc qui timent dominum, idest omnes iusti qui ex timore domini filiali, & casto seruãt eius mandata: quoniam in æternum mia eius. i. qm̃ beneficia nobis collata ex sua mia sunt magnifica, & eterna. s. mysterũ icarnationis, & redẽptionis, & resurrectionis, & nostrę glorificationis. Quia omnia illa mysteria sunt in æternũ duratura, & magnificãda. Ex supradictis patet, q̃ sicut vna est ecclesia ve. & noui test. quantũ ad fundamentum fidei Christi: eò q̃ vna est fides omniũ: ita est vna domus Israel: & vna domus Aarõ noui, ac ve. te ratione fidei Christi secundũm iustum modum loquẽdi. Nã quod illi tractabant in figura nos tractamus in re, & veritate, vt dictũ est. Sed est differentia: q̃ nos sumus filij Israel secũdùm promissionem, & veritatem promissam. Iusti autem, & fideles illius temporis erant filij secũdùm carnem, & etiã secundũ promissionẽ inquantũ expectabant saluari per Xp̃m futurũ. Et sic viuebant in fide Christi futuri: quẽ iã recipimus. Et sic est dicendũ de domo Aaron: & de timentibus Deũ. Et ét est dicẽdum, q̃ per ly qui timẽt dñm, Dauid intelligit populũ gentilẽ: qué inuitat vt ũeniat ad confitendũ Chio in suo aduentu. Quia Chis est lapis angularis coniungens duos parietis, idest vtrunque populum, scilicet iudaicum, & gentilem, vt infra patebit.

De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.

Hic enumerat iste homo mysticus tribulatiões, de quibus liberauit ipsum Christus in nomine suo, quod est Iesus. Vnde Dauid in hac parte intendit commendare hoc nomen Iesus: in cuius virtute semper iste homo mysticus fuit liberatus: quod quidem nomen Iesus sonant illę quatuor literæ positæ in illo nomine Adonai, vt dictum est psal. 8. Et ideo iste homo enumerat tribulationes: de quibus fuit liberatus in virtute nominis Iesu. Vnde fideles veteris testamenti inuocabant eundẽ Christum, quem nos inuocamus. Sed illi inuocabant ipsum sub nomine Adonai: nos vero sub nomine Iesu: quod per illas quatuos literas importatur. Ad cuius intelligentiã est notandum sicut sæpius dictum est. q̃ iste homo multipliciter fuit afflictus. Vno modo in anima per peccatum, & culpã. Alio modo in corpore. Et etiam dupliciter fuit in corpore afflictus. Vno modo interius per concupiscẽtiam, & infirmitates. Alio modo exterius per inimicos, & infideles, & sic fuit afflictus per diabolũ interius i anima, & corpore, & p membra diaboli exterius. A qbus fuit afflictus vsq; ad Christum: & exinde per ille populus vsq; ad Christum: & exinde vsque ad iudiciũ. Vnde ipse Christus multotiens liberauit istum populum a tribulationibus exterioribus, & hoc in vtroque tẽt. vt patet per totum discursum sacræ scripturæ. Sed principaliter Christus liberauit fideles in anima de potestate diaboli per suam mortem, & passionem, & resurrectionẽ. Et ideo, pphica in hoc loco de omnibus his tribulationibus tãm interioribus qua exterioribus in persona totius hominis mystici constituit se electum per Christum. Vnde dicit: De tribulatione tam corporis quam animę inuocaui dominum, & tamen dominus exaudiuit me in latitudinem, idest large, & copiosè, & abundanter. Primo potest hoc dicere Adam, qui primò fuit positus in tribulatione cum toto cœtu patriarcarum, & prophetarũ, scilicet in carcere inferni: & tamẽ dominus exaudiuit eum, quãdo abstraxit omnes de limbo & arcto carcere inferni: & eduxit eos in latitudinem, & requiem gloriç. Item populus Israel inuocauit dominum de tribulatione egypti: & dominus exaudiuit eũ, & eduxit ipsum in latitudinem, & libertatem per Moysen famulum suum. Et collocauit ipsum in terra promissionis per Iosue. Item multotiens inuocauit dominũ ille populus sub iudicibus, & tamen semper fuit exauditus, & liberatus ex inimicis. Item fuit ille populus liberatus per ipsum Dauid de seruitute Philistinorum quando occidit Goliam. Item ipse Dauid qui fuit figura Christi, & ecclesiæ, multotiens de tribulatione inuocauit dominum in persecutione Saulis: & ablalonis: & quãdo numerauit populum de tribulatione pestilentię. Et tamen semper fuit exauditus, & liberatus. Et eodem modo inuocauit dominũ Ezechias contra Senacherib, dum esset in obsidione, & tamen exaudiuit eum dominus, & liberauit eum: quia in vna nocte angelus domini occidit cetum, & octoginta quinque millia. Et sic etiam ille populus fuit liberatus de captiuitate Babylonis, dum clamarent ad dominum Ezechiel: & Aggeus: & Zacharias, & Esdras. Item fuit liberatus etiã ille populus: & exauditus tẽpore Maccabæorum. Sed primò, & principaliter fuit exauditus Zacharias, & Symeon, & cæteri iusti: quia assidue inuocabant dominum, & veniret ad redimendum genus humanum de tribulatione peccati, & captiuitate diaboli. Vnde Symeon qui expectabat redemptionẽ visurum se mortem nisi prius videret Christum domini. Et eodem modo fuit exauditus Zacharias: Anna pphetissa: vt patet Lucę. Et sic de quolibet illorum, & in persona cuislibet iusti veteris testamenti dicit pphe ta. De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus, idest late, & abundanter exaudiuit me. Et subdit.

Dominus mihi adiutor: non timebo quod faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.

In persona totius ecclesię Christi dicit ẽt eadem verba quia fuit liberata de tribulatione, & persecutione tyrannorũ, & de superstitia idolorum tempore Constantini: & de prauitate multorum hæreticorum tempore Augustini, & aliorum doctorum. Et ideo dicit. Dominus Deus meus Iesus Christus fuit mihi adiutor in omnibus his tribulationibus. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo infidelis aut hæreticus. Est etiam mihi dominus iudex os quãm gentiles, quàm hęreticos. Nam iudex os vidi destructos per Titum, & Romanos, & gentiles subiecti iugo Christi: & hæreticos superati, & conuicti. Ideo cognosco, & confitebor, quòd.

Bonum est confidere in domino: quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in domino: quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini quia vltus sum in eos.

Circundantes circundederunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.

Bonum, idest melius est cõfidere in dño: quàm confidere in homine, idest in viribus hominis alicuius. Et bonum, idest melius est sperare, idest ponere spem suam in domino: quàm sperare in principibus. Quod probo. Nam omnes gentes circundederunt me, & affligerunt volentes me totaliter delere tãm in primò quàm in secundò testamento. Sed in nomine domini Iesu vltus sum in eos idest, vindicaui: me de ipsis. Quasi dicat. Et in nomine domini inuocaui, quia vltus sũ in eos, quia eos subiecit iugo Christi. Et semper per nomen domini intelligit hoc nomen Iesus, in cuius virtute semper fuit liberatus, & victor. Nam in ly domini ponitur nomẽ quatuor literarum, quod sonat hoc nomẽ Iesus: vt dictum est psal. 53. & in prologo. quia Iesus est nomen salutis, & omnipotentię. Item diaboli circundantes circundederunt me per sequentes apostolos, & discipulos. Et in nomine domini inuocaui. supple qa vltus sum in eos, eos superando, & vincendo. Item hæretici circundederunt me sicut apes figentes spicula venenosę hęresis suæ. Et exarserunt in spinis. Et tamen in nomine dñi inuocaui: quia vltus sum in eos. i. vindicaui me de ipsis occidendo in eis errorem, & suscitando fidẽ: & quosdam etiam totaliter confundendo: & ab ecclesia exterminãdo. Vnde ab ipsis impulsus sum, & vexatus vt totaliter caderem. Nã tyranni persequebantur me per ciuitates, & montes. Sed dñs suscepit me tẽpore Constantini. & non permisit me totaliter deleri. Impulsus sum a diabolo, vt caderem, & peccarẽ in Adam. Sed dñs Iesus Christus suscepit me i cruce, & ipse fuit fortitudo mea, & laus mea & semper laudabo eum: quia factus est mihi in salutem. Nam Iesus idem est quod saluator. ideo factus est mihi in salutem quia saluauit me per suam mortẽ, & passionem. Vnde nota, q̃ iste ho fuit impulsus a diabolo in paradiso terrestri: & luctatus est cũ eo: & eiecit ipsum in terram: iste: quia descendens iste homo a Hierusalem in Hiericho incidit in latrones qui expoliauerunt cũ omnibus bonis gratuitis Et in super vulnerauerunt, & sauciauerũt eũ in anima, & corpore, & semiuiuo relicto abierũt. vt habetur 10. Sed venit ille samaritanus Christus: qui motus misericordia alligauit vulnera eius infundens oleũ, & vinum, & imposuit illum super, humerum suum: & sic sanauit eum, & liberauit a miseria. vt patet Luc. primò. Et hoc est quod dicit hic in hoc versiculo: Impulsus euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis: & in tabernaculis iustorum.

Dextera domini fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

Quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Quasi dicat, dominus Iesus Christus suscepit me in humeris suis. Et ipse fuit tota fortitudo mea diabolū superando. Et sic erit laus mea: quia tenetur ipsum laudare: quia factus est mihi in salutē. i. quia factus est saluator, & redēptor meus. Et iō erit semper vox exultationis, & salutis in tabernaculis. i. in ecclesijs iustorum, & fidelium agendo gratias pro beneficio redemptionis. Et confitendo quō dextera domini q est Chīs, fecit virtutē debellando, & superando diabolum. Et quo modo dextera domini, q est Chīs, exaltauit me de morte ad vitā: & de captiuitate in libertatem. Et exaltauit me p gratiam in hoc sæculo: & per gloriam in altero. Item dextera domini fecit virtutem iudæos confundendo, & destruendo, & gentiles subijciendo, & idola delendo, & diabolum foras eijciendo.

B Vnde dictū est in prologo, q sicut Iesus dicit nomen domini: ita etiā dicitur dextera dñi: quia per Christum exercet Deus suā virtutē. Et ideo pp oia ista tria, quę fecit Xps qui est dextera dñi, ipse erit laus mea. Et erit sēper vox exaltationis, & salutis in ecclesia iustorum. Tripliciter ergo imo multipliciter dextera domini, qui est Christus, fecit virtutem, & ostendit suam omnipotētiam, & diuinitatem. Nā primò fecit virtutem in sua natiuitate per multa signa & prodigia vt dictum est superius. Item fecit virtutem infirmos sānando, mortuos suscitando, & mari, & ventis imperando & diabolum in cruce debellando, & in infernum detrudendo, & infernum expoliando. Secundò fecit virtutem quando homiē deiectum, & fauciatum sanauit, & relleuauit, & per gratiam, & gloriam exaltauit. Tertio fecit virtutem post suam ascensionem quando omnes inimicos tām iudæos quām gentiles sub pedibus subiecit, & diabolum extra mundum eiecit, prout dictum est ps. 109. Et iō iste hō à morte æterna per dexteram Christi liberatus, agendo gratias dicit.

Non moriar sed viuam: et narrabo opa domini.

Non moriar morte ęterna: sed viuam per gratiā. Quia Xps per mortem suā temporalē liberauit me à morte æterna. Et ideo viuam per gratiam: & narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.

Dñs misericors castigans multotiens castigauit me p persecutiones tēporales in vtroque testamento. Sed morti non tradidit me. quia nec me voluit totaliter delere neque in peccata relinquere: sed per suā passionē redimere à peccato: & per suam misericordiā de persecutionibus tēporalibus liberare. Et supra dictis patet, q in tota parte supradicta maximè commendatur virtus nominis Iesu qui est nomen Dei: & virtus, & dextera Dei.

Aperite mihi portas iustitię: et ingressus in eas confitebor dño. hęc porta dñi: iusti intrabūt in eā.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobauerunt ędificantes: hic factus est in caput anguli.

A domino factum est istud, & est mirabile oculis nostris.

Hęc est secūda pars principalis. & est vox populi gentilis directa ad apostolos, & cęteros de iudaismo, qui cęperant fidem Christi. Et ideo tria facit in hac parte. Nam primò introducit populum gentilem petentem recipi ad fidem Christi. Secundò ponit respōsionē apostolorum recipientium populum gentilē. Tertò ponitur confessio vera fidei ipsius populi gentilis iam conuersi, secundum ibi: Benedximus vobis. tertium ibi. Deus meus es tu. Quantùm ad primum est notandum, q Christus per se vocauit primò populum iudęorum ad fidem. Sed ex Iudæis pauci conuersi sunt, & tamen fides fuit prædicanda iudæis. Sed quia maior pars iudæorum se fecit indignam: ideo Christus misit apostolos suos per vniuersum mundum, vt vocarent gētiles ad fidem postquām iudęi se fecerāt indignos. Et sic patet, q gentiles recepti sunt ad fidem loco iudæorum, vt patet per totum diuersi epistolæ ad Roma. Hoc ergo prænideus propheta in spiritu introducit populum gentilē petentem recipi ad fidem, & factari eum apostolis, & fidelibus. Ideo in persona gentilium dicit. O vos apostoli qui primò recepistis fidē & facti estis successores Christi, Aperite mihi portas iustitiæ. i. confessionis mihi sacramēta ecclesię: & date mihi baptismum, qui totius pcclesię: & date mihi baptismum, qui totius peccatū, & aperit portas cœli, & ecclesię. Nā sacramenta dicuntur portæ iustitiæ: eò q per ipsa intramus ecclesiam, & iustificamur à peccato, & gratificamur ad gloriā. Aperite ergo mihi istas portas iustitiæ vt intrē ecclesiā, & confitebor domino: simul vobiscum prontendo Xpm esse verū Deū, & hoiem, & Messiam in lege promissum. Quia hæc, & lex euangelica siue etiā ecclesiastica sacramenta sunt porta domi: & soli iusti intrabūt in eamquia nullus potest iustificari nisi introierit ecclesiam

A fiam per portam baptismalē, & sic ingressus confitebor domino. Item hæc porta. s. Xps est porta dñi: quia ipse est ostiū per quod intratur in ouile ouium ecclesiæ. vt ipse ait Ioan. 10. & per ipsum itur ad patrem. Et cū ingressus fuero per istam portam, confitebor tibi quoniā exaudisti me, mihi aperiendo, & qm factus es mihi in salutem me redimendo, & per tua ecclesiastica sacramenta sanando. Et sic confitebor te esse verum redemptorem, & Messiam. Et vos apostoli aperite mihi istas portas iustitię: vt efficiamur simul vnus populus in vno Christo Iesu coniunctus. Quoniā hic est ille lapis, quem reprobauerunt ędificantes, & ideo factus est in caput anguli. conseruans duos parietes, i. duos populos. s. gentilem, & iudaicum sub vna fide, & vno baptis-

B mo in eadem ecclesia intra easdem portas, & eadem sacramenta. Quia à domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Item cum hoc concordat illud Esaiæ. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecū: aduena quondam tuus adiungetur tibi. Item Zacharia. 8. Hæc dicit dominus exercituum. in diebus illis comprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri iudæi dicētes, abemus vobiscū. Audiuimus enim qm Deus vobiscum est. Sed hic pñt esse quinque dubia. Primum erit: quare propheta appellat Christum, & ecclesiastica sacramenta portas iustitiæ siue portam domini. Secundum: quare vocat Christum lapidem. Tertium: qui sūt illi ędificantes, à quibus reprobatus est iste lapis. Quartum: qūo iste lapis factus est in ca-

C put anguli. Quintū: qūo hoc fuit mirabile in oculis nostris, & à solo domino factū est. Quā tum ad primum est dicendū, q propheta David in hoc loco recurrit ad visionem quam vidit Iacob. Gen. 28 quando fugiebat in Mesopotamiam. Nam cum fuit in illo loco vbi nunc est Hierusalem, post solis occasum tulit vnum de lapidibus, & supposuit capiti suo, & dormiuit in eodem loco. Et vidit in sōnis scalam stātem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, & angelos ascendētes, & descendentes per eam. Et vidit dominū innixum scalæ dicentem sibi. Ego sum dominus Deus Abraham. Et dabo tibi terrā, in qua dormis, & semini tuo. Eritque semen tuum quasi pulvis terræ. dilataberis ad orientē, & occidē

D tem, & septentrionē, & meridiē. Et benedicē tur in te, & semine tuo cunctæ tribus terræ. Cumque euigilasset Iacob de somno, ait. Vere dominus est in loco isto: & nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli, Surgens ergo Iacob mane tulit lapidē, quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper. Et vocauit nomē vrbis Betel. In ista visione prænidit ipse Iacob, & tam magis clarè, & distinctè ipse Dauid prænidit totum mysterium incarnationis, & nostræ redemptionis, & ecclesiæ ædificationis, & dilatationis. Nam per hoc, quòd dormiuit supra lapidem, siue per illum lapidē supra quē dormiuit prænidit in spiritu qualiter Christus Deus, & hō debebat esse ille lapis firmissimus, super quē totā ecclesia erat ædificanda. Et ideo erexit eum in titulum prænidens qualiter debebat in cruce leuari, & ab omnibus venerari. Et effudit oleum desuper, figurando, q ab eo debebant sumere virtutem omnia ecclesiastica

E sacramenta, & in eo debebant fundari. Et per hoc, q vidit scalam in terra, & tangētem cęlū & Deum innixū scalæ prænidit qualiter Christus debebat nos in cœlum introducere. Et iō vocauit illam scalam sacramentorum portā cœli. Et sic tām Christus quām ecclesiastica sacramenta, & lex euangelica dicuntur porte siue porta cœli: inquantùm per illam introducimur in cœlum, & in istam ecclesiam militantem per gratiam. Et dicuntur portę iustitię inquantū per illas iustificamur. Et per hoc prænidit: q sicut Iacob dormiuit supra illum lapidē: ita omnes filij Iacob secundū promissionē debebant dormire, & fundari supra petrā qui est Christus. Et per hoc, quod dicit: In semine tuo benedicentur cunctæ tribus. i. generationes terræ prænidit in spū qualiter totus populus gētilis erat in Xpo per babtismū, & cætera facta benedicendus. Et per hoc

F quod dicit. Dilataberis ad orientē, & occidentem &c. prænidit qualiter totus populus gentilis debebat effici semen Iacob, & Israel per spūalem gñationem, & promissionē. Et sic debebat possidere hæreditatem, & terrā viuentiū simul cū Abraham Isaac, & Iacob, & cum apostolis. Hoc ergo prænidens Dauid in spū, in persona populi gentilis dicit ad apostolos, & discipulos successores Christi. Aperite mihi portas iustitiæ, & introducite me in ecclesiā p ecclesiastica sacramenta, & facite me sē mē Iacob per spiritualē regenerationē: quia ita est mihi promissa hæreditas Christi, sicut & vobis. Quoniam hæc est porta domini quā vidit Iacob, & appellauit portam cœli, & fundate me supra illam petrā, & super illū lapidem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dem, super quē dormiuit Iacob. Quia ita dormiuit super eū pro me sicut pro vobis, Et ille lapis ita dēt esse caput meum sicut caput vestrū, vt oēs simus vnū corpus in vno Capite. Ad sm est dicendū, q̄ Christus multipliciter dicitur lapis, & figuratur per lapidē in sacra scriptura vet. test. Nam primò dicitur lapis capitalis, & fundamētalis. Et sic p̄uidit ipsum Iacob in visione supradicta. Nam inquātùm dormiuit super eum, & imposuit caput super eū, p̄uidit qualiter Christus debebat esse caput totius ecclesiæ. Et sic dicitur lapis capitalis. Secundò inquantùm erexit eum in titulū dē lapis refugij, vt dictum est psal. 90. Tertiò dē lapis offensionis & petra scandali ratione Iudæorū, & hæreticorum inquantùm Iudæi, & hæretici offenderunt in eum, & scandalizati sunt non credentes nec recipientes

B eum. Et sic ceciderunt in cęcitatem, & obstinationē. Et sic Esaias vocat ipsum lapidem offensionis, & petrā scandali in 8. ca. Item quarto Daniel in 2. cap. vocat Christum lapidem contritionis, & comminutionis: inquantùm contriuit oīa regna mundi, & comminuit oīa idola gētilium. Moyses autem quintò vocat ipsum lapidem reprobationis, & cōtradictionis. Num. 20. eò quòd filij Israel nō credidērunt, quòd Moyses ex illo lapide posset aquā ejicere: & tamē Moyses in virtute diuina percussione virgæ eiecit aquam de petra: vnde bibit totus populus per quam petram figuratus fuit Christus ex cuius latere percusso exiuit sanguis, & aqua copiosissima in remissionem oium peccatorum, Sextò aūt Dauid vocat ipsum in hoc loco Lapidem angularem,

C inquantum in eo coniuncti fuerunt duo populi. Et sic Christus à proprietate verē dē lapis propter sex mysteria supradicta vt magis patebit. Ad tertiū est dicēdum, q̄ doctores & prælati ecclesiæ dicuntur ædificatores. Nam sicut ędificator adaptat lapides, & ordinat, & ex his construit parietes: ita doctores, & prælati ecclesiæ ex autoritatibus sacræ scripturæ conficiunt sermones ad populum vt ędificēt populum supra petram, qui est Christus. Et ita euangelistæ, & apostoli ædificarunt ecclesiam ex dictis sacræ scripturę tanquàm ex lapidibus. Et ita videmus, q̄ euangelistę in constructione, & ædificatione euangelij adducebant, & allegabāt dicta prophetarū, & mysteria sacræ scripturæ, quę fuerant facta in figura Christi. Et ita beatus Petrus per dicta prophetarū probauit Christum esse verum Messiam in lege promissum. Et sic fuit verus D ędificator. Sed oppositum fecerunt hæredes, & scribę, & phariſei, qui debebāt instruere populum. & ædificare in fide Christi: & recipere eum, & ostēdere populo ipsum esse verū Messiam, postquam videbant in eo impleri omnia, quæ de Messia scripta erant in vetest. Et tamen ipsi primò negauerunt ipsum ante Pilatum: dicentes. Non habemus regem nisi Cęsarem, & reprobauerunt ipsum ante populum asserentes sacras scripturas nō esse de eo dictas. Et ideo hæc prævidens Dauid dicit hic, Lapidem quem reprobauerunt ędificantes. i. scribæ, & phariſei. Et sic dicendū, q̄ scribę, & phariſei, sedentes in cathedra Moysi, qui erant positi ad ædificandum, & instruendum populū in vita, & doctrina, reprobauerunt istum lapidem quando Christum negauerunt, & ad mortem destinauerunt. & scripturas quę de eo erāt peruerterunt. Ad quartum est dicēdum, quòd Christus tripliciter dicitur lapis factus in caput anguli. Primo in quantùm in Christo coniunguntur duę naturæ, humana. s. & diuina sub vna persona. Secundò inquantùm in eo cōiunguntur duę leges, noua. s. & vetus. Tertiò inquantùm in eo fuerunt coniuncti duo populi Iudaicus. i. & gentilis. Vnde Christus per quandam similitudinem dicitur lapis angularis. Nam sicut lapis vnus, & idem existens in angulo coniungit duos parietes: ita vna persona Christi existens vna coniungit duas naturas in vnitate suppositi. Et ita vnus Christus coniungit duos populos ex duobus faciens vnum sub vno capite. Item sicut lapis angularis existens vnus est finis vnius parietis, & principium alterius: ita Christus fuit finis totius legis veteris. quia omnia quæ scripta vel dicta sunt in lege veteri figurabant vel præmonstrabant Christum. & omnia impleta sunt in Christo. Et sic Christus tanquàm finis legis cœpit circumcisionem, & complebat agnum paschalem, vt daret finem illi legi, & fuit principium legis nouæ: Quia vt principium legis euangelicæ cœpit baptismum & instituit sacramentum eucharistiæ vt daret principium legi nouæ. Et sic vt impleret omnia, quæ scripta sunt in lege vetere, & vt morerentur simul, & extingerentur omnes figuræ, & omnia cerimonialia, & figuralia voluit mori: & voluit resurgere vt veritas figurarum ominum esset in eo resurgeret. Et sic fuit lapis angularis coniungens &

A & continuans istas duas leges vt dictum est. Et sic ex duobus legibus fecit vnā: quia præterijt vmbra, & manifestata est veritas. Item tertiò sicut lapis angularis manens vnus coniungit duos parietes, & est caput vtriusq; parietis: ita Christus manens vnus cōiungit duos populos, iudaicū. s. & gentilē, & factus est vnū tantùm caput vtriusq; populi, & per consequēs ex duobus populis factus est vnus populus, & vnius capitis. Ad cuius intelligētiam est notandum, vt dictū est psalmo 101. q̄ ecclesia Dei toto orbe diffusa nō est constructa ex lapidibus mortuis aut inanimatis: sed ex lapidibus vivis ex vtroque populo excisis. Nā Chris, qui est lapis angularis. prius excidit, & quadrauit, & posuit lapides de iudaismo. s. apostolos, & discipulos, & hos

B in pariete cōiunxit, & sic factus est lapis caput vnius parietis tantùm. Sed postea excidit alios lapides de populo gētili, & iunxit illos, & construxit aliū parietē ex alio latere. Et sic ex lapide capitali factus est lapis angularis, & caput duorū parietū. Et sic Xps dē lapis factus in caput anguli duorū populorū. Et hoc fuit per duos parietes constructorū ex lapidibus vivis. De quibus lapidibus dē psal. 111. Cūm placitis eorum lapides eius &c. Itē Zaca. 9. Et liberabit eos dñs Deus eorum in die illa vt gregem populi sui: quia lapides sanctuarij eleuabuntur super terrā eius. Ex supradictis patet, q̄ omnis lapis angularis est capitalis: sed non econuerso: Christus ergo simul est lapis capitalis, & angularis totius ecclesiæ ex duobus populis congregatæ. Et oēs fideles sunt lapides vivi ex duobus populis ex-

C cisi per fidē euangelicā, & quadrati, & politi per baptismū, & pœnitentiā, & tunc, & mal leati per martyrū, & hoc modo sūt coaptati ergo prædicens Dauid in ipū dicit. Lapidē quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Ad quintū est dicēdū, q̄ si cōsideramus istas tres cōiūctiones i ipso lapide angulari factas: de necessitate habem⁹ esse, q̄ nō potuerunt fieri nisi à Deo: quia tales connunctiones sunt supra naturā. Nam cōiunctio duarum naturarū in Xp̄o sub vna persona a solo domino facta est. Et non solummodo est mirabilis supra humanam naturam: sed est in cōprehensibilis ab omni intellectu creato. Item, quòd Christus implendo se totam legem veterem, & abstulerit peccatum de mundo, & vicerit diabolū, &

D liberauerit genus humanum, & instituerit ecclesiastica sacramenta, & resurrexit, & verificauerit in se oia, quæ erant scripta in vet. te. à solo domino factū est, & est mirabile in oculis nostris. Itē, q̄ totus populus gentilis, & oēs reges terræ: qui ante propter idola persequebatur populum Dei, & persequebātur christianos: postea propter Christum comminuerent, & delerent omnia idola, & subiugarentur iugo Chri, & adorarent Christū quē ante blasphemabant, & venerarētur prælatos, & christianos quos ante persequebantur, q̄ duodecim pauperes subiungauerunt totum orbē iugo Chri, & q̄ ex gētibus, & iudæis conuerlis fieret vnus populus christianus: Hoc totum nō potuit fieri ab aliquo homine. Sed à domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Tota ergo intelligentia istorū quatuor versuum stat in hoc, E quia populus gentilis introductus ad loquendum dicit ad apostolos. Aperite mihi portas institiæ, & recepite me ad societatē, & fidē vestrā, vt efficiar vnus populus simul vobiscum, & confitebor simul vobiscum vnū redemptorem, & saluatorem Christum. Nam postquam iudæi obstinati reprobauerūt eū: ipse factus est in caput anguli cōiungēs duos populos in vnū ex nobis, & vobis: quod mysterium à domino factum est, & est mirabile in oculis nostris. Et ad hūc intellectum allegauit hanc literam saluator Matt. 21. Nā postquam vidit iudeos obstinatos contra se, & occęcatos, & quòd negabant eum: ideo per parabolam de agricultoribus, qui occiderūt filium patrisfamilias prædixit damnationē, & reprobationem eorū. Et subdit. Nunquā legistis: quia lapidem quem reprobauerunt F ædificātes: hic factus est in caput anguli &c. Quasi dicat. Vos reprobastis me cū manifeste cognoscatis me esse messiā, propter malitiam vestrā. Sed ego reprobabo vos, & hæreditatem, quæ vobis debebatur, dabo populo gentili, & coniungam ipsum cum paucis conuerlis de iudaismo. Et sic efficiar lapis angularis cōiungens illos duos populos. vobis manentibus reprobatis, & obstinatis. Et ideo subdit Christus ad maiorem damnationem iudæorū. Et qui ceciderit super lapidem istū cōfringetur: super quem vero ceciderit conteret eum. Et sic in illo loco Christus nō solummodo se dicit lapidem angularem: sed etiā lapidem offensionis, & scandali. Esa. 8. Et etiam sē dicit lapidem contritionis. Dā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A niele. 2. vt dictum est supra. De hoc ẽt lapide angulari dicit Apost. ad Ephes. 2. Ipso summo lapide angulari Christo Iesu, in quo creseit oīs ædificatio constructa, in quo vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. Sed de hoc lapide angulari dicit magister in historijs, q̃ ædificatores templi Salomonis multotiens ceperunt vnum lapidem, qui nunq̃ potuit adaptari, nec ordinari in parietibus templi. Et sic proiecerunt eum, & reprobauerunt. Sed postea ille lapis fuit resumptus, & positus in caput cuiusdam anguli tẽpli. Et fuit ita aptus illi loco, ac si pro illo loco esset ad propositum factus: quod fuit mirabile in oculis aduocatorum. Et de illo lapide dicũt quidam Iudæi, q̃ dicit Dauid. Lapidẽ, quem reprobauerunt &c. Magister historiarum dicit, q̃ ille lapis fuit figura Christi, qui primò reprobatus est a Phariseis, & sacerdo

B tibus, sed postea receptus a gẽtilibus, factus est in caput angeli duorum, vt dictum est. Quam figuram præuidens Dauid in illo lapide prædixit de Christo in hoc Ps. Lapidem, quem reprobauerunt. Sed de illo lapide posset esse dubium. Nam templum Salomonis fuit ædificatum post mortẽ Dauid: ergo Dauid non potuit videre illum lapidem, quem ædificatores reprobarunt. Sed ad hoc posset rñderi, q̃ Dauid ante mortem suam fecit incidi lapides, & ligna, & cõduxit larronos ad poliendos, & quadrandos lapides, & sic dimisit lapides iam quadratos, & politos, vt habetur 1. Paralipomen. 22. Et sic potuit videre illum lapidem primò reprobatum, & postea ad angulum adaptatum, in quo potuit præuidere figuram de ipso Christo. Et ideo dixit

C in Psal. Lapidem, quem reprobauerunt, &c. Qũocunque ergo sit Dauid in hoc Psal. per istum lapidem angularem intelligit Christũ & loquitur ad literam de Christo. Nam a domino factum est istud. s. q̃ iste lapis, qui est Christus, primò sit excisus de monte sine manibus. i. natus de Maria virgine sine patre carnali. Et sit rex, & sacerdos Deus, & homo incarnatus, & mortuus, & resurrexit: & iste lapis sit fundamentaliter, in quo fundatur tota ecclesia. Et sit capitalis, & titularis, in quẽ oēs tendunt, & vnctus tanquam rex, & sacerdos. Et sit lapis tentationis, & cõtradictionis, cui multi contradixerunt. Et sit lapis offensionis, & petra scandali: quòd sit reprobatus a Iudæis, & postea factus in caput anguli coniungens vtrãq; legem, & coniungens duos populos, vt dictum est. Et quòd iste lapis creuerit in montem magnum, & contuerit, & subiecerit omnia regua mundi. Totum hoc a solo domino factum est super omnem naturam, & facultatem. & est mirabile in oculis nostris. Et hæc est intentio Prophetæ. dicit enim Dauid illum lapidem Christũ reprobatum per infidelitatem Iudæorum, sed recipiendum, & collocandum in caput anguli per fidem apostolorum, & gentilũ. Et hoc potuit præuidere Dauid in spiritu in descriptione tabernaculi sibi a Deo tradita, aut per illum lapidem artificialem, & naturalem, de quo dictum est.

Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.

Ad cuius intelligentiam est notandum q̃ sicut absentia solis materialis causat noctem & præsentia eiusdem causat diem, quia dies materialis nihil aliud est, nisi latio solis super terram: Ita pariter totum tempus ab Adã vsq; ad Christum dictum est nox per absentiam Christi. Et etiã tota lex vetus dicta est nox, quia omnia contingebãt illis in vmbra, & figura. Sed cum ortus est Christus sol iusti tię factus est dies super vniuersam terram: & quæ omnino erant occulta sub vmbra, & figura, apparuerunt manifesta inquantum fuerunt impleta in Christo. Et maximè apparuerunt in luce manifesta post resurrectionem. Triplicem ergo noctem fugauit Christus sol iustitiæ in suo ortu, & resurrectione. Nam primò fugauit vmbram omnium ceremonialium legis veteris. Secundò fugauit tenebras omnium peccatorum. Tertiò ignorantiam, & superstitionem idolorum de populo gẽtili. Ex quo patet, q̃ sicut fuit nox ab Adã vsq; ad Christum: ita est nunc vna dies gratiæ a Christo vsq; ad iudicium, cui succedet dies gloriæ. De hac ergo die gratiæ, & etiam gloriæ dicit Propheta in persona populi gentilis conuersi. Hęc dies quam fecit dominus. Quasi dicat: Aperite mihi portas iustitiæ, & confitebor domino. Quia iam Christus lapis factus est in caput anguli, sicut dictum est, & iam recessit nox legis veteris, & nox peccati. Et iam fugatæ sunt tenebræ idolorum, quia iam ortus est Christus sol iustitiæ, & iam facta est dies gratiæ, quando surrexit dominus, & cessauit ab omni opere redemptionis quod patrarat. Et ideo hæc est dies gratiæ, quam fecit dominus Iesus Christus per suum aduentũ, & resurrectionem. Exultemus

A temus ergo, & lætemur in eam omnes simul, & non ambulemus amplius in vmbra legis, nec in nocte peccati, nec in tenebris, & superstitione idolorum. Sed sicut in die ambulemus, & exultemus in hymnis, & canticis profitendo, & prædicando legem euangelicã & operando secundùm eam, & cõstituamus dies festos in memoriam beneficiorum receptorum a Christo. Et maximè constituamus diem dominicam, & dedicemus ipsam ad quietem, & contemplationem in memoriam resurrectionis Christi. Quia hęc est dies quã fecit dominus. Et constituamus alias festiui

2 tates in memoriam aliorum beneficiorum, & mysteriorum Christi, & sanctorum suorum. Dicit ergo Dauid in persona populi gentilis. Aperite mihi portas iustitiæ &c. Quia hæc est dies quam fecit dominus.

O domine saluum me fac: ò domine bene prosperare: benedictus qui venit in noīe dñi.

Postquam superbus populus gentilis permisit introduci in ecclesiam Dei, vt fieret vnus populus simul cũ apostolis, & cæteris de iudaismo conuersis, in hoc versiculo cõuersus ad Christũ petit saluari, & redemptionis, & passionis particeps fieri. Et confitetur Christum venisse in noīe dñi, & messiam fuisse tanq̃ verum redemptorem, & messiam. Ad cuius intelligentiam est notandũ, q̃ tota confessio, & professio fidei christianæ consistit in hoc

3 rẽ in lege promissum, & iã venisse, & in hoc differt quilibet christianus a non chriano. Et sic populus gentilis in sua conuersione fecit illam confessionem, quam totus populus iudaicus debebat facere. Nam Christus ipse populo iudaico, siue populo Israel primò fuit in lege promissus. Et ideo oēs Patriarchæ, & Prophetæ, & fideles vetere testa. expectabant Christum tanquam redemptorem, & saluatorem. Sed qñ venit, licet aliqua pars receperit eum sicut apostoli, & discipuli: tamẽ maior pars negauit eũ. Et ideo illa pars, quæ recepit eum, fecit hanc confessionem. s. benedictus, qui venit in noīe domini. Sed alia pars, quæ negauit eũ, dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem &c. Et ideo populus gentilis, qui receperit eũ, & cõfessus est ipsum venisse in noīe domini, successit in hereditatẽ regni eęlorũ simul cũ apostolis, & cæteris de iudaismo Christũ recipientibus, iudeis manentibus obstinatis, & reprobatis. Vnde ad maiorem euidentiam est notandum, q̃ hanc

D cõfessionem fecerũt apostoli Christi, & pauci Hebręorũ in die ramis palmarũ, quando Christus intrauit Hierusalem sedens sũper asinam, vt patet per omnes euangelistas. Nã tam apostoli, qui veniebant post Christũ, q̃ pueri, qui ibant ante ipsum sternẽtes ramos oliuarũ in via, cantabant totum hũc versum. s. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Vnde osanna hebraice, idem est, quod salua obsecro, siue ò domine saluum me fac, latinè. Ex quo patet, q̃ tunc ad literam fuit impleta ista propheta. Nam apostoli, & cęteri, qui ibant post Christum retro confitebantur ipsum esse verum messiam loco sui, & omnium antiquorum. Per pueros aũt hebręorum significabatur populus gentilis, qui Christum erat recepturus. Et sic vtiq; tam precedentes, q̃ subsequentes clamabant osanna filio Dauid, benedi- B ctus qui venit in nomine domini. Et sic profitebantur ipsum esse verum messiam, & saluatorem in mundum iam venisse. Et sic pueri confitebantur, quod scribę, & Phariseι debebant confiteri, & scribę, & Phariseι non solũmodo non recipiebant, nec confitebantur Christũ, sed ẽt negabant, & zelo inuidię moti increpabãt pueros, & apostolos ne clamarent. Benedictus qui venit. Quibus Christus respondit. Nũquam legistis ne, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Quasi dicat. Non cognoscitis, quia hoc prophetatum est per Dauid Ps. 8. Nam idẽ spiritus, qui mouit Dauid ad proferendam illam prophetiam. Ex ore infantium, & lactentiũ &c. & istam, i. O domine saluũ me fac &c. ipse idem spiritus mouet nunc istos infantes, & apostolos ad clamandũ. Osanna

1 filio Dauid, benedictus qui venit in noīe domini. Ex quo patet, q̃ multæ prophetię fuerunt implętę in illa die. s. illa. Ex ore infantiũ, & ista. O domine saluũ me fac, & ẽt illa. Lapidem quem reprobauerũt ędificates &c. Item fuit impleta illa grandis figura, & mysterium, quod precepit Deus fieri. Exo. 12. quando dixit ad Moysen. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias, & domos suas. Vnde erat mos apud Iudęos, quòd luna. 10. ante pascha tollebant agnũ de grege, & introducebant ipsum in ciuitatem ramis, & floribus obsitum, & fulcitum, & redimitum, & ornatum. Et sic cum magno gaudio reponebant ipsum in domo vsq; ad 14. lunam, in qua immolabant eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed ita est, quòd Christus, 10. luna ante pascha, sin die dominica introiuit Hierusalem sedens super asinam cum supradicto honore pueris sternentibus ramos oliuarum in via. Ex quo patet, ꝙ illo mane multa millia agnorum introierunt cum Christo cum ramis, & floribus, & sic Christus intrauit inter eos: vnde per totam illam diem d e mane omnes ciues ciuitatis Hierusalem introduxerunt agnos suos ramis, & floribus ornatos. Et sic Christus verus agnus per illos figuratus introiuit cum eis in die Ramis palmarum ad immolandum. Et sic simul intrauit figuratus agnus cũ figura, & econuerso. Ex quo patet, quòd illa die fuit impleta illa figura. Ideo nõ temerè sed á spiritu sancto factũ est, ꝙ Christus reciperetur cum tanto honore: & pueri sternerent ramos, & frondes in via: & omnes simul clamarent. O sanna filio Dauid. Dicit ergo Dauid in persona totius populi fidelis Christum recipiens. O domine Iesu saluum me fac ex tua morte, & passione, postquã tu es saluator, & redemptor: quia ego confiteor ꝙ tu es ille benedictus Messias, qui venit in nomine domini, i. á Deo, missus, & missus. Ideo postquã tanquã agnus ad occisionẽ venis ad patiendum pro me: ideo saluũ me fac, vt tua passio sit mihi ad salutẽ animę. Quia tu es verus saluator, ideo nominaris Iesus.

Benedeximus vobis de domo domini: Deus dominus, & illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis vsque ad cornu altaris.

Hic ponitur responsio apostolorum recipientium populum gentilẽ ad fidem. Quasi dicat. Vos gentiles dicitis. Aperite mihi portas iustitiæ &c. Et creditis, ꝙ Christus est lapis factus in caput anguli. & dicit. O domine saluum me fac. & dicitis, ꝙ est Christus verus messias: & ꝙ benedictus qui venit in nomine domini. Et ideo nos benedicimus vobis de domo domini: baptizantes vos, & conferentes alia ecclesiastica sacramenta, quæ absoluunt vos ab omni maledicto. Et sic incorporamus vos in vna ecclesia vobiscũ sub vno capite Christo. Quia ipse est dominus Deus & illuxit vobis tanquã verus sol iustitiæ. & adduxit diem gratiæ, & fugauit tenebras legis, & noctem peccati, & idololatriæ. Et ideo constituite diem solemnem in cõdensis, id est celebrate diem dominicam, & dedicate eam ad cultum diuinum in memoriam resurrectionis: & alios festos in condensis. i. in magna frequentia populorum, vt ecclesia sit plena, & condensa vsq; ad cornu altaris. Quasi dicat. nullus maneat in domo sua: sed omnes veniant ad ecclesiam ad audienda diuina officia: & impleant templum vsq; ad cornu altaris. Item benediximus vobis de domo domini. i. de resauro domus domini. C ecclesiæ benediximus vobis diuina sacramenta conferendo. Nam Christus Deus noster illuxit nobis linguis igneis in die pẽtecostes: irbitrecepimus spiritum sanctum, & omnia dona gratiarum, vt possemus vobis, & omnibus fidelibus ea communicare, & vobis portas iustitię aperire, & in ecclesiam introducere. Nota. quòd vbi nos habemus. Constituite diem solemnem &c. Hebræus habet. Ligate festum catem in funibus vsq; ad cornu altaris. Quasi dicat ligate ramos in funibus per ecclesiam solemnizando hanc festiuitatem. Sed iudæi aliter exponunt. i. ligate vitulos ad sacrificia.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me & factus es mihi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Hic populus gẽtis iam coõctus, & receptus in ecclesia simul cum cæteris fidelibus agnus gratias: dicit ad Christum. O dominus Iesu Christe ego cõfiteor, ꝙ Deus me⁹ es tu, & confitebor tibi narrando mirabilia tua. Et ego exaltabo te, & magnificabo te, & probo quoniam Deus meus es tu. Primo Deus per creationem. Secundò: Deus, & homo per redemptionẽ, & glorificationem. Quia redemisti me, & glorificasti me: & iõ cõfitebor tibi, quoniã exaudisti me: desiderio meo satisfaciendo in carnem veniendo, & factus es mihi in salutem pro me moriendo, & resurgendo. Vltimò ꝓpheta concludit coniungens finem psalmi cum principio inuitando omnes fideles Christianos ex vtroque populo conuersos. Et dicit. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Quasi dicat. Magnificate eius bonitatem, quam ostendit nobis in creatione, & misericordiam quam ostendit in nostra redemptione. Quæritur autem verum Iesus Christus quem nos redemptorem confitemur, venerit in nomine domini: prout supradicta expositio confitetur. Ad cuius intelligentiã est aduertendum, prout legitur Deutero. 18. ꝙ messias sub nomine domini quatuor legenda fuit

fuit in lege, promissus. Vnde ait dominus Moysi: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Et ponam verba mea in ore eius: loquenturque ad eos omnia quæ prę cepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit: vltor existam. Ex supradictis verbis patet, quòd Messias in lege promissus debebat mitti á Deo, & venire in nomine Dei, & loqui verba Dei, & in nomine Dei. Et ideo in hoc concordant Iudæi cum Christianis. quia dicunt, ꝙ ille qui mittetur á Deo, & loquetur verba Dei: & loquetur & veniet in noie Dei: ille talis erit Messias in lege promissus. Sed differunt in hoc. Nam christiani cõfitentur Christũ venisse in noie dñi: & per consequẽs fuisse Messiam. Iudęi vero negant Iesum Christũ venisse in nomine domini: cũ ꝙ nõ liberauit eos de captiuitate in qua modo manent. Et quia multa fecit contra legem. s. quia violauit sabbatum &c. Et sic manentes in sua cęcitate expectãt futurũ Messiã, qui veniat in nomine domini. Ad cuius euidentiã est notandum. ꝙ Christum venisse in nomine domini fuit quatuor modis. s. quia nominatus est nomine dñi tetragrammaton: aut quia ipse habuit illas proprietates per illud nomẽ, & quatuor literas illius nominis significatas: aut quia fuit missus á Deo, & locutus est in nomine Dei: aut qa omnia scriptura in lege veteri de Messia fuerunt in Christo Iesu completa. Sed quia omnia quatuor supradicta fuerunt reperta in Christo: ergo ipse venit in nomine dñi. Et per consequens fuit verus Massias. Primũ probatur. Nã Christus vocatus est Iohet sua in hebræo: qđ significant Iesus in latino. Sed istæ quatuor literæ. s. Iot, He, Vau, He, quibus scribitur nomen Dei, reddunt hoc nomen Iohetsua si rectè punctuentur. Ergo sequitur, ꝙ Christus vocatus est nomine domini tetragrammaton. Et per consequẽs venit in nomine dñi. Secundũ probatur. Nam per nomen Dei quatuor literarum importantur, & significantur quatuor principales proprietates Dei. s. summa omnipotentia, & sapientia, & iustitia, & mia. Sed ista maximè fuerũt in Christo: vt probatũ est psal. 8. igitur &c. Et sic concluditur, ꝙ Christus venit in nomine domini. quia venit cum omnipotentia mortuos suscitãdo, & cętera miracula operando. Et venit cũ summa sapientia legem declarando, & nouã præceptã, & concilia promulgando. Et cum summa iustitia omnes iustificando: & cuncta discernendo. Et cum summa misericordia pro omnibus moriendo, & patiendo. Et sic patet, quòd venit in nomine domini. quia ista quatuor importantur per nomen domini. Item istæ quatuor literæ sonant etiã hoc nomen hiehu: qnod idem est quod esse. quod est propriũ nomen Dei: vt dixit Deus Moysi. Qui est misit me ad vos. Exod. 3. Et sic dixit Christus. Io. 7. Antequàm Abraam fieret ego sum. Et sic patet, ꝙ Christus habuit nomẽ domini quatuor literarum simul cum proprietatibus eius. Tertiò Christus venit in nomine domini: eò ꝙ fuit missus á Deo: vt patet per opera, quæ fecit, quę à nullo alio poterant fieri nisi ab aliquo à Deo misso. Quartò, quòd Christus venit in nomine domini: eò quòd venit cum omnibus conditionibus assignatis in scriptura de Messia promisso. Quod probatur. quia omnia in eo fuerunt impleta. vt patet per totum discursum euangelicum. Item Christus non solum venit in nomine domini: sed etiam ipse substantialiter fuit nomen domini, vt dictum est psal. 112. Ex supradictis patet. ꝙ bene merito in ramis palmarum pueri, & turba præcedens, & subsequẽs cantauit ipsi. Benedictus qui venit in nomine domini. quod canticum iugiter cantat ecclesia Christum verum saluatorem, & Messiam á Deo missum confitendo.

PSALMVS CXVIII. Aleph.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Huic psal. præponitur titulus Alleluia. Ex titulo patet causa finalis huius psal. quia factus est ad laudandũ Deum. De causa aũt assiciente non solũ secundum Orige. & Augustinum. & Ambrosiũ, sed ét secundũ Hieronymum est affirmandum, ꝙ Dauid fecit hunc psal. Vnde in epi. ad Marcellam dicit. Dicit ergo Dauid. Priusquàm humiliarer ego deliqui. Item ad amicum ægrotum. Dauid illustris ꝓpheta huiusmodi carmen expressit. bonũ inquit domine mihi. quia humiliasti me. vt cognoscam iustificationes tuas. Item in epistola ad Nepotianum, & ad Fabiolam. Et Dauid verba cantãtis, Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Absque dubio ergo affirmatur Dauid hunc psalmum condidisse. Sed quantùm ad formam, & materiam est notandum, ꝙ quinq; habet iste psalmus super omnes alios. Primò. quia semper loqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur cum Deo. Secundò, quia semper petit spiritualia. Tertiò, quia describitur per ordinem alphabeti hebraici per viginti duos octonarios versus iuxta numerum literarum hebraicarum. Et versus cuiuslibet octonarij incipit ab vna litera hebraica. Et sic sunt tot octonarij quot sunt literæ hebraicæ. Et sic iste psalmus est maior quocunque alio. Quartò, quia non est aliquis versus quin in eo memoretur lex diuina: sed per diuersa vocabula: scilicet verbum Dei, iudicia Dei, eloquium Dei &c. Quintò, quia sæpius eadem petitio repetitur & iteratur: propter quę iste psalmus redditur difficilis ad diuidendum per materiam. Et ad exponendum, & intelligendum. Et ideo antequàm deueniamus ad expositionem, tria sunt videnda, per quæ apparebit materia huius psalmi. Primò est videndum, & quærendum quis est iste, qui loquitur in hoc psalmo,
B & quid petit à Deo. Secundò quare iste psal. describitur per literas hebraicas in principio cuiuslibet versus, & per duodecim octonarios secundum ordinem hebraicarum literarum. per quod videbitur forma scribendi, & quare lex tàm frequenter memoratur. Tertiò videbitur quare totiens iterat, & repetit eandem petitionem. Quantùm ad primum est aduertendum prout dictum est in prologo tractatu. 3. in quinto principio, & etiam regula. 7. Dictum est enim ibi qualiter ille homo qui descendit ab Hierusalem in Hierico. qui incidit in latrones, qui expoliauerunt eum, & vulneriuerunt, & plagis affecerunt: & semiuiuo relicto abierũt: de quo saluator ait Lucæ. 10. fuit ipse Adã primus homo, quem dominus ad imaginẽ, & similitudinẽ suam creauerat: & monarcam mundi, & illius felicis ciC uitatis constituerat &c. Hunc n. hominẽ creauit Deus, vt iniquit Aug. vt Deum cognosceret, & cognoscendo amaret. & per consequẽs Deo placeret, & obediret: ex qua obedientia mereretur quandã felicitatẽ corporis, & animæ per longũ tempus in præsenti in illa paradiso deliciarum terra. Sed postea absque morte cõmutaret illam vitã in aliã meliorem & æternã in cęlo: vbi Deũ per essentiã clara visione videret, & videndo amaret, & amãdo in ęternũ frueretur. Et hęc fuit primaria intẽtio, qua Deus ad imaginem suam hominem creauit, vt inquit Augusti. super Ge nesim. quem creauit cum quadam originali iustitia: per quam voluntatem suam diuinę voluntati cõformaret, & in nullo ab illa deuiaret, prout decẽs, & debitũ est omni creaturę, & cõuenit D ipsi illam ciuitatẽ, & paradisum deliciarũ eu stodiendã sub tali præcepto, ne comederet de fructu ligni prohibiti &c. Opus ergo iustitiæ & iustificatio ipsius Adæ consistebant in seruando obedientiam huius præcepti iuxta voluntaem Dei. in qua obedientia, & obseruantia iustificabatur. & sic merebatur felicitatem in præsenti, & gloriam in futuro pro præmio illius iustitiæ, & obedientiæ. Felicitas autem, & præmium temporale quod merebatur, & possidebat in præsenti ex tali iustitia, & obedientia: consistebat in sex. Primò, quia habuit scientiam, & cognitionem perfectam de omnibus rebus creatis tàm superioribus, quàm inferioribus: & non solum in naturalibus sed etiam in matemancis: & metaphisicis. Et etiam habebat colloquium familiare cum angelis, quod augebat eius scientiam, & felicitatem. E Secundò habebat dominium rationis super a sensualitatem, & obedientiam partium inferiorum ad rationem. Nam sicut voluntas eius parebat, & conformabatur diuinæ voluntati: ita caro parebat rationi, & corpus animæ. Tertiò quia erat liber ab omni miseria corporali. & sic poterat non mori, & non peccare. Quartò quia ota animalia obediebant ei ad nutũ tãquàm domino. Quintò quia possidebat totã illam paradisum deliciarũ ad facultatẽ sui. Et nullam poterat pati indigentiã ad uitã tuendã, & feliciter gerendam. Ita etiam quinqs supradicta possidebat in præmium pro obedientia, & iustitia seruanda. Sed in futurum promissa erat sibi vita, & fruitio æterna in cælo: ad quam fuisset translatus absq; morte cũ tota posteritate si stetisset cum illa iustitia, & non peccasset. Sed quia deuiauit a diuina voluntate, & præcepto, consentiendo persuasioni mulieris, & diaboli: ideo illicò perdidit illã originalẽ iustitiã cum omnibus illis sex præmijs q̃ ex obseruãtia iustitiæ possidebat. Et fuit condẽnatus, & incidit in lex malabat. Et fuit condẽnatus, & incidit in lex mala cõtraria. Nã perdidit scientiã omnium. quia non habuit in tanta perfectione. Et illicò fuit vulneratus, & sauciatus in carne, & sensualitate, & in omnibus potentijs animę. Et illico caro surrexit aduersus spiritum, & illico apparuit nudus, & expoliatus omnibus bonis gratuitis tàm corporalibus, q̃ spiritualibus, & factus est passibilis, & mortalis de necessitate. & fuit condẽnatus ad mortem, & ad omnẽ miseriam corporalem in præsenti, & ad omnẽtem animæ æternam in futuro. Et fuit expul-

A sus ab illo felici loco in hanc vallem lacrimarum, & miseriæ. & sic ille qui erat creatus vt Deum cognosceret, & amaret in præsenti, & Deo frueret in futuro, & condemnatus est ad omnem miseriam in præsenti, & ad exilium & peregrinationem in hac valle miserię, & ad pœnam æternam cum diabolo in futuro. Sed Deus omnipotens, & misericors, & iustus humanæ fragilitatis, & creaturæ, quã ad imaginem suã creauerat, misertus, ipsi promisit vt verbum suũ per successionem temporis in genere, & posteritate carnem assumeret. In qua quidem carne pro peccato Adæ, & omnium posteriorum mortem, & passionem libenter susciperet vt eos à morte, & captiuitate, & omni miseria liberaret, & redimeret, & pro omnibus debitum solueret: & per legem euangelicam, medelam sacramentorum ab omni ægritudine spirituali sanaret. Et sic Deus misit Adã cum tota posteritate tãquam peregrinum, & infirmũ per hanc vallem lacrimarum pregrinando: & remisit ipsum ad Christum vt sanaretur & redimeretur ab eo. Vnde ille Adam cum tota sua posteritate fidelium dicitur homo mysticus, & peregrinus vsque ad Christum, cui Deus in principio dedit legẽ naturalẽ. primò quò ad culeũ diuinũ de sacrificio & oblatione. vt patet Ge. 4. Quia Abel offerebat de frugibus. & Cain de animalibus. Itẽ dedit legẽ naturalẽ de conuersatione, & caritate erga proximum. s. Quod tibi non vis alteri non facies. & econtra. & nullum bonũ irremuneratum. & nullum malum impunitum. Vnde dixit dñs ipsi Cain. Cur iratus es? & concidit facies tua C contra fratrem tuum? Nonne si bene egeris, recipies? Si aũt male, statim peccatũ tuũ in foribus aderit? Item laudare dñm est de lege naturæ. Nã Enoch incipit inuocare nomẽ dñi. Gen. 4. Per istam ergo legem naturalẽ, & viã legis naturæ misit Deus hominem peregrinãdo vsque ad Noe, non declinando ad dex teram neq; sinistram à via huius legis. Sed in Noe iam accepit alia præcepta magis expressa confirmando supradicta. vt patet Ge. 8. Itẽ iste homo peregrinatus est vsque ad Abraã: in quo accepit à Deo præceptum de circuncisione. Et exinde peregrinatus est vsque ad Moysen in quo accepit legem scriptam præceptorum moralium & iudicialium, & ceremonialium. vt patet per totum discursum quinque librorum legis Moysi. Exinde iste homo peregrinatus est vsque ad Dauid: in D quo accepit ampliationem diuini cultus, & magnum donum prophetiæ de Christo, & ecclesia. Et exinde peregrinatus est per omnes prophetas in primo & secundo templo vsque ad Christum. Et exinde sanatus est, & redemptus, & accepit repromissionem. vt patet ad Hebræos. 11. Et accepit veritatem legis veteris, & perfectionem per legem euangelicam. Ex quibus patet, quòd iste homo mysticus semper pergrinatus est quærendo Christum tanquàm finem suum, & medicum, & saluatorem. Et sub tali fide, & spe Christi futuri saluatus est, & euasit pœnam æternam in testamento veteri. Sed non accepit repromissionem, & præmium nisi in Christo. ad Hebræos. 11. Quia omnes patres veteris testamenti, & fideles liberati de limbo ascenderunt cum Christo in cœlum: vt dictũ E est psalmo. 69. Sed exinde iste homo mysticus postquàm accepit legem euangelicam à Christo adhuc peregrinatur per legem euangelicam vsque ad secundum aduentum: vt accipiat vltimam perfectionem per resurrectionem ad vitam gloriosam. Ex quibus omnibus patet, q̃ iste homo mysticus est ecclesia fidelium. Qui per quatuor millia annorum peregrinatus est ab Adam vsque ad Christum per legem veterem vt redimeretur, & sanaretur quò ad animam, & reciperet legem iustificantem. Sed postquàm redemptus est recepit legem euangelicam iustificantem in præsenti: & nunc peregrinatur per eam vsq; ad secundum aduentum Christi ad iudicium. vbi recipiet præmiũ corporis per resurrectionem, & præmium animę per fruitionem. Et sic erit in suo vltimo termino, & perfectione. Hunc F ergo hominem mysticum, & peregrinum introducit Dauid loquẽtem in hoc psalmo. Qui peregrinando quærit Christum in veteri testamento, vt redimatur, & liberetur, & sanetur à peccato, & liberetur de captiuitate & etiam de iugo legis per legẽ liberatis. Sed postquàm venit ad Christum in nouo testamento peregrinãdo ad secundum aduentum semper petit seruari à vitio concupiscentiæ: & petit gratiam ne cadat iterum in latrones: sed confirmetur in ea. Et sic patet non solum causa efficiens: sed etiam materia totius psalmi. Et hoc quò ad primum dubium. Ad secundum autem dubium est dicendum: quòd causa quare Dauit descripsit hunc psalmum per literas alphabeti hebraici secundum or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinem, fuit quia in hoc psalmo describit totum discursum legis, per quam peregrinatur iste homo mysticus ab Adam vsque ad vltimum iudicium. vt dictum est. Quæ quidem lex, & peregrinatio figuratur per discursum & ordinem literarũ hebraicarũ siue alphabeti hebraici. Vnde dictum est in prologo tractatu sextò, qualiter quælibet litera hebraica habet suã significationẽ à prima vsque ad vltimam. Vnde quia lex vetus non fuit data gratia sui nisi vt figurabat Christum, & ecclesiã: & omnia gesta, & mysteria facta in veteri testamento: & omnis lex, & ppheria nõ erat gratia sui nisi prout figurabat aut prænunciabat Christum, & legem euẽgelicam: Ideo voluit Deus, vt totum v etus testamentum literis hebraicis scriberetur: vt lex significatiua per literas significatiuas scriberetur: ad denotandum, q̃ oĩa illa erant in figura. Vnde dictum est ibi secundum mentẽ Eusebij, & Hieronymi, q̃ Aleph prima litera significat disciplinã. Et Beth, secunda litera significat domũ: & Gimel idem est quod plenitudo. Dalethij. librorũ. Quasi dicat: q̃ lex diuina est doctrina siue disciplina domus ecclesiæ. Et plenitudo librorum quia oẽs libri sacri sunt in lege. Rursus quinta litera: scilicet He, idẽ est quòd ista, aut esse. Et vau. i. ipsa. & zain. i. viuit siue viuens. Quasi dicat: q̃ lex diuina est ipsa in qua viuens viuit, & habet, & acquirit esse diuinũ. Rursus he. i. bonũ. Iod, idest principiũ. Caph. i. tu Lamech disce. i. quasi dicat, in ista lege tu bonum principiũ disce. Rursus Mem, idest ex ipsis Num, idest sempiternum. Samech. i. adiutorium. Ain. i. oculus, Fe, idest os. Sade. i. iustitia. Quasi dicat: q̃ ex eis præceptis diuinis habetur diuinũ adiutorium sempiternum, & oculus: os iustitiæ ad videndum, & operandum, & loquẽdum. Rursus Chof. i. vocatio. Res, idest capitis, Sin. i. medicamentum. Tau. i. signum, siue terminus. Tota ergo combinatio istarum significationum istarũ vinginti duarum literarum secundũ Eusebium de præparatione euangelica, reddit hanc sententiam. s. q̃ lex diuina est disciplina, & doctrina domus: & plenitudo librorum in ipsa viuit viuens. bonum principium in ipsa tu disce. Ex ipsis præceptis sempiternum auxiliũ, fons, os, oculus iustitiæ. vocatio capitis medicamentum sup vulnus. Signum, Hoc quasi idem dicit Hieronymus ad Marcellam. Ex supradictis patet, quòd literæ hebraicæ q̃bus lex fuit scripta denotabant secundùm suas significationes, quòd illa lex erat quædã doctrina, quæ tendebat ad signum qui est Christus. Et vocabat caput, & medicamentum humanæ naturæ. Quia nihil aliud erat lex nisi vocatio Christi capitis nostri. Et peregrinatio ad signum finem qui est Christus. Et dirigens omnes in Christum tanquàm in finem legis. Et ideo pro maiori parte omnes psalmi intitulantur in finem. vt frequenter dictum est. Et ideo catabantur cum omni conatu ad victoriam vocum: eò q̃ vocabant Christum vt veniret ad sanandum oẽs vt frequentẽr dictum est. Ex supradictis patet, q̃ bene merito Dauid scripsit istũ psalmum per viginti duos octonarios versuum iuxta numerum literarum alphabeti hebraici. Et versus cuiuslibet octonarij incipiunt ab vna litera hebraica. Nam omnes versus primi octonarij incipiũt ab aleph. Et versus secũdi incipiunt Beth. Et oẽs debemus scire legem Dei: sicut alphabetum. Quæ quidem lex in hoc psalmo explicatur, & discutitur vt patebit. Item secundò sicut sine scientia literarum est impossibile peruenire ad alias scientias: cum sit principium omnium scientiarũ: ita vult ostendere Dauid in hoc psal. q̃ lex diuina est doctrina, & via, & principium peruenièdi ad verã beatitudinem. Itẽ sicut oẽs literę tẽdũt ab Aleph vsque ad Tau: ita tota lex tendit in Christũ tanquàm in signum, & finẽ, & terminum legis. Item sicut puer in addiscendo incipit à prima litera. s. Aleph, procedit, & discurrit usque est finis, & terminus, oĩm literarum: ita patres, & omnes fideles inceperunt peregrinari ab Adam primò homine. Et sic iste homo mysticus peregrinatus est p istam legem per omnes patriarcas, & ppheras semper ab quid addiscendo, & aliquam perfectionẽ recipiendo vsque ad Christum: tanquam in finem, & terminum illius legis: in quo recepit redemptionem, & salutem, & medicamẽ. Sed nunc peregrinatur vsque ad eumdẽ Xpm tanquàm in finem, & terminum nostræ glorificationis. Propter omnes ergo supradictas causas Dauid descripsit hunc psal. secundùm ordinationem alphabeti hebraici. eo quòd in hoc psalm. describit discursum diuinę legis per omnes suas ętates. Item quia tota peregrinatio ecclesię, & cuiuslibet peregrini fidelis consistit in quodam octonario gradum

tum. Nam nos peregrinamur per septem ætates in hoc mundo, & expectamus octauã ætatem, & octauum diem in cœlo. Ideo David posuit vnum octonarium in qualibet literam. Item quia totus iste psalmus nihil aliud est: nisi quoddam itinerariũ, & peregrinatio diuinæ legis per quam peregrinamur: Ideo non est versus quin in eo memoretur, & nominetur diuina lex præterquã in duobus, vt patebit. Et hoc de secundò dubio. Quantùm autem ad tertium est dicendum: q̃ causa quare eadem petitio totiens iteratur, & repetitur in hoc psalmo, est ista. Nam dictum est quali ter iste homo mysticus: qui fuit expoliatus, & sauciatus à latronibus in Adam loquitur in hoc psalmo, & peregrinatur per legem diuinam vsque ad Christum. Et quia recordatur qualiter tunc quia deuiauit à diuino præcepto incidit in latrones, & qualiter ipsum expoliauerunt, & grauiter vulnerauerunt. Et videt, q̃ tres latrones: scilicet caro, mũdus, & diabolus semper, & iugiter conantur ipsum retrahere à via, & à rectitudine legis, & iterũ ipsum grauius vulnerare. Item videt tot præcipitia à dextris, & sinistris. Et videt, & considerat quod millia laqueorum tendant isti inimici vt capiant eum, si deuiauerit à via legis. Et considerat etiam, q̃ ex propriis viribus nõ potest euadere tot inimicos vigilantes super eum circunquaque nisi per gratiam Dei sue sit adiutus, & directus in hac via: ne limites legis transgrediatur. Ideo omnibus his considératis tanquam amaricatus, & expertus insidias illorum inimicorum: timens ne iterũ incidat in latrones, semper petit dirigi, & adiuuari per gratiam in via ne deuiet à lege, & incidat in latrones. Ideo pro maiori parte in quolibet versu, & in quolibet passu huius itineris petit auxilium, & gratiam dicens. Doce me iustificationes tuas: aut, non abscondas à me mandata tua: aut, confirma me in verbis tuis: aut, de lege tua miserere mei &c. His habitis deueniendum est ad expositionem, & diuisionẽ huius psalmi: in quo Dauid duo principaliter facit. Nam primò introducit Deum siue angelum legem ipsi Adæ proponẽtem. Secũdò introducit ipsum Adam mysticum, & peregrinum legem acceptantẽ, & peregrinantem: ibi, Tu mandasti mandata tua custodiri. Quantum ad primum iam dictũ est qualiter iste homo recedẽs à diuino præcepto incidit in latrones: qui ipsum expoliauerunt à præsenti, & futura beatitudine, & vltra hoc ipsum vulneraũerũt, & sauciarũt plagis multis: intantùm, q̃ ex proprijs viribus nullũ potest agere bonum nec vitare malum. Et qualiter deus misertus huius hominis remisit ipsum ad Christum: qui sanaret eum, & reduceret eum ad beatitudinem, quam perdiderat. Ad quem Christum iste homo peruenire nõ poterat nisi per viam legis, & obseruantiam eius. Et ideo Deus per angelum suum: qui ipsum eiecit à paradiso dedit ipsi supradictam legem diuinam: in qua ambularet in hoc mũdo: per quam ad Christum peruenire nõ declinando à dextris nec sinistris: nec declinando à diuina volontate: quæ continetur in diuinis præceptis legis. Et ideo dicitur lex iustitiæ, & veritas iustificans hominem totum, & reddens ipsum immaculatum. Hanc ergo legem tradidit Deus ipsi Adæ cum tota sua posteritate: cum eiecit ipsum è paradiso, & remisit ipsum ad Christum. Quasi dicat Deus. Tu Adam desideras recuperare beatitudinẽ quã perdidisti, & ego dico tibi, q̃ non poteris ipsam recuperare nisi per Christũ mediatorem Dei, & hominũ: ideo oportet, q̃ peregrinando tendas ad ipsum cum tota posteritate. Ad quem non poteris peruenire: nisi ambulando per istam legem quã tibi trado. Sed cum ista sit lex iustitiæ: per ipsam nõ poteris rectè ambulare nisi te immaculatum seruando: declinando ab omni malo, & faciendo bonũ: quia aliud non docet nec præcipit ista lex: quę ducit ad Christum, & ad beatitudinem recuperandam. Et ideo dico tibi, q̃ soli illi erunt beati: qui ambulant immaculati in lege domini in hac via mortali: quasi dicat. Nemo potest esse beatus: nisi se seruet immaculatũ sine peccato in hac via, & vita mortali. Et nemo se potest seruare sine peccato: nisi ambulando in lege domini, & secundùm ipsam viuendo, & operando: declinando ab omni malo, & faciẽdo bonum. quod in lege præcipitur. Sed quia nemo potest incedere per viam quam ignorat: nec dirigere gressus suos, & actus nisi nouerit terminũ, & finem: Sicut sagittarius non potest rectè trahere sagittam nisi nouerit signũ: vt patet. 1. ethicorũ. Ideo dico tibi Adã: quòd necesse est vt scias istam viam, & legẽ: per quam debes ambulare. Quare dico tibi, q̃ beati erunt, & sunt omnes, qui scrutantur testimonia, & præcepta eius meditando in lege domini die ac nocte, & contemplando in ea: sicut dictum est psalmo primo. Sed quia non sufficit scire legem: nisi homo operetur

secundùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

A secundùm ipsam: ideo dico tibi, q illi sũt beati qui non solum seruantur, & contemplantur testimonia, & præcepta eius: sed qui in toto corde exquirunt eum, operando corde, & opere: quia non qui auditor est tantùm: sed qui factor: hic beatus in facto suo erit Iacobi primo. Quasi dicat: oportet, q diligas Deũ ex toto corde, & voluntate tua quantùm ad caritatẽ: & ex tota mente, & scientia tua, quãtùm ad fidẽ: & ex omnibus viribus tuis quò ad effectum caritatis: & ex tota anima tua quantùm ad spem futuræ beatitudinis: ità q omnia opera tua dirigas in illum finẽ, Christum expectando. Et q diligas proximũ tuũ sicut teipsum: sicut præcipit diuina lex. Et hoc est scrutari testimonia Dei: in toto corde exquirere eum. Et hoc est immaculatũ, & sine peccato ambulare in via, & lege domini.

B Et hoc est declinare à malo, & facere bonum. Et hoc est ambulare per viam rectam non declinando à dextris nec à sinistris.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Quasi dicat: q lex, & via domini est ita iusta, & recta, q nemo potest simul operari iniquitatẽ, & ambulare in ea lege. Ad cuius intellectum est notandum sicut dictum est ps. 14. q lex diuina nihil aliud est nisi effectus, & signum, & imago diuinæ voluntatis: quia in ea lucet, & manifestatur diuina volũtas erga actus humanos. Et ideo ista lex diuina dicitur recta, & iusta: quia est lata, & cõdita iuxta diuinam volũtatem, quæ dicitur metrũ, & mẽsura omnium actuum humanorum. Et ideo actus humani intantũ dicuntur, & sunt iusti, & recti inquantùm sunt facti iuxta diui-

C nam legem, & sunt ipli cõformes. Ex quo patet, q qui ambulat secundum istam legẽ, aut intra limites huius legis non potest operari iniquitatem nec iniustitiam: sed solam æquitatem, & iustitiam. Nec eõuerso illi, qui operantur iniquitatem possunt ambulare in hac lege vt sic: eò q æquitas, & iniquitas sunt contraria, & sic nõ possunt se cõpati in eodem. Et ideo nemo potest operari iniquitatem nec iniustitiam nisi inquantùm deuiat ab æquitate ad iniquitatem. Et in hoc apparet maxima difficultas obseruãtiæ diuinę legis, & maxima facilitas transgressionis eius: quia est difficilima ad obseruandum, & facillima ad præuaricãdum. Secundò est notãdum, quòd tota lex diuina consistit in dilectione Dei, & proximi: vt ait saluator Mat. 22. & Lucę. 10. Sed in tali dilectione oportet, quòd seruetur D species, & modus, & ordo secundum Augustinum: ideſt, quòd diligat illud quod diligendum est, & modo, & ordine quo diligendum est. Et ideo sicut res se habet ad esse, ita oportet ipsam diligi. Sed quia solus Deus est primum, & summum bonum, & per se, & propter se: à nullo dependens: nec ad aliquid aliud referibile nec ordinabile: ideo Deus est solum summè diligibilis, & per se, siue in se, & propter se. Sed quia omnia alia sunt à Deo creata, & sunt in Deo conseruata, & ordinatur in Deum tanquam in finem: ideo sunt diligendi homines tanquam imago Dei, & in Deo, & propter Deum. Et ideo homo, & angelus tenetur diligere Deũ ex toto corde siue voluntate, & ex tota mente, & ex omnibus viribus, & operationibus. Et tenetur diligere proximum suum sicut seipsum. Sed E quia propter hoc homo non debet se diligere propter seipsum: sed propter Deum ad quem ordinatur: ideo non debet diligere proximum, nisi propter Deum, & sic omnia alia debet diligere propter Deum. Aliter enim peruerteret modum, & ordinem diligendi. Et sic homo diligit Deum, & proximum: verè seruabit omnia diuina præcepta quæ explicantur in lege erga Deum, & proximum, & in nullo præuaricabitur ea: nec deuiabit à diuina lege, & iustitia: nec ab æquitate iniquitatem. Sed hoc est diligere, & modus dilectionis Dei, & proximi quia aliquando, quis deficiat declinando à tali æquitate: ideo obseruantia legis est difficilima, & impossibilis pro statu isto homini de F se vt patebit: sed beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

In hac secunda parte, Dauid introducit Adam mysticum acceptantem hanc legem sibi positam à Deo, & incidentem peregrinari in ea. Sed duo facit iste homo mysticus. Nam primò petit dirigi per auxilium Dei vsque ad Christum ambulando per legem veterem. Secundò petit dirigi per legem euangelicam vsque in finem suæ peregrinationis. In qua perfecta peregrinatione, & decurso toto itinere cupit dissolui, & esse cũ Christo, & accipere peroptatam beatitudinem,

A nem, dicens. Erraui sicut ouis, quæ perijt: quære seruum tuum domine: quia mandata tua non sum oblitus. Secunda pars incipit ibi. Legem pone mihi domine. in principio quinti octonarij. Quantùm ad primum duo facit. Nã primò petit dirigi generaliter in hac peregrinatione. Secundò petit specialiter dirigi in sua adolescentia, & iuuentute ibi. In quo corrigit. Quantùm ergo ad primum est dicendum, quòd postquàm iste homo audiuit à Deo legem sibi propositam sub talibus conditionibus supradictis: primò cõsideranit difficultatem legis in se. Secundò considerauit difficultatem, & ingentia, & innumera pericula, & fragilitatem, & inhabilitatem ex parte sua: ideò quòd erat sauciatus, & vulneratus in carne: & in omnibus potentijs: & vinctus, & ligatus morbo, & vinculo concupiscentię in carne. Tunc arbitratus est se non fore apturum: nec sufficientem ad tam arduum opus aggrediendum: nec tam duram, & periculosam peregrinationem assumendam. nisi speciali auxilio, & gratia dei muniretur. & adiuuaretur: & in iam inexcusabili via dirigeretur: Tunc ergo cum tali protestatione acceptans peregrinationem conuersus ad Deum dicit. O Dñe ego bene accepto hanc peregrinationem, & legẽ custodiendã. Sed tu mãdasti tua custodiri nimis. i. valde, & absq; defectu: quia ponis ardua precepta. Dicis enim: q beati, immaculati in via. i. q nemo põt peruenire ad hanc beatitudinem nisi immaculatus sine peccato per hanc viam. Dicis præterea: q beati, qui scrutantur testimonia eius, & in C toto corde exquirunt eum. ideſt nemo põt esse beatus: nisi perscrutetur profunda testimonia, & mysteria legis: & mediteť in ea die ac nocte: & exquirat, & seruet præcepta tua ex toto corde: & mẽte: & ex tota ãa: & ex omnibus viribus: & ex dictis, & factis. Dicit tandem. q nemo põt deuiare à mãdatis tuis: sine petõ, & iniquitate. Sed oĩa ista præcepta tua non solũ sũt mihi difficilia, & ardua: sed etiã impossibilia ad implendum. Et hoc tripli ratione. Nam primò ista sũt ardua ex parte sui: q arduum, & difficile est q diligã Deũ ex toto corde, & mente, & anima: & ex omnibus viribus meis: & proximũ meum sicut me ipsum, in quibus duobus præceptis continetur, & pendet tota lex, & ꝓphetæ. Ad quorũ præceptorum obseruantiam multa requirun tur: & ad eorum præuaricationem sufficit vnum. Quia qui deliquerit in vno: factus est D omnium reus. & sic multipliciter contingit errare. Secũda difficultas accidit ex parte extraneorum inimicorum, & latronum impedientiũ hanc peregrinationem. Nam ideo ad sinistram Satan cum septem spiritualibus nequissimis, q in itinere isto innumerabiles mihi laqueos tendunt. Et video ad dexterã mũdum cũ ineuitabilibus affectibus, & aduersitatibus suis. qui modo cum delectationibus modo cum aduersitatibus: & persecutionibus me à rectitudine huius viæ abducere sine interuallo conatur. Tertiò video familiarẽ inimicũ. s. morbũ, & cõcupiscentiam in carne infixã, quæ continuè luctatur aduersus animam. Et ideo omnes potentias, & vires sauciatas, & vulneratas non valentes resistere, Et ideo legem in membris meis, repugnantem legi mentis: in nõ quòd, qđ nollem, hoc E ago: & quod vellem, non facio. Et sic quocunque me verto, semper video mihi aliquid superesse quod timeam: ne incidam iterum in latrones: & iterum expolient me bonis ex hac lege collatis: postquàm tũc me expoliarunt bonis gratuitis originalis iustitiæ. Et sic patet, q ex viribus meis peccatum vitare nõ possũ: nec tot inimicis resistere valeo: nec possum à mandatis tuis deuiare sine peccato: cũ dicas: q non ambulant in vijs tuis: qui operantur iniquitatem. Ergo nullo modo ex propijs viribus possum rectè per hãc viam incedere: nec vitare peccatum. Quid ergo faciam, nescio: nisi, q recurram ad auxilium gratiæ, & miæ tuæ: vt tu qui dedisti mihi legem, & præcepta, per auxilium gratię tuæ dirigas ẽt me in hac difficili via hoc est, vt des mihi gratiam prœuenientem vt velim, & incipiẽ F tẽ vt incipiam. & cooperantem vt prosequar: & perficientem, vt perficiam, & consummẽ hanc peregrinationem, & viam, & cursum. Et des mihi fidem, vt credam: & caritatem vt diligam, & operer: & spem veram vt spretis rebus huius mundi nõ intendam nisi in verũ finem: & dirigam omnia opera mea in te qui es finis ităneris, & peregrinationis meæ. Et sic eum tali fide scrutabor legem tuã. & cum tali caritate in toto corde exquiram eam. & cum tali spe ambulabo ĩ lege tua recto tramite inspiciẽdo finẽ: non declinando ad dexterã: nec ad sinistram. & sic incedam immaculatus vsque ad verã beatitudinem. Quia ergo tu mãdasti mandata tua custodiri nimis, ideſt valde: & sine defectu cũ omnibus cõditionibus su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A supradictis,& cum hoc sit mihi nō solum difficile sed etiam impossibile propter tria supradicta impedimenta.s. propter diabolum mundum, & carnem ,nisi sim adiutus,& directus per gratiam tuam : Ideo.

Vtinam dirigantur viæ meæ:ad custodiendas iustificationes tuas :

Per gratiam tuam,& fidem & spem,& caritatem. Quia aliter operationes meæ non possent esse iustæ: nec ego possem recte per tam difficilem,viam incedere: ideo rogo vt des mihi gratiam vt dirigam gressus meos ad custodiendas iustificationes tuas .

Tunc non confundar:cum prospexero in omnibus mandatis tuis .

Confitebor tibi in directione cordis : in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ .

Iustificationes tuas custodiam:non me derelinquas vsquequaque .

B Cum adiutus,& munitus tali gratia,& fide,& spe, & caritate prospexero in mandatis tuis: nunquam confundar nec deficiam à via tua.Nec confundar nec superabor à prædictis tribus inimicis: imo confitebor in directione cordis.i.recto corde,& opere confitebor tibi: tua præcepta seruando,s. eò q̄ didici iudicia iustitiæ tuæ. Quasi dicat:sicut didici præceptarum scrutando ea per studium, & meditationem:ita complebo opere,& effectu,& operabor secundū legem tuā, & præcepta. Quia non adiutor tantùm: sed etiam factor existā. Et ideo non me derelinquas vsquequaque.i. deinceps nec in aliquo momento,& custodiā iustificationes tuas . Quasi dicat . Non auferas à me hanc gratiam,& auxilium,& custodiam præcepta tua.Quia nemo potest præce
C pta tua adimplere sine gratia : nec præuaricari sine peccato: vt dictum est propter impedimēta supradicta.Nec potest quis vinci à concupiscentia,& mundo,& diabolo sine peccato,& deuiatione à diuinis præceptis. Sed contra prædictam expositionem sunt tres opiniones, & sectę detestabiles,& execrabiles.Quarum prima fuit ipsius Pelagij cum sequacibus suis.qui dicebat,quòd tanta est vis liberi arbitrij:quòd vnusquisque ex proprijs viribus absque aliqua gratia spirituali pōt rectè velle,& operari si vult.Et potest implere diuina præcepta, & vitare omne peccatum. Ad quod probandum arguebat dupliciter . Primò sic.Potentia hominis sequitur liberū arbitriū: sed homo habet liberum arbritriū ad vtrumlibet:ergo potest liberè operari bonū, & malum vt libet:quia si non posset velle bo D
nū semper aut nollle, & operari quando vult bonum, & malum tunc non haberet liberum arbitrium ad vtrumlibet . Secundò arguebat sic . Si homo ex proprijs viribus non posset adimplere præcepta: sequeretur, q̄ non obligaretur ad legē seruandam:quia ad impossibile nemo obligatur: quia aliter Deus esset iniustus imponendo homini legem quam seruare non posset , & sic puniret eum iniustè . Secunda opinio fuit ipsius Manichei: qui asserebat nullo modo hominem peccatum posse vitare:etiam cum gratia:Sed iste mouebatur ex falso, & detestabili principio:ponebat enim in homine duas animas : vnam scilicet corpoream , & carnalem creatam à principe tenebrarum de substantia sua mixta cum elementis.Et alteram animam ponebat spiritua
E lem creatam à principe lucis . Et ideo dicebat , quòd prima anima ita erat mala, quod nunquam posset agere bonum.Et sic per nullam gratiā,& auxilium homo poterat subiicere concupiscentiam rationi:nec vincere eā, & sic nō poterat vitare peccatum:sed peccāmā spiritualem homo poterat facere aliqua bona.Tertia opinio est inæorum, & Sarracenorum,& quorundam maiorum Christiano rum,qui dicunt,quòd non omnis actus carnalis concupiscentię est peccatū:nec est prohibitus in le.& sic dicunt,quòd simplex fornicario nō est peccatum. Vnde dicunt,quòd Deus non prohibuit in lege fornicationem ; nec omnem carnalem concupiscentiam: sed solum adulterium, dicens. Non adulterabis F
cum vxore proximi tui . Item vt magis destruant suam detestabilem vitam : dicunt,q̄ Deus non prohibet ea quę sunt naturalia, & de necessitate naturæ:sed carnalis concupiscentia est de necessitate naturæ , sicut comedere, & bibere:igitur non est semper peccatum . Respōsio . Has tres detestabiles , & contagiosas bestias conatus est Augu. simul cum tota ecclesiā, extinguere,& extirpare, & eliminare extra limites ecclesiæ catholicæ.demonstrans , quòd nemo potest adimplere diuina præcepta:nec vitare peccatum sine gratia Dei contra Pelagianos . Et quòd quilibet potest implere diuina præcepta , & vitare peccatum adiutus gratia Dei: contra Manicheos.Et quòd nullus potest esse actus carnalis concupiscentiæ, & libidinis sine peccato nisi per matrimonium excusetur. Vnde venena istarum trium bestiarum extinguit

A beatus Aug.vno solo catolico iaculo,& principio:eò q̄ omnes illi mouebantur ex vno falso principio:dicentes, q̄ concupiscentia, & libido est bonum naturæ datum ad generationem:sicut datum est bestiis, & cæteris animalibus. Et dicebant, q̄ libido nec est peccatū : nec effectus:nec pœna alicuius peccati: imo dicunt, q̄ sine Adam peccasset siue non peccasset semper habuisset hanc concupiscentiam, & libidinem: & fuisset mortuus. postquam erat compositus ex quatuor humoribus, & elementis . Et sic concupiscentia , & mores,& cæteræ passiones , & defectus sunt naturales cuilibet homini. Sed est destruendum hoc falsum fundamentum Aug.ponit plures conclusiones, & doctrinas contra Iu
B dæum , & contra Pelagianos , Hipognosticon responsione prima , & quarta .

Quarum prima est, q̄ ista concupiscentia, & libido,& mors,& cæteræ passiones nō sunt homini à natura.sed pœna peccati,& in peccati pœnā inflictæ.Probatur . Primò de libidine,& concupiscentia. Nā Adā, & Eua ante peccatū erāt ambo nudi,& nō erubescebāt , nec confundebantur Gene. 3. Sed illico post peccatū erubescentes fugerūt à facie domini cooperientes partes pudēdas,& genitalia:ergo signum est , q̄ ibi fuerunt sanciati vitio , & fœditate libidinis ex peccato . Secūdò probatur de morte,& cæteris infirmitatibus. Nā si Adā,& Eua ante peccatū habuissent naturaliter necessitatē moriendi:nō fuisset eis fa
C ctum præceptum de ligno prohibito sub cōminatione mortis . Item Deus non dixisset nec annūciasset eis mortē post pctū,cū dixit Maledicta terra in ope tuo ,donec reuertaris in terrā.Ex quo patet,quòd mors,& infirmitas,& labor &c.data sunt eis in pœnam peccati.Sed cum postea arguit Iulianus : vnde ineſt libido,& mors bestijs,quæ nunquā peccauerunt? Ad hoc respondet Aug.quòd si libido, & mors comparentur ad mixtionē elementorum,& complexionem humorū, sunt communes hominibus, & brutis, quasi passiones naturales,Sed si comparentur ad statū innocentiæ hominis,tunc nec sunt nec debēt dici naturales, sed pœnæ peccati.Nam homo creatus est liber, immunis ab hmōi, & hanc libertatem possedit ante peccatū in præmiū originalis iustitiæ per gratiam . Sed quia pro pter peccatum perdidit hanc libertatē ,quia fine libidine poterat coire,& generare, & poterat nō mori:& inflicta est ipsi fœditas libi -

D dinis,& concupiscentia in carne , & necessitas moriendi:ideo omnia hæc dicuntur pœna peccati,& non naturalia ,

Secunda conclusio,quòd libido,& concupiscentia non solum est pœna peccati in quo libet homine,sed etiam obligat hominem ad debitum peccati ipsius Adam:non ad debitū pœnæ sensus,sed ad culpam,& pœnam dāni quod dicitur peccatum siue culpa originali in homine, quam trahit anima ex contubernio corporis,& carnis sic vitiatæ, & corruptæ.Quod peccatum transit à genitoribus patentibus in omnes filios per libidinem gentos.Quam conclusionem probat August.per plures autoritates sacræ scripturæ, præcipuè per illam psal.quinquagesimi.Ecce. in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. Ex quo patet, quòd solus habitus huius fomitis, & concupiscentiæ o- E
bligat habentem ad debitum originalis iustitiæ amissæ cum omnibus gratuitis, & præmijs perditis.

Tertia conclusio, quòd sola gratia Christi absoluit hominem à tali debito per baptismum in no.te,& per circoncisionem,& oblationem in veteri,sicut dictum,& probatū est psalmo. 29.

Quarta cōclusio,quòd baptsimus non tollit cōcupiscentiam,& fomitem, vt non sit in baptizato,sed vt non imputetur ipsi ad supradictum debitum . Ex quo patet,quòd baptismus soluit debitum originalis iustitiæ,& omnium præmiorum eius. Hanc conclusionem probat Aug.in li.de nuptijs,& de baptismo paruulorum .

Quinta conclusio,quòd licèt concupiscen F
tia quæ manet in carne post baptismum nō imputetur nomini quo ad debitum originalis iustitiæ, nec imputetur ad peccatū:tamen effectus,& actus eius causat peccatū actuale per cōsensum in voluntate, quod imputatur homini ad culpam,& pœnam eternā.Probatur: Nā baptismus nō absoluit baptizatū ab actu,& effectu inordinatæ concupiscentiæ : ne imputetur ipsi ad peccatū,sed tantùm absoluit ne habitus talis concupiscentiæ, imputetur ipsi ad peccatum , eo quod habitus talis corruptionis,& concupiscentiæ nō est voluntarius, nec per hominem commissus,sed à parentibus contractus,& inflictus . Sed quia actus carnalis siue quilibet effectus concupiscentiæ inordinatę in lege prohibitus committitur , & perpetratur voluntariè

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ab homine, ideo obligat, & imputatur ad culpam, & pœnam sensus. Hoc idem probatur. Nam sicut peccatum actuale ipsius Adã obligat ipsum ad debitum culpæ, & pœnæ, & æternæ: cò q̃ fuit voluntarium, & ex inordinato appetitu cõmissum: ita pariter oĩs actus in lege prohibitus: & per talem concupiscentiam perpetratus obligat hoĩem ad pœnã, & debitum culpæ & pœnæ æternæ. Itaq; habitus huius concupiscentiæ non obligat hominem ad peccatum actuale, & pœnam æternã ipsius Adam, sed ad damnum. Sed effectus, & actus huius concupiscentiæ obligat hominem ad pœnam æternam sensus.

Sexta conclu. quòd nulla alia causa potest tollere quin actus concupiscentiæ carnalis imputetur ad peccatũ mortale: nisi sola gratia sacramenti matrimonii. Ista conclu. pro vna parte sui est approbata p ecclesiam.

B Quia propter quatuor bona fuit matrimonium à Deo institutum. Primò propter bonum mutui obsequij. Secundò propter bonum fidei & sacramenti: Tertiò propter bonum prolis, vt patet Gen 2. Sed quartò fuit confirmatum in remedium libidinis, ſ& ne concupiscentia inquinaretur postquam natura, & vniuersa caro fuit corrupta, & prona ad malum, vt patet Genes. 8. Altera pars huius probatur. Nam baptismus datur ad delendũ peccatum originale iam habitum. Et confirmatio datur ad robur, & ad resistendum tentationibus, & peccato anteq̃ perpetretur. Pœnitentia aũt datur ad delendum pœnã actuale iam perpetratum. Extrema aũt vnctio datur decedentibus, & pœnitentibus ad deleudum venialia, & oblita, ad pleniorem remissionem pœnarum debitarum ex peccatis confessis, & oblitis. Ergo sacrm matrimonij datur ad remedium, ne actus venereus, & libidinosus debitè commissus inter coniuges imputetur ad peccatum mortale.

C Septima conclu. q̃ simplex fornicatio, & oĩs actus venereus extra matrimonium commissus est pctm mortale, & obligat ad culpã & pœnam æternam. Probatur. Quia nullum aliud sacrm excusat peccatum carnis ante factum, nec in facto præter sacrm matrimonij, vt dictum est. Hoc idem probatur. nam concupiscentia carnis ideo dicitur pœna peccati, eò q̃ non potest venire in actũ, nisi inordinate, vt ait Aug. & per consequens non sine peccato. Ista autem conclusio non oportet, q̃ probetur apud catholicos, & rectos christianos, quia expresè præceptum est in lege. Exo. 20. Non mœchaberis. Item Deuter. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortatur &c. Item quia iam probata est per apost. ad Ro. 1. vbi ponit damnandos fornicatores inter adulteros, & mundanos. Item 1. ad Cor. 6. dicit, q̃ fornicarij, & idola seruientes, & adulteri, & masculorum concubitores, & ebriosi, & maledici regnum Dei non possidebunt. Hoc idem docet apostolos per totam doctrinam suam. hoc idem docet Iacobus, & Petrus, & Ioannes, & Iudas in canonicis suis. Et nihil aliud clamat tota doctrina euangelica, & apostolica. Ideo tam Iudæi, quàm Sarraceni, & quàm mali christiani, qui vt detestabilẽ vitam suam excusent, & defendant asserunt simplicem fornicationem esse licitam, maledicti, & hæretici sunt censendi, & Satanæ sunt tradendi.

Octaua conclusio, quòd post lapsum impossibile est cuique homini seruare diuina præcepta nec vitare peccatum, nec resistere tentationibus absque gratia Christi. Prima pars huius conclusionis, & tota conclusio probatur ab apostolo ad Rom. 7. & pertotum discursum illius epistolæ. Et ab August. de perfectione iustitiæ hominis, & in omnibus libris, quos fecit contra Pelagianos. vbi dicit, quòd tota natura nã fuit corrupta in Adam, & omnes potentiæ vulneratæ, & debilitatæ, & nostrum liberum arbitrium elaudicatum. Vnde sicut impossibile est claudum rectè ambulare, nisi iuuetur ab alterotita est impossibile hominem post lapsum ex concupiscentia, & fomite sauciatum, & claudicatum rectè incedere in lege domini, & diuina præcepta adimplere, nec aliquod bonum agere, nisi iuuetur gratia Christi. Quia non est currentis, neque volentis, sed Dei miserentis. ad Roman. 7. & 8. & 9. per totum.

Sed contrà hoc arguebat Iulianus dicens. Quod nos videmus, quòd vnus homo existens in vno peccato vitat aliud. Nam quandoque adulter vitat homicidium, & facit eleemosynas, & alia opera misericordiæ: & tamen talis nullam habet gratiam, cum sit in peccato mortali. Ergo quis potest implere præcepta, & agere multa bona sine gratia.

Ad hoc respondet Augustinus, cum distinctione. quòd licèt adulter, dum vitat homicidium, & agit illa bona opera misericordiæ non habeat gratiam gratum facientem, tamen non operatur sine gratia disponente, & præueniente. Nam licet gratia gratificans non compatiatur secum peccatum, tamen gratia præueniens, & disponens hoĩem ad bene agendum, & malum vitandum, potest esse in aliquo peccatore, per quam disponitur ad gratiam gratum facientem. Ex quo patet, q̃ nec iustus, nec peccator potest vitare aliquod peccatũ, nec bene agere sine gratia Christi adiuuante, aut disponẽte, aut cooperante, aut gratificante, aut perficiente.

Nona concl. q̃ hæc gratia nulli petenti, & conanti, & se preparanti negatur a Deo. Hęc probatur. Primò doctrina euangelica. Luc. 11. Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur. & oĩ petenti dabitur. Et Io. 14. & 15. Quodcunq; petieritis in noĩe meo, fiet vobis. Item

D saluator, q̃ oportet semper orare, ne intremus in tentationem. Mat. 26. Hoc idem Iac. 1. Qui vult sapientiam postulet a Deo, quia humilibus dat gratiam, & superbis resistit. Quia omne datum optimum de sursum est.

Decima concl. q̃ licet absq; gratia Christi nemo possit implere diuina præcepta, nec vitare peccatum: tñ oĩs obligamur ad seruandum diuina præcepta, & vitare peccatũ, & agere opera mia: nec est incõueniens, q̃ quis obligetur ad fiõi impossibile in casu. Prima pars probatur. Nam in vtroq; testõ obligamur ad seruandum mandata. vt patet Matt. 19. & Lucę 10. Et ẽt obligamur ad opera misericordię. Matth. 25. Secũda pars probatur. Nam impedimentum perpetratum, licet tollat possibilitatem, tñ non tollit obligationẽ debiti. Exempli gratia. Nam homicida semper obligatur ad restituendum hoĩem viuũ, sed hoc est ipsi impossibile. Item latro, qui destruxit oĩa, quę furatus fuerat, semper obligatur ad restitutionem totius, & damnetur seruare leges, & vitare oẽ malum, dũ est ebrius: & tamen hoc est ipsi impossibile. Et tamen non excusatur quin puniatur de quacunq; crimine commisso durante ebrietate, imò duplici pœna est plectendus. 3. Ethico. Ita ergo pari ratione, quia ista corruptio, & concupiscentia mala fuit ab Adam nobis perperrata, per quam sumus inepti ad malum vitandum, & bene agẽdum: ideo non excusat nos quin obligemur ad seruandas mandata, & vitandum omne peccatum, & ad recuperandum libertatem, quam perdidimus in Adam. Vnde est aduertendum, quòd ad tria nobis impossibilia impedita p peccatum sumus obligati. Primò ad credendum, quę non videmus, nec possumus naturali rõne comprehendere. Secundò ad agendum, & operandũ, quod non possumus facere. Item ad sperandũ, quę non tenemus, nec ex nostris viribus possumus acquirere sine gratia Dei. Et ideo manifestè patet. q̃ virtutes theologales collatę sunt nobis in supplementum iustitię originalis & præmiorũ eius. Nam istę virtutes iustificant nos in supplementum illius originalis iustitię. Non ergo miretur Pelagius, & quicunq; alius si obligamur ad ea, q̃ sunt nobis impossibilia, postq̃ impedimentum fuit a primis parentibus nobis perpetratum, nec hoc est inconueniens.

Vndecima cõcl. q̃ licet obseruãtia diuinorũ præceptorũ sit impossibilis quò ad nos ex proprijs viribus post lapsum: tñ nõ est impossibilis simpliciter. Prima verò pars est probata per iã dicta. Secunda probatur, quia talis obseruãtia est nobis possibilis per auxilium gratię Christi. quod quidẽ auxiliũ nobis nõ negatur si cũ perseuerãtia petimus, sicut dictum est. ergo nõ est impossibile simpliciter, licet sit impossibile secũdũ quid, & quò ad nos: Ideo nõ est incõueniẽs, quòd obligemur ad aliquod impossibile quò ad nos, postq̃ nõ sit simpliciter impossibile. Et ẽ licet sit obseruantia impossibilis quò ad nos sine gratia: tñ est nobis possibilis pentio huius gratię. quę nobis non negatur si instãter & perseuerantes petimus, vt ait Saluator, Petite & accipietis. & pulsanti aperietur: & omni petenti dabitur. Ideo ait Aug. contra Donatistas, quòd Christus nõ dãnat peccatorem, quia peccauit, sed quia nõ currit ad medicũ. Quod aũt sit impossibile aliquem saluari absq; auxilio Dei, patet Matth. 19. quãdo dixit Petrus, & discipuli, quis poterit saluus esse? Respondit Iesus. Apud homines hoc impossibile est. Apud Deum autem omnia possibilia sunt. Ex quo patet, quòd licet sit impossibile hominem bene operari sine gratia: tamen possibile est, vt petat gratiam, per quam potest bene operari, & malum vitare. & ideo peccatum semper imputatur homini postquã potest facere quod in se est, gratiam petendo: & gratię oblatę non resistendo. Ex quo pater, quòd ex tali impossibilitate nullus habet ius querelę. Differt ergo positio Augustini catholica ab impietate Manichęorum,

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quia illi ponebant essentiam, & substantiam hominis naturaliter, & substantialiter malā à principe tenebrarum de suis mala substantia creatam: & ideo nullo modo poterat vitare pctū. Sed Aug. dicit omnem naturam, & substantiam à Deo naturaliter, & substantialiter bonā creatā: sed in carne hominis ꝓpter pctū primorū parentum malam concupiscētiam, & morbū inflictū. Cuius morbo, & cō cupisentia caro hominis taliter fuit corrupta: & liberū arbritrium taliter claudicatū: q̄ ex proprijs viribus nō pōt vitare peccatū. Sed adiutum per gratiā: nō solum pōt vitare peccatū: sed ēt implere diuina præcepta: & agere omne bonū. Differt ēt positio Augustini à praua hæresi Pelagianorū. Nā illi dicebāt mortē, & libidem esse homini naturalē. Et voluntatem hominis esse ita liberam, vt
B possit vitare omne malum: & implere diuina præcepta de se, si velit: & agere bonū. Augustinus aūt dicit mortem, & cōcupiscentiā siue ibidem nō esse naturalem, nec creatam cū homine: sed inflictā naturę in pœnā peccati, quā concupiscentiam inimicus diabolus in bona natura quasi zizaniā inter bonū triticū seminauit. Et iō naturā nostrā corruptā tali cōcupiscentia ex proprijs viribus nō posse vitare peccatū, nec implere præcepta absque diuina gratia præueniente, & adiuuante eo modo quo dictū est. Tertio modo positio Augustini catolicā differt à detestabilis excusatione, & spurcitia Iudæorum: & Sarracenorū: & quorundam malorum christianorū, qui dicūt simplicem fornicationem, & omnem actum venereum nō esse peccatum, eò q̄ inducit hominem à natura, postquam nō
C fit cum adulterio. Augustinus autem dicit concupiscentiā, & libidinem non esse à natura: sed inflictam ex peccato. Et ideo non inducit hominē ad actum venereū à natura: sed ex corruptione, & quia inflicta in pœnā peccati: ideo non pōt ordinatè exercere actū venereum nisi cū fœditate, & peccato. Vnde sicut sola gratia baptismalis excusat, vt habitus concupiscentię non imputetur ad peccatū originale: ita sola gratia sacramenti matrimonij excusat vt actus concupiscentiæ libidinosus non imputetur ad mortale. Nā ideo illa concupiscentia dicitur semen, & fomes peccati: eò quòd per consensum deliberatū causat peccatum mortale in voluntate. Item quia actus venereus non fuit à Deo ordinatus: ne concessus nisi solis in matrimonio cōiugatis: ideo sine peccato non potest absq̄ exerceri: quia iā deuiat à diuina ordinatione, & mandato. Ex supradictis ergo patet q̄ licēt homo fuerit creatus à Deo naturaliter bonus: tamen quia in pœnā peccati natura eius fuit ex concupiscentia corrupta. ideo sine gratia dei nec potest de se vitare peccatū, nec agere bonum. Sed hoc magis erit patebit: psalmo. 168. Et per hoc patet responsio ad argumenta hęreticorū. Ex omnibus supradictis patet veritas dictorum Augustini, scilicet, q̄ absq̄ peccato nō est præceptorum transgressio: nec sine gratia Christi est eorum adimpletio. Ité, q̄ sine gratia nemo potest vitare peccatū. nec resistere concupiscentiæ, & pugnæ: nec agere bonum: quod accidit ex corruptione naturæ, & pœnali illius primi condemnatione peccati & hoc patet manifestè ex sententia saluatoris. Luc. 10. D
Nam ille homo qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho incidit in latrones qui non solum expoliauerūt eum bonis gratuitis, & illa originali iustitia: sed etiā vulnerauerūt eū: & plagis impositis semiuiuo relicto abierunt. Quia iacens in via: nec ex proprijs viribus poterat surgere: nec ambulare: nec potuit ipsū eleuare sacerdos: nec leuita: sed solus Chris Samaritanus. Qui eleuans eū imposuit supra humeros suos: & recōmisit ipm stabulario: cui tradidit duos denarios pro cura huius infirmi: scilicet denarū gratiæ sacramentorum ad sananda vulnera, & denarium doctrinæ sacræ scripturę, & leges cuangelicæ ad nutritionem, & refectionem spiritualem. Ex quibus patet, q̄ homo in Adam F
sauciatus: nec pōt surgere à peccato: nec ambulare: nec peregrinari per obseruantiam legis: nisi per gratiā Christi eleuetur & adiuuetur. Iste ergo homo sic sauciatus: & vulneratus: & paralyticus: & ī libero arbitrio claudicatus. loquitur in hoc psalmo peregrinus do ad Christum per viam legis diuinæ: qui semper petit iuuari per gratiā Christi: & dirigi in hac peregrinatione, ne deuiet à rectitudine legis: ne declinet ad dexteram: nec ad sinistram. Vnde aliquando petit eleuari ad credendum per fidem articulorum. Aliquando petit adiuuari per caritatem ad obseruantiam præceptorum. Aliquando petit dirigi per spem promissorum bonorum futurorum. & aliquando petit sanari per medicinā sacramentorum. Aliquando roborari per gratiam donorum spiritus sancti contra hostes

A stes impugnatores. Vñ si iste hō cognosceret, q̄ ex proprijs viribus absq; alio auxilio posset recto tramite hanc viam incedere, & pagrare: & iustificationē legis adimplere non diceret: Iustificationes tuas custodiā: non me derelinquas vsquequaq;. Et non in oī passu auxilium, & gratium peteret. Item si iste homo cognosceret se esse liberum, & sanum, & non sauciatum ueneno concupiscentiæ, nō diceret tollens. Domine viuifica me secūdū verbum tuum. Et aufer à me opprobriū, & contemptum. Item si iste hō nō crederet, nec speraret se posse consequi gratiam ad resistē dum carni, & hostibus visibilibus, & inuisibilibus: sicut dicebat Manicheus, non perseueranter instanter gratiam petere. Item si iste hō B
non crederet omnem fornicationem, & concupiscentiam carnis esse damnabilē, non diceret in hoc psal. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis. n. tuis timui. Item si non crederet concupiscentiam, & ambitionē bonorum, & omnem superbiam esse peccatum non diceret. Auerte oculos meos: ne videant vanitatem. Ex quibus patet, q̄ solus iste ps. eliminat, & extinguit supradictos tres errores, & tres hæreses, & omne peccatum: imo clim nat, & hæresim Donatianorum dicentiū pœ nitentiam, & remissionem esse impossibilem post lapsum: eò, q̄ caritas semel amissa non poterat recuperari: quo ū impietatem exterminat tota sacra scriptura, & maximè psal. quinquagesimus. Nam sicut caritas semel acquisita, & adepta pōt perdi per peccatū: ita eadē caritas semel deperdita pōt p gr̄am recuperari. vnde licēt talis gra. & caritas nō possit in nobis recuperari per motum agentis C
naturalis: tamen acquiritur per creationem & illustrationem spiritus sancti. Et sic licet non recuperetur eadem caritas, & gratia in numero: tamē recuperatur eadem in specie. Item licēt talis gratia, & caritas non possit à nobis dari, & creari: tamen potest à nobis desiderari, & peti, & postulari. Et possimus adhibere conatū, & nos ad talē gratiā à Deo recipiendā præparare. Vnde dicitur Iacobi primo, quod si quis indiget sapiētia postulet a Deo q̄ dat oib. affluenter, & dabitur ei &c. Vnde si gra, & caritas semel habita nō posset perdi per pctm sicut dicebat Iouinianus: nō diceret Dauid in hoc ps. In corde meo abscō di eloga tua: vt non peccem tibi. Itē si caritas, & gratia semel perdita nō posset recuperari petendo, & orando sicut dicebant Donatiani, nō peteret Dauid à pctō per gratiā vi D
uificari dicens. Viuifica me secundū verbū tuum. Vnde iste homo misticus semper petit à Deo in hac via per gratiam dirigi. Et si ali quādo deuiauerit per peccatum. semper petit per gratiā viuificari, & in viā salutis reduci: vt patet per totū discursum huius ps. & multorum aliorum. Et ideo rogo omnes fratres meos catolicos Christianos, & maximè ecclesiasticos, & religiosos: qui quotidie recitāt hunc ps. in ecclesia, vt attendat, & cōtēplentur cū affectu sententiā, & verā intelligētiā huius ps. quoniam decet fugere omne peccatum, & omnē hæresim eliminat, & cōfundit. Et docet sequi, & amplecti omnem virtutē, & contemnere omnia ista tēporalia, & appetere vera bona spiritualia gratię, & gloriæ. Et ideo ecclesia spiritu sancto illustrata, & di recta benemerito ordinauit, vt quotidie per E
octonarios recitetur in horis canonicis diurnis: eò, q̄ cum hoc ps. cōtinuè pugnamus cōtra diabolum, & mundū, & carnē, vt magis patebit. Redeamus ergo ad cōtinuādā expositionē huius ps. simpliciter, & literaliter. Nā qui cupit ad altiorē intelligentiā huius psal. conscendere pergat ad beatum Ambrosiū, & Augustinum: quia ibi videbit, & colliget copiosum, & immensum tesaurū exhaustū, & effusum ab isto ps. tantum hic videat literalem, & superficialem expositionē, vt faci lius capiat intelligentiam illorum, qui spiri tusancto fuerunt illustrati.

B E T.

In quo corrigit adolescentior niam suam in custodiendo sermones tuos.

In hoc secundo octonario præponit lite ra Bet: q̄ interpretatur domus: eò, q̄ iste, ꝑ F
regrinus loquitur de doctrina domestica ip sius adolescētiæ. Ad cuius intelligentiam est notādū sc̄m apostolum primę ad Cor. 13. & ad Gal. 3. & 4. q̄ iste peregrinus siue homo misticus discurrēs ꝑ omnes ętates, q̄asi per viginti duas dietas, ab Adam vsque ad se cundum aduentum Christi in qualibet ęta te cepit aliquam perfectionem, sed maximè in sua pueritia aut adolescentia, & iuuentute, quæ fuit ab Adam vsq; ad Christum, sem per abiecit, & euacuauit imperfectiones. Nā indiguit lege ad reprimēdas passiones suas: & ad reprimendum aliquo modo peccatū. Et sic in Adam, & Noe cepit legem naturæ quasi inisua iuuantia, & puertitla. Sed in sua adolescentia accepit circumcisionem in Abra

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ...am ad amputandam concupiscentiam carnis in remediū originalis pcti. Sed postea in sua iuuētute accepit. Decimj. præcepta partim negatiua,& partim affirmatiua ī ipso Moyse, ad compellendas passiones, & comprimendos motus illicitos, & ad ordinandam vitam erga Deum,& proximum,ut occupatus circa talia legalia non declinaret ad idololatriam. Et sic per legem iste peregrinatus est vsque ad Christum ab imperfecto ad perfectum, in quo accepit legem euangelicam iustificantem ad vitam æternam, & per se sanantem ab omni vulnere peccati,& sic incepit proficere. Nam in lege veteri non propriè proficiebat: sed incipiebat: inquantum retrahebat à malo, & prohibebat actum. Sed iste homo postquàm fuit in statu euāgelico, successiuè recepit multas perfectiones quousque perue
B nit ad statum perfectorum post tempora Cōstantini, quia tunc in ecclesia habuit multitudinem doctorum, qui declararunt vtrumque testamentum. Et sic dum ecclesia fuit in perfecto esse, habuit copiam virorum perfectorum religiosorum, & anacoritarum in Aegypto.& Mesopotamia,& Armenia. & per omnes partes mundi. Ex quib. patet, q̄ iste homo semper processit ad magis perfectum in isto itinere,& peregrinatione. Secundò est notandum, quòd tres gradus sunt viatorum in hac ecclesia militante. Nam quidam dicuntur incipientes: puta illi,qui continuè certant, & pugnant contra uitia in principio suæ conuersionis, & pœnitentiæ. Secundus gradus est ipsorum proficientium, qui peracta pœnitentia iam proficiunt in bonis operibus erga Deum,& proximum. Tertius est gradus per-
C fectorum putà illorum, qui totaliter mundum reliquerunt, & separati a populis viuunt in sola vita contemplatiua, sicut sunt anacoritæ. & viri religiosi in eremo uiuentes. Tertiò est notandum, quòd in ecclesia Dei tres sunt status vitæ fidelium. Nam quidam viuunt in vita actiua puta viri vxorati viuentes in honesto coniugio, & cæteri artifices viuentes secundum legem Dei. Alij autem viuunt in vita ministratiua, sicut sunt ministri, & prelati ecclesiæ, qui partim viuunt in vita contemplatiua, & partim in actiua. eò quòd habent ministrare sacramenta, & docere, & regere populum Dei in spiritualibus. Tertius status est ipsorum pure contemplatiuorum, & perfectorum,de quibus supradictum est. Et ideo iste psalm.quadruplici ter consueuit exponi per sacros doctores. D quo corrigit adolescentior uiam suam: nisi fupple custodiendo sermones tuos,& seruando legem tuam? Et potest etiam talis respondere esse ipsius spiritussācti. Vnde interrogat iste homo,in quo corrigit adolescentior &c. Et ideo ipse homo mysticus subdit dicens.

In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

Vnde est aduertendū:quod quatuor sunt necessaria si quis vult obseruare,& custodire sermones domini. Primò perscrutari, & exquirere legem eis. Secundò reponere eam in alta memoria. Tertio delectari in eius studio. Quartò exerceri in operationibus eius. Dicit ergo, quod inuenis corrigit viam suam in custodiendo sermones tuos. Ideo in toto
B corde meo exquisiui te,vt cognoscerem. Et exquisiui legem tuam,quæ docet cognoscere te per beneficia nobis collata.Ideo rogo, vt non repellas me à mandatis tuis:quia eis volo inhærere,& obedire.

In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.

In corde meo,& voluntate abscondi,& alta memoria reposui,& celaui,& impressi eloquia & mandata,& præcepta tua, vt non peccem tibi.Nota,q̄ in tantum timet iterum cadere, q̄ impressit eloquia,& præcepta Dei in corde,ne iterum peccet.Ideo subdit.

Benedictus es dñe:doce me iustificationes tuas.

Et ideo tu qui es benedictus: & benignus doce me iustificationes tuas. Et ostendit mihi per legem quomodo possim meritoriè o-
C hoc indigeo auxilio,& gratia. Nam ex parte mei adhibeo conatum.

In labiis meis pronunciaui oia iudicia oris tui

Ergo postquàm aliis ptædicaui legem,da mihi gratiam,vt faciam opera legis:ne cū ea quæ prædicauero reprobus efficiar. Vel hic forsan ponitur præteritum pro futuro.Quasi dicat.Si tu docueris me iustificationes tuas, ego prænunciabo cæteris, & prædicabo omnia iudicia oris tui.i.totam legem tuam. Et sequitur.

In uia testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis exercebor, & considerabo uias tuas.

In via testimoniorū.i.in studio,& obseruātia legis tuæ habituatus delectatus sum,& de

lectabor,sicut delectatur fupple auarus in o- D
mnibus diuitijs suis multo labore congregatis. Nam ego omnes diuitias temporales in comparatione legis tuæ nihil esse dixi. Sap. 7.Et ideo vt acquiram habitus virtutis ad reprimendas passiones adolescentiæ,& iuuentutis,considerabo vias tuas,considerabo opera Abraham,& Isaac,& Iacob,& cæterorum sanctorum,& imitādo eos exercebor in mādatis tuis:quia ex frequentatione, & exercitio operationum generatur habitus, qui facit hominem operari cum delectatione. Et talis operatio est virtuosa,& laudabilis,& sic sequitur.

In iustificationib.tuis meditabor:non obliuiscar sermones tuos.

Quia non solum faciam habitum moralē in appetitu sensitiuo:sed etiam habitum cognitiuum in intellectu, & memoria. Est au E
tem valde aduertendum,q̄ Dauid in hoc ps. 15.nominibus appellat legem Dei, & hoc ſm diuersos modos significandi. Nam inquantum est à Deo dicitur lex domini:& inquantum per angelos,& multos testes multotiens testificata,& examinata,dicitur testimonium dñi, maximè inquantū data est in testimoniū,& fœdus.Item inquantum est ,p lata ab ore Dei dicitur verbū, & eloquium, & sermo Dei,quod maximè cōpetit legi euāgelicæ,q̄ immediatè à Christo est ,plata. Itē inquantum ducit ad Xp̄m,& vitam æternā, dicit̄ via,& semita,& iter.In inquantum prohibet oē vitiū dicitur ,ceptum.Sed inquantū mādat,& iubet fieri oēm virtutem q̄ est mēsura oīum humanarū operationū,dr̄ iustitia. Et eius operatio dr̄ iudicium,& iustificatio: inquantum non deuiat a diuina voluntate. F
Et per eandem rationem dicitur æquitas: in quantum adequatur diuinæ voluntati. Item dr̄ veritas inquantum est verificata tota in Xp̄o,& ecclesia:vt sæpius dictum est. Dicitur ēt lex diuina veritas:inquantum conformis, & adæquata diuinę voluntati. Nam sicut in speculabilibus intellectus siue oratio dicitur vera vel falsa inquantum adequatur reb. q̄a ex eo,quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa,ita per oppositum in agibilib. & factibilibus res dicuntur verę inquantum assimilātur,& adęquantur rectę rōni,& arti. Cum ergo diuina voluntas sit recta ratio: & mēsura oīum actuū humanorū,& ideo diuina lex dicitur cōiter veritas ī sacra scriptura, & sic idem iste quod iustitia, & ideo in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A psal.& in ceteris sæpe veritas sumitur pro ipsa iustitia.

GIMEL.

Retribue seruo tuo, viuifica me, & custodiã sermones tuos.

In hoc tertio octonario præponitur litera Gimel,quæ interpresatur plenitudo siue retributio:eò q̃ iste peregrinus in hoc octonario petit sibi retribui omnia bona quæ perdiderat per peccatum. Ad cuius intelligẽtiam est notandũ:vt ait Saluator Lucæ 10. q̃ iste peregrinus cũ descẽdit ab Hierusalẽ in Hiericonõ solummodo fuit spoliatus bonis gratuitis:sed etiam plagis impositis fuit multipliciter vulneratus,& mortificatus, & quasi semiuiuus relictus.Vnde fuit spoliatus iustitia originali,& omnibus præmijs eius, quia perididit immortalitatem,& locũ,& scientiam & B obedientiam animalium,& sic fuit factus ignorans,& exul,& miser.Et ultra hoc fuit taliter vulneratus,& fuciatus in appetitu sensitiuo q̃ non potest resistere carni, nec mũdo, nec diabolo,nec potest implere præcepta Dei nisi fuerit adiutus,& viuificatus per gratiã. Vnde licẽt videatur viuus quò ad operationem naturalium: tñ est mortuus quò ad operationem virtutum,& retũ spiritualiũ,& sic nõ potest implere præcepta nec legem Dei. & iõ non põt bene operari nisi restituatur ipsi originalis iustitia quam perdidit:vel aliquid loco eius:pura iustitia fidei p̃ gratiã.Et hoc petit'in hoc octonario. Dicit ergo iste homo afflictus,& mortificatus,& multatus.O dñe retribue mihi seruo tuo per gratiam omnia illa bona quæ abstulisti mihi propter culpã, & ingratitudinẽ meã,qa taliter maneo mortificatus,& debilitatus in carne,& appetitu,q̃ C non possum vitare malum nec agere bonũ: nec implere diuina præcepta: ergo viuifica me per gratiam præuenientem,& cooperantem,vt custodiam sermones tuos.i. vt legẽ, & præcepta tua possim seruare,& adimplere Item quia etiam fui vulneratus, & occecatus in intellectu per ignorantiam.Ideo

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Reuela oculos meos.i.remoue velũ ignorantiæ ab oculis meis:& tunc cõsiderabo mirabilia de lege tua,ponendo differentiam inter bonũ,& malum remoto peruerso iudicio & tunc vere iudicabo non solummodo de agendis:sed etiam de credendis,& sperandis, quia hucusque ex vitio ignorantiæ iudicabã bonum malum,& malum bonum.Remoue D ergo à me hanc peruersitatem iudicij illuminando partem rationalem ne passiones impediant rationem, q̃ infirmitas rationis fuit mihi data in pœnam peccati quando fui expulsus à paradiso: & factus fui peregrinus in hac lacrimarum valle.Ideo sequitur.

Incola ego sum in terra,non abscondas a me mandata tua.

Id est peregrinus,& exul factus fui i terra:ideo non abscondas à me mãdata tua per ignorantiam: sed fac ea mihi nota per gratiam.Vnde litera Hierony. habet. Peregrinus ego in terra. Ex hoc demonstrat, quod omnia mala,quæ habet iste peregrinus sunt sibi inflicta ex pœna pcti,vel in pœnã peccati qñ fuit expulsus. Sed quia in supradicto exilio iste homo nõ solũ fuit punitus in intellectu, & ratione per ignorantiã, sed ẽt in voluntate,& appetitu, quia perdita iustitia originali fuit voluntas peruersa in suo actu: & qua si ligata ad nutũ sensualitatis:in tantum q̃ licèt per legẽ Dei cognoscat bonũ:tñ stimulãta lege membrorum sequitur malũ.& sic ille homo inuenit legem carnis in membris suis repugnantem legi mentis,& captiuitat ipsũ in lege peccati.Ideo iste pauper homo inspiciens ad legẽ Dei cupit liberari,sed stimulatus lege membrorum sequitur passiones, & sic volet:Vnde simul cupit liberari,& obtemere finẽ bonum:& sequitur desiderium passionum.Vnde differentia est inter cupere,& desiderare.Nam cupere est finem appetere. Sed desiderare est conarum apponere per ea q̃ sunt ad finem.Vnde attritus cupit felicitatem,& nõ peruenire ad pœnas debitas ex peccato.Sed non vult dimittere illud q̃ inducit peccatum.s.rem oblatam aut mulierẽ aut vindictam:& sic nõ facit pñam per q̃ debet cõsequi finem primò cupitum.Et sic talis cõbet cupit desiderare: sed impeditur conatus eius p passiones. Et ideo iste peregrinus sic ligatus lege membrorum dicit.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Idest facere opera iusta ẽm legem in omni tempore:quod non fit sine colluctatione carnis aduersus spm. Est autẽ aduersarium, q̃ in hoc versiculo implicantur,& patẽt duæ magnæ difficultates.Et hoc apparet in diuersitate translationũ.Nam vbi nostra translatio dicit.Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. Translatio

A Hierony.habet.Frangit se anima mea desiderare.&c. Item alia translatio habet. Contritum:anima mea desiderando iustificationes tuas. Item alia translatio habet. Tabescit anima mea desiderando iustificationes tuas &c. Et ideo Aug. ẽm primã translationẽ dicit,q̃ iste non dixit,aïa mea desiderauit. sed cõcupiuit anima mea desiderare: quia quando q̃ videmus quã utiles sunt iustificationes Dei.i. opera iustitiæ: sed ex infirmitate aliquando non desideramus.Et ideo iste conebatur desiderare iustificationes Dei,ostendens quibus quasi gradibus ad eas peruenitur, Primus enim est,vt videatur quã sint vtiles,& honestæ.Deinde vt earum desiderium concupiscatur:postremò vt proficiente lumine,aq̃ sanitate delectet earũ operatio &c. B Ista aute verba Aug.licèt sint subtilissima,& bene ad propositum literæ: tamen non explicant totam sententiam: nec explent omnes difficultates implicatas in hoc versiculo. Nã aliæ translationes non solũ uidentur explicare infirmitatem nostram ad desiderandas iustificationes Dei:sed etiam explicant conatũ & diligentiam,quam debemus apponere, & abhibere in desiderando siue cum desiderio ad consequendas iustificationes Dei. i.ad operandum secundùm iustitiam: & ut iustificemur in operando, quia non sufficit desidera re iustificari:sed apponere totum conatũ, & diligentiam ad iustificandum,vt homo iustificetur. Ad cuius intellectum est aduertendum; quòd licèt Augustin. in hoc loco totaliter non explicet nec soluat totã difficultatem, & intelligentiam huius versiculi, tamẽ ex dictis eius in pleriſq; locis põt haberi eius declaratio:vt patebit. Vnde est primò notandũ, quòd cum tota iustitia hominis consistat in declinando à malo,& faciendo bonũ, & operando ẽm legem Dei, & viuendo sine macula:vt dictum est psal. 14.q̃ nõ omne desiderium declinandi a malo, & faciendi bonum iustificat hominẽ. Nã quis põt quando to,sed non quærit mediũ nec conatur agere quæ desiderare iustificari, puta exire à peccatum,& nõ peruenire ad pœnas debitas ex peccato.Sed non vult dimittere illud q̃ inducit peccatum.s.rem oblatam aut mulierẽ aut vindictam:& sic nõ facit pñam per q̃ debet cõsequi finem primò cupitum.Et sic talis cõbet cupit desiderare: sed impeditur conatus eius p passiones. Et ideo iste peregrinus sic ligatus lege membrorum dicit.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Idest facere opera iusta ẽm legem in omni tempore:quod non fit sine colluctatione carnis aduersus spm. Est autẽ aduersarium, q̃ in hoc versiculo implicantur,& patẽt duæ magnæ difficultates.Et hoc apparet in diuersitate translationũ.Nam vbi nostra translatio dicit.Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. Translatio Hieron.

sed oportet apponere,& adhibere totũ conatum,& diligentiã ad consequendã iustitiã declinãdo a malo,& faciendo bonum. Et iõ in sacra scriptura vbicũq; geminatur aliquod vocabulum, semper denotatur aliquis conatus vt psal.39.dicitur. Expectans expectaui.quia cum toto affecto, & conatu expectaui:nõ solũ desiderando finem: sed quærendo mediũ ad consequendam rem expectatã.Item Mat. 26.dicit Saluator: Desidero desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequã patiar .i.cum toto conatu, & affectu desideraui viã perueniendi quærendo:quia voluntarie peruenit Christus ad passionẽ,& prꝑarauit oĩa necessaria &c.Ita ergo pariter Dauid in hoc loco scies: q̃ per solũ simplex desideriũ declinandi a malo, & faciendi bonũ non poterat iustificari:nisi apponeret totũ conatũ,& affectũ cum tali desiderio: denotando affectũ,& E conatũ dicit. Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore,ostẽdit.n.& notificat dasideriũ suum esse cũ totò conatu per duo verba quasi idẽ significantia .s.concupiscere, & desiderare.quasi dicat:cũ toto conatu,& affectu desideraui iustificationes tuas. Item non dixit:feci iustificatines tuas: sed anima mea cõcupiuit desiderare.i. totum conatũ adhibuit: quia ex infirmitate nõ semper est in nostra ptate implere diuina pcepta sine gratia,ut supra dictũ est. Et ideo multotiens quis non valens adimplere diuina præcepta in effectu maximè affirmatiua propter aliquẽ defectũ:iustificat tamẽ per solũ desideriũ,& affectũ postq̃ adhibeat totũconatũ.Nã peccator nõ habẽs copiã sacerdotis nec locũ nec tẽpus confitendi,ex solo desiderio cũ cõtritione fit dignus venia,& iustifica F tur,vt inquit Augu. in lib. de pœnitentia vt magis patebit. Ergo per hoc soluitur instãtia,quã faciebat Porphirius cõtra legem euangelicã.dicens ipsam esse iniustã.& cassam, & vanã:eò q̃ præcipit impossibilia. Et per consequẽs dicit, q̃ nõ oẽs poterant nec possunt in ea iustificari. Nã lex euangelica præcipit reddi omne debitũ vsq; ad vltimũ quadrantem. hoc aũt quandoq; est impossibile propter defectũ rei: si fur destruxit omnia quæ furatus fuerat aut si quis nõ habet vnde reddat quæ mutuo accepit:igitur semper manet iniustus. Itẽ lex euangelica pcipit adimplere omnia opera mĩæ, & hoc sub cõminatione ignis æterni.Mat.25.Sed hoc quandoque est impossibile.quia infirmus nõ põt visitare

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nec seruire alteri infirmo, nec pauper subue
nire alteri pauperi propter defectū &c. & sic
patet. q̄ impossibile est omnem hominē sēper, & in omni loco, & tempore, & in omni
statu implere euāgelica præcepta. Sed in op
positum est saluator. Mat. 11. dicens. Venite
ad me omnes, qui laboratis: iugū enim meū
suaue est, & onus meum leue &c. Et ideo ad
responsionē huius est dicendum, q̄ iste apo-
stata non bene contemplatus est legem euā
gelicā, & iustitiam eius. nā licēt præcepta ne
gatiua sēper, & vbique obligēt hominē quò
ad affectū, & effectū: nō præcepta affirmatiua
licēt semper obligent quò ad effectū nō tñ
semper obligant quo ad effectū propter su-
pradictū defectum. Et sic ī tali casu iustificaī
homo per solū desideriū, & affectū: postquā
adhibetur totus conatus. vt dictū est. Et hoc
B ostēdit saluator Matt. 18. de illo qui debebat
10 M. talētorū, qui nō habēs vnde redderet
procidens in terrā dicebat: patientiā habe in
me, & omnia reddam tibi. cui dñs dimisit oē
debitum videns solū eius affectum. Itē Luce
7. ille fœnerator dimisit debitum duobus de
bitoribus non habētib. vnde redderent. Ex
quo patet, q̄ Deus non semper respicit nec
quærit effectū, sed in casu acceptat solū affe
ctū cū toto conatu. Et sic iustificatur homo
per solū affectū in tali casu. Et ideo saluator
Mat. 5. non dixit beati, qui faciūt iustitiā: sed
beati, qui esuiūt, & sitiūt iustitiam: q̄ñ ipsi sa
turabūtur &c. Ad cuius intellectū est noran
dū. q̄ ista se habēt per ordinē, s. desiderare, &
esurire, siue sitire, & facere. Vnde desiderare
idē est, quod aliquid cupere vel appetere. sed
esurire vel sitire idem est, quod cū toto affe-
C ctu, & conatu talē rem desiderare, i. cū tali de
siderio ad consequendam rē desideratā totū
conatū apponere. Facere aūt est rem deside
ratā per effectū adimplere. Et sic quis pōt de
siderare aliquā rē, qui tamē non esurit eā, qa
nō apponit vires nec conatū nec quærit me
diū ad consequendū eā, vt aliqs desiderat co
medere pauonē aut caponē, & habet faculta
tē emendi, sed ex auaritia non emit, & sic de
siderat bibere nectar: sed ex auaritia ñ emit.
Ex quo patet, q̄ talis nec esurit pauonē, nec
sitit nectar, qa si esuiret, & sitiret totū cona
tū apponeret ad emendū, sicut q̄ñ quis esu-
rit cibū vel sitit potū simpliciter, totū conatū
apponit ad quærendum cibum, & potū nec
patitur moras quin comedat, & bibat si ha-
bet cibum, & potū præsentem. Ita ergo pari
ter multi desiderant restituere rem ablatam
& habent vnde reddāt, sed propter auaritiā
nō reddunt. Et multi desiderant facere elee
mosinā, & habēt vnde faciāt: sed ex auaritia
nō faciūt, ne eis deficiat in futurū. Itē multi
peccatores desiderant facere pœnitentiā, &
iustificari formidine pœnæ futuræ, sed nō fa
ciūt, ne dimittant rē amatā aut non remittāt
iniuriā. Et iō est signū, q̄ licēt tales desiderēt
iustitiā, tamē nō esuriunt, nec sitiūt iustitiā,
quia nō apponūt totū conatū, nec q̄rūt me-
diū, q̄ qd̄ iustificent: nec faciunt, quod in eis
est postquā habēt rēpus, & locū, & copiā re-
plendi per effectū, tunc solum desiderium, &
esuries, & sitis iustitiæ iustificaret eos. Et iō
non dixit saluator: Beati qui faciunt iusti-
tiam, quia hoc quandoque est impossibile
propter defectum loci, & temporis aut rei
familiaris aut conditionis, & status, & forta
næ: sed dixit beati qui esuriunt, & sitiunt
iustitiam &c. quia hoc vnicuique possibile
est cum auxilio gratiæ, quia talis electmosi-
na non datur de cellario, sed ex affectu, & co
natu voluntatis, vt inquit Aug. in sermone
de martiribus. Et ideo Christus non q̄squa-
rit ab hominibus effectū iustitiæ, sed affectū,
& esuriē, & sitim iustitiæ, quia talis affectus,
& esuries, & sitis iustificandi cōsistit in pote
state, & actu voluntatis, licēt semper cū gra-
tia præueniente, & coadiuuāte, vt dictum est
supra. Hoc ergo voluit dicere Dauid cū di-
xit: Concupiuit anima mea desiderare iusti-
cationes tuas. i. esuriuit, & sitiuit anima mea
iustificationes tuas. i. cum toto conatu desi-
derauit iustificari &c. Vnde videt Dauid, q̄
nō q̄ poterat iustificari, & cōplere præcepta
omnia per effectum, ad minus per affectū,
& esuriē, & sitim iustitiæ petit iustificari cū
riendo, & sitiendo iustitiam, & esurit, & sitit
ad implere diuina p̄cepta, vt par talē esuriē,
& sitim iustificetur. Et ideo addidit. In omni
tempore: quia omnis homo pōt esurire, & si-
tire iustitiā, & adimplere diuina p̄cepta, & fa
cere pœnitentiā in omni rēpore, & loco, & fa
tu, & hoc in affectu, licēt non semper in effe
ctu, vt dictū est. Per supradicta patet resolu
tio ad argumēta Porphyrij, qa præcepta affirma
tiua non obligant hominem semper, & pro
semper

A semper quò ad effectū in casibus prædictis:
sed semper, & pro semper obligant hominē
quò ad affectum, & esuriem. & sitim iustiæ
qa in casu per solū affectū, & esuriē, & sitim
iustificandi iustificatur homo. Et ideo vidēs
se nō sēper volere iustificari ī effectus, ppter
infirmitatē, & corruptionē naturæ. aut pro-
pter supradicta impedimēta, petit iustificari
in affectu, & esurie iustificari ī oī tpe. iō ait.
Concupiuit siue fregit se anima mea deside
rare iustificationes tuas. i. cum toto conatu
desideraūt, & esuriuit iustificationes tuas nō
ad tempus: sed in omni tēpore, & in omni lo
co, & statu. q. d. Esuriuit, & sitiuit anima mea
iustificari, præcepta & mandata. s. tua seruan
do in omni tempore. quia in hoc cōsistit to-
tā iustitia hoīs. s. vt esuriat, & sitiat iustitiam:
eò modo quo dictū est: qa vt sic meretur sa
B turari fruitione cœlesti. Matt. 5. quia ex sola
esurie, & siti iustitiæ meretur saturari præ-
mio æterno, quia Deus nō quærit nisi cor fir
mū, Prouerbiorū. 23. Filli da mini cor tuū. Et
volens iste homo assignare causam & tēpus,
& locum suę infirmitatis, & infortunij dicit.

Increpasti superbos, maledicti qui declināt a mandatis tuis.

O domine, ego incurri & assecutus sum
istā maledictionē, & infirmitatē iusto tuo iu
dicio, quando electus sū à paradiso ex pcto
parentū meorū. Nā tunc increpasti parentes
meos superbos, & ingratos: quādo dixisti ip-
si Adæ. Maledicta terra in opere tuo. Et ideo
maledicti sunt oēs qui declinār à mandatis
tuis, & sic primò fuit maledictus diabolus: qa
ex superbia, & ingratitudine, & rebellione de
clinauit in cœlo. Secundò declinauit à man
C datis tuis Adam cum vxore sua, & sic in-
crepasti eos, & relegasti in ualle lacrima-
rū, & miserię. Et sic declinauit à mandatis
tuis Caim, & ideo increpasti eum, & proiecti
sti à facie tua, vt ambularet per terrā profu-
gus, & stupidus, & tremulus in maledictione
homicidij. Et sic oēs qui declinauerūt à mā
datis tuis, & declināt, sunt maledicti propter
superbiam, & rebellionē, & condēnati ad pœ
nā æternā: nisi per obedientiā, & humilitatē
redeāt ad obseruandū mandata tua. Dicit er
go iste peregrinus. O domine, qa tu increpa-
sti, & punisti superbos patrētes meos: eò, q̄ de
clinauerunt à mandatis tuis: ideo ego descen
dens ab illis primis parētibus superbis, & sic
maledictis. i. illam sententiam, & maledictio-
nē incurrentibus: iure hæreditario traxi illam
sententiā, & maledictionem, & legem mem-
brorum, & corruptionem naturæ. Et sic da-
tus sum in opprobrium, & contemptum, &
seruitutem carnis, & peccati. Igitur.

Auser à me opprobrium, & contemptum, quia testimonia tua exquisiui.

Auser à me per gratiā hoc opprobriū, &
contemptū. & maledictionē: qa nullus pōt
me liberare ab hmōi. & lege, & miseria cor-
poris huius nisi gra Christi. Et dū fuero libe-
ratus, testimonia tua exquiram, & sic ponit
pteritū p futuro. Explicat, quod est oppro-
briū, & qs contēptus eius, & est triplex. Nā
per talē īniam, & maledictionē fuit iste hō
addictus triplici seruituti, & factus seruus tri
bus dominis. s. mūdo, & carni, & diabolo. Nā
hō, qui constitutus fuerat dominus istorū, fa
ctus est seruus eorū. Nam per iustitiā origi-
nalē corpus, & caro erant subiecta aīæ, & sē- E
sualitas rōni, & totus mūdus, & oēs creaturę
elemētales erāt factæ ad seruitutē hominis:
sicut dictū est Gen. 1. Dominamini pisciū, &
volatiliū, &c. Et etiā erat data tanta libertas
& fortitudo, q̄ poterat non solū resistere, sed
ēt dominari diabolo, & fugare eū. Sed ppter
peccatum omnes isti. s. caro, mūdus, & diabo
lus, qui erant serui ipsius hoīs, facti sūt dñi,
& principes eius, trahentes homines quo vo
lunt, & homo factus est seruus eorū. A quo.
n. quis deuictus est, illi seruus addictus est 2.
Petri 2. Et isti tres principes sedent, & loquū
tur, & vexant istum pauperem hominem, &
accusant, & exercent. Et ideo dicit.

Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Etenim. i. certè principes. s. diabolus, & mū F
dus sederunt extra alliciendo, & cōcupiscen
tia, & lex fomitis in membris stimulando.
omnes isti sederunt, & aduersum me loque-
bantur, quia semper me accusant postq̄ vi-
cerūt me. Et sic seruus tuus exercebatur in
tuis iustificationib. cōtra istos tres hostes, &
principes pugnando, ne transgrediar iustifi-
cationes, & p̄cepta tua. Sed in omnibus his
nemo est adiutor nisi frequēs meditatio, &
obseruātia legis tuæ, quæ docet resistere car
ni, & mūdo, & diabolo. Ideo sequitur.

Nam, & testimonia tua meditatio mea est & consilium meum iustificationes tuæ.

Quasi dicat. cum his armis victor existā.
Nota, quòd isti principes, qui sederunt, & lo
cuti sunt aduersum istum hominem mysticū

Universidad de Deusto
Biblioteca

A intelliguntur etiam principes paganorum. scilicet Pharao, & Nabucodonosor, & Antiocus, & ceteri qui vexarunt, & afflixerũt, & exercitarunt populum Dei. Item isti principes primo intelliguntur diaboli: & ex consequenti membra eius: puta tyranni, & impii, qui agunt vt moti, & impulsi à diabolo, qui est caput eorum: vt dictumest in prologo tractatu tertio in octaua regula de intelligẽtia sacrę scripturæ. Nam sicut Xps prius passus est in se à Iudęis, & postea passus est in mẽbris à Iudęis, & tyrannis, & hæreticis: ita diabolus prius per se dat ꝓsecutiones fidelibus tentando &c. & postea persequitur eos per membra sua impellendo malos, vt persequantur bonos: vt ait Augustinus.

DALETH.

Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me
B *secundum uerbum tuum.*

Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

In hoc quarto octonario petit alleuiari à grauitate, & pondere, & defectib. quos anima trahit à corpore in pœnam peccati. Et petit recuperare bona, quæ perdidit, scilicet agilitatem, & facilitatem ad bene operandum, & immortalitatem, & impassibilitatem. Nã licèt anima non moriatur: tamen dolet, & aggrauatur propter societatem corporis, & sic debilitata dicitur quasi mortificata. Iõ petit viuificari ab huiusmodi mortificatiõe, & dormitione: & fortificari à tali debilitatione: & hoc per legẽ diuinã, & gratiã. Dicit ergo. O domine, viuifica me ſm verbum tuum, & ꝑ
C legem, & sacramenta legis tuæ: quã anima mea adhęsit isti graui corpori, quod est quoddam pauimentum terrenum conculcatum, & subiectum tot passionibus, & defectibus, à quo anima grauatur ex inhæsione, & cõiunctione, & consortio eius: quia cõicat cum corpore in doloribus, & passionibus. & iõ viuifica me secundum verbum. i. ſm promissum tuũ: sicut promisisti Abrahę Isaac, & Iacob. Quorũ semen promisisti benedicere. i. ab huiusmodi maledictionibus absolnere, no solũ filios secundum carnem: sed etiam ſm spiritum. i. oẽs gentes. Ego enim annunciaui tibi vias. i. operationes meas, & processum vitæ meæ, & peccata mea, & desideria, & tu exaudisti. Ideo doce me iustificationes tuas, & instrue me viam iustificationum tuarum, & exercebor in iustificationibus tuis: legem, & D
mandata adimplendo. Vnde aduertendum est, ꝙ iste homo mysticus quandoque loquit de præterito, dicens se exercitarum in legeratione Abrahæ, Isaac, & Iacob, & aliorum præteritorum patrum, qui obseruarunt præcepta domini. Et quandoq; rogat, & petit excitari à dormitione, & pigritia bene agẽdi, & fortificari à debilitate quam anima trahit a corpore: vt sine difficultate possit implere mandata, & legem Dei, & dicit.

Dormitauit anima mea præ tedio: confirma
me in uerbis tuis.

Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua
miserere mei.

Viã ueritatis elegi: iudicia tua nõ rõ obliuiscor.

O dñe, anima mea dormitauit, & debilis, & pigra facta est ad bene agendum: & timida ad difficilia toleranda. Et hoc ꝑ tædio, & grauitate corporis. Ideo confirma, & fortifica me in verbis tuis: & in lege q̃ verbis tuis tibi fisti, & amoue à me viã, & inclinationẽ iniquitatis. quia semper inclinatio mea est ire ꝑ viam iniquitatis: & semper tendit ad peccatum. Itẽ lex membrorũ dicitur via iniquitatis: quia est vestigiũ peccati primi parentis in nobis inflictum, & impressum. Ideo postquã lex membrorũ ita vexat me: tu de lege tua & ſm legẽ tuam misere mei. Nã lex tua destruit legẽ peccati. ad Ro. 7. Vel dimitte viã iniquitatis, & lege peccati: elegi viam veritatis: quia iudicia tua non sum oblitus. Imo

Adhæsit testimoniis tuis domine: noli me cõ-
fundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dila-
tasti cor meum.

Ipsam legem tuam in mente habui: & ꝑ
pere seruari in patriarchis, & prophetis, & iustis viris: & adhęsi testimoniis tuis legẽ seruando. Ideo noli me confundere. i. fecundã legẽ peccati, & confussionis iudicare, & punire: quia viam mandatorum tuorum cucurri ſm legẽ tuã dñe, & ambulando cum dilatatãli cor meũ tua gratia, & auxilio. Nã aliter non potuissem ꝑcurrere, nec adimplere viã mandatorum: cum via quæ ducit ad vitam sit arcta, & difficilis. Sed tu dilatasti cor meum, & fortificasti per gratiam tuam, & sic via, quæ erat difficilis, & arcta, facta est mihi facilis, & lata. quia nihil est difficile amanti: quia vires quas imperitia denegat: caritas administrat, secundũm Gregorium homilia 12. Duo enim sunt, qui faciunt opus facile. Primò affectus operan-

A oper antis. Secundò pretium rei adipiscendę. Cum ergo in ꝓncipio huius psal. sit promissa beatitudo: quæ est bonum per se sufficiẽs ambulantibus sine macula in lege dñi: vt possint consequi beatitudinem promissam: Itẽ quia iste peregrinus considerauit se vltra 4. mília annorum peregrinatum fuisse ꝑ legem veterem quærendo Xpm saluatorẽ, & redemptorem: & nouę legislatorẽ omnib. patriarchis, & prophetis in lege promissum: iõ ait. O domine, ego tã adhæsi testimoniis tuis legẽ tuã seruando: ergo veni ad saluãdũ me: qa tam rps est: & noli me confundere, nec frustrari in desideriis, & spe mea. Nã si tu nõ veneris: ego manebo confusus, & irrisus, & subsannatus apud alias generationes: quæ dicunt, & improperant mihi tarditatem tuum, & dilationem tui aduentus: imo dicunt, ꝙ
B frustra expecto aduentũ tuum: vt liberes me de manu eorum. Ergo veni: quia iam satis cucurri, & per agraui viam mandatorum tuorum per 4. Mannotũ: ſm tu dilatasti. i. dilarãdo ad ueniẽdũ. Vnde ista verba dicit propheta in ꝑsona Zacariæ, & Simeonis, & aliorum sãcto rum patrum, qui fuerũt propè aduentũ Xpi. qui maiori desiderio ipsum petebant: vt patet Lucæ primo, & secundo. Et ideo iste octo narius pòt eis applicari. s. ꝙ Simeon fractus longa expectatione Christi dicat cum cœteris sanctis sui tpis O domine Iesu aĩa mea adhæsit pauimento, quia continuè ero ꝓstratꝰ in faciem meam ad pauimentum terrę: rogãdo vt acceleres aduentũ tuum, ergo viuifica me per verbum tuum incarnatum: siue ſm verbum, & ꝓmissionẽ tuam qa à te expecto
C vinificari à morte &c. qa aĩa mea dormitauit iam stupida, & mortificatã ꝓtædio tam lõgę expectationis, & dilationis tui aduentus. ergo confirma me in verbis tuis. i. fac vt sim firmus in tuis promissis: & non habeã despare nec deficere: sed sis verax in promissis. Nã quando impleueris ꝙ promisisti: tũc eo cõfirmatus i verbis tuis. Ergo veni: & uiã iniquitatis amoue à me: pro me pariẽdo. & me in tuę. Nota, ꝙ iste pegrinus ab exilio. & exitu paradisi vsq; ad Xpm: cõpleuit quatuor curmandatis, & documẽtis, & sacramentis legis recundo. Et miserere mei de lege tua. i. de pagratas. s. Aleph. beth, gimel, daleth. Nã ꝑ Aleph significatus fuit cursus naturę, & beth fuus sine status significatos ꝑ quatuor literas curſus circuncisionis, & per gimel legis Moysi, & per daleth cursus ꝓphetarũ: Et sic ambu D lauit ab Adã vsque ad Abrahã per cursũ legis naturę. Et ab Abrahã vsq; ad Moysen ambulauit per literã beth. i. circuncisione, & à Moyse vsque ad Dauid ambulauit ꝑ literã gimel. i. per legẽ scriptã. Et à Dauid vsq; ad Xpm ambulauit per daleth. i. per statũ ꝓphetarũ. A Xpo aũt vsque ad diem iudicij ambulat ꝑ. 18. literas. s. ab ipsa litera he vsq; ad tau. Vnde ista litera de significat. esse, siue vitã: & tau significat signum: ad denotandũ, ꝙ sẽ per ambulat in lege uitæ, vsque quo ꝓueniat ad signũ, & vltimũ terminũ: q̃ est vita æterna: ad quam dirigimus totũ cursũ nostrũ, & omnes operationes nostras: vbi erit finis nostri cursus, & peregrinationis, & vbi erit ges & beatitudo nostra. Sexdecim aũt literæ, q̃ sunt inter he, & tau, per quas ambulat iste peregrinus vsq; ad iudiciũ, sunt sexdecim va E
riæ persecutiones, & asperitates, quas ecclesia passã, & passura est vsque ad Antichristũ. Et ideo postq̃ iste peregrinus ꝑagrauit supradictos quatuor status. s. legis naturæ, & circuncisionis, & legis scripturæ, & prophetarũ: iam quærit, & petit statum legis euangelicæ, & viuificantis ad vitam æternam per gratiam, in sequentibus. 18. octonariis.

HE.

Legem pone mihi domine uiam iustificatio-
num tuarum, & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legẽ tuã
& custodiam illam in toto corde meo.

In hoc quinto octonario præponitur litera he. Vnde postquàm iste peregrinus pe- F
grinatus est ab Adam vsque ad Xpm ꝑ quatuor millia annorum: & pagrauit totã legẽ Moysi: & vidit, ꝙ in ea non potuit iustificari: nec proficere, nec per eam recuperare beatitudinem, quam ꝑdiderat: ideo petit a xpo legem euangelicam: in qua credit iustificari, & recuperare felicitatem regni cęlorum quã ꝑ pctũ perdiderat, & ideo duo facit. Nam ꝑmò petit ꝓfici ꝑ legem in secundò petit diligi, & adiuuari per eam contra ꝓsecutores. ibi: Defecit in salutare. Ad primum est notãdum, ꝙ lex euangelica tripliciter iustificat, & facit hominem dignum vita æterna. Primò ꝑ fidem, inquantum credit Iesum xpm esse verum Deum, & hominem, et redemptorẽ totius generis humani Messiã in lege promissum. Secundo iustificat ꝑ caritatẽ perfectam erga Deum, et proximũ. Tertio ꝑ spẽ, inquantum contemptis rebus terrenis ponit

& con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & constituit finem suum in celestibus a xpo promissis, & sic non operatur propter aliqd præmium temporale:sed propter vitam eternam promissam. Tria ergo facit.Nam primo petit iustificari per fidem euangelicam, & ecclesiastica sacramenta, secundo p spem & caritatem.tertiò agit gratias se per euangelicam legem fuisse iustificatum. Secundum: ibi.Memor esto.tertium ibi.Bonitatem fecisti. In quibus tribus partibus continentur sex octonarii. quorum primus scribitur per he:quod significat iusta:secundus per vau,p significat in ipsa.In tertio octonario ponitur zai:quod significat viuit. In quarto preponitur het: quod significat viuens, quasi dicat, quòd in sua lege euangelica, & per istam viuit omnis viuēs per gratiam.& quòd ista lex euangelica iustificat ad vitam æternā, vt patet per totum discursum epistolæ ad Roma
B nos,& Galatas,& ad Hebræos. Quod videns iste peregrinus dicit ad Christum. O domine,postquàm tantùm laboraui in leg. vete. & per ipsam non possum iustificari,& peruenire ad verā beatitudinem,nec ita perfici,vt reddar sine macula:ergo pone: & fer. & statue.& promulga mihi legem nouam,scilicet euangelicam,scilicet viam iustificationū tua rum:quia ipsa est via ad iustificādum hoiem & reddendum ipsum dignum æterna beatitudine.Et cum dederis mihi: ego exquiram eam sp corde,& opere.Sed quia tali legi nō potero adhærere firmiter nisi per donū intellectus:ideo da mihi intellectum p fidem', & scrutabor legē tuam, & custodiā illam in toto corde meo,quia si bene credidero,& bene intellexero legē:bene seruabo, & custodiam eam.Et notanter dicit. Custodiam illam in
C toto corde meo.ad differentiā legis. ve.quæ non prohibebat animum:sed manū: & actū sed ex euangelica non solummodo iustificat actum,sed & cor,& propositum,& voluntatem.vt patet Mat.v.Et ideo sequitur.

De duc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Id est toto corde desideraui. quasi dicat. Ego bene vellem ire in semita mandatorū: sed non possum meis viribus,nisi tu duxeris me. Sed quia habeo appetitū peruersum ad malum:vt dictum est:ideo

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquium tuum,in timore tuo. D

Inclina cor meum in testimonia tua:scilicet inclines,id est inclinare permittas i auaritiā. Item quia non solum appetitus meus est p uersus in auaritiam:sed etiam in superbiam, & vanitatem,& appetitum dominandi.ideo auerte oculos meos ne videant hanc vanitatem ambitionis. sed viuifica, & rectifica me in via,& lege tua, & statue mihi seruo tuo & imprime eloquium,scilicet legem tuam à te probatam in timore tuo.quasi dicat.Confirma me in timore tuo filiali per legē tuam, quæ dicit:Dñm Deum tuū timebis &c. Nā si fuero statutus,& confirmatus in tuo timore:tunc abijciam omnem concupiscentiam carnis,& omnem superbiam,& auaritiā.quæ regnant in mundo: & impediunt hominem ad seruandam,& custodiendam legē. Et nō
E solum me custodias à supradictis:sed etiam

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum:quia iudicia tua iucunda.

Amputa,& aufer peccatum,& opprobriū quod suspicatus sum,ideſt per quod suspicor & vereor apparere ante homines,& suspicor & vereor pœnā eternam:per quod sum mortuus,& priuor vita æterna-Ergo amputa, & aufer hoc opprobrium per sacramenta legis tuæ,quæ purgant,& delent pctū,q a iudicia Dei sunt iucunda,quasi dicat.Ego per pctā & culpam,quæ dicitur opprobriū,& malefactio,suspicabar,& verebar venire in tristes,& crudeles pœnas. Sed tu amputa hoc opprobrium per iustitiā tuā.s.per tuā legē iustificatem,& per sacramenta quæ sunt iucunda, & salubria.Et ponūtur hic iudicia pro sacramentis legis.nam p sacramenta Xps mutat iudicium: quia peccatorē, qui iudicatus erat ad
F mortē,reuocat ad vitā satisfaciendo pro eo, & dādo ptiū sanguinis.iō uocat talia iudicia i ucunda:quia vitificant hoiem, & de morte ad vitā reuocant.& cōmutant.Ideo sequitur.

Ecce concupiui mandata tua:in æquitate tua viuifica me.

Ecce,id est propter hoc concupiui mādata tua,id est legem tuam euangelicam.Iō in æquitate tua viuifica me:non in mea æquitate siue iustitia:sed in tua.Et exaudi me in tua iustitia:& non in mea,quæ nulla est. iō non intres in iudicium cum seruo tuo:sed vitifica me in tua iustitia,& lege sacramētorum, quæ habet vim viuificatiuam,& sanatiuam, & amputatiuam peccatorum,& vitiorum,& opprobriorū. Petit ergo iste bonus hō legē euan-

A euangelicā,quæ habet vim viuificatiuā,& sanatiuā,& inclinat cor ad largitatē, & deuiat ab auaritia &c. Est ergo lex euāgelica viuificatiua:intelligentiæ largitiua:in viam Dei & iustitiæ:ad bonum, & misericordiam ab auaritia,& vanitate superbiæ auersiua: in timore Dei confirmatiua: opprobrij amputatiua: & in ipsa æquitate, & iustitia renouatiua, & iustificatiua,quæ sunt septem fructus, & proprietates fidei,siue legis euangelicæ p fidē. Primo ergo iste petit legē euangelicā in cōi ad iustificandum,& in speciali petit intellige re eam per fidem,siue petit fidem ad intelligendam legem,& perseruandam. Ex cuius intellectu colliguntur supradicti septem fru
B ctus ex lege euangelica.Vnde nota,q lex euangelica non solum abstulit opprobriū peccati,sed etiam opprobrium, & iugū leg.vet. & onus importabile. Cum ergo Dauid præ undisset in spiritu ab vtroque opprobrio non aliter quā per legē euangelicā fore se absolūendū.iō petit eam, et petit tale opprobriū tur & concedebātur propter duritiā illius populi,quæ sunt opprobria:pura vsura,auaritia,libellus repudii &c. Quæ oīa abiicit lex euangelica,quæ non continet nisi præcepta suauia,& inculpabilia.& portabilia.Ideo hāc petit Dauid.Ex dictis in hoc octonario patet pfectio, & supereminentia legis euangelicæ supra le.ve.Nam ista iustificat totum hominē interius, & exterius, & quò ad voluntatem, & factum,& quò ad Deum, & proximum,& prohibet omnem auaritiam, & vsuram non solū cum suis,sed & cū extraneis,quod nō fa
C ciebat lex vetus.Ex supradictis etiā patet, q alia lex erat danda, & aliam legem petit hic Dauid præter legē Moysi: p quā expectabat iustificari:quia iam ipse habebat legē Moysi, quæ solum dirigebat cultores suos in Xpm per quē,& per cuius legem nouā expectabat iustificari, & dirigi in æternā beatitudinem cœlestem, quam Adam perdiderat per peccatum. Hanc ergo legem euangelicā petit à Christo Dauid in hac parte.

V A V.

Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

In hoc sexto octonario desiderat proficere in fide, & iustificari per ecclesiastica sacra
D menta. Nam lex euangelica non solum dat præcepta,& mandata iustitiæ:sed etiam salutaria sacramenta,quæ non solummodò iustificant a peccato, sed etiam conferunt gratiā gratificantem ad vitam æternā, et conferūt dona spūsctī adiuuatiua, & roboratiua virtutū teologaliū. Vnde in oībus his petit perfici, & perficere in hoc octonario p aductū: Ideo dicit.O domine pater, veniat super me misericordia tua, & salutare tuū,qui est Xps: & hoc secundū eloquiū.i. promissionē tuā sicut promisisti patribus ve.te. Et et veniat su per me misericordia tua.i.remissio peccatorū.q datur p sacramenta baptismi, & pnitētiæ.Et veniat super me salutare tuū.i.sanitas meorū languorū spiritualiū, quia ecclesiastica sacramenta remittunt pœnam, & sanant à culpa,& gratificant ad gloriam, & ideo in uocat Christum:ut conferat sibi sacramenta salutaria remissiua per legem euangelicam. Et conferat etiam sibi omnes virtutes teologales, per quas defendat veritatē euāgeli- E
cā,& confirmet eum in eis. Et iō sequitur.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum quia speraui in sermonib. tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaq: quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiam legem tuam semper,in sæculum, & in sæculum sæculi.

Similiter me cōfirma in fide,& cæteris virtutibus teologalibus,& ne auferas vsquequa que, id est in æternū verbū veritatis de ore meo, quia in iudiciis tuis supersperaui. Et tunc respondebo cum audacia infidelibus exprobrantibus mihi verbum, & confessionem, & prædicationē meam. Ideo da mihi sapientiam ad defendendam legem coā ex probrantibus, quia semper speraui in sermonibus tuis,quia dixisti. Dum fueritis ante re
F ges, & præsides &c. Dabitur.n. vobis in illa hora quid loquamini &c. Et ideo ne auferas de ore meo verbum veritatis,&c.& sic custodiam legem euāgelicam non ad tempus sicut custodiui legem veterem, sed semper in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine:quia mandata tua exquisiui.

Ambulabam, ideſt ambulabo in latitudine.i.in securitate sine timore,sicut ille,qui vadit per cāpū planū, & latū sine metu,& difficultate,& hoc quia mādata tua exquisiui.

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum,& non confundebar

Et meditabar de mandatis tuis,quæ dilexi.

Loquebar cū audacia i cōspectu regū manifestādo legem tuā, & confitendo te coā homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hominibus,& non confundebar, quia cõfirmatus eram in fide. Et vnde hoc? Quia.s.me dirabar in mandaris tuis,quæ dilexi : in quibus dixisti. Non enim vos estis,qui loquimini,sed spiritus patris,qui loquitur &c. Et sic nõ solũ prædicaui legẽ tuã in cõspectu regũ, &hominũ ore,sed ẽt opere adimplẽdo. Nã

Et leuaui manus meas ad mandata tua, quę dliexi, & exerceborin iustificationibus tuis.

Leuaui manus meas.i.operationes.i. opera manuũ mearũ ad mãdata tua. i.secũdum mãdata tua,quæ dilexi. Et sic opere adimplẽdo exercebor in iustificationibus tuis, quia fides sine exercitio,& operibus mortua.q.d. in toto isto octonario: Veniat mia,& saluta re tuũ super me,& confirmet me in fide, & ne auferas de ore meo verbũ veritatis, sed da mihi os ad loquẽdũ. Et tũc respõdebo in
B fidelibus exprobrantib.mihi verbũ, & custodiã legẽ mã semper,& ambulabo in latitudine securitatis,& loquar in conspectu regũ,et principũ sine cõfusione,& operabor,& exercebor in iustificationib tuis. q.d.q istiquinque fructus nascuntur, & sequuntur ex fide confirmata. Vel fortè possumus dicere,q in hoc sexto octonario petit iustificari p caritatẽm,quæ per fidem diligit Deum,& pximũ, quæ quidẽ caritas per latitudinẽ intelligitur, quia ad omnia se extendit ẽt ad diligendũ inimicum. Vnde dicit. Et veniat mia tua sup me caritatem infundendo &c. Et tunc armatus fide,& stimulatus p caritatẽ respõdebo exprobrãtibus mihi verbũ &c. Quia caritas foras mittit timorẽ &c.& sic ambulabo in latitudine caritatis,quæ nihil timet, & loquitur in cõspectu regum sine confusione ;p lege Christi. Et meditabor in mãdatis tuis ea,
C quæ ex caritate dilexi,s. Deum, & proximũ, & leuaui manus,& opera ad mãdata tua,quę ex caritate dilexi,& sic exercebor &c.

ZAIN.

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spendedisti.

In hoc septimo octonario petit perfici, & iustificari per spem,quæ præcedit caritatem in operando, licèt sequatur eam in affectu: vt dictum est. Vnde spes est habitus quo animus siue voluntas subleuatur à terrenis ad constituẽdum finem in summo honor amato: & sic spes hęc habet quatuor effectus. Nam primo subleuat voluntatem à terrenis mundana contemnendo. Secundò facit eam constituere finem suum in summo bono amato. Tertiò facit ipsam operari propter illum finem,& non propter alium: nec propter aliud. Quartò exhibet ei patiẽtiã in mora,& tarditate,si illico,& in hac vita differatur possessio,& acquisitio finis,q est Deus,& vera beatitudo. Ex his sequitur,q latioris,& maioris ambitus est fides quã caritas, & caritas quã spes. Nã plura credimus quã diligimus, nã nos credimus bona,& mala ? lege meo rata.s. Deũ esse summum bonũ,& omnipotẽ,creatorẽ cęli,& terræ, & diabolũ cecidisse in æternũ puniẽdũ,& infideles,& legis transgressores impœnitẽtes in ęternũ cruciãdo,& th.ex caritate non diligimus nisi Deum, & proximũ. Item diligimus Deũ,& pximũ. & tamẽ nõ ponimus spẽ,& finẽ nostrũ in solo Deo,& vera beatitudine. Item sequitur, q
D diffinitio spei, quæ datur à magistro nõ est sufficiens. nec euacuat nostrũ propositũ spei, cũ dicit,q spes est expectatio futurę beatitudinis,ex gra,& meritis præcedentibus. Nam habitus infusus spei nõ sequitur meritũ: imo præcipit: imo est causa merẽdi: quia intantũ meretur quis inquantũ operatur p spẽ nõne summi boni : quia si spes non subleuaret ad operãdũ propter solũ Deũ,operator nõ meretur. Nã sicut actus moralis non est dignus laude nisi proueniat ex habitu morali : ita operatio nõ est meritoria beatitudinis: nisi p
E ueniat ab habitu teologico.s. fide,spe,& caritate. Qui quidem habitus semper est iunctus & inseparabilis à gratia gratificãte. Iõ actus spei nõ est propriè expectare,sed sperare,q̃ idem est,qđ vltimatũ finem in Deo cõsistere. Et ex hoc sequitur meritũ iustificãs, & dignificãs hoiem ad beatitudinẽ æternã consequendã. Iõ Dauid cupiens perfici,& iustificari,& subleuari per spem ad cõstituendũ finẽ
F suũ in solo Deo,petit Xp̃m in lege ,p̃mittũ, qui erat legem cuãgelicã laturus:q per spem cũ fide,& caritate nos erat iustificaturus.hę anagogicè petit etiã beatitudinẽ promissã quã per spẽ sumus assecuturi, & nõ dicit in persona totius corporis mystici. O dilectissime filiũ tuũ,& memor esto verbi.i. promissionis tuæ factæ seruo tuo Abrahę,cũ dixisti. In semine tuo bñdicẽtur oẽs gẽtes. Et dixisti ꝑ Iacob. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda &c. Iuda mihi beatitudinẽ,quã ꝑmisisti olim Abrahę,& semini eius,cũ dixisti Gen 15. Suspiciẽ cęlũ,& numera stellas &c.sic erit semẽ tuũ. q.d. Sicut stellæ sunt in magno numero fixæ in cœlo stellato,sic erit semẽ tuum,& filii ꝑ

A missionis in cœlo empyreo collocati: in quo verbo,& promisso spem dedisti mihi seruo tuo: per quã ipsem ego statui finem meũ vltimatum in illa promissa beatitudine. Veniat ergo Messias,qui per fidem,& spẽ, & caritatem mihi est datur⁹ hac beatitudinem. Itẽ esto memor ueribi tui,quod dixisti in principio quando me de paradiso eiecisti,& in hãc peregrinatione emisisti. s.p mitteres filiũ tuũ in cãrnẽ de mea progenie,ut redimeret me, & reduceret in beatitudinẽ,amissam, in quo verbo,& promissione dedisti spẽ mihi seruo tuo, sub qua spe ego peregrinor,in hac uia. ergo mitte ipsum primo in cãrnẽ, & postea in gloriam.

Hæc mi consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum uiuificauit me.

Hoc ostendit effectus,& fructus,& prophetia spei. Nam primò consolatur propter præsentem promissi m. Secundò fortificat contra impedimenta. Tertiò pellit timorẽ, & defectũ. Quartò lætatur in aduersis,& exercita
B tur in eis. Quintò cum patientia, & æquanimitate tolerat morem finis consequendi. Iõ in hoc septimo octonario memorat primos quinque fructus ipsius spei. In sequenti vero: ibi. Portio mea. memorat sextum fructum. Dicit ergo primo. Hæc.s. virtus spei cõsolata est me in humilitate, & persecutione mea,quia semper consolatur in aduersitate: cò.q offert præsentium finis añ oculos,& reddit laborem facilem, ideo sequitur: Quia eloquium i. promissum tuum viuificauit me dãdo vires in aduersis.

Superbi inique agebant usquequaque, a lege autem tua non declinaui.

C *Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine, & consolatus sum.*

Item dedit mihi spes fortitudinẽ contra superbos persequentes me. Nam cũ superbi agebant iniquè vsquequaque. i. aliquãdo vel semper, tunc in virtute spei à lege tua, non declinaui. i. licèt superbi semper agerẽt iniquè contra me,añ de lege tua nõ declinaui. Et quare non declinaui à lege tua ? quia memor fui iudiciorum tuorum à sæculo. i. quæ à principio vsque nunc fecisti. Nam licèt ad tempus permiseris iustos vexari à malis: tamen in fine liberasti eos sperantes in te : & punisti psequẽtes eos. sicut pater de Pharao & Anticoco. Et sic cum tali spe consolatus sũ.

Defectio tenuis me pro peccatoribus derelin-

quentibus legem tuam. D

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.

Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

Item spes dedit mihi tertium fructum, qui est gloriari in aduersis, & mittere foras timorem. Nam defectio,& timor mortis tenuit me aliquando pro peccatoribus derelinquentib.legem tuam: qui mihi mortem comminabantur. Sed propter spem cantabiles mihi erant iustificationes tuæ.i. cum alacritate considerabam legem tuam,vbi precipis,& dicis,q beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,& q merces eorũ copiosa est in cœlis. Et ideo ista lex erat mihi cantabilis,& præstabilis in hoc loco pere- E
grinationis meę.s.in hac vita,& in hõc tẽpore persecutionis. Et sic memor fui nominis tui in nocte aduersitatis, & persecutionis in fideliũ,& malorũ,& cum spe custodiui legẽ tuã,& hæc nox,& persecutio siue aduersitas facta,& data est mihi à tirannis,& infidelib. seu prauis hominibus: eò, quòd iustificationes tuas exquisiui. i. quia uiuebam iustè ꝛm legẽ tuã,& eram dissimilis vitæ, & moribus eorũ. Etiam, qa confitebar Christum coram hominib. & defendebam legem eius: iõ inferebant mihi vexationes,& tormenta : sed in virtute spei omnia tolerabam. Vnde cantabiles erant iustificationes,& præcepta Dei apostolis: quando ibant gaudentes à conspectu concilij,& se dignos reputabant pro nomine Iesu à Iudæis,& cæteris contumeliam pati. Quia tunc cantabant,& prædicabant le- F
gem,& præcepta Christi,dicentes. Obedire oportet Deo magis: quã hominibus. Actuũ 4. Item præcepta veteris legis fuerunt onerosa,& flebilia vsque ad Christum,sed præcepta,& iustificationes legis euangelicę sunt cantabiles: idest delectabiles,& faciles,& suaues fidelibus Christianis.

HETH.

Portio mea domine, dixi custodire legem tuam

In hoc octauo octonario ponit quartum effectum siue fructum spei,qui est cũ patiẽtia tolerare longitudinem, & moram beatitudinis promissæ. Nã spes patientiã operatur,vt ait Iacobus cap.1. Dicit ergo: O domine,quia es portio mea,& hæreditas mihi promissa. ideo dixi, ideſt statui cum patientia,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A longanimitatem custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Et sic nō diffidens de promisso, licèt differatur, deprecatus sum faciē tuā in toto corde meo sine intermissione: et nō auferas ꝓmissum. Ideo miserere mei beatitudinē cōferendo secundùm eloquium, & promissum tuū, quia ꝓp hoc cogitaui dirigere vias meas ad te conuerti pedes meos, idest operationes meas in testimonia tua. i. direxi opera mea ad te tanquàm in finem vltimatum: qui est terminus effectus, & proprietas spei.

Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.

Et ideo licèt differatur mihi ꝓmiū: tñ paratus sū, & nō sum turbatus: nec desperaui, B vt custodiā mandata tua: imo cum patientia spero, & tolero morā, & non desisto laborare, & custodire, & obseruare legem tuam.

Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ.

Item licèt funes, & laquei peccatorū, & vitiorū, & tentationū siue persecutiones hominū ꝓctorum circūplexi sunt, & circūdederūt me: tñ legem tuā nō sum oblitus, postq̄ sum per spē subleuatus, & radicatus ore, & opere obseruando, ratione promissæ beatitudinis. Et sic in cōtinua oratione perseuerādo media nocte surgebā ad confitendum tibi, matutina officia celebrando: & ibi in officio nocturno recitabam iudicia iustitiæ tuæ, legendo gesta. n.o. & vet. test. vbi scribuntur, & le- C guntur iudicia tuæ iustitiæ. s. miracula, & punitio malorū, & præmia bonorū, quæ sunt iudicia iustitię tuæ in vtroq; test. contenta.

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua

Etiā sic legēdo, & imitando opera iustorū, & vitando iniquitates prauorū factus sū particeps oīum timentiū re: & custodientiū legē tuā. Tota. n. lex tua consistit in duob. s. ī declinādo à malo ꝓp timorē pēnę, & in faciēdo bonū, & custodiēdo legē ꝓp spē beatitudinis. Iō per spē nō sū factus particeps malorū nec similis: sed timentiū, & custodiētiū legem tuā propter spem: nā mādata tua iubent bene agere propter spem: sed præcepta prohibēt mālum fieri propter timorē pēnę.

Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

Cōcludit ergo, dicēs. O dñe Iesu Christe: quia per aduentum tuum, & dationem legis euangelicæ plena est terrā misericordia tua: qa oī violēti, & pulsanti, facis miam ꝑ sacramenta ecclesiastica remittēdo culpā, & largiēdo gratiā in ꝑsenti, & beatitudinē in futuro in virtute spei, quæ ꝑsupponit fidē, & caritatē assentiuā: iō iustificationes tuas doce me: vt possim cōsequi beatitudinē. Sunt ergo fructus spei: cōsolatio siue gaudiū in æternū vigor, & audacia cōtra superbos: pulsio timoris, & supplementū defectus: lætitia in ꝑsecutionibus aggressus terribiliū, exercitiū in aduersis: diligere opera in Deū, patienter tolerare mōtia, statuere finē in Deo: cōtinua deprecatio: participatio iustorū. His fructibus sequuntur beatitudo, & hos perit iste homo in duobus octonarijs supradictis. Et hos fructus spei enumerat, apostolus ad Gal. 5. licèt sub alio ordine, & vocabulis, & vocat eos fructus spiritus &c. Bñ merito ergo isti octonarij supradicti scribunt ꝑ ordinē in principio cuiuslibet versus literis hebraicis. s. he quæ interpretatur vita. vau, quę interpretatur in ipsa zai, quę interpretatur viuit, & het, quæ interpretatur viuens. q.d. q̄ in ipsa. s. fide, & in ipsa. s. spe viuit omnis viuens in gratia. i. in vita spirituali.

THET.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.

Bonitatem & disciplinam, & scientiā doce me, quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum ego custodiui.

Hic petit ꝓfici, & iustificari ꝑ caritatem euāgelicā, & iō iste nouus octonarius scribit ꝑ literā Thet. qđ signat bonū. Et sequēs octonarius scribit ꝑ literā iot. qđ signat principiū. q.d. q̄ caritas euangelica de qua agitur in his duob. octonarijs, est bonū, & optimū principium omnis meritoriæ operationis. Ad cuius intelligentiam est notādum, q̄ in hoc differt caritas euāgelica à caritate legali. Nam illa præcipiebat diligi amicū, & permittebat habeti odio inimicum. Sed ex caritate euangelica præcipimur diligere amicū & orare pro inimicis, & benefacere eis, quoderunt nos, & per consequens præcipit diligere vtrunque. s. amicum propter nos: & vtrunque propter Deum. Ex quo patet quod sola caritas euangelica reddit hoiem bonū: eo

A eò q̄ iustificat voluntatem, & per consequēs torum hominem. Vnde sicut homo dicitur verus per fidem, & rectus per spem, inquantū intendit verum, & rectum. & bonum finita dicitur bonus per caritatē: quæ perficit, & eleuat voluntatē ad bene operandū. Nā ho dicitur bonus moraliter: & meritorius à bonitate voluntatis, & iō iste peregrinus in hoc oct̄nario petit iustificari per caritatē euangelicam. & sequenti octonario petit in ea confirmari ibi. Manus tuæ. Quantū ergo ad primū dicit. O dñe: tu fecisti bonitatē cū seruo tuo: conferendo ei euangelicam caritatem, & faciendo ipsū bonum per eā secūdū verbum. & promissum tuū: quia promisisti ꝑ Hieremiā, & alios ꝓphetas dare legē scriptā in cordibus hominū. i. iustificantē, & proficiētem corda hominū. Et nota. q̄ hic ponit ꝑte B tisi indicatiui pro imperatiuo siue optatiuo. i. fac bonitatē cū seruo tuo conferēdo ei eā caritatē euangelicā: quæ reddit, & facit hoiem bonū totaliter, & perfectè, & iō sequitur. Bonitatē, & disciplinā. & scientiā doce me. s. vt sciā in quo consistit vera disciplina: q̄ est cari- tas, & scientia disciplinabilis ad recipiēdū, & obseruādum præcepta caritatis. Iō sequitur. Quia mandatis tuis credidi. q.d. Da mihi ea vitatē, & disciplinā, vt seruē mādata tua: quia eis credere intendo. Nā talia mandata, & ꝑcepta data sunt mihi ad cohibendū peccatū. Nā priusquàm hūiliarer. i. priusquā punirer ego deliqui, mādata & præcepta tua trāsgrediendo siue præuaricando: propterea eloqui um tuum custodiui. id est custodire intēdo, ne iterum incidam in talem sententiam.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

C *Multiplicata est super me iniquitas superbo rum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.*

Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego uero legem tuam meditatus sum.

Ergo postquàm bonus es tu per amorem & dilectionem essentialiter: ideo doce me iustificationes tuas in bonitate tua. Et hoc ad perferendos incursus superborum Iudæorum: qui noluerunt venire ad fidem euangelicam, & caritatem: sed manserunt in sua obstinatione. Vnde quia ego secutus sum fidem euangelicam multiplicata est super me iniquitas superbonum obstinatorum Iudæorum. Ego non timebo eos: imo in toto cor de meo scrutabor mandata tua in lege euangelica contenta: & seruabo ea, & per consequens orabo pro eis vt cōuertantur. Sed coagulatum, & obduratum est cor meū sicut lac quod coagulatur ī caseū: & sic manēt obstinati: & cęci, & obdurati. Ego vero legē tuā mediatus sū: in ea diè ac nocte contēplādo. D

Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. (*argenti.*

Bonū mihi lex oris tui: super millia auri, &

Bonū ergo fuit mihi, quia humiliasti me ad credēdum, vt discam iustificationes tuas: & euangelicas operationes. Item lex euāgelica oris tui fuit mihi bonū. i. multò melius super millia talenta auri, & argenti. q. d. Ad maius prætiū reputo intelligere, & seruare legem euangelicam, quæ data est ab ore tuo quàm omnia pōdera auri, & argenti. Vñ nota. q̄ lex vetus continet legem Moysi, & prophetas. Vñ tàm doctrina Moysi q̄ prophetarū est reuelata ꝑ angelos. sed lex Moysi tradita est mō obscuro sub quibusdam velaminib. doctrina vero ꝓphetarū reuelata ē magis clarè. Et iō per argentū intelligit prophetā legem Moysi. & per aurum intelligit doctrinā propherarum. Sed quia lex euāgelica tradita est nobis immediatè ab ore Christi, qui est verus Deus: ideo est melior absq; cōparatione quàm lex Moysi, & doctrina prophetarū. & ideo dicit Dauid. O Christe, bonum mihi lex oris tui, id est melior est mihi lex euāgelica oris tui super millia auri, & argēti, id est quàm mille leges Moysi, & ꝓphetarum. Et hoc multiplici ratione. Primò ratione dignitatis, quia tuo ore immediate ꝓlata, & predicata: & in cordibus hominū scripta. Secundo: quia liberat à iugo seruitutis vet. le. Tertiò: quia iustificat, & mundificat à pctō. Quartò: quia reddit hoiem bonū: eò, q̄ F non solummodo iustificat actum, sed ēt proposito, & volūtatē. Quintò: quia gratificat ad vitam æternam. ergo nulla alia doctrina nec lex est ipsi comparanda. Ergo melior est mihi lex oris tui euangelica super millia auri, & argenti vet. le. postquàm illa non poterat me iustificare.

I O D.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

In hoc decimo octonario petit confirmari in fide, spe, & caritate per gratiā, & intātū perfici, vt reddatur īmaculatus, & aptus ad beatitudinē promissā. Vñ est notādū secundùm Augu. in libro de libero arbitrio, quòd

duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

duplex est gratia: vna præueniens bonam voluntatem: & alia subsequens. Illa gratia præueniens præcedit humilitatem: quia humiliat hominem ad audiendam legem Dei. Ex cuius auditu sequitur fides; & credit homo. Ex fide sequitur caritas: & ex caritate affecta sequitur spes: & ex hac sequitur caritas: quæ per fidem, & spem incipit operari: Sed ista non potest operari: nisi per gratiam subsequentem, & ideo subsequens est triplex secundum eundem Augustinū. Nam quædam dicitur incipiens: alia proficiens: alia perficiens. Nam licèt quis per gratiam præueniatur: & illa nō subsequatur, nunquàm incipit. Et licèt incipiat per gratiā subsequentē & illa gratia non prosequatur: sed deficiat post inceptū, nunq̄ homo proficiet, & si in proficiēdo deficiat, nunq̄ proficiet. Est ergo necessaria homini ad consequendam beatitudinem gratia præueniens, & incipiens, & proficiens & perficiens. Vnde Aug. vbi supra Cooperādo Deus in nobis perficit quod cooperando incipit. Gratia autem incipiens, & proficiens bene cōceditur, q̄ est eadem, & gratificat: nisi q̄ habet suos gradus. Sed dubitāt aliqui de gratia præueniente, & monente ad credēdū: si est eadem cū operatione. Sed non est dubium quin humilis sit comes cum omni gratia. Nam gratia præueniēs primò mouet ad humilitatem: vt audiat legem, & disciplinā, vt dictum est ex qua sequitur fides. & sic credit humilis simul cum gratia in incipiendo & operando, & perficiendo. Et ideo quia iste homo petit superius iustificari per legē euāgelicam: puta per fidem: & caritatem, & spē: & humilitatē, ideo in hoc decimo octonario petit perfici, & continuari per gratiam, quæ est principium, & finis totius legis euangelicæ: & reddit hominem perfectē iustū, & immaculatū, quod principaliter petitur in hoc psalmo. Dicit ergo. O domine da mihi intellectū, vt discā mandata tua: quia manus tuæ fecerūt me, & plasmauerunt me ad imaginē tuam. Nam tu me fecisti ad imaginem tuā dando intellectum, & memoriā, & voluntatem: vt omnia intelligerem, & cognoscerem: sed ex peccato peruersus iudicaui bonū malum: & malum bonum. Et sic perdidi viam eundi ad veram beatitudinem ad quam me creasti.

Qui timent te videbūt me, & lætabuntur, quia in verba tua superspe rani.

Da ergo mihi intellectum, i. veram intelligentiam, vt discam mandata tua, & viā se- D
cundùm legem tuam: & tunc qui timēt te videbunt me ambulantem in via iustitię, & ex caritate lætabuntur: quia caritas congaudet de bono proximi: & non gaudet sup iniquitate. cōgaudet autem veritati. j. ad Corin. 13. & Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrum qui in cœlis est. Fac ergo hoc: quia in verbā, & ꝓmissa tua supersperam. Et lætabuntur etiam timentes te: eo ꝙ superspauerim. i. valde speraui in verba & promissa tua.

Cognoui domine quia æquitas iudicia tua: & in ueritate tua humiliasti me.

Et da mihi intellectum: quiā non peto cū superbia: sed cum humilitate. Nā ego cognosco, q̄ iuste punisti me in Adam, quia iudicia tua æquitas, idest iusta, & æqua sunt, nulli facies iniuriā. Ideo cognoui, q̄ in veritate tua, & iustitia humiliasti me: & punisti me à para, diso eijciendo: & pœnalitatibus, & passionibus, & infirmitatib. & ignorantię subijciendo. E

Fiat misericordia tua, vt consoletur me secundū eloquium tuum seruo tuo

Fiat ergo misericordia vt consoletur me saluatorem mittendo, & benedictionem, & gratiam largiendo, quam ego ſpo secundū eloquium, & promissionē sāctam seruo tuo Abrahæ, & Isaac, & Iacob, & Dauid

Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam, quia lex tua medi atio mea est.

Veniant mihi miserationes tuæ, scilicet euangelica prædicatio, & sacramenta ecclesiastica, & passio, & resurrectio, & vitā per istas miserationes, quia prębebunt mihi vitam spirituale per gratiam: quia propter hoc lex tua meditatio mea est. Nam semper meditor, & contemplor in lege tua expectādo humānā gratiam. Et tunc in aduentu tuo per gratiam legis euangelicæ. F

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me, ego aũt exercebor in mādatis tuis

Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua.

Confundantur Iudæi superbi, & obstinati & cæteri infideles: quia iniustè iniquitatem fecerūt in me persequendo me: & affligendo. Ego autem cum tali persecutione exercebor in mandatis tuis: & virtus in infirmitate perficitur. Et licèt superbi, & obstinati confundantur: tamen aliqui ex Iudęis timentes te conuertantur mihi: & oēs qui nouerūt. i. cū humilitate audire voluerūt, & crediderūt legi ꝛng

Hoc dicit: q̄ multi ex Iudæis credētes cōuersi sunt ad fidem Xpi ꝑdicatione apostolorū: vt patet Actuum 2. & 3. Quia in vna die conuersi sunt circiter. 4. millia. Et concludit iste homo quod principaliter intendit, dicens. A

Fiat cor meum immaculatum in iustificatio nibus tuis: ut non confundar.

Fiat cor meum immaculatum: vt non cōfundar in morte æterna: sed per obseruationem legis consequar vitam æternam Nā tu dicis, q̄ soli immaculati sunt beati per obseruantiam legis, & ambulando sine macula in lege domini. Ergo fiat cor meum immaculatum q̄ gratia tuā. Petit ergo in hoc octona ad ꝓficiendum intellectum. Secūdo miam, & superbi, & obstinati confundantur. Quartò, vt humiles, & timentes Deū cōuertantur ad fidem Christi. Quintò, vt conscientia, & tota anima sit sine macula, & iustificetur per gratiā legis: vt iste homo mysticus sit aptus, & habilis ad beatitudinem capessendā. Quòd ãt gratia, quā hic petit distinguatur à caritate, q̄ superius petierat in sexto octonario forsan manifestum est. Nam caritas est virtus, & habitus voluntatis, & principium operandi: qua diligimus Deum, & proximū: sed gratia hic quærita est perfectio totius essentiæ animæ, & principium viuendi spūaliter, quo à Deo diligimur, sed tamen vna nō est sine alia. Tamen de hoc alias dictum est. Ex supradictis in his sex octonariis patet qualiter iste peregrinus accepit à Xpo legem euangelicā iusti ficantē per fidem, spem, & caritatē, & ecclesiastica sacramenta: in qua viuit, & peregrinatur vsque ad secundum aduentum Christi. B C

CAF.

Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum superspe rani.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me.

In hac tertia parte peregrinus petit proficere in lege euangelica quā à Christo accepit, & per quam fuit iustificatus. Ad cuius intelligentiā est notandum, q̄ iste peregrinus quadrupliciter profecit in lege euangelica post ascensionem Christi. Nam primò processit in predicatione legis euangelicæ, per quā conuertit de populo gentili multo sanguine suo martyrum effuso. Secundò profecit in doctrina, & sapientia legis. Et hoc immediatè post conuersionem Constantini: quo tempore floruerunt multi doctores in ecclesia in exponendis sacris scripturis. Tertiò profecit in sanctitate vitæ in eodem tempore: in quo claruerūt multi sancti patres monachi, & eremitæ in Aegypto, & in cæteris partibus mūdi. Quartò profecit in magna disputatione: ꝙ quam conuicit. & confutauit prauitatem hęreticorum. Quatuor ergo facit propheta in hac tertia parte per se octonarios. Nam primò petit proficere in fortudine, & patientia contra tyrannos. Secundò petit proficere in scīa, & doctrina euangelica. Tertio petit proficere in sanctitate vitę. Quartò petit ꝓficere contra hæreticos. Secundū: ibi. Quō dilexit legem tuā. tertiū: ibi. Lucerna pedibus meis. quartum: ibi. Iniquos odio habui. Quantum ergo ad primum est aduertendum: vt legitur per totum discursum actuum, & historiarum Apostolorum: q̄ illicò post ascēsionē, missionem spiritus sancti apostoli inceperunt prædicare euangelium Christi, & ideo incurrerunt iram, & persecutionem Iudæorum. Sed exinde dispersi per vniuersum mundū prædicauerunt euangelium in toto populo gentili, & sic ineiderunt in diram persecutionē imperatorum, & principum, & tyrannorum: in qua occisa est infinita multitudo martyrum vsque ad magnum Cōstantinum: sed per cōuersionem illius finaliter ecclesia de toto populo gētili triumphauit, & ipsum iugo Christi subiecit. Quod prævidens Dauid in spiritu in persona istius peregrini petit proficere, & adiuuari. Dicit ergo. O domine Iesu Christe, anima mea defecit. i. lassata, & fatigata est in salutare tuum. i. expectando tuū auxilium, & salutē ad liberandū me, & superspe rani cū magna cōfidentia verbum tuum i. promissionem, qua promisisti in tua ascensione quādo misisti nos ad prædicandum per vniuersum mundum, q̄ totus mundus subijceretur nobis in nomine tuo. & sic prædicauimus euangelium, & sustinuimus nomen tuū. Propter quam prædicationem passi sumus intoleribiles persecutiones expectādo, vt liberes nos à feroci persecutione tyrannorum, & iō oculi mei defecerunt. i. lassati sunt, & fatigari dicentes. O domine Iesu Christe. quando consolaberis me, & liberabis me ab ista persecutione? Vnde i hoc loco deficere sumitur pro infirmari, & stupefieri. Nā Christiani tempore persecutionū intantum fuerunt afflicti: q̄ inceperunt deficere, & in fide infirmari: imo fugiebant ad montes: nec Christianos coram D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

populis se audebant nominare. Et intantum sunt infrigidati,& stupefacti, q̃ Marcellinus papa ex timore contra conscientiam cõpulsus est idolis sacrificare siue incensum adolere. Ideo sequitur.

Quia factus sum sicut uter in pruina iustificationes tuas non sum oblitus.

Intrũ defecit anima mea,& oculi mei expectando auxilium q̃ factus sum frigidus,& rigidus,& humore fidei siccus,& euacuatus, & stupefactus,& immobilis sicut uter in pruina,i.in tpe pruinæ,& hyemali constringitur dum est vacuus:intrũ,q̃ vix pot aperiri,& tractari:ita ego sui infrigidatus ex timore persecutionum,hoc faciebam ad extra corã gentibus nõ audẽs Xp̃m cõfiteri:tñ ab intra iustificationes tuas non sum oblitus.Quia nõ pdidi fidem,q̃ bene credebant te esse verũ Deũ
B & messiam:sed ex timore rigidus,& frigidus factus non re audebam confiteri coram hominibus videns tantam stragem martyrum.

Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.

O dñe,quantũ durabit ista pſecutio?quandas finẽ rex magne laborũ?reuela mihi quot sunt dies serui tui,i.quando finietur ista persecutio.& q̃n facies iudicium de tyrãnis, & paganis persequẽtibus me:puta de Nerone, & Domitiano,& Decio,& Diocletiano &c. Nã gentiles,& tyranni iniqui narrauerũt mihi fabulationes.f.fũ pſtitiones fabulosas Deorum,& ritus nefandos Orisis. & Cereris, & Bacchi, & Priapi &c. Et compellebant me seruare ritus nefandos.Sed ista non erant,vt
C lex tua,quæ docet vnum solum Deum adorari,trinum in personis,& vnum in essentia, & quomodo verbum est incarnatum,& quomodo nos redemit per passionem &c.

Omnia mandata tua veritas:iniqui persecuti sunt me:adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Nã sicut superstitio gentilium est fabulosa, & falsa.& vanitas per oppositũ oia mandata tua,& tota lex est veritas,& vera. Et quia legẽ tuã esse veram p̃dicabã. & cõfitebar: iõ iniqui tyrãni me persecuti sunt:quare adiuua me ab eis liberãdo. Nam tanta fuit,& tã grãdis,& crudelis persecutio, & strages martyrum,q̃ paulominus cõsummauerunt,& deleuerũt me in terra:intantũ, q̃ vix reperiebat christianus in populis,& cititatib. nisi quãdiu D
absconditi in speluncis montium:vt patet de Vrbano papa, & Syluestro qui latebat cum paucis in montibus Seraptus. propẽ vsq̃ dum Romam:qui quæsitus ductus ante Constantinum putauit cum socijs interire, & totaliter ecclesiam esse extinctam,& deletam.

Secundum misericordiam tuam viuifica me. & custodiam testimonia oris tui.

Sed dicit iste homo, ego aũt in extremo periculo positus non dereliqui mandata tua. Nam socios licẽt paucos exhortabar ad martyriũ,& nõ desistebã ab oratione:dicendo.O domine Iesu Xpe,secundum tuam tuam viuifica me.Nã licẽt sim mortificatus,& frigidus,& euacuatus:sicut vter in pruina:tamen
E tu me pores viuificare,& calefacere,& fortificare,& totam ecclesiam testaurare p conuersionem Constantini, & ceterorũ gẽtiliũ. E
Et sic multiplicatus,& viuificatus,& restaurat⁹ custodiã testimonia oris tui.f.legẽ euãgelicã à te prolatam,& in cordibus hominum scriptã.Et nota, q̃ sicut totus homo ny ſtꝰ dñiꝰ vt recipiat vltimã perfectionẽ,& beatitudinem per resurrectionẽ,& iudicij retributionem:ita quilibet fidelis particulariter peregrinatur p legẽ Xpi vsq; ad finẽ vitæ suæ: vt particulariter recipiat retributionẽ iuxta vitæ suæ:& ne petit dirigi per fidem,& admiuan per gratiã,& caritatem ne incidat in latrones, & semper petit auxilium in hoc psalmo,dicens.

Defecit in salutare tuum anima mea.

LAMED.

In æternũ dñe verbũ tuũ permanet in cœlo.

In generatione et generationem veritas tua. F

fundasti terram, & permanet.

Hic in hoc duodecimo octonario agit gratias de liberatione, & restauratione ecclesiæ facta per Constantinum.vnde dicit.O domine,licẽt in prædicta persecutione multi dubitauerint,& timuerint ne totaliter ecclesia periret,& multi iã deficerent,& quasi de restauratione desperaret:tamen verbũ tuũ,& promissio facta Abrahæ de multitudine filiorũ, & benedictione gentiũ in Xp̃o manet vera, & rata,& firma in æternũ:quia per cõuersionem Constantini ex gentibus ecclesia cõgregata est,& filii ꝓmissionis multiplicati sunt. Sicut tu fundasti terram, & mundum materialem,& manet in generatione, & generationem.Quia licẽt fiant multæ corruptiones,& fiant successiones generationes,& sic permanet. Ita ecclesia quã fundasti permanebit per multas generationes usq; ad iudiciũ,sicut promisisti. Mat.24 Non præteribit generatio hæc &c.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.

Nã licẽt fuerint factæ multę strages martyriũ:tamen fiet noua regeneratio,& restauratio ex gẽtibus ad fidẽ cõuersis, & sic ecclesia durabit.Et sic dies perseuerabit vsque ad iudiciam ex ordinatione tua.Nã licẽt aliquando per absentiã solis fiat nox, tamen per vicissitudinẽ redit sol sup̃ terrã.& sic perseuerat. & p seuerabit dies usq; ad cõsumationẽ sęculi. Ita pati modo licẽt Christus,cuius præsentia cauſat dñe gratiæ super terrã in ecclesia, quando
B le à suis,& permittat eos flagellari, & pati p secutiones,& sic videtur eis nox, & dies defecisse: tamẽ polt persecutiones xps ostẽdit vultũ auxilij super ecclesiã suã: & sic fit dies, & prosperitas in ecclesia: sicut factũ est tẽpore Cõstantini, & exinde oĩa seruiũt tibi ò Christe.Nã oẽs nationes.f.Indi,Aethiopes,Græci, & Latini,& barbari,venerunt ad fidem.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar iustificationes tuas,quia in ipsis vuificasti me.

Sed dũ fui in illa persecutione: nisi q̃ lex tua fuit meditatio mea: tunc fortè perissem in humilitate.i.persecutione, & delectione, & aduersitate mea: quia sẽper meditatus sũ
C in ea.cõsiderans persecutiones antiquorũ,& q̃liter finẽ semper eos liberasti. In hoc ergo sperauit, & nunquã perdidi fidẽ:sciens q̃ promissio euangelica nõ poterat mentiri,nisi aliter defecissem.Et ideo in æternũ nõ obliuiscar iustificationes tuas:gratias agendo, canendo hymnos,& celebrando festa,& memorias martyrum. Quia in ipsis viuificasti,& restauraſti me.Nam martyres tui sanguine suo viuificauerunt, & confirmauerunt ecclesiã.

Tuus sum ego:salum me fac:quoniam iustificationes tuas exquisivi.

Me expectauerunt peccatores ut perderent: testimonia tua intellexi.

Ergo saluũ me fac deinceps me à tyrãnis liberãdo: quia iã tuus seruus, & cultor sum ego cum toto populo gẽtili ad fide cõuersio. Nã licet ante essem involutus in superstitio ne multorũ:Deorũ:nũc tñ iustificationes tuas exquisiui,& legẽ euangelicã colere, & seruare decreui.Nã olim me expectauerunt:& insi D
diati sunt peccatores, ut perderent me in sua superstitione: tamen testimonia tua intellexi:id est per fidem legis euangelicæ cognoui illã esse falsam. Et sic liberatus sum a macula illius;& etiam à tormentis, & persecutoribus sum liberatus virtute legis euangelicæ, & fidei & caritatis.

Omnis consummationis vidi finem: Latum mandatum tuum nimis.

Nã ego intellexi & vidi oculis fidei Christum esse finẽ oĩs consummationis legis: quia fuit finis legis,& prophetarũ. Vidi ẽt,& intellexi in lege esse latũ mandatũ tuũ, s. mandatum dilectionis Dei,& proximi,q̃d dicitur latũ:eò q̃ ex eo pendẽt lex,& prophetæ,& continet oĩa alia mandata,& præcepta,quæ licẽt sint multa:tamẽ oĩa radicantur in vno mãdato dilectionis. Hoc inquã mandatũ nimis latũ E
intellexi esse finẽ oĩs consummationis, & obseruantiæ legis, & iõ cũ hac caritate oẽs pſecutiones sii passi.iõ gratias ago &c. Agit ergo gratias in p̃dictis duob.octonariis de victoria habita de tyrãnis,& populo gẽtili,quẽ iugo fidei subiecit per caritatẽ,& donũ fortitudinis. Ex supradictis patet in his duobus octonariis qualiter iste peregrinus ab ascẽsione domini vsque ad Constantinũ fuit multipliciter per tyrannos uexatus.& afflictus in apostolis, & martyribus,sed tamen de oĩb.triumphauit:ꝑ conuersionẽ magni Constantini,& totum orbem subiugauit.Hoc ẽt dicit unusquisque vir iustus,qui triumphauit de peccato,resistendo tentationibus per gratiam præuenientẽ, aut surrexit a peccato per pœnitentiam:

M E M.

*Quomodo dilexi legem tuam domine:tota die F
meditatio mea est.*

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.

In hoc 13. octonario iste peregrinus petit proficere in doctrina,& sapientia euangelica. vel potest dici, q̃ agit gratias q̃ tãtũ profecerit in doctrina.& scia Constãtini, q̃ tota idolatria fuit deleta.& totus populus gentilis venit ad fidẽ.Et sic diabolus, qui ejecerat hominẽ de paradiso fuit ejectus ab isto mũdo: & sit creuit ecclesia in fide, & doctrina legis euangelicæ.Ex cuius studio: & doctrina concepta est ecclesia quindecim fructus, ut patebit in hoc 13.& sequenti octonario. Vnde primò ecclesia profecit in doctrina. Secundo in sanctitate vitæ plurimorum religiosorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & eremitarum. Ad cuius intelligentiam est notandum:q̃ finita persecutione tyrannorũ tempore Constantini ecclesia habuit frequẽtiã,& copiam doctorũ tàm græcorum q̃ latinorum:qui declararunt, & interpretati sunt totã scripturã noui,& vet.test.sicut fuit Athanasius,& Eusebius,& Gregorius Nazianzenus,& Basilius,& Hilarius, & Ambrosius, & Hieronymus,& Augustinus. Et sic ecclesia tunc maximè viguit in sapiẽtia, & doctrina ecclesiastica. Et ideo illa ætas dicta est ætas aurea sactorum doctorum.Hoc ergo præuidens Dauid in spũ dicit in ꝑsona huius peregrini ecclesiastici.Quo dilexi legẽ tuam domine.i.intantum dilexi legem tuam: q̃ tota die contemplor in ea.Et sic propter assiduũ studiũ,& contemplationem per dona sapientiæ,& intellectus mihi in lege gratię collata
B feciſti me prudentẽ super oẽs infideles,& hæreticos inimicos meos. Et hoc nõ ex meis viribus,& laboribus:sed quia in æternũ mihi es propitius dona huiusmodi conferendo.

Super omnes docentes me intellexi:quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi,quia mandata tua q̃siui.

Et cum tali gratia, & frequenti meditatione intellexi secreta,& mysteria,& sacramẽta legis super omnes.i.magis q̃ oẽs magistri docentes me.Nã plus intellexit Paulus de arcanis legis, q̃ Gamaliel magister eius. Et hoc quia mandata tua meditatio mea est. Et nõ solum intellexi super omnes docentes: sed ẽt su ꝑ omnes senes,& antiquos patres,patriarcas,& prophetas.Nam plus intellexit cœtus apostolorum,quàm Abraam,Isaac,& Iacob,& Dauid,& cęteri prophetæ: vt ait Hieronymus in prologo ad Desiderium.Nã qđ
C illi viderunt sub ænigmate in figuris:isti vident oculis corporis,& mentis,& per effectũ & historiã.vnde saluator Mat. 12. Beati oculi&c.Quia multi reges,& prophetę voluerũt videre,quæ vos videtis,& nõ viderunt.Et sequitur, Quia mandata tua quæsiui frequenti studio, q̃ meditatione cũ auxilio donorũ spũsancti.Et nota. q̃ ea,quæ dicta sunt,non solum modo intelliguntur, & verificãtur de ecclesia pro statu doctorum: sed etiã de ipso met Dauid,qui fecit hunc psalmum.Nã ipse in statu ꝓphetico intellexit mysteria eccl'ę super oẽs docentes,& senes, qui ipsum præcesserunt.Nã clarius,& magis distinctè fuit ipsi reuelatum mysterium incarnationis, & passionis,& resurrectionis Christi, quam ipsi Moysi,& Abrahæ, & cæteris patriarchis, & D ꝓphetis:vt dictum est in prologo.Et ió licet Moyses scripserit legem:tamen intelligentia legis clarius fuit reuelata ipsi Dauid.Nam ut plurimum interpretatus est legem Moysi in psalmis. Et ideo de seipso potest dicere.Super senes intellexi &c.

Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui,quia legem posuisti mihi.

Sed quia lex Christi nõ solum modo est data causa sciendi,sed et causa bene operandi: vt per ipsam efficiamur boni,& iustificemur in operibus nostris:ió dicit. Intantùm profeci, supple in studio sacræ sacræ scripturæ,q̃ ab omni via mala, & ab omni vitio, assiduos pedes.i.affectus meos,& appetitus,& operationes,vt custodirem verba tua,& præcepta, E & mandata,& à iudiciis,& statutis non declinaui:quia tu legem posuisti mihi prohibentem omne peccatum.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

O ergo q̃ dulcia facta sunt faucibus meis spũalibus eloquia tua ad vescendum spiritualiter.Intantũ,q̃ facta sunt dulcia ori meo,& gustui spirituali su ꝑ,id est magis quàm mel. Vnde nota, q̃ intellectus fidelis habet duas fauces,quibus mandit, & ruminat sacra scripturam. Faux superior est sensus mysticus. Faux inferior est sensus moralis.Os aũt anime est sensus anagogicus. His enim faucib. F tuminata, & hoc ore hausta sacra scriptura est dulcis super mel. Si autem solo sensu literali deglutiatur:redditur insipida,& inutilis, & indigestaideo vt sic occidit.Sed illis fauci bus indigesta,& illo ore exhausta vtilificat, & nutrit animam.

A mandatis tuis intellexi:propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

Item fecit mihi septimum fructũ,& attulit meditatio iugis legis euangelicæ. Quia a mãdatis,id est ex mandatis tuis intellexi iniquitatem, & iniustitiam ducere hominẽ in interitum mortis. Ideo,id est propterea odiui omnem viam,& processum,& operationem iniquitatis. Ex supradictis patet qualiter ista peregrinus multum profecit in ista gratia: ca ca intelligentiam sacræ scripturę,quam ipse tus sanctus ipsi declarauit per Augustinum, & alios doctores Et digessit,& ruminauit ꝓ & ꝓphetico, & moꝛa

duabus faucibus,s.sensu ꝓphetico,& moꝛa

A li:& sic reddit eã dulciorẽ super mel,& fauũ & magis dulcem,q̃ aurum, & argentũ veteris legis.Intantùm,q̃ iste peregrinus pro illo statu supradictorũ doctorum su ꝑ omnes senes vet.testa.intellexit legem domini,& sacram scripturam.Et hoc est, quod intendit propheticè dicere Dauid in persona huius peregrini in hoc octonario.

N V M.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

In hoc octonario petit proficere in sctitate vitæ,& bonis operib.fm legẽ euãgelicã: huiusmodi fuerũt multi scti viri religiosi, & Anacoritæ in eremo tempore Constantini, vt dictũ est.Et sic enumerat sex alios fructus quos adeptus est ex studio legis euangelicæ B in societate sanctorũ religiosorũ.Et ideo in persona eorũ dicit.O dñe verbũ tuum. i.lex euangelica fuit lucerna pedibus meis. & lumen dirigens pedes,& operationes meas ne ruerent in peccatum:demonstrans,quid per sequi:quid ve cauere deberem,& fuit lumen semitis,& progressibus meis, Et hoc dicit, quia lex euangelica docet prohibere pedes meos ab omni via iniquitatis,& dirigit nos per semitas mandatorum,& consiliorum.Et ideo sequitur.

Iuraui,et statui custodire iudicia iustitiæ tuæ

Cũ cęcepi baptismũ sup.iuraui. i.voui, & promisi,& statui.i. firmiter me obligaui custodire iudicia iustitiæ tuæ, cũ abrenunciaui diabolo,& mũdo,& põpis eius. Hoc idẽ põt C referri ad statũ monacorũ,& religiosorũ,qui renũciantes mũdo,& põpis eius se à populo segregauerũt,& iurauerunt,& statuerunt se ta.f. obedientiã,& castitatem,& paupertatẽ, qui consilia Christi:& sic vouerunt tria vo- & sic secuti sunt Christum,& ideo sequitur.

Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper,& legem tuam non sum oblitus.

Humiliatus sum vsquequaque dñe.f.per obedientiã,& castitatem. Et tõ viuifica me per gratiam secundũ verbũ tuũ.Et io sequitur.Beneplacita fac tibi dñe, & accepta voluntaria oris mei: quia scio q̃ põtores non exaudiũt, ideo doce me iudicia tua i. fac me imple re ex gratia: quia anima mea ſp est in manibus tuis. i. offero eam tibi: ut facias volun

taria oris mei tibi beneplacita. quia legẽ tuã D nõ sum oblitus.Hoc aũt dicit: quia religiosi seculo renunciantes posuerunt animam, & voluntatem in manibus sui prælati.Sed qa. vt plurimũ habetur, Anima mea in manib. meis semper,secundum nostram translationem:ideo est alia sententia, id est quia anima mea est semper in manibus meis.i.in arbitrio meo libera ad vtrumlibet:ideo legem tuam nõ sum oblitus.Vel sic. Fac ergo vota mea voluntaria beneplacita tibi:quia nil aliud habeo meum proprium nisi operationes,& orationes voluntarias:eò q̃ procedit ex libero arbitrio.Nam anima, & voluntas est in manibus meis.i.in mea potestate,quia nihil tàm in potestate nostra quàm nostra voluntas:vt inquit Aug.

Posuerunt peccatores laqueum mihi,et de mandatis tuis non erraui.

Et declarat,quod dixit.Aia mea i manib. E meis semper,quia posuerunt pctõres.i.demones mihi laqueum. i.multiplices tẽtationes: quia sancti multas tentationes passi sunt in deserto:vt patet de beato Anton. Etiam nõ solum diaboli posuerunt mihi laqueos interius, sed etiam peccatores,& praui, & hæretici,qui sunt membra diaboli,posuerunt mihi laqueum hæreseos in sacra scriptura, adducentes falsas opiniones, vt in aliquam hæresim inciderem. Et cum auxilio gratiæ tuæ & diligenti studio legis euangelicæ:nunquã erraui de mãdatis tuis:nec à veritate fidei catholicæ:nec ẽt erraui mortaliter trãsgredien do mandata:imo ea opere compleui.

Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum,quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. F

Et sic ex iugi meditatione sacræ legis acquisiui in æternũ testimonia tua.i.intelligẽtiam sacræ scrip.hæreditate quadã.i. in hæreditatẽ,& possessionẽ,quæ quidem mandata sunt exultatio cordis mei:quia exulto, & lætor in possidẽdo intelligẽtiã legis ac si possideré magnũ tesaurũ inuentum in agro.Matt. 13. Quia non solũ lætor in possidendo istũ tesaurũ sacræ scripturæ in sciendo: sed o.pe cõpleui,quæ in ea præcipiuntur,& iubentur. Ideo inclinaui cor meum,& appuli animam ad faciendas iustificationes tuas in æternũ. Et hoc non in vacuũ currẽdo,sed ꝓp retributionẽ,& coronã incorruptibilẽ, & beatitudinẽ ꝓmissã &c.Quia ꝓpositũ ẽ in principio:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ex quo patet, q̃ p 15. fructus dicit iste homo se collegisse exiugi studio sacræ legis euangelicæ, & sacræ scripturæ per gratiã & donũ sapientiæ, & intellectus. Primo: quia factus est prudens super inimicos suos. Secũdo: quia intellexit super magistros suos. Tertio: quia intellexit super omnes antiquos patriarcas, & ꝓphetas. Quarto: quia lex euangelica prohibuit pedes eius ab omni uia mala. Quinto: quia non declinauit à iudicijs Dei. Sexto: quia per talem euangelicum facta est dulcis scriptura ve. re. quæ erat insipida. Septimo: quia odiuit omnem viam iniquitatis. Octauo: quia lex euangelica fuit lucerna ipsi, & lumen. Nono: quia propter eius dulcedinem iurauit eam seruare, & in religione tria vota promittere. Decimo: quia vi
B uificauit eum à morte. Vndecimo: quia sola lex euangelica est illa, quæ offert Deo sacrificium de se gratũ, & beneplacitum Deo. Duo decimo, q̃ qui dirigitur à lege non põt errare. Decimotertio, q̃ eius possessio ẽ lata. Decimoquarto q̃ inclinauit cor hominis ad faciendas iustificationes. Decimoquinto: quia per solam ipsam habemus retributionẽ ęterñam: & beatitudinem promissam.

SAMECH.

Iniquos odio habui & legem tuam dilexi

In isto 15. octonario, & sequenti petit auxiliũ cõtra hæreticos. Et agit ẽt gratias de victoria habita de eis. ibi. Fecit iudicium. Quãtum autem ad primum est aduertendum, q̃ postquãm iste peregrinus euaserat, & triumphauerat de tyrannis vidit nouũ genus belli quasi ciuilis, & visceralis contra se cõcitari,
C quod fuit conuẽticula, & prauitas hæretico rũ, quia tũc surrexit hæresis Ariana, quã amplexi sũt imperatores græcorũ, & reges Gotorũ, & Bandalorũ, quæ visa est superare crudelitatem tyrannorum. Ideo non cessat semper petere auxilium contra eos debellandos per arma sacræ legis, & donũ sapiẽtiæ, & intellectur. Dicit ergo O domine ego vidi aciẽ hæreticorum iniquorum contra me preparatam, multa mihi cõminantẽ, & falsas opiniones, cõtra legem tuã machinantẽ: sed nolui adhærere. imo iniquos hęreticos odio habui & legem tuam dilexi. q. d. Malui equi veritatem legis mæ quãm eorum iniquitatem. Ego enim non odiui in eis naturam, sed iniquitatem, quia semper desideraui conuersiõnem eorum.

Adiutor, & susceptor meus es tu, & in D *uerbum tuum superspera.*

Et ideo ad debellandos hæreticos sũ adiutor, & ad defendendum me ab eis ne capiat me in laqueo, & falsis opinionibus eorum: & sis susceptor meus, dona gratiarum conferendo. Quia in verbum tuum superspera. Cum dixisti. Nan estis vos qui loquimini, sed spiritus patris qui loquitur in vobis &c. Et nolite cogitare &c.

Declinate a me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

Iam conuersus contra hæreticos dicit. Declinate à me hæretici maligni, & simulati, & deceptores machinantes, & contingentes nouas, & falsas sectas cupiditate propriæ gloriæ: & pro quia, ego scrutabor mãdata legis Dei mei, & doctrinam eius, in quibus datur vera doctrina ad confundendos, & debellandos E vos omnes.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & uiuã, & nõ cõfundas me ab expectatione mea.

Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Et conuersus ad Deum dicit. O Christe suscipe me mihi gratiam, & auxilii collatõe, secundum verbũ, & promissum tuũ: quo existi. Ego pro te Petre rogabo ne deficiat fides tua: & iterũ Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et si hoc feceris viuam per gratiam in lege tua, & nõ moriar in hæresi eorum. Et nõ cõfundas me ab expectatione mea, quia semper speraui, & fiduciã habui ī supradictis promissis. Adiua ergo me cõtra iniquos, & ero saluus nec timebo eos. Et non solum ero saluus sed in F ctor, & meditabor in iustificationibus tuis semper: quasi dicat: ideo saluus ero quia meditabor &c.

Sprevisti omnes desecedentes a iudicijs tuis q̃ iniusta cogitatio eorum est.

Prævaricantes reputani omnes peccatores terræ. Ideo dilexi testimonia tua.

Et quare eris mihi adiutor, & ero saluus, & victor? quia supple, tu sprevisti, & cõfudisti oẽs hereticos discedentes, & separantes se à iudicijs tuis, & doctrinis legis euangelicæ: & huc sectas, & falsas confingentes, & hoc fecisti quia cogitatio eorum est iniusta, & quia non zelo veritatis: sed ambitionis & vtilitatis, & propriæ gloriæ cõfingunt sibi tales sectas, & falsas opiniones contra veritatem legis discẽdentes à veritate catholica. Io reputaui

A reputaui omnes hæreticos, & peccatores terræ færenos, & quærentes gloriam in mũdo, esse pręuaricatores, & transgressores legis. & falsificatores factarum literarũ contra verum sensum, eas ad suas falsas opiniones detorquentes, vel ex eis falsas opiniones contra veritatem extorquentes. Io ego dilexi testimonia tua, & doctrinam tuam verã, legem secundum veritatem, & sensum spiritualem, & veros, sed omnes peccatores, & infideles reputaui prævaricatores legis. Nã ludæi sunt prævaricatores le. vet. inquantum non recipiunt sensum mysticum ad quem principaliter facta est, sed in litera volunt mori. Et gentiles sunt etiam prævaricatores. Nam licet non habeant legem Moysi, tamen habebant legem
B naturalem scriptam in cordibus. Hæretici vero manifestè sunt prævaricatores scripturæ, peruertentes verum sensum, & extorquẽtes falsum. Mali vero Christiani sunt prævaricatores mandatorum: & transgressores præceptorum.

Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

Sed quia tales ideo sunt pręuaricatores, & transgressores legis, quia contemnunt, & non timẽt Deum. Io tu domine cõfige, & penetra, & reprime carnes meas, & appetitus & affectiones inordinatos timore tuo casto, & filiali, ut fugiã talẽ pestem, & hæreticã prauitatẽ, & talẽ inanẽ gloriã, & ambitionem, & omnem carnalẽ concupiscentiã, quia sp timui discedere à iudicijs tuis, & mãdatis tuis, eò q̃ tu sprevisti discedentes a iudicijs tuis.

HAIN.

C *Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.*

Suscipe seruum tuum in bonum, ut non calũmnientur me superbi.

Quia non discessi à iudiciis tuis, imo timui discedere ab eis, imo feci iudicium, & iustitiam, & præcepta legis tuę. Io non tradas me hæreticis calumniantibus, & volentibus me decipere cũ suis fictis, & falsis opinionibus: Sed fuscipe me seruum tuũ in bonum. i. trahe me ad bonam partem, & bonum sensum sacræ scripturæ per dona spiritussancti, conferendo mihi gratiam, ne superbi, & ambitiosi hæretici calumnientur me: nec decipiant in suis prauis, & falsis sectis.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. D

Nã oculi spirituales mentis defecerunt. i. lassi, & fatigati sunt sperando in salutare tuũ. scilicet Christum, & in eloquiũ iustitiæ tuæ. scilicet in legem euangelicam. quæ dicitur eloquium iustitiæ, quia sola ipsa hominem iustificat.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuã & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi, domine dissipauerunt legem tuam.

Quasi dicat. O Xpe re. & legẽ tuã diù expectauit & postea in ea perscrutanda diù insudaui, & laborani. Fac ergo mĩam tuã cum seruo tuo, & iustificationes tuas doce me. i. postquã dedisti legẽ mihi: doce me in ea, ut intelligã eius secreta. Sed quia hoc nõ põt esse sine gratia eleuãte intellectũ. ergo da mihi intellectũ E nõ potẽtiã intellectiuã, quia ia eã dedisti mihi naturaliter cũ anima in creatione, sed da mihi donũ intellectus, ut sciã, & intelligam testimonia tua. i. secreta, & arcana legis tuæ. quã signis. & miraculis, & testimonio legis, & ꝓpherarũ cõfirmasti. Fac ergo mĩam postquam seruus tuus sum ego, & seruire tibi intẽdo: legẽ tuã seruãdo, & defendẽdo ab hæreticis. & infidelibus. Qui quidẽ hæretici dissipauerũt legẽ tuã falso mõ glossando, & scripturas peruertẽdo à vero sensu. Quæ quidem lex euangelica est tempus faciendi. Nã lex vetus fuit tẽpus ꝓpheandi, & significandi, quia omnia contingebant illis in figura, & fuit tẽpus significandi, & figurandi: Sed lex euangelica fuit, & est tempus faciendi, & implendi ea quæ in lege ueteri sunt figurata. & prophetata. Nam Christus fecit, & impleuit ea quę F ibi dicta sunt, & figurata. Similiter lex euangelica, dicitur tempus faciendi: quia in ea est tẽpus meritoriè operandi.

Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Ideo ergo dilexi mandata legis euangelicæ super aurum. & topazion, & super omnem lapidem pretiosum: quia nullum pretiũ temporale est ipsi comparandum: cum per eius obseruantiam ematur regnũ cœlorum. Ideo ergo dilexi legem tuam, quæ est tempus faciendi, & meritoriè operãdi: propterea ad oĩa mandata tua dirigebar. i. quia lex tua direxit me ad omnia mandata tua intelligenda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & faciendam: ideo omnem uiam iniquam, & falsam sectã hæreticorum, & pctõrum, & vitiorum odio habui, & fugi, & cuitaui. Vnde nota, ꝙ quatuor genera hominũ conati sunt dissipare legem Dei in tempore faciendi, scilicet post aduentum Christi. Nã primo Iudæi dissipauerunt totam legem veterem negando Christũ: quia totũ tempus legis veteris fuit tempus significandi, & figurandi, & prænunciãdi: sed in Christo incepit tẽpus faciendi, & verificandi: quia verificauit legẽ, & ꝓphetas, & impleuit, & fecit omnia, quæ in lege erãt significata, & ꝓphetata. Iadei ergo negando Christum negarunt, & falsificarũt, & dissiparunt legem, & ꝓphetas in tempore faciendi, & verificandi. Secundò conati sunt dissipare legem Dei ipsi tyranni: vt patet in passionibus martyrũ: quia Diocletianus præ
E cepit incendi omnes scripturas sacras vtriusque testamenti, vt patet in ecclesiastica historia. Tertiò hæretici conati sunt dissipare legem Dei, & totam scripturam vtriusque testamenti falso modo glosando, & trahendo ad suos falsos errores: ut patet ibidem. Quartò conabitur destruere, & dissipare eandem legem ipse filius perditionis Antichristus: vt patet Daniel 10. Collegit ergo iste homo ex contemplatione, & iugi studio legis diuinæ: simul cum dono intellectus, decē fructus sine profectus. Primò: quia habuit iniquos odio. Secundò: quia habuit Deum susceptorem, & adiutorem. Tertiò: quia declinauit à malignis. Quartò: quia nunquam fuit confusus nec fraudatus ab expectatione sua. Quintò: quia fuit adiutus, & saluus. Sextò: quia spreuit omnes hæreticos, & præuaricantes.
Septimò: quia semper in carne fuit cõfixus,
C & refrænatus. Octauò: quia fecit semper iudicium, & iustitiã. Et sic non est traditus deceptoribus nec calumniantibus. Nonò: quia habuit bonum, & verum sensum sacræ scripturæ, & ipsum attigit: Decimò: quia totum suum affectum, & conatum posuit in sacra scriptura, & eam super omnia dilexit.

F E.

Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

In toto residuo huius psalmi iste peregrinus petit consummare, & perficere cursum suum in quiete, contemplatione, & vita perfecta. Et sic continuè petit auxilium contra impedientes iter, & cursum suum. Ad cuius D intelligentiam est notandum: vt pluries dictum est: quòd finita rabie tyrannorum successit prauitas hæreticorũ. Ideo sicut Christus dedit martyribus caritatem, & donũ fortitudinis ad propulsandos incursus tyrannorum: Ita dedit sapientiam doctoribus, & intellectum, & cætera dona spiritus sancti. Et sic peruersitas hæreticorum fuit causa, vt multi doctores scrutarentur sacram scripturam, & glosarent, & declararent eã: vt deterrerent eam, ab hæreticis, & sic Origenes, & Atanasius, & Basilius, & Eusebius, & Epiphanius, & Chrysostomus apud græcos multa, & infinita volumina scripserunt. Apud latinos vero Augustinus contra gentiles libros de ciuitate Dei scripsit: in quibus defendit ciuitatem Dei: eò ꝙ Romani volebant repetere idololatriam: in quibus omnes scripturas conatur elucidare. Et contra Arrianos libros scripsit de trinitate, & plures alios. Contra Pelagianos verò viginti duo volumina. Et contra Manichæos totidem. In psalmũ autem copiosos edidit commentarios. Et in per Ioannem, & omnes epistolas Pauli, & in per totum testamentum vetus, & nouum, & infinita alia volumina, in quibus reserauit sacræ scripturæ quondam clausos nobis apparuit. Hoc etiam fecit Hieronymus, & Ambrosius, & Hilarius, & Gregorius &c. Et sic ꝙ istos doctores hæreticis deuictis sacra scriptura fuit dillucidata, & nobis manifestata. Interim ꝙ multi se dederunt studio diuinæ legis, & contemplationis, & dimittentes vitã actiuam se ad cõtemplatiuam transtulerũt, vt patet de frequentia monacorum Aegypti & Græciæ, & Italiæ, & Britanniæ. Et sic ex illo tempore magis apparuerunt nobis mirabilia arcana sacræ legis. Et ex tunc ecclesia per aliqua tempora fuit in prospero statu. Sed quia nunquam defuerunt hæretici, & hypocritæ vsque ad Antichristum, qui erit Iudeus, & tyrannus, & hypocrita, & hæreticus, vt pluries dictum est: non ꝙ sit Iudæus, sed finget se Iudæum, & circumcidet se, vt trahat ad se Iudæos: Ideo Dauid præuidens in spiritu totum discursum ecclesiæ vsq; ad Antichristum: in sequentibus sex octonariis introducit istum hominem mysticũ, qui aget gratias de donis gratiarum sibi datis in scripturis elucidandis, & de quiete, & otio sibi dato in vita contemplatiua, & petit auxilio contra

A contra impedientes otium, & contemplationem, & prosperitatem ecclesiæ. Ideo duo facit. Nam primo agit gratias de prædictis. Secundo petit auxilium, & vltionem cõtra hypocritas, & simulatos. ibi. Iustus es domine. Dicit ergo ad primum. O domine, quia mirabilia sunt testimonia tua. i. secreta, & arcana legis testificata in veteri testamento ꝑ patriarcas, & prophetas, & in nouo ꝑ os tuũ & per signa, & miracula: ideo scrutata est ea anima mea per Origenem, & Augustinum, & Eusebium, & Hieronymum, & cæteros doctores, qui scrutati sunt arcana sacræ scripturæ. Vnde declaratio, & glosa sermonum tuorum facta per istos doctores illuminat omnes populos fideles, & dat intellectum, & intelligentiam paruulis, & simplicibus: quæ secreta tua ante erant absconsa. Nunc autem abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus huius mundi, & reuelasti ea paruulis, & simplicibus fidelibus. Et ideo.

Os meum aperui et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.

Postquam vidi tantam copiam, & abũdãtiam telauti, & luminis tuæ sapientiæ, a pui os animæ: scilicet intellectus, & voluntatis, & attraxi spiritum sapientiæ ad refrigerãdã, & nutriendam animam, quæ ante fuerat esuriens: quia mandata tua desiderabam. Nam istum cibum, & potum spiritualem desiderani à principio mundi vsque ad aduentum tuum.

C *Aspice in me et miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum.*

Postquam edeptus est hanc copiã, & abũdantiam: petit in eius otio, & quiete diù, & semper manere, & cõfirmari. Ideo dicit. Aspice in me, & miserere mei, & ꝓmitte me quietari, & frui hoc otio secundum iudicium diligentium nomen tuum, id est sicut permittis angelos, qui diligunt nomen tuum, manere in perpetua quiete contemplationis. Nã à principio induisti, & cõfirmasti eos in gratia, & quiete, eò ꝙ tibi adhæserunt. Alios autem iudicasti ad pœnam æternam.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia.

Ergo aspice in me secundum iudiciũ istorum bonorum angelorum diligentium nomen tuum, & conserua me in lege tua, & di D rige gressus, & operationes meas secundum eloquium, & legem, & mandata tua, vt nulla iniustitia, & nullũ peccatũ dominetur mei: quia omne peccatum fit contra iustitiam, & præcepta Dei: quæ consistunt in quadã iustitia: quia vę illi cui cupiditas, & caro, & superbia, & iniustitia dominatur: quia secundum Ciceronem miser est cui peccare licèt: quia & si dominetur seruus est. Et quod deterius est: quot vitiorum, tot dominorum.

Redime me a calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua.

Et nõ solum rogo, vt non dominetur mei iniustitia pcãi: sed etiam, vt non dominentur mei tyranni, & infideles, & homines iniusti. Redime, & libera me ergo à calumniis, & deceptionib. & fraudibus hominũ hypocritarum, qui veniunt in vestimentis ouium ad E calumniandum: ne impediant me in cõtemplationem: sed custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum, et doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Facies enim patris est filius Christus, qui lumen suum super nos emisit. Et per tale lumẽ doce me iustificationes tuas. Nã quia ꝑ præteritum peccaui contra te: ideo iam feci pœnitentiam in lacrymis &c. Vnde oculi mei deduxerunt exitus aquarum. i. riuos lacrymarum præ dolore, & contritione: quia non custodierunt legem tuam: imo præuaricati, & transgressi sunt præcepta tua. Ideo postq̃ egi pœnitentiam ex gratia tua, & passus sũ tot afflictiones, & persecutiones, & deduxisti me in hunc statum prosperum contem- F plationis conserua me in eo, ne vlterius cadam. Et nota, ꝙ iste peregrinus non solum fecit pœnitentiam in se: sed ꝑ amplius, & perfectius fecit pœnitentiam in capite suo Xp̃o. Ideo totus Christus caput, & membra dicit. Exitus aquarum &c. Et etiam hoc dicit referendo ad tempora persecutionum tyrãnorum: quando ecclesia erat afflicta, & fideles, latebant in montibus, & antris deflendo iacturam, & persecutionem martyrum.

Z A D I.

Iustus es domine, et rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua, et veritatem tuam nimis.

In hoc decimooctauo octonario cõtinuè iste peregrinus non cessat petere conseruari

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in statu gratiæ,& contemplationis.Sed quia iustus non solùm delectatur in contemplatione,& iustitia:sed ēt ex zelo legis dolet cū viderit hypocritas fingentes iustitiam exterius,& interius esse lupos,& alios mordetes, & impedientes:quia vt plurimum sunt inuidi,& mordaces,& impedientes iustos: iō dicit.O domine tu nō es simulatus: imo iustus, & iudicium tuum rectum.Et tu domine mādasti testimonia tua esse iustitiam omnibus, id est iusta,& veritatem tuam nimis: id est tu dedisti mandata tua sub quadam magna iustitia,& veritate,& non cum iniustitia, & fictione.Nec fuerunt tua precepta iniusta nec ficta:quia lex tua est iusta,& valdè vera.

Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei.

B *Ignitum eloquium tuum uehementer,et seruus tuus dilexit illud.*

Et iō zelus meus, quē erga legem tuā habeo:me fecit tabescere,& liquefieri, & indignatiō ēq; inimici mei infideles,& hypocritæ,& pētōres obliti sunt verba tua, & transgressi sunt legē tuā,& doctrinam,quia exterminant facies suas: vt appareant hominibus ieiunantes.Et faciunt iustitiam suam coram hominibus,vt videantur ab eis &c.Nam eloquium tuum est ignitum vehementer, & vres corda hominum,iustificans interius, & non vult apparentiam exterius.Ideo ille qui est verè seruus tuus dilexit illud,& seruat intrinsecus,& extrinsecus.

Adolescentulus sum ego et contemptus,iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in æternū,et lex tua ueritas.

C Ideo licèt ego sim adolescentulus,& contemptus de me,& cito lapsurus, tñ iustificationes tuas non sum oblitus:quia iustitia tua est iustitia in æternum, & non ad tempus, & lex tua non est ficta:sed veritas,quia veritas,& gratia,& iustitia per Christum patefacta est.Et sic licèt ego sim fragilis,& mobilis & variabilis sicut adolescentulus, tamen lex tua est iusta,& vera in æternum.

Tribulatio & angustia inuenerunt me,mandata tua meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternum:intellectum da mihi & uiuam.

Et ideo licèt tribulatio inimicorum exteriorum,& hypocritarum,& pētōrum, & angustia, passio nr interiorum inuenerūt me: tamen semper mandata tua meditatio mea est.Et sic cuado à tribulationib.& angustijs D quia testimonia tua,& lex euangelica est-ēdā æquitas,& iustitia.Iō da mihi intellectū, id est donū intelligē tiæ,vt intelligendo obseruē ipsum.Et sic spūaliter vitā per eius obseruantiā.Vita ergo contemplatiua,& contemplatio legis facit octo fructus.Nā primò monet hominem ad perscrutandum mirabilia legis.Secundo illuminat,& dat intellectū.Tertio satiat animam.Quartò dirigit gressus: Quintò redimit à calumnijs.Sextò mouet ad pœnitentiam de præteritis. Septimo ex zelo legis dolet de peccatoribus,& hypocritis, liberat enim à tribulationibus interioribus, & exterioribus.Octauò dat vitam spiritualem. Quia non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei Deuter.8. COF.

Clamaui in toto corde exaudi me domine,iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac,ut custodiam mandata tua.

Postquam iste peregrinus duxit cursum suū in lege domini vsq; ad quietē,& pacē ecclesiæ:deuictis Iudæis,& tyrānis,& hæreticis & petit perseuerantiā,& cōfirmari in pace & contemplatione,& quietē,iā cōfractus lō gitudine itineris,& vexatus asperitate,& afflictione laborum cupit dissolui,& esse cum Christo,& assequi beatitudinem,& obseruātiam legis sibi in principio promissam.Iō in hoc 19.octonario,& tribus sequētib.quasi epilogando rememorat totum discursum suę peregrinationis,& laborum suorū,quasi peregrinationis,& laborum suorū,quasi peregrinationis premium promissum pro cunctis laboribus emptum.Vnde tria facit.Nā primò epilogat discursum suæ peregrinationis ab Adam vsque ad aduentum Christi, omnes labores enumerando.Secundò rememorat totam peregrinationem ab aduentu Christi vsque ad ētā tum prosperitatis ecclesiæ:enumerando omnes persecutiones,& labores pro defensione legis euangelicæ.Tertiò petit dissolui,& possidere præmium,& beatitudinem cum Christo.Secundum ibi.Vide humilitatem.Tertiū ibi.Appropinquet deprecatio mea.Quantum ergo ad primum dicit.O domine semper in hac peregrinatione clamaui in toto corde meo.s.mente,& affectu,vt requiram iustificationes tuas,id est,& requisiui iustificationes tuas.Clamaui ad te,ergo saluum me fac,vt custodiā mādata tua,id est semper clamaui, vt me saluū faceres:vt custodirē mādata tua.

Præ

A *Præueni in matutinitate, & clamaui: quia in uerba tua supersperaui.*

Et exponit temetipsum dicens.Ego præueni in matutinitate,id est ante maturitatem: & tempus legis euāgelicę,dum essem sub lege veteri,ego præueni clamando, & petendo legem gratiæ iustificantem, & aduētum Messiæ in lege patribus promissi. Ideo sequitur.Et in verba,& promissa tua superspera ui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo:ut meditarer eloquia tua.

Magis exponit,& declarat seipsū dicēs.Præuenerūt oculi mei.s.mētis,& affectus diluculo,id est ante aurorā,& prope aurorā: quod fuit ejus Zacariæ,& Simeonis propè incarnationē.q cū magno desiderio rogabāt, & orabāt ut ipsū saluatoris accelerar.Quibus reuelatum est de propinquo aduētus Xpi.Nam Simeoni promissum fuit non visurum se mortem,nisi prius videret Christum dñi.Hoc idē Zacarias,vt patet l.u. 1.Et hoc est,quod dicit. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo:vt meditarer eloquia,& promissa tua.

B *Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine, & secundum iudicium tuum uiuifica me.*

Appropinquauerunt persequentes me iniqui tui,a lege autem tua longe facti sunt.

Ideo vocē meā audi secundū misericordiā tuā,& iusticiā tuā domine. Quia per totū illud tempus ante aduentum Christi,& post persequētes me.s.Caim,Pharao, & Nabuchodonosor &c.appropinquauerunt iniquitati i. infidelitati, & superstitioni,idololatriæ, & odio: ideo a lege tua, quæ præcipit vnum Deum coli,& proximum diligi, longè facti sunt.Quia legem tuam præuaricati,& transgressi sunt.

Prope es tu domine,& omnes uię tuę ueritas. Initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

Sed licèt illi se elongauerint à te,& à lege tua:tamen tu domine semper es, & iustitia mihi propè,quia obseruaui lege tuā,quia oēs vię tuæ sūt veritas.Superstitiones aūt illorū sunt mendacia ficta,& violēta. & nō duratura.Sed ego cognoui in initio .i. à principio de testimonijs tuis:quia in æternum fundasti ea.q.d. Tu domine in principio dedisti legē de obedientia ad Deum,& de dilectione proximi,& de cultu diuino. Quæ quidē præcepta,& mādata sunt æterna per totam legem veterem,& nouam.Vnde Christus Matth.7. Quæcunq; vultis vt faciāt vobis hoēs,& vos D facite illis,hęc lex,& pphetę.Itē Mat.19.Vis ad vitā ingredi,serua mādata.Itē eiusdē.22. Diliges dominū Deū tuū &c. Ex quo patet, qi ista mādata iā a principio data sūt ipsi Adā,& Caim.Ge.4.Et ipsi Moysi Deut. 7. Et Christus in euāgelio ea cōfirmauit:ergo sūt æterna in vtroq; testamēto.Ideo dicit. Ego cognoui,quia in ęternū fundasti ea. Vnde nota,q; viæ domini sunt mandata,& præcepta in lege scripta:quæ omnia dicuntur veritas.Primo,quia à prima veritate procedunt, quæ est Deus.Secundò dicuntur veritas: qa oīa in Christū, & euangelicū veritatē tendebant tanq̄ in finem in quo omnia fuerūt verificata:tam ceremonialia, quàm iudicialia, & etiam moralia.Tertio omnia præcepta dicuntur veritas:i. iustitia inquantum omnia erant conformia diuinæ voluntati.Et sic oīa E erant immobilis veritatis quantùm ad finē, vt sæpius dictum est.Ideo dicit Dauid,quòd omnes vitæ tuæ veritas.

RES.

Vide humilitatem meam,et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

In hoc.20.octonario memorat labores iteriis ecclesiæ Christi post eius aduētum, & persecutionem factam à Iudæis.Ideo dicit. Vide humilitatē meā quam habui in primitiua ecclesia in persecutione Iudæorū,& eripe me ab eis.Et eripe me à iugo legis vet.quia legē tuā euangelicam.quæ verè iustificat,nō sum oblitus.imo quia cum humilitate eam susceepi,& obseruare promisi: quæ quidē lex est fundata in humilitate,vt dictum est:ergo vide humilitatem meam &c.

Iudica iudicium meum,& redime me, propter eloquium tuum uiuifica me. F

Longe a peccatoribus salus:quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Et tu ò Christe,qui venisti iudex in mundū: nūc per discretionē, & in nouissimo die per examinationem iudica iudiciū meum discernendo causam meā,separādo me à consortio Iudæorum, & redime me nō solùm a peccato:sed etiam absolue me à iugo legis veteris per legem euangelicam:& etiam ab omni peccato:& propter eloquium tuum, i. propter legem euangelicam à te prolatam viuifica me à morte peccati per viam gratię ac sacramentorum ecclesiæ:quia talis salus, & vita data per legem euangelicam est longè à Iudæis,& infidelibus, & cęteris peccatoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A toribus:eò quòd iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ domine:secundum iudicium tuum uiuifica me.

Et q dñe mīæ tuæ sunt multæ ī lege euāgelica,quia multa remedia dedisti ad saluandum nos,putà baptismū. & confirmationē, & pœnitentiam &c. Ideo ſm iudicium, & scientiam tuam uiuifica me.ſſecundum sciētiam à te datam Marc.vlt.Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit &c.

Multi qui persequuntur me & tribulās me: a testimoniis tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes & tabescebam,quia eloquia tua non custodierunt.

Itē licèt multi sunt Iudæi.& gentiles,& p fidi qui tribulant,& tribulauerunt me:tſi à testimoniis,& lege tua nō declinauiſſimo cum

B uidi Iudæos,& infideles,& hæreticos præuaricantes legem tuam,& contemnentes,ego tabescebam,& liquefiebam ex zelo,quia mā data tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in misericordia tua uiuifica me.

Principium uerborum tuorum ueritas, in æternum omnia iustitiæ tuæ.

Vide ergo,& nō neges mihi p̄mium ò domine;qñ semper in his persecutoribus mandata tua q̄siui,quia sunt vera,& nō falsa nec ficta,quia principium uerborum tuorum est veritas:nā tu loqueris p Christū qui est verbū tuū p quē facta sunt omnia. Sed ipse est via veritas, & vita, ideo principium verborū tuorum est veritas.Et ideo dilexi legē tuam & sic nō possum falli.Ideo sunt æterna in veritate omnia:iudicia, & ,p̄missa iustitiæ tuæ:

C & præmia q̄ per iustitiā adiudicasti.& promisisti.Et sic viuifica me in misericordia tua sicut promisisti obseruantibus legem tuam,& nō fallas me,quia principium uerborum tuorum veritas &c.Ideo non dubito præmiari, nec timeo falli.Vnde principium verborum Dei est veritas,quia verba Dei à prima veritate procedunt, & in veritatem qui est Xps tendunt. Et sic oīa quæ scribūtur in lege sūt vera,& iusta,inquantum iuxta diuinam uoluntatem sunt ordinata. Et sic veritas idem est quod iustitia. SIN.

Principes persecuti sunt me gratis,et a uerbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua,sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

In hoc 21.octonario rememorās persecutiones tyrānorū petit prēmiū promissum dicēs.Prīcipes,& Imperatores,& tirāni, & diaboli persecuti sunt me,nō demeritis meis p̄cedentib.sed gratis,& spōtè, & certa malitia p̄p nomē tuū:cò q̄ defendebā fidē tuā.Iterā tū q̄ à verbis tuis formidauit cor meū fugiendo p̄secutionem eorum p̄ mōtes, & speluncas.Et tñ lætabor ſup eloq̄a tua.i.in cōtemplatione,& cōsidētia legis,& ,p̄missionis tuę sicut q̄ inuenit spolia multa.Quasi dicat, q̄ ita lęabar in p̄secutorib.& tormētis,sicut victor in bello.q̄ inuenit spolia multa.Nam illi p̄ bella t̄palia inueniunt spolia terrena,sed ego per martyrium inueni spolia spiritualia, & diuina,quia illi inuenerunt coronam corruptibilem,sed ego incorruptibilē. Licèt ergo principes me fuerint persecuti : & timuerim in principio,tamē considerans eam beatitudinē,q̄ mihi in lege ,p̄mittitur, cōtempsi principes p̄sequentes,& lęrabar ſuper eloquia,& promissiones tuas : sicut qui inuenit spolia multa.Et habui odio, & abominatus sum oēm iniquitatē eorū,legem aūt tuā dilexi,& contemplatus,& secutus sum.

Septies in die laudem dixi tibi:super iudiciæ iustitiæ tuæ.

Vnde deuictis tyrannis,& hęreticis contemplationi totaliter me dedi.Et sic ordinaui officia ecclesiastica per ſeptem horas diei ad laudem Dei in hymnis,& canticis,& amplexui diuinum cultū per doctores meos. Et sic septies in die laudē dixi,& cantaui tibi ſuper iudicia iustitiæ iuæ.Quasi dicat, in illis ſeptem horis diurnis,patiterq̄ nocturnis cantantur gesta patriarcarum,& prophetarum,& apostolorū,& martyrum,& gesta euangelica, q̄ sunt iudicia iustitiæ tuæ.Hoc dicit;quia in illa ætate Hieronymus,& Ambrosius, & Augustinus,& Gregorius ordinarunt officia ecclesiastica,& horas ſeptem canonicas cantari in ecclesia fecerunt per totum orbem. de quibus horis dicitur psalmo 129.

Pax multa diligentibus legem tuam,& non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum domine,& mandata tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua,& dilexit ea uehementer.

Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo.

Sedatis persecutoribus fuit multa pax diligen-

A tibus legē tuā,& oībus Christianis in ecclesia tua.Etiā non est illis scandalū : quia omnes hæreses,quibus multi scandalizabantur,sunt extinctę,& sedatæ.Et ideo iam expectabā salutare tuū in æterna felicitate, reiectis rebus terrenis.Nam conuersatio mea in cęlis est,iam viuendo in hac vita contemplatiua:& sola mandata tua dilexi: quia in sola lege tua est volūtas mea die ac nocte.Et sic in cōtemplatione custodiuit aia mea.testimonia tua,& dilexit ea vehementer. Et seruaui mandata tua,& testimonia tua: quia dedit⁹ soli contēplationi:& oēs vitæ meæ. i.intellectus,& voluntas,& affectus est totus fixus in conspectu tuo abstractus à terrenis.

T A V.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine iuxta eloquiū tuum da mihi intellectū.

B In hoc vltimo octonario iā petit absolui à nēboris corporis huius,& esse cū Christo in beatitudine:& petit præmiū pro laboribus, & peregrinatione.Dicit ergo: O dñe appropinquet iā oratio mea in cōspectu tuo,& da mihi intellectū, & intelligentiā claræ visio nis in patria iuxta eloquiū. i. secūdū promissionē tuā.Nam in principio dixisti. Beati immaculati in via:qui ambulant in lege domini.Ego autem in ambulaui in lege tua:& me seruasti immaculatum ex gra tua : ergo da mihi clarā visionē,& intellectū beatitudinis.

Intret postulatio mea in conspectu tuo:secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.

Et intret in conspectu tuo postulatio mea & secundū eloquiū, & promissum tuū eripe

C me.Absolue me ab hoc mortali,& pōderoso corpore,& passibili:& cū fuero absolutus ab hoc mortali corpore,eructabūt,& cātabūt labia mea hymnū cū beatis in patria:cum propositū docueris me iustificationes tuas.i. possim impleuerim iustificationes, quas me docuisti,& eriā cum docueris, & ostenderis mihi iustificationes tuas,id est præmia iustificationum tuarum in patria.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua ęquitas.

Et sic pronūciabit lingua mea eloquium tuum angelo gratias cum ęteris beatis: quia omnia mandata tua uentas : quia quicquid promisisti adimplesti. Ideo omnes beati in sæcula sęculorū laudabūt te,dicentes .Benedictio,& claritas,& gratiarū actio &c.Apo.7

Fiat manus tua, vt saluet me, quoniam mandata tua elegi.

D

Concupiui salutare tuum domine:& lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea & laudabit te:& iudicia tua adiuuabunt me.

Ergo fiat manus tua,& mia sup me,& saluet me,beatitudinē cōferendo: quia mandata tua elegi:& impleui,ergo da mihi prēmiū, quia hoc præmiū,& salutare tuū semper concupiui:& propter ipsum semper laboraui. q̄ lex tua meditatio mea est, quia semper fuit in ea voluntas mea die ac nocte. Et sic cum dederis mihi hoc prēmium viuet anima mea beata,& ęterna fruitione,& in sęcula sęculorum laudabit te:quia iudicia tua,id est obseruantia legis tuæ adiuuabit me,& adiuuit me ad consequendam beatitudinem.

Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum,quia mandata tua non sum oblitus.

E

Hic concludit totū intellectū huius psalmi.Vnde est aduertēdū sicut in principio dictum est:q̄ iste homo,fuit in principio creatus à Deo.& factus ciuis, & dominus illius amœnę,& felicis ciuitatis paradisi terrestris, quem ornauit oībus bonis gratuitis in corpore,& anima cum illa originali iustitia: cui dedit legem obedientiæ, quam si seruasset, absque labore post longum tempus fuisset translatus in cœlum cum tota sua posteritate ad meliorem,& optimam vitam,& ęternam felicitatem.Sed q̄ fuit rebellis:non solum p̄didit ęternā felicitatē:sed etiam præsentem: quia fuit expulsus ab illa terrestri ciuitate paradisi.Et sic ex ciue,& domino felici factus est exul,& miser peregrinus in hac lacrimarū valle.Tunc iste miser petijt si esset aliqua

F remissio sui peccati,& modus recuperādi sup̄nā felicitatē perditā,& beatitudinē. Tunc dixit ipsi angelus ex parto Dei, quòd aliter nō possit recuperare:nisi per longa tempora peregrinaretur per hunc mundū ambulando sine macula in lege dñi.Itaq; sicut inobedientia,& peccatū fuit via ad expellendū ipsum à beatitudine:ita lex diuina erat via ad reducendū ipsum ad beatitudinē perditam. Et sic dixit ipsi angelus. Beati immaculati in via,qui ambulant in lege domini. Et quia oportet viatorem scire legem à Deo datam: ideo sequitur. Beati qui scrutantur testimonia eius &c.Et quia obseruantia huius legis consistit in declinando à malo ; & faciendo bonum:ideo sequitur.Non.n. qui operantur

iniqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iniquitatē in vijs eius ambulauerunt. Tunc iste peregrinus acceptauit peregrinationē, & lege, & promisit ipsam obseruare. Et respondit dicēs: postquā tu domine mādasti mādata tua custodiri nimis: vtinā dirigātur viæ meæ ad custodiēdas iustificationes tuas. Et sic petit auxiliū, & gratiā, vt in hac via, & lege, & peregrinatione dirigatur. Sed petit quō in tua adolescentia corriget viā suā. & motus, & passiones. Cui respondetur: In custodiendo sermones tuos. Et sic iste peregrinus est vsq; ad Christum in lege veteri. Et tunc dicit. Ecce domine iā viam mandatorū tuorum curri &c. Sed iā deinceps legē pone mihi iustificationum tuarum: quia ipsam volui, & semper desideraui postquàm in lege veteri nō potui iustificari. Postquàm aūt recipit legem euangelicā iustificantē, agit gratias dicēs. Bonita

B tē fecisti &c. Et cum hoc petit auxiliū ad cōfundēdum Iudæos. Postea petit auxilium ad debellandos tirannos: postea contra hæreticos, quibus omnibus deuictis ampliauit cultum diuinum, & petit confirmari in otio, & quiete vitæ contemplatiuæ. Nunc autem in fine iam fractus asperis laboribus, & longa peregrinatione, & completo cursu per obseruantiā legis, & postquàm ambulauit immaculatus in lege domini, petit præmiū beatitudinis in principio promissæ, & dicit: O domine iā erraui, & peregrinatus sum exul extra patriā, sicut ouis, quæ petiit, Ergo iam quæ re seruū tuum, & duc tecū in supernā beatitudinē qa mādata tua nō sum oblicus: imo in pleui legē, quam mihi imposuisti. & peregrinationē. Et respice bene: quia ab isto pl. futurus est ingeniū, & inuentionē Salomon in cā

C ticis: nisi. quòd mutauit stylum à peregrino in sponsam. Sed seruauit eundem discursum. Et ideo eodem modo finiunt cantica. Nam sponsā post longam peregrinationem deuictis tirannis, & hæreticis, & iam quiescens in prosperitate, cupit dissolui. & esse cum Christo. Ideo vocat eam sponsus dicens. Quæ habitas in hortis amici auscultant te: fac me audire vocem tuam. Et tunc ipsā respondet dicēs. Fuge dilecte mi: & duc me tecum supple in montes aromatum. Ex quo pater, q̄ eadē est sententia hic & ibi: & idem discursus, & eadē conclusio. Est ergo aduertendū, q̄ ecclesia considerat quatuor status siue ętates in se ih prosecutione tēporis. Primus fuit ab Adā vsque ad Christum, quæ dicitur adolescentia. Secundus fuit à prædicatione Christi vsque ad prædicatione apostolorum. In quo D
humanū, quæ ętas dicta est iuuentus, & secundo
uatio. Tertius fuit ad apostolis vsque ad Cō
stantinum, & doctores quæ dicta est virilitas.
quia tunc pugnauit, & fuit in suo vigore.
Quartus fuit a doctoribus vsque in hūc quæ
dicitur senectus. Quasi secundùm istum modū superius expositus est prophetice, & mistice iste ps. secundùm peregrinationē corporis mistici ecclesiastici per ætates, & status
successiuè. Sed quia in ecclesia sūt simul quatuor status. s. peccatorum, & conuersorū pernitentium, & proficientium, & perfectorum.
Nam primi, qui indigent corrigi: iā corriguntur. Secūdi iā proficiunt sibi in viuēdo, & tertij cæteris in docēdo. Quarti iā relictis tenebris viuunt in contemplatione. Iō ecclesia cā
tat quatuor primo octonarios huius psal. ad
primam pro peccatoribus desiderātibus cor-
rigi. Ad tertiam uero cantat sex octonarios
sequentes pro conuersis, & pœnitentibus. Ad
sextam vero cantat alios sex sequentes pro
proficientibus, qui sunt martires, & doctores.
& qui iam fecerunt pœnitentiam. Item pro
perfectis cantat sex vltimos. s. pro contēplatiuis. Item quia ecclesia considerat in quolibet fideli quatuor status siue ætates. s. adolescentiam in qua indiget corrigere, & reprimere affectiones, & passiones. Secunda est
iuuentus, in qua iam operatus, & laborat in
vita terrena. Iō opportecōprimi ab auaritia,
& superbia. Tertia est virilitas in qua iā sibi
proficit, & alios docet exemplo, & doctrina.
Quarta est senectus: in qua toraliter debet re-
linquere terrena. & contemplari de vita sua
ra. Iō ecclesia cantat primos quatuor octo- F
narios ad primam pro adolescentibus, & sex se-
quentes ad tertiam pro iuuenibus, & sex se-
quentes ad sextam pro viris, & sex vltimos
ad nonam pro senibus. Item quia etiam ec-
clesia considerat tres status simul in lege e-
uangelica. Primus dicitur status communis
omnibus Christianis, quia viuunt in fide, &
spe, & caritate iustificati per ecclesiastica sa-
cramenta. Secundus dicitur status proficientium sibi, & alijs, & iste dicitur status doctorum, & prælatorum, qui sibi proficiunt in vi
ta iusta, & alios docent vita, & doctrina, &
ecclesiam Dei defendunt ab hæreticis, &
infidelibus. Tertius est contemplatiuorum, &
perfectissimorum, sicut sunt martires, & re-
mitæ &c. qui secluſi à mūdo, cupiunt esse cū
Christo

A Christo. Ideo ecclesia pro statu cōmuni cantat primos quatuor octonarios ad primā: & sex sequentes tertiā pro statu proficiētium & cantat sex sequentes ad sextam pro eisdē: & pro statu perfectorum sex ultimos ad nonā. Vnde prima correspondet adolescenti ætati & tertia iuuenili: & sexta uirilitati: & nona senectuti. Ideò q̄ iam declinet uita hominis. Ex quo patet, q̄ alij qui glossant istum psalmū pro vita contemplatiua, & actiua, bene dicunt: & etiam qui glosant ipsum pro incipiētibus, & proficientibus non minus bene dicunt. Sed non euacuant totā intelligentiam huius psal. quia tales expositiones sunt quasi

B sacræ morales. Sed oportet vt & exponntur prophetice: sicut supra dictū & factum est. Videtur ista fuit principalis intentio ipsius Dauid: vt pater diligenter intuenti per discursum totius huius psal. & peregrinationem, & diuersos status huius peregrini, & intentionem ecclesiæ quæ non solum recitat hunc psalmū ad animos expellendos. sed etiam principaliter patendo auxilium: & gratias agendo de beneficijs acceptis per omnes status, & ætates huius peregrinationis. Ideo præponitur in eius titulo Alleluia. Ex supradictis etiam pater, q̄ cum uita cuiuslibet hominis nō sit nisi quædam peregrinatio inter præcipitia, & laqueos carnis, & mundi, & diaboli: ideo iste psalmus non solum est intelligendus, & exponendus prophetice de peregrinatione totius corporis, & hominis mystici ab Adam vsque ad iudicium, sicut expositus est: sed etiam moraliter de peregrinatione uitæ cuiuslibet hominis. Sed qua circa talem mora

C doctores: scilicet Ambrosius, & Augustinus, & Cassiodorus: ut dictū est in principio: ideo quisque cupiens sectari uberioti doctrina pergat ad eos: quia hic principaliter intendimus prophetica intelligentiam psalmorum referre: aut per eam ad moralem, & anagogicam vnusquisq; per se faciliter ualeat peruenire semper tamen auxilio diuino inuocato docet Dauid in hoc Psal.

PSALMVS. CXIX.

AD dominum cum tribularer clamaui: & exaudijt me.

Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua dolosa.

Hoc Psal. & quatuordecim sequētibus generaliter præponitur talis titulus. s. Canticum graduum: eò q̄ isti quindecim psalmi cantabantur per sacerdotes, & leuitas in a- D
scensu quindecim graduum templi Salomonis: Ad cuius intelligentiam dicunt Talmudistæ vt refert Camhi, q̄ qñ Salomon fodit fundamenta templi, tanta abundantia aquæ incepit emanare, quòd uoluit quasi submergere totam ciuitatem Hierusalem. Sed tunc Achitofel vir prudens scripsit semiforas. i. nomen tetragrammaton in testa ollę, & misit in aquam aduršdo eam, vt retrocederet. Et sic aqua descendit versus centrum terrę per sedecim millia stadiorum. Sed tunc dixerunt sapientes, quòd hoc cedebat in maximū damnum ciuitatis, quòd aqua esset ita profunda: puta pro puteis fodiendis. Sed tunc Achitofel iterum scripsit nomen semiforas in alia testa ollæ, & misit in illud profundū aduršando aquam, vt ascenderet per quindecim millia stadiorum: quod sic factum fuit. E
Et tunc Salomon iecit fundamenta templi, & fecit quindecim gradus in ascēsu tēpliin memoriā illorum quindecim stadiorū, quibus aqua ascenderat de abysso. Et sic dicunt Talmudistę, q̄ Salomō præcepit cantari hos quindecim psalmos in ascensu illorū quindecim graduū in memoriā illius magni miraculi. Sed quantùm ista positio sit ficta, & frivola, & irrisoria, & in se concludens mendaciū, & contradictionem, cuilibet disposito potest patere. Et ideo est aliter dicendum ſm Aug. & sacros doctores, q̄ tota edificatio, & dispositio Hierusalē, & illius tēpli fuit figura Xpi, & ecclesiæ militantis: & ex consequenti ec- F
clesiæ triumphantis. Et iō anteq̄ ædificaretur fuit tradita ipsi Dauid à spūsācto descriptio & exemplar totius templi, & tabernaculi, in qua intellexit oia, quę ibi erāt descripta, & figurata: ut patet. 1. Para. 18. Et ideo, sicut ordinauit Dauid: ita Salomon ædificauit tēplū in mōte Moria cū ascēsu quindecim graduū secundū exēplar sibi traditū. Ad cuius intelligētiam est notandū, q̄ Adā duo damna generalia incurrit per pctm. Nam primò eccidit à dignitate, & felicitate, in qua erat de præsenti: & à culmine gloriæ cœlestis sibi promissæ si stetisset. Secundò fuit exullet relegatus ab illa paradiso terrestri, & factus peregrinus cum tota sua posteritate per hūc mūdum miserabilem. Et ideo sicut dictum est in psalmo prædenti, non potest redire in patriam, à qua expulsus est nisi peregrinando, & ambulando in lege domini, ab ea non deuiando usque quò perueniat per Christum

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad Hierusalē quam perdiderat, & ad templū gloriæ. vnde cecidit. Sed cum peruenerit, & perductus fuerit ad terminum vitæ suæ obseruando legem: adhuc restat, vt ascendat per quindecim gradus uirtutum vsque ad tēplum gloriæ unde cecidit, & quod per peccatum amisit. Et ideo sicut Dauid fecit psalmū præcedentem: in quo denotauit tota peregrinatio huius mūdi: in quo homo mysticus peregrinatur ab Adam vsq; ad Christum: & à Christo vsque ad vltimum iudicium siue ad finem vitæ cuiuslibet hominis, vt dictum est in psalmo præcedenti. Ita pariter Dauid fecit hos quindecim psalmos pro ascensu quindecim graduum templi: per quos denotātur & memorantur quindecim gradus virtutum, sine quibus nemo potest in cœlum ascendere: nec gloriam amissam recuperare. Nā per
B illam ciuitatem Hierusalem intelligebatur præsens ecclesia, & per templum ædificatum figurabatur superior patria, ad denotandum q̄ licet simus in ista Hierusalem per fidem, & gratiam: tamen adhuc restat, vt ascendamus in Hierusalem supernam per gradus, & merita virtutum. Et hoc figurabatur per peregrinationem Iudæorum, qui erant in dispersione. Nam veniebant de Græcia, & de Italia, & de Aegypto: & de cęteris partibus mundi ad diem festum in Hierusalem. Sed dum erāt ibi, adhuc restabat, vt ascenderent per quindecim gradus in templum. Et ideo illi peregrini dum peregrinabantur per itinera dicebant psalmum præcedentem. s. Beati immaculati in via. & hoc per totum iter. Sed postea in ascensu tēpli dicebāt hos quindecim psalmos vnum in quolibet gradu per ordinem
C procedendo. Sed ofa illis cōtingebant in figura: Nam totum spatium itineris à domibus suis usque ad portas Hierusalem significabat totum discursum legis ab Adam usq; ad Christum, & ecclesiam euangelicam. Sed à portis Hierusalem vsq; ad templum significabat discursum legis euangelicæ. & fidelium, qui peregrinantur in hac Hierusalem, siue ecclesia Christi. Sed ascensus graduum templi figurabat ascensum in gloriam cœlestem. Et ideo Dauid fecit hos 15. psalmos appropriatos his quindecim gradibus templi, secundum ordinem virtutum. Nā primus psal. appropriatur primo gradui virtutum, qui est, recessus à mundanis, & vltimus ps. memorat vltimū gradū virtutū: qui est in quiete laudare Deū. Et ēt dicit perfectionē gloriæ, quæ est iā i patria in cessanter Deum glorificare, & benedicere. Et ideo vltimus psalmus dicit. Ecce nunc benedicite dominū &c. Et sic secundū ordinē virtutum prudes lector potest facere diuisionem istorū quindecim psalmorū. Dicātur ergo isti quindecim psalmi in quindecim partes, secundum quindecim gradus virtutum figuratarum per quindecim gradus templi: in quorū quolibet principaliter memoratur vna virtus secundū ordinē: & promotes illorum quindecim graduum. Est ergo iterum aduertendū, q̄ isti quindecim psalmi tripliciter possunt exponi. Vno modo moraliter. Alio modo, p quindecim gradibus, quibus iste homo mysticus ascendit in cęlum relicto mundo post peractam peregrinationem. Et sic totus iste sensus dicitur mysticus, & propheticus. Tertio modo possunt exponi moraliter de quindecim gradib. conuersionis pœnitentis, quib. hō ascendit à peccato in statum gratiæ, & in Dei speculationem, & contemplationem, & quibus ait propheta supra psal. 83. Beatus vir cui⁹ est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarū in loco, quē posuit. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorū in Sion. Ecclesia ergo ordinatis tribus modis intendit cantare istos quindecim gradus, siue quindecim psalmos. Potius mò pro apostolis, & discipulis, quia ascenderunt à Sinagoga in ecclesiā & tēplum Christi relictis legalibus. Et ēt pro omnibus fidelibus a peccato ascendentibus in statum gratiæ. Tertiò pro uiris sanctis, & contemplantibus ascendentibus à terrenis curis ad contemplationem spiritualium. Et ideo in diebus festorialibus quadragesimę ecclesia facit tres gradus ex his quindecim psalm. ante maiores. Et primum quinarium dicit pro defunctis, qui sunt in purgatorio: ut absoluti à pœni scito ascendant in cęlum. Et ideo dicit orationem. Absolue, Secundum quinarium dicit pro pœnitentibus: vt ascendant à peccato in gratiam per pœnitentiam. Ideo dicit orationem. Deus cui proprium. Tertium quinarium dicit pro iustis, & contemplantibus in statu: vt conseruentur in gratia, & proficiant in virtutibus vsquequo perueniant ad gloriā. Ideo dicit

A dicit orationem. Prætende domine famulis & famulabus tuis &c. Item etiam ecclesia, sicut totum psalmum præcedentem diuisum per octonarios, siue per quatuor partes dicit ad primam, tertiam, sextam, & nonā, pro peregrinantibus in hoc mundo: ut dictum est. Ita pariter ad omnes horas beatæ virginis dicit hos quindecim psalmos, cò q̄ beata virgo per hos quindecim gradus virtutum meruit ascendere super omnes choros Angelorum ad cœlestia regna. Et ideo quia beatus Augustinus, & Cassiodorus, quos magister sequitur de glossa ordinaria satis lucide, & per extensum dixerunt de sensu, & expositione horum istorum psalmorum. Ideo primò, & principaliter iuxta consuetudinem eorum sequar ex positionem, & sensum propheticum siue mysticum, non dimittendo moralem, & anagogicum. Et hoc breuissimè postquam per præ
B dictos doctores vnusquisque lucidissimè potest informari. Quantum ergo ad primum est dicendum, q̄ Dauid fecit hunc primum psalmum pro ascensu primi gradus templi. Vnde sicut primum quod fit ab ascēdēte est relinquere à tergo terram inferiorem. Ita a-postoli primò reliquerunt cerimonias, & rebus legalibus ascenderunt cum Christo. Et ita primum quod fit à pœnitente est detestare, & relinquere à tergo peccatum, & concupiscentiam terrenā sub pedibus, & sic etiam viri cō templarii in primo gradu virtutum cōtemnunt curam istorum terrenorū. Ideo Dauid fecit hunc psalmum pro primo gradu, & introducit istum hominem mysticum, qui primò fuit tribulatus, & deceptus à lingua dolo
C sa diaboli, & postea fuit tribulatus per linguam dolosam aliorum infidelium in toto tenere huius uitæ. Ideo petit liberari ab huiusmodi, & petit gratiam, vt contemnat omnia ista terrena, & absoluatur ab huiusmodi tribulationib. per ascensum primi gradus. Vnde dicit. O domine Iesu Christe cum ego tribularer à diabolo in principio mundi: & per membra eius in toto itinere uitæ meæ. non solum a regibus Aegypti, & Babiloniæ: & cęteris nationibus, sed etiam à Scribis Pharisęis volentibus me detinere sub iugo legis ne ascenderem in legem euangelicam, & tē plum suum. Et etiam cum tribularer ab hæreticis, & sarracenis, & etiam ab Antichristo, & sequacibus eius, tunc clamaui ad dominum Iesum Christum, vt veniret ad liberandum me: & ipse exaudiuit me. Vnde in oratione mea dicebam. O domine Iesu Christe libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa serpentis, qui me decepit in Paradiso, vnde cecidi, & fui expulsus, & libera me a labiis iniquis, & a lingua dolosa mēbrorum diaboli, scilicet infidelium, & hæreticorum, qui me impediunt ne ascendam istum primum gradum.

D *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*

Sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolatoriis.

Hic propheta prædicit punitionem infidelium, qui prohibent fideles in ascensu. Vnde dicit iste homo mysticus quasi indignatiuè contra diabolum, & membra eius. O maledicte diabole, & ò tu infidelis quid putas detur tibi, aut apponatur tibi ī pœnam ad linguam dolosam? ideſt, quæ pœna dabitur ti
E bi pro lingua dolosa, & pro deceptione? Et respondet. Quid putas dabitur tibi? Dabuntur enim tibi sagittæ iræ, & vindictæ Dei omnipotentis cum carbonibus, & ignibus desolatorijs, qui destruent omnes infideles, & persecutores ecclesiæ, & vastabunt Hierusalem per Titum, & Vespasianum, & punient Diocletianum, & Neronem, & cæteros persecutores ecclesiæ, & etiam interficient Antichristum, & post obitum eorum apponentur eis carbones desolatorii in inferno in pœnam æternam. Et ista erit vltio omnium malignorum, qui conati sunt impedire fideles ne ascēderent in cęlum.

F *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitani cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.*

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Iste homo non solum detestatur blasphemias infidelium, & peccata, sed dolet absentia beatitudinis futuræ, ad quam cupit ascendere, & tędet eum propter longā peregrinationem, & quia per magna tempora detinetur inter omnes infideles, sustinet opprobria contra legem Christi inter eos. Vnde est aduertendum, quòd inter omnes hæreses & sectas plus durauit, & perseuerauit secta Mahometi: quæ iam durauit ultra octingentos annos, & occupauit totam Arabiam, & Aphricā, & Siriam, & Asiriam, & Persiam, & Armenias, & Asiam minorem, & Græciā nostris temporibus, & maiorem partē mundi. Quæ quidem secta incepit à Mahometo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de genere Cedar filii Ismaelis. Ideo sarracenі dicuntur populus Cedar, quod interpretatur vmbra. Et ideo quia, Dauid præuidit populum Dei multipliciter, & per lõga tẽpora affligendum à secta sarracenorum quasi vsque ad prope tempora Antichristi: vel ẽt à qua Antichristus forsan est egressurus: iõ ait. Heu mihi: ga incolatus meus, & peregrinatio mea inter infideles prolongata est. Nam diù habitaui cum habitantibus Cedar. i. inter sarracenos filios Cedar. Et cum eis multùm incola, & pæregrina. & cohabitans fuit anima mea. i. duxi vitam meam in captiuitate. Hoc dicit: quia multi Christiani manent inter eos captiui. Et quia licèt velimus quãdo que pacem cum eis: tamen semper nos affligunt terras nostras occupando: ideo subdit.
B Cum his. s. sarracenis, & infidelibus. & tenebrosis peccatoribus. qui semper oderunt pacem ego eram pacificus: non malum eis inferendo cum loquebar eis pacificè: ipsi impugnabant, & affligebant me gratis. Et forsan Dauid memorat hic fugam suam, quãdo fugit à facie Saul ad terram Idumææ. quæ est Cedar trans Iordanem vbi congregati sunt populus eius fratres, & alij 400. de stirpe sua ad speluncam Odolã. Et habitarunt per aliqua tempota in Massath. vbi vidit in spiritu qualiter ecclesia debebat diu peregrinari, & habitare, & affligi inter sarracenos filios Cedar. Iõ dicit. Heu mihi: qa incolatus meus ꝓ longatus est. & habitaui cũ habitantib. Cedar &c. Item Cedar interpretatur tenebra vel mœror. Et tunc exponitur moraliter. Vñ pec
C cator veniens per pœnitentiam in gratiam dolet se tandiù habitasse in mœrore persecutionis. Et contemplatiui. & sancti dolent se tandiù fuisse inuolutos in curis mundi, & mœrore. Et sic ascendũt primum gradum dicẽdo istũ primũ psalmum. s. contemplatiuus, & pœnitẽs, & fidelis. ex quo patet, ꝙ primus gradus ascendentis in templum spirituale ẽ detestatio peccati, & vitæ vetteris, & dolor detentionis in hac vita: eò, ꝙ diabolus, & infideles impediunt nos ne ascendamus istum primum gradum.

PSALMVS. CXX.

Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino, qui fecit cælum, & terram.

Secundus gradus huius ascensus est subD & tendebat tanquã in finem, fecit hunc psal. in quo commendat ecclesiam Christi de securitate propter custodiã Angelorũ à Christo ipsi datam. Nam sicut illa Hierusalẽ materialis erat circundata montibus prohibentibus accessum inimicis: ita peramplius, & perfectius ecclesia Christi est munita millibus Angelorum, qui die ac nocte defendunt ipsam multo inexpugnabili. Duo ergo facit. Nam primò ipse in persona sua, & etiam in persona corporis mistici dicit se committere Angelorum custodiæ. Secundò admonet omnes fideles, vt ascendant ad hanc ecclesiã Christi, promittens eis securitatem, & tutelam propter custodiam Angelorum. ibi. Nõ der in commotionem. Quantùm ad primũ dicit. Ego ascendendo ad templum & eccle-
E sium Christi, leuaui oculos meos in montes circundantes istam ciuitatem ecclesiæ, qui quidem mõtes sunt Angeli dati ad custodiã huius ciuitatis Dei. Vnde. i. à quibus montibus, & Angelis veniet auxilium mihi cõtra inimicos visibiles, & inuisibiles, à quibus anxiet nunquam auxilium mihi. quã quidem potestatem, & virtutem Angeli non habent à seipsis: sed à solo Deo, & domino nostro Iesu Christo, qui eos posuit custodes huius ciuitatis. Item totum auxilium meum est principaliter à domino qui fecit cœlum, & terrã: & non à Diis gentium qui sunt demonia. Deinde cum dicit.

Non det in commotionem pedẽ tuum, neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel.

Dominus custodit te, dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Admonet omnes fideles ut ascendant ad hanc ciuitatem. & hoc fortalitium ecclesiæ, vt saluentur in ea, eò ꝙ est munita, & septa multorũ angelorum custodia, & tutela. Vnde dicit. O fidelis ascende ad hoc fortalitiũ, & præsidium ecclesiæ, vt diabolus sup. non det pedem tuum in commotionẽ: i. vt non te. quasi dicat: si tu fueris munitus hoc præsidio nunquã diabolus mouebit pedem tuũ nec operationes tuas à semitis mandatorũ Dei: nec nocebit tibi in corde: nec in anima. Et ratio est: nam Angelus custos, & vigil qui custodit te in hac ciuitate, & præsi-

A sium Christi: ad quam tota lex ascendebat,

dio, nunquã dormit. quia ecce. i. certè manifestũ est: ꝙ Deus, & exercitus angelorũ qui custodit Israel nõ dormitabit neq; dormiet vnq̃. Et ratio est: nã dñs noster Iesus Christus est ille qui custodit te per custodiã angelorũ, & ecclesiastica sacramẽta, & per sanctorũ orationes, & ipse dñs Iesus Christus sicut est salus tua. ita est protectio tua. nã eiusdem est saluare, & custodire. iõ ipse est, protectio tua super manũ dexterã tuã i. magis, & per amplius custodiet te dominus Iesus Christus quã dextera manus tua. Nota ꝙ dormitare est frequentatiuũ de dormio. iõ hæc est dfia inter dormitare, & dormire, ꝙ dormire dicit dormitionẽ succesliuã sine interuallo: sed dormitare dicit dormitionẽ cũ multis interuallis, & sic vigiles oppidorum, & exercitus dicũtur quandoque dormitare, eò ꝙ vigilant ne inimici intrent oppidũ. sed quan- F doq; opprimuntur somno, sed illico excitantur ꝑ sollicitudinẽ, & metũ. & iterum dormiunt, & iterũ excitantur &c. & sic dicũtur dormitare, & excitari. Sed nõ fecit sic dñs q̃ est custos Israel, nec angeli eius, quia cõtinuè vigilant super ciuitatem Dei. iõ dicitur Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem posui custodes qui die ac nocte non cessabunt laudare nomen domini &c. Ideo subdit Dauid.

Per diem sol non uret te, neq; luna per noctẽ

Dominus custodiit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitũ tuum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Quia dominus custodit te, & dominus est protectio tua, ideo sol nõ vret te per diẽ. Litera Hieronymi habet. Per diẽ sol non percutiet te, neque luna per noctẽ. Ad cuius intellectum est notãdũ, ꝙ sicut nec æstus solis nec F frigiditas lunæ potest nocere illis, qui habitant in domibus bene muratis, & tectis, ita nec diabolus nec æstus tentationum, nec defectus alicuius rei potest nocere iustis, & fidelibus habitantibus in hac ecclesia, & præsidio ciuitatis Dei per gratiã, eò ꝙ ecclesia est supra muro fidei, & spei, & caritatis, & circũdata montibus angelorum. & cooperta tecto articulorum fidei, & donis spiritus sancti. Item est aduertendum, ꝙ quędam sunt peccata tentationis. quæ dicuntur fieri in die, id est in manifesto. sicut est superbia, & auaritia & etiã luxuria. Et quædã dicũtur fieri in nocte ad lunã: i. in abscõdito, & occulto, sicut est pctũ inuidiæ, & odij inueterati, & oĩa peccat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ta quæ manent in solo proposito,& nondum venerunt in actum: sed nullum istorum potest nocere iustis habitantibus in hac ecclesia per gratiam,nec in superiori per gloriã. Et hoc intendit dicere Dauid cum ait. Per diem sol non vret te.quasi dicat. O fidelis situ ascenderis in hanc ciuitatem, & fortalitiũ ecclesię,& fueris munitus eius montibus,& Angelorum custodia. & tectus virtute ecclesiasticorum sacramentorum, & donis spiritus sancti: ego dico tibi,quòd sol, id est æstus peccatorum,& manifestarum tentatiõũ superbiæ, & auaritiæ &c.non vret te per diem: i.in manifesto: neq; luna.i.peccatũ odij, & inuidię pereutiet te in nocte.i.in occulto.q.d.q.nec peccata manifesta nec occulta nocebunt tibi munito, & protecto in hoc præsidio.Et ratio est:nam dominus noster le
B sus Christus,qui est ædificator, & custos huius ciuitatis, custodit te ab omni malo corporali. & dominus custodiat animam tuam: & dominus custodiat introitum tuum.i.custodiet te per sacramentum baptismi quando ingressus fueris in hanc ciuitatem, & custodiat exitum tuum per sacramẽtum extremæ vnctionis. Nam per baptismum intrãt fideles in hanc ciuitatem, & per extremam vnctionem exeunt. Et per confimationem armantur, & roborantur,& per eucaristiã refi ciuntur,& per pœnitentiam resurgunt, & vnificantur, & per matrimoniũ legitimè procreantur. Et per sacramentum ordinis regun tur, & diriguntur in hac ciuitate,& ecclesia Christi ex hoc tempore vsque in sęculũ gloriæ. i. dum ista ecclesia durabit per gratiã vsquequo perueniat in sæculum gloriæ.Ex qui
C bus patet quòd dominus Iesus Christus est principalis dominus,& custos, huius ciuitatis,& præsidij.Sed custodit eam per Angelos tanquã per vigiles,& ministros,& p ecclesiastica sacramenta,& per doctrinam,& orationes sanctorum virorum. Nam tàm Angeli, quàm ecclesiastica sacramenta, quàm dona spiritus sancti:quàm sancti viri:sunt montes munientes istam ciuitatem,& præsidium, & ideo Dauid nos admonet vt leuemus oculos nostros,& recurramus, & refugiamus, & ascendamus ad istos montes, vnde ueniat auxilium nobis.Ex quibus patet,q; iste psalmus est similis in materia, & sententia psal.xc.s. Qui habitat in adiutorio altissimi &c.

PSALMVS. CXXI.

L *Aetatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum domini ibimus.*

Titulus Canticum graduum. Tertius gradus ascendentium in cœlum est gaudium de bonis spiritualibus promissis. Nam primus gradus est relinquere terrena, & detestari peccata. Secundus est eleuatio mẽtis in Deũ .s.auersio à bono commutabili, & conuersio ad bonum incommutabile. Et ideo sequitur tertius gradus immediatè,q; quis gaudeat,& delectetur in tali bono incommutabili promisso. Et ideo Dauid fecit hunc tertium psalmus licèt sit paruus in verbis, tamen est profundus, & difficilis non solummodo in sententia sed etiam in constructione, & ordinatione literæ. Pro cuius intelligentia est notandum, sicut pluries dictum est,q; illa Hierusalem terrena,& illud templum materiale quod ędificauit Salomõ ex præcepto Dauid patris sui:omnino fuit figura veriusque ecclesiæ.s.militantis, & triũphantis nõ solùmodo ratione interpretationis nominis: quia interpretatur pacifica: sed etiã quia tota ecclesia Christi ibi sumpsit exordiũ in illis apostolis & discipulis,& ibidem est ædificata per Christum sub nomine pacis: vt dictũ est psalm. 47. & 50.& in pleriscq; alijs locis.Et ideo notanduꝫ est iterũ notãdum sicut dicit Rabi Moises de Aegypto,q; sicut duplex est Hierusalẽ.s.terrena, & supernaita in sacra scriptura per Hierusalẽ inferiorẽ intelligũt,ppheta Hierusalẽ superiorem.Vnde super illud Ge. 26.quando vidit Iacob scalã &c. dicit glosa Hebraica in bereſſit Rba.q; Moyses noluit quã morereturꝫ ductus est in cœlum.& vidit ibi Messiam ædificantem Hierusalẽ in cœlis ex margaritis, & lapidibus præciosis. Et dixit

A dixit Messias ipsi Moysi, q; Iacob pater eius vtranque Hierusalem prævuiderat ædificandã & q; nihil erat illa quæ erat ædificãda in terris respectu illius quæ erat per Messiam ædificanda in cœlis:quia ista erat temporaliter, & illa in æternum duratura pro filijs Israel. quod audiens Moyses dixit. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi &c. Ex quibus sequitur primò,quòd præter illam Hierusalem terrenam est dare aliam Hierusalem spiritualem,& æternam. Secũdo sequitur, Messias debebat esse Deus:quia iam erat in cęlo tempore Moysi.Tertiò sequitur, q; Messias non erat ædificaturus Hierusalem terrenam: sed spiritualem,& cœlestem: & per consequens non erat datum suis felicitatem in hoc mũdo,sed in cœlo.Quarò sequitur, q; iste psalmus est intelligendus de Hierusalem terrena:sed de spirituali,& cœlesti, & de hac Dauid fecit hunc psalmum.Duo ergo facit Dauid in hoc psal.Nam primò commendat magnificentias huius ciuitatis. Secundò rogat pro eius conseruatione,& perpetuitate, ibi Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem.
Quantum ad primum Appheta expectãs posessionem,& statum huius ciuitatis, quæ est ecclesia militans per gratiã. & triũphans per gloriam:propter quatuor eius magnificẽtias lætatur iam in spe: & commendat ipsam in quatuor magnificentijs. Primò quia omnes iusti habitant in ea.hic per gratiam: & in futuro per gloriam. Secundò:quia ista ciuitas Hierusalem militans hic per gratiam est imago superioris triũphantis per gloriã. Tertiò: quia omnes isti qui ascendunt in istam ecclesiam ad laudandum Deum per gratiam,laudabunt ipsum in superiori per gloriã.Quarto:quia in hac ecclesia iudicantur,& lucrantur præmiũ omnes iusti pro illa gloria. Pro his ergo quatuor lætatur Appheta expectãdo ecclesiam Christi:in qua expectabat adipisci omnia quatuor supradicta .Et ideo iste psalmus simul oportet,quòd exponatur prophetæ,& mistice de ista ecclesia,& anagogicè de superiori:eò quod nullus potest venire ad illam nisi transeat per istam. Dicit ergo Dauid.Lætatus sum in his,quæ dicta sunt mihi. Ad cuius intelligentiam est aduertendum:q; multipliciter fuit reuelata ipsi Dauid prosperitas vtriusque ecclesiæ,& multipliciter prædixit eam in spiritu. Nam primò prænouit per promissionem factam ipsi Abrahæ.Gen. 15.Cui dominus dixit.Suspice cœlum, & numera stellas si potes,sic erit semen tuũ. Vbi prævuidit, quòd semen suum secũdum promissionem erat collocandum in cœlo in ęterna beatitudine. Item hoc potuit Dauid prævuidere per lapidem quem Iacob erexit in titulum.Gene.28. Prævuidit enim nouam Hierusalem,scilicet ecclesiam ædificandam in Christo. Et per scalam,& angelos ascendentes, & descendentes, prævuidit qualiter veri filij Israel per fidem debebant ascendere vsque ad Christum,& ecclesiam suam, & exinde per gradus virtutum erant ascensuri in cęlum.Item per promissionem factã de ædificatione templi,& ciuitatis.2. Regum, 7 prævuidit in spiritu qualiter Christus erat nobis ædificaturus Hierusalem nouam, hic per gratiam, & in futuro per gloriã.Propter omnes ergo istas promissiones. & reuelatiõnes sibi factas de ista Hierusalem spirituali, E dicit Dauid.

Lætatus sum in his,quæ dicta sunt mihi. super patriarchas,& prophetas.& reuelationes mihi factas:quia omnes fideles ibimus in domum domini,id est in ecclesiam Christi. Et etiam lætatus sum in his nõ solummodò per Natan propherã de terreno templo construẽdo,& perpetuitate regni, & de sede iudiciali,& regali,et ęternitate domus Dauid Sed et sũ magis lætatus de reuelatione mihi facta à spũsctõ de supradictis misteriis, et ꝓ missionibus:quia prævuidi in spiritu qualiter uos omnes filij promissionis ibimus in domum domini:quæ est ecclesia.Nam in istam ecclesiam ascẽdimus per gratiam,et in supẽ riorem per gloriam.Et tunc propheta conuersus ad Hierusalem dicit.

Stantes erãt pedes nostri,in atriis tuis Hierusalem. F

Hierusalem quæ ędificatur,vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum.

O Hierusalem pedes nostri erant stantes in atrijs tuis hic per gratiam, & in futuro ꝓ gloriam.Vel potest dici, q; hoc tempus refert ad prophetam.Quasi dicat.O Hierusalẽ lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi per reuelationem. Nam ego prævuidi in spiritu qualiter pedes nostri erant stantes in atriis tuis,id est qualiter omnes iusti,& fideles debemus habitare in te,hic per gratiam,et in futuro per gloriam. Et hoc probat per hoc q; sequitur. Nam ne quis putaret,quod hic lætatur de Hierusalem terrena, hoc remouet dicens Hierusalem quę ædificatur, ut ciuitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ad cuius intelligentiam est notandum, sicut pluries dictū est: & norat Augustinus secundò de ciuitate Dei: quòd secundùm Ciceronem in tertiò de republica. Ciuitas siue populus est concors hominū multitudo, iuris consensu, & vtilitatis communione sociata, antiquis moribus consistens. Ex qua diffinitiõe manifestè patet, quòd quatuor sunt de ratione ciuitatis. Primò concordia quò ad pacem, & bonum commune. Secundò cõsensus legis, & iuris. Tertiò communitas vtilitatis ratione boni communis. Quartò honestas morum, & virtutum. Ex his quatuor arguit Augustinus: quòd Roma nunquàm fuit vera ciuitas: quia nunquàm fuit in ea vera pax, nec concordia, nec iuris consensus, & cetera. Ergo ex his possumus arguere, quòd Hierusalem terrena nunquàm fuit verè ciuB tas, maximè quando venit Christus: quia in ea nunquàm fuit concordia, sed discordia: nec fuit in ea consensus legis: imo dissensio, & schisma: quia debuerūt recipere Christum secundùm legem, & non receperunt. Et fuit discordia etiam in rebus ciuilibus. Nam à passione Christi vsque ad destructionem factam per Titum, semper fuit continua seditio inter ciues, & continuæ cędes: vt ait Iosephus ī libro de bello iudaico. Ex quo patet quòd nunquam fuit vera ciuitas: nec rectè fuit vocata Hierusalem, id est pacifica: cū in ea semper fuerint continuæ discordiæ. Ex quò patet, quòd non dicta fuit Hierusalem, id est pacifica ratione sui: sed inquantùm debebat fieri pax inter Deum, & homines per mortem, & passionem Christi mediatoris: & inquantùm in ea debebat Christus ædificare C veram Hierusalem, scilicet ecclesiam ex congregatione illorum paucorum apostolorū & discipulorū. quam ecclesiam in pace fundauit. Nam quotiescunque Christus veniebat ad discipulos, semp dicit eis. Pax vobis. Et hanc pacem reliquit eis in testamentum æternū. Et ideo ecclesia Christi verè dicitur ciuitas: & ędificata vt vera ciuitas per Christum: quia in pace, & concordia, & iuris consensu, & vtilitatis communione sociata, quia erat eis anima vna, & cor vnum in Deo, vt patet Actuum tertio. Et sic illa Hierusalem ex parua dilatata est per totū orbem, & multiplicata. Et de hac Hierusalem dicit ꝓpheta. Lętatus sū in his, quæ dicta sunt mihi &c Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Quasi dicat. Ego non lętor, quia habeo mansionem in Hierusalem terrena: sed Dlętatus sum, quia pedes nostri erūt in atrijs tuis: ò Hierusalem non terrena: sed Hierusalem, quæ ædificatur vt vera ciuitas per Christum: in qua est sūma pax, & concordia: cuius participatio eius in idipsum: Litera Hieronymi habet: simul vel pariter. Vnde vbi nos habemus in psalmo. iiii. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Litera Hieronymi habet. In pace simul dormiam, & requiescam. Et ideo ly in idipsum ponitur pro simul vel pariter. Et sic ponitur in hoc loco: cuius participatio eius simul. Quasi dicat: participatio, & conuersatio ciuium illius supernæ ciuitatis est simul, id est cõcors vnita & non diuisa: sed in summa pace, & caritate conuiuens. Ex quo patet, quòd hoc non potest intelligi de ista Hierusalem terrena: quia nunq̄ parricipatio illorum ciuiū fuit in idipsum: nec simul nec concors in vna caritate: quia hoc solūmodò conuenit ecclesię militanti, & triūphanti. Sed licèt quādoque sit discordia inter malos ī hac ecclesia: tamen inter iustos semper est participatio simul, & cõcordia in vna fide: Dicit ergo ꝓpheta: Hierusalē, quæ ædificatur vt vera ciuitas: cuius participatio est tota simul, & concors: quia omnes ciues huius ciuitatis sunt vnanimes, & vnius moris habitantes in domo, quia vna est fides omnium, & vnum baptisma. Potest etiam per ly Hierusalem intelligi de per se ista ecclesia militans, in qua nūc habitamus per fidem, quæ ædificata est à Christo, ut ciuitas, id est ad modum, & similitudinem ciuitatis supernæ, quia imago eius: quia ciuesciam sunt ciues sanctorum, & domestici Dei, cuius participatio est simul per fidem, & caritatem. Vel per istam Hierusalē potest intelligi sola Hierusalem superna, cuius participatio est in idipsum. id est tota simul, & eterna. Nam secundùm Boetium quarto de cõsola tione. Aeternitas est interminabilis vitæ tota simul, & pfecta possessio, & talis est diuturnitatis illius æternæ ciuitatis: qui a non est successiua nec terminabilis, maximè à pte post: sed tota simul, & perfecta. Quasi dicat, ꝓpheta. O Hierusalem celestis, lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi: quia pedes nostri erunt stantes in atrijs tuis. Stantes dico non mobiles: sed quieti in tua visione, non negotiantes in mundana sollicitudine: sed quieti in contemplatione. Hierusalem dico non illa terrena, sed superna, quæ ædificatur, vt vera ciuitas

A ciuitas, & pacifica: incorruptibilis, & perpetua. Probatur: quia participatio, & habitatio, & conuersatio eius est in idipsum, & tota simul, & æterna. Et notanter dicitur participatione. Nam Deus est sua felicitas per essentiam, & ideo nõ dicitur participatio respectu sui, sed respectu nostri, qui ipsam participamus. Ex quibus patet, q̄ isti tres versus prędicta nõ possunt intelligi de Hierusalem terrena: nec de illa verificari: quia eius participatio nec est eterna, nec concors: nec tota simul, sed intelliguntur de Hierusalem militanti per vnam fidem, & caritatem, & de triumphanti per gloriam. Item ista ecclesia militans ædificata à Christo, vt i. tanquã ciuitas triumphans: i. ad similitudinem, & imaginem illius. ad Gal. 4.

B *Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel: ad confitendum nomini domini.*

Ad cuius intelligentiam est notandum, vt legitur Exo. 24. q̄ Deus præcepit ipsi Moysi, & toti Israel, vt ascenderent omnes ter in anno ad adorandum dominum in tabernaculum Israel. i. vt esset eis testimonium veræ fidei, & latriæ, & profiterenē se esse veros cultores veri Dei, & vt per hoc destinguerētur à cæteris nationibus. Et ideo cum datū fuit iter fuit ipsi præceptum à spiritusancto, vt omnes Israelitæ ter in anno ex omnibus partibus mundi ascenderunt in Hierusalem ad confitendum, & testificandum nomen domini, in testimonium veri cultus. Vnde patet C fuit reuelatū ipsi Dauid qualiter Deus erat adorādus in trinitate perfecta in ecclesia militante, & eodem modo erat videndus à nobis in cęlo per gloriam. Et quomodo erat mus ascensuri in templum spirituale, hic per fidem, spem, & caritatem, & ad Hierusalem superiorem per visionem, & possessionem, & securitatem. Et quomodo ibi debebamus sedere in æternum &c. Hoc ergo prævidens Dauid fecit, & præcepit fieri quindecim gradus in templo, & secit hunc psalmum in ter tio gradu figurando trinitatem personarum in diuinis, & tres naturas in Christo, scilicet carnem, & animam, & diuinitatem, quia sicut caro, & anima vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Et ideo ait ꝓpheta Dauid. Lętatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in spiritu, supple quomodo in domum D dómini ibimus &c. Hic ergo demonstrat, & probat, quod illa superna ciuitas Hierusalē est nobis promissa in æternam mansionem, quæ ædificatur, vt vera ciuitas: cuius participatio est tota simul, & æterna. Et similiter illa Hierusalem militans est nobis promissa ad habitandum per gratiam. Nam sicut ad illam terrenam Hierusalem tribus Israel carnales ascendebant ter in anno ad confitēdū nomini domini, & ad offerendum sacrificia: Ita tribus domini spirituales, & filij Israel secundù repromissionem ascendunt continuè ad istam Hierusalem militantem ad confitendum nomini domini per fidem, & gratiam, & ad illam Hierusalem supernam per visionem, & gloriam. Vnde notanter dicitur tribus domini, quia non omnes tribus, & generationes ascendunt in istam Hierusalem, E sed solæ tribus domini. Vnde tribus domini dicuntur veri filij Israel, qui receperūt Messiam: quia soli illi vident Deum, & confitentur nomini eius in testimonium, quod sunt veri filij Israel, cui facta est promissio. Qui ergo non receperunt Christum non sunt veri filij Israel, quia non receperunt testimonium eius, nec prophetiam verificant nec affirmant, imo prævaricantur, & peruertunt ad terrena. Nam illa scala, quam vidit Iacob in somnis significat Christum, & ecclesiam. Et angeli ascendentes, & cætera significabant veros filios Israel non secundùm carnem, sed secundùm spiritum, qui per Christum erant in cœlum ascensuri. Ideo fideles, qui Christum recipiunt: recipiunt verum testimonium Israel, & faciunt testimonium ipsi Israel de veritate, qui autem negāt F Christum, negant testimonium, & prophetiam Israel, & ipsum testantur esse mendacem: ergo soli fideles, ascenderunt illuc in Hierusalem cęlestem ad confitendum nomini domini testimonium Israel, & secūdùm quod Israel uidit in illa visione, & soli isti sūt tribus domini. Nam sicut in hac ecclesia confitentur Christum, ita in illa superna felicitate confitebuntur nomini domini confessione laudis, q̄a beati, qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sęculorum laudabunt te &c. Quasi dicat ꝓpheta, quod sicut filij Israel secundum carnem ascendebant in festiuitatib. in templum Salomonis ad confitendum nomini domini: Ita filij Israel secundùm spiritum sunt ascensuri in cęlum &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.*

Nam ibi erant sedes regales ad iudicādū temporalia,& sucularia,& erant sedes sacerdotales ad iudicandum ea,quę pertinebāt ad cultum diuinum,& istæ sedes erant sup domum Dauid.i.promissæ ipsi Dauid, & posteritate eius in ętternū.vt patet 1.Re.7. vbi dicitur . Stabiliam solium eius in æternum: qđ in solo Christo impletum est , vt patet Hā. 1.Dauid illi dominus sedē Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in ætetnum . Intendit ergo Dauid dicere, q̄ sicut in templo Salomonis sederunt reges super domū Dauid,ita illic in Hierusalem superius sedebit Christus filius Dauid,& super domum Dauid in æternum,& sedebunt apostoli sup sedes 12.iudicantes 12.tribus Israel &c.Et nō

B solùm apostoli,sed etiam omnes beati, quia omnes regnant ibi,& sedent super sedes beatas,& semper ibi iudicant angelos malos , q ceciderunt ex illis sedibus,& iudicant filios Israel secundùm carnem obstinatos, & cæteros infideles,qui ad illas sedes noludrunt p uenire propter duritiam,& malitiam, & scelera sua.Ex quo patet,q̄ in Hierusalē supernam non ascendent tribus carnales , sed tribus promissionis , & spirituales in Christus ex gētibus,& Iudæis regenerati.Vnde Esa. 43.Ab oriente educam semen tuum . & ab occidente congregabo te &c . Omnem,qui uocat nomen meum in gloriam meam creaui eum formaui eum,& feci eum:educ foras populum tecum &c.Omnes gentes congregatæ sunt simul,& colleĉtę sunt tribus &c .

Hoc totum etiam potest intellig de ipsa ec

C clesia militāte,quæ dicitur Hierusalē, & domus Dauid per repromissionē,ad quā Hierusalē ascēderut tribus domini per fidē,& regenerationē baptismalē,in qua laudāt,& cōfitētur noī dñi,& predicāt legē euāgelicam , in qua domo Dauid sedēt prælati ecclesiæ , & habēt sedes.f.summus pōtifex,& patriarchę, & archiepi,& episcopi , & iudicant de rebus spūalib. secūdū ecclesiasticā ptātē: Nā sicut illa dicitur Hierusalē , & domus Dauid per gloriā.Ita ista dicitur Hierusalē per fidē , & gratiam.Et iō iste ps. 1.glossandus est de ista ecclēsia allegoricē,& mistice: finaliter,& consequenter,& principaliter de Hierusalē superna in qua consistit vltimum,& perfectū gaudium.& felicitas nostra.Et nota,q̄ sicut illæ tribus carnales ascēdebāt in Hierusalem ad cōfitendū nomini dñi in testimoniū Israel .D & in signū obseruātiæ legis:Ita nos Christiani,qui sumus tribus dñi spūales regenerati p apostolos,cōtinuè ascēdimus in Hierusalem militantē ad cōfitendū,& præbendū testimoniū.i.fidē Israel,nomini domini,qui est Iesus Xps.Nā credēdo in Xpm,& exhibēdo ipsi latrīā cōfitemur testimoniū Israel.i. sequimur fidē,& testimonium,quod Israel præbuit,& prædixit, & præuidit de Xpo , quando vidit scalā Gen.28.& quādo luctatus est cū angelo Gen.32.Et maximè quādo dixit. Iudā te laudabūt fratres tui &c.Gen.49.Vbi prædixit passionē,& resurrectionē,& regnū Christi. Et sic patet,q̄ nos verè confitemur,& testificamur fidem Israel,profitēdo legem euāgelicam in hac Hierusalem per fidem , & in

E superna per gloriam.

Rogate,quæ ad pacem sunt Hierusalem,& abundantia diligentibus te.

In hac secunda parte orat pro conservatione,& prosperitate huius Hierusalem . Ad cuius intellectum est notandū,q̄ in duobus consistit prosperitas,& securitas ciuitatis terrenæ.Primò in fortitudine muri ciuium,& victualium . Nam vt sic munitā expugnabitur ab inimicis , sed semper erit in pace,& securitate, quia ciuitas nō capitur ab inimicis nisi propter defectū alicuius istorū duorū.Ita pariter duo sunt , q̄ prosperāt ciuitatē Dei,& cōseruāt in ea pacē, & securitatē.Nam muri ecclesiæ Christi quibus redditur inexpugnabilis , & secura sunt, fides, spes,& caritas : & doctores,& martyres nihil tantes pro ea:victualia aūt sunt copia sacramentorum ecclesiasticorū,quibus pascūtur, & aluntur fideles siue ciues huius ciuitatis. Et ideo dum perseuerabunt hmōi turres , & copia,& abundantia victualium supradicta rū,nunquā expugnabitur hæc ciuitas , quæ peregrinatur in hoc mūdo,& militat contra infideles,& sic semper erit in pace,& abūdātia.Et de tali pace,& abūdātiā dicit Aphera ad oēs fideles.O Hierusalē.i.cōgregatio fidelium ecclesiæ militantis,rogate quæ ad pacē sunt.i.orate,vt Deus conseruet in vobis fidē, spē,& caritatem , & det vobis dona spiritus. sancti : nam isti sunt muri vestri,& ita sūt ad pacē,& securitatē vestrā.Et similiter tu Hierusalē ora,& roga,vt sit abūdātia,& copia sacramentorū ciuibus,& fidelib. diligētibus te. ga dū taliter abūdātiā erit nūquā pendit ei-

A uitas.Et ad maiorem expressionem subdit , & declarat intentum suum subdens .

Fiat pax in virtute tua,et abundantia in turribus tuis .

O Hierusalem fiat pax, & securitas in virtute,& fortitudine tua, quæ fortitudo est fides,spes,& caritas,& dona spūsancti.Nā in istis cōsistit tota virtus,& fortitudo huius ciuitatis: quibus redditur inexpugnabilis . Et fiat etiam abundantia in turribus tuis.f.copia ciborum , & victualium spūalium.f.ecclesiasticorum sacramentorum, & doctrinæ euangelicæ.Nam sicut illa ciuitas dicitur esse bene munita quæ habet turres bene munitas armis,& victualibus . Ita ecclesia dicitur bene munita quādo eius tures.f.doctores, & martyres fuerunt muniti armis doctrinæ euangelicæ,& fuerūt muniti virtutibus,& san

B ctitate vitæ,& sic non solummodo defendunt ecclesiam:sed etiam subiecerunt infideles iugo Christi, & tunc fuit pax in ecclesia, & abundātia in turribus suis:quod fuit completū in cōuersione magni Cōstantini, quia tunc fuit copia doctorum in ecclesia,& tota gentilitas conuersa est ad fidem. Potest hoc etiam referri ad Christum mediatorē. Quasi dicat prophęta.O Christe mediator fiat pax huius Hierusalē in virtute tua,& passione,& fiat abundantia,& copia bonorum spūalium in turrib.tuę ciuitatis Hier'm militantis .

Propter fratres meos & proximos meos ; loquebar pacem de te .

Propter domum domini Dei nostri,quæsiui bona tibi.

C Hoc loco Aphera explicat pro qua Hierusalē,& pro quibus ciuibus petit , & prædicit hanc abundantiā,& pacem:quia non de Hierusalem terrena,nec de ciuibus eius,quia in illa nulla est pax nec concordia: imo fuit in censā,& destructa, & ciues eius fuerunt partim trucidati,& fame consumpti : & partim in dispersionem , & captiuitatē relegati.Sed loquitur de Hierusalem spirituali : quæ est ecclesia tā militās quā triūphās.Nā ista est vera domus Dauid ipsi promissa,& isti sunt veri ciues,& proximi, & filii Dauid per repromissionē,quia receperunt Christum messiā filii Dauid ipsi promissum 2.Regū.7.Et iō dicit . O Hierusalē ego loquebar pacē de te.i. Aphetizabā,& petebā, prosperitatē supradictā nō propter iudæos obstinatos,& cęcos : sed Aphter apostolos, & cęteros fratres meos de iudaismo ad Christū cōuersos,& propter

proximos meos,i.gētiles per baptismū regenerātos.q.d.pro istis, & de istis ego loquor, & Aphetico,& p̄dico pacē,& prosperitatem ecclesiæ,quia istos prævidit in spū ad illā Hierusalē vēturos,& sic propter domū dñi Dei nostri q̄situi,& prædixi tibi supradicta bona spūalia. & nō bona tēporalia propter mundū:q.d.oīa ista quæ ego dixi in isto ps.refero ad Deū,& nō ad mundū , qa non loquor de Hierusalē terrena,sed de spūali quæ hic viuit per fidē. & gratiā. & de superna,quæ in æternū viuit per gloriā.Ex quo patet,q̄ tota ista secūda pars est ēt referēda ad Hierusalē cęlestē,cuius muri sūt æternitas, & securitas & abundātia bonorū gloriæ, cuius cibi sunt perfecta fruitio,& æterna felicitas.Ex quib. patet,q̄ iste psal.insufficienter glossatur à iudæis,& ēt à quibusdam catolicis de Hierusalem terrena:cum ea,q̄ dicta sunt in psal.nul

E lo pacto ipsi conueniant,imo totū oppositū videtur in ea,vt patet manifestē. Et iō rōne sui nō mererur dici Hier'm nec ciuitas imo Babylō,& cōfusio,& desolatio. Sed quicq̄d dixerūt de ea propheræ, & patriarchæ,dixerūt in figura rōne Hier'm spūalis,quæ in ea habuit exordiū à Christo, & sic dilatata est p vniuersum orbē,& ita pariter ista Hier'm militans est imago,& similitudo superioris: nā sicut ex illa Hier'm terrena ista spūalis est dilatata,& multiplicata:ita ex ista Hierusalem militanti, superna est reparata , & restaurata,& multiplicata . Nā ciues qui sunt in hac per gratiam, & fidem, sunt postea in illa ciues per visionem,& gloriam. Et ideo , quia omnia ista supradicta prævidit Dauid in spiritu,& reuelatione de ista Hierusalem militanti,& triūphanti,ideo fecit hunc psal-

F mum in commendationem huius ciuitatis, & propter lætitiam rei promissæ,dicens:Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.

PSALMVS. CXXII.

AD *te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis .*

Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum .

Sicut oculi ancillæ in manib. dominæ suæ , i a oculi nostri ad dominum Deum nostrum donec misereatur nostri .

Quartus gradus contemplationis, & ascēsus in cęlum est eleuatio mētis in ipsum , & ideo Dauid fecit hūc psalmum pro ascensu quarti gradus.In quo postquā in secūdo gradu docuit ascēsorē leuare oculos i mōtes. i.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad sanctos, vt impetrēt sibi gratiam:iā docet eleuare oculos ad ipsummet Deum, & petit misericordiam ab eo, & liberari à superbis: & petulantibus. Dicit ergo in persona totius hominis mystici. O domine, qui habitas in cœlis per gloriam, quia ibi te ostendis beatis in gloria tua: iam ante leuaui oculos ad sanctos, ut orent pro me: nunc autem leuaui oculos mentales, & etiam corporales ad teip sum. Nam sicut oculi seruorum sunt in manibus dominorum suorum, quia totum bonum, uel malū pendet à domino, quia in manu domini est benefacere, uel nocere seruo, & sicut ancille sunt in manibus dominæ suæ p.p eandem causam: ita ergo propriè oculi nostri sunt eleuati ad dominum Deum nostrum donec misereatur nostri, quia ab eo totaliter dependemus quò ad corpus, & animā:

B ideo in manu eius est misereri, vel flagellare, nam Christus est dominus noster, & diuina sapientia domina nostra, et populus est seruus, & ecclesia ancilla. Ergo domine postquā tu es verè dominus, & oculi nostri sunt eleuati ad te, & ab alio nō expectāt auxilium.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione, & contemptu quantùm ad corpus, & anima nostra multū est repleta despectione. & opprobrio supple, sumus enim supple opprobrium abundantibus, & diuitibus, & sumus quædam despectio ipsis superbis. Vnde nota q̄ homines contemplatiui, & iusti secundū Deū viuētes, quia contēpserunt

C diuitias: ideo sunt communiter pauperes. Iō sunt opprobrium, & derisio ipsis diuitibus, & vituperantur ab eis. Item sunt etiam humiles, & mites non sequentes dignitates, & sic sunt despectio superbis, quia superb. sem per despicit, & paruipendit humiles, & mites, imo iudicat eos impotentes, & insensibiles, eò q̄ nolunt vindicare iniurias. Ideo iustus iste, & contemplator petit misericordiā & auxilium, ut possit patiēter tolerare opprobria diuitū, & despectionem, & paruipensionē superborū. Nota q̄ ly donec stat termina tiuè, seu simpliciter, & continuatiuè secundū Hieronymum contra Heluidium.

PSAL. CXXIII.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos forte uiuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos forsitā aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

In hoc quinto gradu iste ascensor, & iustus agit Deo gratias, quia eripuit eum à despectione facta in prædicto psal. 50. quia est erectus ex Dei auxilio ab opprobrio, & furore superborum. Et potest referri ad omnes tribulationes à quibus liberatus est populus Dei per Dei auxiliū. Dicit ergo. Nisi q̄ dñs erat in nobis adiutor, & propitius in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dñs erat in nobis. Quasi dicat totaliter defecissemus, & deleti fuissemus supple. Et declarat. Cū exurgerent infideles hoīes in nos, & inimici ecclesiæ tā in test vet. per Aegyptios, & Caldæos, quàm in nouo per Iudæos & tyrānos, & hæreticos, forte tunc deglutissent nos viuos, nisi quia dñs erat in nobis adiutor, & protector. Item cum furor, & rabies, & persecutio eorū, i. ty-

D rānorum regum, & principum gentilium ita seeretur in nos, forsitan aqua, i. persecutio absorbuisset nos, vt patet tpe. Dioeletiani, & Maximiani, quia nisi Deus fuscitasset Constantinum ecclesia defecisset: uel videbatur quasi deficere. Nam tunc. s. à Christo vsque ad Constantinum, anima nostra pertransiuit tonem persecutionū per x. Imperatores. O forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. i. nobis fuisset illa persecutio intolerabilis, quia vires humanę non sufficiebant

E talia tormenta perpeti, & ideo iam deficiebat ecclesia, in tantum, q̄ Marcellinus papa ex timore adoleuit incensum idolis contra conscientiam, & oēs Christiani latebant per montes, & speluncas. Ideo agēs gratias dicit.

Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Laqueus contritus est & nos liberati sumus.

Benedictus dominus, qui non dedit nos captionem dentibus, & potestati eorum in captionem, quia totaliter non deuoraret nos. Nam anima, & vita nostra erepta est de laqueo venantium tyrannorum, & speculatorum, & etiam hæreticorū, sicut passer, q̄s eripitur a laqueo. Nā laqueus, & prās diabolī contritus est, q̄a

F Cōstantinus fuit conuersus. Nā tunc diabo-

A lus perdidit potestatē eùm Cōstantinus dedit licentiam Christianis publicè prædicandi, & ecclesias cōstruendi: & ampliauit diuinū cultū, vnde destructa est idololatria: & sic nos liberati sumus. Nā nos, qui eramus de populo gentili sub iugo, & laqueo diaboli, assumpto baptismo cōtritus est laqueus diabolū, peccatum originale, & actuale, & sic liberati sumus per baptismum: & qui eramus serui per peccatum, & falsam superstitionem facti sumus liberi per gratiam.

Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram.

In omnibus his tribulationibus totum ad iutorium nostrū fuit in nomine domini veri Dei, qui fecit cælū, & terrā. s. Iesu xp̄i, qui est verbū patris Deus, & homo: qui fecit ex tem

B pore cælū, & terrā, & nūc factus homo nos liberauit per passionē, & resurrectionem suā: quia nō fuit aliud nomen sub quo possemus salui fieri nisi Iesus. In nomine ergo eius fuit adiutorium nostrum. Nam sicut tunc fecit cœlum materiale, & terram: Ita in aduentu suo fecit cælum spirituale, & terram. Terra enim est ecclesia: cœlū vero ecclesiasti ca sacramenta, q̄ influunt virtutem & gratiā in ecclesiam: Christus vero est mouens illud cælum: & sol lucens in eo mittens lumen in ecclesiam. Nota q̄ prædictum quinariū psalmorum dicit ecclesia in primis pro mortuis, qui præcesserunt, eò q̄ sunt iam liberati à la-

C queo huius mundi, sed manent adhuc in purgatorio: quia nondum ascenderunt in cę lum. Ideo dicitur oratio pro eis. Absolue &c. Nam in quolibet psalmorum præcedentium aguntur gratiæ pro liberatione à terrenis, & etiam petitur diuinū auxiliū: ideo bene com petit defunctis. Item totus etiam iste psalm⁹ potest exponi de liberatione totius generis humani facta per Christum de captiuitate peccati.

PSALMVS. CXXIIII.

Qui confidunt in domino sicut mons Syon, non commouebitur in æternum, qui habitat Hierusalem.

Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Sextus gradus ascensus in cælum est vera confidentia & securitas. Vnde est notandū, q̄ illud templum Salomonis taliter erat situm in alto in illo mōticolo dicto Maria, & eius gradus erant dispositi taliter, q̄ in primo, & secundo, & tertio gradu nō poterat quis ui-

D dere muros ciuitatis: eò q̄ procedebant gradus infirma valle in altū montem. Et ideo quātò plus quis ascendebat tantò plus videbat. Iō q̄s quis erat in sexto gradu iam potebat videre muros ciuitatis circunquaque, & oēs montes, q̄ sunt i circuitu Hierusalē, & sic poterat videre fortitudinē illius ciuitatis, q̄ magna erat. Nā sicut dictū est: Iudæa est altior tota terra promissionis, & Hierusalem est sita in monte Sion, q̄ est circuitus ab aliis mōtib. p̄ruptis, & cōtragosis, & asperis, & sic ascensus in Hierusalem est difficilis inimicis. vt patet in libro Iodit. & Maccabæorum, & sic Hierusalem erat fortissima oīum ciuitatū Syriæ: tū quia sita in præruptis montibus: tū

E quia munita muris altissimis & fortib. & sic parabant viuere in securitate, & confidentia eius habitatores. Et ideo forenses, & alieni genæ venientes in Hierusalem, & ascenden- tes in templum, cum erant in sexto gradu, & circunspiciebant montes, & muros ciuitatis: dicebāt esse impossibile illā ciuitatē capi ab inimicis. sed in veritate seipsos multotiēs fefellerūt: qa multotiens fuit capta, & diruta ciuitas à diuersis propter peccata eorum. Vñ ostenditur non esse confidendum in viribus hoīum, nec in fortitudine murorum, & montiū huius mundi: sed in solo Deo q̄ solus pōt

F ,pregere ciuitates, & homines. Sed bene fuit illa ciuitas figura ecclesiæ: quę est fundata sup montes, & fundamēta apostolorum, & p phetarū, qui fundantur supra firmam petrā, qui est Christus. in circuitu cuius ciuitatis sunt alij montes fortissimi ad custodiā eius qui sunt angeli. Hanc ciuitatem principaliter custodit xps, & ex cōsequenti angeli: quæ est circundata triplici muro. s. fide, spe, & carita- te &c. quæ quidem ecclesia militans est postea figura & exemplar ciuitatis supernæ. Fe eit ergo Dauid hunc psal. pro ascensu sexti gradus templi Salomonis figurando sextum gradū ascendendi in cælū, in ecclesiam trium phantem per confidentiam. q. d. Dauid, & illud templum & ciuitas erat ædificata secundùm exemplar sibi traditum à spiritu sancto inquantū significabat ecclesiam militantem p gratiā, & triūphantē p gloriā. Et ideo sicut qui erat in sexto gradu circunspiciens oculis corporis videbat muros. & montes, & fortitudinem illius ciuitatis, in qua confidebant habitatores: figurabat q̄ ita eleuaret oculos mentis per fidem, & contemplationē, & cōsideraret, & cōtemplaretur ecclesiā xp̄i militan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

militantem: in qua ciues Dei habitant per fidem,& gratiam, & triumphantem in qua habitant per gloriam,& ponunt ibi suam cõfidentiam,& spem: quia illa est inexpugnabilis cum sit vallata montibus,& muris incorporalibus.s.apl'is: & ꝓphetis, & angelis &c. Ergo in illa debemus habitare,& confidere: & ciues fieri,& illud templum per gradus virtutum,& bonorum operum ascendere. Dicit ergo Dauid. Multi confidunt in uiribus hominum,& suis: & confidunt in ciuitatib. muniſſimis.& fortiſſimis,& tamen multotiens fallunturideo dico vobis,q̃ qui confidunt in domino,& non in idolis,& viribus suis erunt immobiles ſupple ſicut mons Sion: Et qui habitant in vera Hieruſalem.s.eccleſia quæ est viſio pacis ille nunq̃ commouebitur: qa licèt aliquando affligatur corporaliter: tñ non in æternum quò ad animam: quia illa est fundata ſupra firmam petram qui est Christus, & ſic erit immobilis.& tutus,& firmus,& inexpugnabilis,quia iſta Hieruſalem tot iens multotiens fuit expugnata,& incẽſa, & euerſa, quare non est in ea confidendum,nec est ẽt confidendum in Diis gentium,quia ſefellũt cultores ſuos,& in fine omnia idola ſunt deleta,& comminuta.ergo in ſolo domino noſtro Ieſu est confidendum in ſola Hier'm ſpũali est habitandum hic per gr̃am.& in futuro ꝓ gloriã,qa illa est verè fortis,& inexpugnabilis.Quod probo. Nam montes.ſ.Angeli ſunt in circuitu eius ad cuſtodiam,ergo in ea est habitandum:& dominus est in circuitu populi ſui ex hoc nunc,& vſq; in ſeculum, qa nobiſcum est vſq; ad conſummationem ſeculi.ergo in domino est confidendum, & non in hominib.nec idolis gẽtium,& ſic inexpugnabilis manet hæc ciuitas. Sed qa diceret aliquis contra.q̃ multotiens deuenit iſta eccleſia in dirutionem maximè tempore Dioclet iani &c. Reſpondet hic propheta.

Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ut non extendãt iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Licèt Deus permiſerit affligi eccleſiam ſuam,& iuſtos habitantes in ea temporaliter quò ad corpora:tamen non quò ad animam nec ẽternaliter, quia ſi Deus permittit iuſtos affligi à malis,& prauis temporaliter:hoc facit in exercitium,vt mereantur, & ne elati in proſperitate cadant in peccatum, & ne iuſti extendant manus ſuas ad iniquitatem,& peccata, ſed non permittit eos diù affligi: quia ſemper ponit finẽ afflictioni eorũ ne deſpe- rent ipſi iuſti:& ne extẽdant manus ſuas ad dere de bonis,& fructibus quos fecit per pœnitentiam,& poſt pœnitentiam. Vnde est notandum,vt legitur Eſdræ primo:q̃ Cyrus rex perſarum, & Medorum poſtquã adeptus est regnum Babiloniæ relaxauit captiuitatẽ iudæorum:& dedit licentiam,vt templũ,& ciuitatẽ Hieruſalẽ ædificarent: & de ſuis redditi ſunt pro reſtauratione,& ædificatione pręcepit dari.& de hoc fecit fieri vniuerſale pręconium,& edictum publicũ ꝓ vniuerſa regna ſua confitẽdo Deum cœli eſſe ſuper omnia: & ab eo recepiſſe victoriam,& omnia regna terræ:& ſic nõ ſolum magnificauit iudęos in ſe:ſed etiam inter omnes gentes honorauit. Et ſic Iudæi:qui cum fletu, & tribulatione ſeruierant,reuerſi ſunt cum gaudio:& tẽplum,& ciuitatem ædificauerunt.

Per hoc vidit Dauid in ſpiritu relaxationẽ captiuitatis humanæ futurã per verũ Cyrũ Chriſtũ,q̃ est hęres vniuerſalis patris: & qualiter gentiles,qui ante deſtruxerant eccleſias, & perſequebantur Chriſtianos: poſt ad fidẽ per apoſtolos,& martyres conuerſi debebãt eccleſias reſtaurare,& ędificare propriis ſumptibus: & Chriſtianam religionem ampliare, & magnificare:vt patet de Conſtantino, & cæteris regibus, & principibus. Ideo Dauid fecit hunc pſalmum pro aſcenſu ſeptimi gradus de conuerſione gẽtium,& gaudium apoſtolorum,& cæterorum fidelium,qui eos cõuerterunt. In quo duo facit,nam primò præmittit huiuſmodi gaudium cõuerſionis per ſuã relaxationis captiuitatis iudæorum: ſecundo memorat fructus apoſtolorum, & martyrum,& omnium iuſtorum:vnde habẽt causam gaudendi.ibi.Conuerte domine:

Quantũ ergo ad primũ: ſicut Zorobabel, & cæteri Iudæi lętati ſunt reuerſione,& redi tu de captiuitate Babilonia. Ita nos fideles Chriſtiani facti ſumus ſicut conſolati.in cõuertendo dominus captiuitatem Sion,id est primitiarem totius eccleſiæ. Primò à peccato per paſſionem,& reſurrectionem,& ponitur nominatiuus pro accuſatiuo inquantũ gerũdium ponitur pro coniunctiuo. Secũdò cum conuerteret populum gentilẽ ab idololatria nam tunc repletum eſt gaudio os noſtrũ, & lingua noſtra repleta eſt exultatione.laudando,& magnificando Deũ in mirabilib. ſuis. Nam tunc in illa conuerſione dicent gẽtes,

A ſe eſſe ereptum à peccato,poſtea debet gau- D & cognoſcent,& prædicabunt qualiter dominus magnificauit facere.i. quã magnifice fecit cum eis.ſ.Chriſtianis. Nã verè dominus magnificauit.i.magnificè fecit nobiſcum:ita eccleſiam ampliando,& exaltando,& gentiles ſubijciẽdo.Ideo facti ſumus lętantes. Totum etiam hoc poteſt referri ad peccatorem conuerſum à peccato qui per præſentiã exit de ſeruitute,& captiuitate peccati,qui gaudẽt,& laudat Deum,qui magnificauit cũ eo miſericordiam ſuam.

Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis,in exultatione metent.

Euntes ibant,& flebant:mittentes ſemina ſua.

Venientes autem uenient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

Hic Dauid pręcatur Chriſtum, vt accele- E ret aduentum ſuum.Vnde nota.q̃ ventus auſter eſt calidus,ideo reſoluit niues in montibus,& ſic defluunt aquæ,& torrentes implentur,& currũt ad mare. Ita propriè factum est in aduentu Chriſti. Nam ſcriptura vet.teſtamenti erat congelata,& clauſa. ſed Chriſtus miſit ſpiritumſanctũ in apoſtolos,& aperuit ſcripturas eis,& fluxerũt aquæ à cryſtallo.& niue congellata. Nam ſcriptura quæ erat dura facta eſt eis mollis,& blanda,& potabilis, & intelligibilis calore ſpiritusſanctꝰ. & aqua ſapientiæ impleuit torrentes,ſcilicet apoſtolos,& doctores,& ſic aquę defluxerũt in mare eccleſiæ. Item perflauit auſter,id est lumẽ & calor ſpiritusſancti in corda dura gentiliũ & mollificarunt ea per prædicationem apoſtolorum,& ſic conuerſi gentiles veniebant & currebant ad eccleſiam,& impleuerũt eã F ſicut decurrunt aquæ per torrentes flãte auſtro ſuper niues. Ideo ait propheta. O domine Ieſu accelera aduẽtum tuum,& conuerte captiuitatem noſtram à peccato,& mitte ſpiritum tuum in corda dura gentilium,& currant ad eccl'am mollificati ſicut torrens impleti,& currit ad mare in auſtro flante,& reſoluente niues in aquã. Et apoſtoli qbus dixiſti Lucæ 10. Meſſis quidem multa &c. & miſiſti eos metere quod non ſeminarũt. Ioã. 4. Ipſi ergo apoſtoli,quos miſiſti ad ſeminandum verbum tuum in corda hominum,euntes ibant,& flebant.i euntes,& flentes ibant mittentes ſemina ſua,& ꝑdicantes cũ tribulatione,& perſecutione &c. Veritamẽ ſeminatio eorum,& prædicatio multum fruc-

afferet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A asseret,quia totum populū gētilē conuertet ad fidē:& animas lucrifaciet:& sic venientes & reuertentes venient cum exultatione portantes vnusquisq; manipulos suos quos messuerunt Nā Matthæus lucrifecit Aethiopiam, & Simō Aegyptū:& Bartholemeus,& Thomas Indiam:& Paulus Græciā.Et pariter Aug. & Hier.& cæteri doctores venerunt,& venient cum exultatione in die iudicii portantes manipulos ,& libros suos quos ad elucidandas scripturas,& defendendam ecclesiam ediderunt:& omnes prælati venient gaudentes,& portātes talenta duplicata &c.& omnes pœnitentes cum fructu pœnitentiæ &c.

PSALMVS. CXXVI.

NIsi dominus ædificauerit domum,in uanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem,frustra
B *uigilat qui custodit eam:*

Vanū est nobis ante lucē surgere,surgite post quam sederitis ,qui manducatis panem doloris.

Titulus,Canticum graduum Salomonis. Nota,quòd ſm quosdam hebræos Dauid fecit hunc ps.& direxit ipsum Salomoni : qui in persona ipsius Dauid erat templum, & ciuitatē ædificaturus,& ideo intitulatur canti cum graduum Salomonis, & sic glossant ipsum ps.de ædificatione illius Hierusalem materialis.Camhi autem principaliter glossant hūc ps.de Messia per Salomonem intellecto dicit enim,q; in scriptura per Salomonē cōmuniter intelligitur Christus Messias,q; erit Deodilectus:vt patet in cantici.Et sic dicit, q; multi voluerunt ædificare ciuitatem,& tēplum Hierusalem,sed in vanum laborauerunt vsquequo dominus Messias veniet ad
C ędificandum eam.Nam primò Dauid voluit ædificare domum domini : sed in vanum laborauit : quia dominus non permisit:eo, q; erat vir sanguinis.Item Salomon postea ędificauit tēplum,& murauit ciuitatem : sed in uanum laborauit , quia tam templum q; ciuitas fuit destructa per Caldæos.Itē Esdras, & Zorobabel iterum reædificauerunt eam: sed in vanum laborauerunt : quia fuit destructa per Roma.Item ijdē,i. Roma.& Xpiani,& Sarraceni multotiens voluerunt reædificare illam ciuitatem: tamen pluries fuit destructa.sed quando veniet rex Messias reędificabit eam,& nunquā amplius destruet.iō dicit hic Dauid,q; nisi dñs ædificauerit domū.& tēplū.& ciuitatē ꝑ Messiæ, in vanū laborant oēs alii,qui volunt eā ædificare. Ex his patet,q; licèt iste obstinatus loquatur mala intentione:tñ partim dicit verū, & partim falsum. dicit.n. verū inquantū dicit,q; Messias in aduētu suo debebat ædificare tē plū æternū,& ecclesiā spiritualē repudiato tē plo,& ciuitate materiali per alios ædificata, tñ dicit fālsū,& errat circa tps,& personam. Primò errat circa tps,quia quod est præterītū frustra expectat adhuc futurum . Secūdò errat circa psonā. nam Iesus Xps filius Dei, quem ipse repudiat:est ille verus rex Messias qui hanc Hierusalē spiritualē.i. ecclesiā ædificauit.Tertiò errat circa ipsā ciuitatē,& tēplū.nā ipse expectat,q; Messias reædificabit illā Hierusalē materialē,& corporalē, & terrenā,in q̄ oēs Iudæi debent temporaliter habitare,& tñ Messias erat ædificaturus ciuitatem spiritualē toto orbe diffusā,in qua oēs fideles habitant per gratiam,& erat etiā ædificaturus supernam Hierusalem ,& paraturus nobis felices in ea mansiones. Et ideo est dicendū,q; Dauid propheta qui primò ꝓpoſuit ædificare templū dño, & præparauit ea quæ erant necessaria,& tradidit descriptionē Salomoni & ſm illud exemplar,& descriptionem cœpit ædificari templū: ꝑuidit in spiritu ſpiritualis ecclesiæ,quod Xps erat ædificaturus, in quo oēs fideles erant saluandi,& tolendi, præuidit etiam in spiritu qualiter Iudæi debāt ponere totā suā spē,& fiduciā in illa Hierusalē,& tēplo materiali , & circa eius ædificium debebant aponere totā suā sollicitudinem contempta salute spirituali.Hoc ergo ꝑ uidēs Dauid in spiritu fecit hunc ps.,ꝑ alios Iudæos ne ponant totā suā spē,& sollicitudinem in illa ciuitate,& tēplo materialis.sed in illa Hierusalē spirituali.s.ecclesia tā militanti,q; triūphanti:quā xps erat ædificaturus: in qua omnes erant saluandi,& tuendi hic per fidem,& gratiā,& in futuro per gloriā:quam dicat in toto isto psalmo,q; non ponāt suam spem,& sollicitudinem nec laborent pro illa ciuitate materiali : quia multipliciter est destruenda . Sed ponant suam sollicitudinem, & spem in ecclesia quam Christus erat ædificaturus:quia non poterunt saluari nisi in ea. Duo ergo facit,nam primò admonet eos ne ponant suam sollicitudinem,& spem in Hierusalem materiali . Secundò,vt quærant ciuitatem per Christum ędificandam ibi.Cum dederit.

A dederit dilectis suis somnum. Quantùm ad primum est notandum,quod triplicirer erāt solliciti Iudæi circa ædificium , & ciuitatem Hierusalem.Primò circa fortitudinem eius, & sic Salomon ędificauit eam in alto mōte Sion,& in loco arduo, & circundedit eā triplici muro,sicut pluries dictum est.Secundò fuit sollicitus Salomon circa custodiam ciuitatis,& sic munuit eam copia armorum, & vigilum. Tertiò erant solliciti ciues circa abundantiam,& diuitias ciuitatis: vt esset abūdans,& potentissima:& sic laborabant admodum,& conabantur congregare diuitias cū omni sollicitudine:& corporali labore,& cū vsuris,& aliis negotiis illicitis.quasi non speraret aliam vitam,& felicitatem. Hęc ergo fuit sensuet propheta in tribus primis versibus huius psalmi dicens : quòd non confidant in hoc templo materiali:nec in fortitudine ciuitatis: quia non poterit eos saluare , nec confidāt in custodia,& armis huius ciuitatis:quia non poterunt eos tueri:nec laborent cum tota sua sollicitudine circa diuitias congregandas,& cibos corporales:quia non poterunt eos æternaliter satiare . Sed ponāt spem suam in domo quam Christus erat ędificaturus:quis ibi debent saluari. Secundò ea piam armā quæ daturus erat Xps:quia in illis debent tueri.Tertiò,q; laborent circa cibum quem Christus erat daturus,quia in solo illo debent satiari .

Dicit ergo primò, q; nisi dñs noster Iesus Christus ædificauerit domum , & templum spirituale.s.ecclesiam, in vanū laborauerūt oēs qui ædificant eam, quasi dicat,q; quodcunq; templum seu ciuitas per Salomonem vel ꝑ
C alios ædificatum , est vanum ad saluandum nisi solum illud quod Xps erat ædificaturus , in quo oēs fideles sunt saluandi:hic per fidē, & grām,& in futuro per gloriā.Itē secundò subdit,q; nisi dñs Iesus Xps cū suis armis spiritualibus i. cū fide,spe,& caritate,& cū donis spiritussancti,& cū suis vigilibus.s.angelis,& apostolis,& martiribus,& doctoribus custodiat hanc ciuitatem ecclesiæ,frustra vigilat qui custodit eam,ad est qui putat eam cū armis,& viribus temporalibus custodire. Tertiò subdit,O vos hoīes temporales, & mūda ni qui manducatis panē doloris,& laboris vanum est vobis surgere ante lucem ad laborandum pro isto cibo tēporali,& ad cōgregā das diuitias pro ista vita t̄pali conseruāda,q; hic nō potestis manere in ęternū: sed surgite à pctō postquā sederitis per magna t̄pa in D eo,& surgite ad grām,& ad laborādum pro cibo spūali per opera mię, & alias pias o pationes.Item in aduentu Christi surgite à iugo legis,& à dormitione,postquam in tenebris sedistis per magna t̄pa,& recipite Xpm, qui affert diem grę,& lucē, & fugat nō solū modo noctē legis:sed ēt noctē peccati , quia iā nox præcessit,dies aūt appropinquauit : abiicite ergo opera tenebrarū,& induamini arma lucis &c.Vnde notandū,q; vbi translatio cōis habet:qui māducatis panē doloris,littera Hieronymi habet:Panē idolorū. siue panem idolaticū,& translatio alia hēt,panē auaritię: & alia habet,panem laborantium, quod eadem sententia est, Nam auaritia est idolorū seruitus:& iō qui laborant propter auaritiā dicuntur laborare propter panem idolaticū : & propter idolaticas diuitias,& sic panis in E hoc mundo acquisitus dicitur pānis laboris: quia cum labore acquiritur : & dicitur panis doloris,quia cū dolore acquiritur: dicitur ēt panis idolaticus:q; cū auaritia acquiritur . Vñ est aduertēdū,q; ꝓpheta hic nō prohibet quin debeamus acquirere panē cū labore, & sudore vultus nostri , sed prohibet nimiam sollicitudinem,& abusum circa res temporales:ne propter temporalia omittamus spiritualia.& intendit dicere.& admonere,vt primum quæramus regnum Dei , & ponamus spē nostrā in Christo,& ecclesiasticis sacramētis: sed postea cum discretione possumus laborare pro victu ad vitam necessario .

Cum dederit dilectis suis somnum,ecce hæreditas domini, filii merces fructus uentris.

In hac secūda parte ostendit declarādo supra dicta.s.in quibus bonis debemus ponere spē F nostrā,& dicit,q; in bonis ꝑ Xpm nobis adeptis.Ad cuius intelligētiā est notādū,q; tota hæreditas nostra,& tota merces,& pręmiū , ēt tota uirtus sacramētorū ecclesiæ inest nobis ex passione Xpi,nā ꝑ suam mortē,& passionē nos à pctō,& captiuitate absoluit, & ꝑ suum sanguinē emit nobis regnū cęlorū in hæreditatē. A quo quidē sanguine ecclesiastica sacramēta traxerūt virtutē. Ex quo patet q; redēptio nostra,& hæreditas nostra,& felicitas nō fuit manifesta nisi post passionem Xpi:nec patriarchæ,& ꝓphetæ nec apostoli, q; martires,& sancti potuerunt possidere hæreditatē,nisi post passionē xpi,nec potuerūt eā possidere in hoc mūdo quantū ad gloriam: nisi post mortem eorum.Ex quibus patet,q;

vana

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vana erat spes Iudæorũ, qui expectabãt fructum, & hæreditatẽ ex illo templo, & ciuitate materiali in hac vita, & vanus erat labor eorum laborãdo pro isto cibo temporali: cũ talis hæreditas, & quies non possit possideri in hac vitã: nec cibus spiritualis nobis promissus. Et ideo est, quòd hæreditas promissa Abrahæ, & Isaac, & Iacob non est illa terra Canaan: nec illi fructus qui in ea colliguntur, cũ sint corruptibiles, & transitorij: sed illa hæreditas est patria cœlestis, & ille fructus est perfecta fruitio diuinæ essentiæ: quam apostoli, & oẽs iusti non potuerunt acquirere in hac vita nec in hoc sęculo: sed post mortem eorum in cœlo. Et ideo dicit Dauid Nolite supple quęrere hęreditatem, & mansionem nec præmium, nec mercedem, nec fructum vẽtris corporali, in hoc mundo: sed taliter laborare
B vt in cœlo post mortem hæc possitis acquirere: quia ista in sola patria cœlesti parebunt. Nam cum dominus dedit somnũ, & tequiẽ dilectis suis apostolis, & martyribus, & iustis post mortem temporalẽ: ecce hæreditas domini, id est tunc apparebit vera hæreditas domini sanctis patribus promissã, qđ est regnũ cœlorum: quod dabitur iustis in hæreditatẽ, & ecce merces. id est tunc apparebit merces, & præmium, & ecce filij, id est tunc videbitur qui erunt verè filij Dei. Litera Hieronymi habet: Filij mercedis, id est tunc apparebunt filij, qui adepti sunt mercedem, & præmium quia illi Deum videbunt. Nam eius visio est tota merces. Et sęqtur. Ecce fructus ventris: id est, tunc apparebit, & dabitur fructus ventris spiritualis iustis, quæ erit vera fruitio: ,p qua in hac vita laborauerunt iusti. In hoc er
C go versiculo nihil aliud intendit dicere: nisi quòd vere filij Dei, & filij Israel, & Abrahæ ,p repromissionem, & per fidem, & baptismum regenerati, post istam mortem temporalem in cœlo obtinebunt hæreditatem promissam, & mercedem, & fructum, quia ibi Deum videbunt, & possidebunt, & adamabũt & fruent, & sic admonet: quòd non est ponẽda spes in ciuitate terrena: sed in cœlesti. Litera autem Hieronymi habet. Cum dederit dilecto suo somnum siue ad dilectũ suum, & tunc esset sententia manifestior, quia hæreditas domini, & fructus eius hic per gratiã & in cœlo per gloriam, nunquàm fuit data iustis: nisi post mortem Christi dilecti filij Dei, vt supra dictum est. Etiam ly fructus vẽtris potest referri ad Christũ, qui est fructus ventris virginalis Mariæ, & illemet est fructus spiritualis ventris in patria. nam totus homo fruetur toto Christo: nam per alium fruetur diuinitate: & per potẽtias corporales glorificatas fruetur Christi humanitate: totus homo. Et etiam fructus ventris ecclesiæ sunt fideles per baptismum regenerati. Sed prima expositio est melior. Et etiam Christus, qui est fructus ventris Virginis Mariæ, erit fructus noster, quo fruemur in patria: quem fructũ non poterimus acquirere, nec frui, nec gustare nisi post somnum, & mortem huius vitæ.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum.

In hoc loco exprimit ,ppheta, qui sunt veri filij ecclesiæ, qui pro illa hæreditate laborarunt, & quibus armis ecclesia defenderũt, & ampliauerunt, & ideo post somnum eorũ
& id est, post mortem meruerunt possidere illam hæreditatem, & mercedem, & fructum uentris, Et dicit, ,p isti fuerunt apostoli & martyres, & doctores: qui non armis corporalibus: sed sagittis, & armis euãgelicis defenderunt eam, & ampliauerunt, & eam pauerunt sanguine suo. Ad cuius intelligentiã est notandum, ,p apostoli, & discipuli Christi frequenter dicuntur sagittæ in sacra scriptura Nam sicut sagitta mittitur velociter à ira gittatore: ita apostoli missi sunt à Christo velociter per vniuersum mundũ, & cũ eis Christus sagittauit corda hominum, & vulnerauit eos in corde, & occidit in eis peccatum, & suscitauit fidem, & sic apostoli dicũtur velut sagittæ in manu Christi potentis, qui eos mittit: sed frequentius, & magis proprie verba Christi euangelica dicuntur sagittæ. Nã Christus, & apostoli sagittauerunt, & penetrauerunt corda hominum, & sic apostoli dicuntur sagittæ inquantùm sunt missi, & sagittatores inquantùm traxerunt, & iecerũt sagittas verborum Dei in corda hominum per prædicationẽ, & sic dicitur supra psalmo 44. Sagittæ tuæ acutæ cadent in corda inimicorũ. Item ps. 66. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Item Esa. 66. Mittam ex eis, qui euaserint, & ex discipulis ad gentes in multas in Aphricã, & Lydiam tenentes sagittam in Italiam: id est dirigentes verbum euangelicũ in Italiam. Ex quo patet, ,p apostoli dicuntur excussi, i. expediti ad bellum siue prædicandũ, & parati ad pugnandum pro Christo. Dicuntur etiã excussores, i. trituratores verbi Dei. Nam

A Nam sicut agricola triturat, & excutit messem, & separat granum à paleis: ita apostoli fuerunt messores verbi Dei, & triturarunt, & excusserunt grana euangelica à paleis, & cerimonijs legalibus: vnde granũ reposuerũt in horreo ecclesiæ, paleas autem cerimonia rum combusserunt igni inextinguibili, i. reprobauerunt, & annullarunt vẽtilabro Christi, vt patet Mat. 3. & Luc. 3. & sic apostoli dicuntur filij excussorum, i. excussi siue excussores, vt est mos loquendi consuetus in scriptura veteris testamenti, vt tu es filius mortis, i. morituus, filius duorum annorum, i. vita breuis, & filius peccati, i. peccator. Dicit ergo Dauid: ideo dilecti, i. apostoli, & iusti meremur illam hæreditatẽ, & data est illis merces, & fructus ventris æternus: quia bene la
B borabunt in hoc mundo pro Christo, & in prædicatione verbi: nam sicut sagittę sũt in manu potentis venatoris vel pugillis: ita sue runt, & sunt filij excussorum, i. apostoli, & doctores, & discipuli: qui relictis curis, & sollicitudinibus, & diuitijs huius mundi facti sunt excussi, i. expediti ad pugnam contra infideles, mittentes sagittas, i. verba euangelica in corda hominum, & sic conuerterunt mundum. Et talis sunt etiam excussores, i. trituratores dirigentes scripturas veteris testamenti, & declarando euangelium Christi: & sic contempserunt domum materialẽ in hac vita, & ædificarunt ecclesiam supra firmam petram qui est Christus, prædicatione, & vita, & exemplo, & sanguine suo. Et etiã fabricabunt domum non manufactam in cœlo, quã
C possidẽt in æternum, & illa est hæreditas eorum, & merces, & in ea fruuntur fructu ventris virginalis, i. Christo, & ibi est tota merces, & felicitas. Ex quo patet, quòd isti non ædificarunt domum vanam nec ciuitatẽ friuolam: sed firmam, & inexpugnabilem, nec surrexerunt in vanum ad laborandum ante lucem siue ante diem, quia non laborarunt: nec lucrati sunt mercedem temporalem, & cibum siue fructum corruptibilẽ, & insufficiẽtem, sed æternum, & sufficientem, qui satiat appetitum humanum, & angelicum, qui in nũquàm peribit: imo dat vitam æternam. Item isti surrexerunt à peccato, in quo per multa tempora sederunt, & venerunt ad gratiã, sequentes Christum. Item isti apostoli surrexerunt à iugo legis postquã venit lux, & verus sol, & dies, qui est Christus. Cæteri ãũ mãserunt in nocte legis, & noluerunt ędificare do
D mum in cœlo, nec laborare pro cibo cęlesti in ecclesia Christi: ideo manent inanes, & vacui, & decepti. Nota, ,p libera Hier. habet: ita filij pueritiæ, & alia litera habet. Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij iuuentutis: qđ idẽ est, qđ filij excussorũ. Nã pueri, & iuuenes sunt expediti, excussi, & habiles ad pugnandum, sicut fuerunt apostoli, & martires &c. Et etiam alia litera: habet filij bene laborantium, i. filij bene laborantes, & laboratores, & non pigri in vita actiua, & cõtemplatiua: sicut fuerunt apostoli, & martires, & doctores. Omnes ergo apostoli, & martires, & doctores, & iusti fuerũt excussores, & filij excussorum, & laboratores in fructu euãgelico, & sagittatores mittentes sagittas euangelicas in corda hominum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. E

Hic concludit totum propositũ. Nã dictũ est supra, ,p in vanũ laborãt amatores huius mũdi, & ponentes sollicitudinẽ suã, & spẽ in rebus huius mundi, & ẽt in operib. le. ve. & ductum est etiam, ,p hæreditas in lege ,promissa non datur nisi post hanc vitam, & etiã dictum est, ,p apostoli cum sagittis, & armis euãgelicis ædificarũt, & ampliarunt ecclesiã, ideo dicit hic concludendo, ,p beatus vir, qui impleuit desiderium suum: nõ ex diuitijs tẽporalibus, nec cibis corporalibus sed ex ipsis verbis euangelicis, & ecclesiasticis sacramentis, & ex fructibus sacræ scripturæ: quia ille cibus verè satiat appetitũ iustorum: quia nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, quia doctrina legis est cibus animæ. Item quia apostoli fuerunt excussores messis sacræ scripturæ colligentes grana &c. Ideo beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis granis, & panibus. In litera Hieronimi habet. Beatus vir, ,p impleuit faretram suam ex ipsis, & sic refertur ad sagittas. q. d. Beatus vir, qui impleuit faretram cordis, & spiritus sui ex sagittis missis ab apostolis. i. ex doctrina apostolica, & euangelica. Nã qui talibus armis, & sagittis est refertus, & armatus non confundetur ante reges, & iudices, & præsides: cum loquetur inimicis, & aduersarijs suis in porta ciuitatis vel tesauri, vbi fiebant iudicia: imo cum aliis sagittis. i. cũ autoritatibus no. ac ve. tes. confunder inimicos ecclesiæ, & infideles. Vn de dicit eis Xps, Dũ steteritis ante reges, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A præsides nolite cogitare quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini &c. Duo ergo bona facit, q̄ implet desiderium, & faretrā cordis sui ex istis sagittis. Nā primò vulnerat in corde, & moritur pctō, & vivit Xpo Scdo habet arma offensiua, & defensiua cōtra inimicos Xpi. Tria ergo intendit principaliter dicere in hoc ptal. Primò, q̄ nō est ponēda spes nec securitas in Hierlm materiali: sed in Hierlm spūali ædificanda p Christū, nō lapidibus materialibus, & mortuis, sed lapidibus uiuis, quæ est sepienda turribus, & muris virtutum, & donorū spūs sancti. Secundò, q̄ hæc ciuitas non erat defendēda, nec amplianda armis materialibus, sed sagittis euangelicis p predicationem apostolorum, quibus erant superandi gentiles, & hæretici. Tertiò dicit, q̄ hæreditas nobis promissa per aduentum Messiæ non est quærenda in hac vita. Quartò concludit, q̄ beatus est ille vir, qui impleuit desiderium suū ex sagittis, & frustibus euangelicis. Quintò, q̄ Christianus armatus tribus sagittis, & armis nō confundetur cum accusabitur ab inimicis suis in porta. i. in exitu huius vitæ: nec in iudicio quod fit in porta huius vitæ. Nam mors siue hora mortis dicitur porta huius vite. p q̄ exit hō de hoc mūdo, in qua hora illi eō iudicat homo iudicio particulari. Et ēt nouissimus dies dr porta totius t pis huius mūdi, in qua fiet vniuersale iudiciū. Ex quo patet, q̄ homo iustus talib. armis munitus i neutra porta, & i neutro iudicio cōfundet, cum loquet diabolis inimicis suis ipsū accusātib. q̄ ab auditione mala nō timebit: nec à verbo aspero, vt dictum est ps. 90. & 101. Et nota, q̄ licēt iste psalmus sit paruus in quātitate, tū est valde difficilis in literali sētētia p p verba metaphorica. Et iō diuersæ fuerūt de ipso interpretationes, & ambiguæ, vt inquit Hieronymus: iō cū magna difficultate pōt extorqueri ex eo firma, & vera sententia.

PSALMVS. CXXVII.

Beati omnes qui timent domi num, qui ambulant in uiis eius.

Nonus gradus ē timor filialis siue obediētia. Iō Dauid fecit hūc psalmū pro ascensu noni gradus tēpli: in quo describit p̄mium obediētiæ, & timoris filialis: sine quo ascēdere in cœlū nemo pōt. Qui q̄ dē timor, & obedientia consistit in conformando voluntatem propriam soli volūtati Dei, & eius legi, & præceptis. Nam timor castus nil aliud timet nisi ne displiceat Deo, & ne lædat cū cogitatione, & opere, & vera obediētia non è sollicita nisi qūo placeat Deo, & ambulet in vijs eius. Iō apostoli, & omnes iusti dicuntur sicut sagittæ in manu potentis psa. prece denti. Nā sicut sagitta nō tēdit nisi quo mittitur à sagittante, & dirigēte, & ad eius nutū mouetur, nec moratur in via: ita iustus, & ti mēs Deū nō mouetur nisi secūdum legē, & præcepta Dei, nec tardat implere eius volūtatē, & talis est beatus, & nō ædificat domū nec ciuitatem terrenam, nec laborat p cibo mundano sed cœlesti, & iō in hoc ptal. promittitur ipsi præmium, & cib. in cœlo. Sed talis fuit solus Christus, qui perfectē habuit hunc timorē, & obediētiā erga patrē, vt ipse B dicit per totū discursum euangelicū vnde dicit. Nō veni facere volūtatē meā, sed eius q̄ misit me. Sed nos simus eius imitatores iquātū possumus, si cum eo ascendere volumus. Duo ergo facit Dauid. Nā primò ostendit Xpm ascēdisse in illā hæreditatē, & felicitatē p timorem filialē, & obediētiā. Scdò nos exhortatur ad imitādū eū. vt simus participes eū eo in illo p̄mio, & bñdictiōe: ibi. Ecce sic bñdicet homo. Quātum ad primū dicit: Beatus vir est, q̄ timet dominū timore casto, & filiali, & q̄ ambulat in vijs eius, & iste est solus Xps, q̄ per oīa impleuit volūtatē patris. Et q̄a p̄uidit p̄pheta, q̄ solus Xps est hanū p fectionis, & primus totaliter impleuit volūtatē patris: de quo in capite libri scripū ē, & ad hoc est predestinatus: ideo conuersus ad Christum dicit. C

Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus domus tuę.

Filii tui sicut nouelle oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.

O Christe iō tu benedictus es, quia patrē sic timuisti, & in vijs eius ambulasti: iō bene tibi erit, & primus habebis præmiū in cœlo, & in hac ecclesia tua militāte. Nā p̄gnans cōsistit in tribus. Primò in copia bonorū, & ciborum. Scdò in pulcritudine, & bonitate vxoris. Tertiò in fecunditate prolis, & filiorum, & hoc est bonum, quod tibi erit ex p̄mio. Primò: quia labores manuum tuarum manducabis. i. pro labores manuum tuarum

A rum manducabis panem in cœlo: quia primo, & per se ētius sine comparatione fruitur anima Christi, & Christus totus. vnde dicit Ioan. 4. Hic est cibus meus vt faciā voluntatem patris. Item Luce 22. Vado vobis paratre regnū &c. vt edatis, & bibatis mecū in mensā mea, in regno patris mei. Māducat ergo Christus labores manuū suarum. Hoc ēt potest referri ad sacramentū eucaristiæ, quia ipsemet cōfecerunt corpus suū, & fregit, & sic comedit labores manuum suarum, & in perso nā totius corporis mystici comedit corpus verū, & iste est cibus iustorū in hac ecclesia per gratiā, & in alia per gloriā, & fruitionē. Secundò præmiaberis ò Christe in pulcritudine, & fœcūditate vxoris. Nā vxor tua ecclesia erit sicut vitis abundās palmitibus, & tyr B sus in lateribus domus tuæ. Nā sicut vitis quę plātat in domibus crescit in altū, & in latū: intantū q̄ circuit latera domus, & ēt coopetit domū abundāria palmitum, & tyrsorū, & pāpinorum, & vuarum: sic ecclesia tua dilatabitur per vniuersum orbem, & extēdet palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad terminos orbis terrarum, & istā vxor nō erit sterilis: imo abundās, & fœcunda, & ex ea regenerabis tot filios per baptismum, & in tantū numerū, q̄ filii tui erunt in circuitu mēsæ tuæ sicut nouellæ olivarū. Nā sicut arbor oliuæ producit copiā ramorum superius, & copiā virgultorum ad radicem circum truncum eius, quæ dicuntur nouellę siue germina epsicita magnus numerus filiorū tuorum fidelium erunt in circuitu mensæ tuæ. s. tui altaris ad manducandū p cōionem eucaristiæ C tiā, & in alia erunt isti filij fruētes celesti ci bo per gloriā. Nota, q̄ tota ecclesia frequentes appellatur in sacra scriptura vinea. & aliquādo ager messis, & aliquando oliuetū in sacra scriptura vt. test. cō q̄ Xps ex ea expressit vinū, & oleum, & granū euāgelicū, & congregauit in horreum, & cellariū suum: quæ sunt ecclesiastica sacramenta, ad cibū, & potum fidelium. Ex quibus sacramentis exprimet Christus in iudicio fructus gloriæ. Et iō p abundantiam frumenti, & vini, & olei in vt. test. promissam semper intelligitur abundantia bonorū gratiæ in presenti ecclesia, & abundātia ciborum fruitionis, & gloriæ in futura. Et per hoc patet deceptio, & cęcitas Iudæorum, qui omnia ista intelligunt materialiter, & temporaliter ad literam.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. D

Hic exhortatur nos ad imitandū Xpm p timorē, & obedientiā, dicēs. Ecce sic bñdicetur ois ille q̄ timet dñm. Nam sicut imitabit Xpm in timore, & obediētia: ita participabit cū eo in benedictione, & p̄mio, & cibo spūali & ęterno. Precat vlterius propheta benedictionem pro ecclesia fidelium, vaticinando benedictionem, & præmium eius, dicens.

Benedicat tibi dominus ex Sion. & videas Hierusalem omnibus diebus uitę tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

O cętus, & ecclesia fideliū benedicat tibi dñs. i. det tibi dominus p̄dictā benedictionē ex Sion. i sacramētis, & meritis ecclesię, quia aliundē nō pōt venire talis bñdictio nisi ex sacramentis ecclesię, nec pōt dari nisi à Xpo q̄ est dñs Deus, q̄ fecit cęlū, & terrā. Ille ergo det tibi istā bñdictionē intīm, q̄ videas bona Hierlm oīb. dieb. vitę tuę. i. sp. f. hic in hac ec E clesia, & in hac Hierusalem videas bona gręa & in superiori Hierusalem videas bona gloriæ, quæ sunt memorata, & tu ecclesia, & qui liber fidelis videas filios filiorū tuorum per baptismum regeneratorum & videas pacem super Israel, hic per gratiā, & ibi per gloriā. Nam ista ecclesia vnit per caritatē, & pacē quia pace, & caritate compaginatur corpus mysticum, ecclesiæ, & vnitur suo capiti, & tota felicitas superioris Israel: siue Israel consistit in summa pace, & quiete, & securitate felicitatis possessæ. Et hic est fructus timētium Deū. Notandū, q̄ totius iste psalmus pōt ad literā exponi de Abraam, Isaac, & Iacob, & de omnibus timentibus Deum in veteri testamēto, qbus promittebantur bona terræ. Sed quia Dauid non fuit minus propheta in hoc psalmo, q̄ ī alijs: iō esset peccatum, & F sacrilegium dimittere mysticam, & verā expositionem, & occultare, & cōtemnere, & dimittere tàm pretiosum tesaurum in p̄dicto, & cæteris psalmis abscōsum. Sed quia, quod cōpetit toti corpori ēt cōpetit cuilibet membro, ideo pōt exponi ētiā de quolibet fideli timente Deum, cuius benedictio est abundātia meritorum in hac vita, & in alia præmiorum. Et ideo prudens lector studeat applicare, & legat doctores sanctos super hoc libro: qa ego principaliter curo de sensu mystico, & pphetico. Nā Dauid oīa ista predicit primò de Christo capite, & ex consequenti de suis membris fidelibus. Nam à Christo capite ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sua membra descendit omnis benedictio, & gratia, omnia bona gratię, & gloriæ: vt magis patebit psal. 132.

PSALMVS. CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.

Decimus gradus ascensus in cœlũ est patientia longa in persecutione. Ideo Dauid fecit hunc psalmum pro decimo gradu templi, in quo memorat longam patientiam eccle siæ in longis persecutionibus ab Abel vsque ad Christum, & à Xpo vsq; ad iudicium: vnde meruit ascendere in cœlũ, & obtinuit victoriam de inimicis patienter tolerando eo
B rum incursus. Duo ergo facit. Nã primò memorat longam patientiam eius in persecutionibus. Secundò punitionem persequentium mihi. Dominus iustus concidet. Dicit ergo ecclesia, & iste hõ misticus. vel dicit Dauid in persona ecclesiæ. Dicat nunc Israel: sæpe expugnauerunt me infideles, & inimici Dei, & peccatores, & scelerati à iuuẽtute mea. Nã primò à iuuentute, & infantia mea fui impugnatus in Abel per Caim: vbi incepũt duæ ciuitates. s. Dei, & diaboli, & filij Dei, & filii carnis. Vnde Cam impugnauit Noe: & Caldæi ipsum Abraham: & Ismael ipsum Isaac: & Esau Iacob: & Pharao omnes filios Israel in Aegypto: & Saul Dauid: & reges Aegipti, & Babilonis, & Antiocus impugnauerunt populũ Dei. Et Iudæi impugnauerunt Christũ, & apostolos, & tiranni martires, & hæretici catholicos. Et Antichristus
C impugnabit totam ecclesiam. Ideo dicit Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: usq; ad senium supple. Veruntamen licèt sæpe expugnauerunt me tamen quia patiebar talia cum fide bona, & caritate: ideo non potuerunt mihi præualere, nec in anima nocere: licèt afflixerunt corpus, & supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores &c. Et imposuerũt. Et sic prolongauerunt iniquitatem suam supra dorsum meum. In translatione aũt Hieronymi habetur, Supra ceruicem meam arauerunt aratores, & prolongauerunt sulcum suum: quod idem est. Nam vult dicere, quòd peccatores persequentes fideles, & populum Dei, & ecclesiam bene nocuerunt in bonis temporalibus, & in laboribus corporalibus, & in D carne, occidendo, & affligendo corpus, sed nõ vicerunt, nec potuerunt occidere animã, nec totaliter ecclesiam delere, ut frequentius dictum est: imo ipsi fuerunt deleti in corpore, & anima. Et nota, q̃ hoc prius intelligitur de Christo capite: & postea de ecclesia eius. Nã primò peccatores iudæi fabricauerunt, & machinati sunt sententiam mortis, & passionis supra dorsum Christi, & prolongauerunt iniquitatem, & inuidiam, & malitiã per eum iniquitatem, & inuidiam, & malitiã suam accusãtes eum coram Pilato. Et etiã post passionem, & resurrectionem Christi ip
E sa eadem synagoga fabricauit dolos contra ecclesiam, & apostolos, vt patet in actibus apostolorum.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. E

Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquã euellatur exaruit.

De quo non implebit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.

Hic memorat punitionem finalem impugnatorum ecclesiæ dicens. Licèt sæpe impugnauerint me: tamen non potuerunt mihi præualere: imo ipsi delebuntur, & punientur. Nam sicut fuerunt puniti impij, & peccatores, qui impugnauerunt populum Dei in testamento veteri: ita punientur impugnatores ecclesiæ Christi, s. Iudæi, tyranni, & hæretici, & Antichristus. Nam dominus noster Iesus Christus concidet tanquam iustus iudex ceruices, & superbiam, & potestatem eorum, & sic omnes, qui oderunt, & persecuntur Sion. i. ecclesiam Christi, conuertantur retrorsum, & confundantur in sua prauitate, F & cecitate. Isti fuerunt Iudæi, qui cõuersi sũt perdentes regnum, & sacerdotium, & mansuerunt consuli videntes Christum resurrexisse, & ecclesiam prosperari. Et fient sicut fœnum tectorum. Nam fœnum tectorum quod nascitur supra tectum cito siccatur, & mortificatur: eo q̃ non potest extendere radices in terram bonam, quia communiter sit tectũ calce cum arena mixta, & sic siccatur fœnũ antequã euellatur. Sic propriè synagoga dessicata exaruit post aduentum Christi: eò q̃ defecit ipsi humor gratiæ, & fœcunda. Vnde nota, q̃ & terra pinguis, & fœcunda. Vnde nota, q̃ sacramentum, & cerimoniæ veteris testamẽti comparantur fœno nato super tectũ. Nã illud fœnum nec viret, nec fructificat, nec multum

A multum crescit propter defectum veritatis humiditatis, & aquæ. Ita synagoga est effecta sterilis per aduentum Christi, & sacramenta veteris legis infructifera, & infœcunda, quia defecit eis gratia Christi: quam contulit sacramentis nouæ legis, & ideo aruit synagoga, & sicut linea eius: ideo sicut messores non veniunt ad metendum fœnum natum super tectum: eò q̃ est inutile, & sine fructu: ità iam nemo põt meruere nec colligere aliquem fructum, nec messem ex synagoga: nec ex sacramentis, & cerimoniis veteris leg. ideo dicit, sphe ra. Fiãt sicut fœnum tectorum &c. De quo fœno synagogæ, & sacramentorum, & cerimoniarum eius q̃ metet, & q̃ colliget manipulos deludetur. i. messor fidelis, & collector manipulorum, & fructuum nõ impleuit aut
B implebit manum suam ex messibus: nec etiã implebit sinum suum ex fructibus. Quia illud fœnum siccũ nullum fructum affert: imo sunt mortifera sacramenta veteris leg. & cerimoniæ post aduentum Christi. Et sicut prætenderunt nunquam benedicunt fœnum ortũ super tectum: imo maledicunt. eò q̃ nociuũ, & inutile, & destruit tectum: ita nemo iam benedicit synagogam: nec fœnum sacramentorum, & cerimoniarũ eius, eò q̃ infructuosum, & nocium, & maledictum à Christo, quando maledixit ficulneam, quæ continuò aruit Matthæi. 22 Ideo dicit:

Et non dixerunt qui præteribant benedictio domini super vos, benedximus vobis in nomine domini.

Nã mos est hominibus cum transeunt videntes messem vberem, dicere eam dicen-
C tationem: sed quando hærbà est arida nemo ei benedicit: imo econtrario dicit. Ignis de cælo comburat te. Ità nemo fidelis benedicit hodie synagogam: nec fœnum sacramentorum eius: cum sit arida, & maledicta: quia ea, quæ nascuntur in ea, nõ crescunt in nomine domini: ideo nõ crescunt nec virent. Ista sententia, & maledictio data synagogæ datur omnibus iudeis proteruis, & oibus infidelibus p sequentibus ecclesiã, & hæreticis tàm in eorum corpore, q̃ in anima. Nã eorum ceruix, & perfidia est occisa, & prostrata, & idololatria delecta, & omnes ad fidem sunt conuersi. Ad èa ma. iudæorum multiplici pœna fuit plexa, & punita post mortem Xpi. P̃ primò: quia fuit eius cervix. i. superbia cõcisa, & confracta, & deiecta, qa fuerũt dediti seruituti dispersi per D mundum. Sed o fuit cõfusa manẽs in suo malicio: cũ vidit xpm resurrexisse, & vidit ecclesiã prosperari. Tertiò fuit retrorsum conuersa, & ab honore deiecta: cũ perdidit sacerdotium, & hostiã, & sacrificiũ. Quartò exaruit sicut fœnum tectorum, quando cerimonialia, & legalia perdiderunt virtutem. Quintò facta est ẽt infructuosa: quando ipsa legalia nullũ fructum, aut meritũ afferunt, quia cum Christo fuerunt mortua, & sepulta. Sextò synagoga fuit maledicta à Deo: quia post publicationẽ euãgelii legalia non solũ fuerunt mortua, & infructuosa: sed ẽt fuerunt mortifera oibus, qui obseruant ea, & spẽ ponũt in ipsis. Septimò ipsa synagoga nõ solũ est maledicta à Deo, sed ẽt est maledicta ab omnib. nationibus, & data in opprobrium propter mortem Christi, quia, vt sic sunt reputati inE mici Dei. Ideo propter primum dicit, sphe ra in hoc loco. Dominus iustus cõcidet ceruices peccatorum. De secundò dicit. Confundantur. De tertiò dicit. Conuertantur retrorsum. De quartò dicit. Fiant sicut fœnũ tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. De quintò dicit. De quo non implebit manum suam, qui metet, & sinum sum. qui manipulos colliget. De sextò dicit. Et nõ dixerunt: qui præteribãt benedictio domini supervos. De septimò dicit. Nec dixerũt benedicimus vobis in nomine domini. Iterum est aduertendum, q̃ has eadem septem punitiones indixit Deus super gentiles, & hæreticos obstinatos qũi persecuti sunt ecclesiam Dei, & etiam venient super Sarracenos, & sequaces Antichristi, quia omnes infelicem exitum patientur, & finaliter ecclesia de omnibus per F secutoribus triũphauit. Et sic prudens lector poterit has septem punitiones omnibus ecclesiæ persecutoribus applicare secundum intentum prophetæ.

PSALMVS. CXXVIIII.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

Vndecimus gradus huius ascensus i Deũ est profunda oratio: & firma & persecuerans confidentia veniæ de pẽtis. & ideo Dauid fecit hunc psal. pro ascensu vndecimi gradus templi, in quo describit, pfundã orationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hominis mystici desideráris,& petentis redemptionem per aduentum Christi,& et describit desiderium cuiuscunq; peccatoris ascendentis de profundo carcere peccati ad altitudinem status gratiæ. Et iō ista vox pōt esse totius corporis mystici existentis in statu veteris,& sic petit redimi,& educi de carcere peccati originalis,& de onere legis,& et de lymbo inferni,& sic pōt esse vox patrum existēntium in lymbo petentium liberari per Christū. Vel pōt esse vox cuiuscunq; pctoris pœnitentis petentis e luci de carcere peccatorū & ascendere ad statum gratiæ per pœnitentiā,& sic iste psalmus dupliciter pōt exponi. Vno modo propheticè,& mystico,prout est vox corporis mistici existentis in statu legis veteris,aut est vox cœtus patrum existentium in lymbo. Secundo mō loquendo potest exponi moraliter prout est vox ipsius pœnitentis. Duo ergo facit Dauid in hoc psal. Nam primo introducit Adam siue totum hominem mysticum petentem remissionem per aduentum Christi,& liberari ā carcere & captiuitate peccati. Secundo propheta exhortat nos omnes,& reddit secutos ad sperandum in domino,& petendum veniam,& ad sperandū adventum Christi ibi: Speret Israel in domino. Quantum ergo ad primum, Adam cum tota sua posteritate fidelium fuit totus homo mysticus existens in profundo,& captiuitate diaboli propter peccatum primi parētis per magna tempora clamauit p omnes patriarcas,& prophetas, vt Christus veniret in carnem,& educeret ipsum de illa captiuitate. In cuius memoriam ecclesia septies vocat Xpm in aduentu ante festum natiuitatis C dicens. O sapientia &c. Et sic iste hō mysticus dicit existens in hoc profundo carcere vel in lymbo inferni. O domine Iesu Christe ego clamaui per magna tempora de profundis lymbi inferni, & de profundo carceris peccati. Clamaui etiam de profundis cordis,& mentis meæ ad te cum maxima cōtritione,& desiderio,vt venires ad liberandā me. Et ideo domine exaudi orationem meam admittendo petitionē meam. Et fiant intendentes aures misericordiæ tuæ in vocem.i.erga vocem deprecationis meæ adimplendo quod peto,& non respicias peccata mea. Nam si tu domine obseruaueri.i.respicere volueris iniquitates meas, & meritorum earum,& punire me iuxta demerita mea,& secundum prauitatem peccati mei. O domine quis sustinebit.i.quis poterit sustinere D pœnas debitas pro culpa tam grauī? Ergo tu voluens attendere ad dementa iniquitatum mearum, & dare mihi pœnas debitas? tales pœnæ sint æternæ.

Quia apud te propitiatio est & propter legem sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina usque ad noctem fiat Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Quia scio domine,q̄ non obseruas nec attendis ad pctā hominum,sed cōsideras,& cōtueris fragilitatē hominum. Et scio,q̄ es misericors,& pius naturaliter,eo q̄ es facilis ad B veniam,& tardus ad pœnam. & sic scio,quod apud te est propitiatio,& remissio. Item scio,quod scio,q̄ tu in lege tua promisisti penitentibus,dicens per prophetam. Derelinquat impius viam suam &c. Et ideo propter ista duo. Primo quia apud te propitiatio est naturaliter,& remissio. Secundo propter legem tuam,quia in tota lege tua,& ppheta nihil aliud est,nec scribitur nec promittitur nec figuratur,nec vaticinatur nisi aduentus Messiæ,qui nos debet redimere,& liberare: Propter ergo ista duo sustinui te. O domine id est sperani in te,& sub tali fide,& spe tui redemptoris,& Messiæ expectādo te ego vixi in lege veteri.q.d. O domine ego sustinui te,i.expectaui te per longa tempora cum magna patientia,propter duo. Primo,quia apud te est magna propitiatio,& remissio,& F misericordia. Secundo propter legem tuam, quia scio,& continue lego in lege,& ppheta ris per mysteria,& ppheias qualiter promisisti nobis Christum redemptorē,& saluatorem. Et iō anima mea sustinuit,& sperauit in verbo eius,& in promissione facta p verbū eius oib. patriarchis,& prophetis. Et iō propter tale verbum,& propter talem promissionē ām mea sperauit in domino à custodia matutina,i.à principio mundi vsq; ad noctem.i.vsq; ad iudicium. Ad cuius intelligentiā est notādum,q̄ totus status veteris legis ab Adam vsq; ad iudicium dicitur vna nox respectu gloriæ,& resurrectionis, & sic iste homo mysticus sperauit in domino à custo

A dia matutina quæ fuit status innocentiæ ipsius Adā, & expectauit vsque ad noctē.i.per totum spatium temporis vsq; ad diem iudicii expectat Christum,vt veniat ad glorificandum ipsum per ēm aduentū. Sed rursus est aduertendum,q̄ totum spatium le.ve. comparatum ad statum gratiæ dicitur nox,& tempus legis gratiæ dicitur dies,&sic iste homo mysticus expectauit Christū à custodia matutina,i.a principio mundi,in quo fuit in statu gratiæ vsq; ad noctem,in qua fuit in statu culpæ,in cuius fine noctis venit Christus in carnem tanquam sol iustitiæ, qui per suam præsentiam causauit diem gratiæ. Sed rursus per totum istum diem gratiæ à custodia matutina, tempore resurrectionis Xpi vsque ad noctem.i.vsque ad finem mundi sustinet B & expectat ipsum tota ecclesia,vt veniat ad glorificandum nos. Et ideo dicit. Sperauit anima mea in domino à custodia matutina vsque ad noctem.i.ad finem mundi.

Sed est aduertendum,q̄ litera Hieronymi habet sic. Expectauit anima mea ad dominū à vigilia matutina vsque ad vigiliam matutinam,& hoc forsan stat melius. Quasi dicat, q̄ anima mea expectauit Christum à vigilia matutina,quæ fuit status innocentiæ ante peccatum Adæ,vsque ad vigiliam matutinam, in qua apparuit Christus in carne,& dedit se expectandum ad redimēdum. Sed adhuc expectauit ipsum in secundò aduentu vsq; ad aliam vigiliam matutinam,quæ erit in generali resurrectione, in qua veniet Christus ad glorificandum,& tunc restituet regnū Deo C patri &cætera. Vnde ad maiorem intelligentiam est notandum,q̄ propheta hic loquēdo parabolicè ad modum pastorum custodientium gregem, vel secundùm morem exercituum armorū. Nam consuetudo pastorū est tacere quatuor vigilias in nocte,& quatuor in die. Nam prima vigilia noctis est, & incipit post occasum solis,& durat per tres horas. Secunda durat è tertia hora noctis vsq; ad mediam noctem. Tertia vigilia incipit a media nocte noctis,& durat per tres horas. Vltima autem vigilia est totum residuum vsque ad ortum,& sic diuidunt pastores totam noctem per quatuor vigilias secundùm proportionem temporis. Vnde quando vna pars eorum vigilat alia dormit, & sic diuidunt sibi totam noctem per quatuor vigilias vt defendant gregem suum de faucibus luporum, & ita pariter diuidunt diem per alias quatuor vigiliæ,& custodias. Et eandem consuetudinem seruant pugiles in exercitu armorum & etiam in oppidis obsessis. Et sic est dicendum,q̄ pariter Deus omnipotens ordinauit quatuor vigilias in tota nocte le.ve. Nam in prima vigilia posuit patriarcas Ab Adam vsque ad Iacob,& etiam Moysen,qui custodierunt gregem,& populum domini cōtra diabolum. In secunda vigilia posuit Moysen,& omnes iudices,qui custodierunt gregem domini per legem scriptam vsque ad Dauid,in tertia vigilia posuit Duid,& omnes prophetas,& reges qui custodierunt gregem domini vsque ad transmigrationem Babylonis,& finem primi templi. Sed in quarta vigilia posuit Esdram,& alios sacerdotes qui custodierunt, & rexerunt populum domini vsq; ad aduentum Christi, in quo fuit dies gratiæ Et & iustitiæ. Et rursus Christus istum diem diuisit per quatuor vigilias. Nam in prima vigilia posuit apostolos, qui rexerunt, & custodierunt ecclesiam domini de manu diaboli,& Iudæorū. In secunda vigilia posuit martires, qui defenderunt ecclesiam domini de manu tirannorum vsque ad conuersionem Constantini. In tertia vigilia posuit doctores qui defenderunt ecclesiam Dei ab incursu hæreticorum. In quarta vigilia tempore Antichristi ponet viros fortes,& cariatuos, qui multo sanguine defendent ecclesiam Christi ab immanitate, & sæuitia Antichristi. Ex quo patet, quòd iste homo misticus à prima custodia matutina.i.à principio mundi per quatuor vigilias noctis ve.le. expectauit vsque ad primum aduentum Christi. Et postea per alias quatuor vigilias huius diei F gratiæ expectat Christum vsque ad aliam vigiliam matutinam,quæ erit in secundò aduentu. Et ideo dicit ,ppheta. Sustinuit siue expectauit anima mea in verbo eius, id est in promissione à custodia matutina vsque ad custodiam maturinam,id est à principio huius mundi vsque ad finem, post quem incipiet alia custodia matutina quæ dicitur dies gloriæ. Iterum est aduertendum, quod ex hoc dicto,& exemplo ecclesia sumplit,& ordinauit officium canonicum diuisum per horas,& vigilias nocturnas pariterque diurnas. Nam sicut pastores diuidunt totam noctem per quatuor vigilias, & custodias, vt defendant,& custodiant gregem suum ne rapiatur à lupis aut dispergatur. Ita pariter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ecclesia cui est cura de ouibus Christi, ordinauit, & deuisit totam noctem p quatuor vigilias in officio nocturno. Nam totum officium nocturnum diuiditur in quatuor partes, in tres nocturnos, & laudes. Nam in primo nocturno cantat tres psal. & tres lectiones iuxta tres horas primæ vigiliæ, & in secũdo, & tertiõ toudem. Vnde primum nocturnum cantat pro prima vigilia noctis, & secũdum pro secunda, & tertiũ pro tertia, & laudes cantat pro quarta, & vltima vigilia noctis. In quibus laudibus cantat himnum, & Benedictus dominus Deus Israel, agẽdo gratias: quia iam venit dies, qui significat vltimã vigiliam le.ve. In qua fuerunt Zacarias, & Simeon, qui receperunt Christum quasi autorã illius noctis in qua Christum receperunt.

Et ideo dixit Zacarias. Benedictus dñs Deus
B Israel &c. & Simeon dixit. Nũc dimittis &c. Vnde ad similitudinem harũ vigiliarũ sancti patres primitiuæ ecclesiæ apud Aegiptũ, vt ait Eusebius, & Filo per totam noctẽ orabãt in himnis, & psalmis succeſſiuè vigilias noctis custodientes. Nam vna pars perorabat p totã primam vigiliã, & alia pars surgebat, & orabat in secunda vigilia, & sic alia vigilabat in tertia, & alia in quarta. Et sic nullo modo cessabatur à laudibus Dei per totã noctem. Sed postea considerata humana fragilitate, ordinauit ecclesia, vt ad minus post mediam noctem sine internallo celebraretur totũ officium matutinale, in quo continentur supra dictis tres nocturnis cum laudibus: in quibus denotantur quatuor vigiliæ sine quatuor custodiæ noctis. Postea verò in die celebrat alias quatuor vigilias. s. primam: tertiam: sex-
C tam, & nonã. In quibus includitur tota dies sumendo, & includendo, tres horas diei, in qualibet hora, & vigilia. Et ideo cantat tres psal. in qualibet illarum quatuor horarum. s. Ad primam tres, & ad tertiam tres &c. Sed postea ecclesia addidit vesperas, & completorium ratione depositionis Christi de cruce: & repositionis in sepulcro. Et dicuntur septẽ horæ canonicæ computando totum officiũ matutinale pro vna hora. Et sic vnusquisque fidelis põt dicere in hac peregrinatio pro quolibet die. Speravit anima mea in domino, à custodia matutina vsque ad noctem, siue à vigilia matutinã vsque ad vigiliam matutinam per omnes horas canonicas supplendo discurrendo. Vnde iste modus orãdi per quatuor vigilias noctis, & per quatuor vigilias dicti iam repetitur in ve.te. vnde Esdras præ-D cepit, vt orarent Iudæi in templo quater in die & quater in nocte. Speret Israel in dominũ Hic incipit versus, & sententia in Hebræo. vbi Dauid exhortatur omnes partes vet. & tot. & totum cœtum Israel ad expectandũ Christum in carnem in primo aduentu, & etiam exhortatur omnes fideles no. test. ad sperandum Christum in gloriam in secundo aduẽtu. Et ideo dicit: sicut, anima mea speravit in domino à custodia matutina vsq; ad noctẽ, ita exhorror totum Israel, vt speret in domino Iesu Christo, vt veniat in carnem ad redimendum nos: quoniam apud dominum est infinita misericordia, & apud eum est copiosa redemptio, & abundans. Nam sicut misericordia ipsius est infinita: ita redemptio eius
E est copiosa, & non limitata: quia non solum modo potest delere vnum peccatum, sed infinitum, nec solum modo redimere vnum hominem, sed infinitos, nec redemptio eius est per paruum tempus, sed succeſſiuè per infinita tempora si mundus duraſſet in infinitum. Et ideo quia redemptio eius est copiosa, nõ solummodo effudit vnam guttam sanguinis sed totus sanguis à corpore effusus, & exinanitus est. Et ideo quia eius redemptio est copiosa, & infinita extensiuè: ideo ipse redimet Israel id est totam ecclesiam ex omnibus iniquitatibus, & peccatis eius. Ad maiorem euidentiam eorum, quæ dicta sunt, est notandum, quòd redemptio Christi triplicifter potest dici copiosa, secundum, q; ad tria potest comparari. Nam primò potest cõparari ad Christum redemptorem. Secundò
F ad genus humanum redemptum à peccato & pœna. Tertiò ad gloriam æternam, & regnum cœlorũ, quod Christus sanguine suo emit pro nobis. Quantùm ergo ad primum redemptio Christi dicitur copiosa: eo, quòd Christus copiosè nos redemit, quia non solum effudit partem sanguinis, sed totum sanguinem pro nobis exhauſſit. Item non solũ dedit totum corpus ad sepulcrum, sed etiam animam pro nobis omnibus obtulit patri, & sic seipsum obtulit pro nobis in pretium, & sic ex parte Christi redemptio non potuit esse copiosior. Secundo modo quo ad nos illa redemptio quadrupliciter fuit copiosa. Primò: quia non solum nos redemit quo ad animam, peccata, & pœnam relaxando, & eam à morte culpæ liberando: sed etiam nos redemit quo ad corpus, ab omnibus pœ-

A nalitatibus nos liberando, & sanando, & immortalitatem nobis recuperando quam simus adepturi in nouiſſimo die: quia si nondum surreximus in actu, tamen iam surrexi mus in merito ratione baptiſmi Christi, ut dictum est psal. cij. & sic Christus quo ad totũ nos redemit. Secundò per istam redemptionem non solum redemit unum hominem, sed omnes homines, & non solum vnam rationem, sed omnes: nec vnam prouinciam, sed totum orbem terrarum. Tertio fuit copiosa ratione temporis, quia non solum rede
B mit præsentes sed & præteritos, & futuros. Quanto fuit copiosa rõne multitudinis peccatorũ. Nam non solũ liberauit, & redemit nos ab uno pctõ nec ab vno solo genere pec
B catorũ. sed ab oĩ peccato, tàm mortali q̃ ori ginali, & ueniali. Et sic ex omni parte, & loco, & tempore, & numero illa redemptio fuit copiosa apud Christum. Tertiò redemptio Christi fuit copiosa ratione sui. Secundo quod pro nobis omnibus emit à patre. Nam regnum cœlorum est infinitum in se intensi ue, & extensiuè in quantùm ab infinitis successiuè potest participari, sed pro omnibus illas emit ipsum Christus, igitur eius redemptio fuit copiosa. Primò ratione sui. Secundo ratione generis humani redempti. Tertiò ratione regni cœlorum pro omnibus empti. Ex supradictis sequitur, quod solum Christus & nulla pura creatura quantumcunque perfecta, & sancta potuit genus humanum redimere. Hoc dupliciter probatur. Primò ratione multiplicis culpæ, & pœnæ, à qua sententia sumus redempti. Secundò ratione regni
C cœlorum nobis acquisiti. Primum patet: Nã peccata à quibus sumus liberati sunt infinita intensiuè ratione Dei contra quem facta est offensa, & sunt commissa, & extensiuè, quia omnes eramus peccato multiplici obnoxij, quia non solum redemit præsentes, sed etiam præteritos, & futuros, vt dictum est: ergo talia peccata non poterat deleri nisi per virtutem, & prætium infinitum. Nã actio non fit nisi à proportione maioris in æqualitatis, vt inquit commentator secundo de generatione. ergo oportet, ꝙ maior sit virtus agentis in agendo quàm passi in resistendo. Sed peccatum totius generis humani est infinitum intensiuè, & extensiuè, & pœna pari ter est infinita extensiuè, ergo per nullũ meritum aut virtutem alicuius creaturæ poterat relaxari, cum meritum cuiusque creaturæ pu-
D ræ non possit esse nisi finitum, quia quælibet creatura pura data, semper habet minus de merito, qui sint omnia peccata generis humani in culpa, & sic semper manet maior resistẽtia non solum in toto genere humano, sed ẽt in quolibet peccatore, quia quilibet peccator magis habet de culpa ad resistẽdum, quã pura creatura habet de merito ad relaxandum: ergo oportebat, vt redemptor haberet magis de gratia, & merito quàm totũ genus humanũ de culpa, & pœna, & sic solus Christus potuit esse redẽ ptor ratione gratiæ unionis, & ratione puritatis, & immunitatis, vt dictum est psal. 17. quia vt sic habet gratiam, & meritum infinitum extensiuè contra omnẽ culpam, & pœnam, & sic solus Christus nos potuit redimere quo ad corpus, & animam ab omni culpa, & pœna, & potuit dare de se
E præti em sufficiens pro omnibus præsentib. & futuris. Et per eandem rationem potuit da re sufficiens prętium patri pro regno cœlorum suis membris possidendo, & cõferendo. Et sic patet qualiter redemptio Christi omnibus modis fuit copiosa. Et ideo concludit prophera, quod quia redemptio est copiosa apud Christum, ideo redimit Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Sed quia iste ps. est unus de septem Ps. pœnitentialibus, et communiter recitatur tempore pœnitentiæ, ideo oporter, vt post sensum propheticum ẽt mora liter exponatur pro quolibet pœnitente. Ad
F cuius intellectum est notandum secundum Aug. quod sicut homo per gratiam eleuatur usque ad propinquitatem Dei, ita per peccatum deprimitur, & de memergitur usque ad profundum inferni. & elongatur à Deo. lõgebat Abraam ad diuitem epulonem existẽtem in prefundo. Inter nos, & uos magnum caos firmatum, & sic omnis peccator dicitur esse in profundo miseriæ, & in profundo carcere peccati, & per consequens quando peccator cognoscit seipsum per gratiam præuenientem, de profundis peccatorum clamat ad Deũ petẽdo veniã. & remissionẽ ꝺ culpa sua & quærit liberari ab illo carcere pctĩ. Et sic de profundis dicitur clamare ad dominum, quasi de profundo statu. Itẽ est iterũ aduertẽdum, quod tres sunt partes pœnitentiæ. s. cordis contritio, & oris confessio. & operis satisfactio. Et sic omnis pœnitentia incipit à cordis contritione, & sic peccator quando incipit quærere veniam, & incipit pœnitẽtiam dicitur clamare de profundis cordis per contritio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tritionem. Dicit ergo Dauid in persona cuiuslibet penitentis. O domine ego clamaui ad te & clamo de profundis, & intimis cordis mei. iō exaudi voce meā remissionem indulgendo: & fiant aures tuæ mīæ intendentes in vocē deprecationis meę: pœnitentiam meā acceptando: & noli attendere ad grauitatem peccati mei: nec dare pœnā condignā peccatis meis. Nam si tu obseruaueris, & respexeris iniquitates meas dando pœnam cō dignā: quis sustinebit aut quis sustinere poterit talem pœnam: q.d. nullus. Et ideo O domine ego sustinui: id est expectaui: & expecto obtinere veniam per pœnitentiā, & hoc propter duo. Primo quia apud te ē propitiatio, id est infinita misericordia. Secundo propter legē tuam: quia semper per omnes patriarcas, & propheras, & vtranque legē tam
B euangelicam quàm veterem promisisti veniam pœnitentibus. Et ideo anima mea sustinuit: id est expectauit in verbo eius: scilicet Dei qui talem veniam promisit. Et sic anima mea sperauit in domino a custodia matutina vsq; ad noctem. id est ā principio vitæ meæ vsq; ad mortem. Ergo totus Israelid est tota ecclesia fidelium speret in domino: & vnusquisque peccator speret veniam per pœnitentiam. quoniam magna misericordia est apud Deum: & copiosa redemptio est apud Deū, propter causas iam dictas. Et ideo ipse redimet Israel & totam ecclesiam fidelium ex omnibus iniquitatibus eius: quia pro eis effudit totum sanguinem in cruce: & eos per mortem redemit: ex cuius latere oīa sacramēta ecclesiastica fluxerūt virtutem ad delendum omnia peccata: & iustificandum, & conferendum gratiam.

C

PSALMVS. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei

Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animā meam.

Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea.

Titulus. Canticum graduum ipsi Dauid Duodecimus gradus est profunda humilitas: ideo Dauid fecit hunc psal. pro ascensu duo decimi gradus tēpli: in quo describit: in quo stat vera humilitas. Ad cuius intelligentiam est notandum, quòd Iudæi, & quidam cato ei dicunt, quòd Dauid fecit hunc psalmum ad placandum Deum in pestilentia duo quo D
do numerauit populum: in quo allegat summa humilitatem ostendendo innocentiam, & humilitatem suam &c. Sed hoc manifestū apparet irrationabile. Nam certum est, q. Dauid peccauit per superbiam: quando numerauit populum: & ideo fuit punitus in toto illo populo, in cuius copia fuerat elatus, & gloriatus. ergo si Dauid vellet placare iram Dei non se redderet innocentem: seō peccatorē: sicut fecit in veritate quando dixit. Ego sum qui peccaui, isti qui oues sunt &c. secundi Regum vltimo. Ex quo patet, quòd sententia huius psalmi non potest conuenire alicui puro homini: maximè cum admiret sub anatemate, & maledictione se nunquam superbè stetisse. Ideo est aduertendum, q. peccatum primi parentis fuit exultatio cordis, & elatio oculorum, & appetitus ascendendi in magna, E
& mirabilia supra naturam, & facultatem suam, & ideo perdidit felicitatem. Vnde lacte & vbera felicitatis ipsorum primorum parentum erat possessio illius paradisi in præsenti: in qua fruebantur bonis illius, & finalibus &c. & promittebatur eis in futuro æterna felicitas, & hoc erat lac quo fruebantur: & felix mamilla quam sugebant: dum vellent Deo esse subiecti: & inferiores obediendo sicut decet. Sed cum serpens obtendit eis pomum vetitum suaue oculis ad videndum, & gustui ad vescēdum: & dixit: quacumque hora comederitis eritis sicut dij scientes bonum, & malum: quod bonum: & malum re quidam dicunt est scire librum prædestinationis, & reprobationis, & numerum & personas electorum, quod soli Deo conuenit: iō F
quando Adam, & Eua consenserunt huic falsæ persuasion, & ei appulerunt appetitum: tunc exaltatum est cor eorum ultra fas, & licitum, & elati sunt oculi eorum appetentes Dei equalitatem, & voluerunt ambulare in magnis, & mirabilibus super eos, & eorum facultatem, volentes vsurpare, & rapere dignitatem, & quod est mirabile super omnem facultatem creaturæ, scire prædestinationem electorum. Et sic volentes vsurpare, & rapere diuinitatem, & quod Deo proprium est, perdiderunt felicitatem vtriusque paradisi: & fuerunt ablactati ab vbere matris. Nam sicut puer cum ablactatur a matre, & infertur ipsi mamilla, putat perdere totū bonū suum: quia non cognoscit āliam felicitatem: ita perdidit totam felicitatem Adam cum ipsi fuit ablaG

A. tā felicitas paradisi, & fuit electus foras in vallem lacrimarum, & miseriarū, & sic dicitur ablactatus super matrem. Sed quia illud peccatum transiuit in omnes posteriores ab eo per naturam, & libidinosam generationē descendentes, & omnibus eis est ad culpam & ad pœnam damni imputatum, ideo de oīnum, & elati sunt oculi: & ambulauerunt in magnis, & in mirabilibus super se. Et sic in punitionem, & pœnam omnes sunt ablacta
B tis.

Sed quia solus Christus descendi ex Adā absque seminalis, & libidinosa generatione, ergo solus est inter mortuos liber de debito & vnc à tali anatemate, & maledictione, & obligatione. Et si virgo Maria fuit libera: hoc nō fuit ex debito: sed ex gratia præueC
nientis, vt alias dictū est. Solus ergo Xps pōt dicere patri, Domine, nō est exaltatum cor meum nec elati sunt oculi mei in Adā: in quo oēs peccauerūt: nec mihi est imputatū illud peccatū: nec fui imitator ipsius Adam: nec ambulaui in magnis: id est nec elegi honores, & diuitias, nec ambulaui in mirabilib. super me: quia oīa patri meo attribuebam cum dixi. Doctrina mea nō est mea: sed eius qui misit me patris, & cum dixi. Nō quæro gloriam meam: sed eius qui misit me patris. Et non veni facere voluntatem meā: sed eius qui misit me, &c. Et iō subdit sub anatemate. Si in omnibus actibus meis, & prædicationibus meis, & miraculis nō sentiebā humili
C ter, & si exaltaui animā meā mihi honores attribuendo: si hoc feci, si talis retributio, & ponitio mea qualis fuit retributio Adę, & sic fui ablactatus à lacte, & vbere paradisi, & felicitatis, sicut est puer ablactatus super matrem. Sed quia hoc non feci: iō non sum obnoxius illi anatemati, & maledictioni, & culpæ, sed solus inter mortuos liber. Ex quo patet, q. supradicta verba nulli mēbro possūt conuenire, sed ideo soli capiti Christo.

Speret Israel in domino, ex hoc nunc et vsq; in seculum.

Hic propheta exhortatur ecclesiā, & fideles ad sperādū in Christo. Nam si ipse est solus inter mortuos liber: non ablactatus ab illo lacte felicitatis: ergo solus ille nos pōt oēs liberare ab illo anatemate, & maledictione, & reducere nos ad mamillā, & lac à quo sumus ablactati: ergo in eo solo ē sperā dū. Dicit ergo Speret Israel in dño nro Iesu Xpo, D
& innocet eum, vt veniat ad liberādum nos, ex nunc dando gratiam, & in seculum conferendo gloriam. Nota ergo, q. magnus tesaurus est in hoc psalmiculo absconditus, & quomodo peccant qui nolunt pulsare, vt eis aperiatur. Ex quo patet, quòd cū ecclesia recitat istum psalmū loquitur in persona Christi qui est caput ecclesiæ, & corporis mystici. Et etiam totus iste psalmus verificatur de tota ecclesia ratione capitis simpliciter, sed p gratia m pōt verificari ratione personæ virginis Mariæ, ratione gratiæ præuenientis. Et sic ēt potest verificari de quibusdam iustis, qui gra præuenti nunquam actualiter peccarunt. Et sic sententia huius psalmi semper est referenda principaliter, & simpliciter ad Christum, qui est caput ecclesiæ.

E

PSALMVS. CXXXI.

MEmento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Titulus. Canticum graduū. Licēt in hoc titulo nō explicetur actor huius psalmi: tñ Hieronimus in epistola 113. de obitu Paule asserit Dauid fecisse istum psalmū, dicēs. Bñ Dauid iurauit, dicens. Si introiero in tabernaculū domus meæ, si ascēdero in lectū stratī mei &c. Vnde est aduertendum, q. 13. gradus ascendentis in Deum est profunda deuotio. Et iō Dauid fecit istū psalmū, p ascēsu 13. gradus tēpli, in quo explicat deuotionē suā erga diuinū cultum. Et iō sacerdotes, & Leuitę cātarūt hūc psalmū, qñ introduxerūt arcā in tēplū, & ēt in dedicatione eiusdē templi, vt patet secundi Paralypomenō sexto. capitulo, iuxta finem. Qui q.dem psalmus F
fundatur super ,pmissione facta ipsi Dauid de Messia futuro, & perpetuitate regni eius, & ecclesiæ. Quæ qdē promissio facta fuit ip si Dauid quasi in pmū. Primo ad satisfaciendum eius mansuetudini, & patientiæ in ad uersis. Secō ad satisfaciēdū eius deuotioni sue deuoto proposito de templo ædificando, vt pater. 2. Regum 7. vbi duo mysteria memorantur. Primò ex parte Dauid de templo ędificando deuotum propositum. Secundò ex parte Dei de Messia, & eius regno æterno firma promissio. Ex qua promissione Dauid semper fuit affectus, & sollicitus ad desiderandum, & petendum Messiam de sua dō mo, & carne promissum, & sic motus fuit ad

faciendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A faciendū istum psal. & plures alios, vt dictū est. In quo quidem psal. duo principaliter facit. Nam primò præmittit de templo ædificādo suam deuotionem. Secundo de rebus sibi promissis formar petitionem; ibi. Surge domine in requiem tuam. Quantùm ad primum est aduertentum, q̄ licet gratia præcedat omne meritum in nobis: tamen communiter præmium subsequitur meritum. Vnde licèt talis promissio facta fuerit ipsi Dauid: tamen hoc fuit propter aliquod meritū precedens: quod quidem meritum non fuit sine gratia præcedente. Vnde duo merita fuerunt in ipso Dauit: propter quæ Deus promisit ipsi Messiam de carne sua, & perpetuitatem regni Christi. Primum fuit magna patiētia, & mansuetudo in eius persecutionibus. Secundum meritum fuit summa deuotio, & propo
B situm, quod habuit ad ædificandum templū & ampliandum diuinum cultum. vt patet 2. Reg. 7. Nam illicò post explicationem eius boni propositi de templo ædificando facta est ipsi à Deo promissio. Est tn̄ aduertēdū quòd gratia Dei præcessit ista merita. Nam nūq̄ Dauit potuisset habere tantam patientiā in suis persecutionibus, nisi fuisset diuina gratia præuentus, & adiutus. Itē nec Dauid habuisset tn̄ affectū ad ædificandum templum & ampliandum diuinum cultum: nisi diuina gratia fuisset impulsus. Sed non tollitur propter, ea quin ex his actibus aliquo modo de congruo mereretur sibi factā promissionē: licèt non de condigno, ut ipsemet explicat in textu, cum dicit. Quis sum dñe Deus meus: & quæ domus mea? &c. Duo ergo facit Dauid in hac prima parte antequàm formet suā
C petitionem. Nam primò allegat suam mansuetudinem, & patientiam: propter quam facta est sibi promissio. Secūdo allegat suā deuotionem, & propositū de templo ædificando ibi. Sicut iurauit domino. Quantùm ad primum est aduertēdū, q̄ in pluribus Dauid ostendit suā mansuetudinē, & patientiā. Primo, quia cū tot beneficia fecisset ipsi Sauli, & toti populo Israel: quos liberauit de opprobrio, & seruitute Philistinorum quando occidit gigantem, & cū Saul inuidia motus multotiens voluit ipsum interficere, & nunquam cessauit ipsum persequi: tamen Dauid omnes has persecutiones cū maxima patientia, & mansuetudine tolerauit: vt patet per totū discursum. 1. Reg. 2. Secundò ostendit suā maximam mansuetudinem, & patientiam, quia bis poterat Saulem interficere: hoc est in spe
D lunca, quando abscidit ipsi particulam vestis: ut patet 1. Regum. 24. cap. Item quando abstulit ipsi dormienti hastam, & scilicet patet 1. Regum. 26. cap. & tamen in tanta opportunitate exēsauit ipsum de morte: dicens. Nolite potere manum in Christum domini. Tertiò ostendit mansuetudinem: quia fleuit mortem Saulis: & scidit vestimenta sua, & egit misericordiam erga domum eius, vt patet secundi Regum primo capitulo. Quartò ostendit maximam mansuetudinem, & patientiam in persecutione filij sui Absalon. vt patet secundi Regum 16. capitulo. Vnde dicunt communiter sacri doctores: q̄ ideo Dauid omnes has persecutiones cum tanta mansuetudine, & patientia toleravit: quia in ipsis, & etiam per ipsas præuidit in spiritu omnes persecutiones Christi, E & ecclesiæ. Nam quia præuidit quòd Christus Deus & homo, & rex regū, & dominus dominantium pro toto genere humano erat totū & tanta passurus antequam suum regnum & gloriam ostenderet: iō Dauid tanq̄ figura ipsius Xpi cū maximo desiderio, & patientia voluit persecutiones tolerare. Quæ quidem patientia non fuit sine gratia præcedente, & adiuuante: vt dictum est. Quia ergo in his persecutionibus pro tanta patientia, & mansuetudine promissus fuit ipsi Messias de domo, & carne eius. ideo incipit in hoc psal. dicens. O domine Iesu Christe, memento ipsius fe-
rui tui Dauid & omnis mansuetudinis, & patientiæ eius, quā habuit in aduersis, & aspersecutoribus: pro qua mansuetudine promissus fumere carnē de domo eius: in qua totū genus redimeres humanum. q.d. Fac quod promisisti. Et nota, quòd litera Hierony. habet. Memēto dñe Dauid, & oīs afflictionis eius. i. mansuetudinis quā habuit in afflictionib. *Sicut iurauit domino, votum vouit Deo Iacob.*

Hic allegat secundam causam, & meritum huius promissionis. Nam vt legitur secundi Regum secundo: postquam Dauid adeptus fuerat regnū super totū Israel: & quasi quiescebat à prælijs familiaribus suę gentis: tunc introduxit arcam in Hierusalem cū maximo honore, & tetendit ipsi tabernaculum intra domū suam, & tunc proposuit in corde suo ædificare templum lapideum, & magnificū: in quo reponeretur arca domini. & quiescere a longa peregrinatione. Et proposuit etiam ampliare cultum diuinum. Sed ex mā-

guo, & secreto misterio deus prohibuit ne ipse ædificaret illud templū materiale: sed filius eius Salomon. Veruntamen Deus, vt satisfaceret eius deuotioni, & bono proposito promisit ipsi per Natan propheta Messiam futurum de sua generatione, & regnum æternū eiusdem. Quam promissionem licet ipse Natan non intellexerit in principio, nisi de templo materiali. & de regno Salomonis temporali. tamen per successionem temporis. & per continuam orationem contemplando predictam promissionē fuit ipsi reuelata veritas & intelligētia spiritualis illius promissionis: maxime quando fuit ipsi tradita descriptio templi à spiritusancto, in qua intellexit totū mysterium incarnationis christi: & passionis, & resurrectionis, & nostræ redemptionis.

B Vnde cognouit qualiter illud templum materiale erat figura totius templi humanitatis Christi, in qua verbum diuinum per vnionē personalem debebat requiescere. Vñ ppriè arca illa significabat humanitatem Xpi, in qua Xps habitat personaliter, & totum templum significabat totam ecclesiā, in qua Xps habitat per gratiam, & misticam vnionem. Et iō Dauid posq̄ vidit, q̄ non poterat ędifi care illud templum materiale in effectu, voluit lapides, & ligna, & aurum, & argentum, & omnia necessaria pro tēplo ædificando, & sic ꝑcepit Salomoni, vt ædificaret illud templum iuxta exēplar, & descriptionem sibi tradi tam, & sic ēt distribuit oīa officia ad cultum diuinū pīncipia p̄ sacerdotes, & leuitas. Ex quo patet, q̄ licet Dauid nō ædificaue rit tēplū in effectu tn̄ ædificauit ipsum in affectu,
C vt patet primi Paraly. 28. c. Ex qua deuotione, & proposito meruit promissionē de Messia futuro, & hoc allegat hic. q.d. O domine, non solummodò memento mansuetudinis ipsius Dauid, & patientiæ supradictæ, sed ēt memento sicut, & qualiter iurauit. i. cum iuramento, & firmo proposito decreuit, & quòdo vouit votum Deo Iacob de templo ædificādo, & sic nō solummodo recorderis eius mā suetudinis, sed etiam voti, quod vouit Deo Iacob, vt ædificaret templum Deo Iacob. Et notanter dicit, Deo Iacob. Nam Dauid contemplans illud misterium qualiter Iacob vidit scalam, & erexit lapidem in titulum essun dens oleum desuper: & dixit. Nihil aliud est hic nisi domus Dei, & porta cęli, per hoc misterium puidit totum ædificiū ecclesię futu-

D rę per Xpm. Et ideo dicit. Votum vouit Deo Iacob. q.d. q̄ vouit ędificare templum, quod fuit figuratum per misterium ipsius Iacob. Gen. 28. cum erexit lapidem in titulum, dicens. Erexit mihi dominus in Deum, & lapis iste in titulum: & vocabitur domus Dei &c. Et explicat votum quod fecerat, dicens.

Si introiero in tabernaculum domus meę, si ascendero in lectum stratu mei.

Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem

Et requiem temporibus meis, donec inueniā locum domino, tabernaculum Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meę & ponitur si pro nō. i. nō intrabo in tabernaculum domus meę, nec ascendam in lectum stratu mei, nec dabo somnū oculis meis, nec palpebris dormitationem, nec dabo requiem tpibus meis. i. illis partibus capitis vbi somnus situatur, & vbi obstruitur sensus communis, & sensus exteriores ligantur: quæ tempora vocantur, cuius partis somnus est passio. Ista non faciam supple cum quiete donec inueniam locum domino, & donec inueniam tabernaculum Deo Iacob, vbi arca reponat. Vnde hic Dauid non dicit, quod non comederit nec dormierit post votum factum, sed loquitur secundum modum loquendi vulgarem, sicut cum quis dicit, non comedam nec bibam cum quiete supple donec faciā quod promisi. Hoc autem votū fecit Dauid 2. Re. 7. c. cum dixit ad Natan. Vides, quod ego habitem in domo cedrina, & arca domini posita sit in medio pellium? tunc Dauid fecit votum apud se ædificare magnificum templū in quo arca quiesceret.

E

Ecce audiuimus eam in effrata, inuenimus eam in campis syluæ.

F

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

Ad cuius intelligentiam est notandum, q̄ ista arca domini in qua figurabatur misterium Xpi, & ecclesiæ fuit facta per Moysen in deserto, & iuxta montem Sinai. Exo. 25. Secundò fuit portata 40. annis per desertū p multas mansiones. Tertiò fuit introducta in terrā promissionis per Iordanē aquis retrorsum conuersis supra 12. lapides. Iosue 4. Quartò fuit collocata in Silo, quæ est in mōte, & tribu Effraim. Quintò fuit capta à Philistęis, & trāslata de ciuitate in ciuitatē eorū, vt patet. 1. Re. 5. & inde recta in Betsames siue Cariathiariam infra c. 7. & inde in Masfat, & inde

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in Gabaa,postea ī Nobe, vbi erat tpe Saulis
eū Dauid comedit panes propositionis.& ce
pit gladiū Goliæ ab Achimelech.1.Re.21.Et
exinde trāslata est in Gabaa in domū Ami
nadab,quando Saul ꝓcepit destrui ciuitatem
Nobe & necari sacerdotes.1.Re.22 Et exin
de trāstulit eā Dauid in domū Obededom,
vbi māsit ꝑ.p mortē Oze.& exinde in Hieru
salē, vbi Dauid retēdit ipsi tabernaculum 2.
Re.5.Ex quo patet,q; vltra 400. annos arca
dñi peregrinata est ꝑ diuersa loca. & nunq̄
quieuit. Et iō ꝑ.p istas tā frequētes transmu
tiones Dauid fecit votū de tēplo fixo ædifi
cādo,& iō ait & subdit.Nō miseris sup. qua
re feci tale votū. Nam ecce audiuimus eam
in effrata.i.in Silo terra Effraim,& postea in
uenimus ipsam vagā,& inquietā in cāpis sylB uæ.i.in Gabaa in ꝺomo Obededom,& iō vo
lui ipsi ædificare domū & tēplū vbi cōtinuè
quiescat,& sic introibimus in tabernaculum
eius,& adorabimus in loco vbi steterunt pe
des eius.Litera Hie habet. Intremus in ta
bernaculū eius, & adoremus in loco vbi ste
terunt pedes eius.Et tunc sñia est magis cla
ra. q d. Iō iuraui tēplū ædificare ne amplius
arca dñi vagetur,& peregrinetur ꝑ cāpos,&
syluas sed sit firma & quieta,& intremus in
tabernaculum eius & adoremus in loco ar
cæ vbi steterūt pedes eius.Et notāter dī.Au
diuimus eā in effrata.Nā dū arca dñi fuit in
Silo frequenter audiebantur responsa ex ea,
vt patet ꝑ totū librū Iudicū.Itē notanter ēt
dī. Adorabimus in loco vbi steterūt pedes
eius.Nam in arca fœderis dicebaē dñs habere
pedes.& federe super cherubin, vt patet 3.
Re.6.& 1.Paral.28.& 2.Paral.3.Et sic Deus
dabat responsa ex arca,& sic Deus audiebaē
C sed non videbatur. Et sic illa arca figurabat
corpus, & humanitatē Christi in qua Deus
personaliter latebat & audiebatur ab aposto
lis,& Iudæis,sed non uidebatur oculis corpo
ris.Item sicut illa arca capta est à Filistæis,&
delusa ꝑ.p peccata populi,ita humanitas xp̄i
siue Xp̄s in humanitate fuit delusus, & tra
ctus,& mortuus,& sepultus.Item sicut Phili
sthi fuerunt puniti ꝑ.p arcam,& percussi in
posteriora opprobrio sempiterno. ita Iudæi
fuerūt destructi.& regnum eorum ꝑ.p mor
tem Christi. Et sicut in illa arca,& templo
Deus adorabatur, & dicebatur habitare, &
habere pedes suos, ita Deus habitat in illa
humanitate Christi per vnionem suppositalem,& dicitur habere pedes in illa humanita
te, imo illa humanitas dicitur quasi pedes D
Dei Et etiam Christus dicitur habitare in to
ta ecclesia.& habere pedes in ea,eò ꝙ est ca
put ecclesiæ. Ex supradictis patet explicatē
tota deuotio.& promissio ipsius Dauid.

*Exurge domine in requiem tuam, tu & ar
ca sanctificationis tuę.*

*Sacerdotes tui induantur iustitiam,& sanc
ti tui exultent.*

In hac 2.parte Dauid exponit suam petitionem,vt Deus impleat suam promissionē
petendo Messiam in lege promissum,& ædi
ficationem ecclesiæ futuræ.Veruntamen iu
dæi moderni exponunt totam partem sequē
tem de petitione templi materialis per Salo
monem ædificandi,& de prosperitate facer
dotii & regni tpalis Salomonis,dicentes,ꝙ
Dauid vel Salomon in hac parte petit,vt tē
plū materiale ædificetur, & arca in eo repo E
natur,& culeus diuinus ꝑ.p sacerdotes augeatur,& exerceatur in eodem templo materia
li.Sed ista intelligentia est friuola & falsa,
Primò quia promissio facta ipsi Dauid non
fuit principaliter de templo materiali, nec
de regno temporali,vt pluries probatū est.
Secundo quia Dauid non petit hic regē qui
lem,nec templum materiale..Hoc probatur.
Nam si Deus prohibuit ne Dauid ædificaret
hoc templum materiale,aut hoc fecit, quia
Dauid erat indignus,& Salomon dignus,aut
ꝑ.p aliā cām latente ꝑ.p aliquod mysterium.
Non primum. Nam Dauid semper fuit dignior,& sanctior Salomone.Nam in sua pe
nitentia vnctione recepit spiritumsanctum,& ple
nitudinem gr̄æ,vt patet 1.Reg.26.nec vng Salo
mō fuit ipsi comparandus in mansuetudine F
& patientia, & deuotione nec fidelitate.Nā
omnia quæ fecit Salomon erga cultum diuinum fecit ex præcepto Dauid patris sui,nec
aliquid exposuit de suo.Nam omnia necessaria reliquit ipsi pater,vt supradictū est, imo
plura exposuit Salomon in cōstructione tuū
templorū idolis dedicatorum pro vxoribus
alienigenis quàm vnquàm exposuit in templo domini,imo causa huiusmodi ędificii in
posuit populis exactiones pecuniarum, &
onera importabilia,vt patet 3.Reg.12.Item
Dauid nunquam apostatauit sicut Salomō.
Item licèt Dauid peccauerit quandoq; tñ
à fide nunquam apostatauit.Et si dicitur,ꝙ
Deus dicit,ꝙ Dauid fuit vir sanguinis,& ꝑ.p
hoc non fuit dignus ædificare templum,per
eandem rationem potest dici,ꝙ Salomon fuit

A fuit minus dignus. Nam Dauid non effudit
nisi sanguinem infidelium pro defensione di
uinæ legis.Solùm autem legitur effudisse sa
mel sanguinem innocentē.hoc est in homi
cidio Vriæ. Sed Salomon multū sanguinem
effudit in principio. Nam fratrem suū Ado
niam & Iacob interfecit: & eius sanguine
ædificare templum,& ideo est dicendum,ꝙ
illa prohibitio hēt aliam causam latentem q.
d. Deus. Tu Dauid non es dignus ædificare
ecclesiam sed filius tuus Iesus qui ſm carnē
egredietur postea.Vñ illa ædificatione tem
pli latebat totū mysterium incarnationis.
Nam sicut Dauid præparauit oīa necessaria
pro illo templo: sed Salomon dedit operam
ædificio.ita ꝑ hoc figurabatur,ꝙ verbū diui
num solummodo debebat sumere carnē ex
B genere Dauid ex puris sanguinibus virginis:
sed non mō naturalis, quia solus spiritussan
ctus debat formare corpus Christi: ex illis
puris sanguinibus virginis:in qua carne, &
templo verbum personaliter habitauit.Item
per hoc etiam significabatur, ꝙ nec Dauid
nec aliquis alius poterat ædificare ecclesiam
nisi solus Christus per Salomonem figurat⁹.
Ex quibus patet,ꝙ illa prohibitio potius fa
cta est in figura templi spiritualis:& non so
lummodo propter illud templū materiale.
Ex dictis ergo in hoc psal. & in cæteris pa
ter,quod illa promissio non est facta præcisè
nec principaliter de templo materiali: sed
de templo spūali per Xp̄m ædificādo,& hoc
petit Dauid in hac parte.q.d.O dñe postquā
ergo impleui uotū meū sicut iuraui,& voui.
C do præparaui:& tēplū in voto,& affectu edi
ficaui:ergo tu imple,& fac ꝙ promisisti. s.
mitte filiū tuū,& sumat carnē,& cōstruat tē
plū ecclesiæ,in quo oēs debemus saluari.Vñ
ꝙ ꝙ figuratur mysteriū incarnationis, ergo
dicit.O dñe Iesu Xp̄e,postq̄ ego feci templū
surge in requiē tuā.i.veni,& accipe carnē ex
virgine: & sume humanitatē in qua requie
scas:qa hoc figurabat illa arca testamenti,&
surgat ēt arca sanctificationis tuæ.s.tota ec
clesia.q̄ tu es ædificaturus per prædicationē
tuam,& ꝑ.p mortem,& passionem,& sacramē
torū institutionē:& surgat ecclesia.i.ædifice
tui in altum supra firmam petram:q̄ dicitur
arca sanctificationis tuæ: eò ꝙ tu sanctifica
bis,& cōsecrabis eā sanguine tuo:& sanctifi
caberis:& adoraberis in ea. Vnde est notan

dū:sicut supra dictū est: ꝙ arca dñi primo si D
gurabat humanitatem Xp̄i:& ex consequen
ti figurabat ecclesiā. & iō de vtraq; dicit:Sur
ge dñe in requiem tuam:qa in vtraq; qescit
Xp̄s,& latet,& ponitur surgere pro appare
re,& ideo dicit.Surge dñe in requiem tuam.
i.appare nobis in carne:& ostendete in eccle
sia.Pōt hoc ēt referri ad resurrectionem cor
poris Xp̄i quod primū fuit solutum per mor
tem:& postea reædificatum per resurrectio
nem:& iō dicit.Surge dñe in requiem tuā.i.
surge à mortuis:tu & corpus tuum gloriosū
ꝙ est arca sanctificationis tuæ : & surgat ēt
ecclesia tecum. Nam tua resurrectio erit cā
nostræ resurrectionis . Vñ te resurgente sur
get ecclesia:quę est arca sanctificationis tuę.
Nam dabis potestatem sacerdotibus ad cōficienda sacramenta:& dabis eis dona spūs
sancti: & īduentur iurtute ex alto : vt sancti E
tui apostoli exultent,& iō sequitur.Sacerdo
tes tui induātur iustitiā.i virtutem,&potesta
tē eccl'asticā,& dona spūsancti.& sancti tui
& omnes fideles exultent in tali sanctificatione.Duo ergo petit Dauid in his duob.ver
siculis sub figura istius arcę.Primò petit my
steriū incarnationis,& resurrectionis.Secun
dò petit ædificationē ecclesiæ,& nostrā redē
ptionē,& sacramentorum institutionem.Itē
ꝑ arcam sanctificationis Christi potest ēt in
telligi virgo Maria:q fuit arca sanctitatis xp̄i
in qua Xp̄s per nouem menses quieuit ſm
carnem,& postea singulariter semper requie
uit,& inhibuit per gratiam.

*Propter Dauid seruum tuum, non auertas
faciem Christi tui.*

Hic delirāt Iudæi dicētes, ꝙ qñ Salomon
introducebat arcā in tēplū:& fuit in isto. 13- F
gradu ꝙ tūc clausæ fuerūt portæ templi per
se.Tunc Salomon putās,ꝙ hoc fuit factū ꝑ
pter peccatū Dauid pro homicidio Vriæ, o
rando ad Deū dixit.O dñe, nō auertas faciē
Christi tui.i. à Christo tuo Salomone q est
iustus,propter Dauid.i.propter peccatū Da
uid.Et dicunt Iudæi,ꝙ tunc facta oratione,
dicto isto versiculo illicò fuerunt apertę por
tæ templi miraculosè.Sed hoc est manifestè
falsum,& confictum, & contradicit toti scri
pturæ præcedenti,in qua dictum est.Memen
to domine,& oīs mansuetudinis eius, & al
legatur eius mansuetudo,& deuotio. Appa
ret etiam per hoc quod sequitur. Iurauit do
min⁹ Dauid veritatē.vbi allegaē ipsi facta ꝑ
missio,ergo Dauid hic potius noīatur,vt ex

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eius meritis Deus impleat quod petitur in hoc psalmo,& non oppositum sicut isti dicũt. Et iõ ista oratio Dauid i qua rogat Deũ vt veniat,& appareat in carnem, & ædificet ecclesiã,& hoc,vt satisfaciat suæ deuotioni, & mansuetudini:& sibi factæ promissioni. Vnde dicit Dauid.O domine,fruge in requiẽ tuam &c.& propter Dauid seruum tuum.i. propter eius mãsuetudinem,& deuotionem te rogo.vt non auertas ab eo faciem.& notiriam.& visionẽ Messiæ Christi tui. imo mitte ipsum in carnem,& uideatur ab omnibus eius facies,& humanitas sicut promisisti: & hoc fac propter Dauid seruum tuum.i.amore Dauid serui tui:& propter mansuetudinẽ & fidem,& deuotionem, quam tibi seruauit sicut promisisti,& iurasti.

Iurauit dominus Dauid veritatem & non
B *frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

Si custodierint filij tui testamentum meũ, & testimonia mea hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum usque in seculum seculi sedebunt super sedem tuam.

In hac vltima particula voles Dauid in clinare Deum ad suam petitionem allegat promissionem sibi à Deo factam sub iureiurando,& stabili firmitate. Ad cuius intelligẽtiam est notandum:quòd Deus decem dona promisit ipsi Dauid. Nam primò promisit,q̃ de eius fructu, & generatione sederet semper rex super sedem suam:Secundò promisit, q̃ si filij & nepotes Dauid seruarent mandata, & legem Dei nunquam auferreẽ eis regnum. Tertiò,q̃ Deus eligeret Sion in suam habitationem æternaliter.Quartò, q̃
C ipse benediteret istam Sion in æternũ.Quinto promisit saturare pauperes,& ciues huius Sion panibus sacramentalibus,& spiritualib. Sextò promisit ornare eius sacerdotes. Septimò lætificare ciues eius.Octauò promisit producere generationẽ Dauid vsq̃ad Xp̃m. Nonò promisit confundere & maledicere inimicos huius Sion. Decimò promisit prosperare,& multiplicare generationem, & filios Dauid secundùm promissum in hac Sion siue ecclesia.Omnia ergo ista decẽ promissa allegat Dauid per ordinem in hac vltima particula,petendo vt Deus impleat, qđ promisit.Dicit ergo primò. O domine,non auertas faciem Christi tui à me:sed mitte ipsum vt promisisti sup. Nam dominus Deus iurauit ueritatem.i.cum veritate iurauit: vt habet litera Hieronymi, & non frustrabitur D eum:dicens. De fructu ventris tui.i.de tua generatione secundùm carnẽ ponam filium regem super sedem tuam.i. filius tuus secundum carnem regnabit super sedem tuam: & erit messias in lege promissus.Vnde non.q̃ sedes ecclesiæ hic per gratiam,& in futuro p gloriam. dicitur sedes Dauid, eò quòd fuit promissa ipsi Dauid in filio suo Messia. Et ideo dicitur Lucæ 1. Dabit illi dominus sedẽ Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternum. Et sic etiam tota ecclesia militans,& triunphans dicitur domus,& regnum Iacob:eò q̃ de ista ecclesia ipsi est facta promissio in filiis ſm promissionem.Vnde sicut omnes fideles dicuntur filij Iacob, & Israel,& Abrahæ ſm promissionem:ita g eandem rationem,& promissionem omnes dicuntur filij Dauid, & sic tota ecclesia dicitur domus Dauid. Et sic etiam sicut dupliciter dicuntur filij Abrahæ,& Iacob.sſecundùm promissionem, & secundùm carnem, ita pariter Dauid habet duplices filios, scilicet secundum promissionem, qui sunt omnes fideles,& secundùm carnem,qui sunt ab eo per generationem carnalem descendentes, & ideo illa promissio de successione regni Dauid facta 2.Reg.7.cap.fuit gemina,& gemino modo debet intelligi. Nã filius,& regibus à Dauid descendentibus secundũ carnem promisit Deus successionem regni temporalis, si seruarent legem,& mandata Dei, sed quia fuerunt pręuaricati legem Dei, declinantes ad idola:& ad alia flagitia nefanda, ideo fuit eis ablatum regnum, & ciuitas destructa per Caldæos Filius autem promissionis,& fidelibus promisit Deus sedem æternã & spiritualem in domo Dauid.f.in hac ecclesia per gratiam,& in futuro per gloriã.si seruarent,& custodirent legem Dei.i.si recipiret Christum in lege promissum patriarchis & prophetis,& si eusdẽ Christi mãdata seruarent. De vtrisq; ergo filiis dicit hic filio modo: si custodierint filij tui.i.filij tui carnales & filij eorum si custodierint testameẽti meũ .i.legem,& pactum,& hæc testimonia mea, quæ docebo eos,tunc tales filij tui carnales sedebunt super sedem tuã materialem in seculum seculi.i.per multa secula. Sed de filijs spiritualibus dicit.O Dauid,ergo promitto tibi,q̃ si filij tui secundum promissionem,& filij eorum.i.omnes successores eorum spirituales custodierint testamentum meum & pactum

A pactum Christum recipiendo secundum patrem,& legem meam,& custodierint hęc testimonia,& præcepta mea, quæ docebo eos cum venero in carnem:tunc omnes isti sedebunt in seculum seculi.i.in æternum super sedem tuam in hac ecclesia per gratiam, & in futura per gloriam.Sed hic dubitaret forte aliquis.Nam.2.Reg.7.c.vbi facta fuit ista promissio,non scribitur,q̃ Deus promiserit sub iureiurando:sicut hic dicitur in psal.Iura uit dominus Dauid veritatem.Sed ad hoc respondetur,q̃ unicuique debet sufficere auctoritas Dauid,qui fuit egregius propheta in Israel,& cui dominus locutus est,& per cuius linguam locutus est spiritussanctus,vt patet 2.Reg.23.cap.Et ideo est dicendum, quod per successionem temporis fuit facta ipsi Da
B uid multiplex reuelatio de intelligentia illius promissionis,vt dictum est:in quibus reuelationibus Deus sub iureiurando ista promisit,& ideo dicit. Iurauit dominus veritatem &c.Sed ad demonstrandum,quod istud regnum,& ista sedes regalis promissa ipsi Dauid non erat temporalis, nec perpetuanda: sed in Sion spirituali,& cœlesti, ideo subdit propheta,dicens.

Quoniam elegit dominus Sion:elegit eum in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Ideo supple promitto tibi,& filiis tuis secundum æternam,non in Sion terrena,sed i spirituali,quoniam dominus elegit Sion:elegit eam in habitationem sibi. Et bis dicit elegit & bis nominat Sion,vt comprehendat vtrãque Sion.f.militantem,& triuphantem.
C in hac habitat per gratiam,& in illa per gloriam,& ideo sequitur. Hæc.f.Sion spiritualis est requies mea in sæculum sęculi. Hic habitabo per gratiam,& ecclesiastica sacramenta, & in futuro per gloriam:quoniam elegi eam pro me,& filiis membris meis. Et supra dictus patet,quod in toto isto ps.non loquit Dauid de regno nec de sede temporali, nã regnum Dauid non fuit æternum. Nec loquitur etiam hic de Sion,& Hierusalem terrena,quia arca domini non habitauit ne requieuit in ea in æternum,quia fuit combusta arca simul cum templo in ciuitate per Caldæos, & sic Deus non habitauit in sæculum sęculi in illa arca,nec in illa Sion terrena prout Iudæi delirant.Et ideo est intelligẽda ista litera de Sion spirituali.f. de ecclesia Christi cuius una pars peregrinatur in hac D
vita:in qua Christus quiescit per gratiam,& ecclesiastica sacramenta,quæ dicitur ecclesiastica militans,& altera iam fruitur in patriaq̃ dr̃ ecclesia triumphans, in qua Christ⁹ quiescit cum beatis per gloriã. Sed quia Xp̃s sponsus non conuersatur familiariter in ista ecclesia militanti:ideo dr̃ vidua: quousq; recipiat sponsum in patria.Vnde dupliciter dicitur vidua.Primò propter absentiam spõsi. Secundò quia est induta luctu & nigredine mortalitatis. sed quando exuta fuerit ista carnem mortalem,& induta carnem gloriosam tunc dicetur nupta,& nõ vidua, vt patet Apoc.20.quia tunc gaudebimus, & exultabimus cũ venerint nuptiæ agni,& sponsa præparauerit se. Sed vsque ad illud tps ista ecclesia inferior dr̃ vidua. Et de ista uidua promittit Deus per prophetam dicens. E

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus,

Ego benedicẽs.i.cũ maxima benedictione benedicã istã viduã eius.i.istã ecclesiã militãtem.Et dicit,benedicẽs benedicã quia duplici benedictione benedixit istã ecclesiã Xp̃s. Primò benedictione sacramentorum absoluendo à pctõ. Secũdo modo benedictione donorũ spiritussancti,ipsam multipliciter ornando.Et inde sequitur.Pauperes eius saturabo panibus. Nam multiplici pane saturauit Deus ciues,& pauperes huius ecclesiæ.s.pane.7.sacramentorum, & panibus donorum spiritussancti.s.sapientiæ,& intellectus:consilii fortitudinis &c.Et nota,q̃ ly eius refertur & põt referri uno modo ad ipsam Sion,quæ hẽt duas partes.s.militantem,& triũphantẽ. Vel potest referri ad Xp̃m:eò q̃ ista ecclesia F
est vidua eius,propter absentiã familiaris eõuersationis,vt dictũ est.Sed est aduertẽdum, q̃ in hebræo habetur:Escã eius benedicẽs benedicã.& iõ sequitur:pauperes eius saturabo panibus:& tunc sumitur totum ,q̃ esca spirituali ipsius ecclesiæ:quæ est duplex.s.esca sacramentorum, & esca donorum spiritussanctí,& tunc litera redit in eandem sententiã. & tunc est sententia ista.Ego benedicens benedicam escam eius.i.cum maxima abundãtia largiar,& conferam ipsi copiam sacramẽtorum,& donorum in escam spiritualem ad reficiendum fideles in hac vita.De qua esca dicit virgo Maria in cantico suo. Esurientes impleuit bonis:& diuites dimisit inanes, hoc dicit. Nam sicut apostoli, & christiani

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuerunt refecti ista esca sacramentorum, & donorum spūs sancti: ita per oppositum scribæ, & pharisęi, & iudæi moderni fuerunt exclusi ab esu istorum ciborum spiritualium. Hanc ergo escam esuriunt Iudæi cœci & obstinati: & patiuntur famā eiusdem, vt dictum est supra psal lviij. vbi prædixit Dauid famē & inediam Iudæorum dicēs. Cōuertentur ad vesperam, i. ad tenebras ignorantiæ, & famē bonorum spiritualium patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem: quia nunquam intrabunt intelligentiam sacrę scripturæ, nec societatem sanctorum, imo ipsi dispergentur ad manducandum, sed quia non erunt saturati ista esca, & cibo spirituali: ideo murmurabūt. De his ergo panibus, & cibis spiritualibus dicit Christus per os Dauid. Pauperes eius saturabo panibus.

B *Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt.*

Et subdit aliā promissionē factā sacerdotibus ecclesiæ, dicens. Sacerdotes eius induam salutari i. indumento gratiæ, & ecclesiasticæ potestatis. Vnde ecclesiastica potestas dicitur indumentum spirituale ipsius sacerdotis. Et ideo in figura cum ordinatur induitur sacerdotalibus indumentis. & dicitur indumētum salutare: inquantū per ecclesiasticam potestatem confertur salus, & gratia recipientibus sacramenta, q.d. Conferam potestatem ecclesiasticam ipsis sacerdotibus: ut per sacramenta conferatur salus, & gratia ipsis fidelibus: & sanctificentur per ecclesiastica sacramenta, & ideo sequitur: Et sancti eius, i. sanctificati per sacramenta, duplici exultatione exultabuot, s. hic per gratiam, & in futuro per gloriam, exultabunt etiam in corpore, & anima cantando psalmos, & hymnos.

C *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.*

Hic ponit aliam promissionem factam ipsi Dauid de Messia venturo ex carne sua in ecclesiam Dei. Vnde dicit. Illuc, i. vsque ad illam ecclesiam producam cornu, i. gloriam & regnum Dauid, & producam Christū qui est cornu & gloria Dauid. Vel sic: ego producam cornu, i. generationem Dauid per successionem: quia non deficiet linea Dauid vsque ad illum, i. vsq; ad Christum, & sic parauī lucernam, & generationē Christo meo Iesu. Vnde nota q̄ in veteri testa. lucerna quandoque sumitur pro linea generationis. nā sicut quamdiū non extinguitur dicitur durare lucerna: ita quādiū succedit aliquis in linea generationis dicitur durare eius lucerna. Vnde dictum fuit ipsi Dauid: Jam non egredieris in bellum: ne extinguas lucernam Iſrael 2. Regū. 21. Et ideo ꝓmisit Deus ipsi Dauid vt produceret ius lucernam usque ad Christum, i. q̄ non deficeret eius linea, & generatio, quod patet in Matthæo, qui describit generationem Christi à Dauid vsque ad Christum, per Mariam virginem de stirpe, & generatione Dauid. Et sequitur.

Inimicos eius induam cōfusione, super ipsum autem afflorebit sanctificatio mea.

Ego induam inimicos eius, i. scribas, & pharisæos, & totum populum Iudaicum, qui eum negaturus est induam confusione, quia eos priuabo regno, & sacerdotio, & sensu scripturarum, & manebunt cœci, & dispersi, & profugi, & captiui: & sic multiplici confusione induam illos. Autem pro sed super ipsum, & populum eius florebit sanctificatio mea, & regnum, & sacerdotium, & gratia, & sanctificatio, & potestas sacerdotalis, & gratia donorum florebit super ipsum. Oia ergo ista domine promisisti, & nurasti in veritate ipsi Dauid seruo tuo: ergo memēto ipsius, & omnis mansuetudinis eius, & deuotionis, quia iam fecit ipse quod ꝓmisit: iam fecit ipse replū, & figurā, ergo veniat figuratus qui promisisti, et exurge in requiem tuā humanitatē et ecclesiā, & veni &c. & sacerdotes tui induantur iustitiā &c. In his ergo duobus verbis petit totum suū optatum, vt patet intuenti, qui petit Christum venturum ad constituendū sacerdotium, et ecclesiastica sacramenta.

PSALMVS. CXXXII.

ECce *quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum.*

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Titulus. Canticū graduū 14. gradus est caritas proximi mutua. Vnde quando quis ascenderat vsque ad 14. gradum iam videbat portam magnam pattem templi, & videbat sacerdotes, & leuitas canentes: & laudantes Deum in societate, & caritate. & sic ascendebat videns illam societatem congregatam ad laudandum Deo. Ideo fecit Dauid hunc psalmorū pro ascensu 14. gradu tēplis in quo describit fructum, & delectationem caritatis quæ

A quæ est inter proximos in unum ad laudem Dei congregatos. Ideo dixit. Ecce. i. videre q̄ bonū i fructuosum, & q̄ iucundū. i. suaue, & delectabile est fratres habitare in vnum i. in vnitate, & caritate. i. quantū est delectabilis, & fructuosa caritas, & vnitas inter fratres, & proximos habitantes in vnū. Sed q̄ ly quam ponitur pro quantū cōparatiuè, & relatiuè subintelligitur vnū aliud aduerbiū. s. tm̄, ideo sequitur. Sicut vnguentū. Duo. n. dicit de caritate. s. q̄ est bonā, & fructuosā. Secundò: q̄ est iocunda siue delectabilis. Et iō cōparat eā ad vnguentū sacerdotale inquantū iucunda est. Secūdo ad rorē Hermon, & Siō inquātum bona, & fructuosa. Dicit ergo. tantū est iucundum habitare fratres in vnum, quantū est iocundū, & suaue, & delectabile vnguen-

B dotis: quod descendit in barbā, barbam dico ipsius Aaron summi sacerdotis, & successorū eius: quod quidem oleum, & vnguentum descendit à barba in orā vestimenti eius. Vnde est notandum: q̄ Deus præcepit ipsi Moysi. Exod. 30. vt vngeret Aaron in summū sacerdotem vnguento siue oleo: quod quidem oleū fiebat ex balsamo, & multis aliis oleis aromaticis: & odoriferis conficiebat: iō dicebatur vnguentum. Et cum consecraror vnigebat summum sacerdotē, primò ponebat ipsi magnam guttam vnguenti in capite: in tantūm, q̄ totum caput infundebatur. Postea trahebat illud vnguentum per vtraq; tēporā vsq; ad barbā, & sic descēdebat vnguentū à capite in barbā ipsius Aaron, & cuiuslibet successoris. Deinde descendebat à barba

C vestimenta sacerdotis, & ita quasi vngebantur reges. Per hoc autem voluit figurare Deus, q̄ ipse erat vncturus Iesum Christum filium suum tanquā caput ecclesiæ in regē, & sacerdotem præ consortibus suis oleo lętitiæ spūsancti, in quo erat oleū gratiæ, & sacerdotalis, & regalis ptātis tanquā in fonte, & capite, & à Christo capite erat descensurū illud oleū gratiæ, & potestatis in eius mēbra. Primò in barbā. s. in apostolis, & in oram

D terræ. Nā apostoli dicūtur quasi barba Xpi, eò q̄ fuerunt sortes in bello. Tota aūt eccl'a dicitur quasi vestimentū xpi, eò q̄ licet in ecclesia quasi sub vestimento, vt patet in sacris latet virtus Christi. Nam oē sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Dicit ergo Dauid: q̄ est iucunda, & suauis. & delectabilis caritas, & habitatio fratrum in vnitate, sicut est vnguentum in capite sacerdotis sup. quod descendit in barbā Aaron à capite: & descendit à barba in oram vestimēti, qnòd facit tedolere caput, & barbam, & vestimenta. Et sic Dauid hic misticè, & prophetice locutus est qūomodo caritas, & gratia debebat descēdere a Christo capite i apostolos, & ab apostolis in toram ecclesiam vsque ad vltimum electū. Nota, q̄ sic est ordinanda litera. s. sicut vnguentum in capite Aaron q̄ descendit in barbam eius. Hic ergo cōparat caritatē primò oleo descendenti à capite sacerdotis in vestimenta, & mēbra eius. Secūdò cōparat ipsā caritatē ipsi rori, qui descendit de cęlo in montē Hermon, & in montem Sion. Et ex cōsequenti cōparat ecclesiā, & E societatē fraturū existentiū in caritate, ipsi mōti Sion siue Hermon recipienti rorē à cœlo, & cōparat eā ēt ipsi corpori, & vestimento sacerdotali recipienti oleū deriuatū à capite q.d. q̄ sicut oleū, quo vngebant sacerdotes erat suaue, & iucundū, sic est odorifera caritas inter frattes. Et sicut ros qui descendit in montē Hermon, & Sion est bonus, & fructiferi ita caritas inter fratres. Item sicut oleum descēdebat à capite sacerdotis primo ad barbam, & ex barba ad membra, ita omnis gra & dona gratiarum primò descēderunt à xpo ad apostolos, & ab apostolis ad totā ecclesiā vsque ad finem terræ. Ex supradictis conclu ditur, & sequitur, q̄ sicut oleū consecrationis non descendebat à capite sacerdotis, nisi ad sola membra, & vestimenta sua. Ita oīs virtus & gratia non descendunt à Christo, nisi ī so- F lam ecclesiam membra sua fideliū. Itē sicut ille ros cęli non descendebat de cœlo, nisi sōlū in montē Siō, & Hermō, quia nec ros nec pluuia cedebat super montes Gelboe, ita pariter gratia Christi non descendit nec cadit nisi super ecclesiam Christi caritate vnitam. Et sic patet, q̄ nullus pōt participare grātiā Christi in præsenti: nec gloriā in futuro, nisi efficiatur mēbrū Christi, & habitet in ecclesia, & cooperiatur vestimento Xpi fidei spe & caritate contexto, & tegatur illa tunica in consutili, quæ non fuit diuisa in passiōe xpi: de qua dictū est ps. 21. Et in hoc consistit tota snia huius psalmiculi parui in quantitate, sed magni in sententia, & profunditate. Sed quia dicit, q̄ caritas non solū est iucunda: si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cut vnguentum illud prædictum, sed etiam est bona.i.fructuosa sicut ros Hermon, & sicut ros qui descendit in montem Sion. Ideo est aduertendum, quòd duo mõtes reperiuntur fructiferi inter cæteros in terra promissionis, scilicet Hermon, & Sion. Sed mons Hermon est duplex. Vnus magnus, & excelsus: qui claudit terram promissionis ab aquilone, & est inter tribum Nepthalim, & agrum Damascenum, à quo monte emanant Farfar, & Abbana flumina Damasci ex latere aquilonari: ex latere autem meridionali oritur fons phiala dictus, vbi putat origo Iordanis, q̃ quidem mons continuatur cum Libano, nisi quòd est modica vallis media, vbi est introitus Emach. Iste ergo mons Hermon est magis fructifer, & vber, & feracior inter montes omnes Syriæ in omni genere lignorum, & fructuum, & herbarum, vbi nutriũtur innumera armenta boum, & pecorum, & greges pecudum, super quem montem cadit continuus ros cœli ad modum mannæ fecundans illum montem. Est etiam alius mons paruus in Galilea iuxta Iordanem, & Salim vocatus Hermon paruus, & modicus, de quo psal. 41. Hermon à monte modico, similiter fecundus, & ferax aptus ad pascua, irroratus rore cœli. Ita similiter mons Sion in quo est fita arx, & ciuitas Hierusalem, est vber, & ferax, & fructuosus propter frequentem rorẽ descendentem in eum de cœlo. Isti profectò duo montes figurabant ecclesiam Xpi. Nam Hermon interpretatur excelsus, & fructuosus, denotans celsitudinem crucis, & ecclesiæ Christi, super quam descendit ros gratiæ, & nostræ redemptionis, & ros sanguinis C Christi, qui fecundam, & feracem, & fructiferã fecit ecclesiam. & crucẽ. Itẽ Sion interpretatur speculatio, ad denotandũ, q̃ in eo debebat Christus apparere, & videri in cruce, & in p̃dicatione: super quem debebat descendere ros, & gratia donorum spirituũ sancti super discipulos, & totam ecclesiam in monte Siõ in die Pentec. congregatam, qui quidem ros fecit ecclesiam fructiferam fecunditate sacramentorum &c. Et ideo prophera mysticè, & propheticè eloquendo dicit, q̃ caritas, & habitatio fratrũ in vnitate, & dilectione est fructifera, & ita bona sicut ros Hermon: & ros qui descendit in montem Sion: qui facit terram fructiferam. Et ad ostendendum, q̃ totum hoc dicit propheticè: concludit dicens.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem, & uitam, usq; in sæculum.

Quoniam illic, idest ideo caritas est ita bona, & fructuosa sicut ros qui descendit in montem Sion, quoniam illic, i. in mõte Sion figurante ecclesiam mandauit, & misit dominus benedictionem & vitam. Primo in figura supra templum dñi, vbi fiebant sacrificia, & laudes. Secundò in re super apostolos, & ecclesiam ibidem congregatam, quando descendit ros donorum spirituũ sancti super eos in die Pentecostes, & similiter quando descendit ros sanguinis Christi super crucẽ figuratã per montẽ Hermon. Vel potest hy illic referri ad caritatem. & habitationem fratrum, vt sit sensus. ita est iucunda caritatiua & fraterna habitatio sicut ros Hermon, & Sion. quoniam illic. i. inter caritatiuam habitationem fratrum mandauit dominus benedictionem, & vitam vsq; in seculum, quia B vbi caritas, & amor ibi Deus est, & hoc est magnum, & maximum mãdatũ, quod Deus mandauit: vt patet Mat. 22. Licèt illud aduertibum illic potest stare pro illuc, referendo ad montem Sion. & pro ibi referendo ad verum. que. s. ad caritatem, & Sion.

PSALMVS. CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.

Qui statis in domo domini: in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum

Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

Vltimus gradus, & laus diuina est gratiarum actio, nam quando quis consummauit peregrinationem vel ascensum difficilem, & F arduum benedicit Deum gratias agendo. Ideo Dauid fecit hunc psalmum pro vltimo gradu. Nam quando sacerdos ascenderat vltimum gradũ, & iam erat in templo cũ aliis: tunc inuitabat omnes alios ad laudem Dei. maximè cum primò sacerdotes ascendentes introduxerunt arcam Dei, & collocauerunt in templo. Tunc dixit sacerdos magnus. O G vos fideles qui iam statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri: ecce nunc benedicite dominum: gratias agendo, & laudes cãtando: qui nostrum intentum, & desiderium adimpleuit: quia videmus templum p̃fectũ & arcam introductam in templo. Et extollite manus vestras in sancta sanctorum: vbi arca reponitur: non solum in die- sed etiam in noctibus

A noctibus perorantes: & gratias agentes, & benedicite dominũ benedictione laudis, & confessionis. Et tũc sacerdos conuersus ad populum benedixit eum dicẽs. Benedicat tibi dominus ex templo: quod est in mõte Siõ sitũ: dominus dico, qui fecit cœlũ, & terrã, & post dictã benedictionẽ populus reuersus est ad sua. Vnde est aduertẽdum: q̃ frequẽter cum nominatur Deus in libro Psalmorũ: sequitur, qui fecit cœlũ & terrã. Nã nullus populus credebat mũdi creationem: nisi populus Israel. Nam licèt gẽtiles multum venerarentur Deos suos ob aliquas virtutes: tñ nullum Deũ vocabant creatorẽ: cũ putarent mũdum esse ab æterno: nisi aliqui poetæ, qui posuerunt formationẽ rerũ ex illo primo caos: in quo erant formæ rerum oẽs in cõfuso, sicut B dicebat Anaxagoras, quem secutus est Ouidius, & Virgilius, licèt illa non esset creatio ex nihilo in tempore. Nam dicit Ouidius, q̃ Ante mare, & terras, & quod tegit oĩa cœlũ, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe. Quẽ dixere caos: rudis indigestaq; moles. Nec quicquã nisi põdus iners, cõgestaq; eodẽ. Nõ bñ cõstarũ &c. Ex quo patet ẽm eos q̃ oĩa ista erãt coæterna Deo. i. indistincta in illo caos. & sic factio rerũ non esset creatio ex nihilo: sed quædã distinctio formarũ ex illo caos: vt ait Virgilius in Bucolicis: Et paulatim rerum sumere formas &c. Ex quo patẽt quòd solus Deus Israel credebatur creator cœli, & terræ. Iõ Dauid cõiter qñ noiat verũ Deũ Israel: addit: qui fecit cœlũ, & terrã, ad differentiam falsorũ Deorũ gentilium, quorũ nulla erat potestas. Iõ solus Deus Israel qui fecit cœlũ, & terrã, põt benedicere, & ptegere: & esse adiu C tor &c. Vnde est iterũ aduertendũ, q̃ Dauid nõ est minus pphera in hoc Ps. quã in cæteris. Nã sicut deũ est: illud tẽplũ significabat ecclesiã: & illa arca figurabat verbũ incarnatũ. s. Christũ: qui in ecclesia tanquã capur est reponendus. In qua nũc latet per gratiã, & in sacramentis, & in eucaristia est realiter tectus sub accidentibus. Ideo inuitat Dauid populum christianum ad laudandũ Christũ Deũ in humanitate latentẽ tanquã in arca, & in ecclesia tãquã in templo suo post incarnationẽ, & passionẽ. Itẽ inuitat oẽs comprehensores vt laudẽt, & benedicãt eũ repositũ in cœlo ad dexteram patris post ascensionẽ. Et ideo fidelis sacerdos, & Christianus adgo Dauid ecclesię fidelium. O oẽs Christiani

D serui dñi nostri Iesu Christi: qui iam statis in domo dñi ædificata per Christũ, & in atriis domus Dei nostri. Vnde nota q̃ ecclesia fideliũ habet tria atria. s. fidẽ spem, & caritatẽ. Nã quidã habitant tñ in primo atrio. s. habentes fidẽ informẽ. Alij in secundo: quia habent fidem cum aliqua spe, sed non operantur per caritatẽ. Alij, siusti habitant in tertio atrio ecclesiæ. s. operantes per fidẽ formatã spe, & caritate, & isti possunt bene laudare, & benedicere dominum, & his loquitur dicens. Qui statis in domo domini. in atriis domus Dei nostri. p fidẽ formatã spe, & caritate: benedicite dñm benedictione confessionis, & lãudis. Item ecclesia habet tria atria. i. tres status. Nam in primo sunt incipientes sine pœnitentes: in secundo proficientes. in tertio perfecti: q̃a oẽs isti habitãt in domo dñi collocati in tribus atriis. Iõ oẽs hos exortatur E ad laudẽ Dei. Similiter est aduertendũ, q̃ tot atria sunt in ecclesia, quot sunt dignitates, & status. s. apostoli, euangelistæ, doctores, prælati, virgines, viduæ, & status cõis coniugatorum. Oẽs isti habẽt atria distincta in ecclesia quò ad gradus: licèt uiuant sub una fide, & caritate: similiter in domo domini ttiumphantis habẽt mãsiones distinctas. Quos oẽs inuitat propheta ad laudẽ postquã ascenderũt ad domũ dñi per prædictos 15. gradus &c. & postquã arca Christi reposita est in ecclesia per Xpm ædificata, benedicta. &c. Et nota q̃ ly in noctibus aliter: ordinatur in hebræo, & translatione Hieron. & aliter in nostra. Nam ibi ordinatur sic. Qui statis in domo domini: in atriis domus Dei, nostri in noctibus, ponitur in fine secundi versus, & ex consequenti incipit tertius versus. Extollite manus vestras in sancta &c. Et tunc est sensus. O vos F fideles, qui in noctibus, & per noctes statis in domo domini, extollite manus vestras in sancta &c. & ponitur ly in noctibus pro statu huius ecclesiæ, & huius vitæ, quæ dicitur nox respectu gloriæ, & vitæ futuræ, ut frequenter dictum est. q. d. O vos fideles qui statis, & habitatis in hac ecclesia, & i hac vita mortali: in qua Deus videtur solum per fidẽ, & speculum in enigmate, extollite manus vestras in sancta sanctorum petẽdo ueniam, & remissionem peccatorum, & gloriam pro futuro, & vt facilius valeatis impetrare, benedicite dominum eius mirabilia cantando, & referendo, & in eius memoriã festiue celebrando. Et etiã est dicendũ q̃ Dauid exortabatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tabatur.& inuitabat etiam fideles, & sacerdotes veteris testa.qui conueniebant ad illud templum, & erãt in illa nocte:& vmbra vet.test.vt extollerent manus ad Deum, vt mitteret Christum Messiam in lege promissum. Nã sicut nos extollimus munus nostras in sancta agendo gratias pro beneficiis redẽptionis iam receptis,& petimus gloriam futuram:ita illi extollebant manus in illa sancta sanctorum:agendo gratias de exitu Aegypti:& ingressu terræ promissæ, & petebãt Xpm,& redemptionem futuram. Et ad hæc exortabatur Dauid eos,prout præuiderat in spiritu,& vtrunq; statum inuitat in hoc psal.

PSALMVS. CXXXIIII.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.

Qui statis in domo domini: in atriis domus B *Dei nostri.*

Titulus. Alleluia. Notandum,q; sicut Dauid fecit ꝑdictos 15.psal.pro ascensu 15.graduum,vt dictum est,ita fecit hunc psal.& sequentem ad laudandum Deum post introitum templi,vt eos cantarent leuitæ: postq; fuerat in quiete arca iam collocata in sãctis sanctorum,& vt cantarentur in dedicatiõe templi,& in omnibus renouationibus eius. Vnde tanta est virtus huius psal. & sequẽtis q; cum cantarent eos leuitæ ignis de cælo descendit super holocausta,& eremauit ea, & gloria domini circumfulsit eos: vt patet 2. Paralypome.7. In hoc ergo psal.tria facit. Nam primo inuitat omnes stantes in templo ad laudẽ Dei p.p omnipotentiam:quia solus est omnipotens,& verus Deus. Secundo demonstrat,q; omnia idola sunt detestanda,eò C q; non sunt veri Dij. Tertiò resumit & exortatur omnes status fidelium ad benedicendum Deum. Secundum:ibi. Simulacra gẽtiũ Tertium:ibi. Domus Israel bndicite. Quantũm ad primum dicit. O vos omnes serui domini,qui iam ascendistis 15.gradus. & iam statis in domo domini in atriis domus Dei nostri:postquam etiam reposita est arca in templo: Laudate nomen domini Et exponitur sicut in præcedenti psal.non solum literaliter:sed etiam figuraliter,& prophetice de Xpo.& ecclesia,vt dictum est. Et reddit duas causas quare tenentur ipsum laudare.

Laudate dominum quia bonus est dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi.

Primò,quia de se est bonus,& suauis.i.misericors. Nam nomen eius quod est Iesus est suaue,quia importat salutem,& sic Deus est bonus,& suauis,& benignus. Quod probat. qm Deus elegit Iacob in hæreditatem sibi ꝑ cæteris nationibus,ergo valdè fuit ipsi suauis,quia dum nihil boni vel mali egissent,Iacob dilexit,& Esau odio habuit,& elegit totum populum Israel in Iacob: vt postea demonstrauit per effectum. ergo maxime Israel tenetur laudare Deum, quia solus ascendit 15.gradus cum arca,& stat in domo domini,& in atriis domus Dei nostri.

Quia ego cognoui quod magnus est dominus, D *& Deus noster præ omnibus Diis.*

Secõ est Deus de se laudandus:qm oĩpotens,& verus Deus,& nullus alius est Deus ꝑter ipsum,qm ego cognoui,q; magnus est dominus & omnipotentes, & Deus noster E est verus Deus solus pr̃ omnibus Diis,idest omnibus aliis Diis reputatis vt falsis.

Omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cælo & in terra,in mari & in omnibus abyssis:

Quia prædicta conclusio habet duas partes.s.q; Deus nr̃ est solus verus Deus: Secunda pars est,q; nullus alius est Deus.s.q; ideo la non sunt Dij:Ideo primò probat primam partem.secundò secundam:ibi. Simulacra. Probatur primum.s.q; Deus nr̃,qui de Deus Israel est verus Deus,& omnipotens. Nam omnia q̃ voluit fecit in cælo,& in terra,& in mari,& omnibus abyssis.ergo est dominus & omnipotens in cælo,& in terra,& in mari, & in inferno,& sic est verus Deus præ omnibus Diis.

Educens nubes ab extremo terræ, fulgura F *in pluuiam fecit.*

Qui producit uentos de thesauris suis,quiper cussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus.

Et misit signa,& prodigia in medio tui Aegypte:in Faraonem,& in omnes seruos eius.

Probatur primũ,q; sit dñs,& facit q̃ vult in cælo.nã ipse est.educens:& eduxit nubes ab extremo terræ, & fecit fulgura conuertere sup.in pluuiã hoc est:nam in nubibus apparent fulgura incẽsa ex exhalationibus siccis: & sic terret homines:sed Deus conuertit nubes in pluuiã absq; lesione,ad irrigãdam terram. Et totum hoc fit ex diuina prouidentia:quæ producit vẽtos de thesauris secretis suis,& venunt nubes sup terram vt resoluantur in aquã ad vtilitatẽ hominũ,sed nullus facit istã nisi

A nisi solus Deus,qui ex sua omnipotentia, & diuina prouidentia producit ista de thesauris suis secretis,quæ ignota sunt hominibus. vñ Aristoteles, & multi philosophi ante eũ, & post voluerunt reddere causas naturales de oĩbus meteoricis, sed in multis decepti sunt & seipsos fefellerũt:vt patet de mirabilibus effectibus fulminũ in memento: de quibus nec valent,nec sufficiunt reddere causas. Itẽ nec de generatione, & inundatione magnorũ fluuiorum,vt de Nilo. & Eufrate, & Gangẽ,& cæteris semꝑ inter se philosophi discordãt,& deficiunt. Itẽ ꝑpe pestilentiæ cum vidẽt varios effectus,& irreparabiles in eadem regione,& ciuitate, & domo, omnes medici stupescunt,& philosophi cum vidẽt se decepta:nec posse eam rõnem reddere,dicunt, B ura Deus vult,sic ipsi placet.solus ipse scit.natura deficit. Iõ dicit hic,q; Deus ꝑduxit ventos de thesauris suis.i.de secretis.qa facit sicut vult.& nos non debemus terere tẽpus q̃rendo alias causas friuolas,& incertas. Qui per cussit. Hic probat,q; Deus facit quod vult in terra. Nã percussit primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus. Itẽ facit quod vult in mari. Nam misit signa,& prodigia in medio tui ô Aegypte,decem plagas inferendo,& in Pharaonẽ,& omnes seruos eius,eos submergendo in mari rubro,diuidendo aquas,& reducendo. Ergo est etiam dominus maris, & omnium aquarum.

Qui percussit gentes multas,& occidit reges fortes.

Seon regem Amorreorum: & Og regem Ba- C *san: & omnia regna Canaan.*

Et dedit terram eorum hæreditatẽ: hæreditatem Israel populo suo.

Est etiam dominus hominũ,& ciuitatũ,& regnorum. Nam ipse ꝑcussit gentes multas. s.Amalechitas, & alios, & occidit reges fortes.s.Seon regem Amorreorum, & Og regẽ Basan,& superauit omnia regna Canaan cũ regibus suis,vt patet per totum discursum libri Iosue. Et dedit terram eorum hæreditatem,& hæreditatem dico Israel populo suo. Per hoc demonstrat oĩa ista facta fuisse in figura Xpi,& ecclesiæ. Iõ subdit Dauid dicẽs,

Domine nomen tuum in æternum: domine memoriale tuum in generationem:et generationẽ D

Quia iudicabit dominus populum suum. & in seruis suis deprecabitur.

Domine oĩa ista misteria supradicta fecisti in memoriale tuũ,& figuriã Christi, & ecclesiæ in generatione,& generationem,qa significabãt nostram futuram redemptionẽ, & liberationem à captiuitate diaboli,& qualiter filij Israel ꝑm promissionem erant possessuri hæreditatem ecclesiæ tuæ,hic per gratiam,& in futuro per gloriam. Et sic memoriale tuum supradictorum misteriorum complebitur per Xpm in generatione,& generationem,& regnabit hic vsq; ad iudicium in hac ecclesia,& in fine iudicabit dominus populum suum,& sic ostendet se dominum eçlij,& terræ,& inferni,qa diabolos,& homines malos damnabit,& bonos saluabit, quia in seruis suis deprecabit̃,& exorabitur. & audietur dando eis præmiũ,& felicitatem. Vnde ẽt iste versus potest continuari cum sententia ꝑcedenti,intelligendo de vtroque aduentu, & iudicio,vt exponatur sic. O dñe Iesu oĩa misteria supradicta erunt memoriale tuum, E & figura in generatione,& generationẽ. vsque ad aduẽtum in caraem. & tũc iudicabit dominus Iesus populum suum iudicio discretionis,fideles eligendo,& infideles,& obstinatos reprobando,ut ipse dicit Ioan.10.Iudicium venit in mundum,vt qui non vident videant, & qui vident. eçci fiant. Et exinde memoriale Christi iam non in figura,sed in re genetationem usque ad iudicium finale, & tunc iudicabit populum.s.iudicio examinationis &c.

Simulacra gentium argentum,& aurum, opera manuum hominum.

Os habent: & non loquentur:oculos habent, F *& non uidebunt.*

Aures habent & non audient,neq; enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Probata prima parte conclusionis probat secundam, scilicet quod idola gentium non sunt veri Dij. Probatur. Nam uerus non est factus,nec mortuus, aut vita priuatus, sed idola,& simulacra gentium sunt opera manuum hominũ ergo facta. Item uerus Deꝰ est veuerè uita,in quo omnia viuũt,sed simulacra gentium non uiuunt. quia os habent, & non loquentur,& oculos habent, & non videbunt,nec est spiritus in ore eorum, & sic nec spirant nec respirant, ex quo patet quod non viuunt.ex quo patet quod nõ habent verum os,nec oculos,nec aures, sed aquiuocè. Similes illis fiant qui faciũt.ea, put declaratum est psal.123.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Domus Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.*

Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum benedicite domino.

Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Repetit exhortando oēs status ad benedicendum Deum, dicens. O domus Israel, idest tota Christiana religio benedicite dño, & ò domus Aaron, id est status sacerdotalis benedicite domino: & ò domus Leui, i. oēs ecclesiastici ad seruitiū Dei dedicati benedicite dño, & oēs qui timetis dñm, i. oēs iusti: quodum laus est accepta: benedicite dño: quia solus dñs, qui habitat in Hierusalē ista per gratiam: & in alia per gloriā, est benedictus ex Sion. i., ex populo fidei. q. d. postquàm simulacra gentiū non sunt benedicenda: nec colēda ꝓꝓ rationes supradictas: ergo qui estis verus Israel benedicite domino nostro Iesu Christo: & vos domus Aaron, id est sacerdotes figurati per Aaron &c. quia Christus est verus Deus qui destruet omnia simulacra gentium. Ex quo patet, ꝙ Dauid in hoc psal. non inuitat ad laudem domini Israelem: nec Iacob ſm carnem, sed secundum promissionem, & electionem, qui sunt fideles vtriusq; testamentis vnde dicit. Laudate nomē domini quod est Iesus, oēs serui dñi &c. qm̄ dñs elegit Iacob, in hæreditatem sibi. Ex quo patet, ꝙ non inuitat Iudæos modernos: quianō sunt electi sed reprobati: quia non recepetūt nomen domini quod est Iesus: imo ipsū negauerunt, sed soli apostoli, & populus Christianus, qui Christum recepit: est à Deo electus. Et ideo est verus Iacob, & Israel, & sunt

C veri serui domini: Ergo populum Christianū inuitat Dauid ad laudandū Christū. & nomē eius in suo aduentu: qui fecit supradicta mibilia, in le. ve. & maiora in nouo te. ꝙ illa figurata. Ideo aduertat lector, & sciat concordare figuram cum figurato: quia idem Deus fecit mirabilia in vtroque testamento.

PSALMVS. CXXXV.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in æternum misericordia eius.

Titulus. Alleluia. Vnde est aduertendum, ꝙ Dauid fecit hunc psalmum pro dedicatione templi cum præcedenti: vt dictum est, ad laudandum Deum. Ideo in multis conuenit cum præcedenti: sed forsan hæc est differentia. Nam ꝓcedentem psalmum cātabat solus chorus Leuitarum: sed istum incipiebat chorus Leuitarum: & in quolibet versu respon- D debat populus: Quoniam inæternum misericordia eius. Et ideo in Hebreo cū quolibet versu superaddit. Qm̄ inęternū, nulla eius, ſm ꝙ reperitur scriptū: sicut accidit in seculāris, cantilenis. Nā chorea semper repetit principiū cantilenæ: cū principalis cantauerit versū. Et sic etiā reperitur in cātico trū pueroꝝ in Caldœo. Nā in fine cuiuslibet versus additur. Laudate, & superexaltate eū in seculā; & hoc accidit: quia vnus eorum spiritualiter dicebat versus: & duo alij recto illustratus dicebat versus: & duo alij respondebāt, iō forsan ibi dī. Oēs vnus ore dicebant &c. quasi dicatur, ꝙ nullus tacebat laudate &c. Et ideo cū cātaretur iste psl. apparuit gloria dñi in tēplo: vt patet 2. Paralypomenon 7. Duo ergo facit in hoc psalmo. Nam primò inuitat populum ad confitendum domino ratione suæ bonitatis. Secūdò ibi. Qui E fecit. reddit causas, vel probat per effectum Deum esse bonum. Vel possumus dicere, ꝙ in præcedenti laudāt Deus inquātū magnus & bonus, & omnipotens: in hoc autē inquantùm misericors. Dicit ergo. Confitemini domino quoniam bonus est sup. quoniā misericordia eius est, & erit inæternum, & finis ęjus semper fuit misericors: nec deficit inuocantibus eum. Et sequitur.

Confitemini Deo deorum:

Id est angelorum, & iustorum qui dicuntur per participationem ps. 81. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Additur rełiqūo. Quoniam inæternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum.

Scilicet regum, & principium, quia nō solum est Deus angelorum, sed etiam est do- F minus regum, & principum, & oīm dominorū terrenorum. quia ipse dat, & auferet eis regna sicut ipsi placet. Et respondetur, qm̄ in æternum misericordia eius, & sic in fine cuiuslibet versus vsque ad vltimum.

Qui facit mirabilia magna solus.

Probat, ꝙ sit Deus deorum, & dominus dominorum, dicens: quia fecit mirabilia magna ipse solus, & nullus alius.

Qui fecit cęlos in intellectu.

Probatur hoc primò, ꝙ est Deus deorum. Nam ipse fecit cęlum in intellectu. i. per intellectum, & verbum suum. Nam ab æterno ideæ omnium rerū erant in intellectu, & verbo diuino, ad quarum exemplar creauit omnia ex tempore secundùm speciem suam, & sonam, & hoc in manu potenti, & etiam per brachio excelso, quia cum signis, & prodigijs supra naturam.

A subſtantijs intellectualibus ad gloriam earū.

Qui firmauit terram super aquas.

Id est eminentem super aquas. Nam sicut dictum est psal. 103. semper qua situatur in terra, & super terram. Sed quia petit semper valles, & infirma, & montes supereminēt: iō dicitur terra fundari. i. eminere super aquas quò ad montes, & sic dicitur Neapolis super mare, & Alexandria, & Tyrus. Et etiam hoc potest intelligi quò ad venas terræ per quas cursus maximę aquæ, & ēt in viscerib. terræ sūt maxima receptacula aquarū: vñ egrediū tur maximi, & vastissima flumina: sicut Tanais, & Borysthenes. nā dictū est, ꝙ intra mare submergūtur magnę aquæ, & vadūt ad recepracula terrę, & exinde fluūt magna flumina, qdē aq̄ dulcorātur in viscerib. terrę ex B nimia frigiditate, & longo tractu, & ēt multa flumina submergūtur ī vno loco, & emergūt, & oriūtur in alio: vt dī de Nilo, & Tygri & sic serpūt subtus terrā. Et iō vera videtur isto modo fundari supaquas, qđ non fit sine magno miracu lo, & omnipotētia Dei, intantùm, ꝙ intellectus noster non potest sufficiē ter reddere rationem de his. Et sequitur.

Qui fecit luminaria magna:

Solem in potestatem diei:

Lunam, & stellas in potestatem noctis.

Qui fecit. s. vt sol præcesset diei: vt dicitur Gene. 1. & luna, & stellæ luceant per noctē. Totum hoc etiam potest refern ad illud. Cōfitemini Deo deorum. Nam gentiles adorabant solem tanquàm Deum, quem Fębū, & Apollinem vocabant, & etiam adorabāt lunam, quam Dianam, & Lucinam, & Iunonē vocabant, & adorabant stellas: in quibus pu- C tabant stellificatos famosos principes Iouē, & Mercurium, & Saturnum, & Herculē &c. Et ideo dicit hic Dauid. Confitemini dominus deorum: quia ipse est Deus, & dominus deorum: quos gentiles adorant, & ipse fecit eos. s. solē & lunam, & stellas &c. & sic ē Deus deorū.

Qui percussit Aegyptū cū primogenitis eorū.

Qui eduxit Israel de medio eorum:

In manu potenti, & brachio excelso.

Item est etiam dominus principum, & dominorum terręnorum, Probatur. nā ipse est ille dominus, qui percussit Aegyptum. i. Aegyptios cum primogenitis eorū, vt paret in Exo. Qui eduxit Israel de medio eius. s. Aegypti, & hoc in manu potenti, & etiam persona, & brachio excelso, quia cum signis, & prodigijs supra naturam.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: D

Et eduxit Israel per medium eius.

Et excussit Faraonem, & virtutem eius in mari rubro.

Ista litera est satis plana, & exposita supra rius psal. 77. & 104. & in plerisque locis euà quò ad sensum spiritualem.

Qui traduxit populum suum per desertum:

Qui percussit reges magnos:

Et occidit reges fortes,

Seon regem Amorreorum:

Et Og regem Basan:

Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Israel seruo suo.

Qui traduxit populum ſnum per desertū 40. annis, & ꝓcussit reges magnos &c. vt expositū est psal. præcedenti per hos. 5. versus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: E

Et redemit nos ab inimicis nostris.

Quia in humilitate nostra. i. in persecutione, & tribulatione, memor fuit nostri semper miserendo, & subueniendo, ideo sequitur. & redemit nos ab inimicis nostris Aegyptijs, & ceteris infestantibus nos tempore Iudicum, & Saulis, & Dauid.

Qui dat escam omni carni:

Confitemini Deo cœli.

Confitemini domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Et cōfitemini Deo cęli, qui ē verus Deus, & dat escam, & cibum, & victum oī carni. i. omni animali. Licēt totus psl. debeat intelligi spiritualiter de Christo, & ecclesia: tñ principalius demonstrant isti quatuor vltimi versi quli loqui de Christo, & ecclesia iō dicit: qa ipse dñs Iesus Xps fuit memor nostri in humilitat e, & deiectione, & captiuitate nostra F in potestate diaboli & ēt memor fuit nostri in humilitate nostra, & clamore: quia oēs patriarchæ, & ꝓphetæ cō humilitate clamabāt vt Xps veniret, & sic venit, & redemit nos ab inimicis nostris diabolis, & Iudæis, & tyrānis ꝓ mortē, & passionē. Cōfitemini ēt Deo cœli, qui dat escā sacramenti altaris omni carni fideli. Et concludit cum principio. Cōfitemini domino dominorū, qm̄ inæternum, &c.

PSALMVS. CXXXVI.

Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion.

In hebręo huic psal. nullus titulus præponitur: sed in plerisque Biblijs inuenitur talis titulus. s. Psa. Dauid propter Hieremiā. Vnde forsan aliquis videns, ꝙ iste psal. est quædam lamenta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lamentatio Iudæorum facta propter captiuitatē Hierusalē per Nabucodonosor, quæ cōcordat cū lamentatione Hieremiæ: iō apposuit hunc titulū: quia manifesta est materia. Hic. aūt in prologo super Abdiā videtur asserere, ꝙ Dauid fecit hunc psal. dicens. De quo regno olim per Dauid in psal. 136. dictū est. Memento dñe filiorū Edō in die Hierusalē &c. Sed qđ dubitāt ne forte iste psalmus factus post reditū à captiuitate per Esdrā: cō, ꝙ potius videtur historia q̄ ,ppheția: eū ita clarè nominet Babyloniā &c. Sed hoc non refert. Nā reuelationes ipsius Dauid fuerūt ita claræ, vt ipsemet dicit. 2. Reg. 23. ꝙ excedūt omnē ,ppheriā. Et iō de passione Xp̄i ī quatuor psal. 21. & 34. & 68. & 108. magis visus est euāgelista q̄ ,ppheta. Nec fuit Dauid minus ,ppheta q̄ ille, q venit de Iuda in Bethel sub
B Hieroboam stante supra altare vituli, qui dixit. Altere altare: hæc dicit dominus. Ecce filius nascetur de domo Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum &c. qnod quidem verbū impletum est ꝙ Iosiā post. CC. annos vt patet. 4. Reg. 23. Itē Esaias cap. 45. manifestè nominauit Cyrū, qui post: C C. annos dimisit captiuitatem istam. Ex quo patet, quòd ista captiuitas, & destructio tēpli fuit reuelata ipsi Dauid, eò, quòd multum laborauit, & orauit, vt sciret fortunas prosperitatis, & aduersitatis illius regni, & ciuitatis, & tēpli, & sic fecit plures psa. de illa vastatione: l. 72. & 28. & istum. Et iste psal. est quædam tragedia seu lamētatio, in qua chorus Iudæorū captiuorū in Babylonia deflet miseriam, & infelicitatem suā: dū recordabatur preteritæ felicitatis, & prosperitatis templi, & cultus diuini, in quo duo facit. Nam primò facit, quod dictū est. Secundò petit vltionem de suis afflictoribus, ibi. Memor esto. Quantùm ad primū dicit chorus captiuorum. O Sion nos sedebamus, & sedimus super flumina Babylonis, & illic fleuimus dum recordaremur tui, scilicet ciuitatis, & templi, quod est situm in te, & dum te cordaremur cultus, & sacrificiorum, & festiuitatum, quas in te celebrabamus, & hymnorum, & psalmorum quos cantabamus, dum eramus in prosperitate, & libertate in te habitātes. Et hic capit Babylonem pro tota ꝙ uincia, in qua erant dispersi, quæ quidem ꝙuincia est tota irrigata multis fluminibus, q̄ sunt Eufratis diuisi in plures riuos decurrētes in Tygrim in ripis quorum situātur multæ ciuitates, & oppida, in quib: captiui seruit
D bāt Iudæi, in ripis quorum fluminū nascitur copia salicum. Ideo sequitur.

In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.

Id est in salicibus, quæ nascuntur in ripis fluminum, quæ discurrunt per mediam regionem Babylonis: nos suspendimus organa nostra, & instrumenta musica nostra, quibus cantabamus psal. & cantica, & est modus loquendi militum emeritorum. Nam quando quiescebant, & subtrahebant se à labore, & exercitio armorum, suspēdebant arma in trēplis, & ita doctores, & poetæ cum relinquebant studium, & exercitium dicebantur suspēdere arma, vt dicit Horat. in epistolis &c. Ita ergo isti captiui, quia cessauerāt ab omni cantu lætitiæ, & erant in captiuitate, & an
E gustia dicebant se suspēdisse organa musica in salicibus fluuiorum. Litera Hieron. hēt. Super salices in medio eius suspendimus organa nostra. Et tunc litera est clara.

Quia illic interrogauerūt nos, qui captiuos duxerunt nos verba cantionum.

Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de cantico Sion.

Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?

Sequitur chorus, & dicit: quia Babylonii qui captiuos duxerūt nos in Babyloniam: illic interrogauerunt nos verba cantionum, f. petendo, & præcipiendo nos cantare verba cantionum. Et apponit duos accusatiuos ista verbo interrogo: eò, ꝙ est vehemētis transitionis, de illo collegio. Postulo, posco, peto,
F interrogo &c. Vnde regit secundū accusatiuum rationē gerundij subintellecti &c. Et ad explicat petitionem dicens. Et Caldæi qui abduxerunt nos captiuos dixerunt, & præceperunt supple, cantare nobis. O vos Iudæi de cantico Sion. i. de illis pulcris hymnis quos in Sion cantabatis, quibus supple ritibus mus, quomodo cantabimus canticum domini. i. ad cultum diuinum deputatum tantum in terra aliena idololatriæ dedita? Et consurgit chorus ad ciuitatem Hierusalem destructam dicit.

Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblioniscatur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.

Si non proposuero Hierusalem, in principio lætitiæ meæ.

O Hie-

A O Hierusalem detur dextera mea. i. vita mea oblioniscatur ego vitam meam si vnquàm oblitus fuero tui. Nam qui cantat & lætatur videtur oblitus esse aduersitates, & bona perdita, & ideo nūquàm oblioniscar tui, & per consequens nunquàm cantabo vsque quo reuertar ad te cū prosperitate. Et facit aliam adiurationem dicens. Adhæreat lingua mea faucibus meis: vt nunquàm possim cantare nec loqui: si non meminero tui, & non proposuero te semper ò Hierusalem in principio cuiuslibet lętitię meæ: Nam quandocunque in aliqua prosperitate fuero, qua memoriam tui, & sic cessabo à quacunque lętitia. Vel isti tres versus prædicti possunt referri ad Deum, qui misertus afflictionis eorum respondet eis dicens. O Hierusalem si afflīgeris in hac captiuitate, & ducta
B lem si afflīgeris in hac captiuitate, & ducta & ego promitto tibi sub pacto isto, & adiuratione, quòd oblioni detur dextera, & penitentia desideras reuerti, vt seruias mihi lingua mea faucibus meis, id est vita mea desficiat, & verbum meum fit falsum (qđ totū esi impossibile) si non meminero tuiste ab hac captiuitate liberando, & ciuitatem, & tēplum eius restaurando &c. Et hæc adiuratio est similis illi quam sæpè Deus facit: Vivo ego &c. Et sequit. Adhæreat lingua mea &c. si non proposuero te ante omnes alias
C nationes in principio meæ lętitiæ, q. d. te læti ficabo, & eris mihi accepta præ cæteris nationibus, & eris principium mei cultus, & mihi sacrificabis, & seruies in templo renouato, & reſtaurato, & forsan isteintellectus ē melior.

Memor esto domine filiorum Edom: in die Hierusalem.

Qui dicunt exinanite, exinanite vsq, ad fundamentum in ea.

Hic petit vltionem de Idumæis, qui mouerunt, & incitarunt Caldæos ad destruēdum Hierusalem. Ad cuius intelligentiam est notandum, quòd consuetudo Dei fuit, & est punire populum suum per infideles, & inimicos suos, qui populos suos, ne fideles polluantur, & damnētur in talibus punitionibus: sed postea Deus nō obliuiscitur punire inimicos suos, qui populum suum vexauerunt. quod ita factum est. Nam per Caldæos siue Babylonios, & etiam Aegyptios frequenter flagellauit populum suum, & maximè ciuitatē Hierusalē, & tribū
D Iuda. In qua persecutione fuerunt, qui habitant prope terrā promissionis. f. Tyrij, & Damasceni, & oēs Idumæi, qui habitabant vltra Iordanē, & etiā alij Arabes incitabant, & prouocabāt reges Assiriorū, & Aegyptiad infestandā Hierusalē, & totū Israel ex zelo inuidiæ. Et iō Esaias, & Hieremias, & Ezechiel, & Daniel, & cæteri minores ,pphetæ, sicut prædixerūt destructionē, & flagellationē regni Israel. & totius Iudæ futuram per Caldæos, & Aegyptios: ita pariter prædixerūt destructionem Babyloniæ faciendam per Cyrum, & Darium. Et ita etiam prædixerūt destructionem Idumæorum, & Moabitarum, & cęterorum finitimorum Hierusalem faciēdam per Cambysen, & alios reges Persarum, & Medorum, quod totum fuit postea impletum, vt patet in historia Herodoti, & Danielis, & etiam Iudith, vbi legitur, quòd Holofernes
E dux Cambisis igne, & ferro vastauit totā Mesopotamiā, & Syriam, & Idumæam, & Aegyptum vsque in Aetiopiam, & sic puniuit oēs eos, qui flagellarunt populū Dei. Hoc ergo primo prędidens Dauid in spiritu, in hac secunda parte psalmi prædicit punitionē Idumæorum, & Babyloniorum, eò, ꝙ Idumæi excitauerunt Caldæos, & venerunt cum eis ad destruendum Hierusalem. Dicit ergo Dauid. O domine memento filiorum Edō. qđ supple fecerint in die destructionis Hierusalem qui dicunt, & dicebant Caldęis: exinanite, exinanite, id est destruite destruite ipsam Hierusalem, & euertite eam vsque ad fundamentum ne aliquid remaneat.

Filia Babylonis misera, beatus q̄ retribuet tibi retributionem tuā quam retribuisti nobis

Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petrem.
F

Conuersus propheta cum comminatione apostrofat ad Babylonem, & comminans ei futuram punitionem faciendam per Darīū, & Cyrum dicit. O filia, id est gēs Babylonis, misera. Nam beatus reputabitur supple ille qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti mihi, quasi dicat: sicut flagellasti, & afflixisti, & cruciasti me: ita in vltionem tanti sceleris flagellaberis, & retribuentur tibi vices crudelitatis per Cyrum, & Darium. Nam beatus reputabitur ille, qui tenebit, & capiet, & allidet parvulos suos, scilicet Babelonios ad petram.

Vnde est manifestè aduertēdū, ꝙ tota ista ,pphetia fuit impleta ꝑ Cyrū, & Darīū, q de

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Struxerunt Babiloniã, & per Cambisem, & Holofernẽ, qui destruxerũt Idumæã, & Arabiã, & Aegyptũ, vt patet per totũ discursum libri, & historiæ Herodoti. Nã Medi, & Persæ in captione Babilonis decerebrabant parvulos, & infantes allidẽtes, & proiicientes eos ad petrã, & parietes. Ex supradictis patet esse vanã, & inanem opinionẽ, & spẽ Iudæorũ modernorum, qui expectant vastationem Christianorũ, propter hoc dictũ in hoc psal. Memor esto filiorũ Edõ. Et per illud qđ dicit Hieremias 49. cap. de futura vastatione Edõ, & etiã Threno. 4. cũ dicit. Gaude & lætare filia Edõ, quæ habitas in terra Hus. Ad te quoq; peruenit calix. Inebriaberis atque nudaberis. Itẽ per hoc qđ dicit propheta Abdias in toto libello suo contra Edõ. Vñ per Edõ volunt intelligere Romanũ imperium.

B & totũ populum Christianũ, & sic dicũt q̃ oẽs iste ꝓphetiæ sunt implendæ in populo Christiano. Sed hoc est manifestè falsum, & ridiculosum. Nam populus Romanorũ, & Christianorũ nõ descendit de Edõ, imo habet ortũ à Iafet. Itẽ oẽs istæ prophetiæ iã fuerunt impletæ tpe Cyri, & Darij, & tempore Cambisis, qui destruxit tota Idumæam, & Siriã, & Aegyptũ, vt scribit Herodotus, & Trogus Pompeius. Item Idumæi qui manserunt, facti sunt Christiani post tẽpora apostolorũ, & post conuersionem magni Constãtini. Sed postea apostatarunt à fide sequentes sectam Mahometi. Nam Idumæa est vna pars Arabiæ. Ex quo patet, q̃ Romanum imperium, & populus Christianorum qui hodie est, nullo modo pertinet ad Edom.

C *Secunda expositio eiusdem Psalmi.*

SEd quia iste psal. non solum est prophetia, inquantũ prædicit futura, sed etiam computantur inter sacras scripturas, inquantùm continet in se sacramentum de Christo, & ecclesia, vt frequenter dictum est in aliis. Nam intellectus Dauid in hoc psal. habuit duplicem spiritum ꝓpheticũ sicut in cæteris, prout dictum est in prologo, tractatu secundo, & tertiò. Nam primò præuidit captiuitatem, & liberationẽ Babilonicã, & per illam præuidit futuram liberationẽ generis humani faciendam per Christum. ideo non solùm sistebat in captiuitate Babilonie tunc futura, sed etiam primò, & principaliter trã sibat ad Christum, & ecclesiam. Sicut stans super altam turrim, non solùm videt montes propinquiores. sed etiam remotiores vltra illos propinquiores, dum non sint altiores, & supereminentiores: ita ꝓphetæ prædebant in spiritu multa propinquiora venturа in illo populo, tanquã montes parvos, sed vltra videbant multa misteria Christi, & ecclesiæ, eò q̃ altiora: & ideo Esaias, & cæteri ꝓphetæ postquã dixerunt aliqua uentura in illo populo, saltant ad Christum, & ecclesiam, quia per illa videbant ista. Ita pariter fecit Dauid in hoc psa. & in multis aliis. Nã per illam captiuitatem Babilonis, prædixit persecutionem, quam semper passa est ecclesia ab infidelibus, & malis, & patietur vsque ad diẽ iudicii, & præuidit etiam punitionem persecutorũ eius & eius subuersorum. Nam illa captiuitas Babyloniæ figurabat præsentes, & persecutiones futuras ipsius ecclesiæ, vt ait Aug. libro de catechizandis rudibus. Vnde est aduertendũ sm Aug. 14. de ciuitate Dei. ca. vlti. & 15. libro ca. 1. q̃ à principio mundi diuisum est totum genus humanum in duas societates. vna vocata è ciuitas Dei, quæ incepit ab Adam & Abel. Alia ciuitas diaboli, quæ incepit à Caĩn. Prima dicitur ciuitas Dei, quia Deus est eius rector, & finis. Secũda dr̃ ciuitas diaboli, quę incepit à Caĩn, quia diabolus est caput eius. Prima dicitur frequenter in scriptura Hierusalem quia est visio pacis, & videt Deũ per fidẽ viuẽs in pace, & caritate. Dicitur etiã Sion, q̃ quasi videns Deum. Nam quomodocunq; nominetur semper videt Deum, & spectat per fidem. Nam in testamẽto veteri expectabat, & prædebat Christum incarnandũ, & saluatorum eã. nunc aũt prædidet per eandem fidem, & expectat ipsum nos in cœlo glorificaturum. Illa autẽ societates diaboli dicitur cõiter in scriptura Babylon, siue Babilonia, quod interpretatur confusio, eò q̃ nunquam habuit vnicaput, nec rectorem, sed colebat pluralitatem Deorum, nec expectabat vnũ nẽ. Nã Dij eorum diuersos fines eis promittebant, ideo erant inter gentes diuersæ, & nefandæ superstitiones, & ritus colendi. Dicitur etiã Edom quod interpretatur terra siue terrenũ, & rubeum, quia oẽs ciues illius terræ sunt terreni, & terrena diligunt, sicut isti nec amant cęlestia. Isti ergo duo amores, & fines diuersi fecerũt duas ciuitates duraturas usq

A ad iudicium. Et ideo sicut illa Babylon fluctuat in hac vita, & gaudes circa terrena, & eius finis est pœna, & infernus. Ita nostra Hierusalem per fidem peregrinatur in hac vita: sed finis, & vltimos terminus eius est cœlũ, & perpetua beatitudo, & felicitas. Et ideo illa Babylon siue Edom semper afflixit, & vexauit, & persecuta est nostrã Hierusalẽ, siue Sion, siue Israel. Et hoc præuidit Dauid in hoc psal. vltra illã captiuitatẽ factã per Nabucodonosor. Ideo per Babylonẽ intelligitur ciuitas, & populus diaboli, & infidelium. Et per Sion, & Hierusalem, intelligitur ecclesia ab Abel vsq; ad vltimum iustum. Et ẽt in ista ecclesia ab Adam in paradiso terre prime genus humanũ, & traxit ipsum ab

B siuebant in pace visione angelorũ, & societate. Et ideo homo exul ab illa ciuitate posti captiuus in hac valle lacrymarum Babylonis, & cõfusionis deflet casum suũ recorda tus illius felicis Sion vnde cecidit, & dicit. Super flumina Babylonis illis sedimus, & fleui mus dum recordaremur tui Sion &c.

Vnde nota, q̃ per flumina in sacra scriptura frequenter interpretantur persecutiones, & tribulationes, & iuxtæ tyrannorũ, & malorum. Per salices intelliguntur fideles, & simplices. Nam salices sunt arbores amaræ, & faciliter flexibiles ad nutum. Ita simplices, & fideles semper obediunt malis, & affligũtur ab eis, & exercitantur, & patiunt ab eis amaras persecutiones. Dicuntur ergo flumina diffluere per medium Babyloniæ: quia semper

C in hoc mundo fuerunt furiosi mali, & tyranni, & pestilentia tyrannorum. Dicuntur etiam salices nasci iuxta flumina, quia sæpe boni fuerunt dati in exercitium malorum. Nam sicut flumina tumida, & furiosa rapiũt & euertunt salices, & omnia, quæ sunt in ripa: Ita tyranni semper persecuti sunt simplices fideles ab initio: quia illicò diabolus insurrexit in Adam, & Caim in Abel. & Cal dei in Abraam, & Ismael in Isaac. & Esau siue Edom in Iacob, siue Israel. & Saul in Dauid, & populus gentilis in filios Israel. & Babylonia, & Aegyptus in Hierusalem, & synagoga cõtra ecclesiã, & tyrãni, & hæretici, & hypocritæ, & Antichristus semp insurgent contra eãdẽ vsq; ad iudiciũ. Sed oẽs isti mali vniuersaliter cõprehenduntur sub noĩe Babylonis, & Edom, sicut ecclesia intelligitur sub hoc noĩe Sion, & Hierusalẽ. Sedet ergo ecclesia ab initio nũdi super flumina Babylonis semper à malis afflicta, & tamen nũ quam perdidit fidem, quia semper recordat ipsius Sion in qua Xps regnat hic per fidẽ & superius per gratiam, & semper per fidem recordatur quõ Adam per superbia cecidit ab illa arce Sion paradisi terrestris, & quõ ꝓp̃ illud pctm̃ sedet in hoc mundo super flumina Babylonis, & iõ se abstraxit à voluptatibus, & ritibus gentilium infidelium, & quomõ expectauit Christum incarnandum, vt veniret in carnem nunc autem expectat ipsum videre in gloria. Et sicut in lege veteri desiderabat reuerti in Hierusalem. i. peruenire ad legem gratiæ: vt cantaret de canticis Sion, & in Hierusalem superiorem, vt ibi canter cantica gloriæ: ita postquam hic cantat cãtica gratiæ Christi iam reuersa de prima Babylonia diaboli, in qua tenebatur captiua, sed nunc adhuc retinetur in hac Babylonia mundi inter membra diaboli. & inter infideles, & hæreticos, & tyrannos, & impios. sẽper ergo ecclesia deflet persecutiones, & amaritudines huius mundi, vsquequo requiescat in superna Hierusalem. Dicit ergo ecclesia. O Sion. i. terrestris paradise, & ò superior Sion, quam expectamus. semper nos sedimus amari super flumina Babylonis. i. persecutiones mundi, & diaboli. & fleuimus illic dum recordarentur tui. i. felicitatis in qua eramus in terrestri paradiso, & quam perdidimus in superiori. Et ideo non possumus lætari, nec cantare cantus lætitiæ in hac lacrymarũ valle, & exilio, & amaritudine, quia nos suspẽdimus organa nostra. i. causas cantandi carmina lætitiæ in salicibus, quæ sunt in medio eius. i. Babylonis. Nam ibi nõ sunt nisi tribulationes, & angustiæ, & amaritudines, quia ibi dimisimus omnem lætitiã, & nos subtraximus ab omni delectatione. Ergo ibi suspendimus, & dimisimus omnẽ lętitiam, & canticum inter angustias. Et iõ non possumus recuperare illam Sion, & Hierusalem perditam per cantus lætitiæ mudanæ, sed per cantus amaritudinis, & pœnitẽtiæ, & paupertatis, & persecutionis ꝓp̃ xp̃m &c. Vnde Matth. 5. Beati pauperes spũ, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ. Beati mites. Beati q̃ lugẽt. Beati q̃ esuriũt. Beati qui persecutionẽ patiũtur &c. Quare ergo sumus in terra aliena & sedemus super flumina Babylonis captiui & exules à nr̃a Sion, & Hierusalẽ: ergo sic nos

oportet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A oportet reuerti ad eã. Hebræus. & litera Hie. habet. Super salices. In medio eius suspendimus organa nostra, & tunc litera est plana. Vñ nota, q̃ Babilõ hic nõ solũ sumitur pro tota prouincia Babilonia, quæ est sita in medio duorũ fluuiorũ magnorũ. s. inter Tigrim & Eufratẽ, sed ẽt ciuitas magna Babilõ est sita inter duo flumina prætersluentia muros eius. nam ab ortu habet Tigrim, & ab occasu, & meridie habet Renum, quod est brachium defluens ab Eufrate, & intrans in Tigrim postquam circuit ciuitatẽ. Quomodo ergo cunque sumatur semper Babilon est sita in medio fluminum. Item tota Caldea est circum, & interrigata alueis Tigris, & Eufratis, & abundat salicibus, per quam benefigu ratur hic mundus circunfusus persecutionibus, & amaritudinibus. Et ideo hic dicimus,
B quia diaboli, & impij, qui captiuos duxerunt nos, & affligebant, interrogauerũt. i. irrisorie exquisierunt à nobis verba cantionum, & q̃ abduxerunt nos à patria nostra dicebant nobis irrisorie. Cantate nobis de cãticis Sion, si potestis. i. quare non cantatis talia cantica, sicut cantabatis dum eratis in Sion in prosperitate, & lætitia? Vnde respondet corpus mysticum siue ecclesia. Quõ cantabimus cãticũ dñi in terra aliena, exules ab illa Sion paradisi, & captiui in hac Babilone confusionis, & miseriæ? Vnde non negat ecclesia quin cantet canticũ domini in hac terra aliana, & peregrinatione: sed negat modum, quia in illa Sion paradisi cantabat cãticũ dñi cũ felicitate, & lętitia sine miseria, & amaritudine, habitans inter illas felices arbores paradisi, vescẽdo illo cibo vitæ sibi concesso, sed nunc, quia habitat in medio huius Babiloniæ inter salices amaras, & infructuosas seruiendo inimicis. iã nõ põt eo modo cantare canticũ dñi, quin pãtiatur persecutiones intus, & extra, & amaritudines salicum. Nam dum in hac vita peregrinamur cũ difficultate operamur & semper in bene operãdo intus, & extra resistentiam inuestimus. Vnde beatus Ambrosius hymnos suaues cantabat in ecclesia Mediolanensi. tamen ab Arrianis intolerabiles persecutiones patiebatur, & sic cum amaritudine, & lacrimis cantabat canticum domini in terra aliena, hæreticæ prauitati dedita. Eodem modo cantauit semper ecclesia Christi in principio, & tempore tirannorum, & hæreticorum, & cantabit tempore Antichristi. Ideo sequitur responsio Dei. O Hierusalem ecclesia mea, oblitioni detur dextra D
mea. i. vita mea deficiat, si tuero oblitus tui, quin veniam ad liberandum te earnem eius. mendo, & proite patiendo: & ab ista Babilonia liberãdo, hic per gratiã, & in futuro per gloriam. Et adhæreat lingua mea faucibus meis mentiendo si nõ meminero tui in hac tribulatione, & si non proposuero te in principio. i. in die lætitiæ meæ. i. redemptionis. O Hierusalem, Dies lætitiæ Christi fuit statim ab initio mundi. Ideo in principio huius diei, & lætitiæ prepposuit ecclesiam suam cęteris nationibus, quia solam istam elegit in populum suum, & sponsam. Promittit ergo Xps hic liberare populum suum, & ecclesiã suã liberare à captiuitate Babilonis, hic per gratiã, & in futuro per gloriã, tã in hoc die gratiæ, quã in alio die gloriæ futuræ. Iõ ecclesia læta de promissione sibi facta p Xpm petit vltionẽ de Babilonia, & de populo terreno, qui ipsam afflixit & dicit. O dñe possij tu promittis reminisci nostri, & præponere nos cæteris à ipsis infidelibus, & terrenis in principio lætitię tuæ, quæ erit dies gratiæ, & dies Hierusalem, ergo memento liberare Edom, vt punias eos in die restitutionis Hierusalem, scilicet in tempore gratię: postquam ipsi affixerunt nos in prosperitate sua. Filij Edom, sunt homines terreni. Et conuertit ad Babylonios, id est filios confusionis, qui idem sunt, & terreni: dicit. O genus infidelis, & misera filia Babylonis bene erit ei, qui in die iudicij, & in die Hierusalem gratiæ, & gloriæ. Nam tunc ille populus, quem ista persecuta es, erit beatus sedens ad iudicium cum Christo iudicante te, & condemnabit te in æternam pœnam, & retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis, & ipse populus Dei, & ecclesia erit beatus, & tenebit & possidebit illam Hierusalem, & alliget filios tuos, & proijciet ad petram infernũ in pœnam æternam. Et nota, quòd hęc punitio temporaliter facta est contra inimicos, & persecutores ecclesię. Nam non solũm Iudæi fuerunt puniti per Romanos, & paruuli eorum nisi ad petram, sed etiam fuerunt maxima bella, & destructiones ciuitatum inter gentiles: in quibus factæ sunt tot, & tot grauissimæ crudelitates in punitionem eorum. Ex quo patet, q̃ sicut Dauid per captiuitatem, & fugam à facie Absalon, & Saul, & Achitophel, & à terra Aegypti præuidit liberationem eorũ à captiuitate Babylonis, & Aegypti futuram per Christum, sic ea

A primitiæ diaboli à peccato, ita pariter per liberationẽ futuram à captiuitate Babylonis; præuidit ẽt liberationẽ futuram per Christũ & vniuersalẽ repemptionẽ: & præuidit liberationẽ ecclesiæ de afflictione, & persecutio ne Iudæorum, & tirannorũ, & hæreticorũ, & Antichristi. Patet ẽt q̃ triplex est Hierusalẽ. Prima materialis. Secunda militans per gratiam. Tertia triũphans per gloriã. Vnde ante aduentum Christi erant oẽs in captiuitate peccati originalis. Et licèt essent in Hierusalẽ materiali: tamen erant in Babylonia diaboli per peccatum. Ideo desiderabant ire
B in Hierusalẽ militantem per gratiã, & cantare in ea canticum nouum per gratiam, quæ est lex euangelica: ut patet Esaię trigesimosexto. Cantabimus in illa die canticum in ea & cętera. Sed quia iam sumus in Hierusalem militante, & cantamus canticum gratię: ideo adhuc desideramus exire ab hac corporali captiuitate, postquã exiuimus à captiuitate spirituali per Christum, & desideramus ire ad Hierusalem æternam, & triũphantem, ut cantemus ibi canticum gloriæ absque aliqua tribulatione, & dolore tam corporali, quàm spirituali: vbi absterget Deus omnem lacrimam ab oculis iustorum, & iam non erit ampliùs neque luctus, neque dolor & cętera. Vnde hoc canticum nouum glorię nemo potest cantare in hoc mundo, sed in Sion superiori, & cœlesti, cantant illud illa centum quadraginta quatuor millia cum citaris suis, & organis in conspectu troni, & agni existentis supra
C montem Sion, ut patet Apocal. decimo quarto. Et hoc canticum desideramus cantare hodie, qui sedemus super flumina Babyloniis huius mundi: & illas citaras desideramus recuperare: ut cum eis cantemus canticum domini in illa cęlesti Hierusalem, quam Ioannes vidit descendentem de cęlo: quasi sponsam ornatam viro suo. Apoc. vigesimoprimo. Ex quo patet, quòd Dauid in hoc psalmo intendit monet, quòd non velimus in hoc mundo confidere, nec cantare canticum lętitię mundanę: sed canticum pœnitentię, & amaritudinis, & canticum fidei, & gratię: ut possimus cantare in superiori Sion canticum gloriæ eorũ agno. Vñ quandiu sumus in hoc mundo, super flumina Babylonis sedemus iuxta salices amaritudinis, & inde sumimus cibũ postquã perdidimus cibum vitæ in paradiso, vnde sumus
D eiecti. Item monet moraliter, q̃ si quis est captiuus in Babylonia per peccatum actuale, nolit ibi manere, nec cantare: sed labo & in de exire: ut cantet canticum domini in Hierusalem gratiæ: quæ est ecclesia icta: ut inde possit ascendere ad cęlestem Sion, ad cantandum canticum gloriæ. Sed est iterum aduertẽdum: q̃ postquã ecclesia Dei, ad est corpus mysticum fuit liberatum per Christum de seruitute spirituali Babylonis, & potestate diaboli, & hoc per passionem Christi, & ec clesiastica sacramenta, & fuit absoluta à iugo legis: tunc incidit in persecutionem temporalem, & fuit afflicta per magnam meretricem Babylonẽ. s. populum paganũ. Vnde sicut ex conuersis de populo Iudaico, & gentili facta est vna ecclesia Christi, & ciuitas Dei, quæ dicitur Hierusalem, & Israelita ex
E obstinatis de populo Iudaico, & gentili facta est ciuitas diaboli quæ dicitur magna Babylon, quę illico incepit persequi, & affligere ciuitatem Dei, & nouam Hierusalẽ, quæ est ecclesia Christi. Sed primo incepit sinagoga obstinata ad persequendum ecclesiã & exinde continuauit gentilitas affligere ecclesiam vsq; ad magnum Constantinũ, sed conuersa gentilitate ad Christum tunc sola sinagoga mansit obstinata, & inimica populo Dei, & sic gentilitas tota, quæ ante erat Babylon, facta est Hierusalẽ, & Israel, & populus, & ciuitas Dei, & sinagoga, quæ sola erat Iudæa, & Hierusalẽ, & ciuitas sancta est Babylon, & confusa per obstinationem, & infidelitatem, & sola mansit inimica populo, & ciuitati Dei, & ipsi Hierusalem. Per eandem ergo rationem sinagoga, quæ ante erat
F Iacob, & Israel per fidem ante aduentum Christi, facta est Edom post aduentum Christi propter infidelitatem. Et gentilitas, q̃ ante dicet Edom, facta est Iacob, & Israel recipiendo Christum. Quod sic probatur. Nam Iacob, dictus est Iacob. i. supplantator: eò, quòd ter supplantauit fratrem suũ Edõ. Primò quando eiecit ipsum de uentre matris, & sic natus est tenens plantam fratris. Secundò quando subripuit ipsi primogenitura pro cibo lenticularum. Tertio quando subripuit ipsi benedictionem dum abierat ad venandum cibos corporales. Et ideo dictus est Iacob. i. supplantator. Et ita pariter Esau dictus est Edom. i. rubens, & sanguinolentus: eò quòd eiectus à ventre natus est sanguinolẽtus, & rubens sanguine involutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A volutus. Secundò dictus est Edom i. terrenus: eò q pro cibo terreno vendidit primogenitu ram ipsi Iacob. Tertiò dictus est Edom, idest terrenus, eò q dū abiit ad venandū cibos cor porales perdidit benedictionem spiritualem quam ipsi subripuit frater eius Iacob. Et sic patet, q propter temporalia perdidit spiritua lia: i quibus bonis spiritualibus successit ipse Iacob, vt patet Gen. 25. & 27. Quia ergo ita propriè accidit inter synagogam, & gentilita tem post aduentum Christi. Nam primò gen tilitas, quæ erat minor, eiecit synagogam de ventre ecclesiæ sumendo fidem Christi. Secū do subripuit ipsi primogenituram. Nam pri mò oportebat prędicari Iudæis verbum Dei: sed quia indignos se fecerunt: ideo Apostoli profecti sunt ad gentes, vt patet Actuum 13. Tertiò subripuit ipsi benedictionem promis P sam ipsi Abrahæ, & semini eius: quia voluit regenerari, & benedici in Christo. Et sic gen tilitas, quæ erat Edō, facta est Iacob, & Israel, & semen Abrahæ: per oppositum autem syna goga facta est Edom & sanguinolenta: quādo electa est de uentre ecclesiæ occidendo Chri stum. Et facta est Edom vendendo primoge nituram, & perdendo benedictionem. Et sic patet quomodo synagoga verè facta est Edō, siue Idumæa. Vnde est iterum aduertendum, q synagoga quadruplici ratione facta, & dicta est Edom post aduentum Christi. Primò ra tione misterii ipsius Esau completi in ipsa sy nagoga, prout dictum est: eò q synagoga cō templit benedictionem, & redemptione Chri sti, & primogenitură propter bona tempora lia, & mundana, & terrena, quia Edom inter pretatur, terrenus, & mundanus. Item secun C dò hoc nomen Edom siue Idumæa compe tit ipsi synagogæ ratione alterius interpreta tionis. Nam Edom interpretatur sanguino lentus, & Idumæa sanguinolentā, sed ipsa syna goga mansit sanguinolenta, ex homicidio, & nece Christi, in qua obstinatione homicidij semper perseuerat: ideo vere dicitur Edom. Tertiò dicitur Edom, siue Idumæa ratione officii & inimicitiæ. Vnde est aduertendum secundùm Hieronimum in prologo super Ab dian, q Hebræi omnes populos sibi aduersan tes appellabant Edom. Vnde dicebāt, q sicut Esau appellatus est Edom: eò q semper ad uersatus est ipsi Iacob, & quærebat mortem eius: ita pariter omnes, qui aduersabantur po pulo Israel debent dici Edom. Et sic totum populum gentilem appellabant Edom. Et sic dicit Hiero. quòd per Edom in sacra scriptura non solum intelligitur illa pars Arabiæ, quę est vltra Iordanem, sed intelligitur etiam to tus populus gentilis, qui semper inimicaba tur, & aduersabatur populo Dei: & procura bat eius desolationem. Et hęc fuit causa qua re Iudæi populum Christianum appellarunt Edom: eò q fuit congregatus ex contrarius populo gentili, & quia est semper contrarius populo Iudaico. His ergo habitis, & præmp positis per eos, sequitur q sola synagoga est verè Edom, & intelligitur per Edom, & Ida mam in sacra scriptura. Nam Edom est ille populus, qui aduersatur populo Dei, & ipsi la cob, & Israel, & aduersatur veritati legis, & propheratum. Cum ergo superius in plurib. locis probatū sit, qualiter sola ecclesia Chri sti, est Iacob, & verus Israel, & semē Abrahæ, eò q subripuit primogenituram, & benedi ctionem, & fuit benedicta, & regenerata in Christo in lege promisso: quam primogeni turam, & benedictionem, & regenerationem, & redemptionem contemplit synagoga pro pter bona temporalia: ergo quicunque abier satur populo christiano, & legi euangelicę, quæ est veritas legis, & propheratum alle talis est uere Edom, & Idumæa, sed synagoga est huiusmodi, quia illico aduersata fuit Chri sto, & doctrinæ eius: & per consequens ve tati legis, & pphetarum, & illico post passio nem persecuta est apostolos, & totam eccle siam: & hodie perseuerat in eadē obstinatio ne, & malitia, & cęcitate, ergo ipsa synagoga verè est Edom, & Idumæa. Et sic patet quia ter ipsa synagoga obstinata est illa Idumæa, cui semper cōminatur Deus per Hieremiā, & Abdiam, & per omnes alios pphetas. Quæ tò probatur synagogā intelligi per Idumæā, & hoc rōne falsę doctrinæ Talmudicæ, quæ hodie sequitur.

Ad cuius intelligentiam est aduertendum, q Scribæ, & pharisæi audita resurrectione Chri sti per testes idoneos, & visa potestate Chri ste per euidentiam, & miracula, & visa vera te euangelica per doctrinam miraculosam a postolorum post receptionem spiritus sancti tunc quæsierunt modos, & vias quomodo te gerent suum errorem, & malitiam, & retine rent illum populum in sua cęcitate, & falsa doctrina, & fermento mendacij, & malitiæ. Et sic vt ostenderent Iesum Christū non fuis se verum messiam confinxerunt sibi quendā falsum messiam vocatum Barcochāb, sed ille perijt

A perijt cum magna parte Scribarum, & Phari sæorū, & cum tota ciuitate Biter, & magno numero Iudæorum. Et sic etiā confingerunt quendam alium Aegyptium in Messiā quē Hadrianus capitali sententia punuit. Tunc scribæ, & pharisæi recurrerunt ad Magos: & Negromanticos, & sic acceperūt Simone ma gū, cāqam messiam: sed apostoli Petrus, & Paulus ipsum coram Nerone Romę superā runt, & confuderunt, & eius fraudē detexe runt. Vltimò autē acciuerunt quēdā magnū Necromanticum Idumæum vocatum Mair, & promissis magnis donis, & muneribus ip sum proselitum fecerunt, & suis falsis tradi tionibus pharisaicis instruxerunt. Ille aūt cū esset versutus, & magus, ex cōsilio diaboli cō finxit sepsis quandā legē, quā Misna appel B dehrat ipsi Moisi in monte Sinai vltra legē scriptā. Vnde dicit iste sceleratus, & sacrile gus, q Moises bene promulgauit, & manife stauit illi populo legē scriptā: sed nō manife stauit legem oretenus datā: sed illam tantū reuelauit in secreto ipsi Iosue, & Iosue reue lauit ipsam alteri, & sic peruenit vsq; ad Ra bi Mair post ascensione xpi: sed tūc ipse Ra bi Mair ex voluntate Dei publicauit illā in scriptis tori populo Iudæorum. Et ista falsa doctrina huius secundæ legis appellata Misna perseuerauit quasi per 260. annos. Rabi Mair usque ad magnum Constantinū. Sed viden tes magistri Iudæorum, q tota gentilitas cō uertebatur ad fidem euangelicā propter con uersionem Constantini: propter quā ēt cau sam maxima pars Iudæorum conuertebatur ad fidē, cognoscentes xpm fuisse vetū mes C siam: tunc congregati sunt in Babilonia Ag gipti, quæ dr Caire, & ibi composuerunt li bros Talmud continentes declarationem il lius secundæ legis, quæ dicitur Misna, tradi ex, & confictæ per Rabi Mair Idumæū: quā doctrinam Talmudicam seruat, & colit ho die tota synagoga Iudæorum pro maiori par temam alia secta Iudæorū reperitur in Gre cia, & in partibus orientalibus, quæ dicuntur Caraim: qui abominantur hanc doctrinam Talmudicam, & pharisaicam. Ex quibus om nibus patet, q ista Synagoga Iudæorum mo dernorū obstinatorum non pōt dici populus Dei, nec Synagoga Dei, quia nō obseruāt ve ritatem legis, & propheratū, sed falsā doctri nam Talmudicam ipsius Rabi Mair Idumæi inuentoris huius erroris, & falsę doctrinæ. Et per consequens Sinagoga debet appellari D Edom, siue Idumęa, ab illo Idumæo Mair, cuius doctrinā obseruat: sicut omnes sequā ces sectæ Mahometicæ appellantur Arabes: eò q Mahometus fuit de Arabia. Et omnes christianos Iudæi appellant Nazarenos: eò q Christus cuius doctrinam sequimur fuit de Nazaret. Et ita nos, oēs sectatores Plato nis appellamus academicos &c. Et sic patet qualiter quadruplici rōne Sinagoga hodier na Iudæorum appellatur, & debet appellari Idumæa. Primo rōne misterij Iacob, & Esau cōpleti in Sinagoga. Secundo ratione inter pretationis, quia est tota terrena, & sanguino lenta. Tertiò ratione officij: quia semper ad uersatur veritati legis, & prophetarū, & pupu lo Dei. Quartò ratione doctrinę Rabi Mair Idumæi, quam colit, & obseruat, & ideo vbi cunque ponitur Idumæa in sacra scriptura E semper propheticè est intelligētia Sinagoga obstinatorum Iudæorum: quia perdidit pri mogenituram. & benedictioné, & est homi cidā, & sanguinoleta, semper aduersātrix ve ritati, & pupulo Dei, & sequens falsam do ctrinā scelerati, & sacrilegi Rabi Mair Idu mæi. Ex his omnibus paret esse falsam, & fi ctam positionem Rabi Salomonis, & Rabi Camhi, & omniū modernorū Iudæorū dicē tium, q ecclesia Romana, & tota religio chri stiana est Edom: imo per Edom intelligūt re gnum Romanorum, & omnium christiano rum: quod est manifestè falsum: nam Hispa ni, & Galli, & Germani, & Itali, & cæteræ na tiones christianorū nullo modo descendunt ab Esau: nec secūdum carnem: nec secūdum doctrinā. nā ēm doctrinam iam appellantur christiani a Christo: cuius legem, & doctrinā F colunt: secundum vero carnem descendunt pro maiori parte à Iafet, & exinde ex diuer sis nationibus, quæ nihil attinent ad Edom. Sed populus christianus verè dicitur Iacob, & Israel, & semen Abrahæ, quorum fidem se quitur, & promissionem. Omnia ergo supra dicta prænidens Dauid in spiritu nō solum fecit hunc psalmum literaliter de captiuita te tēporali Babiloniæ, prout dictū est in pri ma expositione: nec de captiuitate spūali to tius generis humani, prout dictū est in secun da expositione: sed etiam fecit hunc psalmū, in quo deflet afflictionem ecclesiæ Christi: quam passa est in principio illicò post passio nem Christi: primo per obstinatā Sinagogā scribarū, & pharisæorum intellectā per Edō:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & postea passa,& afflicta est per tyrannicam crudelitatē populi gentilis intellectam per Babylonem,quā persecutionē: & afflictionē ecclesiæ Christi præuidit Dauid in duplici spiritu per captiuitatē temporalem Babylonis. Tria ergo facit Dauid in hoc psal. Nam primò prædicit afflictionē primitiuæ ecclesiæ tēpore Iudæorum,& tyrannorum.Secundò prædicit constātiam martyrum, & oīum fidelium in illa afflictione.Tertiò petit vltionem prædicens punitionem persecutorū ecclesię.Secundū ibi.Si oblitus fuero Tertium ibi.Memor esto.Quantùm ergo ad primum dicit primitiua ecclesia intellecta per Sion, & Hierusalem:imo dicūt ciues fideles huius Hierusalē.O Sion, i.ciuitas Dei: cuius Christus est caput,nos sedimus,& fleuimus super flumina.i.persecutiones Babylonis. quæ est
B tota ciuitas paganorū,& infidelium cōgregata ex obstinatis Iudæis,& gentilibus tyrānis,& hoc dum recordaremur tui,quia in tali persecutione nunquām negauimus fidē. Vnde in illa persecutione non potuimus cantare: quia tyranni prohibebant diuina officia publicè celebrari ideo subdit:in medio Babylonis inter salices amaritudinis suspendimus organa nostra,quasi dicat publicè non audebamus celebrare diuina officia:quia quomō cantaremus canticum domini euangelicum in terra aliena,scilicet inter Iudæos,& hæreticos,& tyrannos? Omnia ista dicit Dauid quia christiani latebant per antra deserti, & cryptas montium propter metum tyrannorum Imperatorum,& regum Si oblitus fuero tui.In hac secūda parte prædicit constantiam martyrum,qui patienter ferentes persecutiones firmiter cenfitebantur fidē Christi
C non timentes tormēta tyrannorum.vnde dicit cętus martyrū.O Hierusalem ciuitas Xpi, pro cuius defensione ego pariot, si oblitus fuero tui Christum negādo,obliuioni detur dexterā mea.q.d. Deficiant mihi omnes vires,& pereat aia mea si negauero te.& si nō proposuero Hierusalem.id est ecclesiam in principio lætitiæ meæ. i. si non cōtempsero omnia bona temporalia,& promissiones tyrannorum p.p fidem & ecclesiā Christi. Memor esto filiorū Edom.In hac tertia parte p̄dicit punitionē persecutorum ecclesiæ,& petit vltionē primò de synagoga intellecta p Edō,vt dictum est,ideo dicit.O domine Iesu Christe memēto filiorū Edō.i.scribarum, & pharisæorum,& cæterorum Iudæorum filiorum synagogæ obstinatæ,vt pumas eos, qui D
continuè dicunt exinanite.i.destruite, & annihilate ecclesiam Christi vsq; ad fundamentū in ea, quia petunt̄, & conātur destruere ecclesiā vsq; ad fundamenta. Deinde cum dicit: Filia Babylonis misera: prędicit futuri punitionem Iudæorū,& tyrānorū persecutorū ecclesiæ:qui intelligūtur per filiā Babylonis,vñ ait:O misera synagoga, & gentilitas filia Babylonis,& confusionis: ips vertier in quo dicetur beatus ille,qui destruet te,& retribuet tibi retributionē,q̄ retribuisti nobis: vnde beatus reputabitur ille,qui tenebit, & capiet filios tuos paruulos,& allidet,& proiciet ad petram,& parietes,quę omnia ita fiere completa in excidio Hierusalem,p Romanos,& in mutuis prælijs ipsorū,& populi gentilis inter se,vt patet in historijs Imperatorum,vsq; ad tempora Constantini vbi tota gentilitas conuersa est ad Christū. Et sic cessarunt bella in magnam partem.

PSALMVS. CXXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

Titulus.Psal.ipsi Dauid.Vnde est aduertē dum,quòd licèt litera huius psa. possit appli cari ipsi Dauid,q̄ sit gratiarū actio,q̄ liberatus est de persecutione filij sui Absalon,sicut quidam Hebræorum dicunt: tamen talis intelligentia non est præcisa: quia multa dicuntur in hoc psal.quæ excedunt facultatē illius historiæ: præcipuè cum Dauid non sit minus propheta in hoc ps.quàm in cæteris. Iō E est dicendum, q̄ postquam Dauid defecit in præcedenti psal.captiuitatem generis humani factam in potestate diaboli: & etiam in persecutionibus tyrannorum: nam in hoc psalmo agit gratias,qualiter iste homo ipsi, cus siue ecclesiasticus fuit liberatus de huiusmodi duplici captiuitate, scilicet diaboli, & tyrannorum. Vnde de captiuitate diaboli fuit liberatus per mortem, & passionem, & resurrectionem Christi: sed de captiuitate persecutionum fuit liberatus per conuersionem magni Constantini, ante quam conuersionem multi reges, & principes tyranni fuerunt grauiter puniti non solummodò in animased etiam in corpore,sicut fuerunt Iudæi, & Nero, & Domitianus,& Diocletianus,& Maxentius. Sed post conuersionem Constantini oēs reges terræ,& principes gēti F
lium venerūt ad fide Xpi cum suis populis, & publicè cōfessi,& professi sunt nomē Xpi, & legē euāgelicā.Tria ergo facit Dauid in hoc psal.Nā primò in persona hoīs mystici agit gratias,se esse liberatū de supradicta duplici captiuitate.Secūdo agit gratias,q̄ oēs reges terræ venerunt ad fidem. Tertiò agit grās quia malūi inimici fidei in vltionem ecclesię fuerunt grauiter puniti.Secundum ibi. Confitebor tibi domine omnes reges terræ. Tertii ibi.Quīa excelsus dñs Quantum ergo ad primū: quia ecclesia fidelium in vet.te.dixit se non posse cantare canticum domini capti ua in terra aliena:cum sederet super flumina Babylonis flendo peccatū suū: desiderando aduentum Christi,vt reduceret eam in Hierusalē per suā passionem &c. Nunc redēpta iam per Christum agit gratias dicens.Confitebor tibi ō dñe Iesu Christe nō solū ore coram hominibus,sed ēt in toto corde meo.i.intentione,& opere qm̄ audisti verba, & orationem,& petitionem cordis mei, redimēdo me de captiuitate diaboli Babilonica.

In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templū sanctum tuum: & cōfitebor nomini tui.

Postquàm in illa captiuitate nō poteram cantare,cōq̄ eam in terra aliena: nūc quia fium in nostra Hierusalē,& templo psallam, & cantabo tibi in conspectu angelorum. nā angeli frequentant templum,& ecclesiā Dei per orationes,& petitiones nostras ad Deum,& reducūt nobis gratiam petitam, & dona,sicut vidit Iacob angelos ascendentes, & descendentes per scalam.Ge.28. Ideo seq
C tur: Et ibi in Hierusalem adorabo ad templum sanctum tuum sacramenta nouæ legis offerendo, & confitebor nomini tuo quod est Iesus,& saluator. nam publicè te saluatorem,& redemptorem omnium prædicabo. Potest etiā ista litera sic ordinari, & cōstrui. In conspectu angelorum psallam tibi.i. ego existens in hac ecclesia militanti vbi nō possum te videre nisi per fidem,psallam tibi, q̄ existis in patria in conspectu angelorum a quibus facilè inter conspicieris,& videris, & sic cognosces. Adorabo ad templum sanctum tuū & confitebor nomini tuo,tua beneficia memorando.

Super misericordia tua,& veritate tua:quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

Subdit de quibus beneficijs intendit ipsum laudare,& dicit,q̄ de duobus .s. de misericordia & veritate.Nam Deus ostendit suā veritatē, D
quando adimplebit in lege noua, quod promiserat in lege veteri, & ostendit misericordiam suam cum nos per mortem, & passionem redemit. Dicit ergo: ego cōfitebor nomini tuo super misericordia,& veritate.i. de misericordia,& veritate, & etiam quoniam magnificasti nomē sanctū tuū, q̄d est Iesus super oē nomen:& hoc in miraculis faciendis:nā magnificasti nomen tuū super omnes creaturas.Primò super angelos:quia in tua natiuitate cantarūt Gloria in excelsis Deo,& per eos tang̃ per ministros voluisti miracula facere.Item magnificasti nomen tuum sū per omnia corpora cœlestia, quia omnia deferunt signū in tua natiuitate, & in tua passione.Itē magnificasti nomen tuū super omnia elementa,quia mare, & venti obedierūt tibi.Itē magnificasti nomen tuū super demo E
nes,quia eos coegisti,& expulisti de corporibus obsessis,& sic omnia subiecta sūt sub pedibus tuis:intantum, q̄ omne genuflectitur in nomine Iesu &c.Et sic magnificasti nomē sanctum tuum super omne nomen.

In quacūque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Primò eam redimendo. Secundò ad pugnandum contra inimicos fidei,dona gratiarum conferendo.Tota etiam ista prima pars est exponenda de liberatione ecclesiæ à persecutione tyrannorum.Vnde est notādum: quòd tiranni,qui fuerunt à principio ecclesiæ vsque ad Constantinum,prohibebant ne christiani ædificarent ecclesias lapideas. Et etiam ne publicè orarent,nec confiterentur nomen Christi,& ideo orabāt christiani occultè in angelis,& cryptis, & speluncis. Sed F
Constantinus post suam conuersionem indulsit licentiam,& facultatem christianis, vt liberè,& manifestè possent ecclesias cōstruere,& altare cōsecrare: in quibus ecclesijs ab omnibus fidelibus possent diuina officia celebrari.De hac ergo licentia, & libertate data christianis de ecclesijs ædificandis, & diuinis officijs publicè celebrandis agit etiam gratias propheta in hac prima parte,dicens. Confitebor tibi ō domine Iesu Christe in toto corde meo, absque aliqua trepidatione, quoniam audisti verba oris mei,nam p 300. annos clamaui,vt liberares me à supradictis persecutionibus:& tādem audisti verba oris mei: me per conuersionem Constantini liberādo:qui dedit facultatē,vt possem ecclesias

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sias fabricare, & diuina officia publicè celebrare. Et iō absq; metu, & trepidatione psallā tibi in ecclesia in conspectu Angelorū, & adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo: laudādo te super misericordia tua, quam fecisti mihi, de manib. peccatorum liberando: & laudando te de veritate tua, quia sicut promisisti ita, & implesisti. nam tu promisisti Marci vltimo, quòd in nomine tuo eiceremus demonia, & tolleremus serpentes &c. quod ita factum est: nam omnia idola deleuimus, & omnes reges, & principes, & populum gentilem tibi subiecimus in virtute nominis tui: & magnificasti nomē sanctum tuum super omne nomē creatum: quia omne genu tibi flectitur, cœlestiū, terrestriū, & infernorū. Et sic tu exaudisti me, in quacūque die inuocaui te. etiam multiplicasti virtutem in anima mea mihi dona gratiarū cōferēdo, qua virtute omnes inimicos ecclesiæ subiecī, & superaui, & multa miracula feci in virtute nominis tui Iesu. Item veritas in sacra scriptura fundatur pro iustitia. Ideo dicit ecclesia. Confitebor tibi agendo gratias super misericordia tua: quam ostendisti mihi liberando, & super veritate tua, i. iustitia tuā nos puniendo.

Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini.

Hic ꝓpheticè inuitat oēs reges, & principes terrę ad cōfessionē veræ fidei: sicut fuit implerū post cōuersionē Cōstantini, vt dictū C est. Dicit ergo Dauid postquā impator Constantinus conuersus est, etiā data est licentia liberè fabricādi ecclesias, & celebrādi nomen Xpi per vniuersum imperiū: Ergo cōfiteātur tibi ò Xpe oēs reges terræ, quia audierūt verba oris tui, s. legem euangelicam, quæ publicata est per apostolos, & martires, & doctores, & reges oēs cum populis suis cantent, & confiteantur in vijs, & ecclesijs domini: quoniam magna gloria domini. i. confiteantur quoniam dominus Iesus Christus Deus, & homo rex regū, & dominus dominatium in gloria est Dei patris, & ꝙ est iudex viuoiū, & mortuorū, & vltor, & punitor malorum.

Quoniam excelsus dominus: & humilia respicit: & alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis

me: & super iram inimicorum meorum extendisti D *manum tuam: & saluum me fecit dextera tua.*

Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Hoc ecclesia agit gratias quoniam Christus puniuit inimicos suos, & persecutores, puta Iudæos, & tirannos, & eorum superbiā prostrauit, & deiecit. Vnde dicit, Cantēt reges terræ, & ego etiam gratias ago quoniā dominus Iesus Christus est excelsus, & tamen humilia respicit. i. omnes humiles ad se elegit, & recepit, & alta. i. homines superbos à longē cognoscit. i. à se abijciet, & proijcit, & ideo si ego humilis ambulauero in medio tribulationis: viuificabis me. i. quia ego cum humilitate, & patiētia ambulaui in medio persecutionis Iudæorum, & tirannorum ideo viuificasti, & liberasti me. Et extendisti E manum, & potentiam tuam super iram, & furiam inimicorum tuorum Iudæorum, & tirannorum. Nam per Titum & Romanos Iudæos trucidasti, & ciuitatem eorum incendisti. Et postea Neronem, & Domicianum, & Diocletianum, & Maximianum grauiter in corpore, & anima afflixisti, & punisti, & saluum me fecit dextera tua de manu eorū, & sic dominus retribuet eis pœnam ꝓ me, quia eos puniui. Et conuersus ad Christum dicit in persona ecclesiæ. O domine Iesu Christe misericordia tua semper erit in, seculum propitia inuocantibus te, ideo rogo ne despicias opera manuum tuarum cui iustificamus nos, qua per baptismum nos regenerasti, & recreasti: Et sic ne despicias ecclesiam tuam, nec deseras in cæteris perfectionib. F vsque ad secundum aduentum tuum. Tota etiam ista vltima particula potest referri ad opus redemptionis, vnde dicit homo iustificatus. O domine Iesu Christe si ambulauero medio tribulationis peccati tu viuificabis me per passionem, & resurrectionem tuam, & ecclesiastica sacramenta in quibus salutē me fecit dextera tua. Et sic dominus Iesus Christus retribuet, & soluet pro me, & patietur pœnam quam ego debebam soluere. Et propheta conuersus ad Christum dicit. O domine mīa tua est magna in seculum, & ne despicias nos qui sumus opera manuum tuarum, sed veni in carnem, & redime nos. Totus etiam iste psalmus potest exponi de quocunq; peccatore pœnitente post actam pœnitentiam, qui agit gratias de esse exaudi-

A ditum, & liberatum de potestate peccati, & reductum in gratiā, per quā gratiā pōt liberè, & fructuosè orare in ecclesia, & exaudiri. Iste ecclesia cātat istum psalm agenda defunctorū in persona cuiuslibet existentes in purgatorio, a quo ps. ille defunctus agit gratias: quia per pœnitentiam, & ecclesiastica sacramenta fuit liberatus à culpa peccati: & recepit in ecclesiam, & tāquam mēbrū Christi, & ecclesiæ cum caritate decessit ab hac vita, sed petit liberari à pœna purgatoria dicens. Dominus retribue, pro me. i. tu dñe Iesu Christe retribue, & offer pro me merita passionis tuæ ante patrē, vt recipiat passionē tuā in recōpensationē penarū mearū debita tū: quoniam mīa tua est magna in sæculū: & misericordia tua sunt sufficientia ad soluēdum B pro me: ideo nō despicias opera manuū tuarum quoniam manus tuæ fecerūt me, & plasmauerunt, & iterum redemerunt me.

PSALMVS CXXXVIII.

Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Titulus. Ad victoriā, vel in finē ps. Dauid. Ex titulo patet, ꝙ Dauid fecit istum ps. & dedit ipsum cantoribus, & leuitis, vt cantarēt eum ad victoriam vocis, ad denotādū, ꝙ iste ps. est difficillimus in litera, & sententia propter profundum tesaurum in eo latentē, & ideo indiget maximo conatu, & studio ad intelligendum ipsum. Sed quia hoc ex nobis non possumus attingere nisi ex gratia Dei, & lumine spiritussancti, iō exhortatur nos ad vocum, vt vnusquisque nostrum, & omnes simul clamemus ad dominum, & pulsemus C toto conatu, vt aperiat nobis intellectum, & sensum, & tesaurum latentem in hoc psal. & gratiam nobis conferendo, vt patebit in litera. Item dicitur in finem. ad denotādū, quòd iste ps. dirigit nos in finem nostrum, qui est Christus, & vera beatitudo, & caput nostrū. Iudæi autē dicunt, ꝙ Dauid loquitur in hoc ps. vt inducat omnes ad laudandum Deum, commendando ipsum de omnipotentia. Rabi autem Caiphi dicit, ꝙ totus iste ps. est vox ipsius primi Adam, qui fuit formatus ex pulvere terræ collecte ex omnibus partibus mūdi. per hoc, ꝙ dicitur. Formasti me &c. Et dicit, ꝙ in hoc ps. loquitur Adam pro omnibus filijs suis. Sed ista positio est falsa. Primò, quia iste qui loquitur, hic probat se esse exaū-ctum ab omni peccato. Secundò, quia dicit se surrexisse. Et ideo est dicendum, ꝙ D Christus loquitur in hoc ps. ad patrem, petēs præmium pro labore, & merito suæ passionis, & resurrectionis. Vnde est aduertendum ꝙ præmium laboris, & passionis Christi erat regnum cœlorum promissum pro se, & mēbris. Peracto ergo labore Christus de iure petit à patre præmium suæ passionis, & resurrectionis. Ideo in hoc ps. interpellat patrem tā quā iustum iudicem, vt tribuat sibi hāc mercedem. nā iniustè ageret iudex verè cognoscens laborem militis, si non tribueret ipsi mercedem multo labore compараtam. Duo ergo principaliter facit. Nam primò examinat laborem suum. Secundò petit mercedē. ibi in fine ps. Proba me Deus. Quantùm ad primū duo facit. Nā primò demōstrat suum laborem esse Deo manifestissimū, & notū. Secūdò ex parte sui demōstrat laborem sibi E impositū esse peractū. ibi, Mihi autem nimis. Quantùm ergo ad primum dicit. O domine pater, & iuste iudex tu probasti me cū in mūdum misisti, & laboribus, & persecutionibus me exposuisti, & cognouisti me humilem, & patientem, & mitem, & obedientem in oib. & cognouisti sessionem. i. passionem, & exaltasti me, & mortem, & sepulturā meā, & resurrectionem meam. Nā istum laborem assignasti mihi, pro quo regnum cœlorum promisisti pro me, & membris meis: à qua passione & morte, & exaltasi ego surrexi, nam per passionē, & mortem ego redemi mea mēbra à morte æterna, & emi regnum cælorum meo sanguine, & per resurrectionem recuperaui immortalitatem, & gloriam pro me, & pro meis membris, & pro toto corpore meo ecclesiastico, & mistico. Ergo postquā oīa ista cognouisti me peregisse, da mihi regnum tuum, & emptum. Et probo, ꝙ tu cognouisti F sessionem meam &c. Nam.

Intellexisti cogitationes meas de longe sensum meam, & semitam meam inuestigasti.

Et omnes vias meas prouidisti, quia non est sermo in lingua mea.

Tu intellexisti omnes cogitationes, & vota mea, & intentiones meas de longè. i. per magnū tempus ante, & inuestigasti, & perscrutatus es semitā, & viā meā i. totū discursum vitæ meæ, & semitulū i. mensurā, & limitem vitæ. i. principiū, & mediū, & finē, & prouidisti omnes vias meas, & opera antequā fierent, & scio supple, quia non est sermo. i. mēdacium nec dolus in lingua mea, vnde in li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A terra Hiero. habetur. Non est dolus in lingua mea. vel sic. Nō est sermo in lingua mea. quī tu scias supple: & sit tibi manifestus.

Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima, & antiquasti formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Hic probat per rationes, quod dicit. Vnde est aduertendum, q̄ sex requiruntur ad hoc, q̄ aliquid cognoscatur, & videatur à nobis. Primo, q̄ sit in tpe præsenti, & sit remotū à præsenti, ideo non videmus ea, quæ fuerunt tpe belli Troiani: nec, quæ fient cras. Secdo, q̄ non sit remotū nimis à loco nostro. iō nō videmus, quæ sunt in Persia, & India, & etiā si terra poneretur in cœlo nō videremus eam. Tertiò, q̄ mediū sit diafanū, quia si esset corpus opacū puta paries in medio, non videremus rem vltra parietem. Quartò, q̄ illud me
B dium diafanum sit illuminatum. Nam si esset tenebrosum: no videremus rem quātumcunq; propinquā. Quintò, q̄ possit immutare, & causare speciem suam in intellectū aut sensum nostrum, & ideo nō possumus intelligere cogitationes hominum. Sextò, q̄ illa res cognita, & visa habeat esse, & ideo ea, quę non habent esse in se, non possunt videri nec sentiri & quæ non habent esse in se. nec in sua specie: nec possunt cognosci per sensum nec per intellectū: quia qđ nō est non cōtingit sciri, primo posteriorū. Ex quo sequitur, q̄ si aliquod istorum deficit nō pōt res videri nec cognosci. Ergo sex sunt causæ ignorantiæ in aliquo cognoscente. Primo remotio temporis à præsenti. Secundò remotio loci longinqua. Tertio medium opacum. Quartò diafanum tenebrosum. Quintò defectus
C est in essendo. Sextò si cognoscens non illabitur menti alterius: non potest cognoscere eius cogitationes. Cum autem nullum istorū sex possit Deo obesse, nec obsistere: ergo nihil est ei occultum nec ignotum: nec potest aliquid ignorare. Ideo sex facit Dauid in hac prima parte. Nam primò probat, q̄ remotio temporis nō potest impedire diuinā cognitionem. Secundò, q̄ nec remotio seu lōginquitas loci. Tertiò, q̄ nec corpus opacū. Quartò, q̄ nec diafanum tenebrosum: nec obscuritas aliqua. Quinto, q̄ nec secretum cordis alicuius: cum ipse illabatur mentibus hominum. Sexto, quòd nec defectus in essendo impedit diuinam cognitionem. Secundū ibi. Quo ibo à spiritu tuo. Tertium ibi. Et dixi. Quartum ibi. Quia tu possedisti. Quintum ibi. Non est occultatum. Sextū ibi: Imperfectum meum. Quasi dicat: si tu pater habes omne tempus tanquam præsens, & es vbiq;, & omnia penetras, & attingis vsq; ad infimum, & summum: & tuemet es lux, & illaberis mentibus, & cordibus hominum, & à te procedunt omnia: ergo nullum horum te potest impedire in tua cognitione: quia quæ sunt, quæ fuerunt, venientq; vno mentis cernis in ictu. Ergo quantūm ad primum est aduertendum, q̄ causa quare Deus scit omnia præsentia præterita, & futura, est quia omne tempus est ipsi præsens: cum ipse sit in æternitate extra, & supra omne tempus: cum eius duratio, & esse sit interminabilis vię tota simul, & perfecta possessio. Et ideo omne tempus simul attingit sub se, cum ipse sit causa temporis, & omnis motus, nā tempus fluit ab æuo tanquam à sua causa, & omnia quæ sunt in tempore fluunt ab esse diuino. Et sic Deus in cognoscēdo se ipsū cognoscit oīa q̄ sunt, & q̄ fuerunt, & quæ erunt: cū à suo esse dependeat. Iō oē tempus, & omne tpe fuerunt, & sunt, & erunt in tempore simul videt vno ictu mētis: vt ait Boetius, & Augustin. Ideo dicit. Ecce tu domine pater cognouisti omnia nouissima. s. vltima futura, & antiqua præterita: quia tu formasti me in vtero matris meæ opere spiritus sancti, & posuisti manū, & potentiā tuā super me. & posuisti & tu per me manū, & sniam tuā qñ peccauit Adā quia voluisti, vt ego paterer pro eo, & toto humano genere. Ex quo patet, q̄ verè cognouisti sessionem meā, & resurrectionē meā. Et probasti me per experientiā: quia feci quod voluisti. Vnde est aduertendū: q̄ istud verbū
E sedere quandoq; ponitur in scriptura pro sedere: & sic Christus dī sedere ad dexteram patris, & omnes sancti in gloria. Et talis dī sessio quietis. Quandoq; autē ponitur pro pugnare, & laborare, & angustiari: & sic dicimur febricitantes insidere, & residere in conflictu febrium, & ille conflictus dī cessio, & cū vicerit febres dī resurgere à sessione. Ita ergo modo tota passio, & mors, & sepultura Christi, & omnes labores, & persecutiones quas sustulit, dicta est quædam sessio, & conflictus. Ideo dicit Christus ad patrem: tu cognouisti sessionem, id est passionem meā, & resurrectionem meā, id est victoriam meam

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Scientia tua confortata est, & non potero ad eam. *Quo ibo a spiritu tuo aut quo a facie tua fu-*

A *Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum ades.*

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

aūt dicit orationem petendo liberari ab ali-
quo malo. Sed obtestatio dicit orationē, &
deprecationē factā cum sacris verbis, aut cū
sacrificiis, aut oblationibus, aut cū vehemen-
ti affectu, & effectu, & sic iste homo mysticus
cum omnibus supradictis conditionibus di
rigit suam orationem petendo Christum ut
veniat: quia omnes patres vet. test. cum tali &
sub tali fide & protestatione Christi futuri
offerebant sacrificia &c. Ideo subdit. O do-
mine non peto vt exaudias me in mea veri-
B tate, & iustitia: quia nulla est in me: quia iam
perdidit ipsam originalem iustitiā, & gratiā,
& caritatem in Adam per illam transgressio
nem primi præcepti: quando comedi cibum
prohibitum: & sic non sum dignus exaudiri
per aliquod bonum proprium: quia nihil
meū habeo nisi peccatum: per quod mereor
æternaliter puniri. Sed tu dñe exaudi me in
tua veritate: qua promisisti filium tuum ad
me redimendum in carnem mittere: & exau-
di me in tua iustitia: veritatem in promis-
sis seruando: ut veritas legis, & prophetarum ma-
neat incōcussa. Itē exaudi me in tua iustitia
quam debes facere per passionem Christi fi-
lij tui: per quam peccatum totius generis hu
mani est in cruce puniendum, & remitten-
dum: & per cuius resurrectionem, & ascensio
nem vita æterna est nobis restituenda, quam
C passionem omnes fideles debent participare
per fidem, & gratiam ipsius Christi: per quē
omnes sunt iustificandi: per cuius fidem sal-
uantur omnis præsentes præterti, & futuri.
Quasi dicat: iustifica me, & viuifica me per
fidem, & passionem Christi: quia illa est ue-
ritas, & iustitia patris quam promisit in mū-
do: per quam impleram Deus redditur ue-
rax, & iustus in lege, & ꝓphetis & euāgelio.
Deinde cum subdit,

Et non intres in iudicio cū seruo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Ostendit iste homo nullam esse in se veri
tatem nec iustitiā per quam mereatur exau
diri: nec intrare cum Deo in iudicio, eo q̄ in
Adam perdidit omnem iustitiam. Dicit er-
go. O domine si ita est q̄ in me nulla sit ue-
ritas nec iustitia: ergo non velis intrare in D
iudicium cum seruo tuo. Nam tu bene potes
intrare in iudicium secum cum sis domi-
nus, & iustus, & verax, sed ego non possum
tecum intrare, nec in iudicio contendere, cū
nulla sit in me iustitia: quia nullus apud te
iustificabitur homo viuens in hac vita: eō q̄
oēs peccauimus in Adā: & in eo perdidimus
iustitiā: & facti fuimus rei, & inimici, & obno
xij sententiæ tuæ: & ibi fuimus percussi, &
fauciati: & omnes ibi constituti fuimus pec-
catores, & ideo nullus apud te iustificabitur
homo. Ergo nō intres in iudicio cum seruo
tuo: nec velis tractare me secūdū culpā meā:
sed secundū iustitiam, & veritatē tuam: qua
promisisti veniam peccatoribus, et promisi-
sti mittere filium tuum ad iustificeandum om
nes peccatores.

Quia persecutus est inimicus animam meā, E humiliauit in terram vitam meam.

Quia superius dixit, q̄ nullus homo viuēs
potest apparere iustus apud Deum: nec eum
eo intrare in iudicium: cum in nullo homine
reperiatur propria iustitia: In hac secūda par
te explicando miserias suas ostendit, vnde
euenerunt ipsi ista mala: & quomodo facilius
est iniustus apud Deum. Et dicit quod illa
mala & ista iniustitiā non prouenit ipsi ex
natura specifica, nec à Deo creante.

Nā primo Deus creauit in eo bonā natu
rā specificam: quia quò ad species suas om-
nia quæ fecit Deus erant valde bona' naturā
liter. Ge. 1. Nā species sunt sicut numeri. s.
Metasificæ. & sic oēs participant illud primū
ens secundūm maiorem, & minorem perfe-
ctionē. & ideo omnia entia à Deo nihil ha-
bent naturaliter nisi bonum. Sed vltra bonū
naturæ plantauit Deus in illo primo homi-
ne multa bona gratuita. s. illam originalem
iustitiam, & gratiam gratificā, & scientiā o-
mniū rerū & cæteras præmia originalis iusti
tiæ. Et sic quicquid Deus in hoie plantaue
rat erat bonū, & nullū malum. Sed cum iste
homo attentauit descendere ab Hierusalem
in Hiericho, deuiando à diuina voluntate: in
cidit in latrones. s. diabolos: qui eum expo
liarunt ab omnibus bonis gratuitis. s. ab illa
originali iustitia cū omnibus præmijs suis:
& insuper vulneraverunt eum in carne vul
nere, & morbo concupiscentiæ, & corruptio
nis: & in anima vulnere mortalis culpæ, & fe-
de necessitate factus est mortalis corpore, &
anima: & spiritus qui dominabatur carni

A illicò fuit impugnatus, & afflictus à carne, &
totus ordo personæ fuit peruersus. Nā ois in-
ferior ꝙ ante obediebat rationi, inceperunt
rebellare. Et hoc est quod intendit dicere iste
homo in hac secūda parte. Vnde ait. O dñe
ego nō habeo ius querelæ contra te, sed con
tra diabolū, & causa quare apud te nō iusti fi-
catur oīs vmens: nō est à te: sed a diabolo.
Nam tu dñe bonum semen seminasti in me:
sed venit inimicus diabolus serpens anti-
quus, & extincto bono semine seminauit zi-
zaniam. Quia dum essem positus in illa feli-
ci paradiso terrestri venit iste inimicus ser-
pens antiquus, & humiliauit in terra vitam
meā. Nā cū essem immortalis ad libitū, quia
potestam non mori edendo de ligno vitæ: ta-
men comedendo de ligno scientiæ boni, &
B malī mihi prohibito electus sum ab illa pa-
radiso, & perdidi lignū vitę, & factus sum de
necessitate mortali, & sic iste inimicus humi
liauit, & deiecit vitam meam felicem in hac
terram miserabili qua tanquam exul dego,
& laboro. Ille ergo inimicus serpens anti-
quus humiliauit, & deiecit. & relegauit me
ab illa paradiso in hac terra. & lacrimarum
valle, & ille deiecit vitam meam in terra per
mortem, quia motiendo sum reuersus in ter
ram, & pulueremterræ de qua fueram assum
ptus & formatus.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Iste inimicus non solum humiliauit vitam
meā in mortē corporalē, sed ēt in mortē pec
cati simul cū diabolis. Nam collocauit me in
C locis obscuris infernī iter diabolus sicut mor
tuos sæculi. i. inter diabolos ad mortē æternā
destinatos, vt post primā mortē corporis in-
curā mortē æternā animæ, & habitē cū dia-
bolis in locis obscuris infernī in æternū. Li-
tera Hiero. hēt. Collocauit me inter mortuos
antiquos. i. deſt inter diabolos, qui primo ab
antiquo mortui fuerant per peccatum, & in
illo obscuro inferno collocati. Item iste ini-
micus non solū me occidit quò ad corpus, &
animā, & ab illa paradiso deiecit in hac terra
miserā: & post mortem iit locis obscuris col
locauit: sed etiam taliter carnem meam vi-
tiū concupiscentiæ, & fomitis vulnerauit, q̄
illico insurrexit aduersus spiritum, & con-
tra me stimulat cum: in tantum q̄ semper anxia
tus est super me spiritus meus, & timulatus
est, & afflictus a carne, & concupiscentia. Itē
quarto totus ordo fuit peruersus, & turbatus. D
Nā caro quæ debebat obedire voluntati, &
rōni, nūc facta rebellis perturbat iudiciū, &
rōne, & sic q̄d volo hoc ago, & q̄d volo hoc
non facio. Et sic extali peruersitate turbatū
est in me cor meū, & voluntas, & ideo q̄nq;
iudico bonū malū, & malū bonū. Et sic patet
qualiter ego nō possum retorquere istā cul-
pā nisi in inimicu diabolū, qui mediante mu
liere & ꝑ mulierē deceꝑit, & seduxit me,
& sic expoliauit me omni iustitia, & gratia,
& omnibus bonis gratuitis. Vnde sequitur
q̄ nullus viuens potest apud te iustificari,
nec tecum in iudicium intrare, ergo non in
tres in iudicium cum seruo tuo domine, sed
exaudi me in tua iustitia.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar. E

Postquā superius explicauit miserias suas,
& cām tuę miseriæ, nūc i hac tertia parte pe
tit auxiliū, & petit iustificari per Christum:
quia iam sciebat Adā cum sua posteritate pa
triarcarum ex reuelatione, & frequentibus
promissionibus q̄ nullus poterat iustificari,
& saluari, nisi per Christum. Ad cuius intel-
lectum est notandum, secundū Augu. contra
aduersarium legis, & propheratū, sicut dictū
fuit psal. 103. q̄ tota creatio huius mundi na
turalis, fuit figura recreationis mundi spiri-
tualis, quæ est ecclesia. & sic Dauid per illam
creationem mundi materialis prēuidit in spi
ritu recreationem ecclesiæ. & per formatio-
nem primi hominis præuidit mysterium in
carnationis: Vnde per hoc q̄ tota Trinitas
concurrit ad creationem vniuersi, quia pater
per verbū dixit fiat lux: & facta est lux &c. & F
sic per verbum fecit omnia, & per spiritum
sanctum viuificauit omnia creata, quia spiri
tus dñi ferebatur super aquas &c. per hoc p̄-
uidit Dauid in spiritu qualiter tota Trinitas
debebat concurrere ad nostram regenerario
nem. Nam pater debebat mittere verbum
suum in carnem: & per verbum incarnatum
debebat nobis loqui: & notificare nobis
voluntatem suam, dando legem euangeli-
cā: & per illud verbum incarnatum nos debe
bat redimere, & iustificare, & per spiritū san-
ctum pater, & filius in nobis debebant om-
nem gratiam infundere, & nos per gratiā iu
stificare. & sic omnia quæ perdidimus ꝑ pec
catū, debebamus recuperare per regenerario
nem. Item per hoc q̄ Deus formauit corpus

Adæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Adę ex terra virgine, & spirauit ī eo spiraculum vitæ &c præuidit Dauid qualiter pater per spū sanctū debebat formare corpus Xpi ex puris sanguinibus in vtero virginis Mariæ:quod corpus simul cum anima verbū debebat personaliter assumere: vt illa humanitas esset instrumentū nostræ redēptionis &c. Et sic patet qualiter per misterium creationis Dauid prętidit totum misterium incarnationis,& nostrę redemptionis. Et ideo ex hoc monetur ad petēdum liberari per Christum in persona totius corporis mistici. Vnde ait. O domine ego memor fui dierum antiquorum, i. illorum sex dierum in quibus fecisti omnia opera mundi:& meditabar, & contemplabar in omnibus operibus tuis: & in factis manuū tuarū quę fecisti in illis sex diebus antiquis, & primis:vbi pręuidit totū
B misteriū totius nostrę redēptionis. Nā per hoc, q̄ per verbū creasti omnia: pręuidi qualiter per verbum tuum incarnatum nos omnes debebas recreare, & redimere: & p̄ spiritum sanctum vnificare spiritualiter: & vitā spiritualē quā perdidimus in Adā nobis restituere. Itē per misteriū formationis hominis ex terra virgine pręuidi misteriū incarnationis. Item per dormitionem ipsius Adę prędidi totū misteriū nostrę redēptionis. Nam per hoc, q̄ Adā sopore dormisti, ego prędidi in spiritu qualiter Christus debebat in cruce vera morte soporari pro redęptione totius generis humani,& per hoc, q̄ Adam dormiēte ex vna costarum eius formata fuit mulier,& exiuit per latus eius: per hoc prædidi qualiter Christo mortuo in cruce ex latere eius debebat exire tota ecclesia: quia exinde
C exiuit sanguis,& aqua in remissionem peccatorum: & exinde exiuit virtus omnū sactamentorum ecclesię,s. virtus baptismalis:per quam regenerati sunt omnes fideles. &formata est,& multiplicata tota ecclesia:& exinde exiuit virtus cōfirmationis per quā est roborata,& uirtus penitentiæ per quā quotidie reconciliantur, & sanātur fideles &c. Dicit ergo Dauid in persona ipsius corporis mistici: & ex hoc dicit Adā primus hō cū tota sua posteritate fidelīū. Ego memor fui dierum antiquorum. s. illorum sex primorum dierum: & meditatus sum in omnibus operibus, quæ fecisti in illis sex diebus. & meditabar, & cōtemplabar in factis manuum tuarum, & in omnibus misterijs prædidi misterium incarnationis: & in illa dormitione prædi totum mysterium passionis Christi,& ecD clesiæ formationis,& totius generis humani regenerationis,& redemptionis,& reparationis.

Expandi manus meas ad te, anima mea, sicut terra sine aqua tibi.

Videns ergo, q̄ genus humanum p̄ aliū esset posse reparari nisi per te O Christe, ideo non pōt reparari nisi per te O Christe, ideo expādi,& ingiter expado ad te manus meas orando,& obsecrando, vt venias ad liberandum,& redimendum,& iustificandum,& refrigerandum me:quoniam anima mea est sicut terra sine aqua tibi. Ad cuius intellectū est notandum, q̄ licēt rōnes seminales passiuæ omnium plantarum sint indiræ ipsi terræ à principio:vt inquit Augustinus super Genesim,tamen tales rationes seminales passiuæ non possunt excitari ad generandum nisi p̄ cœlestem influentiam actiuam. Item cum p̄ vita plantarum,& cuiuslibet viuentis nutriatur in calido,& humido,& terra de se sit naturaliter frigida,& sicca. Iō nunquā desse germinabit aliquod viuens:nisi humectetur per aquam,& sic est necessaria aqua ipsi terræ ad hoc, q̄ germinet,& nutriat plantas, quia ex eisdem nutrimur,& sumus:quarto secundo de generatione,& primo de quarto Meteororū. Et sic patet, q̄ impossibile est, q̄ terra germinet plantas, & q̄ nutriat sine aqua. Ita ergo à simili facta fuit anima hōis post pēctū per absentiā gratiæ. Nā Deus creauit primò animā hōis cum ipsis potentijs sensitiuis,& intellectiuis,& has potentias humectauit humore gratiæ, & iustitiæ originalis,& omnium virtutum, & caleferat per caritatem,& sic anima Adæ viuebat per gratiam,& caritatem:sed perdita iustitia perdidit totam vitā,& sic mansit illa anima sicca, & frigida ubiq; humore gratiæ,& calore caritatis cū solis potērijs naturalib. passiuis, q̄ nullo mō poterāt germinare aliud bonū opus,nisi recuperaret humorē gratiæ, & caloreF caritatis in quibus consistit vita spūalis animæ. Et sic māsit anima sicut terra sine aqua. Et hoc est ergo quod intendit dicere ille homo. Vnde ait. O dñe quia cōsideraui omnia opera creationis,& in oibus operibus,& factis manuum tuarum meditabar, in quibus prædidi totum mysterium nostræ redēptionis,quod non potest fieri nisi per te: & vidi, quòd anima mea erat facta sicca sicut terra sine aqua tibi,id est aquam,& caritatem, & gratiam non potest habere nisi à te.Ideo expandi

A pandā ad te manus meas:vt mittas, & pluas de cœlo istam aquam,& imbrem. s. verbum tuū,& aperiatur terra, & germinet saluatorem. Vnde iste imber verbi Dei descendat primo in vterum virginalem per incarnatio nem:ut postea pluat imbrem,& gratiam, & virtutem suæ passionis in animam meam: vt refrigeret,& vnificet eā, & faciat germinare opera meritoria. Et ideo.

Velociter exaudi me domine, defecit spūs meus

Domine velociter exaudi me accelerando aduentū tuum ad vnificandum me per gratiam:quia tam defecit spūs meus in me,i. defecit gratia,per quam animabam. Nam sine gratia deficiente gratia moritur anima.

B *Non auertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in Lacum.*

Non auertas faciem tuā à me.i. nō auertas filium tuum incarnatum, qui dicitur facies tua,per quē tu notificaris in mūdo:quia sicut per facie notificatur homo: ita per humanitate sua Deus pater notificatus,quia p ipsum filiū locutus est nobis. Et iō nō auertas a me istam humanitatem,in qua tu Christe debes pati,& pro qua:quia si nō veneris similis ero diabolus descendentibus in lacū infernū:ipsa semper cū eis in inferno manet: ut peccatū meum quasi irremissibile: bonitā tu venens. Quasi dicat:si nō redimis me: ut peccatū meum quasi irremissibile: sicut peccatū diaboli: cuius oppositum promissi,& mihi reuelasti.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam,quia in te sperani.

C *Notam fac mihi viam in qua ambulem:quia ad te leuaui animam meam.*

Veni ergo in carnem,& loquere mihi, & sonet vox tua in auribus meis, & audiatur vox turturis in terra nostra,& auditā fac mihi mane misericordiam tuam:ideest transeat sol iustitiæ,& fiat mane gratiæ per aduēnum tuum,& audiam ego vocē miæ tuæ,& vocem euangelicam,per quam intendo, & spero iustificari: quia in te, & non in altero speraui iustificari. Et notam fac mihi viam in qua ambulem per talem uocem euāgeli cam. Nā sicut ambulaui per totam noctē p viam legis obscuram:ita desidero ambulare in mane,& in die gratiæ per viam legis euāgelicę:quæ est lucida, & clara abiiciens oēs tenebras peccatorum,& ignorantię. Iō audi tam fac mihi istam uocem euangelicā, quæ annunciat misericordiam, & redemptionē D tuam: quoniam ad te leuaui aniinam meā semper orando,vt venias,& etiam ad te leuabo animam meam in aduentu tuo,recipiendo te in verum Messiam.

Eripe me de inimicis ad te confugi doce me facere voluntatē tuam,quia Deus meus es tu.

Veni Christe in carnē, & eripe me de inimicis meis diabolis,qui me per tot tempora in captiuitate, & seruitute peccati tenuerūt: qm̄ ad te confugi, quia non habeo aliud refugium ad quod cōfugiam, nec alium saluatorem,nec redemptorem præter te. Et iō doce me facere voluntatem tuam per legē euāgelicam:quoniam tu solus es Deus meus,& legislator: qui debes manifestare voluntatem patris in mundo,& sic ego tanquam verum Deum meum patri consubstantialem te confitebor, & recipiam in aduentu tuo. E Deinde cum dicit,

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine uiuificabis me in æquitate tua.

Petit disponi per spiritum sanctū. Ad cuius intellectum est aduertendum sicut supra dictum est, q̄ sicut tota trinitas indiuisē operata est,& concurrit ad creationem vniuersi: ita etiam tota trinitas operata est nostrā redemptionem indiuisē. Nā sicut pater per verbum dixit omnia quò ad species,& essentias suas, & dicendo per verbum spirauit esse, & vitam naturalem in rebus per spiritum sanctum: Ita pariter in nostra regeneratione & redēptione pater per filium nos redemit, & regenerauit, & per fidem regenerādo spirauit in nobis gratiam per spiritum sanctū, & sic indiuisē tota trinitas concurrit, & ope F rata est nostram redemptionem. Sed ipsa redemptio intantūm attribuitur filio inquantum facta est instrumentaliter per humanitatem:cui verbum personaliter vnitum est, & sanctificatio, & regeneratio intantū atribuitur spiritui sancto: inquantū pater, & filius nos sanctificant, & gratiā inspirant per spiritum sanctum. Et ideo ista sanctificatio,& regeneratio, & gratiæ inspiratio ad extra vnicus actus essentialis est totus trinitatis Et iō tales locutiones,quæ fiunt de operationib. essentialibus trinitatis ad extra proferuntur communiter cum uerbo singulari.

Secundò est notandum, q̄ Christus vt doceret,& referaret:& manifestaret mūdo mysterium trinitatis, primo uenit in carnē mis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fus à patre: vt ipse frequẽter dicit per totum discursum euangelicum: & sic incarnatus tulit legem euangelicam declarando legem veterem:& sic etiã in carne passus, & mortuus est pro nobis,& resurrexit: & impleto cursu nostræ redemptionis ascendit in cœlum. Sed postea Christus:vt ostenderet non solum esse duas personas in diuinis:sed etiam esse tertiam personam:misit spiritum sanctum in signo visibili super discipulos in die Penteco. Sed vt ostenderet, q̃ iste spiritus sanctus procedit ab vtroque, dixit Ioan.xv. Cum venerit paraclitus qui à patre procedit, quẽ mittet pater in nomine meo &c. Item vt magis explicaret Christus, q̃ spiritus sanctus non solum procedit à patre:sed etiam ab eo:subdit. Si autem abiero:mittam vobis eum. Item vt
B ostenderet,q̃ actus nostræ regenerationis,& sanctificationis,& gratiæ creationis,& infusionis,& inspirationis non fit sine spiritu sancto imo à patre,& filio per spiritum sanctum:& per consequens à tota trinitate:ideo subdit: Ille vos docebit omnia:& suggeret vobis omnia quę dixi vobis &c. Item vt hęc omnia ostenderet per effectum: ideo in die Pentecostes Christus misit spiritum sanctum super discipulos in signo visibili: qui disposuit mẽtes eorum: & infudit, & spirauit in eis septem carismatum dona & cætera, quã spiration ad extra facit pater,& filius per spiritũsanctum:vt dictum est. Prophęta ergo David omnia supradicta præuidens in spiritu:postquàm super eius exorauit, & petiuit vt Christus veniret in carnem ad docendum viam salutis per legem euangelicam: & ad notificandam diuinam voluntatem:& ad liberan-
C dum,& eripiendum genus humanum de inimicis diabolis per mortem, & passionem,& resurrectionem & cætera,nunc in hoc versu petit, vt Christus mittat spiritum sanctum suum vt dirigat,& illuminet: & sanctificet: & inspiret dona gratiarum super totum collegium discipulorum in die Pentecostes: & per consequens successiuè super totam ecclesiam,& corpus mysticum per ecclesiastica sacramenta. Vnde ait, O domine Iesu Christe postquàm docueris me voluntatem tuã per legem euangelicam: & eripueris,& redemeris me per mortem,& passionem,& resurrectionem &c.rogo vt mittas spiritumsanctũ.

Et ille spiritus tuus bonus: qui dicitur spiritus tuus: eò quòd non solum à patre: sed etiam à te procedit: quia ab vtroque procedit tanq̃ ab vno principio. Qui quidem spiri D
tus dicitur bonus essentialiter, & per essentiam, inquantum idem est consubstantialis patri,& filio:& dicitur etiã bonus inquantum spirat gratiarũ dona in mentibus hoim. per quã gratiã hõ dicitur bonus,& gratus, & acceptus apud Deum. Et dicitur etiam bonus iste spiritus:quia dirigit homines in bonum finem per fidem,& spem,& ordinatam caritatem. Iste ergo spiritus tuus bonus deducet, & diriget me per gratiam,& ordinatam caritatem in terram rectam,& patriam viuentiũ ad quam nemo potest peruenire nisi diriga tur à spiritu sancto per gratiam,& caritatem ordinatam,scilicet vt diligat Deum in se,& propter se:& proximum propter Deum. Sed quia iste spiritus sanctus non est à se:sed à patre,& filio: ita q̃ non habet quod spiret à se, E
sed ab vtroque spirando accipit quicquid habet:& sic pater,& filius spirat gratiam,& sanctificat per spiritum sanctum: ideo tu pater, & fili viuificabis me à morte peccati: & sanctificabis me per istum tuũ spiritum sanctũ & hoc facies in æquitate,& iustitia tua:quia viuificabis,& iustificabis me à morte peccati & iniustitiæ ad vitam gratię,& iustitiæ. Vñ licet pater, & verbum viuificat omnia creata spirando esse per spiritum sanctum qui ferebatur super aquas,ad est super oĩa creata, & mobilia,conferendo esse,& vitam:quia viuere viuentibus est esse:ita pariter pater, & verbum per spiritum sanctum viuificant electos à peccato conferendo gratiã: per quã deles viuunt spiritualiter fideles. Et sic licet viuificare per gratiam sit actus totius trinitatis tamẽ attribuitur spiritui sancto:eo modo quo dictum est,propter rationes iam dictas. Ideo cãrat ecclesia in simbolo. Credo in spiritum F
sanctum dominum,& viuificantem: qui ex patre filioque procedit.

Educes de tribulatione animam meam:et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

In hac quarta parte petit vltionem de diabolo,& petit conuersionem populi gentilis: imo per conuersionem populi gentilis vltionem de eo petit.

Ad cuius intellectum est aduertendum,q̃ postquàm apostoli receperunt spiritum sanctum,illico in die Pentecostes inceperũt predicare veritatem euangelicam in Hierusalem: & per sacras scripturas conuincere scribas,et pharisæos:intantũ,quòd illa die baptizati sunt tria millia hominum. Et ex-

A inde incepit, & processit crescere ecclesia Christi ex iudaismo: vt pater in actibus apostolorũ.Sed exinde dispersi sunt oes apostoli per totum orbem iuxta præceptum Christi.Et sic conuertendo populũ gentilem diruebãt,& cõminuebãt omnia simulacra idolorum, quæ totaliter comminuta sunt p̃ cõuersionem magni Constantini,quia tunc cõtritis omnibus idolis omnes reges,& populi gentilium fuerunt baptizati. Et sic diaboli non solum fuerunt eiecti ab animabus hominum per baptismum: sed etiam a simulacris idolorum,in quib.dabant falsa responsa, & adorabantur ad omni populo gentili. Et sic omnes diaboli fuerunt confusi, & eiecti, & dispersi. Hoc ergo præuidens Dauid in spiritu dicit in persona corporis mystici. O do-
B mine Iesu Christe postquam miseris spiritũ sanctũ in apostolos, & per dona gratiarũ deduxeris,& direxeris me in terrã rectã,& viuificaueris me ab oi peccato p̃ ecclesiastica sacramenta &c.tunc educes de tribulatione peccati animam meam per baptismum,& cæteras sacramenta habeam virtutem ex tua passione meritorie, & a tota trinitate potestati bus,in quibus spiratur gratia per spiritumsanctum. Et primo educes de tribulatione animam meam in conuersis de iudaismo,& postea conuersis de populo gentili,& sic disperdes omnes inimicos meos diabolos:qui habitabant in animabus per peccatum.

Et *perdes omnes qui tribulant animam meã: quoniam ego seruus tuus sum.*

Ex consequenti perdes omnes diabolos ejiciendo à simulacris idolorũ: qui tribulant
C animã meam decipiendo per falsas superstitiones,& ritus detestabiles,quia demones responderent ex simulacris cogebãt patres immolare filios:vt dictum est psalmo vndecimo.Et sic demones inimici humanæ naturæ non solum tribulabant homines in anima, sed etiam in corpore per talia nefanda sacrificia,& cæteros labores execrabiles. Sed omnes isti ritus nefandi fuerunt à mũdo elimipati,& exti pati per prædicationem euangelicam in conuersione populi gentilis,nec potuit mundus absoluti:nec liberari à tali tributione,& miserabili seruitute nisi p̃ Christũ, vt narrat Lactantius in libro diuinarum institutionem,& Eusebius in quinto de præparatione euangelica,& Aug.9.& 10.de ciuitate Dei.De hac ergo tribulatione petit libera
D ri iste homo mysticus per Christum in hoc vltimo versu.vnde ait.O dñe Iesu Xp̃e tunc p̃ prædicationẽ euangelicam perdes,& disperdes,& confundens omnes demones:q̃ tribulant animam meam per falsas superstitiones qñ comminutis idolis ego seruus tuus sum per baptismum,id est tunc conuersus ad fidẽ efficiar seruus tuus per baptismum,& nõ ero amplius seruus diaboli per tales superstitiones:imo comminuam omnia nomina idolorum de terra.Zac. 13.Tota ergo sentẽtia huius psalmi consistit in hoc quia Adam cum tota posteritate petit liberari per Christum, & legem euangelicam à pctõ,& ignorantia & sanctificare, & dirigi per spiritumsanctũ, & liberari ab idololatria per prædicationem apostolorum,& martyrum, & doctrinam sacrorum doctorum.Sed quia quod conuenit toti corpori mystico ratione peccati ipsius Adam,quod fuit remissum per mortem, & passionem Christi:conuenit etiam cuiq; pec E
catori,& pœnitenti ratione peccatorum mortalium proptiorum.Iõ totus iste psalmus pte esse vox cuiuslibet peccatoris pœnitentis, & desiderantis per pœnitentiam liberari, & iustificari.Ideo ecclesia assignauit,& elegit istũ psalmum.& collocauit ipsum in numero septem psalmorum pœnitentialium & colloca tur septimus in ordine ratione ordinis libri psalmorum,qui quidem psalmus inter cæteros inclinat Deum ad misericordiam,ppter magnam humilitatem quidem in se ostẽdit, & propter filium quem interponit intercessorem ad patrem, & spiritumsanctum inspiratorem, vt inquit Hieronymus.Et ideo propter consolationem,& humilitatem fidei, & præcipuè pœnitentium:oportet,q̃ exponatur particulariter pro quolibet pœnitente.Introducitur ergo quilibet pœnitens ad loquẽdum in hoc psalmo. In quo quatuor facit. Nam primo petit suam orationem exaudiri F
allegando suam indignitatem.Secundo explicat suas miserias retorquendo peccatum in diabolum persuasorem. Tertiò petit liberari per virtutem pœnitentiæ,& infusionem gratiæ spi ritussancti. Quartò petit vltionem de diabolo per eiectionẽ ab anima sua, Secundũ ibi.Quia persecutus.tertiũ ibi. Memor fuit dierũ.quartũ ibi.Educes de tribulatione.Quantũ ergo ad primũ vidẽs peccator se omni iustitia,& gratia expoliatũ,& peccati veneno sauciatũ,& vulneratũ, & in seruitute pctĩ cõstitutũ,& à Deo abiectũ: cõsiderans quãtum est miserabilis status pctõris,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quàm diro supplicio, & æternis pœnis expectat puniri, & considerans quàm felix est status viri iusti, & quam felicitatè expectat possidere, & videns, q̃ à tali misero statu, & miserabili seruitute non potest liberari nisi p̃ pœnitentiam: quæ est secunda tabula post naufragium: Ideo recurrit ad pœnitentiam. Sed quia pœnitentia incipit ab eiectione, & detestatione peccati per recursum ad Deum qs solus peccatum potest remittere, & gratiam conferre, Ideo iste peccator humiliando se ipsum recurrit ad Deum, dicens. Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meã: & nõ pero, vt tu me exaudias in mea veritate, & iustitia: quia nulla est in me. Primò in me nulla est veritas: quia factus sum tibi mendax, quando transgressus sum, & violaui legem tuam, quam in baptismo seruare promisi. Iterũ factus sum iniustus B quando transgrediendo præcepta à tua voluntate deuiaui, & caritatem amisi. Et sic nil mãsit meum in me, nisi solum peccatum. Et sic non sum dignus exaudiri: quia nulla veritas aut iustitia est in me. Et ió exaudi me in tua veritate, qua promisisti pœnitentibus veniam, & exaudi me in tua iustitia obseruando veritatem in promissis, & exaudi me in tua iustitia facta per tuam passionem, quam suscepisti ad iustificãdum omnes pctõres pœnitentes. Ex qua passione pœnitentia habet virtutem iustificandi peccatores. Ergo exaudi me in tua iustitia passionis faciendo me participem tuæ passionis. & explicãdo mihi merita tuæ passionis. & per talia merita remitte mihi culpã, & reatum, & pœnam quam mereor ex peccatis perpetratis. Et qa in me C nulla est veritas: nec aliqua iustitia propter pctũ: ideo rogo ne intres in iudicium cum isto inutili, & indigno seruo tuo. Nã ego primo tui factus tibi filius adoptiuus p̃ baptismum. Sed quia perdidi illam gratiã propter peccatum actuale, quod perpetraui: ideo iã non sum dignus vocari filius tuus. Et ideo recipe me in seruum tuum, & fac sicut vnũ de mercenariis tuis, & non intres in iudiciũ cum seruo tuo recordãdo, & imputando peccata mea, & fm̃ peccata mea me puniendo: quia non iustificabitur tibi omnis viuens: quia propter naturam corruptam, & vitium concupiscentiæ nullus potest peccatum vitare: nec Dei præcepta implere: nisi tua gratia fuerit adiutus, & præuenrus. Et sic nullus potest confidere in viribus suis: nec quis potest in conspectu tuo iustiriam suam allegare, cũ D nil habeat proprium nisi peccatum, & vitium, & inclinationem ad peccandum. Deinde cum dicit: Quia persecutus est inimicus animam meam &c. Retorquet culpam suam in diabolum persuasorem, & tentatorem. Vnde ait. O domine bene possum dicere, & ideo dico, q̃ non intres mecum in iudicium, & q̃ nõ possum apparere iustificatus in conspectu tuo. Et causa est, quia inimicus humanæ naturæ diabolus semper persecutus est animã meã me tentando, & ad scelera impellendo, & ad luxuriam, & auaritiam, & superbiam, & cætera peccata alliciendo. Et sic iste inimicus, q̃ ipsi consensi humiliauit, & deiecit in terra vitam meam: quia cecidi à gratia, per quã spiritualiter viuebã sequendo ista terrena, & sic cecidi à vita in mortem peccati. Et sic iste inimicus me collocauit in obscuris tenebris peccatorum inter mortuos seculi, i. inter diabolos mortuos, & destinatos ad mortem ęternã. Vnde ego etã collocatus per gram inter vivos angelos, & iustos: sed iste inimicus alliciẽdo ad pctũ me collocauit inter mortuos pctores, & demones ad pœnam, & mortẽ ęternam destinatos. Et sic semper spũs meus est anxiatus, & angustiatus, & afflictus ab isto inimico. Et cor meũ, id est voluntas mea, q̃ deberet Deo semper obedire: semper est turbata, & infestata ab isto inimico. Iterũ spiritus meus est anxiatus: quia culpa afflictæ remordet conscientiam meã, & perturbat cor meum &c. Deinde cum dicit. Memor fui dierũ antiquorum &c. petit remissionem peccatorum, q̃ quorum &c. petit remissionem peccatorũ, legando consueram, & antiquam Dei misericordiam: qui consuevit antiquis rẽpotibus misereri semper, & parcere pœnitentibus, & succurrere, & subuenire afflictis clamantibus ad se. Vnde ait - Ego fui memor, & recordatus sum dierũ antiquorum, & præteritorum, & meditatus sum in oibus operibus tuis, quæ fecisti in tempore antiquo, & in factis manuũ tuarum meditabar, quia semper consueuisti miseris subuenire. Nam liberasti me de dilunio, & filios Israel de seruitute ægyptiaca, & de submersione in mari rubro, & plusies eis manna de cęlo, & eduxisti aquam de petra, & multoriens liberasti eos de manu inimico rum tempore iudicium, & remisisti ipsi Dauid peccatum adulterij, & homicidij per poE nitẽtiã, & remisisti pctã multa ipsi Magdalæ, & pepercisti latroni in extremis &c. Et ideo memor omnium istorum confidens de tua

A tua consueta misericordia expandi ad te manus meas omni alio auxilio destitutus, & tãquã aridus, & siccus. Nã anima mea sine gratia est facta sicca, & arida tibi. i. in conspectu tuo: sicut terra sine aqua, quæ nullo mõ põe fructificare nec plantas germinare, sic anima mea sine tua gratia facta sicca, & in epta nullo mõ põe vitare peccata, nec opera meritoria facere. Et ideo velociter exaudi me ne peream: quia iam defecit spiritus meus nisi per gratiam vivificetur, & resurgat, & recuperet vitam q̃ perdidit p̃ peccatum. Et iõ nõ auer negando: quia si tuam faciem auerris sicut auersisti à fuda proditore, tunc ero similis diabolis, & damnatis descendentibus in lacum infernum: ergo non auertas, sed aduerte, & conuerte, & flecte faciem tuã ad me: & respice me sicut respexisti Petrũ, & Magdalenam & latronem. Nã conuersus ad mulierẽ Magdalenam dixisti: Remittũtur tibi pctã tua. Et conuersus ad latronem dixisti. Hodie mecum eris in paradiso. Ergo conuerte faciẽ tuã ad me, sicut conuertisti ad illos, vt non sim similis descendentibus in lacum: sed similis ascendentibus in cœlum. Et audiram hac mihi mane misericordiam tuam. i. fac vt ego audiã vocem misericordiæ tuæ: sicut audiuit Cananea & Magdalena, & latro, & audiam q̃ dicas mihi fiat tibi sicut vis: sicut dixisti Cananææ: & remittuntur tibi peccata, sicut dixisti Magdalenæ: & nec ego te condemnabo, sicut dixisti mulieri adulteræ. Fac mihi ergo mane. i. per pœnitentiam auditam misericordiam tuam sicut fecisti omnibus supradictis, quia ego in C te speraui, & non in altero. Nam considerando, & meditando, q̃ in omnibus supradictis subuenisti, & pepercisti, & pctã remisisti: iõ in te speraui liberari, & in te spem, & fiduciam posui, vt mihi remittas sicut, et illis. Et ideo nouã fac mihi viam pnẽ in qua ambulem, vt possim perficere pniam. Quasi dicat, postq̃ & dixi mihi gratiam puenientem, vt velim facere pœnitentiam: da mihi gratiam cooperantem, vt perfequar, gratiam perficientem, vt p ficiam pœnitentiam, & gratiam confirmatã, vt possim deinceps ambulare immaculatus in via, & lege tua: qm̃ ad te leuaui, & leuare intendo animam meam per contemplationẽ eiũdo, vt me semper in tali gratia cõseruet. Esto ergo me de inimicis meis tam visibili bus quam inuisibilibus, ne amplius incidam in peccatum postquàm egero pœnitentiam, quoniam semper ad te confugi, & confugere, & recurrere intendo in omnibus operationibus, & periculis meis. Et ideo doce me facere voluntatem tuam, legem euangelicam obseruando, & in me gratiam inspirando, vt possim mala cauere, & bona operari: quia Deus meus, & protector, & rector, & gubernator es tu. i. te in gubernatorem, & directorem accipio. Sed quia tu hoc non facis nisi per latẽtem inspirationem spiritus sanẽti tui, qui in animas hominum se transfert, & inspirando gratiam, & disponendo eos per gratiã amicos Dei, & sanctos, & prophetas, & bonos, & iustos facit. Ideo mitte illum spiritũ tuum bonum, & ille spiritus tuus bonus dededucet, & diriget me in terram rectã viuentium per viam rectam legis euangelicæ. Et sic per istum spiritum bonum viuificabis me in æquitate tua i. facies me viuere per gratiam secundum iustitiam tuam euangelicã. E Et hoc facies propter nomen tuum, quod est saluatuor: eo q̃ talus idem est quod vita integra, & ęterna, sicut dictũ est ps. 8. Ergo si tu es Ies', & saluator, & dator salutis: ergo ad te pertinet viuificare, & iustificare. Et sic propter nomen tuum Iesus, quod est nomen salutis, & vitæ perfectę, viuificabis me in æquitate, & iustitia tua. Et si omnia supradicta egeris. i. si exaudieris me, & conuerteris faciem misericordiæ tuæ ad me, & feceris mihi auditam misericordiam tuam, & docueris me facere voluntatem, & spiritus tuus bonus deduxerit me per viam rectam, & tu viuificaueris me à peccato per gratiam, & pœnitentiã propter nomen tuum: tunc educes animam meam de tribulatione mortis, & peccati seruitute: & sic disperdes omnes demones inimicos meos, & fugabis eos à me, qui ante F mihi dominabantur, & me in seruitute tenebant: quia adueniente gratia fugatur peccatum cum diabolo autore suo. Et sic in præsenti disperdes, & fugabis inimicos meos à me, sed in die iudicij perdes, & damnabis omnes demones, qui in hac vita tribulant animam meam. Quasi dicat: nunc disperdes, & fugabis me per pœnitentiam meam: sed tũc perdes, & damnabis eos cum dices. Ite male dicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius &c. Sed ego seruus tuus sum, & intẽdo esse in æternum, vt sim de numero istorum quibus dices. Venite benedicti patris mei &c.

Tota etiam ista vltima, & quarta pars po

Universidad de Deusto
Biblioteca

A test legi deprecatiuè, vt sit sensus. O dñe Iesu Christe educ de tribulatione peccati aiam meam per pœnitentiã, & dispersde diabolos inimicos meos, vt fugiant à me. & p̃des eos in die iudicij: quia ego seruus tuus volo esse & non seruus peccati, sicut fui vsque modò, & ante pœnitentiam factam.

Ex toto isto psalmo tàm fm expositionẽ propheticam, quam moralem possunt recolligi decem conclusiones.

Prima conclusio, q̃ nullus hõ viuens põt iustificari de se apud Deum in hac vita, nec cum eo contendere probatur. Quia nil veritatis, & iustitiæ habet homo de iure suæ naturæ nisi solum peccatũ, & penalitates eius.

Secũda conclusio, q̃ antiquus serpens inimicus humanę naturæ persecutus est primũ hominem in principio tentando ipsum mediante muliere, & p̃ efim ligni prohibiti decepit ipsum in mortem corporis, & animæ, sic homo necessario factus est mortalis, & passibilis, & morbo concupiscentiæ in carne corruptus, ex qua corruptione spiritus sem̃p anxiatur à carne, & totus ordo fuit in eo p̃turbatus, quem morbum, & corruptionem, & necessitatem moriendi, & patiendi Adam transtulit in omnes posteros.

Tertia conclusio, q̃ eundem ordinem seruat diabolus in tentando oẽs homines, quẽ tenuit in tentando primos parentes. Nam si cut ibi primò tentauit Euam incipiendo à parte fragiliori: & postea Eua seduxit, & tentauit virum: sed cũ vir cõsentiens mulieri comedit fructum vetitum fuit peccatum cõsummatum, p̃ quod introiuit mors in orbem terrarum: Ita pariter diabolus primò mouet sẽsualitatem in quolibet homine obijciendo ip si aliquod delectabile, vt vtile apparẽs bonũ, & tunc sensualitas obijcit, & suadet volũtati & rationi, vt sequatur, & admittat, si autẽ voluntas rationalis consentit sensualitati, tunc peccatum est consummatum, q̃ quidem peccatum p̃cipitat hominem in mortem spiritualem, & manet spiritus hominis anxiatus, & p̃turbatus à culpa peccati. Et sic pater qualiter diabolus plantauit concupiscentiam in sensualitate loco ligni, phibiti: cuius fructus sunt luxuria, & auaritia, id est concupiscẽtia carnis, & pecuniarum, & honorum, & vindictæ &c. quæ occidit hominem.

Quarta conclusio, quòd anima sine gratia Dei est sicut terra sine aqua: quæ non potest fructificare.

Quinta conclusio, q̃ anima nostra viuit p̃ gratiam: & ideo deficiente gratia deficit spiritus vitæ in ea.

Sexta cõclusio, q̃ omnes illi, à quibus deus auertit faciem negando gratiam, descendunt in lacum inferni.

Septima conclusio, q̃ lex euangelica quã Christus tulit, docet viam in patriam, & facere diuinam voluntatem.

Octaua conclusio, q̃ pater, & filius per spiritum sanctum spirauit apostolis dona grãtum, & dirigit omnes iustos in terrã rectam, & dirigit omnes iustos in terrã rectam.

Nona conclusio, q̃ Christus per prædicationem apostolorum, & baptismum dispersit & fugauit diabolum de mundo, & de simulacris idolorum.

Decima conclusio, q̃ Christus p̃dit, & destruit peccatum in quolibet pœnitentiæ per pœnitentiam, & ecclesiasticæ sacramenta.

Sed contra primam conclusionem arguitur: in quia fundatur tota sententia huius p̃. vbi dicitur, q̃ nullus viuens se potest apud Deum iustificare, & videtur, quòd illud dictũ prophetæ non sit vr verum. Nam Ioannes Baptista, & sancti Innocentes, de quibus dicitur in Apoc. q̃ sine macula sunt ante thronũ Dei, & multi alij, quì nũquam actualiter peccarunt possunt iustificari apud Deum, & eo in iudicio contendere. Item virgo Maria non solum, potest se iustificare apud Deũ de p̃cto actuali, & veniali: sed ẽt de originali: q̃ nũquam habuit: nec ad ipsam transiuit: vt probarum fuit psalmo 45. igitur conclusio falsa. In oppositum est propheta in p̃dicto psalmo dicens. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Respõdetur, quòd noster dicit propheta. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Nam licèt multi possint iustificare se apud homines de peccatis, quæ non commiserunt, & intrare secum in iudicium, & contendere cum iudice defendendo suam iustitiam: tamen apud Deũ nullus potest se iustificare à peccato de iure suæ naturæ.

Ad cuius intellectum est notandum, quòd licèt homo possit iustè defendere apud quemlibet iudicem ea, quæ sunt de iure naturæ: habet iudicem ea, quæ sunt de iure naturæ: men non semper ea, quæ sunt largita ex mera gratia siue gratis. Nam si aliquis naturaliter seruus liberatur gratis à domino, & vltra liberrarem recipit aliqua bona temporalia ab illo domino, licet apud alios possit defendere iustè suã libertatem, & illa bona collata tamen

A tamen hæc nõ posset defendere in iudicio apud dominum: quia non potest se negare esse seruum à natura, & liberatũ per gratiam, & dominum posse sibi auferre omnia bona collata postq̃ retinuit sibi tale ius. Et sic licèt talis seruus libertati donatus cũ ceteris possit cõtendere in iudicio suã iustitiam allegãdo, & defendendo: tñ non cum domino nec apud dominũ ita pariter est dicendũ. Nã cũ in Adã oẽs posteri fuerint ppetuæ seruituti pœnæ obnoxij & obligati, & mancipati, & ĩcurrerint corruptionẽ naturæ, per quam liberũ arbitrium est vulneratum, & claudicatũ, & libertas benè agendi amissa, & necessitas peccandi inflicta: vt probat Aug. libro de perfectione iustitiæ hominis, & sic nulla manet iustitia in hoĩe, nisi p̃ gratiã donetur & perficiatur. Ergo sequitur, q̃ nullus homo viuens apud Deũ põt allegare aliquã iustitiã, ppriã de iure suæ naturæ, quia oẽs iusti fuerunt ab illa seruitute per gratiam, & per iustitiam fidei xpi liberati. Et sic licèt innocentes, & multi sancti viri non commiserint multa peccata, & scelera actualia, & fecerint multa bona, non est eis apud Deum simpliciter imputandum, quia hoc non fecerunt ex propriis viribus, nec ex natura sua corrupta, sed ex gratia Xpi præueniente, & præseruante à peccato, & impellente ad bona facienda: quia si fuissent relicti in sua natura corrupta peiora facinora potuissent perpetrare quàm Nero, & Iudas &c. Et ideo dicit Augustinus in homilia de peccatrice, & Pharisæo: q̃ nõ est peccatum, quod fecit homo, quin faciat alter homo, nisi iuuetur a Deo à quo factus est homo. Item idem in libro de virginibus, dicit, q̃ virgines non possunt in se gloriari si seruant virginitatem, & vitarunt vitia carnis, nec debent minus diligere Deum si non recipiũt, nulla sũt eis peccata multa sicut mulieri peccatrici, & latroni, quia licet Deus non remisit eis peccata, quæ non commiserunt tamen remisit eis omnia peccata quæ commiserunt: si Deus per gratiam eos non præueniret, & in sua natura corrupta dereliquisset, ideo concludendo dicit Augustinus. Deprecate vobis à Deo esse dimissum quicquid à vobis non est illo regente commissũ. &c. Item licet oẽs supradicti sancti possent gloriari apud homines se non peccasse actualiter, tamen non possent gloriari se non fuisse obnoxios culpæ originali, vt inquit Augustinus secundo de baptismo parvulorum: & libro de natura & gratia. Item licèt virgo Maria nunquam habuerit in persona peccatum originale: tamen hoc non habuit ex propria natura, sed ex gratia Christi præueniente, & sanctificante ipsam in primo instanti sui esse: quæ prohibuit, ne peccatum naturæ transiret in plonã. vt dictũ est ps. 45. & 140. licèt fuit per gratiam præseruata. Et sic patet, q̃ nec virgo Maria potest introire in iudicium apud Deum alligando naturalem iustitiam, cum ipsa secundum naturam fuerit obligata cum cæteris in Adam. Ex quibus omnibus patet, q̃ nec iusti, nec peccatores possunt intrare in iudicium cum Deo. Nam peccatores non possunt conqueri de Deo, nec imputare Deo scelera sua, sed sibiipsis, & naturæ suæ corruptæ: quia Deus bonam naturã creauit in Adã, sed ipse peccator corrupit eam, & sic vnusquisq; tractus, & illectus à cõcupiscentit sua peccat. quia Deus actor malorũ nõ est. Iacobi primo, nec iustus põt gloriari de iustitia sua: quia nõ est currentis, nec volentis, sed Dei miserẽtis. Et sic ò Deus: nunq̃ iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuens.

PSALMVS. CXLIII.

Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium. & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.

Protectos meus & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.

Titulus, Psalmus Dauid. Hieronymus in prologo huius libri dicit: q̃ Dauid fecit hunc psalmum quando stetit contra Goliath. iõ in aliquibus bibliis additur ista paruula, scilicet. Psalmus Dauid cum stetit contra Goliath. Vnde legitur primi Reg. 17. q̃ cum venissent Philistęi contra Saul, & filios Israel ad requã prælium committerentur surrexit Golias Getheus de genere giganteo, & incepit blasphemare verbis & cõtenere Deũ Israel, & legem Moisi, dicens. Eligite ex uobis viũ & descendat ad singulare certamẽ, qui si pertusserit me, erimus vobis serui, & si percusserit eum, vos seruietis nobis &c. contra quem Dauid imenis venit indutus armis regalib. ipsius Saul, sed cum non esset talibus armis assuetus exutus illis armis cepit quinq; lapides de torrente, & posuit in pera, & exiuit cõtra Getheum in baculo, & funda. Golias autẽ erat munitus casside ferrea, & lorica ærea, & lancea robusta grandi ad modum licia torij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A contra quem Dauid proiecit lapidē in noīe dñi,& infixit eū in fronte ipsius Goliæ:& deiecit ad terram,& proprio gladio euaginato caput ipsius Goliæ amputauit:quo visto Philistei prostrati sunt:& dispersi fugerunt,&sic Dauid liberauit Israel de opprobrio seruitutis.& vindicauit iniuriam Dei.Per hoc,& p hanc victoriam ꝓuidit Dauid in spiritu,& revelatione totum mysterium pugnæ Xpi cū diabolo. Nam sicut Dauid adolescens vicit Goliam,& abstulit ipsi caput, & liberauit Israel à seruitute,& subiecit Philisteos,ita Xps depositis armis regalibus.i.occultata diuinitate,apparens in humanitate congressus est cum diabolo:& cum pera,& lapide obedientiæ,& patientiæ,& humilitatis se obiecit cōtra diabolum,& abstulit ipsi caput.nam primò abstulit ipsi gladium quo erat armatus,
B & præcinctus, & solebat interficere oēs homines,q̄ quidem gladius erat peccatum originale,quo omnes vulnerabat diabolus.& sibi subijciebat. hunc gladium abstulit Christus & cum eo ipsum decapitauit.& abstulit ipsi caput.i.ptātem,& sic liberauit genus humanum,& subiecit populum gentilem ad fidē. Vnde baculus Christi in illo certamine fuit crux:& lapis fuit humilitas,& patientia.vnde Dauid prēuidens hoc mysterium post habitam victoriam. & dum fuit in quiete fecit hunc psalmum.In quo Dauid quatuor facit. Nam primo agit Dauid gratias de victoria habita contra Goliam.Secundo petit aduentum Christi,vt veniat ad pugnam contra diabolum.quam ipse prævidit in spiritu per pugnā suā,& victoriā. Tertiò promittit se gratias actūrū.Quarto petit,vt liberetur eccle-
C sia de persecutione tyrannorū,& hęreticorū. Secundū ibi.Dñe inclina.Tertiū ibi.Deus cāticū Quartū ibi.Et erue me. Dicit ergo Dauid.Benedictus sit dominus Deus meus,qui docet,& docuit manus meas ad ꝓlium cōtra Goliam : & direxit digitos meos ad bellum cum essem adolescens,& inexpertus,& insuetus in armis:nam ego non erā sufficiens nisi ipse me direxisset:& iō ipse est misericordia mea,& refugium meum : ad quē semper refugio.& ipse est susceptor meus in omni cā sua:& liberator meus de omni periculo: quia ipse ex sola misericordia sua,& non meis meritis me liberauit. Et probo,q̄ hoc factū est ex Dei misericordia,& nō meis viribꝫ. Nam

Domine quod est homo quia innotuisti ei? aut filius hominis,quia reputas eum?

Id est,quid sum ego cum sim adolescens,D & rusticus,& pauper,cui tam grādem victoriam innotuisti, & tam grande mysterium innotuisti,& revelasti:nam ꝓ meam victoriā de Goliā revelasti,& innotuisti mihi victoriā quam tu es habiturus de diabolo in cruce : qua revelatione ego non sum dignus meis meritis. Aut quid sum ego filius hominis,sicut licet filius Esai:quia reputasti in me in tanto honore supple tantam victoriam tribuēdo, & quod maximum est tam magnum misterium mihi revelando?& sic loquitur de se in tertia persona. Et subdit.

Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt.

Nam homo in sua natura,& in suis viribꝫ destitutus vanitati similis factus est,& fragilis,& mortalis.nā dies eius sicut vmbra prætereunt.Ex quo patet,ꝙ Dauid se reputat E indignum tanta victoria,& revelatione tanti mysterij futuri per Christum. Potest etiam dici,quod hic Dauid loquitur in ꝑsona corporis mystici.nam per hoc mysterium,& victoriam suam,quam habuit cōtra Goliam, prævidit etiam in spiritu qualiter Christus in aduentu suo debebat nos ita armare,vt & vinceremus diabolum,& conculcaremus.nā Christus dedit nobis primo baculum fidei, & spei. cum quo audemus ire contra diabolum,& lapidem fidei, quem ipsi obijcimus, & cum eo ipsum occidimus. Et dedit nobis gladium caritatis,quo caput, & potestatem eius abscidimus.Quam victoriam figurauit ꝙ suam ꝓuidit.Ideo dicit totum corpus mysticum.Benedictus dominus Deus &c. quia tantam misericordiam,& dilectionē hominis ostendit.& tantam dignitatem ipsi cōcessit, F cum homo sit fragilis,& parui momenti,& pro hoie,qui est tam parui ꝓtij velit de cęlo descendere &c.ideo ait.Quid est homo &c.

Domine inclina cœlos tuos,& descende: tange montes,& fumigabunt.

Fulgura coruscationem,& dissipabis eos: emitte sagittas tuas,& conturbabis eos.

Emitte manū tuā de alto:eripe me,et libera me de aquis multis:et de manu filiorū alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem,& dextera eorum dextera iniquitatis.

Hic petit aduentum Christi sibi revelari, nam postquam aduentus Christi ad pugnā dum,& vincendum diabolū,& liberandum nos de potestate eius innotuit ipsi per revelationē,& figuram suæ victoriæ de Goliā,ꝙ

Dominus Iesus ædificans per redemptionem Hierusalem. s. ecclesiam fidelium, & desponsans eã sibi congregabit dispersiones Israelis id est à quatuor ventis cõgregabit exules filios Adam ex Iudaismo, & gentilitate, & faciet eos in ecclesia filios Israel spirituales secundum promissionem.

Qui sanat contritos corde: & allegat contritiones eorum.

Christus etiam per eandem virtutem passionis sanat contritos corde, & pœnitentes ab infidelitate cuiuslibet peccati, & alligat contritiones, & fracturas eorum cataplasmate, & medicina sacramentorũ, & sic facit eos filios Israel licèt essent ante gentiles, & alieni, & idololatriæ.

C *Qui numerat multitudinem Hellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

Tertiò Christus numerat multitudinẽ stellarum &c. Ista enim multitudo stellarum est numerus electorum, & prædestinatorum, quẽ in figura ostendit dominus Abrahę. Gen. 15. cum dixit. Suspice cœlum, & numera stellas si potes: sic erit semen tuum. Item Gen. 22. Multiplicabo semen tuũ sicut stellas cœli, & sicut arenam, quę est in littore maris &c. quẽ numerum solus Christus nouit: vt dictum est supra psal. 138. Ideo iterum dicit hic Dauid de Christo. Qui numerat multitudinem stellarum. i. numerum electorum, & prædestinatorum, & omnibus eis nomina vocat: vt ipse Xps ait Io. 10. Ego cognosco oues meas &c. Nã bonus pastor vocat eas nominatim &c. D Vnde sicut Deus electos omnes ab æterno prædestinauit, & elegit: ita ex tempore omnes vocat nominaliter, & iustificat, vt ait apostolus ad Ro. 9. Quos prædestinauit hos, & vocauit, & iustificauit. Ex quo patet. q̃ Xpo est datum, & conuenit numerare multitudinem istarũ stellarum, & vocare nomina eorum. Ideo sequitur de Christo.

Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usquequaque ad terram.

Maximè inquantum Deus &c. Quã magnitudinem, & sapientiam ostendit Xps dominus: qui suscepit mãsuetos, & humiles corde ad ecclesiam, & fidem, & vitã, quos exaltauit in gloria, & humiliauit pctõres superbos, & obstinatos vsque ad terrã, & centũ in E ferni ad pœnam perpetuam. Nã primò fundauit apostolos, & discipulos ex iudæis, & constituit eos principes super oẽm terrã, & sua ram destruendo eorum ciuitatẽ, & regnũ, & sacerdotium, & etiam vsq; ad infernum, & sic deiecit eos in corpore, & anima.

Præcinite domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara.

Hic excitat ecclesiã ad laudẽ Xpi propter beneficia donorum, & gratiarum, & sacramentorum ipsi collata ad eẽ scam, & cibũ, & vitã animæ. Dicit ergo: ò vos fideles præcinite. i. pcipuè, & specialiter canite dño in cõfessione laudis, & psallite dño in cithara fidei, spei & caritatis: quę sunt tres cordæ ipsius citharę, sicut decem præcepta sunt decẽ cordæ psalterij, ideo non solum cantate voce, sed corde, & opere ipsi Christo.

Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.

Nam sicut cœlum obtegitur nubibus, sed nubes constructæ, & cõpressæ emittunt pluuiam in terram: ita Deus obtexit scripturam veteris testamenti nubibus figurarum, & cerimoniarum, sed venit Christus, & cõpressit nubes virtute donorum spiritussancti, & misit, & parauit pluuiam intelligentiæ, & sensus scripturarũ aperuit nobis per se, & per apostolos suos, dando eis dona spiritussancti, & cætera. Item Christus obtexit sacramenta ecclesiastica nubibus sensibilium formarum, & tamen pluunt nobis pluuiam intellectibilis gratiæ, dum sacramenta ecclesiastica compre-

A hensa, & credita per fidem, & cõpressa per caritatem. Et ideo sequitur.

Qui producit in montibus fœnum, & herbã seruituti hominum.

Nam Christus ex tali pluuia sacræ scripturæ producit in montibus. i. in apostolis, & doctoribus fœnum, & bonam herbam pascualẽ doctrinæ ad seruiturẽ. i. vsum, & cibũ hominũ simpliciũ. Nã apostoli, & doctores, & prælati pascũt homines, & oues simplices illa herba doctrinę. Itẽ pascũt etiã simplices illa herba, & esca, & gratia sacramẽtorũ pura eucharistiæ, & cæteorum. Ideo sequitur.

Qui dat iumentis escam ipsorum, et pullis coruorum inuocantibus eum.

Qui dat iumentis. i. populis simplicibus, & quibus Christi, qui sunt iumẽta. i. adiumẽ- B ta ecclesiæ: quia laborant pro ecclesia: vt tem poraliter ipsi prouideãt: escã spũalẽ. s. eucharistiã, & cætera sacramẽta, quæ est esca ipsorũ iumẽtorũ, sicut habetur in litera Hie. qui dat iumẽtis panẽ suũ, iõ ly ipsorũ refertur ad ly iumentis, & dat etiam escã pullis coruorũ in uocantibus eum. Vnde est aduertẽdũ, q̃ pulli coruorũ quãdo egreditur ab ouo sunt albi per aliquot dies, & ideo parentes dimittũt eos putantes non esse filios suos vsque quo fiunt nigri, & sic illi pulli per illos dies semp habent ora aperta versus cœlum, & pascuntur rore cœli per quod figurantur gentiles ad fidem Christi conuersi, nam cum sint filij infidelium, & nigrorum per peccatum, & infidelitate: in, tamen ipsi renati sunt albi, & puri per fidem, & regenerationem baptismatis. Et licet rales fideles cõuersi fuerint priua- C tẽ hęreditate tẽporali, & bonis tẽporalibus à parẽtibus infidelibus: vt patet de Cæcilia, & Agata &c. tñ Xps pauit eos in ecclesia ista bonis gratiæ sacramẽtorum, & doctrinæ legis, & gloriæ in futuro: iõ dicit, & dat escam pullis cornorũ. i. filijs infidelisũ ad fidẽ cõuertis innuocãtibus eũ, quibus nõ defuit gra Xpi, quia Deus non acceptat diuites huius sæculi, & robustos corpore nec magnates nec sapientes ad ecclesiã, & gratiã suã, & vitã æternam, sed mites, & humiles corde, & timentes eum, & istos vocauit, & his dedit prædictã escam, & gratiam licèt sint priuati bonis tẽporalibus: quia rales sunt Deo cari, & accepti ad vitam æternam, ad fruendum illa esca cę lesti. Ideo sequitur.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri bene placitum erit ei.

Beneplacitum est domino super timentes eũ & in eis, qui sperent super misericordiam. D

Idest. Christus non eliget principes, & reges ad apostolatum nec ad gloriam, nec erit ei beneplacitum in tibijs viri. i. in fortitudine corporũ, quia à nobis nõ quærit ista, sed fortitudinem spiritualem, & humilitatem, & timorem: ideo sequitur: Beneplacitũ est domino super timẽtes se, & in eis, qui sperãt super mĩa. i. de mia eius. i. nõ acceptat superbos, & potẽtes huius sæculi, nec cõfidẽtes in viribus suis, sed timẽtes eũ, & humiles, & pœnitẽtes, & iustos: qui nõ ponunt spẽ in diuitijs, & bonis temporalibus: nec confidunt de viribus suis sed constituunt spem suam in Deo, & sperãt in misericordia Dei, & confidunt de eo, omni auxilio humano, & temporali postposito.

PSALMVS. CXLVII.

E

Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Syon.

Iste ps. licèt in hebræo sit omnino sine titulo, tamen de se monstrat, q̃ est alleluiaticus: eò q̃ incipit ab alleluia. s. lauda Hierusalẽ &c. iõ in quibusdã bibliis præponitur alleluia, vt titulus, & quia videbatur aliquibus, q̃ iste ps. videtur memorare reædificationẽ ipsius Hierusalẽ post relaxationẽ captiuitatis Babylonicæ factam per Aggeum, & Zacariã: iõ præponitur Aggei, & Zacarię cũ alleluia. Sed talis expositio videtur inutilis. Nã manifestum est, quod Hierusalem post reædificationem nunquam fuit in tanta pace nec prosperitate: imo semper fuit in tribulatione, & litigio, vt patet in libris Esdræ, & Neemiæ, & Machabæorum: nisi velint dicere, quod illa reædificatio fuit figura ædificationis ecclesiæ, & renouationis peregrinationis p Christum futuræ, vel quia in illa Hierusalem, & Syon terrena erat incipienda, & ineoanda ecclesia Christi, & quia ad illam erat Christus venturus, & in ea vniuersalem ecclesiam incepturus per suam prædicationem, & mortem, & passionem, & resurrectionem &c. Ex quo patet, q̃ Dauid inuitat ad laudandum Deũ Hierusalẽ, & Siõ spũalem, in qua sunt bona spiritualia hic memorata, vt patebit, quæ ecclesia a Christo recepit in eius aduentu: quæ quidem bona futura in ecclesia Dauid præuidit in spũ: iõ excitat ecclesiam ad gratiarum actiones, & laudẽ pro tãtis, & tot beneficijs receptis. Iõ primò excitat ad laudem. Secundò dat rationẽ quare ecclesia debet Christum laudare enumerando benefi- F

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia ibi. Quoniã cõfortauit. Dicit ergo primò O Hierusalẽ i. ecclesia, quæ verè es vilio pacis: lauda Xp̃m dominũ tuũ in suo aduentu, & ò Siõ vera, ex qua, & de qua Deus videtur & speculatur, lauda Xp̃m Deũ tuũ: quia ipse est dominus, & Deus tuus per spũalẽ cultũ, quia in te sola, & nõ extra colitur Deus, qa ad te vẽturus est in carnẽ, & multa bona collaturus, iõ præcipuè ipsum laudare teneris. Itẽ ẽt tertiò cõcitat oẽs ciues cœlestes, & illã Hierusalẽ, & Syõ cœlestẽ, vt laudẽt dominũ Deũ in sæcula sæculorũ cũ gloria, & felicitate. Et põt ẽt dici, qp primò Dauid excitat ad gratiarũ actiones illã Hierusalẽ materialem, vt agat Deo gratias, eò qp Christus in eam erat venturus, & in ea totum mysteriũ nostræ redemptionis operaturus, & in ea Hierusalem spiritualem ædificaturus, & oĩa bona spiritualia infra memorata collaturus: qa ibi omnia ista dona fuerunt data, & incoata. Et exinde exhortatur ad gratiarum actiones Hierusalem spiritualẽ ex illa Hierusalem materiali exortam, & toto orbe diffusam, in qua perseuerant oĩa ista bona spiritualia. Et ex cõsequenti excitat ad huiusmodi laudem Hierusalem supernam, in qua in æternum perseuerant bona gloriæ.

Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittis eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Hic reddit cãm hmõi laudis, & enumerat omnia bona, quæ ecclesia Christi recepit in aduẽtu eius. Ad cuius intelligẽtiã est notandũ, qp ad felicitatẽ, & nobilitatẽ ciuitatis inter cætera sex requirũtur. Primò, qp sit bene murata. Secũdo, qp sit fortissimis portis, & seris clausa. Tertiò, qp sit frequẽtia ciuũ populate. Quartò, qp sit bene armata. Quintò, qp sit copia victualiũ munita. Sextò, qp sit copia aquarũ abũdãs. quibus omnibus istis sex munitionibus Christus dotauit ecclesiã suã in aduentu suo. Nã primò muniuit ipsam triplici muro inexpugnabili. f. fide, spe, & caritate. Secundò fortissimis portis ecclesiasticorũ sacramẽtorũ. Tertiò frequẽtia ciuiũ, & filiorũ fideliũ. Quartò fortissimis armis donorũ spũsãcti. Quintò abũdãtia cibi spũalis sacramẽtã eucharistiæ, & aliorũ spũaliũ bonorũ. Sextò abũdãtiã aquarum intelligentiæ sacræ scripturæ ad potãdã, & reficiẽdã animã. Hoc ergo præuidẽs Dauid in spiritu fecit hunc ps. in quo enumerat oĩa supradicta sex bona: & invitat ecclesiã ad laudãdum Deum pro talibus bonis receptis. Dicit ergo Dauid. O Hierusalẽ lauda dominum: quoniã ipse Christus cũ ædificauit te, confortauit taliter, & fortificauit seras, & vectes portarum tuarum. f. ecclesiasticorum sacramẽtorum, qp portæ inferni nunquã prævalebunt aduersus te. Nã sicut 7. vitia capitalia sunt portæ inferni, per quas intrãt dãnatitia sacramenta sunt portæ per quas intrãt fideles ad ecclesiã, quæ sacramẽta destruunt portas inferi, & abolẽt earum culpas: iõ sequitur. Benedixit filijs tuis in te. Nã peccatores, qui iper 7. vitia erant maledicti, & extra Hierusalem, sunt benedicti à Xpo, p sacramenta ecclesiastica, & facti ciues, & filij huius Hierusalem, in qua benedicuntur omnes fideles &c. qui quidem Christus posuit pacem tanquam muros tuos, quæ quidẽ pax est fides informata caritate, ex qua sequitur firma spes, & sic nihil põt tibi nocere. Nã ista fides, & caritas firmat, & vnit filios tuos cum Christo capite: ideo finis eius est pax. Et postquam prouidit tibi de fortitudine morum, sic voluit etiam tibi prouidere de usualibus, & cibis spiritualibus. Nã primò sumitur &c. ideo sequitur, & adipe frumenti. uidit de pane eucharistiæ, in quo corpus Xpi i. pinguedine spiritualia corporis Christi sub forma panis satiat te, & reficit quò ad ãiam, & dat tibi vitam spiritualem: & ad potandũ dat tibi aquam sapientiæ, & intellectus scræ scripturæ: iõ sequitur, qui emittit eloquium suum terræ, i. legem euangelicam à Christo prolatam, quæ in breui fuit predicata per vniuersum orbem ab apostolis, & sic velociter dilatata est ecclesia p totũ mũdũ, iõ sequitur: qui emittit verbũ suũ euãgelicũ terræ. i. toti orbi terrarũ per apostolos, & discipulos suos, & hoc nõ pigre, sed velociter currit sermo eius. Nam in breui tempore in omnem terram exiuit sonus, & prædicatio apostolorũ, & fines terræ verba eorum. Nã Matthæus prædicauit euẽgeliũ in Aetiopia, & Bartolomæus in India, & Andreas in Scythia, & Petrus, & Paulus in Europa. Et sic velociter cucurrit sermo Xpi per universum mundum, ut patet in historiis apostolorũ.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas eius: ante faciem frigoris eius quis sustinebit.

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius & fluent aquæ.

Quia dixit, qp Christus dedit nobis corpus suum in cibum: & sermonem suum. i. doctrinam euangelicam in potũ, qui velociter curritur per mundum: iõ hic demonstrat eminentiã, quã tenet lex euangelica supra veterem, quantũ ad clarit atem, & vtilitatem. Vnde est aduertendum, qp scriptura ve. test. habet tres respectus respectu legis euangelicæ. Nã ipsa est coagulata, & frigida vt nix. Secundò sparsa, & obscura vt nebula. Tertiò coagulata, & frigida, & indurata vt glacies. Nã sicut nix, licẽt sit aqua, tamen est coagulata propter frigiditatem, iõ mutat colorẽ, quia est alba, & volatilis sicut lana, & sic licẽt sit aqua, tamen propter frigiditatem, & coagulationẽ sit impotabilis, & inutilis: ita pariter scriptura veteris testamenti sicut iacet videtur frigida, & impotabilis, & inutilis. Itẽ sicut nebula licẽt sit quædam aqua, tamen quia non est coadunata, sed sparsa per vapores, obscura: ideo est impotabilis, & inutilis, ita pariter scriptura veteris testamenti est obscura de se, & sparsa si ad litteram intelligatur, quia non videtur consona rationi: nec verba inter se consonare: nec aliquam vtilitatẽ afferre, aut patet in libris Moysi, & prophetarum, & in cerimoniis legalibus, & sic est inutilis, & impotabilis sicut nebula. Itẽ sicut glacies licẽt sit aqua: tamen quia est summe frigida, & indurata, iõ redditur impotabilis, & inutilis. quia nullus potest sustinere eius frigiditatem, & duritiem: ita pariter scriptura veteris testamenti de se est frigida, & dura ad intelligendum, & etiam cerimoniæ sunt duræ ad seruandum, & sustinendũ: sicut dicit beatus Petrus Actuum 15. Quid tentatis imponere iugũ super ceruices discipulorũ: quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus? & sic redditur de se inutilis, & infructuosa. Ex quo patet, quòd licẽt nix, & nebula, & crystallus siue glacies sit aqua: tamen propter eius indispositiones redditur inutilis, & impotabilis, tamen quando flat Auster, vel Zefyrus, qui est calidus, & humidus, resolui niues, & nebulam, & glaciem in aquam, & tunc illa aqua est, & redditur vtilis ad potandum. Ita pari ratione licẽt scriptura veteris testamenti nihil aliud sit nisi veritas euangelica sub figuris, & ænigmatibus, & cærimoniis, & indurata, & obscura: tamen redditur inutilis, & infructuosa nisi resoluatur per calorem, & flatum spiritus sancti. ideo Deus misit verbum suum. f. Christum qui liquefecit nobis niuem, & nebulam, & glaciẽ scripturæ veteris testamenti remouẽdo frigiditatem, & tenebras, & duritiem ab ea: cũ aperuit a postolis sensum, & scripturas, & sic post ascensionem suam Christus misit spũm sanctum supet eos: qui flatu suo calido resolui t, & liquefecit duritiem legis, & lumine suo fugauit obscuritatem, & sic resoluit niuẽ, & nebulã, & glaciẽ in aquã potabilẽ, quæ dicitur lex euangelica: quæ nihil aliud est nisi aqua fluens, & liquefacta ex illa nebula, & glacie, & niue. Et hanc aquã promisit Christus ad potandũ mulieri Samaritanæ. Ioã. 4. Et hanc dedit tori ecclesię in potũ salubrem in uitã spiritualem, & ętetnã. Et hoc est, quod dicit Dauid. qui. f. Deus dat legẽ veterẽ supple quasi niuẽ frigidã coagulatam, & uolati lem tãquã lanã, & ad modũ lanæ. & nebulã, & obscuritatem eius spargit sicut cinerem, & iõ erat inntilis lex, & amara, & obscura sicut cinis, & mittit crystallum, & glaciem legis sicut buccellas, & frusta dura, & impotabilia: cuius frigus nemo põt sustinere nec bibere eã: p p frigiditatẽ, & duritiem: iõ subdit: ante faciẽ frigoris eius. f. legis sic duræ, & cõgelatæ: quis sustinebit; q. d. nullus poterit eã bibere sic cum tali dispositione: nisi liquefiat nobis, & aperiatur sensus eius, & remoueatur frigiditas, & obscuritas, & durities, & resoluatur in aquam potabilem spiritualiter per sensum spiritualem: quod solus Deus potest facere: iõ sequitur, qp licẽt Deus sic olim dederit legẽ vetetẽ ad modũ niuis, & nebulæ, & crystalli duræ, & frigidæ: tamẽ ipse mittet verbum suum. f. Christum, & liquefaciet ea. f. niuem, & nebulã, & glaciẽ exponendo scripturas, & aperiendo sensum uerum ipsis apostolis. Et post ascensionẽ flabit spũs eius sanctus in die Pente. dona gratiarũ largiẽdo Et tunc fluẽt veræ aquæ ex niue, & nebula, & glacie. Et sic scriptura veteris test. redderetur potabilis, & intelligibilis: cuius aqua resoluta, & fluens ex ea est ipsa lex euangelica. Ad maiorem intellectum huius partis est notandum, qp Dauid hic comparat legẽ euangelicam ad veterem sicut aquã liquefactam ad niuem, & ad glaciem, & ad nebulã: ex qbus aqua liquefacta resoluitur, & fluit. Et comparat Xpm ad solem, & spũm sanctum ad ventũ australẽ. Et cõparat statũ vete. ad hyemẽ, & statum gratiæ ad tempus vernũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Nam sicut in hieme ningit Deus super montes niuẽ coagulatã,& spargit nebulam super montes,& cadit grando super eosdem montes, quæ quidem nix nil aliud est nisi aqua leuiter coagulata, & grando nil aliud est nisi aqua siue vapor aqueus nõ fortiter coagulatus nec congelatus. Sed quando venit ips vernum dupliciter resoluuntur ista tria,ſ. nebula,& nix,& grando. Vno mõ per fortiorẽ calorem solis accedentis ad nos: aut per uentũ australẽ aut per Zefirũ flantẽ super niuẽ, & nebulã,& grandinẽ,& glaciẽ. Ita ergo pariter accidit in datione legis, & prophetarũ. Nã in tẽpore hiemali naturæ, & legis siue in ve.te. Deus pluit, & sparsit super montes ve.te.ſ.super Patriarcas,& Prophetas,scripturã legis,& prophetarum ad modũ nimis, & glaciei,& nebulæ: nam illa scriptura erat coagulata sicut nix, et congelata, et dura sicut grãdo, et glacie, & erat tenebrosa sicut nebula.

B Sed venit tempus vernum gratiæ,in quo xps sol iustitiæ apparuit supra nostrum horizontem, & misit radios suos super scripturam legis,& propheratum coagulatã, & glaciata, & duram,& nebulosam,& obscuram,& liquefecit niuem,& nebulam,& glaciẽ sacræ scripturæ remouendo duritiem,& frigiditatẽ, & tenebrositatem scripturæ,& sic liquefacta est in aquam euangelicam claram, & calidã, & suauem,& sic facta est potabilis omnibus fidelibus. Itẽ postea Christus misit ventum Australem, & zefirum spũs sancti in die Pẽt. qui liquefecit, & resoluit fortius, & perfectius eandem scripturam per Christm liquefactam,& disposuit mentes apostolorum imprimendo veritatem scripturæ in mentes eorum. Ex quibus patet:q̃ sicut aquæ decurrentes ex mõtibus in tẽpore verno nil aliud

C sunt nisi niues,aut nebulæ, aut glacies liquefactæ per solem aut ventum Australem siue zefirum ita pariter lex euangelica nil aliud est nisi scriptura legis,& prophetarũ liquefacta,& resolura per Christum,& spiritum sanctum,remota tenebrositate, & duritiẽ,& frigiditate cerimoniarum. Et hoc est quod intendit dicere Dauid in hoc pſ.cum ait. Qui dat niuem &c. Deinde cum dicit,

Qui annunciat uerbum suum Iacob,iustitias & iudicia sua Israel.

Non fecit aliter omni nationi,& iudicia sua non manifestauit eis.

Cõcludit, q̃ ecclesia Christi quæ incepit ab apostolis;dicta Iacob,& Israel secundum spiritum,& promissionẽ maximè debet Deũ D laudare: eò q̃ ipsi per Christũ collata sũt ona dona supradicta. Nã Deus annũciauit verbũ suũ incarnatũ ipsi Iacob,& iudicia, prædicta annunciauit ipsi Israel. Nã mysteria, quæ per figuras prius annunciauit ipsi Iacob,& Israel patri illius populi in ve.te.postea annunciauit & declarauit per Christũ uerbũ incarnatũ ip si ecclesiæ,quæ est Iacob: & Israel secundum promissionẽ,& spiritum. Sed non fecit taliter omni alteri nationi carnali, quia iudicia, & misteria sua non manifestauit eis, quia solis apostolis,& discipulis, & gentilibus cõuersis factis Israel secũdum spiritum datũ est nosse misteriũ regni Dei.i.veritatẽ legis,& prophetarum cæteris aũt.ſ.obstinatis,& infidelib.datum est nosse in solis parabolis,i.nosse solã sumptiẽ literæ:ut patet Mat.13.& Luc.8. Ex

E supradictis patet,q̃ propter 7. beneficia tenetur ecclesia,& ciuitas Dei,ſ.omnium fidelium & maximè religio Christiana laudare Deũ præ cæteris nationibus. Primò, quoniã Christus cõsortauit portas eius per ecclesiasticos sacramenta. Secũdò quia benedixit, & abluit à maledictio oẽs ciues,& filios in ea. Tertiò quia murauit eã muro pacis,& fidei,& caritatis. Quartò q̃a satiauit eã cibo eucharistiæ, & cæteris bonis spũalibus. Quintò quia velociter eam congregauit prædicatione apostolorum. Sextò,quia per uerbum fortissimum fecit scripturam ve.te.& per spiritum sanctũ fecit eam fluere in mentibus apostolorum a quibus veritas sacræ scripturæ destruxit per urbem. Septimò quia soli ecclesiæ Christi,& religioni Christianæ data sunt supradicta F dona.

PSALMVS CXLVIII.

Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Huic pſ.præponitur titulus. Alleluia,eò quod totus iste pſ.est laudatorius. Nã allelua ia idẽ est quod laudate Deũ, quia Dauid in hoc pſ.inuitat omnes creaturas ad laudandũ Deum,ut patet in toto discursu pſ.Ad cuius intellectum est primò aduertendum, quod hæc est differentia inter honorem,& laudẽ. Nam honor est præmium uirtutis, & laudatur bonis. 4. ethi. Aut est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, secundum Ciceronẽ, sed laus est cõmemoratio beneficiorũ receptorũ. Et sic honoramꝰ bonos, & virtuosos indifferenter,sed laudamus benefactores agẽdo gratias pro beneficiis receptis. Sed q̃a quicquid boni est in nobis recepimus à Deo iõ nõ solũ tenemur honorare Deũ eò q̃ est bonus de se: sed ẽt iugiter tenemur laudare eum,cõmorando beneficia, eò q̃ oĩa bona recepimus a Deo. Sed quia nõ solũ homines, & intellectuales creaturæ: sed etiã oẽs creaturæ tã animatæ q̃ inanimatæ: tam cęlestes quã terrestres,& elemẽtales tenentur Deum laudare:iõ Dauid suitat oẽs creaturas ad laudãdũ Deũ hoc pſ. Ad cuius maiorẽ euidẽtiã est aduertendũ,q̃ quatuor bona recepe runt creaturæ à Deo. Nã q̃dã receperũt bonitatis naturæ,& hoc cõuenit oĩbus creaturis tã cęlestibus quã terrestribus, tàm inanimatis quã animatis, q̃dam vero receperunt bona

B fortunæ,& hoc cõuenit solis hominibus qui bus quidam tàm fidelibus quam infidelibus. Tertiò quædam receperunt bona gratię, & hoc conuenit solis fidelibus. Quartò quędam receperunt bona glorię: & hoc conuenit solis electis,& prædestinatis. Quatuor ergo facit Dauid in hoc pſ. Nam primò inuitat indifferenter omnes creaturas superiores,& inferiores ad laudandum Deum propter beneficia naturæ quæ receperunt in sua creatione. Secũdo specialiter inuitat oẽs homines,& populos tã fideles qã infideles p.p bona fortunæ,& temporalia quæ à Deo receperũt vnusquisq; in suo gradu,& cõditione,& ætate.

C Tertiò,& quartò inuitat specialiter oẽs fideles ad laudandum Deum p.p bona gratię quę receperũt in hoc sæculo,& p.p bona gloriæ, quæ receperunt in patria cęlesti. Secundum hoc ait Reges terræ:tertiũ & quartũ ibi. Confessio eius super cęlum,& terram &c. Quantum ad primum est notandum:q̃ cum Deus sit causa omnium in triplici genere causæ.ſ.formalis efficientis, & finalis fm' philosophorũ & commentatorem. 12.met. tria receperunt à Deo omnes creaturæ.ſ. essentiam,& esse naturalem proprietatem. Primò tiam,& esse naturalem proprietatem. Primò .n. traxerunt essentiam. Et sic unaquæq; creatura dicitur ens,& vere inquantum est creatura,& facta ad instar,& exemplar illius ideę propriæ existentis in verbo diuino,& inquantũ imitatur illam æternam ideam,quia vt sic habet esse,& dicitur vere ens. Secundò vnaquæque creatura recepit à deo suã proprietatem,& perfectionem naturalem consequentem formam suam proprtiam,& specificam,& sic omnis creatura dicitur naturalem

A sos indifferenter,sed laudamus benefactores inquantùm habet inditam aliquam proprietatem naturalem,& imitatur, & participat aliquam diuinam perfectionem per quã consequitur finẽ proprium, & ordinatur in Deũ creatorem suum, quæ quidem proprietates licèt nobis sint ignotæ:tamen earum effectũ quandoque nobis notificantur. Nam videmus, q̃ Reu barbarum attrahit, & purgat coleram, & magnes attrahit ferrum, & sic de singulis,quod non fit nisi ab illa naturali proprietate, & perfectione toti speciei à principio creationis indita, licèt nobis sit ignota. Ratione cuius proprietates, & naturalis perfectionis vnaquæque res, & species dicitur naturaliter bona: quia propter illam proprietatem,& perfectionem est naturaliter appetibilis. Vnde nos nõ appetimus Reu barbarum,& medicinam propter ꝑe, sed pp illam proprietatem, & perfectionem quam E in se habet. Vnde per illam naturalem proprietatem unaqueque res naturalis dicitur habere principium sui motus,& suę actionis eò q̃ talis proprietas consequitur formam: & ideo eius effectus dicuntur naturales siue à natura:vt patet 2.phisicorum. Et sic p.p tales naturales proprietates vnaqueque res dicitur bona secundum naturam,& naturaliter:ideo dicitur Gen.1. quod uidit Deus cũcta quę fecerat,& erant valde bona,naturaliter supple. Tertio unaqueque creature recepit esse actualis existentię,quia aliter nõ posset actualiter existere nec operari. Nã solus Deus existit, & operatur per suam essentiã, & substantiam: eo q̃ sua operatio est sua substantia,& essentia:& ideo oportet vt Deꝰ inspiret esse actuale ad hoc,quod essentia existat in actu, & exerceat, opera vitę, quia F viuere viuentibus est esse,quia aliud est vnitas,& vnitatem esse,secundo Posteriorum,& aliud est magnitudo, & magnitudinem esse 3.de anima. Nam,sicut motus est actus mobilis inquantum mobile,& differt à re mobili,ita esse est actus entis in actu inquantum in actu. Et per consequens differt realiter ab essentia quam actuat secundum Boetium in libello de Hebdomadibus, quia esse non est, sed essentia, & individuum siue persona est illud esse actuale,vt inqt Boetius. Et sic vna quoque creatura dependet à Deo in triplici genere causę propter hoc triplex esse. Nam per esse essentiale,& ideale dependet à Deo in genere causæ formalis, & p esse actualis existentię influxũ dependet in genere causæ

efficien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A efficientis.Sed per esse naturale.i.per illã naturalem proprietatem depẽdet à Deo in genere causæ finalis: eò q̃ per illam ordinatur in suum finem primarium q̃ est homo,quia omnia facta sunt propter hominem, & vltimum qui est Deus: quia omnia sunt propter hominem animata, & inanimata, & homo propter Deum:& sic omnia finaliter ordinãtur in Deum.Et sic concludit Aug.in lib.de natura boni: q̃ omnia sunt bona naturaliter:& secundũ naturam sui:& q̃ omnis natura,& essentia est bona. Primò inquãtùm est à Deo. Secundò inquantum habet talẽ bonam proprietatem,& perfectionem concreatam:propter quam est appetibilis. Quomodo aũt natura diaboli facta est mala:& natura hominis corrupta:postea dicetur. Sed naturaliter omnia sunt bona,& vera secundũ, B q̃ participant illam primam entitatem. 2. Meta.& oĩa sunt bona inquantũ participant bonitates, & pfectiones illius primi in quo continẽtur pfectiones oĩum rerũ.v.met.Itẽ sicut oẽs numeri procedũt ab vnitate: ita omnes spẽs q̃ sunt sicut numeri,depẽdẽt ab illo primo secundum magis perfectũ.& min⁹ pfectum 7.& 10.metaphificæ,& primo cęli. Ex quo patet.q̃ omnes creaturæ sunt naturaliter bonæ.Videns ergo Dauid qũo oẽs creaturæ receperunt à Deo supradicta bona in sua creatione.s.esse essentiale: & actuale, & esse naturale.i.illas naturales proprietates,& perfectiones propter quas dicuntur naturaliter bonæ:ideo in hac prima parte huius psãl. inuitat seriatim omnes creaturas ad laudandum Deum, agendo gratias pro beneficijs naturalibus redẽptis. Et primò inuitat creaturas superiores, & cœlestes 2.inferiores, & C terrestres.ibi.Laudate dominum de terra.Incipiens,ergo Dauid ab ordine naturæ inuitare creaturas,dicit:O vos creaturæ de cęlis. i. de numero cœlestium laudate dñm. Nam sicut tenetis primum ordinem in natura: ita primo debetis laudare Deum, & excellsiori modo Ideo laudate eũ in excelsis locis mundi.s.in cęlo.Nam sicut altiora,& maiora beneficia recepistis à Deo:ita in primis, & excelsis,& excellsiori modo debetis eum laudare:gratias agendo.Et ideo vos omnes angeli eius.s.cherubin,& seraphin, & troni laudate eũ & vos omnes virtutes eius s.omnes intelligentiæ,quæ exercetis eius virtutem mouẽdo cęlestia corpora ad generationem, & cõseruationem istorũ inferiorum,& hoc faciti

p̃p Deũ amatũ,& desideratum:vt patet. 12. D meta.ideo laudate eũ qui tantam virtutẽ vobis cõcessit:vt regatis,& gubernetis totũ vniuersum:quia opus naturæ est opus intelligẽtiæ. 11.de animalibus. Deinde cum dicit,

Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes Stellę & lumen.

Inuitat corpora cęlestia,& primò corpora luminosa nobis magis nota,dicens.Laudate eum sol,& luna:laudate eũ oẽs stellæ cęli, & omne lumen mundi tam corporeũ q̃ incorporeũ.Et forsan facit endiadim ponẽdo sub stantiuum pro adiectiuo dicendo oẽs stellę, & lumen.i.laudate eũ oẽs stellæ luminosæ, & omnia astra,& planetæ, & comprehendit cum sole,& luna,& stellis luminosis omnes orbes eorum,& deferentes,& epicyclos planetarum:in quibus astra fruuntur, & continentur. Deinde cum dicit. E

Laudate eum cæli cęlorum,et aquæ quæ super cælos sunt:laudent nomen domini.

Inuitat duos cœlos superiores nobis ignotos ad sensum:eò q̃ non deferunt astra lumi nosa.Quorum primum dicitur cęlum empyreum q̃ dr in plurali,cęli cęlorum p̃p excellentiã:eò q̃ est locus beatorũ: & in ẽ continet tres hierarchias,& nouẽ ordines angelorum,& innumeras mansiones beatorũ.Virtutem dictum est psal. 103. Aliud est cęlum aqueũ dictum est ibidem. Hos ergo duos cœlos inuitat ad laudem Dei,dicens.O cęli cęlorum.i.cęlum empyreum cum oĩbus hierarchiis, & ordinibus angelorum,& mansionibus beatorũ laudate eũ. Deinde cũ dicit,Et oẽs aquæ: inuitat cęlũ crystallinũ,& primũ mobile:& nominat ipsum in plurali: eò q̃ diuiditur per 12. signa sua,quibus mouentur sydera,& planetæ:ex quorum diuersitate causantur diuersi effectus in istis inferioribus:vt patet manifestè.Ideo dicit Dauid. Et oẽs aquæ,quę super cęlos sunt.i. cęlum aqueum cum duodecim signis quæ sunt super cęlos astrorum,laudẽt nomen domini.Deinde cum dicit,

Quia ipse dixit & facta sunt ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in sęculum sęculi, præceptum posuit & non præteribit.

Assignat triplicẽ rationem,quare ista cęlum empyreum cum angelis & beatis:quàm cęlum

A cęlum aqueum cum duodecim signis:quàm cœlorum astrorum cum omnib.stellis,& planetis debent laudare Deum. Quarum prima causa est:quia Deus creauit oĩa ista ex nihilo:in qua creatione acceperunt oĩa bona naturalia supradicta.scilicet esse essentiale,& naturale,& actuale:sine substantiã virtutẽ,& operationẽ:sine principiũ mediũ: & finem,qđ ultẽ est. Sed ò istæ creaturæ cęlestes acceperunt à cæteris.s.incorruptibilitatẽ, & æternitatẽ à parte post: quia creauit ea in corruptibilia. Tertiò,quia regũt oĩa ista inferiora:& mouent oĩa p̃p Deum amatũ,& desideratũ,12.metaphiii.qa sẽp implent voluntatẽ Dei. Dicit ergo Dauid. Oĩa ista cęlestia laudẽt Deũ. Primò p̃p beneficiũ creationis:quia ipse Deus dixit & facta sunt,mandauit & creata sunt,quia ad solũ dictũ, & pceptum oĩa sunt creata & facta. Nã dicẽdo fiat lux:illicò facta est lux.i.tota angelica natura.Et dicendo fiat firmamentum:factũ est firmamẽtũ in medio aquarũ:& sic de singulis: vt patet Ge. 1. Itẽ 2. ista cęlestia tenentur laudare deũ:eò q̃ fecit ea incorruptibilia, & æterna. Nã statuit, & firmauit ea in sẽ culum & in sęculũ:qa nunquã corrũpentur,nec deficient quantũ ad substantiã & existentiã. Itẽ tertiò creaturæ cęlestes tenentur laudare deũ pro beneficio dignitatẽ,& officiũ,& regimen,quod habent sup oĩa inferiora. Nam primò intelligẽdo ista mouent oẽs cęlos p̃p Deum amatum & desideratum ad generationes istorũ inferiorum,& ad vitã,& conseruationem eorũ,& vt natura exerceat omnia o.pa sua,qa opus naturæ est opus intelligentiæ:vt dictum est.Et ò impressit in mẽtib.angelorum species omnium inferiorum ad scientiam artificialem eorũ.ut ait Aug.sup Ge.& ẽt impressit in cęlis,& astris virtutes actiuas ad generationes illorum inferiorum, sicut impressit in materia physica rõnes seminales passiuas,vt idem Aug.dicit ibidẽ. Item ẽt Deus posuit angelos custodes sup ciuitates:& regna,& homines particulares, & sic creaturæ cęlestes regunt oĩa inferiora ad nutũ,& pceptum Dei, qđ pceptum à Deo positũ & statutum non præteribit:nec deficiet vsque ad finem mundi: quia semper impletur diuina voluntas. Sed hic sunt tria notanda p̃p verba Dauid. Nam primò postquã p̃nominauit angelos cũ cęlis subdidit,quin ipse dixit, & facta sunt:mandauit & creata sunt. Hoc autem dixit ad explicandam mentem ipsius Moysi. Nam Moyses licèt implicitè: tamen non explicitè explicauit creationem angelorũ inter cęteras creaturas: sed voluit intelligere naturam angelicam per lucem:cum dixit Deus Fiat lux &c. secundùm Aug. Et forsan Moyses hoc fecit: eò q̃ loquebatur populo rudi,& grosso: ne putaret:& intelligeret pluritatẽ deorum per angelos. Sed Dauid qa loquebaẽ populo iã magis erudito, & ẽt qa prophetice loquebatur pp̃o Xpiano iã multo magis illustrato: iò explicat creationem angelorum simul cũ creatione cęlorum, & astrorũ in hoc psa.dicens:Quin ipse dixit,& facta sunt &c. Secundò est notandũ ſm Platonem in Timæo: q̃ licèt angeli,& etiam cęli sint æterni,& incorruptibiles:tñ non simpliciter,sed solum à parte post:quia ex tempore, & à principio sunt creati,& facti nec incorruptibiles de se,& absolutè:sed ex sola Dei voluntate, & p̃cepto. E Vñ ait.Vos quidem dij opera mea indissolubilia:mea tñ uoluntate solubilia, quia nati creatiq̃e estis,nunquã tñ dissoluemini. Ex quo patet: q̃ si Deus subtraheret influxum ab angelis:illicò deficerent,sed nunquã deficiẽt ex diuina voluntate,& pceptro:lõ ait Dauid:q̃ Deus statuit,& firmauit omnia cœlestia in sęculum sęculi ex meta voluntate. Et iõ posuit in eis præceptum,& statutum, qđ nunquam præteribit in eis, quia semper viuent. Tertiò est aduertendum,q̃ licèt corpora cęlestia ptereant,post iudicium,eò q̃ Xps ait Matt.24.Cęlum & terra transibunt verba autem mea non præteribunt. hoc autem est intelligendum quò ad motum: quia non amplius mouebuntur postquã non erunt gẽnerationes,nec corruptiones.tñ non deficiẽt nec præteribunt quantùm ad substantiam F & existentiã.imo sol,& luna lucebunt septẽpliciter:& oẽs angeli,& beati laudabũt Deũ in secula seculorum. Itẽ licèt tunc cessabunt angeli quantũ ad præceptum regiminis istorum inferiorũ: tñ non cessabunt clamare in æternũ. Sanctus,sanctus,sanctus &c.nec quã tùm ad fruitionem. Deinde cum dicit.

Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyssi.

Inuitat ad laudẽ Dei oẽs creaturas inferiores:tam elementata quàm elemẽta: & tã inanimata q̃ aĩata. Et primò irrationabilia', ideo ait.O vos oẽs creaturæ de terra.i.de numero terrestrium laudate dñm. Et primò vos dracones,& oẽs abyssi.i.aquæ abyssales, & marinæ cum oĩbus piscibus, & natalibus laudate dñm. Et intendit per dracones cete,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & balenas,& omnes grandes pisces:vt patet Gen.1. Nã vbi nostra translatio habet Creauit Deus cete grandia: in hebræo habetur, Creauit Deus dracones magnos. Deinde inuitat omnia elementa,& meteorica quæ generantur in aere:cum dicit.

Ignis,grando,nix,glacies,spiritus procellarũ quæ faciunt uerbum eius.

Vnde per ignem non solum intendit elementum ignis:sed etiam fulmina,& coruscationes, quæ incenduntur, & generantur in ventre nobis exaltationibus calidis, & siccis in medio interstitio aeris:sicut grãdo,& nix, & glacies generantur ex vaporibus humidis & frigidis. Spiritus autem procellarũ sunt vẽti causati ex agere agitato lateraliter perexaltationes calidas impellentem aerem: vel quia ipse exaltationes impelluntur lateraliB ter à contraria frigiditate aeris. Sed quia omnia ista semper fiunt ex diuina voluntate, & ordinatione permissiuè,& quandoque prę ceptiuè ad terrorem aut punitionem hominum.ideo subdit.Quæ faciunt verbũ.i.præceptum eius:quia omnia ista faciunt,& implẽt præceptum domini.

Montes,& omnes colles:ligna fructifera & omues cedri.

Bestiæ,& uniuersa pecora serpentes,& uolucres pennatæ.

Deinde inuitat terrã cũ partibus suis, cũ air.Montes,& oẽs colles.Deinde inuitat plãtas,& oẽs arbores.cum subdit.Ligna fructifera,& oẽs cedri. Deinde inuitat omnia animalia bruta,& irrationabilia,cum subdit.Bestiæ,& vniuersa pecora.i.quadrupedia,serpẽtes.i.omnia reptilia:volucres pennaræ.i.omC nia volatilia,laudate dominũ &c.Sed hic potest dubitari:quare Dauid inuitat ad laudem Dei ista supradicta inanimata, & irrationalia:cũ sint inepta ad laudandũ Deũ. Ad hoc respondet Aug. q̃ licèt ista nõ laudent Deũ lingua propria: tamẽ laudãt Deũ repræsentatiuè:inquantũ in eis lucet diuina bonitas, & repræsentantur in eis diuinæ pfectiones, & virtutes:vnde mouet nos ad laudandũ,& benedicendũ Deũ p̃ illas virtutes,& ꝓprietates quas Deus in eis creauit ad obsequiũ, & vtilitatem nostram,& sic Deus laudatur, & benedicitur in eis à nobis,& sic omnia inanimata, & irrationalia laudant Deum effectiuè.Item omnia supradicta tenentur laudare Deum agendo gratias p̃ bona naturalia quæ à Deo receperunt:sed quia non possunt laudare Deũ lingua:laudãt cũ effectiuè per nos qui tenemur assiduè laudare Deum qui tribuit illis rebus talia bona naturalia ad nostrum obsequium,& principaliter inquantùm in eis lucet,& apparet vestigium trinitatis,& diuinarum perfectionum,& potentia, & sapientia, & bonitas artificiis.i.de animalibus.Et hoc est quod intendit dicere propheta in hac parte.

Regis terrę,et omnes populi,principes,et omnes iudices terræ.

Iuuenes et uirgines senes cũ iuuenibus laudẽt nomẽ dñi.quia exal.ata est nomẽ eius solius.

In hac secunda parte inuitat totã humanã naturam ad laudem Dei quò ad omnes differentias,& conditiones,& sexus,& ætates,& hoc p̃ bona maiora quæ à Deo accepit.Ad cuius intellectum est primò notandum fm Aug.q̃ homo non solum accepit à Deo esse naturale sicut cæteræ creaturæ:sed pulcrum esse,& prę esse.Nam esse naturale in homine est illud p̃ quod conuenit cũ cæteris creaturis:tam animatis quàm inanimatis:puta esse naturale,& vegetatiuum,& sensitiuum,& secundum locum motiuum: sed pulcrũ est illud per quod dicitur ad imaginẽ Dei specialiter factus:per qđ attingit sciam, & potentiã rerum, tam spũalium q̃ corporalium, & attingit oẽs virtutes:tã teologales q̃ morales,& attingit omnia dona gratiarũ,& scientiarum,& finaliter attingit verã beatitudinem.Et hoc est pulcrum esse quod à Deo accepit homo vltra cætera animantia. Sed vltrà hoc pulcrum esse accepit præesse,quia fecit eum dominus omnibus animantibus, & cæteris creaturis:vt patet Ge.1.& 2.cũ dixit Dominamini piscibus maris,& volatilibus cęli,& bestiis terræ &c.Ex quo patet,q̃ plura dona accepit homo à Deo quàm cætera animantia.Secundò est aduertendum secundũ Aug.prout dictũ est, quòd homo tria dona accepit à Deo in hoc mundo.s.dona naturę, & fortunę,& gratiæ: quæ intelliguntur per illa bona quæ tradidit paterfamilias seruis suis ad negotiandum, & peregrè profectus est.Mat.25.Nam per quinque talenta intelliguntur quinque bona naturæ,qui sunt quinque sensus exteriores.s.visus,auditus,gustus, odoratus,& tactus dati ad necessitatem vitæ hominis,& quinque potentiæ, interiores cognitiuæ datæ ad discernendum,& ratiocinandum,& fruendum.s.imaginatiua, & ratiocinatiua,& tota pars

A pars rationalis continens intellectum, & memoriam,& voluntatem. Ista aũt quinq; tàm interiora q̃ exteriora dicũtur bona naturæ: de quibus tenetur homo reddere rationem Deo in nouissimo die.Bona aũt fortunæ homini data, intellecta per vnum talentũ,sunt dignitates, & potestates, & diuitiæ tempora lia:quæ dicuntur bona fortunæ: non q̃ deant gentiles:quia à solo Deo oĩum creatur,& ab eo solo sunt petenda: vt in, Aug.lib.contra Academicos,& primo de ciuitate Dei.cap.8. Sed intantùm vsitato vocabulo dicuntur bona fortunæ: quia causa eorum ignoratur à nobis. Nam bene nouimus q̃ à solo Deo dãtur aut præceptiue aut permissiue,& scimus, q̃ sunt boni bona,& B malis mala:sed ignoramus quare Deus permittat quandoque prauos regnare, & præsse,& prosperari,& iustos deprimi,& subesse: prout dictum est psal.72.Et ideo propter eorum causam latentem, & nobis ignotam dicuntur bona fortunæ.Bona verbo gratiæ,per illa duo talenta intellecta, dicũtur dona gratiarum spũs sancti, & dona ecclesiasticorũ sacramentorum:per quæ quidẽ dona gratię recepta in hoc sæculo: homo recipit,& adispiscitur dona gloriæ in futuro. Quia ergo homo præ cæteris creaturis recepit à Deo ista genera bonorũ.s.naturæ,fortunę, & gratiæ:ideo magis tenetur Deũ laudare, & gratias agere. Iõ Dauid enumeratis cęteris creaturis, in hac ultima parte inuitat oẽs homines ad laudem Dei, & hoc quò ad omnes status & dignitates,& sexus,& ætatis:dicit ergo. O C vos oẽs reges terræ:qui præ cæteris à Deo accepistis maiora dona fortunæ, qui loco Dei præestis oĩbus populis,& regnis, & vos oẽs populi sub iure,& legibus, & magistratibus & regibus sociati, & vos principes,& oẽs iudices,& præsides terræ, & vos iuuenes masculi cum iunioribus:laudate Deũ supplex, & oẽs isti prædicti laudent Christum qui est nomen domini. Nam hoc nomen Iesus qđ est nomen solius Dei: est exaltatum in cœlo, & in terra. Nam eo q̃ Christus seipsum exinaniuit formam serui accipiens, & humiliauit seipsum factus obediens patri vsq; ad mortem crucis: ideo pater dedit filio istud nomen,quod est super omne nomẽ, & exaltauit ipsum intantùm,q̃ in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium, & infernorum,& tandem in gloria est Dei pa- D tris.Ex quo patet,q̃ hoc nomen Iesus solius Dei est ibi exaltatum:ergo omnes status hominum tenentur Christum laudare.

Confessio eius super cælum, & terram, & exaltauit cornu populi sui.

Si ergo ita est,q̃ hoc nomẽ solius Dei,qui est Iesus, est exaltatum super omnes status, & conditiones hominum in cęlo, & in terra,& infernũ: ergo sit confessio laudis eius super cœlum,& terram: eò,q̃ ipse Christus exaltauit cornu,i.regnum, & honorem populi sui per suam mortẽ,& passionem. & resurrectionem,& ascensionem. Nam per omnia ista meruit Christus exaltare humanam naturam,& ecclesiam suam in tantam dignitatem,vt membra sua mereantur felices mãsiones in cęlo inter,& super angelos. Dupliciter ergo Christus meretur,vt confessio laE dis eius sit super cęlum,i.super oẽs angelos, & beatos,& super terrã.id est super oẽs homines huius ecclesiæ, & super vtranq; ecclesiam.militrumphantẽ,& militantẽ. Primo:quia nomẽ eius solius est exaltatum à patre: qui dedit ipsi illud nomen quod est super omne nomen in omnipotentia,& sapientia,& misericordia,& iustitia. Secundò, quia ipse Xp̃s meruit exaltare cornu populi sui eo modo quo dictum est. Debet ergo sic ordinari, & construi ista litera.Reges terræ &c. laudent nomẽ domini.s.Iesum Christum, qui est nomen domini retragrãmaton:prout dictũ est supetius &c.Et sic confessio eius. s. Iesu Xpi super cęlum,& terram:quia nomen eius solius est exaltatum à patre. Et quia ipse Xp̃s exaltauit cornu populi sui.Nam nomen Xpi fuit exaltatum in terra in miraculis faciẽdis, F & in inferno ipsum expoliando,& fuit exaltatum in cœlo: quia in die ascensionis sedit à dextris patris: sed ipse exaltauit cornu populi sui quando ipsum de captiuitate diaboli liberauit,& in cœlo inter principes,& angelos collocauit.Deinde cum dicit.

Hymnus omnibus sanctis eius:filiis Israel populo appropinquanti sibi.

Specialiter inuitat populum Dei:eò,q̃ pcęteris accepit à Deo dona gratiæ,& glorię & nominat ipsum tribus nominibus.s.populum sanctorum,et filios Israel, & populum appropinquantem Deo.Ad quorum intelligentiã est primò notãdum,q̃ sanctus dr̃ de sancio sancis,quod idem est qđ bene ordinare,& iõ sanctus dicit in vita,& sic oẽs, qui vi

uunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uunt sub lege diuina dicuntur sancti. Et isto modo oēs iusti vtriusq; testamenti, q uixerunt sub diuina lege, & sanctione dicti sunt sancti ab Adā vsq; ad vltimū iustū: & totus ille cœtus dicitur populus sanctorum. Et nō solum dicuntur sancti in hac vita: sed etiam dum iam fruuntur in cœlesti. Totū ergo istū populum sctorum vtriusq; test. & vtriusque ecclesiæ tàm militantis quàm triūphātis intitat Dauid ad laudem Dei, cū ait. Hymnus oībus sanctis eius. Deinde cum subdit. Filijs Israel populo appropinquāti sibi: est aduertēdum, prout dictum est in prologo, q Iacob filius Isaac habuit duo nominat. Iacob, & Israel. Primū nomina. s. Iacob habuit à natiuitate carnali: licèt nō fuerit absq; mysterio, & significatione. Secundum nomen. s. Israel fuit ipsi impositum in natiuitate, & regenera
B tione spūali: quādo fuit benedictus à Deo, & luctatus est cum angelo, vt patet Gen. 32. vbi quatuor notantur mysteria. Nam primò Iacob renuit fortiter angelū in persona Dei nec voluit ipsum dimittere. Secundò fuit benedictus ab eo. Tertiò fuit directus ab eo. Quartò vidit dñm in illo angelo: qui secum luctabatur. Et iō propter ista quatuor mysteria Deus voluit, q deinceps appellaretur Israel: primò, quia fuit fortis cū Deo ipsum tenendo, & nō dimittendo, secundò: quia fuit à Deo benedictus, & regeneratus. tertiò qa fuit à Deo directus. quartò, quia vidit dominum facie ad faciē, quia ista quatuor significat hoc nomen Israel. Et iō ille populus fuit binominus in scriptura. Nam vno modo dr Iacob inquantùm est filius Iacob secundùm carnem, & natiuitatem carnalem. Alio mō
C dicebatur Israel siue filius Israel, & hoc secūdùm spiritum inquantū erat directus à Deo per legem, & videbat dominum per fidē. Et ideo per illa duo nomina. s. Iacob, & Israel, figurabatur, q in aduentu messiæ ille populus erat diuidendus in duas partes. Nam vna pars eorum debebat manere filij Israel secūdùm carnem tantū, & debebāt p̄dere nomē Israel secundùm spīm: quia debebant dimittē re Deum negando Christum, & non debebant benedici nec dirigi à Christo nec uidere Deum per fidem: imo debebant claudica re à via veritatis, & errare ab vtero legis, & alienari à vulua, & loqui falsa contra veritatem sacræ scripturæ. Vnde dictum est in prologo, q Iacob postquā luctatus est cum angelo mansit claudus vno pede: per quod fuit figuratum, q vna pars filiorum eius debebat D claudicare à rectitudine, & veritate legis ve gādo Christum esse messiā. Sed alia pars debebat recipere Christum, & tenere eū, & benedici ab eo per baptismū, & ecclesiastica sacramenta, & dirigi ab eo, & via recta p̄cede re, & pede recto per legem euangelicā, & vt dere Deū, & appropinquare sibi per fidē, & gratiā: sicut fuerunt apostoli, & omnes, qui receperunt Christum, & sic oēs isti erāt dicē di, & appellandi filij Israel, & Israel secundùm veritatē, & per repromissionem. Et sic patet, q Iudæi moderni, & tota illa pars, quæ negat Christū: licèt sint filij Iacob secundùm carnem: tamen falso modo nominantur Israel seu filij Israel; quia tale nomē est secundū spiritum, & promissionis impositum ipsis Israel in illa benedictione regenerantibus, p illa quatuor mysteria. Sed quia ipsi nul E lum ipsorum habent primò: quia nō fortiter tenuerunt Xpm: nec appropinquauerūt sibi: imò negauerunt, & fugerunt eū, nec voluerunt dirigi ab eo per legem euāgelicā: nec regenerari: nec benedici per baptismū, & ecclesiastica sacramenta: nec volunt ipsum videre per fidem: sed in sua cęcitate permanere: ideo nullo modo possunt dici Israel nec filij Israel. Sed nos licet non simus filij Iacob secundùm carnem: tamen quia recepimus, & tenemus Christū, & appropinquamus ipsi p gratiā, & adhæremus per fidē, & fuimus ab eo benedicti per baptismum, & ecclesiastica sacramenta, & fuimus directi per legē euangelicā: ideo sumus veri Israel, & filij Israel secūdùm veritatem, & repromissionem, & regenerationem: quia Israel non est nomen carnationis: nec generationis: sed nomen regenerationis, & repromissionis. Hoc ergo præuidēs Dauid in spiritu concludendo inuitat hunc populum regeneratum ad laudē Dei dicēs. Sit hymnus, & cantus lætitiæ filijs Israel non carnalibus negantibus, & fugentibus Christū: sed populo appropinquanti sibi per regenerationem, & fidem, & gratiam, sicut dictū est. Ex supradictis patet non esse verā positionem illorum, qui dicunt, q Dauid solū inuitat populum vet. test. ad laudē Dei in hoc psal. Nam primò hoc est manifestissimè contra textum: qui dicit. Reges terræ, & oēs populi principes, & oēs iudices terræ laudate dominū. Nā solus ille paruulus populus laudabat Deum: qui erat minimus inter oēs populos alios. Ite in illo populo non erat etiā vnus

A vnus rex &c. Ex quo sequitur, q Dauid propheticè inuitat, & excitat omnes reges, & populos, & principes totius terræ gentilium ad laudandū Christū: quos in spū prævidebat ad fidem Christi venturos. Item secundo manifestè videmus secundùm supradicta, quod Dauid inuitat filios Israel secundum spīm, & repromissionem. qui est populus appropin quans sibi, sed talis est populus christianus: ergo nō solū inuitat patres nec populū vet. test. Ex tali positione sequeretur, q Dauid non esset propheta in hoc psal. quod est falsum: quia ita locutus est ꝓphetico spiritu in hoc psal. sicut in cæteris, vt sæpius dictū est. Ex supradictis ergo patet qualiter Dauid in
B uitat in hoc psal. oēs creaturas tā superiores q inferiores: tā irrationales q rōnales: nam no ui testamenti q veteris: sed specialiter inuitat verum Israel secundùm spiritum, & promissionem populum appropinquantem sibi, q est populus christianus, quē in spū prævidit per Christum regenerandū, & benedicēdum & dirigendum &c. Sed hic dubitatur: nam videtur, q propheta nō inuitat oēs creaturas ad laudandū: nā nō inuitat auaritiā nec luxuriam nec inuidiam: nec cætera hmōi ad laudandum Deum. Ad hoc respondet Augu. q ista non sunt creata à Deo: nec de se sūt alia quia substantia, nec habent aliquam essentiā ideo non inuitantur ad laudandum Deum: quia nō computantur nec numerātur inter creaturas. Ad cuius intellectū est aduertendū secundùm Aug. lib. de natura boni, & in omnibus tractatibus quos fecit cōtra Manicheos, & Pelagianos, & prout dictū est psal. 13. & 14. & 118. q omnis res, & omnis substantia est bona naturaliter. Primò: qa est creata ad instar, & exemplar illarū æternarū idearū. Secundò: quia in omni essentia Deus con
C creauit aliquam virtutem, & proprietatem videm ad conseruationem vniuersi: per quā res dicitur bona, & appetibilis: vt patet de auro, & argēto, & lapide precioso Agarico, & Rubisbaro &c. Et sic essentia, & substantia hominis naturaliter est bona: imo melior omni alia creatura irrationali, quia non solū accepit a Deo esse: sed pulcrum esse, vt supradictū est. Sed homo ex frequentibus actibus indebitis, & inordinatis ex proprio libero arbitrio commissis potest generare in se aliquem malum habitum, & vitiū: sicut sunt auaritia, luxuria, odium, & pigritia &c. quę quidem vitia non sunt creata à Deo; sed ab homine perpetrata, & ex proprio arbitrio eli D cita, & vltra hoc vitium infligitur culpa, & peccatū in anima: per quod dicitur dissimilis Deo, & Deo odiosa, & obligata ad pœnā æternam: vt sæpius dictū est. Vnde talis actus inantū dicitur malus inquantū deuiat à diuina lege, & voluntate quæ est metrū, & mēsura, & regula omniū actuum humanorum. Vnde actus venereus inantū dicitur peccatum inquātū fit cōtra diuinā legē, vt puta cū vxore alterius, & sic dicitur adulterium, vel aliter quàm cum propria vxore aut modo ordinato, & sic dicitur fornicatio. Ex quo patet, q sola inordinatio, & modus indebitus, & prohibitus facit actum vel concupiscentiam esse peccatū, & damnabilem. Et sic patet, q vitium, & peccatū, vt puta auaritia, & adulterium, & homicidium non sunt substantia aliqua: nec habent essentiā: nec sunt creata à Deo: sed à mala, & peruersa hominis vo E luntate perpetrata deuiando à diuina lege, & voluntate, & deficiendo ab illa, & sic non habent causam efficientem: sed defficientē: vt inquit Aug. 12. de Ciui. Dei. c. 7. Cum ergo ista vitia, & pētā non sint à Deo creata: imo contra eius regulā, & voluntatem perpetrata: iō non possunt laudare Deum: sed blasfemare. Hæc est ergo causa quare ꝓphe ta nō inuitat ea ad laudandū Deū inter creaturas. Ex dictis in isto psalmo insurgunt etiā alię duæ mirabiles quæstiones: quarum prima est. Vnde est, q solus Deus solo verbo, & præcepto absque omni motu, & adminiculo dicendo ad extra prodiuxit cœlum, & terrā, & angelos, & totam vniuersitatem creatura rum: quia ipse dixit, & facta sunt: mandauit & creata sunt: quod nulla creatura citra Deū F pōt facere. Secundò quæritur quare Iesus filius Dei, verbum incarnatum, secunda de trinitate persona magis dicitur nōmen Dei, & intelligitur per nomē Dei in tota sacra scriptura: q̄ persona patris aut spūs sancti: de qua persona filij dicitur. Exaltatū est nomen eius solius &c. Quantùm ad primum absque argumētis philosophorū est dicēdum, sicut iam dictum est psalmo 110. q causa quare Deus ex solo verbo dicendo creat oia absq; aliquo alio exteriori est, quia quælibet creatura quò ad totum suum esse depēdet à verbo diuino, & voluntate. Nam quò ad esse essentiale, & substātiale depēdet à verbo inq̄tū est similitudo illius æternæ ideæ, & exemplaris formæ existentis æternaliter in verbo

diuino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diuino, & sic dependet à Deo in genere causæ formalis. Sed quò ad esse existentiæ actualis depẽdet à diuina voluntate: inquantum diuina voluntas spirat, & influit esse actualis existentiæ in illa essentia, & substãtia, deducendo similitudinẽ illius ideæ, ad actualẽ existentiã ad extra. Vnde loqui Dei ad extra: nihil aliud est nisi multiplicare similitudines idearũ existentiũ in verbo spirando actualem existentiã: & sic creantur creaturæ ad similitudinẽ illarum idearũ. Vnde sicut ad locutionem humanam concurrit intellectus & voluntas, nã primò intellectus educit & exprimit ad extra similitudines scientiæ, & cognitionis idealis, quam diù ante habebat, sed voluntas mouet organa ad formandã vocẽ in qua imprimitur cogitatio intellectus: & sic illa vox manifestat ad extra cogi

B rationẽ intellectus. Et iõ sicut humana locutio siue verbũ vocale vel scriptũ est effectus intellectus, & voluntatis toraliter dependẽs ab eis: Ita pariter quælibet creatura nihil aliud est nisi diuina locutio ad extra totaliter dependens à diuino verbo & uoluntate. Itaq; sicut in verbo, & locutione humana cõsiderantur duo, s. sonus, & significatio, nã ille sonus importat significationẽ verbi mẽtalis impressam, & sic notificat cogitationẽ mentis ad extra: Ita pariter in qualibet creatura considerantur duo. Primò essentia siue substantia: quæ est similitudo ideæ diuinæ. Secundò considerat esse inspiratum, & influxum à diuina voluntate: quod quidem est se substantia: & actuar, & personat, & suppositat essentiam, & substantiam. Et ideo multi doctores scolastici pro maiori parte tenẽt

C q illud esse actualis existentiæ distinguitur realiter ab essentia in creaturis: eò q est actus, & perfectio essentiæ. Ex quibus patet, q locutio Dei ad extra nihil aliud est nisi eductio, & expressio similitudinũ diuinarũ idearum cum influxu actualis existentiæ. & ista dẽ creatio rerũ. Et ideo dicit autor causatum q prima rerum creaturarum est esse. Ex supradictis fundamentis sequũtur quatuor corollariæ conclusiones. Prima conclusio: q Deus ex solo verbo dicendo potuit producere totam vniuersitatem creaturarum ex nihilo præsuppõsito. Probatur etiam cũ Deus sit primum ens continens virtualiter in suo verbo, & voluntate totum esse, & omnes perfectiones omnium creaturarũ: quia omnia dependent ab eo in genere causæ formalis ratione idearum, & in genere causæ efficien. D tis ratione voluntatis, & sic omnia sunt entia, & vera illa prima entitate, & veritate. Secundo Metaphisicæ. Et omnia sunt perfecta in illa prima pfectione. quinto Metaphisicę. Et oĩa procedũt, & multiplicãtur ab illa ũitate sicut numeri 8. Mephisi. Et omnia mensurantur ab illa simplici mensura. 10. Metaphisi. Ex quibus patet, q postquàm omnia dependent à diuino verbo, & uolũtate quò ad totum suum esse, & per omnem modũ: ergo solo verbo Deus potest omnia producere. Item causa quare agens naturale, & artificiale non potest ex solo verbo producere res ad extra, est: quia non continet in se res, & effectus suos qnò ad totum esse eorum: nec ipsæ res dependent quò ad totum suum esse. Nam materia phisica non dependet ab agente naturali: imo præsupponitur ab eo, E Ita 1. tertia artificialiũm non dependet ab artificẽ: imo artifex præsupponit ligniũ vel metallum factum a natura. Vnde si materia artificialium totaliter dependeret ab artifice, & artifex contineret eam virtualiter: sicut Deus continet creaturas virtualiter: quò ad totum suum esse: tunc domificator ex solo verbo diceret domum, & artifex solo verbo faceret calicem. &c. Secunda conclusio, quòd Deus potuit solo verbo producere creaturas ad extra non communicãdo eis substãtiam. Probatur. Nam sicut domificator producit domum ad extra communicando sibi similitudinem artis quam habet in intellectu, non communicando substantiam propriam: eò, q producit domus F nõ de substãtia: sed ex arte: ita pariter Deus producit creaturas communicando similitudines idearum, non communicando substantiam diuinam, & sicut magister, & doctor communicat, & manifestat discipulis scientiam suam loquendo, & dicendo: non communicando substantiam: Ita pariter Deus in creando substantiam: Ita pariter Deus in creando communicat creaturis similitudinem q fectionum, & idearum non communicando substantiam, & rãrio est: quia Deus producit creaturas per modum artis, & non per modum naturæ. Sed quia patet in diuina loquẽdo ab intra, & dicendo producit filium & verbũ diuinũ per modũ naturæ: ideo cõmunicat sibi eandem substantiam, & eliciam. Tertia conclusio: quòd mundus non est productus ex necessitate ab æterno: sed Deus potuit ex tempore ipsum producere, &

A & creare. Probatur, nam ea omnia, quæ producuntur per artem, sunt temporalia, sed Deus produxit omnia artificialiter, & nõ naturaliter, quia omnia procedunt ex illa diuina arte, vt ait Commentator 12. Metaphysicę, & August. 15. de trin. Aliter patet, nam cum ars sit principium, & mensura rerum artificialium quantum ad formam, & uoluntas sit principium effectuum, ideo voluntas artis ante res artificiales. Vnde artifex per magna tempora potest habere artem, & potest quando sibi placet producit res artificiales. Ita pariter Deus ab æterno habuit ideas rerũ, sed qñ sibi placuit produxit creaturas ex eis, quando sibi placuit ex tempore p modum artis, & voluntatis. Sed quia pater producit, & dicit verbum, & filium per modum naturæ, & non per modum artis: ideo produ

B cit filium ab æterno, & non ex tempore. Ex quo pater, quòd dupliciter loquitur Deus: Vno modo ab intra, & per modum naturæ, & sic producit, & dicit filium ab æterno, cõmunicando ipsi eandem substantiam. Secundo modo loquitur ad extra, & per modum artis, & sic producit creaturas ex tempore, nõ communicando eis substantiam, sed solas similitudines, suę artis, & suarum idolorum, & perfectionum. Ex supradictis pater esse falsam opinionem, & hæresim Manichæorum, qui dicebant, quòd Deus princeps lucis creauit angelos, & animas rationales de substantia sua, communicando eis partem suæ substantiæ. Et ita diabolus princeps tenebrarũ creauit animas sensibiles, & omnia corpora de sua substantia. Item secundò ex hoc pa-

C ter esse falsam opinionem Auicennę, qui dicit, q secunda intelligentia creat tertiam, et tertia quartam etc. et vltima intelligentia creat animas intellectiuas, et omnes alias formas generabilium, et corruptibilium, quia nulla intelligentia cõtinet virtualiter aliquã creaturã quo ad totũ nisi esse, nisi sola prima qui est Deus. Tertiò sequitur positionẽ Aristotelis, et cõmẽtatoris esse falsam, qui dicũt mundum ex necessitate esse à Deo creatum ab æterno formaliter, et efficienter, nã Deus nõ produxit mundũ p modum naturę, sed p modum artis, et uoluntatis. Et iõ licet ars creatoris sit ętetna in suis ideis, et in verbo, tamen productio rerum est tẽporalis facta ad placitum, et nutum diuinę uoluntatis dicendo res ad extra. Hoc ergo uidens Dauid in spiritu dicit in hoc psal. quod ipse Deus

D vixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt omnia ista ex tempore, quando dixit. Fiat lux &c. Genesis primo. Quarta conclusio, q in diuinis est trinitas personarum cum vnitate substantiæ. Probatur. Nam ibi est Deus, qui dixit omnia creata ad extra ex tẽpore, & ibi est verbũ per quod dixit omnia illa in quo erant idealiter creaturæ ab æterno, & à quo formaliter dependẽt quò ad esse essentiale, & ibi est spiritussanctus p quẽ pater, & verbum spirant esse actualis existentiæ in rebus creatis, qui ferebatur sup aquas. Sed omnes istæ tres personæ sunt vna substantia, & vna essentia, & vnum esse, ergo sunt vnus tantùm Deus substantialiter, q essentialiter. Hoc probatur: nam sicut intelligere Dei est substantia: ita dicere Dei ab æterno est substantia, & per consequẽs verbum, quod ab æterno producit de sua scien E tia est sua eadem substantia. Et per consequens licèt verbum à patre productum, & dictum distinguatur personaliter ab eo: tamen est idem essentialiter, & substantialiter cum eo. Hoc idem est dicendum de amore spirato, & producto ab vtroque. Et sic patet, quòd tota trinitas personarum tanquàm vna substantia, & unus Deus, & vnus creator concurrit ad creationem rerum. Et hoc voluit explicare Moyses Genesis primo: cum dicit, quòd vnus Deus creauit cœlum, & terram in principio, & explicat tres personas dicens, quòd Deus dixit: Fiat lux, & illico facta est lux: ergo si Deus dixit: per aliquod verbum dixit: & per consequens antequàm ista dicere ex tempore, iam habebat verbum dictum, & F prodoctum ab æterno de tota scientia, & substantia sua: per quod quidẽ verbum æternum pater ex tempore dixit ista. Item subdit postea Moyses, quod terra erat inanis, & vacua: sed spiritus domini ferebuntur super aquas: conferendo supple esse actuale omnibus rebus creatis. Ex hoc patet, quod tres personæ diuinæ explicantur in creatione rerum, scilicet pater dicens, & verbum per, quod dicit res, & spiritussanctus per quem spirat esse rebus, & viuificat eas. Et tamen dicit Moyses, quod istæ tres personæ non est nisi vnus creator, qui creauit omnia. Hoc ergo idem dicit Dauid psalmo 32. cum ait, quod verbo domini cœli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum, & hoc idem dicit in hoc psal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mo: cum ait. Ipse Deus dixit, & facta sunt: per quod explicatur pater dicens, & verbum per quod dixit omnia. Deinde explicat personam spiritus sancti, cum subdit. Mandauit, & creata sunt: nam sicut pater dicit per intellectum, & verbum ita mandat, & dat esse per voluntatem, & spiritum sanctum: nam sicut dicere denotat, & conotat actum intellectus, ita mandare connotat actum uoluntatis. Et sic explicatur tota trinitas personarum concurrentium sub vna substantia ad actum creationis, sed miseri Iudæi non percipiunt. Quantùm ad secundam quæstionem est aduertendum, quod nomen dicitur à notificando. 7. Metaphysicæ. Ideo illud p quod magis notificatur res, dicitur nomen tor. & habet rationem nominis rei. Sed quia tota plenitudo diuitatis, & omnium diuinarum perfectionum, & etiam trinitas personarum magis notificantur in verbo, quæ B est persona filii, quam in alia personarum: ideo dicitur nomen Dei. Et hoc non est intelligendo quò ad esse, quod plenitudo diuinitatis, & diuinarum perfectionum magis sit in vna persona quàm in alia, nec quod pater sit magis in filio, quàm in spiritu sancto, nec econuerso, quia hoc esset erroneũ dicere. Sed quantum ad notificationem dicitur, quod plenitudo diuinitatis, & trinitas personarum magis notificatur in persona filij quam in alia, & hoc non solùm ex tempore, sed etiam ab æterno, & ideo per nomẽ Dei semper intelligitur persona filij, prout dictum est psal. 8. & 112. & per totam exposinonem huius libri. Ad cuius intellectum est pie, & fideliter, & semper cum correctione ecclesiæ aduertendum, secundum Augu. C 15. de trinitate, q̃ Deus pater ab æterno intelligit, & nouit se secundum totam plenitudinem sua diuinitatis. Et sic intelligendo se dicit verbum de tota sua scientia, & substantia, & per consequens communicat verbo totam suam substantiam, & essentiam, & plenitudinem suæ diuinitatis. Et sic pater sicut est in verbo secundum totam plenitudinem suæ diuinitatis, ita nouit in verbo, & diffinit se per verbum secundum plenitudinem diuinitatis, & omnium diuinarum perfectionum, & per consequens pater notificatur in verbo. Et sic filius non solum dicitur verbum, & conceptus diffinitiuus patris inquantum explicat totam essentiam patris: sed etiã dicitur nomen Dei inquantum notificat totam plenitudinem perfectionum diuina- D rum: vel inquantũ in ipso, & per ipsum notificantur. Itẽ rursus: sicut pater se nouit in filio ẽm totã plenitudinẽ diuinitatis, & omnipotentiæ, & sapientiæ, & misericordiæ, & iustitiæ, & bonitatis: ita diligit se in filio, & filium in se: & sic pater simul cũ filio spirat amorẽ, qui est spũs sanctus ab vtroq; procedens. Et sic sicut pater dicẽdo cõicat verbo totã suã substantiã, & essentiã, & plenitudinẽ diuinitatis: ita pariter & filius spirando cõicat spiritui sancto totam eandẽ substantiã & essentiã, & plenitudinem diuinitatis. Et sic patet quaE liter pater in verbo nouit se ab æterno esse Deũ, & esse patrem: & in verbo nouit spiritũ sanctum procedẽtem ab vtroq;. Et ideo licet tota plenitudo diuinitatis sit equaliter in tribus personis: & licẽt non magis pater sit in verbo, & in spiritu sancto quàm econuerso: tũ quantum ad modũ notificandi, qui omnia supradicta notificantur in filio aut per filiũ, ideo filius dicit diffinitio, et nomen Dei. Sed ista notificatio diuinarum perfectionum facta per filium magis fuit mundo manifesta ex tempore ad extra: prout dictum est præcedenti questione, nam pater habens in se verbo ideas, & exemplaria omnium rerum ab æterno, & inspicies illa exẽplaria tanquam in arte, ex tẽpore dixit omnia ad extra, q̃ dicendo. Fiat lux, facta est lux. f. tota natura angelica: & dicendo: Fiat firmamentũ, factum est ita. Et sic patet qualiter per verbũ fuit Deus notificauit ex tempore ad extra multitudinẽ perfectionum diuinarũ quã hẽt ab æterno ad intra, & per consequens filius Dei p quẽ facta, & notificata sunt omnia, debet dici de men Dei. Itẽ p verbũ filiũ Dei non solũ fuerunt nobis notificatæ diuinæ perfectiones essentiales in opere creationis: sed etiam mysterium triumphantis. Nam per hoc, q̃ Deus dixit. Fiat lux &c. ostendit Deus patrem se habere verbũ, & p consequens filium, p quem fecit, & notificauit omnia. Et per hoc q̃ spiritus domini ferebatur super aquas, ostendit se simul cum filio habere spiritum sanctum, & sic per filium notificatum etiam mysterium trinitatis in opere creationis.

Sed multò magis omnia supradicta fuerunt mundo notificata per filium incarnatũ in opere nostræ recreationis, & redemptionis. Nã primò Christus magis clarè notificauit mundo mysteriũ trinitatis ostẽdens qualiter ipse procedebat a patre, qũ dixit. Ego à patre

A à patre processi. Ioan. viij. Item quãdo dixit. Exiui à patre, & veni in mundũ Io. xv. Itẽ ostẽdit, & notificauit nobis qualiter spiritus sanctus procedat à patre: cum dixit: Cum venerit paracletus qui à patre procedit. Ioan. xv. Item ostendit, q̃ procedit à filio: cum dixit. Ille de meo accipiet. Ioan. xvj. Et cum insufflauit in discipulos: dicens: Accipite spiritum sanctum. Ioan. xx. Item ostendit: quod licẽt istæ tres personæ distinguantur realiter, & personaliter: tamen sunt vnius substantiæ: & consubstantiales: cum dixit. Pater, & ego vnũ sumus &c. Ioan. xiiij. Ex quibus patet, quòd Iesus Christus notificauit mũdo mysterium trinitatis personarum cum vnitate substantiæ in suo aduentu: & per consequẽs verè dicauit nomen Dei. Item magis clarè notifiB cauit mundo diuinas perfectiones: scilicet summam omnipotentiam Dei, & sapientiam & misericordiam, & iustitiam. Notificauit enim summam Dei omnipotentiam in miraculorum operatione: & inferni expoliatione. & generis humani liberatione. Secundo notificauit summam Dei sapientiam in legis euã gelicæ datione. Tertiò summam misericordiã in morte, & passione. Quarto summam iustitiam ostendet in finali iudicio. Et sic patet, q̃ omnia supradicta sunt facta, & notificata mundo per Iesum Christum filium Dei. Ergo ipsa persona Christi incarnata meretur dici nomen Dei. quod quidem nomen Dei est nomen omnipotentiæ, & sapientiæ, & misericordiæ, & iustitiæ virtutis: eo q̃ in virtute huius nominis omnia sunt facta, & creata, & recreata. Vnde sicut Deus pater in virtute C huius nominis dicendo creauit mundũ, viuificando omnia per spiritum sanctũ ita in virtute huius nominis induxit, & eduxit diluuiũ in terrã, & in virtute huius nois Moyses eduxit Israel de Aegypto: & fecit signa, & prodigia: & diuisit mare rubrũ: & traduxit illũ populum per desertum in manu potenti: & per eudlie petrã, & fluxerunt aquę &c. Item in virtute huius nominis Iosue introduxit populum in terrã promissam &c. Et ideo Adam primus homo qui ex nutu Dei imposuerat nomina omnibus rebus creatis iuxta suas naturales proprietates, & virtutes videns in spiritu, q̃ Deus pater per verbum filium suum creauerat omnia, & notificauerat suã omnipotentiam, & sapiẽtiam: & prædidens in spiritu qualiter Deus pater per filium suũ verbum incarnatũ &, per eius virtutem debebat mundo magis notificare suam omnipotẽtiã: D totũ genus humanum de prãte diaboli liberando: & debebat notificare suã sapientiam, le. vere, per legem euangelicã declarãdo: & suam misericordiã pro genere humano mortem patiendo, & suã iustitiã in malos puniẽdo: & iustos glorificando: Ideo propter has quatuor virtutes, & proprietates quas Christus de Deo. mũdo manifestauit, & notificauit: appellauit, & vocauit ipsum nomen Dei: & voluit scribere, & significare ipsum per illas quatuor literas: scilicet ioth. he. vau. he. Nam per ioth: quæ significat principium: voluit significare i Christo summam virtutem & omnipotentiam: quam mundo notificauit in miraculorum operatione, & inferni expoliatione: & triũpho, quem habuit de diabolo. Et per he. quæ significat esse: voluit significare summam sapientiam quam ostendit in le E gis euangelicę datione. Et per vau: quæ significat virtutem, & bonitatem: voluit significare in Christo summam misericordiam, quã ostendit in nostra redẽptione. Et per he: voluit significare summam iustitiam in Christo: per quam reddet vnicuique iuxta opera sua. Per quas quatuor literas voluit significare in persona Christi incarnata illas quatuor virtutes quas in se ostendit: & mundo notificauit: scilicet summam Dei omnipotentiam, & sapientiam, & misericordidiam, & iustitiã Et sic Adam sub illis quatuor literis incepit colere Deum, & inuocare nomẽ domini: sci licet filium Dei: vt veniret ad redimendum ipsum cum tota sua postentate, & sic docuit filios suos inuocare nomen domini: qui est Iesus Christus filius Dei verbum incarnatũ: vt dictũ est psalmo octauo, & cxliij. Et sub F tali ratione inuocauit nomẽ domini: & exhibuit Deo cultum latriæ Abel. Et sub tali ratione Enos filius Seth. incepit inuocare nomen domini. Genesis quarto, id est repperit, & cõsecit aliquas orationes, & ritus ad inuocandum nomen domini: idest Iesum Christũ & filium Dei: vt veniret ad saluandum mundum. Et sub hac ratione Noe inuocauit nomen domini. Genesis octauo. Item sub tali ratione Abraam inuocauit nomen domini. Genesis duodecimo. & sic est dicẽdũ de Isaac & Iacob. Item sub tali ratione. Moyses inuocando virtutem huius nominis: & in virtute huius nois eduxit Israel de Aegypto: & fecit omnia signa, & miracula. Et in virtute huius nominis Iosue introduxit illũ populum: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A transiuit Iordanem: prostrauit muros Hieri
co: & triũphauit de omnibus regibus terræ.
Et hoc est illud nomen Dei, quod Dauid me
morat, & inuocat in omnibus psalmis: & hoc
nomen inuocabãt omnes pphetæ, & fideles
veteris testamenti.

Sed quando venit plenitudo temporis mi
sit Deus filium suum: & tunc venit nomẽ do
mini de longinquo cœlo missum: & de lon-
ginquo tempore inuocatum, & expectatum:
& notificauit, & fecit, & compleuit in mũdo
omnia supradicta: quia in virtute, quam in se
Christus habebat tanquàm nomen domini,
fecit miracula: & redemit mundum: & expo-
liauit infernum: & triũphauit de diabolo. Et
in virtute huius nominis, scilicet verbi incar
nati in quo est tota plenitudo deitatis: apo-
stoli, & discipuli, & successores ejecerũt prin
B cipem huius mundi foras: & subiecerunt om
nes reges terræ: & omnia regna mundi ingo
Christi. Et in virtute huius nominis facie-
bant miracula: & resuscitabant mortuos: &
sanabant ægros: vt patet in actibus apostolo
rum, & in historijs, & gestis eorum. Et sic
patet qualiter, verbum incarnatum dicitur
nomẽ domini per totã sacram scripturam,
& quare est nomen tantæ virtutis. Quod
quidem nomẽ in veteri testamento scribeba
tur illis quatuor literis, & in nouo testamen
to nos inuocamus ipsum sub hoc nomine Ie
sus: prout dictum fuit psalmo octauo: Sed cõ
tra nos arguunt Iudei moderni dicentes,
quòd si Adam, qui imposuit omnia nomina
rebus, inuocauit, & scripsit nomen domini
sub illis quatuor literis hebraicis: ergo quare
C nos Christiani non scribimus, & inuoca
mus ipsum sub illis quatuor literis: sed sub
hoc nomine Iesus? Ad hoc respõdetur, quòd
sicut sacramenta & sacrificia veteris legis nõ
erant gratia sui: nec nisi inquantùm signifi
cabant futura de Christo mysteria, fuerunt
institutaita pariter Adam nominauit Iesum
Christum nomen domini sub illis quatuor
literis: inquantùm illæ quatuor literæ signifi
cabant in Christo illa quatuor mysteria quæ
debebat in se compleri in aduentu suo. Ideo
sicut quando venit Christus cessauerunt om
nia sacramenta, & sacrificia veteris legis: cò
quòd erant data in signum: ita pariter cessa-
runt illæ quatuor literæ, postquàm Christus
impleuit in se earum significata. Ergo no
men domini non amplius debet scribi cum
illis quatuor literis: sed debet scribi sub hoc
nomine Iesus. cuius sonum, & proprietates
significabant illæ quatuor literæ prout dictũ
fuit psalmo octauo: cò quòd est nomen vir-
tutis, & salutis: sicut vocatum est ab angelo
Mattæi primò, & Lucæ primò.

Ex quibus patet esse falsam, & erroneam
opinionem illorum Christianorum qui scri
bunt nomen Dei cum illis quatuor literis, &
sub hoc nomine Adonai: portantes in collo
aut persona sua, putantes habere maiorem
virtutem: quod non solum est erroneum:
sed etiam hereticum: cum omnia, quæ signi
ficabant illæ quatuor literæ sint in Christo
complera: & sic debet cessare scribi nomen
domini illis quatuor literis, & pronunciari
sub nomine Adonai: imo sub hoc nomine Ie
sus, & non solum debet, & potest scribi lite-
ris vnius linguæ: sed omnium linguarũ: quia
omnibus linguis, & nationibus fuerunt noti
ficata huiusmodi misteria: & omnibus natio
nibus est notificatum nomen domini, & eũ
gelium. Christus enim omnes redemit. & est
vniuersalis, & non solum Iudæorum redem
ptor. Et hoc etiam apparet esse falsum, & va
num laborem nectomanticorũ: qui quærit
illud nomen domini quatuor literarum: pu
tantes esse maioris virtutis, q aliud nomen:
cum istud nomen Iesus sit illud nomẽ, quod
est super omne nomen: vt dictũ est psa. octa
uo. Et sic patet quare nomen domini, qui est
Iesus filius Dei, est tantæ virtutis: quia in se
continet totam plenitudinem diuinitatis, &
in virtute eius facta, & creata sunt omnia, &
redemptum, & liberatum genus humanũ, &
diabolus victus, & superatus, & hęc est causa,
quare diabolus fugit istud nomen, & timet.
Ex supradictis omnibus patet, q nomen Dei,
quod est Iesus, notificat nobis oia principali
ter considerata in tota sacra teologia vide-
rum. nam est nomen omnipotentiæ, & sapiẽ
tiæ, & misericordię, & iustitiæ, vt dictum est
psalmo octauo. Et ideo notificauit mundo,
& notificat mysterium creationis, & guberna
tionis, & nostrę redemptionis, & glorificatio
nis, et per consequens notificat nobis miste
rium trinitatis, et incarnationis. nam miste
rium creationis præsupponit misterium tri
nitatis: Nam si Deus dicendo, et præcipiẽdo
creauit mundum, ergo habet verbum, per
quod dixit omnia, et spiritum sanctum, per
quẽ omnia viuificat, et gubernat, et mouet
vt dictum est. Item mysterium redemptio
nis. præsupponit mysterium incarnationis
in

A in qua humanitate, & carne assumpta Deus
est passus, & nos redemit. Et etiã hoc nomen
Iesus, quod est nomen salutis, & restauratio-
nis, & integræ vitæ importat, & notificat in
se mysterium nostræ glorificationis, per quã
vitam æternam recuperamus, & vltimatã sa
lutem consequimur. Et sic patet, q sicut illa
persona incarnata est reale nomen Dei signi
ficatum per illas quatuor literas vet. te. cõ, q
oia supradicta Christus in se, & p se mundo
notificauit ita pariter hoc nomẽ Iesus mẽta
le vel vocale vel scriptum: quo nos filiũ Dei
nominamus: quod est interpretatum per il-
las quatuor literas, & sonant illæ quatuor li
teræ in hebræo: hoc inquam nomen Iesus
notificat, & significat nobis in Deo quatuor
omnia supradicta: scilicet omnipotentriã in
B creando, & recreando, & sapientiam in gu-
bernando mundum, & in dilatione vtriusq;
legis, & misericordiã in redimendo, & iusti-
tiam in præmiando, & nos beatificando. Et
sic hoc nomẽ Iesus comprehendit in se oẽm
rationem: sub qua Deus principaliter consi-
deratur in sacra scriptura vtriusque testamẽ
ti, & per consequens in tota sacra teologia.
Et iõ non est mirum si est nomen tantę vir
tutis, & dignitatis, & excellentiæ, & si aposto
li, & sancti viri ad inuocationẽ nominis ope
rabãtur miracula ineffabilia: nec cessant ho
die miracula fieri, nam in virtute huius no
minis conferunt gratiam omnia ecclesiasti-
ca sacramenta. Nec est mirum: si patres ve-
te. cum tanto desiderio desiderabãt scire vir
tutem huius nominis, & videre effectus, &
opera eius. Nec est ẽt mirũ, si Dauid in suis
C psalmis tantum frequentat istud sacrum no
men, cui attribuit omnem virtutem, & perfe
ctionem, de quo dicit, & cõcludit in hoc psal
mo, q oẽs status, & conditiones mundi lau-
dent nomẽ domini: quoniam exaltatum est
nomen eius solius, quia omnia bona, & om
nem perfectionem, & virtutem includit, &
continet in se.

PSALMVS. CXLIX.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Lætatur Israel in eo, qui fecit eum, et filiæ Sion exultent in rege suo.

Titulus, Alleluia, per quod denotatur, q
Dauid fecit hũc psalmum ad laudandũ Deũ,
in quo prædicit gaudium, & exultationẽ ele
ctorum in primo, & in secũdo aduentu xpi.
Vnde est aduertendum, quòd quandocun-
que Dauid inuitat ad cantandum canticum D
nouum, intendit populum Christianum in
Christo renouatum, & per canticum nouũ
intendit legem euangelicam, quæ in se con-
tinet obseruantiam præceptorum, & fidẽ ar
ticulorum, & gratiam sacramentorũ sub spe
futurorum, & cęlestium bonorum promissõ
rum, & intendit etiam gloriam sanctorum
in cœlesti beatitudine. Dicit ergo. O vos fi-
deles in Christo renouati iã non cãetis can
ticum vetus nec legem Moysi. Recedant ue
tera iam de ore vestro. i. abijcite cerimonias,
& figuras: sed cantate canticum nouum, &
prædicate euangelium omni creaturæ. Et iã
non oportet cantare exitum Aegypti, nec
agnum paschalem in synagoga, sed cãtate mi
sterium incarnationis, & natiuitatis, & cele
brate festum resurrectionis, & ascensionis, &
de istis mysterijs sit laus eius, scilicet Christi, E
in ecclesia sanctorum apost...orum marty-
rum, & doctorum, quæ est Christiana religio
& congregatio. Et Israel: scilicet prædicta
ecclesia, lætetur in eo, qui fecit eum: non
solùm creando, sed per resurrectionem, & re
generationem, & renouationem. Et ecclesię
mundi, id est omnes animæ deuotæ, quæ di-
cuntur filiæ Syon, exultent in rege suo Chri
sto in eius aduentu.

Laudent nomen eius in choro, in tympano, et psalterio psallant ei.

Iam enim dictum est, quomodo psalmi
cãtabantur cum aliquibus instrumentis non
solũ ad delectationem: sed etiã ad mysteriũ.
Nam chorus, qui est concordia vocum, signi
ficat concordiam vitæ cum doctrina, vel cõ-
cordiam appetitus cum ratione, & cõcordiã
morum. Tympanum autem significat pas- F
sionem Christi. Psalterium vero harmoniã
decem præceptorum, & articulorum. Ad ista
ergo nos inuitat propheta, q cãtemus Chri
sto canticum nouum cum prædictis. Et etiã
vt in ecclesia cantemus canticum nouũ: sci
licet natiuitatis, prædicationis, passionis, &
resurrectionis, et horum festa celebremus. Et
dat rationem quare debent cantare illud
canticum nouum, et dicit.

Quia beneplacitum est domino in populo suo, et exaltabit mansuetos in salutem.

Id est, quia iam non placent domino cere
moniæ veteris legis: nec veteres festiuitates,
quæ celebrantur in figura: quia iam omnia
sunt renouata per aduentum Christi, iam er
go non est voluntas domini, nec placitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in sacrificiis veteris legis: sed in festiuitatibus nouę legis, & in sacrificiis. ideo dicit. Beneplacitum est domino in populo suo nouo Christiano, & vero Israel, quia iam dispersit superbos Iudæos obstinatos, & deposuit reges gentiles potentes, de sede idololatriæ, & potentes scribas, & phariſæos, & Iudæos de sede regni, & sacerdotii, & exaltauit apostolus & discipulos humiles, qui secuti sunt humilitatem Christi. Ideo constituet eos principes super omnē terrām, & cætera. Et etiam exaltabit omnes fideles mansuetos in salutē gratiæ sanando eos a peccato, quia soli mansueti, & humiles salui facti sunt: eò quòd deposita superbia: & vanitate, & diuitiis huius mundi Christum secuti sunt.

Ad maiorem euidentiam est notandum, quòd lex euangelica, quam nunc nos cantamus, & prædicamus, quadrupliciter dicitur canticum nouum. Primò: quia omnia antiqua cerimonialia, & legalia abiicit, & repellit, scilicet festiuitates, & sacrificia, & sacramēta veteris legis & cætera: eò quòd omnia cōpleuerunt cursum, & officium suum in Christo. Secundo, lex euangelica dicitur canticum nouum: eò quòd Christum nouum regem recepit in antiqua lege promissum. Tertiò: quia repudiatis antiquis legalibus nouas festiuitates, & noua sacramenta celebrat, & nouum, & Deo placitum, & acceptum offert sacrificium Eucatistiæ: prout iam prædixerat Esaiæ lxvi. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi &c. per totum capit. Item Malachiæ primo. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum &c. Item Hiere. xvi. Ecce dies venient dicit dominus, & non dicetur vltra. Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti &c. Quartò dicitur canticum nouum, quia exaltat mānsuetos, & humiles, & deprimit superbos. Omnia ergo ista quatuor tangit Dauid in hac prima parte, nam primum tangit cum dicit: Cantate domino canticum nouum. Secundum vero cum subdit. Et filiæ Syon exultent in rege suo. Tertium: ibi. Laudent nomen eius in choro &c. quia beneplacitum est domino in populo suo. Quartum cum subdit Exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis.

In hac secunda parte prędicit canticum & gloriam sanctorum, & iustorum in secundo aduentu Christi, qui quidem aduentus licèt sit terribilis damnatis: tamen erit delectabilis iustis, & saluatis, & maximè apostolis, & martyribus. Et ratio est, nam primus aduentus Christi fuit terribilis apostolis, & martyribus.

Nam in primò aduentu apostoli, & discipuli fuerunt vexati, & afflicti: primò a Iudeis, secundò a tyrannis, & sic vsque ad Constantinum multa millia martyrum interfecti sunt propter Christum, ergo ratio est, quod in secundo aduentu per oppositum apostoli, & martyres gaudeant, & recipiant vltimatū premium, & persecutores eorum tunc patiantur vltimarum supplicium, & pēnam ętę nam. Et ideo promisit Christus apostolis quòd iudicarent malos in die iudicij, & federent super duodecim sedes &c. Item Sap. 5. dicit, q̄ tunc stabunt iusti in magna constantia ad uersus eos, qui se angustiauerunt &c. Et tunc videntes felicitatem, & gloriam iustorū &c. Secundo est notandum ex sententia supradicta, quòd gloria sanctorum in duobus cōsistet tunc. Primò: quia videntes ibi Christum in maiestate: videbunt crucem, & spineam coronam, & clauos, & totum triumphum Christi, ad iudicium damnationes, & videbunt etiam suos persecutores condemnatos ad mortem æternam. Tum quia vocabuntur beatorum beatificatur, & lætatur conformando se voluntati diuinæ: ideo iusti deplici lętitia lætabuntur. Primò de gloria quam ipsi possident. Secundo de iustitia Dei & sententia data damnatis: quia lætabitur iustus cum uiderit uindictam ibi factam de persecutoribus Christi, & suis & sic iudicia bunt malos duplici iudicio. Primo eos accusando, petendo ultionem. Secundo sententiam Christi approbando. Et sic iusti present in laudes vocales ille die, & laudabunt Christum, explicantes triūphum, & victoriā eius, commemorantes eius incarnationem, & prædicationem, & conuersationem quam habuit in hoc mundo: & eius passionem, & resurrectionem, & ascensionem. Et istud canticum nouum cantāt assidue sancti in gloria cœlesti: patet Apoc quinto, & ista sunt instrumenta musicalia cum quibus cantant & exultant sancti in gloria: sicut uidit Ioā. Apoc quinto. Vnde dicit, q̄ quatuor animalia, & 24. seniores habentes citaras, & fialas aureas plenas odoramentis: quę sunt orationes sanctorum: ceciderūt in cōspectu agni, & cantabant canticum nouum dicentes. Dignus est agnus, qui occisus est accipere gloriam &c. Ex quo patet, q̄ beati in suis laudibus commemorant triumphū Christi, & mysteria incarnationis, & passionis, & totius nostrę redemptionis. Et hoc est, q̄ dicit Dauid in hac parte. Nam quia in primò aduētu fuimus tenuati per gratiam: ideo in hac ecclesia nos mouet Dauid cantare canticum nouum gratiæ, sed quia in secundo aduētu erimus renouati per gloriam: ideo dicit, q̄ sancti tunc cantabunt canticum nouum glorię, & cantat semper. Dicit ergo Dauid, q̄ tunc in secundo aduentu ad iudicium, quando sancti recipient vltimatum præmium, exultabunt sancti in gloria: & lętabuntur in cubilibus suis, & sedibus, & mansionibus suis, quas angeli mali per superbiam perdiderūt, & ip si sancti per humilitatem, & mānsuetudinem possidere meruerunt.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum gloria hęc est omnibus sanctis eius.

Non solum exultabunt lætitia, & gaudio internō: sed etiam exteriori per laudes vocales Deum laudando: cantando exultationes Dei, idest mirabilia opera Dei: scilicet mysterium creationis, & redemptionis, & resurrectionis. Et erunt exultationes Dei in gutture eorum: nā ibi corpora glorificata veras voces formabunt: vt aliās est probatum. Vnde tali exultatione sancti non solum laudabunt & commendabunt triumphum Christi: sed etiam eius iustitiam, & iudicium, & sententiā contra damnatos datam a Christo approbabunt. Ideo sequitur, quòd gladij ancipites in manibus eorum, nam gladij sanctorum in illa die dicūtur ancipites, quia duplex acumen habebunt: quia cum vno accusabunt suos persecutores, & cū alio sententiam Christi approbabunt. Et ideo sequitur, q̄ gladij ancipites erunt in manibus eorum, ad duo supple, scilicet primò ad faciendam vindictam in nationibus, sententiam Christi cōdemnando. Secundo ad faciendas increpationes in populis, eos accusando, & ad alligandos reges, & principes, & tyrannos eorum populorum infidelium in compedibus. Et ad alligandos nobiles, & superbos in manicis ferreis inferni: quia erunt obstinati tantùm in malum, quod nunquàm poterunt bene agere. Dicuntur etiam isti gladij ancipites, & bicipites, quia angeli, & sancti duplici pœna condemnabunt reprobatos: scilicet pœna damni, & sensus: quia nunquàm Deum videbunt, & in æternum patientur, & sic erit eis pœna vermis, & ignis. Habebunt ergo sancti, & angeli istos gladios ancipite in manibus ad faciendam vindictam, & cætera, & ad alligandos reges eorum &c. finaliter, vt faciant iudicium conscriptum: idest à Christo decretum, & determinatum: quia intantùm sancti, & angeli dicuntur facere iudicium: in quantùm complacent, & approbant sententiam conscriptam, & determinatam à Christo, & per Christum: & hæc est gloria omnibus sanctis eius: scilicet sententiam Christi approbare, & eius voluntate complacere, & se conformare. Et etiam hæc est gloria, & in hoc consistit gloria sanctorum, scilicet in oī bus prædictis in hoc psalmo, scilicet in iudicando malos approbando Christi sententiā, et in laudando Deum in æternum triūphos eius cantando, & memorando, & exultando in cubilibus suis in gloria cœlesti. Item etiā hæc erit gloria omnibus sanctis Dei: scilicet accusare damnatos, & approbare sententiā eorum, & videre, & lætari in vindicta facta de ipsis: quia lætabitur iustus cum videtit vindictam, quia tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt &c. Sapientiæ 5. Sed talis gloria non erit sanctis essentialis, sed accidentalis. Nam gloria essentialis consistit in visione diuinæ essentiæ, vt dictum fuit psal. 1.

PSALMVS. CL.

Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum firmamento uirtutis eius.

Iste est. CL. psalmus, vltimus in ordine collocatus: cui præponitur titulus. Alleluia: eò, q̄ Dauid fecit ipsum ad laudandum Deū in replo. Vnde quia psalmo antepenultimo inuitat omnes creaturas tàm corporales q̄ incorporeas: tam irrationales quàm rationales ad laudandum Deum: Et psal. præcedēte specialiter inuitauit creaturas rationales ad recipiendum Christum in hac ecclesia, & cantandum ipsi canticum nouum hic per gratiam, & in patria per gloriam: Nunc in hoc vltimo psalmo inuitat omnes fideles vtriusque ecclesiæ, & maximè ecclesiæ militantis

Universidad de Deusto
Biblioteca

litantis ad laudandum Deum trinum, & vnum creatorem, & redemptorem, assignãdo modum laudandi. In quo duo facit. Nam primò docet vbi debemus Deum laudare. Secũdò cum quibus instrumentis iste psalmus cantabatur in templo: per quæ instrumenta figuraliter docebat quomodo in testamento tenemur Deum, & Christum nostrum laudare, ibi, Laudate eũm in sono tubæ. Sed quantùm ad primùm est notandum secundùm Augustinum de verbis apostoli, &c. de ciuitate Dei, quòd oppositio mõ cognoscitur Deus in patria, & in via. Nam in patria cognoscitur in seipso, & omnia alia in ipso: eò, q̃ omnia lucent in essed in via cognoscitur in creaturis: eo, q̃ ipse lucet in eis. Et ideo aliter laudatur Deus in via, aliter in patria. Nam in via laudamus Deum in creaturis: eò, q̃ lucet in B eis, & in patria beati laudant Deum in se: eò, q̃ vident eum per essentiam, & omnia in eo. Cum ergo in hac vita non possimus videre Deum per essentiam, nisi in creaturis per vestigium, & imaginem: iõ laudamus Deũ per creaturas siue in creatutis: inquantum perfectiones, quę reperiũtur in sole, & luna, & stellis, & in cæteris creaturis nos excitãt ad magnificandum, & laudandũ Deũ, qui eas creauit. Et sub tali prætextu propheta inuitat oẽs creaturas irrationales ad laudandum Deum in ps. antepenultimo: nõ q̃ ipsę possint Deũ laudare: eò, q̃ non habent intellectum, & rationem: sed inquantùm per eas cognoscimus omnipotentiam, & bonitatem Dei, ideo monent nos ad laudãdum Deum in eis: aut per eas. Ideo quãdo prophera dicit. Laudate eũ sol, & luna, & omnes stellæ, & lumen, & laC date eum ignis, & grando, & nix &c. nihil aliud intendit dicere nisi. O vos creaturæ, rationales contemplamini solem, & lunam, & stellas &c. & considerate quàm magna est omnipotentia, & bonitas Dei: quia ista creauit propter vos, & laudate eum gratias agendo pro tantis beneficijs &c. Vlterius est notandum, quod licèt Daus à principio creationis communicauerit omnibus creaturis similitudines suarum perfectionum naturalium secundùm magis perfectum, & minus perfectum, vt dictum est: tamen quia Christus Deus, & hõ est caput ecclesiæ ab Adã vsq; ad vltimũ electũ, à quo deriuãtur oĩa dona gratiarũ, & meritorum in omnia mẽbra sua, iõ peramplius, & perfectionis cõicauit, & cõmunicat continuè perfectiones, & dona gratiarum supernaturalium membris suis fideli D bus, & sanctis, & sic communicauit innocentiam, & puritatem ipsi Abel, & fidem, & iustitiam Noe, & Abrahę, & castitatem ipsi Isaac, & caritatem ipsi Iacob, & mansuetudinem ip si Moysi, & zelum diuini cultus ipsi Dauid, & spiritũ propheticum omnib. prophetis. Et p amplius, & perfectius communicauit dona gratiarum ipsis apostolis in die Pent. & fortitudinem, & constantiam ipsis martiribus, & integritatem uirginibus, & sanctitatem confessoribus, & intelligentiam scripturarum ipsis sacris doctoribus, per quas quidem perfectiones Deus fecit omnes electos, & sanctos suos quasi Deos per participationem, vt dictum est ps. 81. Ex quo patet, q̃ Deus p amplius, & perfectius lucet in viris sanctis. Iteꝝ Christus etiam inquantùm homo lucet in viris sanctis quantùm ad labores, & persecutiones, & mortem. & passionẽ: nam passio eius iam lucebat in Abel, & Abraam, & Iacob, quia iam illi patiebantur in figura Christi propter veritatem, & iustitiã, vt ait Ambrosius, & Leo Papa: imo Christus iam patiebatur in eis figuraliter, vt ipse ait in semione de passione Christi. Sed peramplius, & perfectius passio Christi lucebat in apostolis, & martiribus: qui realiter propter Christũ patiebantur expressè: imo Christus in martiribus, & membris suis patiebatur: vt ipse dixit Act. 6. Saule Saule quid me persequeris &c. Ex quibus patet, q̃ Christus Deus, & homo saluator, & redempror noster maximè manifestatur nobis in sanctis, & electis suis in hac ecclesia, & per consequens in sanctis, & electis suis est laudandus in hac ecclesia. Et sic E est dicendum, quòd quando nos laudamus, & magnificamus aliquem apostolũ: aut martirem, aut confessorem, & sanctũ, & celebramus, & colimus festa pro eis, & in nomine ipsorũ, nõ laudamus eos per se, sed laudamus & magnificamus Deũ siue Christũ caput nostrũ in eis, & sic colimus, & celebramus passionem Christi in beato Laurentio, & Vincentio, inquantũ ist i martires participarunt passionem Christi in suo martirio, & in suis tormentis: imo gerebant imaginem passionis Christi: & ideo propriè laudamus, & colimus Christum in eis. Hoc ergo pręuidens, & contemplans prophera Dauid in spiritu inuitat specialiter in hoc psal. omnes fideles huius ecclesiæ, vt laudemus Deum in sanctis suis eo modo quo dictum est. Dicit ergo.

A O vos fideles laudate dominũ in sanctis eius. considerate primò beneficia, quæ Deus cõtulit viris sanctis vet. test. s. Abel Noe Abraę, Isaac, & Iacob, & Moysi, & Dauid, & omnib. prophætis, quæ omnia erant figura Christi, & ecclesiæ, & sic laudate Deum in eis, qui talia dona communicauit eis. Et vos fideles noui testamenti considerate, & contemplamini dona gratiarum, quæ Xp̃s communicauit apostolis, & martyribus, & cõfessoribus, & doctoribus, & virginibus, & cæteris viris sãctis, quę dona fuerunt supra humanam facultatem, per quæ Deus ostendit in sanctis suis suam omnipotentiam, & sapientiam, & bonitatem, & cæteras perfectiones. Et sic laudate dominũ in sanctis suis gratias agendo, & dies festos celebrando, & triũphos martyrũ prędicando, & omnia ista dona ad Christum referendo, quia laudare Deum in sanctis suis nihil aliud est nisi triumphos, & uirtutes eorum in Christum laudando, & gratias agẽdo referre. Sed quia inter cæteros dona gratiarum, & virtutum Christi maximè viguerũt in apostolis, qui fuerunt firmamentum, & fundamenta ecclesiæ: ideo subdit. Laudate eum in firmamento virtutis eius, scilicet in collegio apostolorum: super quos Christus fundauit, & firmauit ecclesiam suam: & qui firmatis ecclesiam miraculis, & signis, & doctrinis. Et etiam per fundamentum, & firmamentum virtutis Christi intendit totã ecclesiam, quæ dicitur firmamentum virtutis xp̃i: vbi virtutes prædicantur, & ecclesiastica sacramenta, in quibus virtus passionis Xp̃i cõtinetur) celebrantur, & exercitantur, & frequentantur, quasi dicat. Laudate eum in ecC clesia, quæ est firmamentum virtutis eius p & sancti viri operati sunt multa signa, & miracula virtute nominis Xp̃i: vt patet in actibus, & historiis apostolorum, & martyrum, & aliorum sanctorum: ideo subdit.

Laudate eum in virtutib. eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Quasi dicat: Omnia dona gratiarum, & omnia signa, & miracula, & bona opera, quę sancti fecerunt in hac vita, referatis ad Christũ, quia ipse tanquam caput ecclesiæ contulit, & communicauit eis omnia, & ideo laudate Christum i sanctis suis. Totum hoc ẽt potest referri ad statum, & gloriam sanctorum, quia Christum in sanctis suis, & in cœlo empyreo, q̃ est firmamentum virtutis eius, & laudate eum in D virtutibus eius angelicis: quia ibi Deus est omnia in omnib. &c. Deinde cum dicit,

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & citara.

Laudate eum in tympano, & coro, laudate eum in cordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantib. laudate eum in cymbalis inbilationis: omnis spiritus laudes dominum.

Docet cum quibus instrumentis musicis cantabatur iste psal. in templo: quia cũ octo instrumentis cantabatur, scilicet in sono tubæ: & cum psalterio, & citara, & cum tympano, & choro: & cum cordis, i. cum monocordo: & cum organo fistularum: & cũ cimbalis benesonantibus: & cũ cimbalis inbilationis. Cum eis ergo octo instris dicit Dauid, q̃ debemus cantare hunc psalmum, & præcipiebat ipsum cantari in templo. per quæ instrumenta materialia figurabantur octo mysteria, sub quibus laudamus Deum in ecclesia Christi. Nam dictum est in prologo tracta tu quinto: qualiter illa octo instrumenta, cũ quibus cantabantur psalmi in templo Salomonis, significabant mysteria euangelica de Christo, & ecclesia: qui nos hõdie prædicamus, & celebramus. Et iõ Dauid in hoc psalmo per tympanum factum de corio animalis mortui baculis percussum intelligit passionem Christi. Et per psalterium intendit triplex psalterium. s. psalterium morale decẽ præceptorum: & psalterium euangelicũ decẽ articulorum humanitatis Christi: & psalterium anagogicũ, & beatificũ decẽ gaudiorũ, quæ habent, & quibus beatificantur sancti in gloria. Nam sicut psalterium euangelicũ cõtinet decem cordas euangelicas. s. Christi incarnationem, & legis datione: & passionẽ & redemptionem: & resurrectionem: & ascẽsionem: & spiritus sancti missionem: & sacramentorum institutionem: & ecclesię ex vtroque populo congregationem: & futuri iudicii retributionẽ: Ita pariter psalteriũ anagogicum, quod cantant, & pulsant sancti in gloria, continet decẽ cordas beatificas. s. visionẽ essentialem diuinæ trinitatis, & vnitatis, & dilectionem: & fruitionem: & imortalitatem & claritatem: & subtilitatẽ, & agilitatẽ: & sũmam delectationem: & satietatem: & securitatem. Item per citaram, quod est instrumentum triangulare habens septem cordas principales, intendit primò trinitatẽ diuinarum

perso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A personarum in vna simplici essentia. Secundo intendit trinitatem virtutum teologaliū cum quibus laudamus Deum, scilicet fidem articulorum, & caritatem decem præceptorum,& omnium consiliorum,& spem gratię septem sacramentorum,& ideo citara continet septem cordas significantes septem ecclesiastica sacramenta,quibus renouamur,& sanamur, & reficimur, & roboramur, & insignimur. Per sonum autem intendit prædicationem apostolorum:per quam congregarunt ecclesiam in vnum &c. Per chorum intēdit Dei omnipotentiam in opere nostre creationis,& redemptionis. Per monocordū intendit concordiam vitæ quā debemus habere cum doctrina. Per organum autem intendit consonantiam corporis immortalis ad animam, quam consequemur per resurre

Cōfitebor inquit tibi domine nō solū confessione fidei: qm verificasti, et adimpleuisti quod promisisti. et mihi reuelasti: sed etiam confitebor tibi confessione laudis pro tantis beneficijs receptis: qm tu in principio ira à facie tua me proiecisti. et de illa paradiso deliciarū expulisti, et ad duplicem mortem destinasti. et sic incidi in latrones qui me bonis gratuitis expoliarūt, et in corpore, et anima fauciarunt, et graubus vulneribus affecerunt, et sic semiuiuus relictus in hac lacrimarum valle vltra quinq; millia annorū expectādo medicū iacui infirmus, et ægrotus. Sed licet per tot tempora fueris mihi iratus: tñ nunc conversus est furor tuus in benignitatem: et misam: filiū tuū mittendo medicū misericordiæ expectandū, et promissum. Et sic consolatus es me p ipsum. Vnde causa quare cōsolatus es me est ista. Nam ecce. i. iam adest Iesus Christus qui est Deus saluator meus mihi totiēs promissus ad saluandum: quia idem dicit Iesus. i. saluator: quia saluum faciet populum suum a pēctis eorum. Mat. 1. Et iō deinceps D ambulando in lege libertatis, et iustificationis fiducialiter agā opa legis euāgelicæ: quę immediatè, et per se liberant à pēctō, et cōferunt gratiā gratificātem, et iustificātem advitā eternā. Et iō vltra nō timebo diaboli nec membra eius. Nā in lege euāgelica sunt tot auxilia, et arma cōtra diabolū ad resistendū, et sanādum ex omni parte: q. amplius nō timebo ipsum. Et sic fiducialiter, et cū firma spe agā, et operabor: quod nō timebo pœnas inferni, nec pperuā captiuitatē. Sed illico post hāc vitā in virtute sacramētorū euolabo in vitā eternā. Et sic non timebo captiuitatem diaboli sub qua fuit totum genus humanū vsq; ad passionem xpi, et resurrectionem: de qua captiuitate fui liberatus p ipsum Chīm. Et bene dico, quod fiducialiter agam, et non timebo diabolum. Quia ipse dominus Iesus E Christus est fortitudo, et laus mea, et factus est mihi in salutem, per mortē ac passionem et resurrectionē. Nam per mortē, et passionē, et resurrectionē me saluauit, per quā passionē superauit diabolū, et triumfauit de ipso et liberauit me de eius pēte expoliando limbū inferni, et sic ipse Christus fuit fortitudo mea. Et ēt fuit fortitudo mea: quia per ecclesiasticā sacrā me fortificauit, et armauit contra diabolū. Et iō non solū xps est fortitudo mea, sed ēt laus mea quia teneor ipsum laudare, qa factus est mihi in salutē me redimendo. Et nō solū Iesus Christus est laus mea in quantū teneor ipsum laudare, ppter būficia recepta, sed ēt est laus mea inquātū p ipsum sum laudat⁹, et honorat⁹, et beatificat⁹. Quia nomē xpiani quod habeo per eū: est nomē dignitatis, et laudis, et honoris, et felicitatis. Et F sic ipse est laus mea, et honor meus: qa quicquid boni habeo ab ipso habeo. Deinde cū dicit.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris, & dicetis in die illa.

Confitemini domino, & invocate nomen eius.

Notas facite in populis adinventiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino quoniam magnifice fecit, annunciate hoc in universa terra.

Inuitat oēs gētes mūdi ad recipiēdū Christū, et legē euangelicā cū fructibus suis. Ad cuius intelligentiā est notādū, q. tres sunt generales fructus legis euangelicæ. s. gratia sacrotū p quā sanamur et reficiemur. Et fides articulorū p quam diuina misteria credimus et cognoscimus. Et doctrina, et obseruantia

præce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præceptorum, & cõsiliorum: per quã simũl cum fide articulorum regulamur, & iustificamur. Et io propheta exortat uf oẽs gẽtes, vt recipiant istos tres fructus euangelicos, & per consequens recipiant Christũ, & legẽ euangelicam. Et primo exortat, vt recipiant gratiam sacramentorũ. Vnde quia dixit supra, q̃ Christus factus est nobis in salutẽ per suam passionẽ, & quia ecclesiastica sacramenta sumũt virtutẽ, & fluxerũt ex passione, & quæ vulneribus Xpi iõ subdit. O vos oẽs fideles, & omnes gẽtes hauietis i hauitre, & sumite in illa die aquas sacramentales de fontibus. s. de quinq; vulneribus saluatoris: quia ex illis quinq; fontibus, & vulneribus fluent septẽ ecclesiæ sacramenta. Nã exinde primõ fluet aqua baptismalis, & aqua pœnitentialis, & virtus extremæ vnctionis, & vniuersaliter virtutes omnium sacramentorũ, & ex fontibus huius saluatoris fluent oẽs aquæ sapientiales. Et iõ oẽs sitientes venite ad hauriendũ istas aquas, quæ sanãt ab omni infirmitate, & refrigerant ab omni calore pẽti, & reficiunt conferendo gratiã in pẽsenti, & gloriã in futuro. Deinde cũ subdit: Et dicetis i illa die &c. innuit oẽs ad recipiendã fide articulorũ euangelicorum. s. vt credãt mysteriũ trinitatis, & incarnationis, & prædicationis, & miraculorũ operationis, & passionis, & resurrectionis, & ascẽsionis, & euãgelicæ publicationis &c. Iõ dicit. O vos apostoli, & doctores, & sacerdotes in illa die dicetis, & prædicabitis omnibus gentibus. Confitemini dño Iesu Christo & inuocate nomen eius: qđ est Iesus, & colite ipsũ Iesum Xpm tanquã verũ Deũ, & hominẽ, & saluatorẽ, & Messiã in lege promissum. & cõfitendo ipsũ esse nomẽ Dei, & verbũ incarnatũ: sicut dictũ est Psal. 8. tũc credetis oibus articulis fidei tàm diuinitatis quam humanitatis. Nã tota fides nostra est credere Iesũ esse filiũ naturalẽ Dei patris: primæ Ioã. 4. quã crediro hoc articulo credunt cæteri. Deinde cũ subdit: Notas facite &c. exortatur omnes apostolos, & prædicatores ad prædicandum præcepta, & doctrinam euangelicã oibus populis, & linguis, & per consequẽs exortatur oẽs gẽtes, vt recipiant doctrinam euangelicam. Iõ dicit. O vos apostoli, notas facite, & prædicate in oibus populis, & gentibus oẽs admiriones eius. s. oia, psunda mysteria, & omnia præcepta, & cõsilia euangelica: quæ prouenũt ex inuentione illius sunnæ, & ex ineffabili altitudine scientiæ, & sapientiæ

B

C

D

-Dei, & dñi nostri Iesu Xpi. Et notas facite ad mirabiles modos quos diuina sapiẽtia adinuenit ad saluandũ genus humanum. q̃ mirabilia remedia adinuenit ad sanãdas nostras infirmitates per gratiã sacramẽtorũ, & ad supplendũ nostros defectus per fidẽ articulorũ, & ad dirigendã nostrã viã, & actus nostros p̃ doctrinam præceptorũ, & cõsiliorum. Et iõ memẽtote qm̃ excelsum est nomẽ eius q̃ est Iesus, & saluator. Nã si est saluator, & dator salutis sequitur, q̃ ipse est salus, & vita integra & æterna, & per cõsequẽs ipse est dator vitæ, & esse simpliciter: quod soli Deo conuenit. vt probatum est Ps. 8. Ergo sequitur, q̃ excelsum est nomẽ eius, q̃ tales, psundas inuẽtiones salutis adinuenit, & talia mirabilia opera tus est. Et iõ vos oẽs populi, & gentes cantate dño Iesu Xpo, gratias agẽtes pro tantis beneficijs receptis, & cõfitentes ipsũ esse Deũ, & Messiã in lege promissum, qm̃ magnifice fecit omnia opera nostræ redemptionis. Et magnifica opera fecit mortuos suscitãdo, & infirmos sanãdo, & ventis, & mari imperando, & demones de corporibus obsessis abijciendo, & omnia idola comterendo, & principem huius mundi foras mittẽdo, & infernum expoliãdo, & de diabolo triũphando. Et iõ annũciare oia ista opera magnifica quæ Xps fecit in vniuersa terra. q. d. prædicate euangelium omni creaturæ &c. Et sic videtur, q̃ propheta per aquas de fontibus saluatoris intelligat gratiã sacrorum, & aquas sacrales. Et per inuocationẽ nominis Iesu xpi intelligit fidem omnium articulorũ, & per adinuẽtiones eius intelligit doctrinã p̃ceptorum, & cõsiliorum euãgelicorum, & p̃ opa magnificè facta intelligit oẽs opa miraculorũ xpi, & ẽt oia mysteria nostræ redemptionis. Deinde cum dicit.

Exulta & Lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Specialiter excitat, & exortatur illã Hierusalem, & Sion materialem ad agendum gratias, & laudandum Xpm: eo q̃ in ea fuit, & apparuit pẽsentialiter, & personaliter xps in carne, & in ea operatus est oia supradicta opera nostræ redemptionis. Nam in hac Sió & Hierusalem, primo in templo fuit præsentatus, & baptizatus, & miracula fecit, & mortuꝰ fuit, & sepultus, & resurrexit, & in monte Sió ecclesiã suam instituit, & super apostolos ipsũ sanctum misit, & exinde tota ecclesia incepit, & fuit per vniuersum orbem dilatata & diffusa, & ideo tota ecclesia dicitur Hie-

A Hierusalem, & Sion. vñ sicut in illa Sion tunc operatus est nostrã salutẽ visibiliter apparẽs i carnẽ, ita nunc Sion spũali toto orbe diffusa semp & iugiter operatur nostrã salutẽ p̃ ecclesiastica sacra. q̃ à sua passione fluxerũt. iõ dicit ꝓpheta. O tu habitatio Sion materialis exulta, & lauda specialiter Xpm. qa Iesus sanctus Israel. i. Messias ipsi Israel promissus est magnus. Nam erit magnus in medio tui: qa in medio tui apparebit in carne, & operabitur oia opa nostræ redemptionis: vbi incipiet, & vnde eggredietur vniuersalis ecclesia, & diffundetur per vniuersum orbem. Et ẽt o tu Sion habitatió spũalis toto orbe diffusa, exulta, & lauda qa Iesus Christus Deus, & homo sanctus Israel habitat in medio tui inuisibili & per gratiam, & in medio tui iugiter operatur effectum redemptionis per ecclesiasticam sacramẽta. Ideo age gratias, & lauda Deũ cum exultatione, & lætitia. Ex supradictis patet, q̃ hoc canticum potius est euangelicum q̃ propheticũ. Primo. qa Deus præcepit, vt cãtaremus hoc canticum in tempore, & in die gratiæ post noctem legis repulsam. & postq̃ omnia promissa erant per Christum impleta. Secundò quia hoc canticum est gratiarũ actio pro beneficijs tam peractis nostræ redẽptionis. Et ideo iugiter ecclesia cantat hoc cãticum, qa iugiter cõfitetur ea, quæ in hoc cantico continentur, sicut iugiter recipit beneficia supradicta per ecclesiastica sacra. Ex quibus ẽt patet, q̃ Isaias duplicem spiritum prophetiæ habuit, quia in duplici lumine, & spiritu prophetico loquitur in hoc cantico, sicut in toto residuo sui libri.

B

C

D

E

F

CANTICVM EZECHIAE.

Ego dixi in dimidio dierum meorum.

Hoc canticũ cantaẽ in laudib. fer. 3. & scribitur Isa. 38. cui cantico ꝓponitur talis titulus. s. scriptura Ezechiæ regis Iudæ: cum egrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. Ex quo titulo apparet, q̃ Ezechias cantauit, & fecit hoc canticum agens gratias Deo postq̃ conualuit, & liberauit eum Deus de sua infirmitate. Ad cuius intelligentiam est primo notandum, vt legitur 4. Regum 20. & Is. 38. q̃ postquã Ezechias cum ciuitate Hierusalem fuit liberatus de manu Sennacherib regis Assyriorum, Deus misit Isaiam ipsi Ezechiæ dicens: dispone domui tuæ qa morieris & non viues. Quod forsan accidit, vt autumans Iudæi propter ingratitudinẽ Ezechiæ, eo quod non egerat speciales, & solemnes gratias Deo pro tanto beneficio recepto, qa cum grandi miraculo liberauerat eum & pulcherat exercitum regis Assyriorum. Quod au diens Ezechias, scilicet mortem propinquã esse sibi nunciatam: tunc conuertit faciem suam ad parietem. & fleuit fletu magno, orans Deum. vt auerteret sententiam mortis, & prolongaret sibi vitam. Tunc autem videns Deus humilitatem Ezechiæ, misericordia motus misit ipsi Isaiã dicens. Audiui orationem tuam & vidi lacrimas tuas, & ecce sanaui te: & adiciã super dies tuos 15. annos. In cuius signum Deus fecit retrocedere solẽ per decem lineas, vt apparuit per vmbram horologij ipsius Ezechiæ. Et sic illa dies fuit triplicata secundùm Dionysium in septima epistola ad Polycarpum. Tunc Ezechias videns se sanatum, & videns tàm admirabile signum in cælo per retrogradationem solis, cecinit hoc canticum, agens Deo gratias de tàm grandi beneficio sanitatis, & prolongationis uitæ sibi collato, & de tam admirabili signo in cælo demonstrato propter ipsum. De quo quidem signo & retrogradatione solis sunt varij modi dicendi, & intelligendi, in quibus non est modò immorandum. Sed sequendo veritatẽ literæ ẽm Dionysium in loco prælegato, q̃ sol retrocesserit realiter per decem horas à decima hora vsq; ad primam diei: illic sic p̃ 30. horas fuit supra hemisphęrium, & per cõsequens fuit illa dies artificialis triplicata i illo hemispherio ẽm Dion. Et ita est dicendum, q̃ nox fuit ẽt triplicata in oppositio hemisphærio, quod fuit per duo possibile, & facile. Nam eadem facilitate qua intelligentia primi mobilis mouit primum mobile ab oriente in occidentem per illas decem horas propter Deum amatum, & desideratum potuit mouere cœlum primũ mobile, ab occidente in orientem cum omnibus orbibus inferioribus per alias decem horas ad nutum ipsius Dei, cui desiderat parere illa intelligentia, & hoc absq; iniuria naturę q̃ tota dependet à voluntate ipsius Dei. Et ideo in hoc nullus catholicus & sane mentis debet dubitare nec quærere euasiones, & vanos modos excusandi miraculum. Nec sunt etiam audiendi illi qui dicunt, quod si cœlũ cessaret moueri per momentum, & horam, tũc oia ista inferiora cessarent in suis naturalibus operationibus: hoc enim est manifestè falsum. Nã tẽpore Iosue sol sterit in medio cœli p̃ vnum diem. Et tñ exercitus dñi non

cessauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acessauit à pugna: imo ĩ illo spatio vicit reges Chanaam. Nec ẽt cessarunt opera naturæ in cæteris partibus orbis, qa cum opus naturæ principaliter sit opus per se intelligentiæ: iõ Deus absq; motu cæsorum põt agere in hęc inferiora. Et ẽt cęli sine motu possunt influere virtutes in ista infera nutu Dei &c. Sed qa dictum est in prolo. pſ. q̃ nullum est scriptum nec gestum in testa. vet. præcisè grãtia sui: nisi inquantùm figurabat aut prognosticabat aliquod mysterium de Christo, & ecclesia: ideo in expositione huius cantici principaliter sunt quærenda mysteria de Xpo, & ecclesia, quę figurabantur pergesta supra dicta, & per signum de retrogradatione solis q̃ mysteria principaliter intenduntur in hoc cantico. Nam per gesta contingentia in illo populo prophetæ præuidebant in spiritu
B futura mysteria de Christo, & ecclesia, vt dictum est in prologo. Ad cuius intelligẽtiam est iterum aduertendum, q̃ quinq; mysteria præcesserũt: quibus Ezechias fuit motus ad faciendum hoc canticũ. Primum fuit superbia, & ingratitudo Ezechiæ: qa cor eius fuit eleuatum post punitionem & recessum Sennacherib: vt patet 2. Paraly. 42. Vnde dicunt Iudæi, q̃ non egit grarias Deo tribuens sibi gloriã victoriæ: & sic Deus fuit iratus cõtra Ezechiam & Hierusalẽ: vt patet ibidem propter qđ Deus misit Isaiã ad annunciandum morte ipsi Ezechiæ. In quo mysterio vidit Isaias in spiritu qualiter Adam peccauit per ingratitudinem, & inobedientiã, p̃ qđ peccatum incurrit duplicem mortem. ſ. corporis & animæ simul cum tota sua posteritate: & incurrit infirmitates: & defectus, & passiones
C corporis, & animæ: sicut Ezechias incurrit illam grauem infirmitatẽ & scabiei & vlceru immedicabilium. Et sic patet, q̃ grauitas infirmitatis, & cõminatio mortis Ezechiæ facta p̃ peccatum superbiæ, & ingratitudinis erat figurã corruptionis suæ mortis datę in Adam. Secũdum mysterium fuit pœnitentia Ezechiæ: quam fecit videns se vlceratum, & sibi mortem denunciatam: per quod præuidit Isaias in spiritu pœnitentiam populi Dei ab Adam vsq; ad Christum, qui continuè erat in iugi pœnitentia plangendo peccato & expectando Messiã, vt veniret ad liberandũ ipsum: vt patet per totũ discursum ve. te. Vnde Adã primus homo fuit primus qui incæpit agere pnãm: vt patet Sapiẽ. x. Vbi dicitur, q̃ hæc sapiẽtia illum, q̃ primus factus est homo pater orbis terrarum, custodiuit, & e-
D duxit à delicto suo. Et sic successiuè oẽs fideles fuerunt in continua pœnitentia vsq; ad Christum placando Deũ per oblationes, & sacrificia, & ieiunia, & eleemosynas. Tertiũ mysterium fuit, quia Deus misit Isaiã ad sanandum, & instruendũ Ezechiam, per q̃ fuit figuratũ & præuidit Isaias totũ mysteriũ incarnationis, & prædicationis Christi, & nostræ redemptionis. Nam Isaias interpretatur saluatio dñi: & Ezechias interpretatur auxiliatę à Deo: sic præuidit Isaias qualiter Iesus Xps erat mittendus à Deo patre ad annunciandum vitam & salutem mundo: & ad sanandum genus humanum ab infirmitate, & morte perpetrata in Adam. Quartũ my-
E sterium fuit, quia in signum fidei Deus fecit solem retrocedere per decem lineas, & horas ab occidente versus ortum. Et postea regredit cursum suum vsq; ad occasum. Ex quo patet, q̃ sol ter pertransiuit lineam meridianam illa die: & fuit super illud hemisphęriũ & horizontem per 31. horas, & vltra. Nam eundo, & redeũdo vsq; ad decimam horã fuerunt 30. horæ sed postea perfecit cursum suũ vsq; ad occasum p̃ duas horas & vltra: ſm quod sol erat citra equinoctialem, & sic fuit illa die triplicata secundum Dion. p̃ qđ præuidit Isaias qualiter uerbum æternũ sol
F iustiriæ debebat retrocedere à cęlo in terrã per incarnationem. Quæ quidem missio filii Dei metaphoricè põt dici retrocessio. Nam ille qui erat ab æterno in sinu Dei patris De us immoralis, factus est homo mortalis. Vñ cum in forma Dei esset: seipsum exinaniuit formam serui accipiens: & habitu inuẽtus, vt homo. ad Fil. 2. Et ideo sicut sol in eundo, & redeundo stetit 32. horis, & modicum vltra: Ita Christus à cœlo retrocessit in mundũ p̃ incarnationẽ, & stetit in hoc mundo triginta duobus vel tribus annis cum dimidio, & postea reuersus est ad patrem in die ascensionis, sed in fine mundi reuertet cũ potestate magna, & maiestate ad iudicandũ oẽs. Et sic patet, q̃ illa retrogradatio solis verè fuit figura aduentus Xpi. Et per hoc patet esse falsam, & temerariam positionẽ quorundã dicentium, q̃ illa retrocessio solis non fuit realis, sed solũ in apparẽtia radiorũ solarium in horologio: dicunt enim, q̃ realis retrocessio mo-
tui

A tum et q̃ quodlibet aliud miraculũ factũ in nomo te. sed sanatio Ezechiæ non indigebat tanto miraculo. Et iõ dñt q̃ solũm fuit apparentia radiorum solarium in horologio: Sed ille neophitus non considerabat mysteriũ incarnationis, & aduentus Xpi: cuius illa retrogradatio solis fuit signum, & figura: q̃ mysterium est ita ineffabile, & incomprehensibile: & adhuc erat dignum maiori signo figurari quo q̃ erat retrocessio totius machinæ mũdi. Item tale signũ non factũ est p̃ p̃ sanationẽ Ezech. sed p̃ p̃ sanationẽ, & redemptionem totius generis humani, qđ est maximũ mysteriũ post incarnationẽ. Et ideo erat digna tali signo figuratiuo. Et sic semper est multò
B & sine proportione magis dignum figuratũ q̃ figura, & signatum q̃ signum. Itẽ quod illa retrogradatio fuit verè realis in cęlo, & non in sola apparentia in horologio patet, quia illud parentũ non solum visum fuit in Hierusalem, sed ẽt in Caldæa, quia rex Babylonis misit nuncios ad Ezechiã cum muneribus, vt interrogarent ipsum de portento viso in cęlo: vt patet 2. Paraly. 37. & Isaiæ 39. Quũ tum mysterium fuit, quia Isaias fecit cataplasma de massa ficorũ: & apposuit vlceribus &
C vulneribus: & illo fuit sanatus Ezec. per qđ præuidit Isaias cataplasma, & medelam sacramentorum ecclesiasticorum trahentium virtutem ab arbore: & siculnea crucis Xpi, quo cataplasmate continuè sanantur vulnera peccatorum. Præuidens ergo Ezechias omnia supradicta p̃ doctrinam, & reuelationẽ Isaiæ, q̃ ipsum informabat de mysteriis futuris Xpi, & ecclesiæ, fecit hoc canticum agens
D ter agit grarias de sanitate sibi collata: sed principaliter de totius generis humani, de mysterio incarnationis, q̃ præuidit in mysterio p̃ suã sanationem, & liberationem. & in mysterijs quinq; supradictis. Et ideo Ezech. cãtat hoc canticum. Primò in persona sui inquantum fuit sanatus ab infirmitate: & liberatus à morte. Secundo in persona totius corporis mysti ci inquantum homo mysticus fuit sanatus, & liberatus per Christum ab infirmitate, & morte peccati. Et isto secundo mõ ecclesia cantat hoc canticum in laudib. feriæ tertiæ. Et iõ pro vtroq; est exponendum canticum & maximè fuit solicitus in duob. Primò floruit in sanctitate post Dauid &c. quia fuit valdè solicitus circa cultum diuinum: imo cũ
E iam cultus diuinus esset turbatus, & dissipatus per Acham patrem suum, & multos reges p̃cedentes, solus Ezec. in principio sui regni restaurauit, & ampliauit diuinum cultũ, & reordinauit cantores, & sacerdotes, & leuitas in ordinib suis sicut disposuerat Dauid in principio: vt patet 2. Para. 29. Item fecit celebrari festa & alia festa, quæ diù retro fuerãt omissa, vt patet psal. 130. Sed ò fuit solicitus circa studium legis, & prophetarum, imo restaurauit multas scripturas hincinde dispersas, & congregauit in vnum, & maximè congregauit partẽ prouerbiorũ Salomonis, quæ erãt dispsa in chedulis, & mẽbranis, & coniũxit cũ prima & scda parte libri ,pueribiorũ Salomonis, & est tota illa pars à 25. c. vsq; ĩ fine libri. Vñ illud 25. c. Incipit sic. Hę quoq; parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri
F Ezechiæ regis Iuda. Et sic totũ residuũ libri prouerbiorũ vsq; in finem dicuntur additiones Ezec. Ex quo patet, q̃ Ezechias habebat doctores, & magistros in lege, & ,pphetis q̃ ipsum docebant. Et iõ dñt multi, q̃ Ezech. in hac parte habuit spũ ,ppheticũ. Et si nõ habuit lumẽ, & spũ ,ppheticũ desè tñ ad min⁹ potuit docere p̃ supradictos magistros, & maximè p̃ Isaiã, & sic potuit puidere futura misteria de Xpo, & eccła figurata p̃ supradicta mysteria, & sic potuit ,ppheticè cõponere istud cãticũ. Itẽ ipse sciebat ex facta scrip. & ,pmissione factа ipsi Dauid 2. Re. 7. ex interpretatione pſ. quas ipsi interpretabat Isaias. & alii magistri: qualiter Messias in lege ,pmissus erat nasciturus ex̃m carnẽ de gñe Dauid p̃ Salomonẽ, & successores suos. Et iõ Ezec. lętabat & gaudebat, q̃ mundi redẽptor erat vẽturus de sua ,pgenie, & sic expectabat ip
F sũ. Sed cum vidit sibi mortẽ ,ppinq̃ sibi p̃nũtiatam p̃ Isa. & videbat se sine filio, & gñatione monturũ, tũc ꝑdidit totã spẽ futuri redẽptoris, imò putabat vniuersalẽ redemptionẽ esse impeditã, & cassam postq̃ nullus maneret successor de gñe Dauid p̃ Salomonẽ & ipsum Ezech. cui facta erat ,pmissio. Sed postq̃ fuit snia mortis mutata. i. vita supra naturam restituta, & spatiũ 15. annorũ ipsi additum, ĩ quo poterat prolẽ gñare, tũc recuperata spe agẽsgras fecit hoc canticũ. In quo tria facit. Nã primò explicat dãna q̃ futura erãt sibi & toti gñi humano si Eze. fuisset tunc mortuus sine liberis. Sed ò explicat miseriam in qua erat totum genus humanum expectãdo Messiã. Tertiò petit Xpm accelerare suum aduẽ-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tum ad fruendū pp̄m. Sed̄m ibi. Sperabam vsq; ad mane. Tertiū ibi: Si sic viuit. Quartū ad primū est aduertendum, q̄ quinq; dāna se quæbant si tūc fuisset mortuus Ezechias. Primo, q̄a moriebat iuuenis in medio spatij vitæ humanæ, s. in 39. anno: cū potuisset viuere vsq; ad 83. ām vsum cōem. Sed̄o q̄a ibat ad infernum siue ad limbū inferni vbi nō poterat videre hoies habitatores huius mūdi & sic perdebat regnū, & ciuitatē quā decorauerat & ꝓsperauerat. Tertiò, q̄a putabat nunq̄ ex inferno se exiturū nec Deū in gloria visurū. Quartò q̄a moriebat sine prole: & ita regnū suū erat ab extraneis possidendū post tot labores quos fuerat passus in obsidione Sēnacherib. Quintò sequebat impedimentum totius humanæ redēptionis. Nā totus ille populus expectabat redēptorē messiā de gñe Dauid per Salomonem & Ezechiā in quo deficiebat tota generatio Dauid, si Ezec. fuisset tūc mortuus sine liberis. Et ꝓ cōsequens nec Ezechias nec aliqs aliꝰ potuisset videre Deū ꝑ essentiam in terra viuentiū: quia solus xps erat sanctos patres de limbo. & totum mundum de captiuitate peccati liberaturus. Ista ergo quinq; damna timens Ezechias dicit in principio sui cantici. Postq̄ ego audiui mortem mihi nunciatā per Isaiam: tunc videns ista quinq; damna mihi imminere.

EGo dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorū, dixi nō videbo dominum Deum in terra viuentium?

Non aspiciam hominem ultrā, & habitatorē quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est
C *a me quasi tabernaculum pastorum.*

Præcisa est velut a texente vita mea dum adhuc ordirer succidit me, de mane usque ad vesperam finies me.

Dixi ego iuuenis in dimidio dierum meorum. s. in 39. anno, quæ est medietas vitæ naturalis: vadam ad portas inferi. s. ad limbum patrū. qui est in porta inferni, cò q̄ est primus circuitus inferni. q.d. in tempestiuā putās mihi euenire mortem, & iræ ad locū vbi Deus nō vī: q̄siui residuū annorum meorū: q̄a adhuc restabant mihi 40. anni vitæ ām cōem vsum naturæ. Et iò dixi in meipso: nō videbo Deū meū in terra viuentiū? Et legit interrogatiuè: & indignatiuè. q.d. in tāta iuuentute vadā ad portas inferi morièdo: & nō videbo dñm Deū meum in terra viuentiū? sed ero priuatus diuina visione & nunq̄ exibo ex inferno: & nullus saluator me exinde liberabit. q.d. ad pessimū infortuniū hoc impu
D to mihi. Ire aliud malū ꝓspicio mihi euenire nam si nunc morior: nō aspiciā hoiem vltra nec habitatorē quietis. q.d. ego expectabā vnquā re in quiete, & pace postq̄ Deus liberauerat me de manu Sēnacherib, & exercitus eius. Et nūc morte ꝓuētus nō videbo pacē, & quietē mei regni, & ciuitatis: sed alius extraneꝰ possidebit eā in quiete, & pace. Et pōt totū hoc legi interrogatiuè, vt sup̄. Deinde explicat & assignat dānū generale. s. impedimentū humanæ redēptionis si tūc fuisset mortuus sine liberis q̄ quos messias in lege ꝓmissus erat descensurus. iò dicit: bene habeo eām indigna-
E tionis, & doloris: cā gñatio, & ꝓles ablata est à me morte intempestiua puenietē. Et gñatio mea cōuoluta est à me quasi tabernacula pastorū: nā sicut pastores cōuoluūt, & ligāt, & cōplicāt sua tabernacula postq̄ aues cōsumpserūt herbā vnius mōtis, & oportet eos mutare locū: ita tota mea gñatio est consūpta, & conuoluta in me & sic oportet me exire ab hoc mūdo, & mutare locū ad portas inferi: postq̄ nō restāt mihi amplius dies vitæ meæ & cōsiliari, q̄a oēs dies vitę meę sunt depasti, & cōsumpti, & cōsoluti &c. q.a deficeret in me ꝓgenies regū: & ꝓ cōseqūns nō est amplius expectandus Messias redeptor mūdi q̄ liberet me, & oēs sctos fideles. q̄ hucusq; ipsum expectauit in limbo: & ꝓ cōseqūns nec ego, nec ipsi videbimus dñm in terra viuentiū: & brōnū: sed sēp
F erimus in hac terra, & loco mortuorū, & per cōseqūns tota humana redēptio erit impedita si moriar sine liberis, & sine gñatione in tāta iuuētute, & in medio dierū: nā in medio dierū dicitur à texēte anteq̄ ꝓficiat: imo ipse Deꝰ ꝓciditur à texēte anteq̄ ꝓficiat: imo ipse Deꝰ succidit me & vitā meā dū adhuc ordirer. i. dum essem in fieri, & in fluxu. Et loquitur more poetico, nam fingūt poetę, q̄ tres Parcę filiæ & texunt vitā, & durationē hoīs: Et hoc dicit ꝓ quādam similitudinem, nā in veritate. solus & cęteri cęli mēsurant vitā, & durationem hoīm: & retū viuentiū ꝓ suos circulos: vt ait Arist. 2. de gñatione. Et hoc faciunt ām diuinā ordinationem. Et iò dicit Eze. q̄ sicut textor q̄siq; succidit telā in medio, anteq̄ ꝓficiat eam, & sicut orsor scindit quandoq; filū anteqū perficiat tramam staminis: ita Deus vel cœlū tanquā m instrm succidit uitam meam in medio sui spatij, & sui cursus. Et ideo indigna-

A ladignatus de tali infortunio, & euentu infelici, ibidit. O dñe de mane vsq; ad vesperam finies me: & consummabis uitam meam, & non dabis mihi vltra spatium vitæ?

Sperabam usque ad mane, quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usq; ad vesperam finies me, sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me, quid dicā, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Ego sperabā vitā vsq; ad mane futurū. Et tu vis me finire in hac die de isto mane vsq; ad vesperā huius diei? quia ista infirmitas cōmuit oīa ossa mea, quasi leo. nā sicut leo contrivit oīa ossa alicuius ouis, vel alterius aīalis: ita ista ægritudo cōtriuit oīa ossa mea. Et iò amaricatus, & indignatus iterum ſubdit. O dñe de mane vsq; ad vesperā. i. in vna die finies me? Sed est aduertendū, q̄ qñ dicit expectabā vsq; ad mane ly mane pt intelligi pro tpe gratiæ, & aduētus Xp̄i: q̄d semp appellat mane, ac respectu tpis leg. ve. vt patuit in expositione p̄dā plenisq; locis. & tunc est sensus. Ego sperabā Iesum saluatorē meum, vsq; ad mane. i. vsq; ad tpa gratiæ, sed ista infirmitas quasi leo contriuit oīa ossa mea. vñ p̄didi tota ſpē saluationis. & redēptionis meæ, p̄ causas ibi dictas: q̄a ām relationē, & annunciatio nē mihi factā p Esaiā dicentē: Cras morieris, & non viues. in hac die de mane vsq; ad vesperā finies me. Et sic non oportet me expectare aliud mane tpis, nec gratiæ: q̄a sicut deficit mihi tpus vitæ: ita deficit mihi tps gratiæ, & salutis: postq̄ morior sine generatione, ꝓ q̄ sperabā saluari. Et tūc in ly Sperabā vsq; ad mane, ꝓt incidere ſa pars, in qua per dolo
B rē mortis suæ explicat miseriā & dolorem in quo erat genus humanū expectādo Christū. Iò ſubdit. Ego clamabo expectādo Iesum saluatorē meū. sicut pullus hirūdinis clamat vt veniat mater ad pascendū ipsum in nido: sic ego clamo, & clamabo assidue in limbo, & in hoc mūdo, vsq; quo veniat saluator meus, Iesus semp meditabor cū gemitu: sicut gemit colūba expectādo masculū, & cōsortem suū sine marītū. Et iò oculi mei. s. mētis, & corpo ris sunt attenuati, & lassati, & fessi, expectādo q̄s veniat saluator meus, qui me dēt liberare

de oī miseria corporis, & aīæ. Isti mei inquā D
oculi sunt attenuati, & fessi suspicientes in cœlū excelsum versus dñm meū: vt mittat filiū suū in carnē ad saluandum me: q̄a continue clamādo, & gemēdo dico ipsi: O dñe vim, & dolorē, & miseriā patior in corpore, quantū ad infirmitates, & defectus pœnales: & i aīa quo ad peccatū. q̄ omnia mala euenīūt mihi per peccatum primorū parentū. Iō tu dñe respōde pro me: q̄a nō habeo excusationē. Sed q̄d dicā ego lutū cōtra figulū, & creatura cōtra creatorē? aut quid mihi respōdebit Deꝰ: cū ipse fecerit, & plasmauerit me? Et iō sicut fecit me, ita ad libitū pōt me destruere, vel mihi nō subuenire. Nec in hoc facit mihi iniuriā, si retrahit manum q̄n vult. Alia autem translatio hēt, quid respondebit mihi: cū ipse fecerim? cū ego ipse fecerim peccatum? iō nō pōt respōdere, nisi q̄ ego sum in culpa, & sū E
cā mei peccati, & nō ipse. Ideo ſubdit. Recogitabo tibi, in tali meditatione, & clamore oēs annos, & dies meos in amaritudine aīæ meæ, quia semper sui pronus ad peccādum, cadendo de vno vitio, & peccato in aliud: q̄a nil inuenio meum nisi peccatum & defectū. Nam si quid boni feci, non feci ex me: sed ex gratia tua. Et ideo, si pro postquām.

Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabis te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. F

Viuens viuens ipse confitebit tibi sicut & ego hodie, pater filijs notā faciet veritatē tuā.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini.

Hęc est tertia pars huius cārici, in qua Ezechias inuocat Xp̄m futurū saluatorē: vt veniat ad liberādum genus humanū, & sanandū ipsum ab oi infirmitate, & miseria corporis & animæ, prout præuiderat in ſpū per suā sanationē & liberationē à morte corporali. Iō dicit. O dñe, si, pro quia: quia sic viuitur in hoc mūdo. i. q̄a talis, & miserabilis, & corrupta, & fragilis est vita hoīs in hoc mundo: & in talibus miseriis, & infirmitatibus, & defectibus versāt vita spiritus mei propter peccata primorū parentū, & propter pcta propria

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vniuscuiusque: ideo tu domine corripies me, & ponitur futurū ꝓ imperatiuo, vel optatiuo: eo q; Hebræi non habēt optatiuū, vt frequenter dictum est. q.d. tu domine Iesu Xpe veni i carnē, & corripe me, siue corripies me p legē euāgelicā, q prohibet oē peccatum, & vitium, & iubet oēm virtutē, & docet declinare ab oī malo, & facere omne bonum. Et sic per talia præcepta euangelica corripies me: & vinificabis me à morte peccati per ecclesiastica sacramenta: puta per baptismū vinificabis me ab originali: & per pœnitētiā ab actuali, & veniali: & per confirmationem me fortificabis in donis spiritus sancti, & p eucharestiā me reficies in bonis spiritualibus &c. quia ecce in pace amaritudo mea amarissima. Ad cuius intellectū est aduertendū, q licet vita hominis videatur quandoq; procedere cum quiete, & pacertamen semper est
B misera, & amarissima rōne corporis, & animæ. Et primò ratione corporis. nā vita hūana est tā periculosa, & variabilis, q semp est hō in continuo timore, ne ꝓsperitas muterur in aduersitatem: aut pp amissionē bonorū, aut dignitatū: vt patet de Priamo rege Troianorum, & de Crœso rege Lydorū: aut pp graues infirmitates, & amissionem bonorū, & filiorum: vt patet de Iob, & Tobia. Et sic talis continuus timor futurorum infortuniorum nullum hominē finit esse fēlicē in hac vita. Et licet per aliquod paruū tempus videtur aliquis in prosperitate: tamen pro maiori parte tēporis est in miseria, & aduersitate pp supradicta, maximè in senectute: cui accidunt multę passiones, & infirmitates. vn de Seneca in Tyeste, Dolor, & voluptas inni
C tē cedūt: brevior voluptas: quem dies vidit veniens superbum, hunc dies vidit fugiens iacentem &c. Ex quo patet, q ratione corporis, & vitæ tēporalis semper vita humana est amarissima. Ita etiam est magis amarissima ratione animæ, nam quanto maiores sunt homines, & in altiori gradu, & dignitate sūt constituti, tanto sęculares ꝙ ecclesiastici: tanto sunt maiorē rationē reddituri: vt inquit Gre. Et iō continua cogitatio de reddenda rōne post hāc vitā, & in futuro iudicio, non sinit eos esse fēlices: sed semper vita eorū est amarissima, licēt uideātur viuere in pace, & quiete, & prosperitate. Item homines huius mūdi non percipiunt infelicitatē animæ dū viuunt in hac vita: eo q; peccata non inferunt eis dolorē sensibilē: tamē vita eorū ē amarissima: quia cumulant, & thesaurizāt sibi do D
lorem, & pœnā perpetuā in futurū, nisi agāt pœnitentiā dū viuunt, & vita eorū ꝙ est amarissima: iō ait Ezechias. O domine veni i carnē, & corripies, et vinificabis me, q̄ vita mea & amaritudo mea ꝙ amarissima dū vivo in hoc mundo p rōnes iā dictas: licēt apud alios videar viuere in pace, & quiete. Et ideo subdit. Tu aūt eruisti, & ponitur ꝓtentū pro futurō siue, ꝓ ꝓperamo. q. d. sicut tu domine eruisti animā meā, me ā morte liberādo: ve nō pīret anima mea, & ꝓiecisti post tergū oia pēta mea, per qd mysteriū ego puidi i spū futurā redēptionē, & liberationē gnis hūani. Iō tu dne Iesu Xpe veni in carnē, & cōple, & verifica hāc figurā, & revelatione, & erue animā meā de porta iferi, & à morte ppetua, vt nō pēat æternaliter. Et ꝓiice post tergū tuū oīa
5 pēta mea: ne amplius reminiscaris delictorū meorū, sed solue ꝓ me i ligno crucis sicut ꝓ misisti pari ꝓ oib. nobis, & nō ꝓmittas fideles ve. te. manere i limbo inferni: nec ꝓmittas viuētes amplius ꝓmanere in infidelitate, & descēdere in infernū: sed dā eis legē gratię, & vinifica eos p ecclesiastica sacra ne descēdāt in infernū: sed deduc oēs i regnū cęleste vbi laudēt te p secula seculorū: qa infernus
E nō cōfitebitur tibi, neq; mors laudabit te. i. mortui q̄ sunt i iferno ad ꝓpetuā pœnā destinati nō cōfitebūtur tibi cōfessione fidei: nec laudis, nec cōfessiōe pēnārū: qa ibi nō est locus pnię. Et sic q descēdūt i lacū infernū: nunq̄ expectabūt veritatē tuā. i. redēptionē, & salutē quā ꝓmisisti: qa i eis nō verificatur talis ꝓmissio, & redēptio, quia in iferno nul
F la ē redēptio. Et iō veni i carnē anteqū ppēs gētilis moriatur in ifidelitate sua, vt postea fiten fidē tuā, & cōfiteri pēta sua, & agere pē nitētiā, & ex inde possit cōfiteri, & te laudare, & colere tāq̄ Deū, & Messiā, & viuere i le ge gratię: qa ipse viuēs. i. dū viuit i hac vita, viuēs p gratiā cōfitebitur tibi, confessiōe fidei, & laudis, & cōfessione pnię, sicut ego ho die dū uiuo i hac uita cōfiteor tibi. ita ois viuēs cōfitebitur tibi. Ex hoc patet, q ad hoc vt cōfessio alicuius sit valida, & accepta apud Deū, oportet q̄ viuat duplici vita. Nā primo oportet q̄ uiuat uita naturali, & ꝓpali: nam post hāc uitā nō est tps fidei nec pnię, sed punitionis aut diuinę visionis. Et iō oportet, q̄ qs cōfiteatur Xpm per fidē in hac vita, & confiteatur pēta sua ꝓ pniam: qa post hanc vitā nec fides nec pnia habēt locū. nec ē ita

A tuosa: quia diaboli, & damnati credūt Christo, & contromiscūt cū per ipsum puniuntur ꝓter scelera sua, & tamē talis fides, & cōfessio pēnārū potius est eis i pœnā q̄ in remedium: quia vermis eorū non moritur, nec ignis extinguetur. Esa. 66. Iō est necessaria vita gratiæ: qa sine tali vita gratiæ, nec cōfessio fidei nec confessio pēnārū est valida, nec fructuosa, nec laus pēnārū est speciosa: ergo ista triplex cōfessio, s. fidei, & laudis, & pēnārū, oportet, q̄ fiat in hac duplici uita, ad hoc, q̄ sit fructuosa: quia in inferno, & post hāc vitam non est fructuosa ista triplex cōfessio. Et iō
B profeta dicit, Viuēs viuens ipse cōfitebitur tibi, viuens in vita gratię spirituliter. Deinde cum subdit. Pater filiis cōfirmat qđ dixit, dicēs si soli viuētes confitebuntur fidē, & pēnā, & laudant Deum: iō si tu Christe veneris ad vificādum, & saluandū nos: tūc omnis pater viuens faciet notā veritatē tuā filiis suis. i. annunciabit legē, & fidē euangelii filiis, & successoribus suis: quod impletū fuit in apostolis, & discipulis: qui prædicauerunt euangeliū omni creaturę, & notā fecerūt veritatē, & fidem euangelicā filiis suis per baptismū regenera
C tis. Et ita ēt quilibet bonus pater, non solum spualis, sed et carnalis notificat, & tenetur notificare fidē euangelicā filiis suis, & docere in oratione dominicā, & articulos fidei: vt sciāt cōfiteri fidē Christi, & laudare Deū, & scīant cōfiteri pēnā sua, & agere pnīam de peccatis cōmissis. Vnde est aduertendū, q̄ ly similiter ego hodie: indifferenter pōr ordinari cū singularia præcedentia vt sit sensus. Viuens viuens confitebuntur tibi sicut ego hodie confiteor tibi sup. Vel potest ordinari cū particulis subsequentibus, sit sensus. Viuificabis me: ut
D quilibet pater faciat notā veritatē tuā filiis suis annunciādo legem euāgelicā: sicut ego hodie profetice notifico, & prædico futurā saluationē, & redēptionē in hoc cātico. q. d. vt illi annuncient, & prædicent redemptionē præsentem, & euangelizent salutē, & saluato rem præsentem. sicut ego hodie prænūcio, & profetizo ipsum futurum. Quinque ergo bona prouenerunt nobis ex aduentu Christi. Primò quia correxit nos, & direxit p legē, & doctrinā euāgelicā: vt declinaremus à malo, & faceremus bonū. Sed ò vinificauit nos à
E nostra pēnārum per ecclesiastica sacramenta, & p mortem, & passionem: quia mortem nostram mortem, & destruxit, & vitā resurgē do reparauit. Tertiò liberauit fideles ve. te.

delimbo inferni: vt possent Deū in cœlo laudare. Quarto dedit nobis vitā gratię, vt oīs cōfessio tam fidei, quām laudis, quām pœnā torū, & pœnitentię esset fructuosa, & sibi grata, & accepta. Quinto dedit Apostolis, & sanctis, & sacerdotib. vt possent ꝓdicare, & notificare fidē, & veritatē euāgelicā per totū mūdum, & quilibet pater doceret filium suum veritatem euangelicam. De primo ergo dicit Corripies me. De secundo dicit Vinifica
F bis me. De tertio aūt dicit. Quia non infernus confitebitur tibi. nec mors laudabit te. De quarto aūt ait. Viuens viuēs ipse cōfitebitur tibi sicut ego hodie cōfiteor tibi. Dequinto vero dicit. Pater filiis notā faciet veritatē tuā. Et iō cōfirmationē oīum dictorū cōcludēdo suū cātieū apostrofat ad Xpm, dicēs: O domine Iesu Christe postq̄ vocaris Iesus, & saluator, veni i carnē, & saluū me fac cū totā ecclesia fidelium. Et tūc cātabimus Psa. nostros in domo dnia. i. ecclesia fidelium, oībus diebus vitæ nostræ. a. cātabimus Ps. & hymnos ā rua incarnatione, & nativitate, & prædicatiōe, & miraculorū operatione, & ā morte, & passione, & resurrectiōe, & ascensiōe, & glorificatiōe. Et hoc faciemus, oībus dieb. vitæ nostræ: hic ꝓ gratiā, & in futuro ꝓ gloriā. Ex supradictis patet, q̄ licēt hoc canticum possit literaliter exponi de ꝓsona Ezechiæ: sicut Iudei, & quidā catolici exponūt: tamē nō est sistendū in tali literatura: nam si sit hoc cātico nō prædiceretur mysteriū nostræ redemptionis: non poneret ipsum Esaias inter suas ꝓfetias: nec pertineret ad sacrā scriptūram, nec cātaretur hodie in ecclesia inter scripturas ve. test. quæ non leguntur nisi ad profetiam, & figuram no. test. vt inquit Hieron. in maiori prologo Psal. & Augu. de catechizandis rudibus. Itē multò magis exponitur hoc canticū, & magis ad propositum de Christo, & nostra redēptione, quam de liberatione Ezechiæ. Quod pater: nam quādo Ezechias fecit hoc cāticū: iā erat liberatus ab infirmitate, & morte: sed in hoc cantico de futuro petit liberari: cūm dicit. Corripies me, & vinificabis me. Et Viuens viuens cōfitebitur tibi: sicut ego hodie. Et cū dicit: sicut ego hodie, ita pater filiis notā faciet veritatem tuam. Item finaliter salutē totius generis humani petit: cū dicit: Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus omnibus diebus vitæ nostræ in domo domini. Et sic patet, q̄ non solum loquitur in ꝓsona sui: sed in ꝓsona totius corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mystice petens vniuersalem redemptionem, & liberationem: quam præuidit per liberationem suam. Sed hoc non capiunt miseri, & ceci Iudæi: ideo decipiunt. Et ad hunc sensum cantat ipsum ecclesia: petendo salutem animæ in præsenti, ne deceedamus sine penitentia, & petendo gloriam in futuro. Cantat et ecclesia hoc canticū in agēda defunctorum in persona cuiuslibet fidelis defuncti existentis in purgatorio, cū adhuc pertineat ad istā ecclesiā: postq̄ decessit cū caritate, & adhuc non sit in termino. Nā sicut ecclesia orat pro viuis: vt corripiantur, & viuificentur à peccato, ne descendant in infernum: sed agant pœnitentiam fructuosam, vt possint Deū laudare hic per gratiā, & in futuro per gloriā: Ita orat pro existentibus in purgatorio: vt liberentur per merita passionis Christi, & suffragia ecclesiæ. Ideo in persona cuiuslibet eorū
B dicit ecclesia in hoc cantico. Dñe vim patior responde pro me. & infra. Tu autē dñe erue animā meā, vt nō pereat, & infra. Dñe saluū me fac, & psal. nostros cantabimus in gloria celesti &c. Sed hic potest dubitari de locutione Dei, & ꝓphetia Esaiæ, quia Deus dixit Esaiæ, vade ad Ezechiam: & dic: Dispone domui tuæ: quia cras morieris, & non viues, quæ quidem profetia non fuit completa: quia Ezechias superuixit. xv. annos. ergo illa locutio Dei, & profetia fuit falsa, & voluntas Dei fuit variabilis. Ad hoc respondetur, ꝙ profetica dei locutio potest habere respectū ad tria. Primò ad demerita hominum, & populorū; & sic dicitur profetia comminationis. & sic dixit Deus Ioñe. Quadraginta dies erūt, & Niniue subuertētur. q. d. nisi agant pœnitentiam infra. xl. dies subuertentur: quia sic me-
C rentur scelera sua. Secundo locutio ꝓphetica habet respectum ad limitationem naturę. Et sic quia Ezechias non poterat viuere secundùm naturam ex illa infirmitate: ideo dixit Deus: Cras morieris, & non viues secundùm naturam supple. Et ideo Deus fecit retrocedere cœlum per x. lineas: ad ostendendum, ꝙ vltra cursum naturæ Deus addebat illos xv. annos supra spatium naturale vitę. Et ideo ista fuit profetia secundùm naturalem limitationem. Tertiò autem profetica locutio respicit æternam prædestinationem. Et talis semper literaliter impletur, sicut fuerunt omnia dicta profetarū de incarnatione, & passione, & resurrectione Christi &c. Et ista dicitur ꝓphetia æterni propositi, & prædestinationis.

CANTICVM ANNAE. D

E*Xultauit cor meum in domino &c.*

Hoc canticum cantatur in laudibus quartæ feriæ, & communiter intitulat Oratio, siue canticum Annæ matris Samuelis: eo ꝙ Anna post susceptam prolem cantauit hoc canticum. Ad cuius intelligentiam est aduertendum, prout legitur. i. Reg. i, ꝙ cum Helcana homo de genere Leuitico haberet duas vxores, quarum vna vocata est Fenenna: altera autem Anna: Helcana ex prima susceperat liberos. Sed ex Anna nullos susceperat liberos cū esset sterilis per magnum ips. Et ideo Fenenna sæpe improperebat Annæ sterilitatis maledictionē: eo quòd dñs concluisset vuluam eius. Et frequenter Fenenna affligebat Annā maximè tpe Paschæ qñ ascendebat ad adorā E dum dñm in Sylo. vnde accidit: ꝙ Fenenna cum ceteris epulabatur: Anna tristis, & afflicta sola mansit in templo orando dñm: vt auferret ab ea opprobriū sterilitatis: vouēs ꝙ si Deus daret sibi prolem masculinam consecraret filiū ad seruiendum dño in Silo cūctis diebus vitæ tanquam Nazareum. Cum autē Heli sacerdos putaret ipsam temulentam, eò ꝙ tali hora sola mansisset in tabernaculo ipsa excusauit ipsi Heli cum fuit afflictionis. Cū vero Heli eam fuisset consolatus, reuersa est in domum suam, & concepit Samuelem, qui fuit sanctissimus profeta in Israel seruiens iuxta in tabernaculo. Postea aūt Anna cōcepit, & peperit tres filios, & duas filias. Puerilis aūt cū filij Heli fuissent interfecti, & arca dñi capta: Heli hoc audito cecidit de sella, & mortuus est. Et tunc translatum est sacerdotium F ab Heli, & à filijs suis, ad Samuelem, ꝙ fuit sacerdos, & iudex iudicauit Israel p annos vi, quousque vnxit Saulem. sed cum Saul peccatus esset ꝓceptum dñi, tūc Samuel ex precepto dñi reprobato Saule vnxit Dauid in regem Israel qui postea reduxit arcam dñi in Hierusalē, & tetendit tabernaculū iuxta domum suam, in quo reposuit arcā dñi. Et sic fuerunt ꝛpe facta tres translationes. Nam primò fuit facta translatio sacerdotij, & iudicij de filijs Heli ad Samuelē. Ebò fuit facta trāslatio regni de Saule in Dauid. Tertio fuit facta trāslatio arcæ dñi de Silo i Gabaā, & Hierusalem. Anna ergo postquam peperit Samuelem, & cōsecrauit eū domino in Silo, ibi agens gratias pro bñficio recepto: orauit

dominum

A dominum, & dixit totum canticum istud. s.

Exultauit cor meum in domino, & exaltatum est cor meum in Deo meo &c.

Ideo Iudæi moderni, & multi catolici sequentes eos exponunt hoc canticum præcise, vt est gratiarum actio ipsius Annæ ꝓ beneficio prolis susceptæ, per quam Anna fuit in honorē eleuata per virū: & Fenenna ꝑmu la fuit infirmata, & depressa, & cōtēpta. vnde secundum eos dicit Anna. Postquā Deus ab fuit opprobriū sterilitatis meæ, & dedit mihi prolē masculinā: cor meū exultauit in domino. Et cornu. i. honor meus est exaltatus in Deo meo, & os meū dilatatū super inimicos meos. s. super Fenēnā æmulā meā, & sup filios eius, q̄ mihi improperabāt opprobriū sterilitatis, quib⁹ nō audebam respōdere. Sed
B postquā recepi prolē lætata sum in salutari tuo. i. in saluatione, & salute mihi collata. O Deus qa nō est sanctus vt est dominus &c. Et iō, O Fenēna, & filij tui nolite loqui sublimia. i. cū superbia gloriantes de fœcunditate prolis vestræ improperando mihi sterilitatē. Sed recedāt vetera. i. verba malitiosa. & in veterata de ore vestro: qa dominus est deus scientiarum, qui scit futura infortunia, & ipsi ꝓparantur cōgitationes. i. scit secreta cordis, quia est scrutās corda, & renes. Deus. q. d. nemo eleuetur in superbiā in prosperis: quia nescit casus futuros, nisi solus Deus. Vnde arcus fortiū superatus est. i. dominiū quod habebat Fenēna cū filijs suis in domo Helcanę viri mei: deiectū est ꝑ nouā natiuitatē filij mei Samuelis: qui erit iudex & dominus in Israel. Et infirmi accincti sunt robore. i. ego
C quæ eā cōtēpta, & opprobrijs afflicta: nunc recuperaui dominiū viri mei. Vnde Fenēna, & filij eius prius erant repleti, & saturati cibis, & diuitijs domus: sed postquā ego habui copiā filiorū, ego, & filij mei, qui eramus famelici, sumus saturati: sed ipsi qui prius erant repleti. mō pauperes fēti locauerūt se ad laborādū pro panibus acquirēdis. Donec pro quia: qua Anna sterilis peperit plurimos. Et Fenēna quæ multos habebat filios, infirmata est. i. debilitata, & minuta, & orbata est filijs. In Hebræo habetur donec sterilis pepe-
tit septē. Et iō hic dubitant Hebræi: quia Anna non peperit nisi quinq. s. tres filios cū Samuele, & duas filias vt patet infra in textu. Ad quod dicunt quidā Hebræorū, ꝙ duo filij Samuelis cōputātur cū quinq; filijs Annę, & sic dicūtur septē. Alij aūt dicūt, ꝙ Fenēna habuit decē filios: per hoc, qđ dixit Heleana A ipsi Annæ voles ea cōsolari: nunquid melior ego sū tibi quā decē filij? Et iō dicūt isti, quòd tristicię Anna pānebat vnū filiū: tūc Fenēna sepeliebat duos. Et sic in quarto filio Annę nō restabāt nisi duo ipsi Fenēnę: tunc aūt Fenēna videns voluntatē Dei rogauit Annā, vt oraret Deum ne morerentur duo filij remanentes, & dedit eos ipsi in filios, & tunc illi duo filij Fenēnæ cōnumerati sunt cū filijs quinque ipsius Annæ. Et sic filij Annæ dicti sunt septē. Iō dicit. Donec sterilis peperit septē. Alij aūt dicūt, ꝙ ibi ponitur numerus septenarius determinatus pro indeterminato, sicut frequēter fit in consuetis locutionibus. Vnde dicimus decies dixi tibi, & nō credidisti. i. pluries dixi tibi. Et hoc est ēt cōsuetū in scriptura: vt patet Isa. 4. Apphendent se- E ptē. i. plures mulieres virū vnū. Ire Mat. 17. Nō dico tibi septies, sed septuagiessepties. Et sic in hoc loco ponūtur septē pro plurimis. Et iō nostra translatio dicit: Donec sterilis peperit plurimos, transferēdo sensum ex sensu. Et hoc est verisimile. Et iō subdit, ꝙ dñs mortificat, & minuit filios Fenennę, sed viuificat filios Annæ, & multiplicat eos, & deducit filios Fenennæ ad inferos. i. ad fossam, & filios Annæ ad vitam, & dominus facit pauperem Fenennam, & ditauit Annam, & humiliauit Fenennā, & subleuat Annam. Et suscitat de puluere, & eleuat de stercore. i. de miseria & subiectione egenum, & pauperē Samuelem, vt sedeat cum principibus, & teneat solium gloriæ tanquam iudex in Israel eò ꝙ iudicauit post Heli. Et sic fuit vltimus iudex in Israel. Deinde cum subdit.

Domini enim sunt cardines terræ, & posuit F *super eos orbem &c.*

Commendat omnipotentiam, & magnificentiam Dei: qui sicut mundum creauit: ita potuit facere omnia ista. Iō Deus seruabit. i. diriget pedes Samuelis, & aliorū sanctorum, & impij. sanfideles cōticescent, & tacebunt i tenebris ignorantiæ: Sed omnes aduersarij eius formidabunt dominum, & super ipsos i cœlis tonabit, Quod implerum fuit quando Filistei venerunt contra Israel: sed orante Samuele dñs intonuit de cœlo mittendo fulgura, & fulmina, & obscuritatem super Filisteos. Et sic turbati, & dissipati victi fugerūt. Et ideo finaliter concludit, ꝙ dominus iudicabit fines terræ per Samuelem, sed postea dabit imperium, & regnū regi suo Sauli per

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Adã vſque Noe, & Abraã, & maximè ab Abraam quem ſeparaui de Caldæa, vſq; ad exitum de Aegipto. Et interroga patrem tuum quemcunq; carnalem, & patrẽ tuũ Abraam, qui fuit principium huius populi: & maiores tuos. ſ. Iſaac, & Iacob: & oẽs. 12. patriarcas, & omnes duces, & ſacerdotes. Et dicant tibi totũ diſcurſum tuæ generationis, & beneficiorum à Deo receptorum per ſucceſſionẽ. Et dicent tibi principium, & modum electionis huius populi ad Deum: & dicent tibi, quãdo, & qũo diuidebat altiſſimus gentes: & quãdo ſeparabat filios Adam. Ad cuius intellectum eſt notandum ſecundum hiſtoriographos: qđ deſcendentes à tribus filiis Noe poſt diluuium, fuerunt diuiſi per Aſiam, Europam, & Africam in 70. generationes ſeu populos ſiue nationes aut regiones. Item cum ante ędi
C ficationem turris Babel omnes generationes eſſent labij, & linguæ, & idiomatis vnius, tamen poſt confuſionem linguarum diuiſi ſunt in 70. linguas. Item legitur Gene. 49. q̃ omnes animæ filiorum Iacob: quæ ingreſſæ ſunt in Aegiptum cum Iacob patre ſuo fuerunt. 70. Ex quo patet, quod numerus populorum, tàm in diuiſione generationum filiorum Noe: quam in diuiſione linguarum, fuit iuxta numerum filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegiptum cum Iacob patre ſuo. Et hoc eſt quod dicit hic. Interroga patrem, & maiores tuos. Et dicent tibi, quando & quomodo altiſſimus diuidebat gentes poſt diluuium: & in ædificatione turris Babel, & quomodo ſeparabat filios Adam in illis duabus diuiſionibus. Quomodo conſtituit, & diſtinxit terminos populorum .i. diuiſit eos in D
70. populos, & linguas iuxta numerum filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegiptum cũ Iacob patre ſuo.

Pars autem domini populus eius Iacob funiculus hæreditatis eius.

Et tamen ex illis 70. linguis, & populis Deus ſolũm elegit ſibi vnũ. ſ. populũ Iſrael: qã Iacob fuit pars dñi, & populus, & fuit funiculus, & ſors, & portio hęreditatis eius. In trãſlatione autem ipſorũ. 70. habẽt. Conſtituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Dei, qđ idem eſt: eò q̃ ſoli filii illius populi dicebant̃ filii Dei. Alia tranſlatio, hẽt. Pm numerũ angelorũ. Et tunc intellectus ſit eſſe ſatis conformis literæ ſequenti. Nã vnuſquiſq; populus ſiue natio aut regnum habet proprũ E
angelum cuſtodem, & quot ſunt populi tot ſunt angeli cuſtodes, qui dñr arcangeli: iquã ſunt principes regnorũ: qbus dãtur in cuſtodiã: vt patet de angelo, & principe regni Perſarum. Dan. 10. Ex quo patet, q̃ numerus populorũ, qui fuerunt diuiſi per linguas, & nationes poſt diluuium, aut in cõfuſione turris Babel, fuit ſecundum numerũ angelorum ad cuſtodiam illorum populorum deputatorũ. Sed licèt Deus deputauit vnicuiq; illorũ propriũ angelum, & principẽ ad cuſtodiã, tñ Deus voluit ſibi eligere illum populum in proprium. Et ipſemet voluit eſſe proprius præceps, & cuſtos illius pp̃ri: licèt haberet Micaelem arcangelum in miniſtrum: vt patet Dã. 10. Et hoc intendit dicere Moyſes in hoc paſſu ſm iſtã tranſlationẽ. Vnde ait. Interroga patrẽ tuũ, & maiores tuos. & dicent tibi quaF
liter qñ altiſſimus diuidebat gẽtes: & ſeparabat filios Adã poſt diluuium: & in confuſione linguarum turris Babel: tũc conſtituit terminos populorum. i. natjonum, & prouinciarũ mundi iuxta numerum angelorum deputatorũ ad cuſtodiam regnorum. Sed Iacob cũ prole ſua fuit pars dñi, & populus eius ſibi ad cuſtodiam, & regimen electus. Et fuit funiculus, & ſors, & portio hæreditaris eius: quia ipſe ſpecialiter elegit ſibi hunc populum in hæreditarem. Vnde probo, q̃ dominus elegit ſibi iſtum populum in hæreditatem, & ꝓpriã cuſtodiam: & regimen. Nam

Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & naſtæ ſolitudinis.

Circunduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi

A *ſi pupillam oculi ſui.*

Dominus inuenit iſtũ populũ in terra deſerta &c. Quia primò inuenit Abraã i Caldęa terra deſerta, & ſemota à vero cultu diuino, & reduxit in Arã Meſopotamiæ & exinde in terã Canaã, vbi ędificauit altare dño, & incepit inuocare nomen dñi, Gen. 12. Et exinde inuenit filios Iſrael in loco horroris .i. in horrido loco Aegipti ſub dura ſeruitute, & poſtea inuenit Moyſen in loco vaſtę ſolitudinis iuxta montem Oreb cuſtodientem oues ſoceri ſui Ietro, & vocauit ipſum de rubo, & miſit ipſum ad Faraonem, & cum multis ſignis
B & prodigijs eduxit illũ populum de Aegipto & circunduxit ipſum per deſertum, & docuit eum legem & præcepta in monte Sinai: & cuſtodiuit eum ab omni periculo: ſicut pupillam oculi ſui. Primò cuſtodiuit eum in mari rubro. Secundo cuſtodiuit ipſum, & liberauit ab inedia, & fame, & ſiti, dando ipſi aquam de rupe Oreb: & dulcorando aquas Marat: & mittendo manna. Et

Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum atque portauit in humeris ſuis.

Ad cuius intellectum eſt notandum ſecũdum naturales, & ſecũdũ experiẽtiã: q̃ Aquila præ cæteris auibus, & animalibus nutrit filios ſuos, vnde quatuor mirabilia beneficia oſtẽdit filijs præ cæteris. Nã primò ſplendidè paſcit eos, & nobilibus cibis. ſ. perdicibus, & C
ſeporibus, & cunieulis &c. Secũdò ſapienter cuſtodit, collocando nidum in altis rupibus, ne quis poſſit accedere ad rollendum filios. Tertiò prudẽter docet eos volare, & venari, & cibũ q̃rere volitãs ſup eos, oſtendẽdo eius venationẽ, vt rapiãt & diſcãt cibũ ꝓcurare. Quartò collocat filios i loco fertili, & copioſo ciborũ, vnde qñ filij sũt iã ꝓuecti, & habiles ad venãdũ & q̃rẽdũ cibũ: tũc pater, & mater quęrunt eis locum, & terminũ ſemotũ, & aptũ: & portãt filios illuc. ſ. maſculũ. & fœmiD
nã, & dimittũ. & collocant eos ibi in illo loco fertili, & copioſo, & ipſi reuertũtur ad terminos ſuos. Ita ergo pariter fecit Deus erga illũ populũ. Nã primò cuſtodiuit eũ ab oi periculo. Secũdo cibauit ipſũ mãna de cęlo, & coturnicibus. Tertiò docuit ipſũ dãdo legẽ, faciẽte lacte, & melle, & ſic Deus fuit ſimilis aquilæ in cuſtodiẽdo, & cibando, & docẽdo, & collocãdo illũ populũ. Dicit ergo Moyſes q̃ Deꝰ circũduxit, & docuit, & cuſtodiuit illum populũ. ſicut facit aqla ꝓuocãs ad volãdum pullos ſuos, & volitãs ſup eos. vt cuſtodiat, et ipſi addiſcãt volare, & ſic Deꝰ ad modũ aquæ expãdit alas ſuas, extẽdẽdo nubẽ ſup eos in die: ne vrerẽtur ardore ſolis. Et aſſumpſit eũ quaſi ſuper humeros, & aſportauit eũ per totum deſertum.

Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.

Solꝰ Deꝰ abſque alio Deo alieno fuit dux illiꝰ populi ꝑ 40. annos in toto illo itinere, & peregrinatione: tãdẽ autẽ cõſtituit eũ ſup illã terrã excelsã quã ipſi ꝓmiſerat. Quæ qđẽ terra ꝓmiſſionis primò dr excelſus: eò q̃ eſt ſita in alto loco reſpectu Aegipti, & Arabiæ, & Caldeę. Et ẽt erat excelſa reſpectu deſerti Arabię i copia aquarũ, & fructuũ, & omniũ ciborum.

Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum.

Vt ſugeret mel de petra, oleumq; de ſaxo durriſſimo.

Butirum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan.

Et hircos cum medulla tritici & ſanguinem vuæ biberent meraciſſimum.

Iò Deus conſtituit, & collocauit eũ in illa terra, & ſup illã terrã fertilem: vt comederet fructus agrorũ, qb. illa terra abũdat, & ſugeret ille popul⁹ mel de petra, qa ibi apes melli ficãt in cauernis petrarũ, & rupiũ. Et ſugeret, & colligeret oleũ de ſaxo durriſſimo, qa i terF
ra lapidoſa, & ſaxoſa creſcũt oliuæ, q̃ reperiũtur abũdãter i illa terra. Et vt ſugeret butirũ de armẽto vaccarũ, & lac de ouibus, q̃ erant i magna copia in illa terra. Et iò plãtauerãt oliuas, & vineas, & cęteras arbores, & ſeminauerãt agros, & nutriuerãt greges ouiũ, & armẽta boũ in magna copia, quas qdem oues & arietes ducebat Cananęi de terra filiorũ Baſã vltra Iordanẽ, furto aut prædtio: eò q̃ terra Baſã illis tẽporibus abundabat in paſcuis, & gregibus ouium. Et iõ dicit, q̃ cõſtituit dominus illum populum ſuper illam terram copioſam: vt ſugeret mel de petra: oleumq; de ſaxo durriſſimo: & butirum de armento, & lac de ouibus: cum adipe, & pinguedine agnorum, & arietũ filiorũ Baſan: quia ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ra filiorũ Baſan abundabat in his. Et vt come
deret hircos nõ cũ hordeo: nec cum furfure :
ſed cũ medulla, & farina tritici. Et vt biberet
ſanguinem vuæ. i. vinum meraciſſimum, &
puriſſimũ. Itaq; Deus dedit eis illã terram, &
cõſtituit eos dños ſuper eam: vt comederent
fructus quos nõ plãtauerãt, & frumentũ qd
nõ ſeminauerãt, & agnos & arietes quos non
nutriuerant, & biberẽt vinum de vineis quas
nõ plantauerãt, quę omnia ſupradicta parent
per totum diſcurſum Exodi, & Leuitici, &
Numeri & Ioſue. Deinde cum dicit,

Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus impinguatus dilatatus.

Derelíquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo.

Prouocauerunt eum in Diis alienis, et in abominationibus ad iracundiã concitauerunt.

B *Immolauerunt demoniis & non Deo, Diis quos ignorabant.*

Noui recentéſq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui.

Prædicit futuram ingratitudinem & ſcelera, & peccatum idololatriæ illius populi. Vnde dicit, q illę populus præ cæteris Deo dilectus, cui Deus tot beneficia contulerat, & tot ſigna amoris oſtenderat, incraſſatus eſt ex abundantia delitiarum, & impinguatus ex abũdantia diuitiarum: & dilatatus in dominio & honore: & ſic oblitus beneficiorum a Deo receptorum recalcitrauit contra Deum ſicut equus pinguis, & delitioſus contra dominum. Vnde dereliquit Deum factorem, & creatorẽ & benefactorẽ ſuũ, & receſſit, et apoſtata-
C uit a Deo ſalutari ſuo: qui totiẽs ſaluauerãt, et liberauerat eum de captiuitate Aegypti, & de aliis periculis, obliti tot beneficiorum receſſerunt à Deo vero, & adheſerunt Diis alienis. Et ſic prouocauerunt Deũ ad furorem, & vindictam in Diis alienis. i. colendo Deos alienos, et concitauerunt eũ ad iracundiam in ſuis abominationibꝰ. Nã poſt mortem Ioſue immolauerunt ſacrificia demoniis, & non Deo ſuo vero: ſed demoniis Diis ſuis falſis: q̃os ignorabant eſſe Deos: qui quidem Dij falſi noui recentesq; venerũt inter eos quos patres eorum Abraã Iſaac, et Iacob, et Moyſes, et Aaron et cęteri antiqui non coluerunt: imo ab ominati ſunt, et exhoruerunt, q̃ q.dẽ ſcelus ꝓpetrarunt filii Iſrael in terra eis data: vt patet ꝑ totũ diſcurſum lib. Iudicũ et regũ. D
Vnde Moyſes ꝓuidens talia ſcelera futura illius ppli apoſtaſiæ ad cũ, exprobrãdo, et obiurgando, et dicit. O populę ſceleratę dereliq
ſti Deũ qui te genuit, et honorificauit: et obli
tus es dñi creatoris tui ſequendo Deos alie
nos. q.d. non impunitus abibis propter tantã
ingratitudinem. Et ideo deinde cum dicit.

Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filii, & filiæ.

Prędicit illius populi punitionem, et deſtru
ctionem. Ad cuius euidentiam eſt primo no
tandum, q̃ ille populus non ſemel ſed multo
tiẽs apoſtatauit a Deo: et ſecutus eſt Deos, a
lienos. Vnde illico poſt parium tempus poſt
mortem Ioſue fornicatus eſt cum Diis terię:
ſed Deus incepit eos opprimere per reges ti E
nitimos: ſed ſuſcitauit eis Othoniel qui libera
uit eos. Et ſic in ce. annis decies apoſtatarũt,
et decies Deus liberauit eos per iudices quo
tienſcunque reuertebantur ad dominũ, vt pa
tet per totum diſcurſum libri Iudicũ. Et iterũ
tpe Regũ, Salomon incepit idololatrare et
tria templa idolorum fabricare, quę ꝑſeuera
uerunt in Hieruſalem vſq; ad tpa Ioſię. Item
poſt Salomonem diuiſi ſunt i duo regna. Vñ
regnum ſimul ſemper perſeuerauit in idolo
latria, et pro maiori parte reges Iuda Hieru
ſalem perſeuerauerunt in eadem. Sed cum tã
reges Iſrael quam Hieruſalem frequenter mo
niti ꝑ profetas nollent deſiſtere à via ſua ma
la ideo Deus incepit primo aũ ediati contra
Iſrael et auertere faciem ſuam ab eis, et ince
pit eos ſucceſſiuè punire. Nam primò venit F
Tetaglatfalaſar rex Aſſyriorũ, et infeſtauit re
gnum Iſrael, et aſportauit duas tribus cum di
midia q̃ habitabant vltra Iordanem, et ẽt par
te eorũ qui habit abãt citra Iordanẽ & tranſ
tulit eos in Aſſyrios 4. Reg. 15. quia ſemper
perſeuerabant reges Iſrael in eadem idolola
tria. Ideo venit Salmanaſar, et tranſtulit et a
portauit in captiuitatem ſeptem tribus cum
dimidia, quę remanebant citra Iordanem de
regno Iſrael. Et ſic fuit penitus delerũ illud re
gnum propter ſcelera ſua, et maxime ꝓpter
pcẽm idololatriæ, vt patet 4. Re. 25. Poſt mor
tem autem Ioſię incepit Deus propter idem
peccatum punire regnum Hieruſalem & Iu
da per reges Caldeorum videns obſtinatio
nem eorum. Nam primo venit Nabucodo
noſor, & cępit Ioachim regem Hieruſalem, &

A & occidit eum, & duxit ſecum pueros oẽs de
ſemine regio in Babyloniã: inter quos duxit
ſecũ Danielẽ, & Ananiã Azariã, & Miſaelem
cũ multis alijs nobilibus. Et iſti dicti filij obſi
des de Hierẽm. Iterũ poſt tres annos reuer
ſus eſt Nabucodonoſor, & trãſmigrauit Hie
roniã cũ decẽ millib. nobiliũ in Babyloniã, &
cõſtituit Sedechiam in regem Hieruſalem.
Sed cum Sedechias in ſuis ſceleribus cũ om
ni populo ꝑſeueraret, pmiſit Deus vt contra
eũ rex Babyloniæ rebellaret, & ſic venit Na
bucho. in Hieruſalẽ: & obſedit eam in gyrũ. 18.
menſibus: et tantum, q̃ matres ex media coa
ctę ſuis comedere proprios filios. Et ſic ca
pta, & incẽſa eſt ciuitas cum templo, & à fun
damentis euerſa, & rex eſt oculis orbatus, et
cũ omni populo ductus eſt captiuus in Baby
loniã, et ibi miſerabiliter interfectus, et ſic
B fuit finis miſerabilis illorum duorum regno
rum ꝓp peccatũ idololatriæ, quos frequenter
Deus per profetas monuerat, et multotiẽs eis
pepercerat, et per magna tempora eos ad pę
nitentiam expectauerat. Sed finaliter videns
obſtinationẽ eorũ decreuit à ſuis regnis eos
ejicere, & in terras alienas in captiuitatẽ, et
ſeruitutem redigere: poſtquã maluerũt Dijs
alienis ꝙ proprio Deo ſeruire. Hãc ergo ſu
eram deſtructionem, et captiuitatem prædicit
Moyſes ex parte Dei, et comminatur illi po
pulo, et loquitur ſemper ꝓ verba de prętcrito
propter certitudinẽ ꝓphętię, et ſententię Dei.
Vnde licet Deus per magna tempora expe
ctauerit correctionem illius populi: tamẽ qa
finaliter vidit obſtinationem, et incorrectio
nem eorum: iõ ad iracundiam concitatus eſt,
qa filij ſunt, et filię, quos in filios, et populũ pe
C culiarem ſibi elegerat prouocauerunt cũ ad
iram, et vindictam, quia eſt generatio prauа,
et infideles, et rebelles filii. Ideo.

Et ait, abſcondam faciem meam ab eis, et conſiderabo noviſſima eorum
Generatio enim perverſa eſt, et infideles filii.

Deus ait. Ego abſcondã facie meã ab eis: a
auxilij, et fauorẽ ſubtrahẽdo, et negãdo, et cõ
ſiderabo nouiſſima ſcelera eorum. i. ſecũdum
nouiſſimam obſtinationem, et impenitentiã
eorum reprobabo, et puniam eos: eo q̃ eſt ge
neratio prauа, et mcorrigibilis, et infideles fi
lij, et apoſtatę, et idololatrę. Vnde notanter
dicit: conſiderabo nouiſſima eorum, quia ali
ter ſe habet Deus in prædeſtinando hominẽ,
et aliter in reprobãdo. Vnde Deus nõ præde
ſtinat hominẽ, qa nouit ipſũ futurũ bonũ, et D
iuſtũ, imo ꝑdeſtinauit ipſũ ab æterno, et præ
parauit gratiã ipſi, vt ſit bonus, & iuſtus, quia
elegit nos ante mũdi cõſtitutionẽ, vt eſſemꝰ
ſãcti, ad Eſc. 1. Sed ꝓ oppũ de re ꝓbatis. Nã
nõ pſciuit nec re ꝓbauit eos Deꝰ ab æterno
vt eſſẽt mali, et dãnati, ſed qa pſciuit eos ſem
per, et finaliter malos impenitentes, iõ eos re
ꝓbauit Et ideo dicit. Deus de illo populo
quẽ pręſciuit in ſua idololatria obſtinarum,
Conſiderabo nouiſſima ſcelera eorum incor
rigibilia, et nouiſſimã impęnitentiã, et obſti
nationẽ eorũ, et ẽm illa nouiſsima puniã eos
abſq; miſericordia. Et iõ reddẽs cauſã ſubdit

Ipſi me prouocauerũt in eo qui non erat Deus.

Sequẽdo Deos alienos, & cõtẽpſerũt me:
Et irritauerunt in vanitatibus ſuis.
Et ſuperſtitionibus, reliquẽdo uerũ cultũ. Iõ E

Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus meus.

Id eſt ſubijciam eos populo alieno. ſ. babi
lonico qui nõ eſt populus meus, ſed alienus.
Et in gente ſtulta irritabo illos.

Id eſt contemnã illos, et ponã in gente in
humana, et crudeli, quæ affligat eos ſine mi
ſericordia. q.d. ſicut idololatrando me nega
uerunt eſſe Deũ ſuũ, et adhæſerunt Dijs alie
nis, et falſis. Ita ego negabo eos eſſe populũ
meũ et ſubijciã eos gẽti alienæ, et ſtultæ, et
crudeli. Quemadmodũ fuerũt Caldęi, qui ci
uitatẽ, et templum incẽderunt, et eos trucida
uerunt, et captiuos in Babyloniam duxerũt,
et crudeliter eos, et abſque miſericordia tru
cidauerunt, et afflixerunt etc. Vnde ſubdit

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, et ardebit F
vſq; ad infernũ noviſſima.

In illo templo, et ciuitate, et comburet ci
uitatem, et templum vſq; ad infima foſſę fun
damenta. Vnde ſcol hebraicè idem eſt quod
foſſa inferior latinè. Nam anteq̃ muri ędificẽ
tur prius foditur, et cauatur foſſa in qua ia
ciũtur fundamenta ſuper que edificantẽ mu
ri, et parietes. Et ſic dicit, q̃ ille ignis combuſ
ſit templum, et ciuitatẽ vſq; ad fundamenta,
quæ latebant in foſſa inferiori, et ideo ſubdit

Deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.

Ignis ille deuorabit totam terram Iudęę,
cũ germine. i. cum oibus arboribus, et vineis,
et regibus, et ſegetibus etc. et cõburent fun-

damenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A damnēta mōtiū.i.pdia,&possessiones,q̄ erāt in mōtib⁹,& radicib.mōtiū:ga oīa cōbusserūt,& destruxerunt Caldæi i illa obsidione. Et nota q̄ ille ignis non solum intelligī de igne materiali quia combussit ciuitatē,& tēplū,& totā terrā,sed ēt intelligitur de igne furoris, & iræ Dei:qui accensus, & effusus est super illū populū propter supradicta scelera eius: quia totaliter decreuit delere eos.Et ideo subdit.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

Consumentur fame,& deuorabunt eos aues morsu amarissimo.

Dentes bestiarum immittam in eos,cum furore trahentium super terram atq; serpentiū.

Foris vastabit eos gladius & intus pauor, iuuenem simul ac virginem lactentem cum homine sene.

B Ego congregabo sup eos multa mala: & prælia,& seditiones,& sic sagittas meas. i. sagittas meæ uindictę complebo in eis per Caldæos in illa obsidione:in tantū q̄ consumentur,& deficient,& peribunt fame. Et aues.i. Caldæi veloces ad modū auiū deuorabūt eos morsū amarissimo:& dētes bestiarum.i. crudelitatē Caldæorum ad modum bestiarum immittam in eos cum furore trahentium. i. reptiliū draconum atq; serpentum,i. militā cōtra eos Caldæos: q̄ deuorabūt eos tāquām bestię,& dracones,& serpētes & gryfones,& aquilæ.Et sic gladi⁹ cū machinis,& tormētis, & telis vastabit eos fors cōtinuē injiciēdo arma bellica cōtra ciuitatem: & intus vastabit eos pauor cōtinu⁹:vastabit dico iuuenē simul ac virginem & infantem lactentem in uberi-
C bus matris suæ,cum homine sene,quasi dicat. q̄ tantus erit strepitus armorum,et machinarum,& tormētorū in illa obsidione,q̄ oēs status et cōditiones ab homine sene vsq; ad infantē lactētē in sinu et vbere matris tremēt, et pauebunt,videntes imminere eis interitū vsquequò deuentant in finalē destructionē,et captiuitatē. Quę omnia mala fuerunt completa in illo populo,et templo,et ciuitate: ut patet.4 Reg.vlt.et secundi Paraly.vltimo.ca.

Et dixit vbinam sunt cessare faciam &c.

Hæc est secunda pars huius narrationis, et comminationis: quā Iudæi continuāt cum præcedenti,exponentes totū de destructione Hierusalē facta per Caldæos. nullā facientes mentionē de destructione secudi templi,et ciuitatis, et de vltima captiuitate facta per Romanos.Sed dictū est superius qualiter Moyses præuidit in spiritu per reuelationem totū discursum illius populi vsq; ad Christum et substitutionem populi gentilis: et præuidit destructionem vtriusq; templi. Et ideo postquām superius Moyses in persona Christi prædixit, et comminatus est destructionem primi templi, et ciuitatis quæ facta fuit per Caldæos:nunc in hac secunda parte prædicit: et comminatur destructionem secundi templi, et ciuitatis, et perpetuam captiuitatem illius populi: quę fuit facta per Romanos in vindictam mortis Christi. Ad cuius intellectum est notandum: q̄ Iudęi propter peccatum idololatriæ, et obstinationis merebantur non solum deleri: et eiici de terra sua: sed totaliter deleri de mundo nullo remanente: nec vnquàm ad propria reuerti: sed descendere E ad inferni nouissima.sed Deus noluit Iudęos totaliter de mundo delere: nec eos in perpetua captiuitate detinere: ne Nabucodonosor et sui successores superbirent de victoria sua putantes Deum Iudęorū esse victum ab eis: et Iudæos non esse traditos suę potestati pp peccata commissa contra Deum, sed in propriis viribus de ipsis Iudæis obtinuisse triumfum. Et ideo Deus voluit post. 70. annos reducere illum populum in terram suā:et excitauit spiritum Cyri,vt dimitteret captiuitatem, et daret licentiā Iudæis reedificandi ciuitatē et templum, vt ibi libere Deo seruirēt vsq; ad aduentum Messię,et deinceps à peccatis abstinerent, et corrigerent, et Messiā in lege,p̄missum fideliter reciperent in illo secundo rēplo reædificato.sed ipsi potius peccatum perpetrauīt et commiserūt contra Deū- F tum perpetrauīt et commiserūt contra Deū: Nā venit Christus De⁹,et homo Messias in lege promissus ut legē declararet, et eos de captiuitate liberaret: sed quia doctrina Christi erat eorum superbiæ contraria et auaritiæ: ideo conceperunt inexorabile odium contra eū,et occecari in sua malitia contra legē et oēm iustitiam ipsum morti tradiderunt: et q̄ peius fuit sponte in sua malitia, et obstinatione manere voluerunt. Et sic facta sunt nouissima populi illius peiora cibus seelerib⁹ prioribus:ideo punitio eorum fuit aeterna in corpore et anima. Nam per Titum et Romanos ciuitas cum templo fuit incensa et ipsi partim fame consumpti, et trucidati et totum residuum in perpetuam captiuitatē et seruitutem fuit destinatū et per totū orbē

A dispersum,& aīæ eorum fuerūt ad æternā pęnam condēnatæ. Et sic in corpore,& aīa fuerūt puniti. Et hoc est q̄d prædicit. & cōminatur Deus per Moysen in hac secta parte, in qua tria facit. Primò.n.explicat causam quare De⁹ noluit totaliter eos i prima captiuitate de mūdo delere, sed eos à captiuitate in Hierē reuocare:Secūdo explicat irremissibile peccatū q̄d cōmiserūt cōtra Deū: & Messiā et Tertio additionē eorū & finale destructionē & ppetuā dānationē.Secundū ibi. De vinea Sodomorū.Tertiū ibi:Nōne hęc cōdita sūt apud me.Quātùm ad primū est aduertendū q̄ duplici de causa De⁹ voluit,seruare reliquū illi⁹ populi,& nō totaliter de terra extirpare,& delere.imo voluit post 70. annos eos in terrā suā reuocare per Cyrū. Prima causa fuit propter superbiā regū Babyloniæ,& omB nium Caldęorūm ne putarēt victoriā suā contra Iudęos prouenisse ex viribus suis, & nō ex peccato Iudæorum,& ne propter hoc cōtemnerēt Deum Israel,dicētes eū esse impotentem, & victū.Vnde Baltasar fecit cōuiuiū,& in vasis sacris templi dabat potū cōcubinis,& cęteris in contēptum Dei:vt patet Dan.5.Secunda,vt remaneret tempus pœnitēdi:vt recorda ti punitionis, & captiuitatis factæ:ut erū non peccarent nec rebellarent contra Deum, sed per punitionē factā de præterito cauerēt peccata de futuro:ne amplius rebellarēt contra Deum in carne venturum, sed ipsum recipe- C rent tanquam saluatorem,& Messiam: & eius doctrinam sequerentur. Et hoc est q̄d dicit dñs per Moysen in hac secunda parte. vnde ait dicens vbinam sunt isti Iudæi scelerati.

Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum dissului,ne forte superbirent hostes eorum & dicerent

Manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia.

Cessare faciā memoriā eorū ex hoibus: & delebo & extirpabo eos totaliter de mūdo, ne amplius nominētur in memoria hominum sim q̄ merētur peccata corū.q.d.Ita debui sē facere s.delere memoriā corū.Sed ego distuli eorum vitā pp irā & temeritatē, & superbiā inimicorū suorū Caldęorum,ne forte hostes eorum Caldæi superbirent,& gloriarentur de viribus suis,& de potentia sua,& dicerent: manus, & potestas nostra excelsa fecit hæc omnia,ideſt superauit,& captiuauit Iudæos,& in D cendit Hierusalem cum templo.Et sic non fecit hoc dñs Deus eorum: imo fuit victus à nobis,nec potuit nobis resistere:quia eius vasa sacra asportauimus in Babyloniam, & damus in eis bibere concubinis,& familiaribus nostris, vt patet Danielis. 5. Secunda causa quare Deus noluit totaliter Iudæos delere: sed eos de captiuitate reuocare, fuit vt ex pœnitentia punitione castigarentur,& corrigerentur.& præcauerent futuram,& nouissimā rebellionē,sed quādo veniret messias reciperēt eum.Sed quia hoc non fecerunt Iudæi: imo totum oppositum:ideo subdit Moyses.

Gens absque consilio est & sine prudentia, utinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia. E

Ita gens Iudaica est absque consilio, & sine prudentia.Vnde est aduertendum sicut dictū est in principio,q̄ ista doctrina simul est moralis,& profetica.Et ideo simul docet intelligere verum bonum,& cauere malum futurum.Ideo dicit,q̄ ista gens fuit sine consilio inquantùm nescīuit discernere inter bonum, & malū eorū q̄ sunt ad finem.& fuit sine prudentia inquantùm nescīuit memorare præterita,& dispensare præsentia, & prævidere futura, imo semper in omnibus elegit peiorē partem dimittendo Deum verum, à quo tot bona receperat, & sequēdo Deos falsos: pp q̄d peccatum tot punitiones passa est.Et sic illa gēs est,et fuit semper sine consilio in non discernēdo,& sine prudentia in male eligen- F do,& malum non cauendo:sed semper ad deteriora præcipitando. & procedendo vsquequo Christum occiderunt.Et ideo subdit.Vtinam isti Iudæi saperent scripturas. i. diligenter explorarent,& inuestigarent,& perscrutarentur cum sapore scripturas:quia hoc pertinet ad sapientiam,quæ est de rebus diuinis,& altissimis,quæ in sola sacra scriptura reperiūtur.Et vtinam intelligerent. i. ad intelligendum,scripturas cum humilitate,& ratione se præpararent,non ad sensum carnalem,sed spiritualem.Et sic prouiderent.i.procul viderent nouissima mysteria de Christo & ecclesia: q̄ in scripturis latent,& occultantur. Et sic providerent qñō Christus est finis nouissimus totius legis, & quomodo omnes scripturæ lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quuntur de Christo tanquam de fine nouissimo. Vnde si Iudæi fuissent vsi bono consilio in discernendo, & bona prouidentia in eligendo, & sapuissent, & intellexissent sacras scripturas ad verum sensum, & præuidissent nouissima mysteriâ figurata per sacram scripturam: non negassent nec occidissent Christũ: partem pessimam, & malam eligendo. Item si cum consilio, & prudentia sapuissent, & intellexissent victorias, & punitiones præteritas, quomodo Deus punierat eos propter peccata sua quotiens peccauerant: præuidissent nouissima, & cauissent iterum peccare. Vnde si sapuissent, & intellexissent, & recordati fuissent quomodo propter idololatriam totiens puniuerat eos per finitimos tempore Iudicum, & Regũ, & finaliter p Caldæos fuerũt afflicti, & destructi, & à finibus expulsi, & captiuati in Babylonia, tunc præuidissẽt B nouissima, & non occidissent nec negassent Christũ. Itẽ si sapuissẽt, & intellexissẽt omnia supradicta, & cognouissent, & cognoscerent quomodo ciuitas cum templo fuit incensa p Caldæos, & populus ductus captiuus, & qũo vnus Caldæus fugabat mille Iudæos, & duo fugarẽt decẽ millia Iudæorũ in illa obsidione: ſũc cognoscerẽt, q hoc nõ euenit ex defectu & debilitate Dei, nec ex viribus, & potentiâ Caldæorũ, & aliorũ aduersariorũ: sed ex peccato idololatriæ Iudæorum. Vnde.

Nonne ideo quia Deus sunt vendidit eos, et dominus conclusit illos.

Non enim Deus noster ut Dii eorum, & inimici nostri sicut Iudices.

C Nonne ideo Iudæis euenit ista persecutio quia Deus suus vendidit illos, & tradidit in manus inimicorum, & dominus conclusit illos in illa obsidione, propter peccata sua sup. & non ex impotentia Dei? quasi dicat. imo propter peccata illius populi, quia Deus noster non est Deus victus, & impotens sicut Dij eorum, qui ab eis dicuntur quandoque victi, & impotentes: vt patet in libro Aeneidos primo, vt dicit Iuno. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor Illium in Italiam portans victosque penates. Item in libro 2. eiusdem Virgilij. Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis, vbi alij legunt inuitis. i. nolentibus. Ex quo patet q Dij Troianorum, & aliorum gentilium sunt impotentes, & victi, sed Deus noster non est impotẽs sicut Dij eorum: imo est omnipotẽs D tissimus: de quo inimici nostri infideles possunt esse iudices, & testes: cõ quòd experti sunt multotiens omnipotentiã Dei nostri, vt patet in portentis, & signis Aegypti, & in transitu maris rubri: vbi dixerunt: Fugiamus Israelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Exodi. 15. Item Seon rex Amorreorum, & Og rex Basan, & omnia regna Canaan sunt iudices, & testes de omnipotentia Dei nostri: quia in ingressu terræ promissionis non manſit spiritus nec vires in hostibus, inantũm quòd vnus de populo Hebreorum fugabat mille de Cananeis. Item Nabucodonosor punitus à Deo dixit, quod non erat alius Deus super terram nisi Deus Hebræorum. Daniells. 3. &. 4. &. 5. Et vltimatè Cyrus, & Darius reges Persarum: qui interfecerunt Balthasarem regem Babyloniæ, E & subiugauerunt regnum, & relaxarunt captiuitatem, sunt iudices, & testimonium de omnipotentia Dei. vt patet Esdræ primo: Ergo sequitur, quòd destructio regni Iudæorum non prouenit ex viribus Caldæorũ nec ex impotentia Dei, sed ex peccatis Iudæorum. In tota ergo supradicta particula ostendit Moyses, quod licèt Iudei ex suis demeritis, & peccato idololatriæ meruissent totaliter deleri à memoria hominum: tamẽ Deus volui it eis prorogare vitam propter tria. Primò ne inimici infideles superbirent, & gloriarentur de viribus suis, & attribuerent victoriam Dijs suis. Secundò vt Iudæi saperẽt, & intelligerent scripturas, & considerarent punitionis fastas & per illas cauerent futura peccata, & præuiderent nouissima mysteria de Christo, & ecclesia, & reciperent Chri- F stum, in aduentu suo ne sibi essent iterum rebelles sicut prius. Tertiò ne gentiles putarẽt Deũ nostrũ esse impotẽtem vt victũ, & non potuisse iuuare cultores suos, sed vt iudæi cognoscerẽt illã punitionẽ sibi fuisse inflictam propter scelera, & peccata sua, & propter idolatriam, Deo permittente ipsos rebellare regi Babyloniæ, & per ipsum affligi. Deinde cum dicit.

De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ.

Vua eorum uua fellis, & botrus amaritudinũ.

Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Præcepit

A Prædicit vltimum peccatum Iudæorum, commissum contra Deum, & Messiam in lege promissum. Vnde supra dixit Deus, qđ ideo reliquit, & reuocauit eos a captiuitate ad terrã suam. Primo, vt inimici non superbirent, & putarent Deum nostrum impotentem. Secundò, vt Iudæi deinde saperent, & intelligerent scripturas, & prouiderent nouissima de Christo venturo, & non negarent: sed reciperent ipsum, & deinde cauerent rebellare contra Deum: sed ipsi Iudei fuerunt sine sapientia, & consilio, & prudentia: quia peiora scelera commiserunt, quam prius. Nam ante destructionem primi templi peccauerunt per idololatriam, sed post captiuitatem in fine secundi templi non solum fuerunt Deo B rebelles negando Christum Messiam suum, sed etiam ex odio ipsum occiderunt, & in eadem infidelitate, & obstinatione permanserunt, quorum peccatum, & eius grauitatem explicat Deus per Moysen per comparationem vineæ, & vuæ, & vini. Ad cuius intellectum est notandum: vt patet Isa. 5. quod totus ille populus ab Adam, & Israel vsq; ad aduentum Christi dictus fuit vinea Christi, vt dictum est Psalmo. 79. & Ezech. 18. Quam vineam coluerunt patriarchæ, & profetæ, & omnes fideles veteris testamenti expectãdo vt faceret illam salutarem vuam, & botrum qui fuit Christus, qui quidem botrus, & vua fuit torta, & expressa in torculari crucis, ex qua expressum est vinum sacramentorum ad salutem omnium fidelium simul cum vino generalis redemptionis, & sub tali fide, & C spe omnes fideles veteris testamenti colebãt istam vineam, & legem Moysi. Sed ista vinea legis tam protulit vuam suam in aduẽtu suo & collegium apostolorum, & fidelium iam protulerunt fructum fidei, colligendo istam vuam per fidem: sed synagoga nõ fecit vuas fidei, sed labruscas amarissimas infidelitatis, & odii, & homicidii contra Christum. Et sic ex vinea domini facta est vinea Sodomorũ & Gomorræ. Et sic patet, quod domus Israel, quæ erat vinea domini exercituum, diuisa fuit in duas partes. Quarum minor recepit Christum per fidem: & sic fecit verum fructum, & collegit de vinea legis vuam salutarem qui fuit Christus, ex qua vua expressit vinum redemptionis, & sacramentorum. Et sic ista minor portio mãsit vera cum suo fructu fidei. Altera autem pars maior non fecit vuas fidei, sed labruscas amarissimas infidelitatis odii, & homicidij: quia non solum non recepit Christum, sed negauit eum, & sic ex lege D non collegit fructum salutis, & redemptionis sed damnationis, & sic facta est pars vineæ Sodomorum tota synagoga Iudeorum quæ Christum negauit, vsque in hodiernum diem. Et ideo dicit Moyses: quia Iudei non sapuerunt legem nec intellexerunt eam, nec prouiderunt nouissima Christi, quæ in lege erant figurata, & promissa, & in profetis prænuncia: ideo vinea eorum facta est de vinea Sodomorum, id est sterilis, & cęca. Ad cuius intellectum est iterum notandum, quod Sodoma interpretatur sterilis, & cecitas aut pecus, aut declinatio, dicitur enim cecitas, eo quòd ex passione vitiorum percussa fuit cecitate mentis, inantum, quòd perdidit iudicium rationis, & omnes effecti sunt bestiales in moribus: quia abutebantur vitio luxu- E riæ in masculos. Ideo Sodoma interpretatur pecus, & bestia. Vnde voluerunt aburi duobus angelis qui ingressi sunt in domũ Loth: nisi quod percussi sunt cecitate, & sic facti sũt cęci corpore, & mente. Vnde Sodoma cum suburbanis, & ciuitatibus, & ædiacentibus submersa, & combusta est, & sterilis facta, vt patet Geneſis 19. Hoc idem factum est de Gomorra cum suis vicis, & ruribus suburbanis. Ideo Gomorra interpretatur cecitas, & seditio aut timor popularis. Et quia populus Iudaicus siue synagoga fuit percussa cecitate mentis, & odii i aduentu Christi, & nõ fecit fructum fidei: ideo dicitur cęca, & sterilis, & bestialis, & seditiosa sicut Sodoma & Gomorra. Et sic iam non dicitur vinea domini, sed vinea Sodomorum, & Gomorræ. Vnde sicut, societas apostolorum, & discipu- F lorum, & omnium conuersionum facta est vinea domini per fidem ita synagoga per infidelitatem, & cecitatem facta est vinea Sodomorum, & Gomorræ. Tertiò est vlterius notandum: quod sicut in vinea considerantur tria per ordinem. Ipsa vinea, quæ est congregatio vitium, & palmitum viridium. Secũdo vua quæ inde colligitur. Tertiò vinum quod ex vuis exprimitur. Ita pariter vinea ecclesiæ fuit ipsa congregatio apostolorum sub virore vnius fidei adunatorum. Fructus autem siue vua huius vineæ fuit caritas qua Christum receperunt. Vinum autem fuit gratia, & effectus redemptionis. Et etiam vinum huius vineę fuit predicatio euangelica, & operatio miraculorum, quę apostoli

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex fide,& caritate expresserunt. Per oppositum synagoga. Nam quia illa uinea erat cecā,& in odio contra Christum inuetarataiō peperit uuas, & botros amarissimos mendacij,& falsi testimonii contra Christum.Et sic fecit Deum,& legem mendacem, quando Christum negauerunt. Vnde Iudæi primò conceperunt odium contra Christum in corde,& cecitate mentis. Secundò protulerunt mendacium,& falsum testimonium & blasfemiam contra eum in ore.Tertiò commiserunt homicidium in operatione quando ipsum crucifixerunt.Quartò manserunt in infidelitate,& obstinatione, & damnatione ꝑpetua.Radix ergo & vitis illius vineæ Sodomorum est cecitas, & odium inueteratum: vua autem fuit mendacium,& falsum testimonium.& blasfemia dicta contra Christū.

B vinum fuit homicidium,& mors Christi. Acetum autem factum ex illo vino est obstinatio acerrima,& damnatio amarissima, & desolatio quę manet & perseuerat in illo populo vsque in finem Hoc est ergo quod intendit dicere Moises in hac particula.s.quod Deus noluit totaliter delere istam vineam ī illa captiuitate Babylonis:imo vocauit ipsā, vt saperet,& intelligeret legem,& nouissima mysteria Christi prouideret,& Christum in aduentu suo per fidem reciperet:& veras uuas fidei,& verum vinum colligeret,& faceret &c.Sed totum oppositum fecit.Nam vinea,& synagoga degenerans à lege,& recedens à Deo facta est de vinea Sodomorum, & suburbanis Gomorræ per odium,& cecitatem mentis. Et ideo vua eorum fuit vua fellis,& botrus amarissimus:quando negaue

C runt Christum: & legem & proferas mendaces fecerunt, & falsum testimonium contra Christum dixerunt,& amara conuitia,& opprobria inflixerunt.Et vinum eorum fuit tā quam fel draconum: quando ipsum amaræ morti,& cruci tradiderunt: & ipsi acetum felle mixtum porrexerunt.Acetum aūt eorū fuit venenum insanabile obstinationis,& infidelitatis:quod in eis perseuerat:quia est eis insanabile sicut venenum aspidum.Vnde synagoga quasi per omnia facta est similis aspidi. Nam sicut aspis est surda,& ceca: ita synagoga post Christum mansit cęca & surda:quia nec potest nec vult audire veritatē factæ scripturę:imo ponit sibi caudam obstinationis in aure dextera ne audiat vocē euāgelicā:vt dictum est Ps.57. Item sicut venenum aspidum est insanabile:ita venenū ob- D stinationis,& odii synagogæ, & peccatum ē insanabile vsque ad iudicium. Item eorum damnatio venenata est insanabilis,& pęna ir remissibilis,& infinibilis,sicut pctm Sodomę fuit insanabile. Et sic patet qūo synagoga facta est de vinea Sodomorum,& de suburbanis Gomorrę: postquā negauit, et crucifixit Christum. Vnde notanter dicit de suburbanis Gomorrę.Nam sicut Sodoma,& Gomorra habebant suburbana.s.vicos, & rura confiniæque participabant peccata, & punitionē illarū ciuitatum:quia cū ciuitatibus fuerunt punita suburbana, & sic manserunt destructa,& sterilia. Ita pariter oia suburbana ipsę Hierusalem quæ consenserunt in nece Christi:& omnes Iudæi qui manent in eadē obstinatione:dicuntur de vinea Sodomorum: E & de suburbanis Gomorræ: quia synagoga cum suis suburbanis,& sequacibus obstinatis Iudæis dicta est Sodoma,& Gomorra.s.cęca & sterilis & bestialis,& damnata, vt patet Isaiæ. 1.vbi appellat principes synagogę principes Sodomorum propter cecitatē, et obstinationem,et bestialitatem.Item sicut Sodoma et Gomorra habuerunt suburbana quæ participarunt peccatum earum, ita pariter peccatū cecitatis, et odij Iudæorum habuit suburbana peccata.Nā ex illa cecitate, et odio proruperunt in mēdacium,et falsum testimū:et blasfemiā.et homicidium,et infidelitatem.et obstinationem.et venenum insanabile odii,et rancoris,quod habent contra xpm. et Christianos.Et ita sunt peccata suburbana illius peccati Iudæorū.Ideo dicit Moyses. F Vinea eorum de vinea Sodomorum, et de suburbanis Gomorræ.Deinde cum dicit.

Nonne hæc abscondita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

Mea est vltio & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum.

Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora

Prædicit punitionem peccati supradicti, quæ fuit facta per Titum et exercitum Romanum in destructione secundi templi. Dicit ergo Deus.Nonne hæc scelera supradicta commissa contra Christum,et Melliam, condita,et reposita sunt apud me,et bene signata,et sigillata in thesauris meis videlicet i memoria mea:quæ est arca, et thesaurus omnium

A præteritorum præsentium,et futurorum:quæ nouī omnia antequam fiant,quasi dicat, nō obliuiscar iniuriam factam Christo filio meo.Et ideo dico vobis,ꝙ mea est vltio.i. ad me pertinet facere vltionem, et vindictam huius peccati de Iudæis. Et iō ego retribuā eis pœnam in tempore constituto:sed differo modicum, vt magis labatur pes eorum ad alia scelera.Vnde hoc dicit,quia in illis. 40. annis quos Deus dedit eis ad pœnitentiam, plura scelera commiserunt ad maiorem punitionem et pœnam eorū,Iudei glossant ly Vt:pro quotiescunq;,hoc est:ego retribuāmeis Vel ly vt,potest poni pro licet.i.licet ī illis. 40.annis labatur pes eorum ad peccandum: tamē nō diu differetur eorū punitio, qa iuxta est dies perditionis eorum.Item licet modo concedatur eis potestas,vt occidāt Christum tamen iuxta,et prope est dies perditionis eorum.Et tempora festinant,et ꝓperant adesse.idest,vt cito fiat,et cōpleat eorū distructio,et punitio ꝓ Titū,et Romanos.Quia

Iudicabit dominus populum suum, & in servis suis miserebitur.

Hoc dicit.Nā qñ Deus statuit mittere Titum, et Vespasianum cū exercitu Romano contra Hierusalē:prius antequam obsiderēt, apparuit angelus dñi:et præcepit oibus fidelibus Christianis:vt recederent ab Hierusalē et fugerent futurum excidium ciuitatis: vt ait Eusebius in 2.ecclesiastice historiæ.Et sic Christus cōsiderauit, et punivit oēs Iudeos obsessos ī Hierusalē.sed misertus est Christianis,eos auisando,vt fugerent illā stragem,et C punitionem,sed tota congregatio malorū, et obstinatorū Iudæorū mansit,et fuit iclusa,et obsessa in ciuitate,quorum partim fuerunt machinis bellorum in muris interfecti: partim fame cōsumpti,partī gladio ī captiui. Et ideo subdit, quòd Deus, et quilibet alius.

Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, reliquiq; consumpti sunt. Et dicent, ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum?

Infirmata, et debilitata sit manus,et potestas illius populi ī illa obsidione,et clausi ob- D sessi defecerunt in virtutibus victualibus et in consilio,et omnibus necessariis, et residui consumpti sunt fame,et gladio,et captiuitate.Et tunc Romani videntes Iudeos obsessos,et destitutos à Deo, dicent, vbi sunt dii eorum:scilicet Iudęorum in quibus habebāt fiduciam?de quorum victimis,et sacrificiisco medebant adipes,et pinguedinem, et bibebant vinum libaminum,et oblationum?Surgant ergo dii vestri,ò Iudæi,et opitulentur vobis,et protegant vos in hac vestra necessitate,et liberent vos de manibus nostris.

Et nota,ꝙ Romani,et gentiles loquebantur secundùm consuetudinem suam. Nam sicut ipsi gētiles colebant plures Deos ꝙbus offerebant diuersa sacrificia: Ita putabant ꝙ Iudæi colerent plures Deos ꝓp multitudine et diuersitatem sacrificiorum,et holocausto E rum,et oblationum,et libaminum. Item putabant quod dii ciuitatis obsessæ,et captę pariter vincebantur cum ciuitate à diis exercitus vincentis,et triunfantis,sicut dictum est de dijs Troianorum. Secundum ergo hanc consuetudinem dicebant Romani Iudeis obsessis, ubi sunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam?quasi dicerent, aut dormiunt aut sunt victi. Et maximè hoc dicebant gentes exercitus,eò quòd sentiebant quomodo populus obsessus continuè clamabant ad dominum in templo,et offerebant oblationes, et sacrificia Et tamen Deus non exaudiebat eos:sicut dictum est Psalmo 17.Clamauerūt ad dominum nec exaudiuit eos: eò quod iā erat clausum cœlum orationibus eorum.Et ideo gentes exercitus habebant causam dicendi:Dij vestri F

Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

Quasi dicerent,fortiores sunt Dii Romanorum quàm Iudæorum.Sed ad hoc respondet Deus dicens.

Videte quod ego sum solus, & non sit alius Deus præter me.

Quasi dicat:vos Rom.putatis ꝙ ī Israel et Hierusalē sint plures Dii:er ꝙ dii vestri sunt fortiores Diis Hierusalē:eo ꝙ non opitulantur eis: nec protegunt eos in hac necessitate,et obsidione etc. Et ego dico vobis,vt videatis et consideretis bene,ꝙ ego sum solus

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Deus:& non sit alius Deus præter mẽ. Et iõ si vellem liberare istũ populũ ego bene possem liberare. Sed ego dimisi eũ propter peccata sua,& sic permisi, vt rebellarent contra Romanos: vt veniant contra Hierusalem: & abstuli,& abstraxi auxilium,meum, & custodiam angelorum ab eis. & tradidi eos in manus vestras puniendos. Et sic non gloriemini,nec putetis Deos vestros victores: quia ego sum solus Deus:nec est alius Deus præter me:quia dii vestri sunt falsi,& impotentes. Et ideo ego per vos Romanos tanquam per ministros volui punire istum populum propter peccata sua. Vnde

Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiã & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

B Ego occidam istum popolum Iudaicum: & viuere faciam populum gentilem per fidem. Et ego percutiã istũ populũ cecitate, & liuore, & sanabo populum gentilem à peccato. Et non est aliquis qui possit eruere se,nec alliquem alium de manu mea. Item quosdam de isto populo occidã p peccatis: & quosdã eorũ faciã viuere per fidem,& gratia:sicut fuerũt apostoli:& ex multi qui quotidie conuertuntur. Et quosdam ego percutiam cecitate. Et quosdam sanabo per baptismum,& pœnitentiã. Et sic nemo pẽt eruere de manu mea quẽ ego punio. Quapropter ego sum qui punio istum populum: & non dij gentiũ sicut vos putatis. Et iõ ego Deus.

Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum.

C *Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea.*

Reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Leuabo manum meam in cœlum.i.cũ iureiurando dicã. Viuo ego in æternum, idest sicut viuò ego in æternam: ita sentẽtia mea contra populum Iudaicum est immobilis,& stabilis,& firma. Quod si acuero (& ponitur si pro quando).i.quando ego ac uero gladiũ sent entiæ meæ vt fulgur contra Iudæos: & manus mea attribuerit iudiciũ.i.proposuerit, & decreuerit iudicare eos & punire:tunc red dam vltionem:& vindictam hostibus meis D Iudæis qui me crucifixerunt. Et retribuam vicem his qui oderunt:& negarunt me. Et inebriabo sagittas meas.i. Romanos sanguine Iudæorum. Et gladius meus deuorabit carnes eorum in excidio Hierusalem. Et inebriabo,& saturabo sagittas, & gladios meos de cruore inimicorum occisorum,& captiuita te capitis nudati,& abscissi,& captiuitate tẽpli nudati,& expoliati. Vnde Iudæi glossant: de captiuitate nudati.i.capitum abscisso rum ponendo singulare pro plurali: vt sæpe fit in scriptura. Vnde capita abscissa dicuntur nuda ta,& expoliata,& separata a corpore. Et sic de cruore iugulatorum,& capitum abscissorum Romani satiantur gladios suos.

Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.

E *Et vindictam retribuet in hostes, & propitius erit terræ populi sui.*

Hęc est tertia pars principalis: in qua prædicit conuersionem populi gentilis ad Christum,& eius ecclesiam. Vnde postquam superius prædixit finalem destructionem illius templi, & reprobationem illius populi: quia post prædicationem euangelij ipsa synagoga iam non amplius fuit de vinea domini: sed de vinea Sodomorum, & de suburbiis Gomorræ,& diaboli: Ideo Deus voluit sustinere populum gentilem, & vocare ad ecclesiam: vt ex conuersis de populo gentili cum apostolis,& conuersis de Iudaismo fieret vna ecclesia. Et quia populus gentilis qui ante abominabatur Deum cum populo suo: post conuersionem laudauit Deum, & populum eius: Ideo conuersus Moyses ad populũ gentilem: dicit, ò gentes laudate vos populum F Dei qui remanet conuersus de Iudaismo: postquam populus Iudaicus reprobatus est: quia ex populo Dei factus est de populo, & vinea Sodomorum. In Hebræo habetur. Exultate gentes in populo eius. Translatio 70. habet: Letamini gentes cum plebe. Et ita allegat hunc textum Apostolus ad Ro. 15. Et sic litera est magis clara ad propositum, vnde dicit Moyses. Postquam synagoga recessit, & est reprobata a populo Dei: ergo vos gentes venite ad fidem Christi, & lætamini cum plebe eius: & gaudete de beneficio redemptionis,& gratiæ sacramentorum. postquam Iudęi indignos se fecerunt. Quia Christus vlciscetur,& uindicabit sanguinem seruorũ suorum.

A suorum.s.Stefani,& Iacobi, & aliorum, quẽ Iudæi effuderunt. Et etiam retribuet vindictã in hostes tirannos, & reges paganorum qui persecuti sunt ecclesiam, & effuderunt sanguinem martirum, & finaliter Christus erit propitius terræ populi sui.i.totius ecclesiæ tota orbe diffusæ: quia finaliter Iudæis trucidatis,& captis,& subiectis, & dispersis, & tirannis,& infidelibus extirpatis,& correctis:Deus prosperabit ecclesiam suam,quod impletum est per conuersionem Cõstãtini. Ex supradictis patet,qualiter doctrina Moysi in hoc cantico non solum fuit moralis, & exhortatoria,& comminatoria,sed etiã prophetica, prænuncians gesta futura in illo popolo. Et sic Moyses fuit verè profeta i hoc B illo populo:vt glossant Iudæi,& quidam catholici hoc canticum: vsque ad captiuitatem Babyloniæ inclusiuè,& liberationem eius: sed habuit duplicem spiritum profetiæ per quem sua profetia se extendit vsq; ad Christum,& ecclesiã p destructionem secundi tẽpli,& ciuitatis,& electionem & substitutionem populi gentilis in ecclesia, & populo Dei. Vnde manifestè prædicit Moyses destructionẽ primi templi,& ciuitatis & captiui tatem factam per Caldæos propter peccatũ idololatriæ,& ingratitudinis:vt patet ab illo loco. Peccauerunt,& non filij eius, vsque ad illum. Et dixi vbi nam sunt. Secũdo prædicit destructionẽ secundi templi,& ciuitatis propter aliud peccatum grauius primò, quod vinea illius populi facta est de vinea Sodomorum, & suburbanis Gomorræ propter ce C citatem,& amaritissimum odium,& venenum peccati eorum factum est insanabile & irremissibile,quod non potuit esse aliud in secũdo templo nisi negatio,& mors xpi,vt manifestè patet ab illo loco. Et dixi vbinam sunt: vsque ad illum locum. Laudate gentes populum eius. Vnde post destructionem primi tẽ- D pli,& tempus captiuitatis Babilonicæ prædicitur reuocatio eorum,& prorogatio statꝰ illius populi:ne inimici superbirent:& vt ipsi Iudæi saperent,& intelligerent & prouiderent nouissima misteria de Christo,& ecclesia in lege, & profetis promissa, & prænunciata. Sed post destructionem secundi templi,& ciuitatis factam per Romanos:nõ promittitur nec prædicatur relaxatio huius captiuitatis in qua perseuerant, nec prædicitur reædificatio templi,& ciuitatis. Sed prædicit substitutio populi gentilis. Et vocantur gentiles,vt veniant ad ecclesiam ad laudandum Deum cum apostolis,& recipiantur cum eis ad ecclesiam,& gaudeant de beneficio redẽptionis:sicut fuit profetatum Zac.7.circa finem,vbi dicitur,quòd venient populi multi, & gentes robustæ ad quęrendum dominum E exercituum,in Hierusalem,& deprecandam faciem domini. Et in diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium,& apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes.Ibimus vobiscum. Audiuimus enim:quod Deus vobiscum est. Quod fuit impletum quando gentiles videntes signa, & miracula,& doctrinam apostolorum spõtẽ,& cũ gaudio quęsierũt,& petierunt recipi in ecclesiam Christi cum conuersis de Iudaismo:synagoga reprobata,& abdicata. Vnde de conuersione,& substitutione populi gentilis patet per totum discursum legis, & profetarum. Et hoc voluit dicere Moyses,cum concludit. Laudate gentes populũ eius &c

Finitur expositio Canticorũ seriatim edita per longè Reuerendum Domi num Iacobum Parem de Valentia Episcopum Christopolitanum. F

e Eiusdem

EIVSDEM IN CANTICVM VIRGINIS MARIAE PRAEFATIO.

Ex Hispanorum regum illustri propagine nobilissimæ filiæ, ac dilectissimæ dominæ Elisabet de Billena abbatissæ sacri monasterij sanctæ Trinitatis vrbis Valentiæ: Iacobus Parem Episcopus Christopolitanus in filio virginis salutem.

INGENTI cum affectu orasti sæpenumerò imbecillitatem meam Domina dilectissima: vt qui commentarios in Psalmos Dauid quondã edideram, et Cantica ferialia, simul cũ cantico Ambrosii et Aug. non multò post tpe exposueram: Nunc autem ad canticum Virginis exponendum animũ appellere nõ negarem. Indignum enim ac reprehensibile existimabas, si inter tot labores mihi dudum assumptos, canticum tãtæ virginis maneret omissum. Addebas præterea; ne in illius laudibus explicãdis calamo parcerẽ. Et ne prolixitatis metu, quouis alio sinistro respectu, cuncta eius priuilegia, dignitatesq; a Deo eidem largitas silentio paterer pertrãsire. Et hoc, vt habeant, quæ in tuo sacro collegio tecũ Domino seruiunt virgines et filiæ, vnde in laudibus virginis die noctuq. contemplentur. Quod quidem opus tã arduũ, et intricabile mihi aggrediendum perdifficilẽ existimaui. Hoc est. n. illud psalteriũ decacordũ, quod Dauid in suis psalmis in persona virginis Mariæ, et totius ecclesiæ sæpenumerò cantandum pollicetur. Quod quidem cãticum ipsa intemerata virgo, afflata spiritusancto, decem breuibus versibus absoluit, et decantauit. Quis ergo dignè cogitare queat huius cantici inaccessibilem profunditatem, in quo non solũ cuncta mysteria ac promissiones patriarcarum, et vaticinia prophetarum fuisse completa in Christo, dignoscuntur, verumetiam tota veritas euãgelica breui sermone reseratur? Aut quis denique tantæ virginis laudum immensitatem poterit humanis verbis explicare, et tot beneficia ipsi a Deo collata paruo libro conscribere, quæ illũ suo virgineo gremio meruit gestare, cui angeli seruiũt, demones contremiscunt, cœli parent, et muta obediunt elementa? Quid ergo dicã paupere ingenio, egens eloquio, præsertim cum mihi ægritudine oculorum pergrauato non modò calami officio vti conceditur, verũetiã legẽdi facultatẽ liberã videã denegari? Veruũtamen tantæ virginis deuotione cõpulsus, et ea, q̃ erga me semper gessisti caritate conuictus, tuis deuotis exhortationibus satisfacere, et prout mihi desuper fuerit cõdonatũ obedire conabor. Et quid sibi velit virgo Maria in hoc altissimo cantico, superno semper fretus auxilio, et tuis tuarumq; filiarum orationibus præmunitus, perscrutari tentabo. Tandem autem ad virginis filium mea verba conuertens, simul cum eadem virgine tympanistria nostra hoc psalterium decem cordarum canere incipiam.

Canticum

CANTICVM VIRGINIS Mariæ.

MAgnificat ãia mea dñm

Huic cãtico ꝓponitur talis titulus. s. Cãticũ virg. Mariæ, eo q̃ ipsa ipm edidit, & primo cãtauit, sicut dictũ est. Sed q̃ totũ istud canticũ, & eius sñia, & intelligentia funda tur ĩ verbis angeli Gabrielis q̃n salutauit vir ginẽ Mariã ĩ incarnatione filij Dei, & in verbis Elizabet q̃n Maria salutauit eam: ideo ad consequendã intelligentiam huius cãtici necessãrio est præhabenda intelligẽtia illorum verborũ. Et iõ anteq̃ veniamus ad expositionem, & diuisionẽ huius cantici, breuiter perstrictimq; curremus dicta angeli, & Elizabet Lucæ. i. Vñ ait Lucas euangelista, q̃ in mense sexto post conceptionem Ioannis Baptistæ, missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileę: cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatã viro: cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. In q̃bus verificantur dicta prosetarũ: q̃ Xp̃s ex virgine erat nasciturus: prout p̃dixerat Is. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c. Et etiã verificantur promissiones patriarcarũ, q̃ xp̃s erat nasciturus ex Dauid, & per consequens de tribu Iuda, & de genere Iacob, & Abrahẽ ſm carnem, sicut eis fuerat promissus. Et iõ subdit Lucas, q̃ Gabriel ingressus ad virginẽ Mariam explicauit suã legationem ex parte dei dicens. Aue gratia plena, dñs tecũ. Bñdicta tu in mulieribus. In qua quidẽ legatione & in quibus verbis, quatuor bona, noua, & magna beneficia annunciat angelus. Primò virgini Mariæ, & ex consequẽti toti gñi hũano annunciat vniuersalem redemptionem, & saluatẽ gñis humani, cum ait Aue. Secundò annunciat plenitudinẽ gr̃æ quã primò concepta est Maria, & exinde tota eccl'a, cũ ait. Gr̃a plena. Tertio annunciat aduentum filij Dei in eius vterum, & exinde in totam eccl'am, cum subdit. Dñs tecum. Quarto annunciat benedictionem, & dignitatẽ Mariæ sup̃ omnes mulieres: cum subdit. Benedicta tu in mulieribus. Ad quorum intellectum est notãdum, q̃ quatuor mala incurrerunt primi parentes ex transgressione præcepti Dei in esu cibi prohibiti. Primò incurrerunt mortẽ corporis, & animæ. Secundò iram, & indignationem Dei. Tertiò exilium. Quartò Euã specialiter cum omnibus mulieribus incurrit maledictionem ærumnarum, & miseriæ in conceptibus, & partibus suis. Quæ omnia quatuor mala fuerunt denunciata in sñia data primis parentibus: quãdo angelus eiecit eos de terrestri paradiso. Vnde tunc annunciata fuit eis mors quando Deus dixit Adæ. Pulvis es & in pulverem reuerteris. Et tunc fuit annunciata ira Dei cõtra eos: q̃n se nouerunt nudos ab omni gratia, & audierunt vocẽ furibundam Dei deambulantis ad aurã post meridiem: in qua voce timuerunt, & se abscõderunt a facie Dei cognoscentes se iram, & indignationem Dei incurrisse. Item tunc fuit annunciata Euæ, & omnibus mulieribus specialis maledictio, cum dixit ei: multiplicabo ærumnas tuas &c. Sed tunc fuit eis annunciatum ꝑpetuum exilium, & separatio à Deo: q̃n eiecti sunt de paradiso, & i hãc vallẽ lacrimarum emissi, & relegati. Sed omnia supradicta quatuor mala fuerunt annunciata primis parẽtibus a Deo p̃ angelum tã q̃ p̃ substãtiã mediã: vt inq̃t Aug. Iõ p̃ angelum voluit Deus annunciare virgini Mariæ in hac legatione absolutionẽ gñalẽ factã p̃ xp̃m ab illis quatuor malis supradictis. Nã primò sicut angelus primis parentibus annunciauit mortẽ corporis, & animæ: ita per oppositum tunc annunciat Mariæ vitam & salutem, & per cõsequens absolutionẽ à morte: cum dixit ei. Aue. i. salue, & salus sit tibi, & tori gñi humano. Vnde salus idẽ est quod vita integra sine d̃fectu cõtra oẽm morbũ, & mortẽ, sicut dictum est in expositione Ps. 8. & dicetur infra. Item secundo illis angelus denũciauit irã, & indignationẽ, sed Mariæ annunciat gratiam, & per consequẽs absolutionẽ ab illa ira: cum subdit. Gratia plena. Ite tertiò illis denunciauit perpetuum exilium a facie dñi. sed Mariæ annunciant reconciliationẽ, & reunionem Dei ad nos: & per consequẽs reuocationem ab exilio: cum subdit. Dñs tecum. Itẽ quartò illis denunciauit maledictionẽ: & specialiter ipsi Euæ cum oĩb' mulieribus: sed Mariæ annunciat bñdictionẽ super oẽs mulieres, & p̃ cõsequẽs annunciat ipsi præferentionem, & exẽptionẽ ab omnibus maledictionib. & ærumnis super omnes mulieres, cum subdit. Benedicta tu in mulierib. Et iõ virgo Maria uidens, q̃ ista salutatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & annuntiatio erat totaliter cõtraria denunciationi & sniæ datæ primis parentibus: hîc est ꝙ turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.i. cogitando istam nouam salutationem contrariã denunciationi factæ primis parentibus: turbata est in sermone eius non valens reddere responsum angelo suæ legationis Sed tunc angelus videns ipsam turbatã p̃ cogitatione.ait ei. Ne timeas Maria:inuenisti.n.gratiam apud Deũ &c.In qb⁹ uerbis nil aliud facit angel⁹,nisi ꝙ sub verbis claris,& manifestis explicat supra dicta quatuor mysteria: q̃ supra dixerat implicitè quasi sub verbis obscuris. Vñ ait. Ne timeas Ma. i.ne timeas istã salutationem esse fictam,& vanam aut fraudulentam: qa a Deo tibi missus sum. Et ne miteris quia dixi tibi gr̃a plena : quia tu præ cæteris inuenisti
B gr̃am apud Deũ:qa nõ solum gr̃am gratificæ vnionis cum Deo,sed ẽt maternalis vnionis.Et iõ nõ miteris quia dixi:Dñs tecum .
Nã licèt Deus cum cæteris fit per vnionem gratificã:tñ tecũ erit p̃ vnionem gratificam & maternam.Et sic tecum erit nõ solum per gr̃am in mente,sed ẽt per incarnationem in ventre.Nã ecce concipies in vtero,& paries filium.Et qa iste filius tuus dẽt saluare totũ pp̃m suum à pẽtis eorum: & afferre salutẽ totì gñi humano:iõ vocabis nomen eius Iesum.quod interpretatur saluator,& dator vitæ,& extinctor mortis, & miseriæ. Et iõ ne miteris ꝙ dixi tibi Aue.i.salue:quia tibi annũcio salutem q̃ iste filius tuus Iesus affert toti mundo.Nã hoc nomen Iesus.i. saluator est nomen potentiæ,& sapientiæ, & iustitiæ, & mie,q̃ quidem quatuor soli Deo conueniũt.
C Et iõ hic filius tuus Iesus erit maximus ì potentia iuxta ꝓprietatẽ sui noïs,& filius naturalis altissimi vocabitur, & per consequens erit Deus,qa istud nomẽ Iesus soli Deo,& filio Dei conuenit pp̃ supradictas quatuor proprietates quas cophẽdit hoc nomẽ Iesus. i. saluator,vt dictũ est Pſ.8.& dicetur infr. Et quia iste Iesus est verus filius naturalis Dei patris:iõ dñs pr̃ dabit ei sedẽ Dauid pr̃is sui. Et regnabit in domo Iacob in æternum. & regni eius nõ erit finis.Ad cuius intellectum est notãdum. ꝙ xp̃s est filius Dei nat⁹is,sed non carnalis. Et est filius virginis naturalis, & carnalis , & est filius Dauid nõ naturalis: sed carnalis.i.ẽm carnẽ. Et sic ẽt est filius ipsius Iacob & Abrahæ, & ipsius Adã:inquantũ ab eis descendit,& fuit eis promissus ẽm carnẽ.Et iõ est iterum ꝺ duertẽdum : ꝙ duplex D
regnum fuit ꝓmissum ipsi Dauid.f.vnum temporale:ꝙ iã possidebat,& fuit ꝓmissum eius successoribus p̃ Salomonẽ,& suos posteros: tñ quantum nõ deuiatẽt à p̃ceptis, & lege Dei.Et sic ꝓseuerauit illud regnum tpale vsq; ad captiuitatem Babilonis,sed p̃ figurã illius ꝓmisit ipsi regnũ spũale,& cœleste p̃ Xp̃m filium suum futurum ẽm carnem, eo ꝙ gñatio Dauid ẽm carnem ꝓducta est vsque ad virg.Mariam , de qua natus est Iesus rex æternus:q̃ obtinuit sedẽ regni æterni tã q̃ hæres Dei pr̃is , cuius est filius nãlis.Et iõ sedes regni æterni dr̃ sedes Dauid pr̃is Xp̃i : iq̃ãtum fuit ipsi in Xp̃o,& p̃ Xp̃m promissa
2.Regum 7.cum dixit dñs ipsi Dauid. Cum completi fuerint dies tui , & dormieris cum patribus tuis:suscitabo semen tuum post te, E
ꝙ egredietur de vtero tuo,& firmabo regnũ eius : ipse ædificabit mihi domum nomini meo,& stabiliam regnum eius vsq; in sempiternum.Ego ero ei in patrẽ.& ipse erit mihi in filium &c.Nunc ãt manifestum est ꝙ ista verba'non possunt intelligi p̃cisè de Salomone:q a Salomõ anteq̃ Dauid dormiret cũ patribus suis:iam fuerat suscitatus ad vitam & in regnum.Et eius regnũ nõ fuit æternũ,sed tpale,& in breui diuisum,& finaliter destructũ.Et Salomon licèt fuerit filius Dauid, tñ nõ filius Dei.Et iõ ista promissio regni æterni facta est in Xp̃o,qui fuit filius Dei nãlis , & filius Dauid ẽm carnem, q̃ p multos annos post mortem Dauid de vtero virginis Mariæ fuit suscitatus,& conceptus ope spũs sc̃ti.Quæ q̃dem Maria prouenìebat ex vtero & gñatione Dauid naturaliter, & carnaliter F
opere Adam,& naturali generatione, & sic ẽm oẽs ꝓfectus Christus dr̃ filius Dauid , & regnum eius æternum,dr̃ regnum Dauid,vt patet Hiere.22.& 33.& Ezec.44. &c. Et ad istum intellectum dixit angelus Mariæ , ꝙ dñs pater dabit Christo sedem Dauid patris sui:i.sedem regni æterni ipsi Dauid in Xp̃o promissam Pſ.131. dicens. Iurauit dominus Dauid veritatem. & non frustrabitur eũ. de fructu ventris tui ponam super sedẽ tuam . Sed quia istud regnũ æternũ non solũ fuit ꝓmissum ipsi Dauid per Christum,sed etiã ipsi Iacob.Gene.28.& maximè 49.cum dixit, Nõ auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius,donec veniat qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentium &c. Ex quibus patet,ꝙ regnum Christi promissum ip-
ſi

I ſi Iacob non erat præcisè pro filiis ẽm carnẽ sed pro filijs Iacob seu Israel sc̃dm spm̃ & ꝓ missionẽ in Xp̃o regñandis : cuiusmodi fuerũt nõ solũ Iudæi,sed ẽt gentiles ad fidẽ venturi. Et iõ subdit angelus , ꝙ iste Iesus filius Dei.Mariæ , & Dauid regnabit in æternum in ecclesia,q̃ est vera domus Iacob,& Israel. Sed quia ista ecclesia militãs est via ad triumphãtẽ,& æternificaẽ per illã,& in illa: iõ subdit.Et regni eius non erit finis.Sed qa virgo Maria voluerat virginitatẽ absolute absque aliqua conditione,& cum tali,& sub tali voto fuerat cõiuncta coniugio ipsi Ioseſ,vt infra patebit,iõ dixit ad angelũ.Quo fiet istud qm̃ virum nõ cognosco,nec cognoscere intẽdo,cum sim alligata voto virginitatis? &c. Qui nõ sum iuncta viro Ioseſ ad ꝓcreandam
K ꝓle:sed ad solũ mutuũ obsequiũ semp intacta,& inuiolata virginitate.Et tunc respondens angelus dixit ei. Spũssc̃tus superueniet in te,& virtus altissimi obũbrabit tibi . Ideoque quod nascetur ex te sc̃tũ, vocabitur filius Dei.Ad quorũ verborũ intelligentiã est aduertẽdũ, ꝙ quatuor incõpatibilia videbat Maria sc̃dm naturã in hoc misterio ex verbis angeli.Primũ,ꝙ posset concipere nõ vio lato voto virginitatis,& posset hr̃e prolẽ.Secundũ,ꝙ simul posset esse virgo & fœcunda & mater.f. ꝙ fœtus posset sibi afferre fœcũditatẽ non auferendo virginitatẽ, & econuerso.Tertiũ,ꝙ ipsa posset hr̃e prolẽ non de Ioseſ absque eius iniuria . Quartum qõ illud germẽ cõceptum sub tali cõiugio,& nõ de Ioseſ,posset esse non adulterinum,nec p̃ cõsequens maledictum in lege. Et iõ dixit qõ fiet istud &c.Et iõ angelus remouet hãc dubitationem, declarando modum huius ineffabilis misterii incarnationis:ostendens ꝙ licèt ista quatuor sint incõpossibilia & incompatibilia sc̃undũ naturã apud homines : tñ ista. p̃ gr̃am sunt compatibilia & compossibilia apud Deũ. Nã si talis gñatio fuisset facta naturaliter ex semine viri; non potuisset fieri absque illa quadruplici iniuria.f. absque violatione voti,& absq; corruptione virginitatis,& absq; iniuria ipsius Ioseſ coniugis vir ginis , & absq; maledictione adulterina geminis concepti . Sed eo modo quo facta est ista benedicta incarnatio: nullũ supradictorum inconueniens fuit secutum.Et ideo ait angelus:spũssc̃tus superueniet in te & virtus altissimi obũbrabit tibi.Vñ non intereuiente adulterio tollẽ iniuria ipsius Ioseſ & D
sacri cõiugij,& maledictio adulterina: sed interueniente solo spiritusancto tollitur violatio voti,& corruptio virginitatis , & tollitur generalis sn̄ia,& obligatio facta in Adam.Et ideo tale germen fuit naturaliter liberum , & sanctum:non solum à maledictione adulterina:sed etiam ab obligatione Adam naturaliter liberum. Et rõne operationis spiritus sancti etiam dr̃ naturaliter sc̃tũ omnia sanctificans.Et dicitur filius Dei.Primò ratione spiritus formantis,qui est virtus patris . Secundò ratione vnionis personalis verbi qui est filius naturalis patris . Dicit ergo angelus,ô Maria tu dubitas de modo huius sacratissimę conceptionis: ne sit cum iniuria tui voti virginitatis,& cum iniuria fidei coniugalis. Et ego dico tibi, quòd nulla sequetur iniuria,nec inconueniens: quia ista cõceptio non fiet modo humano sed diuino:nec fiet E
opere Adam,sed opere spiritussancti . Et sic nec derogabit voto,nec virginitati:nec fidei coniugali . Nam ille spiritus,qui in tua creatione,& animatione venit in te:& sanctificauit te per gratiam præseruantem te ab omni malo,& confirmantem in omni bono:ille idem spiritussanctus:qui tunc venit in te ad sanctificandum:nunc superueniet in te ad obumbrandum.Et sicut tunc per illam sanctificationem factam in primo instari tuę creationis,& animationis te præseruauit ab omni culpa originali,& veniali, & actuali : ita nunc per istam obumbrationem te pr̃eruabit à violatione voti,& a corruptione virginitatis,& ab iniuria fidei cõiugalis.Nam iste spiritus sanctus formabit corpus filij tui in vtero tuo ex puris sanguinibus,& simul creabit in eo anima rationalis omnibus perfe- F
ctionibus habitualiter ornata. Et sic corpus illud simul tpe erit formatum,& animatũ , & per verbum personaliter assumptũ. Et iõ hoc germen sanctũ,quod nascetur ex te,vocabitur filius dei.Vnde est aduertendum, qđ quatuor dicit angelus:quę sũt valde animaduertenda.Nam primò dicit : spiritussanctus superuenìet in te.Secundò dicit,virtus altissimi obumbrabit tibi.Tertiò dicit : ideoq; qđ nascetur ex te sanctum.Quartò,vocabitur filius Dei. Et ideo est videdum de vnoquoq; quia altissima important mysteria.Vñ p primum quod dicit. f. spiritussanctus superuenies in te: denotat q. spiritussanctus iã ante venerat in eam:sed nunc debebat superuenire in eam,nam superuenire præsupponit an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A te venire, per quod denotatur, quod spūs sanctus iam venerat in Mariam in primo instanti suæ creationis, & animationis: quia illa sanctissima anima simul fuit creata, & sanctificata, & corpori infusa, quæ quidem sanctificatio in gratia præseruauit eam ab omni malo & peccato tam originali, & actuali, & veniali, & confirmauit in oi bono, sicut dictum est in expositione Ps. 45. & clarius dicetur infra. Item secundo, dicit, q̄ virtus altissimi obumbrauit sibi. vnde dicit Augu. Virtus altitudinis non solùm obumbrauit ipsi vērem: sed etiā mentem. Vnde est aduertendum, quòd illa sanctificatio facta in creatione, & animatione virginis non solùm sanctificauit animam sed ēt corpus, & carnem, in ea fomitem penitus extinguendo aut ligando. Et per consequens nulla fuit vnquàm lucta, nec pugna

B carnis aduersus spiritum. Et per consequens sicut per illam sanctificationē fuit præseruata ab originali culpa: ita ēt ab actuali, & veniali, quia sicut aīa non potuit infici a carne in sua creatione, & infusione, & animatione p culpam originalem: ita postea in vita volūtas non potuit contaminari, nec vinci a fomite concupiscentię carnis: quia iam erat extinctus aut ligatus. Et sic nullā potuit tacere pugnam. Ita ergo pariter, sicut virtus spiritus. s. sanctificauit corpus, & animā virginis simt̄ ī illa sanctificatione præseruando eam ab oi culpa tam originali q̄ actuali, & veniali: Ita pariter q̄ spiritussanctus superuenit, & iterum venit super eā in sua annunciatione: obumbrauit ipsi non solū ventrē: sed ēt mentē. Et fecit duos effectus, nā obūbrando ventrem formauit corpus Christi ex puris sāu-

C guinibus eius, præter omnem viri concursū aut commercium: & sic præseruauit eā à vitiatiōe voti, & a corruptione virginitatis mētis, & corporis, & ab omni iniuria maritali, & coniugali, excusando omne adulterium. Sed quia non solū virtus spiritussancti obūbrauit ventrē: sed ēt mentē virginis: iō p̄ter effectū quem fecit in vētre virginis, fecit alium effectū in eius mente, & aīa. Nā intrō illustrauit, & eleuauit, & sublimauit illā animā: q̄ reddidit intellectum purgatū ab oi ignorantia, vt posset penetrare cęlestia: & intelligere oēs sacras scripturas ad verū sensū euangelicū, & sic dedit ipsi spiritū prophetię, & euangelicū. & facta est prophetissa simul, & euāgelista: vt patebit in hoc cantico: quia simul prophetauit de futuro, & euangelizauit de præ-

ti. Et ad hunc intellectum dicit Damascenus D quod spiritus sanguis superuenit in Mariam purgans eam, quod nō est intelligēdū ab aliquo peccato. sed q̄ reddit ipsi intellectū purgatum ad penetrandum ea quæ erant super naturā. Et sic habuit intellectum adeptum & purgatum: de quo loquitur commentator iij. de Anima, ad intelligendas substantias separatas &c. Sed vltra hoc habuit spiritū prophetię, & euāgelicum: quē fuit adepta in illa obumbratione spiritussāncti. Et sic patet quo spiritus sanctus superuenit in virginē, & quo spiritussanctus obumbrauit ipsi non solū vētrē: sed ēt mentē. Tertio autē est aduertendū pp illud quod ait: lōq; quod nascet ex te sanctum, q̄ nullum germen humanum potest dici naturaliter liberū a peccato, & sctū & bñdictū præter Xp̄m. Et rō est: nā oe germē humanum p̄ter Xp̄m descendit ab Adā p E libidinosam generationem, vt probat Augu in 3. de bap. paruulorum: sed libidinosa generō fit ex iordinato appetitu, & formite morbido inflicto in Adam propter peccatum, & translato in oēs posteros per libidinosā generationem, sed inordinatio opponitur sanctitati, & iustitiæ: quia sanctum dr̄ bñ ordinatum, & iustum. & peccatum dicitur inquātū deuiat ad ordine. Et ideo nullum germē hūanum descendens ab Adā per naturalem, & libidinosam generationē pōt dici naturaliter liberū a peccato: nec potest dici naturaliter sanctum nec benedictū: quia oēs, vt sic, descēdunt ex illa inordinata propagine peccati, vt inquit Aug. Sed q̄a Xp̄s nō descēdit ab Adā eo mō p naturalē generationē: sed solo ope spiritussancti: put dictū est: iō solū illud ger- F mē est naturaliter liberū à pctō, & naturaliter sctū, & bñdictū. Et iō solus Xp̄s potuit alios liberare, & benedicere, & sanctificare. Et ideo virgo Maria non potest dici naturaliter liberā nec naturaliter sancta, eo q̄ venit ex illa ,ppagine, & gnatione peccati ipsius Adā, vt inquit Aug. sed quia in primo instāti suę creationis fuit sanctificata per gr̄am Christi, iō pctm naturæ, & maledictio non potuit trāsire à natura in personā, vt patebit, & sic nōpo test dici naturaliter libera: sed liberata p gratiam, vt patebit. Et ideo ipsa nec aligs alios sanctus potuit alios liberare nec sanctificare sed solus Christus: q̄ est inter mortuos liber & sanctus sanctorum. Ideo dicit Augu. super Ioannē: q̄ solus ille infans innocens esse potuit, qui non ex opere Adā natus ēt sed opere spū-

A spiritussancti. Et iō solus ille agnus innocēs tollit pcta mundi. Et sic patet qualiter dup̄r Xp̄s dr̄ germē sctm. Prīo, q̄a nō ex inordinato opere Adā conceptus est. Et ad hūc intellectū dicit angelus. lōq; q̄ nascetur ex te sanctū. i. quia germen quod nascetur ex te: non erit ex opere Adam: sed opere spiritus sancti ideo erit germē sanctū. Et sic opus spiritus sancti nō solū excusauit illud germē ab aduletio: sed ēt ab opere Adā fecit liberū. Et sic fuit naturaliter sanctū sumendo naturā pro generatione non pro natura specifica. Et ex hoc sequitur quartum quod concludit angelus. s. q̄ illud germen sctm vocabitur filius dei. Et hoc dupliciter. Nā primò illud germē non est formatū opere Adā: sed ope spiritus sancti: qui est virtus Dei. ergo nō erit filius naturalis ipsius Adā, sed filius Dei naturalis. Item illud germen simul fuit formatū, & fi- B lio Dei personaliter vnitū, ergo est naturalis filius Dei. Et iō licēt istud germē sctm sit filius Adā fm carnē tm: tm nō fm naturā: q̄a nō natr̄ ex eo cōceptus est, nec opere Adā, sed opere spūsancti. Et iō principaliter dicitur filius Dei illud sanctum germē, quia a filio Dei naturali personaliter assumptū ē. Et sic patet intelligātia verborum angeli. s. quō spiritussanctus sanctificauit virginē qm prīo venit in eā i sua creatione: eam ab oi malo p̄ seruando, & in oi bono confirmando. Secundo quō superuenit in eā ipsi ventrē, & mentē obūbrando, & quo præseruauit eam à vitiatione voti, & corruptione virginitatis, et ab adulterino fętu, & ab iniuria coniugali: imo seruauit i ea votū, & virginitatem, & fidem coniugalem, & sanctitatem prolis simul cū C fecunditate. Item tertiò patet quō illud germen fuit naturaliter sanctū, & liberū, & bene dictū. Quartò qualiter ē naturalis filius Dei. licēt secundū carnē sit filius Dauid, & Adam &c. Et sic etiā patet qualiter angel⁹ absoluit dubitationem, & quæstionē virginis Mariæ. s. quō possunt se compati ista quatuor impossibilia apud naturam. s. q̄ ipsa posset cōcipere & parere absque violatione voti, & corruptione virginitatis, & absque adulterino fę tu, & iniuria fidei coniugalis. Nam ostendit angelus, q̄ licēt ista sint incomparabilia, & impossibilia apud naturam: tamē sunt possibilia apud Deū. Et iō dat ipsi exemplū de Elisabet in senectute sua sexto mēse añ. per hoc ostēdens nō esse impossibile apud Deū oē verbū

& factum, quod est impossibile apud naturā. D Quod audiēs Maria dixit: Ecce ancilla dñi fiat mihi fm verbū tuū. Et tunc sub tali assēsu fidei supuenit spiritussanctus in eā, & obūbrauit ipsi ventrem eo mō quo dictū est, & cōcepit filiū Dei sicut dixerat ipsi angelus. Et obūbrauit, & illustrauit ipsi mentē. & fecit eam profetam, & euangelistā. Et iō filius Dei qui erat in vtero eius, & continuè instillabat in eā radios diuinorū secretorū: illico mouit eam, vt iret ad visitādā Elisabet, vt sanctificaret Ioannem Baptistā in vtero matris. Et sic virgo Maria exurgens inde cum festinatione abiit in mōtana Iudææ inter Hierusalem. & Bethleem. Et ingressa domum Zachariæ salutauit Elisabet annunciando ipsi salutem, sicut ante angelus annunciauerat ipsi salutem totius generis humani. Quæ quidē vox salutationis primò peruenit vsq̄ue ad au E res Elisabet: & exinde peruenit vsque ad Ioānem existentem in eius vtero. Et sic illa vox salutationis fuit quoddam instrumentum, & uehiculū p quod Xp̄s ex vtero virginis emisit spiritū sanctificationis in Ioānē Baptistā, quæ quidē sanctificatio mūdauit ipm ab originali, & confirmauit ipsū in gr̄a: & accelerauit in eo vsum liberi arbitrii, vt cognosceret dominum suum, prout cōiter tenetur. Et iō illico audita tali voce exultauit infans in vtero Elisabet. Quæ quidem exultatio, vt dicūt aliqui: fuit taliter, q̄ cùm naturaliter fętus habeat faciem versus dorsum matris, tunc infans conuertit faciem versus pectora matris & versus virginem Mariam amplectentem ipsam Elisabet, vt ex vtero faciliter posset adorare Christum existētē in vtero virginis. Et ideo fecit magnum motū in vtero matris F qui quidem motus non fuit cū dolore, & molestia matris sed cū gaudio. Et ideo dicit, q̄ exultauit infans præ gaudio in vtero eius, & tūc repleta spūsctō Elisabet exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu &c. Ex quo patet, q̄ prius fuit repletus spū sctō infans quā mater, quia prius exultauit præ gaudio quam mater, licet per prius trāsierit vox Mariæ per aures Elisabet ad infantē. Sed hoc non est mirū. Nā radii solares prius, transeunt per aerē ad terram, tamen prius generant calores in terra q̄ in aere, eo q̄ terminantur ad terrā, & iō ibi causant uehemētē calorē, sed postea reflexi causant calorē ī aere, & eodē mō causāt lucē. Ita pariter sctm est ibi. Nā Xp̄s exiis in vtero Mariæ emisit virtutē sanctificatiuā

Universidad de Deusto
Biblioteca

A per vocē eius in Ioannem Baptistam transeuntem per aures Elisabet vsque ad infantē, sed facta exultatione & sanctificatione in Ioanne Bap. tunc quasi per quādam reflexionem lumen spūs sancti repleuit Elisabet, & fecit eā profetā de præterito & præsenti, & futuro. secundum q̄ de triplici tempore tetigit mētem eius, & ideo de præsenti dixit, Benedicta tu inter mulieres. i. sup oēs mulieres: quia tu es, & fuisti, & eris præseruata à maledictione aliarum mulierum in concipiendo, & gerendo, & pariendo filiū. Sed q̄ hoc non habuit Maria p̄ naturā, sed p̄ gratiā filij vltra cōem legem, & sniam datā in primis parentibus, ideo subdit. Et benedictus fructus vētris tui. q. d. q̄ fructus ventris tui. f. Christus filius incarnatus in vtero tuo, quē supernaturaliter concepisti, te benedixit p̄ gſam, &

B q̄ ipse est nāliter liber & sanctus & benedictus, iō te in tua creatione sanctificauit, et bñdixit per gratiam ab omni malo præseruādo, & in omni bono cōfirmando. Sed postea te bñdixit, tibi vētrē, & mētē obūbrando, & sic ab omni maledictione mulierum te præseruauit. Et nota q̄ angelus in salutatione dixit. Benedicta tu in mulieribus: cò q̄ iam erat benedicta per primā sanctificationē, sed non dixit, bñdictus fructus uentris tui, cò q̄ xps nōdum erat cōceptus usquequo dixit Ma. ecce ancilla &c. Sed quia hic iam Xps cōceptus in vtero virgineo, ideo Elisabet tanq̄ profeta et etiā euāgelista de præsenti dicit. Benedictus fructus ventris tui, quasi dicat omnes alii fructus mulierū fuerūt maledicti p̄ naturā sed fructus vētris tui est benedictus, et sanctus p̄ naturā, iō potuit te sanctificare, et

C benedicere p̄ gratiā, et q̄ a vidit in spū ipsa Elisabet qualiter virgo Maria erat mater Dei, et habebat filiū Dei in vtero, iō subdit. Et vnde hoc mihi. i. tātus honor et gratia, vt mater dñi mei veniat ad me? q. d. nō mereor. Sed q̄ tu sis mater dñi mei, ego probo. Nā vt pro posti̊ facta est nox salutationis tuæ in auribus meis, ecce. i. illico et statim exultauit præ gaudio infans in vtero meo. non mihi aliquā molestiam nec dolorē, sed gaudiū inferēdo. Ex quo noui in spiritu profetico qualiter filius Dei est incarnatus in vtero tuo, et noui q̄o ipse per vocē salutationis tuæ misit virtutem, & gratiam suam ad sanctificandū filiū meum in vtero meo, et iō dico tibi in spiritu profetico de præterito q̄ beata es quæ credidisti ipsi angelo. Nam credendo verbis eius, et dicendo. Ecce ancilla domini fiat mihi se- D
cundum verbum tuum: tunc cōcepisti filium Dei, et sic ēt dico tibi in spiritu ꝓfetico de futuro, q̄ beata es et eris, q̄n perficientur in te quæ dicta sunt tibi ab angelo Gabriele. Nam sicut iā sunt aliqua cōpleta ex his q̄ tibi dixit, quia iam spiritus sanctus supuenit in te, & obumbrauit tibi ventrem, et mentē, et concepisti &c. ita pariter perficientur in te ea q̄ restāt, scilicet q̄a paries filium Dei, & vocabis nomen eius Iesum &c. Et sic tu es benedicta inter omnes mulieres, & felix & beata inter, & per oēs generationes. Tunc autem Ma. audiēs verba Elisabet concordare cum verbis angeli, ait. Magnificat aīa &c. Et exultauit etc. Ex supradictis verbis euāgelicis tā Angeli q̄ Elisabet pāt recolligi 18. dignitates, et honores, & magna dona, & beneficia E
q̄ virgo Maria recepit à Deo super oēs alias puras creaturas. Primò q̄ ipsa fuit illa virgo de domo Dauid q̄ oībus patriarchis, & ꝓfetis fuit in mundo promissa, vt esset mater redēptoris mundi. Secundo q̄ sicut Euę primò fuit annunciata dānatio mortis totius generis humani. Ita Mariæ primo est denunciata vita, & salus, et vniuersalis redemptio. Tertiò, q̄ sicut primis parentibus primò fuit denunciata ira, & indignatio, ita Marię primò fuit denunciata gratiæ plenitudo. Quartò, q̄ sicut primis parentibus fuit annunciatum exilium à Mariæ vniuersalis reconciliatio. Quintò, q̄ sicut Euæ primò fuit denunciata maledictio omnium mulierum: ita Mariæ fuit annūciata benedictio. Et sic tota maledictio Euæ fuit mutata in benedictionē Marię. Sexto q̄ Maria meruit concipere in suo vtero, F
& parere filium Dei, regē æternum & imperatorē totius vniuersi: de quo locuti sunt omnes patriarchæ, & profetæ. Septimò, q̄ Maria nō cōcepit mō humano ex opere Adam, sed solo opere spūs sci. Octauò, q̄ simul cū voto virginitatis seruauit votū fidei cōiugalis, & sic vixit sub duplici voto, cōtrario apud naturam. f. Deo dedicata, & viro cōiugata. Nonò, q̄ absque voti violatione, & virginitatis corruptione concepit & peperit. Decimò q̄ simul facta est virgo & fęcunda, quia fęcunditas nō ipsi abstulit uirginitatem. Vndecimò, q̄ ablq; læsione fidei coniugalis concepit, nō de viro sibi coniugato. Duodecimò, q̄ germen ex ea conceptū non solū fuit liberū ab adulterio, sed etiā ab oī culpa, & peccato & naturaliter fuit iter oēs mortuos & peccato-

A peccatores liberū. & sanctū. 13. q̄ Maria facta est mē carnalis, & naturalis, & sic habuit filium communem cum Deo absque iniuria Ioseph viri sui. 14. q̄ spiritus sanctus non solū obumbrauit ventrem ipsi Mariæ faciendo ipsam matrem Dei, & conseruando in ea virginitatem, & fidem coniugalem, & sancti tatem prolis. sed etiam obūbraut ipsi mentē faciendo ipsam ꝓfetā, & euangelistā 15. q̄ ex humilitate, & obedientia meruit cōcipere filiū Dei. Et hæc sunt Mariæ annūciata p̄ angelū. Cæteræ aūt dignitates fuerūt ipsi p̄ Elisabet nunciatæ. Et 16. 16. dignitas est, q̄ posti̊ virgo Maria conceperat filiū Dei, ip. se existens in eius vtero reuelabat latēteripsi diuina mysteria, & sic mouit eā ad visitandū Elisabet 17. q̄ per uocem salutationis Mariæ Christus emisit spūm sanctificationis in

B Ioannem Baptistā, qui per reflexionem fecit Elisabet profetā de præsenti, & præterito, & futuro. 18. q̄ non solum per angelū: sed etiam per Elisabet fuit Mariæ annuncia tū ipsam esse benedictā inter oēs mulieres, & fructū, & germē suū esse bñdictū, & naturaliter sanctū, & ipsā esse matrē Dei naturalē. Et sic Elisabet in spū profetico cōfirmauit oīa quæ dicta fuerant ab angelo. Videns ergo Maria angelū, & Elisabet cōcordes i suis laudib. & auditis supradictis dignitatibus sibi collatis, prorupit in laudem Dei dicens.

MAgnificat anima mea dñm &c. Ad eius intellectum est aduertendum, q̄ tā in nouo quām in ve. te. non est factum canticum nisi pro receptione alicuius magni beneficii a Deo toti populo collato. Sed ē differentia, quia in ve. te. facta sunt cantica, ꝓ C
beneficiis tēporalibus tūc receptis, ꝓut figurabant, & promittebant beneficia spūalia futura in no. test. In nouo aūt test. facta sunt cantica agendo gratias pro beneficis nostrę redemptionis iam receptæ, quæ quidē beneficia fuerunt præfigurata, & promissa in ve. test. Et sic oīa cantica ve. te. fuerunt figura, & profetia cāticorū no. te. Et sic primò Moyses cum toto populo cātauit canticū gloriosum pro liberatione Israel de ægypto, & mari rubro, ꝓut illa liberatio tpalis figurabat vniuersalem redemptionē gnis humani de seruitute peccati, & ptāte diaboli. Sed ō idē Moyses in fine vitæ cantauit, & fecit cāticū dicens. Audite cœli quæ loquor. in quo p̄nuntiat ingratitudinem, & reprobationem illius populi negatuti xp̄m Messiā futurum. Et p̄- D
nunciat electionē, & conuersionē pp̄li gentilis ad fidē Christi. prout fuit expositū in illo cantico. Tertio cantauit canticū Deborra cū Barat pro victoria lūta de canancis: eò q̄ in manu mulieris. f. Iael traditus est Sisara dux, & princeps exercitus, q̄ perforauit caput eius cū clauo tentorij, & ipsum interfecit. Et ideo tota victoria attributa fuit mulieri. ut patet Iudicū 3. quod quidem mysterium fuit figura: qualiter sola mulier, f. virgo Maria in virtute Dei debebat triūfare de antiquo serpente, eius caput conterendo: ꝓut Deus prædixit Gen. 3. Et sub tali figura Debora cum Barat cantauit canticum dicens. Qui spōte obtulistis de Israel animas vestras &c. vt patet Iudic. 5. Quartò cantauit canticum Anna mater Samuelis. eò q̄ post longam sterilitatem conceperat Samuelē virū sanctum: qui reprobatis fratribus, & pellice E
nouerca, fuit hæres domus, & dilectus patri. Et priuato Heli cū filiis suis sacerdotio, & officio iudicis: trāslatum est sacerdotiū, & iudicium ad Samuelē. Per quod fuit figuratū qualiter Christus erat ex virgine Maria nasciturus: ad quem erat transferendū regnū, & sacerdotium, reprobata synagoga, prout in illo cantico fuit declaratum. Quinto cātauit Dauid centū quinquaginta cantica siue Ps. in quibus in spiritu prædicit totum misteriū nostræ redemptionis, & oīa futura misteria de Christo, & ecclesia. prout ibi expositū ē. Sextò cantauit Salomon decem cantica: in quibus sub metafora spōsæ, & pastoris, & gregis prædicit conceptionē, & sanctificationē uirginis Mariæ figuraliter, & literaliter, & sā ctificationē tabernaculi Moysi. Et prædicit mysteriū incarnationis per fabricam Arcæ. F
Et prædicit vocationem pp̄li Iudaici p̄ prædicationem Christi. & prædicit mortem, & passionem Christi. & eius resurrectionē. Et prædicit uocationē, & conuersionem pp̄li gentilis per prędicationē apostolorū. Et præ dicit ampliationē, & dilatationē ecclesię per victoriā martyrum, & doctrinam sctōrū doctorum. Et prædicit eius prosperitatē per cōuersionem Constantini, prout parebit in expositione libri canticorū Salomonis: si Deus mihi uitam incolumē dederit per intercessionem virginis matris suæ. Septimò cātauit Is. cāticum pro nostra futura redēptione, quæ sibi fuerat reuelata, dicens. Confitebor tibi domine, quoniā iratus es mihi, & conuersus consolatus es me Isa. 12. Octauò Ezechias

cantauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cantauit canticum: eò q̃ fuit à morte sibi denunciata reuocatus, prout figurabat liberationẽ generis humani à morte æterna, & reuocationẽ ab inferno, dicens. Ego dixi in dimidio dierũ &c. ꝓut ibi fuit expositum. Non nõ cantauit Abacuc canticum pro liberatione futura generis humani de captiuitate diaboli: ꝓout sibi fuit reuelatũ per liberationẽ populi Iudaici de captiuitate Babylonis: sicut ibi fuit expositum: Decimò & vltimò cãtarunt canticum tres pueri in camino ignis ardentis liberati ab omni læsione, ubi præuiderunt misterium incarnationis & liberationis generis humani ab igne inferni. prout ibi fuit declaratum. Et sic patet qualiter supradicta decem cantica fuerunt facta in vete. agendo gratias pro beneficijs tpalibus, prout prefigurabant & promittebant, & ꝓ-

B fetabant futura beneficia nostræ redemptionis in no.te. Et ideo uirgo Maria videṡ q̃ oĩa q̃ erãt scripta in lege & ꝓfetis, & oĩa q̃ antiqui cãtauerãt futura in supradictis canticis, erant partim cõpleta in se per incarnationẽ filij sui, & cætera erãt in breui cõplẽdã: iõ ꝓtũpẽs in laudẽ Dei, iã nõ cãrat illa cãtica vetera, sed exultãs in spũ. agẽs gratias omnia illa esse cõpleta: cãtat cãticũ euãgelicũ, & nouũ dicẽs. Magnificat anima mea dñm &c. Et iõ virgo Maria posuit decẽ versus in hoc cantico iuxta numerũ decẽ canticorum ve.te. Et ex hoc dr̃ psalteriũ decacordũ euangelicum figuratũ ꝓ psalteriũ materiale, & proseticũ ve.te., ꝓut supradictũ est. Et sic patet triplex cã. vnde mota est virgo Maria ad cãtandum istud canticũ. Primò propter beneficia q̃ specialiter ipsa recepit à Deo prout ipsi dictum

C est ab angelo. & Elisabet. Secundò propter redemptionẽ totius generis humani de propinquo per Christũ faciendam. Tertiò: quia Xp̃s in lege, & profetis, & supradictis decẽ cãticis promissus toti populo Israel, iã erat in suo vtero conceptus, & receptus pro toto Israel. Et iõ tria principaliter facit virgo Maria in hoc cãtico. Nam primò agẽdo gratias laudat, & magnificat Deũ ꝓ beneficijs q̃ ipsa singulariter à Deo recepit sup oẽs creaturas. Secundò magnificat Deũ ꝓ generali beneficio redẽptionis, q̃ oẽs generatos, & natos, & totũ genus humanũ recepit per xp̃m. Tertiò magnificat Deum in persona populi Israel. ex quo natus est Iesus ẽm carnẽ, prout patriarchis, & profetis fuerat promissum 2. ibi. Et mĩa eius à progenie in progenies timẽ

mentibus eũ 3. ibi. Suscepit Israel puerũ suũ. D
Quantũ ad primũ est notãdũ, q̃ in sacra scriptura quandoq; reperitur qualiter Deus magnificat & sanctificat, & benedicit, & glorificat homines. Et sæpe reperitur qualiter homines magnificant & sanctificant, & benecunt & glorificant Deũ. Sed aliter & aliter. Nam Deus magnificauit nos ex paruis magnos faciẽdo, & magna dona nobis cõferẽdo. Et sẽtificauit nos sẽtos, & iustos faciẽdo. Et benedixit nos nobis per sacra vel quouis alio mõ gratiã cõferẽdo. Et glorificauit nos in cęlesti gloria collocãdo & suę glorię participes faciẽdo. Sed nos magnificamus, & sanctificamus, & benedicimus, & glorificamus Deũ, ipsũ magnificũ & sẽtũ & benedictum, & gloriosũ ꝓ essẽtiã p̃dicando, & magnifica opera, & sẽta & benedicta quę fecit nobis & eius gr̃am cõfitẽdo, & p̃conizando. Et sic ergo nos benedicimus Deũ. Quia prius benedixit nos Et magnificamus, & sẽtificamus ipm̃ qa prius nos ꝓ gr̃am magnificauit, & sẽtificauit. Et isto mõ virgo Maria magnificat Deũ in hoc cãtico. qa Deus primò eam magnificauit, & magna fecit, ipsi magna dona conferẽdo: ꝓut dictũ fuit ipsi ab Angelo, & Elisabet. Secũdò est aduertẽdũ. q̃ ista 8. se habet per ordinẽ. s. reuereri, honorare, laudare, magnificare, glorificare, sanctificare, bñdicere, adorare. Vnde reuereri idẽ est q̃d existimare maius bonũ in altero quã in seipso. Et sic existimamus hominẽ iustũ, & virtuosum melio rem nobis, & per consequens reueremur cũ in corde nr̃o. Honorare aũt est reuerentiam quam de altero in corde habemus ipsi opere exterius indicare. ideo dicit Cic. q̃ honor est exhibitio reuerentiæ in testimonũ virtutis. E
Aristo. aũt 4. Ethi. dicit. q̃ honor est præmiũ virtutis, & tribuitur bonis & virtuosis. I aud re vero est honoratũ alijs verbis commenda re. Magnificare autem est magnifica opera alicuius cæteris publice prædicare. Glorifica re vero est honoratum, laudatum, magnifi cum semper & vbiq; præconizare. Sanctifica re aũt idẽ est q̃d sanctitatẽ alterius cõfiteri, scdm̃ q̃ sẽtitas dicit spẽm modũ, & ordinẽ. Et p cõsequẽs cõtinet in se sapiam, & iustitiã & bonitatẽ, & per consequẽs mĩam. Et ideo Deũ sẽtificare idẽ est q̃d eius sũmã sapiam, iustitiã, & mĩam, & per consequẽs omnipotẽtiã cõfiteri. Bñdicere aut idẽ est q̃d ꝓ beneficijs à Deo receptis gr̃atũ actiones exhibere. Adorare aũt idẽ est q̃d reuerẽdũ, honorãdũ, laudã-

A laudari magnificari glorificandum ꝓp eminẽtiã oĩpotẽtiæ, & sẽtitatis colere, & oĩa bona ipsi tãquã datori soli attribuere, & omni alia spe, & fiducia postposita se totũ illi subijcere, & humiliare. Et iõ adoratio præsupponit omnia supradicta. Ex sic dr̃ latria, quæ soli Deo conuenit. Et supradictis, & dicendis patet, q̃ uirgo Maria omnia. 7. supradicta facit, & per consequẽs exhibet Deo oĩa quæ sũt creaturæ possibilia, & debita facere. Nã primò virgo Maria in hoc cantico magnificat Deum confitendo, & prędicando omnia magna dona quæ sibi, & toti generi humano liberẽ cõdonauit. Et sic est dicẽdũ, q̃ laudat, & honorat & reuereretur Deum. Sed o sanctifi

B cat Deũ dicẽdo. Qm̃ potẽs est, & sãctum nomẽ eius, & ꝓ cõsequẽs bñdicit, & glorificat ip sum, & magnificat. Tertiò adorat Deum, & colit cultu latriæ se totã Deo humiliãdo, & subijciẽdo & oĩa bona sibi ꝓ angelum, & Elisabet nunciata, & oẽs honores & dignitates Deo tribuẽdo, & nõ in se, sed in Deo salutari suo pro talib. bonis exultãdo, & gratias agendo, & ideo dicit. Et exultauit &c. Et sic in hac prima parte magnificat, et sanctificat, et colit Deũ cultũ latriç. Auditis ergo laudibus, et honoribus, et dignitatibus per angelum Mariæ nunciatis, et per Elisabet sibi tributis: tunc Maria nõ exultauit nec gauisa est in se, sed in Deo salutari suo, à quo oĩa supradicta bona gratis receperat, et qui eã magnificauerat & talibus bonis dignificauerat. ideo non magnificat seipsam laudaram, et commẽdatam ab angelo, et Elisabet. sed exclamãdo magnificauit Deum dicens.

C *Magnificat anima mea dominum, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.*

Quasi dicat ò Elisabet tu putas, q̃ egogaudeam solũ in corde meo, et in meipsa, et magnificẽ meipsã propter honores, et dignitates quib. me commẽdasti, et magnificasti. Et ego dico tibi, q̃ tali commendatione nõ exultauit in meipsa mihi talia bona ex mentis meæ nature tribuẽdo, nec tali exultatione magnifico meipsã, sed pro talibus bonis recepris spiritus meus exultauit non in me, sed in Deo salutari, et saluatore meo, qui me talibus dignitatibus, et honoribus dignificauit et ideo non magnifico meipsam, sed anima mea magnificat dominum: qui me tantis, et tam magnis donis magnificauit.

Vnde notandum, q̃ ista est differentia inter D
superbũ, humilẽ, iustũ. Nã supbus cũ laudat, et comẽdatur ab altero, totus gaudet, et exultat in seipso. Et sic in superbiam elatus seipsũ glorificat, et magnificat, omnia illa bona sibi attribuẽdo. Sed per oppositum humilis et iustus cum a cęteris laudatur, et cõmẽdat, non exultat nec gaudet in seipso, quasi à seipso habeat illa bona, sed gaudet, et exultat in Deo a quo talia bona recepit. Et sic humiliatus no cõmẽdat nec magnificat seipsũ, nec in se nec coram aliis, sed magnificat, et laudat Deum, confitendo nil boni ex se habere, sed omnia bona à Deo recepisse. Et sic Lucifer cũ suis, qñ se vidit magnũ, et nobilẽ, nõ exultauit in Deo, sed solum in seipso: et sic eõn dilexit se in Deo, sed in seipso. Et sic per superbiam elatus contempsit Deum, et legem eius. Sed per oppositum boni angeli, quia cõ E
siderantes se à Deo taliter creatos, et oĩa bona à Deo recepisse, iõ primò dilexerunt Deũ super omnia, et ex consequenti dilexerũt se in Deo. Et sic non exultauerunt in se, sed in Deo creatore eorum. Et ideo illi ceciderunt miseri per superbiam, et isti manserunt beati propter humilitatem, et magnificarunt Deum, sicut dictum fuit in expositione psal. 81. et in expositione super. Te Deum laudamus. Ita ergo pariter virgo Maria in talibus laudibus non fuit glorificata, nec exultauit in seipsa, sed in deo salutari suo, nec ex tali exultatione magnificauit seipsam. sed Deũ, dicens. Magnificat anima mea dominum q. d. non magnifico meipsam, sed Deum etc.

Et nõ solũ uox mea magnificat Deũ, sed tota aĩa mea cũ omnibus suis uiribus, et potentijs. Et sic magnifico Deum ex toto corde, et F
ex tota mẽte, et ex tota anima cum omnib. viribus, suis: Et in talibus laudibus mihi dictis non exultauit solũ vox mea cũ toto corpore, sed principaliter exultauit spiritus meꝰ, et non in me, sed in Deo salutari meo. Et sic ex tali interiori exultatione ãnima prorupit ad magnificandum Deum per vocem. Et sic patet qualiter exultatio spũs, et magnificatio spũalis interior pecessit uocem, et magnificationẽ vocalem, qa prius Maria magnificat Deũ spũ quã voce, quia prius exultauit spũs eius in saluatori suo. Et notanter dr̃. Exultauit spũs meus in salutari meo. Nam sub tali ratione. s. sub ratione saluatoris exultauit in Deo. Nã sicut Deus inquãtũ Deus oẽs creauit, et gubernat mũdũ, ita inquantũ saluator

vemis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A venit in carnem ad recreandū, & restaurandū & saluandum hominem, qui propter peccatum perierat. vt patet Mat. 9. & Luc. 9. Et ideo vocatū est nomen eius Iesus; eò q̄ saluauit populū suum à peccatis eorū, vt patet Mat. 1. Et p̄ consequens sub rōne saluatoris accepit carnem ex virgine, & eam magnis donis, & dignitatibus magnificauit. & dignificauit, & sic redēptio nostra fuit causa exaltationis, & per consequens exultationis uirginis Mariæ, vt cōiter tenetur. Vtrumq; ergo volens exprimere, ait. Et exultauit spiritus meus in Deo. s. creatore, & salutari meo. s. redemptore, quia vt sic, magnificauit me, & iō tanq̄ creatorē, & redēptorē magnifico ipsū.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c.

Hæc est tertia corda huius psalterij virgi-
B nalis. Quia ideo dicitur psalterium decacordum. i. decem cordarum. quia continet decē cordas. i. decem versus concordes in sententia. Nam sicut in citara, & psalterio materiali semper media corda concordat cum præcedenti, & sequenti in harmonia uocum, quia secunda est perfectio primæ, & principiū sequētis: Ità pariter in hoc psalterio virginali & spūali vnus versus, concordat cū præcedenti & subsequenti, in sententia, & sic quia prima particula huius versus concordat cū duobus uersibus præcedentibus, & cum particula sequēti eiusdem versus, ideo potest ordinari in expositione, & constructione cū duobus versib. p̄cedētibus, & cū particula sequēti, eò q̄ humilitas virginis fuit cā quare exultauit in Deo salutari suo, & nō in seipsa, &
D ptus. Nā inquantū Deus, & verbū patris ab æterno naturaliter, & per modū naturæ productum, & genitum de tota memoria fœcūda, & substantia patris: vt ostēdit Aug. 15. de trin. & cōtra Maximinum: sic est verus filius naturalis ipsius patris, vt frequenter dictum est in expositione psalmorū, & maximè psa. 44. Et etiam inquantùm homo est filius naturalis patris ratione personalis vnionis. Et sic Christus non habet alium patrem naturalē inquantùm homo assumptus, nisi Deū patrem: vt dictum est super ps. 109. Quantū autem ad secundum per eādem rationē Xps Deus, & homo dicitur filius naturalis virginis. Et virgo Maria dicitur mater Dei naturalis. Nā manifestum est, q; ipsa est vera mater naturalis illius hominis. Nam licèt non per consuetum modum naturæ ex semine viri ipsum cōcepit: tamen ex suis naturalibus E sanguinibus fuit in eius vtero formatus ope re spiritus sancti: non ex menstruo sed puris sanguinibus naturalib. & ex illis fuit in vtero per nouem menses alitus. Et sic isto modo uirgo Maria naturaliter ipsum aluit ex proprio naturali sanguine. Item post natiuitatem aluit ipsum, & proprio, & naturali lacte lactauit. Et sic fuit vera mater naturalis ipsius Christi. Et per eandem rationē fuit vera mater carnalis, quia ex suis purissimis sanguinibus illa caro fuit formata & alita: & augumentata. Et ideo Christus singulariter, & magis, & perfectius fuit filius naturalis, & carnalis virginis Mariæ quàm vnquā fuerit aliquis homo filius matris suæ. & rō est. Nam cum oēs alii homines fuerint coagulari, & formati in vtero materno ex sanguine menstruoso, & superfluo, & ex eodem F fuerint alitiriam in utero quam extra: solum corpus Christi fuit in instanti formatum ex puris sanguinibus venarum virginis Mariæ: & eodem puro sanguine alitum, & augumētatum in vtero: & ex eodem puro sanguine in lacte de albato Christus fuit alitus, & lactatus post natiuitatem. Et sic virgo Maria singulariter est marer Christi naturalis, & carnalis: & per consequēs est vera mater Dei, & hominis: quia Christus inseparabiliter est Deus, & homo. Et sic non separantur idiomata: quia quicquid verificatur de Deo per sonaliter verificatur etiam personaliter de illo homine assumpto, & econuerso. Et iō sicut virgo maria dicitur uera, & naturalis mater Christi; ita dicitur mater Dei: quia

g Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christus est Deus, & ille homo assumptus est Deus personaliter. Et iō fuit determinatū in concilio Calcido. contra Nestoriū: q̄ virgo Maria sicut est vera mater Dei, ita sp in omni locutione proferatur absolutè mr Dei à quocūq; fideli. Est veeū q̄ ipsa est mr Dei: inquantum est naturalis, & carnalis mater Christi, qui est Deus, & homo.

Quantum ad tertiū est dicendum: q̄ Christus semper dr filius Dauid i tota sacra scriptura non solū noui, sed etiam ve. test. quia per omnes prophetas Christus promissus fuit filius Dauid degenere ipsius, vt patet 2. Re. 7. & psa. 71. & 58. & 131. & Isa. 7. dicit, Audite domus Dauid. Ecce virgo cōcipiet &c. Item Hiere. 23. & 33. Et suscitabo Dauid germen iustum &c. Et ideo Matt. volens texere generationē Christi carnalem incepit dicēs, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filii Abraam &c. Hoc idem fecit Lucas: dicens. Missus est angelus ad virginem despōsatā viro de domo Dauid. & postea subdit. Dabit illi dominus sedem Dauid patris sui. & sic patet q̄ Christus dicitur filius Dauid. & filius Abraam, & per consequens filius Adam. Et ideo Christus semper se nominat filium hominum. i. filium Adā in toto discursu euangelico: ad denotandum q̄ erat verus homo descendens ex Adam secundū carnē: eò q̄ venerat ad patiēdū in illa carne pro liberandis omnibus filiis Adam. Est tñ aduertendū: q̄ licèt Christus dicatur filius Adā. & Abraæ. & Dauid ſm carnem: tñ non dicitur filius naturalis eorū: quia non naturaliter. i. per generationem naturalem descēdit ab eis: sed solo opere spiritus sancti. sed intantūm dicitur filius carnalis, & factus ex semine Abraæ. & Dauid sc̄dm carnē: vt ingt Apostolus ad Ro. 1. inquantum accepit carnē ex virgine Maria: quæ est filia naturalis illorum, & descēdebat ab eis per generationem naturalē, & ideo Christus licèt sit filius illorum carnalis: tamen non naturalis. & sic aliter est filius virginis Mariæ: quia carnalis, & nālis, & aliter filius illorūm q̄ solū carnalis: sed non naturalis: eo modo quo dictum est. Sed nunc restat permagna, & pergrandis difficultas, qūo Ioseph dicatur pater Christi in scriptura, cum ipse nec sit pater Christi naturalis nec carnalis, nec secundū carnē, & iō dixerunt quidam: q̄ Ioseph erat pater putativus Christi: inquantū reputabatur Christus apud populū filius Ioseph, prout dicitur Luc. 3. & putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli &c. Sed ista non sufficiunt ad saluandā euangelicā veritatē: q̄ a Maria absolutè, & affirmatiuè dixit Christo. Ecce ego, & pater tuus dolentes quærebamus te &c. Nā illa reputatio & opinio quam populus habeat de Christo, erat falsa: quia populus putabat Christum esse filiū Ioseph carnalem, & naturalem, quando dicebant. Nōne hic est filius Ioseph, & Mariæ qui sunt apud nos? Item quando Philippus dixit ad Nathanael: Inuenimus Iesū Messiam filium Ioseph à Nazareth &c. putabant Christum esse filium carnalem, & naturalē ipsius Ioseph, quod erat falsum. Ideo virgo Maria sub tali falsa reputatione non appellauit Ioseph patrem Christi. Ideo Origines, & Hiero. dicunt quòd Christus ideo appellatur filius Ioseph. eò q̄ fuit filius eius adoptiuus, & Ioseph pater eius nutricius. Sed adhuc ista nō sufficiunt ad euacuandum tantùm sacramē tum: quia quemcunque alienū poterat adoptare Ioseph in filium, & ipsum nutrire, & iō maior affinitas erat inter Ioseph, & Christum quàm affinitas adoptiua, & nutricia: quia talis affinitas sola non poneretur in genealogia Saluatoris: quia sola affinitas carnalis aut legalis ponitur in genealogia Saluatoris: sicut sola talis affinitas, scilicet carnalis, aut legalis consueuit ascribi in genealogia aliorum secundùm scripturam veteris testamenti. Et ideo est dicēdū, q̄ hic latet aliud maximum sacramentum. Nam manifestū est quòd Christus natus est ex illo sacro, & virginali, & inuiolato coniugio, absq; iniuria ipsius Ioseph & fidei cōiugalis, & natus est ex Maria virgine indiuisa sponsa ipsius Ioseph: quia indiuisibiliter erant duo in carne vna, & in tali conceptu nunquā uirgo Maria fuit diuisa ab ipso Ioseph, sed semper in fidei coniugali coniuncta: quia caro coniugalis non dicitur diuisa nisi per adulterium. ergo sequitur quòd licèt Ioseph non concurreret officialiter ad generationem Christi: tamē quia talis cōceptio, & generatio facta est in eius coniuge, ipsi coniugaliter, & indiuisibiliter coniuncta, absque iniuria fidei coniugalis: ergo Ioseph non fuit expers, ne per aliquē specialem modum esset pater Christi multò magis, & dignius quàm adoptiuus, & nutricius: maximè quia coniugium Ioseph, & Mariæ ordinabatur ut Christus ex tali cōiugio virginali nasceretur; ad denotandum quòd Christus qui ex tali virginali, & sancto

A & sancto coniugio nasce batur: non carnali ter, sed spiritualiter ex spirituali coniugio ecclesiæ debebat filios regenerare, vt inquit Augusti. Et dicit Augusti. quod illud coniugium ordinabatur ad mysterium incarnatio nis, & dicit etiam in libro de bono coniugali, q̄ omnia bona requisita ad bonum coniugium, fuerunt in illo sacro coniugio. Nā ibi fuerunt omnia bona sacramenti, quia nullū diuortium, & bonum fidei, quia non interuenīente adulterio, & bonum prolis, quia inde Christus natus est. Ex quibus sequitur quod Ioseph aliquo modo singulari, & speciali est pater Christi, & Christus filius eius: eò quòd de eius coniugio.

His igitur habitis ponitur pro conclusione semper salua fide catolica, quod licèt Ioseph non fuerit pater Christi naturalis, nec carB nalis, tamen fuit pater Christi legalis, & secūdum legem, & per consequens Christus fuit filius Ioseph legalis, & secundum legem. Hęc autem conclusio sic probatur. Nam Deus p̄ceperat Deutero. 25. quod si quis moreretur sine filiis, tunc secundus frater illius acciperet illam in vxorem ad suscitandū semen fratri suo, quod sic est intelligendū. Nam quia ille mortuus decedebat sine generatione: iō relinquebat propinquiorem successorem in Vicarium qui exerceret actum generandi vice, & loco sui ex eius vxore. Ideo illa mulier semper erat vxor primi secundū amorem, & propositum, sed erat vxor secundi secundū carnē: inquantū exercebat carne, naturalem actum generandi loco illius. Et ideo illa primo nupta, & sic succedebat ipsi in nomine filiali, & in hęreditate, & ſm legem. Et iō illa proles dicebatur cōis illorum duorū. s. primi ſm legem, & spiritum, & secundi secundum carnem, & naturam, & ideo oportebat quod ille qui succedat primò moriuo, esset propinquior illi inter oēs viuos. Sed quia semper immediatus, & secundo genitus erat propinquior, ideo ille succedebat in tali matrimonio, vice, & officio generandæ plis, & suscitandæ. Et ideo ille filius sic natus vere debebat filius legalis primi: eò q̄ natus ipsi ex vero coniugio secundū leg em sic ordinatam, & non ex adulterio. Sed si forsàn cōtingeret q̄ illa mulier post mortem uiri formi-prolem, tunc ille filius nunquā dicebatur filius primi viri, quia non ex lege, sed ex scorto, & fornicatione natus erat. A similiter ergo D est dicendū q̄ postq̄ Christus ex vero coniugio, & vxore ipsius Ioseph, absq; adulterio, & iniuria fidei supernaturaliter conceptus est & natus, ergo fuit eius verus filius legalis, quia ex eius inuiolato coniugio, nullo pacto per adulterium diuiso conceptus est, quam prolem suscitauit Deus filio suo Ioseph. Sed diceret aliquis quod ista non est vera similitudo. Primo, quia Ioseph erat virus, & nō mortuus. Secundò, quia in lege non fuit præceptum, vt pater suscitaret semen filio suo, sed quod solus frater immediatus suscitaret tale semen fratri suo. Ad primū respondetur, q̄d licèt beatus Ioseph non esset mortuus, quo ad cætera opera vitæ: tamen erat mortuus quò ad generationem propter votum virginitatis, & erat mortuus quò ad pētū. Et iō oportuit, vt Deus ipsi illo modo suscitaret prole E legalem, & spirituale. Ad secundū respondetur quod licèt non fuerit præceptum in lege, vt pater suscitaret semen filio suo, tamen in figura huius mysterij, hoc semel in ve. te. fuit factū, & concessum, & in lib. legis scriptū. Nam legitur Gene. 38. quòd Tamar ex diuina inspiratione exuit in biuio ad Iudā socerum suum ignarum, vt suscitaret ex ea semen duobus filiis mortuis absq; prole, q̄d fecit Iudas, quia ex uno concubitu genuit duos filios ex Tamar, quasi suscitans semen, & prolem duobus filijs mortuis sine prole, quia genuit ex ea Fares, & Zaram, per quem quidem Fares, qui genuit Esrom, descendit Christus ex Iuda, & Iacob, & Abraam, secundum carnem, qui quidem actus non fuit imputatus ipsi Tamar ad scortum, sed ad iustitiam, & mysterium, cui dixit Iudas in iudicio. F Iustior me es. Et tota ecclesia reputat illud fuisse factum in propheticum, & mysticum mysterium: inquantum Tamar præuidit in spiritu qualiter Christus erat nasciturus de tribu Iuda secundum carnem. Et quia vidit quòd non poterat habere prolem ex duobus primis filiis Iudæ, nec sibi dabatur tertius in virum ad suscitandum semen fratribus suis: ideo ne Christi generatio præteriret, & vt ex ea Christus nasceretur: ideo ne perderet tantam dignitatem, intendit suscipere prolem ex socero suscitante prolem filiis suis, prout mystice, & sacramentaliter factum est. Sed quia nil gestum est in ve. test. quin fuerit complenum in Xpo. & ecclesia, ad cuius mysteriū, & figurā oia ibi cōtinge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bant inquantū Christus fuit finis totius legis, ideo per illud mysterium figurabatur qualiter mortuo Ioseſ quo ad mundum, & carnalem generationem pp votum virginitatis, Deus pater debebat ipſi ſuſcitare prolem ſpiritualem ex virgine Maria coniuge Ioseſ, & ſponſa Dei patris. Item figurabatur etiam, q̄ ſicut Tamar concepit geminā prolem.ſ.Fares, & Zaram, ita pariter virgo Maria erat conceptura, & de facto concepit geminam prolem, non ſecundùm p̄ſonam, ſed ſecundùm naturam; eò q̄ Chriſtus ſub vna perſona habet duas naturas, diuinam.ſ.& humanā,& ideo illud mysterium generationis Fares ex Tamar approbatur in ſcriptura,& ponitur in genealogia Saluatoris,eò q̄ ordinabatur figuraliter,& ſacramē-
B taliter ad mysterium incarnationis Chriſti factum ex Maria virgine,è coniugio virginali,& legitimo ipſius Ioseſ. Dupliciter ergo Chriſtus dicitur filius legalis ipſius Ioseſ. Primò, quia in lege fuit per iudam, & Tamar,& Fares præfiguratum, & in nouo teſtamen. adimpletū illud mysterium.Secundò:quia Chriſtus ex legitimo coniugio, & ſponſa, & coniuge ipſius Ioseſ, abſque iniuria coniugali fuit conceptus & natus. Et iō ad hunc intellectum,Matt.ſcribendo Chriſti genealogiam dicit,& cōcludit in fine totius catalogi, q̄ Mariam genuit Ioseſ virum Marię,de quā natus eſt Ieſus,qui vocatur Chriſtus.Vnde non dicit,q̄ Ioseſ genuit Chriſtū ad denotandum, q̄ Chriſtus non eſt filius naturalis,nec carnalis ipſius Ioseſ:ſed dicit,
C q̄ Ioseſ erat vir, & coniunx Mariæ, de qua natus eſt Ieſus Chriſtus:ad denotandum, q̄ licèt Chriſtus non eſſet filius carnalis:neenturalis:tñ fuit filius ſecundùm legē, & filius legalis ipſius Ioseſ,poſtā erat natus ex indiuiſa coniuge ſua, ſalua fide coniugali abſq; omni nota adulterij,q̄ peccati. Et hæc voluit confirmare poſtea Matthæus cum ſubdidit:Generatio Xp̄i ſic erat:vt ſegtur.Nam cum eſſet deſponſata Maria mater Chriſti Ioseſ: inuenta eſt in vtero habens germen ex ſpirituſanctō, & non ex Ioseſ nec ex ſcorto nec adulterio,ſed ex ſp̄ūſancto: eò mō quo ſupradictum eſt.Et ideo quando Ioseſ volebat ipſam traducere,dixit ipſi Angelus:Ioseſ fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam,q̄a quod in ea natum eſt de ſpirituſancto eſt,q.d. ipſa eſt verè coniunx tua non à te per adulterium diuiſa:quia non humano opere concepit:ſed opere ſp̄ūſanD-
cti. ideo coniugium tuum nullo modo læſum eſt:imo magis confirmatum: quia per legem,& profetas præmuniciatum,& per ſpiritumſanctum in te confirmatum.Item ad hūc intellectum virgo Maria dixit Xpo, ego &paret tuus.ſ.legalis dolentes quærebamus te. Item ad eundem intellectum Lucas frequenter appellat Ioseſ parentem,& patrem Chriſti.ſ.ſecundum legem.eo modo quo dictum eſt.Et ſic patet qualiter Chriſtus eſt filius naturalis Dei patris, & filius naturalis, & carnalis virginis Mariæ,& filius Dauid,& Abrahæ ſecundùm carnem, & non ſecundū naturam: & filius Ioseſ legalis ſiue ſecundum legem.Hanc autem poſitionem ego aliquando p̄dicaui in noſtra ſede Valentina i conſpectu dominorum canonicorum,& tōtius populi in feſto beatiſſimi Ioseſ ſponſi E
virginis. Sed quia putabam me ſolùm in opinione; ideo dubitabi ipſam in prioribus meis ſcriptis reliaquere.Sed quia poſtea noui ter vidi ſermonem: quem venerabilis ac famoſiſſimus Ioannes Gerſon cancellarius Pariſienſis habuit, & fecit in concilio Conſtantienſi coram toto ſenatu eccleſiaſtico,in quo ponit iſtam poſitionem quaſi ad literā: qui q̄dem ſermō fuit pergratus, & acceptus toti faciei eccleſiæ ibidem congregatæ, p̄p quod iam publicè celebratur officium beati Ioseſ in pluribus eccleſiis galliarum,& ſpecialiter ſolemnizatur in eccleſia noſtra Valentina Hiſpaniæ:hinc eſt quod ego nō erubui ſcribere hanc poſitionem in hoc loco, vbi mihi videtur neceſſaria iuxta materiam & propoſitum: ſemper tamē cum correctio F
ne ſacroſanctæ matris eccleſiæ catholicæ. & hæc de ſexta dignitate,& priuilegio virginis Mariæ.

Septima dignitas ſingularis virginis Marię:quia dignificauit,& magnificauit eā xp̄us, fuit: quia ſingulariter fuit illuſtrata, & inſpirata per obumbrationem ſpiritusſancti: vnde adepta eſt ſpiritum proficticum,& euāgelicum ſuper omnes profetas,& euangeliſtas. Vnde quia dictum eſt per Auguſt.quòd ſpiritusſanctus in illa obumbratione non ſolum obumbrauit ventrem Mariæ,ſed etiā mentem.nam obumbrādo ventrem formauit corpus Chriſti in vno inſtanti ex puris ſanguinibus virginis.Et ſic præſeruauit eam à fœditate libidinis, & a corruptione mentis,& corporis conſeruando virginitatem,& faciendo

A faciendo ipſam ſimul uirginem,& ſecundā, & præſeruauit in ea fidem coniugalem. Et præſeruauit germen non ſolùm à nota adulterina, ſed etiam ab omni noxa peccati ip ſius Adam: imo fecit illud germen ſctūm plenitudine omnis ſanctitatis, & gratiæ, prout dictum eſt.Ita pariter ſpiritusſanctus obumbrādo mentem virginis Marię, illuſtrauit eā ſi mune profetico ſuper oēs profetas,& lumine euangelico ſup oēs euāgeliſtas, & ſic fecit eam ſimul profetam,& euangeliſtam.Ad cuius intellectum eſt notādum q̄ obumbrare,idē eſt qđ per vmbram aliqđ circūdare,& comprehendere. Et ideo aliter obūbrat corpus opacum, & aliter corpus luminoſū. Nā corpus opacum prohibet lumen,& calorem ne tranſeat,& ſic qui vult proregi ab ardore,
B & lumine ſolis ponitur ſub vmbra domus, aut alicuius tecti.Et ſic etiam ſi luna interponitur inter ſolem, & terram tunc p̄ ſuā vmbra cauſat eclipſim,& defectum luminis ſolis in terra.Et etiā terra interpoſita diametraliter inter ſolē,& lunā cauſat eclipſim in luna per ſuam vmbram, eò q̄ eſt corpus opacum,& iō prohibet radios ſolares, ne perueniant ad illuminādā lunā, ſed oppoſitū facit vmbra corporis luminoſi. ſ.ſolis, quia ſicut vmbra corporis,nil aliud eſt niſi lumē illius corporis luminoſi.Ita penetrat oē diafanum & pellit omnem tenebram, & illuminando ipſum diafanum ſimul illuminat,& calefacit ex ſui natura.Sic ergo ad propoſitum, quia vmbra ſp̄ūſancti,nil aliud eſt niſi lumen eius er graria,ideo quocunq; intrat,pellit omnem tenebram ignorantiæ,& frigiditatem peccā-
ti, inducendo lumen veritatis,& caloré gr̄æ.
C Nā ſicut ſe habet ſol per ſuum lumen corruptibile ad omne diafanū corruptibile,ita ſpiritus ſanctus ad oē diafanum ſpūale,ſicut eſt angelus,vel anima hominis.Et iō ſicut ſol penetrando omne diafanum pellit omnem tenebram,& illuminat illud & calefacit.Ita ſpiritusſanctus obumbrando animam per ſuū lumen penetrat eam,& illuminat, pellēdo oēm ignorantiā, & gratificat eam pellendo omne p̄ctū,ſi inſit.Ideo dr̄ Sap.7.q̄ iſte ſpiritus oia penetrat, & omnia luſtrat, & in animas ſanctorū ſe trāſfert,& eos Dei amicos, & profetas facit. Et ſic patet qualiter obumbratio ſpiritus ſancti nil aliud eſt,niſi illuſtratio,& penetratio, & illuminatio, & purificatio ab omni tenebra ignorantiæ, aut à ſarde,& labe peccati. Et ideo quādo ſpiritusſanctus ſuperuenit in Mariam, & obumbrauit D
eam ſua uirtute,& lumine non eſt dicendū, q̄ purgauerit eam ab aliqua labe peccati, q̄a iam in ſua aiatione, & creatione venerat ad eam,& ſanctificauerat eam præſeruādo per gratiam ab omni peccato, & confirmando in omni bono.Et iō qñ ſuperuenit.i.iterū venit in eam,& obumbrauit eam, non purgauit eam ab aliqua culpa,quia nulla erat, ſed purgauit intellectum,& mentem eius ab omni ignorantia,ipſam rapiendo vſque ad tertium cęlum,prębendo ipſi verā intelligētiam totius ſacræ ſcripturæ, & patefaciendo ipſi diuina arcana,& mysteria cęleſtia,quæ non licèt homini loqui. Ad hunc ergo intellectū ſunt intelligenda verba Ioan.Damaſceni, q̄ recitat Magiſter in 3. ſententiarum, diſtinctione 3.quòd ſpiritus ſanctus venit in virginem purgans ipſam &c.Vnde non eſt intel- E
ligendum quòd purgauerit eam ab aliqua labe peccati, ſicut dictum eſt, & omnes doctores tenent, ſed quòd ſpiritusſanctus in illa obumbratione illuſtrauit mentem eius,& purgauit ab omni nube ignorantiæ, quam habebat de modo myſterij incarnationis, & de ſecretis ſacræ ſcripturę, prout ipſa ſe fatebatur ignorare, cum dixit, Quomodo fiet iſtud &c. Et ſic illa purgatio,nil aliud fuit,niſi quòd reddidit ipſi intellectum, & mentē purgatam, & liberam ab omni nube ignorantiæ myſteriorum ſacræ ſcripturæ,rapiendo eam à ſenſibus vſque ad arcana cęleſtia. Vnde ſecundùm Ariſto.& commentatorem, & Auicennam, & omnes philoſophos, intellectus purgatus dicitur intellectus adeptus,& eſt ille, qui pulſa omni nube ignorantiæ F
adeptus eſt habitualiter ſcientiam omnium intelligibilium, vſque ad intellectionem ſubſtantiarum ſeparatarum incluſiuè. Secundùm vero teologos talis intellectus purgatus dicitur intellectus heroicus, eò quòd excedens iſta naturalia, pertęniat vſque ab ea quæ ſunt ſupra facultatem naturę, & ſui, & ſic dicitur intellectus deſuper illuſtratus ſupra ſuum lumen naturale, & ſic purgare idem eſt quòd deſuper illuminare,& illuſtrare. Et iſto modo dicit Dion.quòd angeli ſuperiores purgant, & illuſtrant inferiores.
Et iſto modo dicit Damaſcenus, quòd ſpiritus ſanctus ſuperuenit in Mariam,& purgauit eam ab omni nube ignorantiæ, ratiopiendo eam uſq; ad cęleſtia myſteria, & faciendo eam profetam, & euangeliſtam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vt patebit. Ad cuius maiorem euidentiã est aduertendum ẽm Aug. contra Faustum, & contra aduersarium legis, & proferarum, & vt dictum est in prologo Ps. tracta. 3. & regula 7. q̃ idem spiritus sanctus, & idem Deus locutus est in vtroque test. sed fuit ista differẽtia. nam in ve. te. Deus locutus est per ora p̃ferarũ infundendo eis spũ prophetic̃um, sed in no. te locutus est nobis per filium incarnatum. Sed post suam ascensionem locutus est nobis per apostolos, infundendo eis lumen euangelicum. Et sic Deus semper locutus est nobis per hominem. Nam verbũ æternum p̃ hoiem sibi p̃sonaliter assimptum locutus est mundo, & sic ipsemet Xp̃us q̃ illustrauit apostolos spũ euangelico, illustrauerat ante, profetas spiritu profetico, & sic patet qualiter tàm apostoli, quàm euangeli-

B stę, non sunt locuti nisi spiritu sancto obumbrati, & illustrati: sicut ait Petrus in sua Canonica. Sed dictum est in illo prologo, qualiter talis illustratio tã profetica, q̃ apostolica, nõ potuit fieri, nisi p̃ mẽtis excessum, & aliquem raptum a sensibus: qa Mens membris obruta cęcis negt oppressi luminis igne Rerũ tenues noscere nexus, sicut dicit Boe. lib. 5. de Consolatione carmine 4. ergo oportet, q̃ mens rapiatur a sensibus. Et sic tã profetæ, q̃ apostoli fuerunt rapti a sensibus per obumbrationem spiritus sancti, sed fuit magna differentia in tali obumbratione, & raptu rõne termini: nam spiritus profeticus solum rapiebat, profetas a sensibus vsque ad cognitionem enigmaticam mysteriorum futurorum de Christo, & ecclesia, put repsentabantur eis in aliquo obiecto creato p̃ æ-

C nigmaticam, & imaginariam visionem, sicut ibi dictum est. Sed spiritus euangelicus rapuit apostolos in die Pentec. vsque ad tertiũ cęlum, & diuinam essentiam, vbi p̃ modum transeuntis viderunt arcana cęlestia, quę nõ licet homini loqui. Et ibi legerunt in illo sacro libro, omnia quæ postea prædicarunt in mundo, quia si Ioannes non legisset in illo sacro libro nunquam explicasset mysterium Trinitatis, dicens. In principio erat verbum &c. & sic postea Paulus vas electionis ad portandum nomen Christi corã gẽtibus & filiis Israel, fuit raptus vsq; ad ide tertium cęlum: vt patet Actuum 7. vbi vidit arcana Dei, quæ non licet homini loq, vt ipse ait 2. ad Cori. th. 11. Quomodo autẽ fuit necesse, vt apostoli fuerint rapti vsq; ad tertium cęlum secundum exigentiam suæ lega-

D tionis: sicut Paulus si in fuit dictum in expositione Ps. 76. Ex quibus patet, sicut etiã ibi fuit dictum, q̃ Maria non fuit expers̃a tali raptu in die Pent. simul cum apostolis: imo ante in conceptione filii Dei, per illam obũbrationem spiritus sancti, quæ ipsi reddidit intellectum purgatum: vt dictum est, fuit rapta vsque ad tertium cœlum diuinæ essentię: vbi perfectius quàm Paulus, & cæteri apostoli vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, & perfectius vidit mysterium incarnationis, & totam inteligentiam scripturæ vtriusq; test. & ibi non solũ accepit spiritum euangelicum de præsentibus, & præteritis: sed ẽt de rebus futuris, & de modo futurę propinquæ redemptionis. de propinquo

E per Christum exercendæ. & de omnibus futuris contingentibus in ecclesia, vsq; ad diẽ iudicij, multo perfectius, & clarius, quàm Ioãnes euãgelista in Apocalypsi, & sic virgo Maria facta fuit tunc simul profeta, & euangelista super omnes alios. Vnde iste raptus virginis Mariæ multipliciter fuit perfectior, quã raptus apostolorum. Nam Paulus fuit rapt̃ semel raptus in sua conuersione, & apostoli semel rapti in die Pentec. sed virgo Maria: vltra raptum factum per obumbrationẽ spiritus sancti in sua annunciatione, fuit rapta in die Pente. cum cæteris apostolis, & vltra hoc, contemplando dominum incarnatũ quem in vtero gerebat, sæpe rapiebatur ad arcana cęlestia, & multa reuelauit ipsi filius, tam in somno, q̃ in vigilia, & multa reuelabat ipsi filius post natiuitatem familiari lo-

F cutione: postea ipsa docuit apostolos, & euãgelistas. Nam ipsa docuit beatum Lucã totum mysterium incarnationis: prout constat muniter tenetur, quia sola ipsa nouerat illud mysterium experientia, & doctrina angelica, & visione supernaturali in multiplicitate, & sic fuit facta vera profeta, & euangelista super omnes profetas, & euangelistas, & nullus profeta consecutus est talem modũ euangelizandi. Nam, virgo Maria nõ solũ loquebat̃, & profetabat & euãgelizabat p̃ spũ insusum, sed ẽt Xp̃s Deus incarnatus existẽs in vtero loquebatur p̃ os, & vocem eius. Nã Christus p̃ vocẽ eius immisit spũ sanctificationis in Ioannẽ Baptistã, & spũ profeticũ in Elisabet sicut dictum est. Et sic ẽt in isto cantico Xp̃s Deus incarnatus locutus fuit per os, & vocem virginis Mariæ faciendo ip-

A sam simul profetam, & euangelistam. Et iõ virgo Maria in isto cantico partim fuit euangelista: inquantũ annũciauit, & euangelizauit qualiter Israel iam receperat puerum suum, quia iam Deus erat incarnatus in utero, q̃ ante fuerat promissus in lege. & p̃fetis & euangelizauit etiam magna q̃ sibi fecerat Deus potens, & sanctus. Sed cũ hoc profecit propinquam redemptionẽ per Christum faciendã, & prædixit futuram ruinã, & obstinationem populi Iudaici, p̃p suã infidelitatem, & exaltationem, & societatem populi gẽtilis propter suã humilitatem, & fidem, vt patebit per totum discursum, & expositionem huius cantici. Ex supradictis ergo patet septima dignitas, qua dignificauit, & magnificauit eam filius suus. Et qualiter singu-

B lariter per spũ sctũ obumbrauit ipsi nõ solum ventrẽ, faciendo ipsam matrẽ Deo absq; omni labe, & corruptione mentis, & corporis, conseruando virginitatem, sed etiam obũbrauit ipsi mentem rapiendo vsq; ad tertium cęlum, & faciendo ipsam profetam, & euãgelistam super omnes alios, eo modo quo dictum est. Et ideo est dicendum, q̃ ista est illa mulier, q̃ vidit Ioannes amictã sole, & lunã sub pedibus eius. Apo. 12. Nam per hoc, q̃ erat amicta sole, denotatur, q̃ nulla fuit in ea nubes ignorantiæ nec culpæ. Sed per hoc q̃ luna erat sub pedibus eius: denotatur, q̃ fuit illuminata, & obumbrata lumine spũs sancti super omnes profetas, & euangelistas & apostolos in tota ecclesia, & q̃ fuit rapta supra lunam huius ecclesiæ vsque ad solem diuinæ essentiæ. Et ideo nullum potuit pati

C defectum: sicut sol non potest pati defectũ respectu sui.

Octaua dignitas singularis, qua Christus dignificauit virginem matrem suam, fuit qa p̃ cunctis cæteris fuit eius singularis, & familiarior ministra, & cubicularia, & secretaria. Vnde manifestum est, q̃ in domo regia illæ præ cæteris magis habetur dignus honore qui familiarius ministrat, & seruit regi, & diu mus cum eo manet, & conuersatur, sicut est camerarius, & cubicularius, & secretarius: quia istis rex maiora signa amoris ostendit, quia eis credit, & sua secreta, & arcana commendat. Et ita Christus dixit apostolis Ioãne 15. Iam non dicam vos seruos, sed amici: quia quæcunq; audiui a patre meo notaui vobis. Item de ministerio dixit Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eũ

D pater meus &c. Ex quibus patet, quòd illi fuerunt magis amici Christi, qui magis cum eo, & familiarius conuersati sunt: & q̃bus plura secreta commendauit. Et illi fuerunt digniores, & magis honorati ministri, qui familiarius, & diutius Christo ministrarunt. Sed virgo Maria præ cæteris diutius & familiarius, & laboriosius Christo ministrauit, & seruiuit: & cum eo conuersata est, ergo sequitur quòd præ cæteris fuit digna laude, & honore, & fuit à Christo honorata. Maior est nota p̃ ea, quæ dicta sunt. Sed minor probatur per singula. Nam virgo Maria diutius Deo ministrauit. Nam sicut in ea citius fuit acceleratus vsus liberi arbitrij q̃ in cęteris: ita citius incepit Deo seruire, & ministrare, quia iam in tertio anno fuit in templum ad seruitium, & ministerium tẽpli dedicata, vbi Deo cum cæteris virgini-

E bus seruiebat, & orationi, & contemplationi, & ieiunio vacabat vsque ad suam desponsationem: prout supra dictum est in tertia dignitate eius. Hoc idem faciebat tẽpore suæ desponsationis simul cum sponso suo Ioseph. Sed iam familiarius ministrauit Christo post incarnationem, quia sola ipsa ipsi carnem ex suis sanguinibus ministrauit, & communicauit. Et per nouem mẽses in vtero aluit, & nutriuit. Item post natiuitatem sola ipsa ex suo sacro lacte lactauit. Item sola ipsa ipsum lauabat, & vestiebat, & exuebat, & pannis inuoluebat, & in cunas reponebat, & omnia eius personæ secreta nouerat. Et hoc in eius infantia. Sed in eius pueritia ex pane, & cæteris bonis proprio labore adeptis ipsum alebat: & ipsi de necessariis prouidebat. Item

F semper in omnibus mysteriis eius comes fuit. Nam sicut non defuit in partu cum ipsum peperit: ita non defuit in eius circuncisione, & in magorum adoratione, nec in repræsentatione ad templum, nec defuit in eius persecutionibus, scilicet quando fugit in Aegyptum: & quando reuersus est in Iudæam, nec in Nazareth, nec quando per singulos annos ascendebat in Hierusalẽ tempore festiuitatum, vt patet Luc. 2. Nec defuit quando fuit inuitatus ad nuptias. Ioan. secundo. Nec defuit in itinere prædicationum, vt patet Lucæ sexto. Nec defuit in eius morte, & passione: quia cum cæteri fugissent sola ipsa cum Ioanne, & cæteris mulieribus erat iuxtà crucem, vt patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lo.19.& in cæteris euangelistis. Nec defuit dum fuit depositus de cruce: & positus in sepulcro. Sed non legitur, q̄ virgo Maria amplius fuerit reuersū ad sepulcrum, sicut Maria Magdalena, & cæteræ Mariæ, & Ioannes & Petrus, eò q̄ virgo Maria absq; quouis dubio aut hæsitatione erat certissima de resurrectione Christi, & iō non fuit necesse ipsam ire amplius ad sepulcrū quia prius apparuit ipsi Christus post resurrectionem quā Magdalenæ nec alicui alteri: vt cōiter tenetur. Et rō est, nam sicut præ cæteris in Christi passione fuit doloribus afflicta, & præ cæteris in fide resurrectionis fuerat firma: ita prius meruit videre filium suum in gloria resurrectionis. Et ideo Christus non annunciauit matri suæ gloriam resurrectionis per angelos sicut Magdalenæ: sed per seipsum in persona eā lę

B tificauit iuxta illud Ps.29. Ad vesperā demorabitur fletus & ad matutinū lætitia. Itē Ps. 4. Secūm multitudinē dolorū meorū consolationes tuæ lætificauerūt aiam meā. Et sic patet octaua dignitas virginis: quia sicut præcæteris familiarius, & diutius, & laboriosius Christo ministrauit, & secretius fuit cum eo cōuersata, ita præ cæteris ipsam dignificauit, & magnificauit, & honorificauit, & lętificauit. Nona dignitas eius, & priulegiū fuit singulare martiriū super oēs alios martires: qa absq; leniatione sui corporis atrocius passa ē in aia passione Xpi; q̄ aliquis aliorū martirū passus unq̄ fuit in carne. Ad cuius intellectū est notādū, q̄ martir græce vno mō idem est quod testis latinē. & sic martirium idem est q̄ testimonium. Et sic oēs martires dicūtur testes fidei Christi: quia, vt testarentur, & cō

C fiterentur fidē Christi passi sunt dira tormenta, per quæ tormenta inuiolabili testimonio confitebitur fidem Christi. Et sic pariterē propter Christum, & eius fidem. Alio autem modo martir dicitur à Marte Deo bellorum & prœliorum. & sic martir idem est quod pliator, & certator, & pugnator, & victor, & sic martirium nil aliud est nisi prœliū, & certamen, & pugna, & victoria. Et sic apostoli, & cæteri vere dicuntur Christi martires: eo q̄ pro Christo pugnarunt, & certarūt cōtra lætitiā principum, & contra oēs infideles, & in corpore suo dira vulnera pertulerunt. Sed finaliter effuso sanguine coronam victorię, et triumphi obtinuerūt: & sic totum populum gentilem, & Imperatores iugo Christi subiecerunt, & ideo verē dicuntur martires. pugnatores, & victores, & ideo dicit Aug. q̄ nō D omnes, qui patiuntur tormēta sunt martires sed soli passi propter Christum, quia tormentum solum non facit martirem sed cā, & sic dicit Aug. q̄ non solum sunt verē martires, qui passi sunt vulnera, & laniati sunt in carne propter Christum sed etiam illi, qui passi sunt persecutiones, & dolores, & tormēta in anima, & corde propter Christum, & sic propter ista tria virgo Maria dē verē martir, & maior martir quām aligs aliorum, q̄a maiores persecutiones, & labores i persona, & maiores dolores in corde, & maiora tormenta passa fuit in aia, & cum firmiori fide q̄ xpo: q̄ aliquis ap̄lorum, aut aliorum martirum i corpore, & hoc probat p singula. Vñ primò difficultas, & magnitudo persecutionis cōstitit in magnitudine laboris, & timoris, & tristitiæ. Sed virgo Maria in sua persecutione E passa est immensos labores, & tristitias, & timores propter Christū, q̄ aliquis sanctus, ergo attociorem, & maiorem persecutionē q̄ cæteri passa est. Maior patet, minor probatur, Nā nō est cōparādus aliquis labor labori virginis Mariæ: qñ ex timore Herodis ne interficeret Christū fugit in egyptū cū puero. Nā sicut Christus fuit delicatissimus in complexione, & per consequens sensus tactus in eo fuit nobilior: & ideo parvus labor erat maximus, & causabat maiorem molestiā in eo. Ita virgo Maria cum esset præ cæteris mulieribus delicatissima, iō maiorem laborem, & molestiam passa fuit in illa fuga in itinere fugiendo in egiptū, & redeundo in Iudeā: & postea fugiendo in Nazaret propter Archelaū: qui regnabat pro patre, q̄ in Iudæa vnq̄ F aliquis alius pertulerit, quia parvus motus erat ipsi maximus labor, & molestia. Item in illa fuga maiorem tristitiam, & timorē passa est: ne Herodes interficeret puerum. maximè qñ vidit eū tanta sęuitia interfecisse tot infantes innocentes pro filio suo, q̄ vnq̄ aliquis passus fuerit. Et sic ēt passa est multas persecutiones post passionem Christi simul cū ap̄lis, vt patet per totum discursum actuū ap̄lorum: q̄a non minus ipsa patiebatur quā ap̄loli. Item sed o nō solum passa est immensas persecutiones, & labores p̄ Christū, sed ēt immensos dolores in corde, quod est fm genus martirii. Nam nnq̄ aliquis passus est tū dolorem p aliqua re amissa, quantū passa est virgo Maria qñ amisit filium suum in Hier fm, quærēs ipsum per totum triduum, Cuius

A Cuius rō est. Nam secundū Aug. 1. de ciui. ca. 10. quantò quis magis diligit rem, tanto magis dolet eius amissione. Et quanto aes maiorem lætitiā causat in corde in eius possessionem, tantò maiorem dolorē causat in corde in eius amissione. Cū ergo cōstet, q̄ virgo Maria magis dilexit Xpm q̄ aliq̄ alia mulier filium aut patrem aut matrem aut fratre suū, nec aliam rē mūdi, ergo sequitur, q̄ virgo Maria magis perdoluit, & maiorē, & intensiorem dolorem in corde passa est per totū illud triduū reperiēs filiū suū amissum, q̄ vnq̄ alia mulier passa fuerit in amissione filij sui, nec alicuius alterius rei perditæ, & amissæ, qui quidem dolor semper fuit cum grandi timore, nec Archelaus, & cęteri successores Herodis occiderēt filiū suū, & sic ēt

B virgo Maria in qualibet absentia Christi semp fuit cum simili cordis dolore, per qđ patet ēm martirij eius. Tertiū genus martirij virginis Marię fuit, quia passa fuit arrociora tormenta realiter in anima, q̄ vnq̄ alter martir passus fuit in carne pp Christum. pp qđ virgo Maria non fuit metaphoricè, sed realiter martir. Ad cuius intellectum est valde aduertendum, q̄ martirium siue tormentū est tantùm materialiter in corpore, sed formaliter in anima. Iō magis, & perfectius est in anima quām in corpore, vnde dolor secundū Aug. enim nil aliud est nisi quædam passio causata in anima ex corpore, & carne quam informat, & cui personaliter inniger, ratione carnis coniunctionis, & vnitatis oīs disconuenientia carnis causat dolorē in anima, & quātā tristitiā, q̄nq̄ intolerabile ēm maiorē

C nem, & ēm excessum disconuenientiæ factā in carnis. Qui quidem excessus disconuenientię cōtingit in carne pp nimiè dilatationē, sicut accidit in torturatis, aut pp diuisionē partium carnis, sicut accidit in vulneratis, aut per fractionē ossium, aut delocationē eorū, aut per contractionem neruorū sicut accidit in baptismo, aut disconuenientiam humorum, sicut accidit in febricitantibus &c. Vnde sicut conuenientia partium corporis causas quietē in anima. Ita disconuenientia causat dolorem in eadem anima. Et hoc causatur pp amorem naturalem animæ ad corpus quod informat, & quod est instrumentum mediū sicrū operationū. Sed qa anima magis est ubi amat q̄ ubi informat, vt inquit Augu. eò q̄ amor trāsformat amātem, & amatū, & in eo extasim facit, vt inquit Dyonisius, hinc ē D q̄ potest aliquis tantùm amare alterum, q̄ oblitus sui magis erit in altero quām in seipso secundùm extimationem, & sic magis dolebit in passione, & tormento alterius quā in suo, quia magis percipit alium quām seipsū pro illo tempore. Et sic patitur in amato magis quàm in seipso. Et per consequens maior erit in eo compassio amati quam passio sui ipsius. Sicut Christus in medio flagellorū & in cruce magis compatiebatur generi humano quàm sibiipsi. Et sic in eo maior erat compassio quàm passio, & hoc accidebat pp nimiam caritatem qua nos diligebat, prout dictum fuit ps̄al. 21. Cum ergo simus certi, q̄ virgo Maria diligebat filium suum super omnia, & per consequens magis quàm seipsam, quia in caritate Christi excessit omnes alias creaturas, ideo virgo Maria in tantùm erat amore, & caritate transformata in Christum filium suum, q̄ quandoque per extasim, & excessum magis erat in Christo q̄ in seipsa, quò ad operationes animales, quia sēsus realiter absorptus sequebatur voluntatem rationalem, & sic oblita suiipsius dolebat in amaro. imo magis dolebat realiter in veneribus, & flagellis, & vulneribus Christi, in anima sua, quam si ipsa passa fuisset illa vulnera, & flagella in carne sua, quia illa passio Christi amati magis penetrabat animam virginis quàm tormenta Laurentij, & Vincentij penetrauerint animas eorum propter rationes iam dictas. Et id o dixit Simeō virgini Marię. Tuam ipsius animam pertransfibit gladius. i. gladius, & dolor passionis ipsius filii tui pertransibit & penetrabit, & torquebit animam tuam. Et sic patet qualiter F virgo Maria fuit passa realiter martirium in Christo quò ad animam. vbi realiter, & formaliter est dolor. Et per consequens in tantùm virgo Ma. fuit magis, & altior martir pro Christo, quantum vehementius, & atrocius fuit passa in anima, quàm Laurentius, & cæteri martires in carne. qui quidem dolor animæ virginis ēt redundabat in carnem, quia spūs tristis desiccat ossa, proverbia 19. Ex quibus patet, q̄ magis debetur aureola martirij virgini Mariæ quàm alicui aliorū martirū. Et hæc est causa quare Christus nō permisit ut virgo Maria p martiriū trāsiret ad aliam vitā sicut cęteri ap̄li, eò q̄ iā passa fuerat martirium cum eo in passione sua, vt infra patebit. Nā cū cęteri ap̄li relicto eo oēs

fugissent

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuissent in hora passionis, tamen sola virgo nuquā ipsum dereliquit tūquā comes,& participeps eius passionis. Sed quia Ioānes euāgelista monitu,& exhortatione virginis Mariæ reuersus est ad Christum cum societate virginis Mariæ,& aliarum mulierum: iō Christus nō pmisit: vt Ioānes euāgelista,& Magdalena, & cæteræ mulieres discederēt ab hoc sæculo cum martirio: eò q̄ oēs fuerūt passi cum Christo iuxta crucem,& sepulcrū. Sed quia passio eorū licèt fuit meritoria: tū non fuit cōparāda passioni virginis Mariæ: ideo Christus no permisit corpus Mariæ in sepulcro incinerari: sed tertia die ipsum ad gloriā suscitauit: vt infra patebit. Et per hoc paret nona dignitas virginis Mariæ: qua ipsam xp̄s dignificauit,& magnificauit. Decima dignitas singularis virginis fuit: quia Christus nō
B permisit corpus eius in sepulcro incinerari: sed tertia die ad instar sui in corpus gloriosum ipsam resuscitauit,& secum in gloria cęlesti collocauit. Et hoc fecit multiplici ex causa: quarum prima fuit mera Dei volūtas, eò q̄ ad hanc dignitatem,& ceteras alias eā ab æterno prædestinauerat. Et q̄a ante legē datā de incineratione, & resolutione oīum aliorum, prius ex speciali priuilegio eā à tali sententia exemerat: quando dixit serpenti: ipsa conteret caput tuum: nam ipsa Maria in tantū cōtriuit caput serpentis: q̄ sicut nō potuit mordere ipsam morsū culpæ originalis: nec morsu concupiscentiæ, nec morsu ęrumnarum,& corruptionis mētis nec carnis: ita non potuit mordere ipsam morsū doloris in morte: nec incinerationis in carne: quia illa sacratissima anima sine dolore: imo cū summo gaudio ad re
C pus separata fuit à corpore cum desiderio videndi gloriā: & cū certa spe recuperandi corpus gloriosum in breui: prout ipsi fuerat à filio suo promissum. Ideo illa mors nō fuit dolorosa nec tristis: sed læta,& felix,& gloriosa. Secūdò autem hoc factum est in præmium singulare,& speciale. Nam postquàm virgo Maria inter cæteros homines mundi fuerat ministra Christi,& secreta cubicularia,& cameraria: & præ cæteris cum labore seruierat: & præ cæteris fuerat passa supradicta tria genera martirij præter Christum. s. martirū persecutionis,& dolorum,& tormentorum, eo modo quo dictū est, simul cū Christo in illa passione: ergo iō fuit ne iterum torqueretur in morte: sed sine dolore,& tristitia discederet: & tertia die ad instar filij sui in corpus gloriosum reiurge-
D ret: vt sicut fuerat socia passionis: ita esset socia resurrectionis,& gloriæ Christi. Alia autem causa fuit inquantū Christus tanquàm filius debuit honorificare matrē suam inquantū fuerat sibi decēs,& possibile: & inquantū erat eadē caro matris,& filij. Et sic posuit assignari oēs illæ decē causę: quas assignat Augustinus in libello de assumptione virginis: quibus patet virginē Mariā nō fuisse in sepulcro incineratā: sed in breui sicut filius in corpus gloriosum fuisse suscitatā p filiū: & in supremo cęlo cū filio collocatā. Et per hoc breuiter patet decima dignitas, qua per filium virgo Maria fuit magnificata. Vndecima dignitas virginis Mariæ fuit: quia sup omnes choros & hierarchias angelorum,& omniū beatorū meruit exaltari,& collocari immediatè post
E Xp̄m filium suum, prout canit ecclesia,& p. dicant oes sancti doctores. Et hoc multiplici rōne. Quarū prima est: quia eode ordine fuit in cęlo collocata immediatè post filiū: quo ab æterno fuit prædestinata. Et iō sicut Deus ab æterno præscripsit eam in libro prædestinationis immediatè in secundò gradu post Xp̄m hoiem: & prædestinauit eā ad gratiam vt esset sanctior, vniuersis creaturis post Xp̄m: & vt esset mater Dei: & superaret oēs creaturas in sctitate,& dignitate in hac vita: Ita eotlocauit eam in patria super oēs creaturas immediatè post Xp̄m: q̄a ordo glorificationis sequitur ordinē,& gradū prædestinationis: eò q̄ prædestinatio respicit glorificationē tāquam finē vltimarum cuiuscūq; creaturæ rōnalis. Ad cuius intellectum est notā-
F dū: q̄ qñ dr̄ q̄ prædestinatio est ab æterno ad gratiam præparatio, non est intelligendū q̄ gratia sit finis prædestinationis: sed dispositio ad finem: nec prædestinatio respicit gratiam tanquàm finem vltimatum: sed tanq̄ dispositionē ad finē vltimatū: qui est glorificatio,& beatificatio. Nā sc̄m apostolū, ad Ro. 8. quos Deus ab æterno prædestinauit: hos & filios per gratiā vocauit: ex tēpore sup ple: & quos vocauit hos idē filios iustificauit & quos iustificauit: hos & magnificauit. supple per gloriam in cęlo. Ex quibus patet. q̄ licèt glorificatio sit finis vltimatus in executionem: tamen est à Deo primariò intentus sc̄dm æternū propositū suæ uoluntatis. ad Efe. 1. Et ideo prædestinatio nil aliud est nisi præparatio gratiæ secundum æternum propositum: per quam quis possit, consequi fu

A turam felicitatem in secundum gradum gratiæ,& caritatis simili collatæ in, via quia eiusdem est intendere finē, & præparare ea quę sunt, & disponunt ad finem. Et iō sicut Xp̄s sublimauerat virginē matrē suā in supremo gradu oīum gr̄arū,& meritorū,& dignitatū in hac via, sm q̄ Deus pater ab æterno eā prædestinauerat. Ita collocauit, & sublimauit eā in supremo gradu Christus immediatè post seipsū in gloria cęlesti. Itē sicut Dei est prægarare gratiā ab æterno. & ex tēpore per Xp̄m eam conferre. Ita hoīs est per talē gratiam operari,& mereri in hac vita vitam ętemā in futurū. Sed q̄a virgo Maria à principio sui meruit vitam æternam p quādā excellētiā in omni statu,& ætate super oēs gradus,& ętates,& super oēs cuiuscunq; status,
B & ętatis,& gradus in hac via, ergo per quandam excellentiam fuit collocata in gloria cęlesti in supremo gradu post Xp̄m sup oēs alios status,& ordines, & hierarchias omniū aliarum creaturarum. Et hoc patet discurrendo per oēs ætates, & status virginis Mariæ, q̄a in quolibet statū meruit sup oēs creaturas. Vñ dictū est in secūda dignitate virginis Mariæ: q̄ ipsa fuit sanctificata in primo instā ti sui esse per supremā gr̄am habitualē in supremo gradu post Xp̄m. ergo sequitur. q̄ in eodē instanti iā meruit supremū gradū gloriæ post Xp̄m super oēs sanctificatos, & hoc ex solis meritis passionis Christi. Itē dictū est
C in secūda dignitate, q̄ vsus liberi arbitrij fuit accelerans in virgine Ma. in vtero matris ante natiuitatem, & post natiuitatem in sua infantia,& pueritia, & per consequēs habuit ꝓpriam operationem meritoriam, postquā operabatur per gratiā confirmatā,& ad propositū. Ex quo patet. q̄ virgo Maria iā incepit mereri vitā æternā in vtero matris sup oēs sctificatos in utero. in quibus vsus liberi arbitrij fuit accelerat us, & sic ēt per tale libertatem arbitriū accelerati meruit in sua infantia,& pueritia operando per gr̄am à ꝓposito super oēs infantes,& pueros, quia secundùm gradum gratię,& caritatis est meritū operationis propriæ. Et sic virgo Ma. in sua infantia, & pueritia iam excellenter meritoriè operabatur,& merebatur in sua operatione, vt dictū est,& sic iam meruit coronā gloriæ excellenter super omnes infantes, & pueros illius ętatis,& status. Item dictū est in quarta
D dignitate qualiter virgo Ma. fuit singularis in sua desponsatione,& coniugio, quia simul cum virginitate seruauit fidē coniugalem sup oēs coniuges,& fidem virginale super oēs virgines. Et iō sicut meruit coronā virginalē super oēs virgines seruādo ea, quæ virginis sūt & pertinent ad statum virginalē. Ita etiā meruit coronā coniugalē super omnes cōiuges seruando fidē,& statū coniugalem. Item eodē modo meruit coronā super oēs concipiētes,& pregnantes,& parturientes,& lactātes & Christo ministrātes,& seruientes q̄a nulla mulier cū tanta diligentia, & caritate nutriuit filiū suū. Et nullus ex ministris Xp̄i cū tanta caritate,& cū tanta familiaritate. & diuturnitate, & cum tanto labore ministrauit xp̄o, sicut fecit Maria, prout dictum est. Item meruit aureolam super oēs martyres,& apostolos,& doctores, quia oēs superauit in martirio,& fide,& doctrina prout dictū est. Item
E meruit super oēs viduas coronam post obitū Ioseſ,& post Christi ascensionē, viuendo in statu vidua li exemplo vitæ, & doctrinæ alios docendo. Vnde totū spatiū temporis ab ascēsione Christi vsque ad obitū suū, virgo Ma. distribuebat in duas partes. Nā in vna parte temporis occupabatur in vita actiua. i. eleemosinas largiēdo,& ieiunādo,& loca sancta quotidie visitādo. In alia aūt parte tēporis occupabatur circa vitā contēplatiuā in oīonibus,& meditationibus rerū diuinarū, puta cōtēplādo misteriū incarnationis, & cōuersationis Christi in hac vita, & misteriū nostræ redēptionis, & cōtēplādo gloriā filij sui,& omnium beatorum, in quorum societate fiui desiderabat. In qua quidem contēplatione sæpè consolabatur familiari consortio angelorum,& colloquio. Et etiā sæpè rapiebatur in spiritu magis q̄ Magdalena vsque
F ad tertium cęlum. Et sic virgo Maria in vita actiua meruit super omnes actiuos,& in cōtēplatiua super oēs cōtēplatiuos. Vltimò aūt meruit in suo obitu super omnes ab hoc sæculo discedentes. q̄a cū maiore caritate discessit & cum maiori desiderio cupiebat dissolui & esse cum Christo. Et sic patet qualiter in merito excessit oēs status hoīum,& ætates. Et no solū excessit i merito oēs status hoīum, sed ēt oīm angelorum. Nā licèt fuerit æqualis angelis puritate, tñ superauit celsitudinē oīum angelorū i caritate,& diuinę maternitatis dignitate, vt inquit Aug. Et ideo virgo Maria meruit hierarchiam non solùm super oēs status hominū, sup oēs ordines,& hierarchias angelorū in portionib. bonis Xp̄i filij sui

cò q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eò q̃ per quandã excellentiã meruit, & adepta est coronã glorię super oẽs status, & sup oẽs cõditiones hoium, & angelorũ. Iõ in die eius assumptionis catat ipsi ecclesia in lectione missæ illud ecclesiastici. 24. In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate. dñi morabor &c. quasi dicat virgo Maria. Ego quęsiui requiem vitæ æternæ in omnibus statibus, & ætatibus, & in oibus cõditionibus, & operationibus meritorijs. Sed qa in omnibus illis merui coronã vitæ per excellentiam super oẽs homines, & angelos. iõ morabor ī ęternũ in hęreditate domini. i. in potioribus bonis filij mei super omnes ordines, & hierarchias omnium hominum, & angelorum. Et sic et cãtat ipsi ecclesia. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna. Itẽ Ma. virgo assumpta est in ęthereũ
B talamum, in quo rex regum stellato sedet solio. Et sic patet vndecima dignitas virginis Ma. qua dignificauit, & magnificauit eam filius eius in fine fui cursus. & peregrinationis quę est finis aliarum dignitatum.

Sed adhuc restat duodecima dignitas, quã singulariter exercet virgo Maria erga peccatores clamantes ad se peregrinantes in hoc sæculo, quæ dicitur dignitas intercessionis p quam virgo Maria sola dicitur mater gratię, & misericordiæ, & aduocata peccatorum, & mediatrix inter nos, & Christũm. Nam sicut Deus pater constituit Christum hominem mediatorem inter homines. & Deũ. propter quod homo Christus Iesus dicitur mediator Dei. & hominum per apostolum. & dicitur aduocatus apud patrem, ad Heb. Ita pariter Christus caput ecclesię constituit virginem
C matrem suam aduocatam: & mediatricẽ singularem inter nos. & ipsum. Vñ Xps dupliciter dr mediator Dei. & hominũ inquantum hõ. Primò quia est medius in dignitate, quia minor patre secũdum humanitatẽ, & maior, & dignior omni homine, & angelo, & iõ rõ est q̃ sit medius intercessor, & redẽptor internos. & Deũ. Itẽ quia est Dei filius sup omnia dilectus. quia gratia, & remissio nõ darur nisi intercessione alicuius dilecti, vt teneat medũ inter bonificãtem, & bonificandũ pp has ergo duas cãs Xps constituit virginẽ matrem suã mediatricẽ inter nos. & ipsum. Nã primo est minor filio. sed maior omni alia creatura ī gratia, & gloria, & ī omni dignitate, vt dictum est. Secundò quia est ubi mater & prædilecta super omnes alias creaturas.

Et ideo nunquam negat ipsi petitionem, nã D
sicut præ cęteris filius diligit matrẽ, ita non põt negare ipsi petitionem, qa amor, & dilectio est eã impetrationis cuiuscunq; rei potestas. Item virgo Maria præ cęteris diligit filium suum, & præ cæteris ipsi ministrauit, ergo filius non põt ipsi negare vicẽ amoris, & retributionis, quin audiat eã, & annuat ipsi in oi iusta petitione ex priuilegio ipsi concesso, eò q̃ cõstituit eã mediatricẽ &c. Vñ est valde aduertẽdũ, q̃ pp cõseruationẽ reipublicę ęę militatis, & ad reparationẽ reipublicæ triũ
E fantis & complẽdũ numerũ electorũ necesse fuit, vt cõstitueret Xps mediatricẽ virginem matrẽ suã inter nos, & ipsũ posẽ. cuius est tẽdere in finẽ, & præparare, & disponere ea q̃ sũt ad finẽ. Vnde manifestũ est, q̃ oẽs pctõres peccant contra Deũ patrẽ per inobediẽtiã puaricãdo eius præcepta, & iõ per talem culpam merentur pœnã ęternã, & ẽt tẽporalem. qua pp culpã occultã merentur pœnã æternã in futuro. sed pp pctã publica merentur pœnã æternã in futuro, & pœnas temporales in præsenti, de quibus nemo põt liberari nisi p intercessionẽ Christi mediatoris. Sed qa oẽs pctõres post baptismũ vltra hoc q̃ peccant per inobedientiã cõtra Deũ patrẽ. peccant etiam grauiter per ingratitudinẽ contra filium, eò q̃ eos redemit per suã passionẽ, & fecit eos suæ passionis participes q̃ baptismum, & ideo peccando post baptismũ videntur cõtemnere, & despicere passionem Christi, & sic nullus peccator meret q̃ Xps amplius intercedat pro ipso apud patrem, di-
F ne cuius intercessione nemo põt liberari a pœna ęterna. nec tẽporali, nec culpa. quam q̃ se voluntariè perpetrauit, iõ fuit necesse, vt Christus constitueret matrem suam prædilectã mediatricẽ inter nos, & ipsũ. vt in singulis casibus intercedat pro nobis inter nos, & ipsũ, & mitiget irã eius pp tale ingratitudinem, & vt filius placatus precibus matris intercedat pro nobis apud patrem. Et iõ dicit beatus Bernardus, q̃ sicut filius, q̃ nobis semper ostendit patri latus, & vulnera, ita mater filio pectus, & vbera. Et hoc videmus manifestè de multis deuotis virgini Mariæ, qui in grauibus peccatis, & sceleribus laborãtes, tamen finaliter venerunt ad pœnitentiam. Et etiam inter peccata liberantur à magnis malis, & periculis temporalibus: ne pereant in eis, sed perducantur ad finalem pœnitentiam. Itẽ videmus quãdã ciuitates, & ppos
&

& oppida, quę pp pctã publica patiũtur multa dãna, & persecutiones, & infirmitates, & aduersitates. sed quia diuina officia virginis Mariæ in eis frequentantur, & deote celebrantur, ideo miraculosè ab illis aduersitatibus liberantur, nec punitintur quantum eorum scelera merentur. Quod non fit, nisi pp iuges preces virginis Mariæ fusas, p deuotos eius apud filiũ, qui placatus precib. matris intercedit pro nobis apud patrem. & sic in hac peregrinatione non relinquitur nobis aliud refugiũ in nostris tribulationibus, & aduersitatibus, nisi recurrere ad virginem Mariam mediatricem, ut velit placare iram filii, qui permittit nos flagellari pp ingratitudinem. Et hoc probat Aug. in lib. Cur Deus
B homo, dicens. Est adhuc quoddam singulare præsidium, & refugium post Deũ, & maxima fiducia, quam in illo regno habemus. Regina in. f. sororem nostram, & Dei genitricem semperq; virginem Mariam, quæ nõ cessat apud Deum pro hominib. semper interuenire. Et maximè pro illis, quos filium suum congruè imitari uidet, & pro illis, qui aliquando de malo ad bonum redire uolũt. Credere aũt indubitanter possumus quoniã non est aliquid, quod filius matri suæ petenti debeat negare aut uelit. Hæc est reuera virgo Maria de qua processit Dei sofia: quæ peccatoribus sanis est pia, per quam patefecit salutis via. Qui ergo ab ea auxilium postulauerit, & postulans perseuerauerit, nunquàm ab ea vacuus recedet. Frustra. n. alios sanctos oraret ille: quem ista non adiuuaret: & vt magis dicam, quod alii sancti minimè auderent: hęc quadam congruenti autoritate a filio postulans obtineret. Hæc aug. In quibus
C bus uerbis nobis ostendit, q̃ Christus post se hoc singulare refugiũ nobis reliquit, & quo post Christũm hanc uirginem habemus aduocatricem, quæ pro nobis intercedere nõ cessat, & qño rõne affinitatis maternalis, & filialis dilectionis, nil Christus potest ipsi negare. ergo semper ad ipsam ante omnes sanctos est recurrendum]. Et hæc est ultima, & singularis dignitas qua Christus dignificauit, & magnificauit uirginem matrẽ suam: quia constituit ipsam mediatricem inter nos & ipsum. Duodecim ergo sunt dignitates, et priuilegia singularia uirginis Mariæ, quibus Christus filius eius super omnes alias creaturas eam dignificauit, & magnificauit. Primò: quia singulariter eam ab æterno prædestinauit. Secũdo. quia singulariter eam in sua creatione sctificauit, & ab oi pctõ præseruauit. Tertiò. quia in utero matris, in ea usum liberi arbitrii, & rationis singulariter ad merendum accelerauit. Quarto, quia in eius coniugio fidem virginitatis simul cum fide coniugali seruauit. Quintò, quia singulariter sine uiro, & corruptione concepit, & absq; oi grumna eũ virginitate peperit. Sextò, quia in tali conceptu, & partu mater Dei, & filij Dei est effecta. Septimò. quia in illa obumbratione spiritussancti intellectum purgatum, & heroicum est adepta, & profeta, & euangelista simul effecta. Octauò, quia familiarius, & diutius, & laboriosius Christo ministrauit. Nonò, quia coronam, & aureolam martirii super oẽs apostolos, & martires est consecuta. Decimò, quia à sententia in cinę rationis fuit excepta. Vndecimò, quia fu per E omnes hierarchias hominum. & angelorum in cœlo immediatè post filium est collocata, & exaltata. Duodecimò, quia mediatrix inter homines, & Christum in singulare præsidium est constituta. Hæc ergo virgo Maria mater Dei est illa mulier amicta sole, & habens lunam sub pedib. suis, quam uidit Ioã nes in Apoc. Et hæc est illa corona, & diadema stellarum duodecim in capite eius, quæ sunt 12. dignitates, & priuilegia, quæ per gratiam merut uirgo Maria, quibus correspondent 12. præmia in gloria. Et ideo sicut istis 12. dignitatib. dignificauit, & magnificauit Christus uirginem in hoc sęculo per gratiã, & in cœlo per gloriam, propter quas oẽs generationes prędicant eam beatam. Ità ipsã in hoc cãtico agendo gratias magnificat Deum dicens. Magnificat &c. Quasi dicat, a- F nima mea magnificat dominum, qui potens est, & sanctum nomen eius, pp ista duodecim magna priuilegia, quæ fecit mihi, ex hoc quia fecit mihi ista magna, omnes generationes dicẽt me beatam. Et hoc de secũdo principali quęsito. Sed nunc restat respondere ad tertium principale quæsitum. s. quare uirgo Maria dixit in hoc cãtico, quod oẽs gnationes debebant ipsam dicere, & pdicare beatam per supradicta. 12. priuilegia, & dignitates, cum nos uideamus Iudęos ipsam blasfemantes &c. Ad hoc respondetur, quod ista tria nomina, scilicet gentes, nationes, & generationes, communiter in sacra scriptura significant populum gentilem, qui uiuebat secundum naturam, & carnem,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & non ſm legem, ut dictum eſt per totam expoſitionem libri pſalmorum, quæ quidem gentes, & gñationes erant uenturæ ad fidem Chriſti, & debebant fieri filii Iſrael, & Abrahæ ſm ſpiritum, & laudare nomen dñi, & Deum Iſrael, & Meſſiam in lege promiſſum, vt videmus eſſe completum. Quæ quidem gñationes ſicut nunc laudant nomen dñi, q̄ eſt Chriſtus verbum incarnatum, ita pariter laudant virginem matrē eius, & dicunt eam beatam. Quæ quidem gñationes licet non ſimul uenerunt ad fidem, ſed ſicut ſucceſſiuè uenerunt per oēs partes mundi, ita ſucceſſiuè laudauerunt nomen domini, & beatam dixerunt matrem eius, quia non fuit aliquod regnū, nec prouincia, quæ non uenerit ſucceſſiuè ad fidem Chriſti, ſicut dictum eſt Pſal. lxxj. & cix. & ſic Iudæis reprobatis
B blaſfemantib. Chriſtum, & matrem eius, omnes generationes populi gentilis uenerunt ad fidem, & laudarunt Chriſtum, & beatam dixerunt matrem eius. Sed quia noſtris demeritis exigentibus Arabia, quę in multis hæreſib. laborabat, receſſit à uera fide Chriſti fraude Maometi, & ſuorum, & incidit in illam ſectam, quæ poſtea maiorem partem mundi decepit, & uſurpauit, ideo in magnā partem fuit perturbata a uera laude Chriſti, & virginis matris eius, eo q̄ negāt Chriſtum eſſe Deū. Sed non tantū fuit perturbata, quin dicat Chriſtū ſanctū ſuper omnes homines, & filium ſpiritus Dei, & virginem Mariam beata ſuper oēs mulieres, & ſuper oēs gñationes. Aſſerunt ēt Chriſtum eſſe maximum profetā ſanctū ſuper oēs ſcīos, & ſapientem ſuper oēs ſapientes, & profetam ſuper oēs profetas, & potentē in miraculis ſuper oēs potentes, natū ex uirgine ſine patre. Vnde Mahometus volens commendare ſe-
C ipſum, & autorizare fraudem ſuam, finxit in Alcorano ſuo, in capitulo filiorum Iſrael, quod quadam die dum erat in oratione fuit raptus ab Angelo Gabriele, & portatus a Meca in Hieruſalem. Et exinde aſcendit in cęlum cū angelo uſq; ad oratorium Dei, à quo accepit librum Alcorani, quod interpretatur collectio præceptorum Dei, & iō cōmuniter introduxit Deum ad loquendum quaſi per totum Alcoranum. Et ſic in capitulo Elbachera dicit Deus. Dedimus Ieſum filium Mariæ, ut faceret prodigia, & miracula manifeſta, & fecimus eum per ſpm ſanctū. Itē in
D infra dicit, Inſufflauimus in Mariā de ſpū noſtro. Itē ibidē dicit, q̄ xp̄s fuit ſuæ matri per angelū annunciatus, & per ſpiritū ſctū ſcīū catus, & conceptus ex uirtute Dei de matre uirgine ſctiſſima, & puriſſima ſup oēs mulieres. Item in capitulo Elneide, dicit Deus. Li mitauimus veſtigia eorum horum per Ieſum filiū Mariæ veraciſſimum patentes, & dedimus ei euangeliū, in quo eſt ucra directio, & lux, & veritas manifeſta, & ſic Maometus q̄ que appellat Chriſtū uerbū Dei, quandoq; ſpiritum Dei, & nunciū Dei, quandoque animam Dei, ſed non uult appellare ipm Deum, concordando cum hæreti Arriana. Item in cōmēdationem uirginis Mariæ dicit in
E capitulo Amarā, q̄ dixerūt angeli ad Mariam, O Maria, Deus prętulit te ſup oēs mulieres O Maria Deus euāgelizat tibi de uerbo ſuo, & nomen Chriſtus Ieſus filius Marię. Itē in capitulo Elneſſa dicit. Nō dicatis de Deo ni
F ſi ueritatem, quia Ieſus filius Marię eſt nuncius Dei, & uerbum Dei, quod ipſe poſuit in ea per ſpiritum ſanctum. Et ſic dicūt omnes Alfaquini, id eſt doctores ſarracenorum, q̄ poſtquam Deus, & angeli & Mahometus ap pellant uirginem Mariā ſanctam & beatā, q̄ ſit anathema omnis ille, qui eam non fuerit ueneratus. Vnde quidā Alfaquinus uocatus Aben Rodoam uolens exponere illa uerba quę dixerunt angeli ad Beatam Mariā ſ. O Maria Deus prætulit & elegit te ſup oēs mulieres &c. dicit in ſuo libro quem intitulat illorum Mariez, q̄ illa uerba tanquā cōſolatoria dicebant angeli tripudiantes in partu uirginis Mariæ, lętificantes eam de filio ſuo magno profeta, quem in uirginitate peperat. Item dicit in eodem libro, quōd quādo Herodes cum ſuis militibus quęrebat puerū Ieſum in Betleem & Hieruſalem, vt interficeret eum cum cęteris innocentibus, tunc vir-
G go Maria tranſibat inter eos cum puero ſuo nis; & non videbāt puerum nec matrem, eo quod angeli occecabant eos, & ſic virgo Maria tranſiuit illæſa uſq; ad fines Iudææ intran in Aegyptum. Item dicit, quod quidā agricolæ annunciauerunt Herodi qualiter uidebant Martā fugientē cū puero in Aegyptū, quo audito Herodes cōſeſtim miſit milites, q̄ occiderent infantē & matrē, q̄ de militibus ſic quēs in deſcenſu cuiuſdā collis uiderūt Ioſef cū Maria & infantem in fundo uallis iuxta quecā ſoure. ſic cōcitato paſſu ſcęperūt curere cōtra eos, quos uides Maria dixit ad ſuū ſi-
cendum

A dēſtum te & me, ergo ſalua temetipſum & me. Erat autem ibi iuxta fontem quædam antiquiſſima ficulnea habens truncum groſſiſſimum & latum & concauum ex nimia antiquitate, ad quam ficulneam ſe appodiauit virgo Maria tenens infantē in brachijs. Quæ quidem ficulnea illico ſe aperuit in duas partes ad tactum virginis Mariæ, & tunc Maria cum infante poſuit ſe intra ficulneam apertam, quę ſtatim iterum clauſa eſt occultans matrē cum puero. Venientes autē milites ad fontem non inuenerunt nec viderunt niſi ſo
B lū Ioſef cū aſino. Qui dixerūt, vbi eſt mulier, quam propeximus de colle tecum exiſtentē iuxta fontem cū puero in manibus? Quibus Ioſef reſpondit, neſcio. Vos uidetis nullū me cū eſſe niſi aſinum cum iſta ficulnea. forſan iſta ficulnea viſa eſt vobis mulier. Tunc
C milites putantes ſe deluſos in viſu reuerſi ſunt via qua uenerant, & ſic iterum aperta ficulnea Maria exiuit illæſa, & ſedens ſup aſinū profecta eſt in Aegyptum ſimul cum Ioſio & Ioſef. Itē dicit vlterius, q̄ Maria puenit cum puero ad locum prope magnam ciuitatem, quæ nūc dicitur Caire, vbi eſt fons, ex cuius aqua rigatur vna vinea, ex quibus vitibus diſtillat balſamum, in quo fonte Maria lauabat pannos pueri Ieſu, & lauabat ſeipſam, antequam faceret zalā. i. oratio-
D nē. Et iō firmiter credunt omnes ſarraceni, q̄ ideo ſola aqua illius fontis eſt vtilis, & habet virtutem ad rigandum illam vineam, eō q̄ virgo Maria lauabat ſe & pānos Ieſu in illo fonte, & iō nulla alia aqua habet illam virtutē, præter illam. Et hinc eſt q̄ nullus ſarracenus
E audet ſe lauare in illo fonte ante orationē. C dicunt enim q̄ nullus eſt dignus lauari in illo fonte, vbi virgo Maria lauit ſe cum filio ſuo. Item dicunt ſarraceni, q̄ dum virgo Maria fuit in illo loco Aegypti, nulla mulier parturiens potuit peticitari, ſi virgo Maria imponeret ipſi manus, & ideo omnes partu rientes vocabant eam, vt imponere ſibi mabentes infantes infirmos veniebāt ad Mariā, & ipſa impouebat manus infantis Ieſu ſup eos, & ſanabantur à quacunque detinebantur infirmitate. Itē ego audiui à fide dignis: qui cauſā viſitandi loca ſancta fuerūt in Hieruſalem, qualiter ſarraceni venerantur valde ſepulcrum virginis Mariæ, quod eſt in valle Ioſaphat vbi frequenter Sarraceni faciunt zala
F dicit, orationem, imo dixit mihi quidam miles, quōd decies iuit in vna die ad ſepulcrum virginis vt faceret orationem, & nunquam potuit intrare, quia ſemper inuenichat ibi ſarracenos facientes orationem, qui non permittebant ipſum intrare, dicente, ipſum nō eſſe dignum intrare ſepulcrum tantæ virginis. Vnde ſarraceni non habent in tanta veneratione ſepulcrum Chriſti, ſicut ſepulcrum virginis, eo quōd non credunt Chriſtum miſſe mortuum nec ſepultum, imo dicunt, q̄ quando Iudæi voluerunt rapere Chriſtum in horto, q̄ angeli rapuerunt Chriſtū in cęlū, & ibi manet viuus in ſocietate Dei vſq; ad Antichriſtum, quia tunc mittet eum Deus, vt interficiat Antichriſtum, vt dicit Mahometus in Alcorano. Imo dicunt quidam Alfaquini, quōd Ieſus Chriſtus non ſolum interficiet Antichriſtum, ſed etiā omnes Iudęos, eō q̄ voluerunt ipſum interficere. Ex quibus
G omnibus pater, quōd licēt Sarraceni decepti per Mahometum non habeant rectam fidē de diuinitate Chriſti, tamen venerantur ipſū tanquam verbum, & ſpiritum, & animam Dei, & nunciū Dei, & profetam ſuper omnes profetas, & venerantur virginē Mariā matrem Chriſti aſſerentes ipſam uirginem ante partum, & poſt partum, eſſe puriſſimā & ſanctiſſimam ſuper omnes mulieres abſq; omni peccato, imo ſi quis oppoſitum diceret lapidibus obrueretur. Et ſic prædicāt ipſam beatam ſuper omnes generationes.

Ex quibus patet, q̄ nō ſolum omnes generationes populi gētilis, quę ſucceſſiuè p̄ omnes partes mundi uenerunt ad fidem Chriſti, dixerunt beatam virginem Mariā, ſed ēt modo tām ſaraceni quām chriſtiani omnes deſcendentes de generatione, & natione populi gentilis dicunt, & prædicant virginē Mariam beatam, & felicem vt dictum eſt, licet Iudæi blaſfement ipſam. Et hoc intendebat dicere Maria, eum dixit. Beatam me dicēt omnes generationes, quaſi diceret Iudæis reprobatis, & in ſua cecitate obſtinatis, beatā me dicent omnes generationes. ſ. populi gētilis, quę ad fidem conuertentur. Et hoc declarabit in ſequētib. cum dicet, q̄ filius ſuus diſperſit Iudęos ſuperbos, & depoſuit eos de ſede ſacerdotali, & exaltauit humiles gentiles credētes, & impleuit eos bonis ſpiritualibus. Et ſic omnes iſti credentes, & exaltati dicunt beatam virginem Mariā. Hoc eſt ergo argumentum, quōd virgo Maria facit in prima parte huius cantici. ſ. quia Deus eſt oipotens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tens, & nomen eius sanctum, quod est verbum incarnatu. f. Iesus Christus Deus, & homo. ideo fecit magna mihi mati suæ. i. magnis dignitatibus, & priuilegijs me magnificauit, & ideo ex hoc beatam me dicent omnes generationes conuersæ ex populo gētili Iudeis reprobatis, & ideo magnificat anima mea dominū, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. prout latius patebit.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

Hec est secunda pars huius canticī: in qua virgo Maria magnificat Deum in persona totius ecclesiæ propter bona quæ tota ecclesia recepit in aduentu Christi: per hoc volēs ostendere, quòd non solū ipsa obligat D eū magnificare, eò quòd filius suus eam magni
B ficauit, & dignificauit priuilegijs, & dignitatibus supradictis. sed etiam tota ecclesia obligatur Deum magnificare, eò quòd Christus eam redemit, & exaltauit, & multis bonis spiritualibus repleuit, & ditauit. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ quia dictū est supra, q̄ Christus filius virginis est nomē Dei potens, & sanctum, & per consequens continet in se essentialiter, & naturaliter omnipotētiam, & summam sapientiam, & iustitiā, & misericordiam, & sic dicitur brachiū patris & sapientia patris, ideo venit in carnem ad notificandam, & exercendam omnipotētiā & sapientiam, & iustitiam, & misericordiam in mundo in opere nostræ redēptionis. Hoc ergo volens ostendere, quatuor facit virgo Maria in hac secunda parte huius cantici.

Nam primò dicit, qualiter Christus exercuit
C suam misericordiam erga timentes Deum, & humiles in suo aduentu. Secūdò qualiter exercuit suam potentiam contra superbos, eos dispergendo de mente cordis sui. Tertiò qualiter exercuit suam iustitiam, potētes superbos, & ingratos deponēdo de sede, & humiles exaltando. Quartò qualiter suam exercuit sapientiam simul, & misericordiam, esurientes humiles replendo bonis, & diuites ingratos, & superbos inanes relinquendo. Secūdum ibi. Fecit potentiam. Tertium ibi. Deposuit potentes. Quartum ibi. Esurientes implevit & cetera.

Quantum autem ad primum est aduertēdum, q̄ licèt Christus venerit in carnem ad ostendendam, & exercendam omnipotētiā, & iustitiam, & sapientiam, & misericordiā; tamen principaliter venit ad ostendendam D misericordiam suam in opere nostræ redemptionis, de seruitute, & captiuitate peccati nos liberando, quod non potuit fieri absque omnipotentia, & sapientia, & iustitia. Ideo patres veteris testamenti omnes expectabant eum, vt faceret nobiscum misericordiā, nos à peccato liberando. Iō dicebat Dauid psalmo 79. Excita potentiam tuam, & veni, ostēde faciem tuam, & salui erimus. Item psalmo 84. Ostende nobis domine misericordiā tuā, & salutare tuum da nobis. Sed quia actus actiuorum sunt in patiente dispositio, ideo oportet, quòd homo disponatur per aliquā dispositionem vt sit aptus ad talem gratiam, & misericordiam Christi, & remissionem peccatorum recipiendam. Sed quia humilitas est prima dispositio, & radix omnīū virtutum, & gratiarum, sicut supradictum est, iō E oportet, q̄ homo disponatur per humilitatē ad gratiam, & misericordiam Christi capessendam. Vnde sicut superbia reddit homines ineptum ad omnem virtutem, & gratiam recipiendam, ita humilitas reddit ipsū aptum, & habilem ad omnem virtutem, & gratiam capessendam, & remissionem cuiuscunque delicti, & veniam cōsequendam. Iō dicit Iaco. in canonica sua cap. 1. q̄ Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Item psal. 17. Tu populum humilem saluū facies, & oculos superborum humiliabis. Et sic patet, quòd sicut oportet, q̄ ex parte Dei sit sanctitas, & misericordia ad gratiam, & veniam, & remissionem conferendam. ita oportet vt ex parte hominis sit humilitas ad talem gratiam, & remissionem recipiendam F & merendam, & consequēdam, quia Deus respiciens humiliratem, & timorem in homine, dat ipsi gratiam, & veniam, & reuelat ipsum à miseriam in qua est. Vnde sicut superbis, & temerarijs negat veniā, ita humilibus, & timentibus non negat misericordiam, & remissionem peccatorum. Et ideo hæc est causa quare Xps non vsus est misericordia cum diabolo superbo, & Iudeis obstinatis, quia eorum superbia, & temeritas non meruit ueniam, & remissionem, quia erāt inepti, & indispositi ad misericordiam, & veniam capessendam, & sic profuit omnibus humilibus, & timentibus Deum, quales fuerunt omnes fideles, & apostoli, & discipuli de populo Iudaico, & cōuersi ad fidē Christi de populo gentili. Et hoc intendit dicere virgo

A virgo Maria in hoc versu. Vnde ait: q̄ sicut dīs cuius nomen est potens, & sanctum, respexit humiliratem in ea, pp quam fecit ipsi magnalia supradicta, ita pariter respexit humilitatem & timorem in cæteris omnibus fidelibus, & ideo misericordia eius non subuenit nec profuit superbis, & temerarijs, & impenitentibus diabolis, & Iudæis obstinatis, sed profuit omnibus humilibus, & fidelib. timentibus eum, conuersis tā de populo gētili quām iudaico. Quæ quide mia processit primò à progenie Iudæorum in apostolis, & cæteris fidelibus recipientibus Xpm ex illo populo, & successit in progenies gentilium prædicatione apostolorum, & ita fructus redēptionis subuenit, & profuit successiuè oibus timentibus Deum à progenie in progenie,
B & ab ætate vsq; in finē mundi. Ad hmōi aūt intellectū est aduertēdū, q̄ ista se habent per ordinem, f. humilitas, & timor Dei, & caritas affectiua, & spes, quia vltimum præsupponit primum, & per ordinem omnia sequentia. Nam ex humilitate sequitur timor Dei, & ex timore sequitur fides, & ex fide caritas, & ex ea caritate sequitur spes, & iō qui non habet humiliratem nullū aliorum pōt habere. Nā superb. nec timet homines nec timet Deū, & si non timet Deum non credit, & per consequens non diligit nec ponit spē in eo. Sed si homo est humilis timet diuinū iudiciū, & per consequens credit, & exinde amat Deū, & per consequens ponit spem in eo. Ex quo patet, quòd fides quæ est principium virtutū theologalium præsupponit, & includit humiliratem cum timore. Et hanc humiliratem fi-
C de, spe, & caritate formatam ostendit virgo Maria q̄n dixit. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et hanc humiliatem respexit Deus in ea, propter quā voluit ex ea carnem assumere, & pp quam fecit ipsi magna supradicta, eo modo quo dicit ipse est. Et iō dicit Maria, & sicut Deus respiciendo in ea humiliratē fecit ipsi magna supradicta, ita respiciendo humiliratē, & timorem in oibus fidelibus à progenie in progenies eius mia profuit oibus timētibus, eò q̄ humilitas, quæ est radix omnīū virtutum, & timor Dei, qui est initiū sapientiæ, est quædā dispositio ad recipiendā miam Dei, & fructum redēptionis. Sed est iterū aduertēdum, sicut dictum est pf. 18. & quadruplex pōt esse timor. f. seruilis, filialis, castus, & sanctus. Aliter enim timet seruus, aliter filius, aliter vxor, aliter vir iustus, & sanctus. Seruus D enim timet facere malum ne verberetur à domino. Filiꝰ vero timet patrē, ne priuet ipsū hæreditate. Vxor vero timet virū, ne separetur, & dimittat illam. Sed vir iustus, & sctūs timet peccare contra Deum nō propter aliquod proprium interesse, sed ne displiceat Deo, quem diligit in se, & pp se, & plus quam seipsum, quia vir sanctus oblitus suipsius diligit Deū super omnia, & si quid aliud diligit, illud diligit in Deo, & propter Deum, & sic diligit se in Deo, & non principaliter in se, & ille talis timor est cum summa caritate, quæ mittit foras oēm seruilem timorem, licèt includit timorem filialem, & castum, quia timor sanctus ēt timet perdere Deum, & eius hæreditatem. Est vetum q̄ timor seruilis, quo timent peccare mali formidine pe-
E næ, licèt non sit perfectus, tamen nō est malus, eò q̄ opponitur reme riari. Vnde licèt talis timor non sit meritorius, tamen potest esse principium, & via ad timorem filialem, & castum, & sanctum, quia trahit hominē ad alios tres sequentes timores secundum ordinem perfectionis, quia timor seruilis trahit ad filialem, & filialis ad castum, & castus ad sanctum, qui constituit hominem in summa perfectione. Vnde sicut acus se habet ad filū quia perforando trahit ipsum coniugendo pannum vnum cum altero, & missa acu foras, manent partes panni consutæ, & iunctæ per filum. Ita pariter timor seruilis formidine futuræ pœnæ pungit, & penetrat cor hominis. Et exinde trahit secum ad timorem filialē ne perdat pctōr gloriā Dei, & sic pctōr iam magis adhæret Deo. Et exinde ille talis nititur recuperare Deū per pœnitentiā, et sic
F iam est in amore, et timore casto, et vxorali timendo ne perdat Deū, et per cōsequēs gloriā eius, et sic timebit ipsi displicere solū propter eius bonitatē. Et sic, misso foras timore seruili, manet anima hominis cōsuta, et coniuncta Deo, filo timoris, et amoris sancti sub quadam extasi in Deum transformata, vt inquit Dion. et magis in Deo amato quàm in corde qđ informat, et animat, vt inquit Aug. Virgo aūt Maria licèt iā in sua prima sāctificatione fuerit à Deo dispōsita per humilitatē formatā fide, et spe, et caritate, et p consequēs timore filiali, et casto, et sctō, qui quidē timor rāctus cōstituebat ipsā in sūmo gradu perfectionis, et respiciēs Deus in ea hāc humilitatē sic formatā, fecit ipsi cætera magna

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sequentia. s. virginē cū fide coniugali. & cum fecunditate, & matrē Dei &c. ñ ad hoc, q̄ Deus dēt homini gr̄am gratificā ex meritis suæ passionis: oportet, & sufficit, q̄ sit dispositus per humilitatē formatā timore sāltē seruili: & filiali, s. q̄ timeat pœnas futuras, & timeat perdere gloriā q̄ Deus promisit diligētibus se: imò desideret talē gloriā, & gratiam p q̄ Deus dat talē gloriam, q̄ non pōt fieri sine fide saltē informi, & tunc Deus informat illā fidē p caritatē, & spē firmam. & p consequens p gr̄am. Sed quia apostoli, & cęteri discipuli ad primā vocationē habuerunt tale humilitatē, & timorē, & fidē audiendo Xp̄m, & populus gentilis audiendo ap̄los: iō sicut fides ap̄lorum fuit postea firmata, & formata p caritatem, & gr̄am: ita ēt & humiliras, & fides gentilium: & oibus istis ꝓfuit

B mīa redēptionis Xp̄i: semper p̄supponendo, q̄ xp̄s p gr̄am p̄uenientē disponebat primò corda eorum p humilitatem timore seruili, & filiali formatā: ad recipiēdam gr̄am redēptionis, qa cuius est introducere formā, cius est disponere materiam, & subiectū, vt dictū est. Et iō dicit virgo Maria, q̄ mīa eius, & fructus redēptionis tm̄ profuit sic timentibus Deū, & nō resistentibus, & hoc à progenie i progenies. Nā talis mīa, & fructus redēptionis: primò datus est ap̄lis, & discipulis Xp̄i, q̄ erant de progenie Iudæorū. Et exinde processit in progenies, gentilium p p̄dicationē ap̄lorum, & discipulorum, & sic ēt transiuit successiuè ex vna progenie, & ætate in aliā vsq; ad magnū Constantinū, & exinde ab vno regno in alterum, & ex vna lingua in alterā: vsq; quò totus mūdus puenit ad fidem-

C Xp̄i: & sic in catolicis Christianis p̄seuerabit a progenie vsq; ad finem mundi, vbi recipiemus vltimam perfectionem, & præmium ex meritis passionis Christi in corpore glorificato, & anima beata. Deinde cum dicit,

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui

Explicat, q̄ superius implicitè dixit. s. q̄d Deus oīpotens cuius nomen est sctū, & misericors, vsus fuit sua mīa cum solis humilibus timentibus eum, quia mīa eius solis timentibus Deum, & humilibus profuit: hic aūt dicit, q̄ Deus cum sit potēs non vsus est misericordia, sed iustitia, & potentia cum superbis, & temerariis, & obstinatis Iudæis, & cæteris infidelibus: eò q̄ non solum noluerunt recipere beneficium miæ, & redemptionis Xp̄i: sed etiam ex nimia superbia, & anuaritia noluerunt disponi per humilitatem, & timorē, nec audire prædicationem, & legem Xp̄i, q̄ disponit ad gr̄am redemptionis recipiendā. Et sic non solum formam, sed nec ēt dispositionem noluerunt recipere: qa noluerunt intelligere, vt bene agerent. imò contēpserūt, & toto conatu restiterunt. & gratis odierunt xp̄m, & crucifixerunt. Et iō Christus nō solum puniuit eos pœna damni: auferēdo ab eis fructum redēptionis, & regnum Dei, & dando ipsum timentibus eum, & populogē tili facienti fructum humilitatis, & fidei: sed ēt puniuit eos pœna sensus, & dispersionis, & captiuitatis in præsenti, & pœna æterni ignis in futuro. Et sic ostendit in eis potentiam puniendo, & non misericordiam rediD mendo. Et hanc potentiam ostendit Deus pater p filium, q̄ dr̄ brachium patris. Nam filius Dei incarnatus dr̄ nomen patris: inquantū pater p ipsum filiū incarnatum seipsum mundo notificauit, & manifestauit, & dr̄ misericordia patris, inquantū per ipsum mundum redemit. Sed dicit brachium patris: inquantum p ipsum suā potentiam exercuit i miraculis faciēdis, & in malis puniēdis, & diabolis superandis. Et iō dicit virgo Maria, q̄ Deus pater nō fecit mīam: sed potentiam i brachio. i. cum filio suo cōtra superbos Iudæos, & infideles, sed fecit potentiā. & iustitiā eos puniendo, & sic dispersit eos superbos mente cordis sui. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ Scribæ, & Phanſæi, & sequaces eorū multipliciter fuerunt superbi in mente, & intentione cordis sui. Et iō Christus multipliciter dispersit eos a superbia, & mēte superbiæ cordis sui. Vñ primò Scribæ, & Phanſæi erant superbi gloriātes de propria natura carnali, & de generatione. Et ideo putabant, q̄ soli filij Abraam, & Israel erant saluandi, & debebāt esse liberi ab omni seruitute. Et ideo dixerunt Christo Ioan. 8. Nos semē Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnquā. Sed ò erāt superbi in honoribus. Nā licèt ostenderent humilitatem exterius: tamen intrinsecus erant lupi rapaces. Matthæi. 7. Et quærebant primos accubitus in mensis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabi. vt patet Matthæi. 23. Tertiò erant superbi in dñio: qa timebāt perdere cathedrā Moysi: in qua iudicabāt iudicia, & timebant perdere sceptrum

A sceptrum, & sacerdotium, & emolumēta oblationum, & sacrificiorum, & iō dixerūt. Si hunc dimittimus, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentē. Ioā. 11. Et ex tali superbia, & mala mente cordis sui, & mala intentione crucifixerūt Christū. Quartò fuerunt superbi in mente cordis sui, & inflati intelligentia scripturarum. Nd sicut erant carnales, & tales, totam scripturam trahebant ad sensum carnalē, & ad lucrū suū. Et iō noluerunt humiliari ad audiendam doctrinam Christi: qui scripturam legis, & prophetarum eis spiritualiter, & ad verum sensum declarabat, & contra eorum superbiam, & auaritiam, & cęcitatem prædicabat, vt patet per totum discursum euangelicum. Et iō timentes perdere sacerdotium, & sceptrū iudicia-

B lia, & honores: interfecerunt Christū. putantes oia supradicta pericula euadere, & ipsū de terra posse delere, & sic putabāt manere in superbia mētis cordis sui, & putabant manere in superbo proposito, & mala intentione. Sed de tali superbia, & mala mente cordis sui dispersit, & dejecit eos dñs noster Iesus Xp̄s post suam resurrectione, quia in omnia pericula, & maiora, q̄ vitare cupiebāt, in eidem, & totū oppositū euenit eis, vt probatum fuit Pl. 2. Nā primò venerunt Romani, & obsederunt ciuitatē eorum, & post longā obsidionem, & famen, & mutuā stragē, & cędes, & internas seditiones, & homicidia in testina Romani cęperunt ciuitatem, & combusserunt eam cum templo, & in ore gladii resistum eorum partim trucidauerunt, & partim per mundum in captiuitatē dispersę runt, & sic perdiderunt locū, & gentē, et sacerdotiū, et oblationes, & honores, et hostiā, C et sacrificiū, et q̄ peius est, perdiderunt intelligentiā scripturæ legis, et profetarū, et mansuerunt obstinati in sua cęcitate, nō valentes ꝓpere veritatē factæ scripturæ, q̄ est cibus, et potus spūalis ipsius animæ, sed tanquam canes latrātes circuibunt ciuitatē sacræ scripturæ vsq; in finē mundi. Sed quia nunquā saturabuntur nec gustabunt veritatē in scriptura: quia nunq̄ euenier eis, quod desiderabant: iō semper murmurāt, et murmurabūt expectātes frustra fore aduentum Messiā, vt dictū est Ps. 58. et sic vadunt dispersi, et captiui p mundū semper sub seruitute. Et sic patet qualiter Deus pater fecit potentiam in brachio suo, qui est Christus: quia per xp̄m ostendit

potētiā suā cōtra Iudæos obstinatos. Et qūo D dispersit superbos mēte cordis sui, et dejecit eos a superbia, & mala mēte, & malo proposito cordis sui: quia omnia mala quæ putabāt vitare: euenerūt eis. Et frustrati sūt in desiderio mētis cordis sui, & in bonis conseq̄ putabant Xp̄m occidendo. Et not 2, q̄ virgo Maria tanquā vera profeta loquitur, & prænunciat futuram destructionem Iudæorum p verba de preterito pp certitudinē profetiæ: q̄ videbat in spū ꝓterico, q̄. filius existens in vtero, infundebat in mente eius: qa filius est ille q̄ loquebaī p linguam matris. Et iō maiorē. i. clariorē certitudinē de futuris mysteriis Xp̄i habuit: q̄ aliquis aliorum profetarū, & modum dispersionis. Et ideo per verba de præterito prædicit futuram dispersionem, & destructionem Iudæorū. Deinde cum dicit.

Deposuit potentes de sede, et exaltauit humiles. E

Ostendit qualiter Christus in suo aduētu exercuit suā iustitiā cōtra ingratos: eos de se de potestatis deponendo, & humiles in locū eorū exaltando, & substituēdo. Ad cuius intellectū est notando, q̄ sicut iustitia dictat, vt superbus humilietur, & humilis exaltet. Ita dictat, vt ingratus deponatur de sede dignitatis, & potestatis, & humilis, & gratus exaltetur, & substituatur, & succedat in locum eius. Et ita fecit xp̄s tanq̄ iustus iudex. Nam ipse primo ante incarnationem libera uerat illum pp̄m de captiuitate Aegypti, & expulsis Cananeis dedit illis terram promissionis, & dedit eis regnum, & sacerdotium in ea, & dedit eis profetas, p quos ꝓmisit eis futurū saluatorē, & redemptorem aiarum, et glorificatorem etc. Quì postea venit in carnē, si- F cut promiserat, et incepit exercere officiū sibi à patre iniunctū. i. legē, et profetas ad verā intelligentiā declarare, et virtutes insere re, et vitia carpere, et extirpare, et miracula operari. Sed Scribæ, et Fariſæi superbi, et inuidi, et de tot, et tāt is beneficis ingrati: timentes perdere dñium, et sedē iudicialē, et sacerdotalē, et bona t palia, noluerūt xp̄m audire, sed ipsū sūt p̄secuti, et finaliter crucifixerūt: ꝓut dictū est. Bene ergo merito, et iuste deposuit eos xp̄s de sede sacerdotali, et iudiciali, et trāstulit regnū, et sacerdotiū i populū christianū. Et exaltauit hoīes pauperes, et humiles, et piscatores i sedē sacerdotalē: quē admodū fuerūt ap̄li, et cōuersi d ppō gētili. Et hoc intēdit dicere virgo Maria cū ait. De

Universidad de Deusto
Biblioteca

A posuit potentes de sede.i. deposuit scribas,& fariſæos de sede, & catedra Moysi in qua sedebant iudicantes iudicia,& discernentes causas iudiciorũ,destruens pauperes,& viduas, & pupillos,dilatando iudicia,& falso modo glosando scripturam legis, & profetarũ. Et deposuit potentes principes sacerdotũ de sede sacerdotali. Et loco eorũ exaltauit humiles apostolos,qui successerunt in sacerdotio. Et ẽt exaltauit humiles gentiles, qui ex humilitate cordis sui crediderũt Xp̃o,& euangelio. ideo successerunt in sacerdotio, ad quos fuit translata lex,& sacerdotiũ:quò ad veram intelligentiam. Et nõ solũ xps deposuit potentes scribas,& fariſæos de sede iudiciali,et principes sacerdotum de sede sacerdotali: sed etiam potentes ciues Iudæorum deposuit de sede,& loco,& ciuitate,& libertate:quia cõbusta, & euersa ciuitate cũ templo,& cõbustis, & destructis cæteris ciuitatibus Iudææ,& Galileæ,eos de tota terra promissionis eiecit,& in captiuitatẽ redegit,& p totũ mũdũ dispersit, & humiles christianos de pp̃o gẽtili ꝓ maiori parte exaltauit. Itẽ

B

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Non solũ deposuit eos de sede sacerdotali,& iudiciali,& de loco,& regno,& priuauit eos bonis temporalibus: quibus gloriabantur,& superbiebant in mente cordis sui: sed etiã priuauit eos bonis spũalibus quibus anima reficitur. Vnde ipsi qui se reputabãt diuites in bonis spũalibus sacræ scripturæ, & in meritis sacrificiorum,& oblationum,manse

C runt inanes,& vacui: quia nec habẽt intelligentiã scripturę,imo manẽt cęci: nec sacrificia,& opera legis sũt eis salutiferaimo mortifera post publicationem euangelii. Sed gẽtiles,qui erãt esurientes Xp̃s impleuit bonis spũalibus legis,& profetarum,quibus illi lu dei fuerunt priuati. Ad cuius intellectum est aduertendum,ꝙ scriptura legis,& profetarũ erat quidã agervbi latebat clausus,& abscõditus tesaurus euangelicus,& veritates eiusſub nube literæ,& cerimoniarũ. Et illa sacrificia & oblationes,& sacramẽta veteris legis erãt quædam scrinia,& gazofilacia:in quibus tan q̃ in signo latebãt tesauri meritorum passionis Xp̃i. Quæ q̃dem sacrificia nõ iusti ficabãt de se:nisi inquantũ erãt signacula fidei,& dabant in signum veri prætii ꝓ Xp̃m soluẽdi in cruce:vt dictũ est Ps.39.& in tractatu cõ- D tra Iudæos.q.1.Sed scribę, & fariſæi superbi in mente cordis sui,putabant se hr̃ verã intelligentiam,& tesaurum sacræ scripturæ,et putabant sufficienter iustificari, et saluari p̃ sacrificia,& oblationes,& cętera opera legis. Et sic se reputabant diuites, & contentos in intelligentia legis,& profetarũ,& in obseruãtia cerimoniarũ.Sed hoc nõ poterat fieri sine Xp̃o in lege ,primo, q dẽbat de tegere tesauros absconditos in agro sacræ scripturæ:& confringere vectes ferreos pctõrum,vt patet Is.45. Et iõ dixit eis xp̃s Ioã. 5. scrutamini scripturas,in qbus vitã putatis habere, quia illæ testimonium phibent de me. Et sic credere- tis Moysi,credereris forsitam & mihi in quibus ostendit Xp̃s,ꝙ scribæ,& fariſæi falso se putabant hr̃ vitam in scripturis ẽm intellectum eorum, & nisi intelligerent eas sensũ E verum,& spũalem de Xp̃o,q erat finis,et veritas scripturarũ,et iõ manserunt cęci,et inanes i sua falsa intelligentia,et vacui,et famelici in meritis sacrificiorũ:quia illa scriptura non erat de se vera nisi inquantũ erat signũ veritatis euangelicæ,et fuerunt verificata p̃ Xp̃m,nec illa sacrificia facta erãt meritoria, nec de se conferebant gr̃am,nisi inquantum erant signacula fidei, et gr̃æ dãdæ p̃ Xp̃m, qa lex p̃ Moysem data est,gr̃a aũt,et veritas p̃ xp̃m facta est. Ioã. 1. Et iõ illi fuerunt diuites,et refecti,q receperũt fidẽ Christi,et gratiã xp̃i p̃ ecclesiasticæ sacra, sicut fuit pp̃us gentilis,q ante aduentũ xp̃i esuriebat,et iõ dicit virgo Maria,ꝙ Christus in suo aduentu, gentiles,q ante erant esurientes fine lege,et profetis:impleuit bonis spũalibus gratiæ, et F gloriæ,sed diuites Iudæos, q se putabãt habere diuitias tũ in litera legis,dimisit inanes,et vacuos,et famelicos in bonis spiritualibus.Sed hic sunt duo videnda. Primò, qui sunt isti esuriẽtes,et quare dicuntur esurientes,et qui sunt isti diuites.Secõ quibus bonis Deus satiauit,et impleuit istos esurientes. Quantũ ergo ad primũ est notandũ,ꝙ sicut dictum est Ps. 118. sup illud. Concupiuit aia mea desiderare etc.ꝙ differentia est inter simpliciter desiderare,et esurire siue sitire. Nam esurire,et famescere,et sitire addunt conatũ, et necessitatem sup desiderare, et sic esurire siue famescere idẽ est ꝙ desiderare, et appetere calidum cibum,et siccum ex necessitate propter restaurationem deperditi, et sitire idem est,quod desiderare humidum,et frigidum

A dum propter restaurationem deperditi, & hoc cũ omni conatu,et necessitate: vnde qs fastidiens vnum cibum ex abũdantia potest aliũ desiderare,puta satiatus carnibus caprinis põt desiderare carnes galinarum, et ecõtrario,sed iste talis,quia non esurit,nec famescit,ideo non curat multum inquirere talem cibum,et sic aliquis fastidiens aquam põt desiderare vinum absq; necessitate,et sic est dicendum,ꝙ non sitit vinũ, sicut nec ille alius esurit cibum. Nã si iste esuriret cibum, cum omni conatu quæreret ipsum,& illicò comederet quemcunq; cibum inueniret, & sic sitiens quæreret cum conatu potum, & illicò biberet siue aquam,siue vinum propter vehementa appetitũ,& necessitatẽ. Ita ergo à simili est dicendum de esurie, & siti spũali. B Nam multi desiderant cibum,& potũ spũalẽ ad salutem animæ,ad restaurationem gratię deperditæ,& tamen non esuriunt neq; sitiũ, quia non apponunt conatum, & diligentiã ad quærendum, & recipiendum, cum habeant opportunitatem. Vnde quandoq; aligs adulter vel fornicator, vel auarus desiderat exire à pctõ,& facere pęnitentiã,& restituere ablatum, sed non facit propter amorem carnis, & pecuniæ. Et iõ est signum,ꝙ nondum esurit nec sitit iustitiã,& salutẽ animę, nec recuperare gratiam deperditam ,quia si verè esuriret,& sitiret iustificari,illicò dimitteret pctm:& curreret ad pęnitentiã. Ex quo patet,ꝙ ille verè esurit, & sitit cibum,& potũ spũalem, & veriã iustitiã,q absq; mora,dimittendo pctm, quærit illã per baptismum, & pęnitentiam. Et iõ ad verũ intellectum dixit Christus Matt. 5. Beati q esuriũt,& sitiunt C iustitiam,qm̃ ipsi saturabuntur. Vnde notanter dixit,beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiã, & non dixit,beati qui iustificantur. Nã aligs infidelis esuriens,& sitiens iustitiã, põt venire cum omni conatu ad baptismũ,sed moritur in via,& iõ talis, ex sola esurie, & siti iustitiæ, iustificabatur: & baptizatur baptismo flaminis,& per consequens beatificatur. Item si aliquis pctõr ad Deũ cõuersus veniẽs concito gradu ad pęnitentiã, & cõfessionẽ, motiatur in tali intervalo, tunc ille ex tali esurie,& sitit &desiderio cõsitẽdi iustificat,& p̃ cõsequẽs beatificatur in spe,vt inquit Aug. lib. de pęnitentia. Quia ex solo desiderio sacerdotis fit dignus venia,& ideo dixit saluator,ꝙ beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam .i. cum omni conatu,& diligentia quærũt,& cũ inueniũt eã gratãter suscipiũt,& tenẽs, & D cũ gaudio custodiunt. Ex his oibus patet, ꝙ scribæ,& pharisæi, & p̃ncipes sacerdotũ,& cęteri Iudæi carnales,& occecati in reb. tẽporalibus non esuriebant,nec sitiebant salutem animę,nec verum Messiã in lege promissum, licèt ipsum desiderarent,& expectarent,quia non desiderabãt ipsum p̃ bona spũalia,sed tẽporalia. Et iõ fastidiẽtes bona spũalia nõ re ctẽ,& cũ esurie quærebãt Christũ Messiã in lege promissum,nec tenuerunt. & receperũt cũ qui ipse venit ad eos,& vocabat eos volẽs eos iustificare,& saluare. Et iõ dixit eis scruta mini scripturas in qb. vitam putatis habere, qa illæ testimoniũ perhibent de me. Item si Moysi crederetis,crederetis forsan, & mihi, quia ille de me scripsit. Io. 5. Itẽ lux venit in mundũ:sed dilexerunt hoẽs magis tenebras q̃ lucem:erant.n. eorũ mala opa. Io. 2. q. d., p- E pter auaritiam,& sup̃biã,& bona temporalia cõtempserunt Christũ,& bona spũalia. Ecce qũo reputantes se diuites in bonis temporalibus fastidierunt, & contempserunt diuitias spũales. & bona spũalia gratiæ,& gloriæ,quę Christus asserebat, & sic nõ fuerunt esurientes,sed fastidiẽtes bona spũalia,ideo Christus dimisit eos inanes. Sed virgo Mar. & Ioseph, & Simeon, & Zacarias, & apostoli, & gẽtiles,quia verè esurierunt, & sitierunt, & cũ conatu vehementi quæsierunt saluatorem,et cum venit ad eos,nouerunt, & receperunt eũ,iõ eos esuriẽtes impleuit bonis spiritualibus gr̃ę in p̃sti,& gloriæ in futuro. Et Iudęos diuites, & fastidientes dimisit inanes, & vacuos bonis spũalibus in sua dãnatione. Et dimisit ẽt eos frustratos: & inanes in sua spe,& intẽtione,qa in pericula,& mala q̃ vitare pu- F tabãt inciderunt,& totũ oppũ eius qđ spera bãt,euenit eis,vt dictum est. Dupliciter ergo scribæ,& pharisæi, & principes sacerdotũ,& cæteri Iudæi obstinati dicnũ diuites. Primo, qa totã suã spem ponebãt in diuitijs temporalibus,& toto conatu illas quærebant. Secũdò,qa soli ipsi habebãt p̃ manibus lege,& ꝓ phetas,in qbus latebãt diuitiæ spirituales,sed pp diuitias tpales, diuitias spirituales quas habebãt fastidiebãt, & cõtẽnebãt. Sed virgo Maria,& Ioseph,& Zacarias,& apostoli dicti sunt esurientes. Primò,qa cum omni conatu & vehementi desiderio quærebãt Christũ ꝓ pter bona spũalia. Secundò, quia cùm viderunt eũ,illicò cum gaudio tenuerũt,& custodierunt eum, vt infra patebit, & ideo im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pleuit eos bonis spūalibus. Et sic est dicendū de populo gētili, qui recepit Xp̄m ad solam prædicationē apostolorū. Quārum ad ēm est dicendum, q̄ Christus multiplici bono repleuit fideles esurientes, et sitientes iustitiā. Nā in p̄ri vita repleuit eos bonis gratiæ, sed in futuro bonis gloriæ. Sed est aduertendū, q̄ tria sunt genera bonorum gratiæ, quibus repleuit eos in hac vita, et ecclesia militante. Nam quædam dicuntur bona gratiæ sacramentorum, quædam bona donorū spūsc̄ti, quædam bona meritoria ex obseruātia præceptorum, et consiliorum euangelicorū. Vñ bona gratiæ sacramentorum sunt septē, contra septem mala, quæ traximus ex p̄cto primorū parentū, s. tria mala culpæ, et tria mala pœnæ. Et iō dedit, et instituit nobis Xps septē ecclesiastica sacra in remediū istorū malorū.

B Tria enim mala culpæ sunt, culpa originalis et mortalis, et venialis. Iō primo instituit baptismum, in quo datur fides, spes, et caritas in habitu simul cum gratiā gratificā, per quam deletur originale. Secundo instituit pœnitentiam, per quā deletur culpa mortalis, et fit remissio omniū mortalium. Tertiò instituit extremā vnctionē ad delēda venialia. Mala autem pœnæ sunt tria, s. separatio a Deo p̄ peccatū. Et iō instituit eucharistiam, per quā Deo reconciliamur. Secundū malum pœnæ, est infirmitas ad bonum faciendum, et pronitas ad cadendum, et malum perpetrandū, cōtra quam infirmitatem instituit confirmationē ab roborandum fideles, vt valeant purgare contra carnem, et mundum, et diabolū. Tertia pœna fuit fœditas libidinis, in cuius remediū instituit matrimoniū, ne libido imputetur ad p̄ctū mortale in coniugatis. Septimò aūt Christus instituit sacramētū ordinis, in quo datur potestas sacerdotibus ad ministrādum supradicta sacramenta secularibus. Sed ista sufficientia, & causa necessitatis ecclesiasticorū sacramentorum, quorum virtus emanat ex passione Christi clarius p̄t assignari. Nam primò, ex parentibus traximus carnē corruptā vitio libidinis, in qua seminaliter latet culpa originalis, & mortalis. Iō q̄n anima nostra creatur à Deo in puris naturalib. in illa carne libinosa, per consortium trahit culpā originalem, vt inquit Ambr. & Aug. Per culpam incurrit iram, & odiū Dei, & priuationē omnium bonorum spiritualium tàm gratiæ quàm gloriæ. & cum hoc incurrit debitum ad recuperandum iustitiam quam perdidit in Adam. Et ideo Christus instituit sacramētum baptismi, cui præbuit virtutē regenerationem, & purgatiua illius culpæ, & collatiuā gratiæ per quā baptizato remittitur culpa, & debitū, & confertur gratia gratificā cū fide, & spe, & caritate in habitu, per quā ille qui erat in odio, & ira Dei absoluitur ab omni debito, & reducitur in gratiā Dei, ga fit Deo gratus, & acceptus per illam gratiā cōinentem pretium, & merita passionis Christi. Et iō ille reus per illam gratiā, & pretium passionis Christi soluit omne debitum, & liberatur. Sed quia ille baptismus, licèt abluat animam, & tollat culpā originalem ab ea, & absoluat eam debito, & reducat in gratiā, tamē non tollit fomitem concupiscentiæ, vt non insit in carne, licèt tollat vt non imputetur animæ ad p̄ctū sicut ante baptismū, sed adhuc manet illa morbida concupiscentia in carne, in qua seminaliter sunt, & latēt omnia peccata mortalia, ex qua concupiscentia omnia mala oriuntur, eò quòd semper pugnat, & luctatur aduersus spiritū, & rationem. Iō sicut illa concupiscentia carnis ante baptismum per solum consortium causabat originale in anima, ita post baptismum per consensum deliberatū causat p̄ctū, & culpam actualē, & mortalē in voluntate, & anima per quā obligatur ad pœnā æternā, & per solū cō sensum indeliberatū, causat venialē. Et ideo Christus instituit sacramētū confirmationis per quod datur robur, & anima gratiæ, & dantur dona spiritus sancti ipsi animæ, vt valeat pugnare, & resistere ipsi concupiscentiæ, & vincat carnem sic morbidam, et corruptā, ne voluntas per consensum cadat in peccatum mortale. Sed quia anima consentiendo carni aut mundo aut diabolo sæpius cadit in peccatum mortale, ideo Christus instituit sacramentum pœnitentiæ, in quo per merita passionis Christi remittitur peccatum mortale, et pœna inferni æterna. Sed quia per tale peccatum actuale ille peccator fuit à Deo separatus, ideo Christus instituit sacramentum eucharistiæ, per quod Deo reconciliamur, et spiritualiter reficimur, & recuperamus bona spiritualia deperdita. Sed quia per talē pœnitentiam non potuimus omnia p̄cta mortalia ex obliuione confiteri, nec omnia venialia ex ignorantia, et in aduertentia, et multitudine, iō in exitu ab hoc sęculo dat sacramētū extremę vnctionis, p̄ q̄d remittitur venialia. Et ēt licèt totaliter non dimittatur pœna peccato-

A p̄ctōrum mortaliū oblitorū debita ī purgatorio, p̄p negligentiā differēdi cōfessionem tñ, tales pœnæ debitæ in purgatorio aliqua liter remittuntur, & minuūtur ex virtute sacramēti illius vnctionis cōtinentis virtualiter siue instrumētaliter merita passionis xp̄i. Nā sicut illa caro corrupta, & morbida, & libidinosa quam trahimus ex parentibus cōtinet naturaliter, & seminaliter, & virtualiter oia p̄cta, quia per solū cōsortium causat culpā originalē in anima, & per consensum actuale, & veniale peccatū in eadem: ita quodammodo ecclesiastica sacra quasi seminaliter, & virtualiter siue instrumētaliter cōtinent merita passionis Christi: quia per ista sacra datur gratia passionis Xp̄i oībus fidelibus. Et iideo ista sacra sunt quasi capsæ, & vasa medicinalia, in q̄bus latēt merita passionis Xp̄i ad medelā supradictarum infirmitatū, vt inquit Hugo de sancto Victore. Et p hæc patet necessitas supradictorū quinque sacramentorum. Sed quia post omnia supradicta sacramenta semp in hoc mundo manet inordinata cōcupiscentia in carne q̄ sēp per inordinatè cōcitat actum venereū præter intentum generationis, & ideo p̄p talem maledictionē nō p̄t ille actus exerceri absq; p̄cto mortali. Ideo Deus instituit sacramentum matrimonii inter coniuges ad remediū libidinis, ne tale officiū, quod non fit sine libidine, imputetur eis ad peccatum mortale. Ita q; sicut baptismus non tollit habitualē cōcupiscentiam, vt non sit in carne, sed vt non imputetur ad p̄ctū originale ipsi animæ per consortū. Ita sacrum matrimonii non tollit libidinē actualem, vt non insit inter cōiuges in officio venereo: sed tollit, vt nō imputetur eis ad peccatum mortale, si debitē, & absque C abusu exerceant illum actum, & officiū. Et sic patet q̄o ad remediū libidinis, & ad exclusandum peccatum, necessarium fuit matrimoniū: q̄a solum sacramentum matrimonii tollit, & excusat peccatū mortale in oī actu venereo: vt inquit Aug. in lib. de nuptiis: sed non tollit originale in paruulis ex legitimo coniugio propagatis p̄p libidinem parentū: sed inter coniuges solum hoc sacramentum excusat peccatum. Et ratio est. Nam omnis alius actus venereus aut est adulterium, aut fornicatio, aut cōtra naturā, sed oia ista tria incurrunt p̄ctū mortale, vt dictū est Ps. 118. ergo solū cōiugiū excusat p̄ctū, & sic patet necessitas sex supradictorum sacramentorū.

Sed quia supradicta sacramenta nō possunt dari nisi in potestate ecclesiæ sponsæ Christi cui Deus omnia ista dedit in dotem, ideo Christus instituit sacramentum ordinis per quod datur potestas sacerdotibus ad administrandū supradicta sacra, in quibus omnibus sacramentis p̄p gratiam singularem datur semper gratia generalis gratifica debitè sumentibus. Et sic patet bona gratiæ sacramentorum ecclesiasticorum, quibus Xps impleuit oēs fideles esurientes in primo genere bonorum. In secundò aūt genere bonorum spūalium: quibus Christus impleuit esurientes: sunt bona donorū spūs sanctuq̄ receperūt apostoli pro se, & pro tota ecclesia in die Pent. quorum primū est donum sapientiæ: p̄ quod fideles contemptis scientiis mundanis apponunt animum ad studiū rerum diuinarum, & ad meditandum in lege dñi die ac nocte contemplando sacra mysteria gestain vtroque te. & ad quærendam salutem, & iustitiam p̄ sacram scripturam, & breuiter relictis rebus humanis ad contemplandum diuina. Sed q̄a intellectus no n sufficit talia diuina p̄cipere, nec profunda mysteria sacræ scripturę intelligere: iō datur fidelibus donū intellectus ad differendas, & intelligendas sacras scripturas, vñ sicut p̄ donum sapientiæ appetimus intelligentiam sacræ scripturę: ita p̄ donum intellectus datur nobis facultas ad intelligentiam sacræ scripturæ, sicut habuerunt apostoli. Sed q̄a nō sufficit studiū, & intelligentia sacræ scripturæ, nisi operemur bonum p̄ ipsam, quia finis eius non est, vt sciamus tñ, sed vt per talem intelligentiam operando boni efficiamur. Sed quia in tali operatione habemus pugnare cōtra carnē, & mundum, & diabolum: q̄bus nullo pacto ex viribus nostris resistere possimus p̄p naturam corruptā, & fragilem, iō datur donū fortitudinis ad vincendū, & pugnandū iugiter contra tria supradicta. Itē ēt quia in lege euangelica sunt aliqua consilia supra totam humanam facultatem, & supra naturā. s. pati omnem persecutionem, & tormenta, & mortem p̄p Xp̄m, & iustitiā, & orare pro persecutoribus, & inimicis: quæ omnia per solas morales virtutes nō possent tolerari, nec exerceri: iō datur donum fortitudinis ad supradicta tolerandā, & aggredienda. Sed quia per solā prudentiam moralem, & humanā non possemus de reb. supernaturalib. & difficilibus consultare, nec q̄n, nec vbi nec quārū talia essent

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eligenda,& aggredienda:ĩo datũ fuit desup
dono,cõsilij,p qđ apostoli,& martyres,& cę
teri fideles contemptis mundanis,& post po
sito quocunq; timore mũdano,qñ oportuit,
& vbi,& quantum oportuit pro Christo per
secutioni,& morti se obtulerunt. Sed cum
dono consilii datum est eis donum fortitudi
nis ad consultata opportunis locis,& tępori
bus exercenda, & sic propriè donum cõsilij
præcedit donum fortitudinis. Sed quia non
oẽs sunt constituti in eodem statu pfecto,
sicut fuerunt apostoli & martyres,& plati,&
sacerdotes,& religiosi:sed quidam sunt ī sta
tu inferiori,& coniugali, & sęculari in rebus
tpalibus inuoluti,ideo pręter scientiã mũda
nã datũ est fidelibus sęcularibus donũ scien
tiæ,vt sic disponant,& transeant p ista tẽpo
ralia,ne amittant æterna. Nã sicut sapientia
B est de rebus diuinis:ita scia de humanis, &
tpalibus. Item,quia fideles sęculares in infi
mo statu constituti non possunt meditari in
lege dñi die ac nocte:nec intelligere,& per
cipere perfectè altissima mysteria sicut præ
lati,& sacerdotes, & religiosi continuo stu
dio,& contẽplationi dediti:Ideo datũ bonum
pietatis ad credendũ,& firmiter inhærẽdum
articulis fidei,& ꝓfundis mysterijs sacræ scri
pturæ,quæ capere non possumus: & ad piè
credendũ semper partẽ magis piam, & ma
gis conuenientẽ Deo, & sanctis eius in opi
nionibus nondũ determinatis p ecclesiam.
Sed qa lex diuina cõminatur transgredienti
bus,nõ solũ priuationẽ hæreditatis vitæ ęter
nę,sed ęt ęternã pœnam transgressoribus,&
promittit vitam æternã & uisionem Dei cũ
summa fruitione,& fęlicitate obseruatoribus
C eius. Ideo est necessarius nobis timor super
naturalis,per quem timeamus perdere bonũ
nobis promissum, quod non videmus,& ti
meamus incurrere pœnas ęternas quas in
hoc sæculo nõ videmus:nec sentimus. Et iõ
datur donum timoris supernaturalis:qui ha
bet quatuor gradus. Nam primò per ipsum
refrẽnatur temeritas,& audacia nostra:vt ti
meamus pœnas ignis æterni. Secundò, vt ti
meamus perdere hęreditatem regni cęlestis,
& iste dicitur timor filialis. Tertiò, vt timea
mus perdere ipsum Deum per separationẽ
a Deo. Et iste dicitur timor castus,& vxora
lis siue despõsalis. Quartò,vt timeamus Deo
displicere propter suam nouitatem,& ne in
curramus ingratitudinẽ. Et iste dicit timor
sanctus,& immaculatus. Et est idem, quod
nostra perfecta caritas, quæ iam totaliter so D
ras mittit timorem seruilẽ. Et sic patet quali
ter sunt necessaria omnia ista septem bona
donorum,& gratiarum toti ecclesiæ:quibus
donis Christus in ecclesia alios fecit apostо
los:alios ꝓphetas, alios euãgelistas,alios do
ctores,alios prædicatores, alios martyres, a
lios confessores,& virgines, & continentes,
& alios viros religiosos,& alios iustos coniu
gatos: & quosdam fecit quotidie incipien
tes,& quosdam proficientes,& quosdã perfe
ctos. Et sic spũsanctus spirat dona gratiarũ
diuidens singulis prout vult, vt inquit apo
stolus. Et hæc sunt bona donorum,quibus
Christus impleuit fideles esurientes & sitien
tes iustitiam. In tertio aũt genere sunt bona
meritoria ex obseruantia ꝑceptorũ, & consi
liorum. Nã quia diligentibus Deũ, & fideli E
bus oĩa cooperantur in bonũ meritorum,
ad Ro. 9. ideo Christianus existens in carita
te,p oĩa opera,quæ facit secundũ legẽ euan
gelicam,meretur vitã ęternã. Vnde obseruã
do præcepta negatiua non solũ euadit pœnas
æternas,sed ęt meretur vitã æternã propter
pugnã,& victoriã,quia nemo põt obseruare
diuina præcepta:nec vitare pctũ sine gran
di pugnã,& victoria,resistendo carni, quòd
mundo, & diabolo, quod non põt fieri sine
gratia,& per consequens sine merito. Sed iã
magis meretur quis obseruando ꝑcepta affir
matiua,ꝙ. diligendo Deũ super omnia in
se,& propter se,& diligẽdo proximum sicut
seipsum,& in Deo,& propter Deũ. Et sic im
plebit omnia opera mię,tã spũalia,ꝙ corpo
ralia erga proximum indigentem,pp ꝙ ope
ra Christus in iudicio omnibus iustis dicet, F
Venite benedicti patris mei,percipite regnũ
&c. Sed magis,& altius merentur obseruato
res consiliorum Christi in statu perfectio
nis, qui venditis oĩbus ꝙ possidebãt,& datis pau
peribus,sicuti fuit Christum per pauperem,
& obedientiam & castitatem in statu religio
nis. Sed iam magis,& altius merentur q tol
lunt crucem suam & sequuntur Xp̃m p mar
tyrium &c. Et ista sunt bona meritoria exob
seruantia ꝑceptorum euangelicorum, quos
Christus docuit,& repleuit suos fideles esu
rientes in hac vita simul bonis gratiæ sacra
mentorum,& donorũ. Sed bona gloriæ qui
bus Christus impleuit istos esurientes in cę
lo,sunt clara,& facialis visio diuinæ essentię
& indiuiduæ Trinitatis,quę quidem clara vi
sio datur eis in præmiũ ex merito fidei quã
hic

A hic habuerunt. Et datur eis perfecta & secu
ta possessio illius summi boni in præmium
spei quam hic habuerunt, & datus eis suffi
ciens & perfecta fruitio in præmium carita
tisquam cum effectu operum misericordiæ
& obseruatione præceptorum,& consiliorũ
in hac vita habuerunt. Ex quibus tribus bo
nis resultat in eis uera,& perfecta beatitudo
in alia. Sed vltra hæc tria bona animę,conse
quenter quatuor dotes, & bona in corpore
glorificato,s. immortalitatẽ cum impassibi
litate,& claritatẽ,& subtilitatẽ, & agilitatẽ,
in quibus quatuor consistit gloria corporis.
Et sic tunc omnes erunt in sua vltima perfe
ctione quò ad totum,s. quò ad corpus,& ani
mam,qui quidẽ status est oĩum bonorũ ag
gregatione perfectus: in quo solo consistit
B beatitudo iustorũ. His ergo oĩbus bonis su
pradictis tam gratiæ in præsenti q̃ gloriæ in
futuro impleuit Christus omnes suos fideles
esurientes, quibus priuauit omnes Iudæos
obstinatos,& cęteros infideles, & superbos,
& diuites mundanos,& impęnitẽtes. Quos
non solùm priuauit bonis supradictis, & di
misit eos vacuos,& inanes:sed etiã ad pœnas
æternas destinauit. Et ideo de Iudæis obsti
natis dixit Mat. 8. Multi uenient ab oriente,
& occidente, & recumbent cum Abraam
& Isaac in regno cęlorum. Filij autem regni
mittentur in tenebras exteriores. ibi erit fle
ctibis,& pharisæis:Auferetur à vobis regnũ,
& dabitur genti facienti fructum. Ex qui
bus patet qualiter Iudæos, & superbos pri
uauit bonis spiritualibus, & reliquit eos ina
nes: & gentiles esurientes impleuit bonis
C & non solũ priuauit Iudæos illis bonis: sed
etiam punuit eos pœna sensus per fletum &
stridorem dentium. Et notã,quòd Iudæi ob
stinati non solùm dicuntur inanes: inquan
tum sunt priuati,& vacui supradictis bonis:
sed etiam quia opera legis omnia, quæ fa
ciunt,sunt inania, & vacua meritis: quia in
vanum, & frustra circumciduntur & faciunt
alia opera legis: quia iam sunt exinanita, &
euacuata per aduentũ Christi,& opera euan
gelica. Item etiam illa opera nõ solùm sunt
eis inania,& mortua: sed etiam mortifera,
quia quotiensçunque faciunt, & obseruant
aliquod opus cerimoniale,peccant mortali
ter,& addunt peccatum super peccatum: &
oratio eorum vertitur in peccatum:sicut di
ctum est psal. 67. & 108. Et sic manet inanes

in bonis & meritis,& frustrati in sua inten D
tione:quia inciderunt in omnia mala,quę vi
tare putabant:& perdiderunt oĩa bona quæ
cõsequi putabãt,et cupiebãt. Et gẽtiles esuriẽ
tes fuerũt exaltati,& repleti bonis quibus ip
si sunt priuati. Et iõ dicit virgo Maria,qp Xps
filius suus fecit potentiã in brachio suo: qa
disperdit Iudæos obstinatos,& superbos mẽ
te cordis sui:& deposuit eos de sede sacerdo
tali,& iudiciali,& loco,& regno. Et exalta
uit humiles apostolos, & gẽtiles per fidẽ hu
miliatos. Et apostolos,& gentiles esurientes:
& pauperes,& simplices impleuit bonis gra
tiæ in præsenti,& gloriæ in futuro. Sed diui
tes Iudæos dimisit inanes, & frustratos non
solum bonis spiritualibus, sed etiã dignitati
bus temporalibus, & in sua mala intentio
ne. Sed est iterum aduertendũ,qp isti tres ver
sus supradicti non solùm verificantur de su E
perbis Iudæis:imo primò verificantur de su
perbis demonibus, quos Deus in principio
dispersit,& deposuit de sede cęlesti. Vnde di
ctum fuit in expositione psalm. 81. qualiter
Deus gradauit in principio ordines angelo
rum secundùm ordines nobilitatis naturæ
eorum. Et sic collocauit luciferum in supre
mo ordine primum super omnes alios. sed
quia vidit supra se à dextris Dei.s. in potiori
bus bonis totius gloriæ super omnes ordi
nes, & hierarchias angelorum sedem præpa
ratam pro Christo homine: quem verbum
æternum debebat personaliter assumere:qui
quidem Christus tanquàm caput, & domi
nus hominum,& angelorum erat adorãdus
ab omnibus angelis,& hoc sc̃m Dei volun
tatem: tunc Lucifer superbiens in mente cor
dis sui dixit non esse æquum,nec iustum ali F
quem hominem super angelos ascendede
re:nec etiam homines cum angelis coæqua
ri. Et sic diligens se potius quam Deum, &
diligẽs in se & non in Deo:voluit potius se
qui appetitum suum q̃ voluntatem Dei: qui
hoc ab æterno statuerat adimplere. Tũc con
cepit odiũ,& inuidiã contra Christũ,& de
creuit cõscendere & vsurpare sedẽ et soliũ
imperiale pro Christo præparatum, & facta
coniuratione cõtra Xp̃m & uoluntatem, &
statutum Dei,dixit in corde suo: in cęlũ con
scendam:& super astra cęli,idest super om
nes ordines & hierarchias angelorum à de
xtris Dei exaltabo solium meum,& sedebo ī
monte testa.s. in hæreditate Christi. Ascen
dam super altitudinẽ nubium: & similis ero

altissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A altissimo, vt patet Isa. 14. Ex quibus patet, q̄ Lucifer fuit primus superbus in mente cordis sui qui voluit, & statuit vsurpare sedē imperialem Christi filij Dei: & ascendere ad similitudinem & æqualitatem Dei, & vsurpare imperium mundi Christo debitum. Sed tunc Deus fecit potentiam in brachio suo, s. in verbo suo per quod facta sunt omnia: & præcepit Micaeli, & angelis eius: vt deijcerēt Lucifernm cum sequacibus suis de cælo in infernum. Et tunc factum est prælium magnum in cælo. nam Micael, & Angeli boni sequaces Micaelis Dei voluntati conformes & obedientes præliabantur cum Dracone Lucifero, eius prauæ voluntati, & superbiæ resistentes. Sed proiectus est draco ille magnus: serpēs antiquus, qui vocatur Satanas: id est aduersarius, & contrarius diuinæ vo-
B luntati & Christo futuro, proiectus inquam est in terram, & angeli eius. i. sequaces eius, & rebelles Deo missi sunt cum eo in stagnū ignis: vt patet Apoca. 12. Et sic patet qualiter Christus iam in principio fecit potentiam in brachio suo, & dispersit de cælo demones superbos in mente cordis sui, quia tunc deposuit eos potentes de sede Christi: quam vsurpare temere præsumebant. Et nō solùm deposuit eos de illa sede, sed etiā eos qui erant potentes in natura deposuit de sedibus eorum quas in cælo possidebant à primo in tanti suæ creationis, & eiectis, & depositis eis à sedibus suis exaltauit humiles homines & sanctos in sedes eorū. Nam homines iusti, & sancti possederunt per gratiā, & humilitatem sedes celestes quas angeli rebelles perdiderūt per superbiam. Et sedes quas
C mali perdiderunt Christo contradicendo, & inuidendo, possederunt homines iusti & humiles Christum diligendo, & credendo & sequendo. Et ideo ex consequenti homines esurientes, & sitientes iustitiam, & cupientes toto conatu iustificari per Christum: & esurientes, & cum effectu, & conatu, & violentia penitentiæ desiderantes illam gloriā: Christus impleuit illis bonis, celestibus, & demones, qui erant in cælo diuites per naturam, & gratiam, expectantes esse diuites per gloriam. si sterilissent, & Deo paruissent: dimisit inanes, & vacuos, & frustratos in mente cordis sui, & in sua intentione. Quia non solùm perdiderunt sedem Christi, quā vsurpare volebant, sed etiam sedes quas possidebant. Et nota, q̄ mali angeli non solùm voluerunt consendere, & vsurpare sedem D Christi imperialem præparatam in posterioribus bonis patris, sed etiam sedem virginis, quam viderant præparatam in posterioribus bonis, & à dextris Christi filij eius super omnes choros, & hierarchias angelorū. Et hęc fuit prima causa inuidiæ eorum cōtra Christum, & matrem eius. Sed ea causa fuit, quia præuiderunt, quòd quidam homines infantùm erant per gratiam, & merita exaltandi per Christum, quòd erant cum eo in gloria coæquandi, & collocandi. Et ideo mori sunt ad resistendum diuinæ legi, & voluntati: & ideo sunt de cælo dispersi, & depositi. Ex quibus patet qualiter Christus, qui est brachium, & potentia Dei patris, dispersit demones superbos mente cordis sui. Et quomodo deposuit eos potentes de sede, & gradu, & dignitate celesti. Et quomodo exaltauit homines humiles: vt repararent ruinam eorū: & possiderent sedes eorum. Et quomodo homines esurientes, & cum conatu penitentię quærentes gloriam celestem impleuit bonis, & demones, qui in cælo erant diuites per naturam, & gratiā, & expectabant fieri beati per gloriam, cum essent viatores: tamē qa in gratia non steterunt, nec voluntati Dei adhæserunt: ideo dimisit eos inanes, & vacuos, & quod deterius est ad æternam penā & in infernum destinauit. Et sic ista verba virginis. Primò verificantur de demonibus superbis. Secundò de Iudæis obstinatis: prout ante dictum est. Sed tertiò verificant de superbis tyrannis persecutoribus ecclesiæ, quo Christus dispersit de superba mēte eorum sui: & deposuit de sede potestatis, & exaltauit Christianos humiles. Vnde primò dispersit Neronem de superba mente cordis sui, & deposuit ipsum de sede imperiali. Nā cum interfecisset apostolos Petrum & Paulum principes ecclesiæ, & rempublicam destruxisset: videns totum senatum mixtum cō tra se, ipsum interfecit, & loco eius suis exaltatus in imperium humilis Vespasianus, & postea Tirius filius eius. Ité Dominianus cū sedam persecutionem contra ecclesiā diu cō citasset: & cōtra rempublicā multa mala perpetrasset: tandē per senatū depositus, vt ipse fuerūt, seipsum interfecit, & loco eius humilis, & iustus Traianus in imperium est exaltatus, qui aliquādiu dedit pacē ecclesię. Item Diocletianus, & Maximinianus, & Maximus cū p magna tpa ſęua persecutione ecclesiā Chri-

A Christi vexassent & infestassent: tñ finaliter de imperiali sede depositi miserabiliter vitā finierunt: loco quorum humilis Constantinus in imperium est exaltatus: qui postea ad fidem Christi conuersus, destructis idolis, ec clesiam Dei prosperauit & altauit. Exēplo cuius omnes reges terræ cum toto populo gentili se iugo fidei Christi subiecerunt. Et sic deiecta superbia huius mundi omnis potestas subiugata est iugo Christi. Et Constantinus imperator cum omnibus regibus se subiecit Siluestro papæ: tranquā vicario Christi in terris. Et relicta ipsi Roma cum toto patrimonio, se in Cōstantinopolim recepit: & imperialem sedē illuc transtulit. Et sic patet qualiter superbi, & potentes gentiles depositi sunt de sede superbiæ: & potestatis: & humiles Christiani in sedem sacerdotalē &
B imperialem exaltati. Item demones superbi, qui adorabātur in idolis à toto mundo sue runt deposita de sede idololatriæ: & humiles facti fuerūt exaltati. Nam templa idolorū, communitis, & destructis idolis, fuerunt cōsecrata in ecclesia apostolorum & martyrū. Quia in delubris vbi adorabātur idola, posteā positæ sunt imagines sanctorū: in quibus sanctis nō adorantur, sed à fidelibus venerantur, & in sanctis suis Deus laudatur. Quia apostoli principes populorū, & martyres: vt dij fortes terræ eleuati & exaltatati sunt. ps. 46. Et sic patet qūo Cristus non solùm demones superbos: & Iudęos obstinatos: sed etiam superbos tyrannos persecutores ecclesiæ dispersit de superbia mentis cordis sui, & deposuit de sede, & dimisit inanes, & Chri-
C stianos humiles, & esurientes exaltauit, & impleuit bonis in præsenti per gratiā, & in futuro per gloriam: prout dictum est. Item hoc non solùm est intelligendum demonibus, & Iudæis obstinatis, & de tyrannis persecutoribus ecclesiæ, sed etiā de superbis regibus, & principibus, & magnatibus, & diuitibus Christianorum, qui pluries fuerūt depositi, & eiecti à sedibus, & à culmine potestatis propter superbiā, & elationē suam & hoc iusto Dei iudicio: eò q̄ confisi in viribus suis, & diuitijs sæpè Deum contempserunt, & pauperes despexerunt prout dictum fuit in expositione psal. 48. & 72. Et hæc de secū da parte huius cantici.

Suscepit Israel puerum suum. recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros. Abrahā & semini in sæcula. D

Hæc est tertia & vltima pars principalis huius cantici in qua virgo Maria concludendo reddit causam omn eorū quę dicta sunt. Nam oia quæ dicta sunt de virgine Maria, & ecclesia, fecit Christus veniens in carnē. Et sic aduentus eius in carnem fuit causa eorum quæ dicta sunt. Vnde quia Christus debebat ex virgine Maria carnem assumere: iō magnificauit, & dignificauit eā supradictis duodecim dignitatibus, & priuilegijs in priuilegijs in prima parte memoratis, & fecit ipsi illa duodecim magna. Ité postquàm venit in carnē exercuit mysteria nostrę redēptionis: cuius mia processit, & profuit omnibus timentibus cum à progenie in progenies. Et in sua passione manente corpore in cruce, & sepulcro descendit ad inferos, & dispersit demones superbos per infernū, & de E posuit eos de sede potestatis quam super totum genus humanum habebant, & expoliauit lumbum, & purgatorium: & liberauit humiles, & captiuos de inferno, & exaltauit eos secum in gloria, & eos qui ibi per magna tempora fuerant esurientes Christum expectando, impleuit bonis fruitionis, & demones qui erant diuites possidentes illam prædam & totum genus humanum: dimisit inanes, et vacuos præda eis ablata. Item post ascensionem deposuit Iudæos obstinatos de sedibus eorum, & dispersit eos per mundum: vt dictum est. Et exaltauit humilēs etc. Et sic patet, q̄ oia ista fecit Christus quando venit in carnem. Et ideo dicit virgo Maria in fine huius cantici, q̄ quia Israel iam suscepit puerum suum in lege promissum, qui omnia su pradicta partim fecit & partim in breui de- F bet facere: ideo ipsa agendo gratias, magnificat dominum etc. Ad cuius intellectum est notandū sicut dictū est in principio, q̄ istud canticū est finis totius legis, & propheratū, & principium totius euangelij. Nam virgo Maria recipiens Christum in lege promissum in vtero suo, agit gratias, annuncians q̄ Israel iam recepit Messiam in lege promissum. de quo locuti sunt omnes patriarchæ, & prophetæ, quam Deus promisit omnibus patriarchis, & prophetis. Et per cōsequens agendo gratias, & magnificando Deū euangelizat Christum iam uenisse, qui fuerat à Deo promissus in lege, & ꝓphetis. Et ideo concludendo suum canticum dicit: Ideo magnificat anima mea dominum: & exultauit

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in Deo salutari meo,quia iam suscepit Israel puerum suum Iesum,& saluatorem: & iam Deus recordatus est miæ suæ mittendo filiũ suum mũdi saluatorẽ:sicut locutus est quondã ad patres nostros.s.Adã & Enos & Noe: & locutus est & promisit ipsi Abraam, & semini eius in secula .i. succedendo per singula secula,& ætates.Et nota,q̃ ly recordat' miæ suæ,non ordinatur cũ ly suscepit Israel puerum suum:sed cum sequenti oratione, vt sit sensus .i.suscepit Israel puerũ suũ:sicut Deus recordatus miæ suæ locutus est ad patres nostros,&c.Vel,vt clarius, & melius dicatur,ly recordatus miæ suæ,facit sententiam,& oratio nem per se cum supplemẽto,vt sit sensus .i.suscepit iam Israel Iesum puerum suum: quia Deus sup. recordatus miæ suæ.iã misit filium suum: sicut locutus est ad patres no-
B stros &c.vel q̃a Deus recordatus ẽ miæ suæ mittendo filium suum:sicut promisit,& locutus est ad patres nostro &c.Sed hic occurrũt tria dubia. Primò,q̃s est Israel,qui suscepit puerum suum:cũ nos videamus, q̃ populus Israel negauit, & abiecit, & crucifixit xp̃m. Secundo est videndum q̃o, & q̃n Israel suscepit istum puerum Iesum. Tertiò ad quos patres,& q̃o locutus est, & promisit Deus Christum ipsi Abraam,& semini eius in sæcula.Quantum ad primum rñdetur,sicut dictum est in prologo super psalteriũ trac. 4. & per totam,eius expositionem:& in tractatu contra Iudæos,q̃ ista nomina.s.Abraam, & Israel,& semen Abraæ,& Israel,non sunt
C nomina carnis,& naturæ:sed nomina fidei, & gr̃æ, & misterij. Nã primò Abraã à sua natiuitate carnali appellatus est Abrã à parentibus:scriptũ cũ simplici.A.vt patet Ge.11.Sd̃ postquam facta est repromissio de Xp̃o futuro & ipse credidit,repromissioni, propter quam fidem fuit iustificatus: tunc fuit ipsi mutatum nomen per quandam additionẽ, p̃p fidem q̃ habuit de Xp̃o futuro, & sic dictus est Abraã scriptũ duplici.A. vñ legitur Gen.15.quando Abraã petijt a Deo generationem,& prolem,ne moreretur sine liberis qui succederent in eius hæreditatẽ,tũc Deus eduxit ipsum foras dicens.Suspice cælum: & numera stellas:si pores:sic erit semen tuum & tunc credidit Abraã,& reputatũ est illi ad iustitiam.Ex quibus verbis sequitur primò, q̃ Deus nõ promisit ipsi Abrahã semẽ terrenũ:sed cœleste,& spũale;quia nõ dixit respice terram:sed respice cœlum, per quod fuit denotatum,q̃ ex cœlo dẽbat descendere se-
D men eius,per hoc est,q̃ filius Dei dẽbat fieri ex semine ipsius Abraam,s. ex Maria virgine futura filia ipsius Abraã. Item sequitur,q̃ Christus Deus & homo cęlestis debebat regnare,& multiplicare filios cœlestes spirituales ipsi Abraam: per hoc qd̃ ait: numera stellas,si potes.Tertiò sequit̃, quod tunc Abraam credidit Christo futuro: imo credidit Christum futurum Deum, & hominem,& mundi saluatorem, propter quam fidem fuit iustificatus:per hoc quod ait:credidit Abraam,& reputatum est illi ad iustitiã. Nam si Abraam per talem promissionẽ credidisset tñ generationem carnalem futurã, & nõ spũalem super naturã,& nõ Deũ incarnandum:sua credulitas non fuisset ex fide infusa:quia absq; fide infusa & supernaturali vnusquisque potest credere res carnales,& naturales. Et sic nõ fuisset iustificatus per fidẽ, nec merces sua fuisset magna nimis: prout dicitur in textu.Et sic patet qualiter per talẽ promissionem fuit ipsi Christus promissus, & q̃a credidit,per talem fidem Christi futuri fuit iustificatus. Item vlterius postq̃ iã habuerat filium carnalem,s.Ismael:iterum vocauit eum Deus dicens.Ego sum: & ponam pactum meum tecum: ersque pater multarum gentium:nec vltra vocabit̃ nomẽ tuum Abraã:sed appellaberis Abraã, quia patrem multarũ gentiũ constitui te &c.Et tũc Deus fecit pactum circũcisionis cũ Abraã,& sic Abraam cępit circuncisionem in signum fęderis,& fidei Xp̃i futuri.Ex quibus patet,quòd Abraam ante circuncisionem iã crediderat Xp̃m futurum: & per solam fidem Xp̃i futuri fuerat iam iustificatus:sed cępit circũcisionem in signum fęderis, & tanq̃ signaculum fidei,vt inquit apostolus,in qua quidẽ circũcisione Deus acceptabat illum modicum sã guinẽ non in p̃rium solidum, sed tanq̃ arrã, & signum p̃rij futuri p̃ Xp̃m in cruce soluendi:vt dictum est sup Ps.39.& in tractatu contra Iudæos. Item seqũtur, q̃ regeneratio baptismalis,& fidei,q̃ figurabat illa circuncisio, & additio illius nominis:non tollit substantialiter naturã hois,sed addit gr̃am supra naturam, remouendo peccatum q̃ corrumpebat naturã,q̃ denotatur per hoc,q̃ illa syllaba ha.cũ aspiratione a ddita ipsi nomini Abraam nil remouet de substantia nominis: sed addit,& adauget ipsum nomen addẽdo istam syllabam ha.& sic dicitur Abraham:

per

A Per quod mysterium patet, q̃ istud nomen Abraam non est nomen natiuitatis,& naturæ,sed nomen fidei,& repromissionis,& gratiæ,& spũalis regenerationis, & nomen augumentationis, & perfectionis,inquantum gratia addit supra naturam, & perficit eam. Et per hoc etiam denotatur q̃ Abraã debebat habere duplicem generationem.s.vnam naturalem,& carnalem figuratã per hoc nomẽ Abraam,quod ante habebat,& aliam spiritualem per repromissionem, figuratam p additionem huius nominis Abraam. quod patet,nam iam nato Ismaele filio carnis facta est ipsi repromissio per Isaac.Itẽ hoc magis explicatur Gen.22.quando facto sacrificio Deus cum promissione & iureiurãdo dixit ipsi Abraam. Multiplicabo semen tuum
B sicut stellas cęli,& arenam quæ est in littore maris,& in semine tuo benedicentur omnes gentes &c.Ex quibus patet, q̃ duplicem generationem, & duplicem multiplicationem promisit Deus ipsi Abraam. s.generationẽ carnalem figuratam per arenã matis,& multiplicationem spũalem figuratam per stellas cęli. Item sequitur q̃ generatio spũalis erat multiplicanda ex populo gentili per baptismalem benedictionem in Christo, & p hoc q̃ ait,In semine tuo benedicentur oẽs gentes &c.Ex his omnibus patet, q̃ istud nomẽ Abraã non est nomen carnis,& naturæ, nec carnalis generationis,& natiuitatis, quia nouagintannorum erat Abraam, quando datum est à Deo ipsi istud nomen. Sed est nomen fidei Christi,& repromissionis,& gratię & benedictionis. Ex quo sequitur q̃ filij car-
C nales tantùm descendentes ab Abraam sine fide Christi,& regeneratione, non sunt veri filij Abrahę,sed filij Abraam.i. secundum carnem tantùm, & non secundùm promissionem,& fidem,quia Abraam est nomen fidei & gratiæ,& benedictionis, ergo solùm sunt veri filij Abrahæ illi qui Christum receperũt & fidem eius,& fuerunt regenerati,& benedicti in Christo per baptismũ, quia isti acceperunt gratiam & benedictionem super naturam,& sic patet qualiter totus populus gẽtilis i.omnes venientes ex illo populo & omnes qui regenerati sunt in Christo per baptismum,facti sunt semen Abrahæ, & veri filij Abrahæ secundm repromissionem,quia secuti sunt fidem ipsius Abrahæ, & benedicti sũt in Christo qui fuit ex semine Abrahæ secundùm carnem. Et sic etiam patet qualiter hoc nomen Abraam transiuit à populo Iudaido in populum gentilem per fidem Christi ex prædicatione apostolorum. Nam apstoli in Christo primo regenerati regenerauerunt postea populum gentilem per baptismum, & sic per fidem, & regenerationem baptismalem fuit translatum, & continuatum nomen, & semen Abrahæ in populum gentilem, & continuatur semper in populo Christiano,& sic nos sumus veri filij & semẽ Abrahæ.Vnde tria fecit Abraam antequam consequetur nomen augumentatum. Nam primò exiuit de terra natiuitatis vbi idola adorabantur. Secundò inuocauit nomen domini quod est verbum incarnatum. Tertiò credidit Deum incarnãdum, qui ipsi hæreditatem debebat dare in cęlo. Et hæc fides fuit ipsi reputata ad iustitiam. Et ideo in prę
D mium adeptus est hoc nomen Abraam tanquàm pater multarum gentium, sed postea per mysterium immolationis arietis pro Isaac credidit Christum passurum pro nobis, ideo dictum est ipsi qualiter in Christo erant regenerandæ omnes gentes.Per eandem ergo rationem istud nomen Israel non est nomen naturæ, nec carnalis natiuitatis,& generationis,sed est nomen fidei,gratiæ,& benedictionis, vnde legitur Ge.32.q̃ quando Iacob reuerteretur ex Mesopotamia in terram promissionis, dum dormiret iuxta uadum Iaboc,ecce vir.i.angelus in forma viri luctabatur eum eo vsq; mane:quem noluit dimittere Iacob usquequò benedixit sibi, cui dixit angelus,nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum,sed Israel,quoniam si contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis? Et tunc Israel vocauit nomen lo-
F ci illius Fanuel dicens, vidi dominum facie ad faciem & salua facta, est anima mea &c. Ex quibus patet, quòd propter quatuor impositum est ipsi nouiter hoc nomen Israel. Primò propter fidem,quia vidit hominem, & credidit Deum in illo homine dicens, vidi dominum facie ad faciem &c.Et sic per fidem vidit in spiritu,& credidit Deum incarnandum. Et ideo dictus est Israel, quod interpretatur vir videns Deum. Item secundò quia tenuit fortiter Deum, Tertiò,quia fuit à Deo benedictus. Quartò quia fuit per eũ directus Et ideo ille qui à natiuitate dicebatur Iacob,dictus est postea Israel à Deo propter ista quatuor.Israel enim idem est quod videns Deum,& fortis aut princeps cũ Deo

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & benedictus & directus à Deo. Ex quo patet, q̃ istud nomen Israel non est nomen natiuitatis, & naturę: sed nomē fidei Xpi: & nomē fortitudinis, & benedictionis, & directionis. Ex quibus etiam patet, q̃ non solū sunt veri filij Israel illi, qui nati sunt ex eo solùm secundùm carnem: sed soli illi, qui habuerūt & habent fidem Israel, quam habuit Iacob de Christo incarnādo in illa lecturatione. Et solàm sunt verus Israel, & veri filii Israel illi, qui sunt benedicti per Christū, & in Christo per baptismum: & qui sunt directi à Christo per legem euangelicam. Et sic etiam est dicendum, q̃ ante aduentum Christi. & in aduentu Christi solum erant veri filij Israel illi qui credebant, & expectabāt filium Dei in carnatum in Messiam, & qui credebant, & expectabant saluari per eius mortem, & pas-

B sionem: & benedici per baptismum, & dirigi per legem euangelicā, sicut præuidit, & credidit Iacob in illa visione. q̃ quam fidē fortitus est hoc nomen Israel. Et sub istis quatuor conditionibus expectabant illum oēs patriarchæ, & propheræ, vt probatū est p rotam expositionem ps. Et iō sequitur, q̃ scribę & phariſei & sequaces eorum iam nō erant viri filij Israel qñ venit Christus: quia non credebant nec expectabant Messiam Deum & hominem: nec Deū incarnatū ad saluandum eos spūaliter: sed expectabant Messiam purū hominē qui liberarent eos de seruitute tpali Romanorum: & prosperaret eos in copia bonorum tpalium. Et iō oēs erant hæretici deuiātes à vera intelligentia sacrę scripturæ legis, & proferarum. Et per cōsequens nō habebant fidem Abrahæ nec Israel: sicut

C lanus probatum est per totam expositionē ps. & in tractatu contra Iudæos. Ex quibus sequitur, q̃ veritas nominis Abrahæ, & Israel solum fuit reseruata in virgine Mariæ, & Ioef, & Zacaria, & Ioāne Baptista, & Elisabet, & Simeone, & cæteris qui expectabant verā redemptionem Israel. Et ideo ipse Simeon, & Zacarias habuerūt respōsum à spūsancto non visuros se mortem: nisi viderent Xpm dñi: vt patet Luc. 1. de Zacaria. & Luc. 2. de de Simeone. & patebit infra. Ex quibus patet q̃ quando venit Christus, iam erant diuisi filij Israel in filios carnis tm: qui erāt scribe & & fariſei, & sequaces eorum: & in filios spūs & promissionis, & fidei, & gratiæ: qui erant fideles supradicti, quod fuit figuratum in Iacob, qui post factam promissionem, & illam uisionem, & impositionem nominis mansit D claudus vno pede: & rectus alio pede. ad denotādum, q̃ vna pars filiorum debebat claudicare, & deuiare à fide eius, & à vera ꝓmissione, & intelligentia sacræ scripturæ: sicut scribæ. & fariſei, & omnes sequaces eorum, qui sunt Iudęi moderni obstinati. Et altera pars filiorum Israel debebat manere recta ī fide sua Christum recipiēdo: sicut virgo Maria cum supradictis, & omnibus fidelibus futuris. Et sic patet, qui sunt veri filij Israel, & verum semen Abrahæ. Et sic patet primum quæsitum. Quantùm ad secundùm patet ex superioribus, nam postquàm veritas nominis Israel mansit in virgine Maria, & Ioſef, & quibusdam fidelibus: ideo virgo Maria cum illis fidelibus suscepit Iesum Christum vice, & in persona totius Israel, & omnium patriarcarum, & profetarum, & omnium fide E lium præteritorum veteris testamenti, & tā quàm verum Messiam, & redemptorem, & saluatorem in lege promissum. sed omnes isti non receperunt eum eodem rpe nec modo. Nam sola virgo Maria suscepit ipsum primitate rpis, & dignitatis: quia non solum suscepit ipsum mente: sed etiam carne suo vtero virginali quando dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi sēdm verbum tuum, quia tunc in eodem instanti ope spiritus sancti corpus Christi fuit ex puris sanguinibus virginis formatū, & perfectè organizatum: & à tota Trinitate anima fuit in illo corpore creata: & in eodem instanti tota illa humanitas in atomo conditionata fuit à verbo personaliter assumpta. & sic virgo Maria in eodem instanti concepit: & suscepit in vero F virginali Iesum verum, & perfectum Deum & hominem tanquàm mundi redemptorē & saluatorem: prout angelus ipsi annunciauerat. In secūdo autem loco suscepit ipsum beatus Ioſef sponsus virginis. Nā cū Maria esset inuenta in utero habens de spiritu sancto, & Ioſef cogitaret occultè dimittere eam: angelus apparuit in somnis Ioſef dicens: Ioſef fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natū est, de spiritusancto est. pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum &c. Tunc autem exurgens Ioſef à somno fecit sicut pcepit angelus: & accepit Mariam cōiugem suam etc. Ex quo patet, quòd Ioſef sūe acce pit Mariam tanquàm matrem Dei quia iam ante

A ante erat ipsi vera coniūxit, & spōsa. Et tunc accepit puerum Iesum tanquam saluatorem mundi: vt patet Mat. 1. In tertio autem loco suscepit Iesum Ioannes Baptista tanquā dominum, & saluatorem mundi: & hoc qñ Maria ingressa est domum Zacariæ, & saluauit Elisabet: quia tunc foc. exultauit in gaudio in vtero ipsius Elisabet. Et ex consequenti Elisabet plena spiritu sancto recepit Mariā tanquàm matrē Dei: & recepit Iesum Christum tanquàm dominum, & mundi saluatorem: cum dixit. Et vnde hoc mihi, vt mater domini mei veniat ad me? Benedicta tu in ter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & beata quæ credidisti: quoniam perficient in te quę dicta sunt tibi à domino etc. Ex quibus patet, q̃ isti tres. s. Ioſef. & Ioānes

B Baptista, & Elisabet susceperunt Christū, in dominum, & mundi saluatorem: adhuc existentem in utero virginis Mariæ. Ité in quarto loco suscepit ipsum Zacarias pater Ioannis Baptistæ: quia in natiuitate filii sui plenus spiritu sancto profetauit dicens. Benedictus dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ etc. In quo quidem cantico Zacarias annunciat, & confitetur saluatorem, & redemptorem venisse ad faciendam salutem, & redemptionem plebis suæ: & confitetur in Christo esse completas omnes promissiones factas ipsi Abrahæ, & ossis patriarchis, & ꝓfetis de Messia mittendi saluatore, & redemptore. & prædicit Ioannem Baptistam futurum præcursorem Christi: ad præparandas vias eius. Et confitetur qualiter iam visitauit nos oriens ex alto: C tis sedent ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Ex quibus patet, q̃ Zacarias iam confestus est: & suscepit Christum adhuc existentem in vtero matris tanquā saluatorem, & redemptorem, & regē Israel: & p consequēs Messiā in lege. & prophetis promissū: vt patet Luc. 1. In quinto autem loco si. susceperunt ipsum pastores qui moniti angeli uenerunt ad adorandum Christum nomen natum in Betleem: vt patet Luc. 2. Nec est ambigendum qui Elisabet, & Zacarias uenerint ad adorandum Christum in præsepio sicut pastores: eò q̃ domus Zacariæ uix distabat à Betleem per vnum miliare. In sexto autem loco in persona, & vice totius populi gentilis facti veri filij Israelitæ per fidem, uenerunt magis ab oriente, & adorarunt Christū tanquam Deum, & hominem, & dominum D totius vniuersi, & specialem regem Iudæorum: & per consequens verum Messiam in lege promissum: vt patet Matthæi. secūdo. & sic patet qualiter illi magi facti veri Israelitæ susceperunt Christum in persona, & vice totius populi gentilis, qui erat futurus verus Israel, & semen Abrahæ per fide: & erat benedicendus. & regenerandus in Christo tanquàm verum semen Abrahæ secundùm repromissionem ipsi factam: prout supradictum est. In septimò autem loco suscepit eū Simeon iustus in templo in persona totius Israel, & in persona legis. Vnde cùm virgo Maria non obligaretur apparere in templo in quadragesimo die post partum: eò quod non fuscepto semine: sed opere spiritussancti concepera: nec cum æruminis. & sordib. aliarum mulierum: sed cum puritate. & vir- E ginitate pepererat: nec Christus erat obligatus ad præsentandum in templo: eò quòd solus inter mortuos liber in Adam non fuerat obligatus. eò quòd non ex opere Adam conceptus fuerat: nec in carnem peccati venerat: sed sponte voluit subijci legi: vt eos qui sub lege erant redimeret. & à iugo legis liberaret: ideo licèt virgo Maria sola inter omnes mulieres per filij gratiam erat ab illa lege excepta: tamen monitu, & voluntate filij venit in quadragesimo die à natiuitate secundùm legem Moysi ad præsentandum filium suum in templo ipsi Simeoni: pro tunc vicem gerenti summi sacerdotis: & præsentauit ipsum illi. Quasi diceret virgo Maria. O Simeon, ecce filius meus: quem licet videas venire in similitudinem carnis peccati: vt damnet peccata F omnium in carne sua: tamen non habet vllum peccatum: quia non ex opere Adam conceptus nec natus est. Ideo non præsento ipsum tibi tanquam peccatorem: sed tanquam peccatorum omnium saluatorem, & redemptorem, & totius Israel à iugo legis liberatorem &c. Tunc Simeon iustus, qui diu expectauerat, & optauerat redemptionem Israel, & acceperat responsum à spiritusancto, non uisurum se mortem, nisi prius videret Christum dominū: cognou i in spiritu illum sibi præsentatum esse saluatorē mūdi, iō cū gaudio, & lacrimis accepit illū in vlnas suas, & benedixit Deū gras agēdo, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine sēdm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi

mei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anne salutare tuū. Quasi dicere . O dñe post-quàm oculi mei viderunt saluatorem mundi, iā non est amplius quod desiderare queā. Ideo quia iā desiderium meum impletū est secundùm promissionem mihi factam: ideo dimitte me in pace, quia contentus recedā ab hoc mundo: quia scio in breui liberari, & exire de limbo inferni post istum saluatorē, quem præparasti ante faciem oīum populo rum: vt sic lumen ad reuelationem, & illumi nationem gentiū, & spūalem gloriam plebis tuæ Israel, quasi diceret: iste nō erit saluator temporalis solius popu li Iudaici: vt dicunt scribe, & farisæi, sed erit illuminator & glori ficator oīum gentium, & plebis tuæ Israel, & sic erit redemptor vniuersalis. qa oēs fiēt Israel in eo pr lumen fidei. Et tunc Simeō conuersus ad virginem Mariam annūciauit
B ipsi rorum mysterium passionis, & resurrectionis Christi, & nostre redemptionis: & p-dixit obstinationem multorū Iudæorum. Et tunc ēt Anna profetissa predicabat ipsum vniuersalem redemptorē oibus, qui expectabant redēptione Israel. vt patet I.ii. 2. Et sic patet qualiter Simeon in persona legis, & sacerdotij, & totius veri Israel suscepit Christum puerū suum. f. sibi promissum tanq redemptorē, & Messiam & saluatorem. Sed postea in 30. anno in tpe ostensionis suæ: fusce perunt ipsum apostoli, & discipuli. & mulierēs, quæ Christum sunt secutæ vsq; ad passionem, & sepulturam inclusiue. Et exinde post spūsanctī missionem suscepit ipsum magna multitudo conuersorum de Iudaismo: vt patet per totū discursum Actuum apostolorū. Vltimò aūt totus populus gentilis factus ve
C rus Israel per fidem & regenerationem baptismalem suscepit Christum puerum suum sibi promissum in Abraam: vt patet Ge. 22. & in Iacob, Ge. 49. Ex quibus patet q Simeō iustus fungēs pro tunc suo sacerdotio in tem plo: tanq syndicus, & procurator legis, & sacerdotū & oīum patriarcarū, & profetarū. & totius Israel: suscepit Iesum puerū suum tanquam redemptorem & Messiam. & saluatorem Israel: & sic concelsus est ipsum saluatorem, & lumen gentiū, & gloriam plebis Dei Israel. Sed Magi primicerij populi gentilis susceperūt ipsum in dominum. Sed apostoli tanquā primicerij, & principes totius ecclesiæ Christi susceperunt ipsum in redemptorem, & glorificatorem, quæ quidem ecclesia fuit congregata ex conuersis de populo gētili, & Iudaico: quæ dicitur verè Israel & se-
D men Abrahæ secm fidem. Et sic patet qūo, & quando, & per quos susceptus Israel puerū simum: prout secundo quærebatur. Quantū ad tertiū est dicendum, q Deus recordatus misericordiæ suæ multotiens, & multis modis locutus est patres ver. test. & per diuersa sæcula successiuè locutus est ipsi Abrahā & semini eius Christum promittendo. Nam in prima ætate locutus est ad Adam post lapsum, & postquàm eiecit ipsum de paradiso. Vnde dicit Augustin. in lib. Cur Deus homo: q Deus licēt in puniendo Adam propter inobediāriam fuerit vsus iustitia: tamē recordatus suæ mīæ promisit ipsi mittere filium suum in carnem: qui eum cum tota sua
E posteritate per carnem suam redimeret: vt si de instanti miseria doleret: tamen de filio suæque posteritatis remedio iam de longin- quo gauderet &c. Et sic etiam locutus est ad Abel de Christo futuro, & ad Enos qui incepit inuocare nomen dñi: quod quidem nomen nil aliud est, nisi verbum incarnatū vt frequenter dictū est. Et sic ēt locutus est ad Enoch. qui per fidem Christi futuri placuit Deo, & translatus est in paradisum. Eccl. 44. Item in secundo sęculo & ætate locutus est ad Noe, & fecit cum eo pactū fidei post diluuiū, promittendo ipsi Christū saluatorem mundi per figurā & mysterium arcus sicde
F ris cœlestis, dicens. Et non erunt vltra aquę diluuij ad delendam vniuersam carnē &c. Arcum meum ponam in nubibus cœli: & erit signum fœderis inter me, & terram: erit que arcus meus in nubibus: & videbo illum & recordabor fœderis sempiterni &c. Gene. 9. Per quod mysterium præuidit Noe totū mysterium incarnationis & nostræ redemptionis. Nam ille arcus qui dicitur Iris, nil aliud est nisi imago solis in profundo nubis roratæ iam quasi digestæ, quæ quidē imago causat tres principales colores præter alios minus pricipales. f. colorē rubeū & viridē & cęruleum. per qđ fuit significatum: qualiter filius Dei q est imago patris, debebat descendere de cęlo & poni, & latere in nube humanitatis, & fieri homo: qui dī Christus: in quo est verbum, & caro, & anima tanq tres cęlo res. Vnde sicut quando apparet ille arcus in nube: amplius non timetur rempestas: nec diluuium, quia ille arcus videtur significare oēm tempestatem: ita quādo filius Dei apparuit in carnatus in mūdo, iā amplius nō timuit

A timuimus diluuium dānationis. Et sic Deus respiciens ad illum arcum recordatus fœderis & pacti, ne amplius induceat diluuium. Ita pariter Deus respiciens Christum incarnatum tanquàm imaginem suam, semper recordatur misericordię suæ. Et sic recordatus per merita passionis filij sui figurata per colorem rubeum, liberauit totum genus humanum de dilutio perpetuæ mortis, & seruitutis, & quotidie liberat nos à peccatis respiciēdo merita passionis Christi filij sui. Et hoc mysterium incarnationis, & redemptionis genens humani præuidit Noe in spiritu per filium arcum fœderis, & etiam per liberationē à diluuio factam per arcam, & sub tali fide Christi futuri redemptionis saluatus est Noe cum suis filijs fidelibus in primo, & secundo
B sęculo. Item in tertia ætate locutus est Deus ipsi Abraam promittendo filium suum saluatorem mundi: cum dixit: Suspice cęlum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Et tunc, quia credidit Abraam saluatorem mundi futurum de suo semine secundū carnem, ideo reputatum est ei ad iustitiam. Ge. 15. Et etiam locutus est Deus ipsi Gen. 22. in sacrificio Isaac: quando dixit. Per memetipsū iurauī, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo propter me, multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & sicut arenam quæ est in littore maris, & in semine tuo benedicentur omnes gentes. In quibus verbis p. uidit Abraam in spiritu, & credidit ipsum fu turum ex sua generatione secundùm carnē, in quo omnes gentes erant benedicendæ, & regenerandæ per fidem baptismalem, & fieri
C semen Abraæ secundum repromissionem. Et præuidit etiam totum mysterium passionis Christi. f. qualiter Christus erat crucifigēdus in illo loco, & monte: vbi ipse immolauerat arietem. Ideo appellauit nomen loci illius, Dominus videbit, in Hebræo autem habetur. In loco dominus videbitur q. d. qp dñs Iesus Christus Deus, & hō videbitur crucifigi in hoc loco, sicut in veritate copletum est, quia in eodem loco crucifixus est Christus: vbi Abraam immolauit illum arietem. Deinde autem Deus locutus est semini eius
D. posteris Abraæ de Christo per singula sæcula, & singulas ætates. Nam in eadem ter-tia ætate locutus est ipsi Isaac promittendo ipsi Christum. Ge. 27. Vnde quando Iacob venit ad Isaac coopertis manibus pellib. hœ dī simulans fratrem suum Esau, & petijt benedictionem, & osculatus est cū Isaac, & sentiens fragrantiam, & odorem vestimentorum, benedicens eum dixit. Ecce odor filij mei sicut odor agripleni cui benedixit dominus &c. tunc Isaac præuidit in spiritu, qualiter filius Dei debebat fieri homo, & indui, & sumere carnem de genere Iacob: quia iam tunc sensit odorem, & fragrantiam vestimē torum humanitatis Christi, quæ fuerunt merita passionis Christi, quibus genus humanū fuit recreatum. Item in eodem tertio sæculo mundi Deus locutus est ipsi Iacob. Gene. 18. quando vidit scalam stantem super terrā, cuius summitas tangebat cęlum, & angelos ascendentes, & descendentes per eam, & dominum annixum scalæ dicentem. Ego sum Deus Abraam, & Isaac, vbi tacta est ipsi repromissio de Christo futuro. Item iā clārius præuidit Iacob Christum incarnandum Gen. 32. quādo luctatus est cum Angelo in
E forma uiri. Item clarius præuidit in spiritu, & prædixit Iacob mysterium incarnationis, & passionis Christi, & conuersionem gētiū. Gen. 49. quando dixit. Nō auferetur sceptrū de Iuda: nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium &c. Itē in quarta ætate locutus est Deus ipsi Moysi promittendo Christum, qñ Exod. 23. dixit. Ego ostendam. oē bonum tibi: & vocabo te nomine tuo. Et miserebor cui voluero &c. Et ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea donec transeam, tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea &c. Item clarius promisit Deus filium venturum in carnem, quando dixit Deutero. 19. Prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum similem tui: ponā verba mea in ore eius, loquetur q; ad eos quæcūq; dixero illi &c. Item in quinta ætate, & sęculo mundi locutus est Deus ipsi Dauid, promittendo ipsi Christum in carnē qñ dixit ipsi 2. Regū. 7. Cum dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te: qđ egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliā tronum regni eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium &c. Item hoc idem patet Psal. 88. & 131. Item in eadem ætate Deus locutus est Isaiæ promittendo Christum, dicens cap. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel & cætera. Item capit. 9. Paruulus natus est nobis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & filius datus est nobis,& factus est principa
tus super humerum eius, & vocabitur nomẽ
eius admirabilis. Deus fortis,princeps pacis,
pater futuri sæculi &c. Hoc idem patet p to-
tum discursum Isaiæ. Item Hieremiæ 31. No
uum creauit dominus super terram: femina
circundauit virum &c. Item capit. 33. Ger-
minare faciam Dauid germen iustum, &
faciet iudicium, & iustitiam in terra, & sal-
uabitur Iuda & Hierusalem,& hoc est nomẽ
quo vocabunt eum. Dominus iustus noster
&c. Item Ezechie. 36. Cum sanctificatus fue-
ro in vobis effundam super vos aquam mun
di,& mundabimini ab omnibus inquinamen
tis &c. In sexta autem ætate locutus est do-
minus per Angelum Gabrielem ipsi Danieli
dicens. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ
sunt super populum tuum, & super vrbem
B sanctam tuam, vt consummetur præuarica-
tio,& finem accipiat peccatum, & deleatur
iniquitas & inducatur iustitia sempiterna, &
impleatur visio & prophetia,& vngatur san-
ctus sanctorum &c. Item in eadem sexta æta
te promisit Deus ipsi Aggæo mittere filium
suum in illud secundum,& vltimum templũ
dicens. Adhuc modicum est, & ego commo
nebo cælum,& terram, & mare, & arida, &
mouebo oẽs gentes. Et veniet desideratus
cunctis gentibus,& implebo domum istam
gloria, dicit dominus, magna erit gloria do
mus istius nouissimæ plusquam primæ &c.
Item Zacar. 2. Lauda & lætare filia Sion,quia
ecce ego venio, & habitabo in medio tui,
Et applicabuntur gentes multæ ad dominũ
in die illa,erunt mihi in populum &c. Item
cap. 9. Ecce rex tuus venit iustus,& saluator,
C ipse pauper sedens super asinam, & super
pullum filium asinæ &c. Item ultimò in
eadem sexta ætate locutus est dominus Ma-
lachiæ 3. dicens. Ecce ego mitto Angelum
meum,& præparabit viam ante faciẽ meam,
& statim veniet ad templum sanctum suum
dominator,quem vos quæritis,& Angelus te
stamenti,quem vos vultis &c. Quæ quidem
prophetia simul cũ prophetia Aggæi fuit im
plera,quando virgo Maria præsentauit Chri-
stum filium suum Simeoni in templo. Quia
tunc susceperit Israel puerum suum,sicut Deus
locutus fuerat ad patres nostros, & promise-
rat ipsi Abraã & semini eius successiuè p sæ
cula & ætates. Et sic patet qũo,& quãdo,& ad
quos patres locutus est dñs in testamẽto ve.
promittendo Christum venturum,& quomo
do hoc promisit ipsi Abraam et semini eius D
in sęcula. Et ideo dixit virgo Maria cõcluden
do canticum suum,q ipsa magnificat domi-
num agendo gratias,quia iam susceperit Israel
puerum suum recordatus misericordiæ suæ,
Sicut locutus est ad patres nostros Abraam,
& semini eius in sęcula. Vnde notandum q
Deus dupliciter fuit recordatus misericordiæ
suæ. i. ad modum recordantis se habuit. Pri-
mò promittendo filium suum in carnem ad
saluãdum populum,sicut dicit Aug. lib. Cur
Deus homo,quia desperaret Adam,et sui sue
cessores,misertus dominus promisit filium
suum in carne. Secundò fuit dominus recor-
datus misericordiæ suæ mittendo ipsum si-
cut promisit. Et ideo ly recordatus misericor
diæ suæ potest dupliciter ordinari. Vno mo-
do cum ly sicut locutus est, vt sit sensus, q
iam susceperit Israel puerum suum,sicut domi E
nus recordatus quondam misericordiæ suæ
locutus est ad patres nostros. Secundò modo
ly recordatus misericordiæ suæ,potest facere
orationem per se per verbum substãtiuum
sub intellectum referendo ad tempus missio
nis ut sit sensus,q iam susceperit Israel puerum
suum,eò q Deus in hac septima ætate re-
cordatus est misericordiæ suæ mittẽdo filiũ
suum,sicut quondã locutus est ad patres no-
stros etc. Item est aduertendum,q ly Abrã
est dativi casus indeclinabiliter,sicut hoc no
men Abraam frequenter ponitur indeclina-
biliter per omnes casus,sicut ibi. Deus Abrã
Deus Iacob etc. Item psal. 104. Semẽ Abrã
serui eius,et filij Iacob electi eius,et iõ ly A-
braam, et semini eius regitur ab illo verbo
locutus est,iterum repetito,referendo ad di- F
uersa,vt sit sensus. s. sicut Deus locutus est
ad patres nostros primæ, et secũdæ ætatis. s.
Adam et Noe,et sicut locutus est ipsi Abrã
et semini eius. Iterum est aduertendum, q
ly In sæcula, dupliciter potest ordinari. Pri
mò cum ly recordatus misericordiæ suæ, et
tunc est idem quod in æternum,vt sit sẽsus,
Deus recordatus misericordiæ suę in sæcula
i. in æternum q a in æternũ mia eius. Alio
modo põt ordinari cum ly locutus est, et tunc
idem est qđ per sęcula. i. per singula sęcula. et
ætates. s. Israel susceperit puerum suum sicut
Deus recordatus mię suæ locutus est quon-
dã p singula sęcula ad pẽs nros, et locutus
est per singula secula successiuè Abraam,
et semini eius. Nã in primo sæculo, et ætate
mundi locutus est ad Adam, et in secũdo sę-
culo

A culo ad Noe, & in tertiò sæculo locutus est
ipsi Abraam,& sic successiuè semini eius. Nã
in quartò sæculo locutus est ipsi Moysi. Et in
quinto ipsi Dauid,& Isaac, & Hieremiæ, &
Ezechieli, & cęteris. Et in sexto locutus est
Danieli & Aggæo,& Zacariæ, & Malachię.
Sed in septimo sæculo Deus adimpleuit qđ
promiserat omnibus supradictis, quia misit
filium suum in carnem. Et sic Israel susceperit
puerum suum Iesum,sicut Deus recordatus
misericordiæ suæ omnibus supradictis p sin-
gula sæcula promisit. Et in hoc concluditur
psalterium decacordum, & canticum nouũ
virginis Mariæ. Quod quidem canticum be-
ne merito dicitur psalterium decacordum
propter eius concordiam, & proportionatã
harmoniam, & melodiam. Nam nullum can
ticum reperitur in sacra scriptura cum tanta
B harmonia,& proportione artizatum. Habet
.n. decem cordas,quarum nulla discrepat ab
alia, imò prima concordat cum vltima, &
conuersò, & semper media concordat cũ
præcedente,& subsequente. Et vita eius non
in rebus mundanis,sed in Deo salutari suo
exultans in vniuersali salute, & redemptio-
ne. Item Maria exultauit in Deo salutari suo,
eò q dominus respexit humilitatem eius, fa-
ciendo ipsam matrem suam. Et quia fecit ip-
sam matrem suam, ideo dicunt eam bea-
tam omnes generationes: imo ideo di-
cunt eam beatam omnes generationes: eò
q dominus qui potens est, & nomen eius
sanctus,fecit ei magna. i. qa magnificauit eã
magnis priuilegijs, & supradictis duodecim
dignitatibus eam super oẽs alias puras crea-
turas dignificauit. Item quia Deus potens
C est,& sanctum nomen eius, ideo non solùm
extendit potentiam, & misericordiam suam
ad matrem suam,sed etiam misericordia eius
successiuè processit à progenie in progenies
& profuit, & subuenit omnibus timentibus,
& credentibus eum. Et sic inquantum Deus
est sanctus,vsus est mia cum omnibus timẽ-
tibus eum. Sed inquatũ potẽs, fecit potentiã
in brachio suo, qđ est verbũ incarnatũ, &
filius eius, cõtra oẽs superbos,& obstinatos,
cum quibus non est vsus mia, sed potentia,
& iustitia, quia dispersit omnes demones,&
Iudæos,& obstinatos superbos de supba mẽ
te,& mala intẽtione cordis sui. Nã deposuit
oẽs supradictos potẽtes de sede ptãtis in qua
sedebãt,& exaltauit humiles, & obedientes
& fideles. Nam loco demonum exaltauit ho
mines iustos in sedes eorum. Et loco scriba D
rum,& phariseorum,& sacerdotum exaltauit
apostolos,& omnes Christianos in sacerdo-
tium, & intelligentiam legis. Et loco tiran-
norum exaltauit Christianos reges, & impe
ratores. Item esurientes gentiles ad fidem cõ
uersos implenit bonis gratiæ in præsenti, &
gloriæ in futuro, sed Iudæos diuites in lege
& propheris reputatos dimisit inanes,& va-
cuos, & priuauit bonis supradictis. Sed quia
omnia ista fecit Christus in suo aduentu,qui
est brachium Dei, ideo Israel susceperit puerũ
suum Iesum,qui fecit omnia supradicta. Et
ideo Israel susceperit eum, eò q ipsi Israel fue-
rat promissus: sicut Deus recordatus est mi
sericordiæ suę locutus est quondam ad pa-
tres nostros in prima,& secũda ætate, & po-
stea locutus est ipsi Abraam, & semini eius
in sęcula. i. p singulas ętates,& sęcula successi E
uè,eo modo quo dictum est.

Et sic explicitum est canticũ virginis Ma-
riæ cum eius expositione.

Præfatio in Canticum Zacariæ.

COnsummata autem, & completa expo-
sitione cantici virginis Mariæ, rursus fui
rogatus à quibusdam sacerdotibus filijs me-
is,vt post tantum laborem assumptum non
omitterem cętera tria cantica euangelica,
pura canticum Zacarię, & Simeonis. & an-
gelorum. Et ideo deuotioni eorum satisfa-
cere cupiens in expositione supradictorũ cã
ticorum breuiter me expediam. Ad quorum
generalem intelligentiam est notandum, q
sicèt cantica vtriusque testamenti fuerint sa- F
cta semper ad laudem Dei agendo gratias
pro aliquibus beneficijs receptis, tamen est
differentia inter cantica noui testamenti, &
veteris. Nam cantica veteris testamẽti sem-
per fuerunt facta agendo gratias pro aliqui-
bus bonis temporalibus tunc receptis,sed ,p-
ut figurabant,& significabant futura benefi-
cia nostræ redemptionis conferenda in no-
uo testamento per aduentum Christi, qa ali-
ter illa cantica nõ pertineret ad sacram scri-
pturam sicut pluries dictum est. Sed cantica
euangelica non sunt facta pro beneficijs tẽ-
poralibus, sed pro beneficijs spiritualibus,
per illa beneficia temporalia veteris testa-
menti figuratis. Quæ quidem beneficia spi-
ritualia recepimus in aduentu Christi. Et sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cantica euangelica sunt gratiarum actiones: eò q̃ iam recepimus beneficia nostræ redemptionis quæ in veteri testamento fuerunt promissa, & desiderata, & figurata, & vaticinata de futuro. Et iõ cantica euangelica sũt potiora, & digniora, quàm legalia & prophetica. Quia potior est possessio, q̃ spes. Et potior finis, quàm ea quæ sunt ad finem. Sed quia sicut incarnatio, & natiuitas Christi fuit finis legis veteris, ita fuit principium nostræ redẽptionis: ideo in incarnatione, & natiuitate Christi facta sunt quatuor cãtica per quatuor dignas, & autenticas personas, & hoc successiuè, agendo gratias pro aduẽtu Christi nostræ redemptionis, & salutis autoris.

Quorum primum cantauit virgo Maria in domo Elisabet paulopost incarnationem dicens. Magnificat anima mea dominum. De quo supradicta expositio facta est. Secũdum canticum cantauit Zacarias in tertio mense ab incarnatione Christi in natiuitate Ioannis Baptistæ præcursoris eiusdem Christi, dicens. Benedictus dominus Deus Israel &c. Tertium cantarunt Angeli in die, & hora natiuitatis eiusdem Saluatoris, dicentes. Gloria in altissimis Deo, &c. Quartum tandum canticum cantauit Simeon iustus quadragesimo die post natiuitatem Christi, quãdo fuit in tẽplo presentatus, dicens. Nunc dimittis seruũ tuum &c. Sed quia canticum virginis superius fuit expositum, ideo cæteris tribus canticis superno suffragante præsidio sunt nobis breuiter differenda. Est verum, quòd licèt cãticum Angelorum sit tertium in ordine temporis, & scripturæ euangelicæ, tamen erit vltimum in ordine expositionis. Ideo primò ad expositionem cantici Zacariæ est accedẽdum.

B *Benedictus dominus Deus Israel &c.*

Ad intellectum, & argumentum huius cantici est notandum, prout scribitur Luc. 1. quòd circa tempus incarnationis Christi inter fideles illius temporis, in quibus manserat vera fides, & spes Israel, & Abrae de Christo futuro, & mysterio nostræ redemptionis: fuit vnus Zacarias vir Elisabet vnus de 24. sacerdotibus electis, qui secundùm vices suas, & hebdomadas ministrabant in templo. Et ideo cum iste Zacarias vir sanctus, & iustus videret sceptrum Iuda esse ablatũ, & regnum iudeorum in potestate Herodis vlri alienigenæ, & tyranni, qui multis modis D affligebat populum, & videret populum iudeorum deprauatum per falsam doctrinam & fermentum scribarum, & phariseorũ, qui iam deprauauerant, & corruperant scripturã legis, & prophetarum falso modo, & ad suũ lucrum glosando, & videret instare tempora aduentus Messiæ, eò q̃ iam erant completæ 62. hebdomadæ Danielis prophetę, in quarum fine promissus Christus debebat venire. Hinc est quod diebus ac noctibus Deum orabat, vt Deus mitteret Christum filium suũ ad liberandum genus humanum de seruitute peccati, et ad liberandum illum populum ab errore scribarum, & phariseorum, et hęreticorum, et de manu Herodis tyranni, vt omnes liberè, et rectè possent Deo seruire in iustitia, et veritate, et sanctitate secundùm uerum intellectum sacræ scripturæ.

Sed factum est cùm Zacarias fungeretur officio sacerdotali in templo secundùm vicẽ suam, quadam die apparuit ipsi Angelus Gabriel stans à dextris altaris incensi: qui dixit ipsi. Non timeas Zacaria, quoniã exaudita est deprecatio tua: d̃ acceleratione aduenius Christus supple. Vnde Elisabet vxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi, et exultatio. Et multi in natiuitate eius gaudebunt, eò q̃ ipse erit præcursor Christi, quem totus mundus desiderat supple. Vnde iste puer spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Et ipse præibit tãq̃ præcursor ante illum, idest Christum in spiritu, et virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios, et incredulos deprauatos per scribas, et phariseos conuertat ad prudentiã et veram intelligentiam iustorum, paratum ad parandum domino plebem perfectam, quia præparabit corda eorum vt recipiant Christum, & legem iustitiæ eius, & euangelii veritatis &c. Sed quia Zacarias dubitauit in verbis angeli, ideo mansit mutus non loquens vsquequò verba angeli fuerunt impleta vt patet Luc. 1. Et ideo postquàm Elisabet concepit Ioannem Baptistam, in mense sexto idem Angelus Gabriel missus à Deo nunciauit Mariæ virgini incarnationem filij Dei ex ea, dando ipsi exemplum de Elisabet, quæ conceperat filium in senectute sua. Vnde postquàm virgo Maria concepit filiũ Dei illico

A illico exurgens abijt cum festinatione à Nazaret in Iudæam, & ingressa domum Zacarię salutauit Elisaber: & mansit cum ea tribus mensibus, vsque ad natiuitatem Ioannis Baptistæ. Quem suscepit virgo Maria in manibus: & interrogauit Zacariam quem vellet vocari eum, qui accepto pugillari scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et tũc apertum est os Zacarię. Et plenus spiritu sancto: prout Christus existens in vtero virginis inspiravit in eum: agens Deo gratias cantauit hoc canticum, dicens; Benedictus dominus Deus Israel. In quo quidem cantico duo principaliter facit. Nam primò agit gratias: quia iam venit Christus ad complendum omnia promissa patriarcarum, & prophetarum. Secundò dirigit verba ad puerum natum: commendando ipsum de officio præcursoris: quia erat præcursor Christi. Secundo ibi. Tu puer propheta altissimi &c. Ad intellectum ergo primæ partis est notandum, quòd tota sacra scriptura legis, & prophetarum frequenter appellatur testamentum Dei. cuius ratio est. Nam testamentum dicitur à testando: quod idem est, quod affirmare. Et ideo vtriusque iuris professores dispositionem omnium bonorum confirmatam per mortem testatoris appellant testamentum. Vnde diffinientes testamentum dicunt, quòd testamentũ est vltima voluntas testatoris, id est dispositio omnium bonorum per vltimam voluntatem testatoris confirmata. Vltimam autem voluntatem appellat illam, quæ p̃ mortem finitur, & confirmatur. Et ideo nunquã dispositio testamenti est valida nec confirmata nisi per mortem testatoris: eò quod per totum tempus ante testator potuit mutare voluntatem, & per consequens dispositionem suorum bonorum, & ideo hæres non recipit hæreditatem: nisi post mortem testatoris. Et ideo illa dispositio omnium bonorum, quæ facta est per magnum tempus per testatorem, non dicitur donatio nec concessio: sed quædam sponsatio, & promissio: quæ non sortitur effectum: nisi p̃ mortem testatoris. Ex quibus omnibus patet, quòd tota scriptura legis, & prophetarũ ante aduentum Christi non propriè poterat dici testamentum respectu illius populi sed solùm dispositio testamenti inquantum promittebatur eis Christus in carnem venturus: qui eos de seruitute peccati debebat liberare, & bona spiritualia graciæ, & gloriæ D in hæreditatem conferre. Sed respectu Dei semper dictum est testamentum: inquantũ voluntas Dei semper fuit, & est firma, & immutabilis. Sed respectu illorum fidelium, & nostri nunquàm fuit verum testamentum: vsque quo per Christum, & eius mortem fuit confirmatum. Vnde Christus Deus, qui olim illud testamentum disposuerat per promissiones factas patriarchis, & prophetis, postea veniens in carnem confirmauit per suam mortem, & passionem. Et ideo tunc omnes fideles veteris testamenti simul nobiscum receperũt repromissiones, vt inquit apostolus ad Hebræo 11. Et sic patet qualiter testũ nouum nil aliud est, nisi confirmatio veteris testamenti facta per Christum in sua incarnatione, & conuersione, & morte, & resurrectione, & ascensione. Et ideo tota E scriptura vtriusq; legis non est nisi vnum testamentum. f. ante aduentum Christi dispositum: & per aduentum Christi confirmatũ: quia tota sacra scriptura veteris legis nil aliud fuit: nisi quædam dispositio te. Ideo dicit Ps. 88. Disposui testamentũ electis meis. Sed tota scriptura nouę legis nil aliud est nisi confirmatio veteris facta per mortẽ Christi. Ideo dixit saluator. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. i. p̃ meum sanguinem nouiter confirmatũ. 1. ad Cor. 11. Et ideo hæc est causa quare patriarchæ, & prophetæ, & omnes fideles veteris te. cũ tanto affectu desiderabant aduentum Christi. i. vt veniret ad confirmandum testamentum suum, & vt reciperent promissiones faciendas de beneficio redemptionis. Et hæc F est causa quare virgo Maria, & Zacarias, & Simeon cantarunt cantica noua agendo gratias in conceptione, & natiuitate Christi, eò q̃ per Christum totum testamentum vetus in breui erat confirmandum, imo iam incipiebat confirmari. Et ideo est videndum, q̃ sunt illa bona in veteri testamento p̃missa, & in nouo testamẽto p̃ Christum confirmata, & completa, pro quibus Zacarias agit gratias in hoc cantico. Ad quod dicitur, q̃ primò Christus promisit venire in camẽ ad visitandum plebem suam, & oues suas, vt patet Ezech. 34. Secũdò promisit redimere populum suum, vt patet Psalm. 139. Tertiò promisit exaltare regnum Dauid spirituale, de ipso carnem assumendo, vt pater. 2. Reg. 7. & 23. & Ps. 88. & Eze. 34. Sed talis promissio

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prius facto fuerat ipsi Abrahæ. Et ideo Zacarias in hoc cantico agit gratias: quia omnes illas promissiones putat esse completas postquam mysterium incarnationis erat factum: eò quòd Christus in carne assumpta omnia illa erat in breui complenturus. Et ideo dicit.

Benedictus dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Quasi dicat, quia iã visitauit nos per suam præsentiam, & prædicationem, & miraculorum operationem. Et iam fecit redemptionẽ plebis suæ per suam mortem, & passionẽ.

Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraam patrem nostrum, daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

In sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Et iam erexit cornu. i. regnum salutis nostræ in domo Dauid pueri sui, de virgine Maria carnem assumendo, per quod mysterium exaltauit domum Dauid: eò quòd virgo Maria erat de domo Dauid. Et exaltauit humanam naturam inquantùm dignatus est nostram naturam assumere. Et ideo in domo Dauid exaltauit, & erexit cornu: idest victoriam nostræ salutis. Nam humanam naturam, quæ per peccatum ipsius Adam erat prostrata. Christus erexit ipsam assumendo, & post mortem, & passionem in ea resurgendo. Quatuor ergo modis erexit humanam naturam prostratam. Vno modo ipsam personaliter assumendo per incarnationem. Secundo modo ipsam liberando per mortem, & passionem. Tertiò ipsam glorificando per resurrectionem. Quartò in cœlo inter angelos collocando per suam ascensionem. Et totum hoc fecit Christus sicut quondam locutus est, id est promisit per os sanctorum prophetarum eius: qui à sæculo: & in principio mundi sunt: id est hoc fecit vt impleret, & verificaret promissiones, quæ factę sunt eius à sęculo, & principio mundi, discurrendo per omnia sæcula, & ætates. Nam in primo sæculo, & ætate Christus redemptor fuit promissus ipsi Adã, & Abel, & Enos, & Enoch. Et in secunda ætate fuit promissus ipsi Noe. Et in tertia ipsi Abraam, & Isaac, & Iacob. Et in quarta ipsi Moysi, & Iosue. Et in quinta ipsi Dauid, & in omnibus prophetis primi templi. Et in sexto sæculo, & ætate fuit promissus ipsi Danieli, & Aggæo cum prophetis secundi templi: prout dictum est in cantico virginis. Et ideo Christus venit in carnem, & voluit nos per incarnationem: & fecit redemptionem plebis suę per mortem, & passionem. Et erexit cornu salutis nostræ per resurrectionem, & ascensionem: sicut locutus est, & promisit per os sanctorum prophetarum, & patriarcarum eius, qui fuit, & fuerunt à sæculo, & mundi principio per omnia sæcula, & per omnes ætates vsq; ad Christũ. Vnde consecuti sumus salutem per Christũ ex inimicis nostris: idest saluauit, & liberauit nos ex inimicis nostris diabolis: & de manu infidelium qui oderunt nos: & hoc per mortem, & passionem, & per ecclesiastica sacramenta, & per prædicationem apostolorum. Item Christus iam visitauit nos, & uenit ad facienda misericordiam cum patribus nostris, id est venit ad liberandum eos de limbo inferni: sicut locutus est, & promisit per os sanctorum prophetarum eius, ex maximè Zacarię nono: qui dixit. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu vbi non erat aqua. Item Christus dignitatus est memorari testamenti, id est promissi, & pacti sui sancti veniendo in carnem: sicut locutus est, & promisit ipsi Dauid psalmo octuagesimooctauo dicens: In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in sęculum semẽ eius, & tronum eius, sicut dies cœli. Neque profanabo testamentum meũ. Et quæ procedunt de labijs meis non faciã irrita: & cætera. Item Christus non solùm impleuit testamentum, & promissionem factam ipsi Dauid, & omnibus prophetis veniẽdo in carnem: sed memoratus, & recordatus promissionis, & testamenti sui sancti: adimpleuit lusiurandum, quod iurauit ad Abraam patrem nostrum Genesis vigesimosecundo: quando sub iuramento promisit Deus daturum se nobis in carnem ad redimendum nos per mortem, & passionem per figuram sacrificij ipsius Isaac: & per immolationem illius arietis, vbi dixit dominus. Per memetipsum iurauí: quia fecisti rem hanc, multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & cætera. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et semen tuum, scilicet Christus, possidebit portas inimicorum suorum, idest expoliabit infernum eius portas æreas confringendo. Et eiecto principe huius mundi foras subijciet, & possidebit populum gentilem. Et ideo subdit Zacarias, dicens. Dominus Iesus adimpleuit iusiurandum: quod iurauit ad Abraham patrem nostrum veniendum in carnem: & per mortem & passionem nos liberando: vt liberati de manu diabolorum: & infidelium inimicorum nostrorum, liberè, & sine timore seruiamus illi sanctitate, & iustitia in lege euangelica, quæ sanctificat, & iustificat hominem: quæ quidem lex euangelica data per Christum dicitur lex libertatis amore futuræ beatitudinis, & non dicitur lex seruitutis formidine pœnæ temporalis: sicut lex Moysi: nec onerosa iugo cerimoniarum sicut illa. Item lex euangelica dicitur lex iustitię: quia iustificat per fidem articulorum, & per caritatem, & obseruantiam præceptorum: non solùm in effectu, sed etiam in affectu. Et dicitur lex sanctitatis: quia sanctificat per gratiam sacramentorum. Et ideo dicit: vt in sanctitate, & iustitia seruiamus illi omnibus diebus nostris, eò quòd lex vetus, sub qua in timore seruiebamus, non de se sanctificabat: nec iustificabat nisi per solam fidem Christi futuri prout frequenter dictum est.

Nota etiam, quòd tota ista constructio, & sententia potest dependere ab illo versu: scilicet. Sicut locutus est per os sanctorum & cætera. vt sit sensus. Benedictus dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nostræ & cætera. sicut locutus est, id est sicut promisit per os sanctorum prophetarum eius. Nam ipse locutus est, id est loquendo promisit salutẽ ex inimicis nostris, id est promisit mittere saluatorem: qui saluaret, & liberaret nos de inimicis nostris tã diabolis quàm infidelibus: & de manu, & potestate omnium inimicorum, qui oderunt nos. Et hoc locutus est, & promisit per Samuelem, & Nathan: & per ipsum Dauid psalmo octuagesimo octauo, dicens. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus. n. mea auxiliabitur ei & brachium meum confortabit eam. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis. i. diabolus non apponet nocere ei. Et concidam à facie eius inimicos eius. & odientes eum in fugam conuertam. Item iam Christus visitauit plebem suam: & venit ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: sicut locutus est. & promisit in eodem psalmo dicens. Misericordias domini in æternum cantabo. Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in celis, & præparabitur misericordia tua in eis &c. Item iam Christus erexit cornu salutis nostræ assumendo carnem de domo Dauid: sicut locutus est in eodem psalmo. dicens. Disposui testamentum electis meis: iurauí Dauid seruo meo: vsque in æternum præparabo semen tuum &c. Item infra. Et veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Item iam memoratus, & recordatus est testamenti sui sancti veniendo in carnem: sicut locutus est. & promisit memorari testamenti sui: dicens in eodem psalmo. Neq; profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Item, in æternum seruabo illi misericordiam meã, & testamentum meum fidele ipsi. Item iam adimpleuit iusiurandum: quod iurauit Ad Abraam patrem nostrum daturum se nobis in carnem: sicut locutus est, & promisit ipsi. Genesis vigesimosecundo. Item iam venit Christus, & liberauit nos de iugo legis, & de falso fermento Scribarum, & Phariseorum: & dedit nobis legem euangelicam quæ est lex libertatis, & sanctitatis & iustitiæ: vt de manu inimicorum nostrorum non solùm demonum: sed etiam Scribarum, & Pharisæorum qui corruperunt legem: & de manu infidelium liberati seruiamus illi in sanctitate, & iustitia. Et hoc fecit Christus: sicut locutus est, & promisit Isaiæ secundo. Quia de Siõ exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Item Hieremiæ trigesimoprimo. Dabo legem meam in cordibus eorum & in visceribus eorum scribam eam. Item Malachię. 3. Erunt offerentes domino sacrificia in iustitia, & placebit domino sacrificium Iudæ & Hierusalem &c. propter omnia autẽ, quæ dicta sunt in hac prima parte, est aduertendum, q̃ virgo Maria, & Zacarias, & Simeon, & etiam angeli in quatuor canticis euangelicis tenent medium inter propheras, & eos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A geliſtus. Nam prophetæ prædixerũt de Xpo, & eccleſia omnia, quæ erant merè futura. Et Apoſtoli, & Euangeliſtę ſcripſerunt & prædicarunt ea, quæ iam erant facta, & completa. Sed ſupradicti quatuor cantarunt de Chriſto & eccleſia ea, quæ partim erant facta, ſcilicet myſterium incarnationis, & partim incepta: ſed nondum completa. ſicut myſteriũ noſtræ redemptionis. Nam Chriſtus à primò inſtanti ſuæ incarnationis incepit noſtram redemptionem in proposito, & affectu: pro nobis patrem orando: & etiam in affectu: quia illico mouit matrem vt iret ad viſitãdã Eliſabet: vt ſanctificaret Ioannem Baptiſtã. Et ſic reſpectu Chriſti vnicus fuit actus non interpellatus noſtræ redemptionis à primo inſtanti incarnationis vſque ad aſcenſionem incluſiuè. vt dictum eſt ſupra pſ. 29. Et hæc
B eſt cauſa; quare virgo Maria in ſuo cantico: & Zacarias in iſto iam prædicant futuram redemptionem per verba de præterito: non ſolùm propter certitudinem propheticæ: ſicut faciebant prophetę: ſed etiam quia myſteriũ noſtrę redemptionis iam erat inceptum, & de propinquo complendum. Et ideò dicit virgo Maria. Fecit porentiã in brachio ſuo, &c. Et dicit Zacarias. Quia viſitauit, & fecit redẽptionem &c. Et Simeon dicit. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ &c. Et Angeli dixerũt. Gloria in altiſſimis Deo. Et in terra pax hominibus &c. Eò q̃ myſterium noſtræ redemptionis licèt nondum eſſet completum: tamẽ iam erat inceptum. Nam qui incepit: pluſquã dimidiũ habet. vt inquit philoſophus, & Horatius. Et iõ iſti quatuor loquuntur per verba de præterito: quia partim ſunt euangeliſtæ,
C & partim prophetæ, vt patet intuenti.

Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis.

Præibis enim ante faciem domini, parare uias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum.

Per uiſcera miſericordiæ Dei noſtri, in qui bus uiſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Hæc eſt ſecunda pars principalis huius cãtici: in qua commendat puerum nouiter natum. ſ. Ioannem Baptiſtam, in dignitate officij præcurſoris. vnde poſtquàm in prima parte egit gratias de beneficio incarnationis, be-

D nedicendo Chriſtum Deum incarnatum exiſtentem in vtero virginis Marię: nunc conuertit & dirigit verba ſua ad Ioannem nouiter natum: quem virgo Maria tenebat in vlnis ſuis. Et ſic poſtquãm ſuperius pdixit Xpm fore mundi ſaluatorẽ, & redẽptorẽ: hic pdicit Ioãnem Baptiſtã fore Xpi præcurſorem.

Ad cuius intellectum eſt aduertendum, q̃ Zacarias ex duplici reſpectu, & notitia loquitur verba ſequentia in commendationẽ puerí. Nam primò hoc habuerat ex reuelatione Angeli Gabrielis ſtantis à dextris altaris incẽſi: qui ipſi reuelauerat conceptionem, & natiuitatem, & ſanctitatem, & officium Ioannis quando ipſi dixit: vxor tua Eliſabet pariet tibi filium &c. Item dixit vltra quò ad officiũ ſuum. Multos filiorum Iſrael conuertet ad
E dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum, in ſpiritu, & virtute Helię: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum parare domino plebem perfectam. quaſi diceret q̃ ſicut Helias rãquam præcurſor præcedet Chriſtum in ſecundo aduentu ad conuertendos incredulos ad Chriſtum: Ita Ioannes Baptiſta tanq̃ præcurſor præcedet eundem Chriſtum ſaluatorem in primo aduentu, dirigendo corda hominum ad Chriſtum recipiendum &c. Sed quia protunc dubitauit Zacarias non credẽs verbis angeli: ideo factus eſt mutus non valens loqui vſque ad circunſionem pueri. Et ideo tunc data ſibi facultate loquendi, manifeſtauit reuelationem ſibi factã de ſanctitate & officio pueri, dicẽs. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis &c. Secunda autem cauſa huius prophetiæ fuit noua repletio ſpiritus ſanF cti. Nam licèt angelus ipſi illa ante reuelaſſet, tamen non potuit tunc capere illud myſterium. Sed cum virgo Maria tẽneret puerũ in manibus loquens ipſi Zacarię petendo quem vellet vocare eum: tunc Chriſtus immiſit ſpm̃ propheticum in Zacariam per vocẽ virginis Mariæ. Et ſic Zacarias repletus ſpiritu ſcto intellexit diſtinctè reuelationem factam ante ſibi ab angelo. Et ideo prophetando offiñ præcurſoris, dicit. O puer tu vocaberis propheta Chriſti ſaluatoris altiſſimi. Et non ſolùm propheta, ſed pluſquã propheta. Nã quẽ alij prophetæ de lõginquo pdixerũt venturum: tu digito oſtendes veniſſe, dicens. Ecce agnus Dei. Et predicabis ipſum de propinquo venturum ad baptiſmum, & legem euangelicam daturum. Item eris præcurſor altiſ-

A altiſſimi, enim pro quia: præibis ante dominum Ieſum Chriſtum parare, ideſt ad parandum vias eius. Vnde nota, q̃ Ioannes Baptiſta multipliciter præmuit ante Chriſtũ. Nam primo præiuit ante conceptionem, & natiuitatem, & præiuit ante ipſum tanquam pcurſor ad pœnitentiam faciendam, & ad prædicationẽ, & ad baptiſmũ, & mortem, & pnunciauit ipſum in limbo patrũ, & ſic etiã multipliciter parauit vias eius. i. preparauit corda hominũ ad ſequendũ vias Chriſti, & ad ſequendum Chriſtum in omnibus viis ſuis. vnde ſicut Chriſtus dux, & caput, & legifer noſter per multas vias duxit nos in gloriã ſuã
B per viam pnæ, & baptiſmi & obſeruantiæ legis euangelicæ, & per viam perſecutionis vſque ad mortem & paſſionem: ita Ioãnes fuit Chriſti præcurſor & nũcius in omnibus illis viis, & per omnes illas vias direxit corda hominum illius temporis, vt reciperent Xpm: vt patet Mat. 3. & Marci. 1. & Luc. 3. & Ioan. 1. Nam primò præparauit, & direxit corda hominum ad Chriſtum per viã pœnitentiæ: quia in tertio anno ingreſſus eſt deſertum, & fuit ibi vſq; ad 29. annum. Itẽ incepit baptiſmum pniæ, & ſic dirigebat homines in Chriſtum per viã baptiſmi, qui q̃dem baptiſmus licèt non tolleret peccatum: tñ diſponebat hoies ad baptiſmum Chriſti, qui verè tollit peccatum. Itẽ præparauit corda hominum ad legem Xpi ſuſcipiendam: qñ diC xit turbis: qui habet duas tunicas det vnam non habenti. Et qui habet eſcas ſimiliter faciat. Item quando dicebat militibus. Neminem concutiatis: eſtote contenti ſtipendiis veſtris. Item publicanis: nihil amplius q̃ conſtitutum eſt vobis faciatis &c. Item parauit viam dñi ad perſecutionem, & mortem ſuſcipiendam: quia q̃ veritatem prædicãdam ab Herode caput eius abſciſſum eſt, & ſic ẽt preparauit viam Chriſti ad limbũ: qa aduenturo eius ad liberandos patres in limbo pnunciauit. Et ſic in omnibus præiuit ante faciem domini parare vias eius. Quas quidem vias Xpi præparauit ad dandam, & conferendam ſciam ſalutis plebi Chriſti: in remiſſionem peccatorum eorum, q̃a pdicauit baptiſmum pniæ in remiſſionem peccatorum, dicẽs, pniam agite, & appropinquabit in uos regnũ celorum, q̃a veniebãt hoies ad Ioannem confitentes peccata ſua, & baptizabãtur ab
D eo, vt patet Marci. 1. Vñ licèt baptiſmus, & pnitentia, & doctrina Ioannis non conferrent p ſe ſalutem, & gram, tñ dirigebant in ſcientiã ſalutis euangelicã, & in baptiſmum, & facta euangelica, quæ conferunt per ſe ſalutẽ, & gram, & remiſſionem peccatorum. Et iõ omnia, quæ faciebat Ioannes, antequàm Chriſtus baptizaretur, ſe habebant ad legem euangelicam, & ad eccleſiaſtica ſacra p Chriſtum inſtituta tanq̃ uia in terminum, & diſpoſitio ad formam, & ſic præparabant corda hominum ad formam, & perfectionẽ ſuſcipiendam ab eis, & dandam per Xpm. Sed quia omnia iſta dedit nobis Xps̃ peruiſcera miæ ſuæ, & merita paſſionis eius, ideo ſubdit, q̃ Chriſtus dedit plebi ſuæ remiſſionem peccatorum eorum, non per aurum nec argentum, ſed per viſcera miſericordiæ ſuæ dando proprium ſanguinem in prætium, & offerendo ſe pro nobis ad mortem in cruce. E
in quibus viſceribus miſericordiæ Chriſtus oriens ab æterno ex alto ſinu patris viſitauit nos ex tempore carnem aſſumendo, uiſi tauit enim nos incarnatus, & noſtra humanitate indutus, vt nobis poſſet familiariter loqui, & legẽ euãgelicam dare, & vita, & exemplo docere: illuminare. i. ad illuminandũ, & lumen præbere his, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, & ad dirigẽdos pedes noſtros in uiam pacis. Vnde eſt aduertẽdum, q̃ multipliciter ſedebant homines in tenebris, & vmbra mortis, & multipliciter Chriſtus illuminauit, & præbuit eis lumen, & direxit pedes noſtros in viam pacis. Nã primò omnes fideles veteris teſt. ſedebant in limbo inferni, qui eſt vmbra mortis & lacus tenebrarũ, ſed Chriſtus deſcendit ad infetos, & expoliauit tirũbum, & purgatorium, & eduxit eos de F
illo loco tenebrarum ad lumen, & de illa vmbra mortis, ad uitam cęleſtem. Secundò ſedebat in tenebris idolorum & vmbra mortis totus populus gentilis, ſed per fidẽ Chriſti, & prædicationem apoſtolorum gentium populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Iſaiæ 9. Item tertiò totus populꝰ Iſrael ſedebat in tenebris cerimonialibus, & vmbra mortis legis, ſed Chriſtus ſol iuſtitiæ eduxit fideles de illa vmbra mortis, & de illis tenebris ad lumen euangelicum, & direxit pedes noſtros in viam pacis, q̃ eſt lex euãgelica. Vnde lex vetus dr̃ via vmbroſa, tenebroſa ratione cerimonialium, & dicitur, vmbra mortis, quia, litera de ſe occidit. Sed lex euangelica dicitur via lucis, eò q̃ illumi-

nat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nat legem veterem. Et dicitur via vitæ, quia legem ueterē mortuā illuminādo viuificauit: Et dicitur via pacis. eò q̄ cum Deo nos pacificat, & reconciliat, & quia finis eius est pax & requies æterna, vt patebit in cantico angelorum. Omnia ergo ista prænidens Zacarias per Christum faciēnda, & per Ioannē Baptistam corda hominum ad ista præparanda, & dirigenda, dicit. Tu puer propheta altissimi vocaberis, & præibis enim ante faciem domini parare vias eius &c. Sed propter ea, quæ dicta sunt in hoc cātico, occurrunt, & insurgūt duo dubia. Quorum primum est propter illud, quod dictum est in prima parte, scilicet Iusiurandum quod iutrauit ad Abraam patrē nostrum daturum se nobis. Nam non videtur, q̄ Deus per illud iusiurandum Genesis vigesimosecundo. promittat daturum seipsum
B nobis, & venire personaliter ad nos, sed solùm promisit Abrae, quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes. quod potuit fieri absq; hoc, quòd ipse veniret in carnem. Secundum dubium insurgit. propter illud qđ dicit. Præibis ante dominum parare vias eius & cætera. Nam cum tota scriptura legis, & prophetarum nil aliud sit nisi via in Christū tanquàm in terminum, & finem, ergo non oportuit venire Ioannem Baptistam ad parandas, & dirigendas vias in Christo, quia iam erant satis paratæ per patriarcas, & prophetas. Et sic per sacras scripturas poterant omnes Iudæi cognoscere Christum esse Messiam in lege promissum secundùm opera quæ faciebat.

Quantùm ad primum est dicendum, quòd si subtiliter volumus speculari mysterium sa-
C crificij Abrae, & ea quæ ibi scripta sunt, videbimus qualiter ibi Deus sub illo iureiurando promisit datorum semetipsum nobis ad immolandum. & per consequens personaliter venire in carnem. Vnde ibi dicitur, q̄ postquàm Deus prohibuit, ne Abraam occideret puerum Isaac, sed immolauit, & obtulit arietem pro filio suo, idest loco filij sui, tunc dixit ipsi Deus per Angelum. Per memetipsum iurauī, dicit dominus, quòd multiplicabo semen tuum & cætera. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et possidebit portas inimicorum & cætera. In quibus verbis, & per quod sacrificium præuidit, & fuit ipsi Abraam reuelatum in spiritu: qualiter Deus erat in carnem venturus, vt immolaretur pro nobis in illo eodem vbi Abraam immolauit illum arietem loco Isaac filij sui. Et ideo appellauit nomē loci illius Dominus videbit. In hebræo aūt scribitur. Adonai hiere, id est dominus videbitur. Et scribitur ly dominus cum illis quatuor literis, scilicet Ioth, he, vau, he, quod soli Deo conuenit. Et sic est sensus, quòd dominus Deus videbitur immolari in monte isto pro toto genere humano, sicut iste aries sine agnus immolatus est Deo pro Isaac. Et sic patet qualiter Deus per illud iusiurandum promisit se daturum seipsum p̄ nobis in illo loco immolandum in carnem, quia aliter non appellāsset illum montem, Dominus videbitur, nisi quia præuidit in spiritu, & promissione Christum in carnē venturum. & pro nobis in illo monte immolandum. Et ideo dixit Christus Iudæis Ioan. 8. Abraam pater vester exultauit ut videret diē meum, vidit & gauisus est. Vnde dicunt magistri hebræorum, quod duo sancti viri imposuerunt nomen illi ciuitati Hierusalem, quorum vnus fuit Melchisedech rex Salem, qui in illo loco obtulit Deo panem, & vinum pro Abraam. Et ideo appellauit ciuitatem illam Salem. i. pacificam. Secundus fuit Abraam, qui in altera parte illius montis in molauit arietem pro Isaac, cui dominus apparuit dicens. Per memetipsum iurauī, q̄ in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ideo appellauit locum illum in monte: Adonai Hiere, i. dominus videbitur. Et sic ex his duobus nominibus, s. Hiere, & Salem compositum est hoc nomen Hierusalem, quod interpretatur visio pacis, eò q̄ in illo loco Christus Deus factus homo debebat p̄ nobis immolari, & patri nos reconciliare, & pacificare. Vnde Christus in monte Sion fecit cœnam cum discipulis, & instituit sacramentum altaris, per quod Deo reconciliamur, in eodem loco vbi Melchisedech obtulit panē, & vinum. Item in altera parte illius montis, s. in monte Caluariæ fuit Christus crucifixus in eodem loco vbi Abraam immolauit arietem. Bene ergo meritò appellata est illa ciuitas Hierusalem. i. visio pacis, quia in ea Christus rex pacificus Deus & homo visus est prædicare, & miracula facere, & finaliter pro nobis immolari & crucifigi, prout Abraā prēuidit in spiritu, quando immolauit arietē, & prout Deus ipse promisit sub iureiurando datorum seipsum nobis in carnem. Et ideo dicit Zacarias in hoc cantico. Benedictus dominus

A minus Deus Israel, quia Christus veniens in carnem iam adimpleuit iusiurandum quod iurauit ad Abraam patrem nostrum datorū se nobis &c.

Ad secundùm autem dubium est dicēdū, q̄ cum tota scriptura legis, & prophetarū nil aliud sit nisi quædam via, & dispositio in Christum, satis erat sufficiens ad disponēdū corda, & mentes illius populi ad cognoscendū Xp̄m esse Messiam in lege promissum, & per consequens ad recipiendum ipsum, & legem eius euangelicam. Sed auaritia: & inuidia, & malitia occecauit Iudæos, ne intelligerent sacra menta Dei, & scripturas. Ad cuius intellectū est aduertendum, quòd sicut lex vetus fuit data ad duplicem respectum, & finem: ita Deus promittebat in lege duplex præmium. Vnde illa lex primo fuit data illi populo ad
B officium siue in signum officiale. i. vt per observantiam multarum illorū cerimonialiū, primò ille populus cognosceret Deum creatorem mundi, & cognoscendo coleret, secundò vt per talem religionem distingueret à cæteris nationibus, & esset specialiter dictus populus Dei peculiaris. Et sic primò modo illa lex data fuit ad officium siue in signū officiale. Secundo autem modo data fuit in signaculum fidei Christi futuri: inquantum omnia illa sacramenta cerimonialia, & sacrificia figurabant Christum futurum rēdemptorem, & mysteria nostræ redemptionis. Et iō duo erāt considerāda in illis sacramentis, & sacrificijs, & omnibus cerimonialibus. s. officium religionis, & obseruantiæ in se. Secūdò fides Christi futuri, sub cuius protestatione illud officiū à religiosis exercebatur, & illa sa-
C crificia offerebantur. Quia illa sacramenta, & sacrificia de se non poterant tollere pctū, nec iustificare, nisi ratione fidei de Christo futuro sub cuius protestatione fiebant, quia non dabantur in prætium redemptionis pro peccatis sed in signum, & aram prætij futuri p̄ Xp̄m in cruce soluendi, prout dictum est psalmo 39. & in tractatu contra Iudæos. Et ideo duplex præmium promittebatur in lege & prophetis obseruatorib. illius legis. s. vnum temporale, & alterum spuale. Nā pro obseruātia, & obedientia illius religionis, promittebātur eis bona terræ temporalia. s. illa terra Canaā cum fructibus suis. Sed in præmium fidei Christi, sub cuius protestatione obseruābāt illam religionem, promittebatur eis redemptio animarum, & gratia Christi, & terra viuentium figurata per illam terram Canaā. Et D
sic sub tali fide, & spe de Xpo futuro observabant illam legem. & religionē oēs patres, & fideles vet. test. Et sub tali fide saluati sunt in Xpo. & receperūt nobiscū repromissionē i aduētu Xpi. vt inquit apostolus ad Heb. 11. Sed accidit per 40. annos ante aduentum Xpi. q̄ surrexit secta phariseorum, & scribarū, qui negabāt legē esse datā in signaculū fidei, sed solū ad officium, & sic negabant redemptionē spiritualē, & futura bona spūalia. Sed quia isti fingebant sanctitatē, & arctā religionem in vita, & incessu, & habitu ab alijs diuisi. ideo dicti sunt pharisei, quasi à cæteris in sanctitate diuisi. Et sic inuiti habebant in veneratione apud populū, q̄ oēs ciues cōstituebat eos executores testamentorum, cōmittendo eis filios, & vxores viduas. Et exinde fuit eis data autoritas, & potestas a summis sacerdotibus, E
vt sederent in cathedra Moysi, & in catedra iudiciali, ut possent glosare, & interpretari scripturam legis, & prophetarum, & iudicare iudicia, & discernere causas religionum. ex qua autoritate sunt in superbiam elevati, & auaritia sauciati, intantū q̄ causa lucri inceperūt tyrānizare destruendo uiduas, & pupillos eis commissos, & dilarando litigia, vt expoliarent pauperes, & impinguarent domos suas. Occecati ergo sic in auaritia, & lucro inceperunt glosare scripturas, & trahere ipsas ad propositum suum propter lucrū temporale, dicentes, quòd Messias non erat venturus ad saluandas animas: nec ad danda bona spiritualia, sed solùm ad liberandum eos de iugo & tributo Roma. & ad dominādum toti mundo. & faciendū eos magnos dominos, quia peccata iam tollebantur sufficien- F
ter p̄ sacrificia, & oblationes, & cętera opera legalia. Nā sacrificia, & oblationes simul tollebant peccata, & multiplicabant bona temporalia. Et hoc faciebant propter suum lucrum, ut populus offerret multitudinē oblationum &c. Sed quantùm sit detestabilis, & hæretica talis doctrina & contra sacram scripturam, de se est manifestum. Nam Dauid iam habebat legem Moysi, sed quia sciebat quòd per illam non poterat iustificari, ideo petebat legem Christi iustificantem, dicens. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum etc. Item Dauid dominus etiā in illa terra Canaā tñ terrā viuētiū petebat dicēs: Portio mea dñe in terra viuētium. Item Isa. iam habebat Ezechiā regē terrenū, tñ regē spūalē

petebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A petebat dicens. Vtinam disrumperes cœlos & cętera. Et sic ergo scribę, & phariseĩ cũ ista falsa doctrina, & fermento deprauarunt scripturas, & corda hominum: intantũm, quòd omnes erant effecti temporales, & carnales, p̃ter paucos, in quibus remanserat vera fides Israel, & Abrahæ, de Christo redemptore futuro, sicut erat tota domus parentum virginis Marię, & domus Zachar. & Elisa. & sanctus Simeon, cum quibusdam fidelibus, qui expectabant redemptionẽ Israel. Et iõ fuit necesse, q̃ Christus mitteret Ioannẽ Baptistã tanquam p̃cursorẽ ante se, qui præpararet corda hominũ, quę erant per falsam doctrinam scribarũ, & phariseorum, deprauata, & dirigeret eos in via, & lege domini per baptismũ pœnitẽtiæ, & verã intelligentiã scripturarũ vt reciperẽt Christũ, & legem eius euangelicam, vt
B patet per oẽs euangelistas. Hoc ergo Zacha. præuidens in spiritu, primò per reuelationẽ Gabrielis, secundo per inspirationẽ Xpi existẽtis in vtero virginis Mariæ, tenentis Ioannem Baptistam in manibus, dixit in hoc cantico. Tu puer prophęta altissimi vocaberis. præibis enim ante dominum parare vias eius &c. Et sic patet expositio cantici Zacariæ. Et ideo est iam accedendum ad expositionem cantici iusti Simeonis.

CANTICVM SIMEONIS.

NVnc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace.

Hoc canticum est quartum in ordine inter cantica euangelica, sed ponitur hic tertium
C quò ad expositionem propter bonum respectum. Et intitulatur canticum Simeonis, eò quòd ipse cantauit ipsum, quando Christus fuit in templo præsentatus. Pro cuius argumento, & intelligentia est notandum, q̃ quatuor ingentes perfectiones, & virtutes testatur, & refert autoritas euangelica de isto Simeone, vt patet Luc. 2. Nam primò dicit, q̃ erat homo iustus, per quod denotatur eius rectitudo, & iustitia. Nam iustitia hominis cõsistit in conformitate eius ad diuinam voluntatem, & per consequens in obseruantia præceptorum legis diuinę. Secundò dicit, quòd erat timoratus, per quod denotatur eius autoritas. Nam non dicitur quis tantùm timoratus inquantùm timet Deum, sed inquantùm est reuerendus, & timendus, & metuendus apud populum propter suas virtutes, quia honor est exhibitio reuerentiæ in
D testimonijs virtutis, vt inquit Tullius. Tertiò dicit, quòd erat expectans redemptionẽ Israel. Per quod denotatur eius vera fides, & spes quam habebat de Christo venturo inter paucos fideles illius temporis: eò quòd multi alij erant deprauati, & decepti fallo fermento scribarum, & phariseorum, qui nõ expectabant Messiam, nisi vt daret eis bona terrena, prout dictum est in cantico præcedẽti. Quartò dicit, quòd spiritus sanctus erat cum eo, per quod denotatur excellentia eius sanctitatis, & contemplationis in dono prophetico, & diuinę reuelationis. Et ideo iste Simeon non solum cognominabatur iustus in illa ætate, sed et cognominatur iustus p̃ omnes Talmudistas, & doctores hebræorũ, qui
E dicunt, quòd dum Simeon iustus ministraret, & exercebat sacerdotale officiũ in templo, adhuc perseuerabãt decem antiqua miracula. sed post obitum iusti Simeonis nunquàm visa sunt miracula in secundo templo. Et ideo cito venit ad destructionem. Videns ergo iste Simeon iustus corda hominum deprauata, & veram fidem de vero Messia p̃ua
B Sed quia dixit Amb. q̄ oēs apostoli, & prophetæ, & omnis exercitus martirū, & sanctorum no. te. qui iam sunt comprehēsores in patria, simul cum angelis cāt̄ant supradictū canticū in gloria, & ecclesia triūphanti: iō respondet Aug. q̄ non solū sanēti noui ac ve. te. cāntat supradictum canticū cōfitendo misteriū trinitatis in ecclesia triūphanti. sed ēt ista eccla p totū orbē terrarū diffusa cantat istud cāticū: & cōfitetur misterium trinitatis, qa tota ecclesia credit, & confitetur, vt ꝑdicat vnum Deū trinū in personis: & vnū in substātia, & laudat Deū patrem, & filium cū sancto spū, & hoc non solùm confitet ecclesia in primato, sed in publico prædicat, & cantat in simbolo, hoc idē cantat in ꝑfatione missæ ante canonem, dicens, sanctus san. san. dñs Deus saba. &c. Ex quo volunt dicere quidam, quòd tunc Amb. in ecclesia Mediolanen. ordinauit ꝑfationes, et Aug. in ecclesia Hipponensi. in

C qua quidem pr. fatione cantatur sctūs san. san. ad expressionem misterii trinitatis, quę quide ritū amplexa est tota ecclesia. Et hoc est, quod intendit dicere Aug. cum subdit.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur ecclesia Patrem immensæ maiestatis.

Quasi di. non solum ecclesia cōprehensorum: sed etiam sancta eccla viatorum ꝑ orbem terrarum diffusa: confitetur te patrē immensæ maiestatis. Et confitetur.

Venerandum tuū verum, & vnicum filium Sanctum quoque paraclytum spiritum

Et sic ista ecclesia confitur patrem, & filiū & spū sctū esse vnum Deū, sicut cōfitetur ecclesia beatorū. Et hoc cōfitetur, & cāt̄ar publice in simbolo, & in ꝑfatione missę cū eodem cantico dicendo. sanctus san. san. &c. Et D

nota, q̄ B. Aug. explicat hic misteriū ꝑsonarū cū suis proprietatibus contra Arrianos, & alios hereticos. vñ vocat secūdā personā verbum, & vnicū filiū cōtra Arrianos: qui dicebāt filium non esse de substantia patris, & ꝑ cōsequens non esse verū filium: nisi ꝑ creationem, & sic omnes angeli essent ēt filij Dei. Et ideo dicit Aug. & tota ecclesia confitet verbum ab æterno esse verum, & vnicum filium Dei: & per consequens venerādum, & adorādum simul cum patre, & spiritu sancto. Et sic confiteretur ēt esse venerandū, & adorandum simul paracletū spm̄ cū patre, & filio tanquā vtrique consubstantialem, & sic confitet ēt ecclesia in simbolo q̄ spiritus sanctus cū patre, & filio simul adoratur. Ad maiorē ev idē tiā eorū q̄ dicta sunt, est aduertendū, put dicit Aug. & sub principio medio, & fine, aut cebāt philosophi, & ꝓut dictū est sup. Sed ad huc totum istū mundū fecit trium, & vnū, quantū ad naturā, & substātiā. Nam licet iste mundus creatus sit trū vnus in numero ꝑ aggregationē: trū est trinus in natura, & gradu, & machina sed m. q̄ Dr trinā machinā creauit in eo. In primo gradu creauit naturā angelicā totā spūalē, & incorporeā, & incorruptibilē. In secundo gradu creauit naturā celestē corporeā: sed incorruptibilē. In tertio tandē gradu creauit naturā elementalē corporeā, & corruptibilē, & sic mundus licēt sit trū vnus: trū constat ex triplici, & trina. Spūali, angelica, & cœlesti incorruptibili, & elementali corruptibili, vt ꝓbat philosophus 1 libris de cęlo, & mundo. Et sic mundus est trinus & vnus ad instar sui creatoris. Itē q̄libet ista trum trium naturarū est ēt trina, & vna. Nā tota nā angelica spiritualis distinguit̄ per tres hierar. i. sacros principatus. Fm Dion. Quarū prima dr supra cęlestis. Secunda cęlestis. Tertia sub cęlestis, & quælibet hierar. continet tres ordines sibi spiritualiū. Vū primus ordo primę hierar. dr Seraphin. i. cantare siue ni. i. fedes Dei in quibus Deus residet, & gescit. & sic tot quot sunt in ista prima hierar. spiritua-

K spiritualiter occupantur circa diuinā contemplationem. Primus aūt ordo sēdæ hierar. dr dominationes. Scds principatus. Tertius prātet. Et sic tota ista. ij. hier. occupat circa dispōnē, & regimē totius vniuersi in cōi. Primus aūt ordo, 3. hier. dr virtutes: eō q̄ mouēt cęlos ꝑ Deū amatū, & desideratū ad conferenda tionē generabilium, & corruptibilium. Et resistunt dęmonib. volentibus, & conantibus destruere istam machinam inferiorē inducēdo tepestates &c. Scds ordo dr archāgeli. eō q̄ mittunt ad custodiā regnorū, & ciuitatū. Tertius ordo dr angeli: eō q̄ mittuntur ad custodiā particulariū hoim, & ad reuelandū oia secreta. Et sic ista tertia hier. occupat circa executionē ordinationis, & dispōnis. 2. hie. Est aūt aduertendū q̄ licēt tota. 2. hierar. sit

B occupata, & deputata circa dispōnem, & regimē totius vniuersi: & tertia hier. circa executionē huius regiminis, trū non secluduntur: nec impeditur à diuina cōtēplatione, & fruitione, & laude Dei simul cū 1. hier. cantando sanctus. san. san. &c. Itē sicut natura spiritualis angelica distinguit̄ per tres hier. ita pariter nā cœlestis in corruptibilis distinguit̄ per tres conditiones, & gradus cœlorū. Nam primum cęlum dr empyreum: eō q̄ est totum luminosum, & est immobilē ꝑ ꝑ quietē sctōsiue crystallinū, nō à frigiditate: sed à trāsparentia, & velocitate: eō q̄ in 24 horis moue

C tur ab oriente in occidētē, & reuertit̄ ad eundē punctū. Tertia aūt condō est cœlū astro dinci circulo obliquo. & sic patet trina machi & corruptibiliū ꝑt distinguit̄ in tres partes. scil. elementa, & elementata mixta, & in meteorica: quæ nec sunt elementa pura: nec mixta perfecta: sicut sunt cometæ, & fulmina, & consecationes. & a sup. & anazeli, &c. trā sparentia quæ apparentia in aere: quæ tenēt medium inter elementa, & mixta perfecta. Et iō eito dissoluuntur. Itē ista ecclesia hēt ēt tres hier. scil. sacerdotū, & contēplatiuorū, & cō iugatorū, & sic patet qualiter Deus totū mūdū, & quālibet eius partē ēreauit in Trinitate & vnitate ad instar sui. Et iō angelica nā creata in Trīa hier. q̄ nō solū ē facta sil'itudinē: sed ēt ad imaginē Dei ꝑ intellectū memoriā & voluntatē: inde ē q̄ volēs, & cupiēs agere ꝑas pro tanto bñficio recepto, & omnes iste tres hier. scil. cherubin, & seraphin, & troni, & dominationes &c. à principio huius conuersionis nunq̄ cessant clamare. Sanctus. san. sanc. dñs Deus sabaot. q. d. sanctus Deus, qui es trinus, & vnus: & nos creasti sub triplici hier. ad imaginem, & similitudinē trā. Sed quia angelica natura non solū laudat Deū, & agit gras in ꝑsona sui: sed etiam in persona ecclesiā, & elementalis natura: quæ carent intellectu, & ratione: ideo subdit. Pleni sunt cęli, & terra gloria tua. q. d. angeli, sanctus. san. san. dñs Deus: quia non solū nos creasti in Trinitate, & vnitate: sed ēt cœli, & terra sunt pleni gloria tua: quia adhuc nām cęlestē, & terrestrē, & elementalē creasti in Trinitate. & vnitate ad instar, & similitudinē tui. Et iō non solū nos creaturæ intellectuales te laudamus trinū & vnū, & in Trinitate, & vnitate: sed ēt cœlestib. & terrestrib. creaturis irrationalibus es laudādus, & magnificādus in Trinitate, & vnitate: eō q̄ oēs eas creasti in Trinitate, & vnitate. Iterū aūt est aduertēdū. q̄ sicut Deus distinxit in principio triplicē siue trinā nām creaturarū ad instar suæ Trinitatis: put dcm est: ita pariter per successionē tpis distinxit trinā ecclesiam ad colendum, & laudandum Deū: & ad cantandū canticum supradictum. scl. sanctus. san. san. &c. Nā prima ecclesia fuit angelica: quę cāt̄auit sanctus. sanctus sanctus &c. à principio suæ conuersionis: & cantabit in æternum. Scda ecclesia est hominum beatorū, & ab ascensione Christi, & ista est ecclesia militorū. quæ licēt sit vna cū prima quò ad vnum obiectum fruibile, & vnum caput: & vnam cantatē, & vnā mixtam societatem inquātū hoīes ꝑfecti obtinuerūt sedes malorū angelorū: q̄ ceciderunt: trū distinguitur ab illa nā. & durationē. Nā licēt multi hoīes in

F cœlo sint æquales. & majo. ange. ꝑ gram: trā sunt mino. & infer. ꝑ nām. & sic istæ duę ecclesiæ distinguūt̄ fm nām. Itē distinguūt̄ dup. ratiōe: qa ecclesia āgelica incepit à principio sui, & cāt̄are in cęlo sctūs. san. sanc. etc. sed ecclesiastōrū non incepit cāt̄are nec sui in cęlo: nisi post ascensionē Xpi. qa oēs fideles expectabant in limbo. Quę quidē eccle. iustorū hoīum similter continet tres hier. scl. apostolorū, & martirū, & prophetarū siue fidelium ve. te. Virgo aūt Maria facit ꝑ se hier. super oēs coros hoīum. & angelorū. eō q̄ sedet in potiorib. bonis filij sui. Et sic 1. hier. in dignitate, & gloria humanę naturę post virginem Mariā est hierar. apostolorū. Secūda est hier. prophetarū, comprehendendo patriarcas, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fideles ve.te. Tertia est hierar. martyrum cōprehēdendo omnes sanctos, qui vixerunt secundū euangelium: qa martir grece idē est quod testis aut cōfessor latine. Sed quia multi diuersimode testati, & confessi sunt Xpm: Nam quidā confessi sunt Xpm per tormēta moriendo, & patiendo: quos coiter martires vocamus: quidā aūt exēplo vitæ, & doctrinę vitam arctā, & solitariā ducēdo: sicut sunt viri cōtēplatiui, & religiosi: quos confessores appellamus: quidā aūt cum confessione fidei Christi, & sacro coniugio fm euangeliū laborantes: & cū caritate, & penitentia ab hoc seculo discedentes: Iō oēs istæ tres conditiones iustorū cōprehendunt sub hier. martyrum: sicut dicit Aug. super Io. qp tota vita Xpiani si fm euangelium viuat martyriū est. Tota ergo ecclesia hoium iustorum per trinam hierar. distincta simul cum ecclesia angelica can
B rat in cęlo. Sanctus san. san. &c. Tertia autem ecclesia dr ecclesia viatorum in hac peregrinatione: quæ distinguitur ab ecclesia triumphātium cōdōne. Nam illa cantat san. san. san. per claram visionem, & perfectam fruitionē. Ista autem per fidem, & spē. Scdō distinguit durationē: quia ista cantat sanctus ab ascensione Christi vsq; iudicium: illa autem cantabit in æternum sine fine. Item ista ecclesia cōuertetur, & expectat conuerti in illam: sed nō illa in istam: & sic differt, & distinguitur ista ab illa condōne, & durationē. Ex supra dictis patet qualiter ecclesia laudantium Deum est trina, & vna: & quo istæ tres ecclesiæ, distinguūr ad pris. Nam ecclesia sctōrū differt ab angelica, natura & durationē à pr̄ ante: & ista differt ab vtraq; cōdōne, & durationē: eo
C modo quo dcm est. Sed ista trina ecclesia est vna rōne vnius capitis qui est Xps: & rōne vnius obiecti laudati, & rōne vnius cantus, & laudis. Nā oēs iste tres ecclesiæ hūt vnū caput q est Xps: & laudant, & cōfitenr Deū trinū, & vnū, & cātāt vnū canticū. s. sanctus. sanctus. sanctus dūs Deus &c. quia illud canticū qd beati cantant in prima per clarā visionē, & fruitionē, & gr̄am: cantamus nos in hac ecclesia p fidē, & gr̄am, & publicā confessionē: sed post iudiciū ista ecclesia erit eade cū illa superna: qa tunc Xps reddet Deo patri istud regnū: & tunc Deus erit oīa in oib. vt ait Aplūs. 1. ad Cor. 15. Et sia ista ecclesia facta vna cum illa cārabit in æternū. sanctus san. san. &c. Et istā trinā, & vnā ecclesiā q̄ cantando sanctus sanctus. san. san. &c. laudat, & cōfitet vnum Deū in trinitate, & econuerso: intendūt nobis distinguere, D & notificare Amb. & Aug. in prima parte huius cantici. Nā de prima ecclesia. s. angelica, quæ incepit à principio mundi cantare Sanctus, dicit Aug. Tibi oēs angeli: tibi cęli, & cętus, dicit Aug. Tibi oēs angeli: tibi cęli, & vniuersæ ptātes &c. Sed de 2. ecclesia. s. comprehensorum iustorum hoīum, dicit Aug. Te gloriosus apostolorū chorus, sed de tertia via torū fidelium dicit Aug. Te per orbē terrarū sancta confitet ecclesia: pr̄em immēsę maiestatis: venerandū tuū verū &c. q. d. qp eundem Deū trinū, & vnū colit, & laudat & eundē cū tū. s. sanctus san. san. canit ista ecclesia viatorū simul cum illa supna cōprehensorū: qa istud canticū sociat, & vnit ista ecclesia militantē cū triunphanti: sicut clarius videbitur in fine huius expositionis. Et hæc de prima parti
E cula primæ partis huius cantici. Sed quia huiusq; nulla facta fuerat expressa mētio de verbo incarnato: nec de misterio nr̄æ redēp. iō ipse hic. 2. particula. 1. partis principalis q̄ incipit,

Tu rex gloriæ Christe.

Amb. & Aug. agendo gr̄as confitentur. x. veritates catholicas de verbo incarnato qui est Christus: & de misterio nostræ redemptionis. Quarū prima est: Christus est rex gloriæ cœlestis. Secunda: qp Xps est filius naturalis Dei patris. Tertia: qp Christus ē filius eternus patris. per qđ denotat. qp est Deus. Quarta: qp Xps verbum ad liberandum hoīem factus ē hō ex tpe. Quinta: qp xps nō exhorruit vterū virginis carnē infirmā ī eius vtero assumēdo. Sexta qp Christus non horruit vterum virginis: nec fędauit: quia non per concubitum seu fędū nec ex opere Adā: sed ex ope spūs sancti conceptus est. iō matrem mundam, & virginē reliqt. Septima, qp xps deuicit aculeum F mortis vtriusq; p suā passionē, & resurrectionē: qa mortē nostrā moriendo destruxit & vitam resurgendo reparauit, & sic etiam expoliauit iuferū. Octaua: qp xps in sua ascensione aperuit credentib. regna cœlorum pūtis. & futuris: quia secū in regnū cœlorum qđ nā: qp xps sedet in potiorib. bonis gloriæ patris. Decima: qp Christus accepit ibi imperiū totius mundi, & iudiciariā ptātem: per quam est nunc occultus vniuersalis iudex in cęlis, & est uēturus manifestus iudex in nouissimo die ad iudicandū bonos, & malos. Istas ergo x. veritates catholicas explicant, & agēdo grās confitentur Amb. & Augu. in hac. 2. parcula primæ partis principalis, ideo est valde aduer-

A aduertendū per singula. Ad cuius intellectū est notādū qp prima veritate, qa dictū est supra, qp vtraq; ecc̄a adorat, & colit Deū in vnitate, & trinitate p̄fecta dicendo, sctūs sanctus, in qua quidē latria cōpr̄hēsores brificanē, & viatores iustificātur, & merētur, qa sicut tota & sola trinitas est obiectū latrię, ita sola trinitas cum vnitate subiæ est obiectū fruitionis, qa sicut sola est adorāda, ita sola est fruēda, vt ingt Aug. i. de doctrina Xpi. Iō dubitaret aliqs, sicut dubitauit vna pars Eutichianarū, an Xps Deus factus homo sit adorādus in trinitate simul cū pr̄e, & spū sancto, eo qp videbatur eis diminutus in dignitate: eò qp ex Deo æterno factus erat homo tpalis: eo qp dicit apostolus, & scipm exinaniuit formā
B seruī accipiens &c. Hūc aūt errorē remouet. Amb. huc di. qp licet verbū æternum Dei filius fuerit factus hō carnē assumendo, tamē non desiit esse Deus perfectus, nec esse filius consubstantialis patri, nec per cōsequens minuit suā dignitate: nec per consequens amisit suū honorē, & debitū latriā, quia ipse rex glorię cū pr̄e, & spiritusctō coęqualis, & consubstantialis. Et iō sic incarnatus simul cum pr̄e, & spūsctō adorāt, & glorificāt. Et sic hūa nitas Xpi simul cū verbo vnica adoratione adoratiqp analogiā tñ, ad verbū vnita, inquantū in veritate nō hō seorsū, sed Deus incarnatus, & hūanatus ē illud qđ adorāt, vt ingt Hie. in sermone de assūptione virg. Mar. vt plures dictū est in expositione pſ. & in tracta tu contra Iudæos. q. v. Et sic Xps Deus, & hō simul cū patre, & spūsctō in trinitate, & vnitate adorāt, & glorificatur à cōprehensoribus, & viatoribus, eſi dr sctūs. san. san. i. sctūs pater, à quo oīa sunt creata, & sctūs filius Xps incarC natus Deus, & hō p quē oīa sunt creata, & retsiatus Deus, & hō p quē nos sumus redempti, & glorificati, & sā. spūs per quē sumus illustrati, & sanctificati a patre, & filio &c. Et hoc intendit dicere hic. B. Ambr. cū ait. Tu rex gloriæ Xpe. qđ. O Xpe licēt tu Deus factus fueris hō ex tpe, & in terris apparueris cōuersatus, vt hōtū sp mānsisti pfectus Deus. Et iō tu es rex glorię. i. glorificādus in cęlo simul cum pr̄e, & spūsctō. Et sic tibi dētur laus, & gloria: vna simul coadorō, & glorificatio cū pr̄e, & spūsctō. Et tua hūanitas simul cū verbo adorāt. qa fuit instrm nr̄æ redēt. & tibi est pertinaliter vnita, quia illa hūanitate indutus triūphasti d diabolo. Et iō, vt sic dicēris rex gloriæ. i. rex victoriæ, & triūfi, & troſæi. Iō tanq̄ rex gloriæ, & triunphator confregisti vectes D ferreos, & portas inferni, & expoliasti limbū & purgatorium & recuperasti pdā antiquā, & de inferno eā liberasti, & ideo qñ descendisti ad inferos dixerunt angeli ministri tui. O principes inferni attolite portas vr̄as: & introibit rex gloriæ, & victoriæ. Quibus respōderunt diaboli. Quis est iste rex gloriæ, qui cum tāta audacia ad nostra regna descēdere ausus est? quibus rñderunt angeli. Ipse Xps est dns, & rex potens in prælio, & cāpo crucis, vbi de vobis triunfauit, & prædā insto
E rū vet. te. quam diu tirannice in hoc carcere detinuistis, meruit recuperare, & rorum genus humanum de vestra ptāte liberare, sicut Dauid prophetauit Psal. Et sic patet qualiter Xps est rex gloriæ, nō solū inquantū est secūda persona in trinitate, sed ēt inquātum Deus incarnatus, & redemptor, & victor, & trūpha
F tor de mūdo, & diabolo, & inferno, qa mortē nostram moriendo vicit, & vitā resurgēdo reparauit, & de inferno triūphauit ipsū expoliando, & de mundo diabolum principē eius foras eiiciendo, & hoc intendit dicere Amb. cum ait. Tu rex glorię Christe. Sed quia scribæ, & pharisæi obstinati dicebant Xpm esse filium Ioseſ carnalem, eò qp videbant ipsūm rum hominem, & mortalem: ideo. B. Ambr. volens excludere eorum errorem subdit.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu Christe Dei patris es filius naturalis sup. Sed qa Cherintus, & Ebiō dicebāt Xpm totaliter incępisse ex tempore in vtero virginis Mariæ, & per consequens non esse Deū: iō Amb. remouēs hūc errorē cōfitetur Xpm non solū esse filiū Dei: sed ēt esse æternū filiū Dei: & coęternū patri ante icarnationem, & ante mundi constitutionē quò ad deitatē: & per consequens cōfitetur Xpm esse Deū: qa nil est ęternū nisi Deus, & iō subdit. Tu pris sēpiternus es filius. i. nō solū tēporalis inquātū hō: sed sēpiternus inquārū Deus. Tres ergo veritates cōfitetur de Christo hic. B. Am. Prima est: quod xps est rex gloriæ: et per consequens adorandus. Secunda, quod est filius Dei. Tertia, quod est filius ętternus Dei, & p cōsequens verus Deus. Sed qa B. Amb. cōfessus est Christum esse regē glorię, et ętternum filiū patris, et per consequens Deū, et cōsubstantialem rōne diuinitatis, ēt hęredē pris, ideo Aug. per septē veritates explicat, et cōfitetur modum incarnationis Christi, et nr̄æ redemptionis, et glorificationis, cum subdit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum.*

Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cælorum.

In quibus duobus versic. explicat quatuor catolicas veritates. Quarū prima est, ꝙ verbū æternū. s. Dei filius suscepit hominē, vt homi nem liberaret. Secunda: ꝙ in suscipiendo ho minem non horruit vterum virginis. Tertia, ꝙ deuicit aculeū mortis. Quarta: ꝙ aperuit, credentibus regna cælorum. Quantum ad de claratiōnem primæ: est primo notandū secū dū Aug. 11. de trini. c. 13. ꝙ Deus aliter pote rat liberare genus humanū: q̄ per incarnatio nē, & mortē. Sed iste modus fuit magis con gruus, & iustus, ꝙa diabolus nō erat superan dus potentia: sed iustitia: & iō voluit assume te hoiem passibilē: vt in illo pctm Adę, & com
B niū delicta purgaret. Et voluit illū hoiem as sumere liberū sine pctō: vt per ipm peccato res liberaret. Sed voluit ipsum sumere cū pę nalitatibus peccati: vt essent illæ pęnalitates instm ad merendū, & ad sanandū nostra vul nera peccatorum: & hæc est causa, quare su scepit hoiem. s. vt hoiem liberaret. Sed est ite rū aduertendū ꝙ filius Dei æternus nō assū pſit humanitatē nudā: quia non potuisset in ea pati: nec assumpsit pſonā, & suppositū hu manū: quia tūc fuissent duæ personæ in Xpo & sic illa persona passa licēt habuisset facul tat ē patiēdi: tn non redimēdi totū genus hu manū à seruitute peccati: nec iustificādi nos hoies nec conferendi eis gloriā sempiternā. Et sic Deus nō diceret passus nec redemptor. Et ideo filius Dei voluit illā hūanitatē assi mere in atomo: sicut ait Dama. i. accepit eā
C in corpore organizato cū cōditionib. mate rialibus, & individualibus: vt in ea posset pa ti, & actus hūanos exercere. Et assumpsit eā sub suo esse pſonali, & suppositali: ꝙa verbū æternū p suum esse personale, & suppositale suppositauit, & personauit eā. Et iō qn Aug. dicit, ꝙ filius Dei suscepit hoiem, non intelli gas, ꝙ suscepit hoiem personatū, & suppositā tum, sed solū individuatū, & conditionatum. Et ideo sunt valdè attendenda verba Augu. quia nō dicit, ꝙ suscepit humanitatem, ne in telligamus humanitatem nudā fuisse à verbo susceptā, nec dixit, ꝙ vnierit sibi hoiem insocietate, nec ingressus est in hominē, sicut dicit Nestorius, sed dicit, ꝙ suscepit hoiem, quia suscipere dicit quādā sustētationē, & p sonationē. Et iō nō dicit, ꝙ hō suscepit Deū, sed Deus hominē, p hoc ergo denotat. ꝙ si- D lius Dei suscepit hoiem individuatū, & cōdi tionatū ipsū suppositando, & personando, vt in ipso posset pati. Et dī Deus, & hō gūs hūa ni saluator, & redemptor. Secundò est notā dū pp illud, ꝙ dicit. ꝙ filius Dei in suscipien do hoiem non horruit virginis vterum, qđ aliqua res dupliciter pōt dici horrenda. Vno mō, ꝙa est immunda, & sęda siue corrupta. Alio mō. ꝙa est allatura dolorē, & mortem. Primò mō filius Dei non horruit virginis v- terum, nec habuit rōnē horrēdi, nec contēdi ipsum, ꝙa nulla fuit in eo macula, nec sęditas nec immunditia spiritualis, nec carnalis, nec spiritualis in aīa, quia à primo instanti fui es- se fuit simul cū corpore sanctificata, & eriā in gratia confirmata, & habitaculū spūsācti facta, nec in illo vtero fuit sęditas carnalis, ꝙa nō ex ope Adā nec cū coitu, & libidine, E sed ex opere spiritus sancti cōcepit filiū Dei, nec fuit aliqua carnalis corruptio, ꝙa sicut vir go concepit, ita virgo peperit, & virgo inuio lata permansit. Et sic filius Dei non horruit virginis vterū, imo habuit cām habitandi in eo per nouem menses, & assumendi carnem ex cō, qđ nulla sęditas, aut corruptio spiritua lis, aut corporalis fuit in eo, quia ipse fecit fa bricauit, & formauit matrē suam sine aliqua corruptela, vt digne ex ea posset carnē assu mere, vt inquit Aug. de fide ad Petrū, & con tra. v. hæreses, & in sermone de eius natiuita te. Secundò Xps nō hurruit virginis vterum rōne corporis mortalis, & passibilis quod ex eius vtero assumpsit, ꝙa licēt assumpserit il lud corpus infirmū, & passibile, vt esset aptū ad patiendū pro pctō, tn non assumpsit ipsū cum culpa peccati, imo sumpsit illū hoiem F oī virtute, & pfectione, & sanctificatione spū tū, & munitum, & oleo lætitiæ spiritus sancti p cōsortib. suis perunctū, vt eēt fons, et pri cipiū et metrum, et mēsura oīs gr̄æ, et ītia tis, et perfectionis, et institiæ. Et sic non hor ruit virginis vterū rōne hoīs ex vtero eius assumpti, nec horruit virginis vterū, inquātū ille hō quē ex vtero eius assumpsit, erat mor talis, et passibilis, ꝙa licēt passio, et mors sit oīb. hoib. trepidanda, et horrenda, et fugiēda, tn filius Dei nō horruit tale corpus assume re pp vtilitatē totius gūs humani, et sic cari tas coegit eum, imo roborauit, et nouit eum ne tale corpus passibile abhorreret, imo cō citauit eum, vt tale corpus eligeret, et sic eam tas superauit, et vicit oēm horrorē. Et iō dicit

Ra postolus ad Ro. 8. ꝙ pp nimiā caritatem, t ua dilexit nos Deus, misit filiū suū in simili udinē carnis peccati: & de peccato dānauit pctm in carne. Et sic filius Dei non assumpsit pctm in illa carne: sed similitudinē peccati. s. passibilitatē, & mortalitatē &c. pœnalitates primorū parentū. Et hoc fecit vt dāneret, & puniret pctm nrum in sua carne. Et sic patet qualiter tribus modis filius Dei nō horruit virginis vterū. primò: quia non repperit alli quā horrorē fœditatis spiritualis, nec carna lis corruptionis in ea, & hoc nec in viuēdo: nec in concipiendo. nec in pariēdo. Secdò nō horruit virginis vterū, ex ea corpus assumendo: quia ille hō fuit inter oēs hoies li ber, & immunis ab oī pctō. & fuit oī sanctita te prædītus, & plenus gr̄æ, & veritatis. Item ter B tiō non horruit virgini s vterū corpus passibi le, & mortale assumēdo. quia caritas eius, & desideriū nr̄æ redēpt. & cōis vtilitas vicit, & superāuit horrorē mortis &c. Item ēt nō hor ruit virginis vterū, quia quē cęli capere non poterant, & qui pupillo cōtinet mundū, virgi nis aluo clausus est, & illæ qui erat Deus oia continens nō horruit claudi sub virginis vte- ro. Iterū est notandū ꝑm Aug. in sermone de martirib. pp illud quod sequitur. s. Tu deuicto mortis aculeo &c. ꝙ Dei filius vt vinceret, & superaret mortē vestitus est morte, & assum- pſit tale cęlorpus mortale, & passibile. Vnde du pliciter Christus vicit mortem. Vno modo in quantum destruxit eā. quia mortem nostram moriēdo destruxit, & vitā resurgendo reparā uit. Nam moriēdo absoluit nos à debito mor tis dat æ, & relictæ nobis in pœnā ex peccato Adę. Et sic ex mortalib. fecit nos immortales, C & impassibiles. quā quidē immortalitatem & impassibilitatē licēt nō possideamus in actu, tamen iam possidemus eam in habitu, & in merito ex meritis passionis Christi, sicut ait Aug. i illo sermone martirū q incipit. Dignū, & congruū est fratres carissimi, quia per pas- sionē, & resurrectionē Christi, quā participa- mus p baptismū, & ecclesiastica sacra sumus habilitati, & facti apti ad merendū resurgere immortales in nouiss. die. Cā autē quare illi- co post baptismū nō possideamus immortali tatem, & impassibilitatē in actu, sed relicta est nobis passibilitas, & mortalitas corporis: est, ne perderetur corona martirū. & victoria iu- stitiæ. sed mansērēt nobis istæ infirmitates ad instrumentū pugnandi, & merendi. Itē & qa si illico post baptismum tollerētur istæ infir- mitates, & homines manerēt immortales, & D impassibiles tunc oēs currerēt ad baptismum non cā merendi vitā æternam, & supernā fe licitatē sed cā euadēdi mortē corporalem, & per consequēs tolleretur oē meritū, & nunq̄ totaliter fuisset angelica ruina reparata: nec cōpleretur numerus electorū. vt dictū est psa. 102. & dicit Aug. 12. de ci. Dei. c. 4. Restat er- go, ꝙ Xps, iā primo mō destruxit mortem, & nos à morte corporali absoluit in merito, & spe. Secundò aūt deuicit aculeū, & gladiū, & morsum mortis ipsā per viā faciēdo. Nam, p pter pctm primorum parentū data est nobis mors, vt esset terminus vitę corporalis, & prin cipiū mortis ęternę ipsius aīę. Sed venit Xps qui moriendo, & resurgendo fecit illā puā. Nam transeundo per ipsā descendit, & expo liauit infernū, & resurgēdo ex ipsa, & deuicta morte nobis æternę vitæ aditum reseranit, vt E dī in collecta Paschæ, & sic moriēdo Christus vicit mortē nostrā, & destruxit eā, & vltra hoc destruxit infernum: quia per mortē descendit ad infernū, & expoliauit eū, & fecit vt per ipsā esset nobis trānsitus, et aditus & ingressus ad regna cęlorum. Et hoc est quod intendit dice re Aug. in his duobus versic. cum dicit. Tu ad liberandum susceprurus hoiem. i. cū tu su- scepisti hoiem ad liberandū ipsum, non hor ruisti virginis vterū, quia nullā fęditatē, nec corruptionem in eius anima, nec in corpore repperisti, nec reliquisti, quia ita tribuisti ipsi fę cunditatem, ꝙ non abstuliſti virginitatem. nec horruisti virginis vterum ex ea mortale corpus assumendo, quia illud fuit liberum, & immune ab omni pctō, nec horruisti mortali tatem in corpore, quia ideo assumpsisti istam carnē mortalē, vt nostrū pctm dānares, et pu- F nires in illa carne, et vt deuicto mortis aculeo in illo corpore mortali aperires regna cęlorū oībus credentibus vtriusque test. et tràm prete ritis quā futuris. Et sic deuicto mortis aculeo in illo corpore mortali ex vtero virginis assū pto, aperuisti regna cęlorum fidelibus vtriu- sque test. q. d. ꝙ ex victoria quam hūisti moriē do in illa carne ex virgine assumpta meruisti credentibus aperire regna cœlorum. Deinde cum subdit.

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria patris. Iudex crederis esse venturus.

Confitetur, & explicat Au. duo bona quæ adeptus est Christus post istā peregrinationē in sua ascēsione ex meritis sui laboris, et pas sionis. Nā primò iquātū hō meruit sedere à

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dextris patris in gloria,quia residet in potiori
bus bonis gloriæ patris. Nam ille hō assump-
tus possidet potiora bona gloriæ,& beatitu-
dinis post patrē vel cū patre,quod sic est intel
ligendum.Nā filius inquātū Deus æqualē glo
riā habet cum patre,eū sit ipsi cōsubstantialis
& sic vna est gloria filij cū patre, & spūsētō,
cum sit vna equalis,& coeterna maiestas, sed
qā ille hō est vna persona cum verbo:iō simi
liter adoratur,& glorificatur cum filio,sed est
differentia:quia illa humanitas siue ille homo
cōditionatus personaliter assumptus,nec ado
ratur,nec glorificatur per se, nec rōne humā
næ naturæ,sed per analogiā ad verbum.cui p
sonaliter vnitur,& sic rōne vnionis coadorā,
& conglorificatur cum verbo, qa in veritate
verbum incarnatum est illud quod adoratur
& glorificatur,& sic rone talis honoris,& di
B gnitatis dr Xps sedere à dextris gloriæ patris
supra totā humanā naturā.& angelicā. Item
non solū dicitur sedere à dextris rōne hono
ris, & latriæ,sed ēt rōne fruitionis,& bīāudi-
nis,eō qp aīa xpi fruitur diuina essētia perfe-
ctiori,& altiori mō supra totā naturā humā
nā & angelicā,& sic residet in potioribus bo
nis gloriæ patris.Sed quia ista bona non solū
possidet xps hō pro se, sed ēt vt distribuat oī
bus bīs,quia sicut xps est distributor gratia-
rum,ita premiorū,& bonorum glorie,& sicut
fuit mediator in iustificādo, & gratificando,
ita est mediator in glorificādo,iō dicitur sede
re ad dexterā in gloria patris,quia sedere de
notat ptātē,& per cōsequēs xpi sedēdo à dex
tris patris accepit,& hēt ptātē distribuēdi oī
bus membris suis bona gloriæ,& beatas man
siones,sicut ipse dixit Luc.22.Vado vobis pa
C rare locū,sicut dedit mihi pater meus regnū,
vt edatis,& bibaris mecū in mensā mea in re
gno patris mei. Itē quia xps non solū in rali
sessione accepit ptātē distribuēdi bona glorię
hoibus,& etiā angelis, sed ēt accepit iudicia-
ria ptātē in cœlo,& in terra super oēs creatu-
ras,iō sicut occultē nunc iudicat de oībus par-
ticulariter in cælo,ita veniet in nouissimo die
cum ptāte magna,& maiestate ad iudicandū
viuos,& mortuos vniuersaliter in terra sedēs
in sede maiestatis suæ &c. Et hoc intendit di-
cere Aug.cum subdit. Tu xpe ad dexteram
De. sedes in gloria patris.i.in potioribus bo-
nis glorię patris supra totā naturā humanā,
& angelicā fruēdo.& bona gloriæ patris cęte
ris distribuēdo,& cōicādo,& sedes ad dex.pa.
sum ptāte iudiciaria, nunc occultę iudican-
do.sed tu crederis esse iu.ven.in nouiss.die cū D
ptāte magna,& maiestate ad publicē,& gene
raliter iudicādū,sicut tu promisisti Mat. 24.
& 25.& Luc.21. Ex supradictis patet quali-
ter Augu.in hac parte cōfitetur sepīē catoli-
cas veritates de xpo. Prima est, qp filius susce-
pit hominem ad liberādū ipsum.Secūda,qp non
horruit virginis vterū,quia nunquā fuit alicui
culpæ obnoxia.Tertia qp nō horruit virginis
vterū ex ea absq; pēto mortale corpus susce-
pīēdo.Quarta,qp in nostra carne deuicit mor
tē.Quinta,qp vincēdo mortē aperuit credenti
bus regna cœlorū.Sexta,qp sedet ad dexteram
patris in potioribus bonis fruēdo. Septima,de
bet in sede iudiciaria patris, iō creditur iudex
venturus.Te ergo qs fam.&c.Hæc est. 2.pars
principalis huius cantici,q̄ est tota oratio de-
precatoria, & diuinę gratiæ,& mīę petitoria.
Vnde qa supra in prima parte.B.Amb.& Au. E
laudādo cōfessi sunt Dei omnipotentiam, &
sapientiam,et mīam et agendo gratias con-
fessi sunt omnia beneficia,quę à Deo recepi
mus.s.bñficiū creationis,gubernationis,redē
ptionis,et glorificationis, iō in hac secūda pte
petūt vt beneficiū redemptionis nobis profi-
ciat.vt possimus attingere, et adipisci benefi
ciū glorificationis,et hoc petunt alternatim
Am.et Au.in persona totius ecclesiæ, et hoc
petit primo B.Am.in generali. vnde videns
Amb.hāc mutationē dexteræ excelsi factā in
Au.quia cōfessus est in paucis verbis totum
misterium incarnationis,et nostræ redēptio-
nis,quod ante negabat dum erat in secta Ma
nichæorum,de quo misterio Am. cum Aug.
diu altercādo disputauerat, iō conversus ad
Christum dicit. O Xpe, postq̄ ita est quod tu F
es æternus Dei filius.& tu ad liberādū fusce-
pturus hominē nō horruisti virginis vterum
quia iam factus hō verā carnē mortalē de vir
ginis vtero suscepisti, et iam deuicto mortis
aculeo aperuisti credentibus regna cęlorum,
sicut confitetur Au. et iam sedes ad dexterā
in potioribus bonis gloriæ Dei patris non iō
dispensator bonorum gloriæ tuis fidelibus,et
crederis iudex venturus, sicut idem Augusti-
nus confitetur:

*Te ergo quæsumus famulis tuis subueni, G
quos pretioso sanguine redemisti*

Id est quos,et rogamus et petimus ut sub-
ueniās nobis famulis tuis,quos pretio tui san
guinis redemisti ut subueniās nobis cū mem-
bris tuæ passionis peccata nostra remittendo.

Aetera

A *Æterna fac cum sanctis tuis in gloria nume-
rari.*

Et fac nos numerari cum sanctis in cęlesti
gloria,vitā æternā largiēdo, quia sicut tu es
redemptor,ita,& glorificator.Ista.n.meruisti
p tuā mortē,& passionem, eō qp cū in forma
Dei esses equalis patri,& ęternus,& immorta
lis filius,teipsū exinaniuisti formā serui acci-
piēs,& habitu inuētus vt hō,& humiliasti te-
ipsū obediēs patri vsq; ad morte crucis. Sed
qa nō solum oportet nos petere à Deo finē:
sed ēt ea q̄ sunt ad finē,qa Deus nō dat nobis
gratiā,nisi disponamur ad illam recipiēdā. &
nos nō possumus disponi nisi p gratiā sacra-
mētorūq̄ nō possumus cōseq̄ nisi p Xpm: &
iō oportet nos petere à Christo oīa illa q̄ di-
spōsuit nos,& p ducūt nos vsq;ad vltimū finē,
q̄ est vita ęterna.Iō vidēs Au.qp b. Am.petijt
B in generali nobis subuenire p sāguinē Christi
quo sumus redēpti,& nos annumerari cū san
ctis in gloria cœlesti,sed nā specificauit viam
& modū quo passio Xpi debet nobis subueni
re,& pfecterīō explicat hoc Aug.in sequenti
petitione cum Dauid psal.27.dicens.

*Saluum fac populum tuum domine,& bene-
dic hereditati tuę.*

Et rege eos,et extolle illos usque in æternū.

In qb.verbis quatuor petit Au. q̄ p ordinē
sūt necessaria ad vitā ęternā cōsequēdā.q̄ nō
possūt dari nisi p Xpm.Nā primō oportet vt
vnusquisq; saluādus p gfam Christi pueniētē
vocetur,vt perueniat ad fide.Secūdo oportet
vt benedicatur,& iustificetur per baptismum
& ecclesiasti. sacra.q̄ p Xpm configat.& ieor
C poramur eius mēbra.efficimur, & gratifica-
mur.Tertiō oportet vt in gra. recepta cōser
uemur & pseueremus.& i nostris operib.per
gratiā dirigamur. Quarto oportet vt oblitis
rebus mundanis per firmā,spe supernorū ab
istis mūdanis ad celestia bona subleuemur,
& extollamur. Sed hoc hēt agere solus Chri
stus,ait apostolus.Nā quos patet ab æterno
prædestinauit hos Christus per gratiā voca-
uit,& vocauit,& iustificauit,& hos finaliter magnifi
cauit.Vnde dicit Augu. qp Deus Christus pri-
mo per gratiam præueniētem ad fidem voca
uit. Secundo per baptismum, & ecclesiastica
sacramenta sanctificauit.Tertio per gratiam
proficiētē nos dirigit,& dat proficere & per-
seuerare,sed per gratiam pficiētē ad gloriam
recipiēdā nos magnificat,& hoc est quod pe

tit Aug.simul cū Dauid in hac parte. Vnde D
ait.O dne Iesu Christe, postquā tu es Iesus &
saluator, ergo exerce tuum officium, & salu-
ā fac populū tuū perfectē. primo vocando
oēs ad fidem per gratiā præueniētē.Secundo
benedic hæreditati tuæ per ecclesiastica sacra
mēta.per quorum benedictionē recipiendo fi
dem,& spē & caritatē absoluimur ab omni
maledicto.Tertiō reges eos per gratiā profi-
cientem,& perseuerātē vt valeāt perseuerare
in omnib.operationibus suis. Et extolle eos
& subleua eos per firmam spē & per gratiam
pficiētē vsq; in æternum.i.vsquequo æternā
gloriam consequantur.Vnde nota qp Xps est
Deus,& hō & filius Dei patris:& per conse-
quens est hæres patris,& tota hæreditas,& re
gnū mūdi pertinet ad eū.& est verus,& sum-
mus sacerdos.Et iō iure Christus pōt suā hęre
ditatē tanq̄ hęres saluare,& hęreditari suæ tā- E
q̄ sūmus sacerdos p ecclesiasticā sacrā benedi
cere & sētificare,& tanq̄ verus rex suū regnū
& hæreditatē regere,& tanq̄ bonus iudex bo
nos,& iustos extollere & magnificare, & in
cœlesti gloria collocare & beatificare.Et hęc
ēt intēdit petere Au.cum ait.Saluū fac popu-
lum tuum domine,& benedic &c.Sed hic vi
detur insurgere dubium,nō apud peritos,sed
apud simplices Christianos.Nam vī qp Amb.
superflue petat.vt Christus subueniat nobis
per sanguinē suę passionis,& Aug.superflue
petat,qp Iesus saluet populum suum quia xps
iā subuenit nobis per suā passionem,& iam re
demit & saluum fecit populū suum in cruce
p peccatis tunc patiēdo & satisfaciendo, &
de ptāte diaboli liberando &c. Pro hmōi aūt
responsione est valdè aduertendū, put dictum
est in expositione ps.45.& ps.140. qp Adam F
peccādo venundedit,& obligauit totā suam
naturā.& generationē & posteritatem ad pę
nam sui reatus,& sic omnes posteri dicuntur
peccasse in Adā.i.fuisse venūdati & obnoxij,
& obligati in eo quō ad naturā et generatio-
nē.Sed nullus participat personaliter illā cul
pā & indignationē & pēnā,niti personaliter,
participet eā per libidinosam generationem,
ut inquit Au.ad Valerium, & in prima parte
ad fide ad Petrum.Quia tunc unusquisq; per
sonaliter & in actu & particulariter trahit il
lā culpam siue pœnā.et indignationem Dei
cōtra seipsum.Et sic dicitur natura filius iræ,
ut ait apostolus ad Efe.2. quia tunc in perso
na actualiter obligatur ad pœnam ad quā po
tentialiter, et in natura fuerat obligatus in

Adam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Adã anteq̃ esset aut conciperet: et nasceret in actu, put fuit declaratũ sup̃ ps.45. et 140. Ita ergo pari rõne xps oẽs pdestinatos redemit potentialr,et habitualr in cruce p suam morte:et passionẽ,et omnes in merito et potẽtialr resuscitauit per suam resurrectionẽ, qa oẽs in Xpo ibi fuimus crucifici,et cõsepulti,et baptizati,et cõsurreximus cũ xpo: vt inquit Apo.ad Ro.6.Qđ nõ est intelligendum psonalr et in actu,sed solum potentialr et ī merito xpi: ga nondum eramus. et iõ sicut ad hoc q̃ vnusquisq; trahat,et participet personalr pctũ Adę oportet q̃ gñet per gñerale,et libidinosã gñationẽ. Ita ad hoc q̃ nos psonalr et actualr participemus redemptionem, et merita passionis xpi: oportet q̃ p sonalr et particulariter incorporemur et cõfiguremur et efficiamur mẽbra xpi: et regna

B tionẽ transiuit ad nos personalr pctũ naturæ et pena pctĩ ipsius Adã,ita p spũalẽ regñe remur p baptismũ,ut sicut per carnalẽ gñationẽ transeant ad nos merita et virtus, et effectus passionis xpi,et iõ non sufficit q̃ Xps fuerit passus,et mortuus semel gñalr ,p oib. nobis,sed oportet vt personalr vnusquisque participiet illam passionem p baptismum et ecclesiastica sacra,et sic indigemus multiplici gra ad hoc q̃ perueniamus ad vltimũ esse ctum passionis xpi: et ad perfectam saluationẽ. Nam primò oportet q̃ vocemur à xpo p gram præuenientẽ, et viuamus et non moriamur in vtero matris, nec in nascẽdo, nec anteq̃ perueniamus ad baptismũ.et sic oportet q̃ Deus conseruet non vsque ad illud instans.et iõ dicit Aug. Saluum fac populum tuum dñe.Scdõ oportet,q̃ actualr,et perso

C nalr vnusquisque recipiat, et participet passionem Christi,et incorporet in ecclesiæ per bñdictionem sacralem, et iõ subdit. Et benedic hæreditati tuæ. Tertiò opottet, q̃ diriga tur in suis operationib.tota ecclesia,et iõ subdit.Et rege eos.Quartò vt extollatur à mundo,et perueniat ad terminum. i. vitam æternam,et ideo subdit. Et extolle illos vsque in æternum.Et sic patet qualr nulla istarum petitionum est superflua. Petit ergo primò,vt saluet nos à malo liberando. Secundò vt benedicat nos benedictione sacramentali: siue per ecclesiastica sacra. Tertiò vt regat, et dirigat nos per legem euangelicam. Quartò vt extollat nos à terrenis ad cœlestia.Sed ad huc est dicendum,q̃ sicut in oratione dñica post petitionem bonorum spũalium et regni celestis,petimus necessaria vitæ,cum dicim̃. D Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie Ita pariter Aug.in hac particula petit ẽt bona tpalia necessaria ipsi ecclesiæ dum peregrinaẽ in hac vita inter infideles vsquequò perueniat ad terminum. Vñ primò petit vt ecclesia saluetur & defendatur ab incursu infidelium & hæticorum: vt secura peregrinet & trãseat in hac vita: & hoc cũ dicit.Saluũ fac populum tuũ dñe,s.à persecutione infidelĩ liũ liberãdo. Scdò petit ecclesiã,& religionẽ christianã ,psperari,& augeri: & p totum orbẽ dilatari,& multiplicari in filijs,& abundare in bonis tpalib.ad sufficientiã vitæ necessarijs:& hoc cum dicit.Et bñdic hæditati tuę, i.multiplica & prospera ecclesiam.quę est hæditas tua,& hoc in abundãtia filiorum & bonorum tpalium,qa benedictio in sacra scrip. E frequenter sumit̃ pro abundantia filiorũ, & bonorũ tpalium. Tertiò,petit vt religio christiana dirigat & viuat in hac vita ſm legem Dei.& hoc cum subdit.Et rege eos.s. in lege tua: vt ſm euãg.viuãt.Quartò petit vt christiana religio sic transeat p bona tpalia: ut non amittat æterna:sed vsq; ad terminum huius vitæ q̃ est vita ęterna, secura pueniat, & hoc cum subdit. & extolle illos vsq; in æternũ.Et has easdẽ quatuor petitiones cõtinuè facit ecclesia:vt patet in oib.rationib. & maximè in die veneris sancta,qñ orat pro oibus statib. ecclesiæ,& gradib.fidelium,& pro cõuersione infidelium.Videns ergo B.Ambros. oĩa q̃ dicta sunt in hoc cantico de Christo,s. qualiter Christus est rex gloriæ, & eternus filius Dei patris , & per consequens est Deus verus:& qũo incarnatus,& factus hõ nõ horruit virginis vterum , & qũo deuicto mortis F aculeo aperuit credẽtib. regna cęlorum:quæ pp pctũ Adæ fuerant nobis clausa : & quomodo saluat,& bñdicit suam hæditatẽ & populum p ecclesiasticã sacra & dirigit p gratiam,& ẽt qũo saluat,& defendit suum populum ab incursu, & persecutione infidelium, & hæticorum,et dirigit eum inter has humanas varietates: vsquequò perueniat ad terminum vitæ æternæ in hac peregrinatione optatum et intentum:Tunc cognouit q̃ Xpo debeẽ vera latria tanq̃ saluatori,redẽptori, & glorificatori,& obligamur per singulos dies, et horas,et momenta laudare eum, et benedicere. Hæc ergo omnia considerans Ambros ius in persona totius ecclesiæ prompsit in laudem,cum Dauid psal. 144.dicens.

A *Per singulos dies benedicimus te.*
Et laudamus nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

O Xpe pro tãtis bñficijs gras agendo, & veram latriam cum adoratione,& oblatione exhibẽdo,laudamus nomẽ tuũ qđ est Iesus, & saluator:eo q̃ saluasti,& redemisti nos, & glorificasti nos.Et hãc exhibẽmus tibi in sæculum.i.per totum sæculum huius viæ, & in sæculum sæculi patriæ supernę regni cœlestis.Ad cuius intellectũ est notandum: q̃ Deus aliter bñdicit nos, & nos aliter benedicimus Deum.Nam Deus bñdicit nos sanctificãdo, & gratificando per ecclesiastica sacramenta, & prosperando,& multiplicando ecclesiã, & dirigendo eam,& finalr glorificando,& vniuersalr bona tpalia,& spualia largendo:sicut dictum est in præcedenti petitione,& sic Da

B uid petebat bñdici.ps.65.cum dicit. Deus misereat nostri &c.& in fine concludit.Benedicat nos &c. Et isto modo ẽt Deus benedixit omnib. creaturis, bona naturalia in earum creatione largiendo,vt patet Gen. 1. & 2. qñ benedixit eis di.Crescite, & multiplicamini. Nos autem benedicimus Deum eius excellẽtiam : omnipotentiam, sapientiam,& misericordiam,& iustitiam cõmẽdando,& pdicãdo & bñficia nobis collata memorando, & pro eis ipsi gras agendo. & veram latriã ipsi exhibẽdo:q̃ cõsistit in ofone,& adoratione,& oblatione.Et isto modo Dauid pro bñficijs gras agendo,ps.102.dicit:Bñdic aĩa mea dño &c. Item ps.104.Bñdic aĩa mea dño. Et enumerat,& explicat omnia bona quæ recepimus à Deo per creationem,& gubernationem.Et sic patet differẽtia in bñdicendo.Nam Deus

C bñdicit nobis,bona tpalia, & spiritualia largiendo,& sic dixit Aug.supẽrius.Saluum fac populum tuum dñe,& benedic hæditati tuæ. nos autem bñdicimus Deum , eius maiestatem cõmendando,& pro bñficijs gras agendo,& veram latriam exhibendo . & sic dicit hic Ambr.Per singulos dies benedicimus te. Sed est ulterius aduertendum,q̃ quatuor prĩcipalia beneficia recipimus, & continuè recipimus a Christo redemptore nostro:propter, quæ non solũ per singulos dies:sed etiam per singulas horas, & momenta , & per singula loca,& vbique sine intermissione tenemur, & obligamur ipsum laudare, & benedicere, & gras agere : in qua benedictione includit̃ patet,& ipsius sanctus,qui indies cõcurrunt ad nostra beneficia. Nam primò recepimus à Xpo bñficium creationis: inquantũ pr̃ per D ipsum verbum fecit oĩa: spũ amborum incubante super aquas , & specialr nos fecit ad imaginem suam. per quam diuinum esse participamus,& sumus capaces æternæ felicitatis.Scdo recepimus bñficium redemptionis, & creationis,per quod sumus ab oĩ maledicto absoluti,& Deo gratificati, & reconciliati:quia nil profuisset,q̃ creasset, nisi mirabilibus modis recreasset: vt inquit Aug.& Greg. Tertiò recepimus beneficium expectationis ad pœnitentiã,quia si patientia, & benignitas,& mia Dei non expectasset,& expectaret ad pniam : nil profuisset nobis Xpi redẽptio. Nam quid esset de nobis miseris si Xps antequã veniremus ad pœnitentiam in pctõ nos permitteret interire , & mori ? Quartum est bñficium glorificationis q̃ beati possidẽt in patria in actu,& iusti possidẽt in via in meri E to,qa oẽs iusti expectant glorificari inter angelos,& habent mansiones paratas in cęlo. Pro supradictis ergo bñficijs tenemur per singulos dies,& horas, & momẽta, & loca sp , & vbiq; Deum laudare,& benedicere,& nũq̃ à laudib.vacare,nec pp hæc valemus Deo satisfacere,nec æquales vices reddere. Quòd autem sine intermissione temporis, & interuallo loci teneamur Deum laudare, et gras agere probat.Nam sicut Deus non cessat nobis sp,et vbique supradicta beneficia conferre , ita nos tenemur sp , et vbique ipsi gras agere,et latriæ cultum exhibere . vnde licèt Deus semel nos creauerit , tñ non cessat nos regere,et gubernare , et de necessarijs prouidere , et in esse conseruare. Item licet semel nos per mortem,et passionem redemerit. tñ non cessat nos p gram illustrare,et p ecclesiastica sacra recreare, et gratificare,et pctẽres F ad pniam expectare,et iustos glorificare , et beatis suã gram cõicare . Et iõ pp istos quatuor respectus,et quatuot beneficia recepta ordinauit ecclesia in officio matutinali quatuor vigilias nocturnas,quarum quælibet vigilia siue nocturnus continet tres ps.et tres lectiones,cum suis responsis. Vnde sicut pastores diuidũt totã noctẽ p quatuor partes,et vigilias ad custodiẽdũ gregẽ pp lupos,quarũ q̃libet vigilia continet tres horas, et sic vnus pastor vigilat in prima vigilia vsq; ad tertiã horã noctis inclusiuè,et alius p alias tres horas vsq; ad mediã noctẽ,et alius à media noctẽ vsq; ad tertiã horã,et alius p alias tres horas vsq; ad auroră. Et istũ modum etiam ob-

seruant

Universidad de Deusto
Biblioteca

A seruãt armigeri, & milites in castris, & in oppidis custodiendis, & nauæ in nauigatione. Ita ergo pariter hunc modum seruabat ecclesia primitiua in principio in Aegypto: vt in quid Filo, & Eusebius, & Hieron. Et hũc modum seruabant postea monachi in Aegypto & Syria: vt inquit Cassianus. Nã prima pars eorum orabat in prima vigilia noctis, & alia in secunda: & alia in tertia vigilia, & alia in quarta: intamũ q̃ nulla pars noctis cessabat a Dei laudib. & psalmodia: & sic dũ vna pars dormiebat, altera vigilabat: & eodem modo faciebant in officio diuino. Nam prima pars orabat vsque ad tertiam, & exinde alia vsque ad meridiem per alias tres horas, & alia à meridie vsq; ad nonam per alias tres horas, & alia vsq; ad vesperã. Et sic ecclesia noctu dieque per nullum momentũ cessabat à Dei laudibus cum psal. & odis: & ideo ad instar illorum ordinauit latina ecclesia tẽpore Ambrosij & Augustini in officio matutinali quatuor nocturnos iuxta quatuor vigilias noctis. In quorum primo cantat ecclesia tres ps. iuxta numerum horarum primæ vigiliæ noctis, & in secũdo noctis simili iuxta numerum horarum secundæ vigiliæ, & simili r faciẽ in tertio noct. pro quarta autem vigilia, quæ est vsque ad auroram, cantat primo hoc canticum, s. Te Deum laudamus: postea procedit in laudib. cum quinque psalmis exprimentib. diuinas laudes, & cantat hymnum nouum cum cantico Zacariæ, quasi agendo gras q̃a noh ve. le. præcessit: dies aũt gratiæ appropinquauit: vt induamur arma lucis. Et hunc eũdem ordinem seruat ecclesia in officio diurno diuidendo ipsum in quatuor partes iuxta quatuor vigilias diei, & ideo in prima dicit tres ps. iuxta tres horas primæ vigiliæ diei, & ad tertiam dicit alios tres iuxta tres horas secũdæ vigiliæ, & ad sextam, & nonam simili r usque ad noctẽ. Est verũ q̃ postea ecclesia ordinauit officia vesperorũ: qd iam habet respectũ ad diem sequentem. Et sic ẽt ordinauit completorium. Ex supradictis patet, q̃ ecclesia p singulos dies, & horas, & momenta nunq̃ cessat laudare Deum, & agere gras pro supradictis quamuor bẽficijs à Deo receptis, & hoc sit sp, & vbiq;. Nam cum in nostro hemisferio est dies, in alio est nox, & econuerso: & sic cum hic dr officia diurna, ibi dr nocturnũ, & econuerso. Itẽ cũ in vna regione est hora prima in alia est tertia, & in alia sexta. Et sic q̃n nos dicimus primã apud Perias dr tertia, & apud Indos dr sexta, & apud regionem Sina. Dorum dicuntur vesperi. Ex quo patet q̃ nunq̃ & nullibi cessatur à Dei laudib. sed semper & vbiq; laudat Deus & nomen Xpi, & ẽt inter infideles vbi habitant Christiani. Itẽ si alias quando hoies tacent in terra, tñ angeli in eo lo non cessant dicere Sanctus &c. Et hoc intendit dicere B. Ambr. in hac parte, cum ait. Per singulos dies benedicimus te &c. Quia ergo Ambr. dixit q̃ per singulos dies, & horas, & momenta obligamur, & tenemur bñdicere, & confiteri & laudare Christum Deum & hominẽ, & ipsi semper & vbiq; gratias q̃ supradictis beneficijs receptis agere: iõ dicit Aug. q̃ ita pari rõne pro salute nostra de necessitate cogimur per singulos dies, & horas, & momenta suã misericordiã implorare, & exorare, vt eruat nos à malis præsentibus, & periculis futuris: puta vt cõferat nobis gratiã q̃ præuenient ẽ: ne amplius incidamus in pcta qd sine gra vitare non possumus, & vt excitemur, & roboremur ad bonũ agendum, & liberemur à pctõ, in quo sumus. Causa autem huius necessariæ petitionis est: quia taliter fuimus vulnerati, & debilitati in Adam q̃ sic fuerimus derelicti à nostra natura corrupta, nec possumus ex virib. nostris vitare pcta, nec aliqd boni agere, nisi adiuuemur gratia Christi: prout probat Aug. per longas disputationes contra Pelagianos, & prout dictum est i expositione ps. 13. & 118. & 140. & alio rum ps. est deprecanda nobis diuina misericordia. Vnde postq̃ sumus liberati ab originali per gratiam baptismalem, & collata est nobis gra ia gratifica, deprecanda est nobis semper diuina misericordia, vt in illa conseruemur: ne cadamus in pctũ, & si sumus in pctõ aliquo, est nobis deprecanda eadem diuina misericordia, vt det nobis gratiã disponentẽ vt surgamus à pctõ, & det nobis gratiã præuenientẽ vt surgamus à pctõ, & det nobis gratiã præuenientẽ, & roborantẽ, ne incidamus in aliud pctm addendo mala malis: ne efficiamur difficiliores ad surgendum. Item deprecanda est diuina misericordia, vt det nobis gratiã in tali statu: vt impellamur ad opera pia facienda: propter quæ bona Deus misereatur ad miserendum nobis: & ad cõsequendã supradictam gratiam præuenientẽ: vt per eam surgamus à pctõ in quo sumus: & videmus alia peccata. Hanc ergo quadruplicem gratiam, & misericordiam petit & explicat Augustin per tres versus sequentes in persona ecclesiæ. Nam in persona iustorum dicit.

Dignare

1 *Dignare dñe die isto, sine peccato nos custodire.*

Id est vt in gratia conseruemur, & ne in aliquod peccatum incidamus. Sed in persona peccatorum dicit cum Dauid psal. 22.

Miserere nostri domine.

Scilicet vt à peccato resurgamus. &

Miserere nostri.

Vt in aliud peccatum non incidamus: sed omnia alia peccata vitemus, ne te ad maiorem iram inuitemus, & prouocemus. Item cum eodem Dauid ps. 32. petit gratiam ad benè operandum: cum subdit.

Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum speranimus in te.

Hoc autẽ dicit ad differentiam infidelium obstinatorum: q̃ à pctõ non desiderant nec intendunt exire. Ex quib. patet, q̃ sicut ex debito tenemur pro beneficijs receptis per singulos dies Deo gras agere, & Deum laudare: ita pro bñficijs futuris, s. ad vitã ad pcta futura, & ad bona facienda, de necessitate cogimur quotidiẽ, & sp diuinam miam implorare, & exorare: qd est cõtra temeritate Pelagianorũ: vt videbit. Sed ne q̃s desperet de diuina mia: q̃a Deus nulli cũ pseuerãtia oranti & se disponẽti negat talẽ misericordiã: ideo subdit Aug. cõcludẽdo totũ canticũ: dicens.

In te dñe speraui, non confundar in æternũ.

Quasi dicat. O dñe, scio: q̃ nõ odisti nãm hoiẽ ad tuã imaginẽ fecisti & scio, q̃ non vis mortẽ peccatoris, sed vt cõuertat, & viuat & scio, q̃ nõ deseris clamãtes ad te, & scio, q̃ oẽs q̃ spectant, & expectant te nõ confundẽt: nec frustra erit eorum spes, & fiducia, & petitio: iõ q̃a in te speraui, & pono spẽ meã: ideo non confundar in æternũ: nec tu frustrabor in mei petitione: sed tu implebis petitionẽ meã q.d. Aug. quia ergo posui spẽ meã in meritis tuæ passionis: iõ nõ me à te repulisti: imo ad pctã mihi sunt remissa, & sic non confundar in æternũ cum infidelibus, & obstinatis: sed in cęlesti fruitione satiabor cum apparuerit gloria tua. Item quia scio, & spero, q̃ sicut pẽitentib. nunquam negasti veniam, & misericordiam, ita iustis non negabis gr̃am: quia superbis resistis, & humilibus das gr̃am. Et iõ elegi habitare in domo, & ecclesia Dei mei magis q̃ habitare in tabernaculis pctorũ hæreticorum, & gentilium. Et scio, q̃ non priua bis bonis gloriæ eos, qui ambulant in innocẽtia per fidẽ, & caritatẽ, & sic beatus hõ q̃ sperat in te. ps. 83. & iõ hæc est causa quare in te dñe speraui: quia scio, q̃ nõ cõfundar in æternũ. Ex supradictis patet responsio ad argumẽtum quod faciebat Pelagius, & Iulianus contra Aug. di. Si impossibile ẽ, q̃ aliq̃s possit resistere malo, & facere bonũ: nec implere diuina præcepta sine gratia xpi. ergo sequitur, q̃ nos obligaremur ad nobis impossibile, & per cõsequẽs iniustè dãnarenẽ pctõres, & trãsgressores præceptorum: quia ad impossibile nemo obligatur. Ad hoc respondet Augu. q̃ nõ est inconueniens, q̃ aliquis obligeẽ ad sibi impossibile, qñ ipse vel parentes fuerunt causa sui reatus. unde hominis homicida obligaẽ ad reddendum hoiem mortuum, & tñ hoc est ipsi impossibile. Et filij proditoris obliganẽ ad seruiendum dño pro parentibus. Ita ergo ipsius primi parentibus in principio data fuit iustitia originalis: per quam liberè, & sine difficultate poterãt operari. & diuina præcepta adimplere: sed quia Adã peccãdo perdidit illam originalẽ iustitiã, & per cõsequens possibilitatẽ liberè operandi. & adimplendi diuina præcepta prout dicetur: ideo Deus iustè põt exigere ab Adã, & filijs eius illã originalẽ iustitiã seu obseruantiã præceptorũ sedm illam iustitiam, & sic unusquisq; obligaẽ ad seruandũ diuina præcepta: licèt sit ipsi impossibile sedm naturam corruptam, & infirmã, cuius infirmitatis Adam fuit causa, & iõ nullus habet ius q̃relę cõtra Deum. Sed ad illud qd dicebat Iulianus, quod iniustè dãnarenẽ pctores: postq̃ ipsis est impossibile vitare malum, & facere bonum sine auxilio superiori. Respondet, q̃ licèt sit impossibile aliquẽ ex ꝑprijs virib. bene operari, & saluari: tñ hoc est impossibile, si misericordia, & gra Xpi adiuuet. Et sic licèt sit ipsi impossibile ꝑ se bene operari, tñ non est impossibile gr̃am Xpi petere, & eius misericordiam implorare, & se ad gr̃am inquantum põt præparare, cũ qua gra põt malum uitare, & bene operari. Et ideo obstinatus nõ solum dãnaẽ quia peccauit, sed quia non recurrit ad medicum gratiã petẽdo, & misericordiam implorãdo, & se ad gr̃am quã nulli petẽti, & pseueranti, & ꝑparãti xpi unquã negauit, ꝑparando. Nã ille q̃ dixit, nemo uenit ad patre nisi ꝑ me, & sine me nihil poteſtis facere. Io. 14. ille idẽ dixit. Si q̃d petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis. Itẽ petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperitur uobis. q̃a q̃ petit accipit, & q̃ q̃rit inuenit, & pulsanti aperietur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur. Item qñ Christus dixit Mat. 19. Facilius est camelū intrare &c. mirabātur discipuli di. Quis ergo potest saluus fieri? q̄bus respōdit xps. Apud homines impossibile est hoc, apud Deū oia possibilia sūt. Ex q̄bus verbis xpi patet, q̄ licet ipossibile sit aliquē saluari ex propriis viribus, tñ pōt saluari adiutus gr̄a Dei, q̄ nulli petenti cū perseuerātia, & se præparāti negatur, & sic nullus dānatur, nisi culpa sua. Nam sicut scit, q̄ nō pōt ex proprijs viribus bene operari sine gratia Xpi, ita scit, & certus est q̄ xps nō negabit sibi gratiā, p quā poterit bene operari, & saluari si illā gratiā petit cū perseuerātia, se ad illā quātū possibile fuit præparando. Et sic patet rāsio ad argumentū Iuliani, & oīum pelagianorum. Et hoc cōfirmat Aug. in cōclusione, & fine huius cāntici, di. In te dñe sperani nō cōfundar in æter

B num. Ex isto ergo cāntico possunt recolligi 24. veritates catolicę fidei ad cōsequēdam salutem cuiuslibet fidelis. Quarum prima est, q̄ vnus solus Deus est laudandus, & colendus. Secūda, q̄ iste solus Deus est colēdus tanq̄ dñs & rector & gubernator vniuersalis. Tertia, q̄ sicut est pater, & creator vniuersi, ita est colēdus, & venerandus p totū orbē terrarū. Quarta, q̄ tota natura angelica incessabili voce, p clamat sanctus &c. mysterium trinita, explicando. Quinta, q̄ non solū angeli, sed etiam oēs chori beatorū hominū laudāt Deū in cęlo. Sexto, q̄ non solū ecclesia cęlestis, sed etiā ista militās per totū orbem terrarū confitetur & colit Deū in trinitate pfecta, s. patrem & filiū & spūm scūm, & sic ista ecclesia vnitur cum superna per latriā. Nā qđ illa cātat per beatā visionem, ista cāntat, & confitetur p fidē. Septi

C ma, q̄ licēt Christus sit hō tamē est rex gloriæ. Octaua, q̄ Christus est filius nālis, & æternus Dei patris, & per cōsequēs est Deus, & hęres patris, cui debetur regnū, & imperiū mūdi & vera latria. Nona, q̄ filius Dei æternus extpe suscepit hoīem in atomo, vt in illa carne posset pati ad liberandū genus hūmanum à morte æterna. Decima q̄ triplicit̄ Christus nō horruit virginis vterū: qñ ex ea carnē assumpsit. Primo: quia cum esset Deus æternus non horruit hō fieri mortalis. Secundo: qa nihil horrēdum in virgine repperit, quia sicut eam puram, & virginm repperit in cōceptione, ita virginem, & purā & sanctā reliquit in sua natiuitate. Tertio non horruit: quia licēt assumpserit ex ea carnē cū pœnalitatibus peccati, tamē nō cū culpa pcti. Vndecima, q̄ Xps in ea carne quā assumpsit ex virgine deuicit D aculeū, & gladiū mortis: qa morte nram moriendo destruxit &c. Duodecima, q̄ triplicit̄ Christus moriendo deuicit mortem. Primo, quia vltra mortē, quæ erat terminus vitæ corporalis resurgēdo, vitā æternā reperit, & sic fecit mortē p viā, qa vltra ipsam transiuit. Secdo deuicit mortē, quia per resurrectiō nē immortales nos fecit. Tertio deuicit mortē pcti, quæ in seruitute oēs tenebat. Decima terna, q̄ sicut Christus per suā mortē deuicit mortis aculeū, ita p ascēsionem aperuit credē tibus regna cęlorū. Decimaquarta, q̄ xps, vt hō sedet in potioribus bonis gloriæ patris. Decimaquinta, q̄ Xps ēt vt hō nō solū sedet in potiorib. bonis gloriæ patris quo ad fruitionē, & honorem lætriæ, sed ēt sedet in sede potestatis ad iudicādū super oēs creaturas in ce

E lo, & in terra, & in inferno, & sic nō solū sedet in sede glorię, sed ēt iudicij, & iō est iudex vniuersalis venturus in nouissimo die cum maiestate magna, & maiestate. Decimasexta, q̄ ad Christū pertinet in hac ecclesia dispensāte merita suæ passionis. Decimaseptima, q̄ ad Xpm pertinet cōplere numerū electorū, & eos annumerare & cū sctis angelis in gloria sociare. Decimaoctaua, q̄ ad Xpm pertinet saluare populū per gratiā, & benedicere per ecclesiæ sacramēta, & regere per legem cum gelicam, & extollere per gloriā. Decimanona: q̄ ad Xpm nō solū pertinet saluare populū suū spūaliter à pcto, sed ēt tēporaliter ab oī periculo corporali, & benedicere copiam bonorū temporaliū cōferēdo, & dirigere eos in via, finaliter gloriam conferēdo. Vigesima, q̄ per singulos dies, & horas, & momenta obligamur Deo latriam exhibere, & laudare, & gratias agere pro beneficio creationis, redemptionis, & ad pniam expectationis, & glorificationis. Vigesimaprima q̄ sicut ex debito obligamur Deū per singulos dies laudare p beneficijs receptis, ita de necessitate cogimur diuinā misericordiā implorare, p futuris, vnde iusti tenētur orare vt in gratia cōseruētur, ne cadāt in pctū, pctōres aūt tenentur pp tria petere gr̄am. primò vt surgant à pctō. sed ò vt nō incidāt in alia pctā, addendo mala malis. tertiò vt sp faciant aliqua bona opa misericordiæ, vt Deus ducat eos ad pmiā tētiā. Vigesimasecūda, q̄ hūana nā tabier fuit corrupta in Adā morbo cōcupiscētiæ, q̄ ipse Christus p se in puris nālib. nec potest vitare peccata, nec aliqd boni agere nisi fuerit adiutus gratia

A gratia Xpi præuenante, & roborāte. Vigesimatertia, q̄ pctōr nō pt surgere per se à pctō nec vitare pctm, nec facere aliquod bonum sine gratia Christi, & ideo nām debet cessare nām Dei implorare. Vigesimaquarta, q̄ si esset sumus certi, q̄ sine gra Christi non possumus ex proprijs viribus pctā vitare, quam gratiā semper tenemur implorare. Ita ex promissione euāgelica sumus certi, q̄ si ad gratiā unquātū in nobis est, nos disponimus, & cū humanitate eam perseuerāter petimus, quòd nunq̄ nobis Xps eam negabit. Ex quo patet q̄ nullus damnatur nisi culpa sua. Et sic patet 24. veritates catolicas patet tota intelligē tia huius cantici. Ambr. & Aug. Sed nunc restat quærendum quare eum tanta autoritate & deuotione vniuersalis ecclesia suscepit hoc

B cānticum, & facit ipsum publicè cantari in ecclesia in omnibus festiuitatibus in officio canonico cum tanta solemnitate, & celebritate, eum hoc canticum non sit propheticum in canone ve. te. sicut cantica Moysi, & Isaiæ, & Abacuc, nec sit euangelicum sicut canticum virginis Mariæ, & Zacariæ, & Simeonis, q̄ cāntantur in officio canonico. Ad q̄uod respondetur, quòd istud cāticū est euāgelicum duplici ratione. Primò, quia Ambr. & Aug. nō locuti sunt spiritu humano: sed prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, sicut dicit Dacius, & Possidonius. Secundò est euangelicū, q̄ omnes veritates cōfessæ, & memoratæ in hoc cantico sunt euangelicæ. & ex euangelio sumptæ, vt dictum est, & etiā quia omne quod à spiritu sancto dictū est, euangelium & veritas euangelica est, maximè quando annunciatur de Xpo quod iam completum est

C &c. nō. n. vos estis qui loquimini &c. Itē istud cānticum est propheticum, quia in illo baptismo prædixit Amb. qualis & quantus erat Augustinus futurus in ecclesia, vt inquit Dacius, & quo debebat oēs hæreses expugnare, & ab ecclesia eliminare, qđ in veritate postea cōpleuit. est. prout infra patebit. & sic patet qualiter hoc canticū est propheticum, & euangelicū. Et ideo cum autoritate recepit ipsum ecclesia. Sed causa quare eū tanta veneratione, & frequentatione præcepit ipsum ecclesia publicè cantari in officio matutinali, & etiam in omnibus gratijs agendis, fuit & est propter ofo fructus & vtilitates, quas istud canticum

D attulit, & affert toti ecclesiæ, & cuiq̄ fideli ipsum eum deuotione, & veneratione recitanti & vicenti. Vnde sceptem fructus affert istudcanticū. Nā primò instruit omnes fideles, secundò iustificat omnes Christianos. tertiò construit ecclesiam quartò destruit omnē hæreticam prauitatem. quintò placat Deū. sextò impetrat misericordiam, septimò armat, & præbet arma quotidiana contra diabolum. Octauò, & vltimò, quia nos concines sanctorum, & domesticos Dei efficit, & istam ecclesiam cū cœlesti cōsociat, quia simul cū angelis, & beatis cantat, Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. Et hoc patet per singula. Primum ergo patet. Nam hoc cantieū docet, & cōsiteatur supra dictas 24. veritates catolicas. in qua rum confessione consistit tota doctrina, & fides Christiani, per quas veritates oīs Christianus sufficienter instruitur in fide, & differt à quocunq̄ infideli, & non Christiano, vnde

E tota fides Christiani consistit in credendo Deum trinum, & vnum creatorem, & dominum, & gubernatorem totius vniuersi, & glorificatore hominum iustorū, & angelorū, & credere Christum esse verbū incarnatum, & Deū hominē, cōceptū de spū sancto natū ex virgine, mortuū, & passum, & resurrexisse, & regna cęlorū nobis aperuisse, & per cōsequēs esse redemptorem generis humani, & de diabolo triūphatorē, & q̄ sedet à dextris i gloria Dei patris tanquàm iudex vniuersalis, & credere Christum esse caput & rectorem ecclesię, à quo tota ecclesia recipit omnem gratiā, & virtutem, & omnia dona spiritualia, cui debetur cultus latriæ, & credere neminem posse peccata uitare, bene operari, nisi gratia

F Xpi fuerit adiutus. Quæ omnia sufficienter docet, et instruit canticum istud. Ex quibus patet q̄ instruit omnes fideles in omni veritate fide catolicæ. Secunda vtilitas & fructus huius cantici est, quia construit totam ecclesiam per supradictam trinā confessionem. s. per confessionem fidei confitendo supradictas 24. veritates catolicas quibus tota ecclesia defenditur, et tuetur ab omni incursu inimicorum infidelium. & hæreticorum, & per confessionem latriæ, qua Deo satisfacit, & p cōfessionē peccatorum qua diabolum exterminat. Et in hoc cantico continentur omnia quę pertinent ad nostrā salutē. Vnde primò in eo continetur totū simbolū fidei confitendo supradictas 24. veritates catolicas. Secundò continetur tota ofo dominica cū suis petitionibus. Nā sicut ibi dicitur. Pater noster q̄ es in cęlis sanctificetur nomē tuū, ita hic dicit

sanctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sanctus &c. per singulos dies laudamus nomen tuum in seculum&c. Item sicut ibi dicitur. Adueniat regnum tuum, ita hic dicitur æterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari. Item sicut ibi dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. Et sic patet qualiter istud canticum continet totum symbolum ecclesiæ, & orationem dominicã: & vniuersaliter in virtute, & implicitè continet totam sacram scripturam vet. test. & per consequens est dicendum, q̃ sufficienter construit totam ecclesiam, & turrim fortitudinis eius quæ quidem turris triplici muro circundatur, & sepitur. Nam primus, & exterior murus eius est confessio fidei supradictarum 24. veritatum, quo muro se tuetur eccl'a ab incursu omnium infidelium, & hæreticorũ. Secundus murus, & interior est confessio pe

B nitentialis, & gratia sacramentorum, quo se tuetur ecclesia ab omni incursu demonum. Tertius murus, & intimus est confessio veræ latriæ, & iste est ita altus, quòd attingit vsq; ad cœlum. Et isto triplici muro istud canticũ construit, & circundat, & roborat Dei ecclesiam, & ideo sicut hoc canticum confitetur omnem veritatem catolicam, ita petit omnia, quæ pertinẽt ad nostram salutem, & agit gratias pro beneficiis receptis. Et sic instruit, & construit, & iustificat. qui sunt tres mirabiles, & vtiles, & salubres fructus huius cantici.

Tertia vtilitas, & fructus huius cantici est, quia sicut sufficienter cõstruit ecclesiam per supradictã trinam confessionem, ita sufficienter destruit omnes errores infidelium, & hæreticorum. vnde istud cãticum in principio

C sui destruit errorem gentilium, qui colebant plures Deos, & dicebant mundum esse æternum, & ponebãt felicitatem suam in hac vita, & in secunda parte in qua dicitur. Te per orbem terrarum, &c. destruit simul obstinationem Iudæorum, qui negant mysteriũ trinitatis, & perfidiam Arrianorum, qui separabant in personis substantiam. Per hoc autem, q̃ ait Tu rex gloriæ Christe, destruit falsam doctrinam Manichæorum, qui negabãt Christum esse hominem verum, et mortuũ, et passum, per illud autem, quòd dicitur, Dignare domine die isto, destruit hæretica dogmata Pelagianorum, qui dicebant vnumquẽque ex propriis viribus absque alio posse p̃cepta Dei adimplere, et per consequẽs omnia peccata vitare, et omnia opera caritatis adimplere, & per consequens dicebãt super D fluum esse Deum orare: postquàm vnusquisque omnia supradicta bona libertate liberi arbitrii per se poterat facere. Et sic patet qualiter istud canticum destruit omnes errores infidelium, & hæreticorum.

Sed est aduertentium secundum Posidonium: q̃ vnitatem fidei, quam Augu. confitetur in hoc cãtico in suo baptismo: postea defendit publicè in suis scriptis & prædicationibus ad destructionem hæreticorum. Vnde Ambro. non solùm incepit. Te Deum laudamus: eo q̃ deduxerat Augu. ad baptismum, sed quia præuidit in spiritu qualis, & quantus erat futurus Augu. in ecclesia vt inquit Datius. Et quia præuidit qualiter omnes errores hæreticorũ debebat ab ecclesia eliminare: vt inquit Posidonius: prout postea fa- E ctum est. Ad cuius euidentiam est notandũ, q̃ inter cæteras, quatuor hæreses affligebant ecclesiam tempore Augu. Quarũ prima fuit superstitio gerilium. Nam licèt multi reges, & populi gentilium fuissent ad fidẽ conuersi post conuersionem magni Constantini, & maximè tempore Teodosij: tamẽ q̃ Alaricus rex Gotorum cum suis gẽtilibus ingressus est Italiam, & ex magna culpa, & occasione Romanorũ incendidit, & destruxisset Romam cum tota Italia, tunc Romani reputabant Christo, & ideo nimis tepidi in fide hoc imputabant Christo, & centes: q̃ dum Roma colebat plures Deos semper fuit prospera, & domina mundi. Sed postquàm fuerat sub fide Christi: semp fuerat diminuta & contempta, & tandem per illum barbarũ regem Gotorũ destructa: & sic blasphemabant Romani & cæteri Italici cõ- F tra Christum, & legem euangelicam, decernentes repetere idololatriam. Tunc autem Marcellinus scripsit ad Aug. dicens vt exoret gratiam à Deo sibi collatam: & scriberet contra istos blasphemos nominis Xpi: quia Roma cũ tota Italia erat in magno periculo apostatandi à fide Christi: & repetẽdi antiquam superstitionem idololatricam: nisi ipse apponeret remedium. Tunc autem Augustinus virtute, & lumine spiritus sancti amatus, & illustratus scripsit 22. libros pro defensione ciuitatis Dei, & Christianæ religionis: in quibus non solum defendit ecclesiam, & totam sactam scripturam vtriusq; test. sed etiã destruit totam idolatricam superstitionẽ. Nam im primis x. libris destruit omnes deteG stabiles, & fædos ritus illius superstitionis

A detegendo falsum cultum falsorum Deorũ, & detegendo, & confutando falsam doctrinam, & deceptionem eorum. Ab 11. aũt libro vsq; ad 18. inclusiuè memorat diuersos fines vtriusq; ciuitatis. s. damnationem perpetuam impiorum, & gloriam fidelium, & iustorum. In quibus 22. libris ostendit vnum deum, & trinum, & vnum esse creatorem, & generationẽ vniuersi, & redẽptorem, & glorificatorem omnium iustorum, sicut confessus fuerat in prima parte huius cãtici. Et sic Marcellinus publicauit illum librum Rome & per totam Italiam, quo libro viso tota Itã lia cessauit à blasfemia, & apostasia, & malo propositio repetendi idololatricam superstitionem, & sic quetauit totam ecclesiam Aug. per illos libros de ciuitate dei, & destruxit errorem gentilium.

B Item eodem tempore surrexit quidã vocatus Maximinus, episcopus Arrianorum, qui vehemẽter incepit resuscitare, & roborare illam sectam, & inuehere cõtra fidem trinitatis personarum diuinarum in vna, & eadem substantia, quam confitetur ecclesia. Tũc August. scripsit librum contra illum Maximinũ in quo destruit, & confutat eius argumenta, & roborat fidem ecclesiæ fundamentis, & auctoritatib. sacræ scripturæ. Et postea scripsit 15. libros de trinita. vbi lucidius, & diffusius probat, & declarat propositum supradictum. Hoc idem fecit Aug. in multis alijs libris, & tractatibus, destruendo perfidiam Arriano rum & aliorum infidelium circa mysterium trinitatis.

Item eodem tempore surrexerunt multi magni viri fœdo, & detestabili dogmate Ma- C nichæorum maculati, qui illam sectam vehementer incœperunt resuscitare, & grandi conatu restaurare, contra quos Aug. scripsit, eo rũ dicta, & scripta cõfutando, & repellẽdo. Et primo cõtra Faustũ Manichæũ per 40. respõsiones. Secundo contra Fortunatum. Tertiò contra Cresconium, & contra Felicianũ, & contra epistolam fundamenti, & contra aduersarium legis, & prophetarũ, et cõtra multos alios eiusdem sectæ, qui inter cætera negabant Christum esse hominẽ verum, & per consequens esse passum. Et sic destruebãt totum misterium nostræ redemptionis, & virtutem sacramentorũ ecclesiæ à passione Xpi pro nostra salute, & iustificatione manante, quos omnes Aug. scriptis, & publicis disputationibus, & prædicationibus superauit, & ab ecclesia eliminauit, & fugauit, prout con- D fessus fuerat in hoc cantico, quando dixit, Tu ad liberandum suscepturus hominẽ non horruisti virginis vterum &c. Item eodem tempore fuit orta, & per totum orbẽ subito diffusa temeraria secta, & doctrina falsa Pelagianorum, qui negabant peccatum primorũ parentum cum suis pœnalitatibus transisse ad posteros, & per consequens negabãt peccatum originale in paruulis, & baptismum ad mundationem peccati eis prodesse. Et sic attribuebant tantam libertatem humanæ voluntati ad operandum etiam post lapsũ primorum parentũ, q̃ vnusquisq; ex proprijs viribus naturalibus cum sola potestate liberi arbitrij absq; quouis auxilio, & gratia dei poterat diuina præcepta adimplere, & per consequens omnia peccata vitare, & omnia bona opera facere. Et sic dicebant, q̃ superfluũ E erat pro defunctis exorare, & futurum auxilium petere, postquã vnusquisq; ex propriis viribus poterat bene operari & saluari. Qui sentiens beatus Aug. Hipponensis episcopus illicò congregauit omnes episcopus prouinciæ Numidiæ. Et probato grãdi ex aminario ne hanc doctrinam esse hæreticam, tunc Augustin. de consensu omnium illorum episcoporum scripsit epistolam ad Innocentiũ Papã tunc ecclesiæ Romanæ præsidentẽ, vt vigilaret supra gregem suum, quia ista falsa pestifera doctrina destruebat ecclesiam, & fundamentum totius sacræ scripturæ, & nostræ redemptionis, & salutis, & annihilabat omnes petitiones, & omnia suffragia ecclesiæ tam viuorum quàm defunctorum, quia frustra in oratione dominica peteremus & diceremus dimitte nobis debita, Et ne nos inducas in tentationem, & sic de cæteris orationibus F quas continuè facit ecclesia. Tunc autẽ Innocentius Papa congregauit Romæ cõciliũ episcoporum, in quo damnauit Pelagium, & Celestinum hæreticos cũ secta eorum, & dedit autoritatem prima Cartaginesi, vt cõuocaret simul cum August. concilium omnium episcoporum Africæ contra illam sectam, in quo concilio interfuit Aug. qui fuit scriptor symboli, & decreti illius cõcilij Africani, in quo per singula fuit condemnata illa pestifera secta cum suo autore, & sequacibus suis, vt patet de conse. distinct. 4. cap. Placuit, & per multa sequentia ca. & prout Prosper narrat in cronica sua. In quo tempore August. scripsit librum Hypognosticon, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de perfectione iustitiæ hominis, & de natura, & gra, & de spiritu, & litera, & de baptismo paruulorum, & de nuptijs, & cõcupiscentia, & contra Iulianum, & alios eiusdem sectæ: intantùm quòd omnes illos hereticos expulit ab Africa in Asiam. Sed cum beatus Hiero. qui tunc in Betleem iam senio laborabat, sensisset illam detestabilem, & pestiferam doctrinam: incepit per modum dialogi scribere contra eam: sed cum peruenissent ad eum libri Augustini de baptismo paruulorum, quos contra illam hæresim conscripserat, tunc cessauit à scriptura sui libri. Vnde ait in fine illius libri. Peruenerunt ad manus meas libri de baptismo paruulorum quos scripsit Augu. contra hæresim, & sectam vestram: quibus visis huic operi finem imponendum decreui ne mihi dicatur illud Horatij. In sil-

B uam ne ligna feras. Et sic patet qualiter Augustinus destruxit illam hæresim Pelagianorum: prout confessus fuerat orando in fine istius cantici: Dignare domine die isto &c. Et sic patet etiam per supradicta qualiter destruxit omnes alias hæreses: prout professus fuerat in hoc cantico.

Quarta vtilitas, & fructus huius cantici est: quòd sufficienter iustificat omnes fideles per triplicem confessionem. Ad cuius intellectum est notãdum: quòd tota iustitia Christiani consistit in triplici confessione, scilicet in confessione veræ fidei, veræ latriæ, & pœnitentiali, siue in confessione peccatorum. Vnde confessio fidei consistit in corde, & ore publicè confitendo: asserendo, & prædicando omnes supradictas 24. veritates quæ continentur sub articulis fidei. Confes-

C sio autem latriæ consistit in tribus. s. in laudando Deũ, & omnes perfectiones eius: beneficia eius memorando, & pro eis gratias agendo. Secũdò in adoratione. Tertiò in oblatione, & sacrificio. Confessio autẽ peccatorum consistit in profitendo nos esse fragiles, & miseros, & peccatores, & in Adã obligatos, & corruptos taliter, q̃ sine auxilio gr̃æ: nec possumus peccata vitare, nec præcepta Dei adimplere: nec aliud boni agere, nec à peccatis in quibus sumus liberari. In hac ergo triplici confessione consistit tota iustitia hominis, & fides, & spes, & caritas eius. Sed tota triplex ista confessio continetur in hoc cantico. Nam tota ista prima pars à principio vsque ad ilium locum: Te ergo quesumus: nil aliud est nisi confessio fidei simul cum gra rum actione, & laude, & exinde vsque ad il- D lum locum. s. Dignare domine: nil aliud est nisi orario, quæ pertinet ad cultum latriæ, & in illa parte quando dicitur. Dignare domine die isto, nil aliud est nisi confessio peccatorum, & sic patet qualiter istud canticum sufficienter iustificat hominem per triplicẽ confessionem.

Quinta vtilitas huius cantici est, inquantùm placat Deum, & delectat, & debitum p̃ latriam soluit, & reddit ipsum benignum p̃ cultum latriæ, eò, q̃ magnificus, & magnanimus delectatur, cum sibi memorantur beneficia quæ ipse fecit, maximè eum gratiarum actione: vt patet 4. Ethicorum. Et ideo istud canticum per latriam est satisfactorium, & Deo solutorium, quia Deo non possumus satisfacere nisi per veræ latriæ seruitutem, & cultum, quod maximè continetur in hoc cãtico: prout dictum est, & ad quam latriã maximè nos exortatur, & incitat istud canticũ. Et hic est quĩtus fructus, & vtilitas eius. imo ex hoc cantico sumit ecclesia modũ reddendi latriam dicendo Sanctus Sanctus &c.

Ex ista autem quinta, sequitur sexta vtilitas, & fructus huius cantici, quia est gratiæ, & misericordiæ, & postulatorum impetrati- num, quia sicut Deũ placat, & delectat commemorando eius perfectiones, & beneficia cũ gratiarum actione, & latriæ exhibitione: ita inclinat ipsum ad maiora beneficia conferenda. s. misericordiam, & gratiã in præsenti, & gloriã in futuro, prout petitur in hoc cantico. vnde maximè nos Deo humiliamus. Nã sicut confitemur Deũ esse omnipotentẽ creatorem. sanctum, iustum, misericordẽ, & redẽptorem, ita confitemur nos esse fragiles peccatores, & miseros non sufficientes ex nobis aliquid boni agere, nec posse peccata vitare, nisi fuerimus adiuti gratia Christi, & eius misericordia subleuati, & ideo dicimus, Dignare domine die isto &c. Et ideo hoc canticũ est dei ad misericordiã inclinatiuũ, & est misericordiæ impetratiuũ, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, & veniam.

Septima autem vtilitas, & fructus huius cantici est, quia præbuit & præbet nobis arma quotidiana contra diabolum, & nundum & carnem, & non solum defensiua, sed etiã offensiua, & fugatiua cum dicit, dignare domine die isto &c.

Ad cuius intellectum est notandum secũ dum

A dum Prosperum defensorem doctrinę Aug. contra Pelagianos, q̃ quando fuit orta pestifera & uenenosa doctrina Pelagianorum in Britannia, simul cum ea fuit exorta medela, & antidotum contra illud venenum in Italia per conuersionem Augustini. Nam quando Pelagius monacus incipiebat seminare suum venenum in Britannia: tunc Augustinus extirpator illius veneni baptizabatur Mediolani, & spiritualiter nascebatur tanquàm teriaca, & antidotum ad resistendum, & extinguendũ venenum, & morbum pestiferum Pelagianorum. Quod quidem venenum ita subito, & in breui tempore infecit totam ecclesiam: tã in Africa, & in Asia, quam in Italia: q̃ fuit mirabile dictu. Cuius causa fuit triplex. Primò: quia seminatores huius veneni. s. Pelagius, & Cœlestinus & Iulianus ostendebãt se esse B catolicos in fide articuli trinitatis contra Arrianos, & in articulo incarnationis contra Manichæos, contra quos ecclesia diù ante pugnauerat. Item quia isti erant viri eloquentissimi: vt patet in stilo epistolæ Pelagianorũ, & in altercatione Iuliani. & cum hoc fuerũt astuti, & callidissimi. Nam vt in breui possent orbem totum inficere, fuerunt diuisi per tres partes mundi. s. Pelagius in Europa, & Iulianus in Africa, & Cœlestinus in Asia, & sic in breui tempore fuit seminatum illud venenum. Tertia causa fuit quia illud venenum, & fermentum erat valde palliatum, & coloratum quasi latens sub melle veritatis naturæ voluntatis, & liberi arbitrij. Et ideo multi facilius fuerunt in illa doctrina pestifera decepti hac triplici causa. Vnde dicebant q̃ C rat in homine, & posuerat ipsum in voluntate arbitrij, & consilij sui, ergo diabolus, q̃ erat Deo inferior, non poterat humanam naturam corrumpere nec voluntatis libertatem tollere nec impedire. Et ideo Iulianus vocabat Augustinum tradductionarium, & Manichæum. Item dicebant, quòd si humana natura, & caro nostra intantùm fuerat corrupta in Adam, q̃ nec poterãt de se vitare malum nec facere bonum: nisi adiuta per gratiam Christi: ergo sequeretur quòd vel nullus in peccando damnaretur, vel quòd Deus esset inustus in damnando homines: quia ad impossibile nemo obligatur de iure, & sic asserebant quòd postquàm Deus bonam naturam creauerat in homine ad imaginem, & similitudinem suam, & creauerat in eo liberam voluntatem, & reliquerat eum in manu consilij sui, q̃ tunc ex propijs, & naturalibus viribus cum arbitrio voluntatis absq; alio auxilio poterat diuina præcepta adimplere, & per consequens omnia peccata vitare, & omne bonum operari quandocunq; vellet. Et ex hoc inferebant q̃ superfluum erat Deum orare pro virandis peccatis futuris, quia vnusquisq; de se poterat peccata vitare: & superfluum erat ẽt pro peccatis exorare, quia si sine pctõ decesserunt, illicò euolarunt ad eẽlũ tanq̃ bonæ naturæ securores: si aũt cum peccatis mortui fuerant, tunc illicò descendebant in infernum. Et sic tollebãt omnes rationes ecclesię, & omnia suffragia viuorũ, & mortuorum. Quod quidẽ venenũ ita in breui multos infecit, q̃ tota ecclesia per oẽs partes mundi fuit turbata, eò q̃ oẽs illo pestifero veneno infecti cessabant ab oĩ ora- E tione & suffragio viuorum & defunctorum, confidentes de suis viribus, & libera voluntate, contemnendo gratiam Christi. Hoc aũt q̃ sentiens Aug. zelo ecclesiæ permotus cõgregato concilio episcoporum Africanorum incepit illis hereticis resistere. Et scripsit Innocen. Papæ Romæ. vt super gregem suum inuigilaret, & cautè de isto occulto, & periculoso veneno inquireret, prout dictum est. Et ideo condemnata ista pestifera hæresi in cõcilio Romano, & Africano, tunc Augu. incepit ordinare plura officia in sua ecclesia Hipponensi contra inuentum illius sectæ. Inter quæ primò ordinauit officium defunctorum diuisum per tres nocturnos cum suis laudibus: quod quidem officium illicò suscepit tota ecclesia Africana, & exinde venit in ecclesiam Italicam, & Gallicanicam, & Hispanam, F & Germanicam. Et ẽt ordinauit missam pro defunctis, in quo officio peruntur suffragia pro defunctis contra perfidiam Pelagianorũ. Item Augustinus tunc ordinauit multa alia officia festiua. Inter quæ confecit officium nauitatis virginis Mariæ, & etiam ordinauit multa alia ecclesiastica officia quorum autor ignoratur: eò quòd fuit multum aptus, & facilis in orationibus ordinandis: vt patet in suis soliloquijs, & contemplationibus, & supputationibus. Tunc etiam tota ecclesia Romana propter perfidiam Pelagianorum ordinauit preces quę fiunt in prima hora diei in officio puta, q̃ illicò post versiculum dicat oratio dominica cum symbolo, & postea. Et ego ad te domine clamaui, cum quinque

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sequentibus versiculis sumptis de psal. 50. & postea fiat generalis confessio, & post confessionem dicatur vltima pars huius cantici, scilicet Dignare domine die isto sine peccato nos custodire, & postea dicatur illa salubris, & electissima oratio. s. domine Deus oipotens qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti &c. In quibus præcibus manifestè petimus gratiam & auxilium diuinum ne incidamus in aliquod peccatum, sed semp faciamus bonum, & impleamus diuina præcepta iuxtà voluntatē Dei, & liberemur à peccatis præteritis, ostendendo & confitēdo nos nullum bonum ex propriis uirib. posse facere, nec peccatum vitare sine auxilio, & gratia Dei. Et hoc idem ordinauit ecclesia fieri in completorio, quia ante orationem dicit vltimam partem huius cantici, scilicet Dignare

B dñe nocte ista sine pctō nos custodire. Miserere nostri domine &c. Ex quibus patet q ex hoc cantico accepit ecclesia arma quotidiana matutina, & vespertina ad pugnandū contra diabolum. Quæ quidem arma tria faciunt. Nam primò inclinant Deum ad misericordiam, & gratiam conferendam, postquā nos humiliamus cōfitentes nos esse fragiles & insufficientes ad malum vitandum, & bonum agendum, & confitemur nos esse filios præuaricatorum. Secundò fugamus diabolū a nobis, & vires eius cōprimimus. Tertio eliminamus, & extinguimus venenum, & pestiferam doctrinam Pelagianorum: quæ totū contrarium suadebat, & totam religionem Christianam infecerat, & turbauerat. Vnde etiam ecclesia propter eandem causam ordinauit alias preces post primam. s. Prætiosa in

C conspectu domini &c. vsque ad capitulum s. Dominus autem dirigat corda, & corpora nostra. quæ verba si bene considerentur, & contempletur, omnia petunt diuinam misericordiam, & gratiam, & auxilium diuinum: vt valeamus implere diuina præcepta, & vitare peccata, & facere bona opera, cōfitētes nos nihil boni ex nostris uiribus posse facere, & sic exinde ecclesia semper processit ordinando noua officia, & nouas orationes in quibus petimus diuinum auxilium. Vnde dicitur q sicut primus qui ordinauit antifonas ad cantandum cum psalm. in ecclesia fuit Ambrosius, & ordinauit hymnos feriales, & diuisit officii matutinale in duas partes, scilicet in psalmodiam & laudes, ita primus qui fecit responsa quæ cantarentur post psal. in quolibet noct. fuit August. Gelasius autem Papa D paulo post Aug. ordinauit vt canticum Aug. scilicet Te Deum laudamus, cantaretur post tres nocturnos ante laudes. Est verum q beatus Ambro. iam ordinauerat q istud canticū cantaretur in ecclesia Mediolanensi, sed Gelasius postea præcepit ut cantaretur per uniuersam ecclesiam. Postea iste Gelasius ordinauit multa alia particularia officia ecclesiastica, & ordinauit vt ante canonem Missæ cātaretur alia particula huius cantici, s. Sanctus Sanctus &c. Et ad hoc ordinauit, & concessit illam præfationem communem, quæ quotidie cantatur in Missa. f. Vere dignum, & iustum &c. Quæ quidem præfatio nil aliud facit nisi quod recitat & declarat quod Augu. dixit in hoc cantico. f. Tibi omnes Angeli, & cherubin, & seraphin inessabili voce proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Postea E autem venit Gregorius: qui composuit aliquas præfationes festiuitatibus solemnibus appropriatas. Et etiam confecit multa alia officia sanctorum tàm propria q communia, quæ hodie cantat ecclesia. Ex quibus patet qualiter vniuersalis ecclesia latina ex isto cantico sumpsit modum laudādi Deū in Missa quia simul cū ecclesia triūphanti ista ecclesia cantat Sanctus Sanctus &c. Et sic ex isto cantico accepit modum latriæ. Item ex isto cantico accepit, & assumpsit arma quotidiana contra diabolum fugandum, & modum inclinandi Deum ad misericordiam & gratiam impetrandam, quando dicit: Dignare domine die isto. quæ est septima vtilitas huius cantici.

Octaua vtilitas, & fructus huius cantici F est: quia nos conciues sanctorum, & domesticos Dei efficit, & istam militāram ecclesiā cum superna, & triumphanti consociat. Vnde dictum fuit per August. in prima parte huius cantici, Tibi omnes Angeli &c. vbi ostēdit q omnes angeli inessabili uoce proclamāt &c. Et hoc ideo cantat chorus apostolorum & prophetarum, & martirum in societate eorum, prout subdit Ambro. cum dicit: Te gloriosus apostolorum chorus. Et hoc idem cantat tota ecclesia per totum orbem terrarum prout Aug. subdit: Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia &c. Ex quibus concluditur q sicut chorus apostolorum, prophetarum, martirum, et omnium beatorū sociatur cum angelis in gloria ad confitēdū misteriūm trinitatis cātādo Sanctus etc.

A Ita pariter ista ecclesia toto orbe diffusa sub eadem confessione consociatur cum cœlesti cantando sanctus &c. Et sic quantùm ad confessionem trinitatis eadē est latria huius ecclesiæ, & illius cœlestis, sicut ibi dictum fuit. Et ideo Gelasius Papa ampliator diuinorum officiorum qui fuit valde deuotus huic cantico, ordinauit, vt in omnibus festiuitatibus, cantaretur in officio matutinali finito tertio nocturno, vt ista ecclesia consociaretur cū superna cantando Sanctus Sanctus &c. Ité vt per istū canticum ostenderet, q tota ecclesia est eadem cum illa ratione finis, & termini, inquā tùm ista est via in illam, & q laudat vnū solū Deū in trinitate cum illa, ideo ex isto cantico accepit præfationem, quam cātamus ante canonem missæ. Vnde licēt Ambro. & August. ordinassent in suis ecclesijs alias longas præ-

B fationes, vt patet in ecclesia Mediolanensi: tamen Gelasius papa ordinauit vnam breuē, & communem præfationem, quam quotidie cantat ecclesia in missa: in qua nil aliud dicit, nisi q explicat totam illam partem huius cātici. s. Tibi omnes angeli. vsque ad illam ex elisiuē: Tu rex gloriæ Christe. Vnde ait: Sursum corda. i. relictis rebus mundanis eleuare corda vestra, & simul cum angelis, & beatis agamus gratias Deo nostro. Quia verè dignū est semper & hic, & vbiq; tàm in terra quam in cœlo cum angelis gratias agere. Et conuer sa ecclesia ad Deum patrem dicit. O domine sancte pater omnipotēs, æterne Deus nos omnes precamur te per Christum filium tuū & dominum nostrum, per quem maiestatem tuam laudant angeli, & adorant dominationes, & tremunt potestates eandem maiestatē

C tuam. cœli cœlorumq; virtutes, ac beata seraphin sub quadam socia, & concordi exultatione celebrant, & colunt, & venerantur eandem maiestatem tuam, cum quibus, & nostras voces vt admittas deprecamur. i. suppliciter precamur, vt tu admittas, & velis audire, & suscipere nostras voces simul cum illis cum uocibus illorum, s. Angelorū. q. d. sicut tu cœlo suscipis, & admittis voces illorum dicentium. Sanctus Sanctus Sanctus: ita deprecamur, vt simul cum eis socia exultatione admittas nostras voces, simul cum eis dicentes Sanctus &c. Vnde aduertant sacerdotes, & religiosi, q constructio huius præfationis est valde intricata propter longam seriem, & dependentiam: quia tota eius constructio dependet ab illo verbo deprecamur, & impedi-

D tur conclusio in parte propter illud relatiuū, scilicet cum quibus. Et ideo hæc magis declarauit postea beatus Gregorius in suis particularibus pro solemnibus festis, in fine quarū communiter dicit. Et ideo cum angelis, & archangelis cum tronis, & dominationibus cunque omni militia cœlestis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus sine finem dicentes Sanctus Sāctus &c. Ex quib. patet quòd tàm Gelasius quàm Grego. simul cum tota ecclesia ex isto cantico sumpserunt hanc præfationē quam cantamus quotidie in missa simul cum hac confessione trinitatis, dicendo Sanctus &c. Item ostendit ecclesia ista q non separata sed simul sociata cum illa ecclesia beatorum socia exultatione intendit cantare Sanctus. s. &c. sub eadem confessione mysterij trinitatis, & sic intendit confiteri, & cantare per fidē

E quod illa ecclesia confitetur, & cantat per gloriam, & claram visionem, & ostendit et ista ecclesia, q non cātat hoc canticū tāquam terrena: sed sursum à terrenis cum illa eleuata tanquàm cœlestis. Ex quibus patet, q istud canticum nos facit ciues sanctorum, & Dei domesticos, & facit istam ecclesiam cum illa cœlesti consociam. Et hoc etiā ostēditur per quādam reuelationem & visionem factam cuidam sanctimoniali in Saxonia. Vnde legitur in ecclesiastica historia Germanorum, q in Saxonia erat, & adhuc extat quod dam magnum monasterium in quo laudabat Deum, & viuebat in vita sanctissima, & honestissima magna multitudo sororū, inter quas erat quædam deuotissima iuuenis: quæ ex

F ingi abstinentia, & quia quotidie surgebat ad horas matutinas, & continue sequebatur horas nocturnas in choro: ideo ex multis laboribus erat multis infirmitatibus afflicta. Et tamen propter hoc non cessabat interesse oī bus horis tàm nocturnis quàm diurnis. Intantùm, q quadā nocte cum esset in matutinis, & iā chorus esset in fine tertij nocturni quasi in nona lectione, tunc illa monialis incepit deficere præ debilitate, & venire quasi in sincopim. Quod videns abbatissa præcepit ipsi vt iret ad cellam suam & quiesceret. Ipsa autē monialis rogabat vehementer abbatissam vt permitteret eam stare in choro vsquequò diceretur hoc cāticū. s. Te Deum laudamus. Abbatissa vero noluit annuere eius precib. sed præcepit ipsi in meritū sanctę obedientiæ vt iret ad cellā suā. Tunc illa velut obediēs egressa est ecclesiam, sed mansit in claustro iuxtà

Universidad de Deusto
Biblioteca

A portam ecclesiæ: vt audiret Te Deum laudamus,ne perderet illam consolationem.Sed cũ chorus inciperet cantare Te Deũ laudamus: ipsa eleuauit oculos ad cęlum ut simul ageret gratias,& laudaret Deum cum alijs monialibus. tunc autem eleuata,& rapta in spiritu,vidit qualiter incipiendo hoc canticum.s. Te Deum laudamus,illicò apertũ fuit cęlum. Et quãdo chorus cãtabat: Tibi omnes angeli tibi cęli &c.vidit qualiter oẽs Angeli & throni & dominationes,& cherubin, & seraphin, & omnes ordines angelorum prostrati, & inclinati adorabant ante tronum trinitatis, & laudabant Deum trinum, & vnum, & agnum sedentem à dextris patris,omnes dicentes: Sanctus,Sanctus,Sanctus &c. Itẽ quando chorus incepit cantare, Te gloriosus apostolorum chorus, vidit qualiter chorus apostolorum
B procidentes in facies suas ante tronum cantabant idem canticum dicentes: Sanctus &c. Item quando chorus incepit dicere, Te prophetarum laudabilis numerus: vidit qualiter omnes patriarchæ & prophetæ ue.testa. procidentes in facies suas cantabant idem canticum ante tronum maiestatis. Item quando chorus incepit dicere. Te martyrum candidatus laudat exercitus: tunc vidit turbam magnam martyrum,& confessorum, & virginũ, & omnium iustorum, qui omnes prostrati in facies suas ante tronum dicebant, Sanctus &c.Tandẽ aũt quãdo chorus incepit dicere, Te per orbẽ terrarum sancta confitetur ecclesia patrẽ &c.tunc vidit qualiter totus ille chorus monialium ascendit in cœlum,& omnes
C illę sorores mixtæ simul cum angelis,& martirib.& omnib. beatis socia exultatione cãtabant.Sanctus Sanctus &c.& sic finierunt cãtare domine speraui &c.quo cantico finito cœlum clausum est,nil aliud vidit.Tunc illa putans quòd Abbatissa simul cum toto choro monialium mãsisset in cęlo clauso,reuersa est

FINIS.

D velociter ad chorum:sed videns q̃ chorus incipiebat dicere: Deus in adiutoriũ,p laudibus dicendis, vehemẽti admiratione obstupuit, & incepit dicere & interrogare quo ita velociter descendissent de cęlo. Sed cũ Abbatissa cęteris monialib.hęc reputarent deliramẽtũ: ipsa magis asserebat se vidisse supradictam visionem. Postea autem non post multos dies cũ sanctimonialis illa veniisset ad articulum mortis,dixit Abbatissę,& omnibus sanctimonialibus,vt essent,& starent attentæ cũ deuotione in choro cum hoc canticum cãtatur in choro,tàm in missa quàm in matutinis, quia voces fidelium ascendunt in cœlum,& simul cum vocib.Angelorum,& omnium beatorũ socia exultatione laudant Deum.qa quando cantatur hoc canticũ consociat istam ecclesiã cum superna.Ex supradictis ergo patet quali
g ter octo fructus attulit nobis canticum istud, propter quos tota ecclesia susceptit illud cum tanta celebritate,& deuotione & præcepit ipsum cantari in matutinali officio. Primo:quia instituit fideles in omni catholica veritate. Secundò,quia instituit ecclesiam in his, quæ ad fidem sunt necessaria.Tertiò destruit omnem hæreticam prauitatem. Quartò sustinẽtes bominem iustificat per trinam confessionem. Quintò Deum delectat,& satisfacit p laudem seruitutem,& gratiarum actiones. Sextò impetrat misericordiam. Septimò confert arma quotidiana ad pugnandum contra diabolũ. Octauò consociat istam ecclesiam cum superna, prout per singula est declaratum: Deprecanda ergo est nobis diuina clementia, vt
f sicut hoc canticum in hac ecclesia cantamus per fidem, ita simul cum beatis mereamur cãtare ipsum,in patria per claram visionem, & fruitionem & gloriam. Ad quam nos perducat rex gloriæ Christus, qui cum patre & spũcto sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum Amen.

INCIPIT 1203

A TRACTATVS CONTRA IVDAEOS D

EDITVS PER REVERENDISS. DOMINVM:

DOMINVM IACOBVM DE VALENTIA

Episcopum Christopolitanum.

POSTQVAM expleuerã cõmentarios in libros psalmor.relatũ est mihi quoſdã Iudæos ęgre tulisse, & murmurasse pp ea q̃ dicta sunt in expos.-
50.& 49.& 39.& 49.& tione Ps. iplenilq; locis.s. qualiter lex Moysi fuerat mortua,& impleuerat cursum. & officiũ
B suũ in aduẽtu Xp̃i:eò q̃ nõ fuit data gra sui: sed in signũ Xp̃i futuri & legis euangelicæ. Et dictũ fuit qualiter oia promissa in lege & prophetis erãt spiritualiter intelligenda:quæ oĩa fuerũt cõpleta in Xp̃o vero Messia in lege promisso.Et dictum fuit qualiter cessante lege Moysi quò ad officiũ,& figurã successit lex euangelica tanq̃ veritas illius: eò q̃ tota scriptura legis, & prophetarũ fuit verificata p xp̃m & lege eius euangelicam. Qd audiẽtes Iudæi quæda modernu,ingenti fremitu,& co-
natu inceperunt instare, & conari probare contra oppositũ p autoritates sacræ scripturæ. Quamobrẽ copulsus sum ab amicis meis cõ
C scriptis Iudæorũ inępriis, & friuolis argumẽtis breui tractatu respõdere.Vñ est aduertẽdũ,q̃ sex sunt,q̃ detinẽt Iudæos modernos in sua perfidia & obstinatione. Primò: quia putant legẽ Moysi fuisse datã gra sui nõ pp aliũ finẽ.Secũdò,quia putant ipsam in æternũ duraturã. Tertiò:qa putãt illã terrã Canaã, & Hierusalẽ cũ oibus fructibus suis esse eis promissam,& datã in pmium præcisum pro obseruãtia legis.Quartò:qa putãt,q̃ Messias in lege promissus debebat eos liberare ab oĩ captiuitate tpali,& reducere eos in illã terrã Canaã.Et iõ nõ credũt Iesum xp̃m fuisse ve-
tũ Messiã:sed expectãt aliũ,q debeat eos liberare. Sextò putãt legẽ euãgelicã esse impeſtam, & omino cõtrariã legi Moysi, & esse facilegã,& falsam:iõ eã nolũt seq nec reci-
pe. Et iõ in pncipio tractatu mouebunt quãq; cõnes cum argumẽtis Iudæorũ:quibus absolutis videbitur manifesta deceptio,& cęcitas eorũ,& soluentur oẽs obiectiões,& rõnes eorũ adductæ cõtra veritatẽ nostrã. Quarũ erit.

Prima,vtrum omnia legalia debuerint cessare tanquam mortua per aduentum Christi.

Secunda,vtrum sabbatum legale debuerit cessare,& celebrari dies dominica.

Tertia, vtrum terra Canaan materialis cũ suis fructibus fuit præcise promissa filiis Israel in præmium præcisum propter obseruantiam legis.

Quarta,vtrum Iesus Christus quem nos recepimus fuerit uerus Messias in lege,& profetis promissus & expectatus. E

Quinta, vtrum cessante lege Moysi debuerit succedere lex euangelica, quam Christus tulit & prædicauit.

In quibus quidem quæstionibus primò adducentur rõnes,& autoritates quas Iudei ad ducũt in contrariũ.Secũdò in decisione quæstionis declarabit veritas,& verus sensus autoritatũ inductarũ,cõfirmãdo fidẽ,& veritatẽ nostrã,& ea q̃ dicta sunt ĩ expositiõe ptal morũ. Tertiò ãt rndebit ad argumẽta eorũ.

QVAESTIO. I.

QVantum ergo ad primã quæstionẽ in qua quæritur: Vtrum lex Moysi fuerit mortua, & debuerit cessare p aduentũ Xp̃i:arguunt Iudæi moderni,q̃ nullo mõ debuit cessare,& arguunt primò sic. Illa lex nunq̃ debuit cessare q̃ sufficiẽter fuit à Deo instituta ad iustificãdum F
hoiem, & tollendũ omne peccatum.Lex autem Moysi est huiusmodi: igitur nunquàm debuit cessare.Maior est nota de se. Minor probatur per totum discursum legis. Nam circuncisio data est in remedium,& ad tollendum peccatum originale.Gen. 17.vbi dicitur,q̃ caro,q̃ circuncisa non fuerit: peribit anima illius de populo suo &c. Et ideo qñ sacerdos sine Rabinus circuncidit puerum dicit hæc verba.s. Benedictus dominus Deus Israel, qui per istam circuncisionem liberauit istũ puerũ de inferno.Et sic patet,q̃ Deus iam dedit circuncisionẽ Abraæ ad tollendũ peccatum originale. Item Deus in lege præcepit offerri holocausta, & sacrificia,p pctõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sacerdotis, & pro pctō populi. Leuit.9.imo ordinauit sacrificia. & oblationes iuxta differentiā & conditionem pctōrum,vt patet p totum discursum leuitici: Ex quibus patet, q̄ legalia sufficienter tollebant pctā: ergo nunquam debuerunt cessare. Secundò arguunt:q̄ lex Moysi siue illa legalia nunquā fuerunt mortua cum Christo. Nam illa quæ sunt æterna,& data sub fœdere æterno,sunt immortalia:sed omnia legalia sunt data sub fœdere sempiterno:ideo sunt immortalia,& per consequens nunquā fuerunt mortua.Maior patet.Minor probatur per singula. Nam primò circuncisio data fuit Abrahæ sub fœdere sempiterno.Gen.17. Item esus agni paschalis fuit præceptus cum esu azimorum in cultum æternum. Exod.12.Item immolatio agni matutini,& vespertini fuit mādata sub
B oblatione sempiterna Exod.29. Item præceptus sabbati in signum pactumq; sempiternum.Exo.31.Item celebritas paschæ,& Pentecostes,& cæterorum festorum in legitimū sempiternum Leui. 23. & 29.Tertiò arguitur sic. Illa lex non debet cessare,quæ fuit promissa,sub iureiurando,& pacto sanguinis effusi.Lex autem Moysi est huiusmodi: igitur non potest cessare.Maior probatur.Nam aliter Deus esset causa transgressionis iurisiurādi.Minor patet Exo. 24. vbi totus populus congregatus dixit. Omnia,quæ locutus est dominus faciemus,& erimus obedientes.vñ Moyses occidit. 12. vitulos iuxta numerum tribuum filiorum Israel, & dimidiam partē sanguinis aspersit super altare, & alteram partem aspersit super populum dicens: hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his &c.
C Ex quo patet,quòd sicut populus sub fœdere sanguinis promisit seruare legem in æternum: ita Deus sub eodem fœdere promisit nunquàm mutare legem. Quarto arguitur sic.Illa lex non potest cessare nec mutari cui nihil potest addi nec diminui:Lex autē Moysi est huiusmodi:igitur &c.Maior patet.Minor patet Deutero.3.vbi dominus dicit.Nō adderis ad verbum quod loquar vobis nec auferetis ex eo.&c.

In oppositum est illud Hiere. 31. In diebus illis feriam domui Iacob fœdus nouum: non secundum pactum, q̄ pepigi cum patribus eorū quando eduxi eos de terra egypti. Sed dabo legem meam in cordibus hominum,& in visceribus eorum scribam eam &c.Ex quibus patet,q̄ illa lex data post exitum ægypti debebat cessare,& alia noua succedere:quia quod senescit necesse est,in interitum tendere.ad Hebr.8. D

Respōdeo.In hac quæstione erunt tres articuli.Nam in primo videbitur an opera legis poterant per se tollere peccatum,& iustificare hominem simpliciter.In secundo videbitur an omnia legalia,& cerimonialia fuerunt simul mortua cum Christo.In tertio videbitur per quem modum legalia data fuerunt sub fœdere sempiterno.

Quantùm ergo ad primum articulum est præaduertendum:q̄ ad hoc,q̄ aliqua lex vere iustificet hominē simpliciter,oportet primò,q̄ tollat peccatum, & liberet hominē à seruitute peccati,à debito. Secundò,q̄ reddat ipsum carum,& acceptum,& dignum vita æterna,& tunc homo dicitur vere iustificatus: quia dignè meretur vitam æternam: quia ergo homo propter peccatum originale erat priuatus vita æterna,& propter actuale erat obligatus ad pœnam sensus ęternam in inferno,& per consequens propter vtrumque peccatum erat in odio,& et ira Dei: ideo oportebat primò absolui ipsum, & purgari ab vtroque peccato.Secundò reduci in gratiam Dei, & gratificari ad vitam æternam consequendam. E

His habitis ponitur prima conclusio, q̄ circuncisio non poterat hominem de se absoluere à peccato originali, & seruitute, & reducere ipsum in gratiam Dei,& facere ipsum meritorium,& dignum vitæ æternę.Licèt autem ista conclusio sit probata Ps.39.ta
F men hic specialiter probatur primo sic.Nam quā minima,& vilior pars hominis pōt esse sufficiens pretium ad abluendum totum hominē à seruitute, & condēnatione peccati: ad quod totus homo quò ad corpus, & animā obligabatur:sed illa pellicula, quæ scindebatur,& ille modicus sanguis,qui effundebatur in circuncisione,erat minima pars corporis,& vilissima respectu animæ,ergo non erat sufficiens pretium pro toto homine,maximè quò ad animam,& per consequens nō poterat eam redimere:nec liberare a debito Secundò sic.Totus ille homo erat obligatus ad seruitutem peccati,& erat in ira Dei quò ad corpus,& animam,ergo illa particula,& pellicula,& ille modicus sanguis ira erat obligatus peccato,& erat in ira Dei sicut totus homo:ergo non poterat satisfacere .q̄ pctō totius

A totius: nec reducere in gratiam Dei: nec mitigare iram Dei.Oportebat ergo,q̄ illud pretium esset sufficiens,& Deo gratum,& acceptum.Et sic patet, q̄ illa circunsio non poterat de se satisfacere nec liberare hominem à peccato.

Secūda conclusio, q̄ nec animalia in lege immolata,& sacrificata:nec cętera sacramenta legis vete.poterant pro peccato satisfacere: nec hominē à peccato mortali liberare.Probatur.Nam illa sacrificia,& sacramenta non continebant in se tātum pretium vt possent soluere pro peccatore,cum essent animalia bruta,& per consequens non poterāt Deum placare,& peccatorem Deo reconciliare. Nā pretium satisfactiuum,& placatiuum debet esse de per se Deo gratū, & debet tenere medium inter Deum,& hominē peccatorem,& B per consequens debet esse melius quocunq; homine,& minus Deo, & de per se tàm bonum,& purum,q̄ sit Deo ita carum,& acceptum, q̄ eius medio, & intercessione Deus moueatur ad misserendum, & remittendum debitū peccatoribus,& toto populo. Sed omnia animalia in lege occisa erant minora, & inferiora hominibus in pretio, & dignitate, & sic nullam conueniens, & sufficiens pretium in se continebant: ergo non poterant hominem iustificare in propria virtute. Hāc autem conclusionē probat apostolus ad Ro. & ad Gal.& ad Hebræos per totum, dicens, quòd non ex operibus legis saluabitur omnis caro &c.

Tertia cōclusio, q̄ sola passio Christi fuit sufficiens pretium ad satisfaciendum pro omni peccato,& ad iustificandum omnē hominem ad merendum vitam æternam. Probatur.Nam solū illud sacrificium erat sufficiens ad redimendum totum genus humanū quod in se cōtinebat pretium infinitum, & erat de se liberum,& immune,& nulli peccato obnoxium,& de per se Deo carum,& acceptum, tenens medium in dignitate inter Deum, & hominē.Christus autem est hmōi: ergo hoc sacrificium,& eius passio fuit sufficiens ad redimendum omnem hominem ab omni peccato.Maior patet per ea quæ dicta sunt. Minor probatur.Nā Christus erat primò Deus & homo. ergo licèt inquātū Deus esset equalis patri: tamen inquantùm homo erat minor patre,& melior omni homine in dignitate,& virtute,& sic erat sufficiens mediator, pretium eius erat infinitum in valore rationē diuinitatis. & inquantū homo, erat liber ab omni pctō in natura,& in persona, & sic erat conueniens oblatio propter puritatē & innocentiam,& erat Deo carum, & acceptum sacrificium propter immensam caritatem,& obedientiā:vt dictum est ps. 36. ergo sequitur,q̄ eius passio fuit Deo cara, & accepta,& sufficiens ad placandā irā cum Deo,& reconciliandum genus humanum cum Deo & satisfaciendum pro peccato. D

Quarta conclusio, quòd sola sacramenta nouæ legis de se possunt tollere peccatum, & conferre gratiā,& iustificare hominē. Probatur.Nam sola sacramenta nouę legis sunt instrumenta realiter continentia virtutem, & pretium passionis, instituta ad tollendum peccata,& conferendum gratiam,& iustificādum hominem,ergo &c.Hoc probatur. Nā causa quare sacrificia, & sacramenta veteris E legis de per se non poterant hominem iustificare: nec per se tollere pctā,erat: quia non continebant realiter Christum: nec pretium passionis eius: sed sacramenta nouę legis:aut continent realiter Christum sicut Eucaristia: aut continent pretium, & virtutem passionis eius: sicut baptismus,& confirmatio, & pœnitentia,& cætera sacramenta,& iō illicò efficiunt, & conferunt gratiam inuisibilem quam visibiliter significant. Et illicò soluunt pro peccatore: quia Christus operatur per ecclesiastica sacramenta ranquā per manuale instrumentum cōtinens virtualiter pretiū, & tesaurum passionis suæ:nō est aūt sic dicēdum de sacrificijs,& sacramentis vete. le. in quibus nō erat Christus realiter nec eius passio: sed solum tanquā in signo: inquātū illa erant figura Christi in cruce immolandi. Iō F nec de præsenti efficiebant grātiam quam significabant: nec soluebant pretium redemptionis,quod figurabatur per Christū in cruce soluendum.Non est sic de sacramentis nouæ le. quia illicò efficiunt quod significant: eò q̄ realiter continent pretiū passionis Xpi, Nam sacramentum Eucaristię, in quo Christus realiter continetur,illicò per se confert gratiam recipienti dispositō,& reconciliat ipsum Deo,& omnes pro quibus offertur recōciliat Deo nisi habeant obijcem. Et baptismus illicò soluit pretiū passionis Christi pro baptizato, & penitentia pro peccatore pœnitente &c.Et sic ista sacramenta illicò efficiunt hominem dignum vita ætetna, & iustificant illūiō decedens homo illicò euolat

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad cœlum in virtute passionis Christi quã re
cepit per sacramẽta. Et sic in confirmatione
illicò danẽ dona gratiarum spũs sanẽti. Cau-
sa ergo quare sacramenta nouæ legis illicò
efficiunt quod significant,cum conferuntur:
est quia continent realiter ipsum Christum
aut virtutem, & pretium passionis eius: eò
q̃ fluxerunt à passione Christi. Et causa qua
re sacramenta,& sacrificia ve.le. hoc non fa-
ciebant,erat quia non continebant realiter
pretium,& virtutem passionis Christi: quia
non fluebant ab ea: sed significabant passio-
nem Christi futuram.

Quinta conclusio,q̃ per solã fidẽ de Chri-
sto futuro omnes fideles,& patres ve.te. fue-
runt iustificati, & à peccatis absoluti. Hanc
conclusionem probat apostolus ad Heb.11.
Vnde enumerat oẽs principales patres vete.
testa.incipiens ab Abel: probando, q̃ oẽs illi
per fidem Christi futuri passi sunt persecutio
B nes,& operati sunt iustitiam: sed non potue
runt consequi repromissiones,nisi per Chri-
stum.Vnde omnes illi per fidem Christi futu
ri facti sunt membra Christi. Nam licèt Chri
stus nondum venisset,tamen iam erat eis cre
ditus,& iam expectabant redimi ab eo.Et iò
tanquàm membra Christi iam meruerũt par
ticipare passionem Christi: quia sub tale fide
absoluti sunt a pctõ.Hanc etiam conclusio-
nem probat apostolus ad Ro.4.& ad Gal. 3.
Nam Abraam antequam reciperet circunci-
sionem, iam fuerat iustificatus,dum erat in
præputio per fidem: eò q̃ credidit Deo quã
do ad præceptum Dei exijt de terra sua,& ve
nit in terram Canaam,& quando suscipiès in
cœlum credidit semen suum spirituale multi
C plicandum per Christum sicut stellas cœli.
Et ideo qui credidit,reputatum est ei ad iusti
tiam: vt patet Gen. 15. Ex quo patet,quòd p
solam fidem Christi futuri saluati sunt patres
veteris testamenti.

Sexta conclusio, q̃ licèt in circunci sione
tollebatur pctũ originale in ve. test. tũ non
in virtute circuncisionis: sed in virtute fidei
Christi futuri.Ista conclusio habet tres par-
tes. Prima pars est credita toti ecclesiæ,s. q̃
originale tollebatur in circuncisione: vt pa-
ter per Aug.& Bedam, & magistrum.4.sen.
dist. 1.Secunda pars est probata per primam,
& secundam conclusionem:quia illa circun-
cisio non continebat sufficiens pretium pro
pctõ:nec ad placandum Deum nec ad iustifi
candũ hominem:ergo sequitur, q̃ peccatum
in illa circuncisione tollebatur in virtute fi- D
dei Christi futuri,& in virtute futuræ passio-
nis Christi: sub cuius fide, & protestatione
dabatur,& fiebat talis circuncisio,& sic est di
cendum de sacrificijs ve.le.quia licet in obla-
tione illorum sacrificiorum quæ offerebant-
tur tollerentur peccata actualia illis pro qui
bus offerebantur: tamen non in virtute illo
rum sacrificiorum,& animalium brutorum,
quia non continebant tale pretium,vt facil
facerent pro peccato,& reconciliarẽt popu-
lum Deo pro se:sed talis iustificatio fiebat in
virtute fidei quã habebant offerentes de pas-
sione Christi futuri,quæ quidẽ passio Christi
figurabatur per illa sacrificia. Ista etiam cõ-
clusio probatur. Nam Abraam non fuit iu-
stificatus per circunsionem quam accepit:
sed per fidem quam habuit in præputio,Hoc
item probatur: nam,vt ait Iosephus libro E
antiquitatum, Sarraceni descendentes ex Is-
mael qui se sarracenos falsos appellant, oẽs
circuncidebantur,prout dicerunt à patri-
bus suis: tamen non est dicendum,quòd illa
circuncisio conferret eis gratiam: eò quòd
nec erat eis in signaculum fidei: nec debatur
eis sub fide Christi futuri. Et sic patet, quod
circuncisio non tollebat peccatum in anti-
quis: sed fides,cuius illa circuncisio erat si-
gnum,vt patebit.Et ideo circuncisio antiqua
rum de se nullius valoris erat ad tollendum
peccatum nisi ratione fidei conferentis: ideo
erat necessaria fides conferentis: cuius ratio
erat:quia illa circunsio non cõtinebat realiter merita passionis Christi. Sed secus est de
baptismo: qui realiter continet virtutem, &
merita passionis Christi. Et ideo in casu ne-
cessitatis absq; fide ministri potest confer- F
Vnde si nullus fidelis reperitur, tunc in tali
casu hæreticus,vel schismaticus, vel Iudæus
potest baptizare secundùm Isidorum, & po-
tet de conse.dist.4.cap.Romanus pontifex.
Item cap.sequenti. A quodam Iudæo. Item
hoc idẽ patet de Atanasio:de quo legitur in
10.lib.ecclesiasticæ historiæ, quòd cum Ale-
xander episcopus Alexandrinus rediret de ec
clesia ad domum cum clero suo,vidit ludum
puerorum filiorum paganorum,& gentiliũ:
qui in illo ludo volentes christianos imitari
constituerunt inter se Atanasium puerum
12.annorum in episcopum:qui quidem Ata-
nasius non baptizatus baptizauit omnes il-
los pueros in forma ecclesiæ. Videns autem
episcopus cum clero illũ ludũ, vocauit ad se
omnes

A omnes illos pueros petens quid sibi vellet il
le ludus:pueri autem narrauerunt episcopo
totum casum gestum,s.qualiter Atanasius fi
ctus,& simulatus episcopus eos oẽs baptiza
uerat sub tali forma. Tunc episcopus infor-
matus diligenter de mysterio determinauit
simul cum clero qualiter omnes illi pueri e-
rant veri christiani,& non erant iterum ba-
ptizandi postq̃ in forma ecclesiæ erant ba-
ptizati.licèt à puero non baptizato. Et tunc
episcopus cepit Atanasium,& baptizauit eũ:
eo q̃ non erat baptizatus: licèt alios pueros
baptizauerat: & sic episcopus nutriuit Ata-
nasium in fide,& scientia,& doctrina catoli-
ca:qui postea fuit eximius doctor,& episco-
pus Alexandrinus successor sui magistri. Ex
quo patet,q̃ non baptizatus, & infidelis po-
B test baptizare. Et ratio est ista,q̃ merita pas-
sionis Christi continentur realiter in baptis
mo,& cæteris sacramentis: non quòd sacra-
menta creant gratiam:nec sint causa effecti-
ua eiusdem: sed sunt quasi quædam vasa me
dicinalia ẽm Hugonem,in quibus cõtinẽtur
virtus,& merita passionis Christi. Et ideo sa-
ceidos non concurrit ad sacramenta nisi tã-
quam minister vnde sicut dominus præcipit
Semo,vt sumat scyfum,& hauriat vinum de
vegete sita, & det potũ cæteris:ita sacerdos,
& minister ex Dei præcepto cum vase siue
scyfo sacramentali haurit merita passionis
Christi ex cellario ecclesiæ, & propinat po-
tum gratiæ.& sanctificationis fidelibus Xpi.
Vnde per baptismum tanquã per scyfum si-
ue tanquàm cum scyfo propinat medicinã
C contra originale,& per pœnitentiam contra
actuale:quæ quidem medela simul purgat.&
sanctificat.& gratificat. Secus autem erat de
circuncisione:quia non erat sic instrumentũ
gratiæ:quia non continebat reliter virtutem
passionis Christi:sed tantùm in signo inquan
tũ significabat illam.

Septima conclusio,q̃ circuncisio non da-
batur in pretium pro pctõ: sed in signum p̃-
cti,& pacti siue in signũ fœderis. Prima pars
patet per suprædicta:quia non continebat p̃-
tium passionis Christi: nec erat manuele in
strumentum sanctificandi:nec conferẽdi gra
tiam: nec procedebat nec fluebat à passione
Christi:sed figurabat tantũ ipsam,vt dictum
est.Secunda autem pars probatur.Gen. 17.
vbi dicit dñs Abrahæ.Ponã pactum meũ in
ter me,& te:&c. Circuncidetis carnem p̃pu-
tii vestri,vt sit signũ fœderis inter me, & vos
&c. Propter q̃ verba dicit apostolus ad Ro. D
4.& ad Gal.3.q̃ Abraam non accepit circun
cisionem ad iustificationem, & gram: quia
iam ante in præputio per fidem fuerat iusti
ficatus:sed accepit eam in signaculum fidei,
& in signum fœderis futuri.

Ad cuius intellectum est valdè notandũ,
q̃ illa circuncisio sortiebatur quintuplex si-
gnum Primò signum distinctiuum: inquan-
tum distinguebat illum populum à cæteris
nationibus per tale signum carnalis circunci
sionis:quia solus ille populus gerebat circun
cisionem in carne. Secundo erat eis signũ
figuratiuum:quia figurabat passionem Chri
sti futuram per effusionem illius modici san
guinis,& figurabat,& significabat abscissio-
nem præputii cordis: prout dicitur Deuter.
10.Circuncidite præputium cordis vestris.Et
sic figurabatur abscisio peccati per abscisio E
nẽ illius pellicule.Tertio significabat quod-
dam censuale tributum. Quartò significa-
bat fidem conferentis,& recipientis,quã ha-
bebant de Christo futuro. Quintò significa-
bat pretium per Christum in cruce soluen-
dum, & sic erat signum fœderis, & pacti, &
signum pretii futuri. Ad cuius intellectũ est
vlterius valdè notandum, quòd illud signũ
fœderis,& pacti erat simile fœderi, & pacto
bellarũ,& negotiatorum: quod obseruant i-
ter se. Exempli gratia. Nam quandoqi ac-
cidit, quòd vnus miles capit aliũ in bello:
qui q̃dem captus de iure belli est seruus alte
rius,& sic est pecunia redimendus.Sed quan
doque accidit tale pactũ,& fœdus inter eos,
quòd ille,qui est redimendus promittit victo
ri sub fide,& pacto dare pecuniam,& pretiũ
redemptionis in tali tempore futuro,sed de F
præsenti dat ipsi annulum aut chirografum
manu sua scriptum, in signũ fœderis, & pre-
tii futuri soluendi: & sic victor permittit ip-
sum liberatum abire. Tunc manifestum est,
quòd ille annulus traditus, siue illud chiro-
grafum non fuit solidum pretium redem-
ptionis: sed signum fœderis, & futuri pretii
soluendi,& promissi. Item quandoque acci
dit,q̃ vnus mercator emit ab altero equum,
vel nauem plenam mercibus:& illicò de pre
senti tradit ipsi vnum ducatum, aut flore
num in signum pretii,vt venditio sit firma,
& rata, & illicò recipit merces promittens
intra mensem, vel annum soluere totum p̃-
tium. Tunc manifestum est,q̃ nec emptor
dedit nec venditor acceptauit illũ ducatum
in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in solidum pretium: sed signum fœderis, & & in signum pretii soluendi in tempore statuto sub fœdere,& pacto inter eos compositoꝝ quæ dicitur quædam arra. Ita ergo pariter in proposito est dicendum: ꝙ cum totus homo quo ad corpus,& animā propter peccatum esset ad mortem,& seruitutem ęternā condemnatus,& in potestate diaboli detentus: oportebat ipsum iusto, & sufficienti prętio redimi,quod quidem pretium, quia totū genus humanum debebat redimere, oportebat,vt excederet in valore, & dignitate totū genus humanum simul,& esset purum,&naturaliter liberum ab omni peccato, & Deo gratum de per se,& acceptum, sed tale non poterat esse nisi passio Christi, vt dictū est, ergo nullum aliud pretium erat sufficiens. Sed quia misericors Deus ab initio statuerat redimere hominem per Christū,& eius passionem,ideo fecit pactum,& fœdus cum Abraam, & semine eius:vt in signum fœderis, & prętij futuri per Christū in cruce soluēdi circumcideret se,& oēs posteriores,& de præsenti daret Deo,& offerret illā circuncisionē in signum p̄tij futuri per Christū soluendi in cruce.Vnde sicut miles nō remittit seruū in virtute chirografi, nec venditor tradit merces ipsi,emptori in virtute illius florenī dati in signum:sed in virtute fidei qua promittit soluere in tempore statuto:ita Deus non remittebat peccatum in virtute circuncisionis: sed in virtute fidei sub qua dabatur illa circuncisio. Et idęo dicit apostolus:ꝙ illa circūcisio non erat nisi signaculum illius fidei, & fœderis:quia per talem obedientiam ostendebant fidem quam habebāt antiqui de Xp̄o, & eius passione:& sic sub tali fœdere,&pacto illico filij Abrahæ liberabantur, & absoluebantur à peccato. Ex quibus patet,ꝙ deus non acceptabat illam pelliculam,quæ abscindebatur: nec illum modicum sanguinem q̄ effundebatur,in solidum,& sufficiens pretiū pro redemptione illorum:sed in solum signū pretij futuri soluendi per Christum.Et sic ēt patres,& fideles ve.te. non dabant illā periculam,& sanguinem circuncisionis in solidum pretium pro peccato suo: sed in signū futuri pretij,inquantū promittebāt,& protestabātur soluere capita in Christo capite suo & redēptore vniuersali:& sub tali pacto, & fœdere absoluebātur,& remittebātur de præsenti:sed semper manebāt debitores in Christo,& hoc fuit pactum, & fœdus sub quo Abraam accepit circūcisionē pro semine suo: & hoc intendebat dicere Deus: & de hoc sonant verba eius,cum dixit: Hoc est pactū meum, quod obseruabitis inter vos,& semē tuum post te, circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis inter me et vos: etc. masculus, cuius caro circuncisa non fuerit,peribit anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit, quod declarans Aug. dec. dicit, ꝙ intelligitur quia irritum fecit pactum Dei quando peccauit in Adam:q.d. Anima cuiuscunque hominis peccauit in Adā: quia irritum fecit pactum meum de fructu prohibito nō vescendo.vnde omnis homo mansit seruus peccati: ideo pono tecum pactum,et fœdus,vt circuncida tur omnis masculus in signū fœderis,et ergo accipiam illam circuncisionem non in prętium, sed in signum prętii.et in signum fœderis:vt vnusquisque circuncisus promittat soluere prętium solidum,et valadum per Christum. Et sub tali fœdere absolnam illum à debito seruitutis:in cuius virtute remittetur peccatum. Aliter autem penbit anima illa: quia semper maneret obnoxia peccato primorum parentum. Et sic patet,ꝙ talis circuncisio non dabatur nec fiebat nisi in fide conferentis,et recipientis. Octaua conclu.ꝙ si cut illa circuncisio non dabatur in prętium pro peccato originali:sed in signum fœderis et prętij futuri:ita pariter sacrificia, et oblationes ve.te.non offerebantur in solidum p̄tium pro peccatis actualibus: sed in signum fœderis,et pretii futuri,inquantū illi promittebāt. et protestabātur soluere per Christū. Et sub tali fœdere, et pacto Deus acceptabat illa sacrificia: et Deus absoluebat à pcto, et debito, quia illa sacrificia,et oblationes non in se realiter cōtinebāt pretiū:sed solum fiebant in signum,et figurā. Et ō data sunt in quintuplex signum sicut circuncisio. Vn signum distinctiuum, et in signum figuratiuū futuri sacrificii. et futuræ redēptionis, et in signū cēsualis tributi,et feudi: ꝙa erāt quoddā tributum,et census quem soluebāt. Quarto in signum fidei quam de Xp̄o futuro habebant.Quinto in signum pacti,et fœderis, et protestationis pretii soluēdi per Christum sicut dictū est. Nona cōcl. ꝙ sicut circuncisio et sacrificia,et cętera legalia legis Moysi nō offerebantur in pretium,sed in signum pretii:ita pariter sacrificia, et oblationes ipsius Abel,et

Abel,& Enoc,& Noe,& Iob, & Melchisedec & Abraam, & aliorum fidelium legis naturę non offerebantur in prætium: sed in signum fœderis, & prætij futuri per Christum soluēdi. Et illa sacrificia erant quędam signa fidei illorū quam de Christo futuro habebant. Nā secundum Aug.in li.Cur Deus homo: Deus ipsi Adam promisit Christum de virgine nasciturum,& ipsum redēpturū,vt si de instanti malitia doleret; tamen de suo suæq; posteritatis remedio iam de longinquo gauderet. Vera itaque ratione dicimus(vt inquit Aug.) ꝙ ab Adam domini prestolabatur aduentus &c.Et sic est dicendum,ꝙ ille angelus:qui ex pulit Adam de paradiso,docuit eum modum colendi,& exhibendi latriam Deo,& offerendi sacrificia in signū futuri prętij, & in signū futuri sacrificij Christi. Et sic Adam docuit Abel,& omnes filios,& nepotes. Et sic sub tali fœdere Abel offerebat agnum ex primitijs gregis.Gen.4.& sub tali fide Enos incepit inuocare nomen domini, qui est Iesus verbum incarnatum. Et sub tali fide Enoc faciendo bona opera placuit Deo,& dominus tulit eū. Gen.5.& translatus est in paradisum. Eccl. 44. Et sub tali fide fabricauit aream Noe præcepto domini:& ędificauit altare, et obtulit de animalibus mundi in signum fœderis, & prętij futuri. Gen.8.Itē sub tali fide,& fœdere Abraam exiuit de terra sua: et uenit in terrā Canaan ex præcepto domini,& ędificauit altare in Bethel; & obtulit ibi sacrificium, & inuocauit nomen domini.Gen. 12.Item sub tali fœdere, & fide Melchisedec obtulit panē, & vinū Deo cęli excelso.Gen.14.Item sub tali fide,& fœdere in signū futuri prætij Iob offerebat sacrificia pro peccatis filiorum. Iob primo,et sub tali fide, & spe dixit Iob ca.19. Credo,ꝙ redemptor meus vuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Et sic patet, ꝙ patres ve.te.tām legis naturæ quām scripturæ salutati sunt per solam fidem Christi futuri: inquantū per illā fidē efficiebātur mēbra Christi, & iō iam participabant merita passionis quibus peccata sunt remissa. et ideo in Christo capite suo nobiscum acceperunt promissiones.ad Heb.11.Et sic patet,ꝙ oia sacrificia, & oblationes patrum tam legis naturæ quām scripturæ non erant nisi quædam signacula fidei offerentium, oblata in signū figuratiuum, & in signum fœderis, & prętij futuri per Christum soluendi: quia omnes protestabantur, & promittebant soluere per Christum prætium solidum,& sufficiens.Vnde per talia opera profitebantur, et ostendebant fidem quam de Christo habebant:& sic erant signa fidei eorum. Ex quibus omnibus sequitur, ꝙ Christus in cruce non soluit pro omnibus præteritis, nisi tantū pro illis à quibus acceperat signaculum fidei, & signū futuræ solutionis: aut per sacrificia, & oblationes factas sub tali fide,& protestatione: sicut fuerunt fideles legis naturæ,aut per circuncisionem. & cętera legalia, sicut fuerunt filij Abraæ secundum promissionē: & filij Israel, qui fuerunt sub lege Moysi, qui non sunt saluati per opera legis tantum, sed principaliter per fidem Christi futuri, sub cuius fœdere offerebant omnia illa in signum fœderis. ad Ro.et Gal.& Heb.Decima concl.postquā baptismus fuit institutus per Christum, omnes fideles ve.te.obligabantur baptizari. probatur.Nam omnes acceperant circuncisionē in signum fidei, & cum protestatione pretij futuri. ergo postq̄ Christus contulerat aquis virtutem regenerativam: & formam sacramento baptismi, & baptismus continebat precium sufficiens,quod illi promiserant soluere in Christo: ergo illico fuerunt obligati soluere totum pretium perfectum per baptismum postquod opportunitas aderat. Et ideo licēt Ioannes Baptista esset, circuncisus, tū fuit baptizatus per Christū, & ita Christus baptizauit oēs apostolos,ut creditur: et misit eos ad baptizandum Iudæos in omnem ciuitatem,et locum quò erat ipse uēturus,ut patet Mat.10. et Luc. 10. Et hoc fecit Christus ad ostendendum,ꝙ omnes illi non acceperant circuncisionem nisi in signum fidei,et in signum fœderis &t prætij futuri,& in signū illius baptismi in quo erat sufficiens pretiū, Et hoc etiam sequitur,ꝙ si Adam,et Abel, et Abraam,& Moyses, et Dauid,et cęteri fideles ve.te.vixissent usq; ad baptismum. Christi oēs obligabātur baptizari, quia sub tali fide & figura, & fœdere receperant illa signacula circuncisionis. aut obtulerant sacrificia, et oblationes legis naturæ et scripturæ. ideo Christus dicitur agnus occisus ab origine mundi. Apo. decimotertio. Sed contra omnia supradicta arguitur. Nam ut ait August.et patet quarto sententiarum distinct. prima, ex quo fuit instituta circuncisio in illo populo hoc ualuit magnis,et paruulis

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ad ablutionem originalis veterisq; peccati sicut modo baptismus. Item Beda dicit, q̃ idē faciebat circuncisio quod modo facit baptismus, nisi q̃ non aperiebat ianuam regni cęlestis. ergo sequit, q̃ circuncisio per se tollebat, & mundabat originale pctū. Ad hæc autem respondet, q̃ tàm Aug. quam Beda secum portant responsiones suas in dictis suis. Nam dictum est, q̃ in circunsione tollebatur & remittebatur peccatum originale: sed ex hoc non sequitur: q̃ illa circuncisio esset instrumentum manuale cōtinens virtutem, & merita passionis Christi: sicut baptismus. Et ideo non per se tollebat peccatum, sed in virtute fidei conferentis. & ideo nullus extra legem poterat conferre: nec ministrare illud sacrum in leg. vet. Nec per hoc habetur q̃ illud sacramentum conferret gratiam: quia si
B gratia dabatur non nisi per fidem conferentium, & recipientium circunsionem: quia opera legis non iustificabant per se nisi per fidē Christi futuri. Vnde conclu. probat apostol. per totam epistō. ad Ro. & Gal. & Heb. Quātum ad 5m artic. tenebitur iste ordo. Nam primò in gñali probabitur qualiter lex Moysi fuit mortua simul cum Xpo: & per consequens tunc finiuit cursum suum, & cessauit ab officio suo. Secundò hoc idem probabitur partticulariter de vnoquoque genere pręceptorum: & per omnes partes legis. Primo ergo est præsupponendum, & aduertendum, vt dictum est in prologo, q̃ lex uetus multipliciter comparatur ad Christum, & legem euangelicam. Nam primò comparatur sicut motus, & via ad suum terminum naturalem. Secundò tanq̃ lineæ à circunferentia ad cen
C trum. Tertiò tanq̃ accidentia ad subiectum. Quartò comparat eum Au. contra aduersarium legis & prophetarum, sicut offisi ad suū finem in artificialibus. Item quintò Rabi Samon super Zaca. comparat legem, & prophetas ad Messiam sicut scientiam ad suum obiectum, dicens: quod omnes prophetæ nō sunt locuti nisi vsque ad tempus Messię. Sextò cō parantur tanquàm signum ad suam veritatē, & significatum. Septimò apostolus ad Rom. comparat eam ad Christum tanquam contractum matrimonialem ad virum. Octauò in epistola ad Col. 2. comparat eam tanquā contractum, & chirogaphum censuale & debitorium ad creditorem. Et sic Christus dicitur terminus, & centrum, & subiectum, & obiectum totius le. ve. & dicitur veritas, &
D vir, & creditor legis. Propter omnes ergo istas conditiones, & operationes probatur: q̃ tota lex fuit simul mortua cum Christo. Probatur ergo primò, q̃ tota lex fuit mortua, inquantum fuit motus, & via ad Christū. Nā habitibus existentibus in materia cessat motus. ergo postq̃ lex peruenit ad Christum cessauit. & fuit cum eo mortua. Item secundò. sicut destructo, & sublato centro destruuntur omnes lineæ ad illud centrum terminatæ, cò q̃ linea non potest esse sine puncto terminate. cum sit de eius essentia: ita mortuo Christo mortua fuerunt omnia legalia ad ip sum terminata. Item tertiò: sicut destructo subiecto destruuntur, & deficiunt omnia accidentalia quę fundantur in eo: ita mortuo Christo omnia legalia mortua sunt: cò q̃ Christus omnia legalia complenit: & toti legi voluit esse subiectus. quia ideo voluit le
E gi subijci, & omnia onera legis super se sumere, vt omnia secum crucifigeret, & nos ab onere legis liberaret. ad Gal. 4. Item quarto sicut habito fine artis cessat officium, & omnia quę sunt ad finem: vt habita sanitate cessant omnia instra medicalia, & omnes medelæ: ita facta passione Christi cessarūt omnia sacra. & sacrificia, & cætera legalia quæ non fiebant nisi tanquam officia ad Christum. & erat finis eorum. Nam omnia illa fiebant in officium figuratiuum, & ostensiuum talis finis. Item quintò, sicut habita scientia alicuius obiecti cessat inquisito scientiæ de illo obiecto, & habita, & illata conclusione cessat syllogismus, & cessant præmissæ: ita ergo aduenięte Christo qui fuit obiectum, & conclusio totius legis, & prophetarum, cessarūt omnia legara: quæ erant propositiones præmis F sæ conclusionū euāgelicarū. Itē sexto sicut aduenięte significato cessat signū eius, ita aduenięte Xpo qui fuit significatū, & veritas legis, & prophetarum, de necessitate cessauit lex, & prophetę: sicut aduenięte naui ad portum cessat signum q̃ faciebat speculator de eius aduentu, & aduenięte principio mensis cessauit clamor Calendarum Romæ: vt patebit. Et ideo postquàm omnia figuratiua, & dicta prophetarum fuerūt impleta in cruce: dixit Xps. Consummatū est: & sic tradidit spiritum ad denotandum, q̃ omnia cum eo moriebant. & sic cessauit lex, & clamor prophetarum. Itē septimò mortua fuit lex cum Christo: inquantùm erat quæddam cōtractus debitorius, & chirographū censuale obligans illum po-

A illum populum ad Christum. Vnde sicut contractus debitorius factus ad vitam creditoris rumpitur, & extinguitur, & annullatur p mortem creditoris: ita ergo mortuo Christo tota lex Moysi fuit mortua, & extincta, & rasa. eò q̃ nihil aliud erat, nisi quoddam chirographum censuale, & contractus debitorius, in quo totus ille populus se obligauerat seruare illam legem, & omnia illa præcepta: quia totus ille populus se obligauerat seruare illam legem, & omnia illa præcepta vsque ad mortem testatoris, & creditoris. quod patet Exodi. 24. Nam cum Moyses legeret volumē legis totus populus respondit dicens: Omnia quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes &c. Vnde tunc Moyses immolauit. 12. vitulos: & tulit medietatem sanguinis, & aspersit super altare, & alteram par
B tem super populum, dicens. Hic est sanguis fœderis, quod dominus pepigit vobiscum super cūctis sermonibus his &c. Per quod Moyses voluit significare: quod illud fœdus & pactum, & chirographum obligatiuum nō erat soluendum nisi per sanguinem Christi mediatoris, qui erat futurus Deus & homo. Nā per hoc, q̃ mediam partem sanguinis effudit super altare: voluit significare: q̃ Deus cui facta fuit illa obligatio, factus homo erat moriturus, & sanguine aspergendus, sed per hoc, q̃ aliam partem sanguinis sparsit super populum: voluit significare, q̃ Christus populo erat moriturus, & proprio sanguine effusio ipsum populum erat redempturus, & liberaturus. Et sic patet quomodo tota lex Moysi nil aliud erat, nisi quoddam chirogaphum, & contractus debitorius usq; ad mor
C tem Christi. Et per consequens fuit extinctus, & rasus, & ruptus, & mortuus, & crucifixus simul cum Christo: & per consequēs nullus iam tenet, nec obligat ad legalia. Hanc rationem facit apost. ad Col. 2. Vnde ait. Cum vos mortui essetis in delictis conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta: delens quod aduersum nos erat chirographum decretis erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affligens ipsum cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidēter palam triumphans illos in seipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quę sunt vmbra futurorum &c. Ex prædictis patet qualiter lex Moysi fuit rasa, & mortua, & crucifixa cum Christo, inquantùm erat quod
D dam chirographum obligatiorium, & contractus debitorius. ideo amplius nullus obligatur ad obseruantiam legalium. Item probatur octauò. quod lex Moysi fuit mortua cum Christo, inquantùm erat tanquàm quidam contractus coniugalis vxoris ad virum. Vnde sicut vxor non obligatur ad vinculum coniugale, nisi vsque ad mortem viri: per quam mortem absoluitur vxor à vinculo cōiugali ipsius viri: ita pariter cum Deus desponsauerit sibi illam plebem per dationem legis in monte Sinai, & totus ille populus se obligauerat ad illam legem seruandam sub fœdere sanguinis: vt dictum est: ergo per mortem Dei incarnati qui est Christus, totus ille populus fuit absolutus à vinculo legis: & per consequens non amplius obligatur ad legis obseruationem. Vnde hanc rationem facit Apostolus ad Romanos se-
E ptimo vbi ait, An ignoratis fratres (scientibus legem loquor) quia lex in homines dominatur quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuit vir eius, soluta est à lege viri & cætera. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis Deo. Ex supradictis vult innuere Apostolus, quod ante mortem Christi finis, & mariti illius populi: totus ille populus obligabatur ad seruandam legem: eò quòd Christus vir eius adhuc viuebat in corpore mortali, & tanquàm mortalis expectebatur in lege. ideo vsque ad eius mortem obligabatur. sed mortuo Chri
F sto viro suo iam non obligatur ad vinculū coniugale legis. quia sub tali conditione ille populus expectabat Christum sponsum suum: vt pro eo moreretur: vt patet per totum discursum prophetarum. Et sic patet cōclusio. quo tota lex Moysi fuit mortua cum Xpo, quò ad cerimonialia. Sed ista eadem conclusio probatur particulariter 5m omnes partes legis Moysi. Ad cuius intellectum est notandum: quod tota lex Moysi continet in se lexcentarredecim præcepta. quorum quæ dam dicuntur moralia, & quædam iudicialia, & quædam cerimonialia. Moralia autem sunt illa decem præcepta, quæ fuerunt scripta in duabus tabulis lapideis vt patet Exo. 20. & 21. Et dicuntur moralia: eò q̃ pertinent ad omnes homines, & omnib. sunt cō munia, sine quibus hoīes nō possent adinuicē

conuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conuersari: nec conuiuere. Dicuntur etiam moralia: quia sunt de iure naturæ. & pertinēt ad moralem iustitiam: quia per ista decē pceptа tribuitur vnicuiq; quod suum est, scilicet Deo latriæ seruitus: qđ pertinet ad tria prima præcepta prime tabulæ. Alia aut septē pertinent ad conuersationem proximi. & iō ista decem præcepta moralia sunt immortalia: eò quòd sunt de iure naturæ. & iam fuerunt obseruata in lege naturæ, licēt non sic fuerint explicita. Et ideo non præcisè pertinent ad legem Moysi: nisi inquātùm ibi fuerunt magis explicata: quia magis pertinent ad legem naturæ. Desabbato autem quomodo est morale quantùm ad substantiā. & ceremoniale quantùm ad modum dicetur in sequenti quæstione. Præcepta autem iudicialia fuerunt data ad correctionem, & punitio
B nem transgressorum, quia aut dirigunt homines ad seruanda præcepta moralia, aut puniunt transgressores præceptorum dādo oculum pro oculo, & dentem pro dente, & vitam pro vita. ista autē præcepta iudicialia, quia partim erant moralia, & partim cerimonialia: ideo partim mortua sunt cum Christo: vt patebit. In tertio autem ordine sunt, & erant præcepta cerimonialia. & vocabantur cerimonialia ratione modi agendi, & significandi: eò quòd disponebant ad modum colendi Deum. Quæ quidem cerimonialia erāt in quadruplici genere. Nam quedam pertinebant ad sacra: quædā ad sacramenta: quedam ad sacrificia, & oblationes: & quædam ad obseruantias, seu abstinentias. Sacra autē erant illa, quæ ad cultum diuinum dedicabā
C tur, & sanctificabantur. Et ista erant quinque secundum, qđ quinque sanctificabātur, & dedicabantur ad cultum diuinum. Nam primò dedicabatur personæ. Secundò loca. Tertiò tempora. Quartò ornamenta personarū. Quinto vtensilia templi, & loci sacri. Persone autem dedicatæ: quædam dedicabantur, & sanctificabantur ad colendum Deum, & iste erat solus, & totus populus duodecim tribuum Israel: quia solus, & totus ille populus erat electus ad colendum vnum Deum creatorem omnium. Quædam autem personæ dedicabantur ad ministerium cultus diuini: sicut erant sacerdotes, & Leuitæ, & cantores, & ianitores &c. & isti erant de sola tribu Leui. Quædam autem personæ sanctificabantur, & purgabantur à peccato, & immunditia sicut erant peccatores, & leprosi, & mēstrua te &c. vt patet in Leuitico. Isto ergo erant D personæ quæ sanctificabantur, & disponebantur ad diuinum cultum, & habilitabantur ad ipsum. Loca vero consecrata, & dedicata ad diuinū cultum erat Hierusalem, & tēplum siue tabernāculum, & arca. Tempora autem dedicata ad cultum Dei erat precipa liter sabbatum: exinde festum Azimorum, & Pentecostes, & turbarum, & expiationis, & tabernaculorum &c. vt patet s. eu. 23. Ornamenta dedicata ad diuinum cultum erant ornamenta sacerdotis. s. efot, rationale, & humerale, & mitra etc. Vtensilia autem templi erant candelabra, & mortariola etc. Omnia ergo ista quinque supradicta, s. personæ, loca, & tempora, & ornamenta, & vtensilia dicebantur sacra siue sancta: eò quòd ad cultum diuinum erant consecrata, & sanctificata, & dedicata, & habilitata: quod erant primū genus cerimonialium. In secundo genere erant sacramenta, quæ dicebantur illa, quibus sacra consecrabantur, & erant ista tria. Nam in primo loco erat circuncisio, qua sanctificabatur omnes filij Israel. In secundo erat vncta, qua vngebātur soli sacerdotes, & reges. Exo. 30. In tertiò loco erant purgationes, & lotiones, & aspersiones, quibus purgabantur pectores, & leprosi etc. vt patet in Leuitico. quæ dicebantur sacramenta: eò qđ consecrabant, & sanctificabant personas, & loca, & tempora. Tertio genere cerimonialium erant sacrificia, quę offerebant personæ sanctificatæ in locis sacris. quæ quidem sacrificia, et holocausta fiebant ex certis animalibus mundis: vt patet in Leuitico. ad quod erant genus cerimonialium pertinent oblationes. In quartò tandem genere cerimonialium ponebantur obseruantiæ, et abstinentiæ à cibis, et rebus immundis, puta non comedere porcū, nec anguillam etc. vt patet ibidē. Ad ista ergo quatuor genera reducuntur omnia precepta cerimonialia: quia aut erant de sacris, aut de sacramentis, aut de sacrificijs, et oblationibus, aut de obseruantijs, et abstinentijs, quæ omnia dicebantur cerimonialia: inquātùm respiciebant, et obseruabant modum, et personas, & loca, & tempora etc. ad quandā significationē de futuris mysterijs: quia Deus nobiliori, & conuenientiori, & digniori modo poterat coli, & placari: vt patebit. Ergo talis cultus totus erat cerimonialis, & figuratiuus: quia cerimonia non dicit nisi modum, & figuratum, & significationem: quia

omnis

A omnis ceremonia quęcunque sit, fit ad significandum aliud, ut patet in ceremoniis, quæ fiūt in seruitio, & honore regum. His habitis, & notatis, ponitur prima particularis conclusio, qđ omnia sacra, & sanctificata legis vetere mortua sunt cum Christo in cruce. Ista conclu. probatur. Primo quò ad personas, & generationem carnalem personarum: quæ sanctificabātur, & dedicabātur. Nam dictum est qđ non circuncidebantur nisi filii Israal: nec vngebantur, nisi sacerdotes de tribu Leui, & reges de tribu Iuda. sed omnia ista ordinabātur ad Christum, tanquam in finem, & ideo
B Christus, ſm carnē voluit esse de gne Israel, & Israelita, & circūcisus, & voluit esse de tribu Iuda, & Leui pp regnum & sacerdotium: eò qđ illæ duæ tribus coniungebantur in coniugio, & hoc voluit facere Christus: vt secum crucifigeret gnationem carnalē filiorū Israel, & regnum, & sacerdotium legale, & sic voluit esse rex, & sacerdos. Et ideo cum Christo mortua est generatio carnalis filiorum, & generatio carnalis regum, & sacerdotum, & sic mortua est generatio legalis & regnum, & sacerdotium legale cum Christo. Ex quo sequitur, qđ Iudæi interficiendo Christum interfecerunt generationem Israel carnalem, & regnum, & sacerdotium. Et sic ipsimet se priuarunt regno, & sacerdotio. Item sequitur, qđ cum Christo mortua sunt omnia ornamēta sacerdoralia in lege scripta. s. efot, & mitra, & rationale &c. eò qđ talia ordinabantur in ipsum tanquā sacerdotem, & finem regni, & sacerdotii, & sic ēt cum eo fuit mortuum septrum regale temporale eadem ratione. Et sic ille populus ex tūc fuit priuatus
C regno, & sacerdotio, prout prophetauerat Ose. 3. dicens. Dies multos sedebūt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacerdotio.

Secunda conclu. qđ cum Christo mortua fuit Iudæa, & Hierusalē, & templum cum arca Israel. probatur. Nam Deus elegerat illum populum, vt ex eo nasceretur Messias secundum carnem: & elegit illam terram Israel, vt in ea Christus prædicaret, & miracula faceret, & illam ciuitatem, & templū, vt in ea legem declararet, & moreretur, & resurgeret. Et propter ista mysteria nostræ redēptionis prophetæ desiderarunt, & commendauerunt illam terram, & ciuitatem & templum, eo qđ ista ordinabantur ad Christū: ergo ista mortua sunt, & crucifixa cū Christo, qui erat

D finis, gratia cuius ista illorū. Habito ergo fine: cessante ista q̄ sunt ad finē, & cessant ista instīa, quæ sunt facta pp illum finē. Itē Christus crucifixus est in Iudæa & Hierusalē: tanq̄ in loco ad hoc deputato & electo, ergo locus fuit crucifixus cum eo: & sepultus. Hoc probatur ex experientia per ea misseria, quæ facta sunt. Nam terræmotus factus est per vniuersam terram in morte Cristi: & monumenta prophetarum aperta sunt: & tēpli vē lū scissum est, qđ cooperiebat sancta sanctorum, & sic ista secreta, quæ ibi latebant, fuerunt manifestata, ad denotandū, qđ iam templū illud materiale non amplius erat necessā riū: eò qđ ista signa legis, & dicta prophetarū erāt in Xpo cōpleta &c. Tertia concl. qđ cum Christo mortuū fuit pascа, & sabbatū, & ista tpa legis ad diuinū cultū dedicata. probatur. Nam Christus fuit crucifixus in die Paschæ E & sepultus, & per totā diem sabbati māsit in sepulcro. ergo dies paschæ fuit crucifixus cū Christo, & sepultus, et dies sabbati sterit cum Christo in sepulcro. Et sic tàm pascа, q̄ sabbatum fuit cū Xpo mortuum, quia sicut locus fuit mortuus cū Christo, ita et tps, eò qđ ad hoc fuit ordinatum pascа, ut Christus in eo moreretur: & sabbatū, ut in eo per totā diē Christus in sepulcro iaceret mortuus & quiesceret. & sic tàm sabbatum q̄ pascа fuit mortuum cū Christo, Et hoc apparet per signum. Nā Christo moriente in die pascę, tenebræ factæ sunt per vniuersam terrā, à sexta hora vsque ad nonam, & sol passus est eclipsim, & luna non dedit lumen, ad denotandum qđ pascа cū oibus festis legalibus, & cū tota ciuitate Hierusalem, et templo, et cū tota Israel tunc fuit eclipsatum, & mortuum, quod vere fuit designatū per illā eclipsim factā prē- F ter naturam, & terræmotū. Et sic in eodē die cum Christo fuit pascа sepultū, et altera die quæ fuit post parasceuem, quæ fuit magnū sabbatum, uenerunt Iudæi ex parte Pilati ad sigillandum sepultum, & claudendum, & sic clauserunt, & sigillauerunt sabbatum in sepulcro simul cum Christo, & sic mansit sabbatum sepultum cum Christo. Quarta conclusio, qđ pascа, & sabbatum Iudæorum fuit incineratum, & putrefactū in sepulcro. probatur. Nā nec pascа, nec sabbatum surrexit cum Christo: ergo manserunt in sepulcro, & per consequens ibi fuerunt incinerata. Nā Christus non surrexit in die sabbari: sed in die dñico. Et sic sola dies dominica resurre-

n xit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A xit cum Christo: pasca & sabbato manentib. in sepulcro. Vnde Christus noluit resurgere in die paschæ, nec in sabbato, ad designãdũ, q̃ nec pasca nec sabbatum debuit resurgere cum eo, sed ambo cum infirmitatibus Christi ppetuò in sepulcro incinerata manere. Ex quibus patet: quòd nec pasca, nec sabbatum est amplius celebrandum. nec obseruandum. cum ambo sint mortua, & sepulta, & per consequens incinerata, postquàm cũ Christo non surrexerunt, sed sola dies dominica debet coli, & celebrari in memoriam dominicæ resurrectionis. eò q̃ sola ill a surrexit cum Christo: vt patebit in sequenti quæstione. Quinta conc. quod omnia sacramẽta vete. legis fuerunt mortua, & crucifixa cum Christo. Probatur. Nam dictum est, quòd omnia sacramenta fuerunt ordinata ad sãcti
mundi, & tempus Christi, in quo erat futura generalis remissio peccati, & generalis quies ostendit. B. Ambro. in hymno Pente. dicens. Solennis vrgebat dies: quo mystico septemplici orbis volutus septies signat beata tempora: &c. Item infra. Patrata sunt hęc misticè paschæ peracto tempore: sacro dierum numero: quo lege fit remissio &c. Ex quibus patet q̃ septenarius hebdomadarum dierũ à pascha vsque ad Pentecostes, & septenarius hebdomadarũ annorum, qui dicebatur iubileus significabat tempus Christi in septima ętate mundi. Et per consequens sic erit dicendum de cęteris septenarijs supradictis. Et sic patet q̃ totum tempus Messię vsque ad finem secundi templi dr septima ętas, & septimus

dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dies mundi. Ex quo sequitur, ꝙ sabbatum vsuale, quod Deus præcepit celebrari in septimo die, figurabat requiem futuram in septimo die mundi. f. qualiter homo debebat cessare ab operibus, & iugo legis, & ab omni opere seruili peccati per totu tempus Messiæ, quod est sabbatum mundi, figuratum ꝑ sabbatum legale, de quo tempore locuti sunt ꝓphetæ: in quo tempore erant declarāda omnia secreta. & ænigmata legis, vt ait Rabi Salomon super Zachariam quorum cerimonialium intelligentia non poterat declarari: nisi per tegem Messiam. vt dicunt Hebræi. Vnde dicunt, quòd nullus debet præsumere talia secreta velle detegere: quia hoc pertinet ad solum Messiam in suo aduentu. Quæ quidē secreta cerimoniarum vocant Tieu. i. silentiū relinquendum declarandum pro rege Mes-
B sia. Ex quo patet ꝙ omnia illa sabbata figurabant, & significabant futuram requiem in septimo die mūdi: quod est tempus Messię. Sed sabbatum vsuale vltra hoc figurabat futuram requiem Christi in sepulcro in die sabbati: in quo Christus iacuit per totam diem sabbati. Et sic patet quare Deus præcepit sabbatum vsuale celebrari in die septimo: & quare omnia alia sabbata annualia præcepit celebrari semper in fine alicuius septenarij, quia omnia significabant futuram requiem in septima ætate mundi. f. in tempore regis Messiæ in quo omnia legalia debebant cessare, vt magis patebit. Quantùm ad quintum: cum quæritur quomodo præcepit Deus sabbatum celebrandum: & sanctificandum: Respondetur, ꝙ Deus primo præcepit ꝙ homo nullū opus seruile faceret in eo: & ꝙ nullus
C accenderet ignem in suis habitaculis per totam diem à vespera vsque ad vesperam. Exo. 35. Per quod figurabatur ꝙ Christus sol iustitiæ, & lumen mundi debebat iacere in sepulcro mortuus, & extinctus ibi clausus, & sigillatus. Et ideo est quædam secta Iudæorum qui dicuntur Carraim in Græcia, & in partibus orientalibus qui per totam diem sabbati à vespera vsque ad vesperam nullum lumen accendunt: nec habent in tota domo sua: sed per totum illud tempus manent in tenebris in vno angulo domus. Vnde dicunt ꝙ isti Iudæi qui habitant inter nos apud latinos: sunt prevaricatores legis: eò ꝙ contra præceptum domini habent lumen in domibus suis in die sabbati. Ex quo patet, ꝙ illi magis propriè seruant sabbatum quo ad figurā, & ad literam quā isti: vt magis inferius patebit. Secundo Deus præcipiebat sanctificari D diem sabbati offerendo specialiter certa sacrificia: vt patet per totum Leuiticum, quæ omnia significabant vnum solum sacrificiū mediatoris, quod in cruce immolatum est. vt inquit Aug. contra aduersarium legis, & prophetarum. Ad sextum autem cum quæritur quare Deus totiens iterauit, & repetuit, & repetit, & præcepit hoc præceptum magis quàm alia per totum discursum legis: Respondetur: ꝙ quia sabbatum præceptum fuit vno modo in memoriam creationis: vbi memoratur fides vnius Dei creatoris, per quam fidem ille populus dicebatur specialiter populus Dei electi: & distinguebat ab oibus alijs nationibus: eo ꝙ aliæ nationes adorabant plures Deos & putabāt mundū esse ab æterno: ìò Deus voluit vt sabbatū celebraret quolibet die septimò semel in septimana: vt in illo populo firmaretur memoria: & fides vnius Dei creatoris. Et sic voluit repetere multotiens hoc præceptum ne obliuiscerentur fidem vnius Dei creatoris. Et ideo dicit: memēto vt diē sabbati sanctifices. q.d. ne obliuiscaris fidem vnius Dei creatoris: & ne declines ad idola sicut cæterę nationes. Et ideo voluit Deus, ꝙ in die sabbati legeretur lex, & fierent plura sacrificia in tabernaculo, & templo: vt cōmoraretur, & firmaretur fides vnius Dei: eò ꝙ obseruantia huius præcepti magis diuerbat eos in memoriam, & fidem vnius Dei: creatoris oīum rerū. & ē causa quare Deus magis præcepit: & dedit hoc præceptum sub cōminatione mortis quā alia præcepta: eò ꝙ negligendo hoc præceptū fuissent obliti fidei vnius Dei: & declinassent ad idola cum cæteris nationibus. Et ìò præcepit illico lapidibus F obrui illū qui collegit ligna in die sabbati. Nu. 15. Et per hoc respondetur ad vnicū ꝙ sitū cum quęritur. Vsquequò erat seruandum iliud sabbatum? dicendum, ꝙ hoc præceptum Deus sub fedele sempiterno. Exod. 31. Sed iam dictum est in quęstione præcedenti, quomodo data fuit circūcisio: & tota lex sub fidere sempiterno in signum fidei Christi futuri. Et ideo sempitemitas signi erat durans vsque ad veritatem sui significati: quia ternum idem est quod simul per totam aliquam ętatem. Ideo sabbatum quò ad signū fuit ęternum cum tota lege simul cum illa ętate: sed quò ad suum significatum est ęternum per totum sabbatum, & tempus Messiæ et

A vt postea dicetur. Et sic patent decem conditiones, & causæ, propter quas Deus præcepit sabbatum obseruari. Quarum prima fuit ad requiem hominis & sanctificationem, & ad latriam Deo exhibendam. Secunda in memoriam creationis, & exitus Israel de Aegypto. Tertia in signum distinctiuum, Quarta in signum figuratiuum. Quinta in signum fœderis, & fidei. Sexta sub tali requie: ne accenderetur lumen in domo. Septima vt in sabbato fierent lautiora holocausta, & sacrificia. Octaua fuit præceptum cum multiplici repetione. Nona sub pœna mortis. Decima sub fœdere sempiterno: propter causas prędictas. His habitis, ponitur prima conclusio. f. ꝙ præceptum de sabbato celebrando, est parcium morale propter primam conditionem, ꝙ
B ad requiem hominis, & sanctificatione Dei. f. vt homo cessaret ad omni negotio mundano, vt facilius posset Deo seruire & latriam exhibere, sed hoc pertinet ad iustitiam. Nā de iure naturæ debetur Deo latria seruitus, nam iustum est: vt ipsi à nobis seruiatur, & ipsi exhibeamus latriam seruitutem, id est adorationem sub ratione summæ maiestatis & dominij, & oblationem ratione conseruationis & prouidentiæ, & himnum, & laudē ratione bonitatis, & beneficiorum omnium ab eo receptorum. Et hoc dictat ipsa iustitia moralis. Et ideo latria est de iure naturę & mortali apud omnes nationes, licèt modus exhibendi istam latriam sit diuersus: qa hoc pertinet ad veram fidem, & virtutes theologicas, quæ credit verum obiectum: circa
C quod ordinat verum modum secundum præcepta diuinæ legis. Sed vniuersaliter loquendo: hoc præceptum est morale, eo mō quo dictum est, & ideo vt sic non sibi determinat magis vnam diem quàm aliam. Sed oportet vt aliqua dies in septimana ad huiusmodi sanctificationem, & latriam sit Deo dedicata. Et vt sic hoc præceptum est stabile, & æternum vt patebit.

Secunda conclusio, ꝙ præceptum de sabbato celebrando magis est cerimoniale, quā morale probatur. Na n hoc præceptum datū est cum decem conditionibus, sed secundū omnes alias conditiones præter primam est cerimoniale, quia omnes illæ conditiones sunt cerimoniales, & pertinent ad cerimonias, igitur est magis cerimoniale, quam morale, quia tantum est morale per primā cōdi-

tionem. f. inquantùm datum est ad requiē hominis & sanctificationē Dei. vt dictū est. Sed D
hoc probatur per singula. Nā primò est morale inquantū fuit datum in memoriā creationis, eò ꝙ illa creatio mūdi materialis fuit figura recreationis, & redemptionis generis humani. Nam sicut sex diebus creauit Deus cęlum, & terram & in septimò requieuit ab omni opere, quod patrarat, ita pariter Xps incipiens à die dominico, quo intrauit Hierusalem, per sex dies operatus est nostram redemptionem: Quia feria secunda, & tertia dispurauit cum scribis, & phariseis in templo, vnde conceperunt odium contra eum, & feria quarta fuit venditus, & feria quinta fuit captus, & feria sexta fuit crucifixus: & in die septimò per totam diem quieuit mortuus in sepulcro. Vnde totus iste discursus nostræ redemptionis fuit figuratus per illum septenarium creationis. in cuius figura Deus præcepit sabbatum celebrari. Et sic patet, ꝙ quò ad illam memoriam creationis est ceremoniale: eò quòd illa creatio fuit signum & figura nostræ redemptionis: Item fuit præceptum in memoriam exitus Israel de Aegypto, eò ꝙ ille figurabat exitum sanctorum patrum de limbo inferni. Vnde sicut in illa nocte Aegyptus fuit expoliata & Israel liberatus &c. ꝙ hoc figurabatur ꝙ in tali nocte sequenti sabbatum Christus debebat infernum expoliare & fideles ve. te. de inferno liberare: quod impletum fuit in nocte resurrectionis. Et ìò in huius figuram præcepit sabbatum obseruari, vt præallegatum est. Deut 5. Item hoc præceptum fuit merè ceremoniale inquantum datum est in signum distinctiuum, & figuratiuum, aut in signum fœderis & fidei, qa vt F
sic non fuit præceptum gratia sui, sed gratia significati futuri: inquantùm figurabat futuram quietem Christi in sepulcro. f. ꝙ totā noctem sabbati debebat iacere, & quiescere mortuus in sepulcro, aut inquantùm figurabat sabbatum mundi in septima ætate.

Item fuit ceremoniale inquātum fuit præceptum obseruari in die septimò determinatè, eò ꝙ significabat qualiter in septimo die mundi. f. in 7. seculo & in tempore Messię omnia ceremonialia debebant cessare, & omnis visio & propheria erat finiēda. & peccatū & iniquitas debebat finem accipere. Danie. 9. Et per eandē rōnē oīa festa annualia erant ceremonialia: eo quia oīa data sunt & præcepta celebrari in fine alicuius septenarij. eò ꝙ

figu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A figurabant requiem,& misterium in septima ætate mundi: tempore Christi. Nam festum Pentecostes,quod fuit præceptum celebrari in fine septimæ hebdomadæ à Pasca in memoriã darionis legis,quæ data fuit in monte Sinai in signis,& nube ignis,figurabat ꝙ quinquagesimo die post resurrectionem Christus debebat mittere spiritumsanctum in discipulos in linguis igneis, & illustrare apostolos, & dare eis dona gratiarum ad intelligendam veritatem legis,& prophetarum. Et ita pariter in mense septimo præcepit illa tria festa celebrari: prout figurabant qualiter in septimo die.s.in tempore Christi debebat fieri generalis expiatio,& purgatio, & redemptio ꝑ Christum: & qualiter debebamus quiescere in tabernaculis istius ecclesiæ per gratiã,& in futura ecclesia per gloriam. Et sic patet, ꝙ totum tempus gratiæ,ex quo Christus resurB rexit, dicitur sabbatum mundi, in quo quiescimus ab operibus legis cerimonialibus. Et dicitur septimus mensis mundi in quo celebramus illa tria festa quò ad verum significatum,& dicitur etiam annus remissionis, & indulgentiæ,& libertatis. vt patet Is.61. & patebit infra. Item hoc præceptum fuit cerimoniale ratione modi colendi. Nam Deus ꝑcepit Exod.35.ꝙ nullus haberet nec accenderet ignem in habitaculis suis per totam diem sabbati. sed hoc misterium non potuit esse gratia sui nec alicuius rei præteritæ,ergo fiebat in signum alicuius rei futuræ, sicut omnes Iudæi concedunt, quia significabat, ꝙ omnia illa misteria secreta,quæ Ticu.i.silentium appellant Iudæi, erant detegenda in tempore Messiæ.Et ideo figurabatur qualiterC Xps lumen mundi debebat iacere extinctus, & mortuus,& absconsus in sepulcro per totũ diem sabbati. Et sic patet,ꝙ erat præceptum cerimoniale. Nam omnia illa dicũtur ab eis cerimonialia de quibus non possunt reddere rationem: sed sunt relinquenda pro tempore Messiæ declaranda.

Tertia conclusio,ꝙ præceptum de sabbato celebrando partim est iudiciale. probatur: Nam illa præcepta sunt iudicialia apud eos, quæ obligant ad pœnam transgressores, & maximè quę fuerunt data sub comminatione mortis.sed præceptũ sabbati fuit datũ sub cõminatione mortis.Exo.31.& 35.ergo sequitur, ꝙ est partim iudiciale.Vnde hæc est ẽt causa quare Deus totiens replicauit, & repetijt hoc præceptum, ostendens ipsum esse iudiciale. ideo præcepit lapidari colligentem ligna in sabbato Numer.15.Ex quibus omnibus patet, ꝙ præceptum sabbati non est merè morale, nec etiam merè cerimoniale,nec merè iudiciale, sed partim est morale,& partim cerimoniale.& partim iudiciale.Ideo inquantùm est morale ponitur inter præcepta moralia.Exo.20.& Deut.5.sed inquãtùm est iudiciale ponitur inter precepta iudicialia. Exo.23.Sed inquantùm est magis cerimoniale, & significatiuum de futuro ponitur inter cerimonialia in omnibus alijs locis,vt patet per totum discursum legis, & prophetarum. Et hæc de primo articulo. Quantùm ad secundum articulum ponitur prima conclusio. ſ.ꝙ adueniente Christo puta postquàm resurrexit Christus, debuit cessare præceptum de celebrando sabbato. Probatur. Nam illud præceptum fuit cerimoniale.ergo debuit cessare in aduentu Christi. Antecedens patet ex ea,quæ dicta sunt in primo articulo. Consequentia etiam patet. Nam dictum est per Iudæos, ꝙ secreta cerimoniarum non fuerunt detegenda vsque ad tempus Messiæ: qui omnia ænigmata, & secreta legis debet declarare. Sed omnia illa signa, & ænigmata fuerunt in Christo completa, & per ipsum declarata. igitur adueniente Christo omnia debuerunt cessare. Item probatur idem. Nam adueniente veritate, & vero significato debent signa cessare. sed sabbatum fuit præceptum in multiplex signum: vt probatum est in primo articulo. ergo adueniente veritate & significato illorum signorum debet sabbatum cessare.sed Christus complenit in se omnes veritates significatas per sabbatum, & signa eius,ergo sabbatum cessare debuit.imo cessauit in aduentu Christi,postq̃ in Christo omnia signa fuerunt impleta. Sed probatur per singula eadem conclusio.

Ad cuius intellectum est primò notandũ secundum Augustinum in primo de doctrina Christiana,& contra Faustum,ꝙ sita differentia est inter rem,& signum. Nam res est gratia sui, sed signum non est gratia sui,sed gratia veritatis rei per ipsum signum significatæ,& figuratæ.Sed quia lex vetus non fuit data absolutè in rem,sed in signum.ideo nõ fuit data gratia sui,sed gratia rei, & veritatis per ipsam significatæ.

Sed est vlterius aduertẽdũ, ꝙ licèt omnia signa significent aliquam rem,& veritatem, tamen non omnia signa significant eodem modo

A modo suam veritatem. Nam quædam significant suam veritatem de præsenti tantum: sicut circulus ante tabernam significat vinũ de præsenti. Quædam autem signa significãt suam veritatem tantum de futuro. & delonge.Exempli gratiæ. Nam in littoribus maris in turribus altis ponuntur speculatores: qui videntes à lõgè naues aut galeas venire per mare,illicò eleuant signum nauis à lõgè venientis. Et sic cognoscunt ciues ciuitatis, & expectant nauem venturam: sed postquã nauis applicat ad portum,illicò speculator remouet signum: quia aliter signum esset falsum,& frustra: quia illud signum ita est de futuro,quòd non de præsenti aliter deciperet, aspectantes. Et talis mos seruatur in ciuitate Bacchinonen.sicut quæ est sita iuxta montẽ Iouis in vertice cuius est turris vbi cõmuè speB culator circũspicit, & speculatur a longè naues venientes,& facit signa supradicta. Et idẽ mos seruatur in ciuitate Maioricarum,& pluribus alijs locis marinis. Item iste modus seruabatur Romæ in calendis pronunciandis. Nam Romæ in quolibet mense fiebant nundinæ diuersarum mercium,& quælibet nundinæ habebant sua distincta priuilegia. Ideo nundinæ futuræ prænunciabantur per decẽ, & octo dies ante principium mensis,vocãdo mercatores ad nundinas,& prenũciando priuilegia nundinarum illius mensis. Et sic præco exibat in forum,& cum turba clamauit dicens,Calo, Calo. vnde quotiens clamabant Calo tot dies remanebant vsque ad principium mensis, in quo nundinæ incoabantur. Et sic per illos. 18.dies semper ille præco procedebat diminuendo dies vsque ad principiũ C mensis.in quo iam incipiebant nundinę. Et eximde præco iam nõ amplius clamabat Calo.nec calendas:sed clamabat nonas.nonas. quia iam venerunt nundinę, & cessabant calẽ dæ.ẽ ꝙ erant signa tantum de futuro: sed nonæ erant tamũ de præsenti. Ita ergo patet est dicendum de lege veteri,& euangelica. Nam sacramenta,& sacrificia,& omnia cerimonia legis veteris erant signa tantũ de futuro,& non de præsenti. Ideo patriarchæ, & prophetę, & tota lex significabãt Christũ de futuro: quia omnia illa signa debebat verificare. sicut illud signum speculatoris significabat natũ delongè venientẽ. Et sicut ille præco Romanus clamebat,& prænunciabat nundinas futuras in mense sequenti: ita lex,& prophetæ clamabant,& prænunciabant Christum venturum in tempore gratiæ,& in seculo,& mẽse gratiæ. Et ideo sicut applicante naui ad portum speculator declinat,& remouet signum: ita pariter veniente Christo in carnem,& ad passionem,& resurrectionem: cessarunt omnia signa,& cerimonialia legis: quæ Christum venturum figurabãt. Et sicut veniente principio mensis, in quo incoabantur nundinæ,iam præco amplius nec clamabat:nec prænunciabat calendas:sed clamabat nonas,nonas.i. iam venerunt nundinæ: ita pariter adueniente Christo cessarunt clamare lex,& prophetę,qui solũ clamabãt,& figurabant Christum futurum, sed tunc clamauit,& incepit clamare euangelium: annunciando Christum venisse. Et sic est dicendũ, ꝙ lex,& prophetæ non erant signa de ꝓsenti: sicut circulus ante tabernam:sed erant signa tantũ de futuro:sicut signa speculatorũ, & sicut clamor calendarũ. Et ideo aduenientE Christo cessarunt omnia cerimonialia, & lex,& prophetę. Et ideo Daniel fuit sicut preco Romanus, Nam sicut ille prænunciabat nundinas per 18.dies ante: ita Daniel prænunciauit aduentum Christi dicens: Post 62.hebdomadas occidetur Christus &c. Et quia in aduẽtu,& morte Christi debebat cessare lex, & prophetæ; ideo dicit Daniel,quòd tũc cessabit omnis visio, & prophetia:vt finem accipiat peccatum &c. Et quia tota lex debebat cessare: ideo subdit. Cessabit hostia, & sacrificium in templo &c.Ex supradictis patet quomodo cerimonialia non erant signa de præsenti: sed de futuro. Et ideo debuerunt cessare adueniente Christo,inquantùm erant signa eius de futuro.

Pro cuius declaratione ponit̃ prima conclusio,ꝙ sabbatum aliquando debuit cessare, probatur.Nam sabbatũ datum fuit in signũ futuræ veritatis,& non gratia sui:ergo aduenientE veritate debebat cessare: quia postquàm signum est verificatum per suum futurum significatũ,debet cessare: quia amplius iam non esset verum,sed falsum signũ: quia de ratione signi rei futuræ est vt esset postq̃ est verificatum aduenientE veritate.

Secunda cõclusio,ꝙ sabbatum legale cessauit per aduentum Christi.Probatur. Nam sabbatum legale fuit præceptum in multiplex signum,& cum illis conditionibus signi ficantibus futuras vetitates per Christum implendas: sed omnia illa signa cum suis conditionibus fuerunt impleta, & verifica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ta in Christo : ergo totū sabbatum cum suis signis fuit verificatū per Christum & per aduentum eius: ergo tunc debuit cessare, & cessauit de facto. Maior est nota, & probata in primo articulo, & doctrina præcedenti. Minor probatur per singula. Nam primò Christus verificauit sabbatum inquantum fuit præceptum in memoriam creationis : eb q ille discursus creationis figurabat primò discursum nostræ redemptionis. Nam sicut Deus sex diebus creauit cœlum, & terram : ita Christus incarnatus per sex dies laborauit in nostra redemptione, & recreatione, & in septimo die per totam diem mansit in sepulcro mortuus cessando à labore corporis. Item verificauit sabbatum inquantùm discursus illorum sex dierum figurabat qualiter homo mysticus per sex dies debebat pe
B regrinari per hue mundum: sed in septimo die debebat in Christo ab omnibus operibus legis quiescere. Item verificauit sabbatum inquantùm fuit datum in memoriam exitus Israel de Aegypto. Nam sicut Moyses illa nocte expoliauit Aegyptios, & liberauit, & ditauit Hebræos : ita Christus in illa nocte resurrectionis : quæ fuit nox sabbati præcedentis, expoliauit infernum, & liberauit omnes fideles veteris testamenti. Ex quo patet, quòd postquàm illud signum fuit verificatum, non est amplius celebrandum sabbatum legale. Vnde licèt sabbatum fuerit præceptum in memoriam illorum duorum mysteriorum, s. creationis, & exitus Aegypti : tamen quia illi fuerunt etiam facta in signum : nostræ creationis, & liberationis: ideo illis verificatis debuit etiam talis memoria cessare.
C Item fuit sabbatum verificatū, & cessauit inquantùm fuit præceptum in signum distinctiuum: vt ille populus distingueretur à populo gentili, & cæteris nationibus: quæ non credebat creationē, & adorabāt plures Deos: sed post aduentum Christi totus populus gētilis venit ad fidem Christi, & credidit vnum Deum creatorem, & etiam redemptorem: ergo amplius non fuit necessarium sabbatum celebrari propter talem distinctionem, & sic illico debuit cessare. Item debuit cessare, & fuit verificatum inquantùm datum fuit in signum figuratiuum sepulturæ Christi, & in quantùm fuit datum in signum fidei Christi futuri, & in signum seruitutis : quia Christus per suam sepulturam ipsum sabbatū verificauit, & expleuit : & omnes à seruitute legis liberauit. Item sabbatum fuit verificatum in- D quantùm fuit præceptum celebrari in septima die : quia vt sic figurabat requiem futuram in septima die mundi : in qua Christus venit. Nam Christus per septem dies peregrinatus est ab Adam vsque ad suum aduentū in patriarchis, & prophetis: sed in septima die, & ætate mundi apparuit incarnatus, & quieuit a peregrinatione, & operibus legis, facta redemptione, & quieuit, & quieuit in nobis, & nos in eo per gratiam in toto isto septimo die mundi vsque ad secundum aduentum. Et sic est dicendum de cæteris sabbatis annualibus, quæ fuerunt præcepta celebrari semper in fine alicuius septenarij : quia omnia figurabant requiem in hoc vltimo sæculo Messiæ : qui dicitur septimus dies, & septimus annus, & septimus mensis mundi : in quo Deus verificauit omnia illa sabbata. Et E quo patet, quòd omnia illa debent cessare. Item Christus verificauit sabbatum inquantùm Deus præcepit vt nullus accenderet lumen in domibus suis : quia in tali die xps lumen mundi iacuit mortuus, sepultus, & extinctus, & clausus in sepulcro : prout illud figurabat : ergo post sepulturam Christi amplius non est celebrandum. Probatur secundò ista conclusio. Nam sabbatum fuit mo- tium, & non surrexit cum Christo : ergo cessauit post resurrectionem Christi. Consequentia patet, antecedens probatur prout fuit dictum in præcedenti quæstionem. Nam Christus fuit crucifixus in die paschæ: quod euacidit in die veneris: ergo fuit pasca crucifixum cum Christo, & per consequens fuit etiam sepultum cum Christo in eadem die: quia omnia cerimonialia, quæ ad Christum F ordinabantur: fuerunt cū eo crucifixa inquantùm Christus erat finis, & veritas legis : quia omnia legalia tendebant in ipsum tanquam in finem, & terminum : ergo cum eo omnia legalia crucifixa sunt, & sepulta. Et p consequens sabbatum fuit cum eo sepultum: quia per totam diem fuit cum eo clausum, & figlatū in sepulcro. Sed quando Christus resurrexit: nec surrexit cum eo pasca: nec sabbatum quia in sepulcro manserunt: sed sola dies dominica surrexit cum Christo. Et sic patet, q sabbatum cum pasca fuit incineratum in sepulcro cum omnib. cæteris legalibus : sicut dictum est in questione præcedenti. & p consequens nec pasca nec sabbatū dēnt amplius celebrari: quia res mortua, & incinerata non debet celebrari. Hanc conclusionem probat Apostolus ad Col. 2. Vnde dupliciter probat ibi sabbatum, & cætera legalia cessare p mortem Christi. Vno modo inquantum erat contractus debitorius quo obligamur ad legem seruandam vsque ad mortem testatoris : ergo sequit, q mortuo creditore mortuus fuit, & delcus, & rasus ille contractus, & obligatus. Item mortua fuit etiam lex inquantum Xps, qui erat finis legis, crucifixit eam secum, & affixit cruci. Vnde ait Apostolus. Vos, cū mortui effetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat, chirographum decreti : quod erat contrarū nobis, & ipsum tulit de medio affigēs illud cruci. & expolians principatus, & potestates &c. Nemo igitur vos seducat aut iudi
B cet in cibo aut potu : aut in parte diei festi : aut neomeniæ, aut sabbatorum: q̄ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Ex supradictis intendit Apostolus dicere : quòd sabbatum, & legalia cætera erant quædam omnia figura, & quoddam chirographum debitorum : ideo omnia fuerunt mortua cū Christo, & rasa, &c per consequens nullus obligabat ad seruandum ea. Hoc idem probatur amplius ad Roma. 9. inquantùm lex erat contractus matrimonialis : vt dictum est. Probatur eadem conclusio pluribus autoritatibus vete. testa. Et primò Isa. 1. ostendes post aduentum Messiæ sabbatum, & cætera legalia abolenda, & non acceptabilia Deo, dicit dominus. Non offeratis vltra sacrificium frustra : incensum abominatio mihi est: neome
C niam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram : iniqui sunt cœtus vestri : calendas, & solemnitates vestras odiuit anima mea. Ex quo patet, quòd post aduentum Christi sabbata, & cætera legalia non solum sunt cassa: sed etiam Deo abominabilia. Item Isa. 66. dicit dominus, quòd non solū mutabit tem- F plum, & sacrificia veteris legis : sed etiam sacerdotium ad conuersos de populo gentili, & mutabit omnes festiuitates, & sabbata. Vnde ait. Mutam ex eis qui saluati fuerunt, & annunciabunt gentibus gloriam meam, & assumam ex eis sacerdotes, & leuitas dicit dominus: q̄a sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego stare facio corā me: sic stabit nomē vestrum, & semen vestrum, & erit mensis ex mense, & sabbatū ex sabbato &c. Ex dictis in toto isto vltimo capitulo patet, qualiter Xps debebat creare nouam ecclesiam, & noua sa- D crificia, & nouos sacerdotes, & per consequens nouam legem : quia translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. Et etiam debebat mutare nomen illius populi in populum gentilium simul cum sacerdotio. Nam populus gentilis debebat nominari nomine Israel, & Leui. Et per consequens populus gentilis debebat hæreditare sacerdotium & nomen Israel, & semen Abrahæ. Et subdit qualiter omnia festa legalia erant mutanda in festa euangelica. Nam ex sabbato legali debebat succedere sabbatum euangelicum in sequenti die dominico. Item hoc idē probatur magis clarè. Hiere. 16. vbi dicit dominus comminando populo Iudaico. Ecce dies venient, dicit dominus, & non dicetur vltra : viuit dominus q eduxit filios Israel de terra Aegypti : sed viuit dominus qui eduxit fi- E lios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos &c. Ex dictis in hoc capitulo patet, qualiter pasca, & sabbatum, quæ celebrantur in memoriam exitus de Aegypto erant mutanda, & abolenda, & erat celebrandum festum nouum in memoriam resurrectionis Christi, & nostræ redemptionis : quæ est dies dominica etc. Ec quibus verbis asserunt Talmudictæ, q̄ quando veniet messias in lege promissus debebit mutare omnes festiuitates, & cætera legalia. Ex quo patet secundùm eos, q̄ legalia aliquando dēnt cessare, & per cōsequens nō sunt æterna simpliciter: prout arguunt contra nos, & sic contradicunt sibiipsis. Item Hie. 31. Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum non secundū F pactū quod pepigi cum patribus eorum cū educerem eos de terra Aegypti, & cætera. Post dies illos dicit dominus, & dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam &c. Ex quib. patet, q̄ rex messias aliam legem, et aliud pactū erat daturus in aduentu suo, & non erat daturus legem scriptā in cartis: sed in cordibus, & visceribus hominem per seipsum prædicando in persona. Et per consequens illud sabbatum, & cætera legalia erant abolenda. Hoc idem probatur Daniel. 9. vbi computatis. 62. hebdomadibus dicit, q̄ in vltima hebdomada occideur Christus, & cessabit hostia, & sacrificium, & in templo erit abominatio. & desolatio, & per consequens cessabit sabbatum in quo talia sacrificia offerebatur, & cætera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Nam ad hoc erat dedicatum sabbatū, & cetera festa: quia sub eodem pacto erant data festa & sacrificia, cessante ergo templo & sacrificio, cessat etiam & sabbatum. Hoc idem probatur Ose. 2. vbi cum dominus comminatur reprobationem populi Iudaici, & prædicit electionem, & substitutionem populi gentilis inter cætera dicit: Cessare facia omne gaudium eius, & solemnitatem eius: & neomenias eius, & sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. Item capitulo tertio subdit. Dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, & sine sacerdotio, & sine altari, & sine efor, & seraphin. Et post hæc reuertentē filii Israel: & qrent dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebūt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. s. post mortem antichristi, prout alibi declarabitur. Et sic ad probationem huius conclusionis possunt adduci infinitæ auctoritates prophetarum: quæ nihil aliud clamant: nisi qꝫ omnia sacrificia, & omnia legalia debebant cessare in aduentu Christi: eò qꝫ omnia figurabant mysteria per ipsum impleuda, & quomodo omnia erant via in ipsum tāquam finem, & terminum, & quomodo in eo debebant consummare cursum, & officium suum.

B

Quantum ad tertium articulū est primò notādum. qꝫ quia sabbatum fuit præceptum ad requiem, & cessationem respectu hominis: & ad sanctificationem respectu Dei, & datum fuit in signum, ideo quatuor sunt cōsideranda in celebratione, & obseruātia sabbati. Primo signum siue sabbatū. Secūdo veritas signi. i. verum sabbatum figuratum. Tertiò cessatio siue modus cessāndi: & à quibus est cessandum, & abstinendum. Quarto est considerandus modus sanctificandi sabbatū. Quantū ad primū dam dictum est, qꝫ sabbatū significatiuum fuit determinatum a Deo in septima die septimanæ in signū futuræ quietis Christi in sepulcro in septima die: & in signum nostræ quietis per gratiam in septima die mūdi: quod quidem signum iam est verificatum per Christum, & per cōsequens iam cessauit: vt probatum est in secundo articulo. Quantum ad secundum dictum est, quod verum sabbatum figuratum, & verificatum est totum tempus gratiæ: in quo sumus à resurrectione Christi vsq; ad generalem resurrectionem nostram in die iudicii.

C

Quantum ad tertium dictum est quomodo tali die cessandum est ab omni opere seruili: & prohibito: quia aliter non esset celebrare, sed violare & præuaricari sabbatum. Quantum ad quartum est dicendum, quod vera sanctificatio sabbati est facere opera sancta i eo erga Deum & proximum. Opera sancta erga Deum est exhibitio veræ & perfectę latriæ: opera sancta erga proximū sunt opera misericordiæ & iustitiæ, & iste est verus modus sanctificandi sabbatum.

D

His habitis ponitur conclusio, qꝫ Iudei moderni celebrant falsum sabbatum. Probatur. Nam sabbatum fuit præceptum celebrari in septima die in signum sepulturæ Christi futuræ & in signum futuræ cessationis ab operibus legis in septima die mundi. Sed virtusque signum fuit iam completum & verificatum per Christum: quia iam Christus per totam septimam diem naturalem iacuit in sepulcro. Et iam venit & fumus in septima die mundi: & in tempore gratiæ: in quo debemus abstinere ab omni opere seruili legis & peccati. ergo signum iam cessauit: nec est amplius aspiciendum, quia iam manet falsum, sicut signum nauis venturæ manet falsum: postquam nauis applicuit ad portum: eò qꝫ illud signum est tantum de futuro, vt dictum est. Et sicut clamor calendarum esset falsus in principio mensis quando tam nundinæ sunt incoatæ prout dictum est. Ex quibus patet, qꝫ Iudei celebrant falsum sabbatum.

E

Secunda conclusio, qꝫ non solum Iudei celebrant falsum sabbatum in tali die: quantū ad signum: sed etiam quantum ad integritatē tēporis: quia non obseruant diem naturalem, & integrum literaliter præceptum, quia adhuc non seruant sabbatum literaliter. Probatur ista conclusio. Nam dies naturalis, & integer secundum scripturam vet. est mensurabatur à mane vsq; ad mane, vt patet Ge. 1. Nam Deus in prima die mundi, quæ fuit dies dominica, de mane incepit creare lucem & diuisit lucem à tenebris. Et sic discurrendo factum est vespere & nox. Et discussa nocte factum est mane in die lunæ, & feria secunda. & sic factus est dies vnus. i. dies primus, vt dicit glossa, & sic patet, qꝫ dies primus fuit à principio diei primi vsq; ad mane alterius, in quo mane incepit dies secundus, & sic patet quomodo dies præcedebat noctem secundum ordinem naturæ. Et sic discurrendo per omnes dies in feria sexta de mane expletus fuit dies quintus, & incepit sextus, in quo Deus

F

A Deus creauit animalia terrestria quadrupedia, & creauit hominem: & sic in illa die factum est vespere: & transacta nocte factū est mane, & completus dies sextus in principio sabbati: quia finis vnius diei erat principium alterius. Et tunc in septimo die de mane in principio lucis finito die sexto Deus incepit quiescere ab omni opere, quòd patratat, & sanctificauit illam diem: vt patet in textu. Ex quo sequitur primò: quòd illa dies septima non incepit in vespere noctis præcedentis: quia illa nox præcedens tota pertinebat ad diem sextum: sed incepit de mane, & duranit vsque ad aliud mane in quo incepit dies dominica. Item sequitur secundò, qꝫ Deus non incepit sabbatizare: & quiescere nisi in die septimo de mane in principio

C lucis, quia ibi fuit expletus die veneris, & incepit sabbatum. Ex quibus oībus patet veritas huius secundæ conclusionis. s. qꝫ non seruant integrum sabbatum quantum ad tempus: mimo mutilatum & diminutum, & indebitum, nam vsurpant noctem precedentē, quæ pertinet ad diem veneris: & dimittunt noctē sequentem, quæ pertinet ad diem septimam: ergo non verè sabbatizant totam diem septimam, quia incipiunt quiescere in die veneris de sero, & reuertuntur ad laborandum in die sabbati de sero: & sic auferunt totam noctē sequentem, quæ secundum ordinem naturæ pertinet ad diem septimā vsq; ad mane, & in principiū diei dñicæ, vt patet in litera libri Geneseos. Et sic patet, qꝫ adhuc literaliter nō verè & perfectè obseruant sabbatum in memoriam creationis: prout se purant, & asse

C runt seruare. Sed ad hoc respondent Iudæi, qꝫ verum est, qꝫ iste supradictus est verus ordo dierum secūdum naturam & literam. Sed Moyses dedit eis modū seruandi sabbatum. Leu. 23. cum dixit. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Et ideo incipiunt sabbatizare in vespera noctis precedē tis vsque ad aliam vesperam. Sed tunc non euadunt argumentum, & rōnem, quia semper manet septima dies violata, & truncata, & diminuta, & per consequens non verè celebraretur in memoriam creationis: nec eo mō quo Deus eam celebrauit, & sctificauit: & sic Deus esset contrarius sibijpsi. Et ideo il la secta Iudæorum, qui dicuntur Carrahim, hoc inconueniens fugere, & vitare volentes glossant illud dictum. s. à vespera vsque ad vesperam. i. à nocte vsque ad noctem inclusi

nè celebrabitis sabbata vestra. Et sic incipiūt cessare à vespere noctis precedentis: & finiunt sabbatum suum in die dominica de mane. Et sic per duas noctes cum toto die in termedio celebrant sabbatum à nocte vsque ad aliam noctem ineluſiuē: in quo tempore nec accendunt, nec habent lumen in habitaculis suis, prout Deus præcepit Exod. 35. Et ideo dicunt, quòd isti Iudæi vocati Rabanim qui habitant inter nos non sunt veri Iudæi, sed præuaricatores, & non obseruatores legis, & quòd omnes sunt damnati, & male dicti. ideo nullo modo volunt cum eis conuersari. Item dicunt etiam isti Carrhaim, qꝫ Deus non solùm præcepit celebrari sabbatum in memoriam creationis, sed etiam in memoriam exitus Israel de Aegypto: vt patet Deu. 5. Vnde asserunt, qꝫ in nocte sequenti sabbatum exiuit Israel de Egypto, & quieuit à dura seruitute. Et ideo dicit dominus E
Deu. 5. Memento, qꝫ seruieris in Aegypto, & dñs Deus tuus eduxit te inde. Idcirco præcepit tibi, vt obserues diem sabbati &c. Et ideo ad tollendum hoc dubium est dicendum secundū Aug. qꝫ tam locutio Dei de præcepto sabbati, quam locutio Moysi de quiete diei in septimo die, est figuraliter intelligenda, nam Basilius in suo Hexamero. & Aug. 9. de ciui. Dei. & super Gen. ad literam, dicunt oia esse simul creata & per suas formas distincta, iuxta illud Sapientiæ libri. Viuit in æternum qui creauit omnia simul. Sed dicit Basilius, qꝫ in primo cap. libr. Ge. distinguuntur dies secundùm ordinem naturæ: & non secundùm ordinem, & successionem temporis: vnde quia continens precedit contentum, & res precedit suum ornatū. fm naturā. ideo ibi in tribus primis diebus memoratur creatio, & F
distinctio celorum, & elementorum, & in tribus sequentibus describitur ornatus eorum Aug. aūt refert illos sex dies ad cognitionē angelorum. Quidam autem alij dicunt similiter omnia simul creata, sed referunt illos dies ad cognitionem, & contemplationē ipsius Adam. Nam quando Deus duxit omnes creaturas ad Adam, vt imponeret eis nomina, fm naturas, & proprietates suas, in primo die temporis per totam diem contemplatus est naturā angelicam, & in secūdo naturā, & ordinē celorū: & in tertio ordinē, & naturas elementorū: & in tribus sequentib. dieb. con templatus est naturas astrorū, & volatilium, & natatilium, & oīum animalium vsq; ad ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A minem inclusiuè,& sic vnicuiq; imposuit nomen ſm naturam,& proprietatem ſuam,ſed poſt oia iſta in die veneris peccauit.Et ſic die ſeptimo dicitur Deus quieuiſſe ab omni opere &c.Auguſtinus autem & Baſilius dicũt ꝙ per illum ordinem dierum,& quietẽ Dei, intendit Moyſes etiam in Deo eſſe trinitatẽ perſonarum in vnitate ſubſtantiæ,eo ꝙ pater per verbum dixit omnia, & per ſpiritum ſcm dedit eis vitã,& quieuit in eis;qui quidem ſpus fẽtebatur ſuper oĩa opera,ea viuificando in eſſe exiſtẽtiæ ad operandũ. Et ẽt oſtẽdit Deũ eſſe in triplici genere cauſæ reſpectu oium creaturarũ.nã inquantũ Deus fecit cęlũ,& terrã explicatur eſſe cauſa,& principiũ efficiens oium,ſed inquantũm hoc fecit in principio,& in verbo, & dicendo per verbum,oſtenditur eſſe cauſa exemplaris,&
B formalis oium,ſed inquantũ dr quieuiſſe die ſeptimo, oſtenditur ꝙ eſt finis oium rerum creatarũ,quia ad ipſum tẽdunt,& in eo ſunt & mouent oĩa.Et ideo licẽt ſm Hie.& alios ſacros doctores,& ſm magiſtrũ, illi dies intelligantur tpales ſm ſucceſſionem tpis, tamen ſeptimus dies ſemper intelligitur figuratiuè,quia licẽt Deus ceſſauerit a creatione nouarum ſpecierum,tñ non ceſſauit ſimpliciter creare,quia continuè creat animas rationales ex nihilo, & continuè creat nouã gratiam in hominibus iuſtis, & continuè regit, & gubernat res à ſe creatas,& per cõſequens non ceſſauit nec ceſſat Deus creare,vnde dicit ſaluator Iudæis Io.5.Pater meus vſq; modo operatur,& ego operor.Et ideo dicit Augu.contra aduerſarium legis,& prophetarũ, ꝙ ppheta Moyſes ſcriptor libri Geneſeosnõ
C ſolum intendit ſcribere ordinem rerum geſtarum,ſed etiam prout erant præfigurationes retũ futurarũ. Ideo Moyſes duo voluit præfigurare per illum diſcurſum & ordinem rerum.Primò diſcurſum temporis huius mũdi. Nam ſicut Deus in ſex diebus fecit oẽs creaturas,& in ſeptimo quieuit, & ceſſauit, ita figurabatur, ꝙ Deus debebat ducere, & regere hominem peregrinando ab Adã per ſex dieras,& ſex ætates vſq; ad Chriſtum per opera legis,ſed in ſeptimo die,& ętate mundi homo debebat quieſcere,& ceſſare ab operibus legis, & quieſcere per gratiam in lege libertatis, quod ita factum eſt, nam iſte homo myſticus peregrinatus eſt in prima die, & ætate mundi ab Adam vſq; ad diluuium,& in ſecunda die vſque ad Abraam, & in tertia vſque ad Moyſen, & in quarta vſ- D
que ad primum templum, & in quinta vſq; ad Captiuitatem Babyloniꝰ, & principium ſecundi templi,& in ſexta die vſque ad Chriſtum,& ſic in ſeptima die quieuit in Chriſto & in lege libertatis,ceſſando à lege,& iugo ſeruitutis.Et ſic patet,ꝙ per diem ſeptimam & quietem Dei intelligitur ceſſatio ab operibus legis in ſeptima die mundi,& tpe gratiæ.& per illã ſeptimã diẽ intelligitur totum tempus legis euange.& gratiæ Chriſti. Itẽ ſecundo per illam creationem & diſcurſum figurabatur totus diſcurſus noſtræ recreationis,& redemptionis,nam ſicut Deus per ſex dies creauit omnia,& in ſeptimo die ceſſauit & quieuit,ita Chriſtus incipiendo à die dominico in Ramis palmarum,per ſex dies laborauit in noſtra redemptione,&in ſeptimo E
die ceſſauit à laboribus corporis, & per totã diem corpus quieuit, & iacuit in ſepulcro. Propter has ergo ſupradictas rationes Deus præcepit ſabbatum celebrari in die ſeptimo in ſignum,& figuram ſepulturæ Chriſti,& in ſignũ ſeptimæ ætatis, in qua debebamus quieſcere in Chriſto.Ex quibus patet,ꝙ melius,& conuenientius,& magis integre ſeruant literaliter ſabbatum Iudæi Carraim,ꝙ iſti Iudæi Rabanim qui habitant inter nos, inquantũm ſeruant duas noctes cum die artificiali intermedio,quia vt ſic magis ſeruãt veritatem figuræ ſepulturæ Chriſti. Nã per tantum ſpatium iacuit Chriſtus in ſepulcro, quia ipſe fuit crucifixus in die veneris, & in eadem die de ſero hora completorii fuit ſepultus,& iacuit corpus in ſepulcro per duas noctes,& diem artificialem intermedium,vſque ad diem dominicum de mane,in quo re F
ſurrexit. Et ſic patet, ꝙ iſti Carraim melius intelligunt illud Leu. 23. A veſpera vſq; ad noctem inclusiuè,quia magis ſatisfaciunt literæ,& figuræ.Quod autem veſpera ſumatur in ſcriptura pro tota nocte, maximè in iſto loco,probatur Mat.vlt.vbi dicitur. Vẽ Veſpere autem ſabbati,quæ luceſcit in prima ſabbati venit Maria Magdalena,&c. Ista nocte ſequenti ſabbatum, quæ quidem nox luceſcit in primi ſabbati.i.cuius finis, & mane eſt principium diei dominicæ,quæ apud Iudæos dicebaẽ prima ſabbati.i. prima dies poſt ſabbatum.Et ſic patet, ꝙ tota illa nox dicebatur veſpera ſabbati apud Iudæos. Itẽ ſequitur quòd iſti Carraim bene allegant illud Deu.5.ad probandum,ꝙ in nocte ſabba-

A ti ſequenti exijt Iſrael de Aegypto, & quòd propter hoc Deus præcepit ſabbatum celebrari in tali die, quia illud conuenienti illimũ ſacramentum & figura fuit pro reſurrectione Chriſti : nam ſicut Deus tali nocte expoſuit Aegyptum, & liberauit Iſrael a dura ſeruitute,& quieuit in libertate: ita Chriſtus. in nocte ſequenti ſabbatum expoliauit infernum, & liberauit ſanctos patres, & fideles ver.teſt.& in die dominico ſummo mane reſurrexit ad gloriam.Et ſic in illa nocte, & mane fuit illa figura liberationis de Aegypto per Chriſtum complera in ſanctis patribus. Ex hoc etiam ſequitur ꝙ illa nox ſabbati, in cuius fine, & mane reſurrexit Chriſtus, fuit duplex nox.ſ.legis.& gratiæ. Nam ipſa fuit nox naturalis ſabbati legis: in quo tempore dies præcedebat noctem ſecundum naturam
B vt dictum eſt : & illa eadem fuit mox diei reſurrectionis, & temporis, & diei gratiæ : in quo nox præcedit diem. Et ratio eſt, nam in lege vete.gratia præceſſit peccatum. Vn de Adam non fuit creatus in nocte nec in peccato,ſed in die,& in gratia: ſed poſtea factum eſt veſpere & nox in eo per peccatum. etiam in tali nocte peccati vixit totũ genus humanum per ſex ætates vſquequò factum eſt mane per Xpm.& ſic poſt nocte peccati, & legis incepit dies gratiæ in reſurrectione Chriſti. Et ſic ille dies dñicæ reſurrectionis fuit primus dies legis gratię,ſuccedens nocti peccati,& temporis ſabbati Iudæorum & naturæ,quia nox præceſſit: dies autẽ appropinquauit.ad Ro.13. Et ideo in lege euangelica & in tempore gratiæ nox præcedit diem : &
C bratione feſtorum, quia incipit dies feſtos celebrare a veſpere noctis precedentis: & facit ꝙ nox præcedat diem propter cauſam iã dictam.Et ſic eſt dicendum ꝙ illa nox reſurrectionis fuit communis diei ſabbati præcedẽtis,& diei dominicæ ſubſequentis: & ſic fuit duplex nox. Et per hoc ſoluitur difficultas illius dicti ſaluatoris. Matte.12.ꝙ ſicut Ionas ſtetit in ventre ceti tribus diebus,& noctibus ita oportet eſſe filium hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ. Nam licẽt per ſyncedochen Chriſtus ſteterit in ſepulcro tribus diebus, ſumendo partem pro toto,quia cepit finem diei veneris,& principiũ diei dominicæ cum toto die ſabbati : tamen non cepit aliquid de tertia nocte, quia non fuit ibi niſi per duas noctes. Et ideo quia illa nox reſurrectionis fuit duplex : eſt dicen- D
dum, quòd licẽt Chriſtus non iacuerit in ſepulcro niſi per duas noctes temporales: tamen ſtetit ibi per tres noctes ſacramentales. & ſic ſoluitur difficultas, quia ſcriptura magis attendit ad ſacramentum quàm ad literam, & tempus. Ex ſupradictis ergo patet qualiter Iudæi non ſeruant verum ſabbatum etiam temporaliter, & litteraliter. Tertia concluſio quòd ſola Chriſtiana religio ſeruat verum & perfectum ſabbatum legale figuratum. Iſta concluſio probatur. Nã dictum eſt quòd illud ſabbatum legale præcepit Deus ad requiem,& ſanctificationem, & in memoriam creationis, & in ſignum futuri ſabbati,& ſeptimę ętatis, & diei Meſſiæ in quo homo debebat ceſſare ab omnibus operibus legis. ſed totum tempus in quo ſumus eſt ſeptima dies mundi:& gratię,& dies E
Chriſti in lege promiſſi, per illud ſabbatum figuratus,& totum iſtud tempus nos celebramus ab operibus legis abſtinendo: & ipſum tempus,& diem,exhibẽdo Deo vero latriã, ſanctificamus : ergo ſola Chriſtiana religio : qui nos ſumus : verum ſabbatum ſanctificat & celebrat. Maior autẽ probata eſt.ſ.ꝙ omnia legalia figurabant tempus Meſſiæ in vltima ætate.ſed hoc probatur multis autoritatibus vete.teſtam. quia omnes Iudæi appellant tempus Meſſiæ vltimam ætatem, quia omnes illud tempus expectabant, in quo debebant quieſcere,& liberari. Iſaiæ.2.capit.appellat tempus Meſſiæ nouiſſimum tempus, dicens. Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini ſupra verticem mõtium : & venient ad eum omnes gentes & dicent : Venite aſcendamus ad montem do F
mini. & ad domum Dei Iacob : & docebit nos vias ſuas : & ambulabimus in ſemitis eius,quia de Sion exibit lex,& verbum domini de Hieruſalem.Ex his verbis expectãt Iudei quòd nouiſſimum tempus mundi eſt tẽpus Meſſię : in quo expectant doceri in veritate legis, quia tunc ipſe debet eis reuelare ſecreta legis &c.Item capitu.49.appellat tẽpus Meſſię diem ſaluatoris, & tempus acceptum.Item cap.61, appellat ipſum diem libertatis,& annum placabilem,dicens. Spiritus domini ſuper me : eò ꝙ vnxit me, ad annũciandũ manſuetis miſit me vt mederer cõtritis corde, & prędicarem captiuis indulgẽtiam.& clauſis apertionem, & prędicarẽ annum placabilem domino. Item Iacob Gene.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A 49 appellat tps Messiæ nouissimos dies, dicens, Congregamini, vt annunciē vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. Vnde oēs doctores Hebræorū dicūr, q̄ per nouissimos dies intendit tps Messię. Item Dauid appellat tempus Messiæ annum benignitatis psa. 64. Itē psal. 110. vocat ipsum die virtutis Dei. Item psal. 117. vocat ipsum diem lætitiæ: & exultationis, dicens: Hæc dies quam fecit dominus exultemus, & lætemur in ea &c. Itē Zac. 12. & 13. appellat ipsum diem gratiæ, & remissionis, & baptismi, dicens. In die illa effundam super domum Dauid spiritum gratiæ, & ita in ca. 13. In die illa erit patens fons domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Item Ezec. 34. vocat ipsum diē requietionis, & pacis, & pascuæ. Item Isa. 14. vocat ipsum diem requiei, & liberationis a
B seruitute, dicens. Prope est vt veniat tps eius, & dies eius non elongabuntur. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à seruitute tua dura qua ante seruisti &c. Item Rabi Salomon dicit super Zaca. q̄ omnes prophetę non sunt locuti, nisi ad tē pus, & dies Messiæ. Ex supradictis patet quomodo tota lex, & propheræ appellant vltimā ætatem mundi tempus, & diem, & annū Messiæ: & appellant ipsum diem vniuersę quietis: & per consequēs tempus Messiæ est sabbatum mūdi figuratum per sabbatum legis: quia sabbatum idē est quod requies, & dies requietionis: vt probatum est in primo, & secundo arti. Et sic patet probatio maioris propositionis. Sed probatur minor. s. q̄ tempus, quod colit ecclesia modo sit vltima ætas, & seculum: & tempus, & dies Messiæ: & per cō
C sequens est verum sabbatum mundi. Et probatur ex sacra scriptura à simili cum experię tia, nam licēt Iudæi moderni negent Christum fuisse Messiam in lege promissum tamen nullo modo possunt negare tēpus Messiæ iam aduenisse, quicunque sit ille Messias, & hoc ex manifesta experientia: cō quōd videmus, & vident tempus determinatum per prophetas, & Talmudistas ī quo Messias erat venturus esse complerum. Secundo, quia videmus principalia quæ erāt promissa patriarchis, & prophetis esse cōpleta: quę negare nō possunt. vnde determinatum, & promissum fuit ipsi Iacob. Gen. 49. quōd ablato sceptro de Iuda Messias erat venturus. Item promissum fuit Dan. 9. quōd post 62. hebdomadas à constitutione secundi templi erat Christus venturus. Item promissum fuit Aggæi 2. & D
Malac. 3. quōd Messias ad secundum templū erat venturus. vnde dicitur Aggei 2. Nolite timere: hæc dicit dominus exercituum. Adhuc modicum est: & ego commouebo ę lum, & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & replebo domum istam gloria dicit dominus. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam prime. Ex dictis huius propherię habetur, quōd Messias erat venturus ad illam domum, & templum secundum, quod ædificatum est per Zorobabelem post reditum de Babylonia, & quod illud templum erat nouissimum, & vltimum in lege vsque ad Messiam. Item Malach. 3. dicitur. Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum domi E
nator quem vos quęritis, & angelus testamenti quem vos vultis etc. Ecce ergo quomodo istis duobus prophetis qui fuerunt pę sentes in ædificatione secundi templi promissus fuit Messias ad illud templum in breui venturus: quia Aggæo dictum est post modicum, & Malachiæ statim venier. Sed illud secundum templum destructum fuit per Titum, & Romanos per. M. cccexx. annos retro, ergo iam venit tunc Messias. Et sic patet, quod tempus determinatum per prophetas iam trāsiuit, quia iā tunc fuit ablatum sceptrum de Iuda, & tunc fuerunt impletæ 62. hebdomadæ Danielis, non solum dierum, & mensium, sed annorum, vt alibi dictum est. ergo sequitur, quōd ab illo tempore ci
tra iam sumus in tempore Messiæ. Hoc idem probatur per determinationem Talmudistarum, vnde quidam eorum distinguunt totū discursum mundi per tria sęcula, & cuilibet sęculo attribuunt duo millia annorū, dicunt .n. q̄ legitur in studio Heliæ, q̄ nō est minus mundus, quām sex millia annorum: duo millia vanitatis: & duo millia legis, & duo millia regis Messiæ, & intelligunt per duo millia annorum vanitatis, ab Adam vsque ad Abraam, per duo millia legis, ab Abraam cui data est circuncisio, vsque ad Messiam. Ex quibus patet, quōd transactis quatuor milibus annorum ab Adam incępit tempus Messiæ. Item sequitur quōd termians circuncisionis, & legis iam transiit: quia non debebat durare nisi per duo millia annorum, secundùm istos, & per consequens ab illo tempore

A tempore citra sumus in tpe & sæculo messię. Itē legimt in li. Zahendrin: q̄ dixit Helias ad Rabi Iahuda, q̄ non erat minus mundus ꝙ 85. iubilei vsq; ad messiam, quod computans Rabi Salom, & dicit & 85. iubilei sūt quatuor millia & 250. anni, in quorū ultimo iubileo erat venturus Messias. Item alij Talmudistæ distinguunt totū discursum mundi per septē sæcula, siue ætates aut dies, quorum primū fuit primi mundi ab Adam vsque ad diluuiū. Secundum fuit sæculum secundi mundi à Noe vsque ad Abraam. Tertium fuit sæculum circuncisionis vsque ad Moysen. Quartum fuit sæculum tabernaculi vsque ad primum templū. Quintū fuit sæculū primi templi usque ad captiuitatem Babylonis. Sextū fuit sæculum secundi templi usq; ad eius de-
B structionem factam per Titum, & Romanos. Septimum dicunt, q̄ de necessitate est ę sculum Messiæ. Ex quibus omnibus patet, q̄ ante mulia tempora retro sumus in tempore, & sęculo messiæ: quia vltra mille 400. annum legis & 85. iubilei, & sextum sæculū mūdi secundo templo. ergo sequitur, q̄ ab illo tē pore citra iam sumus in tempore, & sæculo messię, & vltimo sæculo mundi: & sic iam sumus in sabbato mundi: & per consequens ecclesia celebrat verum sabbatum mundi per prophetas, & Talmudistas determinatū: prout patet per experientiam quò ad tempus determinatū. Secundo hoc idem patet per experientiam quò ad ea, quæ manifestè videmus completa in populo gentili: quæ fuerūt scripta in lege, & prophetis. nā primò dictum est
C Zac. 13. q̄ oīa nomina idolorū erant p baptis mū, destruenda tpe messiæ. vnde ait. In die illa erit patens fons domui Dauid, & in illa die destruā oīa nomina idolorū, & nō nor abuntur ultra &c. Sed hoc videmus manifestè esse cōpletum, quia reges, & imperatores, & omnes populi gentilis cōfractis idolis fuerunt baptizati, quæ res non poterat fieri. nisi in tē pore Messiæ. vnde omnes Talmudistæ tenēt quōd omnes gentiles tempore Messiæ debent vocari nomine Iacob, & Israel, propter illud Isa. 44. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi: effundam aquā super sitientem, & flumina super aridam &c. Et iste dicet dñi ego sum: & ille vocabitur nomine Iacob. Et hic scribet manu sua dño: & nomine Israel assimilabitur &c. omnia autem ista manifestè videmus esse cōpleta: nā totus populus gentilis venit ad baptismum, D
& iam gloriatur se nominari semen Abrahæ & Israel, & Iacob secundum spiritum, & promissionem, & iam manu sua scripsit, & professus est fidem Deo Israel. Nam Aug. & Ambro. & Hier. & cæteri doctores, qui erant de populo gentili declararunt legem, & prophetas, & manu sua scripserunt tractatus, & sermones in fauorem Dei Israel. Item tempore Messię omnes populi gentilium debebant adorare Deum Israel. Isa. 49. Dedi te in lūcem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ: reges uidebunt & cōsurget principes, & adorabant dñm Deum tuum & sanctum Israel qui elegit te. Sed omnia ista videmus completa, nam totus populus gētilis venit ad fidē, & adorat Deum Israel quē ante cōtēnebāt, & gloriātur se esse sub Deo Israel qđ non poterat fieri nisi tpe Messiæ. Ex quo E
patet, q̄ iā sumus in tpe Messiæ. Ex oībus supradictis patet, q̄ Iesus Christus quem recepimus & colimus, est verus Messias in lege promissus, quem debebant omnes gentes recipere, & ad cuius fidem omnes reges & populi gētium debebant venire, ut patet per totū discursum psalmorū, & oīum prepheratū, & maximè Isa. 2. Venient ad eū oēs &c. Item Isa. 40. Ambulabūt gētes in lumine tuo &c. sed videmus q̄ oēs gentiles, & reges, & imperatores eorum venerūt ad fidem Christi, & obedierunt eius euangelio. ergo sequitur, q̄ ipse est Messias. Et p consequēs nos celebramus verum tps & sęculum diem & sabbatū Messiæ per sabbatum legale in septima die mūdi figuratū. vnde licēt Iudæi cū suis falsis glosis negent alia de Christo, tamē ista quæ dicta sunt non possunt negare, eò q̄ omnib. patent manifesta. Et sic patet tertia conclu. F
q̄ sola religio Christiana celebrat verum sabbatū mundi, quod est totum tps à primo aduentu Christi usq; ad fm. Quarta conclu. q̄ Christiana religio celebrat uerum sabbatum morale in die dñica quò ad tempus. i. in debito & conuenienti die celebrat illud. Ista cōclu probatur. nam dictum est in primo artic. q̄ sabbatum fuit præceptum celebrari ad requiem hominis, & sanctificationem Dei in die 7. in memoriam creationis, & in signum futuræ quietis in sepulcro. Et dictum est, q̄ inquantùm est præceptum ad cessationē, & sanctificationem, est præceptum morale, iō talis sanctificatio, & cessatio non debet cessare in test. nouo: sed debet cessare celebrari in

die.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A die 7. quia vt sic datum est in signum, & figuram futuræ quietis, quæ iam est impleta in Xpo. Et similiter debet cessare celebrari ī die 7. inquantùm datum est in memoriam creationis, & exitus Israel de Aegypto, eò quòd illa creatio fuit figura nostrę recreationis, & ille exitus de Aegypto fuit figura nostrę liberationis, quæ omnia sūt verificata in Christo & per consequens iam non est facienda memoria de creatione post quàm facta est noua recreatio, sicut dicit dominus Il. 65. Ecce enim ego creo cęlos nouos, & terram nouam, & Hierusalem nouam, & non erunt in memoria priora. Et sic patet, q̄ nō est facienda memoria de creatione postquā venit noua recreatio. Et per eandem rationem nō est facienda memoria de liberatione Israel de Aegypto postq̄ facta est liberatio generalis
B totius generis humani, sicut dicit dñs Hier. 16. Sed est faciēda memoria de noua recreatione, & liberatione totius generis humani: quæ fuit perfecta, & consummata in die dominica, in qua resurrexit Christus ad gloriā & nostram renouationem, & cessauit ab omni opere nostræ redemptionis, & incepit dies gratiæ. Et iō ecclesia in tali die statuit sabbatum nostrum celebrari in memoriā domini cę redēptionis, & nostræ renouationis, & recreationis. Item quia tā pasca q̄ sabbatū fuit mortuum, & sepultum cum Christo, sed non surrexit cum eo, imo mansit incineratum in sepulcro: ideo non est amplius celebrādum. Sed quia dies dominica surrexit simul cum Xpo: iō in ea est sabbatum nostrum celebrandum. Et iō ecclesia illam diem dedicauit ad sabbatum, & requiem nostram, & sanctificationē Dei. Et sic præceptū de sabbato in quā
C tū morale manet in te. nouo celebratum in die dñica, sed inquātū cerimoniale cessat celebrari in die. 7. propter causa iā dictas: quia postquā facta est nostra recreatio iam cessat memoria creationis, & postquā facta est vtis redemptio iā cessat memoria exitus Israel de Aegypto, & fit memoria de creatione, & redēptione. vnde Hie. 16. Ecce dies veniēt, dicit dominus, & non dicetur vltra viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra egypti: sed viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis &c. Sed contra hoc posset arguere Iudeus, nā dictū fuit supra, q̄ in die 7. Xps iacuit mortuus in sepulcro, & cessauit ab oī labore passionis. Et sic fuit impleta figura creationis q̄ Deus requieuit in die 7. Et p cōsequēs potius debet celebrari sabbatū D
q̄ dies dñica, ꝓpter quietē Xpi. Ad hoc respō detur, q̄ propter pctm̄ Adæ totus homo fuit cōdēnatus. s. corpus ad mortē corporalem, & miserias, & passiones subiectū, & aīa ad mortē ęternā. Et iō Xps per mortē, & passionē remisit, & liberauit aiam̄ à morte æterna, & satisfecit pro pctō, sed per resurrectione liberauit, & restaurauit corpus ab omni miseria. Et sic Xps postquā fuit mortuus in sepulcro cessauit ab omni opere redēptionis aīæ, sed corpus nondū erat restauratū, sed in resurrectione fuit perfecta, & consummata tota nostra redemptio quò ad vtrumque. Scilicet quò ad corpus, & animam. Item corpus Christi ꝓ mortem cessauit ab omni labore corporali, & sic quiescebat in sepulcro Xps quò ad corpus à labore corporali. Et tunc fuit impleta, & verificata figura sabbati inquantū fuit data E
tū in signū futuræ quietis corporalis Xpi in sepulcro: sed Xps quò ad aīam nō cessauit in die sabbati, q̄a aīa Xpi per totā diem sabbati fuit in inferno, nō tanq̄ reus, sed tanq̄ triumfator, & dominus, & iudex, quia ibi fecit ꝓ tribunali per 40. horas, & examinauit causā generis humani cū diabolo, puta quo diabolus non potentia, sed iustitia erat superādus, vt inquit Augu. 9. de tri. Et sic ostendit Xps quo pctm̄ hominis erat remissibile: eò q̄ habuerat extrinsecum impugnatorē, & quia cōfessus fuerat pctm̄ suum, & quo pctm̄ diabolo li erat irremissibile, eò q̄ nullū habuerat impugnatorem nec suggestorem: sed ex propria superbia, & malitia peccauerat. Et ostendit quod diabolus ex inuidia deceperat hominem, & fecerat ipsum peccare. Et ostendit in F
super quo pctm̄ hominis erat punitū, & per gatū per mortem, & passionem suā &c. & per consequens iustè poterat omnes fideles re. te. de inferno abstrahere. Et sic Christus exuit omnes fideles suos de limbo, & obstitutis & ligauit diabolū ad carcerem perpetuum, & resurrexit in die dominica de manè bam, corpore glorioso. Et sic tunc fuit perfecta nostra redemptio quò ad corpus, & animam, & Christus cessauit ab omni opere nostræ redemptionis, & quieuit quò ad corpus & animam: quia amplius non moritur nec mors illi vltra dominabitur. Quinta conclusio q̄ sola christiana religio verè celebrat omnia sabbata annualia, & cęteras festiuitates in memoriā mysteriorum no. re. Ista conclusio pōt probari per iā dicta, nam omnia festa, & sabbata

A sabbata annualia ve. te. fuerunt data in signū & figuram futurorum, sed omnia illa signa fuerunt verificata per Xpm in ue. te. ergo iā cessarunt celebrari in memoriam gestorum ve. te. postquàm eorum figura fuit impleta. ergo solum debet celebrari memoria nouorum beneficiorum per illa vetera significatorum. Et sic postquàm iam fuit impleta figura exitus Israel de Aegipto per resurrectionem Christi: iam non debet celebrari pasca in memoriam exitus Israel de Aegipto, sed in memoriā dñicæ resurrectionis. Itē Deus præcepit diē pent. celebrari in 50. die post pascha in memoriā dationis legis. Sed qa in 1. die post resurrectionem apostoli acceperunt intelligentiam legis & prophetarum & omniū scripturarum, & receperunt omnia dona gratiarum iō tūc fuit impleta figura dationis legis. qa
B sicut in mōte Sinai ille populus accepit legē: ita in mōte Siō apostoli & tota ecclesia acceperunt intelligentiam legis & veritatē oium scripturarū, ergo magis debet celebrari dies pent. in memoriam dationis spiritus sancti quàm in memoriam dationis legis. quia per illam acceperunt illi legem: sed per dationē spiritus non tantùm accepimus intelligētiā & veritatem legis sed accepimus omnia donā gratiarum. Et ita pariter est dicendum de sabbatis & festis mensis. 7. q a figuræ illorum fuerunt completæ & verificatæ in isto 7. mē hāc ætate celebramus sacrificium Christi figuratū per sacrificium Isaac, & celebramus festum veræ expiationis factæ per Christū: & festum tabernaculorum per consecrationes ecclesiarum. Et ita pariter celebramus festum incarnationis & natiuitatis Christi, & celebramus festa sanctorum no. te. eò q̄ illi eo absoluti à vinculis corporis huius cuolauerunt in æternas mansiones & ęterna tabernacula. quæ quidem festa omnia dicūtur ve requiem nostram & veram sanctificationē in memoriam quietis illorum, vt patebit infra. Sexta conclusio quòd sola Christiana religio verè & ritè celebrat omnia sabbata, & sanctificat ea quò ad modum sanctificandi. Ad cuius intellectum est aduertendum, q̄ duo sunt principaliter consideranda in celebratione sabbatorum. Primò requies & cessatio, & per consequens sunt consideranda illa à quibus homo debet cessare, & quiescere in talibus diebus festis. Secdò est cōsiderādus modus sctificationis. i. qūo, & quibus modis D
sunt sabbata sctificanda à nobis, vnde si sabbatum nihil aliud est nisi sanctificatio & cessatio, ergo sabbatizare nihil aliud est nisi abstinere & declinare à malo, & facere opera bona & sancta erga Deū & proximū. Et sic sabbatum semper est obseruādū in oī die, & mēse, & anno & in oī hora. Et sic Xpianis totū tps gratiæ est sabbatum. Ex quo patet, q̄ in hoc nomine sabbatū cōprehēditur oīa p̄cepta moralia, & cōprehēditur caritas Dei, & proximi, & per consequens tota lex, & ꝓphetę. Et iō lex & prophetę p sabbatū intelligūt totū tempus gratiæ, in quo cōtinuè est à malo cessandum, & bonum & sanctum opus faciendum, Deo veram latriam exhibēdo & proximo subueniendo. Quantùm ad primum, dicit dominus Exod. 20. & 31. Deu. 5. Nullum opus seruile facies in eo. sed omne peccatum est opus maximè seruile, quia E
qui facit peccatum seruus est peccati. Ioa. 7. ergo maximè est cessandum ab omni peccato tali die. Itē omnia cerimonialia data sunt in signum seruitutis & pœnæ peccati, & in signum futuræ solutionis faciendæ per Christū, ut dictū est in prima quæstione, ergo tali die maximè est abstinēdū ab omnib. operib. legis seruitutis. Et nō solū in sabbatis memorialibus. sed ēt in toto sabbato vniuersali, q̄d est totū tēpus gratię & legis libertatis est cessandum & abstinendum ab oī peccato, & operibus legis sub pœna mortis æternæ, vt dictum est in secundò articulo. Et sic patet à quibus est abstinendū, & cessandū cōiter in toto sabbato uniuersali, sed vltra ista supra dicta in sabbato memoriali. i. in quolibet die festo ab ecclesia in memoriam beneficiorū F
nostræ redemptionis dedicato est cessandū ab omni opere ꝓfano et negotio mūdano, vt homo possit intendere soli sanctificationi & honori diuino et hoc conuenit soli sabbato memoriali, et diei festo ab ecclesia dedicato. Quārum aūt ad secundum de sanctificatione sabbati, est aduertendum q̄ sabbatum sanctificare idem est quod in sabbato opera sancta facere. Opera autem sancta sunt illa quæ à Deo sunt præcepta et ordinata, et per consequens nihil aliud est nisi declinare ab omni malo et facere bonum implendo diuina mandata, quę omnia consistunt in dilectione Dei et proximi, et in operando secūdùm iustitiam erga Deum et proximum, q̄s quidē iustitia tribuit unicuiq; quod suum e

scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A .Deo exhibet latriæ seruitutem: & proximo mutuũ auxilium. Et iõ sunt duo videnda. Primò, quæ latria est Deo exhibẽda, & quod auxiliũ proximo tribuendũ. Ad primũ aũt est dicendũ: ꝙ latria est quidã cultus seruitutis soli Deo debitus rõnæ summæ maiestatis sapientiæ & bonitatis. Vnde quia ista tria in solo Deo reppetiuntur essentialiter: iõ soli Deo cõpetit latria. Vnde rõne summę maiestatis & omnipotentiæ creauit mũdũ de nihilo, rõne autem summæ sapientiæ oĩa suauiter, & sapienter disponit ordinando in suũ finẽ, sed ratione suæ bonitatis, & largitatis omnibus prouidet & omnia cõseruat. Et iõ rõne suæ omnipotẽtiæ ipsi debetur adoratio cũ prostratione & prouidẽtia, & rõne cõseruationis, & prouidentiæ debetur ipsi munus & oblatio sed rõne sapiẽtiæ debetur ipsi laus
B & himnus Et in his tribus cõsistit latria soli Deo debita, quã latriã explicat Dauid ps. 28. in primò verso, dicens. Afferte dño filij Dei, afferte dño gloriam & honorẽ, adorate dñm in atrio sctõ eius. Ista aũt latria seruitus Deo debita. s. adoratio laus, & oblatio est de iure naturæ: ió pertinet quasi ad moralẽ virtutẽ. Et iõ naturaliter oẽs nationes hanc latriam Deo exhibuerũt, nisi ꝙ errabãt circa obiectũ & substantiam, quia non verum Deũ adorabãt, & qñque circa modũ, quia non debitam latriam exhibebant. Et hoc procedebat ex ignorantia, quia gentiles verum Deũ nõ cognoscebãt. Et ideo est necessaria fides prꝛuia ad veram latriã exhibẽdã, nam est necessaria cognitio veri Dei, vt cultor sciat quem Deũ debet colere, & est necessaria cognitio beneficiorum receptorum, vt sciat quæ munera debeat offerre, & quibus laudibus, &
C quæ beneficia debeat Deum magnificare, & laudare. quæ omnia non possunt haberi nisi per fidem & doctrinam sacræ scripturæ, quę docet quomodo est vnus solus Deus creator omnium rerum & recreator & cõseruator, & glorificator, & talem Deum. s. creatorem, & redẽptorem & glorificatorem catolica fides docet & præcipit adorari, & coli per latriam seruiturem. Et ideo catolica fides per 12. aut 14. articulos explicat essentiam, & omnipotentiam & bonitatem Dei, ut cultor sciat quomodo & quam latriã debebat Deo exhibere. Et sic oportet, quòd cultor credat Deum trinum in personis, & vnum in substantia, & essentia: qui ex nihilo ex tempore cuncta creauit, & quod persona filij accepit nostram humanitatem: & factus est homo D in qua humanitate dedit legem euangelicã & fuit passus: & sepultus: & resurrexit &c. Et sic Christiana religio tali fide præsupposita ex præcepris euangelicis adorat Deum trinum, & vnum & creatorem, & offert uerum sacrificium eucaristiæ in memoriã passionis, & hoc ratione beneficij redẽptionis, in quo sacrificio offert Christus verus Deus & homo cum omnibus suis meritis, ꝙ toto populo. Et in septem horis canonicis laudat Deum de summa sapientia, & agit grãtias pro vniuersis beneficiis receptis petendo sẽ per futuram gloriam, & fœlicitatem nobis promissam. Et sic patet quomodo Christiana religio exhibet Deo uero veram, & debitam latriam. Et supradictis ergo sequitur, quod Iudæi, & Sarraceni non exhibent Deo
E veram imo falsam latriam: eò quòd non habent veram fidem. Nam in primis non adorant nec credunt verum Deum. Nã negant Deum esse trinum, & vnum, & negãt oẽs articulos humanæ redemptionis, quia negãt incarnationem filij, & passionem & cætera. Et sic intendunt adorare & colere vnum Deum, qui non est trinus in personis, nec carnatus & cætera. Sed talis Deus nusquam est, igitur nullum Deum: imo falsum, Deum colunt & adorant: quia ille, qui est Deus creator cæli, & terræ, est trinus in personis, & vnus, & simplicissimus in substantia. Et sic per consequens non exhibent ipsi debitam latriam, nec offerunt sacrificium Deo acceptabile sicut dictum est psalmo quadragesimonono, & psalmo quinquagesimo. Et per consequens non reddunt debitas gratias F pro beneficio redemptionis, nec debitas laudes tanquam vero Deo redemptori, & glorificatori. Et sic non exhibens veram, & debitã latriã. Sed ad hoc respondẽt Iudæi moderni: ꝙ patres veteris testamenti exhibuerũt Deo verã latriã secundũ, ꝙ Deus præcepit illegẽ. Et tñ nõ credebãt trinitatẽ in Deo, nec credebant tale sacrificiũ sicut nos offerimus, nec credebant ea, quæ nos credimus, nec exhibebant talẽ latriam, vt patet per totum dictum legis, et sic dicũt, ꝙ ipsi nõ erãt positiui sequuntur fidem, et ritum illorum in latria exhibenda. Sed isti non euadunt rõne nec futuram iram Dei: imo mentiuntur. Nã probatũ est in præcedenti qõne qualiter patres vet. test. habuerunt veram fidem de Christo futuro: et sub tali fide, et in signum ꝓfessi

A turi per Christum in cruce offerendi, & sol uendi: offerebant sacrificia, & exercebant cætera legalia. Et sic tunc illi offerebant in figuram, & figuram, quod xps obtulit realiter in cruce: & illud idem sacrificium, ꝙ nos realiter nunc offerimus in memoriam passionis. Et sic habebant eãdem fidem, quam nos habemus de Christo redemptore & glorificatore: licet non eodem modo, nec ita distincte. Et ideo nobiscum acceperunt repromissiones & ꝓmium fidei & latriæ ad Hebr. 11. Et sic habuerunt fidem de articulo trinitatis licet nõ ita distincte: qa in lege & prophetis explicãt trinitas personarum, vt probatum est in plerisq; locis: maximè Ps. 32. & 34. Et sic est dicendũ, ꝙ patres vet. te. exhibebant Deo verã latriam in signo & figura non in re: qa ota illa sacrificia figurabant hoc sacrifi
B cium nostrum. ideo qñ illæ figuræ fuerunt completæ, & verificatæ per Christum in cruce: cessarunt omnia illa sacrificia, vt fuit probatum Dan. 9. cum dixit, ꝙ post. 62. hebdomadas occidet Xps & tunc cessabit oĩs hostia, & sacrificium &c. Et sic post passionem Xpi omnia illa sacrificia & omnia legalia sũt falsa: quia tantum erant signa de futuro: vt pauloante dictum est. Et ideo sunt nũc Deo abominabilia: eò ꝙ negant Christum venisse & facimẽ mẽdacem Deũ & prophetas: quo tiens per Iudæos obseruantur. Et ideo mentiuntur Iudæi moderni dicentes se habere eandem fidem, & exhibere eandem latriam cum patribus vet. test. imo isti totaliter negant Christum, & nostram redemptionem, quem illi futurum opere credebant & expectabant: quia Moyses & Aaron & Samuel cum
C omnibus sacerdotibus iam tunc inuocabant nomen Dei: quod est verbum incarnatum Christus Iesus, vt dictum est Ps. 8. & 98. Et sic patet, ꝙ Iudæi falsum Deum adorant, & credunt: & falsam ipsi exhibẽt latriam. & sic est dicendum de Sarracenis & cæteris infidelibus. Ex quibus oĩbus sequitur, ꝙ sola Christiana religio vera Deo veram exhibet latriã & per consequens vero & debito modo sanctificat omnia sabbata respectu Dei. Sed nũc restat videndum quomodo Christiana religio verè sanctificat sabbatum sancta opera facienda erga proximum.

Ad cuius intellectum est aduertẽdum, quòd opera humana licita sunt in duplici genere. Nam quædam dicuntur temporalia & ꝓfana, sicut sunt opera seruilia & mecanica, & cæ

D tera de victu & pane lucrando, & ista dicuntur vtilia nobis. Alia dicuntur opera sancta in auxilium & necessitatem proximi. & ista dicuntur opera misericordiæ & opera sctã. In omni ergo die festo, & in omni sabbato memoriali euangelico ꝑcipit abstinere christiana religio ab omni opere seruili, & profano mecanico, sed non ꝓcipit cessare ab operibus misericordiæ: imo ꝑcipit in die festo operibus misericordiæ intendere & insudare, eò ꝙ talia opera non sunt prophana, nec seruilia, sed sancta, ad auxilium & subuentionem proximi ordinata, quia tali die tenetur homo sancta opera facere, qa hoc est sabbatum sanctificare. Et sic patet, quòd falso, & iniquo modo Iudæi incusabant Xpm sanantem infirmos in sabbato, quia sanando infirmos opera misericordiæ adimplebat, &
E sancta opera faciebat, & per consequens sabbatum magis sanctificabat, quia ad hoc fuit sabbatum institutum. s. ad cessandum ab omni opere seruili & profano, & maximè à peccato, & ad sanctificandum ipsum sabbatum, s. ad faciendũ sola opera sancta in eo, erga Deum veram latriã exhibendo, & erga ꝓximum auxilium in necessitatibus tribuendo. Et dicit Saluator. Pater meus vsque modo, id est semper, & etiam in sabbato operatur, omnibus creaturis misericorditer subuenien
F do, & ita ego operor pauperes & miseros, & infirmos misericorditer sanando, & Joann. septimo dicit, quòd circoncisionem facit homo in sabbato, & non soluit sabbatum, per quod ostendit, quòd maxime in die festo sũt ecclesiastica sacramenta exercenda, & per consequens latria exhibenda. Et hoc seruat Christiana religio, quia in diebus festiuis cum maiori apparatu & solemnitate exercet diuina officia, & facit eleemosynas, & cætera opera sancta. Ex quibus patet, ꝙ sola Christiana religio verè & debito modo sanctificat & celebrat sabbatum. Ex supradictis, patet qualiter sabbatum legale cum cæteris festiuitatibus iam cessauit, & quomodo Iudæi falso & indebito modo obseruant sabbatum, & quomodo sola Christiana religio celebrat verum sabbatum cum cæteris festiuitatibus, & debito integro, & perfecto modo sanctificat illud.

Nunc autem restat respondere ad argumenta Iudæorum in principio quæstionis adducta. Ad primum igitur est dicendum sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cut dictum est in prima quæstione. qđ sabbatum & cætera legalia data fuerunt sub se dere æterno,quantum ad illam æ tatem , in quantum fuerunt data in signum.Et sic fuerunt æterna secundum quid:quia per totam illam ætatam legis durauerunt . Sed quantum ad suum significatum immediatum fuerunt magis æternæ:quia significatum sabbati & cæterorum legalium adhuc seruatur in lege gratiæ . Item quia sabbatum nostrum adhuc significat sabbatum gloriæ:quod apostolus ad Hebræos quarto appellat sabbatismum:ideó,vt sic sabbatum est æternum,simpliciter,& ideo Deus præcepit sabbatum sub fœdere sempiterno. Quod quidem præceptum obseruatum fuit in testamento veteri quantùm ad signum : nunc autem obseruat quantùm ad suum immediatum significatū.

B In prima autem obseruatur quo ad suum vltimatum significatum.Et sic sabbatū tripliciter dicitur æternum : scilicet quò ad signū in illa ætate:& quò ad significatum immediatum in ista : & quò ad vltimatum in futuro sæculo:& sub tali intentione Deus præcepit sub fœdere æterno sabbatum obseruari . vn de licèt sabbatum cessauerit quantùm ad signum:tamen non cessat quantùm ad significatum & veritatem : imo semper manet in sua æternitate hic per gratiam , & in futuro per gloriam,vnde sicut patres & fideles veteris testamenti celebrabant sabbata in signū fidei futuræ quietis , ita nos obseruamus hic ea per gratiam & veritatem,in patria aūt obseruabimus ea per gloriam.Vnde homo mi sticus obseruabat sabbatum in septima die quantùm ad signum : nunc seruat ipsum in

C septima ætate quantùm ad veritatem p gratiam:post hanc vitam seruabit ipsum in æternitate p gloriam: quia, vt sic præcepit Deus sabbatum sub fœdere sempiterno .s. vt homo misticus obseruaret ipsum per totam illam ætatem in signum:in ista quò ad veritatem per gratiam:& in futura per gloriā,& sic manet sabbatum æternum. Ad aliud,iam dictū est qualiter præceptum de sabbato celebrando partim est morale,& partim cerimoniale & partim iudiciale.sed magis est cerimoniale quàm morale.Et ideo inquātū:cerimoniale de necessitate cessauit celebrari in die septimo postquàm sua figura fuit impleta:sed inquantùm morale remanet celebrādum in prima die septimanæ in memoriam dominicæ resurrectionis:vt dictum est.Et etiam sanctificatur tota ista septima ætas significata D per sabbatum legis,eo modo,quo dictū est. Et sic celebramus sabbatum vniuersale per totam septimam ætatem per gratiam,& celebramus sabbatum morale in prima die septimanæ eo modo quo dictum est,& sic sabbatum morale semper celebratur, nec cessat celebrari,& sic est æternum.Ad tertium dicitur: quòd Deus præcepit sabbatum obseruari in multiplex signum , scilicet primo in signum fillei præteritæ creationis,& iō præcepit ipsum sub comminatione mortis , & cum frequenti repetitione ne ille populus obliuisceretur,& perderet fidem vnius Dei creatoris omnium:vt per talem fidem distingueretur à cæteris nationibus gentium,quæ non habebāt fidem vnius Deinec credebāt creationem.ideo vt plurimum vbicunq; pre E cepit sabbatum ait,Mementote,vt diem sabbati sanctifices,quasi dicat,ne fides vnius Dei declaret à memoria tua.Vnde Exo.31.dicit, Videte vt sabbatum meum custodiatis:quia signum est inter me & vos in generationibus vestris:vt sciatis quia ego dominus qui sanctifico vos &c.q.d.vt recordemini quia ego sum dominus & creator omnium,qui iam fico vos nunc per fidem,& in septima ætate per gratiam.: vt per tale signum fidei distinguantur à cæteris generationibus infidelibus idololatrarum.Ideo Leuit.19.dicit.Sabbata mea custodite:ego dominus Deus vester.non lite conuerti ad idola.q.d. hoc præcipio vobis bati do vobis,vt recordemini,quòd ego sum dominus Deus qui creaui omnia,vt retinea tes talem fidem non conuertamini ad idola F sicut cæteræ nationes:quæ talem fidē vnius Dei creatoris non habent. Ex quibus patet, qđ ad firmādam talem fidem vnius Dei creatoris:& vt per talem fidem distingueretur il le populus à populo gentili,qui talem fidem nō habebat:imo colebat multos Deos.Deus sub tam frequenti repetitione,& sub pœna mortis præcepit sabbatum celebrari in septima die in memoriam creationis . Sed totus populus gentilis iam venit ad fidem vnius Dei creatoris & redemptoris & recreatoris . ergo frustra celebratur sabbatum septima die:maximè quia sabbatum , & figura eius iam est verificata per nostram recreationem factam per Christum , quam illud sabbatum significabat,ideo relicta figura celebrandum est sabbatum in die dominica in memoriam dominicæ resurrectionis factæ in illa die.Et sabba-

A sabbatum non solum est præceptum celebrari in septima die in memoriā creationis hominis,sed ēt in memoriā exitus Israel de ægipto Deu.5.Et ēt pōt probari Exo.16. quia ante legem datā iam præceperat Deus in septima die ab operibus cessari : & sabbatum obseruari.vnde dixit Moises.Sex diebus colligere manna,in die autem septimo sabbatum est domino,& infra.Videte q̄ dominus dedit vobis sabbatum & maneat vnusquisque apud semetipsū.& nullus egrediatur de loco suo die septimo , & sabbatizabit populus die septimo &c.Vnde nota ibidem.q̄ per sex dies pluebat manna & in sabbato cessabat , ne homines colligerent ipsum,per quod denotabat Deus,q̄ sex diebus debemus labora B re pro victu sed per totum diem festum debemus intendere rebus spiritualibus,& cultu diuino tantùm.Ex supradictis uerbis patet,q̄ sabbatum iam fuit obseruatum in illo populo ante legem datam. Et ideo asserunt multi ,q̄ per illas septem hebdomadas ab exitu ægipti usque ad dationem legis , p̄cepit Moises obseruari sabbatum in septima die, eo q̄ tali die exijt Israel de Aegipto. quod confirmat Deut.5.ubi dicitur Memento, q̄ seruiebas in Aegypto , sed inde eduxit te dominus in manu potenti & brachio extento, idcirco præcepit tibi dominus,ut obserues diem sabbati &c. Et ideo sub tali ex iam memoria Carraim obseruant sabbatum à nocte usque ad noctem inclusiue,ut dictum est.Sed quia illa liberatio fuit figura futuræ liberationis sanctorum patrum de inferno, q̄ facta & cōpleta fuit per Christum in nocte resurrectio C nis,ideo sabbatum non est amplius obseruādum in septima die,vt dictum est . Et sic est dicendum de cæteris festis legalibus quæ omnia fuerunt præcepta & data in signū.& figuram. Ad quartum autem , & vltimū est dicendum,q̄ nos celebrando totum tempus gratiæ,& die dñicam,nihil addimus nec auferimus,imo celebramus uerum sabbatum significatum per sabbatum legale.Nam veritas & significatum sunt de esse ueri signi.ga signum est accidens respectu significati.& si gnificatum est substantia & esse & veritas signi.Et ideo si aduenient veritate remouetur signū & figura,& retinetur ipsa veritas. nullum essentiale auferetur nec additur , sed perficitur & verificatur signum & figura. iō est dicendum q̄ iudei moderni sunt latrones & falsificatores legis, quia auferunt à lege ueritatem essentialem , qđ est principale in lege,& in oī signo,& retinent falsum signū . Nam omne signum de futuro manet falsum post ueritatem eius,& significatum perfectū & completum . Nam signum futuræ nauis manet falsum nisi auferatur post aduentum nauis ad littora, & clamor calendarum maneret falsus , nisi taceret in aduentu nundinarum in principio mensis , sicut dictum est supra.Ita ergo pariter est dicendum de sabbato & de cæteris legalibus.Nam postquàm uenit ueritas,& significatum, quod erat essētiale in lege,debet cessare signum quod ex parte accidentale fuit,quia illud signum non fuit datum gratia sui,sed gratia ueri sabbati futuri in lege gratiæ,in quo sumus , & quod celebramus & sanctificamus per ueram latriam . Et sic patet,quòd nos non auferimus aliquid à lege , sed implemus legem,& veri E ficamus eam in proprio significato. ipsi autem falsificant legem tenendo , & recipiēdo falsum signum : quia nunquàm tale significatum veniet in futurum sicut illa signa legalia significabant: quia quod significabant iā uenit,& impletum est, ergo talia signa non debent suspici nec prospici de futuro,sed respici, & despici de præterito aliter falsificarent legem & prophetas,& Deū qui locutus est in lege,& prophetis.Et sic manent Iudei inanes,& cęci aspicientes talia signa de futuro,ideo sicut aspectant falsum signum. ita nunquàm uenient eis redēptio, & cætera bona in lege promissa,sed eueniunt eis cōtinuè omnes maledictiones scriptæ Deuter.25.& 31. quia venit ille propheta Iesus Christus Deus,& homo similis patri in diuinitate , & similis Moysi in humanitate , & officio , & F declarauit eis totam legem & prophetas ex parte Dei patris , sed quia ipsum audire noluerunt,ideo fuit ultor , in eis inducendo cmnes illas maledictiones, quia ad illū solū prophetam pertinebat declarare significatū & ueritatem legis datæ ipsi Moysi ut patet Deu.18 quia lex per Moysen data,gratia autem & ueritas per Christum facta est Io.1. Et sic patet,q̄ nos non uiolamus,sed perficimus,et uerificamus sabbatum.Et ē Iudæi nō solùm auferunt à lege uerum significatum , sed etiam addunt falsos ritus,& traditiones pharisæorum,et Talmudicas q̄ nusquàm reperiūtur in lege et ꝓphetis ut patebit in sequēti qōne.Ex oībus supradictis patet.q̄ lex euāgelica nō addit nec aufert aliqd à lege Moysi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si, sed elucidat eam, & patefacit veritatē quæ sub ipsa latebat. Vnde sicut in nocte res latēt sub tenebris, & non uidentur, ita ueritates, & mysteria euangelica latebāt sub tenebris cerimoniarum ante aduentum Christi, sed sicut sol oriens supra nostrum horizontē nihil auferet nec addit rebus: sed elucidando diafanum patefacit omnia quæ latebāt sub tenebris nil auferendo nec addendo, ita pariter Christus oriens in mundo, & mittens radices legis euangelicæ super legem Moysi: nihil auferendo nec addendo, elucidauit eam: & patefecit veritates, & mysteria euangelica, quæ sub tenebris legis, & prophetarum latebant. Et sic etiam doctores catholici declarando scripturas nec auferunt nec addunt eis, sed elucidant eas. de quibus clamat Eccleſt. 24. Qui elucidant me uitam æternam habebunt. Et ideo dicit saluator Io. 9. Ego sum lux mundi, ut qui non uident uideant &c.

QVAESTIO. III.

SEd quia probatum est qualiter omuia legalia data fuerunt, & gesta in signum, & figuram futurorum, & quomodo fuerunt verificata per Christum, & ideo cessarunt, & finierunt cursum in eo: & quomodo per sabbatum legis figurabatur sabbatum gratię, quod modo celebramus, ideo queritur. 3. vtrum bona in lege promissa sint literaliter intelligenda hoc est si illa terra Canaam, fuit præmium præcisum promissum obseruatoribus legis Moysi: Et arguūt Iudæi moderni, q̄ sic, & ad hoc adducunt totum discursū legis, & prophetarū, & specialiter allegāt totum octauum ca. Deuter. vbi dicitur: Dominus Deus tuus eruditit te vt custodias mandata domini Dei tui, & ambules in vijs eius & timeas eum. dominus. n. Deus tuus introducet te in terram bonam: terram riuorum aquarum, & fontium: in cuius campis erumpunt fluuiorum abyssi, terram frumenti hordei, & vinearum, in qua ficus, & mala granata, & olineta nascuntur, & terrā olei, & mellis, vbi absque penuria comedes panem tuū, & rerum omnium abūdantia perfrueris &c. Ex dictis in toto illo capitulo dicunt Iudæi, quòd Deus dedit eis illam terram fluentem lacte, & melle cum omnibus fructibus, et mineralibus, quæ nascuntur in eam præmium obseruantię legis. Et sic dicunt, q̄ nemo eorum potest esse felix nisi reducatur in illam terram, & sic totum desiderium, et spes eorū est redire in illam terram. Secundò hoc idē probat per desiderium omnium patriarcarū et prophetarū, quia omnes desiderauit mori et viuere in illa terra: imo Iacob præcepit filijs suis, vt ducerent corpus suum post mortem ex Aegypto in terram Canaam cū patribus suis sepeliendum. Et hoc idem præcepit Ioseph. Et sic etiam asserunt Iudæi q̄ ōēs 12. filij Iacob fuerunt deducti ex Aegypto ad sepeliendum in terram Canaam: eo q̄ fuerat promissa ipsi Abraæ, et semini eius in præmium obseruantiæ circuncisionis. Gene. 17. Tertiò hoc idem probant per oracula prophetarum, quia omnes commendant illam terram Iuda, & ciuitatem Hierusalem, et mōtem Sion, et illud templum, vt patet per omnes prophetas. Quartò hoc idem probāt ex eò q̄ omnes prophētæ prędixerunt qualiter rex Messias erat ædificaturus nouā Hierusalem, et erat ventrus, vt eos reduceret, et congregaret in Hierusalem. Et sic propter nihil aliud expectant falsum Messiam, nisi vt reducat eos in Hierusalem nouam, et terram Canaan, et fruantur illa terra cum suis fructibus et bonis temporalibus, et magnificet eos super terram, et ista est tota ipes eorum. In oppositum est Dauid psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Item saluator Matt. 19. Si vis ad uitam ingredi serua mandata. Item Luc. 10. cum iuuene ritus ille peteret, quid agendo vitam æternam possidebo? et enumeraret ipsi mandata decalogi, dixit saluator, hoc fac, et vues. Ex quo patet: quòd Deus non dedit illam terram illi populo in pretium, et præmium propter obseruantiam legis, quia vltra possessionem illius terræ expectabant regnum cœlorum in præmium vltimatum, vt patet ad Heb. 11. Et ideo pro decisione, et intellectu huius quæstionis, duo sunt videnda principaliter. Primò: si terra promissa Abraæ, et patriarchis, et prophetis in possessionem æternam sit præcisè intelligenda illa terra Canaam. Secundò an semen Abrae, et israel cui promissa est illa terra, sint filij secundùm carnem. Quantùm ad primum est præaduertendum secundùm Aug. super illud apostoli ad Roma. 7. Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum. quod lex diuina differt ab humana. Nam lex diuina est spiritualis, et de rebus spiritualibus. Lex autem

tem humana est temporalis, & de temporalibus. Et ideo tripliciter differt lex diuina ab humana. s. fine, & officio, & præmio. Differt enim primo lex diuina ab humana ipso fine principaliter intento ab ipso legislatore. Nam finis legislatoris, & conditoris legū humanarum est facere ciues ciuiliter bonos ad vtilitatem, & seruationem ciuitatis, & regni, & totius reipublicæ. Et ideo officium ciuium est viuere iustè circa alterum secundùm leges, & bene consulere reipublicæ, & eam defendere. Et ideo præmium bonorū ciuium est gaudere bonis, & vtilitatibus rei publicæ distributis secundùm iustitiam distributiuam. vti patet 5. Ethi. Sed finis, & intentio latoris legis diuinæ semper fuit, & est efficere omnes homines spiritualiter bonos & diuinos ad cognoscendum, & amandum, & colendum Deum. Et ideo officium diuinæ legis fuit in priori testamento colere Deum secundùm ritum, & modum traditū ipsi Moysi sub protestatione fidei Christi futuri. Ad quod officium pertinebat recipere Christum in suo aduentu. Nam post quàm omnia illa cerimonialia fiebant sub protestatione Christi futuri: omnes obligabantur recipere Christum in suo aduentu, & audire, & recipere, & obseruare doctrinam eius: prout Deus præceperat Deuter. 18. dicens. Propheram suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius. loquetur̄que ad eos omnia quæ dixero illi. Et qui verba, quæ loquetur, non audierit, vltor existam &c. Ex quibus patet, quòd sub eadem comminatione omnes Iudæi erant obligati audire, & recipere Christum in suo aduentu, & recipere, & seruare doctrinam eius euāgelicā: sub qua erāt obligati ad seruanda cerimonialia vsque ad aduentum Christi: eòq̄ erat promissus ad declarandam legem, & patefaciendam veritatem eius: Doctrina autē euangelica nil aliud est nisi veritas legis, & prophetarū. Et ideo sicut officium legis Moysi fuit seruare cerimonialia in illo tempore; & recipere Christum, & legem eius: ita officium legis euangelicę est obseruare doctrinam euangelicā: quæ nil aliud est: nisi executio veritatis legis & prophetarum. Ex quo patet: q̄ finis legis diuinæ est homines efficere spiritualiter bonos, & diuinos, & abstrahere eos à carnalib. & mundanis: vt appetant cęlestia. Officiū autē legis diuinæ est colere, & diligere Deū in se, & propter se, & diligere proximū propter Deum, exhibendo ipsi auxilium, & obsequium in necessitate. Præmium vero eius est vita, & fruitio æterna. Et ratio est. Nam sicut præmium legis ciuilis & humanæ est p̄mium temporale, ita oportet, vt præmiū legis diuinæ sit æternum. Item sicut homo est immortalis secundùm animam, ita oportet vt quò ad animam habeat aliud præmium immortale, & æternum. Item sicut homo fidelis per obseruantiam legis officitur diuinus ducendo vitam angelicam, ita oportet vt p̄mium eius sit diuinum, et angelicū inter angelos supra omne humanū, et temporale præmium, quia aliter non differret lex diuina ab humana, quia sicut lex ad legem: ita officium legis ad officium, et finis ad finem, et præmium ad præmium. Et sic patet, q̄ lex diuina cum eius fine, et præmio, nō est tēporalis nec carnalis, sed spiritualis, et diuina. Cum ergo supradicta triplici differentia differat lex diuina à legibus humanis. s. fine officio, et præmio, et finalis intentio Dei fuerit eligere sibi vnum populum ad suum cultum deputatum, vt Deū cognosceret, et cognoscendo seruiret, et coleret, et amaret in hac vita, et in altera amando fueretur, ideo voluit incipere à minus perfecto tendendo ad magis perfectum in illa lege, secundū exigentiam et qualitatem, et mores illius populi. Vnde quia ille populus Israel conuersatus fuerat inter Aegyptios circiter ducentos annos: ideo totaliter fuerat factus carnalis, et terrenus secundùm mores Aegyptiorū. ideo Deus volens ipsum retrahere ab illa carnalitate, et terrena, et pagana consuetudine, et facere ipsum spiritualem, dedit ipsi in lege primò decem præcepta moralia, vt disceret Deum cognoscere, et diligere, et cum ꝓximo iustè cōuiuere. Et vt formidine pœnæ refrenaretur ab omni furto, et à rixa, et malis moribus Aegyptiorum, in quibus erant nutriti, dedit eis præcepta iudicialia. Nam vt ait Aristo. 10. Ethicorum necessaria est positio legum, vt formidine pœnæ retrahantur à malo, et assuescant homines ad mores capiendos. Tertiò autem dedit Deus illi populo multitudinem præceptorum cerimonialium. Et hoc propter tria. Primò vt frequentando illa cerimonialia cognosceret vnum solum Deum creatorem omnium, et specialem benefactorem, et diligeret eum propter impensa, et collata sibi beneficia. Secundò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vt illo populus occupatus circa frequentiam & multitudinem illorum cerimonialiū non declinaret ad idola ꝙ consuetudines Aegyptiorum: & aliarum gentium circumdantū. Tertio vt in illis signis cerimonialibus præuideret ille populus futurā misteria de Christo, & ecclesia: & vniuersalem redemptionem faciendam per Christum venturum, & nasciturum ex illo populo: prout Deus reuelabat specialiter, & successiue quibusdam patriarchis, & prophetis de illo ppto. Et iō dedit illā cerimonialia in signum fœderis, & pacti seruanda vsque ad Christum in quo erant verificanda. Ideo sicut obligabantur seruare illa cerimonialia vsque ad Christū: ita obligabantur recipere Christum in suo aduentū, & suam doctrinā euangelicā: & cessare ab oibus cerimonialibus: quia Christus
B erat ille propheta, q̄ ex parte Dei omnia illa debebat declarare, vt patet Deuterono. 28. dictum est supra. Et ideo Christus, tanquā ad hoc missus à patre, declarauit nobis in re, & luce omnia, quæ in illis erant figurata, & latebant sub vmbra. Et sic cognitio nostra processit ab imperfecto ad magis perfectum: secundum exigentiam humanę naturæ fragilis, & comptæ, per quam doctrinam euangelicam Christus nos fecit multò magis spirituales, & diuinos & aptos ad supernam fruitionem, & capessendam vltimam felicitatem, & perfectionem, hoc autē non percipientes miseri, & cęci Iudæi nō ponunt differentiam inter legem diuinam, & humanam. Et sic non expectant nisi præmiū temporale pro legis obseruantia, sicut sunt totaliter carnales & terreni. Et ideo nolunt
C recipere Christum, qui suadebat contemnere temporalia, & appetere cęlestia. Sed vnde proueniat hoc Iudæis modernis dicetur infernus. His habitis ponitur. Prima conclusio, q̄ duplex merces & hæreditas fuit promissa Abraæ, Isaac, & Iacob. s. cęlestis, & terrena: & per consequens præter terram Canaan fuit eis promissa hæreditas in cœlo. hæc probatur Gen. 15. vbi dicitur, q̄ Deus apparuit in visione ipsi Abraam, dicens. Noli timere: quia protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Suspice cęlum, & numera stellas si pores: si erit semen tuum. Tunc credidit Abraam, & reputatum est ei ad iustitiam &c. Ex supradictis verbis patet, quòd talis promissio non erat tēporalis, quia non fuisset magna sumis. Nam omne tempora-
le est breue, & caducum. Secundò sequitur D quòd talis merces promittebatur in cœlo: quia non dixit, respice terram, sed suspice cęlum. Tertiò sequitur, q̄ talis promissio non erat danda filiis carnalibus, & terrenis, sed spiritualibus, & cœlestibus fide, & virtute splendentibus: per hoc quod ait numera stellas, quia sic erit semen tuum. d. purum splendens fide, & spe de cęlestibus. Quarto sequitur, q̄ talis merces cęlestis non poterat acquiri nisi per fidem Christi futuri de semine Abraæ secundùm carnem. per hoc quod ait. Credidit Abraam, & reputatum est ei ad iustitiam: quia Abraam non fuisset iustificatus ad merendum tantùm præmium, & tantam mercedem solùm credendo sibi Isaac filium futurū, sed quia credidit per Isaac christum nasciturum, qui filios fideles, & spirituales ipsius Abraā debebat ī cęlo collocare. E Ex quibus patet, q̄ præter terram Canaan promissa fuit Abraæ & semini eius hæreditas cęlestis. De qua promissione cantat ecclesia in missa defunctorum. Fac eas domine de morte transire ad vitam, quam olim Abraæ promisisti, & semini eius. In fine autem illius capituli promisit Deus Abraæ, terram Canaan, dicens. Tibi dabo terram hanc à flumine Aegypti vsque ad fluuium magnum Eufratem. Et sic patet duplex promissio. scilicet terrena & cœlestis, hoc idem patet infra cap. 17. & ca. 22. quando dixit Deus Abraæ. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & sicut arenam, quæ est in littore maris &c. Per stellas enim cœli intellexit filios spirituales in cœlo collocandos, & per arenam, quæ est in littore maris intellexit filios terrenos & carnales &c. Item vtraq; promissio. s. cœlestis, & terrena facta fuit ipsi Iacob Ge. 28. quando vidit scalam in somnis stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoque ascendentes, & descendentes, & dominum innixum scalæ dicentem. Ego sum Deus &c. Vbi præuidit in spiritu qualiter Deus descensurus erat in terram: & assumpturus humanam carnem ex virgine de genere Iacob. Vnde per hoc, q̄ illa scala tangebat cęlum ex parte superiori, & terram inferius, præuidit qualiter Christus filius promissus erat futurus Deus, & homo de carne sua. Et per angelos ascendentes, & descendentes præuidit qualiter filii sui spirituales erant per Christum in cœlum ascensuri &c. Item per hoc quòd dormiuit super illum

A illum lapidem, & erexit ipsum in titulū præuidit in spiritu qualiter Christus in eodem loco erat pro filijs suis & pro toto genere humano crucifigendus, & moriturus, & resurrecturus in cęlum ascensurus cum suis fidelibus, imo Iacob præuidit per illam scalam Christum in cęlum ascensurum cum omnibus filijs suis fidelibus, & spiritualibus. Ex quibus patet q̄ præter illam terram Canaam promissa fuit hæreditas cęlestis Abraæ, Isaac & Iacob, & semini spirituali eorum: de qua canit ecclesia. Fac eas trāsire de morte ad vitam: quam olim Abraę promisisti, & semini eius &c. Secunda conclusio, q̄ omnes patriarchæ & prophetæ præter illam terrā Canaam, & præter illam Hierusalem terrenam desiderabant, & expectabant hæreditatē in cęlo, & aliam Hierusalem cœlestē, hæc pri-
B mò probatur de Abraam. Nam sicut fuit ipsi promissa hæreditas cęlestis in supradictis promissionibus, ita desiderauit illam, ideo dixit Saluator Iudæis Ioan. 8. Abraam pater vester exultauit: i. desiderauit videre diem meum: vidit & gauisus est &c. Item hoc de Isaac, quando benedixit Iacob filio suo Gen. 25. Vnde sentiens odorem vestimentorum dixit. Odor filij mei sicut odor agri pleni, quē benedixit dominus: det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terræ. Esto dominus filij fratrum tuorum, & incurmentur ante te filij matris tuæ, & adorent te tribus &c. Vnde manifestum est, q̄ ista non fuerunt impleta in Iacob, sed in solo Christo ex Iacob nasciturō, iō Isaac benedixit Christum in Iacob prout præuidit ipsum ex eo
C nasciturum. vnde per hoc q̄ Isaac osculatus est Iacob ostendit desiderium quod habuit de Christo venturo, & q̄uidit qualiter Deus debebat osculari naturam humanam per incarnationem. Et per odorem, & fragrantiam vestimentorum præuidit fragrantiam virtutum, & donorum humanitatis Xpi. Et præuidit qualiter omnes tribus terræ debebant Christum adorare. & qualiter Christus debebat dare filiis spiritualibus ipsius Iacob de rore cęli gloriam in futuro, & de pingue diuę sacramentorum gratiam in præsenti. Et sic Isaac iam desiderauit illum rorem cęli per Christum largiendum. Item hoc idem desiderauit Iacob Gene. 32. quando luctatus est cum Angelo in persona Dei, quia non voluit ipsum dimittere vsquequo benedixit ipsum. Ideo quando euigilauit à somno dixit. vidi dominum facie, & salua facta D est anima mea &c. Item hanc cœlestem hæreditatem desiderauit Moyses Exodi. 33. cū dixit. Domine ostende mihi faciem, & gloriam tuam &c. Vnde super illud Gen. 28. q̄n Iacob vidit scalam, dicit quædam glossa hebraica inueniesci Rabba. quòd Moyses antequam moreretur ductus fuit in cœlum, & uidit ibi Messiam ædificantem Hierusalem in cœlo ex margaritis & lapidibus pretiosis. Et dixit Messias ipsi Moysi, quod pater suus Iacob vtranque Hierusalem. s. terrenam, & cœlestem præuidit ædificandam ex hoc q̄ illa scala ex vna parte tangebat cęlum, & ex altera terram. Et quòd quasi nihil erat illa Hierusalem, quæ erat ædificāda in terra respectu illius cęlestis, quia ista erat temporaliter, & illa in ęternū duratura pro filijs Israel. Quod audiens Moises dixit. Lętatus sum in E his quæ dicta sunt mihi & cętera. Ex quibus verbis sequitur primò, quòd præter istam Hierusalem terrenam, & temporalem erat danda alia cęlestis & ęterna. Secundò sequitur, quòd Christus Messias in lege promissus est Deus, quia iam erat ante Moysen in cęlo. Tertiò sequitur, quòd Messias in lege promissus non erat ædificaturus Hierusalem terrenam: sed cęlestem, & spiritualem pro filijs Israel. Quartò sequitur, quòd filij Israel qui erant illam cœlestem Hierusalem possessuri, non erant futuri carnales, sed spirituales, & secundùm fidem. Item hanc hæreditatem cęlestem desiderabat, & expectabat Iob decimonono quando dixit. Credo, quod redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum &c. Item hanc cę- F lestem hæreditatem desiderabat Dauid psāl mo 16. cum dixit. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item psalmo 79. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuū da nobis. Item Dauid rex, & dominus erat illius Hierusalem terrenę & totius terę promissionis, & regna finitima ipsi erant tributaria, & tamen illam terram inuentum & Hierusalem cœlestem desiderabat, quādo dixit ps. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe in sęcula sæculorum laudabunt te. Item Dauid ab illa terrena Hierusalem cupiebat exire & in cęlesti collocari cum dicebat psalmo centesimonono. Heu mihi, q̄a incolatus meus prolōgatus est. Item psalm. 118. Erraui sicut ouis q̄ perijt, ęre seruū tuū dñe &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Item psal. 141. Portio mea dominę in terra viuentium. Item Salomon rex, & dominus fuit illius terrenæ Hierusalem & totius terræ Canaan cū finitimis tributarijs, & diuissimus. & felicissimus sūper omnes reges terræ & tamen pro nihilo reputabat totam illam Hierusalem & terram Israel, & omnia regna terrena respectu illius cęlestis Hierusalem, & felicitatis æternæ, cùm dicit Ecclesiastes per totum librum, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vnde dicit. Ego ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole, & ecce omnia uanitas, Item infra cap. 2. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas, feci hortos, & pomaria &c. Item congregaui mihi argentum & aurum,
B & substantias regum, & prouinciarum &c. & tamen omnia vanitas. Et sic Salomon per totū illū libellum discurrit per omnes status & conditiones hominū, & ostēdit nullo pacto felicitatem posse consistere in hac vita, finaliter autem concludit, dicens. Antequam rūpatur funiculus, & antequam reuerratur puluis in terram suam, vnde erat, & spūs redeat ad Deum, qui dedit illum. i. anteq̄ moriaris: Dum viuis in hoc mundo: Deū time & mandata eius serua. hoc est omnis homo. cuncta quæ fecit homo adducet Deus in iudicium pro omni errato siue bonū siue malum. Ex quibus patet, q̄ Salomon totam illā Hierusalem, & totum regnum, & omnes diuitias vanitatem reputabat, & mortem præsentem, & futurum iudicium timebat, in quo mali sunt puniendi, & boni felicitandi. Item
C Salomon futuram felicitatem dicit desiderādam per totum librum Canticorum, vbi dicit. Trahe me post te: in odorem curremus vnguentorum tuorum &c. Itē Sap. 3. futurū iudicium ostendit malis esse tremendū, & felicitatem futuram iustis desiderandam Itē Isaias aliam Hierusalem supernam desiderabat & commendabat, cum dixit c. 60. Surge illuminare Hierusalem &c. Item in Hierusalem terrena erat Isaias: tamen supernam desiderabat cum dicebat: Vtinam diuumperes cœlos, & descenderes &c. & infra. A seculo non audierunt: neq; auribus perceperūt, oculus nō vidit Deus absq; te quæ ꝓparasti expectātibus te. &c. Ex qbus patet q̄ alia hę rediras, & felicitas ineffabilis, et absq; compatione nobilior expectabatur à iustis, et præuacerat Deus pro iustis. Item Daniel di- D
cit 9. cap. illam Hierusalem cum toto regno post mortem Christi perituram, et in rēplo abominationem usq; ad consummationem seculi duraturam. Et cap. 12. concludit post iudicium incredulos, et obstinatos igne perpetuo pūiendos et fideles et iustos fulgere quasi splendorem firmamenti, et quasi stellas in perpetuas æternitates felicitandos. Et idem explicant, aut implicitè asserunt, omnes cæteri prophetæ. Ex quibus patet q̄ omnes patriarchæ, et prophetæ præter illā terrā promissam nobiliorem hæreditatem desiderabant et expectabant futuram in cœlo. quo pter quam patientes tolerabant omnes labores, et persecutiones vt large lateq; demonstrat apostolus ad Heb. 11. & per totā epistolam. Tertia conclu. q̄ Abraam, Iacob, & cæteri patriarchæ, & prophetæ non desiderarunt sepelīri in terra promissionis propter bonitatem terræ, sed vt resurgerent cum Christo: quem præuiderunt in illa terra morituum, & sepeliendum, & nostram redemptionem operaturum, & resurrecturum. Et hoc probabiliter ostenditur. Nam Abraam præuidit in spiritu, q̄ in eodem loco, erat Christus q̄ omnibus crucifigendus, vbi ipse immolauit & sacrificauit arietem q̄ Isaac. Et ideo appellauit nomen loci illius, Dominus videbit. In hebræo autem dicitur, In mōte dominus videbitur, quasi die. Dominus Deus incarnatus videbitur immolari, & crucifigi in isto monte. & loco vbi iste aries fuit immolatus pro Isaac à morte liberato. Item Iacob in eodem loco vidit scalam, & Deum innixum scalæ. Per quod præuidit Christum ibi crucifigendum, & ideo erexit lapidem in titulum. Et sic etiam præuidit Christum inde resurrecturum, & in cœlos cum suis fidelibus ascensurum vt dictum est. Credibile ergo est q̄ Abraam, & Iacob cum cæteris patriarchis propter hanc causam voluerunt in illa terra sepelīri, ut inde cum Christo resurgerent. & cum eo in cœlum ascenderent. Et sic est dicendum de cœteris prophetis, & fidelibus: quos Christus eduxit de limbo inferni & secum adduxit, & ascenderunt in cœlum. Quarta cōclusio, q̄ prophetę in suis oraculis non commendarunt illam ciuitatem Hierusalem, & terram Canaan propter ipsam, sed quia præuiderunt Christum in illam ciuitatem et terram venturum, & in ea nostram redemptionem operaturum. Hoc probatur.

A probatur. Nam aliqua ciuitas vel prouincia non cōmendatur, & ꝑlicitatur nisi propter tria. Aut propter fertilitatem & copiam bonorum temporalium, aut propter bonitatē, & virtutem ciuium, & bonum regimen ciuitatis, aut propter præsentiam magni regis ipsam honorantis, & in ea magna gesta facientis, & operantis. Sed illa terra nūquam fuit commendata propter copiam, & fertilitatē, quia semper fuit sterilis, & miserrima, & inaquosa inter circumstantes terras. Ideo frequenter passa est inediam, & penuriam victualium, vt patet per totum discursum patriarcarum, qui frequenter fugiebant ab ea propter famem, quia vt sic magis cōmendanda esset Damascus, & Antiochia, & Babylonia, & Menfis Aegypti, & nostra florentissima ciuitas Valentia, & Barchinona, quæ semper fuerunt fertilissimæ, & amœnissimę. Nec
B etiam illa ciuitas & terra fuit vnq̄ commendanda propter bonitatem ciuium, quia semper fuerunt mali, & idololatriæ, & raptores, nec vnq̄ defert in illa terra, & ciuitate vsura, & dolus, & seditio, vt patet per totum discursum iudicum, & regum, & post regdificationem templi. Ex quo sequitur, q̄ non ꝓpter aliud prophetæ commendarunt illam ciuitatem & terram, nisi quia Christus in illa erat videndus, & miracula facturus, & nostram redemptionem operaturus, & sub tali conditione commendarunt, & beatificarunt eam. Ideo dixit Dauid psa. 47. Magnus dns, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri: in
monte sancto eius. Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam &c. Item Isaie 2. Venite ascendamus in montem dūi, & ad
C domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Item cap. 9. beatificat Galilæam, & totam terrā Israel propter præsentiam & prædicationem, & miracula Christi, cum ait. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nepthalim, & in nouissimo aggrauata est terra maris trans Iordanē Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & infra. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis &c. Item. Induere Hierusalē vestimētis tuis ciuitas sancta. Item. Dabo in Sion salutē & in Hierusalem gloriam meam. Item 62. Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam donec egrediatur, vt splendor iustus meus &c. Item Micheas
D cap. 5. commendat ciuitatem Bethleem, eò q̄ Christus ibi erat nasciturus, dicens. Et tu Bethleem effrata parua es in milibus Iuda. Ex te enim egredietur mihi dux &c. Item Zacharię 9. Exulta filia Sion ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator &c. Ex omnibus his prophetis patet, q̄ non ob aliam causā commendarunt Hierusalem, nisi quia in ea Christus erat legem euangelicam daturus, & nostram redemptionem operaturus, & in monte Sion sacram Eucaristiam instituturus, & spiritum sanctum in apostolos & discipulos missurus, & totam ecclesiam ibi inceptuus & fundaturus, & exinde per totum orbē ecclesia Christi erat deriuanda. Et ideo vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa, in sacra scriptura appellatur Hierusalem, eò q̄ in illa Hierusalem terrena fuit fundata, & instituta per Christum in apostolis, & discipulis, B
& exinde per totum orbem fuit diffusa, vt frequenter dictum est. Quinta conclusio, q̄ ꝓphetæ in oraculis suis nō solum intendunt commendare, & beatificare illam Hierusalē, inquantùm Christus in ea operatus est nostram redēptionem, & in ea fundauit ecclesiam, sed intendunt commendare Hierusalē toto orbe diffusam, quæ ab illa fuit deriuata, quę dicitur ecclesia catholica inquantū in ea viderut Deus per fidem, & continuè prædicatur euangelium & exercentur ecclesiastica sacramenta habentia virtutem ex passione Xpi in qua continuè offertur sacrificiū mediatoris, & in qua passio Christi semper exercet, & operatur effectum suum. Itaq; qđ in illa Hierusalē factum est in re, illud idē fit in voto, & affectu continuè in ecclesia toto orbe diffusa. ideo verè dicitur Hierusalē pa- F
cifica, quia in ea continuè peccatores Deo pacificantur, & reconciliantur per sacramēta. Sed q̄ prophetę ex cōsequēti beatificent Hierusalem toto orbe diffusam probat. Nā dictum est psal. 47. & 50. & 63. & 86. q̄ ecclesia Christi nihil aliud est nisi Hierusalē spiritualis ab illa materiali deriuata, & per totum orbem dilatata, & diffusa. Et illa visio, & illa pax & iustitia facta per Christum in Hierusalem, propter quam pacem, & iustitiā, & unionem illa ciuitas ꝓphetice sortita est tale nomen, fuit postea dilatata, & diffusa, & prædicata, & credita, & recepta per totū orbem. Ad cuius maiorem intellectum est notandum sicut dicit Rabi Camhi, & multi magistri hebræorū, q̄ hoc nomen Hierusalē

Universidad de Deusto
Biblioteca

A non est impositum à casu, et præter intentũ illi ciuitati imo ex diuina prouidentia, & magno mysterio. nam duo homines sanctissimi, & maximæ autoritatis imposuerunt ipsi illud nomen: quorum primus fuit Melchisedech: qui secundũ eos fuit Sem filius Noe, sacerdos Dei altissimi; qui in illo loco obtulit Deo excelso panem, & vinũ pro Abraam. Gen. 13. Iste autem Melchisedech nominauit illam ciuitatem Salem. i. pacem, & iustitiam. Postea Abraam in alio monte ipsi iun ctò, qui dicitur Moria, proposuit immolare filium suum Isaac. Sed quia prohibitus ab angelo immolauit arietẽ loco filii: ideo appellauit mõtem illum Dominus uidebitur: eò q ibi uisus fuit, & apparuit dñs. Gen. 22. sed quia hiere hebraice item est quod uide-
B re latinè, et hu idem est quod ipse Deus siue esse: quod soli Deo cõpetit: ideo hiethu item est quod dominus uidebitur. Et deponitur ibi nomen domini tetragrammaton: quod soli Deo conuenit. Et hoc nomen imposuit Abraam illi monti propter uisionem Dei ostensam. Sed quia altera pars montis iã dicebatur Salem: ideo tota ciuitas, quæ totũ illum monten complexa est, dicta fuit Hierusalẽ. i. uisio pacis, et iustitiæ, siue uisio Dei pacis, et iustitiæ, quia hierhu idem est quod visio Dei, et Salem pax, et iustitia. Et sic dicta est Hierusalem per supradictos magnos, et autenticos uiros. Isti autem Rabini verũ dicunt, q propter supradicta mysteria, dicta et appellata fuit Hierusalem illa ciuitas: sed non percipiunt illa mysteria. vnde est aduertendum, q tria mysteria fuerunt facta in illo
C monte tempore patriarcarum. Nam primò ibi Melchisedech homo gentilis rex Salem, et sacerdos obtulit Deo excelso panem, et uinum pro Abraam: per quod mysteriũ fuit primò figuratum qualiter Christus Deus, et homo, rex, et sacerdos in eodem loco debebat instituere sacramentum eucharistiæ: in quo offertur Christus hostia, et sacrificium sub forma panis, et uini: per quod sacrificiũ pacificamur, et reconciliamur Deo patri. Itẽ fuit figuratum qualiter in eodem mõte Xps rex sacerdos, hostia, et sacrificium debebat crucifigi et immolari: per quam passionẽ, et sacrificium peccatum omnium erat puniendum: & nostra iustitia facienda, et nos eramus iustificandi, et pacificandi, et Deo patri reconciliandi. Et ideo appellauit illum locum Salem, ideſt pacem, et iustitiam. Sed per hoc q Melchisedech erat homo gentilis fuit D figuratum, quòd illud sacrificium Eucharistiæ erat celebrandum, et venerandum per totũ populum gentilem ad fidem Christi conuer sum. Postea autem in altera parte ciusdem montis. Abraæ uolenti immolare filium apparuit angelus domini, dicens, Non extẽdat manum super puerum etc. Et tunc immolauit ibi arietem. In quo mysterio præuidit Abraam in spiritu qualiter in eodem loco Christus pro toto humano genere erat immolandus, et crucifigendus: et videndus. Et ideo appellauit illum montem Dominus videbitur. In hebræo dicitur. Dominus videbitur. Et ly Dominus scribitur cum quatuor literis, quod nomẽ soli Deo cõuenit. Quasi dicat. Dominus Deus incarnatus videbitur immolari, et crucifigi in isto loco, et ista figura implebitur. Nam sicut ego immolaui istum arietem, p filio meo, et loco eius, ita Christus futurus de carne mea immolabitur in isto loco, et videbitur crucifigi pro liberatione totius generis humani. Et sic in isto loco dominus videbitur adimplere istã figuram, et misterium seipsum offerendo. Et sicpatet, q illi ciuitati non fuit impositum hoc nomen Hierusalem à casu, sed extra mento, et mysterio, et per cõsequens non est nomen casuale, sed sacramentale. Et sic est dicẽdũ de Sion, et Iudæa etc. Nam Sion interpretatur specula. Vnde Deus uf, & speculatur vbi Christus erat speculãdus. Et Iudea interpretatur confessio, vbi Christus erat confitendus et recipiendus ab apostolis, et discipulis. Et sic patet quòd ista nomina non fuerunt imposita à casu: sed misticè, et propheticè propter futura mysteria, quæ in illis locis erant complenda, et quia ex illis locis tota ecclesia erat incoanda, et deriuãda, et postea per totum orbem diffundenda, et amplianda. Tertiò autem in eodem monte vidit Iacob scalam in somnis et dominum innixum scalæ, per quod puidit mysterium incarnationis, et passionis, et resurrectionis, et ascensionis Christi vt dictum est. Et ideo eleuauit lapidem in signum vnctum oleo, ad prefigurandum qualiter in eodem loco Xps erat eleuandus in cruce pro salute omnium nostrũ, et appellauit nomẽ loci illius Betel. domus Dei, q̃ ante luza vocabatur dicens, Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli. Gen. 28. quasi diceret. In loco isto Christus terribiliter trium

phabit

A phabit de diabolo. Et per istam portã crucis omnes intrabimus in cœlum, & per istam scalam ascendemus cum Christo. Et ideo appellauit locum illum Betel. Iudæi autem dicunt q Iacob dormiuit, & vidit scalã in loco illo pũctualiter vbi postea fuit tẽplum ædificatũ. Sed quicquid sit sufficit, q ciuitas Hierusalẽ fuit ædificata, & ampliata, & extensa supra totum illum montem, vbi facta, & visa fuerũt illa tria mysteria. s. vbi Melchisedech obtulit panem, & vinum, & vbi Abraam immolauit arietem: & vbi Iacob vidit scalam. Et ideo appellata fuit Hierusalem. i. visio futuræ pacis, & iustitiæ: eò q ibi Christus erat videndus, & impleturus illa tria mysteria ibi figurata. Vnde Abraam non appellat illum montem Dominus visus est, ratione visionis factæ: sed Dominus videbitur de futuro
B ratione visionis adimplendæ. Ex quibus patet, quòd illa nunquàm fuit vera Hierusalem vsquequo illæ uisiones, & figuræ fuerunt per Christum impletæ, scilicet vsquequo visus est Christus ibi prædicare, & instituere Eucaristiam, & crucifigi & resurgere, & ascẽdere in cœlum, & mittere spiritum sanctum in illam sanctam societatẽ, in qua erat vera pax, & visio veritatis totius sacræ scripturæ. Et sic completis omnibus mysterijs nostræ redemptionis per Christum sola illa sancta societas fidelium dicta est vera Hierusalem, & vera visio pacis, & iustitiæ, & verè pacificata & iustificata per Christum. Sed quia illa sancta societas diffusa fuit postea prædicando per totum orbem, conuertendo ad fidem totum populum gentilem, qui per fidem Christi fuit Deo patri iustificatus, & pacificatus,
C & reconciliatus: ergo tota religio Christiana toto orbe diffusa dicitur vera Hierusalem, eò q habet omnes conditiones, propter quas illa ciuitas materialis, ppheticè, & mysticè appellata fuit Hierusalem. Nam ista est verè pacificata, & iustificata in Christo, & ista videt & credit Christum verum Deum, & hominem crucifixum, & passum, & resurrexisse &c. Et quod factum est in illa ciuitate semel: fit in ista quotidie. Nam ibi semel Christus pro nobis crucifixus est, sed in ista Hierusalem toto orbe diffusa quotidie, & iugiter offertur in altari in memoriam illius passionis ad nostram reconciliationem & salutem, & per consequens Christus semper operatur effectum nostræ redemptionis in hac ecclesia, & Christiana religione per ecclesiastica sacra in quibus lucet, & viget passio Christi. D Ex quibus patet, q ipsa est vera Hierusalem ab illa deriuata, & toro orbe diffusa, & dilatata. Et hanc dilatationem præuidit Iacob in illa visione, qñ dñs innixus scalæ dixit. Ego sum dñs Deus Abraã pris tui, & Deus Isaac: terrã in qua dormis tibi dabo, & semini tuo: erit q̃ semẽ tuũ quasi pulus terræ, dilataberis ad orientem, & occidentẽ, & septẽtrionẽ, & meridiẽ. Et benedicẽtur in te, & semine tuo cunctæ tribus terræ &c. q. d. mysteriũ huius visionis implebitur in loco isto, & hic ædificabitẽ vera Hierusalẽ p incarnationẽ, & pdicationẽ, et passionẽ, & resurrectionẽ, et ascensionẽ Christi, & spiritus scti missionẽ, q Xps erit de semine tuo scdm carnem, quę ciuitas erit societas filiorũ tuorũ, sm spm, & promissionẽ. Et dilatabitur ista ciuitas seminis tui ad orientẽ, & occidentẽ, & septẽtrionem, & E meridiem. Et reddit causam qño dilatanda erat ista ciuitas, dicẽs: q a in te, & semine tuo benedicẽtur oẽs tribus terræ. Ex q̃bus patet, q oẽs tribus, & nationes, & gentes terræ erãt in Xpo benedicendæ recipiendo eum, & credendo mysteriũ incarnãtionis, & nostræ redemptionis, quod per illã scalã, & uisionem pfigurabatur, & p consequẽs ecclesia, quæ toto orbe diffusa est, & dilatata, erat dicẽda vera Hierusalẽ. Et sic ergo dicendũ, q qñ prophetæ cõmendant, & beatificãt Hierusalem, nõ solũ loquunt̃ de illa materiali, si qua Xps fuit visus in carne, & operatus est nostrã redemptionem: sed loquuntur etiam simul de ista Hierusalem toto orbe diffusa, quæ deriuata & orta, & continuata, & dilatata, est ab illa: eo modo quo dictum est. Et hoc probaẽ multipliciter, per dicta prophetarum, nã ea, F quæ dicta sunt Ps. 47. & 50. & 64. & 86. non possunt verificari præcisè de illa sola Hierusalẽ materiali: quia illa non fuit ædificata in exultatione vniuersæ terræ, & illa iam erant ædificata tempore Dauid, & iam offerebantur in illa diuersa sacrificia, & in illa nunquã fuit capta prosperitas, prout memoratur Ps. 64. nec posset capere tot nationes, & gentes quot memorantur Psal. 86. vbi dicitur, q ibi erit Raab. i. Aegiptus, & populus Babilonis & Aethiopum &c. ergo sequitur, q illa non possunt intelligi, nisi de ista Hierusalem toto orbe diffusa, vt in prædictis psalmis visum est. Item illud Isa. 2. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & ibunt populi multi, & dicent. Venite ascendamus & cætera. non potest verificari de illa sola Hierusalem materiali: quia ad illam nō possent fluere omnes populi, & gentes: nec possent in ea capi sed verificatum est de Hierusalem toto orbe diffusa ad quam venerunt omnes gentes, & populi ad fidem Christi recipiendam. Item illud Isaiæ. 54. Lauda sterilis, quæ non paris &c. dilata locum tentorij tui. & pelles tabernaculorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos confolida. Ad dexteram enim, & læuam penetrabis. Et semen tuū gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit &c. Omnia ista enim sunt impleta in hac Hierusalem spirituali toto orbe diffusa, quia per totum orbē dilatauit funiculos, & tentoria sua. Et oēs Christo subiecit, & in se conclusit per fidem.

B Item omnia illa, quæ scribuntur Isa 60. Surge illuminare Hierusalem &c. non possunt verificari de illa Hierusalem materiali, nisi imitatiue, quia completiue fuerunt verificata in ista nostra Hierusalem toto orbe diffusa. quia in ista fuit orta gloria domini, & visa, & in ista sunt cōgregatæ omnes gētes & filij huius de longe ad eā uenerunt, & multitudo gentiū in ista conuersa est: & per istā volarunt Apostoli, vt nubes portantes pluuiā euangelicā, & vt columbæ per doctrinā simplicitatis, & innocentiæ. Et illi tanquā naues portarunt fideles ex insulis ad istā Hierusalem, & ecclesiam. Et muros huius Hierusalem ædificauerunt peregrini de populo gentili nouiter conuersi. Nam Constantinus construxit palatium suum in Laterano in honorem saluatoris. Et cæteri reges ædificarūt no

C uas ecclesias, & eas multis diuitijs, & prætiosis ornamentis dotauerunt. Et non solum pe regnai dotauerunt ecclesiam bonis temporalibus: sed etiam spiritualibus, & doctrinalibus. Nam Origenes, & Hieronymus, & Athanasius, & Augustinus: qui veniebant de populo gentili, sciemia & moribus, & doctrinis, & libris ecclesiam Dei decorauerunt: ut patebit Deo dante in expositione canticorum Salomonis. Et sic est dicendum de toto residuo libri Isa, maximè à 40. capitulo vsq; ad finem: quia licèt quandoque imitatiuè loquatur de illa particulari Hierusale in quam Christus erat venturus, & nostram redeptionem in ea operaturus: tamen cōiter loquitur de Hierusalem vniuersali toto orbe diffusa per gram, & in cælo per gloriā. Et eundē ordinē tenent cæteri prophetæ. Ex supradictis se D quitur q̄ hoc nomē Hierusalē non fuit impositū illi ciuitati gra sui, sed in signū, & figurā pp supradicta mysteria nostræ redēptionis, quæ in ea erant implēda, & sic illa ciuitas cōpleuit cursum, & officium suum per supradicta mysteria facta per Christum. Et iō post passionem, & resurrectionē, & ascensionem Christi, & post spiritus sancti missionem fuit destructa completo suo officio. Et sic cætera omnia legalia fuerunt mortua, & destructa: & sic omnia cessarunt. Ite Xps in illa ciuitate Hierusalē materiali ædificauit Hierusalē spiritualē, nam fundamēta huius ciuitatis sunt articuli fidei, & ecclesiastica sacramēta, quę omnia hñt virtute & effectū ex passiōe Xpi: vnde in monte Caluariæ Xps fuit crucifixus ex cuius latere orta ē ecclesia quādo exiuit E sāguis & aqua. vnde hñt virtutē oīa facta ad regenerandos fideles huius magnæ ciuitatis. Nam per baptismum sunt regenerati, & multiplicati oēs fideles per totum orbem. Item in monte Sion Christus instituit sacramētū Eucaristiæ, quod est caput totius ecclesiæ. Item in eodem loco Christus misit spiritum sanctum in apostolos, & totam illā sanctam societatem in qua erat tota Christi ecclesia: & vera Hierusalem vna fide, & pace sociata & exinde fuit toto orbe diffusa, & dilatata p regenerationem baptismalē. Et sic patet, q̄ in illa Hierusalem materiali fuit fundata, & incoata magna Hierusalē spiritualis p Christum, & postea per apostolos per totū orbē ampliata. Ex quib. patet, quod sola ecclesia Xpi est vera Hierusalē, & vera terra promissionis promissa fidelibus hic per gratiam, & sola F hæreditas cœlestis est vera Hierusalē spiritualis iustis in futuro per gloriam. Sed miseri, & cęci Iudæi non valentes capere sacramenta Dei, nec intelligentiam legis, & propheraū propter maledictionem eis ex peccato inflictam: oīa intelligunt literaliter de illa Hierusalem materiali per falsum Messiam, quē frustrā expectant. fore implenda. Vnde dicūt q̄ ille Messias capiet montē Sinai, & montē Thabor, & collocabit eos iuxta montē Syon & super illos tres montes ędificabit Hierusalem nouam: ad quam confluent omnes gentes, & regna. Et sic glosant illum Psalmum 81. scilicet. Fundamenta eius in montibus sanctis & cætera. Sed quantùm sit talis positio impossibilis, & irridenda, cuicunque sanæ mentis est manifestum: Ideo nos, quibus

A bus datum est nosse mysteriū regni Dei, agamus gratiā, & seruiamus redemptori nostro in hac Hierusalem per gratiam, expectantes futuram per gloriam: ipsi aūt maneāt in sua cęcitate vsq; ad vesperam mundi. Sexta conclusio, q̄ illa terra Canaā cū fructibus, & bonis rēporalib. non fuit promissa, & data filijs Israel in præmium præcisum, & solidum, p̄ obseruātia legis Moysi. Probatur. nā sequere tur, q̄ aut Deus esset ingratus, & iniustus dādo eis terram tā sterilem, & miserā pro obseruantia legis iam duræ, & difficilis: aut q̄ superstitio gentilium fuisset perfectio, & nobilior ꝙ lex data per Moysen. Hoc probatur nām sm eos illa terra dabatur in solum præmium: sed terra, quam possidebant gentiles, & possident hodie sarraceni. s. Damascus, & Babylonia, & Aegyptus, & Græcia, & opima B terra Iudæorū, erant & sunt absque proportione nobiliores, & fertiliores, & amœniores & diuiores quàm illa terra Canaan: vt dictū est, & pater intuenti naturam, & differentiam situs orbis: ergo sequitur, q̄ vilior terra mundi data fuit filius Israel in præmiū: quod esset cōtra iustitiam: si illa terra sola daretur in præmiū aut esset dicendum, q̄ melius seruiebant Deo gentiles cum sua superstitione quàm Israelitæ obseruando illam legē: quia secundum acceptationem legis, & seruitutis datur, & præmium. Aut est dicendum, q̄ præter illam terram, & bona temporalia: alia bona spiritualia, & æterna erant eius danda: vt supra probatū est. Ite si lex Moysi solum, & præcise promitteret illam terram Canaā cū fructibus suis obseruatorib. suis in præmium: C set à legibus humanis: quæ solū promittunt præmium temporale: quod est falsum. nā tripliciter differt lex diuina ab humana, s. fine, officio, & præmio: vt dictum est in principio huius articuli. igitur ostenditur, q̄ vltra illam terram materialem, & paruam, & miseram promitteret terram viuentium per illā intellectam: quia maius præmium debetur obseruatoribus legis diuinæ quàm humanæ. Septima conclusio, q̄ sicut obseruantia circumcisionis, & cæterorū legaliū dabatur Deo non in præmiū solidū: sed in signū fœderis, & futuri p̄ij soluēdi per Xpm: Ita illa terra Canaan nō fuit promissa, & data illi populo in præmiū solidū, & præcisum: sed in signum p̄mij futuri, & æterni qd accepturi erant à Xpo in suo aduētu. Prima pars est probata in prima, & secūda quæstione. Secunda aūt pars proba- D tur. nā præmium debet correspondere labori: ergo si totus labor obseruantiæ illius legis non dabatur nisi in signum: ergo nō recipiebant nec possidebant illam terram cum suis bonis temporalibus: nisi in signum præmij futuri perfecti dandi eis per Christū. vnde sicut omnia sactificia, & sacramenta, & cętera legalia significabant, & figurabāt Christum, & passionem eius: quæ pro nobis erant offerenda: ita illa terra promissa cum suis fructibus, & bonis temporalibus significabat, & figurabat totam ecclesiam cum bonis gratiæ, & supernam terrā viuentiū cum bonis glorię. Et sic est dicēdū, q̄ illa terra fluēs melle, & lacte figurabat istam ecclesiā fluentem lacte sacramentorum, & melle doctrinę euangelicæ. Et per frumentum, & vinum illius terræ figurabatur sacramentum eucari- E stiæ in quo offertur Christus mediator sub forma panis, & vini, & per oleum figurabantur cætera sacramenta ad nostram salutem, & sanitatem collata. Item per frumētum, vinum, & oleum illius terræ figurabatur fides articulorum, & gratia sacramentorum, & obseruantia, & iustitia præceptorum, & consilio rum huius ecclesię, & visio diuinæ essentię, & possessio, & fruitio eiusdem in regno cœlorū: quam patres, & omnes fideles ve. te. acceperunt nobiscum in Christo propter fidē quam habuerunt de Christo futuro: in cuius fide obseruabant illam legem. Et ideo dicit Aug. super Ioan. 2. super illud. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto &c. q̄ hoc interest inter figuram & imaginem, & rem ip sam: nam figura præstabat vitam temporalē. sed res ipsa, cuius figura erat, præstabat vitā F æternam. Vnde est aduertendū, q̄ duo erant considerauda in obseruantia legis ve. te. Primo cōsiderabatur obedientia. labor in obseruando illam legem. Secundò fides Christi futuri redemptoris, & præmiatoris. Et sic propter primum dabatur eis illa terra cum suis fructibus, & bonis temporalibus. Ideo quando' preuaricabantur, & declinabant ad idola illico Deus affligebat eos, & perdebant illā, terram, & subijciebat eos, gentibus alienigenis: vt patet per totum discursum libri Iudicum, & Regum. Sed propter fidē Christi sub qua obseruabant legem: promittebatur eis Christus, & fructus redemptionis, & gloriæ eo modo quo supra dictum fuit: non explicitè, sed implicitè: & iō nō ꝓfuit rędēptio Xpi

nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nisi illis qui vixerunt sub fide, & spe eius. Et isti soli acceperūt repromissiones per Christū:vt patet ad Hebræos 2. Et sic patet quomodo illa terra & bona temporalia non fuerūt eis promissa: & data in præmium precisum. sed in signum premij futuri,quod erāt accepturi in Christo propter fidē. Et sic est intelligenda sacra scriptura vete. testamenti vbicunque in lege aut in prophetis promittūtur alia temporalia. Ista autem septima conclusio probatur experimento: nam postquā lex Moysi,quæ significabat Christum,& eius ecclesiam,fuit mortua simul cum Christo:& bona spiritualia significata per bona temporalia illius terræ surrexerunt simul cū Christo:illicò illa terra Canaan fuit mortua, & destructa pro Iudæis: quia illicò fuerunt expulsi ex ea:& nunquàm amplius possederunt

B eam. Et sic patet primò,q illa terra non fuit eis data nisi in signū præmij futuri dandi per Christum: & sic adueniente vero præmio bonorum gratiæ cessauit premium temporale figuratiuum. Secundò ostenditur experimentaliter: quia postquàm illa lex non erat obseruanda post aduentū Christi: ideo non amplius illam terram possederūt: quia possessio eius simul cum lege fuit mortua, & abdicata,& finita,& simul cū lege cessauit, q̄a simul cum lege erat signū futurorum bonorum. Sed Iudæi occęcati ēt experimentū nō percipiunt. Octāua conclusio,q Messias in lege ,promissus nō erat daturus bona tpalia, sed spūalia,nec erat liberaturus illū populū de ea priuitate tpali, sed totū genus humanum à pctō & seruitute æterna & spūali. Probatur primo,nā ipse erat vēturus in paupertate & hu

C militate, ergo non erat vēturus ad dādū bona tpalia. Hoc probāt Zac.6. Exulta satis filia Sion,& iubila filia Hierusalē:ecce rex tuus venit tibi iustus,& saluator ipse pauper ascendēs sup asinā, & sup pullum filiū asinæ &c. qđ fuit impletū p Xpm in die ramis palmarū. Item Isa.53. Et ascendet sicut virgultū coram eo:& sicut radix de terræ sitiēti:non est species neque decor eius. Et videmus eum despectum,& nouissimum virorum &c. Propter quæ verba dixerūt quidam magistri hebræorum:q rex Messias tam natus fuit in fine secundi templi: sed vadit per mundū tanquā pauper: & tandē reperietur Romę mędicās inter leprosos. Sufficit q omnia oracula prophetarū nihil aliud clamant nisi q Xpus erat venturus in paupertate,& deiectione ad humiliandum,& subijciēdum superbos. Sed D probatur scđa pars: nam Messias promissus tria bona spūalia erat daturus primò scientiā, & doctrinā. Isa.2. Venite ascēdamus ad montē domini,& ad domū Dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex & verbum domini de Hierusalē &c. Item 11. Egredietur virga de radice Iessę & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus dñi: spiritus sapiętiæ & intellectus &c. per totum ca. & per totum librum & oēs prophetas. Scđo erat liberaturus homines à pctō, & daturus eis remissionē pctōrum & gratiā. pl.71. Libe rabit pauperem à potente.& animas pauperum saluas faciet &c. Itē Isa.61. Spūs dñi super me: eò q vnxit me: ad annunciādū mā suetis misit me, vt mederer contritis corde: & prędicarē captiuis indulgentiam & clausis E apertionem: & prædicarem annum placibilem domino Deo &c. Item Ezec. 33. Effundam super vos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris &c. Item Zach. 12. In die illa effundam super domum Dauid & super habitatores Hierusalē spiritum gratiæ & prætium. Item infra c.13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem:in ablutionem peccatoris & menstruatæ &c. Tertio Messias erat daturus vitam æternam gloriā:vt patet per totam expositionem psalterij, & maxime ps.83. vbi dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine in sæcula sæculorū laudabūt te. protector noster aspice Deus & respice in facie Christi tui: quia melior est dies vna in atriis tuis super milia, quia miam & veritatē diligit Deus: gratiam & gloriā dabit p dñs &c. In quibus verbis & toto ps. offendit qualiter Xps expectabatur, vt daret gſam in præsenti & gloriā in futuro. Ex hoc idē patet per omnia oracula prophetarū. Item q bona promissa tpe Messiæ non debebāt esse tpalia sed spūaliā, non solum patet per prophetas sed et per sapiētiores magistros hebræorū. Vnde ait Rabi mosse abenmaymū in libro Iudicū in sententijs regū:q non desiderauit prophetæ,& sapientes reportis Messiæ,vt dominarētur super orbē: nec vt haberēt pdicā gētib. nec ad comedendū nec adhibēdū nec ad delitias,& uoluptates:sed ut uacarent in lege & sapientia: ut esset eis fas habere vitā sæculi uenturi: sicut declarauimus in sermonibus de pnia: & in illo tpe oēs diuitiæ reputabuntur

A tabūtur tāquā terra:& non erit occupatio in Israel nisi ad sciēdū dominū:lō erūt sapiētes magni:& sciēt verba clausa & obscura,& attingēt sciam sui creatoris,vt dictum est Isai. 11. quia tunc erit terra repleta scia dñi &c. Et sic patet,quod tria bona spūalia erat dātūri Messias in lege promissus,s.veram sciē tiā:& remissionem peccatorum:& gratiā in præsenti & gloriam in futuro:& nō bona tē poralia,sicut expectant miseri Iudæi. Et ideo Christus Iudæis temporalia petentibus ostē dit. Io.6. quòd ipse non venerat ad dandū tē poralia,sed spūalia. Vnde ait. Operamini nō cibum,qui perit: sed qui permanet in vitam æternā:quē filius hominis dabit vobis. Ego sum panis vitæ. Patres vestri mānducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Sed panis

B quem ego dabo:caro mea est pro mundi vita. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum &c. Et infra dicit discipulis. Verba,quæ locutus sum vobis spiritus, & vita sunt. caro enim nō potest quicquàm &c. Vbi ostendit Christus,quod ipse non venerat ad dandā illam terrā Canaā:nec mel & lac: nec panem,& vinum materiale: sed ad dandam veram scientiam:& gratiam in præsenti per ecclesiastica sacramenta, & gloriam in futuro.nec venerat ad dandum cibum, & potum materialem:quia illum dat etiam in fidelibus cum cęteris bonis temporalibus:vt patet Mat.6. Sed dicit,quod descendit de cœlo ad dādum cibū spiritualem gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro. Quantū ad secūdū articulū ponitur prima conclusio, quòd ista nomina Abrahā,& Israel & Iacob non sunt

C nomina carnis,& naturæ:sed nomina gratie & promissionis,& fidei & sacri. Probatur,nā hoc nomē Abraā fuit impositū ipsi à natiuitate secundum carnem:sed cum data fuit ip si circūcisio:Deus imposuit ipsi nomē Abraā in signum gratiæ:eò quod erat futurus pr multarum gentium, vt patet Gen. 17. vnde tale nomen sortitus est Abraā postquā credidērat Deo:quia quidē fides reputata est ip si ad iustitiam:aut paret. Gen. 15. Ex quo paret quod datum est tale nomen in signum fidei inquantum credidit:& etiam in sacramentū inquantum erit futuris pater multarū gentium:& inquantùm oēs gentes erāt benedicē dæ. & regenerandæ in semine eius, qui est Christus,vt patet Gen. 22. Ex quibus paret, quòd hoc nomē Abraā nō est nomē carnis, & naturæ:sed fidei:& gratiæ & sacramenti.

Ex supradictis patet,quod sicut Abraam habuit duo nomina vnum secundùm carnem, & naturam:& alterum secundùm gratiam, & sacramentum:ita fuerunt promissi ipsi duplices filij.s.filij carnis siue fm carnem:& filij fm spiritum,& fidē,& gratiam & sacfm. Nam illi fuerunt filij carnis tm qui nati sūt ipsi per Ismaelem sequendo carnem:sed illi fuerunt filij spirituales & fidei tm,qui secuti sunt fidem eius de Christo Messia futuro, & de talibus facta fuit vera, & spiritualis promissio. Hoc autem probatur,prout dictū est in prima conclusione præcedentis articuli, nam quando Deus dixit Genesis 15. Abrahæ. Respice cęlum,& numera stellas si potes &c. per cęlum intellexit,& promisit here ditatem cęlestem. Et per stellas intellexit filios spirituales,qui erant in Christo regenerandi:quibus promittebat hæreditatem in cę D E lo. Item Gen. 22. quando dixit,Multiplicabo semen suum sicut stellas cęli:& sicut arenā, quæ est in littore maris:& in semine tuo benedicentur oēs gentes &c. per stellas cęli, promisit ipsi filios promissionis,& gratiæ,& sacramenti fidei:& per arenam intellexit filios carnis. Et sic patet qualiter duplices sunt filij Abrahæ.s.carnis & fidei:eò quod Abraam non est nomen carnis,& naturæ:sed fidei,& gratiæ,& sacramenti. Item hoc idem est dicē dum de hoc nomine Iacob: quia non fuit ipsi impositum à casu:nec fm carnem,sed propter mysteriū quod importatur per hoc nomē Iacob,quod interpretatur supplantator, eò q ter supplantauit Esau fratrem suū. Nā primò litigans cum eo eiecit ipsum de ventre matris tenens plantā eius. Et iō Rebecca vocauit ipsum Iacob...supplātatorē,vt patet F Ge.25. Scđo Iacob supplāauit Esau fratrem suū,qñ emit ab eo primogeniturā ,p cibo lēticularū. Tertiò supplātauit eū alia vice, qñ surripuit ipsi bñdictionē dū iuit ad venādūci bos ,p patre,vt patet Ge.26. Per quos qdem duos fratres.s.Iacob,& Esau figurabant duo ppli venturi ex Isaac & Iacob. & figurabantē duplices filij.s.filij carnis,& filij gratiæ. Et figurabantur tres supplātationes qbus filiogratiæ dębant supplantare filios carnis. Per eandē ēt rōne Israel nō est nomē carnis & naturę,sed nomē mysterij.& fidei,& gſæ,nā hoc nomē Istael impositū fuit à Deo ipsi Iacob i adulta ętate vltra dimidiū vitæ, qñ luctatus est cū angelo iuxta torrētē Iaboz:eò q vidit Deum in forma viri facie ad faciem, & fuit

factus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A factus fortis cũ Deo, & tenuit fortiter Deũ & directus est à Deo. & benedictus à Deo. vñ mansit Iacob claudus uno pede. Per gd fuit figuratũ qualiter ex Iacob debant exire duplices filij, quidam ẽm carnem tantum: qui debebant e laudicare à vero cũltu Dei: quidam autem erant futuri filij secundum gratiam, & fidem: sequendo fidem Christi, & recipiendo ipsum, & tenendo, & colendo eum, & viuendo per fidem. Vñ põt dici qđ omnes sumus nati ex Abraham: sed Iudæi nati sunt ex spiritu, & fide Abrahæ: ideo dicit Christus Ioã. 3. Quod natum est ex carne caro est: & quod natum est ex spiritu spũs est. Hanc etiam cõclusionem probat apostolus ad Roma. 4. & Galatas 3. Ex quibus patet, qp non oẽs filij Iacob, & Israel sunt veri filij: nisi soli filij spirituales: quia fortiter re-
B quirũt Christum, & fuerunt ab eo benedicti, & directi: & viderunt ipsum per fidẽ, nec sunt veri filij Iacob nisi illi, qui ejecerunt filios carnis extra vterum ecclesiæ: & surripuerunt primogenituram, & benedictionem filijs carnis. Et isti rales sunt verus Iacob, & Israel: & verum semen Abrahę: vt dictum est in prologo. Ex quibus sequitur quod vera repromissio spiritualis regni cœlestis facta est solis filijs Abrahæ, & Iacob, & Israel spiritualibus secũdum fidem, & gratiam, & nõ filijs carnis. Secunda conclutio quod populus gentilis erat efficiendus filius Abrahæ secundum repromissionem: inquantùm erat benedicendus in Christo, & regenerandus. Hæc probãtur Genesis 22. quando Deus dixit Abrahæ. In semine tuo, id est in Christo benedicentur omnes gentes. Hoc idẽ di-
C ctum est ipsi Iacob Gen. 28. qñ dominus dixit. Terrã in qua dormis tibi dabo, & semini tuo, & dilatabcris ad orientem, & occidentem, & septentrionem, & meridiem: & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ, vbi ostendit: qp per benedictionẽ & regenerationem in Christo totus populꝰ gentilis erat futurus filius Israel, & Iacob secundum spm, & fidẽ. Item Isa. 44. Noli time te serue meus Iacob, & rectissime. 1. Israel quem elegi. Effundam enim aquas super sitiẽtem, & fluenta super aridam. Effundã spm meum super semẽ tuũ, & benedictionẽ meã super stirpem tuam, & germinabũt sup herbas quasi salices iuxta preterfluentes aquas. Iste dicet: domini ego sum: & ille vocabitur nomine Iacob. Et hic scribet manu sua do m ino: & in nomine Israel assimilabitur &c. D Ex quibus patet, qp populus gentilis baptizatus aqua, & spiritu sancto erat vocandus Iacob, & Israel secundum fidem, & spiritum. Et sic patet, qp Messias nõ solũm erat saluaturus populum Iudaicum: sed etiam gentilem. Vñ de in glossa hebraica Gene. Rabbi, annuetur quæstio per doctores hebraicos: An Deus, & eius Messias sit acceptor personarum in eius aduentu, i. an saluabit solos Iudæos, & filios Israel. Ad quod respõdetur, qp absit: imo omnes confitentes Deo corde, ore, & opere salnabuntur per Messiam, quia sic scriptum est Hiere. 24. In diebus illis saluabitur Iuda, id est, confitentes Deo. Et hoc est, quod dicitur Isa. 49. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad fines terræ. Ex quo patet qp Christus non solum erat saluaturus Israeli E tas: sed etiam gentiles. ideo ait Christus Matt. 8. qp multi venient ab oriente, & occidente: & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni mittentur in tenebras exteriores &c. Tertia conclusio, qp populus gentilis erat receptus Christum in lege promissum, & venturus ad fidẽ & legem euangelicam: & adoraturus Deum Israel. Hoc autem iam probatum est Psal. 21. & 46. & per totam expositionem libri. Psalmorum. Sed maxime probatur Isa. 2 cũ ait. Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus domini super verticem montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi & dicent. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domũ Dei iacob, & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion F exibit lex: & verbum domini de Hierusalem. Item hoc idem patet ca. 49. per totum, vbi dicitur. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Reges se debunt, & consurgent principes: & adorabũt dominum Deum tuum, & sanctũ Israel, qui elegit te &c. Hoc idem patet per totum vsq; ad finem libri de conuersione gentium ad Deum. Item Hier. 16. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri, & vanitatem, quæ eis non profuit &c. Item Zacha. 2. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt mihi populum: & habitabo in medio tui: & scies quia dominus exercituum misit me ad te. Item Zacar. 8. Venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum

A dominum exercituum in Hierusalem, & deprecandam faciem domini. Hæc dicit dominus exercituum. In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes ibimus vobiscum. audiuimus enim quoniam dominus vobiscum est. Ex quibus patet qp gentiles per apostolos Iudæos erant trahendi ad Christum. Hoc idem patet Malachiæ 1. Nõ est volũtas mea in vobis, & munera non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Ex quibus patet & reprobata sinagoga sacerdotium erat trãferendum ad populum gentilem colentem nomen domini, quod est Iesus. Hoc idem di-
B gentibus, & infra. Et assumam ex eis in sacerdotes, & leuitas dicit dominus, quia sicut cœli noui, & terra noua quæ ego facio stare corã me dicit dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Et erit mensis ex mẽse, & sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro, vt adoret coram faciem meam dicit dominus. Ex quibus omnibus sequitur quarta conclusio tanquàm supradictis corollaria. qp solus populus Christianus est verus Iacob, & Israel, & verum semen Abrahæ. Hoc autem probatur per singula secundùm nominis interpretationem, & secundùm fidei imitationem. Nam intantùm Deus vocauit eum Abraam inquantùm erat futurus pater omniũ credentium, & inquantũ in eo erant benedicendę omnes gentes. Sed solus populus Chri-
C stianus fuit in Christo benedictus, & regeneratus, & sequitur fidem Abrahæ, & recepit Christum promissum Abraæ, & semini eius. igitur solus populus Christianus est verũ semen Abraæ secundùm fidem, & spiritum, & per consequens soli populo Christiano debetur hæreditas cœlestis, & beatitudo promissa, & est vera Hierusalem, & terra viuẽtium. Quod probatur. Nam Abraam, & Israel sortiti sunt supradicta nomina, non secundum carnem, & naturam sed secundum fidẽ, ut dictum est. Sed quia soli Christiani sunt imitatores eorum de Christo, & receperunt Christum quem ipsi expectabant, ergo soli Christiani sunt verum semen Abraę, & Israel secundùm fidem, & spiritum. Sed quia intantum facta est promissio bonorum spiritualiũ gratię, & gloriæ ipsi Abraę, & Israel: inquantũ habuerunt fidem de Christo futuro, ergo D pro solo populo Christiano, ex Iudæis, & gentilibus credentibus congregato, facta fuit illis repromissio, & per consequens soli populo Christiano debetur repromissio, & hæreditas bonorum spiritualium gratiæ in præsẽti & gloriæ in futuro, de quibus loquitur lex & prophetæ. Itẽ ex supradictis etiam sequitur quędam alia corollaria conclusio. s. quòd omnes Iudæi moderni sunt hæretici in lege Moysi, & propheris. Probatur. Nam omnes deuiant à veritate sacrę scripturæ legis, & prophetarũ: ergo sunt hæretici. Tenet consequẽtia nam hæresis nil aliud est nisi deuiatio à veritate sacræ scripturæ vtriusque testamenti. Antecedens probatur. Nam omnes patriarchæ, & prophetæ vixerunt in fide Christi futuri expectantes, vt eos redimeret à seruitute peccati, & morte æterna, & acciperent ab E eo repromissiones. s. gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, vt probatum est. Sed Iudæi moderni & eorum præcessores contempserunt Christũ & humanam redẽptionẽ & omnia bona gratiæ, & gloriæ, & expectãt falsum Messiam qui tribuat eis bona tẽporalia, ergo toraliter contradicunt veritati sacræ scripturæ legis, et prophetarum, & fidei, & spei illorum et per consequens oẽs sũt hæretici quotquot manẽt in eadem obstinatione post aduentum Christi. Vnde autem proueniat eis ista hæresis: uidebitur in fine totius tractatus. In tota ergo quæstione patet cęcitas, & deceptio Iudæorum, nam per nouem conclusiones ostensum est qualiter pręter terram Canaam promissa fuit Abraæ & Iacob hæreditas in cęlo, & qualiter patriarchę, & prophetę præter illã terram desi-F derabãt, & expectabant cœlestem, & spiritualẽ hæreditatem, & quomodo non desiderabant sepeliri in illa terra: nisi quia præuiderunt in spiritu Christum ibi passurum, & sepeliendum, & resurrecturum. Et qp prophetæ nec commendarunt illam terram, & ciuitatẽ & templum propter eius bonitatem, sed quia præuiderunt Christum in illa terra nostram redemptionem operaturum. Item ostensum est qualiter prophetæ non solùm intendunt cõmẽdare illam Hierusalem, in qua Christus operatus est nostram redẽptionem, sed etiam Hierusalem spiritualem toto orbe diffusam ab illa deriuatam, & dilatatam. Itẽ patet quo modo Christiana religio est verum semẽ Abraæ, & verus Israel p successionẽ fidei. Itẽ

ostẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ostensum est qualiter illa terra Canaam cum suis fructibus temporalibus non fuit eis promissa, & data in præmium præcisum pro observatione legis: sed in signū futuri præmij æterni dandi per Christum pro fide quā habebāt de Christo. Itē vltimò ostēsum est qualiter Messias in lege promissus non erat daturus bona temporalia, sed spiritualia gratię in præsenti, & bona glorię in futuro. Per quę omnia patet responsio ad argumenta Iudęorum. Ad primum ergo respondetur eis, ꝙ illa terra cum suis fructibus non fuit eis promissa in præmium solidum pro observationes legis: sed in signum præmij futuri dandi ꝙ Christum pro fide Christi, sub qua illam legem obseruabant: vt dictum est. Itē illa terra promissionis, & ciuitas Hierusalem dicta est fluens lacte, & melle: inquātum ex ea fluB xit nobis lex, & doctrina euangelica: qa de Sion exiuit lex, & verbum domini de Hierusalem. Isa. 2. Quę quidem doctrina euangelica frequenter dicitur mel, & lac in scriptura propter sui saporem, & dulcedinem. Et hanc terram promisit Deus illi populo in figura Christi. Nā sicut ante aduentum Christi fluxit, & emanauit in ea lac, & mel propheticū: ita tempore Christi fluxit lac, & mel euangelicum, quod Christus per totā terrā promissionis prędicauit. Vnde triplicitер lac, & mel exiuit, & emanauit ex illa terra. Primò lac, & mel euāgelicę doctrinę. Scḋo lac, & mel nostræ redemptionis. Tertiò lac, & mel gratiæ sacramentorū, & hoc est lac, & mel quod Deus sub figura promisit patriarchis, & prophetis. Dabatur ergo filijs Israel illa terra materialis pro obseruantia legis: sed promitteC batur eis cœlestis gloria propter fidē quam habebant, & cum qua fide conseruabant illa legalia. Ad 5m est dicendum, ꝙ Iacob, & cæteri patriarchæ non desiderarunt sepeliri in illa terra propter se: sed quia præuiderunt Christum in illa sepelliendum, & resurrectum, & sic desiderabant cum eo resurgere. Ad tertium respondetur, ꝙ prophetæ nō cōmendarunt illā terram, & ciuitatem propter se: sed inquantū præuiderūt Christum in illa nasciturum, & in illo templo præsentādum, & prædicaturum, & in illa ciuitate nostram redemptionem operaturum. Sed cum hoc intendebant commendare Hierusalem spiritualem ab illa toto orbe diffusam. Ad quartum, ꝙ Christus rex Messias non erat daturus bona temporalia sed spūalia: vt dictū est. Ad aliud dicendum, ꝙ Xp̄s Messias in lege D promissus non erat ædificaturus ciuitatem materialem: sed Hierusalem spiritualem toto orbe diffusam: quam per se ædificauit in monte Caluariæ, & in monte Sion: vt dictū est, & latius dicetur in quæstione sequenti, ex qua Hierusalem, & Sion fuit derivata ecclesia toto orbe diffusa.

QVAESTIO. IIII.

POst quàm probatum est in tertia quæstione qualiter omnia promissa in lege, & prophetis sunt spiritualiter intelligenda pro bonis gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, ideo quęritur quartò. Vtrum Iesus Nazarenus, quem Christiani colunt: fuerit verus Messias promissus in lege, & prophetis? Ad quod arguunt Iudæi moderni, ꝙ non. Et E primo sic. Messias nondum venit: ergo Iesus non fuit verus Messias. Consequentia patet. Antecedens probatur: nam Helias debet venire prius quam Messias: prout legitur Malachiæ. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetā antequā veniat dies domini magnus, & terribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum &c. Ad cuius intellectum est notandum, quòd ex hoc dicto, & litera præcedente in hoc capitulo Scribæ, & Pharisæi formarunt duos articulos inter cęteras suas traditiones. Primus articulus fuit: quòd Helias debet præcedere Messiam in suo aduentu, & ideo quando missi fuerunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem vt interrogarent eum: Tu quis es? & Ioannes negauit se esse Christum: tunc Pharisæi iterum interrogauerunt F eum dicentes. Helias es tu &c. eo quòd hoc debebant pro articulo, quòd Helias erat venturus ante ipsum Messiam. Item Matthæi decimooctauo: quando tres discipuli viderunt Moysem, & Heliam in transfiguratione Christi, & postea nemine ait videre nisi solum Iesum tunc interrogauerunt Christum dicentes. Quid ergo Scribæ, & pharisæi dicunt, quòd oportet Heliam venire primum &c. Ex quibus patet, quòd Scribæ, & Pharisæi inter suas traditiones tanquam articulum affirmabant Heliam venturum, & precessurum Messiam in lege promissum. Item per literam præcedentem in hoc capitulo: vbi dicit Deus per Malachiam. Memento legis Moysi serui mei: quam mandaui ei in

Horeb præcepta, & iudicia. Et subdit. Ecce ego mittam vobis Heliam &c. per hoc formarunt aliam articulum, scilicet ꝙ causa qua Helias debebat præcedere Christum erat vt prædicaret, & restauraret legem Moysi perditam in filijs dispersionis: vt postea rex Messias poſſet eam confirmare, & rectificare. Tunc ergo ex primo articulo arguunt sic Iudæi. Helias nondum venit, ergo Messias non dum venit: quia prius est venturus Helias quàm Messias. Et si Messias nondum venit: ergo Iesus Nazarenus nō fuit verus Messias. Item ex secundo articulo arguunt sic. Messias in lege promissus debet cōfirmare, & rectificare legem Moysi filiis dispersionis: quam Helias prius debet instaurare, & declarare, sed Iesus Nazarenus hoc non fecit: immo E præuaricatus est, & dissipauit totam legem Moysi: quò ad omnia præcepta, & mandata tàm moralia quàm cerimonialia quam iudicialia: igitur non fuit verus Messias. Hæc minor probatur per singula. Nam Iesus primò præuaricatus est præcepta moralia sabbatum violando, exercendo opera sanitatum & se Deum faciendo. Secundo violauit cerimonialia cibos prohibitos concedendo: qñ dixit discipulis. Comedite quæ apponuntur vobis. Tertio præuaricatus est iudicialia. Ioa. 7. qñ absoluit adulterā: quam lex præcepit Lapidari Leuitic. 20. Et sic patet quòd totam legem violauit. ergo non fuit legis confirmator sed dissipator: & per consequens non fuit Messias. Secundo arguunt Iudæi, dicentes ꝙ Iesus non exercuit officium veri Messiæ ergo populum Israel: ergo non fuit verus Messias. Antecedens probatur. Nam Messias in lege & prophetis promissus quatuor erat G facturus principaliter erga populū Israel: nā primò debebat debellare, & subijcere sibi totum orbem, & populum gentilem: & omnes reges terræ: & dominari à mari vsque ad mare, & vsque ad fines terræ: vt patet psal. 71. & Zaca. 11. Secundò debebat educere, & liberare omnes filios Israel ex omnibus partibus mundi: vt patet Isaiæ. 11. Tertiò debebat ædificare nouam Hierusalem in eodem monte Sion: & in ea congregare omnes filios Israel: vt in ea cum magna prosperitate, & pace obseruent totam legem Moysi. vbi erit tā ta pax, ꝙ omnes tribus terræ conflabunt gladios in vomeres, & lanceas in falces Isaiæ. 2. Item quarto rex Messias debebat facere immortales, & impassibiles omnes filios Israel viuentes in illa ciuitate noua Hierusalē: quia D precipitabit mortem in sempiternum: & auferet dominus Deus omnem lacrimam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra. Isa. 25. Sed Iesus Nazarenus nil horum fecit: imo totum oppositum: ergo non fuit verus Messias. Hoc probatur. nam primò non debellauit nec subiecit sibi totum orbem: imo fuit pauper, & derelictus intantùm, quòd fuit crucifixus per Iudæos, & gentiles, & sepultus in alieno sepulcro. Item secundo non congregauit filios Israel: nec liberauit eos de captiuitate: imo post mortem eius fuerunt per mundum dispersi, & dissipati. Item tertio non ædificauit nouam Hierusalem immò post mortem eius, & causa sui fuit diruta & dissipata. vt inquit Iosephus libro de bello Iudaico, imo dicunt Iudæi, quòd Iesus Nazarenus non so- E lum dissipauit ciuitatem, & populum: sed etiam totam legem Moysi: inquantum cōstituit nouum modum sacrificandi, & colendi Deum: imo destruxit Iudaismum, inquantùm magna pārs Iudæorum recepit baptismum Christi, & recipit continuè. Item quarto non videmus, quòd Iesus in aduentu suo posuerit tantam pacem inter homines, quòd conflauerint gladios in vomeres & cætera: immo post eius aduentum fuerunt maxima bella per omnes partes orbis: vt patet per omnes historias gentium. Item non fuit tanta pax inter animalia bruta, quòd bos comedat cum agno: & leo cum oue: quia eandem ferocitatem retinent animalia bruta. Item Christus non præcipiauit mortem: nec abstulit omnem lacrimam à suis: imo reliquit suos mortales, & passibiles. nec vide- F mus quòd baptismus Christi auferat miserias, & infirmitates corporales. Ex quibus omnibus sequitur, quòd Christus non fuit verus Messias in lege promissus: quia non exercuit officium veri Messiæ. In oppositum est Ioannis primo: quando dixit Andreas Petro. Inuenimus Messiam quod est interpretatum Christus, Item Filippus dixit ipsi Natanaeli. Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ: inuenimus Iesum filium Ioseph Nazareth. Item Natanael dixit ipsi Iesu. Rabi tu es filius Dei, tu es rex Israel. Item totus ille populus satiatus quinque panibus, & duobus piscibus, confessus est Iesum esse Messiam, quando dixit. Hic est verè propheta, qui venturus est in

mundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mundum. Ioann. 6. Et sic Iesus Nazarenus non solùm à toto populo gentili: sed ẽt à multis de populo Iudaico fuit receptus tãquàm verus Messias: vt patet per totum discursum euangelicum. In hac quæstione respondeo.q̃ non intendo per singulas conditiones probare Christum fuisse verum Messiam, omnes scripturas particulariter adducendo: quia de hac materia abũdè scripsit dominus Ioan. Figuerola concuis noster Valentinus in tribus voluminibus contra Iudæos. Hoc idẽ dilucidè scripsit dominus Petius de la Caualeria eiuis Cæsaraugustanus vtriusque iuris doctor famosissimus, & dominus Alfonsus Toletanus sacrę theologię magister insignissimus, & etiam plures alij, qui nõ solùm per sacra scripta legis, & prophetarum: sed & per dicta rabinonim talmudista

B rum Iudæos conuicerunt. Sed tantùm in hac quæstione intendo breuiter respondere, & satisfacere supradictis argumentis Iudæorum: & detegere cęcitatem: & ostendere inuetera tam malitiam eorũ. Et ideo in præsenti quæstione duo sunt principaliter videnda, & probanda. Primò quomodo Iesus Christus obseruauit, & statuit, & confirmauit, & ratificauit legem Moysi prout quærit primum argumentum. Secundò qualiter Iesus Christus exercuit, & perfecit officium veri Messiæ. pro vt quærit secundum argumentum.

Quãtùm ad primum articulum est primò notandum. q̃ quia lex diuina data Moysi nõ erat merè literalis, & temporalis: sed etiam principaliter spiritualis: sicut dictum est in præcedenti quæstione: ideo, secundùm scripturas legis, & prophetarũ, lex Moysi erat pri

C mò illi populo literaliter obseruanda. Secundo erat per Messiam promissum spiritualiter declaranda. Tertiò erat per passionem literaliter, & carnaliter terminanda, & eius veritas spiritualiter obseruanda. Primum patet per totum discursum Exod. & Leuitic. & numeri. & præcipuè Deut. vbi Deus sub multiplici comminatione, & maledictione præcipit illam legem: & cerimonias obseruari. Secundum patet Deut. decima octaua. vbi Deus dicit Moysi. Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos quęcunque dixero illi. Et qui verba eius, quę loquetur, non audierit: vltor existam & cætera. Ex dictis in hoc textu, & capitulo sequitur primò: quòd in lege Moysi fuit Christus promissus ad declarandam legem D Moysi: & verum sensum & veritatem eius. Secundo sequitur, q̃ talis promissio de Christo declaratore legis fuit facta in monte Sinai, simul cum datione eius. Quod probatur per hoc quod ait Moises in hoc. 18. capitul. Deuter. cum referendo legem populo dicit, Prophetã suscitabit tibi dominus Deus tuus ipsum audies vt petisti à domino Deo tuo in Oreb: quando concio congregata est, & dixisti: vltra non audiam vocem domini Dei mei. Et ignem hunc maximum amplius nõ videbo nẽ moriar. Et ait dominus mihi. Bene omnia locuti sunt. Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Et ponam verba mea in ore eius &c. vt supra. Ex quibus patet, quod ista promissio de prophęta declaratore legis futuro, quã refert hic Moyses, iam fuerat facta in Oreb in datione E legis: quando populus dixit Moysi: loquere tu nobis: & non loquatur nobis Deus ne forte moriamur. vt patet Exo. 20. Et tũc Deus dixit Moysi. Bene omnia sunt locuti prędicto mediatorem q̃ loquatur eis ex parte dei familiariter: ideò promitto tibi, quod prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, scilicet de tribu Iuda: similem tui in humanitate. & officio. Iste enim erit similis tui primò in humanitate, quia licèt sit Deus tamen erit etiam homo. Quia ponam verba mea in ore eius: quia erit verbum incarnatum. & sic apparebit mundo similis tibi in humanitate. & erit etiam tibi similis officio. nã sicut ego misi te ad istud populum liberandũ de ca

F ptiuitate temporali: & eduxisti eũ de terra Aegipti: ita ego mittam illud ad liberandum totum genus humanum de seruitute peccati & de iugo legis. Item sicut ego per te dedi legem istam isti populo: ita per illum prophetam Christum declarabo eam: & alio posui verba mea in ore eius. Item sicut iste populus fuit tibi rebellis multotiens volens te audire: ita iste idem populus erit ipsi rebellis: intantùm quod interficiet eum sicut iste idem populus voluit te interficere & constituere alium ducem & reuerti in Aegiptum. Sed sicut ego puniui omnes rebelles, qui te non audierunt: quia non introierunt terram promissam: sed cadauera eorum iacuerunt in deserto: ita ego vltor existam eorum iniurias verba huius prophetæ Christi audire nolentium: & ipsi non credentes: quia vagos & captiuos temporaliter per hũc modũ liberare

A gam, & animæ eorũ nunquã introibũt in requiem meã. Ex quibus patet, q̃ promissio de Xpo futuro legis interprete. & declaratore facta fuit in mõte Oreb i primo anno simul cum datione legis, sed quia Moyses tacuit, & omisit eã in Exodo: ideo refert. & exprimit eam iii Deut. Tertiò autem sequitur, q̃ sicut totus ille populus se obligauit ad seruãdam legẽ Moysi, & omnia, quæ Deus locutus fuerat Moysi, quando dixit: Omnia, q̃ locutus est Deus faciemus, & erimus obedientes. Exod. 24. Ita pariter se obligauit ad audiẽdũ Xpm in suo aduentu, & declarationem legis per ipsum faciendam. Itẽ sicut ille populus se obligauit ad seruandam literaliter legẽ Moysi sub anatemate, & multiplici maledictione scripta. Deut. 27. & 28. ita sub eisdem maledi

B dictionibus, & pęnis se obligarunt ad audiendum, & credendum, & obediendum illi prophetę Christo, & ad seruandam legem secũdũ eius declarationem. Item sequitur, q̃ ille populus non erat obligatus seruare literaliter legem Moysi, nisi vsque ad declarationẽ factam per illum prophetam promissum: sed exinde tenebantur obseruare legem Moysi spiritualiter secundũ veritatẽ, & declarationem factam per illũ prophetam: cui obligabantur credere, & obedire, & eius doctrinam audire, & sequi, ideo dixit eis Iesus Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia illæ testimoniũ perhibent de me. Est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi: crederetis forsitan, & mihi: de me enim ille scripsit. Quasi dicat, sicut patres vestri tenebantur obligati credere Moysi, & seruare literaliter legem eius ita, & vos obligamini credere mihi, & audire à me declarationẽ legis C Moysi, nam ego sum ille ꝓpheta de quo scripsit Moyses. Deut. 18. cui cum comminatione vltionis obligamini credere, & ideo si credetis Moysi, crederetis: & mihi, & per consequens non credendo mihi non creditis, & facta iuramentũ quod fecistis in Oreb, quando dixistis omnia, quæ locutus est Deus, facere mus, & erimus obedientes. Exo. 24. & per consequens estis hæretici in lege, & incurristis omnes maledictiones scriptas Deut. 27. & 28. Hoc idem ostendit Mat. 3. & Lucæ 3. quando in baptismo vox patris audita est dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et sic patet, q̃ idem Deus pater, qui in datione legis

D dixit de Christo. Ponam verba mea in ore eius: loqueturq; ad eos &c. Idem patet præcipit in nouo te. vt audiant ipsum Christum tãquam prophetam promissum in leg. & ideo vbicunq; memoratur in ꝓphetis præsens punitio. & captiuitas, in qua modo laborãt Iudæi semper affligatur pro causa, quia nõ ex audierunt vocem domini venientis in carnem: siue quia non audierunt vocem huius prophetæ. s. Christi: nec crediderunt ipsi. Vnde ait Christus per os Dauid. Psal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Item Psal. 80. Populus meus non audiuit me, & Israel non intendit mihi. Item Ps. 94. Hodie si vocem eius audieritis &c. quibus iurauit in ira mea &c. Item Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum: & asinus præsepe domini sui. Israel autem non cognouit me. Item cã. 50. E Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, quia veni, & non erat vir, vocaui, & nõ erat qui audiret. Item cap. 65. Omnes in cędem connectis pro eò, quod vocaui, & non respondistis, locutus sum, & non audistis &c. Item Hiere. 16. Sed vos peius operati estis, q̃ patres vestri. Ecce enim ambulabat vnusquisq; post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. Eijciam vos de terra hac &c. Ex supradictis patet quomodo ille populus sub comminatione obligabatur audire Xpm in suo aduentu legem declarantem, sed quia non audiuit, ideo fuit punitus in corpore, & anima in æternum, & sic patet qualiter lex Moysi erat per Christum declaranda. Hoc idem dicit Rabi Moyses in sententijs de pœnitentia, q̃ tempore Messiæ omnes attendẽt F ad sciendam legem ꝓ sęculo venturo acquirendo. Item in hoc concordant omnes magistri Iudæorũ antiqui. s. q̃ Messias dẽt in suo aduentu declarare mysteria occultissima legis imo multa sunt mysteria in lege, quæ appellant Ticua. silentium: quę nullus audet declarare: quorum declarationem expectant faciendam per Messiam: ideo in oratione rogant omnes, vt Deus mittat Messiam, q̃ declaret nodos, & ęnigmata legis. Tertium autẽ principale probatur. s. q̃ lex Moysi quò ad cęrimonialia, & literale officiũ erat ꝓ Xpm, & eius mortem terminãda, & abolẽda. Hoc patet Psalm. 39. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: Holocaustum, & pro peccato non postulasti: tũc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dixi ecce venio & cætera.prout ibi fuit declaratum . Item psalm.49.Non accipiam de domo tua vitulos : neque de gregibus tuis hircos & cætera . Item Isa. primo . Quòd mihi multitudinem victimarum vestrarum & cætera.Hoc idem capitulo, vltimo per totum . Item Hierem. decimosexto . Ecce dies venient dicit dominus,& nō dicetur vltra . Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti : sed viuit dominus , qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis &c.Ex quo patet,quòd pascua, & sabbata debebāt cessare in aduentu Messiæ.Item cap. 31 . Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui Iuda , & domui Iacob fœdus nouum:non secundū pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum:vt educerē eos de terra Aegypti &c. Item Daniel.
B 9.Post hebdomadas.62.occidetur Christus , & non erit eius populus, qui eum negaturus est.Et ciuitatem,& sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo.Et finis eius vastitas.Et post finem belli erit statuta desolatio. Confirmabit autem pactis multis hebdomadam vnam,& in medio hebdomadis deficiet hostia , & sacrificium , & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem , & finem perseuerabit desolatio.Ex supradictis ergo patent tria præsuppositа, s. primò qualiter lex Moysi erat ex præcepto Dei sub multiplici comminatione ab illo populo obseruanda . Secundò qualiter illa lex per Christum propheram futurum erat declaranda, & quomodo sub eadem commina tione ille populus erat obligatus audire Christum, & eius doctrinam,& ipsi obedire.Ter-
C tiò qualiter hostia , & sacrificia , & cętera legalia legis Moysi literaliter,& officialitererāt terminanda , & abolenda , & verificanda per mortem Christi , & per consequens ille populus nō amplius erat obligatus post mortem Christi ad obtemanda literaliter cerimonialia : sed obligabatur ea spiritualiter obseruare secundum declarationem factā per Christum,hoc est secundùm doctrinam euāgeliū , quæ nil aliud est nisi declaratio , & verita: legis : & sic patet qualiter Christus erat futurus declarator legis Moysi. Secundò est notandum,quòd Christus, qui erat in lege promissus tanquam verus declarator , & interpres legis Moysi : in declaratione legis erat tanquam bonus,& verus magister,& doctor. Nam doctor in scolis primo legit litera liter textum.Secundò declarat ipsum textum D literæ per rationes,& alias auctoritates . Tertio verificat ipsum textum per exempla sensibilia. & per effectum , & istum modum seruant magistri in legēdo matematicas,& philosophi in scientia naturali,& iuris periti in jure ciuili , & canonico , & vnusquisque in sua facultate . Ita ergo Christus magister noster , & interpres legis tenuit hunc modum nobiscum:in declarando legem Moysi.Nam primò ipse obseruauit legem Moysi literaliter quò ad omnia præcepta moralia,& cerimonialia. Secundo declarauit totam legem doctrinaliter eius verum sensum exponendo.Tertiò verificauit in se realiter , & exemplariter totā legem,& prophetas, vt patebit. His habitis ponitur prima conclusio, s. quòd
E Xps obseruauit literaliter otam legem Moysi:non solùm quò ad præcepta moralia:sed et quò ad cerimonialia . Hoc autem probatur . Nam Christus vt homo semper veneratus est Deum patrem tanquàm patrem.& donum faciendo eius voluntatem, & tribuēdo ipsi omnem honorem.vt patet per totum discursum euangelicum . Item non solùm veneratus est Deum patrem naturalem, & dominum:sed etiam veneratus est virginē matrem suam carnalem, & naturalem, & Ioseph patrem nutricium:quia erat subditus illis,vt patet Luc. 2. Et sic iustè viuendo obseruauit omnia pręcepta moralia,vt patet per totum discursum euangelicum. Item seruauit omnia præcepta cerimonialia vsq; ad trigesimum annum,& vltra: quia in omnibus festiuitatibus ascendebat in Hierusalem secundùm consuetudinem diei festi : vt patet
F Luc.2. Et sic est dicendum de cæteris cerimonialibus : quia comedit agnum paschalem & cætera.

Secunda conclusio,quòd Christus tanquā magister,& interpres in lege ,à missus declarauit doctrinaliter legem Moysi , verum , & spiritualem sensum, & eius intelligentiā manifestando.probatur.Nam illicò post baptismum,& ieiunium congregauit apostolos,& discipulos, & ascendit in montem , & sedendo tanquam magister declarauit eis legem Moysi quò ad verum sensum,confutādo falsam doctrinam,& fermentum Scribarum, & Pharisæorū.vt patet Mat.5. & 6.& 7.& exin de per totum discursum euangelicum. quia ostendit quomodo sabbatum non soluebatur,nec violabatur sanando infirmos eo

A lebatur,& magis sanctificabatur: quia sabbatum erat institutum ad sanctificandū Deū , faciendo opera sancta,& non seruilia: cuiusmodi sunt opera misericordiæ &c.Itē ostendit qualiter cibi prohibiti in lege non prohibebantur per se : sed prout figurabant opera mala,& prohibita,s. homicidia , & adulteria,& furta &c . quæ coinquinant animam : vt patet Matth.15.& sic de singulis. Itē post resurrectionem incipiens à Moyse,& prophetis interpretatus est illis duobus discipulis, & postea omnibus apostolis omnia quæ erant scripta de se in lege,& prophetis, & psal,&c.

Tertia conclusio, q̄ Christus tanquàm verus magister nō solum declarauit legem doctrinaliter quò ad verum sensum : sed etiam verificauit in se realiter , & exemplariter totam legem,& prophetas.Prima pars patet p
B supradictam secundam conclusionem.Secunda probatur per omnes euangelistas . Nam primò Christus voluit baptizari in persona totius corporis mystici, & suorum membrorum , instituendo baptismum, & sic verificauit omnes lotiones,& purgationes,& cætera sacramenta purgatiua quæ fiebāt in lege in figura baptismi.Secundò fuit passus,& in cruce immolatus , & oblatus . Et sic verificauit occisionem agni paschalis,& omnia sacrificia,& holocausta, & oblationes quæ fiebant in lege in figura suæ passionis, & sacramenti eucaristiæ. Item fuit sepultus per totam diem sabbati in sepulcro , & sic verificauit quietem sabbati legalis. Item eduxit fideles veteris testa.de limbo inferni . & sic verificauit figuram liberationis filiorum Israel
C de Aegypto . Item resurrexit . & ascendit in cœlum.& sic verificauit dicta prophetarum: vt patebit infra,& sic pater, quod Christus totam legem , & propheras verificauit exemplariter in se.

Quarta conclusio, q̄ Christus non solùm verificauit in se legem Moysi:quò ad præceptа cerimonialia: sed etiam declarauit, & verificauit in se præcepta iudicialia. Prima pars patet per supradictam tertiam conclusionem . Secunda pars probatur . Nam inter iudicialia ponitur Exod. 21. Primò : quòd si quis percusserit virum aut mulierem,& secuta fuerit mors:tunc ille morte moriatur , & det vitam pro vita . & si mutilauerit alicui membrum:det oculum pro oculo , & dentem pro dente &c.Hoc autem præceptū iudiciale verificauit Christus in se pro peccato primorum parentum: in quo fuit homicidium,& furtum:quia omnes filios, & posteros occiderunt:& bonis gratuitis expoliauerunt: & fuit ibi blasfemia,& sacrilegium , in quantum deitatem vsurpare tentauerunt. Et ideo Christus in cruce voluit pro omnibus mori:& dare mortem temporalē pro nostra morte æterna,et vitam pro vita: et animam pro anima:et dentem pro dente : et oculum pro oculo:et totum pro toto: et partem pro parte.et sic verificauit illud præceptum iudiciale,et multa alia: quia pro peccatis omniū præteritorum,et futurorum mortuus est : et pro omnibus furtis,et rapinis , adulteriis , et cæteris sceleribus satisfecit in sua passione. Item non solùm verificauit in se præcepta iudicialia : pro omnibus satisfaciendo : sed etiam ipsa iudicialia declarauit mutando forum, et pœnam iudicialem sæcularem in pœ E nitentialem,et spiritualem.

Ad cuius intellectum est notandū,q̄ illud forū iudiciale,et punitio vete.le.figurabat forum,et punitionem pœnitentialē legis euangelicæ per Christum intuendam. Nā licet in punitione pœnitentiali per Christum instituta non detur oculus carnalis pro oculo et dens pro dente : tamē datur oculus pro oculo,et dens pro dente , et vita pro vita ciuiliter. Nam quando venit homicida, aut mutilator membrorum, aut latro ad confitēdum tunc ecclesia siue sacerdos, licèt non interficiant corporaliter homicidā siue multilatorem pœnitentem : tamen præcipit ipsum occidi ciuiliter mundo , ideſt q̄ fiat religiosus : et priuet seipsum delicijs mundanis:et iugiter agat pœnitentiam:et oret pro illo quem occidit, et vita priuauit : et q̄ nutriat filios P
eius quem occidit: et ita pariter præcipit nutilatori q̄ nutriat ex proprijs bonis:temporalibus illum cuius membrum mutilauit.Item præcipit latroni,vt restituat furtum. et omne male ablatum : et etiam satisfaciat pro damno illaro,et sic præcipit luxurioso vel auaro vel iracundo : vt abscindat membrum quod scandalizat ipsum,non corporaliter sed spiritualiter: et hoc ex præcepto Christi Matte. 18.Si oculus aut pes tuus scandalizat te : erue eum , et proijce abs te . quod non est intelligendum de membro corporali, sed spūali : scilicet de mala intentione , et cogitatione et peruerso proposito. et occasione,et ad hoc propositum dicit infra capit.decimo nono. q̄ multi castrauerunt seipsos pp regnū

Universidad de Deusto
Biblioteca

A celorum: qui potest capere capiat &c. Et ita Christus oēs peccatores remittebat ād pœnitentiam, dicens. Vade, & amplius noli peccare. Et sic licèt non lapidauerit adulteram lapidibus materialibus: tamen lapidauit eam lapidibus spiritualibus, scompunctionis, & cōtritionis, & pœnitentię: & sic est dicendū de cæteris peccatoribus. Nam licèt Christus nō occidebat eos quò ad substantiam: tamen occidebat in eis peccatum suscitando in eis fidem, & gratiam: vt inquit Augustinus, & sic pariter istis pœnitentibus mulcauit mēbra malarum cogitationum, & occasionem. Sed licèt Christus non interficiat illicò corporaliter peccatores obstinatos, & impœnitentes: tamen finaliter interficit eos morte æterna. & ita Christus lapidauit, & interfecit lapidibus æternis synagogam Iudeorum adulte-
B ram, & obstinatam quæ dimisso, & negato ꝓprio viro Christo fornicatur cum diabolo. Ex supradictis patet qualiter Rabi Moyses de Aegypto indignè, & imprudenter reprehendit Iesum Nazarenum redemptorem nostrum: qui dicit in sententijs de pœnitentia, qd Iesus Nazarenus licet esset bonus vir, & simplex, & fuerit causa destructionis omniū idolorum, & superstitionis gentilium: tamen sua doctrina non fuit vtilis mundo: nec reipublicæ: cō quòd nullum puniebat: sed omnibus malefactoribus parcebat: vt patet de adultera quam absolut à morte: contra legē Moysi. Vnde dicit, quòd si talis lex seruaretur, s. qꝺ reinon punirentur: sed omnib. parceretur: tunc respublica destrueretur: nec possent ciuitates, & regna conseruari: nisi peccata punirentur, & sic paret doctrinam eius nō
C esse bonam. Ad hoc respondetur, qꝺ iste Rabi Moyses contradicit sibiipsi: si bene volumus aduertere. Nam ipsemet dicit, quòd Iesus Nazarenus fuit vir bonus, & optimus, in tantum, qꝺ destruxit detestabilem idololatriam de mundo. ergo sequitur qꝺ fuit vtilis toti mundo, & Deo dilectus, & conformis, auferendo tantum scelus de mundo: quia virtuosus est Deo conformis, & nulli inutilis: sed omnibus prodest: vt inquit Plato. Item iste hō multipliciter decipitur. Primò, quia Christus nunquā prohibuit prauos puniri: quia per ipsum, qui est vera sapientia, reges, & principes mundi regnant: vt puniēdo mala, & remunerando bona exerceant iustitiā. Et sic Christus iam habet reges, & principes sæculares, qui puniunt malos incorrigibiles temporaliter secundùm dementia eorum in foro iudiciali. Sed vltra hunc gladium seculare voluit vti Christus gladio spirituali pœnitentiali: qui est multò nobilior, qui quidem gladius non occidit nec mutilat substā tiam: sed peccatum interimit, & abscindit ab anima. Et ideo Christus omnes peccatores ad pœnitentiam remittebat. ergo non relinquebat eos impunitos. Nam pœnitentia, ſm Augustinum, est quædam dolentis vindicta puniens in se quod dolet cōmisisse, & sic pœnitentia verè punit peccatum in reo. Vnde ponitur pro conclusione, qꝺ pœnitentia per amplius, & perfectius punit peccatum: quam lex sæcularis, & ꝙ lex vetus puniebat. Quod triplicitèr probat. Nā magis satisfacit Deo, & proximo, & perfectius iustificat peccatorem. Probatur primū, & secundū. Nam quando homicida suspensus per legem seculare non recipit mortem patienter, et sic nō satisfacit Deo: nec restituit ablatū, et sic nō satisfacit proximo: nec etiam iustificat peccatorem: postquā manet incorrigibilis, et impœnitens. Sed vera pœnitentia primò satisfacit Deo per veram contritionē, et propositum non peccandi. Secundò satisfacit proximo restituendo ipsi ablatum in effectu, vel in affectu, et promissione. Tertiò iustificat se ipsum præterita peccata plangendo, et futura non committere proponendo. Iterū probatur eadem conclusio sic. Illa punitio est perfectior, et magis sufficiens, quæ delet, et exuit peccatum: quod diabolus plantauit, et seruat substantiam quam Deus creauit, et illa quæ destruit substantiam, et non extinguit quandoque peccatum: sed pœnitentia est huiusmodi respectu punitionis sęcularis, ergo ę est perfectior. Minor patet. Nam per pœnitentiam totaliter deletur, et extinguitur peccatum quod diabolus persuasit, et conseruatur non solū anima: sed etiam corpus: vt ille vtra possit bene operari, et opera misericordię exercere, et pro defuncto quem occidit fem per orare, et filijs eius subuenire etc. Punitio autem sæcularis extinguit substantiam, et quandoque non extinguit peccatum, et sic fert locum, et tempus bene operandi, et sic non satisfacit proximo. Item pœnitentia est magis vtilis proximo, et reipublicæ: quàm punitio legalis legis veteris. Nam illa mutilabat membrum scilicet oculum aut membrum delinquentis: de quo nulla vtilitas proueniebat læso: nec satisfaciebat iniuriā pas-

A so, sed pœnitentia non aufert membrum corporale, vt ille possit satisfacere læsō operibus manuum suarum, aut restituat ablatum. Et sic pœnitentia non solū est magis vtilis iniuriam passo, sed etiam toti reipublicæ, inquantum non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, & seruiat Deo, & prosit ꝓximo. Et sic complures criminosos nouimus per pœnitentiam liberatos, qui ardentius seruierunt Deo, & reipublicæ perutiles steterūt post actam pœnitentiam. Ex quibus patet, qꝺ gladius pœnitentialis multò perfectior, & vtilior est ꝙ gladius sęcularis punitionis, iō Christus, qui in primo sui aduentu venit tāquam vniuersalis redemptor, & totius generis humani reparator, noluit vti gladio sæcu-
B lari, sed pœnitentiali, & salubriori. Nec ex hoc prohibuit, nec impediuit gladiū iudicialem sęcularis punitionis, quem principibus sæculi ante tanquā Deus commiserat, nec in vtē do gladio pœnitentiali destruxit præcepta iudicialia ueteris legis, imo declarauit illa in quantum figurabant punitiones pœnitentiales legis euangelicæ, & sic paret ignorantia, & imprudentia ipsius Rabi Moyses: qui ignorans sacramentum penitentiæ reprehēdit Christum putans, quod Christus remittēdo peccatores ad pœnitentiam relinquebat eos impunitos, cum punitio pœnitentialis sit multo perfectior, & magis satisfaciens Deo, & proximo, & magis iustificans delinquentem, & magis utilis reipublicæ. Ex quib. omnibus patet, quòd Christus non fuit cōtra rius nec dissipator legis Moysi, imo fuit cōseruator, & instaurator. Quia primò obser-
C uauit eam literaliter. Secundò declarauit eam doctrinaliter, & spiritualiter verum sensum, & intelligentiam ostendendo. Tertiò verificauit legem, & prophetas in se realiter, & exemplariter, quia omnia quæ erant in lege figurata, & in ꝓphetis uaticinata in sua summauit, vt patet per discursum euangelii. Ex quibus etiam patet, qꝺ sicut lex Moysi erat ab illo populo literaliter obseruanda, ita per Christum erat spiritualiter declaranda in suo aduentu, & per ipsum quò ad officium literale terminanda, & abolenda, & sicut ille populus erat obligatus ad obseruandam illam legem literaliter sub comminatione illarum pœnarum & maledictionum, ita pariter erat obligatus ad audiendam declarationem legis faciendam per Christum, & ad credendum, & obediendum ipsi, & hoc D sub eadem comminatione, & per consequēs erat obligatus ad seruandam legem spiritualiter secundū declarationem faciendam per Xpm. Et sic non obligabatur ad seruandam legem literaliter, nisi vsq; ad declarationem faciendam per Xpm. Et sic per consequens patet etiam, qꝺ postquam lex Moisi est iam declarata, & literale officium est iam terminatum, & abolitū per passionē Xpi, & veritas legis est iam promulgata in euangelio, & cerimonialia officia sunt iam prohibita tanquam mortua, sequitur, qꝺ veritas euangelica est seruanda tanquā salubris, & cerimonialia vitanda, & execranda tanquā mortifera, & in hoc lex Moisi non destruitur nec violatur, imo verificatur, & statuitur, & ratificatur, et obseruatur. Et per hoc patet miserabilis cęcitas Iudæorum. Quantùm ad secū- E dum articulum est notandū, qꝺ sicut lex Moysi non erat merè carnalis: sed principaliter spūalis ratione finis, prout dictum est, ita pariter promisit Messiam, et redemptorem spiritualem, et non carnaliter sed spūaliter viuētē. Et sic in suo officio non debebat esse carnalis, sed spiritualis. Et per consequens spiritualiter debebat operari in suo officio, et spiritualia bona, et non carnalia cōcedere. Et iō est aduertendum secūdum omnes prophetas, qꝺ xps Messias in lege promissus septē erat principaliter inter cætera facturus. Nam primò erat in secūdū templum venturus. Secundò erat legem nouam, & perfectam, et vniuersalē, et communem omnibus gentib. et nationibus daturus. Tertiò erat pro omnibus moriturus, et omnes à peccato per mortem suam liberaturus. Quartò erat resur- F recturus, et post resurrectionem vniuersaliter regnaturus in cęlo, et in terra, et in inferno. Quintò debebat mittere suos discipulos ex iudæis conuersos per totum orbem, qui totum populum gentilem debebant Xpo subijcere, omnia idola delere, et diabolum ex hoc mūdo eijcere. Sextò debebat populum iudaicum incredulum, et obstinatum dissipare, et in perpetuam captiuitatem destinare, & subigere. Septimò in fine mundi in secundo suo aduentu, et finali iudicio suos fideles in corpore, et anima glorificare, et felicitate.

Sed primum scilicet, qꝺ Messias erat venturus in secundo templo probatur. Ad cuius intellectum est aduertendum, qꝺ quatuor prophetę fuerūt cōcitatores ad ædificandum se

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cundū templum.ſ. Daniel, Aggæus, Zacarias, & Malachias. Iō omnes iſti quatuor clarè, & manifeſtè prædixerunt, & prophetauerunt qualiter Xps Meſſias erat venturus ad illud ſm templum, & daturus legem euangelicā, & moriturus, & quomodo illa ciuitas ſecunda ſimul cum templo, & ſacerdotio erat deſtruenda propter peccatum mortis Chriſti. Et quomodo noua ciuitas Hieruſalem erat per Chriſtum ædificanda, & per totum orbē diffuſa. Et hoc probatur Danielis 9. vbi dicit angelus Danieli. Scito, & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterū ędificetur Hieruſalē vſq; ad Xpm ducē &c. Item Aggæi 2. Adhuc modicum eſt, & ego mouebo cęlū, & terrā, & mare, & aridam, & mouebo omnes gētes, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus

B exercituū. Meum eſt argentū, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituū. Magna erit gloria iſtius domus nouiſſimæ pluſquā primæ &c. Ex his verbis ſequitur primò, q̄ nō debebat Chriſtus multum tardare, per hoc q̄ ait. Adhuc modicum eſt &c. Secūdò ſeq̄tur, q̄ Chriſtus nō ſolū erat venturus ad ſaluandum iudæos, ſed ēt gētiles, cum ait. Commouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gētibus. Tertiò ſequitur, q̄ Chriſtus erat uenturus in illud ſm templū quod poſt captiuitatē Babyloniæ ædificabatur per Eſdrā, & Nechiā, & Zorobabel, ad inſtantiam Aggæi, & Zacariæ. Quartò ſequitur, q̄ gloria quam Chriſtus debebat afferre ad illud templum, non debebat conſiſtere in auro, & argento, ſed in bonis ſpūalibus, per hoc, q̄ ait. Meum eſt argentum, & aurum. Item ſe-

C quitur, q̄ etiam in bonis ſpiritualibus magis debebat pollere ſecundum templum quàm primum. Nam licèt in ſecundò templo nunquam fuerit arca fœderis cum tabulis legis: nec cum manna, & virga Aaron, eò q̄ fuit cōbuſta ſimul cum tēplo per Caldæos, tñ in ſecundò templo fuit Chriſtus Deus, & homo rex, & ſacerdos figuratus p̄ arcā fœderis: qui fuit in templo præſentatus, & in eo miracula fecit, & legem euangelicam prædicauit, & legem Moyſi declarauit. Iō ſubdit, quòd maior erit gloria domus iſtius nouiſſimæ quàm primæ. Item ſequitur, quòd poſt illud ſecundum templum nullum aliud erat materialiter ædificandum in Hieruſalē, per hoc, quòd ait. Maior erit gloria huius domus nouiſſimæ quàm primæ. Nam ſi illa erat domus nouiſſima, ergo poſt illam deſtru- D ctam per Titum, & Romanos, nulla alia materialis expectatur, & per conſequens rex Meſſias iā venit in illā domū ante eius deſtructionem, per quod poteſt patere ęgritas, & falſa ſpes Iudæorum. Item eadem cō cluſio probatur manifeſtè Zacariæ 9. Nam poſtquam in primis capitulis prædixit reædificationem ſecundi templi, & ciuitatis, et multa alia uentura in illam ciuitatem, et tēplum dicit. Exulta ſatis filia Sion, et iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, et ſaluator, ipſe pauper aſcendens ſu- per aſinam, et ſuper pullum filium aſinę &c. quod fuit impletum, vt patet per omnes euangeliſtas. Et ſic patet manifeſtè qualiter Xps erat vēturus in illud ſecūdū tēplū, ſut oēs Hebræi antiq̄ gloſāt iſtū paſſū, intelligē

E tes de rege Meſſia. Hoc idem probatur Malachiæ 3. Nam poſtquam in duobus primis capitulis prædixerat diſſolutionem, et immunditiam ſacerdotum illius ſecundi tēpli, et ciuitatis: ex conſequenti in tertio capitulo prædicit aduentum Xpi ad ſecūdū tēplū. Vnde ait. Ecce ego mittam angelum meū, et præparabit viam ante faciem meam, et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis, et angelus teſtamenti quē vos vultis etc. Ex ſupradictis autoritatibus iſtorum quatuor prophetarum tenebant prō articulo fidei omnes antiqui hebræorum, q̄ rex Meſſias erat uenturus in illud ſecundum templum. Sed quia nondum videru nt eum, ideo multi eorum dixerunt, quòd rex Meſſias iam venit, ſed nondum manifeſtauit ſe vſque ad tempus. Interim aliq̄ F vadit ocultus peregrinando per mūdū inter pauperes, et leproſos pro peccato Iudæorū. Et ad hoc allegant illud Iſa. 53. Nos reputauimus eum quaſi leproſum etc. Ex quibus omnib. patet manifeſtè, quòd Meſſias quicunque ſit ille, iam venerat antequàm ſecundum templum deſtrueretur per Romanos. Et in hoc conſiſtit tota perturbatio Iudæorum, quia vt euadant, & fugiant hāc manifeſtam veritatem, dicunt multa vana, & enormia, & riſu digniſſima, & hoc de primo officio Meſſiæ in lege promiſſo.

Secundum officium regis Meſſiæ erat, q̄ erat daturus legem nouam vniuerſalem, & communem omnibus gentibus, & nationibus. Hoc primò probatur Iſaiæ 2. vbi dicitur. Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons,

A mons domus dñi in vertice montium. & eleuabitur ſuper colles: & fluēt ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent. Venite aſcendamus ad montem dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exhibit lex, & verbū dñi de Hieruſalem &c. Item infra c. 51. Attendite ad me populę me us, & tribus mea audite, quia lex à me exiet: & iudicium meum in lucē populū requieſcet &c. Item Hier. 31. Feriā domui Iſrael & domus Iacob fędus nouū: nō ſm pactum, q̄ pepigi cum patribus veſtris in die q̄ apprehendi manum eorum: vt educerē eos de terra Egypti: pactū q̄ irritū fecerunt. Poſt dies illos dicit dñs dabo legem meā in viſceribus

B hoium, & in corde eorū ſcribā eā &c. Ex ſupradictis, & multis aliis patet qualiter rex Meſſias erat nouā legē daturus præter legē Moyſi. Sed tertium. ſ. q̄ Chriſtus rex Meſſias erat moriturus, & occidendus à ſuis, & genus humanū à pēto liberaturus: iā ſatis probatum eſt in expoſitione libri pſalmorum, maximè Pſ. 21. & 37. & 35. & 68. vbi Dauid magis videtur euāgeliſta quā propheta. Sed hoc magis manifeſtè patet Iſaiæ. 50. vbi xps Deus factus homo, dicit. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me &c. Item ca. 52. de Chriſto rege Meſſia dicit Deus pater. Ecce ſeruus meus exaltabitur, & ſublimis erit &c. Sed immediatè cap. 53. dicit, & explicat totam mortem, & ignominioſam paſſionē eius pro peccatis omnium. Vnde ait: Verè

C languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem humiliatus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra. & cætera per totum. Qđ quidem capitulum non poteſt intelligi, niſi de rege Meſſia, qui erat pro populo morituro ſecundum Rabi Moyſen, & omnes antiquos Iudæorum. Sed quidam eorum videntes, q̄ hoc fuit impletū in Ieſu Chriſto: quē nos in Meſſiam recepimus: ideo confuſi de hoc uenerunt in tantam veſāniam, dicentes, q̄ duo expectantur Meſſię. ſ. vnus primus vocatus Ioſeph Aben Effraim: & alius Aben Dauid de tribu Iuda, & ſic dicunt, q̄ totū iſtud. 53. capitulum loquitur, & verificatur de Meſſia Ioſeph Aben Effraim, qui eſt moriturus

D pro defenſione populi Iſrael, quem occidet Gog, & Magog, ſed poſt ſurget Meſſias Aben Dauid, & refuſcitabit Meſſiam Ioſeph Aben Effraim: & cōgregabit omnes Iudęos ex omnibus partibus mundi: & tunc pugnabit contra Gog & Magog iuxtà Hieruſalē, vt vincet eos, & tunc tanquam victor, & triunphatōr ædificabit nouam Hieruſalem, vbi prius erat, in quam introducet omnes filios Iſrael ex omnibus partibus mundi congregatos &c. Sed quantùm ſit vana, & irridenda iſta fictio: dictum eſt Pſ. 20. Veruntamen licet moderni Iudæi videantur fugere quodam falsò colore, & fictione veritatem huius capituli: tamen nullo collore aut via poſſunt vitare manifeſtam paſſionem Chriſti reuelatam Danieli, pphetiæ. 9. ca. vbi dicit Gabriel Angelus Danielis. Septuaginta

E hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populū tuum, & ſuper ſanctam ruam: vt conſummetur præuaricatio, vt finem accipiat peccatū: & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & pphetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducem & cætera prout ſupra dictum eſt. ſ. poſt hebdomadas. 62. occiderur Chriſtus &c. Ex quibus verbis prædicebantur decem veritates propheticæ. Prima quòd Chriſtus erat venturus poſt 434. annos à reædificatione ſecundi templi, quæ ſunt 62. hebdomadę annorum. Secunda veritas, quòd Chriſtus erat à ſuis occidendus & negandus. Tertia, q̄ per mortem Chriſti erat implenda omnis viſio, & prophetia prophetarum. Quarta, q̄

F mors Chriſti debebat auferre omne peccatum, & delere omnem iniquitatem, & adducere omnem iuſtitiam, & gratiam vniuerſo mundo. Quinta: q̄ Xps erat vnguendus rex & baptizādus pro nobis. Sexta, q̄ populus Iudæorum erat negaturus Xpm. Septima, q̄ ex hoc erat reprobandus Octaua, q̄ poſt mortē Chriſti debebat deficere hoſtia, & ſacrificiū & ceſſare lex Moyſi. Nona, quòd ciuitas Hieruſalem ſimul cum templo erat deſtruenda. Decima, quòd deſolatio, & reprobatio ſynagogæ, & omnium legalium, & captiuitas Iudæorum erat duratura vſque ad conſummationem, & finem mundi. Itē q̄ Chriſtus rex Meſſias debebat mundum redimere, & patres veteris teſtamenti de limbo per paſſionem liberare: patet Zaca. 9. vbi poſt-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quàm dixit. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator &c. postea subdit. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu vbi non erat aquæ &c. Item cap. 12. Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & precisu, & aspicient ad me quē cōfixerūt, & plangēt eū &c. Et sic patet manifestè qualiter Christus rex Messias erat occidendus, vt totum populum à peccato liberaret. Quartum autem mysterium, s. quod Christus erat à mortuis resurrecturus, & post resurrectionem regnaturus, licèt sit satis probatum per totam expositionem libri psal. & præcipuè psalmo. 20. & 29. & 40. & 67. tamen manifestè patèt Isa. 11. per totum: vbi inter cætera dicit. In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur & erit B eius sepulcrum gloriosum &c. Ex quo patet, quòd si sepulcrum eius est gloriosum, ergo absque incineratione, & putrefactione relurrexit in corpus gloriosum, & immortale. Itē Isa. postquàm per totum cap. 53. explicauit mortem, & passionem Christi: postea per totum residuum vsq; ad finem libri prædicit gloriam regni eius vniuersalis, ad ostendendum quòd à mortuis resurrexit, & postea regnauit in cœlo, & in terra, quia mortui non regnant super viuos. Sed hoc idem magis clarè patet Oseæ 6. vbi dicitur Venite, & reuertamur ad dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, & tertia die suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius: sciemus: sequemurq; vt cognoscamus dominum &c. In quibus verbis manifestatur disti nctè resurrectio Christi: quæ fuit causa nostræ futu C ræ resurrectionis: prout patebit. Quartum autem mysterium, s. qualiter Christus rex Messias post resurrectionem suam debebat ædificare nouam Hierusalem, & introducere in eam totum populum gentilem, & mittere suos discipulos per totum mundum, & destruere omnia idola, & ejicere diabolum de mundo: & subijcere sibi totum populum gētilem &c. licèt satis sit probatum per totam expositionem libri psal. & specialiter psalm. 17. & 28. & 46. & 67. & 71. & 109. tñ manifestius probatur per totum librum Isaiæ: maximè 40. capitul. vsque in finem, vbi in fine concludit. Ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare & in Africam, & Lydiam tenentes sagittam in Italiam, & Græciam, & ad insulas D maris longè ad eos, qui non audierūt de me, & non viderunt gloriam meam, & annūciabunt gloriam meam gentibus & cæteris. Hoc idē manifestissimè patet. Hiere. 61. vbi post reprobationē Iudæorū dicit. Ecce ego mittā piscatores multos dicit dñs, & piscabūtur eos. Et subdit infra. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: vere mendacium possederunt patres nostri: vanitatem, quę nō profuit eis &c. Item hoc idem patet Oseæ 1. & 2. sed clarius Zac. 8. vbi dicit. Ecce venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum dñm exercituum in Hierusalem, & deprecandam faciem dñi. Hæc dicit dñs exercituum in diebus, in quibus apprehendēt decem homines ex omnibus linguis gentium: & apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes: ibimus vobiscum. Audiuimus, n. quoniā E Deus vobiscum est. Hoc idem patet infr. capit. 13. vbi dicitur. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Hierusalē in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Et erit in die illa dicit dominus exercituum, disperdam omnia nomina idolorum de terra, & non nominabuntur vltra, & pseudo prophetas, & omnem spiritum immūdum auferam de terram &c. Sextum autem mysterium, s. qualiter Iudæi pp peccatum mortis Christi erant reprobandi, & sacerdotium, & resti erant reprobandi, & sacerdotium, & regnum eorum extinguendum: & nouum sacrificium instituendum, & populus gentilis eligendus et substituendus: licèt satis sit ex plicitum per totam expositionem libri psalmorum: & maximè Ps. 21. & 39. & 49. & 50. & 67. & 71. & 81. & 103. & 109. tamen manifestius patet per totum Esaiam, & oēs alios F prophetas: in quibus non est aliqua pars in qua non reprobetur populus Iudaicus propter ingratitudinem: & eligatur populus gentilis: sed destructio templi & sacerdotii, & dissipatio illius populi maximè, & manifestè patet Dan. 9. vt dictum est. Septimum autem mysterium, s. qualiter in fine mūdi post miserabilem exitum, & interitum Antichristi populus Iudæorum sit ad Christum conuertendus, & reuersurus per prædicationem Heliæ & Enoch, & qualiter postea Christus sit venturus ad iudicium generale, & qualiter debet omnes resuscitare, s. iustos ad gloriosa, vt recipiant vltimam perfectionem, & felicitatem: impios autem in supplicium æternum &c. licèt satis diffusè sit dictū per

A per totam expositionem psalmorū: maximè ps. 1. & 2. & 29. & 50. & 109. tñ qualiter Xps oēs iustos in fine mundi debet glorificare: & ab eis oēm miseriā corporalem auferre: manifestè prædicitur Isa. 25. vbi dr, Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet dñus Deus lacrimam ab omni facie terræ: & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia dñs locutus est, & dicent in die illa. Ecce Deus noster iste: expectabim⁹ eū, & saluabit nos iste dñs: sustinuimus eum, & exultabimus, & lętabimur in salutari eius: quia requiescet manus dñi in monte isto &c. Itē hoc idē patet infra c. vlt. per totum. Item vltimum iudicium, & glorificatio iustorū manifestissimè prædicitur Dan. 12. vbi dr quòd multi de his, qui dormiunt in pulucre terræ euigilabunt: alij in vitam æternam: alij in B opprobrium, vt videant semper. Qui aūt docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates &c. Itē Iudæi conuertentur ad Christum in fine sæculi: patet Oseæ. 3. vbi dicitur, q⁹ post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum: & Dauid regem suum, & pauebūt ad dñm, & ad bonum eius in nouissimo diem. Item hoc idem patet Zacar. vltimo per totum. Sed quòd conuersio populi iudęorum in fine sæculi sit facienda ad prædicationem Heliæ: patet Mal. 4. vbi dicitur. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequā veniat dies dñi magnus, & horribilis. & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorū ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anatemate. Ex quibus omnibus patet per omnes prophetas, quo in his septē cō C stitebat principaliter totum officium regis Messiæ in lege, & prophetis promissi. Primo, quia erat venturus in fine sexti templi. Secundo, quia erat nouam legem daturus. Tertio, quia erat per mortem mundum redēpturus, & liberaturus à seruiture diabolī. Quarto, quia erat à mortuis resurrecturus, & post mortem regnaturus. Quintò, quia per discipulos, suos erat totum populum gentilem congregaturus, & conuersurus. Tertiò, quia erat Iudæos crucifixores suos reprobaturus, & sacerdotium simul cum ceremonialib. ab eis auferaturus. Septimò, quia in fine sęculi erat mū dum iudicaturus, & populū Iudæorum per Heliam vocaturus, & omnes fideles glorificaturus, prout patet per omnes prophetas. His habitis sit hæc prima conclusio. q⁹ Iesus D Christus venit ad secundum templum: & in fine ante destructionem eius, sicut prophetarunt Daniel, & Aggęus, & Zacarias, & Malachias, probatur. Nam Christus natus est. 42. anno cæsaris Augustę: & fuit 40. die in templo Simæoni præsentatus. 12. anno disputauit cum doctoribus: vt patet Lucæ. 2. Et trigesimo anno, tempore Tyberij Cæsaris fuit baptizatus, & ieiunauit, & per tres annos miracula fecit. & 18. Tyberij Cæsaris fuit crucifixus. ergo sequitur quòd venit ad secundum templum ante destructionem eius, qa templū non fuit destructum, immo duravit vsque ad imperium Vespasiani. Et sic patet, q⁹ Christus venit tempore determinato & ante ꝓphetato. Secunda cōclusio. q⁹ Christus dedit legem nouam euangelicam in Hierusalem, & monte Sion & Oliueti, & in terra promis- E sionis, sicut dictū fuerat per omnes prophetas. Nam primò iuxta mare in deserto ascendit in montem, & sedens docuit discipulos suos legem declarando: vt patet Mat. 5. 6. & 7. Item in Hierusalem prędicauit in omnibus festiuitatibus, & in monte Sion instituit sacramentum altaris, & misit spiritum sanctum in discipulos: & aperuit eis sensum, & scripturas: ut patet Luc. vlt. & Actuum 1. Et ex monte Oliueti misit omnes apostolos ad prædicandum euangelium omni creaturę. Mat. vlt. & Actuum primo. Et sic patet, q⁹ in Christo fuerunt verificatę prophetię de dātione legis nouæ. Tertia conclusio. q⁹ Christus passus, & occisus est à suis, prout locuti fuerit prophetæ imo omnia, quæ locuti sunt prophetæ de morte, & passione regis Messiæ fuerunt verificata in Christo. Quarta cōclu- F sio. q⁹ Xps resurrexit à mortuis tertia die & ascendit in cœlum quadragesimo die: prout scribunt & testantur omnes apostoli, & euangelistæ, & regnauit per totum orbem, prout fuit in omnibus manifestū. vnde licèt Iudæi negēt Christi resurrectionem, & in cęlos ascensionem: tamen nō possunt negare eius regnū vniuersale: cum postea uiderint ipsum per vniuersum mundum regnare super omnes reges, & populos, ut probatum fuit ps. 2. & 71. & 109. Quinta conclusio, q⁹ Christus ædificauit nouam Hierusalem toto orbe diffusam, & introduxit in eam totū populum gentilem, sicut locuti sunt prophetæ Probatur. Nam primò Christus congregauit illam sanctam societatem virorum, & mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mulierū in monte Siō: qui erāt centū viginti vtriusque sexus vt patet Actu. 1. super quos misit spiritum sanctum in die pentec. à quo receperunt septem dona gratiarum: & sic armati armis spiritualibus egressi à cœnaculo in eadem die conuerterunt tria millia: vt patet Actu. 2. Sed quia Christus præceperat eis in suo ascensu. dicens. Ite per vniuersum mūdum, & prædicate euangelium omni creaturæ &c. Item Actuum primo. Accipieris virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem: & in omni Iudæa & Samaria: & vsque ad vltimum terræ: Ideo omnes apostoli. & discipuli post receptionem spiritus sancti ab Hierusalē inde egressi diffusi sunt per totum orbem terrarū prædicantes euangelium toti populo gētili. & sic Matthæus cū successoribus suis cōuer-
B tit totam Aetiopiam: & Marcus cum successoribus suis totam Aegiptum, & Arabiam: & totam Africam. Et Simeon & Iudas Babyloniam, & Patriam, & Mediam. Et Bartolomæus & Tomas omnes Iudias. Et Paulus, & Ioannes Græciam & Asiam minorem. Et idē Paulus, & Petrus & discipuli eorum totā Italiam & Galliam. Et Iacobus & discipuli eius totam Hispaniam &c. Et sic patet, q̄ Christus ædificauit primò istam Hierusalem scili cet ecclesiam. supra illos sanctos lapides in monte Sion: sed postea fuit dilata & diffusa per totum orbem à solis ortu vsque ad occasum. & ideo tota ecclesia dicitur Hierusalē. Primò quia in illa Hierusalem materiali fuit incoata: & exinde deriuata fuit & per totū orbem dilatata: & ideo retinet nomen Hierusalem & Sion à sua origine sicut flumina
C retinent nomen suæ origine & sui fontis sicut Iberus & Araxes. Secundò tota ecclesia dicitur Hierusalem & Sion ratione proprietatis & nominis interpretationis. Nam Hierusalem interpretatur visio pacis: & Sion dicitur specula. sed quia in sola ecclesia videtur & speculatur Deus per veram fidem, & iō sola ecclesia meretur dici Hierusalem & Sion. Nam illa Hierusalem materialis nō propter se dicta est Hierusalem per prophetas: nisi in quantùm Christus erat ibi videndus, & ibi erat ecclesiam ædificaturus: prout dictum fuit in expositione libri psalmorū: & maximè psalmo quadragesimoseptimo, & 50. & in quæstione precedenti. Nam illa Hierusalem per Christū Messiā ædificāda nō poterat esse materialis, & parua in illa terra Palestinæ, & Iudææ: sed erat futura spūalis toto orbe diffu- D sa, & dilata: in qua continerentur, omnes gentes, & nationes, & Aethiopium &c. Et sic Christus iam vocauit, & congregauit omnes filios Israel secundùm spiritum, & promissionem ad istam veram Hierusalem. Sex ta conclusio, quòd Iudæi propter montem Christi fuerunt dissipati, & per mundum dispersi, & tēplum, & ciuitas destructa, & sacerdotium ablatum: sicut prædixit Daniel propheta, & cæteri prophetæ. Ista conclusio quā tū ad vnā partem de se est manifesta, sed q̄ hoc fuerit factū propter mortē Christi non solum asserit à nobis: sed etiam à magistris eorum. Vnde dicit Rabi Moyses, quòd Iesus Nazarenus dicebat se esse Messiam: sed hoc non est verum: quia Messias debebat cōgregare, & reformare filios Israel: sed hoc non fecit Christus: imo fuit occisus. & fuit causa E destructionis Israel, & totius populi Iudaici. Item Iosephus dicit, quòd causa destructionis Hierusalem, & totius populi Iudæorum non potuit esse nisi aliquod magnum peccatum, & istud non potuit esse nisi mors Iesu Nazareni: aut Ioannis Baptistę: aut Iacobi iusti. Item Rabi Samuel Africanus dicit in epistola ad suum amicum, quòd non potest recipere aliam causam quare tanto tempore durat ista captiuitas eorum: nisi quia patres eorum iniustè occiderūt Iesum Christum virum iustum. Vnde volens per scripturas inF nestigare propter quod peccarum Iudæi laborant in hac longa captiuitate: non potest reperire nec assignare aliam causam: nisi quia occiderunt Iesum Nazarenum virum sanctū & iustum. Item Iudæi moderni continuè maledicunt Christū, dicentes, q̄ propter ipsum perseuerant dispersi per mundum in hac captiuitate. Ité ipsimet Iudæi propter aliud non maledicunt, & habent odio Christum: nisi q̄ omnes asserunt Christum fuisse dissipatorem ciuitatis Hierusalem, & totius populi Iudæorum. & sic hæc conclusio saris est omnibus concessa, & manifesta. Ex quibus supradictis sequitur vna corollaria, & irrefragibilis conclusio. s. q̄ Iesus Nazarenus, quem colis christiana religio, & fuit. & est verus Messias promissus per lege promissus. Ista cōclusio probata est per singula ex concessis à Iudæis. Nam licèt Iudæi moderni non concedant redemptionem animarum factam per Christum: nec eius resurrectionem: eò q̄ talia fuerūt eis insentibilia: tamen non possunt negare omnia alia. quod

A q̄ Iesus venit in fine templi secundi: cum magna gloria, & poreſtate miraculorum. Sed dicunt quidam eorum, quòd Iesus Nazarenus quando fuit in Aegiptum furatus, est nomen Dei tetragrammaton, & cum illo nomine, & in virtute eius faciebat illa miracula. Sed in hoc concludunt propositum nostrum contra seipsos. Nam omnes magistri eorum concedunt, quòd illud nomen Dei est incomprehensibile, & ineffabile, cuius virtutem, & declarationem nemo potest scire, & declarare nisi solus Deus, & rex Messias. Et omnes asserunt, quòd rex Messias in virtute illius nominis habet declarare ænigmata legis, & subiicere totum orbem. Ex quibus o-
B mnibus sequitur, quòd si Iesus Nazarenus habuit, & possedit illud nomen, ergò vel fuit Deus: aut Messias eius: Item non possūt negare secundum, quia omnes concedūt, quòd Christus dedit, & condidit hanc legem euangelicam quam obseruant Christiani. Nec negant tertium: quia omnes cōcedūt, quòd patres eorum occiderunt Christum. Nec possunt negare quartum. num licèt negent resurrectionem, tamen non possunt negare quin Christus regnauerit vbique post mortem suam. Nec minus negant sextum, quin Christus sit causa suæ destructionis, & captiuitatis. Sed multò minus possunt negare quin totum. Nam manifestum est ad sensum, quòd totus populus gentilis relictis idolis conuersus est ad fidem Christi. Et ideo licet Iudæi omnia alia velint ex cęcitate, & malitia negare, tamē sola ista conclusio quum negare nō possunt est sufficiens ad probandum Iesum
C Christum fuisse Messiam in lege promissū: & ad confundendum Iudæos. Nā Dauid in omnibus psalmis, & omnes prophetę in suis prophetijs nil aliud clamant nisi, q̄ solus Messias in lege promissus debebat auferre, & destruere omnia idola, & omnem superstitionem populi gentilis, & subijcere populum gentilem ad colendum nomen Dei Abraam Isaac, & Iacob, & nomen Dei Israel, & hoc per baptismum aquę: vt probatum est Isaiæ duodecimo, & Ezechiel trigesimosexto. & Zacar. tertiodecimo. & omnes prophetæ clamant qualiter solus Messias debebat construere magnam Hierusalem à solis ortu vsque ad occasum, & introducere in eam omnes populos gentium credentes in Deum Israel. Sed omnia ista operatus est solus Iesus Nazarenus. Nam in die ascensionis misit omnes apostolos, & discipulos per totum orbem, di- D cens. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris. & filij, & spiritus sancti. Matthæi vltimo. Item Mar. vltimo. Ite, prędicate euangelium omni creaturæ. Et qui baptizatus fuerit: saluus erit &c. Sed nos videmus manifestè, quòd totus populus gentilis per baptismum venit ad fidem, & adorauit Deum Israel relictis idolis, immo totus populus christianus, qui descendit ab illo populo gentili, nullum alium Deum adorat: nisi Deum Abraam Isaac, & Iacob, siue Deum Israel, qui est trinus, & vnus, & creator. & factus homo: vt videbitur. Et omnia ista apparent ad sensum, quæ Iudæi non possunt negare. imo dicit Rabi Moyses in sententijs Regum: & de pœnitentia: quòd solus Iesus Nazarenus destruxit, & abstulit idololatriam de mundo. Et ideo sola ista E conclusio de conuersione populi gentilis est sufficiens ad probandum Iesum Christum esse Messiam, & ad confundendū oēs Iudæos. Sed Iudæi moderni adhuc volunt proteruire, dicentes quòd Christus non subiecit totum orbem, nec omnes nationes ipsi obeiunt: quia maiorem partem mundi possident Sarraceni: qui non colunt Iesum Christum. Sed ad hoc iam responsum est psal. 71. & 119. Quia successiuè per omnes partes mundi omnia idola fuerunt destructa per apostolos. & eorum successores, & totus populus gentilis venit ad fidem Christi. Sed anno sexcentesimo sexagesimosexto: surrexit Pseudo propheta Mahometus, & peruertit, & decepit totam Arabiam, & Scyriam, & traxit omnes illos nouos, & simplices Christianos ad suam falsam sectam: cuius F successores vi at morum subiecerunt totam Africam, & magnam partem Asiæ: cogentes eos seruare ritum Machometi, inter quos habitat magna multitudo Christianorum. Et ideo hoc non tollit veritatem omnium propheta rū: quia Christus vbique successiuè regnauit, & regnat aut temporaliter aut spiritualiter. imo Sarraceni: licèt non credant Xp̄m esse Deū: tñ asserunt ipsum esse filiū Dei: & genitū ex spiritu Dei. & sic venerant ipsum tanq̄ summū prophetā. Et iō omnia scripta, & dicta in lege, & prophetis fuerunt verificata in Xp̄o tanq̄ in vero Messia. Sed licèt oīa supradicta non possint negare, tamē adhuc non cessant proteruire, & persuerare in sua malitia, & obstinattione, dicentes, q̄ ante-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A antequàm veniat Messias: est vēturus Helias
sicut dictū & argutum est in principio. Sed
nondum venit Helias, ergo Iesus non fuit
Messias. Item nec ēt Christus impleuit offi-
cium veri Messiæ: quia non abstulit mortē:
nec omnem lacrimā, & miseriā de terra: q3
omnes reliquit mortales, & passibiles sicut
ante, & per consequens nō fuit perfectus re-
demptor. Sed tā ad primū quā ad secūdū re-
spondetur, q3 miseri Iudæi nesciunt distingue
re inter primū & secundū aduentū Christi.
Nam duplex aduentus Christi promittitur
in pphetis. Nā in primo aduentu erat ventu
rus Christus ad dandam legem, & ad redi-
mendum genus humanum à peccato: & ad
operandum omnia sex suprādicta. Et in secū
do aduentu erat venturus ad iudicandū oēs
& ad tribuendū eis præmiū secundū opera
B eorum: puta ad glorificandū iustos: & resu-
scitandū eos ad immortalitatē & gloriā: &
impios ad pœnā sempiternā. In primo aūt ad
uētu præuenit Christum Io. Baptista: sed in
secundo aduētu ante iudiciū est vēturus He
lias, & Enoch ad cōuertendum Iudæos in fi-
ne mundi. Vnde de primo aduentu dicitur
Isa. 40. Vox clamantis in deserto parate viā
domini: & videbit omnis caro salutare Dei.
Sed de secundo aduentu in quo est Christus
venturus ad glorificandum, dicitur Isa. 25. q3
veniet ad præcipitandam mortem: & ad au-
ferendam omnem lacrimam à facie terræ.
Itē de primo aduentu dr Daniel. 9. ca. q3. 72.
hebdomadæ abbreuiatæ sunt vsque ad xpm
ducem: & post sexaginta duas hebdomadas
occidetur Christus &c. Sed de secundo aduē
tu Christi dicit capit. 10. q3 multi qui dormi-
unt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vi-
C tam æternam: alii in opprobrium vt videant
semper. Qui autem docti fuerunt fulgebunt
quasi splendor firmamenti &c. Item Zacar.
de primo aduentu dicit capit. 9. Exulta filia
Sion: ecce rex tuus venit tibi iustus, & salua
tor &c. Sed de secundo aduentu dicit, c. 14.
Ecce dies venient: & dividēt spolia tua in
medio tui &c. Item Malachias prædicit vtrū
que aduentum cum suo præcursore. Nā in
primo aduentu prædicit Ioannem baptistā
præuenire Christum: cum ait ca. 3. Ecce ego
mittam angelum meum, qui præparabit viā
ante faciem meam: & statim veniet ad tem-
plum sanctum suum dominator quem uos
quæritis &c. Sed in secūdo aduentu prædicit
præuenire in Heliam ante Christum, cū ait
cap. 3. Ecce ego mittam uobis Heliam pro- D
phetā antequā veniat dies domini magnus,
& terribilis: qui erit dies iudicij. Et sic patet
deceptio, & vana spes Iudæorum qui expe-
ctāt Heliam antequam veniat Messias ad re
dimendum mundum à peccato: cum Helias
non sit promissus nisi in secundo aduentu
antequam Christus veniat ad iudicium. Sed
adhuc obstant Iudæi perseuerātes in sua
obstinatione, dicentes quòd Christus non ę-
dificauit nouam Hierusalem: imo destruxit
eam: nec congregauit omnes filios Israel in
eam: imo dissipauit eos &c. Sed ad hoc iam
responsum est per totam expositionem libri
psalmorum. Et dictum est in præcedenti, &
præsenti quæstione, q3 Christus non erat con
ditus ciuitatem materialem paruam in il-
lo arēto loco Palestinę: sed ciuitatē spiritua-
lem magnam toro orbe diffusam: quæ incę- E
pit ab illa Hierusalem materiali, & fuit per
apostolos dilatata vsque ad omnes terminos
terræ, ad quam vocauit oēs filios Israel secū-
dū carnem. Sed quia noluerunt venire, ideo
congregauit in ea omnes filios Israel spiri-
tuales ex vtroque populo. Et sic patet corū
cęcitas & deceptio, quia talis redēptio dele-
bat esse vniuersalis totius generis humani à
peccato. Sed adhuc obstant Iudæi perseuerā
tes in sua cęcitate, dicētes q3 sequeretur, q3
persona redēptoris Christi non fuerit perfe-
cta: quia non perfectè redemit genus huma-
nū à peccato & pœna ipsius Adam: postquā
non redemit ipsum in corpore & anima, quia
non restituit nobis immortalitatem & impas-
sibilitatē, q3 perdidit Adam: quia adhuc ma-
nēt mortales Christiani baptizati, & subiecti F
omnibus infirmitatibus, & miseriis: sicut Iu-
dæi & Sarraceni. Ad hoc iam respōsum est in
p. Ps. 102. q3 Xps iam pfectè redemit nos quò
ad corpus & animā p suam passionem & re-
surrectionē: & redemit nos à pctō & pœnali-
tatibus corporis. Ad cuius intellectū est notā
dū: sicut iā dictū est in expositione ps. 29. q3
qa xps fuit caput ecclesiæ, & vniuersalis rede
ptor à patre destinatus: iō oia gesta & facta
& dicta sua ptinebāt ad actum nostræ pfe-
ctæ redēptionis & recuperationis bonoū,
q3 pdidimus in Adam: & reparationis iactu-
ræ, & ruinæ nostræ. Et ideo Xps p. suam pas-
sionem non solū meruit nos redimere à pec-
cato quò ad animam, sed etiam meruit perfectè redimere nos, & reparare ruinā cpis. q3
liberare nos à pœnalitatibus, corporalibus

quas

A quas incurrimus in Adā. s. à morte corpora
li, & cæteris infirmitatibus, & defectibus: &
restituere nobis immortalitatē, & impassibi-
litatē &c. Et iō post passionem voluit tertia
die immortalis, & impassibilis, & gloriosus
resurgere: vt posset sua mēbra, & fideles si-
cut seipsum immortales, & ad gloriā resusci
tare, q3 piātem illicò voluit exercere: qa cū
eo imulta corpora sanctorū patrum ve. te. sur
rexerunt ad gloriam: & apparuerunt multis:
vt patet Mat. 27. Sed vt nos possemus meri-
ta suæ passionis participare, ipse voluit insti-
tuere baptismum, & cætera ecclesiastica sa-
cramenta: quibus contulit virtutē suæ passio
nis, & resurrectionis: vt illa posset merita suę
passionis, & resurrectionis in nos transferre.
Et sic nos recipiendo baptismum, & cætera
B sacra. participamus merita suæ passionis, &
resurrectionis. Et ideo q̄cunq; quis in nōie
trinitatis baptizatur: illicò participat merita
passionis, & resurrectionis Christi, & per con
sequens liberatur à seruitute, & macula pec-
cati in anima, & meretur resurgere post mor
tem, & liberari ab oibus pœnalitatibus cor-
poralibus: & meretur immortalitatē. Ideo di
cit Apost. ad Ro. 6. q3 sicut omnes sumus ba
ptizati in Christo: ita oēs mortui: & sepulti
sumus: & resurreximus cū eo, qa sicut Xps re
surrexit, qui fuit primitiæ resurrectionis, ita
& nos resurgemus. Et sic dicit Aug. q3 licèt
sancti martires, & fideles non surrexerunt in
actu per baptismum: tamen iam surrexerūt
in merito. Per quod vult inuere August. &
Ambro. quòd omnes nos per baptismum sta
tim liberamur à peccato in anima, & licèt
non illico liberemur à pœnalitatibus, &mi-
C seriis corporalibus in actu, tamen tunc per
baptismum liberamur in habitu, & in mes-
to: quia meremur resurgere ad gloriam in
nouissimo die. Sed causam quare sicut per
baptismum illicò tollitur peccatum animę:
non tollūtur istæ infirmitates corporales:
& efficimur impassibiles, & immortales: assi-
gnat Aug. lib. de baptismo paruulorū, & 12.
de ciu. Dei ca. 4. vbi assignat duplicem cau
sam. Quarum prima est, quia si ablato peccā
to per baptismum non relinqueretur nobis
experimētum mortis, nec aliarum infirmita
tum: tunc nulla esset pugna martyrum, nec
virginum, nec aliorum iustorum: & per con-
sequens nulla esset eorum corona: quam nul
lus potest adipisci, nisi legitimè certauerit, ad
Tim. 4. Secunda causa est: quia si baptismus

vt illicò tollit peccatum ab anima: ita tolle- D
ret infirmitates à corpore: & redderet homi-
nes impassibiles, & immortales. Tunc omnes
homines mundi currerent ad baptismum:
nō causa merendi vitam futuram ęternam,
sed causa perpetuandi, & gaudendi in hoc
mundo. Et sic nullum esset meritum nec de
siderij vltimi finis. Tertia causa potest assi-
gnari, nam si per baptismum illicò tollerēn-
tur istæ infirmitates, quæ sunt nobis instru-
menta operandi, & merendi per gratiam, ea
quæ sunt supra humanam naturam: tunc se-
querentur, q3 ruina angelica non posset repa
rari, quia tunc homines non possent adequa-
ri in meritis, per gratiam angelis, qui cecide-
runt, & per consequens non possent homi-
nes, sedes & mansiones eorum possidere: &
sic maneret ruina angelorum irreparata, q̄ E
nisi per magnam violentiam non potest re-
parari per homines, qui sunt inferioris natu-
ræ, quia regnum cęlorū uim patitur: & vio-
lenti rapiunt illud Mat. 11. Ex quibus patet,
quòd istæ infirmitates relictæ sunt nobis per
baptismum propter maius bonum nostrum:
& propter bonū curiæ triūphantis. Et sic istæ
infirmitates sunt bonis bone: & malis malæ:
quia bonis cedunt ad meritum, & gloriam,
& malis ad detrimentum, & pœnam æternā.
Et sic patet qualiter Christus fuit verus, &
perfectus redemptor non solùm humanę na
turæ: sed etiam angelicę. Et omnibus etiam
dictis in tota ista quæstione patet qualiter
Christus obseruauit, & adimpleuit, & verifi-
cauit legem Moysi, & totam scripturam pro
phetarum, & quomodo pfecit, & consumma
uit officium veri Messiæ, & per consequens F
fuit verus Messias in lege promissus. Sed nūc
restat respondere ad argumenta Iudęorum
modernorum in principio adducta. Ad pri-
mum ergo quando dicunt, q3 oportet Heliā
præuenire aduentum Messię, &c. Responde-
tur: quòd Deus per Malachiam promiserat
duplicem aduentum Christi cum duplici
præcursore, sicut dictum est. Nam primò
promittit mittere Messiam ad auferenda sa
crificia vete. leg. & ad dandum sacrificium
mundum, & commune omnibus gentibus:
cum dicit ca. 1. Non est mihi voluntas in vo
bis, dicit dominus exercituum, & munus nō
accipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis
vsque ad occasum magnum est nomē meū
in gentibus: & in omni loco sacrificatur, &
offertur mihi oblatio munda &c. Item ca-

pitulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pitulo secundo reprobat sacerdotium vetegis cum suis sacerdotibus. Item capitulo tertio promittit mittere Christum Messiã cum suo præcursore ad illud templum secundum vt purget filios Leui: & offerant sacrificia iusta. vnde ait. Ecce ego mittam angelũ meũ, qui præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad templum sanctum suũ &c. Ex quo patet, q̃ Messias primò erat venturus ad illud templum cũ suo præcursore, qui fuit Ioannes Baptista. vt probatum est, & completum in primo aduentu Christi. Sed in eodem capitulo promittitur Messias venire secundo ad iudicium, cum dicitur. Et accedam ad uos in iudicio &c. Qui quidem aduentus erit terribilis, cum dicat in quarto capitulo. Ecce enim dies veniet succẽsa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula &c. Et in isto B aduentu ad iudicium promittit Deus præmittere Heliam, cum subdit. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequã veniat dies domini magnus, & terribilis &c. Ex quo patet, q̃ sicut in primo aduentu promissus fuit Ioannes Baptista ad præparãda corda illorum ad suscipiendum baptismum, & legem Christi: ita in secundo aduẽtu est vẽturus Helias ad conuertendos Iudæos obstinatos à primo aduentu vsque ad illud tempus, & deceptos per Antichristum, qui quidẽ Helias simul cum Enoch declarabit Iudæis legem Moysi, quantùm ad veritatem & verum sensum eius, & tunc cognita veritate, fugata cęcitate conuertentur ad Christum in nouissimo dierum: vt habetur Zacarię 3. Et ideo dicit Deus per Moysen illis Iudæis deceptis per Antichristum. Mementote legis Moysi serui mei ante iudicium ne mo- C rnamini obstinati quia ecce ego mittã vobis Heliam prophetã antequam veniat dies domini magnus, & terribilis, qui erit dies iudicii generalis, qui quidem Helias conuertet cor patrum ad filios &c. legem Moysi secũdum verũ sensũm declarando, ne fortè quãdo veniam ad iudicium percutiam terram anaremate dãnationis: si fortè inuenero Iudæos, & cęteros obstinatos. Ex quo patet: q̃ Helias non fuit promissus in primo aduẽtu Christi, sed in secundo & vltimo. Et sic patet responsio ad primum argumentum. Ad aliud autem patet responsio per ea, quę dicta sunt in primo articulo: quia Christus seruauit legem Moysi literaliter primò: & postea declarauit eam doctrinaliter, postea impleuit D & verificauit legem, & prophetas realiter, & exemplariter per suã passionẽ &c. Ad aliud autem patet per omnia dicta in secundo articulo qualiter Christus perfecit, & consummauit totum officium, quod pertinebat ad verum Messiam. & ideo fuit uerus Messias. Ad aliud quando dicitur, q̃ post aduentum Christi non sunt pax vniuersalis, nec gladii conflati sunt in vomeres: nec comedit lupus cum oue &c. Respondetur, q̃ omnia illa siũt spiritualiter, & parabolicè, & metaforicè intelligenda. sicut multæ aliæ partes sacræ scripturæ. Et sic Isaias tàm in secundo capitulo quàm in vndecimo, & in multis aliis vtitur verbis, & vocabulis metaforicis, vt manifestè patet per magistros eorum. Et ideo sicut Isaias per montes, & colles intelligit sublimes viros, ita per gladios, & lanceas intelligit potestatem eorum. vnde per montẽ dominus domini intelligit Christum Messiam super quem est ædificata tota ecclesia. Et per virtutem montium, intelligit sublimitatem apostolorum. Et per omnes colles, intelligit oẽs reges, & principes, & philosophos, & ipientes mundi. Et sic mons domini, qui est Xps, fuit situs supra vertices apostolorum, & eleuatus supra omnes reges, & principes, & philosophos gentiũ, de quo dicit Isaias in capitulo 52. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè, iste asperget gentes multas super quem continebunt reges os suum &c. Per gladios autẽ siue enses intelligit Isaias scientias humanas philosophorũ. s. pihsicã & metafisicã & scientias matematicas, & logicam & omnes scientias argumẽtatiuas quib. philosophi & hæretici inuehebant & impugnabant legẽ domini & sacram scripturam vtriusq; testamenti. Per lanceas aũt intelligit potestatem secularem qua reges, & imperatores, & tyranni infestabant, & vexabant, & persequebãtur ecclesiam Dei, & legem domini. Nam philosophi, & sapientes gentiũ postquã fuerunt conuersi ad fidem Christi, conuerterũt & conflarunt gladios, et enses suorum armamentorum in vomeres, & imperatores, & reges conuerterunt lanceas, et arma suæ potestatis in falces spirituales ad colligendum et metendum fructus et messem spiritualem ecclesiastic. eorum sacramentorum. Ad cuius intellectum est vlterius notandum, q̃ sicut terra inculta efficitur sentosa, et cespitosa, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & vrsus & leo pascuntur simul cum oue, & agno,quæ oia fuerunt cõpleta per cõuersionem populi gentilis. Et sic fuit facta pax inter Deũ,& homes,& inter populũ gẽrilẽ,& ecclesiã vniuersaliter p totũ orbẽ. Et nota ẽt,q illa ,pphetia fuit literaliter ad tps in aduẽtu Christi verificata. Nam cum ante aduẽtum Christi, p ciuilia bella gesta inter Marium, & Syllã,& ex inde inter Cæsarẽ, & Pompeiũ, demum inter Octauianum & Marcũ Antoniũ,admodum totus orbis fuisset vexatus, tãdẽ finaliter omnibus inimicis p Octauianũ deuictis,quasi totus mũdus sub Octauiano p quadraginta annos in placida pace requeuit. Nã tũc Aegyptus,Dalmatia,Rethia,Vindelitia,Pãnonia,& oes Põti ciuitates, prouinciæ sub Romano imperio factæ sunt. Item Dacos,Germanos,& Cantabros Hispanorum ferocissimas gẽtes ipse Octauianus suo subiecit imperio ab Armenia,& Parthia obsides recepit,& Persæ,& Parthi,signa Romana, q̃ quondam Crasso victo acceperant ipsi reddiderunt.Item Scythæ, & Indi, & famosissima insola Taprobane,quibus ante nomẽ Romanum incognitum fuerat, legatos cum muneribus ipsi destinarunt.In cuius quidẽ Octauiani quadragesimo secũdo anno natus fuit Christus,dũ totus orbis lõga pace frueretur, in quo tẽpore bella inãtum fuerũt oblitioni tradita,q quasi oĩa arma erãt in vomeres,& cetera rusticalia instrumẽta conflata.Ex quibus pater,q propheria.Isaiæ ẽt temporaliter fuit in Christi aduẽtu verificata, sed sensus spiritualis est semper amplectendus. Et hæc de quarta quæstione.

C QVAESTIO V.

QVia visum in præcedenti questione qualiter lex Moysi fuit literaliter seruãda vsq; ad declarationẽ faciẽdam p Xpm,& visũ est qualiter Xps declarauit legẽ Moysi,& verificauit legẽ,& pphetas per legem euãgelicam, & per consequens cessante lege Moysi quò ad ceremonialia,debet obseruari lex euangelica,& succedere tanquàm veritas legis,& propherarũ, per Christum declarata exemplariter & doctrinaliter,ideo quæritur quintò.Vtrum cessante lege Moysẽ lex euangelica debeat succedere legi Moysi tanquàm dignior. Et arguunt Iudæi moderni quòd non,& hoc probant quadrupliciter. Et primò sic, quia lex Moysi est dignior & maior,quàm lex euan- D gelica maioritate miraculorum : quia maioribus miraculis est confirmata, quia maiora miracula fecit Moyses in lege vet. quàm Christus in lege euangelica. Nam Moyses cum magnis tignis,& portentis eduxit Israel de Aegypto,et diuisit mare rubrum in diuisiones,et percussit petram,et fluxerũt aquæ, & fecit pluere manna de cælo per 40.annos &c.Sed nunquam Xps fecit tàm grãdia mira culã ergo lex Moysi est maior,quàm lex euãgelica dignitate et magnitudine miraculorum,ergo ipsi non debuit succedere. Secũdo arguitur sic,nam nunquam incertum debet succedere certiori, nec ipsum abolere, sed lex Moysi est certior quàm lex euangelica, ergo non debet illa credere, et ista succedere. Minor probatur, nam illa est certior certitudine legis conditoris, quia fuit scripta digito Dei.Exo.31.et Deut.9.Sed ista est scripta digito hominum,s.quatuor euangelistarum hominum rusticorum et imperitorũ. Item certior ratione testium, quia est testificata per Moysen,qui locutus est cum Deo, quo non surrexit maior propheta ante nec post. Deuteron.vltimo. Sed lex euangelica non est testificata nisi per homines rusticos, et imperitos ergo, etc. Tertiò arguunt sic. Lex impossibilis non debet succedere legi possibili,et veræ,sed lex euangelica est impossibilis,et mendax in credendis, nam credit et colit tres Deos.s.patrem et filium, et spiritumsanctum,quod est impossibile,et in lege prohibitum,quæ dixit. Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est Deuteron.6. Item credit Deum factum hominem, et incarnatum,et credit panem factum Deum,et hominem in sacramento altaris, quæ omnia sunt impossibilia.Et sic lex euangelica est impossibilis, et blasfemia in credendo, et per consequens nõ debet succedere legi Moysi, quæ est sancta et uera. Quartò arguunt sic. Lex euangelica est sacrilega, et irreligiosa in cultu suo, nam adorat hominem Xpm, et adorat panem in altari, et adorat lignum et lapidem in cruce, et imaginibus,ergo est sacrilega,et idololatra contra primum præceptum prim. tabulæ. Et sic paret qualiter lex euangelica est indignior,& minor in ueraculis,& incertior in testibus quàm lex Moysi,& est impossibilis,& falsa in sua fide, et sacrilega in suo cultu,et per consequens non debet succedere lex Moysi, quæ est dignior &

A & certior, & vera,& religiosa,& ideo nulla alia debet ipsi succedere. In oppositũ est apostolus per totam epistolam ad hebræos, vbi probat legem euangelicam esse meliorem lege veteri, tùm ratione legislatoris, tum ratione sacerdotij, tùm ratione titus &c. vnde ait capi.8.q Xps rãtò melius sortitus est ministerium,quanto melioris testamenti mediator est,qũ in melioribus repromissionibus sancitũ est &c.Responsio. In hac quæstione erũt tres articuli. In primò videbitur qualiter lex euangelica est dignior, & maior lege Moysi magnitudine miraculorum, & certior certitudine testium. In secundò videbitur qualiter lex euangelica est possibilis & rationabilis in credendo. In tertiò qualiter est pia,& religiosa in suo cultu.

Quantùm ad primum ponitur prima con- B clusio.s.q maiora miracula fecit Christus, & apostoli i lege euãgelica quàm Moyses in lege veteri.Probatur. Nam maiora miracula sunt illa,quæ non possunt fieri per naturam.quàm illa,quæ fieri possunt per naturam,sed miracula quæ fecit Moyses poterant fieri partim per naturam,nam naturaliter possunt fieri ranæ, & muscæ ex putrefactione per solam influentiam cœli, & naturaliter ex concursu ventorum potest diuidi mare vsq; ad solum, & apparere arida, vt frequenter visum est in tempestatibus. Item abstrahere aquam ex rupibus partim potest fieri per artem, & naturã. Nam venæ aquarum transeunt quandoque naturaliter per rupes,& per viscera terræ, sed per artem quis potest perforare rupem cum aceto,& malleo fodere terrã,& educere aquã, sicut fit in puteis, ideo dicit Rabi Moyses de C Aegypto, quòd miracula, quæ fecit Moyses poterant naturaliter fieri. Sed miracula quæ fecit Christus ibi aliter erant supra naturam, ita quòd nullo modo poterant fieri per naturam, nam resuscitare mortuum quatriduanum, & fœtentem nullo modo potest fieri per naturam, & imperare mari, & ventis & dæmonibus, & ad suum præceptum sanare subitò cęcum à natiuitate, & paralyticos, & cæteros infirmos, omnino erat supra naturã, impossibile ipsi naturæ, & sic multò maiora fuerunt miracula Christi quàm Moysi. Item multò maius factum fuit comminuere omnia idola mundi, & conuertere totum populum gentilem ab idololatria ad fidem, quàm educere populum Israel de Aegypto &c. Et sic patet qualiter lex euangelica est dignior lege Moysi magnitudine miraculorum,& ma- D ioribus, & pluribus miraculis confirmata ad solùm imperium ipsius Christi, & in solus nomine Iesu virtute,vt patet per discursum euãgelicum, & actus apostolorum, & historias sanctorum.Item multo maiora miracula fuerunt spiritualia, & inuisibilia,quæ fecit Christus, qui non solùm sanabat omnes in corpore, sed etiam in anima. Sed quamuis Iudæi non concedunt ista inuisibilia, tamẽ non possunt negare conuersionem gentilium. Et licèt miracula facta per Moysen fuerint vera miracula, & magna,& supra naturam,tamen miracula Christi fuerunt multo maiora: & hoc dupliciter.Primò,quia omninò,& non secundùm partem erant supra naturam. Secundò, quia Moyses operabatur inuocando Deũ tanquàm minister : Christus autem imperando tanquàm Deus,& dominus naturę.Secun- E da conclusio, q lex euangelica est certior, & magis autentico certitudine testium, & scriptorum quàm lex Moysi. Probatur, nam illa lex est certior,quę habet scriptores, & testes minus suspectos,sed lex euangelica est huiusmodi respectu legis Moysi.ergo est certior. Maior patet.Minor probatur. Nam ipsemet Moyses fuit scriptor, & solus testis suę legis, quia ipse scripsit eam,& dixit qualiter locutus est cum Deo in mõte Sinai,& qualiter Deus dedit ipsam legem ipsi,vt promulgaret eam illi populo rudi. Sed in hoc nullum habet testem nisi seipsum, ergo non est simpliciter ipsi credendum, quia nullus potest facere testimonium de seipso, nec tali testimonium est acceptabile in foro iudiciali. Christus aũt nihil scripsit in cartis, sed scripsit legem suam in cordibus hominum, prædicando, & mi- F racula faciendo, miraculis, & operibus testimonium de ipso perhibentibus. Sed quatuor euangelistæ,& duodecim apostoli, & septuaginta duo discipuli hæc omnia viderũt & scripserunt, & testimonium perhibuerunt de gestis, & factis, & dictis eius. Et ideo tales testes, & in tanto numero de necessitate sũt credendi, nec eorum testimonium est suspectum,quod non est dicendum de Moyse, qui solus testimonium præbet de seipso in sua lege.Propter quod dixerunt aliqui gentiles, & hęretici,q Moyses ficto modo, & cũ dolo decepit illum populum,fingendo secum Deum fuisse locutum,& q vel mentitur: vel q fecit miracula in sola apparẽtia p artes magicas. Sed ad hoc respondet Iudæi, quòd Moyses

Universidad de Deusto
Biblioteca

A omnia illa miracula fecit euidenter corã toto illo populo puta illa decem signa in Aegypto, & in deserto percussit petram & fluxerunt aquæ &c. Item Dauid hoc idem testat de Moyse cum cæteris prophetis. Sed ad hoc instando dicerent hæretici, & gentiles, quòd hoc non probat factum, sed magis reddit ipsum suspectum, nam ipsemet scripsit illos quæ libros, qui narrando sua gesta dicit se fecisse illa miracula coràm illo populo, & accepisse illam legem à Deo. Sed nullus alius reperitur qui talia scripserit in illo tempore, nec dixerit se vidisse. Vnde eodem modo q̃s poterit fingere de se, fuisse in Persia aut Armenia, & similia, & maiora opera fecisse coram populo, sicut fecit Manichæus nominans se decimumtertium apostolum Christi, & Mahometus qui dixit se ascendisse in cę
B lum cum Angelo Gabriele, & accepisse alcoranum à Deo, prout scribitur in libro dicitur Almoarag. Et sic etiam Moyses potuit decipere illum populum, sicut Manichæus & Mahometus. Et sic etiam Dauid, & cæteri posteriores potuerunt decipi in fine Moysi credendo ipsi, sicut Sarraceni decipiuntur præbendo fidem, & credendo verbis Mahomeri præbentis testimonium de seipso. Quare sicut testimonium illorum non est acceptandum tanquàm suspectum, ita nec testimoniũ Moysi, & sic manet lex Moysi suspecta propter defectum testium, & scriptorum, & lex euangelica manet probabilis, & credibilis. Sed est dicendum secundum veritatem, quòd lex Moysi licèt sit vera, & à Deo vero data, secundùm q̃ probat Apostolus ad Hebrę. & Aug. contra Faustum, & contra aduersarium
C legis, & prophetarum, tamen ecclesia nõ crederet legi Moysi nisi quia Christus autorizauit eam, allegando frequenter legem, & prophetas, imo dixit q̃ non venit soluere legem aut prophetas, sed adimplere Matthæi 5. Itẽ Ioan. 5. dixit. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, quia Moyses de me scripsit. Item Lucæ 24. Incipiens à Moyse, & prophetia interpretabatur illis duobus discipulis oĩa quæ de eo scripta erant &c. Ex quibus patet quòd lex Moysi, & scriptura prophetarum in tantùm est nobis credenda, inquantùm fuit testificata, & autorizata per Christum. Ex quibus omnibus sequitur, q̃ lex euangelica est omnino perfectior, & dignior, & certior lege Moysi, non solum ratione miraculorum, sed etiam ratione legislatoris: qui est Christus Deus, & ratione testium, & plu- D
rium scriptorum idoneorum, & autenticorum. Et ideo debet succedere, & silentium imponere legi Moysi tanquàm veritas figuræ, & signatum suo signo, & sicut lux fugat tenebram, & vmbram. Et hoc de primo articulo. Quantum ad secundum articulum est notandum, quòd licèt articuli fidei Christianæ non sint demonstrabiles, nec possent à nobis in via demonstrari de facto, tamẽ eorum possibilitas non solùm est nobis probabilis, sed etiam demonstrabilis ex primo suo fundamento. Vnde licèt Deum esse incarnatum non possit demonstrari, tamen Deum potuisse incarnari est demonstrabile: vt patebit, quia omnes articuli fidei sunt possibiles: sed in eorum possibilitate est ordo, nam ar- E
ticuli fidei ita sunt ordinati: quòd vnus præsupponit alterum in sua possibilitate, & sic priores in sua possibilitate vsque ad primum articulum, s. articulum trinitatis: qui est causa omnium articulorum in veritate, & possibilitate, nam ex veritate, & possibilitate articuli trinitatis infertur veritas, & possibilitas articuli creationis, & ex possibilitate articuli trinitatis, & creationis infertur possibilitas incarnationis, & ex possibilitate incarnationis infertur possibilitas autoritatis Xpi, & institutionis eucaristiæ, & possibilitas passionis, & resurrectionis, & liberationis parrum de inferno, & totius nostræ redemptionis &c. Et sic omnes articuli fidei præsupponunt articulum trinitatis personarum in vna substantia in diuinis. Sed possibilitas articuli trinitatis fundatur in quadam veritate infallibili, & F
necessaria, & demonstrabili per omnes philosophos. imo iam per eos demonstrata. Ad cuius intellectum est iterum notandum quòd inter cæteras proprietates, & perfectiones primi entis, qui est Deus, septẽ proprietates ponit Aristoteles, & commentator 12. metaphisicæ, & Auicenna, & Algazel in sua metaphisica. Primò, quòd Deus est actus purus, & simplicissimus, & primum necessarium, & independens. Ex quo sequitur secundum, scilicet quòd est summum, & primum intelligibile. Tertiò, quòd est seipsum intelligens. Quartò, quòd est summum bonum, & primum appetibile, & p̃ consequens seipsum amans, & diligens. Quintò, quòd sua intellectio, & volitio est sua substantia, eò quòd intelligit, & diligit se per suam substantiã, & essentiam. Sextò dicit, quòd ab isto primo ens,

A ente, & primo intelligibili, & appetibili se intelligente, & amante dependet totum cęlum, & natura. Septimò dicit, quòd omnes secundę intelligentię mouent, & gubernant omnia ista inferiora propter istum Deum amatum, & desideratum. Ex isto ergo fundamento, & veritate infallibili, & necessaria, & impossibili aliter se habere, inquit Augustinus in libro 15. & in cæteris libris de trinitate contra Maximinum, & cętetros Arrianos totum mysterium trinitatis, & productionum diuarum personarum diuina rum à prima. Et hoc idem faciunt omnes cæteri doctores. Vnde dicit Augustinus, q̃ intellectus in intelligendo format conceptũ diffinitiuum, rei intellectę, vt inquit Aristoteles, septimo, metaphisicę, qui quidem conceptus dicitur diffinitio, eò quòd con-
2 cludit, & comprehendit omnes fines, & partes rei intellectę, & comprehensę. Et dicitur etiam terminus rei, eò quòd comprehendit, & ambit omnes terminos rei, & ambit, & terminat eam, vt patet ibidem. Quam diffinitionem siue conceptum, græci appellãt LOGOS: id est verbum diffinitiuum. Et ideo cum Deus perfectè, & completè intelligat, & concipiat seipsum se toto & secũdum se totum, necesse est vt de tota scientia, & intellectione sua, quę est substantia sua, dicat, & producat tale verbum diffinitiuum sui ipsius, quo seipsum diffinit, & comprehendat. Sed quia suum intelligere, & dicere, est suum esse, & sua substantia, & essentia: ideo illud verbum dictum, & productũ de tota essentia, & substantia Dei necesse est
C q̃ sit Deus: quia Deus pater intelligendo se totum, et dicendo tale verbum de tota sua substantia, communicat illi verbo totã suam substantiam, et esse, et essentiam, cum ibi esse et intelligere sit sua essentia, et substantia, et econuerso. Et sic eadẽ substantia, et essentia est in verbo, et in ipso patre dicente, et p̃ consequens idem Deus est verbũ cum dicente. Sed quia hoc verbum nascitur à dicente per modum naturæ, quia totaliter est imago dicentis, et intelligentis, quia totaliter exprimit, et diffinit ipsum, ideo sacra scriptura hoc verbum appellat filiũ, et dicentem appellat patrem. Et rursùs sicut proprium est intellectui intelligere, et ex intellectione formare diffinitionem seu verbũ diffinitiuũ, ita proprium est voluntati velle, et diligere bonum intelle-
ctum, et spirare amorem in eo de tota illa di- D
lectione, quo amore se toto diligat se totum suum volitum, et amatum, quem amorẽ sic spiratum scriptura appellat spiritum sanctũ. Vnde sicut pater intelligendo se format, id est dicit verbum de tota scientia, et substantia sua, cui verbo communicat totam eandem suam substantiam, et essentiam in esse, in quo, et per quod verbum pater se totum diffinit, et comprehendit tanquam per suã imaginem coequalem, et perfectum quo verbo sicut se intelligit esse summum ens, et intelligibile, ita intelligit se summum bonum amabile, et appetibile, et ideo absque aliquo medio sicut intelligit se in uerbo, et uerbũ in se, et sic per modum voluntatis producit, et spirat amorem de summo bono intellecto. Et sic sicut pater intelligẽdo cõmunicauit verbo totam suam substantiam, et essentiam ita pater simul cum verbo diligendo cõmu- E
nicat spiritui sancto eandem substantiam et essentiam, quę prius communicata fuit verbo. Et ideo sicut filius procedit à solo patre per generationem, ita spiritus sanctus non solùm procedit à patre, sed etiam procedit à verbo seu filio per spirationem, eò q̃ substantia, quæ communicatur spiritui sancto, prius fuit communicata filio à patre, et sic eadem substantia communicatur spiritui sancto ab utroque tãquàm ab vno principio. unde sicut intelligere precedit diligere ita dicere precedit spirare, sicut nihil diligitur nisi præcognitũ. Ex quibus patet, quòd eadem substantia, et essentia, quam pater habet à se, communicatur filio à patre per generationem, et eadem cõmunicatur ab vtroque spiritui sancto per spirationem, et sic manet vnus solus Deus essentialiter, et substan- F
tialiter, et existenter in trib. personis, post quam in tribus personis non est nisi una essentia, et substantia, et unum esse, per duam essentiam, et substantiam diuinam, et per quod esse vnaqueque persona dicitur Deus et dicitur ens, et substantia, et dicitur habere esse simpliciter, quia pater non est Deus, nec ens, nec substantia per paternitatem, sed per deitatem, quia paternitas non constituit patrem in esse diuino, et substantiali, nec in esse existentiæ, sed solùm constituit patrem in esse personali, et paterno. Et sic est dicendum de filiatione respectu filij, et de spiratione passiua respectu spiritus sancti. Et ideo pater filius, et spiritus sanctus non sunt tres substantiæ, nec tria entia, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ries personæ absolutè: sed sunt tria relatiua: siue tres personę relatiuę: quia relationes nō possunt multiplicare substantiam: nec multiplicare eius, quia non sunt entia, nec sunt aliquid, sed ad aliquid, vt ait Aristoteles, & Augustinus contra Maximum. Ideo istę tres personę dicuntur realiter distinctę, non quòd sint tres res absolutè, nec tria entia, sed tres res relatiuè. Sed dicuntur tres res reales inquantū pater realiter producit verbum reale, & pater, & filius realiter spirant spiritum sanctum realem. Et prima persona ita est pater, q̄ non filius nec spiritus sanctus, eò q̄ est à se, & non ab alio, nec generatur, nec spiratur, & filius ita generatur à patre, q̄ nō generat, nec spiratur, & ideo nec est pater, nec spiritus, sed verbum, & filius. Et spiritus sanctus ita spiratur ab vtroque, q̄ nec generat,
B nec generatur, nec spirat, sed solus spiratur. ideo solus est spiritus sanctus. Et sic vna persona negatur de altera non substantialiter nec realiter absolutè, sed realiter relatiuè, inquantùm vna alteri relatiuè opponitur, & sic manet vnum solum ens absolutum in trib. personis relatiuis, non q̄ Deus sit vnum ens absolutum per se, sine vel prę̄ter illas tres personas relatiuas, quia nec per se facit personam sine illis tribus, nec reperitur in aliqua alia persona prę̄terq̄ in illis tribus, nec Deus est aliud quàm ille tres personę, ne illę tres personę sunt aliud quàm vnus Deus. Sed est aduertendum, q̄ ista Trinitas personarum in diuinis non est inuēta, & reperta in sola Christiana religione, quia iam fuit memorata ab antiquis philosophis. Nā Aristoteles duodecimo metaphisicæ, implicitè, & cōsusè ponit i
C stā Trinitatem, dicēs q̄ in diuinis est Deus intelligens, & sua intellectio est sua substantia, & sua volitio, in qua felicitatur. Tamē Plato in Timæo, & in epistola ad Dionisium clarā distinguit istā Trinitatem personarum secundùm ordinem intelligendi, & diligendi se in Deo, dicens q̄ Deus intelligendo se format verbum sibi consubstantiale, & coæternum. quod verbum quandoque nominat filium, & quandoque nominat ipsum secundū Deum creatorem omnium, eò q̄ in illo verbo sunt ideę, & exemplaria, & formę omniū rerum creatarum. Et similiter ponit spiritum Dei penetrare, & viuificare oīa creata, quem appellat animam mundi. Quod allegās Virgilius in sexto dicit. Principio cœlum ac terras camposque liquentes. Lucentemque globum lunę titaniaque astra Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus. Mens agitat molem, & magno se corpore miscet &c. Item in 4. Georgicorum. Quidam dixere Deum naque ire per omnes. Terrasque tractusque maria cęlumque profundum &c. Et sic Plato, & multi philosophi antiqui posuerit Trinitatē in diuinis, appellantes primam personā patrem, & secundam verbū, & filium, & tertiā appellabant spiritum Dei. & animam mundi, dicentes q̄ pater per verbum omnia produxit, & per spiritum omnia viuificat, & mouet, vt patet in Timęo Platonis, & in libris de republica, & in epistola ad Dionisium, & in epistola ad Erastum, & Coriscum. Idem Plotinus in libro de tribus hipostasibus, à quibus omnia principium habent. Et dicit Plato, quòd istę tres personę non sunt plures substantię, sed vna tantùm. Et q̄ verbum Dei est
D ipse Deus, & spiritus Dei est ipse Deus. Et sic tā Plato, q̄ Socrates concedebant istas tres personas in Deo, & ideo Pitagorici propter istam Trinitatem colebant vnum solū Deū sub triplici honore. s. adoratione, & oblatione, & oratione laudis, vt patet primò de cœlo, & mundo. Ex quibus patet q̄ Deum esse trinum, & vnum non est articulus fidei, cū naturaliter sit demōstrabile, & probabile apud philosophos. sed istas tres diuinas p̄sonas esse realiter distinctas in vna simplici essentia, & substantia, est articulus fidei, prout ponit & credit fides catolica. Item sequitur q̄ licēt philosophi peruenerint naturaliter in cognitionē istarū triū personarū sic confusè, inquātùm nouerunt Deum esse primū intellectū, & primum principium omnium, prout deū
E est, tamen naturaliter non potuerunt peruenire ad modum emanationum duarum personarum à prima, & quomodo istę tres personę sunt realiter distinctę, nisi Deus reuelasset hoc specialiter, & distinctè in nouo testamento, & sic est articulus fidei. Et ideo beatus Augustinus spiritu sctō illustratus istas emanationes, & origines, & distinctiones personarum lucidè, & clarè distinxit in libris de Trinitate, per doctrinam Christiana religionis potest defendere ab omni incursu philosophorum infideliū. imo quantò quis magis est instructus in vera philosophia, & metaphisica tantò citius adhęrebit, & assentiet veritati fidei catolicę, & articulo Trinitatis personarū eum simplicitāte diuinę essentiæ. Ex supra dictis patet non solùm possibilitas, sed etiam veritas

A veritas articuli trinitatis contra miseros, & cęcos Iudæos, qui hoc reputant impossibile. Sed non mirum: quia non solùm sunt occęcati in intelligentia sacrę scripturæ: sed ēt sūt ignari veræ philosophię. Habita ergo cognitione trium diuinarū personarum per emanationem secundæ personæ, quod est verbū à prima persona qui est pater: & per emanationem spiritus Dei ab vtraque: deuenerunt etiam philosophi ad cognitionē creationis creaturarum per emanationem à verbo diuino. Vnde dicit Plato: quòd sicut verbū diuinum emanat à patre: ita omnia ista entia emanant à diuino verbo per creationem. Et
B sicut verbum emanat à patre tanquàm scientia à sciente: ita omnes artes, & scientiæ emanant à verbo diuino in homines: vt inquit Epicarmus comicus discipulus Platonis: q̄ diuinum verbum artes hominibus suggerit: docetque facere quod conducit, non inuenerunt enim homines artes: sed eas verbum hominibus immisit. verbum autem hominum à diuino verbo defluxit. Et sic dicit Plato: quòd sicut illud diuinum verbum fluit & emanat à patre: ita omnia creata emanāt à verbo. Sed istam emanationem multo clarius declarat Augustinus, & doctores catolici, ponentes multiplicem differentiam inter istam emanationem creaturarum à verbo, & illam verbi à patre. Nam quia verbū primo emanat à patre dicente per modum naC ductione pater communicat filio totam substantiam, & essentiam, & esse: ideo filius est consubstantialis: & æqualis patri: & idē Deus cum patre. Sed creaturæ emanant à verbo per modum artis: ideo Deus ita communicat creaturis similitudines suarum perfectionum, & idearum: quòd non communicat eis suam substantiam, & essentiam. Et ideo nulla creatura est Deus: nec filius naturalis Dei: nec Deo æqualis nec consubstantialis: sicut artifex ita communicat artificiato similitudinem suæ artis: q̄ non communicat substantiam suam. Secunda differentia est: quia pater producit verbum de tota scientia, & substantia sua: ideo non potest producere nisi vnum verbum: sed Deus nō producit mundum de tota arte sua: quæ est infinita, ideo potest producere multos alios mundos non eos quando autem suam. Tertia differentia est, quia Deus pater producit filium, & verbum ab æterno: eò quòd filius nascitur, & e-
D manat naturaliter, & per modum naturę, sed mundus non emanat à verbo ab æterno: eò quòd non producitur naturaliter, sed artificialiter, & liberè. Artificialia enim non sunt naturalia sed voluntaria. Quarta differentia est, nam Deus pater per seip̄sum de scientia, & intellectione, sua ab æterno dicit illud verbum non per aliud verbum, & productum manet in producente substantialiter, & essentialiter, sed in creatione rerum Deus pater per verbum æternum dixit omnia creata ad extra: & ideo verbum æternum nullum aliud verbum præsupponit: sed omnia creata præsupponit verbum æternum: per quod sunt dicta extempore. Ideo hæc est causa quare pater non potest dicere suum verbum quin communicet ipsi totam substantiam, & essētiam: eò q̄ absque alio verbo per se naturaliE ter ipsum dicit de tota sua scientia speculativa. Sed quia per verbum suum dicit alia tanquàm per scientiam practicam: ideo ita communicat rebus creatis similitudines suæ sciētiæ, & suarum idearum: q̄ non communicat suam substantiam. Est autem multiplex differentia inter Deum, & quemlibet artificem creatum: & quodlibet agens naturale. Nam Deus solo verbo dicendo absque motu, & tempore potest omnia producere: quod nō potest agere artifex creatus nec agens naturale. Et hoc accidit quia Deus continet in verbo suo perfectiones omnium, & omnia dependent à diuino verbo quò ad totū suum esse in genere causæ efficientis, & formalis, finalis. Et ideo Deus nihil aliud extrinsecum præsupponit in sua actione: & q̄ consequens potest producere res quò ad totum suum esse. Et ideo dicendo, fiat lux: facta fuit lux: & dicendo: fiat firmamētum: factum fuit firmaF mentum: vsque alia mors: eò quòd omnia dependent ex diuino verbo quò ad totum suum esse. Secunda differentia est: quia artifex creatus: ita communicat formam accidētalem rebus artificiatis: quod non potest producere materiam: vt puta argētum aut aurū: aut lapides, & ligna: eò q̄ ista non dependēt ex arte humana: nisi sola forma artificialis domus: aut annuli. Et ideo licèt domificator millies diceret: fiat domus: nunquàm fieret domus: nisi primò per motum præparentur ipsi lapides, & ligna &c. eò q̄ ista non dependent ex arte sua: sed ex natura: quia vbi desinit natura incipit ars. Sed quia cælum, & natura, & omnia creata dependent ab arte

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diuina:vt dicit Aristoteles 12.metaphysicæ: & commentator eius:hinc est,q̃ Deus ex solo verbo dicendo potuit in instanti omnia,p̃ ducere ex nihilo præsuppositio:quantùm ad materiam,& formã:& quò ad totũ suũ esse, ideo dixit , & facta sunt:mandauit,& creata sunt. Vnde sicut sol in vno instanti causat, & multiplicat suam similitudinem,& imagi nem per totum hemispherium, nõ communicando suam substantiam,ita Deus in eodem instanti communicauit,& multiplicauit solo verbo similitudines suarum perfectionum, & idearum in omnibus creaturis non communicando eis substantiam suam. Et sic patet,quòd dicere Dei ad extra nihil aliud fuit nisi similitudines suarum perfectionum, & idearum creaturis communicare.Item sequitur q̃ creaturæ nihil aliud sunt q̃ similitudines diuinarum perfectionum,& idearum,& C effectus diuinæ artis.Item sequitur:quòd res creatæ non solùm recipiunt à Deo esse essẽtiæ entitatis:per quod assimilantur diuinę arti in sua specie:sed etiam recipiunt à Deo esse actuale:per quod esse existunt,& personãtur:& actualiter operantur.nam per solũ esse essentiæ non possent persistere, quia nihil aliud est nec potest existere per suam essentiam nisi solus Deus:quia à nullo dependet. & ideo solus Deus est suum esse, & vita 12. metaphificę,& ideo omnis creatura vltra essentiã indiget esse:per quod existat,& viuat, & sic Deus primò dicendo creat , & ꝓduxit res ad extra:sed ex consequenti per spiritum sanctum spirat esse,& vitam in rebus. Et iõ dicitur Genesis primo,quod in principio, id est in verbo creauit Deus cęlum,& terram, sed quia terra erat inanis,& vacua sine esse, C ideo spiritus domini ferebatur super aquas, id est sũper omnia creata,vitam, & esse conferendo,& ea viuificando.Et istam spiritum appellat Plato animam mundi.De quo dicit Virgilius in sexto . Principio cœlum,& terram,camposq̃ liquentes.Lucentemq̃ globum lunæ,titaniaq; astra Spiritus intus alit . totamque infusa per artos Mens agitat molem,& toto se corpore miscet.Item in Georgicis. Dum nanque ire per oẽs Terraq; tractusq; maris cęlumq; profundum.Ex quibus patet,quòd sicut Deum esse trinum, & vnũ non est articulus fidei,eò q̃ hoc nouerũt philosophi in lumine naturali , sed est articules fidei,inquantùm nos credimus illas tres personas esse inter se realiter distinctas cũ summa simplicitate diuinæ substantiæ , sicut D pradictum est,quod habemus ex sola reuelatione, & auctoritate sacræ scripturæ,Ita pariter est dicendum q̃ mundum esse à Deo ꝑductum non est articulus fidei,quia hoc ipse asserunt philosophi,q̃ posuerũt Deum in triplici genere causæ.t. efficientis formalis, & finalis,vt patet. 12.metaphificę, sed mũdum esse creatum de nihilo ex tempore,& q̃ mũdus habuit principium, hoc est articulus fidei,quia non potest demonstrari , imo omnes Peripatetici putarunt demonstrare oppositũ,vt patet 12.metaphificæ,& 8.philico rum & primo cęli,& secundo de generatione.Sed ipsemet Aristoteles dicit in topicis, q̃ illę rationes non sunt demonstratiuæ,sed tantùm probabiles. Ex quibus patet,q̃ Deũ esse trinum,& vnum,non est impossibile,sicut negant.& imponunt nobis miseri Iudei I quia hoccõcessum fuit à philosophis licèt nõ ita distinctè,imo per emanationem creaturarum quã Iudæi concedunt, philosophi pucnerunt in cognitionem trinitatis, & emanationem diuinarum personarum à prima persona patris,vt dictum est.Sed quod ista trinitas diuinarum personarum non sit ꝑ Christianos conficta,nec per filosophos antiquitus memorata,sed etiam in lege, & ꝓphetis explicata,patet ex multiplici auctoritate, & primo Geneſis primo,vbi dicitur . In principio creauit Deus cęlum,& terram,terra aũt erat inanis & vacua,& spiritus domini ferebatur super aquas &c.In quibus verbis duplici ter denotatur pluralitas personarum in diuinis. Et primò, quia in hebræo dicitur . In principio creauit Heloim cęlum,& terram, F vbi ly heloim est pluralis numeri.Et sic per totam scripturam pro maiori parte Deus ponitur in plurali,de quo est maxima quæstio & nondum soluta apud hebræos. Vnde Rabi Moyses de Aegypto putans soluere istam quæstionem dicit, quòd heloim est æquiuocum ad Deum cœli qui est vnus,& ad angelos, & Deos gentium. Alij autem dicunt q̃ per heloim in plurali intelligitur Deus cum iudicibus aut angelis suis, id est quòd Deus cum iudicibus,& angelis suis creauit cęlum & terram.Sed hoc est falsum,quia Deus nõ indiguit auxilio angelorum ad creandum mũdum,cum angeli sint de numero creaturarum.Et iõ est dicendum , q̃ ly heloim licèt est quod dij in plurali, sed ly dij nõ ponitur substantiuè,sed adiectiuè.Vnde dia dis diuã est

A est sincopatum de diuus diua diuum:quod significat res diuinas.Ideo non valet arg. sunt tres dij : ergo sunt tres Dei.quia Dei in plurali significat tres Deos: quod nefas est dicere in diuinis:sed tres dij significat tres personas diuinas:scilicet patrem,& filium,& spiritum sanctũ.Et sic conceditur:q̃ pater,& filius & spũs sanctus sunt tres diui, & personæ diuinæ:sed non tres Dei : quia primò tenetur ad iectiuè denotando personas:sed secundo tenetur substantiuè denotando substantiã , & essentiã. Et sic ergo ,ꝑ maiori parte ponitur heloim adiectiuè non substantiuè in lege, & prophetis: non significando pluralitatem substantiarum sed personarum in diuinis. sed ęc si Iudæi non capiũt hoc sacramentum.Item secundo in supradictis verbis explicatur Tri B nitas personarum. nam Deus pater in principio.i.in verbo tanquàm in arte creauit cœlũ & terram:quia per verbum in quo sunt ideæ oĩm rerum dixit omnia creata: dando eis essentiam, sed spiritus domini ferebatur super aquas dando eis esse omnia viuificãdo, & sic explicatur mysterium Trinitatis. Item sequitur.Dixit Deus fiat lux &c. ergo si Deus dixit:per aliud verbum dixit , & per consequẽs habet verbum per quod dixit.omnia. Itẽ sequitur.Vidit Deus cuncta quę fecerat.& erãt valdè bona: ergo Deus sicut per verbũ dedit essentiam rebus:ita dedit eis bonum,idest esse quod omnia appetunt . sec hoc pertinent ad spiritum sanctum per quem Deus omnia bonificat.ergo in diuinis sunt tres personæ , scilicet patet,verbum,& spiritus sanctus. hoc idem patet Gene. 18. quando Abraam , vidit C illos tres angelos,& adorauit vnum tantùm Deum in eis , dicens. Domine si inueni gratiam in oculis tuis &c.Et ponitur ibi nomen domini quatuor literarum quòd soli Deo cõueni.Et postea capitulo sequenti explicatur eadem pluralitas diuinarum personarum: cũ dicitur . Igitur dominus pluit ſsuper Sodomã,& Gomorrã sulfur, & ignẽ à domino de cœlo &c. Dicit ergo q̃ dominus pluit à domino,& ponitur in vtroq; nomen quatuor literarũ,vbi notantur duæ personæ diuinę, scilicèt personæ filij missi ad pluendum sulfur , & ignem:& persona patris mittentis , à quo filius habet quicquid habet. Ex hac ergo scriptura Iudæi non ꝑsunt negare esse pluralitatem in diuinis:non substantiæ : ergo personarum.Item ista Trinitas diuinarum personarum explicatur ꝑalmo. 32. cum dicitur. Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu D oris eius omnis virtus eorum.Item ꝑalmo. 42. Sedes tua Deus in sæculũ sæculi : propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię . vbi ponitur Christus Deus vnctus : & pater Deus vnguens : & spiritus sanctus quo Christus vnctus.Item Isai.quagradesimooctauo , Dominus misit me,& spiritus eius : hæc dicit redemptor tuus dominus Deus Israel.Itẽ Zacar.2.Gaude,& lætare Sion:ponam diuinitatem meam in medio vestri, & cognoscetis q̃ dominus misit me : vt prophetarẽ vobis , Item Prouerbiorum 30. Quis suscitauit omnes terminos terræ:quod.n omen est eius, & quod nomen filijs eius:si nosti?Item in plerisque locis reperitur memoratum verbũ Dei , & nomen Dei,per quod fides catolica semper intelligit secundam personam in Trinitate,scilicet filium.Et sic etiam spiritus sanctus E frequenter in scriptura dicitur spiritus Dei : per quem intelligitur tertia persona in Trinitate.Et sic patet,quòd articulus Trinitatis diuinarum personarum, cum vna sola, & simplicissima substantia non solùm est possibilis : sed per sacram scripturã verificatus , & autorizatus . Quod quidem mysterium Trinitatis maximè probatur, & manifestatur in creatione rerum: quia emanatio creaturarũ, & modus producẽdi earum præsupponit emanationem diuinarum personarum: vt dictũ est:quia per verbum patris facta sunt omnia:& per spiritum Dei viuificata. Ex quibus duobus articulis:scilicet Trinitatis, & creationis redditur possibilis,& probabilis articulus incarntionis.Vnde dictum est: q̃ res creatę prout sunt similitudines diuinarum idearum habent solùm esse specificum , & essentiale , F sed per tale esse nõ possunt existere.in actu , nec personari, nisi influatur eis esse actuale, & personale : quia nihil existit per suam essentiam nisi solus Deus:quia est independẽs. Et sic dicitur, q̃ Deus primò per verbum dicit res ad extra,dando eis esse specificum, & ex consequenti spirat in eis esse personale,& actualis existentiæ,per quod conseruat res in esse duratiuo: de quo dicit autor de causis,q̃ prima rerum creatarum est esse.

Ex quibus patet quòd sicut Deus conseruat,& personat vnamquamque creaturam in esse existentiæ per esse creaturam , & influxum : Ita potest aliquam creatum conseruare in esse , & personare per seipsum , & per consequens potest effici vna persona cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa. Sic ergo factum fuit in mysterio incarnationis. Nam pater imo tota Trinitas per spiritum sanctum formauit illud corpus ex puris sanguinibus in vtero virginali: vt perfectè organizauit illud. Et tota Trinitas creauit ī eo simul animam illam intellectiuam, cum omnibus suis perfectionibus. Et sic fuit verum indiuiduum humanum conditionatum, & atomatum: quia anima est illa, quæ dat composito esse specificum, & substantiale, & entitatiuum tertio de anima. Et accidentia dant esse atomum, & indiuiduale. sed nec anima, nec accidentia indiuiduantia, & determinantia speciem possunt dare esse personalis existentiæ, aut substantię: nec possunt personare illam speciem indiuiduatam, nisi à primo entre spiretur esse personale, & esse actualis existentiæ: per quod illa species, & indiuiduum personetur, & existat. Et hoc fecit verbum diuinum per se absq; creatione noui esse: imo per se personauit illud corpus animatum, & organizatum, & indiuiduatum. Ideo in illa benedicta incarnatione ita fuit creata noua anima, & noua substantia essentialiter: quod non fuit creata noua personalitas: nec nouū esse existentiæ aut substātiæ. Et sic illa incarnatio nil aliud fuit nisi creatio illius humanitatis, non sub esse creato: sed sub esse diuini verbi præexistentis. Et sic fuit creatio nouæ substantiæ: sed non noui esse. Et ideo illa humanitas non personatur per nouum esse creatum, nec per nouam personalitatem: sed per solam personalitatem verbi. Et ideo manet solùm vna persona in duabus naturis. Sed est aduertēdum, q̄ totus discursus supra dictus non factus est successiuè in tempore: imo in eodem instanti illud corpus fuit formatum & organizatum & animatum & per verbum assumptum, & personatum. Et sic illa persona Christi dicitur verus, & perfectus Deus, & verus & perfectus homo. Et ideo ꝺ illa persona verificanē omnia quę sunt Dei: & omnia quæ sunt hominis, ratione duarum naturarū, & Christus dicitur creator, & creatura, & mortuus, & passus & cætera, quia verè dicitur Deus & homo. Et sic etiam communicātur idiomata vtriusque naturæ inter se. Nam ille hō dicitur creator ratione deitatis: & ille Deus dicitur passus ratione humanitatis, quam assumpsit in atomo indiuiduatā. & conditionatam, vt posset pati &c. Iō quando dicitur. Deus passus est, est sic intelligendū & exponendum. i. ille homo qui est Deus est passus &c. Et sic patet, q̄ articulus incarnationis est possibilis, & sic Deum posse incarnari nō est articulus fidei, imo est probabile & quasi demonstrabile. Sed Deū esse de facto incarnatum, & Iesum Christum esse Deum & verbum incarnatum: hoc est articulus fidei, quia hoc non potest probari, nec ostendi, nisi ex sola autoritate sacræ scripturæ vtriusq; testamenti. Nam in veteri testamento mysterium incarnationis prænunciatum fuit futurum: & in nouo testamēto annunciatum est iam factum & completum, & per effectum & miracula demonstratū. Sed quia nos nō vidimus Christum incarnatum, sed credimus soli euangelicæ scripturæ & autoritati, ideo dicitur articulus fidei in nobis. Sed quòd Deus esset incarnādus, & Messias in lege promissus deberet esse Deus: patet & probatur ex multiplici autoritate sacræ scripturæ veteris testamenti. Vnde psalmo secundo. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Item Psalmo 71. Permanebit cum sole, & ante lunam, & ante solem permanet nomen eius. Item psalmo 109. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Item Isa. 45. Tu es Deus absconditus. Item Isaiæ septimo. Vocabitur nomen eius Emanuel, id est nobiscū Deus. Item capitulo nono. Vocabitur Deus fortis pater futuri sæculi. Item capitulo decimo. Dominus dedit mihi linguam eruditam &c. Item hoc idem capit. 51. & 55. &c. Item Hieremiæ 23. Suscitabo Dauid germē iustum, & facie iudicium &c. Et hoc est nomen quod vocabunt eum. Dominus iustus noster &c. Et ponitur ibi nomen domini tetragrammaton quod soli Deo cōuenit. Hoc idem ad literam habetur Hieremiæ 33. Item Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Item Trenorum 4. Spiritus oris nostri Christus dominus noster captus est in peccatis nostris &c. Et ponitur ibi nomen domini tetragrammaton. Item Oseæ tertio. Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum &c. Item Zacarię 2. Hęc dicit Dominus exercituum, post gloriam misit me ad gen. &c. Lauda & lętare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui dicit dominus. Et scies quia dominus exercituum misit me ad te &c. In quibus verbis notatur Deus missus, & Deus mittens, s. pater & filius, qui est Deus, qui loquitur in capitulo, quia vtrobique ponitur nomen do-

mini tetragrammatō &c. Item Zacar. c. 12. In illa die effundam super domum Dauid & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ: & aspicient in me quem confixerūt &c. Ex quo patet, q̄ Messias erat futurus Deus & homo: quia non pōt dare spiritum gratiæ nisi Deus: nec pati & configi nisi homo. Et sic pariter est dicendum de hoc quod dicitur Isai. 50. Nam Deus loquitur ibi, & postea subdit. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me &c. quod nō potest conuenire nisi homini. Et sic patet quali ter Christus in lege promissus erat futurus Deus & hō: & per cōsequēs Deus incarnatus & humanatus. Et sic nō est dicēdū, q̄ religio Christiana finxerit mysteriū incarnationis: quia in testamento veteri fuerat multiplici ter figuratum & prophetatum. Ex possibilitate vero articuli incarnationis sequit possibilitas articuli sacramenti altaris. s. transsubstantiationis panis in corpus Christi. Vnde quatuor sunt considerāda principaliter in persona Christi. Primò corpus, prout habet esse substantiale ab anima, & esse conditionatum ab accidentibus. Secundò sunt considerāda accidētia, quæ organizant, & indiuiduāt, & extēdūt, & disponūt illud corpus. Tertiò est considerāda anima, quæ dat esse substātiale specificum toti corpori & toti cōposito. Quartò est considerandum verbū quod dat esse personale, & actualis existentię toti humanitati Christi. In pane aūt sunt tria cōsiderāda. Primò veritas & substātię panis, realitas ex materia & forma substātiali. Secò accidētia & indiuidātia & disponētia. Tertiò est considerandum esse existentiæ panis, per quod existunt, et accidentia, inquantū inhærent & inexistunt substantiæ panis subiectiue. His habitis dicitur q̄ substantia panis nō conuertitur in verbum diuinum, nec in animam Christi, sed in solum corpus substātiale Christi, prout habet esse essentiale ab anima & est altera pars compositi humani. Et sicō vertitur quid in quid, & non quantū inquantū, nec quale in quale, nec quid in quantum nec in quale, nec corpus in spiritum, & ideo manet accidentia panis sine subiecto. Et sic non est dicendum, q̄ conuertatur corpus in spiritum. nec fiat mixtio, sicut quidam medicus Iudæus arguebat, quia nihil de substātia panis remanet in actu nec in potentia. Sed q̄ talis transsubstantiatio sit possibilis apud Deum, probatur dupliciter. Vno modo in-

quantū ille panis & omnis creatura dependet a verbo diuino quò ad essentiā suā totā ī genere causæ formalis. Et ideo sicut Deus solo verbo dicendo, Fiat panis, formaliter ex idea panis creat panem essentialiter, ita à fortiori dicendo, q̄ ille panis fiat corpus suum, illicò fit & transsubstantiatur in corpus suū, eò q̄ ille panis essentialiter dependet à diuino verbo & ab illa idea. Vnde per tale verbū substantia panis, quæ erat sub idea panis fit sub idea corporis Christi. Et sic illa substantia post consecrationem ita est substantia corporis Christi, q̄ non est substātia panis, qa illa substantia, quæ ante erat sub idea panis, modo est sub idea corporis Christi. Ité maiorem potestatem habet Deus super naturā, & super species & essentias rerum, quam rex & dominus temporalis super bona temporalia & super dignitates: & quàm Papa super prælaturas. Sed rex & quilibet princeps temporalis habens dominium absolutum temporaliter super bona mobilia, & immobilia, solo verbo mutat possessionem & dominium rerum temporalium. Vnde dicēdo, iste ager est Martini, illico ille ager qui erat Petri fit ager Martini, & ita est Martini q̄ amplius nō est ager Petri, quod accidit, eò q̄ dominium absolutum illius dependebat ex solo verbo, & præcepto illius regis, vel principis. Ergo à fortiori Christus Deus, qui habet absolutum dominium super naturas, & essentias rerum, dicendo. Hoc est corpus meum, conuertit substantiam panis in corpus suum. Vnde licet vsque ad illud instās illa fuit substantia & corpus panis, tamen dictis verbis ita est corpus substantiale Christi, q̄ nō est corpus panis, & hoc accidit propter dominium quod Deus habet super substantias, & essentias rerum, quia omnia dependent formaliter à verbo diuino. Secundo hoc probatur, inquantùm ille panis, & sua accidentia dependebant à Deo quò ad esse existentiæ. Et ideo Deus facit, q̄ illa substantia, quæ ante erat sub esse existentiæ ipsius panis, post consecrationem est sub esse ipsius Christi. Item illa accidentia, quæ ante erāt in substātia panis, post consecrationem manent sine subiecto, & existunt per illud esse existentiæ, per quod ante existebant in subiecto. Et sic illa accidentia habent eandem existentiam. sed non eandem inexistentiam siue inhærētiam, & licèt existāt per illud esse influxū, & creatum, per quod ante existebant, tamē nō

inex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inexistunt, nec inhærent subiecto alicui, & sic manent accidentia cum eadem existentia creata, sed non cum eadem inhærentia. Et sic patet, quod in tali consecratione nihil corrumpitur nec annihilatur. Nam ibi manent eadem accidentia numero sub eodé esse actualis existentiæ. Et ideo non fit corruptio accidentium, nec fit corruptio substantiæ, quia alia non generatur, sed illa quæ erat substantia panis transsubstantiatur in corpus substantiale ipsius Christi, quæ est altera pars compositi. Et sic nec contertitur in animam Christi, nec in verbum diuinũ &c. Nec fit aliqua noua creatio, qa nullum esse nouum acquiritur, quia Christus iam præexistebat, nec acquiritur nouum esse in accidentibus, quia sub eodem esse existẽtiæ remanent, licèt nõ sub eodem inhærẽtia. Et
B sic patet, qꝰ Christus, qui est verbum Dei incarnatũ, solo verbo potuit trãssubstantiare substantiam panis in corpus suũ. Et ideo est dicẽdum, qꝰ Deum posse transubstantiare panẽ in corpus suum, nõ est articulus fidei, sed qꝰ Christus hoc fecerit, & quotidie ex verbis Christi hoc fiat in sacramento altaris, hoc est articulus fidei, eò qꝰ præsupponit Christũ esse Deum, & ex sola fide, & autoritate, scripturæ credimus, qꝰ ita fiat de facto, & hoc non solũ autoritate scripturæ noui sed etiã ve. test. Vnde licèt hoc sacramentum multis signis & figuris in lege fuerit figũratum; tamẽ Dauid verbis manifestis ipsum expressit psal. 21. cum dicit. Edent pauperes, & satu rabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, corda eorum viuent in sęculum sęculi, & infra. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ in cõspectu eius
C cadent omnes qui descendunt in terrã, &c; Vbi manifestè ostenditur, quòd fideles debebant manducare, & adorare Deũ suum, &c. Item psal. 71. postquàm prædixit Messiam futurum Deum, & hominem, & adorãdum ab omnibus gentibus, & regibus mundi, postea subdit, quòd iste rex Messias erit frumentum, & triticum, & torta panis in summis montium, & super capita sacerdotũ &c. prout ibi per plures translationes fuit expressum. Et sic patet, qualiter hoc sacramentũ non solum est possibile, sed etiam multipliciter in lege, & prophetis est figuratum, & prænunciatum. Et sic patet, quòd Christiani non adorant panem, sicut cęci Iudæi mẽtiuntur sed adoramus Christum consecratũ sub illis accidentibus. Vnde ex omnibus su- D
pradictis patet veritas Christianę religionis. Nam nos non adoramus tres Deos: sed solùm vnum Deum simplicissimum in substantia, & essentia, in trinitate personarum, quæ nullo modo multiplicant substantiã in Deo, sicut dictum est. Nam filius est verbum patris ipsi consubstantiale, & spiritus sanctus est amor vtriusque. Et sic non potest esse alia substantia, nec alius Deus. Et ideo si miseri Iudæi percipercnt mysterium trinitatis, quod multipliciter exprimitur in lege, & prophetis. Item si miseri Iudæi intelligerent modum creationis, non haberent pro impossibili mysterium incarnationis, quia incarnatio nihil aliud fuit nisi formatio corporis Christi ex puris sanguinibus virginis virtute spiritus sancti, & creatio illius animæ in illo corpore, ex quibus resultauit vera humanitas, quam per se psonauit, & supposituit verbum patris. Et sic mansit vna sola persona in duabus naturis. Et per consequens Christus est verus Deus, & homo. Et sic tanquàm Deus fecit miracula, & scivit cogitationes hominum, & conuertit panem in corpus suum, & expoliauit infernũ &c. Sed inquantùm homo, fuit passus, & mortuus, & sepultus. Sed inquantùm Deus resurrexit in virtute propria, & ascendit in cœlum, & inquantum Deus adoratur in ea humanitate prout infra patebit. Ex supradictis patet possibilitas, & inconcussa veritas articulorum fidei Christianæ religionis quia Christiana religio nõ credit tres Deos, sed vnum Deum in substantia, & essentia, & entitate cum trinitate personarum relatiuum, eo modo quo dictum est, & ita credit Christum Deum incarnatum in vnitate personæ, & ita credit Christum consecratum in sacramento altaris, in quo sacramento ex vi consecrationis sola substantia panis conuersa est in solùm corpus Christi, accidentibus siue subiecto remanentibus, quã conuersionem facit efficienter solus Christus Deus, & homo, sacerdos autem concurrit tanquàm minister. Ex istis patet etiã possibilitas cæterorum articulorum, qui habent fundamentum in mysterio incarnationis. Nam dato qꝰ Christus sit verus Deus & homo, tunc omnia redduntur possibilia. Et sic à primo vsque ad vltimum omnes articuli fidei fundantur in articulo trinitatis, &

A articulus trinitatis fundatur in illa prima veritate necessaria, scꝰ Deus est actus purus intelligens, & intelligibilis, & amãs, & amabilis, & summũ bonũ. Et sic patet qꝰ licèt articuli fidei non sint de facto demonstrabiles tamen eorum possibilitas est necessaria, quia Deus licèt necessario nõ creauerit mundum ex tempore, nec fuerit necessario incarnatus tamen necessario habet potentiam omnia ista faciendi, inquantùm omnipotens. Et sic ex tali omnipotentia præsuppositа potest demonstrari possibilitas articulorũ. Vñ si Deus est trinus & vnus, & omnia dependent à diuino verbo, quo ad totum suum esse, ergo dicẽdo solo verbo potuit omnia nõ solũ ab ęterno, sed èt ex tempore creare de nullo subiecto nec materia præsuppositа. Itè si Deus ꝑt
B omnia creare de nihilo non solùm quò ad esse existentiæ, sed etiam potest res sustentare per esse creatũ & influxũ, ergo põt vnam essentiã creare, & sustentare per suũ esse increatũ. Et sic potuit formare illud corpus ex puris sanguinibus virginis, & creare, & infundere in eo nouã animam, absque aliquo esse subsistentiæ & personali creato, sed sustẽtare & personare illam humanitatem per personalitatem verbi. Et sic incarnatio nil aliud fuit nisi creatio humanitatis cõditionatæ sub personalitate verbi. Et sic mansit vna sola persona in duabus naturis in Christo. Et sic patet possibilitas, & veritas articuli incarnationis. Et tunc ex isto articulo sequitur, possibilitas omnium aliorum articulorum sequentium. Nam si Christus est Deus & homo, ergo potuit mori inquantũ homo, quia
C potuit anima à corpore separari. Et inquantùm Deus potuit resurgere, & animam recuperare in corpore assumpto. Et sic propria virtute potuit spoliare infernũ, & ascendere in cœlum. Et inquantùm Deus, potuit panem in suum corpus assumptum transsubstantiare, & poterit omnia sua membra resuscitare, & beatificare & cętera. Sed restat dubitatio de articulo trinitatis, quia ex ea infallibili veritate, scilicet quòd Deus est summè intelligens se, & diligens se, non solùm sequitur possibilitas articuli trinitatis, sed èt necessitas eiusdem, quia Deus pater intelligendo se necessario dicit verbum de tota essentia, & substantia, & scientia sua per modum naturæ, & diligendo se necessariò cum verbo producit, & spirat spiritum sanctum, licèt per modum voluntatis & libertatis. Et
D sic vtraque productio & emanatio est necessaria. Et sic articulus trinitatis non solùm est possibilis, sed etiam necessarius, & per consequens demonstrabilis, & sic sequeretur quòd non esset articulus fidei. Ad hoc dicũt aliqui, quòd Deum esse trinum, & vnũ, nõ est articulus fidei cùm hoc fuerit per naturam notũ antiquis philosophis ex illa prima veritate prout supradictum est, sed istas tres personas realiter distinctas in vna simplici substantia, est articulus fidei. Alij autem dicunt & forsan secundus, quòd Deum esse trinum & vnum est necessarium eo modõ quo dictum, est & per consequens demonstrabile. Sed licèt hoc sit demonstrabile in teologia Dei & beatorum vbi beati vident notitia meridiana verbum naturaliter originari à patre, & spiritum sanctum libere ab vtroque, vt inquit Augustinus in libello de tri-
E plici habitaculo, tamen non est demonstrabile in nostra teologia viatorum: sed firmiter credibile, postquàm nobis est in vtroque testamento reuelatum, & per Christum cõfirmatum. Sed est aduertendum, quòd licèt mysterium Trinitatis sit demonstrabile in patria, eo modo quod dictum est, tamen hoc non est sic demonstrabile per causam à priori, quia ibi nulla est causa. Sed principium. Nam licèt pater sit principium filij, tamen non est causa eius. Et sic est dicendum de vtroque respectu spiritus sancti. Ex supradictis ergo patet possibilitas, & inconcussa veritas, & integritas fidei Christianæ, quia licèt facto non possit demonstrari, tamẽ possibilitas eius potest quasi demonstrari, & hęc de secundo articulo. Quantùm autem ad tertium articulum est F
primò notandũ secundum Arist. 2. Phisi. & 6. Meta. quòd scientiæ distinguuntur penes modos considerandi & abstrahendi, & sic diuersi artifices possunt considerare de eadem re: sed aliter, & aliter. Nam Matematicus considerat lineam, quæ realiter est in materia sensibili, sed considerat eam præter materiam præcisiuè abstrahendo: quia non considerat eam nisi prout est recta vel curua, & prout causat aliam, & aliam figuram æqualem vel in æqualem & cętera. Sed philosophus considerat lineã in materia sensibili, & prout est in materia phisica, & inquantùm est terminus corporis mobilis. Et sic differt phisicus à metaphisico, qa ꝛmediatè cõsiderat formas substantiales, put recipiũtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in materia per motum, & generationem, & formas accidentales, prout recipiuntur in materia per alterationem. Ille autem cōsiderat formas accidentales, scilicet lineam, & figuram, abstrahendo à materia per solā consideratione, ideo talium abstrahētiū non fit mendacium, ſm Arist. Sed differt metaphysicus ab vtroque, quia cōsiderat alia q̄ sunt abstracta sec undùm esse, & secūdū consideratione m. s. Deum, & intelligentias: vt patet. 12. Metaphy. Quia solus metaphysicus considerat de Deo secūdum substātiā, & essē tiam. Nam licèt physicus consideret de Deo aliquo modo, tamen non secundùm substantiam, & essentiam, sed prout est primum mouens, vt patet octauo Phisicorum, & primo cęli. Sed differt rursus teologus viator à metaphysico. Quia licèt ambo considerent de Deo, tū aliter, & aliter. Nam Metaphysicus
B cōsiderat de Deo, prout est vnū tantum primū ens simplicissimū, & actus purus, & metrū, & mēsura, & causa omniū entrium in essendo, & prout omnes species procedunt ab eo sicut numeri ab vnitate, à quo dependet cœlum, & tota natura, & omnia entia, vt patet per Aristotelem, & commentatorem. 2. & 5. & 8. & 10. & 12. Metaphysi. Et patet p Auicennam, & Algazelem in sua Metaphy. Sed teologus accipiens, & præsupponens omnia supradicta à metaphysico, cōsiderat illam primā, & summam essentiam diuinam, prout est communicata tribus personis ab eterno, puta prout est communicata à patre filio per ęternam generationem, et ab vtroque spiritusanēto per aspirationem. Et sic considerat vnum solum Deum simplicissimum in substantia, & trinum in personis, &
C prout est causa efficiens, et principium omnium rerum per creationem ex tempore. Considerat prēterea Deum in filio. i. qualiter verbum assumpsit humanitatem in vnitate personę, & per consequens sicut considerat vnam substātiam in tribus personis in Deo: ita consideret duas naturas in Christo sub vna persona. Item sicut considerat tres personas in vna substantia, & natura diuina, ita consideret duas naturas in vna persona filij, naturam scilicet diuinam, & humanam. Item sicut considerat vnum Deum in trinitate, ita considerat diuinum verbum in humanitate assumpta. Item rursus considerat istum Christū Deum, et hominē fuisse pro nostra redemptione in cruce crucifixū, & sic considerat verbum in humanitate per D sonaliter vnitum. Item considerat Christum crucifixum, & conclauatum. Item rursus cōsiderat qualiter Christus est in sacramento altaris sub illis accidentibus post verba consecrationis, & sic considerat Christum consecratum in sacramento. Ex quibus omnibus patet, quòd considerario teologica aliquo modo est substantialis physicæ considerationi. Nam sicut Physicus considerat formas in materia, & vt in materia sunt, & non præter materiam, ita teologus considerat Deum in tribus personis, & non prēter tres personas, nec considerat vnam personā sine altera, cum sint ad inuicem relatiua. Et ita pariter considerat verbum in carne, & humanitate, & non prēter illam humanitatem assumptam vt inquit Hierony. in sermone de assumptione virginis Marię. Et ita E etiam considerat Christum consecratum in sacramento, et non prēter sacramentum, et illa accidentia, vt inquit Augustinus in sententijs Prosperi. Et ita pariter teologus, & christianus considerat Christum redemptorem, et in cruce affixum, & non prætercrucem. Vnde sicut de ratione formę pene rabilis, & corruptibilis philosophicè consideratę est, quòd sit in materia physica, & sensibili: Ita de ratione Dei teologicè, et à vitore fideli considerati est, quòd sit trinus, et vnus in trinitate personarum, et de ratione verbi incarnati, quòd sit in humanitate, et de ratione Christi consecrati, quòd sit sub accidentibus, et de ratione Christi redemptoris, quòd sit in cruce, et vt intelligatur, et consideretur, et contempletur in cruce. Sed quia ex consideratione, et contemplatione sequitur fides, et credulitas in teologo Christiano, quia fides presupponit considerationem: ideo Christianus sicut considerat Deum, ita credit ipsum. Sed quia considerat, et contemplatur Deum trinum, et vnum, et incarnatum in filio, et contemplatur Christum crucifixum, et consecratum in sacramento altaris, ideo similiter credit vnum Deum in trinitate, et trinitatem in vnitate, et credit verbum incarnatum, et per consequens Christum verum Deum, et hominem, et credit Christum crucifixū in cruce, et credit verum Christum Deum, et hominem esse in Eucaristia, et per consequens non credit Deum sine trinitate personarum, nec credit verbū sine humanitate assumpta.

Vassumpta: nec Christum cōsecratum sine accidentibus sacramentalibus: nec credit Christum redēptorem, & crucifixum sine cruce. Sed quia adoratio præsupponit fidē in Christiano: quia sicut credit Deū, ita adorat: ergo sicut Christianus credit Deū trinū & vnū ita adorat. Aliter esset falsa adoratio. Et sicut credit Deum incarnatum, & credit Christū esse Deum & hominem. s. Deum incarnatū: ita adorat Deum incarnatum: & ita adorat Christum crucifixū in cruce, & consecratum sub accidentibus in altari &c. Et p cōsequēs sicut non adorat Deum prēter trinitatē: nec vnam personam sine alia: ita non adorat verbum sine humanitate, neque Christum redē ptorem sine cruce, quia sicut humanitas coexistit personaliter verbo: ita crux coexistit triūphaliter Christo redēptori: & per conse
B quēs, sicut humanitas xpi coexistit verbo, q̄ est principalis terminus adorationis, ita crux coexistit Christo in adorando: sicut in credē do. Et ita est dicendum de accidentibus sacramentalibus in eucaristia. Ex quibus patet quòd Christianus in suo termino adoratio- nis includit trinitatem personarum, & humanitatem Christi: & crucem & accidentia sacramentalia in eucaristia, & ideo omnia ista dicuntur adorari cum principali termino adorationis: vt magis patebit. Sed vltrius est valde aduertendum secundùm Aristote. & commentatorem primo phisicorū, quòd licèt phisicus cōsideret formas in materia: tamen per se non potest nec valet intelligere seorsum materiam: nisi per analogiam ad formam, & ratio est. Nam nihil potest intelligi nisi prout est ens in actu: quia vnum
C quodque tantùm habet de intelligibilitate, quantum habet de entitate, sed materia prima de se nō est ens: nec quid, nec qualis, nec quanta. Et ideo sicut de se non habet entitatem: ita non habet intelligibilitatem. Nec est nihil. Nam licèt non sit ens actu: tamen est ens in potentia, & ideo est propè nihil secūdum Aristotelē, & Augustinum, & sic tenet medium inter ens: & nihil secundùm cōmentatorem: inquantum pōt habere esse per formam, à qua dependet in essendo, & p quam habet esse specificum: & reponitur in prædicamento, & ideo sicut dependet à forma in essendo: ita in intelligendo. Et ideo dicit Aristoteles, quòd non potest intelligi, nisi per analogiam ad formam: inquantùm simul in
D titatem. Ita ergo pariter est dicendum de humanitate Christi. Nam de se & seorsum nullam habet rationem adorationis: quia ratio adorationis comperit soli Deo ratione summæ omnipotentiæ, & æternitatis &c. sed illa humanitas secundùm essentiam suā, & substantiam nō est Deus: nec æterna, nec omnipotens: imo est creata ex tempore: sed quia recepit esse personale diuinum: per quod illa humanitas personatur & suppositatur. Et ideo sicut materia prima efficitur intelligibilis per analogiam ad formam, à qua recipit esse actuale & entitatiuum: inquantùm itelligitur simul cum forma, quæ per se intelligitur: ita pariter humanitas Christi efficitur adorabilis per analogiam ad verbum: à quo habet esse personale, inquantum simul cum verbo adoratur, cui personaliter coexistit tā-
E q̄ termino adorationis. Nā adoratio termina tur ad psonam verbi, & sic sicut forma materialis intelligit̄, ita verbū incarnatū adoratur. Et sic sicut ratio intelligibilitatis principaliter attribuit formæ: sed analogicæ attribuit materiæ actuarę: ita pariter rō adoratio nis principaliter attribuitur verbo diuino sed analogicè attribuitur hūanitati assūptæ. Hanc vero sententiam cōfirmat Beatus Hieroni. in sermone de assumptione virginis, circa medium: vbi ait. Quapropter nec nos hominem seorsum colimus quod nefas est, nec adoramus, sed magis verbum incarnatū: qui proprium sibi corpus animatum vnuit, ita vt Deus caro fieret: & non in alium quē libet, sed semetipsum, qui vnus, & verus Dei
F filius semper erat. Idcirco non alium quā eundem ipsumque Dei filium colimus, & adoramus, qui nihil in se pro assumpto homine est actus: nihilque quòd verbum caro factum est, imminutus, vel immutatus. Et ideo vnus idemque semper cum patre filius adoratur. Sed vnus idemque Christus filius Dei atque hominis filius, qui & diuina gessit, & humana. Si quidem inseparabiliter, atque indiuisè communes Christus habuit actiones, sed intelligendæ sunt operum qualitates: contemplan du mque est semper ad q̄ probatur humilitas carnis, & ad quæ incline tur altitudo diuinitatis: ita vt per omnem textum sancti euangelij videatur nihil caro sine verbo agere: neque verbum sine carne quicquàm efficere. vnde quod concipit & parit virgo: sicut non sine potentia verbi est: ita non sine veritate carnis nascitur &c. Ex

su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A supradictis patet qualiter sicut verbum non est sine humanitate: ita non adoratur sine ip
sa: licèt verbum per se & principaliter ado
retur. Et sic patet, quòd illa humanitas non adoratur per se: nec est terminus adora
tionis principalis: sed quia includitur, & coe
xistit termino adorationis, & sic adoratur per analogiam ad verbum diuinum, cui per
sonaliter coexistit, & à quo personaliter, & analogicè depẽder & suppositatur. Et ita pa
riter est dicendum de accidentibus in sacra
mento eucaristiæ: nam licèt accidentia nullo modo de se habeant rationem adorationis,
cum sint res creatæ; tamen quia Christus consecratus est sacramentaliter in eis vel sub
eis: non quòd illa accidentia sint in Christo tanquàm in subiecto, cum existant miracu
losè sine subiecto: nec quòd Christus sit in
B eis tanquàm in loco: sed est in eis tanquã in sacramẽto, vnde sicut de ratione verbi incar
nati est, quòd sit in humanitate: ita de ratio
ne Christi consecrati est, quòd sit sacramen
taliter sub illis accidentibus. Nã destructis accidentibus non manet amplius Christus consecratus ibi. Et ideo dicit Augustinus in
sententiis Prosperi: quòd sacramentum alta
ris ex duobus constat, s. ex sacramento, id est ex illis accidentibus sacramentalibus: &
ex re sacramenti: scilicet ex Christo ibidem consecrato sub illis accidentibus, & sub illo
sacramento latente. Et sic patet, q. de ratione Christi consecrati est: quòd sit sub sacra
mentalibus accidentibus. Sed quia dictum est superius, quòd Deus sicut consideratur,
& creditur, ita adoratur, eo quòd fides præce
dit adorationem & latriam: ideo sicut fidelis
C Christianus credit esse Christum Deum, & hominem in illo sacramento, & cum illis, & sub illis accidentibus: ita adorat ipsum. Et
ideo Christianus non adorat illa accidentia seorsum: sed Christum consecratum sub il
lis accidentibus siue in illo sacramento. Et sic patet, quòd illa accidentia non adoran
tur de se, nisi per analogiam ad Christum consecratum, inquantùm sunt quasi taber
naculum eius. Et ita etiam pariter est dicen
dum, nam crux de se, & seorsum nullam habet rationem adorationis, nec ratione ma
teriæ lignææ, aut argenteæ aut lapideæ, nec ratione formæ siue figuræ, quæ est quædam qualitas de quarta specie, & sic tã
quò ad materiam, quàm quo ad formam est pura creatura: & ideo de se nullam ha
bet rationem adorationis, sed fidelis Chri
stianus per analogiam ad Christum adorat illam humanitatem, id est Deum in humani
tate: siue Deum humanatum, & incarna
tum. Et sic semper habet Deum pro princi
pali obiecto adorationis: eo modo quo dictum est. Nam dictum est: quòd considera
tio, & contemplatio præcedit fidem, & fi
des præcedit cultum latriæ, & adorationem. Et ideo fidelis Christianus videns crucem
contemplatur & cõsiderat Christum in cru
ce pendentem, & extensum. Et sic adorat Christum crucifixum, & extensum in illa
cruce. Et sic illa crux, quam intuetur, coexi
stit, & includitur termino adorationis: qui est Christus ibi contemplatus: & creditus:
& sic simul adorat crucem cum Christo, vel propter Christum. vnde Christianus non a
dorat Christum propter crucem: sed crucem propter Christum, quem principaliter, &
per se intendit adorare extensum, & crucifi
xum in illa cruce. Ideo dixit Augustinus in sermone de martiribus, qui incipit, In om
nibus scripturis &c. Quod sicut quãdo Mos
ses suspendit serpentem in ligno in eremo, populus qui attendebat serpentem, sanabat
à morsu serpentum: ita modo quemcunque momorderit astutia satanæ, intueatur Chri
stum in cruce pendentem, & sanabitur &c. Modo clarum est, quòd Christianus nõ po
test Christum intueri pendentem in cruce, nisi per complarionem, & fidem, & per
consequens Christianus sic adorat Christũ pendentem & extensum in cruce, & sic ado
rat Christum crucifixum in illa cruce con
templatum & consideratum, & per conse
quens adorat crucem simul cum Christo, & per consequens per analogiam ad Chri
stum. vnde si quis vellet adorare quandam crucem, non considerando, nec credendo
Christum crucifixum, illa talis adoratio es
set falsa & sacrilega. Et ideo ecclesia in hym
nis, & canticis, & antiphonis nũquàm nomi
nat in crucem, quin memoret Christum ibi pendentem vt ibi. Pange lingua glorioli ju
lium certaminis: per totum. Et sic etiã Be
tus Andreas quãdo perductus est ad crucẽ, in qua erat crucifigendus, dixit. Salue crux
preciosa in qua pependit magister meus Christus, quæ membris domini mei Iesu
Christi tãquàm margaritis ornata fuisti &c. Modo manifestum est, quod Christus non fuerat crucifixus in illa materiali cruce, in

A qua erat Beatus Andreas crucifigendus. Sed quia Beatus Andreas contemplabatur Chri
stum in ea extensum, & crucifixum: ideo ge
nibus flexis, latriæ adoratione adorans eam. i. Christum crucifixum in ea, dicebat. Salue crux pretiosa, &c. Ex quibus patet, quòd si
cut illi claui materiales coniunxerunt Chri
stum, & affixerunt ipsum Christum ipsi cru
ci: ita contemplatio, & fides Beati Andreæ cõiungebat, & affigebat Christũ in illa cruce: & sic adorabat Christum in illa cruce, & per
crucem analogicam ad Christum. & sic ado
rat quilibet fidelis Christianus. Item non so
lum crux separata à Christo non est adoran
da: de qua minus videtur in esse, sed etiam si
humanitas Christi separaretur à verbo per aliquam potentiam non esset adoranda. vn
B de ait Augustinus de verbis domini: & alle
gatur à magistro tertio sententiarum distin
ctione. 9. vbi ait. Ego dominicam carnem adoro: quia à diuinitate susceptа, & deitati
vnita est: vt non alium, & alium sed vnum eundemque Deum & hominem Dei filium
esse confitear. Deniq; si hominem separare
ris à Deo, illi nunquàm credo, nec seruio: veluti si quis purpuram, vel diadema regale
iacens inueniat nunquid eam conabitur a
dorare? Cum vero ea rèx fuerit indutus, peri
culum mortis incurrit: si ea cum rege adora
re quis cõtempserit. Ita etiam in Christo do
mino humanitatem non solam vel nudam, sed deitati vnitam, s. filium vnum Deum ve
rum & hominem, verùm si quis adorare con
tempserit, æternaliter morietur. Ex quibus
C verbis Augustini patet: q. si humanitas sepa
retur à verbo, non esset adoranda: ergo mi
rabilis est adoranda crux à Christo separata: ni
si consideretur Christus crucifixus in ea. nã
sicut humanitas Christi in tantùm adoratur, inquantùm est vnita verbo: ita crux adora
tur inquantum Christus intelligitur, & con
templatur crucifixus in ea. Nam in stabu
lo sunt multæ paleæ cancellatæ ad modum crucis: tamen nullas illas cruces adorat post
quàm eis non considerat, nec contemplatur Christum crucifixum, quia in veritate si
cut verbum siue Deus incarnatus est ille q. verè, & per se adoratur: ita Christus cruci
fixus verè adoratur. Et sic patet quòd om
nes istæ locutiones sunt intelligendæ, non ad sensum quem faciunt: sed in sensu in quo,
siue ad quem fiunt: Vnde ista locutio, Chri
D stus homo adoratur, est sic intelligenda, & verificanda, scilicet Deus incarnatus, & hu
manatus siue Deus factus homo adoratur. Ita etiam ista: sacramentum eucaristiæ ado
ratur: est sic intelligenda, & exponenda, scili
cet Christus consecratus adorãe: aut Christus sub sacramento adoratur. Item ista locutio, Crux adoratur: est sic exponenda ad sensum
in quo fit, scilicet Christus crucifixus ado
ratur & colit. Et sic istæ locutiones, & actus latriæ nullum afferunt inconueniens: quia
communicantur idiomata ratione vnionis. nam licèt talia idiomata, quæ soli Deo per
se conueniunt, communicentur creaturæ propter vnionem ad Deum: tamen non ve
rificantur absolutè de aliqua creatura. nisi per analogiam ad Deum: cui vnita est illa
creatura. Vnde licèt Christus Deus & homo dicatur creator, & æternus: tamen non in- E
quantùm homo: sed inquantùm Deus. Et sic adoratur Christus Deus & homo, non ratio
ne humanitatis, sed ratione diuinitatis: & sic adoratur Christus crucifixus, non absolutè
ratione crucis, sed ratione diuinitatis inquã
tùm Deus. & sic adoratur humanitas Chri
sti per analogiam ad verbum cui personali
ter vnitur. Et sic etiam dicitur crux adora
ri per analogiam ad Christum, cui triumphali
ter vnitur. Nam sicut ex specie intelligibili, & intellectu fit vnum in actu, & intelligen
do: vt ait Arist. 9. de anima: ita ex cruce, & Christo factum est vnũ, inquantum Christus
vniuit, & induit crucem ad pugnãdum, & ad
vincendum, & triumphandum de diabolo. Et ideo sicut Christus redemptor consideratur
incarnatus: ita Christus triũphator considera
tur crucifixus. Et ideo sic adoratur simul F
cum humanitate, & cruce: eo modo quo dic
tum est. Per supradicta ergo patet respon
sio ad miseros, & cęcos Iudæos, & cæteros infideles: quia Christiana religio non ado
rat hominem purum seorsum quando ado
rat Christum: sed adorat Deum incarnatũ & humanatum. Nec adorat panem in altari: sed adorat Christum consecratum in illo sa
cramento sub illis accidentibus, quæ ante cõ
secrationem fuerunt panis: quæ modo sunt miraculosè sine subiecto. nec religio Chri
stiana adorat lignum aut lapidem: quando adorat crucem: sed adorat Christum
Deum, & hominem, quem contemplatur crucifixum, & extensum in illa cruce: secũ
dùm Augustinum. Et sic nec adoratur ibi

Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Xps, sine cruce, nec crux sine Xpo: immo per analogiam ad Xpm: sicut materia intelligitur per analogiam ad formam. Sed miseri Iudæi, & Sarraceni non sunt digni attingere tantum sacramentum, & mysterium. Et ideo nos agamus gratias: quibus datum est nosse mysterium regni Dei. Sed est valdè advertendum: q̃ maior ratio adorationis reperitur in humanitate Christi assumpta: quàm in cruce, aut accidentibus sacramentalibus eucaristiæ. Nam licèt ex Xpo, & accidentibus fiat vnum sacramentum: & ex Christo, & cruce fiat vnus triunphator: tamẽ non sit vna persona: sicut ex verbo, & humanitate. Ideo est magna differentia in tali vnione, & analogia. Quantùm autem ad argumentum quod faciunt Iudæi, & Sarraceni de imaginibus, est aduertendum q̃ tripliciter repræsen-
B tantur nobis res absentes, aut præteritæ, & etiam futuræ. Primò per vocem. & locutionem. Secundò per scripturam siue lecturam. Tertiò per imagines, & picturas. Et sic percipimus voces per auditum: & pictura, & scriptura per visum. qui quidem duo sensus, maximè sunt sensus disciplinæ: vt patet in prologo Metaphisicæ, & in libro de sensu, & sensato: eò q̃ maximè deseruiunt intellectui ad scientiam, & notitiam rerum capessendã. Intellectus ergo cuiuscunque fidelis per visum percipit gesta patriarcarum, & prophetarũ, & gesta Xpi, & sanctorum repræsentata in picturis, aut in scripturis. & per auditum percipit eadem repræsentata per voces. Et sic intellectus pius cum voluntate inhærens credit firmiter ea quæ sibi sunt repræsentata. Et sic adorat Deum creatorem, & redẽptorẽ,
C prout credit per illa repræsentantia. Quia actus latriæ licèt sit actus voluntatis: tñ quia includit, & præsupponit fidem. ideo est actus simul intellectus, & voluntatis, & totius partis rationalis, cui deseruiunt sensus exteriores repræsentando res absentes. Et sic patet: q̃ pars rationalis, scilicet intellectus, & volũtas, & memoria: non adorat, nec colit imagines, & picturas, aut literas scriptas, quas visus videt: nec adorat voces, quas auditus percipit: sed adorat Deum siue Christum, qui p̃ illas picturas, aut imagines sculptas: aut scriptas, aut per voces intellectui repræsentatur. Vnde quando profertur hoc nomẽ Iesus, omnes flectimus genua adorando Xpm Deum & hoiem adoratione latria. tũc manifestũ ẽ, q̃ non adoramus hoc nomẽ Iesus vocale habẽs duas, aut tres syllabas fluxibiles: sed hoc
D ramus Xpm verbum incarnatum per illas syllabas significatum, qui manet in æternum in se realiter, & in nostro intellectu, & memoria obiectiuè: vt inquit Aug. super Ioannem. Ita ergo pariter non adoramus imaginem Xpi ligneam, aut lapideam: sed Christum per illam imaginem representatum. Et ideo dicit Augustinus, quòd fideles christiani habeant occulos ad imagines, & picturas: sed cor fixum in Deo, quia quod conferunt scripturæ peritis, & doctis, hoc idem conferunt picturæ, & imagines plebeis, & populoribus, & indoctis: quia picturæ sunt scripturæ populorum. Vnde intellectus, & intentio fidelis christiani non manet, nec terminatur in imagine aut pictura: sed transit in Xpm repræsentatum per picturam, & sic contem-
E plando imaginem adorat Xpum. Secus autem est de imaginibus sanctorum. nam quando fidelis, & deuotus christianus contemplatur picturas, & imagines sanctorum, nõ adorat imagines, nec sanctos adoratione latriæ, sed veneratur sanctos, & rogat, vt orẽt Deũ pro eo, & repræsentet Deo orationes quas facit. Et sic patet qualiter religio christiana adorando Christum non adorat hominem seorsum: sed Deum incarnatum, & humanatum, & quando adorat Christum in altari, non adorat panem, nec accidentia panis: sed adorat Christum consecratum in illo sacramento sub illis accidentibus sacramentalibus, quæ nec sunt subiectiuè in Christo: nec Christus in eis localiter: sed sacrmentaliter: imo illa accidentia manent miraculosè sine subiecto: postquàm sola substantia panis fuit
F conuersa in corpus Christi: prout supra dictum fuit. Et ita pariter quando dicitur Cur adorari, non adorat religio christiana crucẽ seorsum: sed Christum crucifixum: quem in cruce cõtemplatur extensum, & affixum. Et sic nõ adorat creaturam: sed Deum vnitum creaturæ, aut personaliter, aut sacramentaliter, aut triũphaliter, eo modo quo dictum est. Ex omnibus supradictis in hac quæstione patet responsio ad argumenta in principio facta: nam per ea quæ dicta sunt in primo articulo patet, responsio ad primum, & secundum argumentum. quia lex euangelica est dignior lege Moysi magnitudine miraculorum, & certior certitudine legislatoris, & scriptorum. Item per dicta in secundo articulo, patet responsio ad tertium argumentum.

A gumentum, q̃ lux euãgelica in ordine suorum articulorum credibilium est possibilis, & rationabilis, & vera, fundata super quãdã veritatem necessariam. & impossibilẽ aliter se habere. Itẽ ex dictis in tertio articulo patet responsio ad quartũ articulũ, q̃ lex euangelica est pia, & religiosa in sua fide, & cultu quia in humanitate Christi adorat Deũ incarnatum, & in altari Christum cõsecratũ: & in cruce Christum crucifixũ. & sic semper adorat vnum verum Deũ, licèt sub aliquo respectu. Per imagines etiam non adorat sed veneratur sanctos per illas imagines, & picturas repræsentatos. Et sic religio christiana semp̃ manet castissima in suo cultu. Ex omnibus ergo supradictis in toto isto tractatu patet qualiter lex Moysi quò ad oia ceremo-
C nialia, & sacrificia debuit cessare per aduentum Christi: eò q̃ omnia sacrificia, & sacramenta non fuerunt data nisi in signum fidei Christi futuri: ideo de se non poterant homẽm iustificare, nisi in fide Christi futuri: prout probatum est in prima quæstione huius tractatus. Item patet qualiter sabbatũ vsuale debuit cessare celebrari in die septimo post resurrectionem Christi: eò q̃ cum pasca mãducatum in sepulcro, & ibi compleuit officium, & cursum suum adeo debet celebrari dies dominica: eò q̃ surrexit simul eũ Christo. Et sic est dicendum de cæteris legalibus festiuitatibus, quæ omnia fuerunt data in signum, & ideo compleuerunt officium, & cursum suum in Christo, qui fuit finis, & terminus legis, prout dictum fuit in secunda quæ
D stione. Item patet qualiter illa terra promissionis materialis, & terrena non fuit præcisũ patrimonium patriarchis, & prophetis, primisũ: sed erat figura futurorum bonorum spiritualium, quæ omnes fideles acceperunt ĩ Christo post resurrectionem propter fidẽ, & spẽ quã habuerant de Christo futuro. Vnde propter obseruantiam legis dabatur eis illa temporalis terra, sed propter fidem Christi futuri promittebatur eis terra viuentium in cœlo per illam terram promissionis significata. Et sic omnia promissa in lege erant spiritualiter intelligenda, quæ quidem bona Christus erat daturus, prout dictum est questione 3. Item patet, q̃ Iesus Christus fuit Messias in lege promissus, eo q̃ impleuit omnia quæ de eo scripta erant in lege, & pphetis: prout probatum est in quarta quæstione. Itẽ patet qualiter lex euangelica meritò debuit
E succedere legi Moysi: eò q̃ dignior est miraculis: & certior certitudine scriptorum, & testium. & quia est veritas legis, & pphetarũ. Et sic patet qualiter est veníssima in sua fide, & credelitate, & sanctissima, & castissima in suo cultu, & adoratione: prout probatũ est in hac vltima qõne. Et sic etiã patet qualiter Iudæi manẽt confusi, & cęci in sua ignorantia effectata, & præparata, quia occęcauit eos malitia eorum, ne intelligerent sacramenta Dei, quæ latẽt, in lege, & pphetis. Et sic manent hæretici: eò q̃ manifestè deuiant à veritate legis, & prophetarũ, & a fide quam habuerunt patriarchæ, & pphetæ de Christo, quem apostoli, & discipuli receperunt in suo aduentu, qui fuit repromissio, & hæreditas bonorum spiritualium gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, de quibus loquitur lex & prophetæ. Item ex supradictis etiam sequit
F quędã alia corollaria conclusio. s. q̃ omnes Iudæi moderni sunt hæretici in lege Moysi, & prophetis. Probaẽ. Nam deuiant à veritate sacræ scripturæ legis, & prophetarũ. ergo sunt hæretici. Tenet consequentia. Nam hęresis nil aliud est nisi deuiatio à veritate sacræ scripturæ vtriusq; test. Antecedens probatur. Nam omnes patriarchæ, & pphetę vixerunt in fide Christi futuri, expectantes, vt eos redimeret à seruitute peccati, & morte æterna, & acciperent ab eo repromissiones. s. gratiam in præsenti, & gloriã in futuro: vt probatũ est. Sed Iudæi moderni, & sui prædecessores contẽpserunt Xpm, & humanã redẽptionem, & omnia bona gratiæ, & gloriæ, & expectant falsum Messiam qui tribuat eis bona temporalia. ergo totaliter contradicunt veritati sacræ scripturę legis & prophetarũ: & fidei, & spei illorum: & per consequẽs oẽs sunt hæretici quotquot manẽt in eadem obstinatione post aduentum Christi. Vnde aũt proueniat eis ista hęresis videbiẽ in fine totius tractatus. Sed dubitaret fortè aliquis vnde prouenit Iudæis modernis talis prauitas, & hęretica intelligẽtia scripturæ legis, & prophetarũ? Ad qd̃ respondeẽ, q̃ hoc prouenit eis ex falsis, & hæreticis traditionibus scribarum, phariszorum, q̃ Christũ crucifixerũt, & hoc quasi morbo hæreditario. Ad cuius euidentiã est notandum. fm Iosephum 18. li. antiquitatum, & 2. de bello Iudaico, q̃ circa principium regni Octauiani quasi per quadraginta annos ante nativitatem Christi multæ sectæ surrexerunt in Hierusalem, & Iudæa, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A per totam terram Israel: inter quas fuerunt duæ sectæ principales. Nam primò surrexit secta Saducæorum: qui de sacra scriptura nō recipiebant nisi quinque libros Moysi, & sic spernebant totum residuum sacræ scripturę veteris testamenti: negantes angelos esse, & futuram resurrectionem: spernentes etiā nuptias. Contra quos surrexit secta Phariseorū ex filiis Simeon, prout dictū est Ps. 2. & 81. & 136. qui recipiebant omnes libros veteris testamenti, colentes nuptias, & asserentes angelos esse, & expectantes futurum Messiam, qui oēs filios Israel debebat liberare de iugo Romanorum. Et quia isti fingentes arctā religionem, erant diuisi in habitu, & modo viuendi à cōmuni vita aliorum: ideo dicti sūt Pharisæi. i. diuisi: à Phares qđ est diuisio. Quæ quidem secta fuit valdè acceptabilis ppʼo
B propter simulatam, & fictam religionem: in tantū, ꝙ omnes relinquebant eos executores testamentorum suorum, & tutores pupillorum, & viduarum. Et quia præ cæteris supradicti pharisæi dabant studiū, & operā scripturæ legis, & propheratū, ideo fuerunt admissi, & assumpti à summis sacerdotibus, & acceperunt potestatem iudicandi, & determinandi causas, sed entes super catedram Moysi loco illorū 70. quos elegit Moyses ex præcepto Dei ad iudicādas, & audiendas, & discernendas causas, & ad litigia sedanda, & dirimenda in populo. Et acceperunt potestatē legendi, & glosandi legem, & prophetas, & declarandi toto populo. Est verum, ꝙ de eadē tribu Simeon fuerunt multi in lege, & ꝙ phetis periti: qui licet non seruarent eādem religionem cum pharisæis quantum ad habitū, & diuisum modū viuendi: tamen pp eorū
C peritiam, & literaturam fuerunt ēt admissi simul cum pharisæis ad discutiendas causas, & litigia, & declarandas, & glosandas sacras scripturas, & isti dicti sunt Scribæ à scribēdo, & ordinādo scripturas causarum. Sed quia isti scribæ, & pharisæi alleuiabant sacerdores ab onere, & labore hmōi: ideo fuerūt assumpti, & recepti simul cum sacerdotibus ad portionē, & partē decimarū, & oblationū. Et tūc conuersi ad auaritiam inceperunt abuti officio, & potestate, conātes impinguare domos suas, & augere diuitias. Et sic inceperunt destruere populares dilatando causas, & litigia deuorantes domos viduarum, & pupillorū, & facti acceptores personarum, opprimebāt pauperes fauendo diuitibus propter munera. Conuersi ergo totaliter scribæ, & pharisæi D
ad auaritiam, & augendas diuitias, & honores capessendos: & videtes, ꝙ obseruantia præceptorum cerimonialium erat magis vtilis ad lucrum, & impinguandas domos eorum, quàm obseruantia præceptorum moralium, & hoc propter oblationes, & sacrificia, & decimas, & cætera donaria: quæ omnia cedebant eis in lucrum: Ideo decreuerunt præponere præcepta cerimonialia præceptis moralibus, dicentes, ꝙ omnia præcepta cerimonialia maximè præcepta oblationū, & sacrificiorum respiciunt immediatè Deum, & cultum eis. Moralia autem pro maiori parte pertinent ad proximū, & ideo dicebāt, ꝙ pp cerimonialia poterant omitti moralia. Et hoc dicebant propter auaritiam, & lucrum suū, eo ꝙ maiorem vtilitatem consequebātur ex sacrificiis, & oblationibus, & decimis, & ęę
E teris donarijs, quæ populus offerebat, quàm ex obseruantia præceptorum moralium. Et sic condiderunt cōplures falsas traditiones, & iniquas, & hæreticas in fauorem cerimonialium: quæ totaliter contradicebant præceptis moralibus. Inter quas traditiones posuerunt octo vel nouē dogmata hæretica cō tra veritatem legis, & propheratū. Nā primò dogmatizabāt populo, ꝙ magis obligabat vnusquisq; ad offerēda sacrificia, & oblationes sacerdotibus: quæ ad subueniendū patribus pauperibus, & ad largiēdas eleemosynas egenis, cò ꝙ magis obligat homo Deo, qui dedit nobis illa bona, quàm proximo. Et sic cū falsa religione palliabāt, & colorabant suā auaritiā, & ambitionē. Sed hāc perfidam
F doctrinā, & venenosum fermentū execrat, & improbat saluator Matthæi 25. & Marci 7. improperans eis istā falsam traditionem, & exortatur discipulos, vt caueant à fermento, & tali falsa doctrina scribarum, & pharisæorū. Item 2. dogmatizabant populo, ꝙ soli filij Abrahæ ſm carnem erant saluandi. Et tertiò dicebāt, ꝙ absq; pœnitentia, & restitutione per solas ablationes, & lotiones filij Israel ſm carnem poterāt saluari: postquā solis eis erat facta repromissio. Sed has duas falsas, & hęreticas doctrinas execrat, & improbat beatus Ioannes Baptista. Matthæi 3. & Lucæ 3. dicens scribis, & phariseis. Genimina viperarū quis vos docuit fugere à ventura ira? facite ergo fructus pœnitentiæ, & ne cęperitis dicere. Patrem habemus Abraam. Dico enim vobis: quia potens est Deus de lapidibus

A istis suscitare filios Abrahę. In quibus verbis ostenditur hæreticam esse doctrinam scribarum, & phariseorum, quia absq; pœnitentia, & restitutione, & fructibus dignis pœnitentiæ nullus potest saluari per opera legis. Itē ostenditur, ꝙ repromissio nō erat facta filijs Israel ſm carnem, sed secūdū spiritum, & fidem. Et ostenditur etiam qualiter oēs gentiles, qui adorabant idola lapidea, poterant fieri filij Abrahæ ſm spiritum, & saluari per fidem Christi. Item quartò dogmatizabant scribę, & pharisæi contra præcepta secūdę tabulæ erga proximū. vnde dicebant, ꝙ præceptа negatiua non obligabant hominem ad
B pctm quò ad affectum, & propositū, sed solū quò ad effectū, vnde licèt quis proposuerit, & laborauerit occidere hominē, aut adulterari cum vxore alterius, nō peccabat postquā tale propositum, & deliberatio non venerat ad effectum, & sic nec ille erat homicida, nec iste mœchus aut adulter. Sed hanc hæreticam doctrinam, & fermentum corruptiuū execrat, & dicit Christus eliminandum Matth. 5. cum ait apostolis. Nisi abundauerit iustitia vestra p lusquā scribarum, & pharisæorū, nō intrabitis in regnū cęlorū. q.d. tenēdo doctrinā falsā, & hæreticā eorū nō potestis saluari, quia falsificant legē, nā nō solū qui occiderit hominem est reus inferni, & peccat mortaliter, sed etiam qui irascitur fratri suo, aut cum ira, aut odio dixerit raca, aut fatue. &c. Et sic docet Christus, ꝙ hæretica est, & falsa illa doctrina, & intelligētia phariseorū quæ solū prohibet manum, & effectū. Item non solū qui actualiter coit cum muliere est
C mœchus vel adulter, sed quicunq; viderit mulierem ad concupiscendum eum, iam mœchatus est in corde suo. Item quintò dogmatizabāt, ꝙ dicere mendacium non erat peccatū, nisi fieret cum periurio, puta iurando per Deū, aut per Hierusalem, aut per cęlum, aut per templū. Hanc aūt falsam doctrinam execrat Christus dicēs, ꝙ nō solū omne iuramentum illicitum est pctm mortale, sed ēt omne mendaciū, quia nostrum affirmare, & negare nō debet esse cū iuramento, nisi in causa necessaria, sed solū est, est, aut non, non. q.d. ꝙ negare veritatem, aut affirmare quod nō est, peccatum est, licèt non fiat cum iuramē
D to. Item sextò dicebant, ꝙ odire inimicū nō erat peccatum nec cōtra præceptū Dei. quia Deus nō dicit nisi diliges amicum tuum sicut seipsum. Leu. 19. Ergo nō prohibet quin habeamus odio inimicum, & per cōsequens non est peccatum &c. Hanc falsam doctrinā execrat Christus dicens, ꝙ nō solū tenemur diligere amicum, sed etiam inimicum, orando pro eo, vt Deus conuertat eum ad viam salutis, quia licèt pctū sit abhorrēdum, & destruēdum in homine, tamē natura est diligēda propter Deū: ad cuius imaginē est facta. Itē septimò dicebāt, ꝙ absq; pctō vnusquisque poterat vindicare se de inimico, & euellere inimico dentem pro dente, & oculū ꝙ
E oculo &c. quia ad hoc obligatur omnis reus, vt patet Exo. 21. Sed hāc falsam doctrinam execrat Christus ibidem dicēs, ꝙ licèt illud præceptum sit in foro iudiciali, tamē nullus debet sibi vēdicare vltionem particulariter: imo vnusquisque tenetur remittere iniuriam proximo, imo percussus in vna maxilla debet præbere aliam propter Deum.

Item 8. dogmotizabant, quòd deus non promittebat nisi prēmium temporale in terra pro obseruantia legis, & ideo ipsi non curabant tesaurizare nisi in terra. Quam falsā, & hæreticam doctrinā execrat ibidem Christus dicens. Nolite tesaurizare vobis tesauros in terra, sed in cęlo. &c.

Item 9. omnia quę Scribę, & Phariseі faciebant, non quærebant iustitiam cōsciētiæ, sed vt apparerent boni coram hominibus, faciebant bona in apparentia, expectantes prę
F mium ab hominibus, in hoc sæculo nō curantes de alio. Quorum opera execrat Christus dicens. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. &c.

Item 10. dogmatizabant Scribæ, & Phariseі, quod Messias non erat venturus ad saluandum Israel. nisi prius veniat Helias propheta, prout scribitur Malach. quarto. Mittā vobis Heliam prophetam ante quàm veniat dies domini magnus, & terribilis &c. Et ideo quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas ad Ioannem, inter cætera interrogauerunt ipsum, an esset Helias. Ioan. primo. Item inter cæteras opiniones quas populus habebat de Christo, quidam dicebant ipsum esse Heliam. Matthæi vigesimo sexto. Et ideo Scribę, & Phariseі dicebant populo, quòd Christus non erat Messias, eo quòd nondum venerat Helias. Sed hoc procedebat ex cęcitate eorum, quia nesciebant distinguere inter primum, & secundum aduentum Christi, in quo Helias est uenturus. Ideo hanc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ignorantiam & dubitatione remouit Christus à mentibus apostolorum Matt. 17. Vnde quando apostoli viderunt Moysen & Heliam loquentes cum Iesu in transfiguratione, putarũt Heliam venisse tãquã pcursorẽ, sed cũ postea neminẽ viderẽt nisi solũ Iesũ, ideo descendentes de mõte dixerũt Xpo interrogantes eum. Quid ergo dicunt Scribæ, q̃ Heliam oportet primò venire? Quibus respondit Christus dicens. Helias quidem vẽturus est, & restituet omnia. Dico aũt vobis, q̃ Helias iam venit, & non cognouerũt eum sed fecerunt in eo quæcunq; voluerũt &c. Et tunc cognouerunt discipuli. q̃ de Ioanne baptista dixisset eis &c. In quibus verbis ostẽdit Xps. q̃ duplex erat eius aduentus. Nã in primo venerat ad redimendũ genus humanum à peccato per mortem & passionẽ, in
B quo aduentu præuenerat iam eum Ioannes baptista in spiritu & virtute Heliæ. Sed iterum in fine mundi erat Christus venturus ad iudicium generale, ante quem erat venturus Helias in persona ad prædicandũ Iudæis, & cõuertendos eos ad Christum, ꝓut dictum est. Sed scribæ & pharisæi malitia, & odio oceçati hoc non cognoscentes Christum negauerunt. & in hac infidelitate remanserũt, & morbo hæreditario suis hanc cęcitatem reliquerunt. Nã prius expectant Heliã q̃ã veniat Messias eorũ. Et sic prius inuocant Heliam quàm Messiam. Vnde quando circũcidũt pueros in synagoga ꝓparant duas sedes, vnã ꝓ Helia, quẽ credũt venire, & ibi adesse in circumcisione. & alteram sedẽ præparant pro rabino qui exerceat actũ circumcisionis. Et sic continuè manent in ista cęcitate, quam quodam morbo hæreditario habẽt
C ex fermento scribarum & pharisæorũ. Item irridogmatizabant scribę & pharisęi q̃ in eis nullũm erat peccatum naturæ, nam postquã erant filij Abraæ & Israel ſm carnem, erant liberi ab omni peccato naturę. vnde nõ putabant circumcisionẽ eis esse datam ad tollendum peccatũ naturę, quod oẽs traximus ex Adam, sed tantũ esse datam ad distinguendũ filios Abraæ à populo gentili, quia solum populum gentilem purabant naturaliter peccare propter idolatriã. Et sic per circũcisionẽ potabant euadere peccatũ populi gẽtilis, sed pẽr sola sacrificia & oblationes & purgationes & lotiones purabant sufficienter purgare omne peccatum. Et sic putabãt & dogmatizabãt opera legi Moysi sufficientes & plenè iustificare hominem ab omni peccato in D propria virtute. Et ex hoc inferebant q̃ Messias in lege promissus non erat liberaturus, nec redempturus Israel à peccati seruitute, quia per opera legis sufficienter liberabãtur ab omni peccato, sed Messias in lege ꝓmissus solùm erat à seruitute temporali, & captiuitate Romanorum liberaturus. Item dogmatizabant, quòd Messias non erat daturus bona spiritualia, sed tantùm temporalia in illa terra. &c. Et sic dicebant, quòd postquàm Messias non erat daturus eis bona spiritualia, sed solum temporalia, nec erat eos liberaturus à naturali seruitute peccari, sed solùm à seruitute & captiuitate temporali, ideo dicebant q̃ Messias nõ debebat esse Deus, sed purus homo. Et ideo Ioan. 8. quando Christus dixit eis. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis, respondẽrunt, nos semen Abraæ E sumus, & nemini seruiuimus unquã. Quomodo tu dicis, Liberi eritis? Quasi dicerent, nos naturaliter liberi sumus à peccato. Quibus respondit Christus. Amen dico vobis, quicunque facit peccatum seruus est peccati. Sed vt ostenderet Christus q̃ licèt ipsi essent filij Abraæ secundùm carnem, tamen propter hoc non euadebant peccatum, cum essent filij diaboli secundùm imitationem, & sic non possent euadere peccatum, nisi Christus faceret eos filios Abraæ secundùm spiritum, & promissionem, ideo subdit Christus. Scio q̃ filij Abraæ estis, secundùm carnem supple. Sed quia estis à patre diabolo secundũ imitationẽ, ideo opera patris vestri & desideria eius vultis facere. Nam sicut ille in veritate
F sui creatoris, in qua creatus est, non stetit, sed ex inuidia desiderauit & ꝓposuit me occidere, ita vos tanquã filij diaboli desideria eius vultis facere & adimplere, eò q̃ nõ stetis in veritate legis, peruertendo uerum sensum, & intelligentiam legis & propheratum, & depranando scripturas per vestras falsas traditiones. Secundò volendo me occidere ex inuidia, imitantes diabolum qui ab initio proposuit & desideravit me occidere, volẽdo occupare & vsurpare locũ meum, &c. prout dictum est in expositione psal. 81. Ex quibus supradictis patet, quòd scribę & pharisęi non intendebant, nec desiderabant liberari à peccato per Messiam, quia iam putabant se esse liberatos per opera legis à peccatis propriis commissis. Et sic solum expectabant liberari per Messiam à seruitute temporali. Et

A Et expectabant eum solũ, vt daret eis bona temporalia, & sic negabant. Messiã esse Deũ. Et iõ dicebant Christo: De opere bono non lapidamus te, sed de blasphemia: quia homo cum sis: te Deũ facis. &c. Ex supradictis omnibus patut doctrinam scribarũ, & pharisæorum fuisse hæreticam. Quod probatur. Nam totaliter contradicebat veritati legis, & prophetarũ, & peruertebat verum sensum sacrę scripturæ. vt patet intuenti. Item illa doctrina est hæretica quæ tollit domum optimũ legis, & prophetarum: sed doctrina scribarũ, & pharisæorum est huiusmodi: igitur est hæretica. Maior patet minor probatur. Nam illa doctrina tollebat, & negabat finẽ legis negando Christum. Nam illa lex ordinabatur in Christum tanquam in suum finẽ, vt daret
B gratiã in præsenti, & gloriã in futuro: sed illa doctrina negat Christum redẽptorem, & glorificatorem: ergo tollit, & negat finẽ optimũ legis, & prophetarũ. Nã lex, & prophętę expectabant Christũ redemptorẽ. & iustificatorem, & glorificatorem, & gratificatorẽ: vt patet per totũ discursum prophetarũ: sed doctrina scribarũ, & pharisæorum negat hãc ista. & nõ expectabat liberationẽ à pctõ ex obseruantia legis: sed solũ liberationem à captiuitate, & seruitute tẽporali: nec expectat bona spũalia: sed tantùm temporalia: vt dictum est: ergo tollit bonum, & optimum finem legis, & per consequens dissipat legẽ, & prophetas, & sic est hæretica. Et ideo salua tot tanquam hęreticam, & blasfemiam condemnauit totam illam doctrinam: vt patet Matthæi. 5. & 6. & 7. & 15. & 23. Et appellat eam fermentum corruptiuũ legis, & prophe
C tarum: à quo mouet nos cauere, & fugere, vt patet Matthęi. 15. Et hæc fuit causa quare scribę, & pharisęi conspiratunt in mortẽ Xpi eò quia: cõdemnabat tanquam hęreticã doctrinam eorum, vt patet per totum discursũ euangeliorũ. Sed quia ipsi scribę, & pharisęi manserunt confirmati, & obstinati in tali hęretica doctrina per Christũ cõdemnata: idro transtulerunt eam in suos successores tãquã morbum pestiferum, & hæreditarium. Ed cuius intellectũ est iterũ notandũ. q̃ post mortẽ Christi postquã scribę, & pharisęi per publicam famæm, & multa signa, & miracula nouerunt Xpm resurrexisse; propter quod multi de populo conuertebãtur ad Christũ, cõsitentes ipsum fuisse verum Messiã in lege, & prophetis promissum: tunc ad peruertẽ dam opinionem populi, quã de Christo habebat: conati sunt ostẽdere qualiter lex Moysi erat imperfecta, & nullo modo ab olẽda: sed in æternum duratura. Secũdò qualiter Messias in lege ꝓmissus non debebat esse Deus: nec dare bona spũalia: sed tpalia: nec debebat redimere Israel à pctõ: quia iam hoc operabatur lex: sed solũ debebat liberare Israel à seruitute, & captiuitate temporali Romanorũ. & q̃ erat venturus cũ magna potestate temporali, & maiestate: vt omnia supradicta posset efficere. Et ex hoc arguebant, & prædicabant populo Iesum Christũ nõ fuisse Messiã. Et ideo per omnes illos quadraginta annos contradixerunt apostolis. Sed post quàm post destructionẽ ciuitatis viderunt se nihil profeciſſe contra discipulos Christi, & christianam religionẽ: imo videbant eam augeritũe recurrerunt ad magicas artes. Et
E sic vt suam perfidiam fortius possent astruere: asciuerunt in societatem suam quendam necromanticum, & magum, nomine Mair, genere Idumæũ, & fecerunt ipsum proselytũ precibus, & muneribus: instruẽdo ipsũ in lege, & prophetis cũ falsa intelligẽtia, & de testabili fermento eorum. Sed cũ iste Mair esset iã de se versutus, & astutus, vt cõplaceret pharisæis excogitauit iniquũ modum ad cõfirmandã, & augendã malitiã eorum, & dixit qualiter Deus duplicẽ legẽ dedit Moysi in monte Sinai. Primò vnam scriptã in tabulis, & in cartis, & aliã ore tenus, & secretam. Vnde Moyses solũ manifestauit legem scriptã populo: quę cõtinetur in illis quinque libris, qui habentur apud omnes, sed nõ manifestauit legem secretã ore tenus datã: sed illam tãtũ manifestauit Iosue cum pacto. vt
F ille tantũ manifestaret suo successori. Et sic dicebat iste sacrilegus Mair, q̃ illa lex p successores venerat vsque ad ipsum cui præcepit Deo manifestare eam omni populo hebręorum propter instantem necessitatem, quia multi Iudęorũ conuertebãtur ad Christum ne iudaismus destrueretur, quã quidẽ legem appellauit Tora sebe alpe. i. legem ore datũ, & ẽt appellauit eam Misna. ſ. secundã legem. In qua quidem lege cõtinentur multa erronea, & contraria veritati, sed inter cętera cõtinetur, q̃ prima lex nõ fuit data nisi ad quãdam instructionem temporalem, sed ista secunda est de vltima intentione Dei tanquã declaratio primę. Et quòd ista secuda debet corrigere primã, cum sit maioris autoritatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & de vltima intentione Dei. Et sic continet multa contra veritatem literę peruertendo verum sensum primæ legis quam habemus ad falsum propositum eorum, & continet ēt octo cęremoniarum traditiones pharisæorum, vt ostenderet eas à Deo ordinatas. Omnes aūt istas traditiones contentas in isto Misna siue secunda lege, postea redigit in scripris quidam appellatus Rabi Iudanassi, qui secundùm alios vocatur Rabi Monoa, in quodam volumine multis libris diuiso. quod Iudæi appellant Misna. i. secundam legem. Sed tempore magni Constantini videntes Rabini hebręorum totum populum gentilem conuerti ad Christum, & destrui omnia idola, & omnia templa idolorū consecrati in ecclesias Christi: ex cuius occasione maxima multitudo Iudęorum conuertebatur ad Christum: eò

B ꝙ manifestè patebat Christum fuisse verum Messiam: postquàm in nomine eius omnia idola delebantur secundùm oracula omniū prophetarū. Hoc ergo videntes Rabini Iudæorum congregati sunt in Babylonia Aegypti in magna multitudine: qui supradictum Misna prolixius, & copiosius exposuerunt, & in plures libros diuiserunt. Quam quidem scripturam Talmud appellauerunt. In quo q̄dē Talmud multa falsa, & cōtra rationem, & naturam, & bonos mores confin xerunt. Inter cætera enim dicunt, ꝙ quando Moyses accepit supradictam duplicem legem in monte Sinai: pariter fuerunt cum Moyse animæ omnium prophetarum. s. Isaię & Hieremiæ, & aliorum: qui singuli suas singulas acceperunt prophetias, quæ quidem animæ prophetarum postea tęporibus suis

C venerunt ad corpora sua: & sic suis temporibus manifestarunt in Israel suas prophetias. Item tertiò dicunt ꝙ ibidem fuerūt animæ omnium Rabinorum, qui composuerūt Talmud, & ibi in monte Sinai acceperunt intelligentiam legis, & prophetarum, & totam doctrinam traditam in ipso Talmud, quę quidem animæ venerunt ad sua corpora tēpore magni Constantini, qui tradiderūt Talmudicam doctrinam in verbis Talmud. Et ideo dicunt ꝙ illa doctrina non potest mentiri: postquàm fuit tradita à Deo simul cum lege, & prophetijs. Quam quidem doctrinā Talmudicam legunt, & obseruāt hodie omnes Rabini Iudæorum, & cum ea regunt Iudaismum, & Iudæos simplices, & in tali decep tione & cęcitate perseuerāt. Ex supradictis omnibus ergo patet, quòd doctrina Talmū- D dica, quam hodie Iudæi obseruant, habuit ortum à secta scribarum, & phariseorū. Nā hodie adhuc tenent & obseruant documēta falsa & hæretica supradicta. Nā adhuc tenēt primum falsum documentum, s. quòd magis obligatur homo honorare ipsum magistrum legis quem appellant Rabi: quàm honorare patrem, & matrem, & magis subuenire ipsi Rabi, quàm patri & matri. Item obseruant secundùm, & asserunt quòd soli filij Abraæ, & Israel secundùm carnem sunt saluandi. Item asserunt tertium quòd absq; pœnitentia, & restitutione male ablati saluā tur seruando legelia, & doctrinam Talmudicam. Item asserunt quòd malum propositum, & voluntas non obligant ad peccatum nisi sequatur effectus. Item asserunt, ꝙ mendacium nō est peccatum sine periurio, E & ideo non faciunt conscientiam mentiri Christianis, & alijs nationibus. Item asserunt aliud falsum documentum, quòd licitum est vindicare iniuriam quocunque modo. Item quòd licitum est habere odio inimicū, & lædere quocunq; modo ipsum. Itē dictis, & factis ducunt vitam simulatam, & fictā. maximè contra Christianos. Item vltimò tenent ꝙ totum præmium legis est temporale, & nihil eredūt spirituale. Et sic patet quòd ista doctrina Talmudica habet ortum à falsa doctrina Scribarū, & Pharisæorum, quam Christus increpat & execratur Mat. 5. & 6. & 23. Item obseruant & asserunt tria alia hærerica & magis detestabilia documenta. Primò, ꝙ lex Moysi est in æternum duratura quò ad cęrimonialia. Secundò, ꝙ lex Moysi nō promittit nisi temporalia bona. Tertiò, ꝙ Mes- F sias in lege, & prophetis promissus non erat venturus nisi ad liberandum Israel à captiuitate temporali, & ad dandum bonam bona tēporalia. Ex quibus cōcludunt Iesum Xp̄m non fuisse Messiam. Et sic patet quòd Iudęi moderni nil aliud obseruant nisi traditiones falsas scribarum, & phariseorum, & Talmudistarum, & per consequens doctrinam hæreticam per Christum condemnatam, & reprobatam, tanquàm fermentum corruptiuū legis, & prophetarū. Quę quidem doctrina ideo dicitur hæretica & corrupta, eò quòd tollit, & negat totam veritatē, & verū finem principaliter, & finaliter intentū, & expectatum in lege, & prophetis. Nā tota lex, & prophetæ nil aliud clamabant nec expectabant nisi

A nisi Christum futurum declaratorem legis, & prophetarū, & futurū redemptorem per mortem, & passionem, & futurum glorificatorem per suam resurrectionem. Et sic lex euangelica nil aliud est nisi veritas, & finis vltimatus, & intentus, & desideratus in lege, & prophetis. Et ideo dixit Paulus in iudicio corā Festo, & rege Agrippa, vt patet Actuū, 29. Vnde ait. Auxilio autem adiutus Dei vsque ad hodiernum diem isto testificans minori atque maior, nil extra dicens quàm ea quæ prophetæ locuti sūt futura esse, & Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum: lumen annūciaturus, est populo. Ex quibus verbis apostoli patet, ꝙ Moyses, & prophetæ nil aliud locuti sunt, nisi Christum passibilem pro nostra redēptione, & primò resurrecturum pro nostra glori

B ficatione, & annunciaturum lumen, & veritatem legis, & prophetarū. Sed quia nil aliud extra legē, & prophetas annunciabat Paulus & cæteri euangelistę esse cōpletū per Christum nisi ea quæ lex, & prophetę prædixerūt futura ergo lex euangelica nil aliud est n. si ueritas legis, & prophetarum, & finis intētus in eis. Iudæi ergo moderni auferentes, & negantes à lege istam veritatem, & vltimū finem, falsificāt legem, & propheras, & sic magnat hæretici, & sacrilegi. Ex quibus patet, ꝙ christiana religio verè obseruat legem Moysi quantū ad substantiam, & essentiam, & veritatem eius. Et per consequens Indæi moderni nullo modo seruant legem Moysi post publicationem euangelij, quia cęrimoniæ quas obseruant, iam sunt mortuæ, & mortifęræ, & falsæ, postquàm nil futurum iam si-

C gnificant, postquam fuit iā impletum qđ ante significabant, prout declaratum est in quinque supradictis quęstionibus. Et sic manent Iudæi cæci in sua obstinatione vsq; ad secundum aduentum Christi, antequam veniat Helias ad prædicandum eis, & declarandum eis veritatem legis Moysi, & ꝓphætarū. Et tunc cognoscet se esse delusos. & decepros, & sic cōuerrentur ad dominum Deum suum, & Dauid regem, & Messiam suum, vt patet Zaca. 3. & Mala. 4. & supra probatum est. Ex supradictis etiā patet, ꝙ quatuor sunt quæ demnent Iudæos in sua obstinatione. Primò, quia putant lege Moysi perfestè iustifica te hominem, & esse semper duraturam. & ꝙ consequens non ordinari ad alium finem, & maiorem perfectionem, sed esse literaliter intelligendam, cuius oppositum probatum D est in prima, & secunda quæstione. Secundò, quia putant omnia in lege promissa esse temporalia. Tertiò: quia putant, ꝙ Messias in lege promissus non erat datarus bona spiritualis, sed tantum temporalia, & ꝙ solum debebat eos liberare à temporali captiuita te, quia iam liberabantur ab omni peccato per opera legis. Et sic negant Christum esse Messiā, cuius oppositum probatū est in tertia quæstione. Quartò, quia putant legem euāgelicā esse contrariam legi Moysi, & esse falsam, & sacrilegam in sua credulitate, & religione, cuius oppositū probatum est in qn ta qu stione. Quam quidem ignorantiam, & cęcitatem si deponerent ab oculis mētis, il licò viderent veritatem, & conuerterentur ad fidem Christi. Sed hic quæritur vnde est, ꝙ cum Iudæi videant manifestè ista supradi E cta esse vera per sacram scripturam legis, & prophetarum, quare ergo non conuertūtur? Ad hoc respondetur sicut pluries dictū est, ꝙ scriptura veteris testamenti tota est velata velo cęrimoniarum, ꝙ ænigmatum sub quibus latet veritas euangelica. In cuius signum Moyses ponebat velum sibi ante faciem, qñ legebat, & promulgabat legem filij Israel: ad denotandum, ꝙ illa lex erat velata literalib. cęrimonijs, sub quibus latebat veritas euangelica, quod velum Christus debebat auferre in suo aduentu. Sed quando Scribæ, & Pharisæi negarunt Christum coram Pilato, & dixerunt, Sanguis eius super nos, & su per filios nostros, tunc fuerunt occęcati sub illo velamine, & fuit eis maledictio cęcitatis ante oculos mentis inflicta generaliter vsq; ad secundum aduentum. Quia quādo legūt F Moysē, & prophetas semper habent illud velamen cęcitatis ante oculos, & sic nō possūt cernere veritatem nisi spirituali lumine illustrentur. Quam cęcitatem prædixit eis Dauid psal. 68. dicens. Obscurentur oculi eorū ne videant, & non intrent in iustitiam, id est veritatem tuam, Itē Isaiæ 6. Occęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis, suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conterratur, & sanem eum &c. Sed quia ali qui continuè aut interpolatim baptizantur, ideo subdit. Sed adhuc decimatio &c. Vnde est aduertendum, ꝙ licèt multi baptizētur per succesionem temporis, tamen nō eodē fine. Nam triplici ex causa multi veniunt ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A baptismum, nam quidam baptizantur violẽter vt fugiant mortem, secundùm q; frequẽter propter eorũ scelera expoliantur ex commotionẽ populorũ. Et isti vix aut rarò sunt boni vsque ad tertiam generationem. eò q; latenter docet filios ritus iudaicos. Quidam autem veniũt fictè ab baptismũ vt valeant, cum christianis conuersari, & ad negotiationes, & colligenda publica vectigalia, & pedagia admitti &c. Et isti rarò sunt boni vsq; ad tertiam generationem propter eandem causam. Quidam autem licèr pauciores veniunt ad baptismum ex sola illustratione spiritus sancti, pertractando scripturas eum christianis, & isti communiter imo semper sunt boni cognoscentes veritatem scripturarum. Cæteri autem semper manent in sua cęcitate propter maledictionem eis inflictam vsque aduentum Heliæ ante secundum aduentum Christi: Ideo nos christiani, quibus datum est nosse mysterium regni Dei, agamus gratias domino nostro Iesu Christo, qui ad cognitionem veritatis nos fecit peruenire. Qui cum patre, & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sęcula sęculorum. Amen.

B D

IO. BA. ASCENSIVS LECTORI. S.

B *Habes lector pie opus luculentum & homine christiano dignissimum, quippe-*
cuius cognitione (vt in epistola nuncupatoria diximus) nulla pars vitæ ipsius
cleri vacare potest. semper enim psalmi semper cantica ecclesiastica, quia sem-
per laus Dei in ore eius: versari debet. quorum omnium expositio ante Iudæorum
confutationem in hoc opere habetur tàm dilucida, vt nulla sit clarior, & tàm chri-
stianæ religioni fauens, vt nulla sit quæ lectorem magis, & ad diuinæ lectionis amo-
rem, & ad christianæ religionis, & obseruationem, & obseruantiam inducat. Pro in-
de ingentes debemus omnes gratias longè verendo patri Iacobo Parẽ de Valentia
Christopolitano Episcopo, qui pro nobis tot sacras lucubrationes obiuit. Proximas
autem venerando patri ac magistro nostro Ioanni Focaudo, abbati Clarævallis, qui ex
Hispanijs ad nos vsq; præfatum opus transferendum curauit. Neq; tamen modicas
honorando patri Maturino de Cangeyo, qui operis impressionem procurauit & iudi-
ce præmisso decorauit. Tuarum igitur fuerit partium tot labores iustà non defraudare
mercede. E

Vale.

Iodocus

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS RELIGIOSO ADMODum atque diserto patri. M. Maturino de Cangeyo: professionis diui Bernardi candidissimo.

S. D.

VBI primum te, Maturine, pater obseruande, & intus, & in cute noui, demiratus sum, fateor, mores tuos sanctissimos, & laudatissima istius ordinis professione dignissimos, obseruauique ad hoc raram istam sapientiam, suaui, & eidem non vulgari coniunctam eloquentię, veneratusque demùm sum tuã tàm temperatam & tamen feruentissimam (cum in ea renon facilè modum excedas) in optimum maximum Deum nostrum cum caritate non ficta religionem. Quocirca primùm te dilexi non vulgariter, mox etiam amaui non segniter, ac demùm veneratus sum haud secus ac de sanctis obseruanter. Nunc vero tanta virtutis tuę accesserunt monimenta, vt quo te satis amplo honore prosequar excogitare nequeã, nisi fortè simul paternitatem tuam diligam, amen, obseruem. Quæ tamen conatus omnes superant tua cùm in literatos omnes, tùm in me literatorum facilè minimum, merita. Tua si quidem vnius opera, & accuratione diuinę deuotissimi Bernardi lucubrationes sub vno eodice propediem in vestitu prosilient deaurato. Tua eiusdem cura ac opera (Reuerendo tũ patre Magistro nostro Ioan. focaudo Clarevallis abbate dignissimo ad hoc opitulante) superiori anno emisimus sanctissimas (ne solùm eruditas dicam) expositiones domini, ac Magistri nostri Iacobi Parem de Valentia Christopolitani Episcopi in ce ntumquinquaginta Dauidis, quos psalmos vocant, in officialia, euangelica, & cętera ecclesiastica cãtica. Vetũtũ vt Ouidianum aliud vitupem) Sanctius his & quod dominari in cętera posset. Deerat adhuc. Opus videlicet cui non ab re Cantica canticorum titulus est, & ob id cæteris sanctius censendendum, quòd ab eodẽ spiritu sancto, abs quo cætera quoque, dictatum maximum canit sacramentum, vt equo sacramento cuncta nauterunt omnia. Quod nunc tandem, Beneficentissimè pater, eadem largitas tua nobis consulit imprimendum cum eiusdem patris cùm primis honorandis summè tamen colendis, tùm admirandis expositionibus. Colendis quidem summè, quòd in eis summopere studet gloriæ Iesu Christi domini nostri, & ecclesiæ catolicæ sponsæ eius, videlicet fœbæa lampade clarius demonstrans hoc eorundem epitalamion esse à spiritu sancto per os sapientis præceptum, quod qui nõ amet, colat, ac veneretur planè sese filium tanti sponsi tantæq; sponsæ perneget. Admirandis autẽ tantopere, propter summam earum eruditionem qua non extortè, nec violenter, sed sponte ac naturę omnia canticorum mysteria epitalamio dicto vendicat, tanta perspicuitate, tantaq; animorũ exultatione, vt ego alioqui (fateor) frigiduſculus, & à calore talis lectionis per lodicis parandæ solicitudinem plusculum abductus, vt primum opus per legi, ita inflammatus sum ac in amorem eius raptus, vt vix meditãti aliudque ferè agenti exciderit mihi nuptiale carmen. quod quia pium licet minus cultum est visum, indici sequenti duximus apponendum. Sed vt ad me redeam, per huius operis consecutionem factus sum multorum debitor. primùm quidem ipsius auctoris, qui ipsum edidit, deinde præuenerandi abbatis Clarævallis, qui ipsum nobis emit. & ab Hispanijs vsque per Pyrenea iuga ad nos transuehendum curauit. sed potissimum tuus, Pater Maturine, cuius beneficio, ope, opera, & auspicio faustissimo prædictum opus luculentioribus, quàm psalterium ipsum, caractẽribus excudimus. Quocirca ne ingratitudinis omnium macularum terrerrimæ mihi inuidia sit nota, hanc opellam, & quicquid in ea meruerim laudis tuæ do, dedo, ac dico paternitati tuæ. Nihil minus quàm talem dedicationem expectanti. Sed eo sum iudicio, vt qui se minimum honore dignos æstiment, eos ego censeam dignissimos. Cui sententiæ meæ in hoc opere tibi dicando subscripsit, ac suffragatus est tui mirator amatorque singularis, & vir multa veneratione dignus Magister Bernardus Hanegranus. Suscipe itaque in partem amicam, quod amico fecimus animo, & Vale pater optimè. Ex officina nostra calcografa. Pridie natalis dominici. M. D. VII.

Epitala-

EPITALAMION ASCENSIANVM.

Sponsus Xpi. Sponsa est Ecclesia Maria. Anima fidelis.

OScula casta para venienti Ecclesia sponso:
Clausttraq; virgineo mater honore para.
Et tu quęcunq; es proprię studiosa salutis:
Mens: anima: ac ratio pectora munda para.
Ecce venit saliens thalamo tibi sponsus ab alto:
Vt faciat votis cuncta petita tuis.
Vtq; exornatam cellas te ducat in amplas:
Et tibi perpetui monstret amoris opus.
Infima summus init: rex regum pauperis aulam:?
Vita necis vinclum: gloria dia lutum.
Eia age rumpe moras: venientem suscipe sponsum.
Amplexumq; semel linquere sponsa cave.
Omnia sett secum mulieribus grandia mundi:
Et quicquid sponsæ mens bene sana petat:
Delicias castas atq; oblectamina sancta.
Exprobraturus nil: dabit omne bonum.
Huic sunt delicię tecum residere: loquiq;
Atq; in complexu te retinendo mori.
Tempus erit propria quo te iam cęde redemptam
Septem sacramentorum. Effusa ex imo corde lauabit aqua.
Et sic septuplici tandem dotata monili:
In cedes summi sponsa, & amica Dei.
Maro in Bucol. Nascere: præq; diem veniens age lucifer almum:
Currite fatales talia sæcla deæ.
Tuq; boni tanti Gabriel paranynfe propinqua.
Ecce dies plena est: sponsaq; compta Deo.
Tuq; decus vatum castorum pneuma beatum:
His talamis auspex & pius autor ades.
Tu quoq; sponsæ veni: summi sapientia patris:
Virginis intactæ viscera sancta petens.
Tuq; opifex rerum gnatum demitte volentem:
Hoc opus est vestrum cura decusq; trium.
En iam lætus adest sponsus, iam sponsa cubile:
Iam sua: iam sese est omine pacta bono.
Iam sponsi redimita bonis: iam flammea portat.
Virtutes. Mox sponsum faciet prole frequente patrem.
Iam virgo fœcunda Deo concępit ab aure.
Et peperit sponsum sponsa pudica suum.
Iam mens fruenti sponsum concępit amore:
Iam pariet sponso pignora grata suo.
Et iam sponsa triplex ex omni parte beata,
Tota est pulcra fruens iam sine labe Deo.
Ergo per os Magni Salomonis spiritus alme
Cantica, quæ superent musica dona, cane.
Nil opus est frijgio tibicine, nil Hymenæo,
Solus enim potis es prospera cuncta dare.

FINIS.

ILLVSTRISSIMO D. D. ALFONSO DE ARAGONIA, MISERATIONE DIVINA Archiepiscopo Cæsaraugustano.

IACOBVS PAREM EPISCOPVS CHRISTOPOLITANVS SVO DOMINO METVENDO SALVTEM cum prosperitatem plurimam optat.

SVPERIORIBVS diebus domine illustriss. plurimorum religiosorum aliorumq; literatorum virorum vehementi exhortatione fui vexatus ac discruciatus, vt Cãtica Canticorum Salomonis: quæ intellectu difficillima, & ferè inextricabilia sunt, & habentur: in lucem aperire vellem: ad hoc vt illi fierent doctiores. Ipse verò hoc animo coniectans quàm magnam prouinciam humeris meis imponerem: & planè mihi difficilè laboriosumq; videretur: tùm ob munus publicum quò fungor: tùm ob plurimas occupationes, tam familiares quàm domesticas, quibus obruor: tùm ob ingraescentem ætatem meam: quæ laboribus iuuentutis minimè respondet: hoc eis spondere recusaui. Nouissimè aut em venit ad me sapientissimus sacræ Theologiæ interpres & professor magister Michael Figuerola tuæ illustrissimæ dominationis præceptor; qui tuo nomine me vnicè rogauit: precibusq; contendit: vt aliquid ex illo sacræ scripturæ agro: cui operam, & studium dare expetis: rimari conarer, quod doctrina, & scientia cumulatum esset: et tua excellentia dignum haberetur. Ego autem summa cupiditate ductus inseruiendi illustrissimæ dominationi tuæ: ac parendi tuis imperiis: ad faciendum quod iubebas illicò me accinxi omni vitæ me discrimini obiiciendo. Quamobrem cum totius sacræ scripturæ vniuersum campum è vestigio peragrassem: nil mihi magis decorum atque vtile: neque tua amplitudine dignum (vt mea fert opinio) uisum est: quam ipsa Salomonis Cantica Canticorum. In quibus Salomon inter Christum et ecclesiam sponsam suam mutuum explicat amorem: vnumquemque fidelem Christianum incitant et incendens: vt scripturàm sacram in sponsam ducat suam. Eas igitur ob res animo institui meo: ne tam pretiosa supellex incognita extaret: quæ iam pridem parturio aliquando parere. Neminé tamen nisi dominationem tuam illustrissimam dignum existimaui: cui hæc eadem dicare deberem: cum sit tibi optima indoles: nobilissimum:

perspicacis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perspicacissimumq; ingenium: humanitas: liberalitas: ingens animi magnitudo: ac studiorum sacræ scripturæ voluptas vehemens, & oblectatio: tum & quia in hac tempestate nostra inter omnes ex clara familia natos aut regio sanguine cretos q. docti sint atque habeantur: præter illustrissimam dominationem tuam mihi occurrit nemo: tùm etiam ob summam dignitatem, in qua existis, & munus ecclesiasticum; quo fungeris, & vices regias quas in toto regno Aragoniæ geris: ideo sacram scripturam te minimè latere, aut fugere existimaui. Verumenimuerò cogitans mecũ hoc opus intuẽdum in tanta eruditissimorum literatissimorumque virorum ipsius vrbis, & regni necnon tui senatus canonicorum concione, & copia: quæ maxima est: qui ingenio, & prudentia pollent singulari: & quòd non sit ita comptum atque expolitum ea eloquentia: eo dicendi ornatu: vt par est, & ratio præscribit: vereor ne illud parui faciant. Atque eo nõ in minorem animi incertitudinem: hæsitationemq; coniectus sum: quam fuit noster Cicero: cum librum de officiis ad Marcum filium dedit: qui Athenis sub Cratippo perseueraret auditor. In quarũ gymnasiis, & philosophorũ, & eloquentissimorum virorum frequentia erat. Veruntamen volens ac cupiens petens tuæ inclytæ dominationi morem gerere: hoc opus expressi, quoreciusvalui; & eo stylo scolastico, & pingui Minerua: vt sic dixerim: quo omnes tàm docti quàm mediocres ac etiam simplices religiosi, & clerici cæteriq́ue fideles capere perpendereq; valeant. Quod quidem opus clarius decorabit animum tuum quam splẽdida purpura: aut quàm (pene dixerim) si opulentissima vrbe dominationem tuam illustrissimam donarem. Quare sacræ scripturæ per amplitudinem tuam incũbendum esse censeo: in qua qui docti euaserunt: et si ex humili loco nati sunt: sibi vendicarunt nomen: famam: laudem: & gloriam. Et tantam dignitatem sublimantur: ut in terris quasi Dii habeãtur. Quod facile dominatio tua attingere valebit atque nanciſci. Nam vbi animam intenderis: ingenium valet. Contemnitur ergo dominatio tua: ponatque ante oculos, & æmuletur famam inuictissimi regis Ferdinandi amplitudinis tuæ genitoris christianissimi: qui ob exaltationem: laudem: & gloriam summi maximeque Iesu Christi ac fidei catolicæ honorem, & ampliationem ad delendos fugandosque Mauros ex agro Betico Hispaniæ: non formidauit neque exteritus est psonam suam aduersus illos bellando manusque conferendo strenuo pstantique animo maximis discriminibus obiicere. Et tandem suo ductu dexteritate vigilantia atque solertia illos debellauit: vicit: fugauit: & in suam dictionẽ redegit Alfamam: Aloram: Cartamam: Rondam: Morbellam: ac famosissimam, & bello insuperabilem ciuitatem Loxam, & Cambille inaccessibile oppidum atque vicinis cunctis quondam formidabile asylum: quàmplurimaque alia oppida, & municipia; quæ multorum sententia inexpugnabilia habebantur. Ita vt ex regno omni Granatæ parum reliquum sit; cui

cui prope diem dominabitur. Qui si ventri, & somno atque lasciuiis deditus fuisset, & in otio marcescere voluisset, nunquam tantam tanque immensam immortalemque laudem sibi suisque vendicasset. Et quod potissimum duco, & quod superiores Hispaniæ reges, quãquàm id facere attentassent, adimplere non valuerunt, id pater inclytæ dominationes tuæ non perterritus nec victus labore neque pretio corruptus breui temporis curriculo peregit, & præsertim in sua tenera ætate, quod miraculi loco profecto censendum est. Et non ab re literis gesta illius mandanda sunt, vt æternum nomen extet, & semper viuere censeatur. Et idcirco domine illustrissime nulla potentia, nulla vis tam magna esse potest, quin maior potiorque sit per diuturnum studium, & uigilantiam circa vnamquamque rem siue bellicam siue literariam. Quare per dominationem tuam illustrissimam conandum atque enitendum est, vt non minori gloria atque laude ob literarum sacrarum studia in ecclesia excellas, quàm parens tuus in armis excelluit. Sed hæc hactenus, nam satis, & plusquam decuit in his peruagata est epistola nostra. Cantica canticorum vero legamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CANTICA CANTICORVM

PRAEFATIO.

CANTABO dilecto meo canticum vineę suę. Isa. 5. Licèt Isaias cantauerit canticum comminationis contra vineam domini, quæ erat domus Israel secundùm illum statum: tamen multò conuenientius Salomon hoc libello canticorum cantauit canticum vineæ domini: quę est ecclesia Dei quò ad omnes status vtriusque testamenti: quod quidem canticum non
B dicitur canticum comminationis, sed canticum lætitiæ & gratiæ: eò quòd in eo præ dicitur totum mysterium nostræ redemptionis, & salutis completum in nouo testamento, vt patebit. In quibus verbis propositis tanguntur, & notantur quatuor causæ huius libri Canticorum Salomonis. Nam primò prænotatur causa efficiens, & autor huius libri per hoc pronomen ego præintellectum in ly cantabo. q.d. ego Salomon cantabo. Secundo notatur causa formalis per ly cantabo, quia ostendit se velle procedere in hoc opere per modum cantilenæ. Tertiò notatur causa finalis per ly dilecto meo. per quod ostenditur, q̃ hoc opus dirigitur Deo, qui est finis noster: in cuius dilectione consistit finis noster, & beatitudo. Quartò notatur materia huius libri in ly canticum vineę
C suæ, quia totus iste liber est de ecclesia, quæ dicitur vinea domini, vt patebit per singula. Et ideo antequam procedamus ad expositionem huius libri, est videndum de vnaquaq; prædictarum quatuor causarum. Quantùm ad primum est dicendum, quòd nemo Hebræorum, nec catolicorum Christianorum, dubitauit vsq; ad præsentem diem Salomonem edidisse tres libros sapientales. s. Prouerbiorum, & Ecclesiastes, & Canticorum. Sed multi Hebræorum antiquorum dubitarunt an Salomon fuerit illustratus à spiritu sancto in compositione horum librorum. Qui mouebantur tali ratione. nam Salomon fuit deprauatus in senectute, & declinauit ad idola: vt patet tertio Regum. vndecimo, & etiam declinauit ad artes magicas. ergo nunquàm habuit spiritum sanctum, quia non permisisset ipsum in talia scelera incidere. Item hoc idem probant singulariter de quo libet libro. nam primus liber, qui dicitur Prouerbiorum siue parabolæ, est totus de doctrina morali, quæ potest haberi absque spiritu sancto. sicut habuit Socrates, & Aristoteles, & Plato &c. Item in toto libro Ecclesiastes non loquitur nisi de his, quæ sunt sub sole: & non de rebus diuinis: vt patet ibidem. Item in eodem libro licèt aliquando memoretur hoc nomen Deus: tamen
E nusquàm nominatur nomen domini tetragrammaton, ideſt quatuor literarum, quod est hoc nomen dominus: sine quo nomine nihil est sacrum, nec spirituale, nec à spiritu sancto traditum in sacra scriptura. Item liber Canticorum minus videtur traditus à spiritu sancto, eò quòd in eo non solum tacetur nomen Domini Tetragrammaton, sed etiam hoc nomen Deus, quia in nulla eius parte reperitur dominus: nec Deus. Ex quibus omnibus concludebant isti, quòd supradicti tres libri Salomonis nullo modo pertinebant ad sacram scripturam, quia Salomon non spiritu sancto illustratus: sed ex proprio ingenio, & non de rebus diuinis, sed de rebus humanis confecerat hos tres libros propter rationes iam dictas.
F Alij autem Iudæorum dixerunt, quòd licèt liber primus, scilicet Prouerbiorum aliquando loquatur de rebus diuinis: tamen liber Ecclesiastices non loquitur nisi de rebus humanis: quæ sunt sub sole, & ideo non memoratur in eo nomen domini Tetragrammaton. Et sic multi illorum effecti sunt hæretici dicentes nihil esse supra solem: sed animam humanam esse moralem. Item isti dixerunt etiam, quòd Salomon non fecit librum Canticorum: nisi in commendationem filiæ Pharaonis uxoris suæ: cuius pulcritudinem commendat in illo libro. Et sic multi iuuenes lasciui, & mundani sumebant, & vsurpabant aliqua carmina ex eo libro, & applicabant ea domicellis

A micellis, & amasijs suis. Et sic abutebantur illo libro. Sed oppositum ostendit Esdras scriptor, & restaurator scripturæ legis, & prophetarum, qui collocauit supradictos tres libros Salomonis in canone sacræ scripturæ, & sic synagoga Iudæorũ non solum ante aduentum, sed etiam post aduentum Christi recepit hos tres libros in canone in num. 22. librorum iuxta numerum literarum Hebraicarum, licèt collocauerint eos inter hagiografa. vt patet in prologo galeato beati Hieronymi. Imo dicit Hieronymus in præfatione quatuor homiliarũ quas edidit super cantica: q̃ facta fuit constitutio inter Hebræos sui temporis, ne quis Iudæus plebeius, & popularis præsumeret legere istum librum Canticorum. Salomonis. nec
B trita prima capitula libri Geneseos, nec primum capitulum ipsius Ezechielis. nec totam illam partem à quadragesimoquarto capitulo. vsque ad finem eiusdem libri, eò quòd in his quatuor partibus continentur, mysteria, & secreta profundissima, & ineffabilia. Ideo solis pertissimis magistris conceditur huius studium, & lectio. Sed hoc magis confirmat translatio Caldaica, quæ in titulis istorum librorum appellat Salomonem prophetam, specialiter in hoc libro, vbi dicit. Incipit liber Canticorum Salomonis prophetę. Item hoc magis autorizat Saluatuor. Ioann. 6. dicens. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de
C ventre eius fluent aquæ viuæ. Quæ quidem scriptura reperitur Prouer. 5. vbi secundùm translationem nostram dicitur Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Item hoc idem confirmat tota ecclesia, quæ in concilio Niceno recepit hos tres libros in canone simul cum cæteris libris sacris. Et sic Origenes, & Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cæsariensis in ecclesiastica historia, & Augustinus primo de doctrina Christiana enumerant hos tres libros inter cæteros libros sacræ scripturæ. Est verum, quòd quidam catholici dixerunt, quòd licèt isti tres libri sint de rebus diuinis, & traditi à spiritu sancto, & pertineant ad sacram scripturam, tamen Salomon non habuit hoc immediatè à spiritu sancto, sed à Dauid patre suo, qui tradidit ipsi exemplar, & descriptionem templi, quã acceperat à Deo, & intellexerat omnia opera exemplaris, vt patet 1. Paralypo. 28. Et secundum istos Salomon locutus est in
D istis libris ea quæ fuerant reuelata Dauid patri suo. Quod probant per ea, quæ ipsemet Salomon asserit Prouerb. 4. capitulo vbi ait. Ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea. Et docebat me atque dicebat. Suscipiat verba mea cor tuum &c. Et sic procedit Salomon in illo libro prout didicerat a patre suo Dauid, vt patet inueniti. Et sic videtur quod quicquid dixit Salomon, dixit ex doctrina Pauli suo reuelata, prout ipse videtur ibi profiteri. Item hoc idem confirmant, quia Salomon habuit magistros scilicet Eman, & Etan, & Calcal, & Dordan, qui docuerunt eum omnia secreta libri psalmorum, prout didicerant à patre eius Dauid. Et sic concludunt isti, quòd licèt omnia tradita in his tribus libris sint à spiritu sancto, non fuerunt tamen reuelata immediatè ipsi Salomoni, sed ipsi Dauid patri
E eius. Sed cum instatur contra istos, quòd Deus dedit Salomoni cor docile, & intelligens, intantùm quòd nullus fuit ante. nec post similis illi, &c. vt patet. 3. Regum 4. Ad hoc respondent, quòd scientia quam postulauit, & habuit Salomon à Deo, non fuit de rebus diuinis, & spiritualibus, sed tantùm fuit de rebus temporalibus ad regendũ illum populum, vt patet ibidem. Sed contrarium dicit ipsemet Salomon. Sapientiæ septimo vbi ait. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ & cætera. Item Prouerbiorum trigesimo. Verba congregantis filij vomentis visio quam locutus est vir cum
F quo est Deus, qui Deo, secum morante consortatus ait, & cætera. vbi manifestè profitetur Salomon se immediatè à Deo habuisse spiritum prophetiæ per infusionem spiritus sancti, & ostendit se esse propthetam, & locutum fuisse prophetice de diuinis mysterijs. Et sic patet qualiter licèt Salomon sit autor instrumentalis horum trium librorum tamen spiritus sanctus est autor principalis. Sed nunc restat respondere ad rationes in principio in contrarium adductas. Ad primam ergo dicitur, quòd licèt Salomon in senectute fuerit deprauatus, & declinauerit ad idola ex consortio sacerdotum idolorum tamen cum hoc erat, quòd iuuentute fuerit illustratus à spiritu sancto, quo spiritu edidit propheticè illos libros de mysterijs diuinis. vt patebit. Immo dicit Ambrosius, quòd Salomon in fine egit pœniten-

tiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tentiam de peccato suo. Item dicit Ambro. q̄ ex diuina prouidentia permissus est Salomō cadere, quia aliter reputatus fuisset Deꝰ aut Messias à Iudæis propter stupendam eius sapientiam, & prosperitatem. Imo dicit Aug. q̄ Deus quandoque permittit quosdā peccare propter bonum eorum, ne putēt se ex propriis viribus iustificari. Ne etiam cum Deo in iudicium intrare præsumant: et ex propria iustitia superbire: ideo permittit Deus eos cadere: vt vehementi pœnitentia ad fortiora resurgant. Et sic beatus Ambro. & Hierony. & Chrysostomus Salomonem frequenter appellant sanctissimum in scripturis suis. Ad aliud quando dicunt, quòd Salomon in libro Prouer. non loquitur nisi de rebus moralibus: dicendum q̄ imo loquitur propheticè de rebus diuinis per para
B bolas morales: ut infra patebit. Item cū dicitur, q̄ nec in lib. Eccl. nec etiam in Canticis ponitur nomen domini tetragrammatō: Respondetur, q̄ licèt non scribatur ibi illud nomen, tamē ponitur ibi Deus, & spōsus ecclę, qui per illud nomen significabatur in lege, & prophetis, vt dictū est psalm. 8. quia illud verbum incarnatum, & illa persona Christi est verum nomen Dei per illud nomē tetragrammaton figuificatum. Ad aliud cum dicunt, q̄ Salomon fecit librum Canticorum in commendationem filiæ Pharaonis vxoris suæ: manifestè patet per oppositū in litera. nam si hæc, quæ ibi memorantur, dicerentur de aliqua muliere: potius cederent in vitupe
C rium, & irrisionem, quàm in laudem: puta quando dicitur: nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum & venter tuus, sicut acceruus tritici &c. Item ista spōsa manifestè quandoq; dicitur hortus cōclusus, & quandoq; dicitur uinea, & quando que dicitur pastorista. & quandoq; grex, quę omnia soli ecclesiæ conueniunt ut patebit. & hæc sint dicta quò ad autorem huius libri. Quantùm autem ad secundum de causa materiali. s. de materia libri Cāticorum, est aduertendum secundum Hiero. in præfatione librorum sapientialium, q̄ Salomon tria opera scripsit, quæ nobis sunt sine dubio notanda. s. librum Prouerbiorum: et Ecclesiastes: & Canticorum. Et hoc fecit secundum tres status siue ætates hominū. Nam ad cō primenda flagitia, & passiones hominum, quæ maximè regnant in iuuentute fecit librum prouerbiorum: in quo traduntur iuiusmodi præcepta correctiua viriorum. Sed D
quia in statu virili appetitus tendit ad ardua puta ad scientias humanas, aut ad diuitias congregandas, aut ad honores aut dignitates adipiscendas, & sic vnusquisque constituit suum finem in aliquo arduo, in quo putat se esse felicem, intantùm q̄ homines relicto vero fine, qui est Deus, conuertunt se ad ista mundana corruptibilia, & transitoria & deceptoria. Ideo Salomon ad tollendam huiusmodi ignorantiam & deceptionem fecit librum Ecclesiastes, in quo ostendit qualiter vera felicitas non potest consistere in aliquo prædictorum temporalium, & mundanorum, cum omnia sint transitoria. Et ideo homo in hac vita non potest attingere felicitatem: sed bene potest tenere, & repetere viā per quam tenditur ad veram felicitatē, E
quę datur a Deo post hanc vitam: quę quidem via est obseruātia diuinorum præcepto
F rum, in quorum obseruantia consistit spes veræ felicitatis, cum præmium obseruantiæ talium præceptorum sit vita eterna. Et sic concludit in fine illius libelli, dicens Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo. Cūcta quæ sunt adducet Deus in iudicium pro omni creato, siue bonū sine malum sit. Ex quibus verbis vult concludere Salomon, quòd si omnes operationes nostræ debent duci ante tribunal iudicis, & ibi discuti & examinari an sint bonæ an malę, & secundùm eas est nobis dandum præmium, ergo non possumus errare viuendo secundum diuina præcepta, postquàm per obseruantiam eorum promittitur nobis vera beatitudo. Et ideo Salomon fecit supradictū librum Ecclesiastes ad retrahendos homines
G ab inordinato appetitu prædictorum, & ad incutiendum eis timorem comminando futurum iudiciū. Sed quia in senectute homo iā properat ad interitum & finem post quē est aptus ad capessendam vltimam felicitatē & ideo oblitus omniū mundanorum iā non debet cogitare nisi de cœlestibus, & quomodo iungatur suo sponso Christo, ideo Salomon fecit librum Canticorum in quo dat doctrinam huiusmodi. Et sic dicit Hieronymus, q̄ Salomon fecit librum Prouerbiorum pro iuuenibus, & librum Ecclesiastes pro viris, & librum Canticorum pro senibus. Alij autem dicunt, q̄ primum librum fecit q̄ incipientibus, secundum pro proficientibus, tertium autem pro perfectis. Alij autem di-

A dicunt: quod in primo tradit nobis Ethicam & bonos mores: & in secūdo Phisicam, & in tertio Teologiam. Sed licèt intelligēria beati Hieronymi & aliorum sit vera & catolica & vtilis, tamen adhuc non videtur euacuare & differere totam intelligentiam supradictorum librorum. Quia non solùm traduntur nobis supradicta ad vtilitatem, & doctrinam supradictarum trium ætatum hominum. sed etiam propheticè tradunt nobis in eis futura mysteria de Christo, & ecclesia. Et sic omnes tres libri sunt propherici, siue prophetales, & sacri. Et sic intitulantur in translatione Caldaica. s. libri Salomonis prophetæ. vnde licèt Salomon in prouerbiis cōprimat iuuenes, & in libro Ecclesiastes retrahat viros à mundanis, & in Canticis prouocet senes ad amorem Dei, put dicit Hieronymus: tamē
B Salomon in omnibus dictis suis semper curre duplici sensu dādo duplicem doctrinam: eo quòd in omnibus suis libris, & dictis locutus est parabolicè. Nā in libro Prouerbiorum sumendo parabolam ex doctrina morali tradit nobis futura mysteria de Christo, qui est vera sapientia, & de ecclesia quam ecce redemptorus. Hoc idem facit in libro Ecclesiastes sumendo parabolam ex rebus naturalibus, quæ sunt sub sole. In libro autem Canticorum sumendo parabolam ex toto discursu veteris testamenti prædicit totum discursum ecclesiæ Christi ab incarnatione vsque ad prosperitatem eius: prout patebit. Ex quibus patet, quod Salomon in hoc libro per scripturā parabolicam veteris testamenti intendit describere amorem, & caritatē cum omnibus effectibus eius, quod
C Christus ostendit erga sponsam suam post omnia opera nostræ redemptionis, & conuersio. Ex quibus etiam patet, quod in omnibus libris, & dictis Salomonis semper est considerandus duplex sensus vtilis, & scientificus, scilicet sensus parabolicus moralis, aut naturalis, aut historicus, ex quibus sumit parabolas: & sensus teologicus, & profeticus, quem importare intendit per illas parabolas. Est autem iterum ad maiorem eius dentiam aduertendum, quod Salomon in suis operibus processit more satirico. Et ideo liber Prouerbiorum non habet materiam determinatā: nec dicitur propriè vnus liber determinatus, quia Salomon non ordinauit eum eo modo quo facer. Qui a ille liber non est nisi quædam recollectiones con
gregatæ ex dictis Salomonis, prout reperiebantur dispersę, & scriptæ in diuersis locis, & membranis, prout auditores qui ueniebat ex diuersis partibus scribebant eius dicta sapientissima & reponebant ea in suis bibliotecis. Sed postea reges Hierusalem successores eius recollegerunt omnia illa dicta in vnum volumen. Et ideo in libro Prouerbiorum reperiuntur quatuor recollectiones factæ ex dictis Salomonis, quarum secunda incipità 10. capitulo, cuius titulus est. Hæ parabolæ Salomonis. Tertia incipit à 15. capitulo, cuius titulus est. Hę quoque parabolæ Salomonis quas transtulerunt uiri Ezechię regis Iuda. Quarta autem recollectio incipit à 30. capitulo, cuius est titulus. Verba congregantis filij vomentis &c. quam recollectionem addidit Iosias, aut ipse Esdras, qui omnes quatuor recollectiones collocauit ī vno
E volumine, qui dicitur liber Prouerbiorum. In quo quidem libro non præcisè traditur doctrina moralis, sed per doctrinam moralem parabolicè Salomon prędicit futura mysteria de Christo & ecclesia. Quod maximè manifestatur in 8. & in 9. capitulo, vbi dicit se loqui de rebus magnis, & altissimis. s. de mysterio incarnationis, et ecclesiæ fundationis, quæ facta est per diuinam sapientiam in carnatam qui est Christus, vt patet ibidem. Item in 30. capitulo manifestè prædicit mysterium incarnationis, & resurrectionis, & ascensionis per illa tria aut quatuor difficilia. Et in 3. capitulo prædicit totum discursum ecclesiæ, & sollicitudinem eius circa fideles filios suos, & hoc per parabolam sapiētis, & diligentis mulieris. Et sic pater qualiter Salomon semper est satiricus, & semper
F loquitur parabolicè, & metaphoricè in verbis suis. Et sic semper est attendendus duplex sensus in eo. Item Salomon non solū edidit ea quæ scripta sunt & collecta in hoc libro, nec omnia dicta sapientialia Salomonis fuerunt congregata in eo. nam tempore apostolorum surrexit quidā sapiētissimus Iudæus Atenis nutritus, & in lingua Græca, & Caldaica peritissimus uoratus Filo, qui multa dicta alia Salomonis repperit per diuersa loca dispersa, & in lingua Græca scripta: prout diuersi sapientes audierant à Salomone, et in suis bibliotecis reposuerant, quæ quidem dicta ipse Filo sub uno uolumine omnia redegit et congregauit: et redolenti eloquentia græca conscripsit: quem librum sapien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tiam Salomonis appellauit, quem librū beatus Hieronymus latinum fecit, & cōcilium Nicenum inter libros sacros annotauit. in cuius secundo capitulo non solùm prophetice, sed quasi historice prædicitur, & narratur passio Christi, & in tertio prædicitur victoria martyrum, & in 5. & 6. totus ordo finalis iudicij. Et in 7. & 8. & 9. loquitur de dono sapientiæ. & prophetię: quod ex oratione, & petitione Salomon adeptus est. Et in decimo capitulo confitetur qualiter Deus elegit ipsum in regem: ut regeret illum populum, & ædificaret sibi templum. Et exinde vsque in finem libri narrando discursum illius populi prædicit totum discursum ecclesiæ Christi: vt patet contemplari volenti. Ex quibus patet quòd totus ille liber est de doctrina prophetica ipsius Salomonis, de Christo, & eccle
B sia. Et sic potest dici quinta recollectio, & additio ad librum prouerbiorum, & ideo ponitur inter sapientiales. Secundus autem liber Salomonis appellatur Ecclesiastes.

Ad cuius intellectum est notandum quòd Salomon tribus nominibus appellatur. Primò appellatur Salomon, quòd nomen imposuit ipsi pater eius Dauid in eius natiuitate, & circūcisione, quod interpretatur pacificus. & hoc ex diuina inspiratione fecit Dauid in quantùm præuidit in spiritu qualiter iste debebat regere populum, & regnare in magna pace, & quiete, & prosperitate. & inquātum erat figura veri Salomonis, scilicet Christi. Et sic Dauid tradidit ipsum nutriendum, & educandum ipsi prophetæ Natan. Sed Natā prę-
C uidens in spiritu futuram prosperitatem regni eius, & quomodo Deus debebat esse ipsi fauorabilis in cunctis, & propitius, iō appellauit ipsum Idida, id est dilectum siue amabilem Deo, vt patet, secundo Regum decimo secundo. Item postea ipsemet Salomon appellauit se ipsum ecclesiastes, id est cōcionatorem siue congregatorem, eò quòd in se congregauit sciētiam omnium patriarcarū, & prophetarū, & omnium magistrorum suorum, & omnium orientalium, & Aegyptiorum, & per consequens omnes scientias diuinas, & humanas, vnde dicitur 3. Regum quarto, quòd præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum. Et erat sapientior cunctis hominibus, & sapientior Etan, Ezraice, & Emā, & Calcal, & Dorda, & erat nominatus vniuersis gētibus per circuitū. Locutus est quoque Salomō tria millia parabolarum, & quinque D millia carminum. Et disputauit super lignis à cedro quę est in Libano vsque ad hyssopū quæ egreditur de pariete. Et disseruit de iumentis, & volucribus, & piscibus, & veniebāt de cunctis populis ad audiendum sapientiā Salomonis & cętera. Et ideo quia in se congregauerat omnes scientias, hinc est q̄ se ecclesiastes. i. congregatorem appellauit. Ideo prouerb. 30. de se ipso dicit. Verba congregatis filij vomentis &c. Quasi dicat, q̄ prius congregauit ab aliis siue à spiritu sancto sē tentias quas intendit dicere, & postea euomuit, & manifestauit, & eructauit eas, q̄ omnia illa congregauerat ex dictis patriarcarum, & maximè ex libro psalmorum Dauid patris sui. Item per eundem modum in libro ecclesiastes dicit in principio. Verba ecclesiastes filij Dauid regis Israel. Vanitas va- E nitatum dicit ecclesiastes & cętera. Item in fine illius libri dicit. Cumque esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat, & inuestigans composuit parabolas multas, quæsiuit verba vtilia: & scripsit sermones rectissimos, & veritate plenos. Verba sapientum sicut stimuli, & quasi
F claui in altum confixi, quæ per magistrorū consilium data sunt à pastore vno. Ex quibus omnibus patet, q̄ Salomon non solum se nominat ecclesiastes, id est concionatorē eò quòd docebat populum in libello illo, sed etiam se nominat ecclesiastes, id est congregatorem inquantùm in illo libro, & cęteris congregauit dicta sapientum. s. patriarcarū, & prophetarū, maximè Dauid patris sui, quā doctrinam habuerunt ab vno solo Deo pastore & rectore omnium per reuelationem, & inspirationem. Ex quorum dictis composuit illum libellum, in quo refutat oēs falsas opiniones hominum mundanorū de humana felicitate, ostendendo, quòd non consistit in possessione humanarum scientiarum nec diuitiarum nec honorū nec dignitatum, sed in obseruantia diuinorum præceptorum. Ex supradictis sequitur, quòd ille liber ecclesiastes non est præcisè de reb. humanitatis, sed etiam diuinis, nec hæc doctrina est humana sed diuina, & diuinitus inspirata, inquantum dicit se ista congregasse ex dictis sapientum, quæ data sunt à pastore vno, & inquantum omnia, quæ dicūtur in hoc libro, referūtur ad Deum, & inquantùm relictis omnibus mundanis exhortatur, & consulit ad diuina præce

A pta obseruanda. Secundò sequitur eram esse falsam opinionem quorundam Iudæorū, & multorum prauorum diuitū Christianorū: qui putant Salomonem non curasse nisi de his, quæ sunt sub sole, & putasse animā humanam esse mortalem, & nullam esse futurā vitam præter præsentem. Sed hoc accidit eis ex cęcitate, & superbia, & obstinatione, qa vnusquisque qualis est talia dicit, & operatur, & talis finis videtur ei. primo Esth. Nā Salomon in hoc libello manifestè ostendit animam humanam esse immortalem, & perpetuam, cum ait in vltimo capitulo. Memētō creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quàm veniat tempus tuæ & cætera, & antequàm reuertatur pulvis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illud & cætera. Et sic concludit dicens.
B Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo, cuncta quæ fiūt adducet Deus in iudicium. Ex quibus patet, q̄ Salomon cō fitetur animam humanam esse immortalē, & perpetuam, & à Deo creatam, & quō post mortem debebat apparere ante Deum, qui creauit eam, & quomodo est iudicanda, & præmianda, aut puniēda secundùm opera quæ gessit. Quod quidem iudicium Christus Deus, & homo est facturus. Et sic patet qualiter ille Ecclesiastes est propheticus de Christo, & tota ecclesia vtriusque testamēti, & sic pertinet ad sacram scripturā, quia finis est dirigere hominem in Deum in ultimum iudicem.

Tertius autem liber, qui dicitur Cantica canticorum, quem præ manibus habemus, ex
C cellit omnes alios libros, & obtinet principatum inter omnia opera Salomonis, eò quòd altiori, & ampliori, & subtiliori mō prophetiæ prædicit omnia mysteria nostræ redemptionis, & totum discursum ecclesiæ. Et sic est consideranda duplex materia in hoc libello. Primò materia prouerbialis, & parabolica, ex qua Salomon accepit parabolā, & in quā prætulit in spiritu mysteria futura de Christo, & ecclesia. Et ista est tota scriptura veteris testamenti, & totus discursus ab Adā vsque ad fundationem primi templi, & vsq; ad prosperitatem sui regni. Secunda materia principaliter intenta, est totum mysterium nostræ redemptionis, & totum discursus ecclesiæ ab incarnatione Christi vsque ad prosperitatem ecclesiæ factam per conuersionē magni Constantini, vt per singula patebit. Et sic patet qualiter. Salomon literaliter lo- D
quitur in hoc libro de Christo, & ecclesia: licet per vocabula metaphorica, vt infra patebit. Quantùm ad tertium capitulum huius prologi, in quo quęritur de causa formali huius libri, est primò notandum quòd duplex annotatur forma in hoc libro, scilicet forma trahendi siue tractandi, & forma tractatus. Forma autem tradendi dicitur metaforica, & decantatiua, inquantùm procedit metricè, & decantatiue, scilicet metro sattico aut Pindarico. & generaliter lyrico. Et sic totum hoc opus denominatur canticū siue cantica. Item quia in toto isto opere, p eedit metaphoricè seu parabolice, iō dicitur canticum metaphoricū seu parabolicum. Sed quia procedit sub triplici metaphora secundum triplicem conditionem personarū quas introducit ad loquendum, ideo istud o- E
pus siue carmen triplici nomine denominatur, & appellatur, secundùm quòd sub tripli ci metaphora introducit Christum, & ecclesia quæ sunt personæ principales ad loquendum introductæ. Nā inquantùm introducit Christum, & ecclesiam sub parabola, & metaphora sponsi, & sponsæ, tunc dicitur carmē siue canticum epitalamicum, & totum opus dicitur epitalamium, id est cāticum nuptiale, inquantùm describitur amor Christi ad sponsam suam, quam sibi per fidem despōsauit hic per gratiam, & in futuro per gloriam in quo cantico nuptiali explicantur omnes effectus amoris quos Christus ostēdit erga ecclesiam sponsam suam in opere nostræ redemptionis, & glorificationis, prout patebit per singula cantica, Sed inquantum quandoque introducit Xpm, & ecclesiam sub F
metaphora pastoris, & gregis, tunc dicitur carmen bucolicum, id est pastorale. Et totum opus dicitur quædam bucolica, & quædam egloga ad modum Bucolicorum Theocriti, & Virgilij. Sed inquantum introducit Christum, & ecclesiam ad loquendum sub metaphora agricolæ, & vineæ aut horti aut agri tunc potest dici quædam metaphorica Georgica. Et sic patet qualiter triplici modo metaphorico procedit Salomō in hoc opere, scilicet modo Epitalamico, & Bucolico, & Georgico. Et sic istud opus partim dicitur epitalaminum, & partim Bucolica, & partim quædam Georgica, secundùm diuersitatem conditionum personarum introductarum ad loquendum, siue personarum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A de quibus sit sermo. Et hoc pertinent ad formam libri, eò q; de nominatio fit à forma.

Secundo modo consideratur in hoc libro forma tractatus, inquantum totum habet rationem formæ respectu partium, & prout ponitur ex suis partibus, aut diuiditur in eas. Et sic totum opus istud dupliciter potest diuidi. Vno modo per decem cantica particularia. Alio modo per dramata, vnde drama dramatos græce idem est quod interrogatio siue petitio latine. Sed quia istud opus procedit quandoque per modum petitionis, & interrogationis, vt ibi. Quæ est ista quæ ascēdit per desertum &c. aut ibi Qualis est dilectus tuus, aut quo abijt dilectus tuus &c. Iō dicitur canticum dramaticum, id est dialogicum, & interrogatiuum. Et ideo quot sunt interrogationes, tot dicuntur esse dra-
B mata. Et sic Origenes, & Hieronymus diuidebant totum istud opus per dramata. Sed satius mihi videtur, vt diuidatur per cantica, prout in procedendo patebit.

Quantum ad quartum capitulum, de fine huius libri, est aduertendum, quòd Salomon duplicem finem assignat, & notat in hoc libro, scilicet vnum propheticum, & alterū anagogicum. Primus finis, & immediatus erat vt ecclesia pro illo statu, scilicet populus Israel reciperet Christum in sponsum, & verum Messiam, & redemptorem in suo primo aduentu quando veniret, & appareret in carne. Quod notatur capitulo tertio, in quarto cantico, cum dicitur. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius & cætera, quasi dicat: O Israe-
C litæ, & Iudæi cum videritis Christum Deum incarnatum venientem in carnem, & prædicantem vobis, egredimini à iugo legis, & relinquite cerimonias, & omnia legalia, & recipite Christum in regem, & Messiam, & redēptorem, & recipite doctrinam, & legem eius euangelicam. Secundus verus finis qui vltimatus, & anagogicus, est vt vnaquæque anima fidelis postquàm est iam per Christū redempta, relinquat ista mundana transitoria, & iungatur sponso suo Christo per caritatē, & anhelet ad superiorem patriam, & cupiat dissolui, & esse cum Christo, & tandem vt tota ecclesia in fine mundi introducatur ad nuptias cœlestis gloriæ, & patriæ cum sponso suo Christo. Quod notatur in fine totius libri, cum sponsus vocat sponsam, dicens, Quæ habitas in hortis fac me audire vocem D turam. Et ipsa respondens dicit. Fuge dilecte mi, esto similis crapreæ hinnuloque ceruorū super montes aromatum, quasi dicat, Fugiamus ab hoc misero mundo, & duc me tecū in patriam cœlestem. Et secundum istum finē moralem, & anagogicum omnes sacri doctores antiqui exposuerunt istum librum, vnde sicut toti erant sancti, & feruentes caritate, non curabant de sensu prophetico huius libri, nam præsuppositā fide postquàm iam eramus redempti, non laborabant nisi deducere animas ad amorem sui sponsi, & creatoris, & redemptoris. Et sic Origenes, & beatus Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & beatus Bernardus, & venerabilis Beda, magis attenderunt in hoc libro ad sensum moralem, & anagogicum, quàm ad propheti-
E cum, & literalem, in tantum, q; vix apud modernos intelligitur, & habetur sensus propheticus huius libri propter causas iam dictas. Et ideo quia non solum caritas sed etiam fides incipit frigescere in mundo, & studium sacræ scripturæ, & eius fidelis intelligentia multū minui, hinc est, quòd postquam Deo fauente exposui librum psalmorum Dauid iuxta sensum literalem, & propheticum: Ideo in præsenti conabor cum Dei adiutorio, & auxilio secundum gratiam mihi desuper data tam detegere, & reserare intellectum, & sensum propheticum sub metaphoris, & parabolis in hoc libello latentem, & clausum. Veritamen valdè mihi difficilè videtur opus tam arduum aggredi velle tentare, tum propter difficultatem materiæ, quia de rebus altissimis, & ineffabilibus mysteriis, scilicet incarnationis, & redemptionis, tùm propter latitudinem materiæ, quia de toto discursu ec-
F clesiæ ab Adam vsque ad iudicium, tùm propter formam trahendi, & tractandi huius libri, quia procedit modo metaphorico, & multiplici, scilicet epithalamico, & Bucolico, & Georgico, tum propter defectum humani auxilij, nam omnes sacri doctores antiqui recto sensu prophetico, & literali, pro maiori parte exposuerunt istum librum tātum quòd ad sensum moralem, & anagogicum. Item quia Origenes, qui primus post apostolos attentauit exponere istum librum, tantùm scripsit duas homilias, quas beatus Hieronymus transtulit ex græco in latinum: in quibus vix absoluit primum capitulum huius libri. Item beatus Hieronymus fecit quatuor ho-

A milias, quibus vix absoluitur secundum capitulum huius libri. Item beatus Bern. edidit 80. homilias siue sermones, in quibus vix attingit, & explet tertium capitulum huius libri. Solus autem venerabilis Beda, & beatus Greg. exposuerunt & explenerunt totū librum, sed solùm secundùm sensum moralem, & anagogicum: sicut cæteri doctores. Ideo cum grādi veneratione susceptā, & præsupposita doctrina supradictorum sacrorum doctorum: & cū grādi humilitate semper in uocato diuino auxilio, quod sibi uelit iste libellus iuxta sensum propheticum, & literalem experiri conabor. Et ideo in nomine Iesu ad eius expositionem accedamus. Et primò ad expositionem tituli: deinde ad expositionē tractatus. vnde huic libello secundum latinos præponitur talis titulus. S. Cantica canti
B corum Salomonis. secundum uero Hebræos Canticum canticorum ipsi Salomoni. Et sic uidetur differentia inter nos, & Hebræos in positione, & pronunciatione huius tituli, quem præposuit Esdras huic libro. nam nostra translatio sonant multa cantica continet in hoc libro. & litera Hebraica sonat esse tantum vnum canticum. Sed in hoc nulla est difficultas, quia totus iste liber potest dici vnum canticum vniuersale, & multa particularia cantica: prout patebit in diuisione & prosecutione libri. Sed est valdè notanda differentia. nam per nostram translationem denotatur q; Salomon fecit istum librum. Et per literam Hebraicam notatur: q; totū istud canticum dirigitur ipsi Salomoni. Et sic videtur q; Salomon fecerit hoc canticum pro
C seipso, & sibiipsi, & sic nullum esset quæren dum mysterium nec spirituale sacramentum nec aliqua prophetia in hoc libro, quod esset erroneum, & hereticum. Quia tunc iste liber non esset annumerandus inter libros sacri canonis, quod esset contra dicta in primo cap. huius prologi. Et ideo pro huiusmodi errore vitando, & differentia translationum huius tituli declaranda est, primò notandum, sicut dictum fuit in prologo expositionis libri psalmorum tractatu 3. q; omnia nomina patriarcarum, & prophetarum fuerunt eis imposita prophetice ex diuina prouidentia:, & inspiratione prophetica secundùm officia, & proprietates eorum, inquantùm fuerunt figura Christi futuri, & inquantùm Christus fuit figuratus in eis. Et sic dicit Augustinus, & Leo Papa, q; Christus fuit occisus in Abel, &

D liberauit ecclesiam figuraliter in Noe. Et fuit figuratus pater gentium in Abraam, & immolatus in Isaac, & benedictus in Iacob, & liberauit ecclesiam siue genus humanum de captiuitate diaboli in Moyse, & introduxit fideles in terram viuentium in Iosue. Et passus est, & resurrexit in Dauid. Et ædificauit ecclesiam in Salomone &c. Et sic Christus fuit verus Abel, & verus Noe, & verus Dauid, & verus Salomon. Et quia illi nō fuerunt nisi figura, & pictura Christi, ideo Christus Mat. 12. Iudæis quærentibus signum de cœlo, & in qua potestate faciebat miracula, respondit, dicens. Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, quia sicut Ionas stetit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in ventre terræ. Et subdit. Ecce plus quàm Ionas hic. Item E
Regina Austri venit audire sapientiam Salomonis à finibus terræ, & ecce plus quàm Salomon hic. q.d. q; ille fuit Ionas in figura, sed Christus fuit plus quàm Ionas, & verus Ionas, quia tertia die resurrexit de sepulcro. Item Christus fuit verus, et plus quam Salomon, quia ille accepit scientiam ad mensuram, et solùm venit regina Austri, & quidam finitimi ad audiendam sapientiam eius, sed Christus accepit gratiam, et scientiam sine mensura, et ad eius doctrinam, et legem euangelicam venerunt omnes gentes a solis ortu, et occasu, et ab Aquilone, et Austro. Et ideo Christus fuit verus Salomon, ille autem fuit solum figura, et pictura huius. Et ita pariter est dicendum, q; ille Salomon dictus est Deo amabilis solum figuraliter respectu Christi, quia ille fuit amabilis Deo solum in iuuentute, sed in senectute fuit deprauatus, et Deo fa F
ctus odiosus, sed Christus fuit semper Deo patri dilectus, in quo sibi semper complacuit, et cui semper fuit obediens vsque ad mortem crucis. Item Salomon fuit figuraliter tantùm dictus ecclesiastes, inquantum cō gregauit in se per studium, et doctrinam scientias humanas creatas, et diuinas. Sed Christus dictus est uerus, et plus quam verus ecclesiastes, quia ipse fuit lux vera quæ illuminauit Salomonem, et locutus est per omnes patriarcas, et propheras, et postea locutus est nobis in carne, et illuminauit omnem hominē venientem in hunc mundum. Et sic pater qualiter Christus est verus Salomon, et verus Deo dilectus, et verus ecclesiastes, et

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualiter Salomon non fuit fortius huiusmodi nomina: nisi inquantùm fuit figura Christi. Et sic ergo est dicendum: quòd quia ille Salomon temporalis, & terrenus fuit figura Christi veri Salomonis: ideo composuit istum librum de Christo Salomone spirituali: diligendo ipsi Salomoni spirituali, qui est verè Deo patri dilectus, & verus ecclesiastes, & verus congregator omnium dissipatorum, & verus congregator omnium virtutum, & veritatum. Est ergo sensus huius tituli: quòd Salomon terrenus, & figurativus fecit hunc librum directum vero Salomoni spirituali, q Christus Deus, & homo sponsus ecclesiæ.

Sed nunc restat quærendum, quare dicitur Cantica Canticorum, idest quare additur ly Canticorum? Ad hoc breuiter respondetur: quòd licèt genitiuus pluralis additus supra nominatiuum seu quemcunque obliquorum communiter denotet aliquam excellentiam seù excessum super omnes eiusdem generis: vt prophera prophetarum philosophus philosophorum: licèt etiam istud canticum Salomonis excedat omnia cantica Moysi, & aliorum prophetarum in sublimitate, & profunditate prophetiæ: tamen non excedit cantica Dauid: cum probatum sit in prologo libri psalmorum, Dauid fuisse eximium omnium prophetarù in profunditate prophetię de Christo, & ecclesia. Et ideo ille genitiuus pluralis non denotat excellentiam altitudinis prophetiæ in Salomone: sed dicit excellentiam in comprehensione multitudinis sententiæ sub breuitate sermonis: eò quòd Salomon comprehendit in istis
C paruis decem canticis sententialiter totum discursum legis ab Abraam, & Moyse vsque ad Christum, & exinde vsque ad magnum Constantinum. Et etiam inquantùm in his decem canticis comprædendit superficialiter omnia cantica Dauid patris sui, & omnia cantica Moysi, & aliorum. Et sic dicitur Canticum Canticorum, idest continens omnia alia Cantica. quia licèt Dauid in 150. psalmis comprehenderit totam legem, & prophetas, & totum nouum testamentum: tamen Salomon in breuiori sermone fuit abbreuiator sententiæ principalis ipsorum psalmorum Dauid. Et sic hoc opus dicitur canticum quasi abbreuiatorium psalmorum, & canticorum Dauid. Vnde sicut Hippocrates complexus est totum corpus medicinæ in breuibus canticis: qui dicitur D Aforismi, & etiam Auicenna postea voluit abbreuiare magis cantica Hippocratis sub paucioribus, & breuioribus canticis: ita pariter Salomon sub decem canticis voluit comprehendere, & abbreuiare omnes psalmos Dauid. Imo totum discursum legis, & prophetarum. Item hæc est causa quare Esdras intitulauit istum librum Cantica Canticorum. Sed postea venit virgo Maria: quę fuit prima prophetissa, & tympanistria, & prima euangelista noui testamenti: quæ composuit illud breuissimum canticum, scilicet Magnificat anima mea dominum. in quo sub decem versibus complexa est totam legem, & prophetas, & totum nouum testamentum: in quo simul fuit prophetissa, & E euangelista. vt patet. Et ideo illud canticū virginis meretur, dici Canticum Canticorum, & psalterium decem cordarum: quia superat omnia cantica, & omnes psalmos, & ideo continuè cantat ipsum ecclesia in officio vesperarum, prout declaratum est in expositione illius cantici virginis Mariæ. Ex supradictis patet qualiter iste liber dicitur Cantica Canticorum: & quomodo Salomon terrenus fecit ipsum de Salomone spirituali sponso ecclesiæ. Declarato igitur titulo, deueniendum est ad tractatū, & primo ad eius diuisionem: secundò ad eius expositionem. Quem quidem tractatum quidam antiquorum diuiserunt in octo capitula. Alij autem, scilicet Origenes, & Hieronymus diuiserunt ipsum per dramata. Et sic quot sunt petitiones, & interrogationes, in tot partitiones diuiserunt eum in suis expoF sitionibus. Sed satius, & commodius mihi videtur: vt diuidamus ipsum per cantica, & per consequens per mysteria: eò quòd in quolibet cantico cantatur, & explicatur aliquod distinctum mysterium euangelicum. Et sic quot sunt cantica in hoc libro, tot erūt principales partes eius in exponendo. Sed quia dictum est, q materia principalis intuenda in hoc libro sunt mysteria euangelica, & totus discursus ecclesiæ Christi ab incarnatione vsque ad iudicium, & maximè vsque ad prosperitatem ecclesiæ datam tempore Constantini vsque ad Iustinianum, prout Salomon præuidit in spiritu contemplando totum discursum veteris testamenti vsque ad suum tempus. Ideo est aduertendum: quòd decem principalia mysteria considerauit, &

contemplatus

A contemplatus est Salomon in veteri testamento in quibus præuidit in spiritu tāquam in speculo decem mysteria futura in nouo testamento de quibus fecit decem cantica in hoc libro. Et ideo antequàm accedatur ad expositionem, & diuisione huius libri, sunt præsupponenda, & prenotanda illa septem principia, quæ ego posui in expositione libri psalmorum tractatu tertio cum illis decem regulis siue clauibus ad aperienda misteria noui testamenti, quæ latebant sub figuris, & gestis, & promissionibus, & genera liter sub litera veteris testamenti. Quorum principiorū primum est istud, scilicet, quòd tota sacra scriptura vtriusque testamenti est ab ipso Deo tradita, & reuelata: puta in primo testamento per patriarcas, & prophetas, & in secundo testamento per verbū incarna
B tum. Ex quo patet, quòd sacra scriptura nō potest mentiri nec ipsi aliquid falsum subesse. Secundum principium, q in diuinis est trinitas personarū cum vnitate, & simplicitate substantiæ, scilicet, quòd licèt pater, & filius, & spiritussanctus sint tres personæ relatiuè, tamen sunt vnus Deus, & vna substantia. Tertium, quòd verbum diuinum filius patris assumpsit veram carnem animatam ex virgine Maria in vnitate suppositi. itaq; Christus est verus Deus, & verus homo. Quartum, quòd Christus in illa humanitate assumpta pro nostra redemptione fuit verè passus, & mortuus, & resurrexit, & cętera. Ex cuius passionis virtute habent virtutē, & efficaciam omnia ecclesiastica sacramenta, & à quo tanquàm à capite descen-
C dunt, & deriuantur omnia genera gratiarum, & bonorum spiritualium in totam ecclesiam. Quintum principium, quòd non solum Christus est caput, & sponsus ecclesię, sed etiam est finis, & terminus, & veritas totius legis veteris, & prophetarum. Et per consequens tota scriptura legis, & prophetarum nil aliud fuit nisi via in Christum, & signum & figura, & vmbra. Itaque nihil fuit dictum nec gestum in veteri testamento gratia sui: sed in figuram & prophetiam Christi qui erat finis legis, & prophetarum, quæ omnia fuerunt complera, & verificata per Christū prout ibi fuit ostensum. Sextum principium, quòd Christus non solum fuit, & est caput, & sponsus ecclesiæ, & finis, & terminus legis, & prophetarum, in quo finiuit eurum lex, & prophetæ, sed etiam Christus est mediator Dei, & hominum. Nam sicut D Deus pater per filium verbum suum omnia creauit, ita per eundem filium suum incarnatum genus humanum recreauit, & reparauit. Et sic Christus est medius propiriator, & aduocatus, & procurator, & fideiussor, & interpres, & iudex inter nos, & patrem, & medius dispensator omnium bonorum, vt ibi fuit probatum. Septimum principium est, quòd sicut Christus est metrum, & principium, & mensura, & fons omninm bonorum effectiuè, ita diabolus est principium, & causa omnium malorum & peccatorum perfuasiuè. Item non solum prænotanda sunt supradicta septem, principia, sed etiam illæ decem regulæ, & claues, quæ fuerunt assignatæ in eodem tractatu ad aperiendas scripturas sacras, & enigmata earum. Quarum prima est de essentia, & per- E sona. Secunda de Christo Deo, & homine. Tertia de Christo capite, & ecclesia sponsa sua siue corpore mystico. Quarta de natura, & gratia. Quinta de spiritu, & litera. Sexta de sensu verborum in quo fiunt, & non quandoque quem faciunt. Septima de seculis, & æratibus diuinę legis, & vnius ecclesiæ ab Adam vsque ad iudicium. Octaua regula de diabolo, & eius corpore. Nona de specie, & genere siue de toto, & parte tàm in numeris, quàm in locis, & nationibus. Decima regula de figuris, & tropis grammaticalibus, prout ibi ad longum fuit explicatum. Quę quidem septem principia, & decem regulæ maximè sunt necessariæ ad aperienda mysteria sacra, quæ sub metaphoris, & ęnigmatibus latent in hoc libro: in quo Salomon sub metapho- F ra sponsi, & sponsę, & pastoris, & regis, & agricultoris, & horti, & vineæ prędicit omnia mysteria Christi, & ecclesię, & nostræ redemptionis, sumendo parabolas ex gestis, & promissionibus, & vaticinijs scripturæ veteris testamenti: sicut fecit Dauid in libro psalmorum.

Quia Salomon considerando, & contemplando mysteria sacrę scripturæ veteris testamenti ibi tanquàm in speculo prætuidit in spiritu prophetico futura decem mysteria Christi, & ecclesiæ, & totius nostræ redemptionis. Nam primò contemplatus est omnes promissiones de Christo futuro redemptore factas patriarchis, & prophetis veteris

Universidad de Deusto
Biblioteca

A testa. & specialiter desiderii filiorum Israel existentium in Aegypto perentium liberari de illa captiuitate. In quib. præuidit in spiritu totum desiderium patriarcarũ & prophetarum, & omnium fidelium tàm viuorum quàm mortuorum existentium in limbo inferni.expectantium Christum,vt veniret ad redimendum genus humanum de captiuitate peccati & de limbo.Secundò cõtemplatus est Salomon totam fabricam arcæ, & tabernaculi, quod Deus præcepit fabricari ipsi Moysi per quam fabricam Salomon præuidit in spiritu totum mysterium incarnationis. Tertiò contemplabatur Salomon qualiter Deus intrauit aream & loquebatur, & docebat Moysen de tabernacolo. Per quod mysterium præuidit predicationem Christi in humanitate & dationem legis euangeli-
B cæ. Quarto contemplatus est peregrinationem ipsius arcę per desertum à cuius facie mora est terra, & facta sunt multa miracula. Per quod preuidit in spiritu totam peregrinationem Christi per terram promissionis, faciendo stupenda miracula, & multò maiora.Quintò considerauit ascensum Moysi in montes Abrain,& Fasga, vnde prospexit totam terram promissam, & considerauit diuisiones & partes eius, prout Deus ostendebat ipsi, vt patet Deut.34. Per quod mysterium præuidit Salomon,qualiter Christus lustrata tota terra promissionis debebat ascendere Hierosolimam ad prædicandum, & crucifigendum &c.Sexto considerauit,& contemplatus est Salomon qualiter Moyses post multos labores & vexationes sibi illatas ab illo duro populo mortuus est in vertice
C Fasga nec amplius visum est corpus eius illi populo. Per quod præuidit Salomon qualiter Christus erat moriturus in monte cruc is in Hierusalem,quem Iudæi cęci amplius nunquàm erant visuri.Septimò considerauit Salomon qualiter Iosue fuit substituendus dux per Moysen,& introduxit illum populum in terram promissionis. Per quod mysteriũ præuidit resurrectionẽ Christi, & qualiter Christus post resurrectionem debebat introducere in terram viuentium omnes fideles veteris testamenti quos eduxit de inferno, & de captiuitate diaboli. Octauò considerauit Salomon,qualiter Iosue elegit duodecim duces cum quibus adeptus est totam terram promissionis cum signis & portentis. Per quod mysterium præuidit in spiritu qualiter Christus post resurrectionem, debebat mittere D duodecim apostolos ad prædicandum euangelium omni creaturæ,qui totum populum gentilem subiecerunt iugo Christi, diabolo foras ejecto. Nono considerauit totum discursum illius populi vsque ad tempora Dauid,& omnes afflictiones, quas passus est à finitimis tempore Iudicum, & oẽs victorias quas de eis obtinuerunt. Et finaliter cõtemplatus est victorias ipsius Dauid, & quomodo subiecit sibi nõ solùm totã terram Israel, sed etiam omnes populos infidelium finitimorum fecit sibi tributarios. Per quod prę uidit Salomon in spiritu decem, & etiam quatuordecim persecutiones imperatorum, & tirannorum contra ecclesiam,tępore martyrum, & quomodo ecclesia debebat sibi subijcere totum populum gentilem. Decimo contemplabatur Salomon prosperitatẽ E sui regni,& pacem & multitudinem diuitiarum, & qũo ex præcepto Dauid ædificauerat illud templum magnificum, & ampliauerat, & ditauerat illam ciuitatem,& regnũ &c. Per quod mysterium prænidit in spiritu qualiter ecclesia Christi post multas persecutiones,multo sanguine martyrum effuso, debebat prosperari, & per totum orbem libere ampliari, & quietari per conuersionem Constantini. De supradictis ergo decẽ mysterijs euangelicis,quæ erant faciendа in toto discursu noui testamenti. Salomon fecit decem cantica in hoc libro, sumendo parabolam ex supradictis misterijs veteris testamenti.Et sic in vnoquc cantico cantat vnum misterium euangelicum. Nam in primo cantico cantat totum desiderium omnium fidelium veteris testamenti Christum expectantium. In secundo cantico cantat misterium incarnationis Christi.In tertio cãtat misterium vocationis apostolorum per Christum & electionis eorum. In quarto cantat ostensionem, Christi in carne, & peregrinationem & operationem miraculorum In quinto cantat eius ascensum in Hierusal & exhortationem eius ad Iudæos, & ditationem ecclesiæ in bonis spiritualibus. In sexto cantat Christi mortem, & passionem, & misterium nostræ redemptionis. In septimo cantat qualiter apostoli post receptionem spiritus sancti prædicauerunt Christum esse verum Messiam populo Iudaico, & in Hierusalem. In octauo cantat missionem apostolorum ad prædicando, per vniuersum

A sum orbem.In nono cantat cõflictum,& pugnam,& victoriam martyrum In decimo cãtat prosperitatem, & pacem ecclesiæ datam per Constantinum.

Primum canticum incipit ibi. Osculetur me osculo oris sui.

Secundum ibi. Deum esset rex in acubitu suo.

Tertium ibi. Vox dilecti mei iste venit saliens in montibus.

Quartum ibi. Quæ est ista,quæ ascendit per desertum.

Quintum ibi. Quàm pulcra es amica mea.

Sextum ibi,Surge aquilo,& veni auster.

Septimum ibi. Adiuro vos filiæ Hierusalem,si inueneretis dilectum meum.

Octauum ibi.Quo abiit dilectus tuus.

C Nonum ibi. Quid videbis in Sunamite & cætera,

Decimum ibi. Quæ est ista,quæ ascendit de deserto delitijs affluens.

Ad maiorem autem euidentiam eorum quæ dicta sunt,& dicenda,est aduertẽdum: quòd sacra scriptura veteris testamenti duobus nominibus generaliter nuncupatur. Nã primò dicitur testamentum Dei inquantum Deus promisit illi populo bona futura: & inquantùm illa promissio erat confirmanda,& complenda per mortem testatoris.Vnde testamentum dicitur de testor testaris. quod idem est, quod confirmare,& ratificare.Et sic inrantum dicitur testamẽtum inquãtùm est confirmatum per vltimam voluntatem testatoris. Sed quia vltima voluntas
C est illa,quæ per solam mortem testatoris terminatur,& finitur,ideo nunquam dicitur testamentum ratum vsquequo est confirmatũ per mortem testatoris:quia per totum tempus ante poterat ipse testator mutare voluntatẽ.Et ideo hæres nũquàm accipit nec possidet hæreditatem nisi post mortem testatoris:quia tunc est validum testamentum. Ex quibus sequitur: quòd scriptura veteris legis non fuit verè testamentum: sed dispositio testamenti: nec dicitur testamentum nisi inquantùm erat cõfirmandum per mortem Dei testatoris. Et per consequens oportebat,vt Deus moreretur ad hoc,quòd testamentum confirmaretur: quia aliter mansisset caducum,& vanum.Sed quia Deus est essentialiter immortalis,& infallibilis,& æternus: quia æternum permanet idem, & anni eius nunquàm deficient:psalmo 101.ideo D oportuit, vt Deus fieret personaliter homo: & vt ille homo assumptus personaliter Deus moreretur ad confirmandum testamentum Dei,& vt compleret omnia promissa. Et sic per mortem & sanguinem Christi fuit confirmatum totum vetus testamentum, vt patet ad Heb.9.& 10.Et ideo patres,& fideles veteris testamenti non potuerunt adipisci repromissiones nisi simul nobiscũ per mortem Christi,ad Hebræos 11.Et sic patet qualiter scriptura legis,& prophetarũ intantum dicebatur testamentum Dei, inquantũ erat per mortem,& sanguinem Christi confirmãdum. Et ideo dixit Christus: Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine, idest nouiter in meo sanguine confirmatum 1.ad Corinth.11.

Secundo modo scriptura legis & ppheta E rum dicebatur pactum siue fœdus sponsale: inquantum Deus elegit sibi illum populum in populum peculiarem,& proprium: & ille populus accepit Deum in Deum, & dominum, & pastorem spiritualem, & promisit obseruare legem eius, vt patet Exodi 19. & 20.& 24.& per totum discursum legis & prophetarum vnde Exo 19. dicit Deus. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale. & gens sancta &c.Cui respondit populus,Cuncta,quæ locutus est dominus,faciemus.Item hoc idem respondit totus populus quando Moyses legit eis volumẽ legis,vt patet Exo. vigesimoquarto. Ideo tunc Moyses ad confirmationem illius desposationis,& promis- F sionis immolauit 12. vitulos. & effudit vnã partem sanguinis super altare, & alteram partem super populum, dicens. Hic est sanguis fœderis quod pepigit vobiscum dominus super cunctis sermonibus his &cætera, ad denotandum,& significandum: quòd illud testamentum, & illud fœdus desponsale non poterat confirmari nisi per sanguinem Christi sponsi huius populi. Ex quibus patet,quòd sicut illud testamentum non poterat confirmari,& adimpleri nisi per mortem,et sanguinem Christi testatoris: ita illa desponsalia siue desponsatio facta inter dominum, et populum non poterat confirmari nec adimpleri,et ratificari nisi per præsentiam Dei venturi in carnem: eò quòd

talis

Universidad de Deusto
Biblioteca

talis desponsatio facta fuerat per verba de futuro: & per sponsum in carnem familiariter
xenturum & cum sponsa locuturum, & conuersaturum. Ex supradictis patet, & prout dictum fuit in prologo expositionis libri psalmorum: quòd vna lex & vnum testamentum dicitur totus discursus sacræ scripturæ & totius ecclesiæ ab Adam vsque ad iudicium. Et hoc secundùm substantiam, & etiam ratione vnius Christi crediti. Sed totus iste discursus diuiditur principaliter in duo tempora, scilicet ante aduentum Christi, & post aduentum eiusdem. Tempus enim ante aduentum respectu Dei dicebatur tempus disponendi & promittendi: inquantùm Deus promittebat futuram redemptionem & glorificationem, & restaurationẽ toti generi humano, & disponebat illum populum per illa
B legalia ad recipiendum Christum in suo aduentu. Sed respectu earum rerum, quæ gerebantur & fiebant: dicebatur tempus figurandi & significandi, quia omnia illa fiebant, & contingebant illis in signum, & figuram futurorum. Sed respectu patriarcarum, & prophetarum quibus fiebant promissiones: dicebatur tempus desiderandi, & expectandi, & petendi quia omnes desiderabãt, & expectabant, & petebant Christum futurum redẽptorem, & glorificatorem tanquàm sponsũ, & saluatorem. Et sic patet qualiter tempus ante aduentum Christi fuit tempus promittendi, & disponendi, & figurandi, & significandi, & desiderandi, & petendi & expectandi. Totum autem tempus aduentus Christi, & totius discursus noui testamenti fuit tempus adimplendi promissa & confirmandi di
C sposita, & verificandi signa legalia, & figuras siue ea, quæ erant figurata, & significata. Et respectu omnium fidelium fuit, & est tẽpus colligendi & recipiendi. Quia per aduentum Christi omnes fideles veteris testamenti simul nobiscum receperunt promissiones, scilicet fructus omnium promissionum, ut ait apostolus ad Hebræos 11. Et nos collegimus & messuimus messes quas patres veteris testamenti seminarunt. vt ait saluator Ioannis quarto. Ex quibus omnibus pater qualiter Christum adimpleuit, & verificauit omnia, quæ fuerunt in veteri testamento disposita, & promissa, & figurata. Et sic etiam confirmauit testamentum ab initio institutum: & compleuit & confirmauit sponsalia antiqua. Et ideo lex euangelica, & totum nouũ testamentum nil aliud est, nisi veritas, & cõ- D
firmatio veteris testamenti: in quo tempore omnes fideles receperunt omnia, quæ fuerãt promissa, & desiderata & petita in veteri testamento. Et sicut totum illud tempus fuit tempus desiderandi & petendi & significandi: ita istud dicitur tempus recipiendi, et faciendi. vnde non solum Christus verificauit omnia, quæ in lege veteri fuerunt promissa et figurata, sed adhuc nos verificamus et implemus omnia illa seruando legem euãgelicam, et exercendo ecclesiastica sacramenta, quæ nil aliud sunt, nisi quædam veritates illorum signorum legalium. Et sic faciendo, et operando recipimus fructus promissionũ. Omnia ergo supradicta considerans, et prævidens in spiritu Salomõ, fecit istum libellũ, in quo voluit ostendere totum ingenium suum, quia sub brevibus, et difficilibus et ob E
scuris verbis descripsit totum discursum vtriusque testamenti. Et ideo iste libellus redditur difficilior ad intelligendum, eò quòd omnia quæ scripta sunt in vtroque testamento de Christo et ecclesia: et omnia quæ David cantauit in 50 psalmis, voluit Salomon complecti in hoc libello sub triplici metaphora, scilicet sub metaphora sponsi, et sponsæ, et sub metaphora pastoris et gregis, et sub metaphora agricolæ, et vineæ siue horti. Et ideo istud opus simul vocatur epitalamicum, et bucolicum, et georgicum. Et propter hoc redditur difficillimum ad intelligẽdum: sci licet ratione stili, et ratione brevitatis. nam in 10 canticis complectitus totũ discursum vtriusque testamenti sub supradicta F
triplici metaphora. Vnde in primo cantico cantat totum desiderium, et omnes petitiones patrum veteris testamenti: et sic explicat tempus desiderandi et petendi et expectandi. Et in nouem canticis subsequentibus cãtat totum discursum ecclesiæ ab incarnatione Christi vsque ad tempora Constantini, et Iustiniani, et etiam usque ad finem mundi: vbi erit generalis glorificatio. In quibus nouem canticis cantantur nouem misteria de Christo, et ecclesia, prout patebit: in quibus satisfacit, et annuit desiderio, et petitionibus patrum veteris testamẽti per singula. Procedendo ergo ad expositionem huius libri seruabitur iste ordo. Nam primò ponetur textus cuiuslibet cantici per versus distinctus. Secundò ponetur eius expositio.

In-

A INCIPIT CANTICVM primum.

Osculetur me osculo oris sui.
Quia meliora sunt vbera tua vino.
Fragrantia vnguenti optimis.
Oleum effusum nomen tuum.
Ideo adolescentulæ dilexerunt te.
Trahe me post te.
Curremus in odore vnguentorum tuorum.
Introduxit me rex in cellaria sua.
Exultabimus, & lætabimur in te.
Memores vberum tuorum super vinum.
Recti diligunt te.
B *Nigra sum sed formosa filiæ Hierusalem.*
Sicut tabernacula Cedar.
Sicut pelles Salomonis.
Nolite me considerare quod fusca sum
Quia decoloravit me sol.
Filii matris meæ pugnaverunt contra me.
Posuerunt me custodem in vineis.
Vineam meam non custodivi.
Indica mihi quem diligit anima mea.
Vbi pascas.
Vbi cubes in meridie.
Ne vagari incipiam.
Post gregem sodalium tuorum.
Si ignoras te o pulcra inter mulieres.
Egredere & abi post vestigia gregũ tuorum.
Et pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.
C *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea.*
Pulcræ sunt genæ tuæ sicut turturis.
Collum tuum sicut monilia.
Murenulas aureas faciemus tibi
Vermiculatas argento.

OSculetur me osculo oris sui.

Hoc est primum canticum huius libri: in quo introducitur ecclesia prioris testamenti tanquam sponsa, & tanquam eius sponsus ad loquendum. Et iõ præsens canticum habet duas partes principales, nam in prima ponitur, & explicatur sponsæ diui desiderata petitio. Secundò sponsi gratiosa responsio, ibi. Si ignoras te ò pulcra. Quantùm ergo ad primum, pro fundamento totius huius libri est valdè notãdum: quòd indigentia, & carentia alicuius boni a- D
missi est causa desiderij recuperandi ipsum: sed firma promissio est causa firmæ, & vehementis fidei, & spei rei promissæ. Et ita accidit in Adam. quia cum ipse ante lapsum fuisset creatus in illa opulentia, & felicitate nullam patiens indigentiam: tamen cum statuit & tentauit descendere ab Hierusalem in Herico, transgrediendo diuinum præceptũ: tunc incidit in latrones: qui expoliauerunt eum omnibus bonis gratuitis, & vulnerauerunt & sauciauerunt, & plagis in corpore, & anima afficerunt, & semiuiuum reliquerunt. Et sic ille, qui erat opulentus, & felix, & dominus illius ciuitatis: cui et iam post longam vitam temporalẽ erat promissa alia nobilior felicitas æterna in cœlesti patria: propter talẽ ingratitudinem fuit priuatus præsenti, & futura felicitate. & expulsus ab illa ciuitate: & E
factus exul per hanc vallem lacrimarum: & separatus à facie Dei. Et sic factus est miser, & indigens omnibus bonis non solùm spiritualibus sed etiam temporalibus. vt patet Genesis tertio. Et inde est quòd manet insitum desiderium omnibus hominibus recuperandi illam immortalitatem, & totum illum felicem statum.

Sed dicit Augustinus in libro Cur Deus homo: q̃ Deus cõpatiens miseriæ, & indigentijs ipsius Adæ, & totius posteritatis eius, promisit ei mittere filium suum in carnem, qui eum ab omni miseria, & captiuitate redimeret, & sibi reconciliaret, & in patriã amissam, & felicitatem reduceret. Et hoc fecit Deus, ne Adam desperaret, sed licet de instanti miseria valde doceret: tamen de sui, suæque posteritatis remedio iam delongin F
quo gauderet. vnde Augustinus concludit, dicens. Vera itaque ratione didicimus: q̃ iam ab Adam domini præstolabatur aduentus. Ex quib. verbis Augustini sequitur, q̃ miseria, & indigentia ipsius Adæ, & totius posteritati eius, fuit causa diuinæ promissionis de Christo futuro. Et talis promissio fuit causa fidei, & spei, & desiderij ipsius Adæ de Christo futuro. Ex qua fide, & spe, & desiderio Adam cum tota sua posteritate fidelium semper expectabat, & petebat Christum venturum ad redimendum ipsum.

Secundò sequitur, quòd ecclesia Christi primò fuit Christo desponsata per fidem in Adam. Quod probatur. Nam si Adam cũ tanto desiderio expectabat Christum: vt inquit

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Aug.ergo iam tunc habebat fidem de Christo futuro.Quia spes non est sine fide,& caritate affectiua, quia quod credimus, & amamus,cum desiderio expectamus. Et ideo est dicendum, q̃ sicut Deus promisit ipsi Adæ mittere ipsi Christum in redemptorem: ita Adam credidit ipsum venturum: & promisit ipsi fidem: & promisit ipsi exhibere cultum latriæ sub tali fide,& spe, Christi futurii qua side Adam cum tota sua posteritate fidelium saluabuntur. Et sic Adam prout fuit doctus à Deo:docuit filios suos exhibere latriã Deo in signum fidei de Christo futuro. Et sic Abel offerebat oblationem de agnis gregis,& Caim de frugibus. Genesis 4. Et quia latria non solùm consistit in oblatione,& adoratione sed etiam in oratione:ideo legitur Gene.
4.q̃ Enos incepit inuocare nomen domini:
B ideſt, Christum verbum incarnatum. quod est nomen domini.vt probatum fuit psalmo. 8.Nam illud nomen domini quatuor literis scriptum significabat Christum verbum incarnatum: quem omnes patres ve.test.inuocabãt,& expectabant.Itẽ Enoch placuit Deo in illa ætate,& dominus tulit illum.Gene.4. Et translatus est in paradisum.Ecclesiastici. 54.Sed quia sine fide impossibile est placere Deo.ad Heb.11.ergo sequitur q̃ Enos,& Enoch iam habebant fidem de Christo futuro.& erant membra eius: & per consequens continuabant ecclesiam Christi, & ciuitatem Dei, Et sic expectabant Christum futurum tanquàm sponsum sibi promissum: Et sic patet: quòd vera latria,& perfecta fuit Deo exhibita in prima ætate in signum Christi futuri.Et per consequens sequitur:q̃ ecclesia in
C prima ætate iam fuit Christo per fidem desponsata: quia iam expectabat eum: & iam ei exhibebat latriam seruitutem.

Item sequitur,q̃ ecclesia sponsa non solũ ab Abel: sed iam incepit ab Adam. sed postea fuit diuisa in duas ciuitates. nam Caim diuisus est à ciuitate Dei,& constituit ciuitatem diaboli cum suis sequacibus.vt ostendit Augustinus per totum librum. decimo quinto de ciuitate Dei. Abel autem mansit tanquàm verus ciuis in ciuitate Dei: & fuit occisus propter veram innocentiam suam in figura Christi. Ideo Abel non dicitur primus ciuis ecclesiæ:sed primus iustus, & martyr: qui mortuus est pro iustitia, & innocentia in figura Christi: qui fuit primus qui effudit sanguinem in figura Christi,& pro Christo,vt patet Matthæi. 23. Adam autem fuit D
primus ciuis,& fidelis huius ciuitatis; cui primo facta est promissio de Christo futuro: & primus qui professus est, & expectauit Christum futurum: & qui exhibuit Deo cultum latriæ, & docuit filios suos. in quo primo ecclesia desponsata est ipsi Christo per fidem, & spem, & caritatem, & exinde tota ciuitas Dei,& congregatio fidelium Christum futurum credentium,& expectantium, fuit dicta sponsa Christi.

Est verum:quod ista sponsa semper creuit in fide, & perfectione per successum temporis, sicut continuè recepit nouas promissiones, & nouos modos colendi Deum. Nam in Noe accepit nouam promissionẽ de Christo per arcam. & signum arcus fœderis. Per quod præuidit mysterium incarnationis, & E
nostræ redemptionis. Et sic Noe constituxit altare: & obtulit animalia munda in signũ fidei Christi futuri. Item ipsi Abraam facta est noua promissio Gene. 15. quando Deus dixit.Suspice cœlum: & numera stellas si potes.sic erit semen tuum & cætera.Vbi credidit Abraam de sua generatione secundũ carnem Christum futurum,& verbum incarnãdum. Ideo propter talem fidem reputatum est illi ad iustitiam. Quia in tali fide Christi futuri ante circuncisionem fuit iustificatus, vt patet ad Roma.4. & Galat. 4. Item alia promissio facta est eidem Abrahæ Genesis vigesimosecundo. propter obedientiam, & fidem: quando voluit immolare Isaac filiũ suum. Cui Deus sub iureiurando promisit Xp̃m venturum,& in eo oẽs gentes regenerandas,& benedicendas. Et appellauit locũ F
illum in quo fuit immolatus aries pro Isaac. In monte dñs videbit.vnde in litera hebraica habetur.In monte dominus videbitur.Quasi dicat. In isto monte vbi immolasti istum arietem, dominus Iesus Christus videbitur immolari, & crucifigi in redemptionem totius generis humani. De quo mysterio dicit saluator Ioannis. 8. Abraam exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. per fidem supple. Ex quibus patet, q̃ desponsatio Christi,& ecclesiæ facta, & incepta est in Adam.& Abel.Sed iam fuit magis confirmata in Abraam.Et sic vehementius fuit Christus in Abraam desideratus. Item ista desponsatio, & vnio Christi, & ecclesia iam fuit magis confirmata,& expressa, & figurata in Isaac. Genesis vigesimo sexto. quando iam

A decrepitus,& cęcutiens vocauit Esau primo genitum suum:vt benediceret eum. sed Iacob secundo genitus siue natus, ex consilio matris simulato habuit & surripuit benedictionem.Vnde Isaac sentiens fragrantiam vestimentorum ipsius Iacob,dixit: Da mihi oscula filii mi. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. quem benedixit dominus &c. In quo mysterio præuidit Isaac totum mysterium verbi incarnationis, & ecclesiæ cum Christo desponsationis, & incorporationis. Præuidit enim qualiter filius Dei verbum æternum debebat osculari humanitatem, & carnem susc̃ipere de genere ipsius Iacob, & vnire eam sibi in vnitate personali.Et præ
B uidit etiam in spiritu osculum, & desponsationem ecclesiæ cum Christo per mysticam vnionem.Et præuidit fragrantiam vestimẽtorum humanitatis Christi. s. fragrantiam virtutum.& sanctitatis, & donorum.& gratiarum,& fragrantiam ecclesiasticorum sacramentorum euaporantem ex meritis passionis. Per quam virtutem sacramentorum ecclesia erat Christo desponsanda & vnienda. Item ista desponsatio incarnationis, & ecclesiæ cum Christo vnionis iam fuit magis promissa,& confirmata,& figurata in Iacob Gen.28. quando in somnis vidit scalam cuius summitas tangebat cęlum, & pars inferior tangebat terram, & vidit dominũ in
C summo scalæ.& angelos ascendẽtes, & descẽdentes &c.vbi præuidit Iacob totum mysterium incarnationis.s.qualiter Deus erat iungendus humanitati per incarnationẽ in vnitate personæ, & qualiter tota ecclesia erat Christo vnienda, & incorporanda in vnitate mystica. Item ista desponsatio fuit iã magis confirmata in eodem Iacob Gẽ.32.quãdo luctatus est cũ angelo in forma viri,nec voluit ipsum dimittere vsquequo benedixit eum,vbi fortius est hoc nomen Israel.vnde dixit.Vidi dominum facie ad faciem.vbi Iacob præuidit totum mysterium incarnationis, & ecclesiæ cum Christo desponsationis inquantum Deus in forma humana benedixit eum &c.' & facie ad faciem ipsi locutus est &c.Itẽ hæc desponsatio fuit magis in ipso Iacob confirmata Gen.49.q̃ benedicens filio suo Iuda dixit.Iuda te laudabunt fratres tui &c. & non auferetur sceptrum de Iuda &c. Item ista desponsatio Christi,& ecclesiæ iam fuit magis confirmata,& manifesta iã in plebe Israelitica quando ẽduxit ipsam de seruitute Aegyptiaca,& fecit ipsam popu D
lum sibi peculiarem,& dedit ipsi legem specialem.Exod.19.quando Moyses exposuit populo omnes sermones legis.Et respõdit omnis populus,dicens. Omnia quæ locutus est dominus faciemus. Item ista desponsatio Christi,& ecclesiæ fuit iam magis manifesta & explicata in eodem populo.Exod.24.quãdo Moyses congregauit totum populum,& legit ipsi totum volumẽ legis,& occidit 12. victimas iuxta numerum tribuum filiorum Israel.vnde totus populus respondit,dicens. Omnia quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes &c.Et tunc Moysesad confirmationem talis pacti,& promissionis, & desponsationis sparsit vnam partem sanguinis super populum,& alteram super altare.Per quod mysterium fuit figuratum qualiter illa desponsatio debebat impleri,& con E
firmari per sanguinem Christi futuri, per quem sanguine illud testamentum erat confirmandum.Et sic per tale pactum ille populus promittebat se recepturum Christũ venturum. Ideo Moyses effundendo illum sanguinem super populum, dixit. Hic est sanguis fœderis quod pepigit vobiscum dominus super cunctis sermonibus his. Item ista desponsatio fuit iam magis explicita,& confirmata in eodem Moyse,& populo.Exo.33. cum dominus de tabernaculo loquebatur Moyse facie ad faciem,sicut solet loqui amicus ad amicum. Cui Moyses dixit. Domine si inueni gratiam coram oculis tuis, mitte quem missurus es &c.Cui dominus finaliter mysterium incarnationis promisit, cum dixit. Posteriora.i.humanitatem meam videbis, quam humanitatem vidit postea Moy- F
ses cum Helia in monte Tabor in transfiguratione Christi. Matt.17. Item ista desponsatio incarnationis Christi,& ecclesię iã fuit magis explicita, & manifestata ipsi Moysi Deutero.17.Cui Deus dixit.Prophetã suscitabo eis de medio fratrum tuorum similem tui,& ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ dixero illi &c.Ex quo patet qualiter Christus in lege promissus debebat esse similis Moysi in humanitate,& debebat esse Deus, imo verbum Dei, quia Deus debebat ponere verbum suũ in illa humanitate,& personaliter nobis loqui, & ecclesiam sibi per legem euangelicã mysticè vnire,& personaliter, & præsentialiter osculari.Nã legitur Exo.20.quòd cum cur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stus populus audiret voces,& lampades, & sonitum buccinę montemque fumigantē: perterriti, ac pauore percussi steterunt procul dicentes Moysi: non loquatur nobis dominus ne fortè moriamur. Tunc autem dominus promisit mittere filium suum in carnem: qui tanquàm verus sponsus absque terrore familiariter loqueretur eis: & declararet eis legem datā,dicens. Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suorū similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos quæcunque dixero illi. Et qui verba eius quæ loquetur, non audierit, vltor existam &c.vt patet Deut. 18.Ex quibus patet: q illa desponsatio non fuit facta per verba de præsenti in præsentia sponsi: sed per verba de futuro in absentia sponsi per Moysen tanquàm per procuratorem Christi futuri.

B Et per cōsequens illa desponsatio nunq̄ fuit confirmata nisi per præsentiam Christi. qui per verba de præsenti familiariter locutus est illi plebi,& desponsauit sibi ipsam declarādo legem,& prophetas. Item sequitur secūdo: q simul cum lege data fuit ,p̄missus xps interpres,& declarator legis in mōte Sinai. Item sequitur tertiò: q sub eadē pena qua se obligauit totus ille populus ad obseruandū legē Dei datā in monte Sinai: sub eadem pęna se obligauit ad audiendū, & sequendum xp̄m in suo aduentu tanq̄ verū interpretē,& declaratorem legis,& prophetarum: per hoc q ait. Qui verba quæ loquetur audire noluerit: vltor existam &c. quia simul cum lege fuit promissus Christus Deus incarnatus interpres & declarator legis. Sed contra posset aliquis instare dicens, q promissio huius

C prophetæ non facta est in mōte Sinai simūl cum datione legis: sed in cāpestribus Moab cùm Moyses resūmeret legem: vt patet Deutero. 18. Ad hoc respondetur, q si benè,& diligenter volumus attendere verba Moysi Deutero. 18. videbimus manifestè qualiter Deus promisit illum prophetā in monte Oreb simul cum datione legis. Vnde ait Moyses ad populum. Prophetam de gente tua,& de fratribus tuis,sicut me suscitabit tibi dominus: ipsum audies: vt petisti à domino Deo tuo in monte Oreb: quando concio congregata est: atque dixisti: vltra non audiam vocem domini mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo: ne moriar. Et ait dominus mihi. Bene omnia sunt locuti prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum simillem tui &c. Ex quibus patet: quòd ista promissio de Christo futuro facta est in monte Oreb simul cū datione legis: quia licet Moyses omiserit scribere illā promissionē Exodi 2. tamen supplendo explicat ipsam Deutero. 18. vbi repetuntur, ea quæ ibi dicta sunt & supplentur ea quæ ibi fuerunt omissa. Ex quo patet, quòd in datione legis facta fuit desponsatio Dei cum illa plebe in persona omnium successorum. Et per consequens illā desponsatio facta fuit per verba de futuro in absentia sponsi: & ideo non poterat cōfirmari nisi per eius præsentiam: & per incarnationem sponsi: qui ore ad os erat populo familiariter locuturus,& legem, & prophetas declaraturus, & sponsalia confirmaturus,& completurus. vnde sicut per mortem,& sanguinem erat testamentum cōfirmatum: ita per præsentiam erat sponsalia completurus. E Et hoc est osculum præsentiæ sponsi quod petit sponsa,dicens. Osculetur me osculo oris tui &c. Item quia nō solū illa plebs Israelitica secundùm carnem erat Christum susceptura & ipsi desponsanda in aduētu eius,sed etiam plebs gentilis: ideo desponsatio Christi,& ecclesiæ non solùm fuit manifestata, & facta in populo Israelitico carnali, sed & in populo gentili. Nam Melchisedech rex Salem qui erat de populo gentili, tanquàm sacerdos Dei altissimi in fide Christi futuri obtulit panem, & vinum Deo per Abraam & toto corpore mistico, vt patet Gen. xiiii. Item Iob non genere Iacob,sed de Esau expectauit Christum in carne venturum, cum dixit. Credo quòd redemptor meus viuit, & in carne mea videbo Deum saluatorem F meum &c. Iacob 19. Item multi de populo gentili exierunt de Aegypto, & iuncti sunt cum filiis Israel, & ceperunt legem simul cum eis. Item Ruth Moabita de populo gentili exiuit de terra & cognatione sua, & iuncta est populo Israelitico, dicens. Populus tuus populus meus &c. Et sic in persona, & figura totius populi gentilis ad fidem Christi venturi, fuit Christo desponsata. Item ista desponsatio iam fuit magis explicita,& manifestata in Dauid: cui facta est de Christo multipliciter repromissio: vt patet 2. Regum 7. & primi Paralypomenon 1. & per totum librum psalmorum. Item ista despōsatio incarnationis, & Christi,& ecclesiæ iā fuit magis explicita in Isa. & Hiere. & cæteris Prophetis, q̄bus fuit facta reuelatio. Et

maximè

A maximè in Daniele: cui non solùm misteriū incarnationis & passionis Christi fuit reuelatum sed etiā locus, & tempus, vt patet Dan. 9. Vltimò autem de propinquo ista desponsatio facta fuit, & manifestata ipsi Zacarię: cui dictum est ab angelo. Exaudita est oratio tua. Lucæ primo. Item fuit facta, & reuelata ipsi Simeoni: qui responsum acceperat à spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum dominū Lucæ secundo: sed præ cæteris clarius fuit reuelata talis desponsatio ipsi virgini Mariæ per multas epiphanias, & reuelationes ante diē incarnationis: licèt ignoraret personam de qua esset filius Dei carnem assumpturus: quia solùm hoc didicit virgo Maria exprimentaliter quando Gabriel angelus fuit ad

B eam missus,dicens. Aue Maria gratia plena & cætera. Lucæ primo. vnde licèt ante non ignoraret futurum misterium incarnationis: tamen ignorabat modum, & personam: prout ipsa respondens angelo dixit: quo modo fiet istud & cætera Ex toto supradicto discursu sequitur primo: quòd tota ecclesia fidelium ab Adam, vsque ad virginem Mariam inclusiuè fuit desponsata Christo futuro per fidem. Secundo sequitur: quòd talis desponsatio non fuit facta per verba de præsenti: sed per verba de futuro: quia sicut Christus nōdum erat incarnatus nec promissus de præsenti sed de futuro: ita promittebant ipsum recipere in suo aduentu. Vnde licèt fides Christi esset eis habitualiter, & actualiter præsens: tamen eius obiectum erat futurum. ideo sequitur: quod talis de-

C sponsatio non fuit facta illis patribus & fidelibus personaliter, & per modum personæ præsentis: sed per procuratorem, & per modum personæ absentis. sicut multæ mulieres quandoque desponsatur alicui viro absenti per procuratorem: quæ quidem desponsatio confirmatur postea per præsentiam sponsi: quando ipsa personaliter, & præsentialiter videt sponsum: & personaliter recipit eum, & osculatur ab eo. Ita ergo simili modo factum est in illa desponsatione ecclesię veteris testamenti. nam nullus eorum potuit essentialiter Deum videre: nec locutus est cum Deo nisi per substantiam mediā, & per angelum representantem Deum: vt ait Augustinus super Genesi. Et si dicitur, quòd Moyses loquebatur Deo facie ad faciem. Exodi trigesimotertio. Dicendum, quòd ibi non sumitur facies pro diuina essentia: quia talis visio facialis fuit negata ipsi Moysi: vt patet ibidem: sed sumitur facies equiuocè pro angelo, per quem Deus loquebatur: & in quo Deus tanquàm in facie: & per faciem repræsentabatur, & noscebatur: vt ait Augustinus secundo de Trinitate capitulo decimooctauo nam Deus per angelos loquebatur & dedit legem Moysi: vt ait apostolus ad Hebręos primo: & beatus Stephanus Actuū sexto. Quomodo autem intelligitur, quòd Moyses vidit Deum facie ad faciem: iam declaratum est in prologo libri psalmorum: tractatu secundo. Nunc autem sufficit scire, quòd fideles veteris testamenti non viderunt Christū nisi per fidem, & per figuras & per promissiones,& reuelationes. Et tanquam venturo promiserunt fidem ipsi: & in eius futuro aduentu promiserunt ipsum recipere, & si tanquàm futurum promittebant ipsum recipere. Et sic iam exhibebant ipsi larriam seruitutem per figuras sacrificiorum. Et sic patet: quòd illa desponsatio erat per modum verborum de futuro, & per modum procuratoris, quia mediantibus angelis, & per modum personæ absentis. Tertio sequitur, quod quantò magis tardabat venire Christus: tantò magis crescebat desiderium illius sponsæ videndi personaliter, & præsentialiter sponsum suum Christum, & sic vehementius desiderabat accelerari aduentum sponsi, vt eam repararet, & liberaret de manibus inimicorum,& eam sanaret, & nobilibus uestimentis diuersarum gratiarum ornaret & decoraret, & sacris amplexibus eius frueretur, & osculis eius consolaretur. Hoc ergo desiderium huius sponsæ, & has petitiones explicat & cantat sponsa in hac prima parte huius primi cantici Salomonis in persona omnium fidelium ve.te. cum dicit: Osculetur me osculo oris sui. In quo cantico septem petit ista sponsa ab ipso sponso. Nam primo petit præsentialiter & personaliter per incarnationem osculari. Secundò petit trahi à sponso per personalem prædicationem & virę sanctitatem. Tertiò petit in talamum sponsi introduci. Quartò plebs gentilis petit cum plebe Israelitica in aduentu sponsi sociari. Quintò petit à nigredine idololatriæ dealbari, Sextò petit pasci pabulo sacramentorum,& fidei articulorum. Septimò petit sub vmbra sponsi quiescere,& protegi. Secundum ibi,

Trahe

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Trahe me post te. Tertium ibi: Introduxit me rex in cellaria sua. Quartum & Quintū ibi. Nigra sum sed formosa. Sextum & Septimum ibi. Indica mihi quem diligit anima mea. Quantū ergo ad primum est aduertendum: q̄ osculum dicit quandam vnionem, sed quia Christus quadrupliciter erat nobis vniendus: scilicet per incarnationem, & per conuersationem, & familiarem doctrinam, & per mysticam incorporationem, & p̄ glorificationem: prout promissum erat in veteri testam. Ideo sponsa hoc quadruplex osculum petit à Christo sponso. Et quadruplici osculo petit osculari. s. osculo incarnationis. Secundo osculo euangelicæ doctrinæ, & familiaris conuersationis, Tertiò osculo mysticè incorporationis & redemptionis, Quartò osculo glorificationis. Quia ergo vt suprà-
B dictum est ista sponsa per multas repromissiones fuerat Christo per procuratores, & verba de futuro in veteri testamento despōsata, & per longam moram, & discursum temporis sponsum suum Christum expectauerat. Ideo confracta longa mora desiderant præsentiam sponsi petit ab eo præsentialiter, & personaliter osculari, & posita in tali contemplatione dicit intra se. Vtinam sponsus meus Christus oscularent osculo oris sui per verba de præsenti, & personaliter: & præsentialiter per seipsum, & non per procuratores, sed loquatur ipse mihi per se, & non per Moysen, & per patriarcas, & prophetas, nec per angelos: sicut locutus est in toto veteri testamēto, sed veniat ipse personaliter in carnē, & osculetur me primo illo
C osculo incarnationis, & accipiat carnem de mea generatione: sicut promisit in principio Adæ quando eiecit ipsum de paradiso, & sicut promisit Noe per signum arcus fœderis Gene. 8. & sicut promisit Abraæ Gene. 15. & 22. dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Item osculetur me illo osculo incarnationis quod petiuit Isaac in persona Iacob quando dixit. Da mihi osculum fili mi. Gen. 26. Et sicut promisit ipsi Iacob Gene. 28. per visionem scalę, & Gen. 31. quando luctatus est cum angelo. Item osculetur me illo osculo incarnationis quod promisit ipsi Dauid 2. Reg. 7. dicens, Suscitabo semen tuū post te, quod egredietur de vtero tuo. Et stabiliā regnum eius in æternum, & ille erit mihi in filium. & ego ero illi in patrem. Item psalmo 88. Semel iuraui Dauid, & nō mentiar, semen eius in æternum manebit. D
Item psalmo 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam &c. Item Isa. 9. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel &c. Item Hier. 31. Magnum faciet dominus super terram: fœmina circūdabit virum. Item Zaca. 2. ego ipse veniā & habitabo in medio vestri &c. Item sponsus meus non solùm osculetur me osculo incarnationis: sed etiam osculo familiaris prædicationis, & legis euangelicæ dationis, sicut Deus promisit Moysi Deuteron. 18. dicēs: Propheram suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui in humanitate, & ponam verba mea in ore eius: loquetur-
E que ad eos omnia quę dixero illi. Item osculetur me illo osculo doctrinæ euangelicę de quo dixit Isa. 2. Venite ascendamus ad montem domini. & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semi tis eius, quia de Sion exibit lex, & verbū domini de Hierusalē. Item Isa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum &c. quia oculo ad oculum me videbunt &c. Item Hieremiæ 31. Dabo legem meā in cordibus hominum, & in visceribus eorum scribam eam &c. Item non solùm osculetur me osculo incarnationis, & euangelicæ doctrinæ: sed etiam osculo redemptionis faciendo me participem suæ passionis: sicut promisit ipsi Abraam in sacrificio ipsius Isaac, quando dixit, in monte hoc dominus videbitur immolati pro omnibus successiuē Gen. 22. & sic patet per totum discursum libri psalmorum, & Isa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum &c. Item hoc idem patet per totum discursum legis, & propheratum. Item F
non solùm osculetur me osculo incarnationis, & doctrinæ, & redemptionis, sed etiam osculo glorificationis, & suæ fruitionis: sicut promisit ipsi Dauid psalmo 90. Protegam eum, & glorificabo eum. Item psalmo 83. Beati qui habitant in domo tua domine. Et sic patet qualiter ista sponsa isto quadruplici osculo petit à sponso suo Christo osculari suo aduentu. s. osculo incarnationis, & euangelicæ prædicationis, & redēptionis, & glorificationis. Et nota quòd non solùm Christus osculatus est sponsam suam ecclesiam isto quadruplici osculo, sed etiam pater, sed aliter. Nam Christus filius Dei osculatus est naturam humauam personalitet. per incarnationem

A nationem: quia sola persona filij fuit incarnata, ad quam illa vnio personalis fuit termi nata, sed pater intantùm osculatus est humanam naturam, inquantum ipse vniuit verbū suū illi humanitati, quia tota trinitas operata est illam benedictam incarnationem. Et sic illud verbum æternum dicitur osculum oris patris, quia est æterna sapientia, quę ex ore altissimi prodijt. Et sic pater p̄ illud verbum, & osculum oris sui osculatus est humanam naturam. Et per illudmet verbum, & osculum pater nobis locutus est, & dedit legem euangelicam, & redemit, & glorificauit nos, & sibi nos reconciliauit. Et ipse Chri
B stus dicitur osculum patris, & osculum inter nos, & patrem, quia nos per gratiam, & adoptionem patri reconciliauit, & reuniuit. Hoc ergo osculo oris patris. s. verbo æterno, ista sponsa petit osculari. Item petit osculari per humanitatem Christi, per quam nobis fuit vnitus, & per quam nobis prædicauit, & per quam nos, redemit Christus, & patri reconciliauit, & nos glorificabit. Ideo prudens lector contempletur hoc quadruplex osculū, quo tàm pater quàm filius, licèt non eodem modo osculatus est sponsam suam. Referendo ergo ad patrem, est iste sensus vtinam pa
ter osculetur me osculo oris sui. s. mittendo verbum quod procedit de ore suo, & de tota substantia sua, quod verbum sumat carnem in vnitate suppositi de mea generatione, & natura, per quem filium me doceat, & mihi loquatur, & me sibi reconciliet, & glorifi-
C cet. Referendo autem ad filium, sensus est iste. vtinā filius Dei spōsus meus veniat i carnem, & osculetur me osculo. s. doctrina euangelica oris sui, & personaliter in humanitate loquatur mihi, & me reconciliet sibi, & patri per mortem, & passionē, & glorificet me p̄ resurrectionē. Quatuor ergo petit spōsa p̄ tale osculum. s. vniri Deo per incarnationē, & doceri per personalem prędicationem, & reconciliari per mortem: & passionem, & glorificari per resurrectionem. Quia istis quatuor modis Deus osculatus est nos, & vniuit nos sibi. Et ideo Christus inquātum assumpsit carnem ex humana natura, & ex ista generatione, vocat eam matrem: sed inquantùm docuit eam, vocat eam filiā, sed inquantum redemit eam, et vniuit eam sibi per fidem in vnitatem mysticam, vocat eam sponsam, & etiam inquantùm vniuit eam p̄ gloriam. Ista ergo sponsa dicit, vtinam osculetur me sponsus meus Christus mihi pro- D
missus osculo oris sui, eo modo quo dictum est. Deinde sponsa conuersa ad spōsum aliloquitur eum apostrophando, dicens. Meliora sunt ubera tua vino, quasi dicat. ideo desidero osculari osculo oris tui ò Christe sponse, quia meliora sunt ubera tua vino. Ad cuius intellectum est notandum, quod cum totus iste liber sit metaphoricus, et parabolicus, sicut Salomon vsurpat vocabula rerum temporalium transferendo ad spiritualia: ita etiam transfert partes sexus fœminini ad masculinum per quandam similitudinem, et sic ubera, quæ pertinent ad mulieres: attribuit Christo per quandam similitudinem. nam sicut mulier nutrit filium duplici vbere, et lacte materiali, ita Xps nutrit ecclesiam duplici vbere, et lacte, scilicet lacte doctrinæ
E articulorum fidei, et lacte gratiæ sacramentorum ecclesiastī eorum. Sed quia ista duo ubera hoc duplici lacte non solùm nutriūt, et reficiunt spiritualiter sponsam, et omnes fideles, sed etiam inebriant eam in amore sponsi, et delectant in odore virtutum: iō cō parat ea vino. Ideo dicit. O sponse ideo peto osculari personaliter, et præsentialiter osculo oris tui: quia ubera tua emittentia lac doctrinæ fidei articulorum, et gratiæ sacramentorum, meliora sunt omni vino, quia magis inebriant fideles in amore tui quam vinum materiale inebriat homines: quia transformant fideles amantes in Deum amatū, et desideratum se, et mundum obliuiscentes, qa anima magis est vbi amat, quàm vbi animat & informat. Ideo ubera tua meliora, & fortiora, sūt ad inebriādū: quàm vinum materiale. Et non solùm ista duo ubera tua sunt
F meliora vino ad inebriandū in amore tuo, sed etiam sunt magis fragrantia, & fragrantiora vnguentis optimis eō, quòd docēt omnem virtutem, & prohibent omne vitium, & extinguunt omne peccatum, quib. virtutibus fideles redolent inter omnes nationes, & populos, magis quàm vnguenta aromatica materialia. Et sic ubera tua nutriunt, & inebriant, & redolent, & delectant, & nomē tuum est pretiosissimum, & odorifera sicut oleum aromaticum effusum etc. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ ex myrrha, & cynamomo, et nardo, et balsamo, et cæteris aromatibus fit, et conficitur quoddā oleum aromaticum longè prætiosissimum. Est eiñ primò valdeodoriferum, et delectabile ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A compositione omnium istorum aromatum, est valdè penetratiuum ratione balsami, & valdè attractiuũ ratione nardi, & ab omni corruptione præseruatiuũ. & etiam curatiuũ ratione mirrhæ, quod quidẽ oleũ quantò magis diffunditur tanto magis operat, & penetrat, & trahit. & delectat. Ita ergo propriè illa persona Christi confecta ex tribus aromatibus. s. ex verbo diuino, & anima rõnali, & carne: quæ quidẽ persona Xpi est nomẽ Dei significatum per illa; quatuor literas ve. tes. prout dictum fuit psal. 8. & significatum per istud nomen Iesus noui testa. illud profectò nomen Dei. s. verbum incarnatum. & humanatum diffusum per totũ mundũ fuit penetratiuum, & præseruatiuũ, & sanatiuum. & odoriferum: sicut oleum aromaticum effusum super capita regum. & sacerdotũ. Nam
B primò illud nomẽ præseruauit virginẽ matrẽ suã ab omni culpa tã originali q̃ veniali quàm actuali. sed oẽs alios fideles sanauit. & curauit ab originali: licèt quoddã præseruauit ab actuali, & omnes alios sanauit, & curauit ab originali. & veniali, & actuali. Et sic illud nomen fuit præseruatiuum, & curatiuum. Fuit etiam penetratiuum quia totũ mundum penetrauit. Et fuit attractiuũ: quia omnia traxit ad seipsum, & totum populum gentilem ad fidem per apostolos coauertit. Et fuit odoriferum. & delectabile: quia omnes virgines. & viri contemplatiui currebãt in odorẽ eius sanctitatis. Et virtutis fuit inebriatiuum: quia martyres illo nomine Iesu inebriati: suæ vitæ corporalis, & huius mũdi obliti, & in Christum transformati diris tormentis sua corpora tradiderunt. Et ideo di-
C cit sponsa: O Christe spõse iõ desidero osculari osculo oris tui: quia non solũ vbera tua sunt meliora vino ad inebriandum, & magis fragrantia vnguentis optimis ad delectãdũ: sed etiam quia nomen tuum est suauissimũ, & penetratiuum, & præseruatiuũ, & sanatiuum, & lenitiuum, & attractiuũ, & odoriferum sicut oleũ aromaticũ effusum super capita regũ, & sacerdotũ. & super infirmos, & super capita amantiũ. Et ideo adolescentulæ .i. plebs, & populus gentilis nõnirer dilexerũt, & secutæ sunt te. Item per ista duo vbera Christi possũt intelligi duo testamenta .s. vetus, & nouum: à quibus ecclesia sponsa Christi iugiter sugit lac doctrinę salutis. Itẽ multi solùm per vbera Christi intelligũt solam doctrinam euangelicam, & per vinum intelligunt scripturam ve. test. vt sit sensus. s. D q̃ melius est lac noui testamenti: quàm scriptura vinaria cerimoniarum veteris testamẽti: sed hoc videtur impropriè dictum. Nam scriptura veteris testamenti nunquàm fuit dicta vinum: sed vinea: quæ nunquã fuit matura nec protulit vinum nisi per Christum in nouo testamento. Et sic doctrina Christi euangelica non solùm dicitur lac, sed etiam vinum, & patuit per totam expositionem libri psalmorum, & patebit etiam inferius cantico sexto: vbi dicet Christus. Bibi vinũ cum lacte meo inebriamini amici &c. Si ergo doctrina Christi non solùm dicitur lac delectabile, & nutritiuũ: sed etiam vinum inebriatiuum, & vnguentũ odoriferum. Et nomen eius dicitur oleum aromaticũ effusum per totum mundum. in cuius virtute apostoli de E monia eiecerunt, & serpentes peccatorũ extinxerunt, & venena mortifera non eis nocuerunt, & idolis cõminutis, & principe hui⁹ mundi foras ejecto omnes reges, & imperatores cum populo gentili iugo fidei subiecerunt. Est tamen aduertendum, q̃ inter cætera quæ reddunt materiam huius libri difficilem ad exponendum, & intelligendum, est diuersitas translationum: quia in multis nostra translatio differt à litera hebraica. vt de vbi nostra translatio habet: Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua &c. litera hebraica modo punctuata habet sic. Vtinam oscularetur me osculo oris sui: quia meliores sunt amores tui adoramentis optimis sicut oleum effusum nomen tuum: ideo domicellæ dixerunt te. Quæ quidem litera non differt in sententia in hac peritione: Quæ quidem diuersitas translationum F accidit ex æquiuocatione vocabulorum hebraicorum. propter defectum literalium vocalium. vt dictum fuit in prologo libri psalmorum. tracta. 6. Vnde quia dictio hebraica posita in hoc loco est æquiuoca ad vbera, & ad amores: uel quia vbera maximè trahunt hominem ad amorem: Ideo nostra trãslatio secuta est vnam significationem illius vocabuli. & magis exprimentem veritatem rei. Nam sicut pueri ponunt totum suum amorem, & delectationem in vberibus matris: ita fideles in contemplatione doctrinę Christi euangelicæ, & totus sacrę scripturæ. Itẽ si cut vinum materiale abundanter, & copiosè sumptum inebriat hominem trahens illũ extra scitã pariter imo multò fortius cõtempla-

A templatio doctrinæ Christi, & iuge studium sacræ scripturæ per Christum declaratæ extrahit hominem extra se transformando ipsum in amorem Christi sponsi sui. Et sic bene propriè, & accõmodatè doctrina euãgelica, & gratia sacramentorũ dr vinum inebriatiuum, & lac nutritiuum. exortum, & ex hausti ex vberibus Xpi. Et dr vnguentum odoriferũ, & oleũ aromaticum: vt magis patebit infra. Et iõ aduertat fidelis lector ad proprietates vocabulorũ quæ parabolicè, & metaforicè ponũtur in libro. Deinde cũ dicit: Trahe me post te &c. ponit secundã petitionẽ. nam postquã explicuit, & exposuit causam sui desiderij, & petitionis. s. quare petiuit osculari personaliter à sponso: eò q̃ meliora sunt vbera eius vino, & fragrãtia vnguentis optimis &c. Iõ in hac secũda petitione petit trahi ad
B amorẽ sponsi, & post sponsum per illa vnguẽta fragrantia doctrinæ Christi euangelicæ, & per prædicationem, & sanctitatẽ: vt possit fugere lac euangelicum, & gratiam sacramentorum ex vberibus eius. Et ideo ait. ò Christe sponse mi: trahe me post te per gratiã, & legẽ tuã euangelicã. & omnes fideles curremus in odorem vnguentorũ tuorum euangelicorum. & in odorem tuæ bonæ cõuersationis, & exempli tuę vitæ. & doctrinæ. & sanctitatis: vt simus bonus odor Christi per bonã famam. & sanctitatem. Ad cuius intellectum est denotandũ. q̃ tota iustitia. & perfectio. in qua fuit Adã creatus, consistebat in quadam conformitate voluntatis eius ad diuinam voluntatem. & sic tota eius sanctitas. & debitus ordo consistebat in quadam rectitudine. &
C subalternatione. & obedientia partium inferiorũ ad superiores. & vniuersaliter sensualitatis ad rõnem. Et isto mõ anima ipsius Adã habebat imperiũ absolutũ supra corpus, & spũs supra carnẽ. & ratio supra sensualitatem. Et ideo erat dns suorũ actuũ tã in effectu q̃ in affectu: eo q̃ ratio trahebat sensualitatem ad libitũ suũ. & spũs carnẽ. Et hoc habebant, & possidebãt primi parentes in præmiũ iustitiæ originalis, Nã intantũ partes inferiores, & oẽs aliæ creaturæ obediebãt eis, & ipsi habebãt liberũ imperium super eas inquantũ ipsi obediebãt Deo, & fuerũt volũtates eorũ cõformes diuinæ volũtati. Et qñ ipsi peccauerunt, & deuiauerũt à diuina volũtate illicò ea ro eorũ insurrexit aduersus spũ, & sẽsualitas fuit rebellis, & cõtradixit rationi, & fuit corruptus, & peruersus totus ordo interior, & corrupta natura, & fauciata, & vulnerata in D suis potentijs, & peruersus appetitus sensitiuus, & auersus ab omni bono, & conuersus ad omne malũ. Et sicut ratio trahebat sensũalitatẽ ad se ante lapsum: ita post lapsum peruerso modo sensualitas vt plurimum attraxit ad se rationem. Et sic homo mansit subiectus sensualitati, & carni, & mundo, & diabolicæ suggestioni. Nam postquàm sensualitas fuit corrupta: faciliter trahitur à mundo, & diabolo. Et postquàm ratio perdidit imperiũ supra sensualitatẽ: faciliciter trahitur ab ea. Et sic trahit sua quenq; voluptas: puta ad superbiam, auariciam, luxuriam, & cætera flagitia, & vitia. Nec potest homo ex proprijs viribus ab his se retrahere, nec eis resistere postquã perdidit liberũ imperiũ: nisi iuuetur auxilio Dei, & gra p Iesum Xpm: quẽ Deus pater constituit mediatorẽ, & auxiliatorẽ, & iu E stificatorẽ omniũ hominũ. Qui erat vẽturus ad trahẽdũ oĩa ad seipsum per odorẽ vnguẽtorum suorũ euangelicorum. Et ideo dicit: trahe me post te &c. Sed ad maiorem euidẽtiam est notandum, secundũ Arist. 10. Metafysicæ, q̃ in vnoquoque genere est dare vnũ, quod est mensura, & mensura omnium illius generis. sicut est ignis in genere calidorũ, & album in genere colorum. Ita ergo pariter in genere malorum moralium datur diabolus tanquã metrũ, & causa persuasiua oĩum malorũ. Ita ergo ẽt pariter p oppositũ Deus pater cõstituit filiũ suũ Xpm Deũ, & hoiem vt esset metrũ, & mensura, & causa affectiua oĩum bonorũ gratię, & gloriæ, & oĩum meritorũ, & præmiorũ, & oĩm virtutũ, & actuum meritoriorũ. In quẽ Xpm oẽs homines habe
F rent inspicere tanquã in exẽplar, & speculũ omnium virtutum, & tãquã ducẽ, & directorem in via virtutum. Quem omnes iusti debebant sequi quocunq; iret. Et sic Xps inquã tũ metrũ, & mensura omnium bonorũ gratię, & glorię debebat dare oĩbus gratiam, & gloriam. psal 83. gratiam, & gloriam dabit dominus. Et inquantùm dux, debebat omnes ducere, & vocare. Sed inquantùm exemplar, omnes debebant ipsum sequi per imitationem in odorem vnguentorum suorum. i. sequendo eius sanctitatem, & doctrinam, & gratiam sacramentorum. & sic expectabatur Christus vt esset collator omnium bonorum, & dux, & tractor omnium fidelium, & norma, & regula omniam actuum humanorum: postquàm tota humana natura sue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rat corrupta in Adam: vt sic omnes homines antea sequebantur fœtorem corruptionis: quem serpens antiquus insufflauerat in Adam: ita postea Christus traheret omnes ad se vt sequerentur odorem suæ integritatis, & sanctitatis, & doctrinæ, & veritatis. Et ideo dicit sponsa: ò sponse veni, & osculare me osculo oris tui veniendo in carnem. Et quia vbera tua sūt meliora vino. & fragrātia optimis vnguentis sanctitatis, & quia nomē tuū est diffusum per mundum sicut oleum odoriferum, & quia nomen tuum est odoriferum sicut oleum aromaticum effusum, & iō adolescentulæ. i. plebs gentilium dilexerunt te recipiendo fidem: adorando tuam potentiam in miraculis, & tuam sapientiam in doctrina, & tuam sanctitatem in vita, & humilitate, & misericordia: Ideo trahe me post te, & omnes curremus in odorem vnguentorum tuorum. s. gratiæ sacramentorum, & fidei articulorum, & donorum spiritus sancti, & omniū aliarum virtutum, & bonorum. Item est adsertendum, q̄ sicut Adam rapiens cibum prohibitum ex arbore totum genus humanum traxit ad peccatum suum: ita pariter Christus ascendens in arborem crucis omnia traxit ad seipsum. Ioannis. 3. Ideo dicit sponsa: trahe me post te &c. Ad maiorem intelligentiam huius particulæ est notādum, quòd decem vnguenta aromatica, & odorifera effudit Christus in suo aduentu: quibus reparauit totum genus humanum, & sanauit omnes infirmitates nostras, & restaurauit totam ruinam, & defectus nostros. Ad quorum vnguentorum odorem currerunt, & currūt omnes fideles cuiuscunque sexus, & ætatis, & cō
C ditionis, & sequuntur agnum quocunque ierit. Vnde primò effudit vnguentum fidei: & ad cuius odorē currebant oēs fideles ve. test. & currunt oēs christiani. Secundū vnguentū fuit doctrinæ præceptorū, & cōsiliorū euangelicorū: ad cuius odorē currebāt oēs apostoli, & discipuli, & turbæ sequentes Christum, vt patet Matth. 13. & per totū discursum euangelicum. Tertiò effudit vnguentum sanctitatis, & omniū virtutū in exemplū omnium iustorū, ad cuius odorē currūt oēs animæ iustæ & desideratæ, & oēs status, & cōditiones hominū: puta pueri innupræq; puellæ iuuenes, & virgines, & senes, & cōtinētes, & viduæ imitātes eius sanctitatem. Quartò effudit vnguentū stupendorū miraculorū sanādo ægros, & dēmoniacos, & suscitādo mortuos, &c. Ad cuius odorē currebāt multitudo magna lāguen
D tium: quia virtus de illo exibat, & quia videbant signa, q̄ faciebat sup his q̄ infirmabantur Ioānis. 6. Quintò effudit vnguentū mortis, & passionis, & patientiæ in suis laboribus, & persecutionibus. Ad cuius odore currunt omnes pctōres, vt sanētur, & omnes miseri, vt cōsolentur in suis tribulationibus: vt patebit in sexto cantico. & currebant omnes martyres, & currunt omnes afflicti. Sextò effudit vnguentum septem sacramentorum in remedium omnium spūalium infirmitatū. Ad cuius odorem currunt omnes fideles cuiuscūq; sexus, & conditionis. Septimo effudit vnguentum septem donorum spūs sancti in die pentecostes super apostolos: vnde recepe
rūt omnia dona gratiarum, & genera linguarum, & intelligentiam sacræ scripturæ &c.
E Ad cuius odorem currunt omnes doctores, & vniuersaliter oēs christiani. Octauò effudit vnguentum virtutis nominis Iesu: quòd est nomen omnipotentiæ, & sapientiæ, & misericordiæ, & salutis, per quod apostoli dæmones effugabant, & mira signa faciebāt, & tādem omnia idola deleuerunt, & totum orbem fidei, et iugo Christi subiecerunt. Ad cuius odorem currimus omnes indifferenter. Nonò continuè Christus effudit vnguentū bonarum internarum inspirationum, & gratiæ actualis ad auxiliandum, et roborandū liberum arbitrium, et ad monēdā voluntatem ad bene agendū, et malū vitandū, et adimplēda diuina præcepta. Ad cuius odorē currit tota humana natura in Adā vitiata, et infirma
F ta vt in fine patebit. Decimò effudit Christus vnguentū glorificationis, et vltimæ perfectionis per suā resurrectionem gloriosam: quam iā cōcauit quibusdā sanctis, qui cum eo resurrexerūt ad gloriā, et cōcauit virgini matri suę, et cōcabit omnibus iustis in fine mundi: per quod vnguentum sanabimur ab omnibus defectibus, et infirmitatibus, corporalibus, et beatificabimur in corpore, et anima, et recipiemus vltimā perfectionem. Ex quibus omnib. patet, q̄ Xp̄s est mentrum, et mēsura, et principiū, et fons oīum gratiarū, et bonorū, et perfectionū. Hoc ergo prēuidēs in spū sponsa ve. test. quia prēuidebat qualiter Xp̄s erat effusurus supradicta decem vnguenta in reparationē totius humanę naturę ipsę: ideo cupiēs trahi, et currere post ista vnguenta, dicit. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorū. Ité est

aduertendum,

A aduertendum, q̄ sicut Deus existens in arca lignea testamenti veteris trahebat totum illum populum per desertum, & totus ille populus sequebatur aream in odorem tymiamatis, & aliorum vnguentorum: ita pariter Christus figuratus per illā aream. Deus existens in carne, & in area humanitatis, trahebat populos in odorem suæ prędicationis, & sanctitatis, & miraculorum. Hoc ergo prævidens illa sponsa in spiritu dicit. Trahe me ò Christe post te: sicut illa area trahebat illū populum. Et curremus in odorem vnguentorum tuorum: sicut populus Israel currebat post illam aream, & tabernaculum odoriferum. Deinde etiam cum subdit tertiò. Introduxit me rex in cellaria sua &c. petit sponsa introduci in talamum secretorum sponsi sui
B Christi, vt ibi doceat eā profunda, & secreta mysteria quæ latēt sub talamo, & velo sacræ scripturæ: quia Christum spōsam in talamū, & cellaria sua introducere: nil aliud est, nisi fidelibus suis sacræ scripturæ secreta reuelare. Et sic est dicēdum, q̄ Christus introduxit apostolos, & doctores. s. Augustinum, & Hieronymum, & Ambrosiū in cellaria, & apotecas aromatum, & sacræ scripturæ, reuelando eis altissima mysteria. Litera autē hebraica habet. Introducat me rex in domos secretas suas. Et litera est magis clara: quia ista petitio est optatiua, sed frequenter translatio. 70. ponit præteritum pro futuro, & pro optatiuo propter certitudinem prophetię: vt
C sæpius dictum est in psalmis. Dicit ergo sponsa. Vtinam sponsus meus introducat me in cellaria sua. i. ad cellas, & cameras secretas sacræ scripturæ, & ad talamum suum, vbi ipse Claret, & ad cellaria aromatum, vbi reponuntur, & latent secreta mysteria noui testamenti velata in vet. test. sub vmbra cęrimoniarū. Quia veritas euangelica latebat sub vmbra, & talamo, & velo, & cortina illarum cęrimoniarum: quam veritatem sponsa desiderabat scire in aduentu sponsi: in quarum intelligentia, & gustu expectabat, & petebat sponsa lætari cum sponso: iō subditur. Exultabimus, & lætabimur in te. q. d. ò sponse Christe si tu introduxeris me in cellaria tua reuelando mihi diuina mysteria, & exhibendo mihi lac euangelicum, & vnguenta sacramentorū, tūc omnes fideles memores vberum tuorū exultabimus corpore, & lætabimur mente, & tota anima in te, sugendo lac sapientiæ & gratiæ vberum tuorum, quod quidem lac delide
D rarunt fugere oēs patriarchæ, & prophetę. Et ideo recti, & iusti, & oēs fideles diligunt te super omne vinum materiale propter tale lac euangelicæ doctrinæ, & gratiæ sacramētorū cui lacti nullus sapor corporalis est comparandus. Et nota, q̄ ly Super vinum, potest et ordinari cum ly Memores vberum tuorum: vt sit sensus. s. nos memores vberum tuorum exultabimus, & lętabimur in te, super omne vinum corporale, & ideo recti, & veraces gustantes lac vberum tuorum diligunt te. Sed miseri, & cęci iudæi, & obstinati in sua malitia: quia nolunt gustare lac vberum tuorū: sed currunt post bona temporalia: ideo non diligunt te manentes in vmbra legis: non desiderantes intrare in cellaria tua, & comedentes vinaceum, & amurcā, & paleas: à quibus Christus expressit vinum, & oleum, & granū
E euangelicum, & reposuit in cellario, & horreo suo: vt frequenter in expositione psalmorum dictum est. In hæc ergo cellaria vini, & olei euāgelicæ, & in apotecas aromatum, & in horreum frumenti euangelici separati a paleis legis petit introduci ista sponsa, vt ibi fruatur, & lætetur cū sponso. Ex omnibus ergo supradictis patet, q̄ hucusq; tota petit spōsa. Primò osculari per incarnationem, & familiarem doctrinā, & conuersationem, & redemptionem, & glorificationem. Secundò petit trahi per prædicationem sponsi, & aromata euāgelica: Tertiò petit introduci in secretū talamum, & cellaria sponsi, vt cū eo fruatur bonis spiritualibus, vt patet. Et notanter petit introduci in cellaria sponsi, & non solū vnum cellarium: eò q̄ Christus spōsus ecclesiæ habet duo cellaria, s. vnum bonorum gra
F tiæ in hoc sæculo: in quo reponuntur bona gratiæ sacramentorū, & secreta sacræ scripturę. Et habet alterum cellarium, s. gloriæ: in quo reponuntur omnia bona gloriæ, & fruitionis, & æternæ beatitudinis. Et ideo sponsa petit introduci in hæc duo cellaria succesliuè, dicens. Introducat me rex in cellaria sua. Item etiam dicit sponsa. vtinam introducat me sponsus meus Christus in talamum suum & cellaria sua, vt ibi reuelet, & doceat me mysteria sacræ scripturæ, sicut Deus quondā introduxit Moysen in tabernaculum fœderis, & ibi loquebatur ipsi familiariter: tanquam amicus ad amicum &c. Ex supradictis patet qualiter sponsa sub quadam metaphora quinque nominibus appellat Xp̄m sponsum suū. Nā primò vocat ipsum osculū Dei propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mysteriū incarnationis.s.vnionis humanitatis ad verbum.Secundò vocat ipsum vbera Dei,inquantū ex eo totus mundus debebat sugere copiam sapientiæ,& lactis euangelici. Tertiò vocat ipsum nomen Dei: nā sicut nomen vocale vel scriptū notificat cōceptū interiorē, & notificat proprietates vniuscuiusque rei,ita Christus verbū incarnatū notificauit mūdo omnipotentiā,& sapientiā,& iustitiā,& misericordiā Dei patris: prout fuit declaratū psal.8. Itē quartò vocat ipsum oleū effusum odoriferū ratione sanctitatis vitæ, & doctrinæ, quæ per prædicationē apostolorū per totū orbē fuit diffusa. Quinto vocat ipsum vnguentū aromaticū odoriferū ratione passionis, & misericordiæ: inquantum per vnguentū suæ passionis irā patris erga nos placuit, & mollificauit, & vulnera nostra sanauit,& in ecclesiastica sacramēta odorē,& virtutē vnguenti passionis inspirauit, quæ quidem ecclesiastica sacramenta sunt vnguenta passionis Christi: per quæ vnguenta Christus nos trahit ad se: ad quorum odorē omnes fideles ipsum sequuntur,& in cellaria eius introducunt.Ex quib.omb.sequit. q̄ Christus est principium,& metrum, & mensura omnium bonorum humanæ naturæ.

Nigra sum sed formosa,&c.

Hæc est quarta pars principalis huius primi cātici: in qua Salomon introducit plebē gētilē peritē sociari cū plebe Israelitica, & fideli, & simul cū ea recipere Xp̄m sponsum suū,vt ex vtroq; populo fiat vna ecclesia, & spōsa Christi. Ad cuius intellectū est notandū,q̄ licēt multi de populo gētili fuerint sociati populo Dei in veteri testamēto: tñ inter cæteros tres mulieres spōtē fuerunt sociatæ populo Dei: in quib. præcipuè fuit figurata spontanea conuersio populi gentilis ad fidem Christi, & fuerunt figura q̄ō ex conuersis de populo iudaico,& gētili debebat fieri vna ecclesia sub vno rege, & capite Christo.Quarū prima fuit Tamar. vnde legitur. Gene.38.q̄ post venditionem Ioseph. Iudas descendens à fratrib.suis venit Cānas, & ibi diuertit ad Odolamiten, & vidit ibi filiam hois Cananei noīe Sue, & accepit eā in vxorē.ex qua genuit tres filios: quorū primo nomine Her tradidit Tamar in vxorē. Ex quo patet,q̄ Tamar erat de filiab.Canaam,& de populo gentili.Sed mortuo primo filio iunxit eādē Tamar filio sēcō nomine Onam in D vxorē.quo mortuo absq; liberis restituit eā Iudas in domum patris sui: vt ibi viueret in viduitate expectando Selam tertiū filiū in virum.Tunc ipsa Tamar videns, quòd Sela non libenter volebat,imo fugiebat accipere eam in vxorem, & prævidens Tamar in spiritu qualiter Christus in lege promissus non poterat descendere nisi de tribu Iuda, tunc simulato habitu meretricali posuit se in biuio dum iret Iudas socer suus ad tondendas oues.Quam videns Iudas putās esse meretricem concubuit,cū ea ex qua genuit Fares, & Zaram: ex quo Fares descendit Xp̄us secundum carnem. Et sic Fares fuit mixtus ex duob. populis,s.Israelitico,& gentili. Per qd mysteriū fuit figurata ecclesia Xp̄i congreganda ex illis duob. populis. Tamar ergo figurauit populum gentilem sponte ad fidem E Christi venturum. & Fares figurauit ecclesiam ex vtroq; populo congregandam. Et figurauit etiā Fares qualiter Christus ab eo descendens sēcm carnem debebat vtrūq; populum redimere,& saluare. Sēda vero mulier ex populo gentili,quæ fuit spontè iūcta populo Israelitico,fuit Raab.quæ recepit, & saluauit exploratores,quæ sola cū domo suo fuit liberata,& reseruata in vastatione Hierico:vt patet Iosue 6. Quæ quidem Raab postea fuit iuncta in vxorem ipsi Salmon principi tribus Iudæ:ex qua genuit Booz. Et sic patet qualiter etiam ipsa Raab fuit figura populi gentilis ad fidem venturi.Sed multò clarius fuit figura huiusmodi ipsa Rut Moabita. vnde legitur Rut primo capitulo,q̄ orta fame in terra Iuda, quidā vir appellatus Helimelech compulsus inedia profectus est i terra Moab cum Noemi vxore sua, & duobus filiis.s.Maalon,& Chelion. Et factum est cū moreretur Helimelech in terra Moab: manssit Noemi orbata viro vidua cum duobus filijs: qui acceperunt singulas vxores de populo Moabitarum, qui post decennium ambo mortui sunt.Tunc autem Noemi videns se orbatam viro, & ambobus filijs decreuit redire in Betleem patriam suam.Rut āt vna ex nuribus suis vehemēti affectu statuit non dimittere socrum suam:imo venit cū ea in Betleem Iudæ. vnde cū Noemi diceret ipsi vt reuerteretur ad populū suū, & ad Deos suos:ipsa respōdit dicens. Populus tuus populus meus,& Deus tuus Deus meus.Et quocūque perrexeris: ibo.Et vbi morata fueris ego

A pariter morabor. Et sic tandē Rut Moabita venit cū Noemi in Betleē,viuēs cum ea secūdùm legem Moysi in magna humilitate, & paupertate.Tunc autem accidit, q̄ tempore messis Rut abijt ad agrum ipsius Booz viri Effratei,& sequebatur messores colligendo spicas cadentes de manibus messorū pro vita sustentanda. Videns autem Booz honestatem,& humilitatem mulieris,præcepit ipsi ne abiret ad aliū agrum,sed colligeret spicas in agro suo,& voluit vt comederet, & biberet simul cum messoribus, & ancillis suis. Quę cum fuit satiata, reuersa est ad Noemi socrum suam, & narrauit ipsi omnia beneficia,quę Booz fecerat erga eam. Tunc vero Noemi narrauit sibi qualiter iste Booz erat cōsanguineus viri sui Helimelech. Et sic præ

B cepit ipsi vt rediret iterum ad agrum eius ad colligendas spicas,& cum Booz dormiret de nocte in area,accederet ad pedes eius,& cooperiret se pallio eius,& faceret omnia quę sibi Booz diceret. Cum autem Rut fecisset omnia iuxta consilium Noemi,surgens Booz à somno,& reperiens Rut ad pedes suos quę fuit quęnam esset, illa autem respondit dicens.Ego sum Rut ancilla tua.Expande pallium tuum super ancillā tuam: quia propinquus es.Tūc inquit ille,benedicta es tu à domino filia,quia priorem misericordiam posteriore superasti, & non es secuta iuuenes pauperes siue diuites,& tunc Booz facto diligenti consilio propinquitatis ipsius Helimelech soceri ipsius Rut,accepit eam in vxorem. Ex qua genuit Oberh,qui genuit Iesse, qui genuit Dauid patrem Salomonis. Et sic patet qualiter ista Rut Moabita de populo gentiC li cū magno affectu iuncta fuit populo Dei. Et quę cupiebat esse ancilla,facta est vxor, & domina i domo ipsius Booz,ex qua Christus descendit secundùm carnem. Per quod mysterium prævidit Salomon in spititu totū mysterium conuersionis totius populi gentilis ad fidem Christi, eò quòd Salomō erat pronepos huius Rut,& ideo frequenter contemplabatur huiusmodi mysterium. Vnde per hoc,quòd Rut cum tanta humilitate,& instantia adhesit ipsi Noemi, & secuta est eam,dicens.Quocūque perrexeris ibo,& vbicūque morata fueris morabor populus tuus Populus meus,& Deus tuus Deus meus,&c. Per hoc prævidit Salomon in spiritu qualiter populus gentilis dimissa idololatria, & omni ritu superstitioso cum magna humilitate, debebat venire ad fidem Christi, & recipere eius legem euangelicam. Et debebat adhærere cum conuersis de plebe Israelitica, & cum eis simul fieri vnus populus christianus, & vna ecclesia sub vno vero Deo, & vno capite Christi. Et per hoc, q̄ ista Rut cum sua humilitate, & magna perseuerantia, ea quæ collebat spicas post messores, & desiderabat esse ancilla,facta est domina domus, et copulata in vxorem ipsi Booz, per hoc prævidit Salomon, in spiritu qualiter plebs gentilis quę nunquam habuerat legem nec prophetas, sed desiderabat colligere spicas post apostolos: postea per suam humilitatem, & fidem iuncta fuit in sponsam Christo sponso suo, & fuit domina principalis in ecclesia, synagoga reprobata,& ipsa quę cupiebat colligere spicas sacrę scripturę post apostolos, facta est po- E stea domina totius messis scripturę sacrę. Quia pro maiori parte omnes doctores qui exposuerunt sacram scripturam vtriusq; testamenti, fuerunt conuersi de populo gentili, vt patet de Eusebio, & Ambr. & Augu. & Hieron. &c. Item per hoc, q̄ Rut sole denigrata latuit faciem suam, & expoliauit se vilibus vestimentis,& induit se nouis vestimentis, quando venit de nocte ad lectum ipsius Booz: per hoc prævidit Salomon in spiritu qualiter plebs gentilis sorde, & æstu idololatriæ denigrata, lota, & dealbata à nigredine idolatriæ, & expoliata ab omni falsa superstitione per fidem debebat indui nouis testamentis fidei, & iungi sponso suo Christo, & debebat renouari vestibus nuptialibus in domo Christi, sponsi sui, & debebat vngi eabrismo, & chrismate sa- F lutis, & lauari, & dealbari à nigredine peccatorum,& sorde idololatriæ, & sic tota ecclesia ex istis duobus populis per fidem congregata debebat viuere sub vno sponso, & pastore Christo. Item per hoc idem prævidit Christum ex vtroque populo nasciturum. Et per hoc,q̄ Christus ex vtroque populo erat sm carnem nasciturus,prævidit in spiritu qualiter vtrumq; populum Christus erat saluaturus. Prævidens ergo Salomon in spiritus spontaneā conuersionem populi gentilis, & unionem eius cum conuersis de populo Israelitico sub vno sponso & pastore Christo, i vna ecclesia,per omnia mysteria supradicta,& maximè per mysteriū ipsius Rut Moabitæ:in qua maximè, et cla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rius fuit figurata conuersio gentium: Ideo in hac quarta parte huius primi cantici introducit plebem gentilem sorde idololatriæ denigratam. Venientem tanquàm quem perditam, & peregrinam: cupientem, & petentem cum plebe Israelitica & fideli sociari ad recipiendum sponsum suum, & pastorem Christum. Vbi duo facit. nam primò facit quod dictum est. Secundò conuersa ad Christum petit ab eo tanquàm à vero pastore pasci, & sub eius vmbra quiescere & protegi. ibi. Indica mihi quem diligit anima mea. Quantùm ergo ad primum, videns ista plebs gētilis, quod plebs fidelis, & Israelitica fuerat iā diu ab Adam vsque ad Salomonem per verba de futuro Christo desponsata, & videns, q ipsa quōdam deuiauerat à fide vnius Dei ad idola per Cam, & Nemrot, & Zoroastrē,
B & Ninum, & alios, qui inceperunt idola colere, & videns se tali sorde, & æstu denigratam, & videns, & plebs fidelis petebat à Xpo sponso personaliter osculari, & trahi, & ad talamum eius introduci: Ideo rogat filias Hierusalem: s. plebem fidelem, ne despiciat eam in tali expeditione, sed recipiat eam in sua societate ad recipiendum Christū, quia licèt ipsa plebs gentilis esset denigrata foris per idololatriam, tamen ipsa ita erat pulcra quò ad naturam sicut plebs fidelis, quia ita erat ad imaginem Dei creata, & per consequens ita erat capax fidei, et beatitudinis sicut ipsa. Item quia Christus ita erat ex ipsa plebe gentili nasciturus sicut de Israelitica, & per consequens ita erat ipsam redēpturus ideo dicit ista plebs gentilis. O filiæ Hierusalē i. plebs Israelitica, & fidelis, quę videtis
C dominum per fidem, recipite me in vestra societate, vt Christus sponsus osculetur me simul vobiscum osculo oris sui per incarnationem, & trahat me per legis euangelicæ prædicationem, & introducat me in cellaria sua per redemptionem, & secretorum reuelationem, quia ita est nasciturus ex me secundum carnem, sicut ex vobis, nolite me considerare, q fusca sim. nam licèt sim nigra per peccatum, tamen sum formosa per naturam: quia ad imaginem, & similitudinem Dei sum creata: quia cuncta, quæ fecit Deus erant ualde bona, sed postea offuscauit, & decoloratuit me sol. s. æstus peccati, & idololatriæ, eò q nō vixi sub vmbra, & fide vnius Dei. Et ponitur hic sol effectiuè pro æstu comburente, &
denigrante, & sic ponitur, causa pro effectu D
& ideo fui denigrata perdendo albedinem fidei quam habuit Adam, & Set, & Enos, & Noe, & cæteris patres mei. Vnde ista nigredo accidit mihi ex infidelitate, quia filij Euæ matris meæ pugnauerunt contra me isto modo, nam ipse Cam, & Nēbrot, & Ninus, & cæteri idololatræ, qui fuerunt Euæ matris meæ, quia omnes descendimus ab vna matre Eua, & ab vna generatione, ipsius Noe, & etiam omnes Moabitę filiæ Lot, & omnes Ismaelitæ, & Idumæi descenderunt à Tare, & vxore eius matre Abraę, & Aram. Et sic omnes isti filij matris meæ pugnauerunt contra me decipiendo animā meam, & denigrando eam per idololatriā. Isti. n. filij matris meæ Euæ. vel Melcæ posuerunt me custodem. i. cultorem in vineis idolatriæ. i. commouerunt me, & docuerūt E
me falsos ritus idolorum, & coegerunt me custodire, & obseruare detestabiles ritus, & superstitiones idolorum. Et sic vineam meā non custodiui. i. non colui. i. legem naturæ quam Deus tradidit ipsi Adam, & Noe, & Melchisedech, & Abraæ, & ipsi Iob, & cæteris fidelibus, non custodiui, nec seruaui. Quia illa erat vinea mea propria, quam Deus tradiderat patribus meis supradictis colendam, in cuius cultura sub fide Christi venturi fuerūt saluati. Sed venerūt supra dicti filij matris meæ, et relicta uera Vinea dei declinarunt ad falsam uineam idololatriæ et illam docuerunt me seruare. Et sic in tali sorde, et æstu peccatorum posita extra umbrā fidei vnius Dei fuit denigrata, & abominabilis facta quantū ad extra, sed non restat
F quin manet imago Dei in anima secundū quam sum capax fidei & gratiæ redēptionis. Et ō licèt sim. nigra ad extra, sicut taberna cula Cæ dar, quæ sunt nigra & squalida propter ardorē solis, tamē ego sum formosa naturaliter adintra, inquantum sū ad imaginē Dei facta. Et sic sū formosa adintra sicut pelles. i. cortinæ templi Salomonis, nā sicut templum Salomonis ad intra est totum ornatū & pulcrum cortinis sericis, & aureis, & diuersorum colorum, ita Deus ornauit animam meam donis naturę. s. quinque sensibus corporalibus, & tribus spiritualibus potentijs, & incorruptibilibus. s. intellectu, & memoria & voluntate, quibus. sum capax ad gratiam, & redemptionem, & gloriam procul pulsa nigredine idololatriæ & peccati. Ergo filiæ Hieru-

A Hierusalem ne me dispiciatis nec recusetis me in vestra societate recipere ad osculandū sponsum in suo aduentu: vt simul viuamus sub vno sponso & pastore Christo, & sub vna lege & fide, & baptismo. Ex supradictis patet, q Rub Moabita cum Tamar, & Raab tanquam procuratrix totius plebis, & populi gentilis venit in figura ad plebem Israelinicam petens simul cum ea sociari sub eodem diuino cultu, & fide Christi futuri: vt simul populus gentilis saluaretur in Christo cū plebe Israelitica, & fieret vnus populus cum ea. Et sic Rut in persona totius populi gentilis dicebat. Nigra sum, sed formosa. Notandū est etiam, quòd non solùm supradictæ tres mulieres erant de populo gentili: sed etiam omnes 12. patriarchæ fuerunt filij mulierum
B de populo gentili. Vnde Iacob, qui & Israel, primo genuit sex patriarcas ex Lia filia Laban hominis gentilis. Secundò genuit duos. s. Ioseph, & Beniamin ex Rachel filia eiusdem Laban. Tertiò genuit duos ex Zelfa. & duos ex Bala: quæ ambæ erant ancillæ de populo gentili. Et sic patet qualiter omnes 12. patriarchæ erant filij mulerum de populo gentili, quæ libenter adhæserunt ipsi Israeli. Et etiam patet qualiter Israel ex mulieribus alienigenis de populo gentili genuit omnes 12. patriarcas: ex quibus fuit multiplicatus totus populus Israel. Ex supradictis ergo sequitur quod plebs Iudaica moderna falsò & stultè & inaniter gloriatur de natura sua. Nā si vult incipere naturā suā ab Abrā, ipse erat ex pa
rentib. dijs alienis & idolis seruientibus. vt patet Iosue vltimo. Si autè vult incipere naturam suam à Iacob & duodecim patriarchis:
C ipsi erant omnes filij seruitutis, & mulierum de populo gentili. Vnde Iacob pretio seruitutis emit duas vxores. s. Liam & Rachel. Vnde ipsæ dixerunt. Pater noster vendidit nos, & comedit pretium nostrum. vt patet Genes. 32. Et sic patet qualiter omnes sunt filij serui tutis. Item seruitus istorum magis patuit in captiuitate ægyptiaca: vbi fuit sub oneribus dorsum eius: & manus eius in confino seruierunt. Item magis patuit in terra promissionis tempore iudicum: vbi decies fuerunt traditi seruiti finitimorum. Item legitur secundo Paralypomenon secundo, quòd Salomon quæsuit & numerauit omnes proselitos in terra Israel numero 153. M. & 600. de numero quorum destinauit 70. M. qui humeris onera portarent; & 80. M. qui la
pides de montibus cæderent. Ex quo sequi- D
tur, quòd omnes illi erant aduentitij de gentilitate ad Iudaismū: ex quibus maxima pars Iudæorū descendit. Ex quo sequitur, q totus populus Iudæorū est filius seruitutis sm carnem. & de populo gentili. E sic non habet vn de glorietur de natura sua. sed magis vnde vilipendatur. Deinde cum dicit. Indica mihi quem diligit anima mea &c. petit ista peregrina. s. plebs gentilis simul pasci cum sponsa. & protegi sub vmbra sponsi. Ad cuius intellectum est primò notandum, quòd Salomon sumit parabolam ex mysterio nubis obumbrantis tabernaculum. vnde legitur Exodo vltimo, quòd postquàm tabernaculū domini fuit fabricatum & erectum: & arca testamenti reposita intra tabernaculum: il
lico quædam nubes obumbrauit, & incubauit supra tabernaculum. Quæ quidem nu- E
bes quatuor faciebat. Nam primò per totam noctem illuminabat totum tabernaculum circunquaque: in die autem obumbrabat ipsum protegendū ab ardore solis, & caumatibus. Secundò dirigebat totum exercitum præbendo ipsi ducatum per totum desertum: quia ad motum illius nubis mouebatur & dirigebatur totus exercitus. Tertiò illa nubes pluebat manna ad refectionem, & nutritionem totius exercitus: quo cibo totus exercitus pascebatur. Illa ergo nubes illuminabat, & protegebat & dirigebat, & pascebat illum. Per quod mysterium præuidit Salomon qualiter Christus filius Dei debebat cubare in tabernaculo, ecclesiæ tanquàm caput, & sedere in talamo eius tanquàm sponsus. Et qualiter spiritus sanctus debebat incubare supra totam ecclesiam, & obumbrare eam, & illuminare, & F
protegere, & regere, & pascere eam pabulo ecclesiasticorum sacramentorum: quia spiritus sanctus iugiter pluit super ecclesiam manna sacramentorum, & gratiarum. & donorum. Ex supradicto ergo mysterio accepit Salomon parabolam ad petendum pasci, & quiescere & protegi & dirigi in ecclesiam Christi sub vmbra spiritus sancti. Secundò est notandum, q sicut superius Salomon introduxit plebem Israeliticam, & fidelem ad loquendum sub metaphora sponsæ. Ita hic introducit plebem gentilem sub metaphora peregrinæ. & gregis errantis. Et causa huius diuersitatis est. nam plebs fidelis semper mansit colona, & ciuis in ciuitate Dei intra mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ros fidei Christi futuri ab Adam vsq; ad aduentum Christi, & sic semper fuit sponsa Christi per fidem. Sed plebs gentilis postquam deuiauerat à fide vnius Dei post Noe & declinauerat ad idola, semper errauerat extra cuitatem Dei tanquàm pagana,& peregrina, & tanquàm ouis,quæ perierat sine pastore vero & proprio,ducta per diabolum & denigrata sorde idololatriæ, & omnium vitiorum. Et ideo Salomon in hoc primo cãtico introducit plebem Israeliticam, & fidelem tanq; sponsam ad loquendum cum sponso suo Christo, cui ab initio fuit desponsata per verba de futuro, vt dictum est. Sed plebẽ gentilem introducit ad loquendum tanq; peregrinam,& ouem perditam,quærentẽ pastorem,qui pascat eã, & protegat sub vmbra sua,& dirigat,& illuminet eam. Vnde sicut

B illa petit personaliter osculari,& trahi,& introduci in talamum tanquàm sponsa à sponso: Ita ista ouis perdita,& peregrina, & erratica petit pasci,& protegi,& dirigi à Christo vero pastore. Et ideo iste libellus partim dicitur epitalamium,i. canticum sponsale siue nupniale inquantùm ecclesia introducitur ad loquendum tanquàm sponsa,& Christus tãquam sponsus. Et partim dicitur bucolica, quædam,inquãtùm ecclesia introducitur tanquàm ouis,siue tanquàm grex ouium,& tanquàm peregrina ad loquendum pastori suo Christo. Et etiam dicitur quædam Georgica inquantùm ecclesia introducitur sub metaphora vineę, aut agri aut horti. Sed oĩa ista possunt comprehendi sub metaphora bucolica, & cantico bucolico. Vnde canticum

C bucolicum dicitur canticum pastorale: in quo introducuntur pastores ad loquendum de ouibus,& armentis,& de pascuis,& fructibus,& floribus,& arboribus,vt patet in bucolicis Teocriti,& Virgilij. Ita ergo pariter facit Salomon in isto libro. nam sicut Virgilius introducit in bucolicis poetas tanquã pastores loquentes de regibus sub metaphora altissimarum arborum,& magnorum leonum, & loquentes de populis sub metaphora arbustorum & mericarũ,cũ dicit in quarta ægloga. Si ęlides musę paulo maiora canamus. Si canimus syluas syluæ sint consule dignæ,&c. Ita pariter Salomon in hoc lib. introducit Christum non solùm tãquàm sponsum, sed tanquàm pastorem, & arborem altissimam præbentem vmbram & refrigerĩ toti ecclesiæ. Et per capreã, & ceruos capro

D num intelligit patriarcas,& prophetas,& per pastores quandoque intelligit apostolos,& per mala granata intelligit martyres: & per poma & cæteros fructus intelligit doctores, & confessores. Et per lilia intelligit virgines: & per vineam,& hortum,& agrum intelligit totam ecclesiam fidelium. Et per custodes vineæ intelligit reges, & prælatos, vt larius patebit per totum istum librum; in quo ad magnàm partem proceditur modo bucolico, & georgico. Vnde quia Salomon loquitur de ecclesia congregata ex duobus populis,scilicet Israelitico, & gentili: ideo loquitur in hoc libro sub duplici stylo, nam quia plebs Israelitica venit ad Christum tanquàm sponsa, quæ diù ante fuerat ipsi per fidem per verba de futuro desponsata: ideo introducit ipsam tanquam sponsam. Sed

E quia plebs gentilis venit ad Christum tanquam ouis perdita,& peregrina, & extranea ideo in eius petitione procedit modo bucolico,mutando stylum, vt satisfaciat vtrique populo. Vnde sicut Virgilius in prima ægloga introducit ad loquendum Tityrum & Melibœum. Melibœus etenim reputabat Tityrum felicem:eò q; quiescebat sub vmbra,& fauore Octauiani Augusti. Ideo cupiens cũ eo quiescere dicit. Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi Syluestrem tenui musam meditaris auena. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra. Formosam resonare doces Amaryllida syluas &c. Ita ergo pariter ista plebs gentilis, quæ tanquàm o-

F uis perdita errauerat, veniens æstu idolatriæ sordida,& denigrata,videns plebẽ Israeliticam venientem ad pascendum & quiescendum cum sponso: petit ipsi sociari, vt dictũ est. Sed conuersa ad Christum petit pasci, & protegi sub vmbra eius simul cum plebe Israelitica,dicens ad Christum verum pastorem. O Christe quem diligit anima mea, indica mihi vbi & in quo agro,& in quibus pascuis pascas oues tuas fideles. Et indica mihi quibus pascuis, & quo pabulo sacramentorum,& gratiarum,& donorum pascas eas: vt simul pascas me cum eis. Item indica mihi ecclesiam nube spiritus sancti obumbratam,& protectam,& directam, vbi cubes in meridie,i. in ardore solis,& in æstu huius mũdi, quam ecclesiam tu protegis sub tua vmbra ab imbribus, & caumatibus persecutionum huius mundi. Et etiã indica mihi illam

cœlestem

A cœlestem mansionem vbi tu cubas per gloriam in meridie æternitatis sine nocte, vbi pascis beatos illa cœlesti fruitione sine aliquo defectu cũ oĩ securitate. Vnde ò Christe vere pastor Deus ego peto,vt pascas me in tua ecclesia,& protegas,& regas me sub tua vmbra: ne vagari incipiã post greges,i. post populos sodaliũ tuorum,i. regum, & principũ de populo gẽtili. Vnde oẽs reges,& principes dicuntur sodales, & socij Dei,inquantũ cõmisit eis vices suas in mundo,vt regant populos,& regna. Quia oĩs potestas à domino Deo est. Et sic reges tanquàm vicarij,& sodales Dei regunt mundum. Et sic reges, & principes, & iudices dicuntur dij terræ, vt patet Exo. 22. & psa. 46. & 80. Et etiã dij gentium,i. idola dicebantur sodales Dei quantũ

B ad existimationem, & opinionem populi gẽtilis,qui idola Deos putabat,& socios magni Dei totius naturæ. Dicit ergo ista plebs gentilis. O Christe quem diligit anima mea: indica mihi vbi pascas & vbi cubes in meridie & recipe me simul cum plebe Israelitica: ne tanquàm ouis perdita vagari & errare incipiam post greges principum sodalium tuorum,& post greges idolorum,& post Deos gentium,qui reputantur dij apud vulgus,nã sicut tu dicebris Deus Israel, ita ipsi dicuntur dij gentium,& sic dicuntur dij solo nomine: sed non re uera. Et ideo deceperunt me & denigrauerunt me multiplici sorde peccati cũ sua detestabili superstitione.

Si ignoras te o pulcra &c.

Hæc est secũda pars principalis huius primi cantici in qua Xps sponsus,& pastor præbet gratiosum responsum præfatæ peregrinę an

C nuendo petitionibus eius: procedendo mõ bucolico. Ad cuius intellectũ est notandum, q; sicut in prima ægloga Virgilij Tityrus annuit precibus, & petitionibus Melibœi petẽtis quiescere, & pasci sub tegmine fagi cum eo: dicens in fine ægloge. Hic tamẽ hac mecum poteris requiescere nocte:

Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma:
Castaneæ molles & pressi copia lactis.
Et iã summa procul villarũ culmina fumãt:
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

Ita ergo pariter Xps pastor annuit petitionib. huius peregrinæ, & sponsæ petẽtis pasci, & quiescere sub umbra eius, quia recipit eam, vt pascat in ecclesia sua: & quiescat sub sua umbra: vt patebit in tertio cantico: vbidicit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ &c. Annuẽs ergo Xps sponsus & pastor petitioni huius peregrinæ dicit. O plebs gẽtilis tu dicis,q; denigrata es æstu idolatriæ: & q; filij mĩstę tuę posuerũt te custodẽ in vineis idololatriæ. Et iõ petis dealbari & sociari cũ plebe Israelitica sponsa mea. Et peris pasci,& protegi,& dirigi sub vmbra ecclesiæ meę: ne incipias,imo ne procedas vagari,& errare vltra post vestigia regũ & principũ mundi,& falsorũ deorũ. Ideo dico tibi, q; si ignoras te (& ponitur si pro quia). i. quia hucusq; ignorasti te nõ cognoscedo creatorem tuum & verum Deum,ambulando post falsos Deos,& quia ignorasti legem & prophetas: ideo egredere ab idololatria, & falsa superstitione idolorũ: & abi post vestigia gregum meorum fidelium sequendo legem euã

D gelicam: & pasce hœdos,& filios tuos in ecclesia mea iuxta tabernacula pastorum. i. patriarcarum,& prophetarũ, & apostolorum: quos posui pastores in ecclesia mea. Vndepatriarchæ docebunt te aduentum meum per figuras,& promissiones: & prophetæ p vaticina, & apostoli annunciabunt tibi aduentum meum & mysterium incarnationis, & redemptionis per prædicationem euangelicam. Ergo abi post vestigia. i. post predicationem eorum,& imitando vitam eorum egredere à cultu,& ritu falsorum deorũ. Quia iã assimilaui te ò amica mea, equitaui meo in curribus Faraonis,nam sicut liberaui exercitum meum,& plebem Israeliticam sponsam meam à curribus,& exercitu Faraonis in mari rubro: quia populus meus transiuit illæsus,& Farao fuit submersus, & petijt cum curribus,& exercitu suo: ita ego pariter libe-

F rabo te de potestate diaboli, & de seruitute peccati, in qua fuisti,& eijciam diabolum foras,& comminuam omnia idola eius,& submergam diabolum,& peccatum in mari rubro sanguinis Christi,& in aquis baptismalibus. Per quas aquas baptismi ego te dealbabo,& lauabo à nigredine idololatriæ, & peccati. Et sic tu quæ eras nigra & sordida eris pulcra inter mulieres de plebe Israelitica. Et tũc cũ fueris tali aqua baptismali ablu ta,genę conscientiæ,& facies aĩę tuę erũt pulcræ pulcritudine innocẽtiæ. i. erunt honestę, & pulcræ sicut genę turturis, & collum tuũ erit sicut monilia. i. ornatum monilibus spiritualibus,quia baptismus abluit, & dealbat animam: lauando eam à culpa, & restituendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A do eam in stæsū innocentiæ ad modū turtu-
ris, & ornare eam virtutibus teologalibus, &
donis gratiarū spiritussancti. Sed quia maxi-
me diuina spiritussancti conferuntur in con-
firmatione ad intelligendas, & prædicandas
scripturas.iō sub dit. Murenulas aureas facie-
mus tibi vermiculatas argento. i. faciemus
tibi auricularia aurea ex auribus pendentia
argento punctuara.& depicta.& celata. Lite-
ra autem hebraica habet. Pulcræ sunt genæ
in ordinibus siue in auricularib. & collū tuū
cū monilibus. Auricularia aurea faciemus ti
bi punctuara argēto. Et tunc litera est magis
plana.eo q̄ baptismus.& ecclesiastica sacra-
menta ornant animā varietate virtutū. & gra
tiarū quo ad oēs potentias. Et sic patet quali
ter Xps pastor satisfacit plebi gentili petenti
dealbari à nigredine idololatriæ.& pasci. &
protegi sub umbra eius. Est verum.q̄ ista re
B sponsio.& exhortatio Christi potest referri.
& dirigi rām ad plebem Israeliticam quām
ad plebe gentile peregrinā. Nā plebem Israe
liticā exhortatur. & monet. vt egrediatur à
iugo legis.& ceremoniarū: & baptizetur in
re postq̄ in figura fuit baptizata in mari ru-
bro.& recipiat legem euangelicam sequen-
do sponsum. Et plebem gentilem exhorta-
tur.vt egrediatur ab idololatria.& cultu fal-
sorum deorum.& dealbetur per baptismum
& ornetur ornamentis gratiarum. Quia redē
ptio ita fuit promissa populo gentili.sicut I-
sraelitico. Item sponsam ex vtraq̄ plebe in
vna fide congregatam promittit assimilare
equitatui suo in curribus Faraonis. Nam si-
cut equitatus.& exercitus Dei tunc triūpha-
uit de curribus Faraonis in Aegypto. & in
mari rubro.ita postea ecclesia Christi ex v-
C troq̄ populo congregata triūphauit de tyrā
nis.& hæreticis. et de diabolo. vt patebit in
9. cantico. Item sicut Deus munitur.et orna
uit.et ditauit illam plebem Israeliticam mo
nilibus.et iocalibus. quæ mutuo ab Aegy-
ptiis acceperant: ita pariter Christus orna-
uit.et ditauit ecclesiam suam primo monili
bus spiritualibus gratiarum. et virtutum. et
postea monilibus. et bonis temporalibus p
reges.et imperatores de populo gentili ad
fidem conuersos.vt patebit in cantico vlti-
mo. Et hoc est quod promittit sponsus eccle
siæ sponsæ suæ.cum ait. Equitatui meo in
curribus Pharaonis assimilaui te etc. et cum
postea subdit. Pulcræ sunt genę tuæ.et mure
nulas aureas faciemus tibi etc. Quæ omnia
compleuit Christus in suo aduentu succes- D
siue. prout patebit. Ex supradictis patent
septem petitiones factæ in isto primo canti
co. quas plebs Israelitica sponsa Christi cum
plebe gentili de futuro faciebat. et petebat
continue per patriarcas. et prophetas. et om-
nes fideles in veteri testam. ante aduentum
Christi cum desiderio. Nam primò petebat
osculari per incarnationem. Secundò pete-
bat trahi per odorem sanctitatis.et doctrinę
et personalis prædicationis. Tertiò pete-
bat introduci in cellaria sponsi per gratiam
sacramentorum.et per intelligentiam sacræ
scripturæ. Quartò petebat plebs gentilis so-
ciari cum plebe Israelitica. et per consequēs
simul trahi. et introduci. Quintò petebat
dealbari à nigredine idololatriæ. et omnis
peccati per candorem baptismalem. Sextò E
petebat pasci pabulo bonorum gratię in pre
senti. et gloriæ in futuro. Septimò pete-
bat quiescere. et protegi sub umbra sponsi.
hic per gratiam.et in eęlo per gloriam. Qui
bus septem petitionibus annuit sponsus. et
promisit complere sub tali conditione. s. q̄
plebs Israelitica egrediatur à iugo legis. et
cęremoniis in aduentu Christi.et plebs gen
tilis egrediatur ab idololatria. et sequatur a-
postolos.et doctores Christi. cui sponsę pro
mittit dare triumphum.et victoriam contra
omnes infideles.et promittit eam. et orna
re.et ditare bonis spiritualibus.et etiam tem
poralibus. Vnde nota.q̄ diuitiæ. et reddi-
tus ecclesiæ licèt sint bona temporalia. tamen
sunt annexa bonis spiritualibus. Et ideo per
murenulas aureas intelligit bona ecclesiæ F
merè spiritualia.sicut sunt gratiæ sacramen
torum.et donorum. Sed per uermiculata si-
ue per puncta argętea intelligit bona tempo
ralia annexa spiritualibus.quibus dit ara fuit
ecclesia per principes mundi. Et sic sponsus
promittit ecclesiæ sponsæ suę murenulas au
reas vermiculatas argento.i bona spiritua-
lia annexa bonis temporalibus. Item etiam
per murenulas aureas intelligit virtutes teo
logales. et dona spiritussancti. sed per pi-
cturas argenteas intelligit virtutes morales
prout sunt annexæ virtutibus. et donis su-
pernaturalibus.et prout perficiuntur per do
na spiritus sancti. sicut argentum perficitur
et corolatur per aurum. Vnde bona natura-
lia.et temporalia comparantur ad supernā-
turalia.sicut argentum ad aurum. Et hoc de
primo cantico.

Incipit

A INCIPIT SECVNDVM
Canticum.

DVm esset rex in accubitu suo,
Nardus mea dedit odorem suum.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi.
Inter vbera mea commorabitur.
Botrus cypri dilectus meus mihi
In vineis Engaddi.
Ecce tu pulcra es amica mea.
Ecce tu pulcra.
Oculi tui columbarum.
Ecce pulcher es dilectemi & decore.
Lectulus noster floridus.
Tigna domorum nostrarum cedrina.
Laquearia nostra cypressina.
Ego flos campi, & lilium conuallium.
Sicut lilium inter spinas:
B Sic amica mea inter filias.
Sicut malus inter ligna syluarum:
Sic dilectus meus inter filios.
Sub umbra illius quem desiderabam sedi.
Et fructus eius dulcis gutturi meo.
Introduxit me Rex in cellam uinariam.
Ordinauit in me caritatem.
Fulcite me floribus: Stipate me malis.
Quia amore langueo.
Lęuą eius sub capite meo.
Et dextera illius amplexabitur me.
Adiuro uos filiæ Hyerusalem
Per capreas ceruosq; camporum:
Ne suscitetis. Neq; euigilare faciatis dilectā:
Donec ipsa uelit.

DVm esset rex ī accubitu suo &c. Hoc est
secūdū canticum huius libri, in quo Salo
mon cantat mysteriū incarnationis Christi.
Ad cuius intellectum est notandū. q̄ post-
quām Salomon in primo cantico cantauit
desiderium patriarcarum. & prophetarum.
& omnium fidelium vete. test. de Christo fu
turo.& exposuit.& explicauit petitionē ple-
bis Israeliticę petentis osculari per incarna-
tionem.& trahi per legis euangelicæ prædi-
cationem.& introduci.& reconciliari per re
demptionem &c. Et exposuit etiam petitio-
nem plebis gentilis petentis sociari.& deal-
bari à nigredine.& pasci. & protegi sub vm-
bra Christi: Et explicauit etiam responsio-
nem Christi annuentis petitionibus vtriusq̄
plebis, Nunc in nouem canticis sequen
tibus Salomon cantat effectum.& executio-
nem.& adimpletionem supradictarum peti-
tionum.& promissionum. Vnde postquām
in primo cantico cantauit desiderium. & si- D
dem sponsę per totum discursum vete. test.
ab Adam vsq; ad Christum. nunc in nouem
canticis sequentibus satisfaciendo votis. &
petitionibus sponsæ cantat totum mysteriū
nostrę redemptionis ab incarnatione vsque
ad ascensionem.& exinde cantat totum di-
scursum ecclesię noui test. vsq; ad secūdum
aduentum Christi.& finem sęculi. Vñ duo
facit sponsus in sequentibus cantici. Nam
primò satisfacit plebi Israeliticæ sponsæ suæ.
adimplendo osculum.& mysterium incarna
tionis.& nostræ redemptionis. eò q̄ de illo
populo erat carnē assumpturus.& in illo po
pulo crucifigendus &c. Secundò satisfacit
populo gentili ipsum dealbando. & ad pa-
scua vocando. & cum plebe fideli satiando
iuxta suam petitionem. Secunda pars inci-
pit in cantico octauo. ibi. Quo abiit dilectus E
tuus. In isto ergo secundo cantico cantatur
mysterium incarnationis figuratum per o-
scu lum sponsi.& sponsæ. Quod quidem my-
sterium præuidit Salomon in spiritu per fa-
bricationem arcæ.& tabernaculi fęderis. qđ
Deus præcepit fabricare ipsi Moysi. Exo. 26.
vnde Salomon assumpsit parabolam ad fa-
ciādum istud canticum. Ad cuius intellectū
est primò notādū. q̄ quinq; considerauit. &
contemplatus est Salomon in fabricatione
illius arcæ fęderis. Primò materiam ex qua
facta est. quia ex lignis Sethim. & etiam ce-
drinis. Secundò considerauit vnctionem fa-
ctam ex confectione myrræ.& cynamomi.
& cęterorū aromatū. Tertiò considerauit ea.
quæ fuerunt reposita in arca. s. duas tabulas
lapideas legis.& vrnam manæ.& virgā facer
dotalem ipsius Aaron. Quartò considerauit
duo cherubin. super quæ arca sedebat. Quin- F
tò considerauit.& cōtęplatus est tabernacu
lum. intra quod arca illa fuit reposita. In qui-
bus quinq; mysterijs bene consideratis. &
contemplatis præuidit Salomon in spiritu
prophetico totum mysterium incarnationis
verbi. Nam per hoc. quòd illa arca facta
fuit ex lignis Sethim. quæ sunt ligna albissi-
ma.& imputrefactibilia.& incombustibilia.
& ex lignis cedrinis quæ sunt ligna odorife-
ra.& omnis veneni fugatiua. præuidit Salo
mon qualiter corpus Christi licèt esse formā
dum ex genere ipsius Adam. tamen non
per seminalem generationem. sed per spiri-
tussancti operationem ex puris sanguini-
bus virginis absq; omni labe.& vestigio pec

cati

A cati,imo debebat fugare omne venenū pec
cati,& extinguere,& sanare morsum antiqui
serpentis.Item per hoc,q̄ illa arca fuit perū
cta,& perfusa illa oleo,& vnguento ex myr
ra,& cæteris pretiosis aromatibus confecto
præuidit Salomon qualiter illa humanitas
siue ille Christus Iesus erat vngendus præ
consortibus suis oleo donorū spiritussancti
non ad mensuram,vnde,& à quo,& de cuius
plenitudine oēs eramus accepturi gratiā pto
gratia.Itē per ea quæ fuerunt reposita in illa
arca,p̄uidit qualiter Xps erat futurus Deus,
& hō rex,& sacerdos,nā ligna Sethina,& ce
drina ex quib.facta est arca, figurabant hu
manitatē Christi ex corpore,& anima.Virga
aūt sacerdotalis figurabat sacerdotium Chri
sti, & vrna mannæ quod de cælo descende
bat,figurabat diuinitatem,& tabulæ legis fi
B gurabant regnū Christi.Et sic præuidit qua
liter Christus erat futurus Deus,& homo:
rex,& sacerdos,& iudex.Per illa aūt duo che
rubin in quibus sedebat arca dñi, prætuidit
qualiter Christus debebat esse medius inter
duo testamenta,& sedere super ea. Per hoc
autem,q̄ illa arca fuit reposita intra taberna
culum præuidit Salomon qualiter Christus
verus Deus,& homo erat reponendus in vte
ro virginis Mariæ,& ferendus in eo per no
uem menses,& reponendus in ecclesia in ę
ternū,eò,q̄ illud tabernaculū figurabat pri
mò personam & vterum virginis Mariæ, &
ex cōsequēti totam ecclesiā, in qua habitat
Christus.Sed iterum est aduertendum, q̄ sic
ut illa arca figurabat humanitatem Chri
sti,ita tabernaculum figurabat virginē Ma
riam,& ecclesiam.In quo tabernaculo Salo
C mon considerauit septem mysteria. Primo
q̄ licèt Deus primo præceperit fieri arcam:
tamen tabernaculum prius factum est.Secū
dò considerauit materiam ipsius tabernacu
li,quia ex lignis Sethim, & cedrinis,& etiam
cypressinis. Tertiò considerauit vnctionem
tabernaculi,quia ex vnguento ex quinq; aro
matibus,s.ex myrra,& cynamomo, & cala
mo,& casia,& oleo. Quartò considerauit or
natum,quia ex cortinis,& diuersis floribus,
Quintò considerauit qualiter arca fuit repo
sita intra tabernaculum tanquàm in ,,prio
habitaculo.Sextò considerauit illum popu
lum,qui sequebatur,& circundabat taberna
culum. Septimò considerabat illā nubem
obumbrantem,& cooperientem tabernacu
lum,& totum exercitum. Quæ quidem nu
bes quatuor faciebat. Nam primò protege D
bat tabernaculum, & totū exercitum in die
ab æstu, & ardore solis,& frigoribus,& cam
matibus,& ventis.Secundò in nocte illumi
nabat tabernaculum,& totum exercitum.
Tertiò dirigebat totum exercitum: præ
cedo ipsi ducatum: vt patet Exod.vlti. Quartò
pluebat manna super exercitum pro quoti
diano alimento. Per quæ quidem mysteria
præuidit Salomon totum mysteriū fabri
cationis,& constructionis ecclesiæ,& totum
ornatum,& omnia dona quæ ecclesia rece
pit à Christo,et totum mysterium nostræ re
demptionis,et salutis.Nā p primū. s.qa Deus
prius præcepit fabricari arcam, tñ taberna
culum fuit prius factum in executione,per
hoc præuidit Salomon,q̄ virgo Maria,et to E
ta ecclesia figurata per tabernaculū fuit fa
cta,et fabricata propter Christum,et non e
conuerso.Secundò q̄ illud tabernaculū ma
teriale figurabat duplex tabernaculū Chri
sti,s.tabernaculum maternum,et virginale,
in quo Christus debebat habitare secūdum
carnem.Et ex consequenti figurabat taber
naculum ecclesiæ mysticum,in quo Xps de
bebat habitare per fidem et gratiam. Quod
tabernaculum mysticum est tota ecclesia.
Ideo per fabricam illius tabernaculi materia
lis præuidit Salomon qualiter Christus in
suo aduentu primo debebat fabricare taber
naculum maternum.s.virginem Mariā ma
trē suam,vt ex ea carnem assumeret.Sed p
hoc q̄ illud tabernaculum materiale factum
est ex lignis Sethim bene mundatis à spinis,
et leuigatis, & ex lignis cedrinis, præuidit
Salomon qualiter Xps debebat fabricare F
matrem suam ex duobus scilicet ex carne
Sethina, et anima cedrina. Ad cuius intel
lectum est notandum, q̄ Sethim est arbor
spinosa non multum alta,cuius lignum post
quàm est mundatum à spinis, & leuigatum
à pelle,fit albissimum,et imputribile, et in
combustibile. Per quod lignum figurabā
tur caro beatissimæ virginis Mariæ, quæ li
cèt esset traducta,et propagata ex Adam:ta
men ante animationem fuit mundata à spi
nis Adam per virtutem spiritus sancti, quia
in ventre matris fuit sanctificata illa caro an
tequàm animata,vt pro maiori parte tenent
doctores,quæ quidem sanctificatio non o
portuit,q̄ fieret p gratiam gratificantem:
cum illa caro inanimata nō esset capax gra
tiæ,sed fuit facta per virtutem mundantem
spi-

A spiritussancti:sicut exorcizatur aqua,& oleū
consecratur in chrisma: licèt sit res in ani
mata. Ita pariter caro virginis fuit per uir
tutem spiritussancti sanctificata, & ab om
ni fomite mundata,& facta alba,& imputri
bilis, & incombustibilis: ne anima in eius
consortio posset fœdari: sed in ea anima
cedrina absque omni labe, & iniuria pos
set creari, & infundi. Ad cuius intelle
ctum est iterum notandum,quòd cedrus est
arbor altissima, quæ maxime crescit in Li
bano.& est arbor valde odorifera omnis ve
nemi fugatiua. Et ideo in monte Libano,
& vbicunque crescit illa arbor, nullus po
test viuere serpens, nec vipera, nec animal
venenosum. Per quod lignum figurabatur
anima cedrina virginis Mariæ. Hanc enim
animam filius Dei creauit, & in creando,
B & gratificando in illam carnem iam primò
sanctificatam, & mundatam à fomite Adæ
infudit. Et ideo antiquus serpens non po
tuit ipsum mordere, nec suo originali ve
neno inficere.Et sic duplici ratione illa san
ctissima anima non potuit ex consortio car
nis contaminari, nec culpam originalem
trahere. Primò, quia illa caro ante fuit
mundata quàm animata, & ideo non po
tuit animam inficere.Secunda ratio est, qa
illa anima non fuit creata in puris naturali
bus: sicut animæ omnium aliorum: sed si
mul fuit creata, & sanctificata, & gratifica
ta, & infusa.Quæ quidem sanctificatio non
fuit peccati purgatiua: sed omnis generis
gratiarum infusiua, & collatiua, & confir
matiua.Et sic fuit ab omni labe peccati præ
seruata. Et ideo antiquus serpens nullo pa
C cto valuit ipsam mordere: nec suo antiquo
veneno originali inficere. Ex quibus patet,
quòd illa originalis culpa, quam Adam
transtulit ex sua persona in naturam nostrā
per libidinosam generationem: à cuius na
tura per carnem libidinosam transiuit perso
naliter in omnes posteros: non potuit tran
sire in personam virginis. Primò pro
pter sanctificationem carnis factam ante
animationem. Secundò propter gratiam
præuenientem, & gratificationem factam
in creatione animæ, & animatione car
nis,quia vt sic peccatum naturæ non potuit
transire in personam virginis,quia quamdiù
fuit individuum,& persona humana,semper
fuit in gratia & Deo grata,& accepta:& per
consequens in primo instanti sui esse fuit ta
bernaculum Dei effecta. Et sic Augustinus D
in primo sermone de natiuitate virginis di
cit,q̄ ipsa fuit primordium & exordium ec
clesiæ: & primum membrum Christi quoad
ecclesiam noui test. in qua Christus per gra
tiam habitauit primò.Item dicit Aug. in eo
dem sermone,Quid iustitiæ,quid sanctitatis
hæc virgo indigere potuit, quæ ad instar cœ
li continentis omnem gratiæ plenitudinem
accepit? aut quis vnquā in eius corpore aut
anima locus potuit inueniri peccati, q̄ adin
star tabernaculi templū dñi est effecta?Hæc
est profectò illa domus, de qua per Salomo
nem dicitur,Sapientia ædificauit sibi domū,
& excidit columnas septem &c.Hanc ,,phe
cto domum diuina sapientia ædificauit: vn
de & ex qua carnem assumeret,& in qua ha
bitaret.Cui nullus patriarcarum,nullus pro
phetarum est conferendus &c.Ex quibus pa E
tet,quòd de mente August. fuit quod virgo
Maria nunquàm fuit obnoxia culpæ origi
nali,nec aliquod peccatum potuit habere lo
cum in ea. Et hoc præuidit Salomon in spiri
tu considerando,& contemplando fabricam
illius materialis tabernaculi Moysi facti ex
lignis Sethinis,& cedrinis. Tertiò contem
plando Salomō vnctionem tabernaculi præ
uidit sanctificationem virginis Mariæ, &
totius ecclesiæ. Ad cuius intellectum est
valde notandum,quòd Deus præcepit Moy
si Exod.30. vt conficeret quoddam vnguen
tum prætiosissimum ex quinque aromaticis
liquoribus.s.ex myrra prima & electa,& ex
cynamomo,& calamo.& casia,& oleo oliue
ti,& tali vnguento perungeret totam arcā
& tabernaculum.Per quod mysterium præ
uidit Salomō sanctificationem virginis Ma
riæ,& ex consequenti sanctificationem, & F
regenerationem totius ecclesiæ futuram,per
passionem Christi, & ecclesiastica sacramen
ta: inquantum isti quinque liquores signi
ficabant virtutes sacramentorum fluentes ex
passione Christi. Vnde est aduertendum
secundùm Constantinum, & Iacobum de
proprietatibus rerum, quod myrra est quæ
dam humilis arbor in Arabia, quæ cum a
gitatur à duobus ventis contrarijs, maximè
ab Aquilone,& Austro,incipit sudare in ve
re, & ex rimulis facti in cortice ramorum
exit, & emanat quidam liquor odoriferus,
& prætiosissimus,& virtuosissimus. Et il
le liquor dicitur myrra prima. Sed quia
per tales rimulas non potest exire multus

liquor

Universidad de Deusto
Biblioteca

A liquor: ideo agricolæ vulnerant arborem in
latere faciendo congruentem scissurã: & tũc
emanat copia liquoris. Et tunc totus ille li
quor, qui emanat in mense Martij. & Aprilis
tãm ex incisura lateris quàm ex sudore, & ri
mulis ramorum, dicitur myrra prima, & ele
cta, & probatissima, ad differentiam secundę
myrræ, quæ emanat in mensibus sequentib.
quæ non est tantæ virtutis. Quæ quidẽ mir
ra prima obtinet principatum inter omnes
liquores in virtute. Nam primò ipsa licèt sit
amata: tamen est valdè odorifera Secundò
est ab omni corruptione præseruatiua. Ter
tiò est omnis mali humoris deficcatiua, &
purgatiua. Quartò est omnis incisurę, & vul
neris curatiua, & omnis doloris remediatiua
Per quam myrram figurabatur virtus passio
nis Christi. nam licèt illa passio fuit amara,
B & dolorosa: tamen fuit nobis suauis, & odori
fera: quia odor eius totum orbem penetrauit
& fuit in virgine Maria ab omni corruptio-
ne peccati præseruatiua: & in multis fuit pur
gatiua peccati originalis: & præseruatiua ab
omni actuali peccato: sicut in Ioanne Bapti
sta, & beato Nicolao: & in quibusdam fuit
purgatiua tam actualis, quàm originalis. Et
sic fuit omnium vulnerum nostrorum pecca
torum sanatiua, & nostrorum dolorũ reme-
diatiua: quia languores nostros ipse tulit, &
dolores nostros ipse portauit, cuius liuore sa
nati sumus. Vnde bene per illam myrram in
telligitur passio, & sanguis Christi. Nam si
cut illa myrra materialis non sudat nec ema
nat nisi per agitationem ventorum cõtrario
rum: & per rimulas ramorum, & per scissurã
factã in latere illius arboris: ita Christus non
C emisit merita suæ passionis (vnde omnia sa-
cramenta habent virtutem) nisi ex scissione,
& agitatione, & persecutione duorum vẽto
rum contrariorum, s. populi Iudaici, & genti
lis. Nam ad executionem eius passionis con
curnit cœtus, & senatus Scribarũ, & Phariseo
rum populi Iudeorum: & Pilatus cum suis
ministris: qui erant de populo gentili, Et sic
ex tali persecutione duorum ventorum cõ-
trariorum fuit Christus agitatus per alapas,
& percussiones, & flagella, & clauationes ma
nuum, & pedum: vnde exiuit sanguis tanq̃
prima mirra. Sed postea per incisuram, &
vulnus lateris exiuit maior abundantia mir-
re in remissionem peccatorum, & virtutem,
& medelam sacramentorum: vt latius pate
bit in 6. cantico. Ideo Dauid in psalmis, &
Salomon in hoc libro: per mirram semper in D
telligunt passionem, & sanguinem Christi.
Item cynamomum est species aromatica sa
pida, & odorifera, & etiam à corruptione pre-
seruatiua, & calamus siue nardus est herba
valdè odorifera, & omnis fœtoris fugatiua:
& casia est dulcis, & lenitiua, & purgatiua,
& oleum est omnis doloris mitigatiuum. Et
sic quia ex his quinque liquoribus conficitur
vnum vnguentum prætiosissimum, & odor
ferum habens supradictas proprietates, scili
cet quia tale vnguẽtum est odoriferũ: licèt
sit aliquantulum amarum: tñ efficitur dulce
propter ammixtionem cinamomi, & casiæ.
Et sic tale vnguentum est odoriferum, & sa
pidum, & salutiferum, & ab omni corruptio
ne præseruatiuum: & omnis doloris mitiga-
tiuum, per quod figurabatur passio Xpi ta- E
cientis omnes prædictos effectus spirituales
in nobis. Et ideo mystice, & figuratiuè cœ-
pit Deus: vt ex tali vnguento vngeretur ta
bernaculum, præfigurãdo mirram, & vnguẽ
tum passionis Christi: quò virgo Maria, & to
ta ecclesia erat perungẽda, & figurabat illud
oleum catecuminorum, & infirmorum: et
crisma quod conficit ecclesia ad liniendos fi
deles per sacramentum baptismi, & cõfirma
tionis, & extremæ vnctionis. Quo quidẽ vn-
guento passionis Christi non solùm fuit pe-
runcta ecclesia, et omnes fideles, sed etiã ip-
sa virgo Maria in sua creatione, et in primo
instanti sui esse: vt dictum est. Quia illa gra
tia sanctificationis qua fuit sanctificata: non
fuit ipsi collata nisi per merita passionis xpi:
Sed per alium modum nam in omnibus no
bis fuit purgatiua peccati. sed in virgine Ma F
ria fuit illa gratia ab omni peccato præserua
tiua, vt dictum est. Ex quo patet, quòd virgo
Maria ita fuit redempta per Christũ, et eius
passionem sicut cæteri fideles. Nam illa gra
tia ita traxit virtutem ex passione Christi si-
cut gratia qua fuimus omnes nos baptizati:
Sed illa eadẽ gratia quę nos purgauit à pec
cato subueniendo: virginem Mariam præseru
uit præueniendo: prout dictum est. Et si ge
vult obstare, quia in conceptione virginis
Christus nondum fuerat passus: Respondẽ-
tur secundum Hieronymum in sermone de
assumptione virginis, et secundùm Augusti
num lib. hypognosticon contra Pelagianos:
qp Christus non solùm ante suam passionem
sed etiam ante suam incarnationem iam di-
spensabat gratiam, et merita suæ passionis.

vnde

A vnde ante quàm pareretur iam miserat disci
pulos ad prædicandum, & baptizãdum, qui
baptismus dabatur per merita suæ passionis
qua Christus heri, & hodie, & in secula, s. ad
Heb. vlti. de qua materia satis dictum est in
psal. 45. & in expositione super Magnificat.
Per ornatum autem tabernaculi ex varieta-
te cortinarum, & florum prævidit Salomon
ornamenta diuersarum virtutũ quibus Xps
ornauit matrem suam, de qua debebat car
nem assumere, & in qua non solũ tanquã in
tabernaculo sponsali, sed etiam tanquam in
tabernaculo materno debebat specialiter
humanari, qa virgo Maria prius fuit sponsa
quã mater Christi, quia prius cõcepit Chri-
stum mente per gratiam, q̃ carne, vt inqt
Aug. in libro de sancta virginitate. Item per
hoc qp illa arca fœderis fuit posita in illo ma
B teriali tabernaculo, vel. præuidit Salomon
qualiter Christus Deus, & homo debebat re
poni. & per nouem menses carnaliter porta
ri in vtero virginali ipsius bẽatæ Marię ma
tris suæ. Item per hoc, qp Deus sedẽs in arca
fœderis super cherubin, & intra tabernacu
lum, & de tabernaculo loquebatur Moysi, &
per Moysen toti populo prævidit Salomon
qualiter verbum diuinum existens in arca
humanitatis, & intra vterum virginis, debe-
bat sanctificare Ioannẽ baptistam in vẽtre
matris suæ, & idem Christus existens in vte
ro matris fecit eam euangelizare, quando di
xit Magnificat anima mea dominum &c. qa
filius loquebatur per os matris, sicut ante
fuerat locutus per ora prophetarũ. Item per
hoc, qp illa nubes protegebat illud tabernacu
lum in die ab æstu, & ardore solis, & in no-
C cte illuminabat tabernaculum, & dirigebat,
& ducebat totum exercitum, & pluebat iu
giter illud manna ad cibum, & refectionem
illius populi, prævidit Salomon qualiter
spiritus sanctus debebat obumbrare virginẽ
Mariã in sua annunciatione, & qualiter vir-
go Maria debebat recipere verbum diuinũ
missum à patre tanquàm panem vinum, &
manna absconditum ad vitã, & salutem, &
refectionem omnium fidelium. Quæ quidẽ
virtus spiritus sancti formauit corpus Chri-
sti in vtero virginis ex puris sanguinibus,
& præseruauit virginem ab omni corporali
corruptione, & eam in perfecta, & integra
virginitate seruauit. Et sic mansit Christus
in illo tabernaculo virginali carnaliter per
nouem menses, & spiritualiter in perpetuũ.

Et etiam patet qualiter illud tabernaculum D
Moysi non solũ prefigurabat tabernaculum
Christi maternum, quæ fuit uirgo Maria:
sed et tabernaculum mysticum, quæ est to-
ta ecclesia. Et ideo sicut Salomon per illam
fabricam arcæ, & tabernaculi prævidit fabri
cationem corporis uirginis Mariæ in sua cõ
ceptione, & creatione, & prævidit mysterũ
incarnationis, & prævidit oẽs dignitates uir
ginis Mariæ supradictas, ita pariter præuidit
totã fabricationem, & regenerationẽ totius
ecclesiæ. Prævidit. n. qualiter istã ecclesiã xpi
ex duobus lignis. f. Sethinis, & cedrinis, id
est ex duobus populis. f. ex Israelitico, & gen
tili debebat fabricare. Secundò qualiter eam
unguento suæ passionis myrrino debebat p
sacramenta perungere. Tertiò diuersitate do
norum, & gratiarum, & uirtutum decorare,
& ornare. Quartò Christus debebat se in E
hac ecclesia tanquã in tabernaculo mysticè
includere per fidem, & gratiam. Itẽ prævi-
dit qualiter spiritus sanctus debebat sup istã
ecclesiam incubare, & illam illuminare, &
protegere, & regere, & dirigere, & sup eam
fructus gratiarum, & donorũ, & mãna sacra
mentorum iugiter pluere ad nutritionem,
& refectionem, & sanitatem fidelium. Et sic
per fabricam, & mysterium illius arcæ, & ta
bernaculi prævidens Salomon mysteriũ in
carnationis, & ecclesiæ fabricationis, fecit
hec canticũ in quo cantat, & explicat om-
nia supradicta. Et ideo istud canticũ primò
uerificatur de mysterio incarnationis, & de
beata uirgine Maria, quæ fuit tabernaculũ
Christi maternũ. Ex cõsequenti aũt uerificatur
de tota ecclesia, quæ est tabernaculum
mysticum, in quo Christus habitat per fidẽ F
& gratiã. Vnde quia plebs Israelitica despon
sata p verba de futuro petebat in primo cã-
tico a Xpo sponso suo personaliter, & præ-
sentialiter p incarnationẽ osculari, & trahi,
& in talamũ introduci, & plebs gentilis pete
bat cum altera sociari, & dealbari, & utraq;
plebs facta una sponsa petebat simul à Xpo
pasci, & sub umbra illius protegi, & quiesce
re &c. & quia sponsus promisit utriusque
petitionibus annuere, & satisfacere, ideo in
hoc secundo cantico exequitur de adimple
tione promissi. Et sic Salomon introducit
sponsam ad loquendum, agendo gratias,
qa recepit osculum, et beneficiũ incarnatio
nis à sponso. Sed est aduertendum, qp in illa
benedicta incarnatione, quæ denotatur, et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A intelligitur per acubitū et amplexū in hoc cantico:fuit facta triplex unio. Primò unio p'sonalis uerbi cū illa humanitate assumpta.Secundò,unio maternalis Christi cū Maria matre sua. Tertiò unio mistica,et sponsalis Christi cū ecclesia.Et sic de qualibetista rum unionum uerificatur istud secundū cātic cum. Et ideo iste dialogus potest esse primò inter humanitatem assumptam et uerbum'. Secundò inter virginē Mariā,& Christū filiū suum. Tertiò inter ecclesiam.& Christū spō sum suum.Sed quia ista triplexunio fuit celebrata in persona virginis Mariæ, inquantū ex puris sanguinib. eius Verbum assumpsit carnem,& in ipsa Maria primò Christus desponsauit ecclesiam:ideo in toto isto cātico ipsa potest loqui pro humanitate Christi assumpta & pro seipsa & pro tota ecclesia. Et
B sic virgo Maria primo in Persona sui: quia recepit Christū in vtero suo per carnē & fidē: & ex cōsequēti agit gratias in persona ecclesiæ: cuius ipsa est membrū p'imū.Et agit gratias in persona sui: in quātū meruit esse mater Dei electa inter oēs mulieres:& singularis in cōcipiēdo Christū & portādo & patiādo ipsum vltra legē aliarū mulierū. Ad cuius intellectū est notādū secundum Aug in sermone primò de annunciatione, q'p in illa benedicta incarnatione & conceptu filij tota maledictio Euæ mutata est in benedictionē Mariæ. nam Euæ dictum est .Qu a obedisti serpenti &c. multiplicabo ærumnas tuas: & in dolore paries conceptus tuos &c.Sed Mariæ dictum est.Aue gratia plena dominus te cum: benedicta tu in mulieribus.Et s'piritus sanctus superueniet in te &c. Item per Elisa
C bet dictum est ipsi. Benedictus fructus uentris tui &c. vnde quia Euæ cum cæteris omnibus mulieribus dictum est,ut conciperent conceptus suos cum fœditate libidinis, & corruptione: & portarent eos cum graudine & multiplici miseria, & parerent cum dolore, & maiore corruptione: tamen sola uirgo Maria concepit Christum sine fœditate, & fœtore libidinis ex solo opere spiritus sancti:& portauit cum gaudio sine grauedine & miseria; & peperit sine dolore & cum integritate uirginitatis. Et sic ille conceptus, & fructus benedictus non attulit matri maledictionem aliarum mulierum:imo abstulit omnes illas maledictiones, & attulit ipsi contrarias benedictiones. Dicit ergo uirgo Maria: Gratias ago Deo meo qui adimpleuit desideriū meū & totius ecclesiæ fideliū:nā ego petebā in p'sona totius ecclesiæ osculari & trahi à sponso & introduci in talamū eius: sed totum hoc implerum est in me:quia nētē meū uirginalē fecit talamū: in quo uoluit habitare in sua carnatione: quia ex me uoluit carnē assumere:& in me tanquā in suo tabernaculo & accubitu &lectulo habitare per carnis assumptionē. Cuius conceptus non fuit mihi cum maledictione secundū legē aliarū mulierum:imò cum omni benedictione vltra legē aliarū. Nam cum Christus rex sponsus meus esset in accubitu sūo.i. in talamo uirginali uteri mei? non conceperam ipsum cū fœditate libidinis, nec ex uirili semine: sed mistico spiramine & opere spiritus sancti, & sic dum ipse rex Christus esset & conciperetur in accubitu suo, nardus mea.i.virginitas
E mea dedit odorem suum,quia non concepi cum libidine fœditatis, sed cum pudore: & odore virginitatis,& integritatis. Item dilectus meus Christus fuit mihi tanquā nardus fugans omnem fœtorem,& fœditatem. Ité fuit mihi tanquā fasciculus mirrę p'seruās ab omni corruptione,vnde sicut mirra posita intra corpora mortuorum non permittit illa corrumpi,ita Christus cōceptus in vtero meo non permisit me corrumpi à virginitate,imo seruauit integritatem. Et iō dilectus meus tanquam fasciculus mirrę inter vbera mea commorabitur p'seruans me ab omni corruptione. Item dilectus meus nō sōlùm fuit in accubitu, & vtero meo sicut nardus & fasciculus mirræ,sed etiam sicut botrus cipri in vineis Engaddi,vbi crescit arbor balsami.quę dicitur ciprus.q.d.q'p Christus fuit si-
F cut balsamum in vtero meo. Nam balsamū est liquor pretiosissimus penetratiuus. nam balsamum positum in vola,& palma,penetrat totam manū abs'q; incisione, & lesione. Ita pariter Christus in concipendo,& nascēdo fuit tāquā balsamū,quia introiuit,& exiuit per clausam portā claustri virginalis,conferendo prolem,& fœcunditatem,nō auferē do virginitatē. Fuit ergo Christus in vtero uirginali ipsius matris Marię tanquā nardus odorifera pellens omnem fetorem libidinis & fœditatem,& fuit tanquā fasciculus mirræ p'seruans ab omni corruptione,& fuit tanquā botrus cipri,siue tanquā balsamū intrās, & penetrās claustrum virginis afferendo fœcunditatem,non auferendo virginitatē.Vnde Salomō cōparat mysterium incarnationis,

A nis & conceptionis Christi ad arcam fœderis existentem in tabernaculo inter illa aromata odorifera abs'q; omni fœtore,& corruptione.s.in illo tabernaculo ex lignis setinis,& cędrinis incorruptibilibus fabricato: & pretiosissimis vnguentis illico & perunēto,& nobilibus cortinis & ornamentis decorato. q. d. virgo Maria,q'p sicut Deus rex regum, & dominus dominantium erat in illo accubitu,& tabernaculo cum illis aromatibus materialibus odoriferis,ita pariter sponsus pellēs omnem fœtorem fœditatis erat sicut mirra præseruans ab omni corruptione,& sicut botrus cipri.i.sicut balsamum penetrans. absque læsione,prębens fœcunditatem,non auferens integritatē virginitatis. Et nota,q'p vbi trāslatio nostra dicit Fasciculus myrrhæ dilectus
B meus &c.in hębreo habeē Globus musci dilectus meus. Et hoc accidit: quia istud nomen,mor,positum in hæbreo est æqniuocū. Quia vno modo significat odorem siue rem odoriferam,alio modo significat amaritudinē siue rem amaram.Et ideo hebręi moderni sumentes vnam significationem, semper per mor intelligunt,& pronūciant muscū in hoc libro 70. autem quos sequitur Hieronymus in hac parte,transtulerunt hoc nomen mirra in vtraq; significatione. eò q'p vtraque significatio conuenit ipsi mirræ; quia simul est amara,& odorifera, habens plures perfectiones & ,pprietates quā muscus. Per quas ,pprietates ipsa mirra maximè significat passionem Christi,& ecclesiastica sacramēta, vt dictum est. Et significat virtutes tā morales quā teologales:quæ sanant omne uitium, &
C præseruant ab omni peccato. Et ideo multò melius interpretati sūt 70.quā ipsi moderni hebręi cum suis falsis punctis & sua falsa pūctuatione.Iterum est notandū, q'p illa arbor ex qua nascitur balsamum, dicitur ciprus apud grœcos,quam Salomon transtulit ex Assyria in Iudæam:& plantauit vineam ex ea in Engaddi iuxta mare mortuum: & crescit ad modum viminis per modum vitis, & iō dicitur vinea. Quæ quidem arbor non patitur ferrū,quia si tangitur aut scinditur ferro: illico aret & siccatur, sed cum sciuditur lapide vel osse acuto: tunc emittit succum si ue liquorem pretiosissimum, quod dicitur balsamum.Et ideo hic ponitur botrus pro liquore illius uitis,& dicitur balsamum à ciuitate Balsera,vbi antiquitus crescebat. Græci
D uit illa arbor in Cipro insula, & facit grana ad modum botri aut vuæ,sed ille liquor pretiosus,qui dicitur balsamum,non fit nec exit de botro:sed ex calamo siue virga illius vitis incisæ distilādo illū liquorem. Et dicitur ciprus,quod interpretatur res amœna:& et interpretatur mixtura:eò q'p ille liquor est amęnissimus,& pretiosissimus & dignissimus, & penetratiuus,quo omnes reges vngebantur. Per quod balsamū sanctificatus est Christus: & passio eius & resurrectio:à cuius unctione omnes dicuntur Christiani.i.uncti. Dicit ergo virgo Maria: Christus sponsus, & filius meus & dilectus,dum erat in accubitu suo.s. in vtero meo, fuit mihi sicut botrus cipri.i. sicut balsamum in uineis Engaddi nascens. nam sicut balsamū penetrat carnē abs'q; læsione & incisione, & præseruat à corruptione,& cōseruat in integritate,& ppetuat odorē in vase suo in quo semel steterit, & dignificat hominē vnctū ex eò,q'p non unguuntur eo
E nisi reges, & sacerdotes & incliti ,ppter eius ptium & dignitatē: ita pariter dilectus meus penetrauit claustrum meum in concepūone & natiuitate abs'q; læsione virginitatis meæ. quia licèt ex me accepit carnis veritatem:ita men seruauit virginitatis integritatē, & perpetuā dignitatē:quia etiam post partum sem per appellabor virgo & mater Dei: & beatā me dicēt omnes generationes.Ex quibus patet,q'p vterus virginis Mariæ fuit accubitus, & talamus Christi nardo odorifera oīm virtutum, & gratiarum perfusus, & fuit capsa mirræ electæ,& balsami pretiosi ipsius Christi.Et ipse Christus fuit in vtero virginali tā quàm nardus odorifera omnium uirtutum: & fasciculus mirræ eius virginitatis conser-
F uatiuus:& tanquàm botrus cipri.i. tanquàm balsamum penetrās absque læsione:& dignificans & vngens eam tanquàm reginam hominum,& angelorum.Et ideo sunt valde notāda ista tria aromata hic metaphoricè posita ratione suarum proprietatum,& pfectionum,quæ per quandam excellentiam conueniunt Christo, & virgini Mariæ matri eius: qui loquuntur in hoc cantico. Nam sicut Deus in figura præcepit Moysi,vt perūgeret illud tabernaculum, in quo arca sua erat reposita vnguento istorum aromatum: ita implendo illam figuram, voluit illam matrem de qua carnem erat assumpturus, & in eius vtero quieturus pertingere,& ornare vnguento diuersarum gratiarum supradictarū:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ideo aduertat lector, & querat. Sed quia virgo Maria mater & sponsa Christi egit gratias de beneficijs receptis à sponso, & maxime quia faciendo ipsam matrem Dei seruauit in ea virginitatem: Christus sponsus, & filius reddendo vices respondet commendãdo eam in persona eius, inquantum mater, & in persona ecclesiæ inquantum sponsa, & primum membrum ecclesiæ, & commendat eam de multiplici pulcritudine. Vnde est aduertendum q̃ Christum matrem suam, aut ecclesiam commẽdare: idem est q̃ ipsam virtutibus, & gratijs decorare, & ornare, & ditare: quia dicere Dei est facere. iõ totus iste dialogus huius secundi cantici inter sponsũ, & sponsam nil aliud est nisi ille dialogus, qui fuit inter Gabrielem, & virginem Mariam in mysterio incarnationis. Luc. 1. quando
B Angelus Gabriel missus à Deo dixit. Aue gratia plena &c. Quod mysterium & dialogum propheticè cantat Salomon in hoc cãtico: prout propheticè puidit in spiritu. Dicit ergo Christus ad virginem matrem, & sponsam suam. O amica mea tu dicis q̃ ego sum nardus odorifera, & fasciculus myrrhæ inter vbera tua, & sicut botrus cypri. Et ecce ego dico tibi q̃ tu es pulcra, idest te feci pulcrã quò ad animam, pulcritudine omnium gratiarum, & virtutum. Et etiam tu es pulcra quò ad corpus exterius: quia pura, & humilis, & honestissima: quia oculi tui sunt sicut oculi columbarum, ostendentes in se omne honestatem, & puritatem, & humiliratem, absq; amaritudine, & felle, & omni labe. Cui respondet sponsa. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, & speciosus forma præ filijs
C hominum: quia tu es pulcher, & bonus per essentiam: ego aũt per participationem. vnde si q̃d pulcritudinis habeo, illud recepi à te: quia me voluisti virtutibus, & plenitudine gratiarum ornare, & plenam gratia appellare & facere, & me voluisti in tuum templum, & habitaculum maternum eligere, & fabricare, & sanctificare, & consecrare, & ex meis puris sanguinibus carnem assumere. Et ideo quia tu voluisti ornare hoc tabernaculũ tuũnde est q̃ lectulus noster est floridus. i. vanerate virtutum, et gratiarum ornatus, et amœnus, et delectabilis quò ad ornatum. Sed quantùm ad materiam ex qua fecisti hanc domũ tuã, et tabernaculum, dico tibi, q̃ tigna domorum nostrarum sunt cedri ea, quia fecisti istud tabernaculum perso-
ne meę, ex duabus tabulis completis, et con- D
iunctis, scilicet: ex carne Sethina mundissima, & pura, & ex anima cedri imputribili, & fugatiua omnis veneni, & omnis peccati. Et ideo antiquus serpens non potuit me mordere, nec inficere suo dente, & veneno pestifero: sicut dictum est, quia tigna huius domus sunt cedrina. Vnde tigna dicuntur tabulæ siue trabes adinuicem colligatæ sustinentes domum. Et laquearia nostra. i. trabes maiores sunt cipressina, & incorruptibilia, quasi dicat q̃. sicut Moyses fecit illud tabernaculum materiale ex lignis cipressinis, & cedrinis odoriferis, & incorruptibilibus, fugatiuis omnis veneni: ita tu sponse fabricasti me in domum, & tabernaculum tuum materiale ex carne cipressina, et anima cedrina, ne venenum peccati me valeret contingere, nec serpens antiquus mordere: quia ad E
te animationem carnem meam mundasti: & sanctificasti, & in animatione animã meã simul creasti. & sanctificasti, & consecrasti, & gratificasti, et infundisti, et in me per gratiã habitasti. Et sic fui immunis ab omni peccato ab instanti creationis, intãtum quòd ego possum dicere, q̃ ego sum pulcherrimus flos campi, et lilium conuallium, quantùm ad puritatem, et mundiciam: quasi dicat: tu me creasti, et fecisti mundam, et puram, et pulcram sicut florem in cãpo, et lilium in conuallibus. Cui respondet sponsus. Bene dicis ò sponsa: q̃ tu es flos campi, et lilium in cõuallium. nam sicut lilium inter spinas: sic tu amica inter filias. Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd dictio posita in hebræo est æquinoca ad rosas, et lilia. Et ideo beatus
Hieronymus in hoc libro, et psalterio sem- F
per transtulit illud vocabulum ad lilia: Hebręi autem ad rosas. Sed forsan in hoc melius est in Hebræo: quia lilia non consueuerunt nasci inter spinas: sed rosa nascitur in arbore spinosa. Ideo licèt virgo Maria comparetur liljs ratione virginitatis: tñ magis propriè cõparatur rosę ratione immunitatis a pctõ. Nam sicut ex arbore spinosa nascitur illa rosa pulcherrima, et odorifera sine spinis: ita sola virgo Maria inter omnes naturales filios Adam nata fuit ex illa arbore spinosa Adæ, absq; aliqua spina originali, et q̃ consequens absq; spina peccati, et iõ dicit ipsi Xp̃s, sicut rosa nascit absq; spinis inter spinas, et ex arbore spinosa: ita sola tu sponsa et amica mea nata es inter filias oẽs ipsius

Adam

A Adam absq; aliqua spina pctĩ. Et sicut nata es, & concepta, & animata absq; spina originali: ita semper vixisti absque aliqua spina actuali, & ueniali. Cui respondet sponsa: O sponse bene dicis q̃ ego sum sicut lilium, aut rosa inter spinas. quia rosa nascitur ex arbore parua, & humili: sed tu es arbor altissima, & fructifera, & frondosa, de cuius plenitudine omnes accepimus fructus gratiæ, & sub cuius vmbra omnes viuimus. Et ideò sicut malus est arbor altissima, & fructifera inter siluas, & ligna siluarum: sic tu dilectus meus inter filios Dei. s. inter omnes angelos, & homines: quia illi sunt filij per adoptionem, & creationem: tu autem per naturã. Ideo oẽs
B est lignũ vitæ qd̃ perdidit Adã: in cuius supplementum datus est nobis Christus, qui est verũ lignum vitæ. Et dictũ est ps. j. sub cuius umbra desiderabant quiescere patres veteris testa. sub cuius umbra primò quieuit virgo Maria, & ex cõsequenti tota ecclesia. Et iõ dicit virgo Maria simul cũ tota ecclesia. O Xp̃e sponse: sicut malus. i. lignum vitæ erat nobilius, & salubrius inter omnia ligna paradisi: ita dilectus meus inter filios. i. obtinet principatum in potentia. & sanctitate, & sapientia, & bonitate inter omnes filios Dei. s. inter omnes angelos, & eminet super omnes creaturas. Et ideo uirgo Maria simul cum tota ecclesia vet. test. desiderabat, & petebat protegi, & sedere sub umbra huius arboris in primo cantico. Sed postq̃ Christus uenit in carnem, iam sponsa gaudet sedisse sub umbra huius arboris. diu per omnes fideles uete. testa.
C optatæ, & iam gaudet in comedendo fructũ eius, dicens. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi. Iterum est aduertendum, q̃ Salomon per illam nubem, quæ obumbrabat tabernaculum in die, & illustrabat de nocte: præuidit in spiritu qualiter Christus debebat obumbrare, & protegere virginem matrem suam spiritusancto, & ex consequenti totam ecclesiam. & pluere super eam manna gratiarum, & donorum, & sacramentorum: sub cuius vmbra, & protectione debebat resi
ci, & pasci, & quiescere, & protegi. Et iõ subdit sponsa: Intantum est arbor altissima, & fructifera, & suauis iste filius, q̃ sub vmbra illius, quem desiderabam sedi: Nam in primo cantico ego desiderando petij pasci, & quiescere sub umbra eius, sed ipse adimpleuit desiderium, & petitionem meam. nam postquã D
accepit carnem, & factus est caput ecclesiæ, ego sedi sub vmbra eius desiderata, & pascor in pascuis eius: intñ q̃ fructus eius est dulcis gutturi meo. vnde tunc sedi sub vmbra spõsi, & filij mei Christi, quando angelo nunciante spũsctũs superuenit in me: & virtus altissimi obũbrauit mihi: disponendo me ad recipiendũ filium Dei in vtero meo, & formando illud corpus sanctissimum ex puris sanguinibus meis. Et tunc fuit fructus dulcis gutturi meo: quando realiter concepi in me filium Dei. quia quod conceptum, & natum fuit in me sãctum vocatũ est filius Dei. Et iõ dixit mihi Elisabet. Benedicta tu i mulieribus, & bñdictus fructus ventris tui. vnde ille fructus qui erat in ventre meo, tñ erat mihi dulcis: quòd cõtinuè fruebar eius colloquio, & inspirationibus, & cõsolationib. spi
ritualibus. Nam ille fructus vẽtris mei impu- E
lit me: vt irẽ ad uisitandũ Elisabet: Vbi Christus fructus ventris mei sãctificauit Ioannẽ Baptistã in ventre matris suæ. Item ille fructus spirauit in me spiritũ, pphetic̃ & euangelicum. quando exultans in spiritu cantauit illud cãticum. Magnificat anima mea dominum: Inquo cantico ego fui euangelista annunciando saluatorem, diu patribus expectatũ, esse in vtero meo: & Israel iam suscepisse puerum suum. Et sui propheti̇sa prædicendo omnia, quæ facturus erat Christus filius meus: quia debebat deponere potentes reges, & principes infideles mundi, & exaltare humiles fideles: et debebat implere paupe
res bonis spiritualibus, et diuites Iudæos dimittere inanes in sua ignorantia & cæcitate. Deinde cum dicit. Introduxit me rex in cel
lã vinariã. est aduertendum. q̃ in triplicẽ cel F
lam uinariam introduxit xp̃s sponsam suam ecclesiam ordinando caritatem in ea: eò q̃ vnum quodq; istorum cellariorum ordinat caritatem in homine fideli. Vnde primũ cellarium vinarium ipsius Christi est sacra scriptura Vete. test. in qua latebat vinum euangelicum noui testamenti, tanquã in vegetibus. Nam mysteria ve. test. erant quasi vegetes mysteriorum noui test. In hoc cellarium introduxit Christus ecclesiam sponsam suã: quando aperuit apostolis sensum: ut intelligerent scripturas omnes: quomodo omnia quæ erant scripta in lege, & prophetis, & psal. fuerant cõpleta in eo: ut patet Luc. 24. Item quando misit eis spiritum sctñ. Vbi recepe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sunt dona gratiarum &c. Et sic ordinauit in
eis caritatem. Nam sacra scriptura docet or
dinem caritatis, puta qualiter Deus est dili
gendus super omnia, & per se, & pp se, &
proximus in Deo, & propter Deū quia finis
legis, & omnis præcepti est caritas 1. ad Tim.
1. Secundum cellarium Christi est præsens ec
clesia: in qua sunt septem uegetes sacramen
torum: in quibus reponitur, & à quibus hau
ritur gratia Christi, quæ datur per sacramē
ta ecclesiastica. Quæ quidem graria vel est
ipsa caritas, vel eius radix. quia caritas uel
est ipsa gratia, uel non sine gratia ipsi an
nexa, quæ quidem caritas est amor regulati
uus uoluntatis ad diligendum Deum, & pro
ximum secundùm speciem, modū, & ordinē.
Et sic caritas est illa quæ ordinat voluntatē
ad diligendum Deum, & proximū. Quæ qui
B dem caritas comparatur uino. eò q̄ inebriat
animam, & transformat amantem in amatū, & extasim facit: ut inquit Dionysius: imo
anima caritate informata magis est ubi a
mat, quā ubi animat, & informat. Tertiū cel
larium Christi est ecclesia superna cœlestis,
in quo confertur uinum gloriæ, ubi caritas
est in sua perfectione, ubi uoluntas beatorū
habet quicquid uult, & nihil mali uult, & vo
luntas oīum beatorū per caritatē cōfirmata,
totaliter est conuersa in Deum, & cōformis
eius uolūtati. Et sic patet qualiter est triplex
cellariū, & triplex vinū ordinās, & inebriās
uoluntatem hominis: ad q̄d triplex cellariū
Xps introduxit ecclesiam sponsam suam or
dinando in ea caritatem. Ista ergo spōsa pro
statu viæ, te. peretat aduentū sponsi, vt introduceret eā in hoc triplex cellarium: eo q̄ per
C alium nō poterat introduci: vt patet in pri
mo cantico. Sed quia Xps sponsus eius intro
duxit eam in cellaria supradicta: ideo gra
tias agendo cum gaudio dicit. Introduxit
me rex in cellariam vinariam, & ordinauit in
me caritatem.

Et est aduertendū, q̄ ista sponsa in primo
cāntico petit introduci in supradicta tria cella
ria sed in hoc secūdo cantico dicit, q̄ spon
sus solum introduxit eam in unā cellam vina
riā. s. in primum cellarium sacræ scripturæ, in
q̄d introduxerat virginē Mariā matrē suam
reuelando ipsi secreta sacræ scripturę, ut pa
tet in cantico eius: sed postea introduxit to
tā ecclesiā sponsam in alia cellaria, quando
instituit ecclesiastica sacramenta, & aperuit
nobis viam ad regnum cœlorum per passio
nem, & resurrectionem, & ascensionem. D

Ad maiorem autem euidentiam est etiam
notandum, q̄ licèt omnis caritas sit amor: ta
men non omnis amor est caritas. Vnde tri
plex est amor, puta vnus qui dr naturalis: qua
lis è patris ad filiū, & poetæ ad sua poemata.
Secūdus dr amor peruersus, procedens ab in
ordinato appetitu, quo peruersè auarus a
mat pecunias, & superbus honores, & uolu
ptuosus mulieres. Tertius dicit amor ordina
tus, quo ordinatè diligimus Deum, & proxi
mum, & iste dicitur caritas. eò q̄ ordinat vo
luntatem ad diligendū Deū, & proximū, seruā
do spēm, modū, & ordinē. Vnde species dili
genda est. s. solus Deus, & eius imago. s. hō, &
angelus: eò q̄ sola ista triplex spēs est quod
dā bonū fælicitas, aut fælicitabile, & fruibile.
Vnde solus Deus est p se fruibilis in se, & hō,
& angelus solū in Deo. Vnde ait Paulus ad E
Filemonē. Fruat te in dño frater. Modus aūt
diligendi bonū est, ut diligatur res eo modo
quo est. Et sic quia Deus est per se bonū sup
oīa, & à quo oīa: iō est diligēdus à nobis per
se, & in se super oīa. Et quia tā homo q̄ ange
lus est imago Dei, & a Deo: ideo est diligen
dus in Deo, cuius est imago, & a quo est. Itē
ordo diligendi sumitur à fine: sed quia Deus
est pp se, & nō pp aliud bonū. imo omnia
alia sunt pp Deum, & ordinantur in Deum
tanquā in finē vltimatū: quia est finis oīum:
ideo Deus est diligendus pp se, & homo, &
omnia alia pp Deū. Totū aūt istum ordinē
diligendi facit caritas in nostra uoluntate.
Et ideo caritas diffinitur, quòd est amor or
dinans uoluntatem ad diligendum Deum,
& proximum, seruando spēm, modū, & ordi
nē. s. ad diligendū Deū super omnia, & per F
se, & in se, & pp se, & proximum in Deo, &
pp Deū. Ex quib. patet, q̄ qui diligit Deum
non pp se, sed pp aliquam vtilitatem, errat
in ordine: et qui diligit magis se q̄ Deū, errat
in modo. Et iō dicitur q̄ diabolus in princi
pio errauit in modo, & ordine, eò q̄ dilexit
se in se, et propter se, & non in Deo, & pp
Deū: imo incepit ab amore sui usq; ad contē
ptum Dei. contēnendo eius legem, & deuian
do ab eius uoluntate. ut dictum est super Ps.
81. & super Te Deum laudamus. Caritas er
go est illa uirtus infusa ordinatiua voluntā
tis ad diligendum Deū, et proximū, et hanc
caritatem ordinauit Christus sponsus primò
in uirgine Maria matrē sua, et ex cōsequenti
in tota ecclesia sponsa sua, ut patet per totū

discursum

A discursum euangelicū. Vnde primò ostēdit
hanc caritatē faciendo, & postea docēdo. Et
ideo dicit virgo Maria in hoc cāntico in per
sona sua, & totius ecclesiæ. Introduxit me
rex sponsus meus in cellā vinariā. i. cellā sa
cræ scripturæ, & in cellam sacramentorū ec
clesiæ, & ordinauit in me caritatem. i. docuit
me ordinē caritatis per legē euāgelicā, qūo
diligā Deū, & proximū eo modo, & ordine
quo dictū est, & contulit mihi caritatē p ec
clesiastica sacramenta, qua ordinatè diligo
Deū, & proximū. Hoc autem dicitur, quia in
omni sacramento datur gratia: quo est ipsa
caritas, aut non sine caritate. Et ideo dicit
sponsa, fructus illius māgnæ arboris, sub cu
ius vmbra sedebam, semper fuit dulcis gut
turi meo: intantū, q̄ filius meus introduxit,
me in cellā vinariā. s. in camerā penetralis se
B cretorum, & profundorū mysteriorum euā
gelicorum, multa mysteria secreta reuelan
do. Et sic ordinauit in me caritatem, & dile
ctionē, & ideo fuit mota ad cāndū illud
canticū. Magnificat aīa mea dominū, ex ni
mio amore concepto, vñ spōsus meus, & fi
lius, q̄ñ introduxit me in suā cellā vinariā. in
trñ vulnerauit, & inebriauit me vino suę cari
tatis, & amoris, & dilectionis, q̄ totaliter fui
oblita huius mundi, & mei ipsius, & fui con
uersa, & tracta seu rapta in ipsius amorem:
quia amor transformat amantem in amatū.
Et sic fui facta qua si languida, absq; memo
ria huius mundi, & suorum bonorū tempo
ralium. Et iō vos angeli sodales sponsi, & filij
mei Christi fulcite me, & ornate me florib.
huius agri, & horti filij mei, & stipate. & cir
cundate me malis, & pomis huius arboris fi
C lij mei, quia amore eius langueo, quia non
possum edere alium cibum, nec fui alio fru
ctu, nec alius fructus est dulcis gutturi meo
præter fructus sapidissimos cuius arboris, q̄
quidem fructus, & poma nutriūt fideles, &
dant vitam mundo. Itē nō miremini, q̄ lan
guea amore huius filij, & spōsi mei Christi.
nā ipse introduxit me in cubiculū suum, &
amplexatus est me, sicut mater amplectitur
filiū, & sponsus sponsam. nā læua eius. i. bra
chiū, & manus eius sinistra posita est sub ca
pite meo, & dextera illius amplexabitur me
Nam quando mater amplectitur filium par
uum, sustinet eum cum sinistra posita sub ca
pite, & cum dextera cooperit corpus eius.
Ita pariter spōsus, & filius meus Xps quodā
spūali amplexu amplexatus est me cū læua
eius sub capite sustentando, & cum dextera D
suæ potētiæ, & amoris, & fauoris me prote
xit ab omni malo præseruando, & in oī bo
no cōfirmādo. Et sic tenet me amplexā tan
q̄ lāguidā, & ebriā in cella vinaria fuit caritā
tis, & amoris, & dilectionis. Sed hic est valde
aduertēdū, q̄ cū in hoc cāntico spōsus satisfa
ciat, & annuat petitionib. & desideriis spon
sæ, & ipsa spōsa agat gras. eo. q̄ spōsum ad
pleuit desideriū, & petitiones suas puta quia
osculatus è eā osculo incarnationis, & traxit
eā in odorē vnguētorū suorū, & introduxit
eā in cubiculū suum, & cellam vinariā, reue
lando mysteria, & secreta sua, & iā lectus sub
vmbra illius quam desiderabat, & refecta est
cibis, & fructibus illius arboris dulcissimis.
Item quia tale osculum dicit quandam vni
tatem inter sponsum, & sponsam, eò, q̄ in il
la benedicta incarnatione facta fuit triplex E
vnio, quia primò verbum assumpsit aliam hu
manitatem in vnitate personali, & suppositi
tali. Secundo Christus elegit, & vnit sibi
specialiter, & singulariter virginem matrem
suam in quadam vnitate materna: quia facta
est speciale templum, & tabernaculum ma
ternum ipsius Christi. Tertiò Christus in sua
marre desponsauit sibi totam ecclesiam, in
quantùm ipsa fuit primum membrum ec
clesiæ Christi, & exordium eius: vt inquit
August. & hanc ecclesiam despōsauit, & vni
uit sibi Christus quadam vnitate mystica.
Et sic est dicendum, quòd triplex osculum
dedit Christus. Nam primò osculatus est il
lam humanitatē assumptam osculo incarna
tionis, & osculo personali. Secundò oscula
tus est virginem Mariam osculo filiali siue
materno. Tertiò osculatus est totā ecclesiā F
osculo mistico, & sacramentali. Et sic ergo
est dicēdū, q̄ totū istud canticū potest verisi
cari de isto triplici osculo. s. incarnationis,
& maternitatis, & desponsationis ecclesiæ.
Et sic possunt primò esse verba humanitatis
Christi: puta, q̄ illa humanitas Christi agat
gratias Deo: quia verbum diuinum oscula
tum est eam osculo, & vnitate personali, &
quia verbum commoratur inter vbera hu
manitatis, & quia illud verbum diuinum
fuit illi humanitati assumptæ, tanquàm
nardus, & fasciculus myrrę, & botrus cy
pri: & quia illa humanitas assumpta fuit
tanquàm lilium, & rosa inter spinas, &
quia fuit fauorata sub vmbra verbi, &
amplexata, & personata, & suppositata

Universidad de Deusto
Biblioteca

A per verbum &c. Item totum istud canticum verificatur de ipsa virgine, prout in amplexu, & vtero eius Christus accubuit, & recubuit tanquàm in suo talamo,& quia Christus existens in eius vtero fuit ipsi tanq̃ nardus odorifera,& sicut fasciculus myrræ,præseruans eã ab omni corruptione, & fuit ipsi tanq̃ botrus cypri,& tanq̃ balsamũ penetrãs clausttrum virginitatis,absque violatione : ipsam virginem, & intactam relinquendo. Et quia Christus introduxit eam in cellam vinariam ordinando in ea caritatem, & dilectionem,transformando eã in se, & altissima secreta ipsi reuelando. Item licèt virgo Maria contineret Christũ secũdùm carnem in vtero suo inquãtũ mater,tñ ipsa sedebat sub vmbra Christi inquantũ sponsa.Item ipsa virgo mater Christi sedit sub vmbra illius,quem de
B siderabat, quando spiritus sanctus venit sup eam,& obumbrauit eam.Luc. 1. Et tũc Xps filius suus amplexus est eam,quãdo ipsam in persona totius ecclesiæ sibi desponsauit. Et sic patet qualiter totum hoc cãticum de ipsa verificatur.Sed vltimatè verificatur totum istud canticum de tota ecclesia Christi, quã Christus sibi desponsauit, & vniuit in vnitate mystica.Et ideo hoc canticum exponendum singulariter,& specialiter de tota ecclesia.Ad cuius intellectum est notãdum,& pręadueitendum,q̃ ecclesia in primo cãtico petijt osculari,& trahi à sponso,& introduci in cellaria eius,& pasci,& sedere,& protegi sub vmbra eius.Item dictũ est qualiter sicut per illã arcã fœderis figurabatur Christus Deus & homo,rex,& sacerdos,ita per illud tabernaculũ,in quo arca fuit reposita,figurabatur
C primò Maria tanquàm tabernaculum matrem,sed vltimatè figurabatur ecclesia,ĩ qua Christus modò habitat per fidem, & gratiã tanquàm in tabernaculo mystico.Et dictum est,quòd virgo Maria fuit primum membrũ ecclesiæ noui testamenti,in qua prius habitauit per gratiam,quàm per carnem. Et id eo prius fuit sponsa quàm mater Christi,& prius fuit tabernaculum spirituale,& mysticũ Xpi quàm tabernaculum maternum. Et sic ista ecclesia noui testamenti incepit à virgine Maria,& in ea incepit desponsari Christo.Et ideo ipsa loquitur in hoc cantico tanquàm sponsa in persona totius ecclesiæ noui testamenti,quia in ea incepit compleri desiderium,& petitio facta in primo cantico,quia illa ecclesia continuatur cum ista per virgi- D
nem Mariam, & Christum ab Adam usque ad iudicium,licèt per diuersos status,ut plures dictum est.Deinde cum dicit. Adiuro vos filiæ Hierusalem,concludit istud secundum canticum. Vnde postquàm spõsus Christus compleuit desiderium huius sponsæ, & iam introduxit eam in talamum,& cellariũ suum,& iam tenet eam in amplexu suo, & ipsa iam se reputat felicẽ quiescẽdo sub umbra sponsi,& fruẽdo bonis spiritualibus eius & iã dormit inebriata in eius amore, & amplexu:ideo, ut Christus reddat ipsam securã, ostendit istam desponsationem,& unionem esse firmam,& ratam,& perpetuam,& istud osculum esse inseparabile. Et hoc intelligitur de supradicto triplici osculo,s.incarnatio
nis,& maternitatis uirginis Mariæ,& despõ sationis,et amplexus ecclesiæ. Vnde dicit E
Christus.O filiæ Hierusalem, id est animę fideles,ego adiuro vos per capreas, id est per patriarcas, ceruosque camporum,id est per prophetas, ne suscitetis, nec euigilare facia tis istam dilectam à dormitione, & à sõno, & ab amplexu meo, donec ipsa velit.quasi dicat,nullus credat,q̃ postquàm ego assumpsi istam humanitatem in vnitate suppositi. aliquando dimittam.imo nũquàm amplius dimittam quod semel assumpsi. Ideo dico vobis,q̃ non suscitetis,nec separetis eã.nec putetis eam separari à meo amplexu : quia nunquàm dimittam.Item nec suscitetis virginem Mariam matrem meã à meo amplexu mãternali,quia nunquàm dimittam eam, quia inæternum erit mater mea,& dilecta,& in gratia confirmata.Item adiuro vos ne susciteti-
tis,nec euigilare faciatis sponsam meã F
ecclesiam ab amplexu,& amore meo,nec putet aliquis eam vnquàm à me separari: quia postquam semel desponsaui eam, & vniui mihi per fidem,& caritatem in vnitate mystica,nunquã eam abdicabo,nec relinquã, nec deseram.Nam licèt aliquando permittã eam pati temporaliter a tyrannis, tamen semper eam liberabo de manibus eorum, & finaliter ipsa dominabitur eis,& conseruabo, & protegam eam in amplexu fidei,vsq; ad diẽ iudicij.Quia licèt continuè fluctuet : tamen non submergetur,nec peribit nauicula Petri. Quia ego rogabo patrẽ pro Petro,& grege eius,ne deficiat fides eius.Et hoc promittit sponsus cum adiuratione caprearum cer
uorumq̃ camporum. Ad cuius intellectũ

A est aduertendum,q̃ per capreas intelligit patriarcas,& p ceruos intelligit ꝓphetas, qui in veteri testamento prædixerunt aduentũ Christi,& perpetuam desponsationem Christi,& ecclesiæ,& quibus facta est de Christo firma repromissio.Vnde patriarchæ dicũtur capreæ in scriptura,eò:q̃ omnes fuerunt pastores.Et ꝓphetæ dicũtur cerui propter similitudinem,& velocitatem.nam sicut cerui semper discurrunt de monte in montem, & à termino in terminum,ita ꝓphetæ saltãr velociter ex vna materia in aliam,& ab vno tẽpore in aliud.Et ideo patriarcas appellat capreas,& prophetas ceruos.Item adducit eos in testes firmos,eò:q̃ eis facta fuit de Christo firma re,pmissio de regno Christi perpetuo,Vnde sub pacto ęterno per signũ arcus fœderis facta est de Christo re,pmissio Xpi
B ipsi Noe Genesis 9.Item sub iureiurando,& signo perpetuo facta est eadẽ repromissio ipsi Abrahæ Genesis 15.& 22.Item hoc idẽ ipsi Iacob in visione scalæ.Gene.28.& quando luctatus est cum angelo.Gene. 32. Hoc idem promissum est Moysi Exo.33.& Deutero.18.Item regnum perpetuum Christi, & ecclesiæ promissum est ipsi Dauid sub iureiurando, & pacto firmissimo.2.Reg.7.& 23.& psal.88.& 131.Item hoc idem patet p Esaiam,& omnes prophetas, maximè Hiere.33.vbi dicit Deus. Si irritum fieri potest pactum meum cum die,& cum nocte, vt nõ sit dies,& nox in tempore suo, ita pactum meum irritum esse potest cum Dauid seruo meo,vt non sit ex eo filius,qui regnet in trono eius & cætera.Et sic patet qualiter sub iureiurando, & pacto firmissimo promisit
C Promisit Deus patriarchis,& ꝓphetis regnũ Christi æternum super ecclesiam per gratiã in præsenti,& gloriam in futuro.Et per consequens ecclesia sponsa Christi nunquàm separabitur ab eius amore,& amplexu in toto isto sęculo per gratiam,nec in futuro p gloriam.Nam quis separabit nos à caritate Xpi vt inquit apostolus.Sub tali ergo adiutorio ne dicit Christus. Ne suscitetis,neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit, & ponitur ly donec indeterminatè,& infinitè, sicut dicitur psalmo 71.Erit abundantia pacis,donec auferatur luna.Sed quia luna nunquàm auferet,ergo nũquàm pax deerit vel deficiet.Ita pariter hic.quia sponsa nũquàm volet separari ab amplexu,& amore sponsi, ergo nunquàm separabitur.Ex quibus patet quòd sicut nunquàm dissoluetur vinculum D
incarnationis : ita nunquam fuit dissolutum vinculum maternitatis virginis Mariæ, quia semper erit mater Dei. nec vnquam dissoluetur vinculum desponsationis Christi. & ecclesiæ in hoc sęculo per gratiam,& fidem,& caritatem,& in futuro p gloriã. & æternam felicitatem,vbi Christus introducet sponsam ad ęternas nuptias agni. Apoc. 21. vbi Christus erit omnia in omnibus. 1.ad Corint. 15: Dicit ergo Christus: O filiæ Hierusalem adiuro vos per capreas ceruosque camporum, id est per patriarcas,& propheras. id est sicut ꝓmissum fuit patriarchis,& prenunciatum per prophetas,ne suscitetis, neque euigilare facia tis.i.dest ne putetis.nec credatis dilecti humanitatem esse separandam a verbo, nec virginem matrem à filio, nec ecclesiam à Christo sponso suo,donec,id est dum ipsa velit. quasi E
dicat:nunquam credatis esse separandã : imo prædicate,& annunciate nunquam esse separandam. Ex dictis autem in hoc cantico secũdo insurgit dubium. nam dictum est in principio:quòd Christus quieseit in ecclesia sponsa sua tanquam in accubitu suo.Et in fine cantici dicitur, quòd ecclesia quiescit inseparabiliter in amplexu Christi sui, inter eius brachia. Et sic vnus quiescit in amplexu alterius, & econuerso quod videtur impossibile, ratione positionis ad locum, & continens.
Ad hoc respondetur: quòd sacra scriptura utrunque affirmat, scilicet quòd Christus habitat in ecclesia spõsa sua, & ecclesia in Christo sponso suo. vnde dicitur Ioannis primo verbũ caro factum est, & habitauit in nobis & psalmo 90.Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei cęli cõmorabitur. Itẽ F
Saluator Ioan.sexto. Qui manducat meam carnem in me manet,& ego in eo.Item 1.Ioannis. Deus caritas est,& qui manet in caritate, in Deo manet,& Deus in eo.Et sic patet qualiter Christus habitat in nobis, & nos in Deo absque contrarietate, quam contrietatem tollit amor caritatiuus, qui tollit omnẽ contrarietatem, & causat vnionẽ. Vnde si consideremus vires,& proprietates amoris caritatiui,de quo Salomon loquitur in hoc cantico : videbimus hoc esse possibile, imo necessarium.

Vnde decẽ et nouẽ sunt vires, & effectus, & proprietates amoris caritatiui, quos effectus ostendit Christus ecclesiæ sponsæ suæ, & econuerso.Nam primò, amor caritatiuus

causat

Universidad de Deusto
Biblioteca

causat zelum bonum: quia non patitur malum in amato. Secundò non patit moras absentiæ ipsius amati. Tertiò trahit amantem ad amatum. Quartò languefacit amantem. Quinto liquefacit ipsum. Sextò vulnerat cor eius. Septimò inebriat amantem erga amatum. Octauò inflammat eum. Nono vnit ipsum. Decimò facit inhærere amantem amato. Vndecimò vnit, & conciliat vnum cum altero. Duodecimò fortiter tenet. Decimotertiò caritas ordinat voluntatem amantis erga rem amatam. Decimo quarto, quòd caritas non quærit quę sua sūt sed quæ amantis. Decimoquintò quòd omnia sustinet pro amato. Decimosextò quòd magis amans est in amato quàm in seipso. Decimoseptimò quòd transformat amantē in amatum. Decimooctauo quòd extasim facit in amante. Decimononò quòd non vult separari: sed in eo inæternum gestere. Hos ergo nouendecim effectus causat amor caritatiuus in amante. Et hos omnes effectus amoris ostendit Christus erga ecclesiam spōsam suam: vt patet per omnia ista decem cātica, & in toto discursu euangelico. Sed qa iste amor caritatiuus est reciprocus inter Christum, & ecclesiam: ideo eosdem effectus amoris ostendit ecclesia erga Christum sponsum suum iuxta possibilitatem, & facultatem suam, vt patet in istis eisdem canticis. Et ideo sicut Christus transformatus in spōsam suam per amorem facit in ea extasim, & quiescit, & vult quiescere inseparabiliter in æternum in ea: ita econuerso ecclesia transformata in sponsum facit extasim, & vult quiescere in eo inseparabiliter in æternum. Et sic sponsus habitat in sponsa: & quiescit in eius accubitu in æternum, & ecclesia quiescit in amplexu sponsi.

Est verum quod aliter Christus habitat in nobis, & aliter nos in eo. Nam nos habitamus in Christo sicut sponsa in amplexu sponsi per gratiam, & fidem, spem, & caritatem in præsenti, & in patria per gloriam. Et sic amplexus eius gratificat, & protegit in præsenti, & in futuro glorificat nos.

Christus autem habitat in nobis tāquàm in tabernaculo, & accubitu suo, & hoc tripliciter. Nam primò habitat in nobis, tanquàm in suo tabernaculo personali: & sic habitat solùm, & quiescit in illa humanitate assumpta in atomo ex nostra natura. Secundò habitauit in nobis, tanquàm in suo tabernaculo, & accubitu materno. Et sic habitauit in nobis, in solo vtero virginis Marię per nouem menses. Tertiò habitauit, & habitat in nobis tanquàm in suo tabernaculo, & accubitu mystico, & sanctificato: & sic accūbit, & habitat, & quiescit in tota ecclesia toto orbe diffusa per ecclesiastica sacramenta, & dona gratiarum, eam gratificando, & sanctificando. Et eodem modo habitat in vnoquoque iusto, & fideli, prout est membrum huiusmodi sponsæ, cuius Christus est sponsus, & caput.

Ex quibus omnibus patet dignitas, & excellentia huius sponsæ in statu noui testamēti supra statum veteris testamenti: quia plura, & maiora signa amoris ostenditipsi Deus in nouo testamento: quàm in veteri. Primo quia tunc Deus habitabat in illo populo in illa arca lignea, & tabernaculo ligneo, sed nūc habitat in tabernaculo carneo ex nostra natura humana personaliter assumpto, & habitauit in tabernaculo materno per nouem menses: & habitat in ęternum in nostro tabernaculo mystico. Secundò quia Deus habitabat in illo tabernaculo ligneo tantùm figuraliter: sed in nostro tabernaculo habitat realiter, nam verbum æternum realiter, & inseparabiliter, & personaliter quiescit in illa humanitate assumpta in vnitate suppositi. Et realiter verbū incarnatū quieuit in tabernaculo materno per nouem menses. Et realiter, & inseparabiliter inhabitat, & quiescit in tota ecclesia sponsa sua, tanquàm in tabernaculo mystico per ecclesiastica sacramēta. Nam verbum incarnatum realiter continetur in sacramento altaris: & non solùm figuraliter sicut in sacrificiis veteris legis. Item virtus passionis Christi realiter continetur in baptismo, & confirmatione, & pœnitētia, & cęteris sacramentis, & non solùm figuraliter, & tanquàm in signo fœderis, & signaculo fidei: sicut in circuncisione, & cęteris sacramentis veteris legis. Et ideo ecclesiastica sacramenta immediatè conferunt gratiā quàm significant: sicut dictum fuit in expositione psalmi. trigesimi noni, & in tractatu contra Iudæos quæstione prima. Ex quibus patet, q̄ maiora signa amoris ostendit Deus nobis quàm illis, quia Deus solùm dedit illis in suo tabernaculo ligneo illas duas tabulas lapideas: & virgam Aaron cū vrna mannæ. Et hoc dedit in figuram Christi futuri Dei, & hominis, regis, & sacerdotis. Sed Deus

Deus dedit seipsum nobis realiter Deum, & hominem, regem, & sacerdotem. Et sic Deus dedit illis vmbram, & figuram: nobis autem dedit veritatem, & veram lucem.

Ex quo patet, q̄ perfectius Christus Deus & homo habitat in nobis: quàm in illis: & nos perfectius habitamus, & quiescimus in amplexu Christi, quàm illi. Isti ergo duo modi quiescendi explicantur in hoc cantico. Nam in principio cantici explicatur mysterium incarnationis, per quam verbum diuinum habitat, & acubat in sponsa: cum dicit. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum & cætera. Sed mysteriū nostræ gratificationis, & salutis, per quam nos quiescimus in amplexu Christi, explicatur in fine cantici: cum dicitur. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sed inseparabilitas æterna tam accubitus Christi in nobis: quam nostri amplexus in Christo, explicatur cum concluditur in cantico. Adiuro vos filię Hierusalem ne excitetis, neque euigilare faciatis dilectā: donec ipsa velit. Sed mutuus amor reciproc⁹ eius cum suis effectibus inter sponsum, & sponsam explicatur in medio dialogi huius cantici: cum sponsus dicit. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: & cum sponsa dicit. Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios, & Fulcite me floribus: quia amore langueo & cætera. Et per hoc patet intelligentia huius secundi cantici, & responsio ad dubium. Et hoc de secundo cantico.

INCIPIT TERTIVM Canticum.

VOx dilecti mei.
Ecce iste venit saliens in montibus.
Transiliens colles,
Similis est dilectus meus capreæ:
Hinnuloq; cęruorum.
Ecce ipse stat post parietem nostrum,
Respiciens per fenestras,
Prospiciens per cancellos.
Ecce dilectus meus loquitur mihi.
Surge propera amica mea:
Formosa mea, & veni.
Iam enim hyems transiit,
Imber abiit, & recessit.
Flores apparuerunt in terra nostra.
Tempus putationis aduenit.
Vox turturis audita est in terra nostra:
Ficus protulit grossos suos,
Vineæ florentes dederunt odorem suum.
Surge propera amica mea,
Speciosa mea, & veni,
Columba mea in foraminibus petræ:
In cauernis maceriæ.
Ostende mihi faciem tuam.
Sonet vox tua in auribus meis.
Vox enim tua dulcis,
Et facies tua decora.
Capite nobis vulpes parvulas,
Quæ demoliuntur vineas.
Nam vinea nostra floruit.
Dilectus meus mihi. Et ego illi,
Qui nascitur inter lilia,
Donec aspirent dies, & inclinentur umbræ.
Reuertere, similis esto dilecte mi
Capreæ hinnuloq; cęruorum,
Super montes Bether.

VOx dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus & cætera. Istud est tertium cāticum: in quo Salomon cantat vocationem apostolorum: siue vocationem ecclesiæ in apostolis. Et ideo prius videndum est vnde Salomon sumpsit parabolam. Sed ō exequendum est de cantico, & eius expositione. Quātùm ad primum est aduertendum: quòd Salomon ex duobus assumpsit parabolam. Primo ex figura. Secundo ex promissione. Nā primò per hoc quòd Deus loquebatur Moysi facie ad faciem. Exod. 33. id est per angelum medium: præuidit Salomon in spiritu, qualiter Deus debebat loqui mundo per humanitatem personaliter assumptam. Vnde per hoc quòd Deus dedit illam legem Moysi per illum angelum, figurabatur quòd Deus in humanitate debebat explanare illam eandem legem apostolis in monte Tabor, prout fuit impletum Matthæi 5. & 6. & 7. Ité per hoc quòd quando arca fuit reposita intra tabernaculum, & iam Deus loquiebatur Moysi de arca, & tabernaculo, & declarabat illi omnia, & disponebat de omnibus agendis: vt patet Exod. vltimo: per hoc præuidit Salomon qualiter verbum diuinum debebat introire in arcam humanitatis per incarnationem, & totus Christus incarnatus debebat intrare in tabernaculum ecclesiæ per fidem, & gratiam, & de illa arca humanitatis debebat loqui fidelibus suis, & declinare legē, & pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prophetas. Item hoc idem præuidit Salomõ per promissiones factas: maximè Deuter. 18. cum dixit Deus. Prophetam suscitabo eis de medio frarrum suorum similem tibi: & ponã verba mea in ore eius: loquetur quẽ ad eos quæcunque dixero illi, vbi præuidit Salomõ qualiter Deus dẽbat assumere carnem de illo populo. & loqui apostolis, & toti illi populo per illam humanitatem assumptam, & declarare legem & prophetas. Et sic patet qualiter sicut in præcedenti cantico cãtauit osculum incarnationis: ita in hoc tertiò cantat osculum familiaris prædicationis. & legis declarationis, & sic satisfacit primæ petitioni sponsæ. Hoc ergo præuidens Salomon in spiritu, assumens parabolam ex sup. dictis fecit hoc tertium canticum: in quo introducit Christum sponsum loquentem, & vocantem ecclesiam in apostolis, & declarantem eis legem & prophetas, prout fuit im
B plerum Mat. 5. & 6. et per totum discursum euangelicum. Sed præcipuè cantat, ppheticè Salomon in hoc tertiò cantico totum illum sermonem, quem fecit Christus in monte, declarando legem, & prophetas Matth. 5. In quo cantico tria facit. Nã primò facit quod dictum est. Secũdò cantat acceptationem legis, & doctrinæ Christi, & gaudium ecclesiæ acceptantis legem euangelicam. Tertiò præ dicit et cantat stabilitatem, & perpetuitatem legis euangelicæ. Secundũ ibi. Dilectus me⁹ mihi, & ego illi. Quantùm ergo ad primum est aduertendum, q⁹ Christus primò despon sauit ecclesiam in Maria, & in Ioseph: sicut dictum est. sed exinde, quando Maria abiit cũ festinatione in montana Iudeæ: ibi vocauit
C Ioannem Baptistam de ventre matris, & de sponsauit ecclesiam in eo, et in Elisabet matre eius: quia vterque confessus est Christum incarnatum: vt patet Lucæ primo. Item cùm esset incipiens annorum triginta: illico post baptismum, & ieiunium vocauit apostolos: & ascendit in montem: & dedit eis legem euangelicam: quæ nil aliud est, nisi declaratio legis, & prophetarum, vt inquit Augustinus. Vnde Christus: qui ante locutus fuerat patriarchis & propheris per angelos: & locutus fuerat mundo per ora prophetarum, & dederat Moysi legem per angelum medium: tunc ascendit in montem, & aperiens os suũ declarauit apostolis legem, & prophetas dicens. Non veni soluere legem, aut prophetas, sed adimplere. Et sic per os proprium, & per illam humanitatem assumptam locutus est apostolis, & declarauit eis legem, & prophetas, dando veram intelligentiam: vt patet per totum discursum euangelicum.

Sponsa ergo, quæ diu desiderauerat, & petierat osculari osculo sponsi per veram declarationem legis, & prophetarum, audiens sponsum iam sibi loquentem, per os proprium: cum magno gaudio dicit in principio huius cantici. Vox dilecti mei, & sponsi Christi audita est mihi supple, id est gratias ago: quia iam osculatur me osculo oris sui: & loquitur mihi iam non per angelos, nec per patriarcas aut prophetas: sed per os proprium. vnde sicut iste sponsus meus quondam peregrinabitur positus in illa arca per montes, & colles, & loquebatur Moysi de tabernaculo fœderis: & illud faciebat sub quadam figura: ita nunc implendo illam figuram positus, & latentes in humanitate iam loquitur mihi, & ecce iste iam venit saliens in montibus Galileæ, & Iudeæ, & vocando apostolos, & prædicando, & iam venit transiliens colles: primò quando existẽs in vtero matris venit in montana Iudeæ ad salutandum Elisabet, & ad sanctificandum Ioannem baptistam, & postea quando uenit, & portauit ipsum matri ad præsentandum in templo: & quando fugit in Aegiptum: & reuersus est in terram Iudæ: & tandem quando vocauit apostolos, & cætera. Et ideo dilectus meus in tali peregrinatione, similis est capreæ hinnuloque ceruorum in velocitate. Nam sicut capreæ cum velocitate currit ad lactandum filium, & cerua hinnulum: ita Christus cum velocitate quæ fuit apostolos, & omnes fideles per montes, & campos: ad lactandos eos lacte diuinæ doctrinæ, & sapientiæ. Sed ad maiorem euidentiam est aduertendum: prout supradictum est, quod in toto isto libro per capreas intelliguntur patriarchæ, qui fuerunt pastores, quibus factæ fuerunt reprõmissiones de Christo, & ecclesia. Et per cernos hinnulosque ceruorum intelliguntur prophetæ, qui fuerunt veloces in saltandum de una materia in aliam: sicut faciunt Satyrici, qui quidem prophetæ prænunciauerat omnia misteria Christi, & ecclesiæ cum magna velocitate saltando de vna materia in aliam, & de vno misterio in aliud, & de vno tempore in aliud. Sed quia Christus adimplouit ola q̃ fuerunt promissa patri

A patriarchis, & vaticinata per prophetas. iõ dicitur similis illis, ideſt consormis promissionibus, & vaticinijs, & prophetis eorum: quia non venit soluere legem: sed adimplere omnes promissiones, & vaticinia eorum: ergo Christus non fuit dissimilis, immo similis illis Et hoc est quod dicit, & intendit dicere sponsa cum ait. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum, id est conformis est tori legi, & prophetis: quia omnia, quæ in patriarchis sunt promissa, & figurata, & in prophetis vaticinata adimpleuit. Nã en, ideſt ecce ipse iam stat post parietem nostrum, id est latẽs in nostra humanitate sicut fuit promissus patriarchis, & prophetis, & fuit figuratus
B per arcam, & tabernaculum, & per illos angelos, per quos Deus loquebatur in forma humana Et iã stat aspiciens per fenestras, & cancellos humanitatis, ideſt iam habens oculos humanos, & os carneum, & humanum, loquitur mihi familiariter dilectus meus Deus, & homo. & vocando me, dicit. Surge amica mea &c. Ad cuius intellectum est notandum, q⁹ sicut populus Israel erat in Aegypto sub illo iugo captiuitatis: ita pariter sponsa erat sub iugo legis, & peccati: & sicut tempore veris Deus eduxit per Moysen illum populum de captiuitate: ità in eodem tempore in mense Aprilis, siue Martij Christus desponsauit, & eduxit sponsam suam de iugo legis, & captiuitate peccati per mortem, & passionem. Vnde sicut homo in hyeme latet frigidus, & balbus in domo non audens exire domum propter frigus intensum, & propter crebros imbres, & pluuias, & obscuritatem nubium: ita
C pariter sponsa erat latens sub frigore, & obscuritate, & nube legis. Item sicut in hyeme arbores non faciunt fructus, nec florent propter rigiditatem frigoris, & propter defectũ caloris: ita lex Moysi existens sub frigore, & nube cerimoniarum, sine calore, & præsentia Christi, qui est sol iustitiæ, nec floruit, nec fecit fructum. Sed oriente sole iustitiæ in mundo: qui est Christus: illico causauit tẽpus veris, & fugauit noctem, & hymem, & tenebras legis: & incepit florere, & facere fructũ vinea legis per Christum. Et sic Christus fugata nocte, & hyeme legis veteris, cum suis nubibus cerimoniarum portauit ver euangelicũ in quo floruit vinea legis, & hoc est qđ dicit sponsus. Et loquitur etiam more amantis. Nam sicut amasius surgit de nocte, quasi in aurora, & venit ad domum amasiæ, & ornat portam eius diuersis floribus tẽpore ve-D
ris, & cantando vocat eam, vt surgat de lecto ad audiendam cantilenam suam: quam cãtat amore eius: & vt sibi loquatur, & correspondeat, et reddat vices amoris ipsi: ita pariter Christus venit in mundum, et reppetit sponsam suam iacẽtem in lecto legis, et in nocte frigidam propter frigus legis. ideo venit ad excitandam eam, et ad vocandum ipsam: vt surgeret à lecto, et nocte legis: et redderet ipsi vices amoris: cui Christus portauit flores, et fructus euangelicos. Christus ergo spõsus vocat spõsam suam, vt surgat è somno legis, dicens: O amica mea, et sponsa, et formosa mea, et columba mea, quæ diu iacuisti sub iugo, et lecto, et nocte legis, surge à iugo legis, et veni ad me, et faciam te formosam p̃ dona gratiarum: et faciam te simplicẽ sicut columbam per baptismum. Iam enim hyems, E
et frigiditas, et nox, et obscuritas legis veteris transijt, et imber peccatorum iam recessit postquàm venit sol iustitiæ: quia iam apparuerũt flores in terra nostra. Nam sicut recedente hyeme, et aduenientе vere omnes arbores, et vineæ florent, et ficulneæ incipiunt producere ficus propter accessum, et fauorẽ et calorem solis. Ita aduenientе Christo vinea legis, et ager, et ficulnea legis inceperũt florere, et fructificare per Christum. Vnde iã venit tempus purationis vineæ: in quo omnia cerimonialia sunt ampurãta: vt noui tyri, et pampini euangelici valeant pullulare.

Item sicut in vere auditur vox, et cantus turturis per siluas: ita transacta hyeme legis, et aduenientе plenitudine temporis, quando Deus misit filium suũ, audita fuit vox turturis euangelicæ, quę fuit virgo mater Dei, quã do dixit. Magnificat anima mea dominum etc. quia iam annunciauit Deum in carnem aduenisse etc. Et sic vox euãgelica incepit tunc audiri in terra nostra. Sed magis audita fuit vox turturis, quando Christus ascendit in montem, et incepit declarare legẽ apostolis, Matth. 5. Item tunc ficus legis, amputatis cerimonialib. foliis, incepit producere ficus, et grossos euangelicos per veram intelligentiam. Nam sicut fructus latet in arbore in hyeme, et ficus in ficulnea, et vuæ in vite, eò q⁹ fructus tantùm est ibi in potentia: tanquàm in suis causis materialibus: sed in vere sol, et cęlestis influentia educit fructus ex arboribus de potẽtia in actum: ita pariter omnia mysteria, et veritates euangeicæ late

bant

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bant sub litera legis, sed venit Christus sol iu
stitiæ, & eduxit omnia illa mysteria, & veri
tatis in actum, & in lucem, & sic apparuit ve
ras euangelica, quæ latebat in lege, sicut
formæ latitant in materia, & fructus in ar-
bore. & ideo subdit q̃ vineæ legis dederunt
odorem suum florendo. Et nota q̃ quando
vineæ florent, omnes serpentes fugiunt: eò
q̃ odor florum vinearum interficit serpẽtes.
Ita ergo pariter quando Christus venit, & in
cepit fugare hyemen, & frigiditatem cerimo
niarum legis, & incepit florere vinea propter
calorem solis in vere euangelico: tunc ser-
pens antiquus incepit fugere propter odo-
rem vineæ euangelicę: quia ille odor, & vir
tus florum sacramentorum euangelicorum
interficit diabolum, & extinguit peccata. Et
ideo dicit sponsus, quòd vineæ legis iam de
B derunt odorem suum fugando diabolum, &
extinguendo peccata. Et ideo subdit. Surge
amica mea, & sponsa: quia diu per totam hye
men legis veteris iacuisti absconsa. sicut co-
lumba in cauerna maceriæ, & parietis, & in
foraminibus petræ: ita tu latuisti absconsa
sub vmbra legalium, per totam hyemem. &
noctem legis. O ergo columba mea exi à ca
uerna, & foramine legis, & incipe cãtare can
ticum euangelicum, & sonet vox tua in au-
ribus meis, cõfitendo me esse Deum, & Mes
siam, & redemptorem tuum. Et ostende mi-
hi faciem conscientiæ tuæ per fidem, & cari-
tatem, & sonet vox tuæ confessionis in auri-
bus meis, quia vox tua erit mihi dulcis: cùm
audiero à te confessionem veræ fidei euange
liæ, per quam fidem eris mihi personaliter,
& præsentialiter desponsata. Quia iam non
C loquor tibi per angelos, nec per prophetas:
sed personaliter & præsentialiter loquor tibi
per meipsum. Profer ergo fidem articulo-
rum, & fidem euangelicam per os tuum, &
eris mihi vera sponsa, per verba de præsenti.
quasi dicat: sequere me per fidem euangeli-
cam, & recipe baptismum fidem profitẽdo
& tunc vox tuæ confessionis erit mihi dul-
cis, & acceptabilis: & facies animæ, & consci-
tiæ tuæ erit mihi decora, & grata, & amabi-
lis. Deinde cum dicit: Capite nobis vulpes
paruas &c. sponsus auisat sponsam, vt sit cau-
ta, ne sequatur falsam doctrinã Scribarum,
& Pharisæorum. Ad cuius intellectum est ad
uertendum: q̃ quando Christus venit, iam
repetit scripturã legis, & prophetarũ depra-
uatã per falsas traditiones, & expositiones
Scribarũ, & Pharisæorũ, & Saducæorũ. Cuius D
causa fuit. Nam vt ait Iosephus 18. libro anti
quitatum, & 2. lib. de bello Iudaico: quasi per
40. annos ante aduentum Christi inter cete
ras sectas surrexerunt duæ principales sectæ
in Hierusalẽ: quarũ prima fuit secta Saduceo
rũ, dicta à quodam dicto Sadoch, principe, &
inuentore illius sectæ. Illi autem negabãt an
gelos esse, & alios spiritus: & negabant resur
rectionem corporum, & per consequens con
cedebant mortales esse animas hominum.
Item recipiebãt solùm quinque libros Moy
si, & negabant totum residuũ veteris testa-
menti: & sic ex tali errore committebãt mul
ta turpia. Sed tunc ex zelo legis, & prophe-
tarum surrexit altera secta contraria isti, quæ
incepit à quodam dicto Fares de tribu Si-
meon, & ideo eius sectatores dicti sunt phan E
sæi: quasi contra Saducæos, & ceteris popula
ribus diuisi in vita, & moribus, & in habitu.
Isti fingebant se zelare legem, & prophe-
tas: & ideo habiti sunt in maxima veneratio
ne apud populum, & in maxima opinione
sanctitatis propter apparentiam exteriorem
& isti dabant operam studio legis, & prophe
tarũ præ cæteris: & ideo propter assiduitatẽ,
& continuum studium facti sunt periti præ
cæteris in litera legis, & prophetarum. intan
tùm quòd acceperunt authoritatem à sum-
mis sacerdotibus, sedendi in catedra Moysi
ad declarãdas scripturas legis, & prophetarũ,
& ad iudicandas, & discernendas causas ciui-
les, & iudicia ciuilia exercenda. Et sic facti
sunt de numero illorum 70. iudicum, quos
Moyses instituit ad discernendas causas, & iu
dicia Exod. 18. Et ideo dicebantur sedere su- F
per catedram Moysi. Et ideo isti ratione re-
ligionis dicebantur Pharisæi: sed ratione iu-
diciariæ potestatis, & ratione authoritatis
glossandi, & exponendi, & declarandi sa-
cras scripturas legis, & prophetarum dice-
bantur Scribæ. Est verùm quòd multi
ex tribu Simeon propter peritiam scriptura-
rum, licèt non essent ex religione, & habitu
pharisæorum: tamen similiter assumebantur
ad potestatem iudicandi, & authoritatem glos
sandi: & isti dicebantur Scribæ tantùm. Ista
ergo secta, & religio Pharisæorum, & etiam
societas Scribarum fuit deuotior propter si-
mulationem sanctitatis, & creuit intantùm
apud vulgares, & ciues, & plebeios, quòd om
nes ciues relinquebant eos executores testa-
mentorum, & tutores viduarum, & pupillo-
rum

A rum, & sic regebant populos in temporali-
bus, & spiritualibus. Et sic inceperunt come
dere: & expogliare domos viduarum, & diri
pere bona pupillorum, & impinguare do-
mos suas: intantum quod omnes diuitiæ per
ueniebant ad manus eorum, & simplices po
pulares ex ignorantia obediebant, & crede-
bant eis. Sed auaritia, & cupiditas simul cre-
scit, et exarsit in eis cum pinguedine diuitia-
rum. Vnde tunc inceperunt ordinare nouas
traditiones in populo, & glossare omnes sa-
cras scripturas, & deducere ad lucrum suum
temporale, & ad multiplicandas oblationes
& decimas, & primitias. Et sic facti publici
campsores, & mercatores per se vel per in-
terpositas personas parauerunt in templo
mensas nummulariorum, & in porticu tem-
pli vendebant oues, & agnos pro sacrificiis, D
B & oblationibus, & sic vsurpabant sibi omnia
lucra. Et vt hoc non reputaretur illicitum
apud populum glossabant scripturas ad suũ
intentum, ostendentes populis, quòd ea, quæ
faciebant erant de mente legis, postquã om
nia erant ad cultum diuinum: & sic depraua
runt totam legem, & prophetas, trahentes
omnia ad intentum, & lucrum suum tem-
porale: negantes omnem sensum spirituа-
lem. Et ideo Christus reperiens scripturas
depraуatas per falsam doctrinam, & tradi-
tiones istarum sectarum, scilicet Saducæo-
rum, & scribarum, & Pharisęorum: statuit
extirpare fermentum, & falsam doctrinam
eorum, & aperire verum sensum sacræ scri-
pturæ: ideo ascendens in montem incepit
auisare discipulos dicens. Nisi abundauerit
C iustitia vestra plusquàm Scribarum, & Pha-
risęorum, non intrabitis in regnum cœlo-
rum & cætera. Et sic Christus procedit in
toto illo sermone declarando veram intelli
gentiam legis; & prophetarum, & extirpan-
do falsam doctrinã Scribarum, & Pharisęo-
rum. Et hoc idem facit per totum discur-
sum euangelicum. Vnde Matthæus decimo
quinto auisans discipulos dixit: Cauete à
fermento Saducęorum, & Pharisęorũ et cę-
tera. Item decimoquarto dicit. Super ca-
tedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi et
cętera. Et in toto illo capitulo exprobrat
auaritiam, & simulationem, & praua opera
eorum. Et ideo videntes Christum torali
ter esse contrarium moribus, et auaritiæ, et
prauis operationibus suis: statuerunt ipsum
interficere, negantes Christum esse Messiam
in lege promissum. Vnde sicut erant tora- D
liter mundani, et carnales: ita declarabant
totam scripturam temporaliter, et carnali-
ter, expectando bona temporalia. Et
hanc sectam Scribarum, et Pharisęorum ser
uant hodie Iudęi moderni: eò quod sunt
successores illorum in una, et doctrina, et
perfidia, et odio, prout dictum est psalmo
secundo, et psalmo octuagesimoprimo. Et
sic patet qualiter Scribæ, et Phariśei conati
sunt dissipare uineam legis per falsam do-
ctrinam et intelligentiam: quos Salomon
hic appellat uulpes, propter simulationem,
et fictionem vitæ, et appellat eos vulpes pa
uas propter sanctitatem, et humilitatem fi-
ctam, et simulatam: vel à paruitate veritatis,
et etiam à paruitate potentiæ, et effectus.
Nam licet tuerint conati destruere vineam
sacræ scripturę, tamen non potuerunt: quia E
veritas scripturę continuata, et conseruata
est in euangelio, et ipsi manent in sua cęcita
te, et obstinatione, et mendacio, et caputuа-
te. Dicit ergo sponsus ad apostolos: Nolite
sequi doctrinam vulpinam, et semenrũ
istarum vulpium, scilicet Scribarum, et Pha
risæorum, sed capite nobis istas vulpes pa-
uas, scilicet Scribas, et Phariśeos, qui de-
moliuntur, et destruere, et dissipare nitun-
tur vineas sacræ scripturæ, cum suis falsis do
ctrinis, et traditionibus iniquis, et eiicere eos
extra uineas nostras: tanquam occęcatos in
malitia eorum, ne intelligant sacramenta
Dei, et ne comedant de fructibus huius vi-
neæ, postquam negant aduentum Christi
agricolæ huius vineæ: quoniam vineæ no-
stręiam floruerunt per aduentum Christi: li
cèt ipsi non expectant talem fructum spiri- F
tualem ex ea: sed bona temporalia. Et ideo
ne istæ vulpes paruæ in valore, et in poten
tia, et intelligentia veritatis dissipent flores
huius vineę: capite eas, et proicite extra vi-
neam, postquàm se indignas fecerunt. Vnde
ego expectabam: vt ipsi Iudęi colligerent
uuas ex ista vinea, et ipsi collegerunt labru-
scas amaras pro eis. Sed vos fideles colligi
te uuas dulces mysteriorum euangelicorũ.
Intendit ergo dicere sponsus ad sponsam
in apostolis: O amica mea, et columba
mea sponsa ostende mihi faciem tuam per
puritatem baptismi, et sonet uox tua in au-
ribus meis per confessionem veræ fidei, et
non sequaris falsam doctrinam, et vocem
vulpinam Scribarum, et Pharisęorum, qui

conantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conatur destruere vineas sacræ scripturæ, sed capite has vulpes,& proijcite extra vineam: quoniam vinea mea iam floruit &c.

Dilectus meus mihi,& ego illi.

Hæc est secunda pars huius cantici,in qua introducitur sponsa ad loquendum, quæ audita voce sponsi, quam vocem diu desiderauerat: ideo agit gratias dicens: Gratias ago quoniam dilectus meus præsentialiter,& familiariter loquitur mihi,& ego illi: & iã docet me familiariter mysteria, & secreta legis, & iam pascitur inter lilia, quia iam recipit à me cultum latriæ in apostolis, & discipulis, & fidelibus sequentibus eum. Vnde sicut ipse pascit me pabulo doctrinæ: ita ipse pascitur à me pabulo cultus latriæ:acceptãdo me am fidem,& confessionẽ fidei, & laudis &c.
Et iste cultus latriæ durabit donec, id est dũ
B aspiret,& persæueret dies gratiæ, vsque ad iudicium,& vsque inclinentur vmbræ, vel sic. Dilectus meus loquitur mihi,& ego illi:& iã pascitur inter lilia siue rosas fidelium per cultum latriæ,postquàm iam aspirauit dies gratiæ,& finita,& fugata est vmbra legis. quasi dicat,nolo audire,nec seq; vulpes phariseos, nec doctrinam eorum falsam: sed volo sequi Christum,sicut ipse loquitur mihi. Deinde dum dicit:Reuertere. postquam ista spõsare cepit fidem euangelicam, & veritatem legis à sponso in Apostolis,& discipulis in illo mõte desiderãs habere copiam in sua societate, & sciens q; Christus venerat ad redimendũ principaliter populum Israel: ideo exhortatur sponsum,vt lustret in gyrum,& circũdet totam terram Israel per omnes tribus, & postea reuertatur in Hierusalem,vt ibi pro om-
C nibus patiatur. Dicit ergo sponsa: O dilecte postquam vocasti, & docuisti me in apostolis,& discipulis, & iam pasceris inter lilia per latiam,& iam apostoli receperunt,& sequũtur te:ideo vade,et lustra,& circunda in gyrũ totam terram promissionis,uocando omnes filios Israel ad fidem,postquam principaliter & personaliter venisti ad oues,quæ perierãt domus Israel.Et postquam lustraueris totam terram promissionis reuertere in terram Iuda,& Hierusalem, vt ibi pro nobis patiaris. Vnde nota,quòd vbi translatio nostra dicit. Reuertere: in Hebræo habetur circunda siue lustra,& est mos,& consuetudo amantium, qui lustrant in girum domum,& vicum amasiæ,vt frequenter eam possint videre,& alloqui,Ita ergo eodem modo dicit ista sponsa. O dilecte mi perlustra, & circunda frequen- D ter domum meam,id est totam terram promissionis.& postea reuertere ad me,& finaliter reuertere in terram Iuda: vbi in Bethleem fuisti natus:& in Hierusalem in templo præsentatus,vt ibi patiaris pro omnibus,& retur gas,& finias cursum tuum:& in tali cursu, & officio sis velox, & similis, in velocitate capreæ hinnuloq; ceruorum, id est expedias cursum tuum reuertendo super montes Bethel,ideſt super montes Dei, qui sunt montes Iudææ vbi est Hierusalem sita in monte Siõ & in monte Moria, qui dicuntur montes Bethel,ideſt montes domus Dei, eò quòd in eis est fundata domus Dei. & in vno istorũ mõtium vidit scalam Iacob:& in altero Abrãm voluit immolare filium. & in altero Melchi sedech obtulit panem,& vinum, vt dictũ est psalmo.47. Intendit ergo dicere sponsa. O E dilecte,lustra totam terram Israel. & reuertere super montes Bethel,scilicet in Hierusalem ad patiendum, & complendum mysterium redemptionis,& esto similis capreæ hinnuloque ceruorum,ideſt esto similis, & cõformis legi,& prophetis, scilicet imple officiũ redemptionis in Hierusalem,sicut promisisti patriarchis,& vaticinatum est per prophetas, prout dictum est,& magis patebit. In Hebræo aũt habetur:super montes Bethel,ideſt super mõtes diuisos.Et tunc esset sensus:lustra terram velociter,sicut caprea, et hinnulus velociter currit super montes diuisos siue diuersos.sed nostra translatio videtur magis propria. Ad maiorem euidẽtiam est notandum: quòd caprea siluestris habet quatuor proprietates,& conditiones. Primò quia fugit vehementer F venatores. Secũdo quia est velocior cæteris animalibus in fugiendo. Tertiò,quia semper petit ardua, & cacumina montium in accessibilia,vt ibi saluetur. Quartò quia semper trahit,& ducit filium secum,vt saluetur, nec vaquàm dimittit.nec deserit eum. Has etiam quatuor proprietates habet ipse ceruus in fugiendo venatores.Et has quatuor proprietates seruauit Christus cõtra vulpes Phariseos & Scribas:qui sua venenata,& vulpina doctrina nitebantur vulnerare populos, & dissipare vineam domini. Et ideo Christus fugit, imo increpauit, & extirpauit velociter falsã doctrinam scribarum,& phariseorum,& ascẽdit in montem crucis ducens, & trahẽs secũ omnes fideles filios suos:ut eos ibi saluaret, & liberaret. Et ideo dicit sponsa. O sponsẽ dilecte

A dilecte mi perlustra totam terram Israel, & reuertere ad montes Bethel.i.domus Dei quæ est Hierusalem,& ad montem crucis,vbi nos debes saluare.Et ideo esto similis capreæ hinnuloq; ceruorum. i. sicut caprea, & ceruus velociter fugiunt venatores,& ducunt,& trahunt secum hinnulũ.s.filium, vt saluent eum super ardua montium,ita tu trahe nos tecum super montem crucis,& super montes Hierusalem,vt salues nos ibi,& super montem cœlestem,vt ibi te fruamur.

SECVNDA PARS
Tertij Cantici.

IN lectulo meo quæsiui quẽ diligit anima mea.
Quæsiui illum,& non inueni.
Surgam,& circuibo ciuitatem per vicos, & plateas
B *Quæram quem diligit anima mea.*
Quæsiui illum,& non inueni.
Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatẽ.
Num quem diligit anima mea,vidistis
Paululum cum pertransissem eos,
Inueni quem diligit anima mea.
Tenui eum nec dimittam,
Donec introducam illum
In domum matris meæ
Et in cubiculum genitricis meæ.
Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosque camporum
Ne suscitetis,neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Deinde cum dicit.In lectulo meo per no
C ctem quæsiui quẽ diligit anima mea &c. videns sponsa,q; per totam noctem legis nunquàm potuerat reperire sponsum suum Christum in tabernaculo Moysi, nec in templo primo,nec secundo, quia in arca fœderis non erat realiter incarnatus, nisi in sola figura: ideo postquàm reperit ipsum in carne, agit gratias dicens.Ego quæsiui, quem diligit anima mea in lectulo meo. i. in tabernaculo Moysi,& ipsum quæsiui per totam noctẽ legis. Et tamen nõ potui ipsum inuenire, quia tamtum erat ibi in figura,& sic dixi in me ipsa:Ego circuibo per vicos,& prophetas,q; tẽdo Christum,quem diligit anima mea, & quæsiui illum,sed nunquàm ibi inueni in toto testamento vet.Et dum circuibam per totum vetus test.quærendo, quem diligit anima mea,inuenerunt me qui custodiunt ciui- D tatem.Illiimmi sacerdotes,& Scribæ,& Pharisæi,qui erant doctores,& prælati positi ad custodiam populi,& templi, quos interrogaui dicens: Num quem diligit anima mea, vidistis, qui non ostenderunt mihi filiũ per legẽ,& prophetas: imo negarunt eum dicentes.Hunc nescimus vnde sit. Et nõ habemus regem nisi Cæsarem, imo negauerunt talem Messiam Deum, & hominem esse in lege promissum: nec voluerunt recipere cũ nec legem eius euangelicam,nec bona spiritualia, cùm tanquàm carnales expectassent temporalia.Sed ego spernens eorum cecitatem, & falsam doctrinam paululum eum p transissem eos,inueni Christum Deum incarnatum sponsum mihi promissum,quem diligit anima mea Et ideo illicò ad primam vocationem tenui eum per firmam, & indissolubilẽ caritatẽ. Et ideo non dimittam eum, E donec introducam illum in domum matris meæ,& in cubiculum genitricis meæ, quæ est plebs Israelitica fidelis, vnde postquàm finagoga eiecit ipsum a se, ego recepi ipsũ, intantum, q; nemo me separabit à caritate eius. q.d.postquàm non reperi ipsum in tabernaculo Moysis, nec in templis primo, & secundo tandem inueni ipsum in tabernaculo,& templo humanitatis assumptæ,& sic tenui, & recepi eum in verum Messiam,nec dimittã eum,licèt Scribæ,& Pharisæi tãquàm vulpes dissuadeant mihi cum comminatione, & cum suo falso fermento: Ad maiorem autem euidentiam est notandum,q; ista spõsa quæsiuit sponsum per totam noctem legis in lectulo suo,i.in tabernaculo ligneo,quod fabricauerat Moyses,sed cùm ipsum ibi non F reperisset,eò,q; ibi non erat nisi in figura,iõ interrogauit custodes.s.Scribas,& Phariseos, vt ostenderent sibi sponsum.s.Messiam in lege promissum,eò,q; sacerdotes,& scribæ, & pharisæi erant positi tãquàm custodes,& speculatores domus Israel,vt cùm veniret Christus ostenderent eum populo per sacrã scripturam.Sed cùm sacerdotes,& scribæ,& pharisæi non ostendissent ipsi Christum fuisse Messiam: imo tanquàm vulpes dissipantes vineam domini negauerunt eum, & persequebantur, ideo ista sponsa non acquiescẽs fallæ doctrinæ eorum pertransiuit.i.contempsit eos. sed cum per transisset eos reperit Christum sponsum suũ nõ in tabernaculo ligneo ipsius Moysi, sed in lectulo / & taber-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A naculo carnis, & humanitatis. Et tunc post quam ista sponsa cognouit sponsū, tenuit eum fortiter p fide, & secuta est eū vsq; ad montē, & introduxit eum in domū matris suæ. s. in plebē Iudaicā, quia apostoli multos de plebe Israelitica conuerterūt ad fidem Xpi, qū misit eos ad prædicādū p terram Israel, vt patet Mat. 10. & Luc. 10. Et etiam conuerterunt multos in die pentecostes, vt patet Act. 2. & 3. Et ideo dicit in lectulo meo &c.

Adiuro vos filiæ Hierusalem &c.

Hæc est tertia pars huius cantici, vbi præ-
dicit firmam stabilitatem ecclesiæ, & indisso-
lubile vinculum inter ipsam, & ipōnsum suū
vnde ait. O filiæ Hierusalem, i. animæ fideles
obtestor, & adiuro vos per capreas hinnulos
B que cerui, i. per patriarcas, & prophetas, q-
bus facta est de Xpo repromissio, ne suscite-
tis nec euigilare faciatis dilectā à fide, & ca-
ritate Dei ipōsi, donec ipsa velit, i. adiuro vos
ne puteris vnquam ipsā esse à suo ipōso sepa-
rādā in æternū sicut promissū est patriarchis
& prophetis, prout dictum est. q. d. ne timea-
tis, nec seducat vos falsa doctrina Scribarū,
& Phariseorum, nec aliquis hæreticus aut ty-
rānus separet vos à caritate ipōsi vestri Xpi.
Sed qa dictū est in expositione huius tertij
cātici, q̄ in aduentu Christi vinea legis dedit
fructum suum amputatis cerimonialibus, &
ficus legis dedit grossos suos euangelicos, &
q̄ Christus tanquàm interpres legis amputauit omnia cerimonialia, ideo quæritur vtrum Xps potuerit hoc facere? & videtur q̄
non. Et primo arguitur sic. Nam Xps qui
C venerat ad complendam voluntatem patris
nec debuit nec potuit venire contra mentem Dei patris, qui obligauit illum populum sub tuplici maledictione, & firmissimo iureiurando, ad seruandam totam legem, non solùm quò ad præcepta moralia, sed et quò ad omnia cerimonialia, & hoc fœdere æterno, vt patet Deuteron. vigesimooctauo, & vigesimonono. Et sub eisdem maledictionibus, & iureiurando se obligauit populus, vt patet ibidem. Ergo nec Christus potuit uenire contra mentem patris, nec absoluere illum populum à cerimonialium obseruatione æterna. Secundò arguitur sic. Nam sub eadem pœna Deus prohibuit ne quis, præsumeret addere nec minuere aliud præter id, quod est scriptum in lege data Moysi, vt patet Drutero. quarto. Ergo sequitur, quòd Christus nec debuit nec potuit amputare cerimonialia, puta sabbatum &c. nec addere diem dominicam & cætera præcepta, & euangelica sacramēta. In oppositum autem est tota veritas huius tertij cantici, vbi dicitur. Tempus putationis aduenit. Item Matthæi & Lucæ tertio. Securis ad radicem arboris posita est. Item ibidem. Cuius ventilabrum in manu eius. Et mundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili q̄ quam arborem, & paleas, intelliguntur cerimonialia legis veteris.

Respondetur, quòd ista quæstio satis est explicata, & soluta per totam expositionē libri psalmorum, & præcipuè in tractatu cō-
E tra Iudæos per totum. Sed hic breuiter respondebitur præfatis duobus argumentis. Pro quorum responsione est primo notandum, quòd cum tota lex cerimonialium fuerit data in signum fœderis, & pacti, vt patet de circumcisione, & de cæteris sacramentis, & sacris, & sacrificijs, & obseruantijs: ergo sequitur, quòd omnia illa cerimonialia erant signa alicuius futuræ veritatis, & per consequens tendebant in illam veritatem significatam tanquàm in finem, & terminum. Et per consequens officium omnium illorum cerimonialium, non celebrabatur nisi sub fide, & protestatione illius futuræ veritatis, quam significabant, & ad quam tendebant omnia illa cerimonialia tanquàm in finem, & terminum, sed veritas, & finis, & terminus totius legis, &
F prophetarum fuit Christus: in quem tendebant tota lex, & prophetæ, vt supra dictum, & probatum est in primo cantico, ergo sequitur, quòd tota lex, & prophetæ finierunt officium, & cursum suum in Christum. Et per consequens fideles veteris testamenti non obligabantur obseruare cerimonialia nisi vsque ad Christum, qui fuit veritas, & finis legis, & prophetarum, nec illa multiplex maledictio, nec illud iusiurandum potuit eos obligare nisi vsque ad Christum. Item secundo est notandum, quòd Christus non solùm fuit promissus in veteri testamento tanquàm interpres, & declarator eorum, vt probatum est primo cantico, per id, quod ait dominus Deuteron. decimoquinto scilicet. Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suo-

A suorum similem tui, & ponam verbo meo in ore eius: loquenturque ad eos quæcunque præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur, audire noluerit ego ultor existam. Quæ quidem verba dixit Deus in Oreb, quādo dedit legem ipsi Moysi, prout patet in textu illius capituli. Nam tam Deus quàm Moyses refert ista verba ad illud tempus: quando Deus dedit legem. Nam quando populus audiebat voces, & videbat lampades, & montem fumantem: tunc omnes pertriti, & pauore concussi dixerunt Moysi: loquere tu nobis. & audiemus. non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur &c. vt patet Exo. vigesimo. Tunc dominus dixit Moysi verba supradicta scilicet Propheta eis &c cætera. Et sic patet qualiter licet Moyses non scripserit ista uerba ibi Exo. vigesimo. vbi fuerunt dictata tamen scripsit ea Deuterono. decimooctauo referendo ad tempus dationis legis. vt patet in textu. Ex quo patet quòd Christus interpres, & declarator legis simul fuit promissus cum datione legis. Et per consequens quando ille populus se obligauit ad seruandum legem, dicens: Omnia quæ præcepit dominus faciemus & cætera. tunc etiam se obligauit ad audiendum illum prophetā interpretem, & declaratorem legis in sub aduentu. Et per consequens se obligauit ad seruandum legem secundùm interpretationem & declarationem illius prophetæ promissi. Et per consequens sub eisdem maledictionibus, & iureiurando se obligauit totus populus ad credendum illi prophetæ, & eius interpretationi, & doctrinæ. Sed ille propheta promissus
C fuit solus Christus: vt plures probatum est. quia debebat esse maior quàm Moyses, & Iosue, & Dauid, & Isaias & cætera. Ergo sequitur, quòd ille populus non obligabatur obseruare illam legem nisi vsque ad Christum interpretem eius: & per consequens sub eadem comminatione, & iureiurando obligabatur ad seruandam interpretationem, & declarationem legis, & prophetarum faciendam per Christum. Sed tota lex euangelica nil aliud est nisi ueritas, & declaratio legis, & prophetarum facta per Christum. Quia lex per Moysen data: gratia autem, & ueritas per Christum facta est, vt patet Ioannis 1. Qui non uenit soluere legem: sed adimplere: quia nec vnum iota, nec unus apex præteribit à lege: quin dictis aut factis

fuerit per Christum impletum vt patet D
Matthæi quinto. Ergo sequitur quòd sub eisdem maledictionibus, & iureiurando obligabatur ille populus ad obseruandam euangelicam legem per Christum ferendam: & ad relinquenda cæremonialia per ipsum abolenda. Ex supradictis ergo patet solutio ad primum argumentum: quia Christus in auferendo cæremonialia non uenit contra mentem patris, imo declarauit, & roborauit mentem patris, nec violauit nec solut legem, sed verificauit, & adimpleuit eam. & apostoli, & ceteri fideles sequentes Christum, & relinquentes cæremonialia, & obseruantes legem euangelicam, non violarunt legem, nec iusiurandum, imo adimpleuerunt legem, & iusiurandum, & per consequens euaserunt illas maledictiones scriptas in libro Deuteronomion, Et per
E consequens Scribæ, & Fariſæi, & omnes Iudæi moderni sequaces eorum incurrunt omnes illas maledictiones tanquàm violatores illius promissionis, & iusiurandi. Et per hoc patet responsio ad primum argumentum. Sed pro responsione secundi argumenti est aduertendum, quòd tria erant consideranda in illis cerimonialibus scilicet officium quod celebrabatur. Secundò fides, sub qua celebrabatur. Tertiò Christus futurus, sub cuius fide, & ad quem finem, & cuius gratia omnia illa officia non fiebant. Et ideo quia illa cæremonialia, & officia non fiebant gratia sui: sed in fide, & gratia Christi futuri: hinc est, quòd non erant de essentia legis, quia sola fides Christi cum suo fine: quem omnia illa cæremonialia intendebant: erat de essentia legis. & ideo illa ceremonialia, quò ad officium F erant quædam accidentia: & per consequens poterant adesse, vel abesse præter subiecti corruptionem. & per consequens non erant de integritate essentiali ipsius legis. sed fides Christi, & mysteria euangelica per illa cerimonialia significata, quia erant de essentia legis, ideo manserunt post aduendum Christi amputatis cerimonialibus.

Ex quibus patet, quòd Christus abdicando, & repellendo cerimonialia: & declarando eorum ueritatem per legem euangelicam: nec abstulit nec addidit aliud essentiale ipsi legi, sed solùm manifestauit ueritatem latentem sub umbra legis. vnde sicut sol in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pem suo nõ minuit, nec addit aliquid, sed manifestat, & patefacit omnia, quæ latebant sub vmbra noctis super faciem terræ: ita pariter Christus in suo aduentu nullũ essentiale minuit, nec addidit legis, sed solùm patefecit totam veritatem, & omnia mystena euangelicaq; latebant sub vmbra illorum cærimoniarum, vnde nihil fuit in lege, & prophetis figuratum, & vaticinatum, quin fuerit impletũ, & declaratum per Christum dictis, aut factis & nil fuit dictum, aut factũ per Christũ: quin fuerit in veteri testamento figuratum, aut vaticinatum. Et sic patet qualiter vnum iota nõ fuit additum, nec diminutum a lege per Christũ: sed omnia fuerunt impleta, & patefacta, quæ sub vmbra legis latebant. Et sic nos christianj seruando legem euangelicam, non addimus, nec auferimus aliquid essentiale à lege
B Moysi, q̃ prophetis: imo verificamus, & implemus eius significatum, & sic sunt intelligẽda illa verba Dei Deuter. 4. f. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. si aliquid, quod sit de essentia sui veri signi ficati. Ex quib. patet, quòd illa lex non erat æterna, quo ad officiũ, & signum: sed quo ad fidem, & verũ significatum, & per hoc patet vera intelligentia huius tertij cantici, & patet solutio ad secundum argumẽtum Iudæorum. Et hęc de tertio cantico.

INCIPIT QVARTVM Canticum.

C Quę est ista quæ ascendit per desertum:
Sicut virgula fumi ex aromatibus
Myrrę, & turis, & uniuersi pulueris
pigmentarii.
En lectulum Salomonis.
Sexaginta fortes ambiunt
Ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios,
Et ad bella doctissimi.
Vnusquisque ensis super femur suum
Propter timores nocturnos.
Ferculũ fecit sibi rex Salomõ de ligno Libani
Columnas eius fecit argenteas
Reclinatorium aureum.
Ascensum purpureum.
Media caritate constravit,
Propter filias Hierusalem.
Egredimini & videte filiæ Sion
Regem Salomonem in diademate
Quo coronauit eum mater sua.
In die desponsationis illius
Et in die lętitię cordis eius.

D Quę est ista, quę ascendit per desertum? Hoc est quartum Canticum: in quo cãtat progressum Christi per totam terram promissionis vocando filios Israel ad fidem. Quod mysteriũ præuidit Salomon in spũ per progressum, & peregrinationem, & ascensum arcæ fœderis, & tabernaculi per desertũ. Ad cuius intellectũ est aduertẽdũ, q̃ quinq; contemplatus est, & considerauit Salomon in illa arca fœderis, cum sua peregrinatione. Primo materiam ex qua fuit facta; quia ex lignis Setim, & et ex lignis cedrinis, qua maximè abundant, & crescunt in libano. Secundo consideranit eius vnctionem: quia ex vnguẽto cõfecto ex myrra, & cynamomo & balsamo: ut patet Exo. 30. & vltimo. Tertio consideranit ornatum eius, quia ex cortinis diuersorum colorum. Quarto considerauit custodiam eius: quia sexcenta tria millia quingenta quinquaginta virorum custodiebãt tabernaculum, & arcam domini. Quinto consideranit peregrinationẽ, & ascensum illius tabernaculi p totũ desertũ cũ lignis, & miraculis, & prodigijs a cuius facie mota est terra à facie Dei Iacob. In quib. quinq; mysteriis præuidit Salomon totam peregrinationẽ Christi per terram promissionis, ostendendo se esse Deum per signa, & miracula. Vnde, p hoc, q̃ illa arca fuit fabricata ex lignis setim, & cedrinis, præuidit Salomon humanitatem Christi, s. qualiter illud corpus erat formandum ex putris sanguinibus virginis operę spũs sancti, & tota illa humanitas debebat cõstare ex carne serina imputribili, & incorruptibili, & ex anima cedrina nulli pctõ obnoxia non solũ in persona, sed nec ẽt in natura. Et per hoc, q̃ in illa arca fuit repositũ mãna, & virga Moysi, & tabulæ legis, præuidit qualiter Xps debebat esse Deus, & homo, rex, & sacerdos, prout dictũ est in secũdo cantico. Et per hoc, q̃ illa arca fuit perunctа illo pretiosissimo vnguento diuersorum aromatũ præuidit Salomõ qualiter anima Christi erat vnguenda vnguento aromatico sapientiæ, & intellectus, & omnũ donorũ, & virtutũ, & nõ ad mẽsurã, vt posset oibus sua dona cõicare tanquã caput. Itẽ etiam possumus dicere, q̃ per illam vnctionẽ præuidit omnia dona spiritussancti, & vnguenta omnium sacramentorum: quæ debebant fluere à Christo in corpus mysticum. Item per ornatum cortinarũ tabernaculi præuidit ornatũ perfectionũ, & virtutũ

A & gratiarũ Christi. Itẽ p illos sexcẽtos tres mille quingentos quinquaginta qui custodiebant tabernaculum, & arcã cũ gladijs, & ensibus præuidit. 70. reges cum suis regnis qui venerunt ad fidẽ Christi, defendẽtes nomen eius cum gladijs, & armis tẽporalibus, & præuidit ẽt. 60. prælatos cũ gladijs, & ensibus ecclesiasticæ potestatis fidẽ Christi defendentes & 60. doctores principales ecclesiæ. s. Augustinum, & Ambrosium, Hieronymum, Eusebium, & Basilim, & ceteros defendentes fidẽ Christi cũ gladijs sacræ scripturæ vtriusq; testamenti. Item per hoc, q̃ illa arca progrediebatur per desertũ ascẽdẽdo in terrã promissionis, in qua dicebatur Deus sedere super duo cherubin, à cuius facie tota terra mota est p.p signa, & prodigia: præuidit Salomon qualiter Xps Deus in illa hu-
B manitate, tanquã in arca personaliter latẽs, & sedẽs super duo testamẽta, debebat exire in desertũ Galileæ, & perlustrare totã terrã cũ signis, & miraculis, prout patet per totũ discursum euangelicum. Hoc ergo præuidẽs Salomon in spiritu, fecit hoc cãticum, in quo introducit filias Hierusalem primo ad loquendum, admirantes super præsentia Xpi & propter mirabilia opera eius, in quo duo facit. Nam primò facit quod dictũ est. Secũdo ponitur sodalitij sponsi responsio. Secũdum ibi. En lectulũ Salomonis. Quantũ ergo ad primũ, quia sponsa in cantu superiori rogauerat sponsum vt lustraret totã terrã Israel vocãdo eã ad fidem, iò Christus sponsus, qui ante nõ fuerat cognitus nisi apostolis, & discipulis, descendens de monte incepit perambulare terrã Galileæ, & oñdit se in publicũ facie-
C do signa, & miracula, vt patet Matt. 8. & per totũ discursũ euangelicum, & sic oẽs populi sequebãtur eũ, & mirabãtur super doctrina, & miraculis eius. Admirãtes ergo filiæ Hierusalẽ videntes illã arcã humanitatis xpi, dicunt: Quæ est ista arca, quæ ascẽdit, & progreditur per desertum Galileæ odorifera sicut virgula fumi ex aromatibus mirræ, & turis, & vniuersi pulueris pigmentarij? In hebreo habetur sicut vapores fumi, & tũc litera est magis plana, quasi dicant, Quæ est ista humanitas, siue Deus in humanitate qui ascendit in carne humana per desertum, odorifera sicut vapor fumi mirrę, & turis, & vniuersi pulueris apotecarij? quasi dicant. Ita procedit odorifera euaporans ex se odores virtutum, & doctrinæ, & sanctitatis, & mira-
culorum, sicut arca fœderis, cuius odorem se D
quebantur filij Israel. Quasi dicat, q̃ ita sequuntur istum Christum oẽs populi p desertum Galileæ, sicut omnes filij Israel sequebãtur illam arcam, & tabernaculum odorifertũ per desertum Arabiæ. Cotum etiam hoc potest referri ad totam societatem Christi, & apostolorum, & totius multitudinis, quæ sequebatur Christum, vnde populi Galileę videntes Christum cũ tota illa societate, admirantes dicunt. Quæ est ista societas, quæ sequitur Iesum Christum, sicut populus Israel sequebatur arcam dominj? nam sicut ille populus currebat post odorem: & in odorem vnguentorum illius arcæ, ita tota ista societas sequitur Christum in odorem eius virtutum, & eius sanctitatis, & signorum, quia sequebatur eum multitudo magna pp
E signa, quæ faciebat. Ioannis 7. Ad hoc respondet chorus sodalium Christi. s. chorus apostolorum, & etiam angelorum, dicẽs. En. i. ecce lectulũ Salomonis. q. d. Aspice, q̃ ista humanitas, quam videtis, est lectulus magni Salomonis. s. regis pacifici, qui est Christus nam sicut deus ibat, & latebat in illa arca vetꝰ figuratiuè, ita Deus latet nũc in hac humanitate personaliter tanquàm in arca, & tabernaculo. Et iõ sicut tunc ambibant arcã dominj sexcenti tres mille quingenti quinquaginta cum armis corporalib. ad defensionẽ tabernaculi: ita nũc 60. reges cum suis regnis ambiunt Christũ, & defendũt fidẽ euãgelicã. oẽs tenẽtes gladios, & doctissimi ad
F bella. & isti sunt ex fortibus Israel. i. totius ecclesiæ toto orbe diffusæ, quia 60. reges cum suis regnis venerũt ad fidem Christi post cõuersionẽ magni Cõstãtini, qui oẽs defendebãt ecclesiã, & fidẽ euãgelicã cũ armis, & gladijs, & ensibus tẽporalibus. Itẽ 60. plati principales ecclesiæ toto orbe diffusæ tenẽtes gladios ecclesiasticæ ptãtis ambiũt Xpm defendendo fidem eius. Itẽ 60. principales doctorẽs ecclesiæ ex fortibus ecclesiæ oẽs tenentes gladios euãgelicę doctrinę, & doctissima tela spiritualia, ambiũt Xpm. Et ensis doctrinę vtriusq; testamenti scindens ex vtraq; parte est super femur vniuscuiusque ad defensionem Christi, propter timores. i. contra timores,, & incursus nocturnos. i. contra nocturnos, & cęcos incursus Iudęorũ, & hæreticorum, & omnium infidelium. Vnde omnes incursus Iudæorum, & infidelium, & hæreticorum dicuntur nocturni. eò. q̃ procedũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex cęcitate,& ignorantia affectata,& perpetrata,& ex malitia,quæ occęcauit eos,ne intelligant sacramenta Dei,quæ latent in sacra scriptura.Quasi dicat,q̄ illa humanitas Christi est arca,& tabernaculum Dei figurata p̄ arcā ve.te.Et tota ecclesia Dei toto orbe diffusa fuit figurata per illos sexcętos tres milles quingentos quinquaginta,qui sequebantur arcam.Nam sexcenta tria millia,sūt 60. decies 10.millia.Et sic Ille numerus figurabat nu.60 prelatorum aut doctorum ecclesię.Et potest etiam dici,q̄ ponitur numerus determinatus pro indeterminato,sicut quandoque fit in scriptura.Et etiam per illos 60 fortes possunt intelligi 60. generationes q̄ præcesserunt ab Adā vsque ad Christum, in quib.Christus fuit figuratus:vt patet in lib. generationis Christi.Nā ab Adā vsq; ad A-
B brāā inclusiuè fuerūt 20.generationes,& ab Abrāā vsq; ad virginē Mariā præcesserūt 60. generationes,vt patet in Mat.& sic cōputantur 60.generationes ab Adā vsq; ad virginē Mariā,in quibus Christus fuit figuratus, nā vnusquisq; illorū,qui ponūtur in illo ordine generationis,figurabat Christum secūdū aliquam virtutem, & sic omnes illi 60.ambiūt lectū Salomonis,s.humanitatem Christi, tenentes singulos gladios aut enses virtutū ad defendendū Christū contra timores nocturnos Iudæorum,& hæreticorū,& omniū infidelium,q̄a p̄ figuras,& mysteria aut varicinia omnium illorum probantur mysteria Christi,& ecclesiæ maximè mysteriū incarnationis,& nostræ redēptionis.Deinde cum dicit, Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis Libani &c. explicat mysteriū incarnationis,&
C informationis corporis Christi ex duris sanguinibus virginis Mariæ. Ad cuius intellectū̄ est aduertēdū̄, q̄ in hoc cōueniūt oēs Iudæi nobiscum,q̄ in toto isto libro per Salomonē intelligūt Deū̄.Dicūt.n.omnes magistri Iudæorū̄,q̄ iste Salomon,qui nominatur in hoc libro,est ipse Deus rex pacificus. Et iō̄ est videndū̄,q̄s est iste lectulus,& ferculum q̄d̄ fecit sibi Deus de lignis Libani.Ad hoc dicunt miseri,& cęci,& nocturni Iudæi moderni,q̄ ille lectulus,& ferculum quod fecit sibi Deus,est sola illa arca,& illud tabernaculum,quod Deus præcepit sibi fieri per Moysen,in qua arca Deus ferebatur per desertū̄, & sic exponunt totum istud canticum. Sed manifestè apparet eorū̄ cęcitas,& deceptio Nam illud tabernaculum aut arca non fuit facta ex lignis Libani, sed ex lignis Setim D
materialibus,& spinosis,vt dictum est. Nec fuit constrata, & ornata media caritate p̄p̄ filias Hierusalem, quia tunc Hierusalem erat habitata per gentiles idololatras,& sceleratos. Nec est dicendum, quòd mater sua coronauerit Deum in illa fabricatione tabernaculi materialis,& ideo est dicendū̄ prout dictum est, quòd Salomon materialiter cū ditor huius libri per illam fabricam illius tabernaculi, & arcæ materialis præuidit in spiritu mysterium incarnationis, & despon sationis ecclesiæ,cum Christo domino. Nā per illam arcam factam ex lignis Setim, & ex lignis Cedrinis similibus illis, quæ crescunt in Libano, præuidit, & intellexit Salomon humanitatem Christi constitutam ex carne Setina,& anima cedrina omnis ve.neni peccati figuratiua. Et per vnctionē arcę, E
& tabernaculi intellexit totum mysteriū passionis, scilicet qualiter Christus erat vngendus vnguento mirrę passionis. Et per ornatum cortinarum intellexit ornatum virtutum, & donorum Christi. Et per populum sexcenta. s.millia virorum armatorum ambientium arcam,intellexit ecclesiam toto orbe diffusam per 60.regna.Et per illam coronā quæ circundabat arcā,intellexit humanitatem,& carnem,qua virgo Maria coronauit & vestiuit verbū diuinū filiū suum in die desponsationis,& incarnationis.Et hoc est q̄d̄ cantat Salomō ,ppheticè in hac parte,vnde ait.O filię Hierusalem,& animæ fideles vos admiramini,dicentes.Quæ est ista quæ ascēdit per desertū̄ &c.Ego dico vobis,q̄ iste le-
F ctus. i.humanitas in qua residet personaliter rex Salomon Deus tāquā in arca,& taberna culo,quem regem Salomonem .s.Christum Deum,& hominem ambiunt, & colūt cultu latriæ:60.fortes.i.60.reges fideles cū suis regnis,& 60.prælati,& 60.doctores omnes tenentes gladios doctrinæ euangelicæ, & enses sacræ scripturæ vtriusq; testa.ad defendēdum taberna culum ecclesiæ Christi contra timores, & incursus nocturnos Iudæorum, & hæreticorum,& omnium infidelium, vnde iste rex Salomō Deus fecit,& fabricauit sibi istam humanitatem tanquàm ferculū,& currum siue arcam,in qua fertur verbum diuinum. Illa.n. humanitas dicitur quasi ferculū siue feretrū,in qua fertur,& portat Deus. Et hanc humanitatē fecit Deus ex lignis Libani albissimis,& mundissimis.s.ex carne se-

tina

A tina quam ex puris sanguinibus virginis opere spiritus sancti formauit in vtero, & ex anima Cedrina, quam in illa carne creauit, & infudit, x quibus resultat humanitas quā personaliter eassumpsit simul tēpore,in qua humanitate fecit columnas argenteas septē donorum Spiritussancti non ad mensuram. Et fecit sibi inclinatorium aureum humilitatis, quia humiliauit seipsum formam serui accipiens.Item fecit in ea ascensum & talamum purpureum varietate gratiarum, & uirtutū, & etiam fecit ascensum purpureum diuersorum graduum perfectionum sanctitatis: quā domum suæ humanitatis construxit, & ornauit media caritate, & dilectione, quia non solum parietes, sed etiam pauimentum huius humanitatis construxit, & ornauit media caritate, & omnia ista fecit propter filias Hie-
B rusalem, qui sunt omnes fideles Deum per fidem videntes. Nam propter fideles iste rex pacificus Christus accepit istam humanitatem: vt in ea pateretur, ad saluandos, & liberandos fideles.Et propter nos fecit illas septem columnas argenteas, ut nobis dona Spiritussancti communicaret, & propter nos fecit sibi reclinatorium aureum humilitatis,vt sua passio esset nobis meritoria,& fecit ascensum paupertum: & media caritate construxit, vt omnes ad ipsum aspiceremus, & eius caritatem, & cæteras virtutes imitaremur. & sequeremur. Et sic patet, q̄ omnia,quæ accepit, & fabricauit Christus in illo ferculo, & arca humanitatis: accepit propter filias Hierusalem.s.propter animas fideles ad redemptionem,& vtilitatem nostram.
C Quia Christus non solū fuit nostra redēptio sed etiam speculum, & exemplum uitæ nostræ, & iō̄ subdit exortando plebē Israeliticā & oēs fideles, vt receipiāt istū regem Xp̄m in Messiā,& redemptorem cū viderint ipsum uenientem in carne.vnde ait.O filię Siō̄.i.ò plebs Israelitica, & plebs Hierosolymitana, & oēs animæ contemplatiuæ egredimini à iugo legis,& vmbra cærimoniarū, & ò vos gentiles egredimini a falsa superstitione, & spurcitia idolorum,& nolite vos Iudæi amplius respicere cęrimonialia,nec arcā materialē ve.test. nec uos gentiles velitis respicere,& adorare falsos Deos:sed videre regē Salomonē Xp̄m in diademate humanitatis & carnis, quo diademate carnis coronauit, & induit cum uirgo Maria mater sua in die desponsationis illius.s.in die intarnationis Xp̄i, q̄s hūanitas illa fuit verbo desponsata,& p̄sonaliter assum D
pta,& unita in unitate suppositali, & persona.q̄ quidem incarnatio, & despōsatio facta fuit ī die lætitiæ cordis eius.s.Mariæ virginis, q̄a iter septē gaudia virginis Mariæ illud fuit primū.Propter ista aūt uerba, quæ dicta sunt est maxima altercatio inter magistros hebreorū:unde legitur ī Medras Syrasiuim.i.in glossa canticorū,q̄ dicit Rabi Iohanan. Quæ iuuimus totā scripturā, & non inuenimus, q̄ Bersabeæ fecerit coronam filio suo Salomoni.Iō mirandum est quid vult dicere. In diademate quo coronauit eū mater sua. Ad q̄d̄ respondet, q̄ Rabi Simeon quæsiuit hoc dubium Eleazar dicens. Audisti unquam à patre suo Rabi Iucef,qui erat sapiens homo, q̄ fuit illa corona quam Bersabeæ imposuit (Salomoni filio suo? Cui Eleazar respondit dicens,quòd ille rex Salomon est Deus, qui in E
principio dilexit multam plebem Israeliticā, & uocauit eam filiam: prout legitur Psal.44. Audi filia &c.Item dilexit eam magis, & uocauit eam sororem.Canticorum 3. Aperi mihi soror mea &c.Item dilexit eam multo magis,& vocauit eam matrem:Isa.50.Attendite ad me populus meus, & tribus mea, & mater mea, & sic iste Salomon est Deus,& ista mater Dei est plebs Israelitica, quę eum coronauit:prout dicit Salomon in hoc cantico. Quo audito Rabi Simeon osculatus est Rabi Eleazar dicens.tantum hoc mihi placet, q̄ nolo amplius hodie:à te audire,Ex quibus patet quòd isti Rabi tacitè concedunt Deum accipisse carnem ex plebe Israelica, quia licèt Deus uocet illam plebem filiam per creationem,& adoptionem, & sororem per desponsationem:tamen nullo modo potest eam ma F
trem appellare,nisi per assumptionem, & sic hæc caro est illa corona qua eum virgo Maria mater Dei coronauit,& vestiuit, & circumdedit in die incarnationis, & lætitiæ cordis sui.Est iterum aduertendum, prout dictū est in secundo cantico, q̄ sicut illa arca, quæ reposita fuit in tabernaculo Moysi, figurabat Christum Deum, & hominem incarnatum: ita illud tabernaculum,in quo reposita est arca figurabat primo virginē Mariam: in qua, & in cuius vtero fuit Christus repositus, & ex qua carnem assumpsit. ex consequenti autem figurabat totam ecclesiam,in qua Christus habitat per fidem. Et sic uirgo Maria dicitur tabernaculum maternum ipsius Christi:& tota ecclesia dicitur tabernaculum my

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sticum, in qua Deus habitat per fidem, & iō tota ecclesia dicitur sponsa Christi, in cuius talamo inhabitat. Et etiam quælibet anima fidelis dicitur tabernaculum, & templū Christi in qua habitat per gratiam. Et iō tota fabrica supradicti lectului, & ferculi Salomonis potest exponi, & verificari primò de virgine Maria, secūdò de tota ecclesia, tertio de anima cuiuslibet fidelis. Nā rex Salomon, & pacificus Xps fecit sibi lectulū, & ferculū, & tabernaculum maternum ex lignis candidissimis, & purissimis Libani. s. ex carne setina in corruptibili: quam ante animationem sanctificauit, & ex anima Cedrina veneni serpentis fugatiua, quam illa carne creando sanctificauit, & omnis gratiis, & virtutibus ornauit, & totam illam personam in eodem instāti creationis vnguento myriæ suæ passionis perunxit: quia illa gratia, qua anima virginis fuit B in principio sui esse sanctificata, & infusa, ipsi data fuit ex meritis passionis Christi. Et ideo peccatū naturæ non potuit in personam virginis Mariæ transire, quia per gratiam illa fuit præuenta. & per consequens nunquā culpæ originali fuit personaliter obnoxia, & sic fuit maxima differentia inter Mariam, & Christum: nam Christus fuit solus inter mortuos liber: non solū in persona, sed et in natura, quia non ex opere Adā conceptus est: sed opere spūs sancti. Sed quia virgo Maria fuit cōcepta ex opera Adā naturali generatione: ideo fuit obnoxia, & obligata simul cū cæteris natura, sed quia fuit præuēta per gratiam sanctificantē in sua creatione, & animatione, ideo nunquam fuit obnoxia, nec obligata in persona, quia q̄diu fuit indiuiduū, & persona C humana, semper fuit in gratia, & semper fuit spirituale tabernaculum Dei, & sponsa Christi: quia ante fuit sponsa quàm mater, & ante concepit Christū mente quàm carne: ut inquit Augus. Item virgo Maria fuit illud ferculum, & lectus quem Salomon ornauit, & in quo fecit columnas argenteas septē donorū spūssancti, & reclinatorium aureum humilitatis, in quo Christus reclinauit, quā humilitatem Deus respexit, & per quam humilitatem in ea voluit reclinari, & in ea fecit Christus ascensum purpureum omnium virtutum. Et totam illam animam virginis constrauit media caritate, & dilectione. Et omnia ilia ornamenta dedit. Christus virgini matri suæ propter filias Hierusalem. i. propter oēs animas fideles, & deuotas, ut aspiciant in virginem Mariā tanquam in speculum, & imitentur, & D consequantur eā per oēs virtutes, & in sancti tate vitæ &c. Et ideo Salomon in isto cātico non solū exortatur filias Hierusalem, vt egrediantur ad videndum Christum incarnatum, & sequantur, & recipiant eum: sed etiam, vt videant virginem matrem, quæ coronauit, & vestiuit eum carne, & in qua reclinauit Xps propter eius humilitatem, & caritatē. Iō monet, vt eam imitētur &c. Itē per hoc ferculū, & lectulū, quē Salomō fecit ex lignis Libani, intelligitur ēt ecclesia Xpi toto orbe diffusa: quam Xps ex duobus lignis Libani. s. ex duobus pupulus adunauit, ex myrra, & vnguento odorifero suæ passionis permixit. In qua sedet septem columnas argenteas in die Pentecostes, quibus tota ecclesia sustentatur. & in ea reclinatur per humilitatem, & eam media caritate constrauit. Et ascensum purpureū septē E ecclesiasticorum sanctorum ordinauit, quæ quidem septem ecclesiastica sacramenta dicūtur purpurea, eò, q̄ sanguine Xpi sunt purpurata, a cuius passione habēt totā virtutem, & merita. Tota ergo ecclesia Xpi dicitur lectus, & ferculum, & tabernaculum, quod sibi Xps fabricauit, & ornauit, & decorauit. Et hæc dicta sint de quarto cantico.

INCIPIT QVINTVM Canticum.

QVam pulcra es amica mea,
Quam pulcra es.
Oculi tui columbarum.
Absque eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarum. F
Quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut greges tonsarum.
Quæ ascenderunt de lauacro.
Omnes gemellis fœtibus.
Et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua.
Et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici.
Ita, & genæ tuæ.
Absque eo, quod intrinsecus latet.
Sicut turris Dauid collum tuum.
Quæ edificata est cum propugnaculis.
Mille clypei pendent ex ea.
Omnis armatura fortium.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Qui pascuntur in liliis,
Donec aspiret dies & inclinentur umbræ.

Quam

A QVam pulcra es &c.
Hoc est quintū canticū, in quo Salomon cantat patrimoniū & dotē ipsius ecclesiæ sponsæ Christi, qua Xps dotauit ecclesiā sponsam suā. Vnde postq̄ in superiori quarto cāntico cantauit Salomon pulcritudinem Xpi spōsi ecclesiæ, tam in hoc quinto cantico cantat pulcritudinē ecclesiæ spōsæ eius: prout pūdit in spū ꝓpheriam Balaā Nu 24. Ex qua quidem ꝓphetia assumpsit Salomō propositionem. & parabolam ad faciendū istud quintū canticū. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ duo fuerunt qui præuiderunt ornatum, & prosperitatem ecclesiæ Christi per ornatum, & prosperitatem illius populi peregrinantis per desertum cum arca. Quorum primus fuit Balaam, secundus Moyses. Ideo ambo benedixerunt illum populum in figu- B ra, & persona ecclesiæ Christi, vnde legitur Num. 23. & 24. q̄ videns Balac rex Moabitarum multitudinem populi Israel venientem ad terram suam, fecit venire Balaam hariolum, & magnum ad maledicendum illū populum. Sed cum Balaam immolasset septē vitulos, & septem arietes in monte Fagorsita fuit ipsi reuelatio à dño de toto discursu & prosperitate illius populi vsq; ad Christū ex illo populo nasciturum. Vnde q̄ prosperitatem, & ordinem illius exercitus cum arca peregrinantis per desertum, & præuidit futuram prosperitatem, & ornatum, & pulcritudinem spūalem ecclesiæ Christi, & eius victorias, & triūphos, & vniuersale regnū Xpi. Ideo in persona, & figura Christi benedixit illum populum, & exercitum dicens. Quàm pulcra tabernacula Iacob, & tentoria tua Is- C rael: vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de simila eius. Semen eius erit in aquas multas. Item infra subdia. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet filios Moab, vastabitq; omnes filios Seth, & erit Idumæa possessio eius. Hæreditas Seir cedet inimicis suis. Israel vero fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis &c. In quibus verbis Balaam prædixit totum discursum & prosperitatem illius populi, & futurum regnum Christi ex illo populo nasciturum, prout sibi à Deo fuerat reuelatum in illo sacrificio. Vnde per hoc q̄d dicit. Quàm pulcra tabernacula &c. præuidit qualiter ille populus debebat capere totam terram Moab, & trānsire Iordanē, & ca- D pere totam terram promissionis &c. Itē per hoc quod ait. vidēbo illum, sed non modo. Intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob &c. prædixit prophetice ortum xpi ex illo populo secundum carnem, & pīæ dixit eius regnum vniuersale, & triumphos, & victorias eius futuras de populo iudaico, & gentili. Et omnia ista prænotauit Balaām in illa benedictione. Sed tunc insurgit grande dubium, nam quomodo potuit Balaam tam grande mysterium videre ex diuina reuelatione, cum ipse esset hariolus magnus, & necromanticus, & sacrificaret demonibus? Ad hoc respōderur q̄ licet Balaam esset magus, tamen in illo sacrificio non sacrificauit demonibus, sed Deo Israel. Vnde mos, & consuetudo erat apud magos, & sacerdotes gentilium, quando erant in terra aliena sacrifi- E care Dis indigenis, & illius patriæ, vt patet per totum Virgilium. Et sic legitur, q̄ multi gentiles inuocabant Deum Israel in aliqua necessitate. Vnde legitur Ionę. i. q̄ cū nautæ laborarent in periculo tēpestatis, accessit gubernator ad Ionam dicens. Surge, & inuoca Deum tuum si forte recogitet Deus de nobis ne pereamus &c. Item Nabucodonosor expertus mirabilia, quæ fecerat Deus Israel in eo, inuocauit ipsum, & confessus est ipsū, esse super omnes Deos. Item Cyrus multa donaria dedit ipsi Zorobabel, & Esdræ pro fabrica templi, vt ille populus oraret Deum Israel pro eo in illo templo etc. Ita ergo patiter audiens Balaam mirabilia, quæ fecerat Deus Israel in Aegypto, & in mari rubro, & in toto deserto pro illo populo suo, inde est q̄ volens priùs scire voluntatem Dei, Israel F antequā malediceret, ideo sacrificauit Deo Israel, illos septem vitulos, & arietes. Sed audita voluntate domini, & reuelata sibi prosperitate, & discursu illius populi, & quomodo erat figura regni Christi ex illo populo nasciturum, assumpta parabola dixit. Quam pulcra es &c. Ex quibus patet, q̄ Balaā nō sacrificauit demonibus, nec quæsiuit ab eis responsum in illo sacrificio, sed Deo Israel, & sic à domino Deo Israel habuit reuelationē de Christo futuro, & de prosperitate ecclesiæ, & sic ex parte Dei benedixit Christum, & ecclesiam in illo populo assumpta parabola, & ideo dixit Balaam ad Balac. Non potero prætetire sermonem domini Dei mei, vt vel boni vel mali quid prophetā ex corde meo.

A meo. Sed ꝙquid dominus dixerit hoc prophetā &c. Et ponitur ibi nomen domini tetragrammaton: quod soli Deo vero conuenit. Ex quo patet, quod verus Deus est ille, qui reuelauit ipsi Balaam futurum regnum Christi, & ecclesiæ. Itē hoc idem patet Deu. 23. quando ait Moyses ad populum. Et quia conduxerunt contra te Balaam Beor de Mesopotamia Syriæ: vt malediceret tibi, & noluit dominus Deus tuus audire Balaam: vertitque maledictionem eius in benedictionē tuam, eò quòd diligeret te &c. Ex quibus patet, quod Balaam consuluit dominum Deū Israel in illo sacrificio an malediceret illi populo. Sed quia Deus reuelauit ei prosperitatem, & discursum illius populi vsq; ad Christum, & exinde reuelauit ipsi vniuersale regnum Christi, & prosperitatem, & pulcritu-
B dinem ecclesiæ: ideo ꝓphetice benedixit illū exercitum, dicens. Quam pulcra tabernacula Iacob &c. Sed Salomon multò perfectius, & clarius per eandem benedictionem, & verba ipsius Balaam præuidit in spiritu totam prosperitatem, & pulcritudinem, & ornatū ecclesiæ Christi in bonis spiritualibus. Et iō fecit istud quintum canticum assumendo parabolam primò ex benedictione Balaam facta in monte Fagor. Secundò ex benedictione Moysi facta in monte Abarim antequā moreretur: eò quòd vtraque benedictio fuit figura benedictionis, & prosperitatis, & dotationis ecclesiæ Christi. Et ideo Salomon primò cantat decorem, & dotationem ecclesię sponsæ Christi sumendo parabolam ex benedictione ipsius Balaam. Secundò ex benedictione ipsius Moysi. Secundom ibi Vadā ad
C montē myrræ, & hoc facit sub metaphora pulcræ mulieris decenter ornatæ, & dotatæ.

Ad cuius intellectum est notādum, quòd quatuor sunt, quæ reddūt mulierem pulcrā, & ammabilem sponso. Primò pulcritudo corporis: quæ cōsistit in optima dispositione mēbrum. Secundò suauitas eloquentiæ, & facūdiæ. Tertiò decentia apparatus, & ornatus, qui cōsistit in decentia vestiū, & monilium. Quartò in suauitate, & redolentia odoramē torum aromaticorum. Ista ergo quatuor supradicta reddunt mulierem pulcrā, & ammabilem, & sponso desiderabilem. Sed iterum est aduertendum, ꝙ licèt spōsus mūdanus possit dotare, & dirare spōsam suā in duobus vltimis: scil. in copia ornamentorū, & copia odoramentorū: eò ꝙ sunt bona fortunæ: tū nō pt eā dotare in duobus primis. s. in pulcritudi- D
ne corporis, & suauitate eloquētię: eò ꝙ sūt bona naturæ. Sed Xps sponsus spūalis ecclēæ in omnibus quatuor supradictis dotauit, & ditauit, & decorauit ecclesiam sponsā suam: eò ꝙ ipsā regenerauit, & ex suo latere pepe rit, ꝙ sic nō solum ipsam ornauit vestibus spiritualibus: sed et per singula membra dispo-
suit, & regenerauit, & iō Salomon introduxit Christū in hoc cantico eloquentē, & decorantē, & dotantem ecclēam sponsam suā, commendando eā de quatuor bonis supradictis. Sed quia Deū aliquē cōmēdare nil aliud est nisi ipsum recōmendatum, & bonum facere: quia dicere Dei est facere: iō Christus cō-
mendando ecclēam suā dotat, & ditat, & pulcrificat, & ornat eam in bonis supradictis.

Duo ergo facit Christus principaliter i hoc cantico. Nam primò commendando eccl'm E
spōsam suā dotat, & beatificat ipsam in duobus primis. s. in pulcritudine corporis, quæ cōsistit in optima, & decenti dispositione mēbrorum, & in suauitate eloquentiæ. Secundo dotat eā in duobus vltimis. s. in ornatu vestium, & monilium, & in suauitate odoramētorum. Secunda pars incipit ibi. Vadā ad mōtem myrrę. Quantum ergo ad primū est aduertendum sm apost. 1. ad Cor. 12. & ad Efe. 4. ꝙ sicut vnus homo naturalis constat ex diuersitate membrorum officialium sub vno capite, à quo totum corpus recipit omnem sensum, & motum per spiritus animales: ita pariter vniuersa christiana religio siue tota ecclesia constat ex diuersitate statuum, & cō-
ditionum omnium fidelium sub vno capite Christo, à quo recipit omnem virtutē, & vi- F
tam, & operationem spūalem. Vnde sicut caput naturale influit in totum corpus, & vniuersa membra sensum, & motum ed omnes operationes naturales, & dirigit, et regit totum corpus simul, et particulariter oīa membra: ita pariter Christus influit suam virtutē in totum corpus ecclesiasticum, et singulariter in omnia membra, ad operandum spūaliter, et meritorie. Et hoc intantū, ꝙ sicut mēbrum hominis naturalis nihil posset facere nec operari sine capite, et virtute eius: sic pariter ecclesia, et quodlibet eius membrū nullam operationem spūalem pōt exercere sine Christo, à quo habet omnem spirituale virtutem: intantùm, ꝙ nemo pr dicere Iesu ni si in spiritu sancto. i. nisi inspiratus per Christum. Itē dicit rursum apostolus ibidem, ꝙ sicut

A sicut membra dominis naturalis sunt adinuicem connexa, & connecessitata: ita ꝙ vnū quodq; membrum officiale indiget opera, & officio alterius ad perfectionē sui officij, & operationis: nam manus indiget officio pedum, & pedes officio manuum: & pedes, & manus officio ventris, & sic de singulis: sed totum corpus indiget officio oculorū, & aurium, & totius capitis, & tamen vnumquodque istorum membrorum habet suum officium proprium, quæ quidem membra viuificātur in vno corpore sub uno capite: ex quibus omnibus resultat vnus homo naturalis: ita pariter Christus caput ecclesiæ taliter dispoſuit ecclesiam suam in diuersitate mēbrorum: quia alios fecit apostolos: alios ꝓphetas, alios euāgelistas, alios doctores, alios vir-
B gines, alios cōtinentes, alios cōiugatos, alios prælatos, & episcopos. alios ꝓsbyteros, alios diaconos &c. & sic vnus Christus verus operatur omnia in omnibus istis, & per omnes tanquā per sua membra mystica. Et sic apostoli dicuntur Christi inquantum Christus per ipsos peregrinauit totum orbem ad ꝓdicandum euangelium. Et dicuntur etiam lingua Christi, inquantum per ipsos prædicauit: vt patebit. vnde Christus ille, qui loquebatur in ore apostolorum, & qui dabat eis os ad loquendum, & oculos ad videndum, & intellectum ad intelligēdas sacras scripturas: prout dixit eis Mar. 10. Dum steteritis ante reges, & præsides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid lōquamini. Nō enim vos estis, qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis &c. Ex quibus om-
C nibus concludit apostolus, quòd sicut omnia membra corporis naturalis nō sunt vnū membrum, sed multa se inuicem adiuuantia: nec eundem actum habentia, sed plures se coexigētes: sed omnia sunt vnum corpus: ita nos sumus adinuicem membra. Et ita tota ecclesia constans ex diuersitate membrorum, & diuersorum statuum, et officiorum est vnus Christus mysticus: eò quòd viuificatur, & regitur ab vno capite Christo, & quia vnus Christus verus est, qui operatur omnia in omnibus membris eius. Vnde sicut sol per suum influxum, & virtutem operatur in omnibus istis inferioribus: ita Christus in omnibus membris ecclesiæ, & sic ista ecclesia sortitur diuersa nomina, sub Christo. Vnde inquantum recepit omnem virtutem à Christo, & Christus operatur, & exercet virtutes suas in ea, & per eam dicitur corpus Christi. & quilibet status, & quilibet fidelis dicitur membrum Christi, & omnes simul dicuntur membra Christi. Sed inquantum tota ecclēa exiuit de latere Christi, sicut Eua ex Adam: & sumus os. ex ossib. Christi, & caro ex carne eius: vt inquit apostolus ad Efe. quinto, & maximè quia Christus quotidie regeneras filios, & multiplicat prolem spiritualem ex ecclesia per baptismum, & ecclesia nutrit eos per ecclesiastica sacramenta: ideo dicitur vxor Christi. Vnde dicit apostolus ibidem: quòd Christus valdè diligit ecclesiam suam tāquam vxorem: ga est os ex ossibus eius, & caro ex carne eius: sicut Eua ex Adam. Nam illud, quod dicitur Genesis. secundo. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: ꝓpter hoc dimit- E
tet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna et cætera. licèt fuerit carnaliter completum in Eua: tamen fuit magnū sacramentum quod postea fuit spiritualiter completum in Christo, & ecclesia. Quia ex latere Christi exiuit sāguis & aqua: vnde habent efficaciam, & virtutem omnia sacramenta ecclesiastica: ꝙ quæ regenarantur fideles, & nutriuntur continuè: & multiplicata est tota ecclesia. Et sic tota ecclesia dicitur os ex ossibus Christi quantum ad firmos, & perfectos fideles, & dicitur caro ex carne Christi quantum ad infirmos, & imbecilles. Sed satius dicitur os. ex ossibus quantum ad fidē articulorum, & caro ex carne quò ad gratiam sacramentorum. Nam tàm fides articulorum quàm gratia sacramētorum exiuit ex latere Christi: quādo exiuit P
sanguis, & aqua: vt ait Ioānes in sua Canonica prima, capit. 5. dicens. Tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus aqua, et sāguis. Ista cū tria præbuerūt nobis testimoni ū fidei: ꝙ Christus erat verus homo, & fuit verè passus, & mortuus pro ecclesia sua sponsa. Item ibidem in cruce Christus dimisit patrem quantum ad apparentiam: quia quasi derelictus à patre voluit pati, & mori, & dimisit matrem commendatam discipulo, & iō non appellauit matrem sed mulierem. mo tificando quòd non erat ibi, nec pātiebat in cruce tanquàm filius naturalis Mariæ, et tanquàm hō particularis, sed tanq; spōsus ecclesiæ, & redemptor vniuersalis. Et sic dicit apostolus, & Aug. ꝙ Christus ibi reliquit patrem

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & matrem: & adhæsit ecclesiæ vxori suæ, quam ex suo latere edidit. Et sic facti sunt duo in carne vna quadam mysteria & sacramentali & indissolubili vnione. Ex qua vxore Christus continuè regenerat et multiplicat & nutrit & sanat proles suam per ecclesiastica sacramenta. Et isto modo ecclesia dicitur vxor Christi valdè dilecta secundum apostolum & Aug. Tertio autem modo tota religio Christiana, siue ecclesia dicitur sponsa Christi dilecta. Et hoc dupliciter. Primò in quantum Christus eam sibi in baptismo desponsauit: & ipsa sibi integrã, & incõcussam fidem promisit. Secundo inquãtũ Christus eã ditauit, & varietate ornamentorũ spũalium decorauit. Vnde de primo dicit apostolus 2. ad cor. 11. Despondi. n. vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. de secundo autem

B dicitur ps. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Item psal. 77. Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus eius dividere spolia &c. Item Isa. 61. Gaudẽs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circundedit me: quasi sponsam decorauit me corona: & quasi sponsam ornatam monilibus. Ex omnibus supradictis patet qualiter ecclesia inter cetera fortitur ista tria nomina: quia dicitur corpus Christi inquantum est constitutа & pulcra & bene dispositа varietate membrorum officialiũ. Secũdò prout processit ex latere Christi, & Christus continuè ex ea regenerat prolẽ, dicitur vxor Christi sed dicitur sponsa inquantũ Christus ipsam summè diligit: & eam magnis ornamẽ

C tis decorauit & ditauit. Omnia ergo supradicta prænidens Salomon in spiritu, maximè contemplando psal. 44. & 67 & cæteros psalmos Dauid patris sui: confecit hoc canticum quintum: & cetera sequentia: in quibus dotat & commendat ecclesiam sponsam suã in pulcritudine & optima dispositione membrorum: & in pulcritudine & varietate ornatus: & perfectione odoramentorum. Iterũ est aduertendum: q Christus sicut successiuè ornauit & decorauit ecclesiã sponsam suam secundum diuersos status & gradus: ita pariter succedentiuè commendat eam in residuo huius libri secundũ diuersos status & gradus. Ideo in hoc quinto cantico cõmendat eam pro statu apostolorum & discipulorum ante passionẽ suam. In octauo aũt cantico cõmendat eam

pro statu apostolorũ & omniũ fidelium immediatè post resurrectionẽ. In nono aũt cõmendat eam pro statu pugnæ martyrum & religiosorum & doctorum. Il vltimo aũt cõmendat eã pro statu prosperitatis & pacis postcõuersionem Cõstantini. Item rursus est aduertendum: q Christus bis ornauit ecclesiã suã. Primò in principio suæ ostensionis quando elegit sigillatim omnes apostolos & discipulos: & misit eos ad prædicandum. Secũdò immediatè ante passionem, quando instituit sacramentum eucaristiæ: & dedit apostolis piã

D tem confitendi illud sacramentũ. Et iõ duo facit Salomon in hoc cantico. Nã primò introducit Christum decorantẽ ecclam suam in principio suæ ostensionis. Secũdò introducit eundẽ Christum ornãtem eandem ecclesiam suã immediatè ante passionẽ suam ibi.

E Vadam ad montem. Quantum ad primum est aduertendum: q Christus non solùm ornauit ecclesiam suam: sed etiam primò formauit eam, & parturiuit eam de latere suo: & regenerauit per baptismum: & dispositit, & distinxit eam in varietate membrorum: qñ in principio elegit apostolos & discipulos & baptizauit eos. Et tunc ornauit eam, & decorauit, quando tradidit potestatem discipulis, & misit eos ad baptizandum. vt patet Matth. 10. & Luc. 9. & 10. Tunc in. Christus dedit ecclesiæ suæ in apostolis & discipulis oculos: & capillos: & dentes: & labia: & collũ: & vbera & cætera membra. Hoc ergo prævidens Salomon memorat in hac parte octo membra sponsæ Christi. Et introducit Christum commendantem ecclesiam sponsam suam in optima dispositione istorum octo membrorum: quæ sunt ista scilicet oculi: capilli: dentes: labia, eloquium, genæ, collum, vbera, per quæ quidem membra intelligit octo status, siue officia ecclesiastica. Vnde p oculos intelligit apostolos, & prælatos ecclesiæ, quibus Christus revelauit secreta sua, per quos quidem apostolos ecclesia videt mysteria sacræ scripturæ tanquam per oculos. Et per capillos intelligit populos. Nam sicut capilli descendunt, & procedunt, & dependent à capite: & multiplicantur in magnum numerum: ita populi fideles descendunt, & dependent ũ Christo capite ecclesiæ, & multiplicantur in magnũm numerum per regenerationem baptismalem. Item per dentes intelligit eosdem apostolos, & prælatos, & doctores, & prædicatores ecclesiæ per

A per quos ecclesia masticat, & ruminat, & digerit intelligentiam sacræ scripturæ iãquã ei bos spũales ipsius animæ. Itẽ per labia intelligit primò eosdẽ apostolos, & doctores, qui prædicarunt, & prædicant populis doctrinam euangelicam. Et ex cõsequenti intelligit populos fideles, qui confitentur fidem articulorum, & veritatem euangelicã. Et per eloquiũ dulce intelligitur ipsa veritas euãgelica, quã apostoli prædicarunt, & prout ipsa ecclesia catholica confitetur. Item per eloquium dulce intelliguntur officia ecclesiastica, et orationes fidelium, quæ fiunt in ecclesia. Item per genas intelliguntur viri religiosi, & virgines, & continentes. in quibus consistit honestas ecclesiæ. Item per collum intelliguntur prælati ecclesiæ: qui positi sunt in turri ecclesiæ tanquam supra turrim Dauid, ad

B speculandum ne veniant inimici ecclesiæ ad inuadendum eam: de quibus dicitur Eze. 3. & 33. Fili hominis speculatorem dedite domui Israel. Item per duo vbera ecclesiæ sumi tur duobus gemellis capreæ. Intelligũtur duo testamenta: quorum lacte, & doctrina nutriũtur fideles. Et etiam per vnum vber intelligitur fides articulorum, siue doctrina sacræ scripturæ. Et per aliud intelligitur gratia sacramentorũ: quibus duobus vberibus tota christiana religio fruitur, & crescit, & nutritur in hac peregrinatione. Sub tali ergo dispositione membrorum decorauit, & formiit Christus ecclesiam sponsam suã. Ipse enim Christus dedit oculos columbinos sponsæ suæ quando dixit apostolis. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Mat. 10. Item ipse dedit ipsi copiam capillorum quando dixit, ibidem. Messis quidem

C multa operarij autem pauci. Et Ioan. 4. quando dixit. Videte regiones quia albæ sunt ad messem. Item tunc dedit Christus dentes ecclesiæ ad ruminandum, & suggerendum, quã do dixit. Veniet spiritus veritatis, & docebit vos omnem veritatem, & suggeret vobis, omnia quæ dixi vobis. Ioan. 14. Item quando aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Lucæ 24. Item tunc dedit eis labia coccinea ad loquendũ eloquium dulce. quando dixit eis. Dominus, dũ fueritis ante reges, & præsides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Matth. 10. Item tunc dedit Christus ecclesiæ genas rubeas ad præbendum bona exempla honestatis populo: quan

D do dixit apostolis. Vos estis sal terræ. q si sal euanuerit: in quo saliemur? & vos estis lux mundi, præbendo. sup. exemplum vitæ, & doctrinæ. Item tũc Christus dedit ecclesiæ collum, & nutrimentum fortitudinis ad tolerandos, & repellendos incursus inimicorum, quãdo dixit. Ecce ego mitto vos sicut agnos i medio luporũ. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. Itẽ tunc Christus dedit ecclesiæ duo vbera ad lactandos fideles, quando dixit Petro. Pasce oues meas &c. Ioan. 21. Et sic patet qualiter Christus disposuit; & decorauit sponsam ecclesiam varietate membrorum

E fm exigentiam suam. & qualiter reddidit ipsam pulcram, & sufficientem nec deficientẽ in necessarijs. Et de hac pulcritudine, & sufficientia, & optima dispositione commendat eam Christus in hoc quinto cantico dicens: O quàm pulcra es amica mea sponsa! in di spositione membrorum supple. Et quàm pulcra es, in apparatu, & ornatu vestimentorum, & odoramentorum supple. Et notanter dicit bis: quàm pulcra es. s. vt vnum referatur ad dispositionem membrorum, & alterum ad ornatum vestimentorum, & odoramẽtorum. vt patebit. & ideo quò ad primum, subdit. oculi tui columbarum. i. perspicaces, & penetrantes mysteria sacræ scripturæ, sicut columbarum. q. d. Apostoli, & prælati, & doctores, per quos vides tanquam per oculos, sunt perspicaces, & penetrantes sicut oculi columbarum, quia quæcunque audiũt à patre meo, nota fecerunt. Et ista scientia, quam dedit eis, non est inflata, & superba, & leonina, sed humilis, & columbina. & nõ dedit apostolis, & doctoribus meis oculos leonum superborum, sed oculos simplicium columbarum. F Sed ista simplicitas, & humilitas latebat in mente, & conscientia apostolorũ, quia scientia eorum erat non inflata, sed cum interiori humilitate, & bona intentione, & caritate. ideo subdit. Absq; eo quod intrinsecus lateat. q. d. Oculi tui intellectuales sunt subtiles, & perspicaces sicut columbæ, non cum tumore superbiæ, sed cum humilitate, & caritate in conscientia latente, & ideo noluit eligere ad apostolatũ philophos, & imperatores, sed simplices, & piscatores, vt non per philosophos lucraret piscatores, sed p piscatores lucraret philosophos, & imperatores. Et infirma, & abiecta, & humilia huius mundi elegit. vt fortia, & supba quæque confunderem. & vincerem. Deinde cum dicit: Capilli

tui

A cui etc. comparat capillos. i. populos ecclesię sponsæ Christi gregibus caprarum. quę generantur, et multiplicãtur in mõte Galaad. Attamen intellectum est notandum, sicut dictum est in expositione cantici Moysi, et legitur numeri 32. q in monte Galaad, et in tota terra Basan, quæ adiacet iuxta mõtem Galaad, generantur, et multiplicantur magis greges caprarũ q alibi: sicut accidit. q vna regio aut terra est magis apta ad generationẽ quorundam animalium, quàm altera. Itaet illa regio est apta, et vbertima pascuis, p animalibus, alendis, et generandis. ideo periit carmeli filij Ruben in lottem tanquã maiores. vt patet Numeri 32. ideo sponsus comparat capillos. i. populos ecclesiæ sponsæ suæ, gregibus caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Vnde est aduertendum, quod in hebreo ponitur vnum verbum, quod significat calefieri in generatione, ubi dicitur, Capilli tui sicut greges caprarum, quæ calefiunt de monte Galaad. q. d. populi tui sunt multiplicati in magnum numerum per totum orbem terrarum per regenerationem baptismalem, sicut greges caprarum per calorem coitus carnalis multiplicantur in monte Galaad. & idem sonsus est. Nam populus Christianus ascendit, & multiplicatus est in magnum numerum per baptismum. sicut capræ ascendentes, & crescentes in magnum numerum in monte Galaad per generationem carnalem. Deinde cum dicit, Dentes tui sicut greges tonsarum: comparat dentes huius sponsæ qui sunt apostoli, & prædicatores, & euangelistæ, & doctores gregibus ouium eiusdem regionis. Vnde est aduertendum, quòd quia illa regio est calida: greges ouium balneantur, & lauantur in aquis illius planitiæ Basan: & dum oues sunt lotæ ascendentes ad montem Galaad, & cæteros montes circunadiacentes, & sic fiunt albissimæ, & pingues. & sic tàm oues, quàm capræ sunt valdè generatiuæ, & sic multiplicant prolem, & generationem in magnum numerum: in tantum, quòd nulla est sine prole: imo dicitur vq patiunt geminos fœtus vltra consuetudinem ouium, & caprarum aliarum regionum. Et ideo in duobus comparat dentes ecclesiæ gregibus caprarum, & ouũ illius regionis. Primò in albedine, & mundicia. Secundò in fœcunditate, & uberrate prolis. Dicit ergo. Dentes tui, qui sunt apostoli, & euangelistæ, et doctores, & prædicatores, sunt albissimi, & mundi sicut greges tonsarum. i. ouium, quæ ascẽderunt de lauacro, & balneo in æstate in illa regione, & sunt fœcũdæ in generatione in tantum, quòd omnes sunt fœcundæ duobus gemelis, quia quælibet earũ parit duos gemellos, & nulla est sterili, sine prole inter illas. q. d. quòd ita fuerunt apostoli, & euangelistæ, & doctores, & prædicatores in primitiua ecclesia. f. mundi, & purificati p Christũ ex lauacro baptismali, & ita fœcundi per donũ gratiarum, quòd nullus fuit sterilis, & sine fructu inter eos: quin vnusquisque eorum non solùm conuerterit vnam proninciam per suam prædicationem: sed etiam duas, & tres. Ad cuius intellectum est aduertendũ, quòd sicut in homine naturali sunt dentes anteriores, qui dicuntur incisorij ad scindendum, & sunt alij collaterales, qui dicuntur molares ad molendum, & terendum, & ruminandum cibum materialem: ita pariter ecclesia sponsa Christi habuit dentes anteriores in principio. f. apostolos, & euangelistas, qui inciderunt nobis sacram scripturam in quatuor euangelia, & epistolas, & canonicas, & actus apostolorum, & apocalypsim. Sed postea dati sunt ecclesiæ dentes posteriores, & molares, f. doctores, & prædicatores qui contriuerunt, & indigesserunt, & glossauerunt, & declararunt, & rumminarunt nobis tãm doctrinam euangelicam, & apostolicã, quam illi prius inciderant. Et sic nullus illorum fuit sterilis sine fructu. imo quilibet illorum talentum sibi à Christo traditum genuit. & omnes reuersi sunt ad Christũ portantes manipulos suos, sicut Christus dixit eis. Ego misi vos vt eatis, & fructum afferatis &c. Ioan. 15. Sed quia ipsi apostoli, & euangelistæ, & doctores, & prædicatores, & præsati non solùm sunt dentes ecclesiæ ad scindendas, & rumminandas sacras scripturas, sed sunt labia ad loquendum, & prædican dam doctrinam euangelicam, & apostolicam populis fidelibus, ideò subdit. Sicut vitta coccinea labia tua. vnde labia apostolorũ, & euangelistarum, & omnium doctorum dicuntur coccinea, quia hunquam fuerunt sine iubedine & ardore, & igne caritatis, qui a finis totius legis est caritas, & sic omnes loquebantur cum rubedine caritatis. ideo dicuntur habere labia occinea. Vnde sicut rubedoe occisiue Alquermes decorat labia pulcræ mulieris, ita rubedõ caritatis decorat totam sacrã scripturam, nec põt esse aliquis bonus, nec eius

A eius opus meritorium, nisi fundetur & ,pecedat à caritate: & rendat in caritatem. Et ideo eloquium talium labiorum dicitur dulce: & generat dulcedinem in animo audientiũ cum fide, & caritate attendentium, & q a tota sacra scriptura procedit a talibus labiis, & inter talia labia versatur, & ruminatur, ideo dicit Dauid psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Item psalmo 18. Desiderabilia super aurum, & dulciora super mel & fauum. Et hoc intendit innuere sponsus: cum ait. Sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Deinde cum dicit. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ. commendat sponsam suam ecclesiam quò ad statum religionis, & honestatis: siue de religione & honestate qua B debet mittere & pollere principaliter omnis prælatus & religiosus: & ex consequenti omnis fidelis, quæ quidem religio, & honestas, maximè ostenditur in genis & in erubescentia genarum. Ad cuius intellectum est notãdum, q genæ sunt illæ partes vultus quę sũt immediatè sub osculis, tenentes nasum i medio, & sic sunt partes anteriores & nudæ, quas partes natura pilis non cooperit sicut cæteras partes capitis: nam natura cooperuit verticem capitis capillis: & texit tempora & maxillas pilis barbæ in viris: & tamen diminuit solas genas nudas sine pilis: vt per barbã ostendatur fortitudo, & grauitas, & autoritas in viro, & per genas circunquaque siue ad latera contestas ostẽdatur veritas & honestas in eo quò ad conuersationem. Vnde genæ sunt nuntiæ, & quasi speculum cordis, & interioris intentionis quò ad gaudium, & lætitiam, & tristitiam, & timorem, & audaciam & veritatem. Nam quando quis gaudet in corde, ridendo ostendit gaudium in genis, & quando tristatur demissis genis incipit flere: & sic ostendit in genis dolorẽ cordis: & quãdo timet mortem illico genę hominis pallescunt: eo q sanguis fugit ad regẽdum & subueniendum cordi, sed si timet infamiam tũc genæ erubescunt quodam leui rubore, eò q sanguis exit ad superficiem genarum volens quasi eas cooperire: ne lædantur aliqua infamia. Item quando quis nil timet & loquitur veritatem: tunc loquitur vultu sereno non mutato: cuius oppositum facit quãdo loquitur mendacium. & sic patet qualiter genæ sunt speculum honestatis, & veritatis totius hominis. & ideo natura reliquit eas nudas: sed circuntexit eas pilis capitis & barbæ in viris. Sed quia fœminæ non habent barbã: ideo nutriũt comam & crines capitis, vt possint regere tempora & maxillas ad circunte gendas genas. Et postquam sunt nuptę, consuetudo, & natura docet. q velent, & regant caput, & collum, & maxillas artificialiter cũ panis lineis aut sericis: vt solus vultus. f. oculi, & genæ, & os, maneat nudus ad exercenda officia eorum: pura oculi ad videndum, & os ad loquendum, & gustandum: & nares ad odorandum, & genæ vt sint speculum supra dictorum. f. veritatis, & honestatis. Et ideo dicit Salomon in persona Christi in hac parte: quod sicut ista sponsa Christi habet oculos, qui sunt apostoli, & prælati, & doctores: ita similiter habet genas, qui est prælatorum status, & religiosorum: in quibus tanquam in speculo ostenditur veritas, & honestas christianæ religionis, & debent esse speculum religionis, & honestatis, & veritas in vita, & doctrina: vt exemplo, & doctrina eorum cæteri moueantur ad credendum, & bene operandum, de quibus dicit Xps Mat. 5. Vos estis sal terræ, & vos estis lux mundi. &c. Et ideo cõparat statum prælatorum, & religiosorum, & totius christianæ religionis ad fragmẽ mali punici siue granati per medium secti. Primo, quia continet multa grana sub quodam ordine congregata, & situata. Secundo, quia oĩa illa grana sunt vndiq; vna pelle cõtecta p̃ter illam partem mediam. Tertiò q a illa grana ostendunt faciem rubeam. Quartò q a talia sũt intrinsecus sicut extrinsecus quò ad rubore, & saporem: q a talia sunt illa q̃ latent sicut illa q̃ apparent in superficie fragminis. Talis ergo erat spõsa Xpi. f. ecclesia apostolorum in principio, & talis dẽt esse oĩs p̃latus, q̃libet religio. Nam primò tota illa multitudo erat sub vno pastore Xpo ordinata, & postea sub Petro. Secundò omnium erat alia vna, & cor vnum in Deo: ut patet in Actibus apostolorum. Item tertiò quia omnes rubebant, & feruebant rubore, & igne caritatis. Quartò: quia quales erant in vultu, & ore extrinsecus: tales erant interius in corde, & ecouerso, & iõ ibant gaudẽtes à conspectu concilij q̃n digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliã pati: nõ timẽtes minas principũ, dicẽtes. Magis oportet obedire Deo q̃ hominibus Actu. 5. Et sic prelati, & religiosi debẽt esse sicut fragmen mali granati. f. viuere sub vna cõitate, & ordinata religione, & ostendere

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dere honestatem in facie, & veritatem in ore ad exemplum aliorum. Et debent rubere non solum rubore caritatis non fictæ: sed etiam rubore erubescentiæ, & verecundiæ in facie inest debent cauere, & erubescere peccare, ne oculos diuinæ maiestatis offendant: & ne proximis, & inferioribus exemplum peccandi, & scandalum præbeant, eò q̃ sunt positi tanquam speculum & lumen sup cãdelabrum, quibus dixit Christus. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona; & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est Mat. 5. Et sic etiam non solũ
B latus, & religiosus. sed etiam quilibet christianus debet erubescere peccare, nũ solum ne offendant Deum, sed etiam proximum, ipsum scandalizando. Quod maximè est in prælatis, & religiosis, & ecclesiasticis attendum. Ideo dicit Aug. in sermone de communi vita clericorum. Bona opera sunt faciẽda propter nos & conscientiam nostram, sed bona fama seruanda est propter nos & exẽplum vestrũ. Et sic patet qualiter status prælatorum, & religiosorum sunt genæ ecclesiæ sponsæ Christi, & qualiter sunt sicut fragmen mali punici. Et ideo Christus volens cõmendare sponsam suam ecclesiam quò ad religionem, & honestatem, quę maximè viguit in apostolis, & doctoribus, & martyribus, & sacerdotibus in primitiua ecclesia, dicit. O sponsa sicut fragmẽ mali punici est bene ordinatum & rubicundum, ita genę tuę. s. apostoli, & euangelistę, prælati, & religiosi, & omnes christiani sunt rubicundi rubore caritatis, & erubescentię, & honestatis, & veritatis.
C Sed quia talis honestas non est ficta nec palliata, sed vera & intrinseca, talis in corde, qualis in facie, ideo subdit. Absq; eo quod intrinsecus latet. s. vltra rectam intentionem & effectum caritatis latentem in corde. Deinde cum dicit. Sicut turris Dauid collum tuum &c. comparat statum prælatorum & apostolorum, & doctorum ipsi turri Dauid. Ad cuius intellectum est notandum, vt legitur 2. Reg. & Dauid edificauit turrim altissimam in monte Sion, vt esset specula ad præuidendum de longe inimicos venientes contra ciuitatem Hierusalem, & munitur ipsam copia armorum & propugnaculorum in defensionem ciuitatis, & vt omnes confugerẽt ad eam, & saluarentur tempore necessitatis: & belli. Per quam quidem turrim figurabatur status apostolorum, & prælatorum, & doctorum, & prædicatorum, qui sunt positi al-D tiores in gradu dignitatis, & scientię tanquã speculatores ad prænidendos inimicos ecclesiæ. s. infideles, & hereticos. Et ideo armauit eos Christus armis, & propugnaculis spiritualibus, quę sunt arma virtutum, & donaspiritus sancti, ad repellendos incursus infidelium, & hereticorum, & ideo dicuntur collum ecclesię. nam sicut collũ est altior pars corporis sub capite, per quod descendunt omnes vires capitis, & sensus, & motus à capite ad omnia membra inferiora, ita sunt apostoli, & prælati altiores immediatè sub capite Christo, per quos descendit oĩs potestas & vires spirituales a Christo capite in cętera membra corporis ecclesiastici, & mystici. Item sicut speculator erigit collum ad videndum de longè, & speculandum inimicos, & E res longinquas, ita pariter ecclesia tanquam erigens collum per prælatos, & prædicatores prænideat, vt caueat mala futura. Item sicut caput in quo sunt oculi, ponitur supra collum, vt prænideat longinqua, ita oculi ecclesię sunt supra prælatos, & prædicatores ad prænidendum mala futura, & præcauendum nociua. Et sic patet qualiter prælati, & doctores, & prædicatores sunt collum ecclesię, altiores in scientia, & dignitate & potestate, similes turri Dauid ad præuidendas, & præcauendas insidias, & incursus inimicorum, & infidelium, & hereticorum. De quibus dicitur Eze. 30. Fili hominis speculatorem dedi te domui Iſrael, & ideo dicit Christus. O sponsa collum tuum est altissimum, & fortissimum in eminentia dignitatis, & scientię, & sapientię, & potestatis, & munitissimum sicut turris Dauid in armis spiritualibus virtutum, & donorum, quę quidem turris est ędificata in propugnaculis ad propugnandum contra inimicos, & oĩs armatura huius turris ecclesię est armatura non debilium, sed fortium, quia armatura ecclesię non timet eos qui tolum occidunt corpus, sed tantũ sibi met ẽsim. q̃ potest animam occidere, & mittere in gehennam, ideo apostoli, & martyres non timebant reges, & præsides mundi, nec verbera carnificum, eò q̃ armatura eorũ erat armatura fortium, & inexpugnabilis turris, quę quidem armatura sunt dona spiritus sancti. Deinde cũ subdit. Duo vbera tua &c. ostendit qualiter ecclesia sponsa Christi non solum est turris inexpugnabilis, & habet armaturam fortium ad repellendos incursus, &

A & insidias inimicorum: sed etiam habet duo vbera ad alendos, & nutriendos, & lactãdos fideles filios. Quæ quidem vbera sunt duo testamenta, scilicet nouum, & vetus, quorum lacte lactant, & nutrit duos hinnulos gemellos, scilicet duos populos sub vna fide Christi eõgregatos, scilicet ecclesiam ex vtroque populo, Iudaico, scilicet & gentili sub vna fide cõuersam. Item etiam habet ecclesia duo vbera. s. vber, & massillã doctrinæ sacræ scripturæ, & vber gratiæ sacramentorum. Ex quorũ vno sugunt fideles lac fidei articulorum: & ex altero lac gratiæ sacramentorum. Et ista sunt duo vbera ecclesiæ quibus lactat, & nutrit duos filios gemellos, scilicet ex vtroque populo conuersos, & etiam lactat duos hinnulos gemellos. s. perfectos, & infirmos vnde in primitiua ecclesia isti duo gemelli. s. pars
B populi Iudaici, & maior pars populi gẽtilis venerunt ad fidem: q̃ lactati sunt, & nutriti isto duplici vbere. Et iõ dicit. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ, id est abũdantia in lacte sicut duo vbera capreæ duos gemellos lactantia, & nutrientia. Et comparat vbera ecclesiæ vberibus capreæ: eò quòd inter cætera animalia capreæ maximè abundãt lacte: & comparat, & appellat istos duos populos gemellos: eò q̃ antiquitus descendit ab vna matre Eua: & ab vna vxore Noe & nunc sunt regenerati ex vna capra, scilicet ex vna ecclesia per Christum, & regeneratio nem baptismalem. Sed quia iste modus nutriendo filios ecclesiæ per lac fidei articulorũ, & gratiæ sacramentorũ durat per totum diem, & tempus gratiæ, scilicet à primo adue
C ntu Christum quo incepit ista dies aspira re, & durabit vsque ad finem mundi, in quo desinet iste dies gratiæ, & succedet dies æternus gloriæ, qui quidem dies gratiæ finietur in vespere mundi, cuius finis dicitur nox, eò q̃ amplius non erit tempus operãdi, nec merendi, sed præmium recipiendi, vt ait saluator. Ioan. 9. Oportet operari dum dies est: venient autem nox quãdo nemo poterit operari. Ideo dicit sponsus, quòd isti duo gemelli pascuntur in liliis, & rosis sacræ scripturæ, & in filiis gratiæ sacramentorum, nõ inaternum, sed donec aspiret dies, id est dum durabit iste dies gratiæ, & inclinentur vmbræ finalis iudicij, quia postea pascentur isti duo gemelli pabulo æternæ fruitionis, & gloriæ. Et sic patet pulcritudo, & optima dispositio membrorum huius sponsæ Christi, de qua pulcritudine cõmẽdat eã in hac prima parte.

SECVNDA PARS
Cantici Quinti.

VAdam ad montem myrrę,
Et ad collem turis.
Tota pulcra es amica mea.
Et macula non est in te.
Veni de Libano sponsa mea.
Veni de Libano, veni.
Coronaberis de capite Amana.
De vertice Sanir, & Hermon.
De cubilibus leonum.
De montibus pardorum
Vulnerasti cor meum soror mea sponsa
Vulnerasti cor meum.
In vno oculorum tuorum,
Et in uno crine colli tui. E
Quam pulcræ sunt mammæ tuę
Soror mea sponsa.
Pulcriora sunt ubera tua uino.
Et odor unguentorum suorum super omnia aromata.
Fauus distillans labia tua sponsa.
Mel, & lac sub lingua tua.
Et odor uestimentorum tuorum.
Sicut odor thuris.
Hortus conclusus soror mea sponsa.
Hortus conclusus fons signatus.
Emissiones tuæ
Paradisus malorum granatorum,
Cum pomorum fructibus,
Cypri cum nardo.
Nardus, & crocus.
Fistula, & cynamomum
Cum uniuersis lignis Libani;
Myrra, & aloes F
Cum omnibus primis unguentis.
Fons hortorum puteus aquarum uiuentium.
Quæ fluunt impetu de Libano.

VAdam ad montem myrrę.

Hæc est secunda pars huius quinti cãtici, in qua Christus dotat, & decorat ecclesiam sponsam suam ornamentis spiritualib. & odoramentis aromaticis, & hoc, put Salomon præuidit in spiritu contemplãdo mysteria, quæ fecit Moyses ante mortem suã in figura Christi. Ad cuius intellectum est valde aduertendum, quod Moyses dux illius populi, cui omnia contingebant in figura Christi, duos actus inter cæteros fecit im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mediatè ante mortem suam, dum fuit ꝓpinquus morti ī fine sui ducatus, vt patet ī Deuteronomio. Nam primò congregauit maiores natu illius populi in campestribus Moab iuxta Iordanem: & recitauit, & rememorauit eis omnia beneficia, & miranda quæ Deus eis fecerat in illis quadraginta annis per totam illam peregrinationem ab exitu Aegypti vsque ad illum locū, & cōmemorauit eis omnes rebelliones, & ingratitudines quas commiserant contra Deum, & commissuri erant successiuè in futurum vsque ad extremum tempus: in qua infidelitate, & malitia erant manuri, & ideo comminatiuè prædixit eis per multas maledictiones eorum obstinatorum finalem punitionem, & confecit illud canticum: scilicet Audite cœli quæ loquor. In quo prædixit eorum finalem obstinationem, & punitionem, & damnationē, & finaliter populi gentilis substitutionem, & cōuersionem: vt patet in fine canticum dixit. Laudate gētes populum eius: prout ibi fuit declaratum. Hoc autē facto: Moyses ex Dei præcepto ascendit in mōtem Abarim: & exinde speculatus est totam terram promissionis: vt patet Deuterono. 32. qua considerata, & visa benedixit duodecim tribubus prædicendo eis bona futura: vt patet capitulo sequenti: scilicet 33. De quibus duobus actibus contrarijs valdè admirati sunt, & admirantur magistri hebræorum. Admirantur enim quod Moyses cum tanta vehementia male dixerit illum populum: & comminatus fuerit ei tàm grauem punitionem, & bonorum priuationem in illo cantico, & postea immediatè cum tanto affectu benedicat eis ꝑ singulas tribus in capitulo sequenti. Ad qd respondent: quòd quia Moyses præuidit rebelliones, & apostatias eorum: & idololatriā futuram: ideo primò comminatur malis, & idololatrijs: sed finaliter benedicit bonis, & fidelibus præsentibus, & futuris. Sed iste intellectus est manifestè falsus, & insufficiens. nā in fine cantici maledictis Israelitis benedicit populum gentilem. Item illæ maledictiones omnes, & punitiones perseuerant hodie in toto illo populo: qui putat seruare legem Moysi, & abominatur omnem idololatriā. Quæ quidem punitio omnes eos comprehendit tàm bonos quam malos, quia oēs ꝑ seuerant in hac captiuitate, & miseria per 1486. annos post Christum. Et ideo est dicendū, quòd cęcitas, & malitia eorum impedit eos ne intelligant sacramenta Dei in illis mysterijs clausa. Vnde Moyses, qui fuit verus propheta: non solum ꝓuidit i infidelitate crebram illius populi, quam debebant committere contra Deum adorando idola, sed etiam præuidit vltimam obstinationem, & rebellionem futuram contra Christum verū Messiam, quem principes sacerdotum, & Pharisæi debebant crucifigere, & successores eorum in eadem obstinatione ꝑmanere in extremo tempore vsque ad iudicium. Et ideo Moyses hoc præuidens in spiritu non solum comminatur eis maledictionem temporalē propter idololatriam, quam continuè commiserunt vsque ad destructionem primi templi, sed etiam comminatur eis maledictionē, & pœnam tàm temporalem q̄ eternam ꝓpter infidelitatem quam commiserant contra Christum Messiam suum in extremo tēpore, in qua erant perseueraturi vsque ad iudicium. Et hoc patet per hoc ꝙ dicit Moyses Deute. cap. 31. in fine maledictionum, & antequam pronunciet canticum. vnde ait. Noui enim ꝙ post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore qū feceritis malum in conspectu domini. vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Ex quibus patet ꝙ ista captiuitas, & punitio, quam patiuntur in hoc extremo tempore, & vltima ætate post destructionē secundi templi, non inest eis ꝓp idololatriā, sed quia irritauerunt Deum occidendo Christum Messiam suum, & semper irritant eum manent in eadem obstinatione. Sed quia promulgata ista sententia Moyses ascendit in montem Abarim ex præcepto Dei, & speculatus est, & considerauit totam terrā promissionis vsque ad montem Libanum, & Hermon, & Amana, & Sanir, & Galaad, & vsque ad mare nostrum, & vsque ad mare mortuū. In quo spatio erant collocandæ omnes tribus ꝑ sortes suas. Et præuidit qualiter in extremo tpe, scilicet in vltima ætate Christus Messias illam terram totam debat peragrare, prædicando, & miracula faciēdo puta per totam terram Zabulon, & Neptalim vsque ad radicem Libani, & trans Iordanem per terram Gad, & Manasses, & ꝑ terrā Iuda, & Effraim. Ex quibus 12. tribubus Christus debebat regenerare 12. apostolos, & 72. discipulos, per quos erat multiplicanda tota ecclesia toto orbe diffusa per regenerationem

A rationem baptismalem: quæ quidem ecclesia erat futura verus Israel ſm spiritum, & promissionem. Omnia ergo ista præuidens Moyses in spiritu considerando illam terrā de monte Abarim, benedixit in spiritu ꝓphetico 12. tribubus Israel spiritualibus, qui ex illis 12. apostolis erant in Christo regenerādi, & sic patet qualiter Moyses in figura Christi in illo cantico, & capitulis præcedentibus comminatur maledictionem, & temporalem punitionem filijs Israel secundum carnem: infidelibus, & Christi crucifixoribus. Sed capitulo trigesimotertio, benedixit tribubus, & filijs Israel secundum spiritum per Christum, & apostolus regenerandis: prout Moyses præuidit in spiritu prophetico, & sic illico post hæc Moyses mortuus est in illo monte: vt patebit in cantico sequenti, & sic tollitur, B & soluitur contrarietas, quæ videtur in illis duobus actibus. Et ideo Moyses non principaliter benedicebat illam terram promissionis materialem: quam oculis carneis distinctam per sortes videbat: sed benedicebat ecclesiam Christi per illam terram figuratam, quam oculis ꝓpheticis, & mentalibus toto orbe diffusam cernebat. Vnde Moyses aspiciendo versus aquilonem ex monte Abarim videbat qualiter altissimus mōs Libanus terminabat tanquam caput totam terram promissionis: ex cuius latere emanabat fluuius Iordanis, qui irrigat totam terrā promissionis & fecundabat eam vsque ad mare mortuum. Per quod præuidit in spiritu qualiter Xps Messias in lege promissus erat futurus caput, & principium ecclesiæ: ex cuius latere debebat emanare fluuius baptismalis, & C virtus omnium sacramentorum: qui debebat fecundare, & irrigare totam ecclesiam Christi ad regenerandos fideles. Item per hoc ꝙ illa terra erat tota circundata ab oriēte mōte Amana, & Sanir, & Hermon, & cubilibus leonum, & montibus pardorum, præuidit qualiter ecclesia Christi debebat angustiari, & infestari in principio à Iudæis, & infidelibus, & tyrannis, & imperatoribus idololatris & hæreticis. Et per hoc quod videbat cā obsessam à meridie deserto Arabiæ: præuidit qualiter in medio temporis ab Arabibus, & Sarracenis erat affligenda. Sed per hoc quòd videbat illam terram ab occasu obsessam mari nostro mediterraneo: præuidit in spiritu qualiter in fine temporis, & in occasu mundi ecclesia erat affligenda per Antichristum. Sed quia Deus dixit Moysi, quòd ipse vnus D nō poterat introire terrā illam, sed post mortem eius Iosue debebat introire cum toto illo populo: & obtinere illam terrā &c. ꝑ hoc præuidit Moyses in spiritu qualiter ante mortem Christi nullus poterat introire terrā viuentium, sed post mortem, & resurrectionē Christus debebat introducere totum populum fidelem in terram viuentium, & finaliter etiam per apostolos, & martyres, & doctores debebat triūphare de Iudæis, & imperatoribus, & hæreticis, & omnibus infidelib. Sub tali igitur respectu considerauit Moyses toram illam terram promissionis: & considerādo benedixit, scilicet quia per illam benedixit ecclesiam Christi futuram: quam illa terra figurabat. Sed nunc restat applicare figuram figurato.

Ad cuius intellectū est aduertendum: ꝙ E Christus per Moysen figuratus, qui non venit legem soluere: sed adimplere, & verificare omnia gesta, & dicta patriarcarum, & prophetarum eodem modo processit in sua ꝑgrinatione huius vitæ, sicut Moyses. Nam sicut Moyses per quadraginta annos duxit, & minauit illum populum per desertum cum signis, & portentis vsque ad mortem ſſuam: ita pariter Christus per quadraginta menses duxit populum suum, scilicet ecclesiam apostolorum, & discipulorum in hoc mundo, cōputando à die ostensionis suæ, scilicet baptismi vsque ad passionem. Nam per tres annos, & quatuor menses prædicauit, & peregrinatus est post baptismum, secundum eos qui tenent, quod prima vel tertia Aprilis fuit passus, & sic Christus per quadraginta menses fuit peregrinatus per totam terram F promissionis faciendo multò maiora miracula quàm Moyses: scilicet mortuos suscitādo, & infirmos curando, & demones fugando, & ventis imperando: quæ fuerunt multò maiora signa, & miracula quàm Moysi, vt dictum fuit in expositione psalmi duodecimi octaui, & in tractatu contra Iudæos. Item sicut Moyses in fine suæ peregrinationis cōgregauit maiores natu coram toto populo: & retulit totam legem, narrando omnia beneficia, quæ Deus fecerat illi populo. & comminatus est futuras maledictiones, & punitiones præuaricatoribus, & transgressoribus legis: sicut dictum est: ita pariter Christus in fine suæ peregrinationis ante mortem suam ascendit Hierosolymam, & videns

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ciuitatem sacrilegam, & sui Messiæ homicidam, comminando eius futuram ruinam fletus super illam &c. Et postea ingressus in templum eiecit ementes, & vendentes, & altera die congregatis maioribus natu, scilicet scribis, & phariſæis, & principibus sacerdotũ, exprobrauit eis iniquitates eorum, & comminatus est eis futuram punitionem temporalem, & æternam propter infidelitatem, & ingratitudinem, & homicidium, vt patet Matthæi vigesimosecundo, & vigesimotertio, & vigesimoquarto. Item sicut Moyses post datam maledictionem, & prænunciatã futuram punitionem illius populi rebellis ascendit in montem Abarim, & considerata tota terra promissionis benedixit duodecim tribubus secundùm spiritum, & promissionem antequàm moreretur, sicut dictũ est. Ita pariter Christus implendo illam figuram, & totam legem, postquàm comminatus est, & prænunciauit futuram damnationem successorum obstinatorum, ascendit in montem Sion, & facta cœna cum discipulis surrexit à mensa, & lauit pedes eorum, & recumbẽs instituit sacramẽtum Eucharistiæ, & tradidit seipsum eis sacramentaliter. Et postea habuit longem sermonem cum discipulis, benedicendo, & promittendo, & dando eis bona spiritualia, scilicet pacem, & caritatem, & scientiam in hac vita & promittendo futuram felicitatẽ, vt patet Ioan. 13. capitulo vsque ad 17. inclusiuè.

Ex quibus omnibus patet qualiter omnia quę fecit Moyses, fecit in figura Christi. Et qualiter Christus per omnia compleuit, & verificauit omnia gesta Moysi, & omnũ prophetarũ. Salomon ergo prævidens in spiritu C oĩa ista mysteria Christi figurata p̃ supradicta gesta Moysi fecit istud canticum, introducens Christum ad loquendum in hac secunda parte cantici, in qua Christus dotat, & decorat sponsam suam ecclesiam in apostolis, & discipulis congregatã in die Iouis sancta, quando cœna facta lauit pedes discipulorum suorum, vbi ostẽdit eos pulcros, & mundos in anima ab omni inquinamento, post recessum Iudæ, quibus tradidit sacramentum eucharistiæ tanquàm mundis. Et postea in suo testamento legauit eis suam pacem, & caritatem, & omnia bona gratię, vt patet per illum longum sermonem, vbi ostẽditur qualiter dotauit, & decorauit ecclesiã sponsam suam bonis spiritualibus per vestimenta, & odoramenta, & fructus pomorum D intellectis. Dicit ergo Christus sponsus ecclesiæ. Vadam ad montem myrræ, & collem turis id est ascendam in Hierusalem, quæ dicitur mons myrræ, & turis, eò, quòd ibi fiebant sacrificia, & offerebantur oblationes, & adolebãtur in altaribus, & myrra, & tymiamata, & cætera odoramenta significantia passionẽ Xpi. Et io appellat Christus Hierusalem montem myrræ, & turis, id est passionis, & sacrificij. In hebræo autem habetur. Vadã ad montem Moria, id est ad montem vbi Abraam sacrificauit filium suũ Isaac in voto, & arietem in effectu, quem montem appellauit in monte dominus videbitur, scilicet sacrificari, & immolari sup. put fuit declaratũ in expositione psalmi 47. & in plerisque locis. Dicit ergo Christus. Vadam ad montem B myrræ, & collem turis, id est ad montẽ mœroris, & passionis, quæ est Hierusalem. Hoc profectò dixit Christus post suam peregrinationem, quãdo assumpsit 12. discipulos secreto, & dixit illis. Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius hominis tradetur ad flagellandum, et crucifigendum. Matthæi 22. & Lucæ. 18. Deinde cum dicit. Tota pulcra es amica mea, commendando sponsam suam dotat, et decorat, et pulcrificat ipsam Christus munditia, et pulcritudine spirituali, reddens ipsam puram, et mundam, non habentem rugam neque maculam.

Ad cuius intellectum est notandum, quòd Christus in die Iouis sancta, cœna facta surgẽs à cœna antequàm institueret eucharistiã et traderet eam discipulis, lauit pedes eorũ, vt ostenderet munditiam, & puritatem eorũ & quò nemo debet accedere ad tãtum sacramentum nisi mundus ab omni macula, & labe peccati, non solum mortalis, sed etiam venialis, & non solum ab omni peccato in effectu, sed etia in affectu, & cogitatione. Et ideo lauit pedes eorũ, p̃ quos sensualitas, & affectus, & cogitatio significatur, & ideo dixit eis, qui mundus est à peccato sup. in effectu, non indiget nisi, vt pedes lauet, id est sensualitatis affectuum, & cogitationũ. Sed qa solus Iudas scarioth manebat in suo malo proposito tradendi Christum, quem iam vendiderat, ideo subdit. Et vos mundi estis, sed non omnes, vt patet Ioannis decimoprimo. Et ideo postquàm Iudas filius perditionis recessit ab illa societate tanquàm membrum decisum, & alienum ab ecclesia: tunc

manſit

A manſit illa ſocietas, & ecclesia tota pulcra sine aliqua macula vel ruga, & ideo recedente illo dixit Christus. Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: vt patet ibidem. q. d. Christus. Nunc ista societas. s. ecclesia sponsa mea manet clara, & pura, & pulcra sine macula, & hoc dicebat Christus, quia tota ecclesia consistebat in 120. personis iustis, & mundis, cuius ecclesiæ Christus erat caput, & virgo Maria primum membrum in puritate, & exinde apostoli, & discipuli cum Maria Magdalena, & cæteris mulieribus, & sic tota erat pulcra ecclesia sine macula, & ideo dicit Christus in hoc cantico. Tota pulcra es amica mea, quòad dispositionem membrorum secundum gradus dignitatis, & officiorum sicut dictum est, & tota es pulcra quò ad ornatum virtutum, & B macula peccati non est in te. Nam Christus caput huius ecclesiæ fuit immunis, & liber non solum in persona, sed etiam in natura ab omni labe peccati. Virgo autem Maria fuit pseruata in persona per gratiã ante lapsum. Cæteri aũt omnes fuerant mundati p circuncisionem in signum, & per baptismũ in te: prout dictum fuit in tractatu cõtra Iudæos, & sic illa societas erat tota pulcra sine macula. Deinde cũ dicit. Veni de Libano. explicat pulcritudinem huius sponsæ. Ad cuius intellectum est notandum secundum q̃ dictum est, q̃ tota illa terra promissionis erat figura ecclesiæ Christi ſm omnes suas partes quas continet, & quibus clauditur. Nam Libanus, qui est in capite terræ promissionis: significabat Christum, qui est caput ecclesię, & fluuius Iordanis fluens & emanans ex la- C tere Libani, & discurrens, & irrigans, & fœcũdans totam terram promissionis figurabat baptismum & cætera sacramenta ecclesiæ irrigantia, & fœcundantia totam ecclesiam in fructibus, & bonis spiritualibus. Et ideo sicut omnia bona terræ promissionis prouenirunt ex Libano, & maximè per illam aquã fluminis Iordanis, ita omnia bona spiritualia proueniunt ecclesiæ ex latere Christi, à quo fluxit sanguis & aqua in virtutem ecclesiasticorum sacramentorum. Item tria bona faciebat illa aqua Iordanis, vtilia in illa terra. Nam primò mundabat, & lauabat sordes, quia sine aqua nulla sordes mundatur bene. Secundò refrigerabat, & refocillabat & fortificabat bibentes. Tertiò fœcundabat terrã in copia fructuum, & pomorum, & arborũ. Ita ergo pariter aqua baptismi, & virtus alio D rum sacramentorum tria bona faciunt in ecclesia sponsa Christi. Nam primò mundãt ab omni sorde peccati. s. originalis, venialis, & mortalis. Secundò roborant, & fortificant ad resistendum & pugnandum contra carnem, & mundum & diabolum. Tertiò generant fructus virtutum & meritorum in anima. De istis ergo tribus bonis spiritualib. commendat Christus ecclesiam sponsam suam, irrigatam flumine sanguinis sui lateris: & commendando dotat, & decorat eam.

Et primò commendat eam de munditia, & puritate, quam adepta est per baptismũ, & cætera sacramenta ab omni peccato. Secundò commendat eam de fortitudine & victoria quam adepta est per sacramentum confirmationis & alia sacramenta. Tertiò commendat eam de fructibus meritorum, & virtutũ quas adepta est per omnia sacramenta. E Secundum ibi. Coronaberis. Tertium ibi. Quàm pulcræ sunt mammæ tuæ. Quantum ergo ad primum est aduertendum. q̃ Libanus interpretatur candidus, & albus, eò quod semper candet, & albet niuibus: à quo vndique fluunt aquæ viuæ, maximè ex latere meridionali: à quo fluit Iordanis, qui quidem mons significat Christum totum candidum & immunem ab omni macula in persona, & in natura: ideo ex eius latere exit fluuius sacramentorum, qui omnia mundificat à peccato: & albificat albedine virtutũ, & sic mundauit à triplici peccato. s. originali, actuali, & F veniali. Et ideo sponsus albificans spõsam suam & mundificans ab isto triplici peccato dicit. Veni de Libano sponsa mea veni de Libano: veni, id est veni de Libano candidata per baptismum, & mandata à culpa originali in Adam perpetrata: & veni de Libano à culpa actuali, & morrali per pœnitentiam expurgata & dealbata, & veni dd Libano ab omni veniali per extremam vnctionẽ mundificata, & candidata. Item quia in baptismo dantur nobis tres teologales virtutes. s. fides, & caritas, & per quas anima redditur munda, & candida: ideo ter vocat sponsam, dicens. Veni de Libano sponsa mea. s. candida per fidem, & veni de Libano per caritatem, & veni per spem. Itẽ quia per ecclesiastica sacramenta consequimur tria bona. s. fidem articulorum, & gratiam sacramẽtorum, & merita ex obseruantia præceptorum, ideo vocat ter sponsam ad recipiẽdum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ista tria bona dicens. Veni de Libano sponsa mea,scilicet per fidem articulorum. & veni per gratiam sacramentorum. & veni per obseruantiam præceptorum: quæ quide tria bona prouenium ecclesiæ ex Libano. scilicet Christo capite, & sponso eius, emanantia ex latere eius:prout dictum est.Sed quia ecclesia sponsa Christi veniens de Libano non solum venit dealbata, & mundata ab omni labe peccati: sed etiam venit armata fide, & spe, & caritate, quas accepit in baptismo, & septem donis spiritussancti, quæ recepit in confirmatione,& roboro.& augmento virtutum, quod accepit in Eucaristia, & cæteris sacramentis. quibus adepta est coronam victorię,& triumphauit de mundo,& carne, & diabolo.Ideo subdit sponsus dicens. Veni, & coronaberis.

B Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd corona dabatur agonizantibus, & certantibus in ludis Megalensibus, & olympiacis, vt ait Aristo. 1.Eucorum, & sic dicit apostolus.2. ad Timo. 2. quòd non coronabitur nisi qui legitimè certauerit, & sic corona dabatur in signum victoriæ. & triumphi, & sic ponitur hic coronari pro triunphare.Sed quia ecclesia talib.armis, & virtutibus de mundo, & carne,& diabolo triumphauit:ideo dicitur Veni,& coronaberis.i.triumphabis.Et ponuntur hic quinque montes significantes metaphoricè quinque potestates: contra quas pugnauit, & de quibus triumphauit ecclesia. Ad cuius intellectum est aduertendum,sicut supra dictum est, quòd sicut terra promissionis clauditur, & obsidetur ab oriente quinque montibus.s.Amana,& Sanir, & Hermõ, & Galaad:in quo sunt cubilia leonum, & versus meridiem clauditur deserto Farã, in quo sunt montes Pardorum: Ita ecclesia per terram illam figurata fuit in principio, & ortu suo infestata, & obsessa a quinque potestatibus,& inimicis. Nam per Amana quòd interpretatur angustians, fuit figurata potestas scribarum,& pharisæorum, & principũ sacerdotum, qui in principio infestarunt ecclesiã: vt patet in Actib.apostolorum. Et per Sanir, quod interpretatur lucerna siue scientia,figurabatur potestas philosophorum omnium infidelium gentilium, quibus fuit punctа, & impugnata ecclesia in principio. Item per Hermon, quod interpretatur Anatema: fuit figurata potestas, & iniquitas hæreticorum, qui fuerunt excommunicati, & separati ab ecclesia: quam infestarunt,& afflixerunt tempore Arianorum, & aliorum hæreticorum. Et per leones intelliguntur reges, & imperatores:qui ecclesiam infestarunt tempore martyrum. Item per montes Pardorum, qui sunt in Arabia,intelligitur potestas Saracenorum, quæ habuit ortum in Arabia, quę supra modum infestauit, & infestat ecclesiam per totum orbem. Sed quia de supradictis quatuor, s.Iudæis,& philosophis,& imperatoribus, & hæreticis iam triumphauit ecclesia, ut patet intuenti,& debet triumphare finaliter de Pardis,& Sarracenis secundum scripturas prophetarum: Ideo dicit Christus, Veni de Libano sponsa mea,veni,& coronaberis, idest triumphabis de capite Amana,idest de culmine potestatis sacerdotum,& scribarum,& pharisęorum, & de vertice Sanir, i. de culmine potestatis, & verberibus philosophorum, & de Hermon.i.de hæreticis anatematizatis, & de cubilibus leonum. i. de imperatoribus, & et etiam de cubilibus leonum, idest de templis idolorum, quę erant cubilia in quibus habitabant leones, & dracones. Isa,35. Et coronaberis.i.triumphabis finaliter de montibus, & regibus Pardorum.i.Agarenorum. qui dicuntur Fardi: eò quòd illa hæresis est conficta ex diuersis coloribus hæresum: sicut dictũ est in expositione psal.63.Triumphauit etiam ecclesia de capite Amana.s. de peccato originali.quòd est caput,et principiũ primum, Et de vertice Sanir,idest,de uęneribus concupiscentiæ latentis in carne,quæ causat omne peccatum in uoluntate per consensum. Et de Hermon, idest de peccato actuali, quod separat hominem a Deo. Et de cubilibus leonum, idest de persecutoribus mundanis. Et de montibus Pardorum, idest de hæreticis pictis varietate mendacij. Isti ergo quinque montes, idest quinque potestates infestarũt, & impugnarunt ecclesiam successiuè.Primò Iudęi. Secundò mundi. Tertiò hæretici. Quarto imperatores & reges. Quinto Sarraceni. De quibus triumphauit, & finaliter triumphauit ecclesia.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.

In hac parte explicat spõsus causam quare motus est ad amorem sponsæ. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ quatuor sunt quę reddunt mulierem pulcram, & amabilem,et mouent sponsum ad amorem eius. Primò optima dispositio membrorum, Secundò suauitas eloquentiæ, & uerborum. Tertiò ornatus,& decor vestimentorũ. Quartò suauitas odoramentorum.Quæ quidem quatuor per quandam excellentiam habet sponsa Christi ecclesia,quæ mouent Christum ad amorem eius,vnde optima dispositio membrorum ecclesiæ est optimus ordo statuũ, & graduum,& dignitatum,& officiorum, sicut sunt patriarchæ,prophetæ,apostoli,euãgelistæ,martyres,doctores,prælati, sacerdotes,reges,milites,ciues,populares, religiosi, virgines,continentes,& coniugati,& singulariter vnusquisque fidelis. Eloquia autem ecclesiæ sunt sacræ scripturæ vtriusque testamenti, & sacrorum doctorum, & prædicationes prælatorum,& sacerdotũ. Vestimenta,& ornamenta ecclesiæ sunt virtutes,& dona gratiarũ,quæ dantur in sacramẽtis.Odoramenta vero harũ vestium sunt opera misericordiæ,& orationes, & officia canonica, q̃ fiunt in ecclesia,quæ quidem opera tàm actiua quàm contemplatiua procedunt ex virtutibus, & donis gratiæ. Quæ ideo dicuntur odoramenta:quia ascendunt vsque ad aures Dei,& delectant Deum,& trahunt proximũ ad deuotionem,& imitationem.Est ergo ecclesia sponsa Christi pulcra in optima dispositione membrorum,& suauis in eloquio, & decora in ornatu, & apparatu, & suauis in odore. Et ista quatuor mouerunt Christum sponsum ad eius amorem. Et hoc intendit Salomon dicere in hac vltima parte huius quinti Cantici. Dicit ergo primò sic. Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum.Ad cuius intellectum est notãdum, quòd natura humana à principio vsq; ad finem mundi semper habet duos oculos

C Primus dicitur oculus fidei: quo fideles vident cœlestia,& spiritualia. & istum oculũ habuerunt soli fideles vete. testa.scilicet patriachæ, & prophetæ, & cæteri fideles, quo oculo in spiritu videbãt,& credebãt,& expectabant, & continuè perebant Christum futurum redemptorem, prout dictum est ĩ primo Cantico.Et eodem oculo fidei presens ecclesia videt,& credit Christum venisse, & mundum redemisse,& expectat eum ad glorificandam eam in secundo aduentu. Iste ergo oculus fidei huius sponsæ vulnerauit Deum, qui tactus dolore cordis descendit de cœlo,in terram, sumens carnem ex virgine,vt audiret gemitus compeditorum,& solueret filios interemptorum,psal. 101. Et eodem oculo fidei apostolorum, & discipulorum vulnerauit cor Christi ad patiendum mortem, cum dixit. Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt animam suã ponat, q̃s pro amicis suis.Et iste idem oculus fidei spe, & caritate formatæ vulnerat,& mouet continuè Christum ad subueniendum ecclesiæ sponsę:vsque ad diem iudicij, quãdo veniet ad totaliter liberandum eam à tribulationibus huius mundi. Et hoc intendit dicere Christus in hac parte: vnde ait. O ecclesia soror mea,tu vulnerasti cor meũ in vno oculorum tuorum.s.vno oculo fidei patriarcarũ & prophetarum, & fidelium vete.testa.quorum clamore ego inclinaui cœlos, & descendi in terram in vterum virginis. Et non solum uulnerasti cor meũ isto oculo fidei tempore patriarcarum, & propherarũ,ut uenirem in carnem, sed iterum uulnerasti per

B fidem apostolorum,& ecclesię noui testamẽti vt paterer, & quotidiè vulneras. vt eam liberem à malis temporalibus,& spiritualibus & veniam finaliter ad glorificãdum eam.Et nõ solum vulnerasti me in vno oculo fidei, sed etiam in vno crine colli tui.Nã sicut humana natura habet duos oculos. s.oculũ fidei ad contemplandum spiritualia, & oculũ naturalem,& carnalem ad videndum temporalia,ita pariter habet duos crines, videlicet duos populos à Deo dependentes.s.populum fidelium,qui nõ solũ depẽdet à Deo per creationem,sed etiam per recreationem & habet populum hominum terrenorũ, qui solũ depender à Deo per creationem. Iste ergo crinis spũalis,& fidelis vulnerauit Christũ ad descendendũ de cœlo in carnem, & vulnerat quotidiè,vt veniat per gratiã. Et iõ notanter repetitur ly vulnerasti cor meum. Nam primũ refertur ad oculũ, & crinẽ fidei fidelium ve.te.& alterũ ad oculum, & crinẽ fidelium noui testamenti.Hoc ẽt potest referri ad virginẽ Mariã. Nã licèt oẽs patriarchæ,& prophetę,& doctores sint oculi Xpi, & ecclesię ad videndũ,& cõtẽplandũ spũalia & diuina,tñ oculus virginis colũbinus fuit acutior,& perspicatior,& rectior, & humilior,quia acutius uidit secreta diuina,& cum maiore innocẽtia,& humilitatẽ.Et iõ Xps respexit hanc humilitatẽ summam in uirgine Maria,hinc est,q̃ magis inclinauit eũ,ut ueniret in ipsam q̃ in alia:prout dictum est in Cantico eius L.u. 1.Et per hãc rõnem uirgo Maria fuit crinis tam pulcher,& honestus, quòd uulneraũit Christum, & inclinauit ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A amorem fui, ideo notãter dicitur, in uno crine colli tui. Nã sicut Christus dicitur caput ecclesiæ, ita uirgo Maria dicitur collum ecclesiæ, nam sicut collum situatur inmediatè sub capite, per quod descendit omnis sensus & uirtus, & motus ad alia membra hominis. Ita uirgo Maria est immediatè post Christũ per quam descendunt omnes gratiæ à Christo in omnes fideles eam inuocantes. Iõ dicitur mediatrix inter nos, & Christum, ut dictum est in expositione Cantici uirginis. In hebræo autẽ habetur. Vulnerasti me in uno monili colli tui. Et tũc litera esset magis plana, referendo tàm ad totam ecclesiã, quàm ad virginem Mariam. Nam monilia spiritualia sunt virtutes, quæ decorant animam, imo totum hominem. Sed inter cæteras virtutes quæ reddunt mulierem pulcram, & amabilẽ,
B est humilitas cum caritate, & in hac virgo Maria, & tota ecclesia fidelium veteris testamenti uulnerauit filium Dei, & fecit ipsũ in carnem uenire. Deinde cum dicit.

Quam pulcræ sunt mammæ tuę &c.

Ostendit quõ noa solùm vulnerarunt, & mouerũt Xp̃m ad mortẽ oculus, & crinis spõsæ, sed et mãmæ, & ubera copiosa, & dulcia, vñ dictum est, q̃ vbera sponsæ sunt duo testamenta, vel fides articulorum, & graria sacramẽtorũ, q̃buis fideles nutriuntur. Nam sapor intelligentiæ sacræ scripturæ delectat animam fidelium, & gratia sacramentorũ nutrit eos. Ista ergo duo vbera, quia sunt delectabilia super aurũ, & dulciora super mel, & fauũ, psal. 18. lõ delectant, & vulnerant Xp̃m & inclinãt, vt veniat ad nos. Dicit ergo ipõsus. O ecclesia soror mea, & sponsa mea, q̃
C pulcræ sũt mãmę tuæ quò ad dispositionem & figuram, & plenitudinẽ: & copiã lactis doctrinę sacrę scripturæ, & gratiæ sacramentorum pulcriora, id est sapidiora sũt vbera tua vino. Vñ dicũtur mãmæ quò ad officiũ mãmãdi, & fugẽdi, & inquãtùm suguntur, sed dicũtur vbera quò ad copiã, & vberatẽ lactis, qđ quidem lac doctrinæ sacramẽtorũ est sapidius vino, & magis inebriatiuũ, intrin. q̃ trãsformat amãtẽ in amatũ, & extasim facit secũdum Dionisium. Sed q̃a ista doctrina, & gra sacramentorũ sunt quædam vnguenta odorifera puta ad sanandum, & confortandũ, & delectãdũ fideles, ideo subdit. Odor unguen-

D etat super omnia aromata. Et non solùm ista tua vbera sunt dulcia, & lac est sapidũ, eò, q̃ odor vnguentorum ipsorum est delectabilis super omnia aromata, sed etiam eloquium tuum ô sponsa, est suauissimum, & dulcissimum, quia labia tua sunt sicut fauus distillãs & mel, & lac est, & fluit continuè sub lingua tua. Nam labia huius sponsæ sũt apostoli, & euangelistę, & doctores, qui distillarunt nobis mel, & lac, vt est doctrina euangelica, & apostolica, & scriptura sacrorum doctorum, & prędicatorum, quorum labia semper distillant mel, & lac de quibus Dauid dicit psal. c. 18. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel oti mco. Deinde cum dicit. Odor vestimentorum tuorum, ostendit, q̃ nõ solũ mouent Christum ad diligendam ecclesiam sponsam suam vbera doctrinæ sacræ scripturæ, & gratiæ sacramentorum, sed etiã odor E vestimentorum eius. vnde vestimenta ecclesiæ, & cuiuscunque animæ fidelis sunt uirtutes: vt inquit Cicero in libro officiorũ: quia virtutes sunt ornatus animi. Sed quia virtutes non cognoscuntur nec re dolent nisi q̃ operationes quæ sunt fructus, & effectus virtutũ, ideo opera misericordię, & operationes cuiuscunque uirtutis dicuntur odoramenta uirtutum, & vestimentorum ecclesię, et fructus omnium fidelium. Sed ista odoramẽta, & operationes uirtutũ sunt in duplici genere. Nam quædã dicũtur operationes actiuę, sicut sunt opera misericordiæ corporalia, & etiam spiritualia. Aliæ aũt dicuntur operationes contemplatiuę, sicut meditationes, & orationes canonicæ, quæ fiunt in ecclesia in officio tàm diurno q̃ nocturno, & etiam oratio
F nes particulares, & priuatæ, quæ priuatè fiũt à quocunque fideli, vnde de bonis operibus, & fama eorum dicit apostolus 2. ad Cori. 2. Christi bonus odor sumus. Et de odore orationum dicitur Apo. v. Habentes singulas citaras, & fialas aureas plenas odoramẽtorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et talia odoramenta vestimentorum, vulnerant Deum in corde, & inclinant eum ad nostras petiones complendas. Dicit ergo sponsus. O sponsa, odor vestimentorum tuorum spirans ex vestimentis tuis: quæ sunt operationes virtutũ, & orationes: sunt mihi sicut odor turis. Nam sicut odor turis offertur soli Deo, & ascendit sursum. ita oratio, & latria penetrat cor, & aures Dei. & sic orationes: & bona opera sunt sicut odor turis. Deinde cum dicit. Hortus

concla-

A conclusus soror mea. comparat ecclesiam ad hortum, & paradisum delitiarum: quò ad fructus odoriferus. Nam sicut Deus à principio plantauit paradisum delitiarum plenum diuersis arboribus fructiferis ad communem vitam hominum: & plantauit in medio lignum vitæ ad perpetuandam vitam: & fecit in eo oriri fontem: à quo emanant quatuor flumina, quę irrigant totum paradisum: ita pariter Christus Deus incarnatus in suo aduentu plantauit ecclesiam suam ad instar illius paradisi. Et sic ista ecclesia per Christum plantata dicitur hortus vndique igne caritatis conclusus: quæ habet arborem vitæ: qui est Christus, in medio inter alias arbores qui sunt fideles. A cuius latere procedit etiam fluuius, fons signatus, & lancea militis apertus,
B qui quidem fons totam ecclesiam per quatuor flumina euangelica influit, & irrigat: & cæteris arboribus refrigerium, & nutrimentum, & vitam præstat. Item emissiones id est virgulta, & arbusta nascentia, & germinantia in hoc horto: sunt sicut paradisus: id est hortus malorum granatorum cum omnium pomorum fructibus. Et comparat fructus ecclesiæ paradiso siue horto malorum granatorum, ratione multitudinis: & vnitatis, & caritatis. Nam sicut in malo granato congregatur multitudo granorum rubeorum sub vna pelle ordinatorũ: ita pariter in ecclesia Christi congregatur multitudo fidelium caritate militantium sub vna fide ordinatorum, sed gradus diuersorum statuum, & dignitatum, sicut in Actibus apostolorum: q̃ illius multitudinis erat cor vnum in Deo: & erant eis omnia communia. Item subdit: quòd emissiones id est fructus emissi, & nati in hoc horto
C ecclesiæ: non solùm sunt sicut paradisus malorum granatorum in multitudiue cum vnitate caritatis: & paradisus cum malis granatis quò ad multitudinem, & vnitatem: sed ẽt cum omnium aliorum pomorum fructibus quò ad saporem, & odorem virtutum. Et ista ecclesia spõsa Christi non solùm est hortus malorum, & pomorum: sicut dictum est: sed etiam hortus aromatũ, ex quo, & in quo emittuntur, & nascuntur, & germinantur septem aromata, siue septem arbores, siue septe plantæ aromaticæ, scilicet cypri cum nardo, & nardus, & crocus, & fistula, & cynamomũ cum omnibus lignis Libani odoriferis, & saluiferis, & myrra, & aloe cum omnibus primis vnguentis. Per quæ quidem septem aromata odorifera, & saluifera intelliguntur septem ecclesiastica sacramenta, quę sunt odorifera inquantum conferunt gratiam, & virtutes in præsenti, & gloriam in futuro, & sunt saluifera, inquantum purgant, & liberant a morbo quocunque, & ægritudine peccati. Et germinatur nardus inter ista septem aromata, eò quòd est duplex nardus, quarum vna non facit spicas, sed solùm hærbam, & est fœminini generis. de qua dictum est in secundo cantico. Nardus mea dedit odorem suauitatis. Alter autem dicitur nardus spicatus, proferens spicas, & grana, & est masculini generis. de quo dicitur Marci 14. Mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati prætiosi. Et sic enumerantur septem aromata in hoc catalogo. quorum primum dicitur Cyprus, quæ est quædam vitis aromatica ex cuius incisione emanat balsamum. prout dictũ E est in secundò cantico. Potest etiam per Cyprum intelligi quædam radix aromatica, quæ dicitur cyperus habens in radice multa grana quibusdam filis ad modum rademi colligata. vnde cyperus est species iunci: quæ posita ad ignem suauem odorem emittit: & ideo dicitur cyperi in numero plurali propter multitudinem granorum. Et forsan vitio scriptorũ ponitur in hoc loco cypri pro cyperi. Secundùm dicitur nardus, quæ est quædam hęrba spicata, aut sine spicis, ut dictum est. Tertia hęrba aromatica dicitur crocus: in medio cuius floris fiunt quædam fila rubea, quæ valent ad confortandum, & lætificandum cor: & roborandas vires, & ad colorandum ferculum cibale, quod communiter, & vulgariter zafranum appellatur. Fistula autem est Casia: quæ est medela suauis dulcis, & lenitiua. Cynamomum uero species valdè odorifera, & sapida, & penetratiua gustus, & olfactus, et confortaF tiua cerebri, quam vulgares Canellam appellant. Myrra autem est quoddam gummi ex quadam arbore parua distillatum, sicut supra in secundo cantico dictum est, & hoc idem est dicendum de Aloe. Quæ quidem duo aromata licet sint amarissima, tamen sunt odorifera: & ad medelam purgatiua, & ab oĩ corruptione pręseruatiua. Per supra ergo memorata septem aromata intelligũtur metaphoricè septem ecclesiastica sacramenta, quæ quidem septem ecclesiastica sacramenta. ideo septem supradictis aromatibus comparantur, eò q̃ sunt odorifera, inquantum conferunt septem virtutes, scilicet tres teologales, & confortã;

qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quatuor cardinales: aut quia conferunt septē dona spiritussancti. Et sunt salutifera inquantum purgant ab omni morbo peccati. Et sūt etiam præseruatiua ab omni putredine vitiorum. Bene ergo merito ecclesia sponsa Christi dicitur hortus conclusus, & bene septus, & muratus caritate, & diuina protectione. Et dicitur etiam fons signatus signo vulnerum, & plagarum Christi: à quo fluit iste fons vitæ irrigans istum hortum, & fœcundans ipsum, & faciens in eo crescere supradicta aromata, & ideo subdit, quòd est fōs hortorum, id est irrigans hortos, & arbores huius horti. Et est puteus, & receptaculum aquārum viuentium: quæ cum impetu fluunt de Libano, id est de latere Christi. Vnde sicut aquæ: quæ cum impetu fluunt de Libano, nō sunt stagnales, & immobiles, nec mortuę, nec
B putridæ, & morbidę: sed viuę, & fontales, & mobiles, & fructiferæ decurrentes p totam terram promissionis, vtiles ad fructificandū: & per cōsequens sicut terra promissionis est puteus, & receptaculum omnium aquarum fluentium de Libano ex latere meridionali: ita ergo pariter ecclesia est puteus, & receptaculum omnium aquarum viuentium fluentium, & decurrentiū ex latere, & ceteris vulneribus Christi. Vnde istæ aquę sacramentales fluentes ex latere, & passione Christi: q est verus Libanus, dicuntur viuentes inquantùm viuificant, & conferunt vitam gratię in præsenti, & vitam æternam in futuro. Et dicūtur fluere, & decurrere cum impetu de isto Libano, quia cum impetu, & violentia, & dolore passionis, & mortis, & flagellorū, & vulnerum emanarūr illę aquæ ex corpore Chri
C sti: & continuè discurrunt per totā ecclesiā ipsam irrigando, & fœcundando. Et etiā dicuntur cum impetu de Libano istę aq̄ fluere ratione copię, & sufficientię, quia fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: & sanctificauit tabernaculum suum altissimus. psal. quadragesimoquinto. Dicitur ergo ecclesia hortus malorum granatorum quātū ad multitudinem fidelium in ea sub vna fide cōgregatorum. Et dicitur hortus aliorum pomorū quo ad fructus nutritiuos fidei articulorum: quia doctrina sacrę scripturę nutrit animā. & dicitur hortus septem aromatum ratione septem ecclesiasticorum sacramentorum. Et dicitur fons conclusus inquantùm fructus, & aromata ecclesiæ non exeūt extra ecclesiam: nec nutriunt nec viuificant infideles: q̄ sunt extra gremium, & murum fidei ecclesiæ sed D
solùm nutriunt eos qui sunt intra ecclesiam. Et per eandem rationem dicitur fons signatus: id est clausus. nam sicut aquæ Iordanis, & cæteræ aquæ defluentes de Libano non exeunt extra terram promissionis: imo submerguntur in mari mortuo iuxta Hiericūta: nec illæ aquæ proficiunt habitantibus extra terram promissionis: ita pariter aquæ sacramentorum non exeunt nec proficiunt infidelibus, & paganis extra ecclesiam. Ex prædictis patet esse falsam, & insufficientem, & deceptoriam expositionem, & intelligentiam Rabi Salomon in hoc cantico, & cæterorūt cecorum modernorū Iudæorum in hoc cantico: qui dicunt, q̄ Salomon in hoc cantico in persona Moysi existentis in monte Abarim commendat terram promissionis de pulcritudine situs: & vbertate arborum, & fru E
ctuum, & aquarum: & de copia supradictorū aromatum, quæ crescunt in terra illa Israel materiali: quod manifestè deprehenditur falsum. Nam forsan in tota Syria, Assiria, & Mesoporamia, & Media, & Persia non est pars aliqua terræ ita misera, & sterilis, & sicca, & inamoſa, sicut est illa terra Canaam. Nā nō habet nisi aquā Iordanis: quæ solùm prodest habitantibus in eius ripa vsque ad mare mortuum Sodomorum: vbi demergitur. In cæteris autem partibus non habet nisi aquas pluuiales, & cisternales, & quia raro pluit in illa terra: ideo frequenter laborant fame, & inedia propter sterilitatem. Et ideo frequenter fugiunt in Aegyptum, & alias terras finitimas propter inediam, & indigentiam panis, & aliorum ciborum: vt patet de Abraam, & F
Isaac, & Iacob, qui descendit in Aegyptum cum filijs, & nepotibus suis tempore famis. Item manifestum est, q̄ istæ arbores aromaticę, quę hic cōmorantur, non crescunt nec germinant in tota illa terra Canaan, sed in sola Arabia, et India, et Aetiopia. Miseri ergo, et cęci Iudæi non percipiunt qualiter Deus non promisit illam terram patribus vel te, test. in præcisum præmium: sed in figurā Christi, sicut dictum est frequenter in expositione psalmorum, et in tractatu contra Iudæos quæstione terra. Quia illa terra non fluit tanta copia mellis, et lactis, et aliorū bonorum, sicut dicitur Deut. 8. imo est maxima penuria omnium istorum, sed tūc illa terra fluxit melle, et facte euangelico quando Christus prædicauit, et miracula fecit, et legem

A gem exposuit: & dona spiritussancti apostolis dedit: & passionem, & mortem passus est: & operatus est salutem nostram in illa terra. Ex quo doctrina euangelica, & flumē lactis, & mellis ecclesiasticorum sacramentorum deinatum defluxit per totum orbem terrarum, & per totam ecclesiam, & hoc est quod Deus promittebat patrib. veteris testamēti obseruantibus illam legem sub protestatione, & fide Christi venturi. Et hanc terram benedicebat in spiritu Moyses de monte Abarim ante mortem suam: sicut supradictū est. vnde si præcise Deus promisisset illam terram Moysi, & cęteris patribus propter obseruantiam legis: maximam iniuriam fecisset Deus Moysi: qui præ cęteris seruabat legem, & obediuit Deo. Et tamen Deus non
B permisit eum in eam intrare: cum permiserit innumeros alios prauos introire. Et ideo miseri Iudæi non percipiunt qualiter omnia illa cōtingebant illis in figura. Nam per hoc quòd Moyses ante mortem non potuit introducere illum populum in terram promissionis: sed Iosue successor introduxit eum post mortem Moysi: figurabatur, quod lex, & prophetæ nō poterant introducere homines in terram viuentium: sed solus Christus post mortem, & passionem suam per Iosue figuratus. Et per consequens sola lex Christi euangelica per ecclesiastica sacramenta poterat iustificare: quia oportebat sic Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Lucæ 24. Hanc ergo terram spiritualem viuentium per Christum cōferendam desiderabat Moyses, & benedicebat, & commendabat ante mortem
C suam de monte Abarin, & hanc commēdat Salomon in persona Christi in hoc quinto cantico per metaphoram pulcræ mulieris, & paradisi, & horti conclusi, & fontis signati, eo modo quo dictum est. Quæ quidem commendatio non fuit nisi quædam dotatio, & decoratio: quia dotauit, & decorauit Christus ecclesiam sponam suam ante suam passionem. Nam tunc disposuit, & decorauit eam pulcritudine, & optima dispositionè mē brorum: quādo elegit duodecim apostolos & septuagintaduos discipulos, & misit eos in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus: dando eis potestatem calcandi super scorpiones: vt patet Mat. decimo. & Lucæ. decimo. Item tunc decorauit, & ornauit eam ornatu virtutum, & fecit eam hortum conclusum, & fontem signa- D
tum, & puteum aquarum viuentium: quando in die cœnæ lauit pedes discipulorum, & instituit, & dedit eis sacramentum eucharistiæ, conferendo eis potestatem conficiendi illud. Et per longum sermonem exhortatus est eos ad perferendas persecutiones propter fidem, & reliquit eis suam pacem, & caritatem: prout patet Ioannis decimotertio vsque ad decimū septimū capitulum per lōgum sermonem. Ex dictis ergo in hoc cantico quinto patet: qualiter Christus dotauit, & ornauit, & decorauit ecclesiam sponsam suam bonis spiritualibus ante passionē suam. Est autem notandum secundùm Augustinum in libro de sancta virginitate, quòd si vniuersa ecclesia sit desponsata vni viro Christo, & cùm vniuersa ecclesia nihil aliud sit nisi congregatio omnium fide- E
lium, & tota religio Christiana, ergo vnaquę que anima christiana, & cuiuscunque fidelis, & iusti dicitur sponsa Christi, & per consequens de qualibet anima iusti verificabuntur ea, quæ dicta sunt in hoc cantico, & cæteris: cum vnusquisq; fidelis sit membrum Christi. Et ideò vnaquæque anima iusti est pulcra per baptismum, & oculi eius sunt columbini per fidei perspicacitatem, & humilitatē in credendo, absque eo quod intrinsecus latet. s. cum recta intentione latente in conscientia. Cuius capilli sunt virtutes, & dentes eius sunt assidua meditatio, qua ruminat intelligentiam sacræ scripturæ die ac nocte. Labia eius est sermo cum caritate prolatus. Eloquium dulce est salubris doctrina, vel oratio facta cum deuotione: quæ maximè est Deo acceptabilis. Genæ vero viri iusti est F
exēplum bonæ, & religiosę vitę. Collū eius est fortitudo qua tentationibus resistit. Vbera eius sunt opera misericordiæ tàm corporalia quam spiritualia. Sed quia anima iusti omnia ista offert Deo i sacrificium: ideo dicitur ascendere in montem myrrę, & collem turis. Sed quia supradictæ virtutes sunt pulcritudo animæ, & reddunt pulcram, & decoram, & quia nulla macula peccati potest simul esse in anima cum caritate, & cæteris virtutibus: ideo dicitur pulcra sine macula in tali statu. Et quia talis anima sic pulcra, & sine macula est digna iungi sponso suo Christo, inclinans in ipsum amorem suum: ideo vocat eam dicēs, Veni de Libano scilicet candida per putita-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tem & munditiam. Sed quia istæ virtutes reddunt sponsam f. animam mundam & cādidam non solùm ab originali, sed etiam actuali, & veniali culpæ: ideo ter vocat eam. Et etiam quia per talem puritatem, & pœnitentiam sit immunis anima, & liberatur de carne, mundo, & diabolo, ideo ter vocat eā sponsus, dicens. Veni de Libano i. veni candida de mundo & carne, & diabolo: aut de cul pa originali, & actuali, & veniali. Aut veni de Libano candida per fidem, spem, & caritatem. Sed quia ex tali afflictu, & victoria meretur coronam & triūphum, ideo dicit illi sponsus Veni coronabetis, ideſt coronam triumphi accipies, quia triūphasti de capite Amana: id est de angustia, & infestatione diaboli, & de vertice Senir, id est de superbia intrinseca huius mundi, & de Hermon, id
B est anatemate carnalis concupiscentiæ, & de cubilibus leonem ideſt de persecutionibus magnorum imperatorum quos vicisti mala patienter tollerando, & de montibus pardorum, id est de insidiis hæreticorum. Sed quia anima super omnia inclinat Christum in vno oculo caritatis, & in vno crine humilitatis, ideo dicit sponsus. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Item quia vbera misericordiæ ipsius iusti sugunt, & nutriuntur ei: pauperes Christo, ideo dicit. Quām pulcræ sunt mammæ tuæ. Item quia orationes viri iusti sunt Deo acceptæ magis quàm odor aromatum ideo subdit. Odor vnguentorum super omnia aromata. Item quia ex ore viri iusti semper distillant orationes aut bona doctrina, ideo dicit.
C Fauus distillans labia tua, & mel & lac sub lingua tua. Item quia opera misericordiæ, & aliarum virtutum ipsius viri iusti sunt Deo grata, & accepta, & delectabilia, ideo subdit. Odor vestimentorum tuorum. Itē quia anima iusti sic virtutibus sulta, & decorata est similis horto copioso multorum fructuum, & pomorum, quæ quidem anima semper germinat fructus & opera virtutum ideo dicitur. Hortus conclusus & fons signatus &c. Sed quia virgo Maria est primum, & perfectius membrum ecclesiæ post Christum qui est caput ecclesiæ, ideo perampliùs, & perfectius uerificantur omnia dicta in hoc cantico de virgine Maria quā de aliqua alia creatura, eò q in maiori gradu, & peramplius, & copiosius, & perfectius fuit ornata, & decorata supradictis virtutib. D & perfectionibus, quàm alia pura creatura. Et peramplius, & perfectius triumphauit de mundo, & carne, & diabolo, & omni genere vitiorum, & iniquorū, quàm alia pura creatura, prout dictum fuit in expositione super Magnificat. Et ideo est dignum, quòd explicetur in expositione huius libri, & maxime in hoc loco, & explicetur, & exprimatur quomodo omnia prædicta verificentur de tota ecclesia, & quomodo de virgine Maria. Ad cuius intellectum est aduertendum, q tria dicta sunt in hoc quinto cantico, quæ sunt digna magna perscrutatione, Quorum primum est illud quod ait sponsus commendando ecclesiam sponsam suam, quando ait. Tota pulcra es amica mea, & macula non est in te. Et ideo quæritur primo, quo-
E modo ista verba possint verificari de tota ecclesia sponsa Christi, cum nos videamus multa eius membra immunda, & sorde diuersorum peccatorum deturpata, & maculata, ergo non est tota pulcra sine macula. Ad hoc respondet beatus Gregorius, quòd quælibet anima post pœnitentiam remanet tota pulcra sine macula, & sic verificantur verba sponsi de qualibet anima iusti post pœnitentiam. Sed licèt hoc contineat verum, tamen non euacuat difficultatem literæ, quia sponsus Christus literaliter loquitur de tota ecclesia sponsa sua, quam sufficienter ornauit. & decorauit omni genere ornamentorum spiritualium. Et ideo dicunt alij, q quandoque aliud verificatur de aliquo ratione partis magis principalis, sicut mulier dicitur pulcra ratione vultus, licèt habeat aliquas partes turpes latentes. Ita ergo tota F ecclesia dicitur tota pulcra sine macula ratione virginis Mariæ: quæ est principale membrum ecclesiæ post Christum, qui est caput, quia ergo virgo Maria est, & fuit semper tota pulcra nunquàm alicui maculæ peccati obnoxia, nec deturpata, ideo verificatur de tota ecclesia, quòd sit tota pulcra sine macula. Sed licèt virgo Maria fuerit semper tota pulcra sine macula prout dictum est in secundo cantico, & dicetur in sequenti quę sito, tamen ista responsio non euacuat difficultatem. Nam apostolus secundæ ad Corde cimoprimo de tota ecclesia dicit. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Item ad Ephesos quinto, dicit quod Christus exhibuit, & reddidit ecclesiam

sponsam

A sponsam suam, non habentem rugam neq; maculam. Et ideo ad tollendam huiusmodi difficultatem est aduertendum, q̄ iste terminus totus, tota, totum, quandoq; connotat in rebus totalitatem formę, quandoque totalitatem materię. Vnde totalitas formę domus est pulcra, & decens figura eius. Sed totalitas materiæ dicuntur lapides, & cęmentum, & ligna, & regulę, & sic domus poterit esse tota pulcra ratione optimæ, & decentis formę, licèt habeat aliquam partem materialem turpem, puta aliquem lapidem vel lignum. Ita ergo pariter in ecclesia est considerandа totalitas formæ: quæ consistit in fide articulorum, & grata sacramentorum, & obseruantia præceptorum, & varietate, & sufficientia graduum officiorum. Secundò est considerandа totalitas materię: quæ consistit in multitudine & diuersitate membrorum tàm infirmorum quā sanorum. Primo ergo modo ratione formę ecclesia sponsa Christi est tota pulcra sine aliqua macula: quia sufficienter Christus decorauit eā uirturibus teologalibus, s. fide, spe, & caritate, & septem donis spiritus sancti, & gratia septem sacramentorum: & optima lege euangelica, & sufficienti copia ministrorum, & graduum, & officiorum. & sic nihil deficit ad pulcritudinē formę eius. Sed propter hoc non tollitur quin ecclesia habeat aliqua membra materialia turpia per peccatum, & infirma. nec tollitur quin aliquis minister ecclesię aut prælatus possit male, & indecenter vti officio suo, absq; hoc quòd deturpet pulcritudinem formę ipsius ecclesiæ. Vnde ecclesia propter hoc habet copiā pulcritudinis sacramentorum, & officiorum, vt
C possit assidue mundare, & pulcrificare mēbra materialia, quæ quotidie deturpantur sorde peccati. Et sic ecclesia semper est tota pulcra sine macula ratione formæ. quia fides ecclesia non patitur secum aliquod falsum, aut mendacium. nec caritas aliquod peccatum: nec spes aliquod terrenum, quin tendat in altum: & sic de singulis partibus formalibus ecclesiæ. Est autem itē aduertendum: q̄ fermarum quædā est tota in toto, & tota in quaslibet parte, sicut anima intellectiua. Et quædam est tota in toto: sed non in aliqua parte: sicut forma circuli. Et quædam est tota in toto, & in aliqua parte, sed non in qualibet parte: sicut forma sensus tactus est in toto animali, & etiam in aliqua parte, sed non in ossibus. Ita D ergo est dicendum de forma ecclesię, q̄ est tota in toto corpore ecclesiastico: sed nō in qualibet parte, & membro materiali, sed potuit reperiri in virgine Maria tota forma ecclesiæ, puta fides articulorum, & tota gratia sacramentorum, & obseruātia præceptorū, & tota varietas, & copia graduum, & dignitatum, quia fuit virgo, & sponsa, & fœcunda, & euangelista, & martir, prout fuit dictum super Magnificat, & sic fuit tota pulcra quò ad formam ecclesiæ.

Sed diceret forsan aliquis, q̄ virgo Maria non fuit sacerdos, & per consequens nō potuit conficere Eucaristiam, nec ministrare alia sacramenta, & per consequens non habuit totam pulcritudinem ecclesiæ. Ad hoc respondetur: q̄ licèt virgo Maria non fuerit sacerdos ad conficiēdam Eucaristiam: tamē E habuit aliquid equivalens, & etiam superexcedens, quod nunquam habuit aliquis sacerdos huius ecclesiæ. Nam illud idem corpus Christi, quod conficit sacerdos per verba cōsecrationis: confecit virgo Maria in suo ventre virginali ex puris sanguinibus suis opere spiritussancti. Item sicut sacerdos per illa uerba facit descendere Christum in illud sacramentum ut inquit Ambrosius, ita virgo Maria dicendo. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum: fecit filium Dei descendere de cœlo, & sumere illam carnem ex ea, quam confecerat sacerdos: ut inquit Augustinus. Item sicut Christus sacerdos sanctificat fideles per sacerdotes temporales ministrantes ecclesiastica sacramenta: ita per uocem & salutationem virginis matris suę sanctificauit Ioannem Baptistam, & F illustrauit Elisabet spiritu prophetico: prout dictū est in expositione super Magnificat. Et sic patet qualiter tota ista ecclesia est tota pulcra sine macula quò ad formam: licèt habeat aliqua imo multa mēbra materialia infirma, & sorde pctī deturpata: & patet et qualiter virgo Maria est tota pulcra sine macula non solùm quò ad formam totam ecclesię, sed etiam est tota materialiter pulcra: quia nunquam in eius corpore, aut anima locus potuit inueniri peccati: vt inquit August. in sermone secundo de natiuitate virginis, & nunquàm fuit in tenebris: sed semper in luce, & nunquàm in nocte sed semper in die: ut inquit Hieron. super psal. 77.

Secundò autem dictum est in hoc quinto can-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cantico q̃o ecclesia fuit coronata ꝛ. triũpha uit de capite Amana, & de vertice Sanir, & Hermon, & de cubilibus leonum, & de mon tibus pardorum. Et dictum est quomodo o mnia dicta in hoc cantico, & quatuor prete ritis principaliter verificantur de virgine Ma ria: eo ꝙ tunc erat principalius mẽbrum ecclesię post Christum. Et ideo est hic viden dum quomodo virgo Maria triumphauit de capite Amana. & de vertice Sanir &c. Ad cu ius intellectum est aduertendum, ꝙ Amana est mons in fine terrę promissionis inter A quilonem, & Meridiem plenus serpentibus. Et ideo interpretatur iniquus, aut coangu stians, aut comprimens, aut augens: quod est proprium serpentibus. Vnde serpens dicitur anguis ab angẽdo, eò ꝙ tortuoso circulo an git hominem, & iniqua astutia insidiatur, &
B iniquo, & morsifero morsu morder homi nem. Et ideo in hoc loco per Amana intel ligitur diabolus serpens antiquus, qui astu iniquo, & mendaci decepit primos parẽtes, & momordit eos septuplici morsu, ſ. morsu peccati in anima, & morsu venenosæ cũcu piscentię in carne, & morsu mortis, & incine rationis in corpore, & specialiter monior dit mulierem morsu ęrumnarum in concep tu, & partu, & morsu subiectionis, & seruitutis, quia subiecit eam sub potestate viri, quę ante erat consors, & æqualis. Et hos ſe ptem morsus transmiserunt primi parentes ex sententia domini in omnes posteros, ut patet Gen. 3. Et sic patet qualiter serpens an tiquus triumphauit de primis parentibus, & de eorũ posteris per hos septem morsus. Sed si cum caritate, & attentione uolumus con
C templari hoc mysterium in sacra scriptura: videbimus qualiter serpens antiquus nõ po tuit mordere virginem Mariam matrẽ Chri sti aliquo morsu illorum septem, nec per cõ sequens triũphauit de ipsa: imo virgo Maria triũphauit de ipso diabolo antiquo serpente. Quod sic probatur ex sententia, & decreto Dei in ipsa sacra scriptura. Vnde legitur Ge ne. 3. ꝙ postquã ex suasu serpentis Eua co medit fructum, & dedit ex eo Adæ viro suo ambo cognouerunt se esse nudos & confu sos: per quod denotatur confusio, & corru ptio culpę tam in corpore quam in anima. Et tunc Deus promulgauit sententiam con tra omnes tres scilicet contra serpentem, & omnes complices eius diabolos: & contra Euam, & contra Adam: quę quidem senten- D tia fuit data, & promulgata secundùm ordi nem, prout peccatum fuerat perpetratum. vnde quia serpens primò ex inuidia decepit mulierem, & exinde mulier persuasit uiro, ut comederet. ideo per prius fuit lata senten tia, et maledictio contra serpentem, & exin de contra mulierem, et ultimò contra uirũ, & totam eorum posteritatem. Sed antequã Deus proferret, & promulgaret sententiam contra Euam, & Adam cum eorum posteri tate, simul in sententia data contra diabolũ fuit virgo Maria exempta. & priuilegiata à communi sententia humanæ naturæ lata in primis parentibus: imo in eadem sententia lata contra diabolum Deus pronunciauit qualiter virgo Maria debebat triũphare de diabolo, & non subiici nec comprehendi in sententia lata contra primos parentes, et eo E rum posteritatem. Vnde dixit Deus serpen ti. Maledictus eris inter omnia animantia: inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret ca put tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius. De inde Deus pronũciauit, & promulgauit sen tẽtiam contra mulierem, dicens. Multiplica bo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in do lore paries filios. & sub potestate uiri eris, & ipse dominabitur tibi. Deinde ultimò promulgauit sententiam contra uirum, quæ fuit communis cõtra omnes posteros utriuſ que sexus, dicens. Maledicta terra in ope re tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ Spinas, & tribulos germina bit tibi, & comedes hærbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuerta ris in terram de qua assumptus es, quia pul F uis, & in puluerem reuerteris.

Ex hac triplici sententia patet, quòd septẽ mala contraxerunt primi parentes ex pecca to, & sententia Dei. Primò fuit inflicta eis corruptio, & morbus cõcupiscentiæ in car ne, & sensualitate, ex cuius consortio anima contrahit culpam originalem, per hoc, quod dixit Deus serpenti. Tu insidiaberis calcaneo eius, idest inficies eius carnem, & sensuali tatem, quæ est calcaneum animæ, & etiam per hoc, quod dixit Deus ipsi Adæ. Ma ledicta terra, idest maledicta caro, & sen sualitas in opere tuo, idest ex peccato, & in obedientia, & esu cibi prohibiti, quia spinas peccati originalis, & tribulos peccati actua lis germinabit tibi, & cætera. Hoc au tem dixit, quia caro infecta per solum con-

sortium

A sortium in animatione infligit peccatum o riginale in anima, & postea sensualitas cor rupta causat, & infligit peccatum actuale in anima, & voluntate per solũ cõsensum, & operationem. Item ex sententia data mulie ri patet qualiter triplicem pęna incurrit mu lier ex peccato. Primò pœnam ærumnarũ & miseriæ, quam quælibet mulierem pati tur omni mense ex menstruo. Secundo do lorem in pariendo. Tertiò subiectionẽ sub potestate viri. Per sententiam autem datam contra Adam, incurrit totum genus huma num non solùm laborem corporalem, sed e tiam maledictionem, & corruptionem car nis, & sensualitatis, quæ continuè germinat spinas, & tribulos peccatorum in anima. Et vltimò incurrit resolutionem, & putrefa ctionem, & incinerationem in morte. Ex
B supradictis sequitur primò, ꝙ septem mala incurrit totum genus humanum ex peccato primorum parentum ex sententia Dei: quo rum quatuor sunt communia omnibus ho minibus vtriusque sexus descendentibus à primis parentibus per naturalem generatio nem, ſ. corruptionem carnis siue morbũ con cupiscentiæ. Secundo peccatum originale in anima. Tertiò actuale in voluntate per cõ sensum. Quartò resolutionem in terrã & pu trefactionem, & in cinerationem per mortẽ. Solæ autem mulieres incurrerunt pœnam ę rumnarum in menstruo, & in conceptu, & dolorem in partu, & subiectionẽ viri. Et sic patet qualiter diabolus serpẽs antiquus su pradictis septẽ morsibus momordit totũ ge nus humanũ, & per consequens triumphauit
C de primis parẽtibus, & de tota eorũ posterita te per hos septem morsus. Secundò sequitur ex sententia & decreto Dei, ꝙ virgo Maria nõ fuit comprehensa in supradicta Dei ſsenten tia lata contra primo parentes, & eorum posteritatem, imo ex Dei decreto fuit prę exempta, & excepta à tali sententia, & per consequens serpens antiquus non triumpha uit de ea. Quod probatur. nam autẽ̃ ferret Deus sententiam contra primos parentes, dixit diabolo, inimicitias ponam inter te, & mulierem, sed ipsa cõteret caput tuũ, tũc manifestum est, ꝙ ista quæ erat contritura caput serpentis non fuit Eua, quia ipsa iam erat victa, & contrita per serpentem, imo ſi bi data fuit sententia pro omnibus suis po steris. Ergo sequitur, ꝙ illa mulier, quæ erat contritura caput serpentis, erat sola vir- D go Maria: prout indifferenter tenent concor diter omnes catolici doctores, ergo sequi tur quòd ille serpens antiquus nunquam poterat mordere virginem Mariam: postquã per eam caput eius erat conterendum. Ex quo patet, quòd virgo Maria nullo illorum septem morsuum fuit per serpentem morsa nec vulnerata, quia aliter non contriuisset caput serpentis. Et sic etiam patet: quòd cũ antiquus serpens triumphasset de omnibus alijs tũ non valuit triumphare de virg. Ma ria: postquã nullo morsu potuit ipsam mor dere: imo ipsa virgo Maria triumphauit de antiquo serpente, postquàm contriuit caput eius. Et sic patet qualiter ex sententiâ, & decreto Dei fuit promulgatus triumphus vir ginis Mariæ contra diabolum, & fuit præ nunciata exceptio eiusdem à communi sen- E tentia aliorum: antequam communi sen- E tentia promulgaretur, cuius effectus patuit postea per experientiam. Nam omnes do ctores concordant, quod virgo Maria fuit exempta à triplici pœna inflicta omnibus mulieribus: quia non ex menstruo nec coi tu: sed ex purissimis sanguinibus opere sp iritussancti Christum concepit: vt pa tet Lucę primo: & sine dolore peperit: & non fuit viro subiecta: quia non solum datus est ipsi in obsequium, & custodiam, & vt testis suæ virginitatis. Item omnes concordant quòd fomes carnis in ea à prin cipio fuit extinctus vel ligatus, & omnes concordant, quòd non poterat peccare mor taliter nec venialiter: eo quod à principio fuit in gratia confirmata. Et iam tota eccle sia communiter tenet cum Augustino: quòd corpus eius non fuit in sepulcro incinera- F tam, sed quòd anima in tertia die recu perauit corpus glorioſum. Ex quibus pa tet: quòd in his sex virgo Maria non fuit comprehensa nec subiecta communi sen tentiæ datæ, & latæ primis parentibus.

Sed tota ecclesia non habet aliunde vnde hoc possit excusare: nisi quia virgo Ma ria ante fuit exempta: quam promulga retur communis sententia, eo quòd erat con tritura caput serpentis: ne morderet eã. Er go per eandem rationem, & locum autoria tis cogimus dicere: quod virgo Maria fuit exempta à morsu peccati, & culpæ origina lis, quia aliter non contrisset caput serpẽ tis, & per consequens sicut conceditur quod virgo Maria triũphauit de serpente: quò ad

sex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sex morsus, ita triũphauit de illo quò ad se primum morsum, quod est peccatum originale, qui est primus morsus quo serpes mortifer, & faurciat hominem in anima. Et sic patet qualiter ũirgo Maria perfectè contriuit caput serpẽtis, & triumfat de ipso. Et hoc est quod intendebat dicere Salomon in persona Christi, dirigens verba cantici ad virginẽ Mariam, dicens. Tota pulera es amica mea, & macula non est in te, quasi dicat: nulla macula peccati nec aliqua illarum septem penarum est in te, quæ tuerunt inflictæ in Adam ex peccato eius, & sententia Dei, iõ veni de Libano puritatis, & coronaberis: i. triũphabis de capite Amana i. capite antiqui serpentis, quod contriuisti, quod quidem caput contritum, & calcatum sub pede, & calcaneo tuo non potuit te mordere aliquo
B illorum septem morsuum. Quomodo autẽ virgo Maria fuit obligata in Adam quò ad naturam, sed illa obligatio non potuit transire ad personam propter præuiam sanctificationem, factam in primo instanti fui esse, eò, q; anima illa simul fuit creata, & sanctificata, & infusa, & sic simul fuit sanctificata cum anima, & etiam caro potuit sanctificari ante animationem per uirtutem sancti spiritus. & sic persona uirginis non fuit obnoxia alicui peccato, sed semper fuit tẽplum, & tabernaculum spiritussancti a principio suæ creationis. Et quomodo omnes autoritates sacri canonis, & sacrorum doctorũ inductæ contra hoc propositum non procedunt nisi de peccato naturæ, iam ostensum, & declaratum fuit largo modo in expositione psalmi 45. & super Magnificat, & partim
C superius in cantico 2. Et ideo hic non oportet immorari. sed sufficit ostendere, quomodo virgo Maria triũphauit de capite Amana i. de peccato originali & actuali, & veniali, & quomodo triũphauit de corruptione, & fomite carnis, & de triplici maledictione, & miseria inflicta ceteris mulieribus.

Vltimò trihphauit de morte, quia non potuit eam incinerare, imo resurrexit in corpus gloriosum. Et sic patet qualiter triũphauit de capite Amana i. de capite serpẽtis antiqui quod contriuit. Et sic non solùm fuit benedicta inter omnes mulieres, sed etiam inter omnes homines utriusque sexus, quia in omni maledictione fuit immunis. imo maledictio Euæ, & omnium hominum fuit conuersa in benedictionem Mariæ vt inquit Augustinus. Secundò est videndum quomodo virgo Maria triũphauit de vertice Sanir. Ad cuius intellectum est notandum, q; vltra Amana quinor montes pugnauunt contra virginem Mariam: de quibus ipsa finaliter triũphauit. s. Sanir, & Hermon, & montes, & cubilia leonum. & montes pardorum. Per quos quatuor montes intelligũtur quatuor potestates, & conditiones hominum, qui conati sunt impugnare virginem Mariam, & eius virginitatem, & dignitatem. Primus mons dicitur Sanir, quod interpretatur Deus lucernæ siue licentiæ. Et sic vertex Sanir idem est, quod altitudo siue tumor aut elatio. & fastus scientiæ philosophiæ mundanę, q; qđ intelligitur fastus, & elatio philosophorum huius mundi. Hermon autem interpretatur anatema, ideſt maledictio. & separatio, per quem montem intelligitur iste mundus, & sollicitudo eius, quæ separat homines à Deo. vel intelliguntur omnes Iudæi, & omnes infideles, qui sunt a Deo separati, & maledicti. Per montes vero, & cubilia leonum intelliguntur reges, & principes huius mundi, maximè populi gentilis, & infidelis. Et etiam per cubilia leonum intelliguntur templa idolorum, vt patebit. Per montes vero pardorum in scriptura communiter intelliguntur omnes hæretici, eò, q; multis, & falsis, & fictis coloribus concinnarunt, & pallierunt sectas suas, & inter se varias habuerunt opiniones. Omnes ergo isti pugnarunt contra virginem Mariam, sed ipsa finaliter de eis triumphauit. Primò ergo omnes philosophi, volentes omnia comprehendere sub natura, & de omnibus volentes reddere rationem, conati sunt impugnare mysterium incarnationis, dicentes impossibile esse mulierem concipere sine uiro, & concipere, & parere cum virginitate, & esse matrem Dei, & Deũ fidei hoiem psonaliter. Sed finaliter virgo Maria de philosophis triũphauit. Nã Dionisius areopagita, q; apicem, & verticem, & principatum philosophię Athenis obtinebat credidit mysterium incarnationis, & partum virginalem ipsius Mariæ, & factus est fidelis ad predicationem Pauli cũ multis alijs philosophis, ut patet Actuũ 18. Item Gregorius Nazanzenus, & Basilius, & Eusebius, & Augustinus, & Clemens, & Dionysius Alexandrinus, & alij innumeri ex philosophis facti sunt catholici, & doctores ecclesiæ, qui omnes innumeros libros, & tractatus, & sermones lu-

culentos

A culentos ediderunt de virginitate, & dignitate virginis Mariæ. Ex quo patet, q; virgo Maria triumphauit de vertice Sanir. i. de altitudine & fastu & elatione philosophorum. Item secundò triumphauit de vertice Hermon. i. de sollicitudine huius mundi. Nam in tertio anno tenuit huic mundo, & fuit psentata in templo: & dedicata ad seruitium Dei vsque ad eius desponsationem, quando simul cum toto virginitatis fuit desponsata ipsi Ioseph vão sancto & iusto & virgini. Et sic ambo cum virginitate & paupertate duxerunt vitam humilem & pauperem Christo ministrantes. Et sic patet qualiter virgo Maria triumphauit de fastu & pompa huius mundi. Et triumphauit etiam de Hermon. i. de anatemate & maledictione Iudæorum, q; sibi & suæ dignitati contradixerunt. Nam
B 42. anno post passionem Christi partim fuerunt fame consumpti: & partim trucidati: & partim in captiuitatem redacti: & per mũdum dispersi. & ciuitas eorum simul cum regno fuit destructa & incensa. Et quia reliquiæ illorum ad huc hodie contra virginem Mariam blasphemare non cessant, ideo continuè patiuntur opprobria, & frequentes eędes & clades & vastationes & expoliationes. Et sic patet qualiter virgo Maria triumphauit de Hermon, ideſt de anatematizatis, & maledictis Iudæis: & continuè triumphat de ipsis. Item virgo Maria triumphauit de montibus & cubilibus leonum. ideſt de regibus & imperatoribus, qui per trecentos annos, & vltra persecuti sunt Christianam religionem: quæ Christum adorat & virginem matrem suam veneratur. Nã ipsi, qui ante
C propter idola persequebantur Christianos, & virginem Mariam: postea ad fidem conuersi deleuerunt idola, & templa idolorum consecrauerunt in ecclesias Christi & virginis Mariæ. Et sic illa templa quæ erant cubilia leonum, facta sunt ecclesiæ Christi & virginis Mariæ. & cubilia sanctorum. In cubilibus vbi prius habitabant dracones: ortus fuit viror calami & iunci, & fuit facta semita sãcta. nec fuit ibi ampliùs leo nec mala bestia vt dicitur Esai. 35. Et sic patet qualiter virgo Maria triumphauit de cubilibus leonum. s. de imperatoribus & tirannis infidelibus: q; a finaliter omnes subiecit ũgo Christi: & venerantur ipsam cum deuotione, & cubilia leonum. ideſt templa idolorum consecrarunt in ecclesias Christi & virginis Mariæ. & alio
D rum sanctorum. vnde principales ecclesiæ, communiter sunt dedicatæ ipsi virgini Mariæ pro maiori parte vbicunque terrarum. Item vltimò triumphauit de monnibus pardorum. i. de omni turba & prauitate hæreticorum. Nam in primitiua ecclesia surrexerũt contra virginem Mariam Ebion, & Cherintus, dicentes virginem Mariam non esse matrem Dei. sed puri hominis: & Iesum Christum totaliter ab ipsa incepisse, tamen hoc conuicit Beatus Ioannes euangelista ostendens Xp̃m esse ab æterno s̃m diuinitatem, & ex Maria ex tempore secundum verã humanitatem dicens. In principio erat verbum &c. Et verbum caro factum est. Item postea surrexerunt Nestoriæ dicentes duas esse p̃sonas in Xp̃o. s. diuinam & humanam. & per consequens virg. Mariam non esse matrem Dei. sed solius hominis. Sed omnes isti sue
E runt condemnati per ecclesiam in concilio Ephesino, vbi fuit ostensum & determinatũ per sacras scripturas, in Christo esse duas naturas in vna persona tantum & supposito, & per consequens virginem Mariã esse veram matrem Dei & hominis. Item Manichæi pugnarunt contra virginem Mariam dicentes ipsam non esse matrem Dei, eò qđ Xps non erat verus homo nisi in apparẽtia, sed erat solus Deus, quem cum tota sua secta conuicit Aug. p̃ multos lib. & tractatus, ostendens Xp̃m accepisse veram carnem ex virgine Maria, & per consequens ipsam esse veram matrem Xp̃i Dei: & hominis. Postea surrexit Heluidius blasphemans contra perpetuam virginitatem Mariæ. & dicens q; licet virgo Maria conceperit, & pepererit Xp̃m cum integra virginitate, tamen postea
F genuerat alios filios ex Ioseph, quem Helui dium Beatus Hier. & Aug. conuicerunt per singulas inuectiuas contra eum. Et sic patet qualiter virgo Maria triumphauit finaliter de montibus pardorũ. i. de oib. sectis hæreticorũ. iõ de ipsa cantat ecclesia. Gaude Maria virgo cũctas hæreses interemisti in vniuerso mũdo. Ex supradictis patet qõo virgo Maria triũphauit de supradictis quinq; montib. per quos intelliguntur quinq; potestates; quas ipsa superauit. Et per consequẽs virgo Maria nunquã habitauit in mõte Amana. i. in monte serpentũ. imo ipsa contriuit caput antiqui serpentis. & per consequens non potuit ipsam aliquo morsu mordere, nec habitauit i vertice Sanir. i. in fastu & tumore mũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dane philosophie,imo per suã humilitatẽ,& fidem meruit transcendere omnẽ mundanã scientiam & philosophiam,quando fuit obsũbrata per spiritum sanctum in sua annunciatione,& rapta vsque ad tertium cœlum: vbi vidit arcana,& misteria incarnationis,& nostræ redemptionis perfectius quam Paulus; prout dictum est super psalmo 67. & super Magnificat. Item virgo Maria nunquàm habitauit in Hermon i.in anatemate, & obstinatione Iudæorum,nec in pompa huius mũdi,quia renuens hunc mundum facta est specialis mansio Christi.& ipsum secuta est sẽper cum virginitate,& sanctitate, & humilitate vsq; ad passionem,& resurrectionem,& ascensionem: prout dictum est super Magnificat.Item non habitauit in cubilibus leonũ nec in montibus pardorum,quia omnes impeC ratores, & tyranos superauit, & omnes hæreses exterminauit & interemit, vt dictũ est. Sed semper habitauit in monte Libano, idest in monte candido, & in monte puritatis, & sanctitatis: in quo nullus serpens nec bestia nocens nec animal venenosum potest habitare, prout supra dictum est in secundo cantico. Vnde sicut mons Libanus eminet super omnes illos quinque montes supradictos in altitudine; quia est altior & excellior illis,& superat eos in veritate & fertilitate,quia cum omnes illi sint steriles: iste vero fœcundus germinans arbores fructiferas,& dignissimas, & puta cedros,& huiusmodi. Item superat illos montes in puritate,nam cum illi montes sint pleni serpentibus,& draconibus,& leonibus, & pardis & cæteris animalibus nociuis,& veneno-
C sis,solus Libanus est liber,& mundus ab omni bestia venenosa: ideo securè pascuntur in eo greges ouium, & armenta bouum. Ita ergo à simili virgo Maria per Libanum figurata superauit omnes supradictas quinq; potestates. Primo in altitudine dignitatis. Secundo in fœcunditate virtutum. Tertiò in puritate,& munditia ab omni malo,& vitio &,peccato. Et sic virgo Maria dicitur habitasse i Libano,& superasse,& triumphasse de illis quinque potestatibus per illos quinque montes intellectis ĩõ dicit Xps ad virginem matrem suã in die suæ assumptionis.O ĩ pulcra es amica mea,macula nõ est in te, Veni de Libano:in quo semper habitasti per excellentiam dignitatis quia mater Dei: & per fœcunditatẽ sanctitatis, & omnium virtutum & gratiarum,& per puritatem & mũ D ditiam,& immunitatem ab omni vitio, & peccato,& morsu,& veneno antiqui serpentis.Et ideo coronaberis & coronam accipies & triumphabis de capite Amana.i. de antiquo serpente,qui te mordere non valuit. Et triumphabis de vertice Sanir.i.de omni philosopha,& scientia mõdana:& Hermon.i.de pompa mundi, & anatemate, & obstinatione Iudæorum:& de cubilibus leonum.i.imperatorum,& tirannorum.& de montibus pardorũ.i.de temeraria præsumptione hæreticorum.q.d. Veni de Libano gratiæ in montes aromatum supernæ gloriæ, & coronaberis, & coronam gloriæ obtinebis pro supradictis triumphis.Et sic patet quomodo omnes isti triumphi virginis Mariæ possunt applicari ad duodecim dignitates eiusdem,q fuerũt E assignatæ in expositione super Magnificat. Et ideo prudens,& deuotus lector non dedignetur hic,& ibi contemplari.Et hoc de secundo quæsito. Tertiò dubitatur p.p id q dicit sponsus in hoc quinto cantico. t.Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum,& in uno crine colli tui. Et iõ videndum est quis est iste oculus, & crinis, quo virgo Maria vulnerauit Christum, & quomodo potuit ipsum vulnerare,vt descẽdere de cœlo. Ad quod est dicendum: q oculus dicitur quasi lumen occultum. Et ideo prius verificatur de oculo mentali interiori,scilicet de recta,& occulta intentione: q̃ de oculo corporali, & exteriori, de quo quidem oculo interiori ait saluator Matthei 6.Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit:si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosũ erit. Ex dictis saluatoris patet,q simplex, & recta intentio est vnus communis oculus totius hominis,quæ quidẽ recta intentio sundatur in humilitate & simplicitate cordis. Et sic dicit Augustinus,q simplicitas, & humilitas est fundamentum,& origo omnium virtutum,& quasi lucerna & oculus dirigens omnes virtutes, quæ quidem humilitas nascitur,& prouenit ex cognitione suiipsius in homine. Mam homo cognoscens seipsum,& naturam suam miseram, & fragilem & vitiatam ex inobedientia,& peccato primorum parentum,tunc humiliatus incipiet à contemptu sui vsque ad amorem Dei, & uidens se ita fragilem, & pronum ad peccandum

A candum non despiciet proximum nimo misebitur fragilitati ipsius proximi, & in hoc consistit vera humilitas.t.incipiendo à contemptu sui vsque ad amorem Dei & proximi. Quæ quidem humilitas nascitur in homine ex cognitione suiipsius: sicut superbia per oppositum nascitur ex inconsideratione suiipsius.Quia si quis consideraret & cognosceret seipsum,non esset superbus: sed humilis.Et ideo dicit Iuuenalis;& omnes philosophi & poetæ:quod hoc verbum,Cognosce te ipsum:descendit de cœlo in lamina aurea scriptum in templum Apollinis. Et sic dicit etiam Augustinus: quod sicut superbia, quæ est initium omnis peccati, est prima suggestio diaboli:ita humilitas,quæ est initium omnis virtutis,est primum donum Dei. Et sic patet qualiter humilitas in homine est
B quidam communis oculus Dei dirigẽs omnem virtutem: quia castitas sine humilitate nihil prodest.vt inquit Gregorius. Potest etiam dici,q duplex est oculus interior hominis.t.oculus rectulus & simplex, & iste dicit oculus dexter,quo homo iustus omnia rectè respicit. Alter autem dicitur oculus sinister, quo homo nequam omnia superbè & fictè & fraudulenter videt.Et ideo virg.Maria non vulnerauit Christum, oculo sinistro:sed oculo dextro,i.humilitatis & simplicitatis:vt faceret ipsum de cœlo in terram descendere. Item etiam est aduertendum, quòd q̃libet virtus dicitur quidam oculus animæ, nam iustitia est quidam oculus quo anima omnia recta iudicat,& videt & opaC tur omnia iusta.Et fortitudo est oculus quo anima omnia fortia videt & aggreditur.Et temperantia est oculus quo anima omnes delectationes;temperatè videt: & omnia castè videt. Sed humilitas est illæ virtus & oculus quæ omnes virtutes dirigit & retrahit à superbia.Et ideo humilitas est caritæ perfectionis, q̃ non solum est amabilis, & acceptabilis Deo: sed et omnibus hominibus. Sed quia iste oculus humilitatis perfectius fuit in virgine Maria,quã in aliqua alia creatura,ideo oculus humilitatis virginis Mariæ tantum vulnerauit filiũ Dei,q fecit ipsum descẽdere de cœlo in vterum eius,& sumere carnem ex ea quando dixit.Ecce ancilla domini fiat mihi secũdum verbum tuum. Et ideo dixit Maria in isto cantico. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce.n.ex hoc beatam me dicent omnes generationes,vt patet Lucæ primo. Et sic patet, quod inter alios oculos virtutũ D virginis Mariæ oculus humilitatis fuit ille qui vulnerauit cor ipsius filii Dei:vt descenderet de cœlo in vterum eius. Sed et iterum aduertendum secundum Augustinum: q̃ sicut humilitas est origo & radix & oculus omnium virtutum: ita pariter caritas est forma, & vltima perfectio earundem. quia nulla virtus teologalis aut moralis est meritoria: nisi fuerit informata caritate, & sic omnis vera virtus incipit ab humilitate, & finitur in caritatem. Et ideo ostendit Augustinus quinto de ciuitate Dei q̃ apud Romanos & vniuersaliter omnes gentiles nulla fuit vera virtus moralis: eò q̃ in eis nulla fuit vera humilitas nec caritas: sed honoris ambitio,& gloriæ cupiditas. Sed quia virtutes sunt ornatus animi, vt inquit Cicero.vt de sicut crines ornant collum pulcræ mulieris,ita virtutes ornant animum. Ideo Salomon in hoc loco per crinem colli sponsæ, intelligit virtutes, quæ ornabant virginem Mariam, & per collum intelligit ipsam virginem Mariam, quæ dicitur collum totius corporis ecclesiastici. Nam sicut in corE pore humano immediatè post caput,& sub capite collocatur collum, per quod è capite in omnia membra inferiora descendit omnis sensus & motus & vitæ, ità pariter in corpore ecclesiastico virgo Maria collocatur immediatè post Christum, per quam à Christo descendunt ad nos omnia dona gratiarum intercessiuè, prout est mediatrix inter nos & Christũ filium suum,& caput nostrũ. Sicut fuit declaratum in expositione super Magnificat. Et ideo quia inter crines virtutum, quæ descendunt à capite nostro Christo,& ornant collum virginis caritas dicitur principalis, & forma omnium: ideo dicit sponsus, quòd sicut sponsa vulnerauit cor eius in vno oculo scilicet humilitatis:ità F vulnerauit cor eius in vno crine colli eius, qui fuit eius caritas. Et sic asserit Christus quod humilitas & caritas virginis Mariæ vulnerauerunt cor eius,& fecerunt ipsum descendere de cœlo in terram & in vterum eis, quia excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.psalm. 136. Sed tunc insurgit maior difficultas & maius dubium. Nam si humilitas dat à solo Deo,& caritas,cũ caritas virtutibus descendat à solo Xpo capite nostro,& ornatũ virginẽ Mariam sicut crines descendentes à capite

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ornant collum, ergo quomodo istæ virtutes potuerunt vulnerare, & mouere filium Dei ad veniendum in carnem, si virgo Maria nō habuit has virtutes à se nec ex natura sui, sed fuerūt ipsi largitæ ex gratia Christi? Ad hoc respondetur, sicut dictum est super Magnificat, quod filius Dei non respexit humilitatē cum cæteris virtutibus in Maria tanquam formam efficientem, sed tanquam formam disponentem, vt à Deo diligeretur, & vt eius mater efficeretur, sicut aurifex facit anulum, & cælat gemam prætiosam in eo, & sic diligit anulum, & magnipendit ipsum, propter lapidem prætiosum, quæq; in ipso cælauit. Ita pariter Deus creauit virginem Mariam, & in creando omni genere virtutum ornauit, & decorauit, & sufficienter disposuit, vt esset digna fieri mater Dei, vt ex ipsa carnē B assumeret. Et sic Christus respexit in virgine matre suā & dilexit humilitatem, & caritatē, & cætera bona spiritualia, quæ à primo instanti suæ creationis in ea plantauit. Et sic ista humilitas casta siue humilis virginitas fuit vnus oculus, & caritas vnus crinis, quibus virgo Maria vulnerauit cor Christi sponsi sui, vt descenderet in vterum eius. Ex quo patet quod virgo Maria prius fuit sponsa Christi quam mater. Nam à principio sui esse fuit sponsa ornata monilibus supradictis: sed postea in 13. anno facta est mater eius p̄ mysterium incarnationis. Et hoc de tertio quæsito, & toto quinto Cantico.

INCIPIT SEXTUM Canticum.

C *Vrge aquilo, & veni auster.*
Perfla hortum meum.
Et fluent aromata illius.
Veniat dilectus meus in hortum suum.
Vt comedat fructum pomorum suorum.
Veni in hortum meum soror mea sponsa.
Messui myrram meam cum aromatibus meis.
Comedi fauum cum melle meo,
Et bibi vinum meum cum lacte meo.
Comedite amici & bibite.
Et inebriamini carissimi.
Ego dormio & cor meum vigilat.
Vox dilecti mei pulsantis.
Aperi mihi soror mea,
Amica mea, columba mea.
Immaculata mea,
Quia caput meum plenum est rore.
Et cincinni mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea,
Quomodo induar illa?
Laui pedes meos,
Quomodo coinquinabo illos?
Dilectus meus misit manum suam per foramē.
Et venter meus intremuit ad tactum eius.
Surrexi vt aperirem dilecto meo.
Manus meæ stillauerunt myrram
Et digiti mei pleni myrra probatissima.
Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.
At ille declinauerat atque transierat.
Anima mea liquefacta est.
Vt dilectus locutus est.
Quæsiui & non inueni illum,
Vocaui: & non respondit mihi.
Inuenerunt me custodes
Qui circuierunt ciuitatem, E
Percusserunt me.
Et vulnerauerunt me.
Tulerunt pallium meum
Custodes murorum.

Vrge aquilo, & veni auster.

Hoc est canticum sextum in quo Salomon cantat & explicat mortem, & passionem Xpi, vnde habent virtutem, & efficaciā & originem omnia ecclesiastica sacra, & omnia ornamenta & bona spiritualia, quibus Christus ornauit, & dotauit, & decorauit ecclesiam sponsam suam, prout Salomon prouidit in spiritu per mortem Moysi. Ad cuius intellectum est notandum prout legitur Deuteron. 33. & 34. quod postquam Moyses comminatus fuerat maledictionem, & punitionem obstinatis filijs Israel secundum carnem, qui Christum erant crucifixuri, & in eadem perfidia permansuri; ascendit in montē Abarim: & considerando illā terram prouidit in spiritu totam futuram dispositionem & multiplicationem ecclesiæ & filiorum Israel secundum spiritum, & promissionem per Christum ex duodecim apostolis regenerandorum. Et sic benedixit filijs Israel secundum spiritum & promissionem. Et postea mortuus est Moyses in illo monte: & sepeliuit eum dominus per angelum suum Michaelem, vt dicitur in canonica Iudæ, nec amplius inuentum est corpus eius: nec aliquis nouit ipsum vsque in præsentem diem, & ideo fleuerunt eū filij Israel triginta diebus. Per quod mysterium prædit Salomon in spiritu: qualiter Christus per

A per Moysen figuratus primò debebat prænunciare & comminare Iudæis crucifixoribus suis & obstinatis futuram damnationē. prout fecit Matthei 22. & 23. & 24. & postea benedicere ecclesiæ suæ, scilicet apostolorū, & discipulorum, & omnium fidelium futurorum. prout fecit Ioan. 13. capit. vsque ad 17. inclusiuè. Postea debebat ascendere in mōtem crucis, & ibi pro omnibus nobis realiter mori: & in sepulcro sepeliri: cuius corpus de cætero nemo mortale, & passibile poterat videre: quia postquā surrexit amplius non moritur, nec mors illi vltra dominabitur. Item prænouit in spiritu qualiter tota ecclesia apostolorum, & mulierum debebat facere magnum planctum super mortē Chri
B sti, & quærere eum in sepulcro: sed non amplius ipsum mortalem reperire, sicut factum est: prout referunt omnes euangelistæ. Omnia ergo ista prænouidens Salomon in spiritu fecit hoc sextum canticum, in quo introducit Christum cantantem, & explicantem mysterium suæ passionis, & mortis. Duo ergo facit Salomon in hoc cantico. Nam primò introducit Christum explicantem suam passionem. Secundò introducit ecclesiam discipulorum, & mulierum deflentem passionem sponsi sui Christi: & quærentem ipsum in sepulcro. ibi. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Quantùm ad primum est valde notandum: quòd Salomon considerat Christum redemptorem tanquàm vnum corpus aromaticum siue tanquàm vnam apotecam, siue tanquā vnum hortum plenum arboribus & plantis
C aromaticis: qui quidem hortus contrariis ventis passionis agitatus emisit diuersos odores prætiosissimos: ex quibus fuerunt confecta prætiosissima unguēta ad sananda vulnera peccatorū. Sed quia odor est ualde diffusiuus, & multiplicatiuus, prout dicit commentator in secundo de anima: quia vultures vltra mille milliaria uenerunt ad corpora mortuorum in bello Troiano, sentientes de longinquo odorem eorum: ideo tantę virtutis fuit odor Christi, quòd per quater mille annos ante eius aduēctum omnes patres veteris testamenti senserunt eius odorem. Et sic Adam, & Abel, & Noe, & omnes posteri fideles iam currebant ad Christum per odorem fidei ipsius prout dictum est in primo cantico. Item secundò est etiam cum fide, & caritate aduertendum secundū Augustinum super Ioan. & super Gene. q̄ sicut tota Eua erat virtualiter in illa costa Adæ in tia ipsum Adam antequàm formaretur, & D exiret de latere eius in mulierem: ita pariter tota ecclesia erat virtualiter in corpore: & ventre Christi ante passionē, quæ postea exiuit de latere Christi, quando milles aperuit ipsum, et exiuit sangu is, et aqua. vn de habent virtutem, et efficaciam omnia ec clesiastica sacramenta. Et sic asserit August. q̄ tota ecclesia erat virtualiter in corpore, Christi, et exiuit realiter de latere eius per mortem, et passionē. Sed cū ista ecclesia spō sa Christi dicatur hortus conclusus, et fons signatus, et hortus in quo crescunt, et germinantur poma, et aromata ecclesiastica, est ergo, dicendum, quòd totus iste hortus aromatum virtualiter erat in corpore Christi ante mortem, et passionem, sed per talem passionem iste hortus emisit, et expirauit odorem, et aromata fructuum, et ecclesiastico E rū sacramentorū ad extra. Ex quibus aromatibus consistat formaliter ecclesia prout dictū est. Sed sicut arbores aromaticæ non emittunt odorem nisi quando contrarijs ventis agitantur: ita pariter corpus Christi, in quo virtualiter continebantur aromata ecclesiastica. noluit illa emittere nisi valdè agitatum ictibus, et vulneribus percussum. Vn de arbor myrræ duobus modis distillat liquorem suum, vno modo in mense Martij, et Aprilis, quando agitatur ventis contrarijs et illa dicitur myrra prima, sed pauca. Sed postea agricolæ faciunt incisuram in cortice lateris illius arboris, & tunc emanat myrra copiosa. Ita pariter fuit in passione Christi. nā primò Iudei, & gentiles tanquā uenti cō trarij agitauerunt, & percusserunt, & flagellarunt corpus Christi. & tunc ille sanguis fla- F gellorum, & etiam clauorum fuit quasi myrra prima. sed postea milles aperuit lāceas latus Christi, & tunc exiuit copiosè sanguis, & aqua quasi myrra secunda in medelam, & salutem omnium peccatorū. Et ideo in hoc libro semper per myrram intelligitur sanguis & passio Christi, & sic etiam per oīa alia aromata hic memorata. Iterum autem est aduertendum secundū Augustinum, & magistrū primo sententiarū distinctione vltima, q̄ quatuor volūtates cōcurrunt in mortem, & passionem Christi. s. voluntas bona Dei patris qui p.p nimiā caritatem qua dilexit nos, misit filium suum in similitudinem carnis peccati, ut damnaret peccatū nostrū

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nisi in carne ad Ro. 8. Secunda fuit mala voluntas Iudæorum: qui ex inuidia, & malitia decreuerunt eum: ne regnaret super eos, & ne perderent locum, & gentem. Ioan. 11. Tertia fuit bona voluntas patriarcarum, & prophetarum, & omnium fidelium ve. te. pentium Christum vt veniret in carnem ad liberandum genus humanum: vt patet per totum discursum legis, & prophetarū, ut patuit in primo cantico. Quarta fuit bona voluntas Christi, qui sponte tradidit semetipsum pro nobis, primo vt placeret, & obediret Deo patri: vt patet Mat. 26. & Lucæ 22. cum dixit patri. Fiat voluntas tua. secundo vt toti generi humano subueniret, & ipsum liberaret: vt ipse dicit. Ioan. 10. Animā meā pono pro ouibus meis. Et sic dicit August. quòd bona voluntas patris, & filij, & etiam
B omnium fidelium fuit completa per malam voluntatem Iudæorum. Sed mala voluntas Iudæorum dicitur contraria voluntati patris, & filij, & fidelium quantum ad intentionem, & finem: ideo istę voluntates. i. Dei patris & Iudęorum designantur per duos ventos cōtrarios. s. per aquilonem, & austrum. Quatuor ergo venti. i. quatuor voluntates designatæ per quatuor ventos perflauerunt & agitauerunt hortū Xpi vt fluerent, & expirarent aromata. passionis eius ad nostrā salutē. Quæ quidem quatuor voluntates designantur per quatuor ventos. Nā per aquilonē designatur mala, & frigida & atrox & inuida voluntas Iudæorū. Et per austrū designatur uolūtas patris. Et per orientale ventū designat vōlūtas filij. Et p occidētalē designatur voluntas omniū fideliū. Et has quatuor voluntates concurrentes ad passionem
C Christi explicat Salomon p Christū in hac parte. Vnde ait. O aquilo & aspera, & frigida voluntas Iudæorum per defectum caritatis, surge cum impetu, & uiolentia contra me. Et o tu auster. i. benigna, & caritatiua voluntas patris veni, & simul cum aquilone perfla, & agita hortū meū. i. corpus meū p mortem & passionē: fluant & expirent, & emanent aromata illius per uulnera flagellorū & clauorū, & lanceæ: in virtutē, & efficaciā sacramentorum. Et nota q̄ in hac locutione explicatur spontanea volūtas Xpi filij patris quæ excitat uoluntatem patris, & Iudæorū, vt surgant, & veniant ad perflandum hortū eius. vnde Xps uoluntarie & sponte se obtulit Iudæis, quando dixit apostolis. Ecce ascēdimus Hierosolimam & filius hominis trade D detur. Item quando dixit Iudæis, quem quæritis? ego sum: si ergo me quæritis sinite hos abire. Itē tunc se sponte obtulit patri cū dixit. Fiat voluntas tua. Et sic patet triplex volūtas. Sed quarta. s. voluntas omniū fidelium ve. test. explicatur cum subditur in persona sponsæ. Veniat dilectus meus in hortū suū. Vnde sponsa. i. tota ecclesia fidelium ve. test. vsque ad Zacariā, & Simeonē, & Ioseph, & virginem Mariam inclusiue cum magno desiderio vocat Xpm. vt veniat in hortum passionis & colligat, & comedat, & gustet fructū suæ passionis ad fideles reficiendos, & vinificandos, & nutriendos. Dicit ergo sponsa. Veniat dilectus meus in hortum suum. i. suę passionis, vt comedat fructum pomorum suorū s. recipiat alapas, & flagella, & vulnera. q. d. sicut Adam comedit pomum ligni prohibiti E in horto paradisi in perniciem totius generis humani: ita veniat dilectus meus in hortum passionis, & comedat fructum pomorū suæ passionis in salutem omnium credentium. Deinde cum dicit. Veni in hortum meū sor mea sponsa, hic ponitur gratiosa sponsi responsio annuentis votis, & petitionib. spō se. vnde est aduertendum. q̄ tota passio xpi fuit actus iustitiæ, & punitionis pro peccato primorum parentum, & raptu cibi, phibiti, quē rapuerunt in horto paradisi contra voluntatem Dei. q. q. dem fructus, licèt eis visus fuerit pulcher, & dulcis. tñ nobis fuit fœtidus & amarus: inquātum corrupit totum genus humanum. Et ideo Christus qui voluit superare diabolum: non sola potentia: sed vera iustitia, voluit in se pro nobis luere, & pati pœnam illius peccati. & quod non rapuit voluit F exoluere. Vnde sicut Adam in horto paradisi commisit crimen, ita Christus expiator illius sceleris voluit intrare hortum Getsemani, & ibi orauit pro Adam, & omnibus posteris eius, & ibi voluit capi, & ligari, & trahi, & percuti per ministros pontificum. Item quia Adam extendit manus ad arborem, & rapuit fructum prohibitum, ideo Christus extendit manus, & brachia in arbore crucis, & ibi fuit manibus, & pedibus conclauatus, & lancea percussus. Item Adam comedit pomum dulce ad vescendum, sed Christus bibit acerum mirratum, & amarissimum in cruce. Sed licèt illa passio fuerit Christo amarissima sicut myrra: tamen fuit nobis dulcissima sicut mel quò ad effectum,

& fuit

A & fuit odorifera, sicut omnia aromata confortatiua, & inebriatiua sicut vinum, & nutritiua sicut lac. Et ideo ponuntur hic, & memorātur sex liquores, quibus passio Christi comparatur, quo ad effectum quem facit in nobis, scilicet mirra, & cætera aromata, & fauus cum melle, & vinum cum lacte. Vnde licèt mirra sit amara: tamen est malorum humorum purgatiua, & à corruptione præseruatiua. Ita passio Christi licet fuerit ipsi amara & dolorosa, tamen fuit malorum humorum nostri peccati purgatiua, & à futura corruptione præseruatiua, & hoc per virtutem, quam contulit baptismo ad purgandū peccatum originale, & pœnitentiæ ad purgādum actuale & veniale. Et est præseruatiua à corruptione per sacramentum confirmationis, & sic passio Christi fuit sicut mirra,
B quæ distillat ex latere illius arboris. Item sicut omnia aromata, licèt semel sint ex arbore collecta: tamen semper expirant, & redolent odorem suauissimus: ita pariter passio Christi licèt semel fuerit facta, & collecta ex arbore crucis: tamen semper redolet, & emittit suauissimum odorem, aromaticum: & distillat suum saporem dulcissimum, sicut fauus & sicut mel. Est ergo nobis passio Christi per virtutem, quam contulit sacramentis, purgatiua sicut mirra: odorifera sicut oīa aromata, & distillatiua uirtutis sicut fauus, & dulcissima sicut mel, & confortatiua, & inebriatiua sicut uinum, & nutritiua sicut lac: maximè per sacramentum Eucaristię. Hos autem fructus dicit Christus se collegisse ex horto passionis, & comedisse, & gustasse in arbore crucis. Dicit ergo Christus.
C O ecclesia soror mea per assumptionem humanitatis, & sponsa mea per misticam vnionem, & in fide desponsationem iam veni in hortum meum huius peregrinationis, & passionis, & in hortum orationis, ut annuerem votis, & clamoribus tuis quibus ab initio mundi me vocasti per patriarcas, & prophetas, & fideles veteris testamenti. Et iam messui mirram meę passionis cum aromatibus meis. i. cum odoriferis effectibus, & virtutibus meę passionis, & iam comedi fauum cū melle meo omnibus fidelibus dulcissimo. Et iam bibi uinum vobis confortatiuum, cum lacte meo ad vestram nutritionem, & refectionem. Comedite ergo amici hunc fauum melle quod pro vobis parau. & bibite, & inebriamini hoc vino caritatis, & virtutis inebriatiuæ, & nutritiuę, quia hinc cibum D & potum desiderarunt omnes patriarchę, & prophetę & omnes fideles veteris testamēti. quem cibum, & potū non potuit dare Moyses, nec etiam lex per ipsam data, quem cibū non poteratis recipere nisi per mortem, & passionem meam. Iam ergo est tempus recipiendi istum cibum & potum ex mea passione manentem. quia & si ego dormio somno mortis, tamen cor meum vigilat in vestra redemptione. vnde licèt uideatis me verè mortuum in cruce, & in sepulcro, tamē cor meū i. anima mea vigilat, quia descendit ad inferos ad condemnandū diabolū, & liberandos sanctos patres & fideles. Vnde nota, q̄ licèt Christus penderet mortuus in cruce: & iaceret in sepulcro, tamen semper vgilabat in exercendo opera nostræ redēptionis. nā aīa eius vnita cū verbo iudicabat diabolum in E
inferno discurriendo, & examinando causam nostrā. & corpus eius vnitū eidem verbo sē per distillabat virtutem & merita illius passionis ad nostrā salutē. Et distillabat virtutē sacrorum. nam post emissionem spiritus miles lancea aperuit latus eius: unde exiuit sanguis, & aqua in remissionē & prætiū peccatorū & virtutē sacrorū. Et sic licèt Christus esset verè mortuus, tamen cor eius semper vigilabat exercendo opera nostræ redemptionis. unde mors eius dicta est dormitio propter facilitatem resurrectionis, & euigilationis. Itē Christus dicebat se in illa morte dormire propter firmam spē resurrectionis. Et dicebat se vigilare, propter continuum exercitiū & vnicū actum nostræ redēptionis: quia dum esset iā mortuus fuit in latere vulneratus: unde exiuit pretiū nostre redēptionis. Et sic uigilabat in nostra redēptione nō so- F
lū quò ad aīam, sed ēt quò ad corpus. Vnde notandū, q̄ totam istā cantilenā cantauit & omnia ista verba dixit Xps in cruce, & oīa ista verba audierat virgo Maria, & Ioannes euangelista, quia erāt ibi iuxta crucē tanquā procuratores, p̄ tota ecclesia: & ēt Magdalena & alię mulieres, quę erant non longè à cruce. Nā cū Christus dixit, Sitio, uocabat oēs fideles cum magno desiderio ad gustandū fructū suæ passionis, vt inquit Aug. lō spōsa audiens vocem Christi vocātis eā de cruce ad gustādū fructū suę passionis, dicit. Vox dilecti mei pulsantis. i. audita est mihi vox dilecti mei pulsantis ad ostium meū. Ad cuius intellectū est notandum, q̄ Salomon

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cõparat in hac parte sollicitudinem Christi in nostra redemptione ad sollicitudinẽ spõsi & amãtis temporalis erga suã sponsam siue amicã. Nã consuetudo est amantis: in nocte dũ cæteri dormiũt venire ad ostiũ spõsæ, & ibi cãtare & exponere amorẽ suũ & laborẽ, & dolorẽ quẽ ponitur & sustinet amore eius, imo ponit manũ p fenestrã pulsando, & faciẽdo signũ intrã domũ, vt ipm audiat spõsa. Et si sponsa diligit eũ, cõparicius illi surgit à lecto: aut aperiat ipsi, & cõfabulẽtur admucẽ, & reddat ipsi vicẽ amoris. Ita ergo pariter fecit Christus spõsus noster in nostra redẽptione. Nã dũ nos essemus in lecto tenebrarũ, & pctorũ, & ignorãtiæ, & in nocte cærimonialiũ, & superstitionis gentilitatis, venit de cœlo in terrã, & per tres annos pulsauit ad ostiũ nostrũ cãtãdo doctrinã euãgeli

B cã. Et tãde venit ad ostiũ crucis, per quod intramus in istã ecclesiã per gratiam. & ibi posuit manũ suã per foramẽ, quãdo ibi fuit cõclauatus, & lancea percussus, & ibi vocando nos ad fidẽ, & gratiã & fructũ suę passionis cãtauit istã cãtilenã: quã Salomõ explicat in hoc loco, in quo cãtico Christus explicat labores, & dolores quos pro nobis sustinuit & passus est, & explicat amorẽ quẽ gerebat erga ecclesiã sponsam suã. Et hoc explicauit per septem verba, quæ dixit pẽdendo in cruce. Quorũ primũ verbũ direxit ad patrem, dicens: Heli heli lamazabatani, i. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me. i. quare dereliquisti membra mea, & totum genus humanum per tot tempora in potestate diaboli propter peccatum ipsius Adã? Et quare me dereliquisti in potestate Iudæorum, ut ego

C patiar pro peccato omnium hominũ? Secũdum verbũ direxerit ad patrẽ pro omnibus peccatoribus, dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Tertium verbum direxit ad latronẽ pendentem, & veniam petentem, dicens. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quod quidem verbum dirigitur omnibus pœnitentib. Quartum verbum direxit ad matrem, dicens. Mulier ecce filius tuus, & ad discipulum. Ecce mater tua. Vbi non appellauit eã matrẽ: sed mulierem: ad ostendendum, q Christus patiebatur ibi tanquam persona cõis & caput ecclesiæ. Et sic virgo Maria erat membrum Christi, & per consequens ita patiebatur pro ea sicut pro cæteris. Nam illa gratia, qua virgo Maria fuit sanctificata in primo instanti sui esse, per quã fuit præseruata ab originali pctõ D traxit virtutẽ ex passione Christi. Iõ virgo Maria fuit verè redempta & perfectius, q cæteri, sicut dictum fuit in expositione Psalm. 45. & super Magnificat. Et ideo Christus in cruce non appellauit eam matrem, sed mulierem, tanquam membrum ecclesię cum cęteris redemptum. Quintum verbum fuit. Sitio. Per quod verbũ ostendit Christus desiderium saluris & redemptionis omnium nostrorũ. Et sic per tale verbũ vocabat omnes ad participandam suam passionẽ, vt inquit Augustinus. Et sic in hoc verbo includitur totum istud canticum, vt videbitur. Sextum uerbum quod dixit: fuit, Consummatũ est, Per quod ostendit Christus, q omnia mysteria, & promissa patriarcarum, & dicta omnia prophetarum erant in se completa & verificata. et per consequens, q iam fecerat debitũ E suum quo ad passionem, & nostrarum redẽptionẽ animarum: quia non restabat nisi resurrectio, quo ad redemptionem corporũ. Septimum & vltimum uerbum, fuit quando dixit. in manus tuas commẽdo spiritũ meũ. Vbi commendauit etiam patri animas omnium fidelium & credentium. Sed cũ postea subdit: Redemisti me domine Deus veritatis, loquitur in persona membrorum, quia Christus in capite non fuit redemptus: sed redemptor suorum membrorum. Sed appellat patrem redemptorem inquantũm acceptauit passionẽ filij in pretiũ nostræ redemptionis, ut dictũ est Ps. 17. & 30. Et sic Christus dictis supradictis verbis expirauit, & emisit spiritum. vbi fuit ostentũ vera mors eius. Hæc ergo septem uerba fuerunt illud canticum quod Christus cantauit in cruce F ad ostium sponsæ. Quod quidẽ canticũ audiuit beata virgo Maria & Ioannes stãtes iuxta crucẽ in persona totius ecclesiæ. Quæ q dẽ verba intrauerunt per foramen, & fenestrã animæ virginis Mariæ, & pulsauerũt animã eius, & pertransierunt. & vulnerauerũt eam tãquã gladius, & cõmouerũt omnia viscera eius, sicut prędixerat ipsi Simeon. Hoc ergo mysterũ explicat Salomon in persona Christi in hoc cantico. Vnde ait: quod dum Christus sponsus diceret verba supradicta pulsando in cruce ad hostium humanæ naturę vocando eam, tunc sponsa iacens in lecto doloris, & mœroris: dixit intra se. Audita est mihi uox dilecti mei ad ostium pulsantis. Sed quin ipsa, surgebat ad aperiendum:

A tiendum, tunc ipse sponsus semper cõtinuabat suum canticum, & verba, dicens de cruce. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Et appellat humanam naturam, soror em, inquantũm ex ea assumpsit carnem in vnitatem suppositi. Et appellat amicam: quia maiorem amicitiam, & caritatem non potuit ipsi ostendere quàm pati pro ea. Et appellat eam columbam, inquantũ per suam passionem reddidit eam pulcram non habẽtem rugam neque maculam, vt dictũ est in cantico præcedenti. Dicit ergo, aperi mihi portas infidelitatis, & tenebrarum, & recipe me per fidem, & efficieris amica, & columba mea, quia propter te descendi de cœlo, & peregrinatus sum, & perambulaui terram cũ fame, & siti, & multis laboribus, vt quærerẽ

B ouem perditam, & finaliter in fine peregrinationis fui captus in horto, & ligatus, & per terram tractus, & per totam istam noctem afflictus amore tui, & ductus ad domũ Annæ, vbi recepi alapã, & multa opprobria, & cõuitia. Et exinde ad domum Caiphę, vbi fui percussus in facie, & consputus, & contumelijs affectus. Et deindè fui ductus ad domũ Pilati, & ibi flagellatus. Et sic dedi corpus meum percutiẽtibus, & genas meas vellentibus. Et amore tui faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuẽtibus in me. Et ideo aperi mihi, quia caput meũ plenum est rore sudoris, & sanguinis, & ictibus, & percussionibus. Et cincinni. i. capilli mei pleni sunt gutris noctiũ. q.d. sicut amasius, & spõsus patitur rorem, & pluuiam vigilando ad ostium, & fores sponsæ, ita quærendo sponsam meam per totam illam noctem

C passus sum pluuiam alaparum, & ictuum, & percussionum, & spurorum, & flagellorũ. Et sic caput meũ plenũ est rore. i. sudore, & capilli mei gutris noctium, quæ solent cadere in nocte super capillos amantium. Et appellat Christus oĩa illa flagella, & cõuitia guttas noctium, eò q tã Iudæi quã milites Pilati affligentes Christum erant in nocte tenebrarum. Ideo dixit eis. Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Nam Iudæi erãt ob tenebrati per inuidiam, & malitiam, gentiles vero, per ignorantiam, discipuli autem, & præcipuè Petrus, per cęcitatem negationis. Et omnes ambulabant in nocte tenebrarũ. Et sic nõ solum affligebant Christum in illa nocte temporis, sed etiam in nocte peccatorum, & tenebrarum. Sed quia Christus post tot afflictiones quas passus fuerat in nocte, D fuit in meridie crucifixus, & in latere percussus, & vere mortuus. quia anima fuit corpore expoliata, iõ subdit. Expoliauí me tunica mea. i. tunica corporis, quia corpus verè fuit ab aĩa in cruce separatũ. & destitutum, & anima descẽdit ad inferos ad sctõs patres, & fideles oĩs liberandos. Sed quia tale corpus expoliauit: vt nostram mortem destrueret, iõ in resurrectione recuperauit corpus immortale, & impassibile, & sic non recuperauit mortalitatem, nec alios defectus corporales, & humanos, quia oĩa illa manserunt in sepulcro cum omnibus cęrimonialibus incinerata. Et sic Christus in cruce non solum exuit, & expoliauit corpus ab anima, sed peramplius tunicã mortalitatis, & passibilitatis, & tunicam grauem omnium cęrimonialiũ & legaliũ, quia omnia ista fuerunt mortua, E & crucifixa cũ Christo, vt inquit apostolus ad Colos. 2. De hac ergo tunica lectali, & de tunica mortalitatis, & passibilitatis, dicit. Quomodo induar illa. q.d. nullo modo, q a nunquã amplius induar tunica mortalitatis, quia Christus amplius non moritur, nec mors illi ultra dominabitur. Nec amplius induar tunica cęrimonialium, & legalium, q a iam est rupta, & putrefacta, & mansit incinerata in sepulcro, quia pasca Iudæorum fuit mortuum cum omnibus legalibus, & crucifixum in cruce cum Christo, & sepultum cũ eo, & sabbatum fuit signatum, & inclusum in sepulcro cum Christo. Sed in die dominica non surrexit pasca nec sabbatum cũ Christo, sed sola die dominica, pasca, & sabbato cum omnibus legalibus manentibus in sepulcro incineratis, sicut dictum fuit in tra- F ctatu contra Iudæos, quæstione prima, & secunda. Et de hac tunica putrefacta, & incinerata dixit Christus. Quomodo induar illa? q. d. nullo modo, quia recuperauit, & reinduit corpus, sed non cum tali tunica mortali, & legali. Item quia Christus in cruce lauit pedes, & manus suas sanguine effuso per vulnera in ablutionem peccatorum, qui quidem pedes non amplius fuerunt coinquinati sanguine mortali. ideo subdit. Lauí pedes meos, quomodo coinquinabo illos? q.d. nullo modo coinquinabo illos sanguine mortali postquam semel passus sum, & surrexi in corpus immortale, & gloriosum. Et nota q Xps madefaciendo pedes, & manus, & corpus suum illo sanguine, lauit, &

mundauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mundauit manus & pedes & totum corpus ecclesiæ suæ ab oi sorde pcti, quæ quidē ecclesia nunquam amplius coinquinabit quantum ad formam licēt quotidie possint coinquinari quædam materialia membra, sicut dictum est in cantico precedenti. In hebræo aūt hꝫ. I. ani manus meas: qūo coinquinabo illas? Sed totum pt esse: quia Xps in passione non solum lauit manus sponsæ, sed ēt pedes & totum corpus: vt dictum est, quia lauit pec cata, & affectiones, & conscientias oium fidelium, & sic reliquit ecclesiam suam nō habentem rugam neq; maculam, eo modo quo dictum est. Sed dum sponsus cantaret verba sua in cruce, misit manum suam per foramē lateris: quando miles lancea aperuit ipsum: & introuit vox eius pulsando vsque ad interiora spōsæ. ideo dicit sponsa. Dilectus meus

B Christus misit manum suam per foramen. i. fenestra ostij mei. s. per latus suum per quod exiuit tota ecclesia, & per quod ingredit, & egredietur in cubile ecclesiæ. Et sic per illud foramen misit Xps manum: & tetigit manū, & conscientiam sponsæ: quia in corpore Xpi erat virtualiter tota ecclesia, vt supradictum est, quia tunc apertum est ostium in cælo, & visa est arca testa. Apoc. 11. quia omnia mysteria le vet. fuerunt manifestata, & consummata in corpore Christi, & in apertione lateris eius. Et ideo dicit sponsa. Dilectus meus misit manum per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Hoc dicit quia tota virtus sacramentorum, quæ est in utero eccl'æ exiuit ex latere Christi: ex quo vtero quotidie & assiduè Christus regenerat fideles per baptismum & alia sacramenta. Item

C Christus clamando in cruce misit manū suæ virtutis & suæ passionis per foramen & fenestram conscientiæ alīæ virginis Mariæ & totius ecclesiæ, quia intantum virgo Maria fuit tacta dolore cordis, quod illa passio per transiuit & penetrauit tanquam gladius animam eius. Et sic ēt est dicendum de tota ecclesia. q̄ passio Christi. & eius virtus penetrauit vsq; ad interiora. Iō dicit sponsa. Surrexi, vt aperirē dilecto meo. & manus meæ distillauerunt mirram, & digiti mei pleni fuerunt mirra probatissima. Hoc dicit quia passio xpi tm̄ impressionem fecit in anima virginis: q̄ anima virginis erat tanquam fons mirræ passionis Xpi. quod sic est intelligēdū. Nam q̄n quis ponit manū in melle, tūc manus, & digiti eius distillāt mel. Ita pariter anima virgin is & manus & digiti ecclesiæ. p quēdam D contactum distillant mel, quod ex passione Xpi emanat. Nā qn̄ Xps posuit manū per latus suū, & tetigit ecclesiā, quæ virtualiter erat in corpore suo, impleuit eam mirra suæ passionis. Et sic manus & digiti sponsæ, quæ est potestas & virtus ipsi collata: dicuntur distillare mirram. quia continuè dispēsant merita passionis Xpi per ecclesiastica sacra, & sic dicimus, q̄ per quondā redundantiā manus ecclesiæ sunt plenæ mirra, & distillant mirram passionis Xpi, fidelibus distribuēdo, & dispēsando. Item manus & digiti animæ virginis Mariæ & apostolorum & mulierum fuerūt pleni mirra præ amaritudine & dolore passionis Xpi. Deinde cum dicit. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, est aduertendū q̄ pessulū est quoddā instrumentū, & sera ferrea et dicit à pendēdo: eò q̄ in die pēdet E ex una portarum sed in nocte per transuersū colligat ambas portas & fores: et sic claudit totam domum. Ita pariter per totū tempus & nocte legis ante aduentū Christi ecclesia erat clausa pessulo cerimoniarum, sed quando Christus posuit manū per fenestrā: & uocauit sponsam: tunc illa surrexit à lecto legis, & remouit pessulum cerimoniarū: & sic apertæ sunt fores legis: & patefacta est ecclesia Christi: quæ iotra cerimonialia latebat. Sponsa. n. aperuit & remouit pessulum portarum animę suæ: quando Magdalena, & cæteræ mulieres & multi alij videtes xpm mortuum in cruce, crediderūt ipsum esse filiū Dei uidētes eclipsim solis & lunæ, & tenebras super vniuersam terrā: & monumenta aperta: et uelū tēpli scissum. Iō dixit Centurio. Verè filius Dei erat iste. Et multi re- F uersi sunt in ciuitatem percutientes pectora sua. Luc. 22. Et ideo dicit sponsa, q̄ surrexit, vt aperiret dilecto, & aperuit pessulum, vt lo quetetur, & reciperet sponsum suum ad ostium canentem & vocantem, at pro sed ille declinauerat: qa iam emiserat spiritum, & mortuus erat atq; transierat de hoc mundo p mortem. Item sponsa aperuit pessulum dilecto suo, qn̄ Maria Magdalena cum altera Maria emerunt aromata: vt irent ad monumentum & vngerent Iesum. Angelus aūt domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidē, qui erat tanquam pessulum claudēs sepulcrū, sed quando mulieres venerunt ad sepulcrū, videtur lapidē reuolutum, & sepulcrum apertum, sed non inuenerunt Iesum:

quia

A quia iam surrexerat, & declinauerat, & recesserat, & transierat de morte ad vitā immortalē. Nā primo declinauerat in cruce de vita ad mortem, & declinauerat ad infernū ad liberādos patres, sed ex sepulcro quādo surrexit trāsiuit de morte ad vitam gloriosam. Et iō anima virginis, & aliorū fideliū primò liquefacta est dolore, & amaritudine cordis, quando vidit ipsum mortuum in cruce, sed liquefacta est immenso gaudio quādo certificata est per multas uisiones ipsum resurrexisse. Et ideo dicit. Anima mea liquefacta est dolore cordis, vt pro postquā. & quando dilectus meus Christus locutus, est illa septem verba in cruce. Sed magis fuit liquefacta gaudio, quando locutus est post resurrectionem. Et iō subdit. Quæsiui illum, & non in-

B ueni, vocaui illum, & non respondit mihi: quia dum erat mortuus non poterat mihi respondere in cruce nec in sepulcro. Deinde cū dicit. Inuenerunt me custodes, est aduertēdum, q̄ in illo triduo tota ecclesia apostolorū erat absconsa in cœnaculo propter metum Iudæorum non audens confiteri Xpm nec apparere publicè. Ideo dicitur perdidisse fidem non in corde, sed in ore: quia in sola virgine Maria mansit fides, vt communiter tenetur. Ex quo patet, q̄ metus mortis percussit sponsam Christi in apostolis: & expoliauit pallium fidei eius. Et ideo dicit sponsa in persona apostolorum. Inuenerūt me custodes. i. principes sacerdotū, & scribæ, & pharisæi, qui erant custodes murorū synagogæ, & custodiūt ciuitatē tanquā iudices, & rectores, qui percusserūt me, & vulnerauerūt me

C vulnere timoris, & minarū. Et sic isti custodes murorū tulerunt palliū fidei mei. i. fortitudinem fidei meę, quo ante operiebar, & tegebar. Et nota, q̄ custodes ciuitatis. s. sacerdotes, & scribæ & pharisæi, & complices eorū dupliciter pcusserūt ait vulnerauerunt sponsam, & tulerunt pallium eius. Primo modo in capite, quia percusserunt, & vulnerauerunt Christum, & tulerunt, & expoliarunt pallium corporis, & carnis ab aīa, & tuleruṫ pallium mortalitatis, & passibilitatis. Secūdo mō vulnerauerūt spōsam in mēbris vulnerē tum otis, & minarū, & tulerūt palliū fortitudinis fidei eius, qn̄ tulerāt Petro palliū fidei qn̄ ex timore negauit Xpm. Et tulerūt cæteris apostolis, & discipulis palliū fidei, qn̄ relicto, eo oēs fugerunt, & per totum triduū erāt absconsi in cœnaculo propter metū Iudęorū. Et

ēt hoc ad literā fuit impletū de pallio mate- D riali, qn̄ fugientibus apostolis in captione Xpi adolescēs quidā amictus sindone supra nudo corpore, relicto sindone nudus fugit, p qn̄ fuit figuratū qualiter oēs fugiētes perdiderunt spūale palliū fidei, & tulerunt ēt palliū cerimoniarū, quod regebat ecclesiā sub legalibus. Ex supradictis patet intelligentia huius cātici. Sed ex dictis in hoc cātico emergunt tres dubitationes. Quarū prima est. Vtrū necesse fuerit Christū pati, & mori propter prētiū nostræ redēptionis, & vt ecclesia ibica sacra haberēt efficaciā ad tollendū peccatū, & conferendā gratiā. ex eo, q̄ dicit, q̄ Christus messuit mirram sacramentorū ex sua passione. Secundò quæritur verum Christus dormiēdo in cruce, & in sepulcro poterat vigilare in opere nostræ redemptionis, & mercri per vulnus lateris factū post mor- E tem. Tertiò quæritur vtrum apostoli perdiderūt pallium fidei in triduo, & per consequens si fuerunt hæretici, & per consequēs si ecclesia sponsa Christi mansit sine mēbris in illo triduo, propter hoc quod dicit. Tulerunt palliū meū custodes murorū. Ad quod est dicēdū, q̄ doctores ecclesiastici tā sacri q̄ scolastici altissimo, & subtilissimo modo disputant, & pertractant has tres difficultates. Sed in hoc loco sunt pertractādæ modo humano, & perceptibili, vt omnes simplices sacerdotes, & fideles valeant capere intelligētiam huius cantici. Et ideo ad primū est aduertēdum secundùm Aug. 11. de tri. ca. 13. q̄ licēt Deo non defuerit alius modus nos redimendi sibi possibilis, tamen iste modus passionis Christi fuit magis iustitiæ, congruus, & nobis magis vtilis, quia diabolus F amator potentiæ ipugnator q; iustitiæ nō erat superandus, potentia. sed iustitia. Vnde cum ipse sit amator potentiæ, & impugnator iustitiæ. non debuit superari potentia quam amat, sed iustitia quam impugnat. Ex verbi ergo Augustini colligitur, quod modus passionis Christi non fuit necessarius respectu omnipotentiæ Dei, quia aliter potuit mundi peccata remittere, sed fuit necessarius necessitate congruentiæ respectu diuinæ iustitiæ, et obstinatiōis diaboli, & respectu nostræ utilitate. Ad quorum declarationem est aduertendum: quod cum Christus venerit in mundum tanquàm mercū, & mē sura omniū bonorūter regula omniū actuū humanorum: ad quatuor habuit respectū in

suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A suo aduentu,& Passione. Primò habuit respectum ad patrem,ad cuius voluntatem complendam venit. Secundo ad sacram scripturam legis,& prophetarum,ad q̃ venit verificandã,& confirmãdam. Tertiò ad genus humanũ:ad quod venit redimendum,& releuãdum,& restaurandum. Quartò habuit respectum ad diabolum,ad quem venit vincẽdũ, & expugnandum. Ad satisfaciendum ergo quatuor supradictis respectibus, necesse fuit Xp̃m pati tale genus mortis: vt patebit per singula. Iõ ponuntur decem conclusiones. Quarum prima est ista. Quòd necesse fuit Xp̃m pati ad complendam voluntatem patris,& ad adæquandam iustitiam cum misericordia. Ad cuius intellectum est notandũ, q̃ duo sunt consideranda in voluntate Dei in regimine mũdi,scilicet iustitia,& misericordia.

B vnde per iustitiam vult nullum malum impunitum, & p̃ misericordiam vult omnes homines saluos fieri cũ integritate iustitiæ. Sed si profunde volumus attendere: videbimus,q̃ impossibile est,q̃ talis volũtas Dei. s.iustitia Dei cum summa misericordia posset compleri,& seruari circa eundem hominem:nisi intercueniat passio Christi adæquãs misericordiam cum iustitia:eò q̃ ista duo p̃cipiunt, & efficiunt contraria. Nam summa iustitia dicit,q̃ nullũ peccatũ trãseat impunitũ, imo, q̃ soluat oẽ debitũ ab integro ab ipso peccatore. Sed summa Dei misericordia dicit, quòd parcatur pẽtõri pœnitenti, & dimittatur ipsi omne debitum:vt patet in parabola de decem millibus talentorũ, Mat. 18. Sed hoc est impossibile respectu pẽtõris. Nã si omne pẽtũ puniatur in peccatore secũdũ

C quantitatem suã: tũc pœna pẽtõris erit infinita in quãtitate durationis;eò q̃ omne peccatum mortale est infinitũ: inquantũ cõmittitur contra obiectũ infinitum,qui est Deus; à quo peccator auertitur,& separatur;p̃ quã auersionẽ meretur ad munus pœnam damni in infinitum,prout communiter tenent oes doctores, & per conuersionem ad bonum commutabile meretur pœnam sensus eternã. Et per consequens impossibiles est, vt cum tali iustitia Dei possit stare misericordia, q̃ dimittit omne debitum. Et iõ fuit necessaria passio Xp̃i. q̃ adæquaret iustitiam Dei cum mĩa, & ecõuerso:quia per passionem fuit in eo sufficiẽter punitum omne peccatũ suorũ membrorum. Et p̃ eãdẽ passionẽ fuit nobis dimissum omne debitum,& pœna æterna.

Et sic ibi fuit completa, & obseruata iustitia D simul cum misericordia. Et ideo inquantum Christus passus est, & punitus pro peccatis omnium nostrum:dicitur Isa.53. q̃ oẽs nos quasi oues erauimus:sed dominus posuit i eo iniquitates omnium nostrum,& vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra:cuius liuore sanati sumus. Et sic patet qualiter oẽs fuimus in Christo verè puniti, & iustitia Dei fuit in eo completa. Sed inquantum in eo fuit nobis dimissum omne debitum æternum,& nobiscum facta misericordia,dr̃ psal.102. Miserator,& misericors dñs:longanimis,& multum misericors: Non in perpetuum irascet:neq; in æternum comminabitur. Non ſm peccata nostra fecit nobis:neq; ſm iniquitates nostras retribuit nobis. Quũ ſm altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiã E suam super timẽtes se. Ex quibus patet, q̃d omnes nos iustè merebamur æternã pœnam pro peccatis nostris, & primorũ parentũ, & ſm quantitatem,& exigentiam eorum. Sed ex misericordia Dei p̃ passionẽ filii eius dimisit oẽs iniquitates nostras. Et sic in Xp̃o, & per Xp̃m facta est simul iustitia,& misericordia erga nos. Et iõ dicitur psal.83. q̃ in Christo misericordia,& veritas obuiauerunt sibi iustitia,& pax osculatæ sunt. Et sic patet qualiter solà passio Christi potuit adæquare iustitiam Dei cum misericordia,& econuerso erga genus humanum. Sed hic occurũt duo dubia.quorum primum est. Qũo passio unius hominis Christi potuit sufficienter satisfacere pro peccatis omnium hominũ:qui merebantur pœnã æternam? Secundo,dato, q̃ Xps hoc potuerit facere:dubitatur quomodo nos potuimus illam passionem participare? Et quo illa passio potuit nobis prodesse? Ad primũ respondetur ſm Augustinũ libro Cur Deus homo cap. 9. q̃ propter quatuor passio Christi fuit tantæ virtutis, & valoris: vt pro omnib.peccatis posset satisfacere in infinitũ. Primò,quia Christus erat Deus, & hõ,& p̃ consequẽs infinitæ virtutis. Secũdò, quia filius Dei vnigenitus, & dilectissimus. Tertiò,quia innocẽs,& iustissimus. Quartò, qã cum summa,& extẽsa caritate,& obediẽtia,& humilitate illã passionẽ ꝑpetuit. Propter primum ergo fuit eius ꝑtiõ infiniti valoris intẽsiuè ad tollendã pœnã infinitã. Propter secundũ vero fuit Deo acceptabile sacrificium. Propter tertiũ potuit pro cæteris

A teris pati, & satisfaceret:postquã ipse erat immunis ad omni peccato. Propter quartũ vero fuit simul Deo acceptabile, & omnib.vtile, & infinitum extẽsiuè. Et ideo dicit Aug. in loco præallegato. Gratias igitur omnipotenti Deo agimus: quia sicut grauiter cecidimus:ita miserabiliter, & misericorditer sumus releuati, & misericordiam omne debitũ trãscendentem pro mediatoris morte reppertimus. Nempe quid misericordius intelligi pot: quàm cum peccatori æternis tormentis damnato,vnde se redimat omnino non habenti, patet dicit: accipe vnigenitum meum, & da pro te,& ipse filius dicit: Tolle me;& redime te;Quid ergo iustius;quàm eui datur pretium manus omni debito: vt peccatũ dimittat illi: qui pro debito offert hoc pretiũ: Ex

B dictis Augustini patet, q̃ Christi passio ideo est pretium infinitum, maius omni debito: eo q̃ Xps ẽ Deus,& filius Dei vnigenitus,& illa passio fuit Deo pro omnibus acceptabilis,quia facta fuit cũ summa caritate:inquantũ Christus pro omnibus nobis se obtulit. Et fuit etiam Deo acceptabilis, & pro omnibus valida,& vtilis inquantũ agnus purus, & iustus, & innocens pro omnibus pẽtõribus mortuus est.Iõ dicitur Isa. 53. q̃ tanquam agnus ad occisionem,& ouis coram tondẽte duas est,qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Et ideo liuore eius sanati sumus. 1. Petri.2. Christus passus est pro nobis:qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui pẽtã ipse pertulit in corpore suo super lignũ. Itẽ idem Christus pro

C peccatis nostris passus est iustus pro iniustis. Et sic patet qualiter passio Christi fuit infiniti precij, & potuit satisfacere pro infinitis peccatis. Item hoc idem fuit declaratũ super psa. 17. Sed nunc restat secundò videre quomodo passio Christi potuit transire ad nos, & prodesse nobis. Ad hoc respondetur prout dictum est super psal. 17. & 21. q̃ septẽ modis Christus potuit assumere causam nostrã tanquã suã, & sufficiẽter pati pro nobis. Primo modo tãquã aduocatus. Secũdo tanquã procurator. Tertio tanquã fideiussor potuit pro nobis soluere pretiũ. Quarto tanquam dominus pro seruo assumit bellũ. Quinto tãquam pater pro filio aut spõsus pro sponsa. Sexto tanquã pastor pro grege. Septimo tanquã caput pro membris patitur, & dolet. Vnde quia Christus factus est caput ecclesiæ,& assumpsit eam in sponsam,& corpus suũ mystícum in vnitate fidei per baptismũ: ideo à D Christo capite descendum ad mẽbra oẽs virtutes,& dona gratiarũ, & merita eius passionis. Et quia quandocunque quis baptizatur in Christo efficitur membrum eius: ideo illi co participat merita eius passionis, & virtus passionis eius transit ad ipsum tanquã a capite ad membrum. Et sic dicit Apostolus ad Ro.6. q̃ sicut oes fuimus baptizati in Christo: ita oes fuimus in eo crucifixi,& mortui, & consepulti, & per consequens resuscitati a pctõ,quia sicut pctũ ipsius Adã trãsiuit in oẽs suos naturales filios:ita gratia, & passio Christi trãsiuit in omnia mẽbra sua, qui sunt fideles in Christo baptizati,unde sicut peccatum Adæ transiuit in oẽs filios suos per generationẽ naturalẽ:ita gratia, & virtus passionis Christi trãsiuit in oẽs fideles per regenerationẽ baptismalẽ,& alia sacramenta. Ex E supradictis omnibus patet qualiter passio Christi fuit necessaria ad adæquanda iustitiam Dei cũ misericordia erga genus humanũ. Nam summa iustitia seruatur circa peccatorem pœnitentem, inquãtũ eius pctã sufficienter puniuntur in Christo capite suo; qui offert seipsum, & passionẽ suã pro peccatis pœnitentis, & summa misericordia seruatur erga eundẽ pctõrem: inquantũ per merita passionis Christi remittitur ipsi pœna æterna,& omne debitũ,& datur ipsi gloria æterna quam nõ meretur. Et sic passio Christi impleuit,& continuè adimplet diuinã patris voluntatẽ, adæquãdo misericordiã eũ iustitia,& ecõuerso. Secũda conclusio,q̃ necesse fuit Christũ pati, ut cõfirmaret testamẽtum vetus. Ad cuius intellectũ est notandũ, q̃ testamentum dicitur de testor testaris, q̃d idẽ est quod cõfirmare,& ratificare,& iõ iuridi- F ci-dispositionẽ bonorũ confirmatã per vltimã uoluntatẽ testatoris appellãt testamẽtũ, dicentes, q̃ testamentum est vltima voluntas testatoris.i.dispositio bonorum proprio rum per vltimã voluntatẽ testatoris confirmata:Vltima aũt voluntas testatoris dicitur illa, quæ per mortẽ eius terminatur, & sic sola testatoris mors est illa, quæ cõfirmat testamentũ.quia q̃ totã vitã suã poterat testator mutare voluntatem.& iõ nunquã dicitur uerum testamẽtũ nisi per mortẽ cõfirmatũ, & hæc est causa quare hęres nõ accipit hæreditatem nisi post mortẽ testatoris, quia ante nõ erat propriè testamentũ, nisi quædã dispositio testamenti, sed intantũ dicitur testamẽ-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tū inquantū expectatur cōfirmari per mortē testatoris. Ex quibus patet, q̄ duo sunt necessaria ad perfectū, & verū testamentū. Primo dispositio bonorū siue hæreditatis facta per testatorem. Secundò confirmatio facta p̄ mortem eiusdem: quia necesse est, vt mors testatoris intercedat: vt inquit Apost. ad Hebræ. 8. quia aliter testamentum non esset validum, nec confirmatum. Et ideo cum tota scriptura legis, & prophetarū dicatur testamentū Dei: sequitur, q̄ non poterat dici vetū testamentū Dei: nisi inquantū Deus erat morituus, & cōfirmaturus illud suū testamētū per mortē suam. & per cōsequens necesse erat Deū mori, vt cōfirmaret suū testamentū morte intercedente: aliàs eius testamētū fuisset irritū, & nō validum. Sed quia Deus est immortalis, & impassibilis, ℣m suā essentiam, ideo erat necesse, vt assumeret humanā B carnē, in qua posset mori, & pati ad confirmandum testamentum, vt postquam nō poterat mori nec pati in natura: posset pati in persona. Et sic patet qualiter Deus erat de necessitate inchoandus, & moriturus, vt cōfirmaret suum antiquum testamentū. & sic per multas figuras patriarcarum, & vaticinia prophetarū promiserat in suo testamento venire in carnem, & se moriturum, vt confirmaret suum testamentum. Et non solū promisit se moriturum, & cōfirmaturum testamentū quacunq; morte, sed per suum sanguinem debebat ipsum cōfirmare. Vnde legitur Exo. 24. q̄ Moyses accepit volumen legis, & congregatis filiis Israel legit eis omnes sermones domini: qui responderūt. & dixerūt. Omnia, q̄ locutus est dominus faciemus, & eri- C mus obedientes. Moyses vero occidit duodecim vitulos, & assumpto sanguine in crateribus effudit medietatem super altare, & alteram medietatem super populū dicēs. Hic est sanguis fœderis: quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Ex quibus verbis ostenditur, q̄ illud testamentum Dei non poterat, nisi per sanguinē cōfirmari. Hoc idem patet Zacariæ 9. vbi dicit prophera. Lætare filia Sion: ecce rex tuus venit iustus, & saluator, ipse pauper sedens super asinā &c. Et conuersus propheta ad Christū futurum saluatorem, dicit. Tu quoque in sāguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu: vbi non erat aqua. Ex quibus patet, quòd Xp̄s Deus factus homo per mortē, & sāguinem debebat confirmare suum testamētū. Et ideo dicit Apostolus ad Hebræ. 9. quòd D Christus noui testa. mediator est: vt morte intercedente redemptione inuēta repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Et sic probat Apostolus, q̄d illud testamentum nunquam fuit ratum, & confirmatum nisi per mortem Christi testatoris. et ideo fideles veteris testamenti non potuerunt accipere repromissiones, nisi nobiscum. Ex quibus omnibus patet, p̄ passio Xpi fuit necessaria vt vetus testamentum Dei confirmaretur. Tertia cōclusio, q̄ ne cesse fuit xp̄m tale genus mortis pati: vt verificaret tota scripturam legis, & p̄phetarum. Pro declaratione autem, & probatione huius conclusionis est aduertendum: sicut dictum fuit super pas. 36. & in tractatu contra Iudæos quæst. 1. & 2. & 3. q̄ tota lex Moysi data fuit in signum, & figuram futurorum, & eorum residuū seu E pruæ veteris testamenti sunt quædam promissiones, & vaticinia futurorum bonorū de Christo, & ecclesia: vt ibi probatū fuit p̄ sacras scripturas. Nam circūcisio data fuit in signum fœderis & sabbata, et sacrificia in fœdus signumque perpetuum. Sed tā signum q̄ figura est relatiuum: nam signum est alicuius signati signum, & figura alicuius figurati figura. Item promissio alicuius promissi bonī promissio: et p̄phetia alicuius rei futuri, p̄phetatæ p̄phetia. Et sic tota lex veteris & p̄phetæ erant signa futurorum, & per consequens non poterant verificari nisi per adueniens illorum bonorum, quæ per illa signa fuerāt figurata, & significata ac promissa, aut vaticinia. Aliter omnia signa, & figuræ, et promissiones, et vaticinia manerēt falsa, & inita, & vana. vnde quia omnia sacrificia veteris legis non erant nec fiebant gratia sui, nisi inquantum figurabant, et significabant passionem Christi, & non fiebant nisi in signum, & figuram eius: ideo erat necesse vt per veram, & realē passionem Christi verificarentur. aliter omnia fuissent signa falsa, & vana. Vnde sicut testamentum vetus fuisset irritum, & vanum nisi fuisset confirmatū per mortem Christi testatoris, vt supra dictum est. Ità patet tota scriptura legis, & p̄phetarum quo ad signa, & promissiones, & vaticinia manifestē falsa, & mendax: nisi fuisset per mortem Christi verificata, & impleta per Christum, & legem euangelicam. Ideo sicut nouum testamentum nihil aliud est nisi confirmatio, et verificatio veteris testa.

A testa. ita pariter nihil aliud est nisi veritas legis, & prophetarum, vñ sicut tota scriptura legis, & prophetarū dicebatur testametum Dei inquātū erat confirmandū per mortem Christi testatoris, ita eadem scriptura dicebatur signum fœderis inquantum erat verificanda per eandem Christi passionem. Et iō dr Ioan. 1. q̄ lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Xp̄m facta est. ideo dixit etiam saluator Mat. 5. Non veni soluere legē sed adimplere, iota vnum, aut vnus apex nō præteribit à lege, donec omnia fiant. Item Matt. 25. Filius hominis vadit sicut scriptum est de illo. Item Ioannis. 19. Omnia hæc facta sunt, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Hoc idem dicit saluator Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me. Si crederetis Moysi, crederetis B forsitan, & mihi. Moyses enim de me scripsit Ideo etiam dicitur Lucæ vltimo. q̄ Xp̄s incipiēs à Moyse, & prophetis interp̄rætabatur illis duob. discipulis omnia quæ de eo scripta erant. Et postea dixit omnibus discipulis in cenaculo congregatis. Oportebat impleri, q̄ scripta erant in lege, & prophetis, & psalmis de me. Ex quibus patet, q̄ necesse, fuit Christū pati, vt verificaretur tota scriptura legis, & prophetarū, eo q̄ Christus erat terminus, & finis, & veritas eorum.

Ex omnibus supradictis sequitur, q̄ omnes scribę, & pharisæi, & Iudæi moderni, qui eos sequuntur: falsificarunt, & falsificant scripturam legis, & prophetarum negādo Christum esse verum Messiam in lege promissū, & negando, & contemnendo legem euāgelicam: cum Christus fuerit eius verificator: C & lex euangelica sit veritas totius scripturę legis, & prophetarū, & Christus fuerit cōfirmator veteris testamenti per suam mortem & passionem, & sic etiam negando Christū faciunt mendacem Deum, & totam legem, & p̄pheras, de quibus ait dominus Hierem. trigesimoprimo. Irritum fecerunt testamentum meum. Item sequitur, q̄ omnes Iudæi à passione Christi vsque ad præsens tēpus obstinati, & Christum negantes sunt hæretici in scriptura legis, & prophetarū. Hoc probatur nam omnes illi, qui cum pertinacia deuiāt à veritate sacræ scripturæ, & negant eius veram intelligentiam, & asserunt aliquid, quod est contra legem Dei, sunt hæretici: sed omnes Iudæi moderni sunt huiusmodi, igitur sūt hæretici. Maior est nota, minor p̄batur. Nam Christus est veritas, & finis legis. & p̄ D phetarum, ergo negando Xp̄m, & legem euā gelicam, negant veritatem intelligentiam legis, & prophetarū, & asserūt pertinaciter oppositū veritatis expectando Messiam temporalē futurum, qui temporaliter liberet eos. Et sic cōtemnunt bona vera spiritualia p̄p falsa temporalia, & sic irrisores sunt legis, & contēptores Dei, & bonorum suorum in lege promissorum. Et sunt mendaces, & falsificatores sacræ scripturæ, & blasphemi, faciētes Deū mēdacem in dictis, & promissis, & reuelationib. suis factis patriarchis, & prophetis, prout plenius fuit declaratū in tractatu cōtra Iudæos in fine. Quarta cōclusio, q̄ necesse fuit Christum pati, vt pro nobis solueret omne debitum. & pro omnibus præsentis præteritis, & futuris. Ad cuius intellectum est aduertēdū prout dictum fuit super psalm. 39. & contra R Iudæos quæstione prima, q̄ cum totum genus humanum fuisset obligatum in Adam ad ęternam seruitutem sub potestate diaboli p̄ nullū pretium temporale, & terrenū, & finitum poterat redimi, & liberari à tali debito, & seruitute. Et hæc fuit causa, quare nec sacramenta, nec sacrificia, nec oblationes poterant de se liberare hominē à peccato nec soluere sufficiens prætium prō debito, vnde ibi fuit probatum qualiter circuncisio nō poterat liberare ab originali culpa, & ratio est ista. Nam in circūcisione solùm dabatur ille modicus sanguis effusus, & illa pellicula abscissa, quę erat vilior pars totius corporis, sed nunquàm pars potest redimere totum, nec pars corporalis poterat redimere animam, cum in se non contineret prætium æquale, quia omne quod redimitur, æquali vel maiori prætio redimitur, & sic nunq̄ corpus nec F pars eius poterit redimere animā, nec totum hominem. Item totus ille puer qui circuncidebatur erat immūdus quo ad corpus, & animā, ergo illa particula sanguinis, & pellicule ita erat immunda, & peccato, & seruituti subiecta, sicut totus homo, & per consequens non erat Deo acceptabile prætium ad mundandum, & liberandum totum hominem. Et ideo oportebat offerri aliquem hominem mundum, & liberum ab omni peccato, & nō obnoxium peccato primorum parentū, nec in natura, nec in persona: qui quidē hō contineret in se prætium mundum, & infinitū, qui non solùm offeret partem sui, sed se totum, vt totum hominem redimeret. & liberaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

A beraret à seruitute.& morte peccati,imo ab vtraq; morte.s.corporis.& aiæ. Et talis fuit solus Christus Deus,& homo,iustus,& inno cens,non obligatus in Adam, prout sæpius dictum est.Et ideo illa circūcisione,& modi cus sanguis. & pellicula carnis non dabatur in pretium sufficiens pro illo puero,sed in signum pretij futuri per Christū in cruce soluendi.Sicut quando quis emit domum aut agrum.& non soluit pretium, sed solùm dat denarium in signum pretij promittens solue re pretium post annum,ita pariter faciebant fideles vete.testa. in illa circuncisione,qa nō dabant illum modicum sanguinem in solidū pretium pro illo puero, sed in signum pretij futuri soluendi per Christum, inquantùm promittebant Deo patri soluere pretiū sufficiens per passionem Christi,& sic libera
B batur ille puer à seruitute peccati, & ideo il le puer non liberabatur à peccato p̄cisè per illam circuncisionem,sed per fidem Christi futuri,sub qua fide dabatur,& fiebat illa circuncisio,quia illa circuncisio non erat nisi si gnaculum fidei vt probat Apostolus per to tam epist.ad Ro.& Gal. & Heb.Item adhuc datur aliud exemplum magis accōmodatū huic casui,vnde consuetudo est inter viros belligeros,q; si quis captus in bello sub fide promittit domino suo soluere intra certum tempus pretiū redemptionis, in cuius fidei signum,& arram,dat annulum suum,q; ille seruus dimittatur sub tali fide, & signo vsq; ad tempus solutionis prætaxatum,tunc manifestum est,q; ille seruus captus non dimissus est,nec liberatus à seruitute ꝓpter annulum,sed propter fidem promissam, nec ille
C annulus fuit datus in pretium,sed in signum pretij soluēdi. Nec ille liberatus est propter annulum,sed propter pretium,sub fide promissum.Ita ergo pariter fideles vete. test.in illa circuncisione dabant illam pelliculam præputij circulatē factam ad modum annu li, quam nō dabant in pretium solidum,sed in arram,& signum pretij futuri soluendi ꝑ Christum.Et sic dabant etiam illum modicum sanguinem in signum,& arram sangui nis Christi effundendi in cruce. Et sic fiebat illa circuncisio sub fide,& protestatione soluendi per Christum.Et sic pro tunc sub tali fide liberabantur fideles vet.test.à seruitute peccati,& pœna inferni.Ex quibus patet, q; sicut nec illa pellicula circularis, & anulata, nec ille modicus sanguis erat pretium redē

prionis illius circuncisi,sed signum fidei, & D
arra futuri pretij,& sanguinis Christi in pretium effundendi. ita ille circuncisus non li berabatur tunc per illam circuncisionē, sed per fidem Christi futuri sub qua fiebat illa circuncisio,cuius fidei illa circuncisio erat signaculum,vt probat Apostolus ad Ro. 4. & ad Gala.per totum,vbi probat Apostolus q; sacramenta,& opera vet.leg. nō iustificabant nec liberabant per se hominē à seruitute peccati,sed per fidem Christi futuri cuius erant signaculum,& sub qua fide fiebant. Et sic est dicēdum de omnibus sacrificijs,& holocaustis, quæ offerebantur pro peccato actuali, quia non offerebantur in pretiū, sed in signū futuri pretij,inquantùm erant figura, & signum passionis Christi, quia de se non poterant liberare hominem, cum in se non continerent sufficiens pretium,sed intā E
tùm liberabant de præsenti, inquantùm dabantur in signum pretij futuri cum fide, & protestatione soluendi sufficiens,& perfectū pretium per passionē Christi. Et sic ram circuncisio,q; sacrificia fiebant in signum fœderis: imo fuerunt data in signum fœderis, vt patet Ge. 17. & per totum Leuiticum. Secus autem est de sacramentis nouæ legis. quæ realiter continent de præsenti virtutē passionis Christi,quod est pretium sufficiēs: ideo de præsenti illicò iustificant,& liberant à peccato,& efficiunt quod significant. Et iō fuit necesse Christū venire in carnē, & pati tale genus mortis,vt solueret pretiū solidū, & sufficiens pro oībus fidelibus vete.te.qui dederant signū pretij per circuncisionē,& sacrificia,& oblationes,quia non solū circuncisio,& sacrificia,sed etiam oblationes, quæ fie F
bant à fidelibus in 1.& 2.ætate erāt signacula fidei Christi futuri,& dabātur in signū pretij futuri soluendi per Christum in cruce,& ideo fuit necesse vt Christus solueret illud pretium pro omnib. illius in cruce, & non solùm pro illis,sed pro omnibus præsentibus.& futuris,vt patet per totam epist. ad Ro.imo per totam doctrinam apostolicam, quia illud pretiū fuit, & est maius omni debito,ut supra dictum est per Aug.Ideo dicit Aug.super psa.21.sermone 2.Ecce Christus passus est. Ecce mercator ostendit merces suas.Ecce pretiū qđ dedit.Ecce sanguis eius fusus est.In sacco ferebat pretiū percussus ē lancea,scissus est saccus, & emanauit pretiū oībus terrarum.Ex quibus omnibus patet,q;

necessa-

A necessaria fuit passio Christi ad soluendum omne debitum:& ad liberādum totū genus humanum à seruitute peccati. Et ideo ga iam solutum est in cruce pretium pro præte ritis:& collatum sacramentis nouæ leg. pro futuris:dicit Christus in hoc cantico.Iā messui myrram meam.& comedi fauum: come dite, & satiamini: bibite, & inebriamini.q.d. quia iam solutum est pretium, & tam sacramenta continent ipsum in se virtualiter & realiter.Quinta conclusio, q; necessaria fuit passio Christi ad purgandum,& mundandū hominem à macula,& sorde peccati.Ad cuius intellectum est notandum:q; totum genus humanum ex peccato primorum paren tum non solùm fuit debitum in seruitutem sub potestate diaboli: sed etiam fuit infectū in carne:& anima macula peccati. Et ideo non solùm indigebat redimi ab illa seruitu
B te & soluere pretium pro debito per passionem Christi:prout dictum est:sed etiam indigebat mūdari & purgari à macula omnis peccati:vt posset Deo reconciliari. Et ideo ex latere Christi non solum exiuit sanguis in pretium nostræ redemptionis:sed et aqua in ablutionem peccatorum,vt patet Ioā. 19. Et sic ex passione Christi collata fuit virtus baptismo,& pœnitentiæ. & extremæ vnctioni,& cæteris sacramentis,non solum ad cōse rendam gratiam,sed etiam ad abluenda pec cata per sanguinem eius, vt demonstrat Apostolus ad Hebræos 8.& 9. 10.Ideo dicitur Apoc. 1. quòd Christus dilexit nos & Iauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.Sexta conclusio, quòd necesse fuit Christum pati tale genus mortis: vt passio eius esset me
C trum & mensura omnium virtutum & exēplum patientiæ in omnibus aduersitatibus. Ad cuius intellectum est notandum secundùm Eusebium & Augustinum: quòd ante mortem & passionem Christi, & cognitionem euangelij pauci debebant aggredi mortem,& tormenta pro veritate,& iustitia defendenda,& multi deficiebant in tolerādis, & perferendis aduersitatibus, & tribulationibus,imo multi reges,& principes,& imperatores procurauerunt sibi mortem,& occiderunt seipsos.non valentes miserias huius mundi patienter tolerare:vt patet de Nerone,& Domitiano, & Catone, & Annibale, & Lucretia,& Cleopatra,& multis alijs, qui seipsos occiderunt. imo Cæsar desperans de victoria seipsum voluit interimere prope.

Ilerdam,vt inquit Lucanus,& hoc accidebat D
quia non habebant speculum nec exemplū patientiæ de aliquo iusto, & summo viro, nec expectabant futuram felicem vitā. Sed postquam principes mundi venerunt ad fidem Christi, & cognitionem legis euangelicę:non legimus aliquē regem, nec principem fideliē sibi conscisse, nec intulisse mortem,nisi quosdam maniacos, & freneticos, cuius ratio est. Nam quando aliquis fidelis, cuiuscunque conditionis,& dignitatis sit, laborat in aliqua aduersitate, aut persecutione, & infirmitate: illicò recurrit ad passionem Christi, & legem euangelicam, & imputans illas persecutiones, & aduersitates prouenire ex peccatis suis, patienter tolerat illas: & inspiciens in passione Christi, qui plura pro nobis passus est, iam ampliori patientia perfert eas. Et sic ex passione Chri E
sti habent rei, & peccatores unde agant pœnitentiam, & miseri vnde habeant patientiam,& iusti unde perferant martyrium pro veritate fidei. unde nullum genus aduersitatis quis potest pati, quin Christus illud fuerit passus, & sic ex speculo passionis Christi habet unusquisque.vnde patienter consolerur.vnde ait Augu. super Ioan. exponens illud. Dabant ei alapas. Sic implebat quod de se dixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia quæ persecutores libuisset facere perferenda. sic regnū quod de hoc mūdo nō erat, superbū mundū non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat.Sic illud granū multiplicandū seminabat horribili contumelia,ut mirabiliter pullularet in gloria.Itē idem August.de verbis apostolis sermone xv. Si in te fuerit cari F
tas communicabis passionibus Xp̄i:& verus martir eris. traditus est ille excelsus per quē omnia facta sunt,in oprobriū hoīm, & abiectionem plebis,& contumelias.& flagella,in mortē,& docuit uos exemplo passionis cum quanta patientia in ipso ambulemus firmauit nos exemplo suæ resurrectionis quid ab illo patienter sperare debeamus.Item idem Augustinus super psalmi sexagesimoprimo Eia frattes opus erat sanguine iusti ad delenda peccata, & chirographū peccatorum nostrorum. Opus erat exemplo patientiæ, & humilitatis:opus erat signo crucis ad diabolum,& angelos eius debellandos, opus erat passione domini, quia redemptus est orbis. Quanta bona egit passio Christi: & ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mien passio iusti huius non esset: nisi iniqui-
Deum occidillent. Ex supradictis omnibus,
patet qualiter talis passio Christi fuit neces-
saria pro audacia, & fortitudine martyrum:
& ad exemplum patientiæ miserorum, & vt
esset mensura omnium virtutum: vt iusti se-
querentur agnum quocunque ierit per imi-
tationem. Septima conclusio, quod passio
Christi fuit necessaria non solùm ad redime
dum totum hominem, sed etiam ad recupe-
randum regnum cœlorum pro membris
Christo. Prima pars est probata per supradi
cta. Secunda verò probatur. nam propter
transgressionem primorum parentum non
solum fuimus priuati illa habitatione terre-
stris paradisi, de qua illi fuerunt electi & exu
les: sed etiam fuimus priuati futura felicita-
te, & possessione regni cœlorum: ad quam
ipsi posteri eorum fuissent translati post lon
B gum tempus, si in illa iustitia originali steti
sent, quod regnum cœlorum non potuit re
cuperari pro nobis, nisi infinito pretio passio
nis, & resurrectionis Christi: vt inquit Augu
stinus. Ideo dixit saluator ante passionem
suam. Vado vobis parare locum, vt edatis, &
bibatis super mensam meam in regno meo.
Lucæ 22. Item Lucæ 24. Quia sic oportebat
Christum pati: & resurgere a mortuis tertia
die, & ita intrare in gloriam suam. Item Ioã
nis 14. Non turbetur cor vestrum neque for
midet, quia vado parare vobis locum, & cũ
si abiero, & præparauero vobis locum, iterũ
veniam & accipiam vos ad meipsum: vt vbi
sum ego: & vos sitis. Ex quibus patet quod
necessaria fuit passio Christi, vt per eam
Christus emeret cœlum, & nobis ibi locum
præpararet. Octaua conclusio, quòd necesse
C fuit Christum pati tale genus mortis, &
passionis, vt non solùm potentia: sed iusti-
tia diabolus vinceretur. Ad cuius intelle-
ctum est notandum, quod diabolus non te-
nebat nec possidebat hominem sub sua po-
testate tanquam dominus aut iudex nec tã-
quam creditor, sed tanquam carcerarius, &
tortor, & lictor, & executor diuinæ iustitiæ.
Et ideo pretium redemptionis non erat sol
uendum diabolo, sed Deo patri cui facta
fuerat iniuria, & inobedientia. Et sic diabo-
lus executor diuinæ iustitiæ, qui semper fuit
amator, & cupidus dominii, & potentiæ, te-
nebat hominem incarceratum sub sua pote
state quasi tyrannicè, donec solueretur, &
redderetur pretium redemptionis Deo patri:
& fieret iusta, & sufficiens punitio, & iustitia D
de homine, ne summa iustitia Dei maneret
læsa nec violata: sed integra & satisfacta. Et
ideo venit Christus in carnem, & pater po-
suit in eo iniquitates omnium nostrum: &
Christus passus est, & vulneratus propter
peccata nostra, & attritus propter scelera no
stra, & percussus propter scelus populi Dei, &
languores nostros ipse tulit, & dolores no-
stros ipse portauit: intũ q̃ liuore eius sanati
sumus, & liberati, vt patet Isa. 53. Et sic ī xp̃o
capite nostro punita sunt oĩa peccata nostra
& satisfacta iniuria Dei, & reintegrata iusti-
tia: & Xp̃s soluit sufficiens pium Deo patri
pro toto genere humano: prout supradictũ
est, & per consequens Xp̃s iuste abstulit, & re
petiit predam a diabolo: q̃ eã torquebat &
tyrannicè possidebat. Sed quia diabolus ten
tando hoiem, & præcipitando ipsum in pec E
catũ dr victor, & tanq̃ victor, & triumphator
possidet ipsum, ideo qñ p.p passionem Chri
sti fuit ipse homo ablatus: tunc diabolus di-
ctus fuit victus, & debellatus: quia ipsi fuit a-
blata præda, quam diù possederat sub seruitu
te. Sed postea magis fuit victus, & debella
tus, qñ in virtute passionis Iesu fuit de popu
lo gentili electus & propulsatus. Et sic etiam
quotidie diabolus vincitur, quando per pœ-
nitentiam a peccatoribus, quos sub seruitute
peccati possidebat, ejicitur. Sed quia totum
hoc factũ est, & fit in virtute passionis Chri-
sti, per quam facta fuit nostra iustitia, ergo se
quitur q̃ p iustitiam & ex iustitia tunc fuit
victus, & debellatus diabolus, & per eãdẽ iu-
stitiam quotidie vincitur, & debellatur. Ex
quo patet, q̃ necessaria fuit passio Christi: vt
diabolus amator potentiæ vinceretur iusti- F
tia, quam semper impugnauit prout dicit
Aug. Sed est aduertendum secundum Augu
sti. in Enchiridio: q̃ quasi omnia peccata fue
runt annexa peccato primorũ parentũ. Nam
ibi fuit furtum, quia rapuit fructum prohibi-
tum ab arbore, secundo ibi fuit sacrilegium
& blasphemia, quia voluit vsurpare deitatẽ
credendo serpenti, qui dixit. Eritis sicut Dij.
& per eandem rationem cõmisit crimen læ-
sæ maiestatis. Adam. Item commisit homici
dij, quia seipsum, & totum genus humanum
in mortẽ præcipitauit. Et ideo Christus vt
sufficienter totum peccatum primorũ paren
tum expiaret, & omnia peccata futurorũ in
ipso punirentur: & pro omnibus satisfaceret
fuit flagellatus, vt latro pro omnibus latro-
nibus

A nibus, & consputus, & alapis cæsus, q̃ omni-
bus sacrilegis, & blasphemis, & spinis coro-
natus pro oibus superbis, & vsurpatoribus
regiæ maiestatis. Et fuit suspẽsus, & mortu'
in cruce pro omnibus homicidis pœnitenti-
bus. Et sic patet qualiter Christus sufficien-
ter satisfecit pro peccatis omnium præteri-
torum, & futurorum, ideo iustè potuit eos li
berare de potestate diaboli, qui per talem iu
stitiam mansit victus, & debellatus, & Xp̃s
mansit victor, & triũphator. Nona cõclusio,
quod ordo nostræ redemptionis fuit neces-
sarius nec fuit congruentiæ ad vincendã
astutiam diaboli. Ad cuius intellectum est
aduertendum, secundum Augustinum in
quodam sermone de passione, & cruce domi
ni, quòd Christus eundem ordinem seruã-
uit in nostra redemptione: quem tenuit dia-
B bolus contra primos parentes, & posteros
suos. & sic Christus non solùm vicit diabo-
li potentiam: sed etiam eius astutiam. Vnde
diabolus tenuit hanc astutiam ad tentandũ
primos parentes. Nam primò cepit formam
serpentis, sub qua forma latebat venenum
sataniçum, & veneno sibilio insufflauit in
fructum prohibitum, & infecit eum. Et tunc
ostendit mulieri pomum exterius pulcrum,
& suaue ad vescendum, sed intus mortifero
veneno infectum, persuadendo, vt comede-
ret cum viro suo. Et ideo illicò cum comede
rent fuerunt infecti, & sauciati in carne vul
nere inordinatæ concupiscentiæ, & in ani-
ma vulnere peccati. quã quidem corruptio-
nem carnis per libidinosam generationem
C transmiserunt in omnes posteros. Ex cu-
ius carnis libidinosæ contactu, siue consor-
tio vnaquæque anima trahit culpam origi-
nalem, & ex consensu concupiscentiæ volũ
tas contrahit peccatum actuale. Et sic diabo
lus sub tali astutia infecit, & sibi subiugauit
totum genus humanum, vt inquit Augusti-
nus. Et ideo filius Dei, totius generis huma
ni prudens, & sufficiens reparator, & restau-
rator, & contra diabolum triumphator: eun
dem ordinem seruauit in nostra redemptio
ne. Nam sicut diabolus accepit formam
serpentis, sub qua latebat venenum sataniçum, & hamus fraudulentus quasi sub esca
ad decipiendum, & vincendum hominem:
ita Christus per oppositum assumpsit formã
hominis sub qua latebat antidotum salutis,
& hamus deitatis, ad decipiendum, & vin
cendum diabolum. Et sicut diabolus ser- D
pens antiquus insufflauit in illum fructum
suum venenum, & infecit ipsum, ita spiri-
tus sanctus insufflauit in illam humanitatẽ
assumptam spiritum sapientiæ, & intellectus,
& sanctificauit illam humanitatem, & gra-
tificauit, & esset ille homo plenus omnis
gratiæ, de cuius plenitudine omnes accipe-
remus. Et sic sicut primi parentes co-
medendo de illo fructu prohibito, & vene-
nato illicò fuerunt corrupti, & sauciati in
corpore, & anima, incurrentes sententiam
duplicis mortis. Ita per oppositum co-
medentes istum fructum salutiferum, qui
est Christus, omnes ab illo morbo sanantur,
& ab illa morte ibi perpetrata viuificantur.
Item sicut primi parentes contra preceptũ,
& voluntatem Dei extenderunt manum ad
lignum, & rapuerunt fructum, & gustantes
fuerunt infecti, & per generationem infece- E
runt omnes posteros, ita pariter Christus,
vt expiaret scelus eorum extendit manus.
& brachia sua ad arborem, & lignum crucis,
& inde collegit, & gustauit amaros fructus
passionis: qui quidem fructus licèt sibi fue-
rint amari: tamen nobis fuerunt dulcissimi.
Et ideo omnes fideles comedentes de fructu
passionis, quem nobis porrexit Christus,
sanantur à morbo cibi prohibiti, quem dia-
bolus porrexit primis parentibus, et ex con
sequenti omnibus suis posteris. Item sicut
diabolus insufflando super cibum prohibi-
tum intulit, & inflixit in eo illud venenum
mortiferum ad inficiendum primos parẽtes,
& ex consequenti totum genus humanum:
ita pariter Christus infflauit in septem eccle
siastica sacramenta infundendo virtutem
suæ passionis tanquam medelam, & antido F
tum salutiferum ad sanandos omnes fideles
à morbo, & veneno illius cibi prohibiti. Item
sicut Adam transmisit venenum, & peccatũ
suum in omnes posteros filios suos per libi-
dinosam, & carnalem generationem: ita pa-
riter Christus transmisit virtutem, & meri-
ta suæ passionis in omnes fideles filios ado-
ptiuos per baptismalem, & sanctificantem
regenerationem. Ex quibus omnibus pa-
tet, quòd Christus in ordine nostræ redem-
ptionis non solùm vicit potentiam diaboli
per iustitiam: sed etiam vicit eius astu-
tiam per contrariam dispositionem. Hunc
ergo ordinem, & dispositionem vult expli-
care in persona Christi Salomon in hoc sex-
to Cantico: cum dicit. Surge aquilo, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A veni auster,& perfla hortum meũ.i.veni persecutio Iudæorũ & tormenta ministrorũ Pilati. Et veni tu auster.i.voluntas patris,& perfla,& agita corpus meum per passionẽ,& mortem, vt fluant aromata, & merita per vulnera flagellorum,& clauorum,& lanceæ ad complendam oẽm iustitiam, & sananda vulnera peccatorum. Et sicut serpens antiquus insufflauit in fructum prohibitum: vnde fluxit venenum ad inficiendũ totũ genus humanum:it;a tu Aquilo, & Auster insufflate hortum corporis mei:vt fluant ex eo aromata Christianę redẽptionis, & salutis ad fugandum illud venenum peccatorum.Et subdit.Iam veniũ hortum meum,scilꝫ hortum passionis,& crucis. Et iam messui myrrã ta.
cramentorum ex arbore crucis:& iam gustaui,& comedi fauum passionis cum melle:&
B bibi vinum cum lacte passionis, quam myrram & fauum cum melle, & vinum cũ lacte immisi,& transtuli in ecclesiastica sacramenta ad sanandos:& reficiendos, & alendos fideles.Ideo vos amici fideles venite ad me p fidem,& comedite,& saturamini ista myrra, & fauo cum melle sacramẽtorum:& bibite, & inebriamini isto vino cũ lacte,& saturamini,& sanabimini ab infirmitate, & recuperabitis vitam per gratiam,quia licèt ego dormiam in cruce:tñ cor meum vigilat i vestra redemptione. Et sic patet qualiter passio Christi vicit astutiã diaboli. Ideo dicit Aug. in sermone vnius martyris: Quæ fortitudo draconis contra mortem dñi, qui serpẽtem suspendit in ligno? Triũphauit enim de morte quam diabolus propinauerat per asturias suas homini. Et cum exaltaret Moyses ser-
C pentem in eremo in ligno: populus q̃ mordebatur à serpente attendebat serpentem, & sanabatur. Sic & modò quencunque momorderit astutia Sathanæ intueatur Christũ in ligno pendentem: ibi enim mors occisa est:dominus semper viuit. Sed vt occideret mortem vestitus est morte. Ex supradictis ergo patet qualiter necesse fuit Christum pati tale genus mortis: vt vinceret astutiam diaboli,& malitiam eius. Decima conclusio.q̃ passio Christi fuit necessaria ad roborandos:& adæquandos,& condignificandos omnes actus humanos erga Deum:vt essent fructiferi, & digni gratia in præsenti,& gloria in futuro, & etiam ad adæquandum omnes actus humanos inter se siue erga proximum. Ad cuius intellectum est notandum secundùm Apost.ad Ro.8:q̃ passiones.i.opeD rationes huius seculi non sunt cõdignę,nec sufficientes nec comparabiles ad futurã gloriam,quæ reuelabitur in nobis:quod dupliciter accidit. Vno modo ratione imperfectionis, quia nulla operatio humana potest esse de se ita perfecta quin patiatur aliquem defectum in aliqua circunstantia: per quem defectum illa operatio non est digna comparari ptæmio cœlesti.vnde ieiunium nostrum non potest ita perfectè fieri quin in aliquo deficiamus.Na ieiunũ debet fieri cũ patientia,& puritate mentis,& cum oratione,& eleemosyna,sed impossibile est ex parte nostra quin deficiamus in aliqua circunstãtia. Et ita est dicendum de oratione: quia non fit cum sufficienti feruore, sed cum aliqua vaga,& deuia cogitatione admixta, & non cum tota attentione.Et ita etiam eleemosynæ nostræ non fiunt semper cum intẽtione E
& largitate,& deuotione, & sic de omnibus operationibus,quæ semper patiũtur aliquem defectum.Ideo dicitur Isa.64.q̃ omnes nos, & iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. propter quod non sunt de se dignæ præmio æterno:nec sufficienter satisfaciunt pro peccatis commissis.& sic propter tales defectus non sunt condignæ. Item secundò non sunt condignæ ratione valoris,quia quantumcunque sit perfecta bona operatio nostra, semper est finita & breuis ergo de se non est tãti valoris,vt posset satisfacere pro debito infinitio in ipso pẽnitente ad delendam pẽnã peccati infinitam.Et sic nulla penitentia iuncta posset,satisfacere pro debito peccati.nec minus non posset sufficere bona operatio ad præmium æternum consequendum, F
quia ipsi non potest comparari in valore. de quo dicitur per Isa.64. & Apostolum 1. ad Cor.2.q̃ nec oculus vidit,nec auris,audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ ꝓparauit Deus diligentibus se, ergo nulla operatio humana de se est sufficiens ad satisfaciendũ pro debito peccati,nec ad consequendam futuram gloriam condigna. Et ideo ad perficiẽdas operationes nostras, & ad supplendũ defectum earum,& ad faciendas ipsas condignas ꝑmio æterno & futura gloria fuit necessaria passio Christo,quæ adæquat,& condignificat omnes operationes nostras. vnde applicata passio Christi ieiunio nostro supplet oẽs defectus eius,& ꝓficit ipsum & reddit ipsum validum, & condignum præmio æternos

A æterno, quando sumus in statu gratiæ.Et sic est dicendum de eleemosyna,quæ de se parui valoris est,sed addita Christi passio facit illam validam & dignam præmio æterno, & datur exemplum de annulo aureo vnius vinciæ,qui de se vix valet sex ducatos, sed si addatur,& cæletur in eo carbunculus,reddit ipsum magni pretii,& valoris ad emendam vnam ciuitatem. Sic ergo oratio vel eleemosyna nostra de se parui valoris est:sed si applicentur ipsi merita passionis Christi:faciũt ipsam condignam,& validam ad emendum regnum cęlorum. Vnde est iterum aduertendum:quod ieiunium & oratio,& peregrinatio,& labores, & omnia opera, quæ Christus fecit,computantur in passione eius: quia tota vita Christi fuit vnus actus passionis,& pœnitentiæ pro nobis continuus.& hoc in-
B terpolatus: prout dictum fuit super psal.29. & dicetur in sequenti quæstione, quæ quidẽ opera Christi non solùm fuerunt facta ad delenda nostra peccata.sed etiam ad perficiendas operationes nostras:& ad supplendũ defectum earum. Nam Christus ieiunauit, vt perficeret,& consecraret ieiunium nostrum. Et peregrinatus est, vt perficeret nostras peregrinationes,& fecit eleemosynas & opera misericordiæ,vt perficeret opera misericordiæ nostra:& supplet defectus eorum,vt faceret ea valida,& condigna præmio æterno. Ex quibus patet qualiter passio Christi condignificat,& adæquat omnes nostras operationes erga Deum.Et si quæratur,quomodo passio Christi applicetur operationibus nostris & reddat eas validas. Respondetur, q̃ quandocunque homo fidelis efficitur membrum Christi per fidem caritate formatam, C
tunc in omnibus operationibus suis participat passionem Christi, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. ad Roma.8.Et sic propter participationem passionis Christi omnia opera iustorum redduntur,valida,& condigna: & ideo quilibet pœnitens aut iustus in omnibus operationibus suis semper debet inuocare passionem Christi.Vnde quando dicimus,Pater de cęlis miserere nobis,nil aliud intendimus dicere,nisi O pater rogamus,vt accipias passionem filii tui in pretium pro peccatis,& delictis, & defectibus nostris.Et quando oramus filiũ dicentes.Christe fili Dei vini miserere nobis: nil aliud intendimus dicere, nisi O Christe fili Dei redemptor mundi rogamus, vt velis offerre passionem tuam patri quo peccaD tis nostris: & velis applicare passionem tuã in omnibus operationibus nostris, vt sint digne pœnitentia in hoc seculo, & vita æterna in futuro. Et sic patet qualiter sola passio Christi põt adæquare operationes nostras erga Deum. Sed est vlterius aduertendũ, quòd passio Christi non solum adæquat operationes nostras erga Deum,sed etiam erga proximum. vnde quando quis læsit & offendit proximum in persona, vel in bonis, vel in fama: & non valens satisfacere dicit passio iniuriam. O frater rogo amore passionis Christi,vt parcas mihi. nil aliud intendit dicere:nisi rogo te frater postquam non possum tibi satisfacere: vt accepres passionẽ Christi,in recompensationem iniuriæ tibi factæ postquam Christus pro nostris delictis passus est,& pro omnibus exoravit.tunc ma E
nifestum est,q̃ si passus iniuriam parcit reo: quòd acceperit passionem Christi in pretium,& recompensationem suæ iniuriæ. Et sic passio Christi fuit illa, quæ adæquauit recompensationem siue operationẽ inter duos proximos.Ex quo sequitur primò,q̃ si passus iniuriam non vult remittere nec parcere peccanti veniam amore passionis Christi, videtur contemnere passionem Christi:imo videtur plus existimare iniuriam suam quàm passionem Christi, quod est absurdum & sacrilegium Item sequitur secundò,q̃ talis obduratus in sua malitia non est dignus,vt ipsi subueniat passio Christi:postquam eam contemnit non parcendo proximo,nec remittẽdo propriam iniuriam: prout satis explicat F
saluator in parabola de decem milibus talentorum. Matth. 18. Ex quibus patet qualiter passio Christi non solùm dignificat & perficit,& adæquat operationes nostras erga Deũ sed etiam erga proximum.Ex omnibus ergo supradictis per decem conclusiones patuit, qualiter fuit necessaria passio Christi, & quo modo necesse fuit Christum pati tale genus mortis,& passionis, nõ necessitate coactionis ex parte Dei: quia non defuit ipsi alius modus possibilis,sed ille modus fuit necessarius necessitate congruentiæ ex parte nostræ salutis. Et hoc decem rationibus. Primò ad adæquandam Dei iustitiam cum misericordia erga nos. Secundò ad confirmãdum testamentum per mortem testatoris. Tertiò ad verificandam scripturam legis, & prophetarum. Quartò ad soluendum omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

A debitum nostrum. Quintò ad purgandum, & mundandum omne peccatum. Sextò ad dirigendos omnes actus humanos, & vt esset exemplum patientiæ, & speculum miserorum in omni aduersitate. Septimo ad emendum & recuperandum cœlum, & omne deperditum in Adam. Octauò ad vincendū potentiam diaboli per iustitiam. Nonò ad destruendam astutiam diaboli per prudentiam. Decimò ad condignificandas, & ad æquandas nostras operationes erga Deum, & proximum. Et hoc de primo quæsito.

Secundo quæritur circa illud quod dicit Christus in hoc cantico, scilicet Ego dormio & cor meum vigilat, vbi dictum est in expositione: quomodo Christus non solùm pro nobis meruit per ea quæ facta sunt in vita: sed etiam post mortem circa eū. Et quomo-
B do licèt dormiret in cruce, & in sepulcro: tamen semper vigilabat operando nostram redemptionem, & recipiendo vulnus in latere. Et videtur quòd Christus non potuit mereti per vulnus lateris, nec per sepulturam. Nam spatium merendi vel demerendi conceditur hominibus tantum in hac vita vsque ad mortem terminatiuè: vt inquit Augustinus in Enchiridio; quia post mortem non est tempus merendi: sed præmium recipiendi, cum ergo Christus iam esset mortuus q̄ latus eius fuit lancea perforatū: vt patet Io. 19. ergo post mortem non potuit per illud vulnus mereri, nec in nostra redemptione vigilare. In oppositum autem est textus huius cantici. Ad cuius declarationem est notandum, q̄ sicut in domificatore consideratur
C triplex actus scilicet primus & secundus, & tertius: ita pariter in Christo. Nam primus actus domificatoris est ipse habitus artis: quē non solùm habent in vigilia, sed etiam in somno. Actus autem secundus est considerare secundum artem circa domum faciendam, & circa formam & figuram & partes eius: quod non potest fieri nisi in vigilia. Actus vero tertius est quando manuales operantur successiuè circa partes domus, fabricando partem post mortem. Ita ergo pariter in Christo considerabatur triplex actus, scilicet primus, secundus, & tertius. Actus primus fuit gratiæ vnionis, & omnes habitus gratiarum, & donorum quos à primo instanti creationis animæ habuit. Actus autem secundus fuit consideratio nostræ redemptionis, & propositum firmum, & immobile operandi nostram redemptionem, iste D actus fuit vnicus, & continuus, & non intercisus, nec interpolatus in tota vita eius: quia semper fuit ipsi præsens iciunium, & labores, & conuicia, & opprobria, & iniuriæ, & captio, & flagella, & vulnera clauorum, & lanceæ.

Et omnia quæ erat passurus fuerunt ipsi præsentia, & semper sine intervallo erat in firmo & immobili proposito sponte patiendi illa. Et in hoc actu secundo fuit semper in somno, & in vigilia: quia licèt pars sensitiua quandoque dormiret: tamen pars intellectiua, & rationalis semper fruebatur in verbo, & semper in actu. Secundò considerabat & sponte proponebat pati. Sed quia propter tale immobile propositū merebatur pro omnibus operationibus futuris non solùm in
E vita sed etiam post mortem, ideo à primo instanti conceptionis iam meruit propter vulnus lateris, & sepulturam, & cætera opera. Et ita est dicendum de martiribus.

Nam beatus Vincentius non solùm merebatur propter martyrium: quod patienter propter Christum tolerabat, sed etiam iam meruit in vita propter omnia, quę ipsi fecerunt post mortem, puta quia fuit cadauer eius proiectum canibus ad comedēdum: postea fuit proiectum in mare &c. Et ita est dicendum de cæteris sanctis, eò quòd in vita meruerunt propter firmum propositum, vt omnia illa prodessent. Actus autem tertius ipsius Christi fuit quando realiter operabat opera nostræ redemptionis ad extra, puta p̄ quadraginta dies iciunando, & prædicando, & miracula faciendo, & mortem patiendo, & vulnus lateris recipiendo, qui quidem a- F ctus licèt essent successiui, & distincti circa nos, tamen quia erant de essentia passionis, & redemptionis, ideo omnes illi actus simul dicti sunt vnus actus redemptionis, quasi vnitate aggregationis respectu vnius finis, q̄ omnes illi actus fuerunt vna via ad vnicum finem, & etiam fuerunt vnus actus ratione vnius firmi, & continui propositi Christi, ideo omnes illi actus computabantur in nostra redemptione, & in Christi passione. Et sic Christus ab instanti conceptionis semper fuit in isto actu tertio, nam illico incepit opera nostræ redemptionis, quia statim incepit orare patrem prò tota ecclesia, & in tali oratione semper sine intermissione perseuerauit. Item statim mouit virgine matrē

suam,

A suam, vt iret ad visitandum Elisabet, vt ipse sanctificaret Ioannem Baptistam. Et sic in vtero virgineo semper pro nobis orabat. Et post natiuitatem iam incepit flere, & frigus, & alios dolores pati: quę omnia pertinebāt ad nostram redemptionem. Et sic erat subiectus parētibus, & obseruabat opera legis vsque ad baptismum. Et postea incepit operari in lege euangelica, & sic prosecutus est opera redemptionis usque ad mortem. & etiam post mortem usque ad sepulturam, & resurrectionem. Et sic patet quòd Christus semper fuit simul in actu secundo, & successiuè in actu tertio, circa nostram redemptionem. Et ideo à primo instanti meruit plene, & perfectè respectu sui pro omnibus operibus successiuis futuris tām post mortem, sicut ante: & hoc accidebat propter vnicum
B actum, & firmum propositum nostræ redemptionis: eo modo quo dictum est. Vnde sicut sol semper est in actu primo, & secundo respectu sui: quia semper illuminat, & in se habet totum suum lumen, tàm in aurora, quàm in meridie, sed illud lumen non attingit omnes partes mundi simul: sed successiuè: ita pariter Christus sicut in se habebat totum suū propositum, & totam virtutem suæ passionis simul tam in primo instanti, quàm in tota vita: ita habebat totum meritum, sed postea illud propositum successiuè exiuit in actum respectu nostri. Et iō respectu sui semper meruit pro nobis propter omnes actus.

Sed illud quod facit maiorem difficultatem in hac materia est: quòd secundùm cōmunem opinionem, Christus post mortem
C in triduo non fuit homo, & si non erat homo, ergo non erat caput ecclesiæ: quia Christus inquantùm Deus, & homo est caput ecclesię, & si non fuit homo, nec erat caput ecclesiæ: ergo virtus sacramentorum non potuit emanare ex latere eius: quia Christus vt caput, ecclesiæ influxit virtutem in sacramenta, nec sacramenta habet efficaciā nisi à Christo vt est caput ecclesiæ: ergo si Christus non fuit homo in triduo, nec caput ecclesiæ: sequeretur quòd ecclesia non exiuit ex latere Christi: quod est directè cō tra Augustinum, & sequeretur etiam quod ille sanguis cum aqua qui exiuit ex latere Christi non fuisset effulus in remissionem, & redemptionem peccatorum: quod esset contra Clementinā de summa trinitate, & fide catolica. Ad hoc respondetur quòd si D vellemus sequi opinionem, & positionem magistri: quam sequitur: Aegidius de Roma, & quidam alii magni viri: nulla esset difficultas. Dicunt enim quòd Christus fuit & erat homo in triduo isto modo. scilicet quòd licèt fuerit mortuus, & anima verē à corpore separata tamen quia ista duo erant iuncta, & vnita personaliter in uerbo: ideo verbum poterat dici homo postquàm habebat ista duo sibi personaliter vnita: licèt inter se essent separata. Et sic concedunt: quòd licet ista duo inter se non erant unus homo: tamen in vno tertiò, scilicet in verbo personaliter vnita poterant dici homo. Item concedunt quòd licèt in illo triduo exanima non resultabat humanitas in corpore: eò quòd erat ab eo separata: tamen ex corpore, & anima resultabat humanitas in E uerbo, licèt non inter se. Et isto modo intelligunt illud quod ait Damascenus, scilicet. Quod uerbum semel assumpsit nunquàm dimisit. Et sic isti concedunt, quòd Christus fuit homo, & caput ecclesiæ, & per consequens ex latere Christi capitis ecclesiæ exiuit sanguis, & aqua in remissione peccatorum, & ad efficaciam, & virtutem sacramentorum. Et sic ratio dicta supra in oppositum nullam affert difficultatem secundùm eos. Et si arguitur contra istos à superiori negato. nam si Christus in triduo non fuit corpus animatum, nec viuum: ergo nec erat homo. Ad hoc respondent, quòd hęc illatio dialectica non habet locum in hoc singulari mysterioso supernaturali, vbi partes essentiales huius hominis non habent propriam personalitatem, sed postea mortē manserunt sub eadem personalitate verbi F vnita, & ideo non sequitur nisi q̄ Christus in illo triduo nō erat homo viuus in se, sed homo mortuus: cuius partes essentiales licèt essent separatæ inter se, tamen nulla earum fuit corrupta, nec amisit personalitatem, & ideo ex eis poterat resultare humanitas in verbo, cui personaliter erat vnitę. Sed quia ista positio communiter non tenetur, nec placet vniuersitati Parisiensi, nec maiori turbæ doctorum. Ideo est dicendum salua semper fide catolica, & meliori iudicio: quòd licèt Christus non fuerit naturalis homo in triduo eò q̄ erat verè mortuus & partes humanitatis erant realiter separatæ, tamē adhuc Christus erat uerè caput ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A clesiæ. Ad cuius intellectum est aduertēdū, q̄ licet Christus Deus, & homo sit caput ecclesiæ, tamen principalitas huius personæ cō sistit in uerbo: eò quod uerbum habet rationem principalis agentis, & humanitas habet rationem instrumenti: quia uerbum nō assumpsit humanitatem, nisi vt esset instrumentum nostræ redemptionis, ut ait Dama scenus, & communiter tenetur. Assumpsit. n. corpus, ut esset instrumentum patiēdi, & animam, vt esset instrumentum merendi. Et iō uerbum erat agens principale, & corpus, & anima respectu verbi mouebantur tanquam instrumentum in omni opere nostrę redemptionis. Et ideo ad hoc, q̄ verbum esset caput ecclesiæ sufficiebat pro illo tunc, quòd haberet corpus, & animam sibi personaliter vnitā, licèt inter se essent pro tunc separata: B quia verbum cum anima poterat operari in inferno educendo anima fidelium ve. te. & corpus poterat instrumentaliter operari in cruce, vulnus lateris recipiendo, & cætera mysteria ad corpus pertinentia, tàm in sepulcro, quàm in cruce patiendo. Et hoc sufficiebat ad hoc, quòd Christus tanquam caput ecclesiæ perficeret opera nostræ redēptionis. Et ideo fuit necesse, q̄ sicut anima nō fuit corrupta in tali separatione, & morte, ita nec corpus corrūperetur, nec incineraretur, nec sumeret aliam formam substantialem, sed maneret idem numero: quia aliter fuisset variata nostræ redēptionis operatio mutando instrumentum, si non mansisset idē corpus, quod Christus ex puris sanguinibus virginis assumpserat ad instrumētū nostræ redemptionis. Et ideo est dicendum, quod ille homo vere fuit mortuus, & dato, quòd C non fuerit homo in illo triduo, tamen idem Christus, & idem caput ecclesiæ mansit cum eisdem instrumentis nostræ redemptionis. Et ideo illud corpus mortuū dicebatur corpus Christi. Et sic ex eius latere exiuit sanguis, & aqua in remissionem, & redēptionē peccatorū, vt dicit Clementina. Et ex illo latere exiuit tota ecclesia, & efficacia, & virtus sacramentorum, vt inquit Augustinus. Etiam hoc semper meruit Christus à principio suę conceptionis propter immobile, & firmum propositum patiendi, & continuum actum operandi, prout supra dictum est. Et ita pariter illa anima dicebatur anima Christi postquàm ipsi erat personaliter vnita, & per ipsam operabatur in limbo. Et sic patet qualiter Christus semper fuit caput ecclesię D in triduo, & quomodo opera eius fuerunt efficacia ad perficiendum nostram redemptionem. Sed oportuit, vt corpus animam recuperaret, & anima recuperaret corpus glorio sum ad suam exaltationem ex merito tam̄ę passionis, & ad vitiosam perfectionē nostræ redemptionis: vt patebit in sequenti cāntico. Sed nunc restat dubium, vtrum corpus Christi mortuum in illo triduo fuerit, & mansit substantialiter idem numero cum viuo. Et videtur, q̄ non: quia sicut homo mortuus dicitur æquiuoce: ita corpus hominis mortui dicitur æquiuoce 2. de anima: & 7. Metaphysicę, & sic non mānsit idem substantialiter, postquàm amisit formam substantialem: sed mansit solum idem cum quadam æquiuocatione, & figura. Sed in oppositu arguitur: quia sequeretur, q̄d Christus variasset opera nostrę redemptionis variando instrumē E tum, quod est inconueniens. Ad hoc dicunt quidam, q̄ idem corpus numero mansit: postquam mansit eadē forma corporeitatis. Sed hoc est superfluè dictum, nec euacuat difficultatem: nam superfluè ponitur in homine, & quolibet alio animali forma corporeitatis substantialis: cum homo sufficienter sit corpus per solam quantitatem, et est sufficiens, et substantia. & ens actu per solam animā: vt patet 3. de Anima. Vnde homo in tantum est corpus, inquantū anima informat, & perficit materiam extensam, & figuratā per quātitatem, & dispositā per physicas qualitates, et sic anima dicitur actus, & forma substātialis corporis organici physici potentia vitā habentis: vt patet. 2. de Anima. Et sic quantitas dat esse corporeum, & extensum, & dimensionatum illi materiæ: et figura, & qualitates F primæ, disponentes ipsam materiam extensam, & corpoream, dant ipsi esse organicum. Et sic ex materia sic per quantitatem dimensionata, & per qualitates dispositā, & organizata resultat corpus organicum aptū, vt sit instrumentum animæ ad operandum, & tale corpus sic organicum actuat, & informat, & perficit ipsa animā dando ipsi esse animatū & esse substantiale, & entitatiuum, quia anima intellectiua est forma substātialis, & q̄d verè est, vt ait Aristo. 3. de Anima, & dicitur in Clementina de summa trinitate, & fide catolica. Et iō corpus Christi mānsit idem corpus organicum postquàm mansit eadem quantitas, siue eadem materia extensa per eandem

quan-

A quantitatē, & dispositā, & organizata p̄ easdem qualitates non corruptas. Sed est videndum qūo mansit eadem substantialitas, & entitas in illo corpore organico, cum non māserit eadem anima, quæ dabat ipsi esse substātiale, & entitatiuū. Ad hoc dicit quidā, q̄ sicut sol influit lumē in diaphanū, & actuat ipsum: ita anima influit esse substantiale, & entitatiuum in corpus organicum, siue in illam materiam organizatam, & sic actuat eā. Ex quo patet, q̄ esse substantiale, quod anima dat materiæ, & corpori organico, est esse actus ipsius animæ, & non ipsā anima, & per consequens illud esse substantiale, & entitatiuum collatum materiæ distinguitur ab anima, sicut effectus à causa, quia anima nō solū habet rationem formæ, sed etiā causæ efficientis, sed Deus pōt cōseruare effectū in B aliquo semel collatum à causa, absque illa causa: ergo verbum, quod erat personaliter vnitum illi corpore organico mortuo potuit conseruare in illo corpore esse substantiale, & actualiter entitatiuū semel ipsi ab anima collatum: licèt anima esset separata in illo triduo, vnde sicut verbum conseruabat illas qualitates cum quantitate in illa materia ne corrumperentur, & putrefierent absque anima, ita potuit conseruare esse substantiale absque anima. Et sic dicunt doctores, q̄ licèt Christus non surrexisset, tamen illud corpus nunquam fuisset putrefactum, nec incineratum, postquàm erat verbo personaliter vnitum. vnde sicut conseruabat qualitates sine anima: ita poterat conseruare esse substātiale sine ipsa, eò, q̄ erat eius effectus. Sed, q̄ hoc possit Deus facere, patet. nā transsubstātiato pane in corpus Christi manent eadem C omnia accidentia sine subiecto cū omnibus effectibus substantiæ panis conseruatis cum illis accidentibus ex diuina virtute. nam illa accidentia efficiunt omnia, quæ faciebat substantia panis, & ipsum vinum nam illa accidentia nutriunt, & saziant comedentes si sumantur in magna quantitate, & accidentia vini inebriant si sumantur in magna quantitate: imo ex illis accidentibus generantur vermes, & ex vermibus generātur paruę muscæ, siue muscilliones. Ex quibus patet, q̄ Deus conseruat omnia illa accidēria cū effectibus panis, & vini, licèt sint separata à corpore Xpi: ergo multò magis verbū potuit conseruare esse substātiale absq; anima in illo corpore sibi personaliter vnito. Et sic patet qualiter illud corpus Christi mortuum D erat substantialiter idē numero cū omnibus suis accidentibus, licèt anima esset separata: eò, q̄ à verbo habebat esse personale, & numerale, vnde licèt ab anima habuisset primo esse substantiale illud corpus: tamē mānsit conseruatum illud esse in eo, ppter vnionem ad verbum. Et sic illud corpus mortuū potuit esse instrumentum verbi non variatum pro illo tunc in opere nostræ redēptionis, prout dictum est. Et per hæc patet respō sio ad instantiam. Ex supradicta quæstione, & difficultate secūda, & etiam ex hoc quod dicitur in textu huius sexti cantici, s. q̄ virgo Maria cū tota ecclesia quæsiuit Christū & vocauit eum, & non respondit, eò, q̄ iam transierat de hoc mundo ad patrem p̄ mortem corporalem, quando inclinato capite emisit spiritum, insurgit tertia difficultas. s. vtrū Christus in illo triduo fuerit filius virginis Mariæ, & Maria fuerit mater Christi. E Ad quod arguunt quidam magni viri, quòd non, vnde arguūt sic. Filius, & mater siue pater, sunt relatiua primi ordinis. & per consequens sunt simul natura, 5 m Arist. hoc est simul ortu, & occasu secundum Augu. & p̄ consequens per tempora vna correlatiuorū perimitur, & reliquum quò ad mutuam relationem: mortuo ergo Christo fuit peremptа relatio, siue filiatio, qua referebatur ad matrem, & econuerso: ergo pro tunc nec Christus fuit filius virginis, nec virgo Maria fuit mater Christi. Item virgo Maria erat mater Christi ratione humanitatis assumptæ, & p̄ consequens erat mater Dei, inquantùm illa humanitas, siue ille homo erat personaliter Deus, & sic virgo Maria dicebatur mē Dei, & hominis, sed in illo triduo Christus non F fuit homo, prout communiter tenetur, ergo virgo Maria non fuit mater illius hominis, & per consequens nec mater Dei, nec mater Christi. In oppositū autem arguitur. Nam Christus per totū triduū semper fuit caput ecclesiæ, nec desijt esse caput ecclesiæ, nec peremptа fuit relatio eius ad ecclesiam corpus suum, prout dictum est, ergo sequitur p̄ eandem rationem, q̄ eius relatio ad matrē, suam non fuit peremptа per talem mortem nec desijt esse filius virginis, nec Maria virgo desijt esse mater Christi, & Dei. Pro cui' declaratione est notandum, q̄ sicut conceptio, & generatio humana Xpi fuit singularis sine pari, quia non ex coitu, nec opere

alicuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

A alicuius viri : sed solo opere spūsanctī fuit corpus Xpi formatū & organizatū nō ex mē struo, nec ex sanguine corrupto, sicut cæteri, sed ex puris sanguinibus virginis, & simul ala fuit ibi creata à tota trinitate, & simul illa humanitas cōditionata fuit in atomo p sonaliter assumpta p verbū, quæ quidē cōceptio, & generatio, nec habuit, nec habebit aliā parem: ita mors Christi fuit singularis sine pari. Nā ibi fuit vera mors: qa realiter anima fuit separata à corpore, & sic Christus vere fuit mortuus. sed illa mors fuit sine corruptione, & noua generatione, & sic fuit singularis inter oēs alias mortes omniū animaliū, & oīum aliorū hoīum. Nā i morte cuiuslibet hoīs non solū separatur aīa a corpore: sed ēt corrumpitur corpus, & ex hoīe generatur cadauer: quia illa materia recipit nouā, & aliā formā substantialē, q dī forma cada-

B ueris, quæ dicitur forma rei corruptæ consistens in esse corrupto, & tendit actualiter, & naturaliter, & successiuè in putrefactionē, & resolutionem. Sed hoc non accidit in morte Christi: quia idem corpus Christi substantialiter numero, quod spūsanctus formauit ex puris sanguinibus virginis, mansit vnitū personaliter, & suppositaliter verbo in cruce & sepulcro post separationem animæ, vt supra dictum est. & per consequens nō fuit ibi facta corruptio, nec generatio nouæ formæ substantialis, quia tunc uerbum de nouo assumpsisset aliam speciem, & per consequens fuisset variatum subiectū nostræ redemptionis. quod fuit corpus Christi ex puris sanguinibus virginis formatū, quod fuisset absurdū & maximum inconueniens. Et ideo dicitur,

C q sicut humana generatio Christi fuit singularis, & exquisita, absq; aliqua præcedēti corruptione, ita eius mors fuit singularis. & exq sita inter oēs mortes, absq; corruptione, & noua generatione alterius formæ. Et ideo dixit Dauid psa. 15. in persona Christi ad patrem. Non dabis sanctuum tuū videre corruptionem: quoniam à dextris es mihi nec commouear. q. d. licèt realiter fuerim mortuus, & anima fuerit separata à corpore, tamen quia corpus nunquàm fuit derelictum: nec personaliter separatum à verbo: sed semper in illo triduo fuit suppositatum, & personatum per verbum, & conseruatum: ideo non potuit videre corruptionem, nec per consequens putrefactionem, nec incinerationem. Ex supradictis corollariè infertur conclusio principaliter intenta. s. q Christus semper in D triduo fuit filius virginis. Quod probatur.

Nam illud corpus ex puris sanguinibus formatum, & nutritum, ratione cuius ipsa dicebatur mater Christi, nunquàm fuit corruptum per mortem, nec perdidit eandem personalitatē, siue suppositalitatē, per quam suppositabatur à verbo: sed semper fuit idē corpus numero substantialiter, & personaliter, prout supradictum est, ergo nunquàm fuit corrupta filiatio, nec relatio Christi ad virginem Mariam, quæ quidem relatio fundabatur in Christo, ratione illius corporis assumpti, & per consequens semper Christus fuit filius virginis, & virgo semper fuit mater Christi, & mater Dei. Sed si dicitur contra: quia ipsa in triduo non fuit mater hominis eò q Christus non fuit homo in triduo, E ergo nec fuit mater Christi, nec mater Dei. Ad hoc respondetur, q tenendo cum magistro nulla esset difficultas, tamen tenēdo cū communi scola teologorum adhuc non sequitur Christus in triduo non fuit homo, ergo non fuit Christus. nam verbum assumpsit humanitatem, vt per corpus esset instrumentum patiendi, & per animam instrumētum merendi. Et ista duo habuit in triduo personaliter vnita ad sufficientiam nostrę redemptionis, licèt inter se essent separata. nā verbum habebat in cruce personaliter corpus unitum, vt instrumentaliter vulnerare tur in latere, vt ex eò exiret sanguis, & aqua in redemptionem peccatorum, & efficaciam sacramentorum: & vt corpus exanime, tanquàm pauper curaretur, & sepeliretur in sepulcro alieno, quæ omnia erant necessaria ad nostram iustificationem, & nostræ redē F ptionis perfectionem: vt supra dictum est. Item idem verbum erat vnitum cum animam in inferno examinando causam generis humani, & condemnando diabolum, & liberando hominē per iustitiam. Et sic patet q licèt verbum desierit esse homo naturalis per separationem animæ à corpore tenēdo cōem positionem, tamen nō desijt esse Christus: quia sufficienter habuit partes hois sibi personaliter vnitas ad instrumentū consummationis nostræ redēptionis: quia sufficienter exercebat, & consummabat nostram redemptionem per corpus, & animā secūdū exigentiam iustitię, quia istum modū exigebat nostra iustitia. f. vt ille homo assumptus realiter moreretur: & anima separare-

tur

A tur à corpore, & corpus mortuū penderet in cruce in satisfactionem omniū nostrū, & sepeliretur in altero sepulcro: & q anima descenderet ad inferos ne sua membra descenderent. nam sicut Christus ascendit in cœlum, vt sua membra post eum ascenderent: ita anima eius descendit ad inferos: ne sua membra illuc descenderent, sed ibi nostram causam examinaret, & ostenderet qualiter pro nobis erat sufficienter satisfactum. Ex quibus etiam omnibus patet, q sicut uerbū nō desiit esse Christus: ita non desiit esse caput ecclesiæ, nec ecclesia desiit esse corpus, nec sponsa Christi, ut magis in sequenti quæstione patebit. Et sequitur etiam per eādem rationem, q nō desiit esse filius virginis: nec virgo desiit esse mater Christi, nec mater Dei. Et per hoc patet responsio ad rōnes

B in principio inductas. Et hæc de tertia quęstione huius cantici. Tertio etiam quæritur circa istud sextum canticum: vtrum Petrus, & cæteri apostoli perdiderint totaliter fidē in triduo, & potuerint dici hæretici, eò quòd dicit sponsa. Percusserunt me, & tulerūt pallium meum i. vestem fidei, custodes murorum. Et videtur q Petrus fuerit hæreticus, eò q incepit anatematizare, & iurare, quòd non nouisset hominem. Matt. 14. & sic cum iuramento negauit Christum. Item videtur q omnes apostoli fuerint hæretici in articulo resurrectionis, quia quando mulieres nūciarunt eis Christum resurrexisse, visa sunt eis quædam deliramenta. Luc. 24. Item duo

C discipuli desperantes de resurrectione recesserunt à societate aliorum, dicentes. Nos expectamus q esset redempturus Israel. Item Tomas, qui dicitur didymus. i. dubius, tanquàm incredulus dixit. Nisi misero digitum meum in xuram clauorum non credā. Itē recumbentibus omnibus apostolis Iesus exprouauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis. ergo omnes fuerunt duri, & increduli, & per consequens hæretici in illo triduo. In oppositum est. quòd in illo triduo, sicut ecclesia non fuit sine capite: ita nec caput fuit sine corpore ecclesiastico continente plura membra, qui fuerunt discipuli, & apostoli, & tota illa societas, 120. ut patet Act. 1. Et sic apostoli non simpliciter perdiderunt fidem, nec fuerunt hæretici. Ad cuius intellectum est notandū, quòd fides in actu est firma inhæsio catolicæ veritatis, sine formidine alterius patris. Et hæresis est hostinata impugnatio fidei alicuius articuli D cum pertinaci assertione cōtrariæ falsitatis. Et sic de ratione actualis fidei est firma inhæsio sine formidine: sed de ratione hæresis est obstinatio contra veritatem catholicam simul cum pertinacia, & sic nō dicitur actualiter fidelis, nisi fortiter, & firmiter inhæreat omnibus articulis fidei, absque hæsitatione, & formidine: ita quòd nil credat esse verius articulis fidei in veritate, nec falsius eorum oppositis in falsitate: vt inquit Aristot. primo Posteriorum de principiis scientiæ. Sed ad hoc q aliquis sit hæreticus, sufficit quòd cum obstinatione impugnet veritatē vnius articuli, & cum pertinacia asserat oppositū eius. Et ideo ille qui est tepidus, uel dubius, vel titubat in fide, nec firmiter inhærens nec obstinatè impugnans veritatem fidei, nec pertinaciter asserens oppositam falsitatem, E & timore, aut formidine pœnæ non audet confiteri fidei veritatem: nō dicitur propriè fidelis nec hæreticus: sed dicitur medius inter fidelem, & hęreticum, quia dicitur infirmus in fide. Et ita est dicendum de Petro, & Toma, & cęteris apostolis in triduo, & etiam vsque ad ascensionem, quia nec pfectè fuerunt fideles, nec hęretici: sed infirmi in fide. Et sic non fuerunt totaliter extra ecclesiam, quia non corde obstinato impugnabāt idem resurrectionis: sed titubabant, & formidabant. vnde Petrus non fuit hæreticus quando negauit Christum, quia nō obstinato corde, sed formidine, & timore negauit ore. nec negauit corde Christum esse Deū, & Messiam in lege promissum, sed solùm ne F gauit ore se nouisse hominem, nec perdidit fidem in habitu, sed solo actu in ore. & ideo illicò fleuit amare gallo cantāte. Ex quo patet, quòd non fuit hæreticus, nec perdidit habitum fidei: sed fuit infirmus in actu. Et ita est dicendum de omnibus apostolis: quā do relicto Christo omnes fugerunt: quia nō perdiderunt totaliter fidem in habitu, quia non reuersi sunt ad sua: sed adhuc congregati in cœnaculo expectarunt resurrectionem per totum triduū, ad quos ingressus est Christus in die resurrectionis absente Toma: vt patet Ioan. 20. Ex quo patet, quòd non obstinato corde impugnabant veritatē resurrectionis: sed tanquàm infirmi titubabant. Et ita etiam Tomas non dictus est hæreticus: sed infirmus, & durus, & tardus ad credendum, quærendo experimentum. Et

ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita est dicendum de illis discipulis duobus, qui illa dicebant in Emaus, quos increpans Xpistus dixit hæreticos: sed stultos, & tardos ad credendū.ut sic est et dicendū de oībus vndecim recubentibus: quorū Iesus increpauit,& exprobrauit incredulitatem, & duritiā.qa nō increpauit hæresim.sed duritiā & infirmitatem eorum.& tarditatem ad firmiter,& sine formidine inhærendum,& credendum. Ex quibus patet: q̄ licèt illa societas aliqñ perdiderit fidem in actu ex infirmitate,tñ non in habitu, nec corde obstinato cū pertinaci assertione alterius partis, & iō nunq̄ fuit hæretica. Et sic semper fuit ecclesia Xpi.licèt infirma,sicut homo infirmus,ex omnibus membris.nō desinit esse homo. Itē dubitatio,vel negatio,vel assertio,nunquàm B dicitur hæretica.nisi sit de directo contra id quod est per ecclesiam determinatū, & promulgatum. Et ideo Papias, & Hyreneus, & Lactantius, qui asseruerunt fideles victuros per mille annos in hoc sęculo post secūdum aduentum Christi, non reputantur hæretici ab ecclesia, eò quòd tunc nondum contrarium erat determinatū. Item beatus Cyprianus, qui dixit hæreticos, & ab eis baptizatos esse rebaptizandos.nō fuit censendus hæreticus.eò quod nondum contrariū erat determinatum. Sed modo vnusquisque talia asserens reputaretur hęreticus postquàm ecclesia contrarium determinauit. Ita ergo pariter est dicendum de apostolis, & discipulis dubitantibus,& titubāntibus in passione christi de eius resurrectione, eò quod spiritus sanctus nondum confirmauerat in apostolis C ecclesiam vsque ad diem Pentecostes, nec dum euangelium fuerat promulgatum, sed post aduentum spiritussanctis, & promulgationem euangelij non potuit esse dubitatio de aliquo articulo fidei,& negatio absq; hæresi prauitate, prout magis declarabitur in expositione euangelicorum Deo concedente. Nec est dicēdum q̄ tota illa ecclesia quò ad omnia membra fuerit infirma in illo triduo,quia inter cætera vnum membrum habuit sanissimum.s.virginem Mariam,in qua fuit conseruata integra fides ecclesiæ. spe.& caritate formata, & ideo non cessauit nec defuit ecclesia in illo triduo,nec in toto tēpore vsque ad ascensionem, & missionem spiritussancti. Item licèt tota perfectio forme ecclesiæ non fuerit conseruata in quolibet membro infirmo, tamen fuit conseruata in virgine Maria tanquàm in vno D membro sano, & principali post Christum qui erat caput ecclesię,prout supradictū fuit in quinto cantico. Et ideo per totum illud triduum.& etiam usq; ad Pentecosten, sicut ecclesia non fuit sine capite Christo, ita nec caput fuit sine ecclesia in illa societate nec illa societas desiuit esse ecclesia.licet p maiori parte mēbrorum erat infirma,Quod patet. nam semper fuit in vnū congregata per totum triduum in cenaculo expectando resurrectionem: & postea p quadraginta dies expectando ascensionem,& postea p decem dies expectando spiritū sanctum: vt patet Act. 1.& sic semper fuit congregata sub aliqua spe,& fide Christi,& per consequens nūquàm desiuit esse ecclesia. Ex supradictis ergo patet,quòd licet custodes murorum scilicet principes sacerdotum & Scribę,& Pharisæi, & Pilatus cum suis ministris percusserint, & vulnerauerint ecclesiam apostolorum, & discipulorum vulnere terroris,& timoris.& tulerint, & abstulerint ipsi vestem, & pallium fidei actualis: tamen non fidei habitualis, & ideo non totaliter destruxerunt nec annihilauerant ecclesiam, quia adhuc mansit in ea aliqua scintilla vitæ scilicet fidei.& spei licet vulnerata & infirma. Et sic apostoli non fuerunt hæretici,sed infirmi in fide. Aliud est enim esse infirmum in fide,& aliud hæreticum nam aliquis potest titubare,& esse infirmus in fide ex timore. & hoc absq; impugnatione obstinata veritatis fidei & pertinaci assertione alterius partis, & sic non erit hæreticus ille talis. Et nota.q̄ notanter dicit in textu. Inuenerūt me custodes q̄ circumeunt ciuitatem &c.qa Scribæ, & pharisæi.& principes sacerdotum.qui erant positi ad custodiam ciuitatis nō introibant ciuitatem sacræ scripturæ.sed tanquam cęci, & canes circuibant ciuitatem non attingentes veram intelligentiam scripturæ. Et sic ambulabant in cęcitate,& mendaci traditione extra omnem veritatem,quia in circuitu impij ambulant. Et ideo sicut ipsi erant vulnerati, & sauciati pessimo, & hęretico veneno infidelitatis contra Christum, ita conati sunt percutere apostolos vulnere terroris, & timoris & expoliare eos pallio fidei. Sed non potuerunt totaliter obtinere intentū suum. Nam Christus resurrexit tertia die,& apostolos visitauit, ostendens eis veritatem suę resurrectionis, & per quadraginta dies

increpa-

A-increpauit incredulitatem eorum, & finaliter in die Pentecostes induit eos pallio sapientiæ,& intellectus,& consilij,& fortitudinis omnium donorum, & gratiarum. Et sic manent Iudæi in sua cęcitate obstinati, tanquàm canes circundantes ūuitatem, vsque ad finem,& vespetam mundi. Et fideles successores apostolorum manent in fide Christi confirmati,vsque ad secundum aductum Christi. Et hoc de sexto cantico.

INCIPIT SEPTIMUM Canticum.

Adiuro vos filiæ Hierusalem.
Si inueneritis dilectum meum
Vt annuncietis ei quia amore lāgueo.
Qualis est dilectus tuus ex dilecto,
B *O pulcherrima mulierum,*
Qualis est dilectus tuus ex dilecto,quia sic adiurasti nos?
Dilectus meus candidus & rubicundus
Electus ex millibus.
Caput eius aurum optimum.
Comæ eius sicut elatę palmarum.
Nigrę quasi corous.
Oculi eius sicut columbæ.
Super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ,
Et residentinxta fluenta plenissima.
Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentariis
Labia eius lilia distillantia myrram primam.
Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacintis
Venter eius eburneus.
Distinctus safyris.
Crura illius columnæ marmoreę.
C *Quæ fundatæ sunt super bases aureas.*
Species eius vt Libani.
Electus vt cedri.
Guttur illius suauissimum.
Et totus desiderabilis.
Talis est dilectus meus.
Et ipse est amicus meus
O filiæ Hierusalem.

HOc est canticum septimum, in quo Salomon cantat excellentiam, & potentiā,& dignitatem Christi. q̄ ecclesia apostolorum cātauit,& euāgelizauit in Hierusalem post receptionem spiritus sancti. Et p cōsequēs Salomon cantat prædicationē,& publicationem euangelij factā p apostolos post receptionem spiritussancti, primò in Hierusalem,& populo Iudaico, & D postea in populo gentili.vt patebit p cātica sequentia. Ad cuius intellectum est notandum, prout dictum fuit in superiori cāntico, quod ista sponsa.s.congregatio apostolorū, & discipulorum timore percussa, & terrore, vulnerata,& pallio fortitudinis fidei expoliata per totum triduum latuit in cœnaculo,vsque ad resurrectionem. Et adhuc latuit Si vsque ad diem octauum, vbi iterum apparuit Iesus præsente Toma, vt patet Ioan. 20. Et ideo tunc ista sponsa magis certificata de resurrectione sponsi sui abijt à Hierusalem in Galileam,vt patet Matthæi vlti. Et ibi iterū se manifestauit Iesus Petro,& Ioanni,& Tomæ,& cæteris apostolis, & discipulis ad mare Tyberiadis,& comedit cum eis: vt patet Ioan. 21. Et sic magis certi de Christi resurrectione venerunt ad montem Oliueti,& ibi locutus est eis Iesus de regno Dei E præcipiens,ne discenderēt ab Hierosolymis donec reciperent spiritumsanctum, & sic ui dentibus illis eleuatus est in cęlum. Post cuius ascensionem vndecim apostoli,cū tota turba discipulorum, & mulierum numero. 120.reuersi in Hierusalē,& latuerunt decem diebus in cœnaculo, vsque ad diem Pentecostes,in quo receperunt spiritum sanctū. Ex quibus omnibus patet, q̄ ista sponsa. s.societas apostolorū,& discipulorum per quinquaginta tres dies.s.à captione Christi vsque ad Pentecosten latuit profuga, & timore p territa,& percussa,& vulnerata,& pallio fortitudinis fidei expoliata,in quibus quinquaginta tribus diebus non ausa est coram populo Christum nominare,nec veritatē euangelicam,& resurrectionem Christi prædicare. Sed postquam recepit spiritumsanctum, F omni vulnere terroris sanata, & virtute spiritussancti ex alto induta,& pallio donorum spiritussancti vestita,& armata, omni formidine reiecta,repente exiuit de cœnaculo, & cum audacia coram principibus sacerdotū, & Scribis,& Pharisæis,& omni populo incepit Christum prædicare, & euangelizare, & eius resurrectionem,& assensionem manifestare, & ipsum esse Deum, & hominem & Messiam in lege,& prophetis promissum publicè confiteri,& per sacras scripturas ,probare,& demonstrare, vt patet Act. 2. & per totum discursum illius libri.

In quo dic inter cætera duo magna mirabilia opera spiritussancti manifestata sunt: quorum primum fuit, quòd Petrus, qui in

captio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A captione Chriſti ad vocem vnius ancillæ ti
more perterritus Chriſtum negauerat, & omnes alij apoſtoli, & diſcipuli, qui relicto Chriſto aufugerant, & per quinquaginta tres dies timore perculſi, & pallio tortitudinis fidei expoliati latuerant, tunc recepto ſpirituſancto cum tanta fiducia, & audacia audebunt Chriſtum prędicare aduerſus prin cipes ſacerdotũ, & ſcribas, & phariſęos, quos ante miſerabiliter formidabant, dicentes. Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Et ibant omnes gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, vt patet Act. 5. Secundum opus miſerabile fuit: quia Petrus cum cæteris, qui nunquàm literas didicerant in ſolis rebus ruſticis, & piſcatione enutriti, in illa die contra ſcribas, & phariſęos
B & legiſperitos ſedentes in catedra Moyſi, cum grandi ſapientia, & audacia inceperunt diſputare, & eis Chriſtum fuiſſe verum Meſſiã in lege promiſſum per ſacras ſcripturas demonſtrare: quorum rationibus, & autoritatibus ſcribæ, & phariſæi reſiſtere nõ valen tes, cõfuſi, & conuicti receſſerunt, intantùm, quod videntes turbæ phariſæos, & ſcribas, p apoſtolos eſſe conuictos, ad tria millia, de turba crediderunt, & baptiſmum receperunt vt patet Actuum 2. Et ſic per prædicationẽ apoſtolorum, & miracula quæ fiebant, per uos in virtute nominis Ieſu, creuit numerus & eccleſia fidelium. Omnia ergo iſta præuidens Salomon in ſpiritu fecit iſtud ſeptimũ canticum, in quo introducit eccleſiam apoſtolorum publice, & diſcipulorum prædican tem Chriſtum in Hieruſalem poſt receptio-
C nem ſpiritusſancti. Et introducit plebem ſim plicem, & deuotam apoſtolos deuote audiẽtem, & de qualitate ſponſi quærentẽ. Et iõ tria fiunt in hoc cantico. Nam primò eccleſia apoſtolorum, & etiam mulierum quęrit ſponſum ſuum Chriſtum in Hieruſalẽ vbi ante nec quærere, nec prędicare audebat. Se cundò plebs fidelium Iudæorum, qui cõuer ſi ſunt, quærit de qualitate, & dignitate hu ius ſponſi. Tertiò ipſa ſponſa publicè prædi cat, & euangelizat deitatem, & maieſtatem & potentiam, & ſapientiam, & cæteras pfe ctiones Chriſti ſponſi ſui. Secundũ erit ibi. Qualis eſt dilectus tuus. Tertiùm ibi. Dile ctus meus candidus. Quantùm ergo ad pri mum eſt aduertendum ſecundùm omnes e uangeliſtas, quod poſtquàm Chriſtus fuit depoſitus de cruce, & poſitus in ſepulcro, dũ D
apoſtoli laterent in cœnaculo propter me tum Iudæorum per totum triduum, primò mulieres emerunt aromata, & die dominica mane diluculo venerunt ad monumentum vt vngerent Ieſum. Sed cum inueniſſent la pidem reuolutum ab oſtio monumenti, & fuiſſet eis nunciatum per angelos Chriſtum reſurrexiſſe, tunc ſola Magdalena manſit iuxta ſepulcrum cæteris recedentibus, ad nunciandum apoſtolis Chriſti reſurrectio nem. Sed interim, Chriſtus apparuit Mag dalenæ ſub ſpecie hortulani, ipſa autem putans Chriſtum eſſe hortulanum dixit. Si ſubſtuliſti ipſum, dicito mihi. Item in eodem ſpatio temporis Chriſtus apparuit mulieri bus euntibus ad apoſtolos. Et apoſtoli, ſcili cet Petrus, & Ioannes ex relatu mulierũ ve E
nerunt ad ſepulcrum, ad quærendum Chri ſtum, quibus apparuit Chriſtus in via dum reuerterentur. Ex quibus patet, quòd tota eccleſia tàm virorum, quàm mulierum quæ rebat Chriſtum in illa die cum grandi affec tu, & amore. Et eodem modo de tota eccle ſia ſponſa Xp̃i pro illo ſtatu poſſunt verifi cari verba poſita in principio huius ſeptimi cantici. Vnde ait ſponſa ad filias, & mu lieres Hieruſalem, & maximè ad deuotas: inter quas quærebat Xp̃m: dicens. O fi liæ Hieruſalem, adiuro vos i. ſub ſacro iura mento veritatis legis, & ꝓphetarũ vos obli go, & exhortor, vt nuncietis mihi ſi inueneris dilectum meum, qui fuit ſepultus in monumento, quia tulerunt dominum meũ, & neſcio vbi poſuerunt eum, iõ amore lan gueo. Sed eſt iterum aduertendum, ꝙ eccle F
ſia apoſtolorum, & diſcipulorũ nõ ſolũ quæ ſiuit, & expectauit ſponſum ſuum per illud triduum, & totum ſpatium, vſque ad miſſio nem ſpiritusſancti, ſed etiam cum maiori af fectu illico poſt receptionem ſpiritusſan cti quæſiuit eum in cordibus hominum, pu blicè Xp̃m prædicando, primò in Hieruſa lem, & exinde per totam terram promiſſio nis, & per totam Siriam, & Arabiam, & Gręciam, & per totum orbem, vt patet per totũ librum actuum apoſtolorum, & in eccleſia ſtica hiſtoria. Et ſic iſta admiratio poſita in principio huius ſeptimi cantici magis pro priè verificatur ad prædicatione apoſtolo rum facta primò in Hieruſalẽ & exinde per totũ orbẽ. Vnde recepto ſpũſancto dixit Pe trus cũ tota eccleſia apoſtolorũ ad totũ po

pulum

A pulũ Hieruſalẽ. O filiæ Hieruſalẽ adiuro vos per ſacrã ſcripturam legis, & propheratum: vtnuncietis mihi: ſi inueneritis dilectum meũ, i. ſi creditis eũ in cordibus veſtris. q.d. quia ex dictis ſacræ ſcripturæ poteſtis vide re ipſum eſſe Deũ, & hominẽ & Meſſiã in le ge promiſſum, quę uos ignorãtes crucifixi- lis. qui mortuus eſt pro peccatis omniũ, et reſurrexit à mortuis: prout oẽs ꝓphetæ teſti moniũ prohibẽt de ipſo: iõ per eaſdẽ ſacras ſcripturas uos adiuro & moneo: ut recipia tis ipsũ in uerũ Meſſiã & redẽptorẽ, et ſi in ueneritis ipſum, & crediderius in cordibus neſtris: rogo ut annuncietis mihi: quia amo re langueo. Vnde hoc dicebat eccleſia apo ſtolorũ: quia intantũ fuit accenſa in amorẽ, & caritatem Chriſti per receptionem ſpũs ſanctiꝙ non timens minas ſcribarum, et pha
B riſæorum nec regũ, nec principum cum fidu cia prædicabat Chriſtum: deſiderans omnes populos adducere ad fidem eius. Deinde cũ dicit. Qualis eſt dilectus tuus, ponit deuotã interrogationem audientium prædicationẽ apoſtolorum in Hieruſalem in die Pente. & diebus ſequentibus. Ad cuius intellectũ eſt notandum: vt legitur Act. 2. &. 3. ꝙ cũ Petrus & cæteri apoſtoli puplicè prædicarent corã populo Chriſtũ eſſe filium Dei: & poſt mor tem reſurrexiſſe in corpus glorioſum: et ſe- diſſe à dextris Dei patris tanquàm hæredem et accepiſſe poteſtatem ſuper totum uniuer ſum: tunc omnes admirabantur. Et ideo ad- mirantes quærebant de qualitate, et digni- tate, et maieſtate Chriſti reſurgentis, dicen tes. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ò pul cherrima mulierum? quaſi dicerent: tu dicis
C ꝙ iſte dilectus ſponſus tuus eſt filius Dei di lectus à Deo patre, et intantùm dilectus, ꝙ ſuſcitauit eam à mortuis tertia die: et tradi dit ipſi regnum mun di: ergo dic mihi qualis eſt iſte dilectus tuus in natura, et maieſtate: et quomõ procedit ex patre dilecto. Et dic etiam nobis: quare quæris eum cum tanta ſollicitudine? qa ſic adiuraſti nos. Ad cuius intellectum, eſt aduertendũ, ꝙ filiæ Hieruſa lẽ tria dicunt in præſenti quæſtione. Primò quia bis dicunt, Qualis eſt dilectus ex dile cto. per quod explicãt duplicẽ proceſſionẽ filij ex patre. Quarũ prima eſt ab ęterno ſecũ dũ diuinitatem. ſecunda eſt proceſſio tempo ralis ſecundùm humanitatem. Et ideo quæ runt de qualitate Chriſti non ſolũ ſecundũ diuinitatem: ſed etiam ſecundũ humanita- tẽ. Item ſecundò iſtæ filiæ Hieruſalem uo- D
cant iſtam ſpõſam pulcherrimam mulierũ, per quod notificant pulcritudinem, & ple nitudinem donorum, et gratiarum, et bono rũ ſpiritualiũ, quã adepta eſt eccleſia in die Pent. per adeptionem ſpiritus ſanctí. itẽ ter tiò dicunt, quia ſic adiuraſti nos. per quod, denotatur magna ſollicitudo, & caritas, quã habebant apoſtoli, & diſcipuli in publicatio ne euangelij ad conuertendos infideles. oſtẽ dendo, & probando per ſacras ſcripturas Xp̃m eſſe verum Deum, & hominem, & Meſſiam in lege promiſſum, & ideo filiæ Hieruſalem eos interrogabant. Deinde cum dicit, Dilectus meus candidus, & rubicun dus &c. ponitus prompta reſponſio ſponſæ ad filias Hieruſalẽ, explicando maieſtatem, & potentiam, & ſapientiam, & omnes digni tates Xp̃i ſponſi ſui, deſcribendo ipſum per E
omnia membra ſua. Ad cuius intellectum eſt notandum, ꝙ decem membra Xp̃i enu- merat, & memorat ſponſa, per quæ deno tat, & notificat decem dignitates, & perfe ctiones Xp̃i ſponſi ſui ſuper omnia creata. ſ. caput, comas, oculos, genas, labia, manus, ventrem, crura, ſpeciem, & guttur. Vnde per caput intelligit Xp̃i diuinitatem, vt ait Apo ſtolus primæ ad Cor. 11. Caput eccleſiæ Xp̃s, & caput Xp̃i Deus. Et ideo, quia Xp̃s non eſt Deus per participationem, ſed per eſſentiam ſecundùm diuinit atem, ideo non dicit, caput eius aureum. ſed caput eius aurum optimum. Item per comas nigras intelligit Xp̃i fortitudinem & victoriam q̃ habuit de diabolo, & mundo, & morte, eò, quòd nigredo, & criſpitudo capillorum denotant, fortitudinem in homine. Ideo F
dicit, comæ eius ſicut elatę. i. olia palmarũ erecta ſurſum, & rigida ad vincendum, & triũphandum. Item per oculos columbi nos intelligit, Xp̃i perſpicaciratem in di ſcernendo, & rectitudinem in iudicando. Et per genas odoriferas, & aromaticas intel ligit eius honeſtam uitam, & conuerſationẽ in hac peregrinatione. Et per labia intel- ligit eius prædicationem, & per manus tor natiles, & aureas intelligit eius miram po tentiam, & opera miraculoſa, & per ventrẽ, plenum ſappiris intelligit ipſum fuiſſe cap- ſam, & marium omnium virtutum, & per crura & baſes aureas itelligit fidei articulos & gratiam ſacramentorũ, ſuper quas funda uit eccleſiam, & per ſpeciem, & ſtaturam

intelligit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A intelligit eius pulcritudinem, & magnitudinem, & excellẽtiam, & imperium, & per gut tur intelligit suauitatem sermonum eius.
Fuit ergo, & est Christus caput, & principiũ primò omnium rerum per creationem, quia omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1. Et est caput ecclesiæ, & hominum, & angelorũ: quia Deus posuit eum super omnem ecclesiã, & principatus, & ptãtes, & istud caput est Deus non per participationem, sed per essentiã. Et ideo caput eius non dicitur aureum: sed ipsum aurum, ad denotandum, quòd Christus non est Deus per participationem, sicut cæteri sancti, sed est Deus per essentiã, quia Christus est verbũ filius patris sibi coessentialis.
Item oculi eius sunt mundi, & recti, & perspicaces, volantes super totam scripturam sicut columbæ super riuos aquarũ, quæ sunt
B lacte lotæ, i. lacteo colore dealbatæ, quæ residen iuxta fluente. Ita ergo Christus est mũdus, & rectus, non accipiens personam hominum in iudicando: & perspicax in discernendo, & penetrando secreta Dei patris, & sacræ scripturæ: quia quæcunque audiuit, & hausit ex pureo sapientiæ patris nota fecit nobis.
Habet Christus comas nigras, & tortuosas, & rigidas, & elatas, & eleuatas per fortitudinem: quia fuit fortis in perferendis iniurijs & laboribus, & tormentis, & ferendo mortẽ & passionem. Genæ eius sunt odoriferæ, sicut areolæ aromatum confitæ à pigmentarijs, & aromatarijs, quia eius uita, & conuersatio honesta fuit omnibus exemplaris, & odorifera, ideo omnes currebant in odorem, & famam vnguentorum eius. Item labia eius fuerunt distillantia mirram primam in præ-
C dicando, quia prædicabant pœnitentiam, & extirpabant vitia inferendo virtutes. Et manus eius, per quas designatur potẽtia, & operatio, fuerunt tornatiles, id est munitæ, & armilis aureis circundatæ, & plenæ hyacintis: quia opera miraculosa, quæ faciebant manus potentiæ Christi, erant aurea, & hyacintina super omnem facultatem humanam in suscitando mortuos, & ægros sanando, & operã misericordiæ exercendo. Item venter eius fuit eburneus distinctus saffiris, id est fuit capsa, & arca plena lapidibus prætiosis, scilicet virtutibus, & bonis, & tesauris spiritualibus. vnde in Hebræo habetur, vẽter eius capsa eburnea plena saffiris: quia Christus fuit arca, & armarium omnium virtutum, & tesaurorum sapientiæ, & scientię Dei, & gratiarum, & omnium virtutum, & bonorum D
spiritualium: de cuius plenitudine omnes accepimus. Item crura eius, super quę fundauit ecclesiam sunt sicut columnæ marmoreę, sicut licet fortissimæ, & mũdissimę ad modũ marmoris, quæ quidem columnæ ecclesiæ sunt fundatæ super bases aureas, s. super fidem, & caritatem: & gratiam sacramentorum. Item species, & pulchritudo Christi, quæ consistit in abundantia bonorum, & magnitudine, & altitudine imperii, & supereminentiæ, & dignitatis, est sicut Libani. Nam sicut mons Libani superexcedit omnes alios montes Syriæ in altitudine, & pinguedine pascuarum, & fructuum, & aquarum: ita Christus, qui est mons Dei, mons pinguis, superexcellit, & excedit omnes montes, scilicet omnes creaturas in altitudine perfectionum, & copia
E fructuum virtutum, & bonorum spiritualiũ. Et sicut cedrus est arbor electa, & incorruptibilis, & altissima super omnes alias arbores: ita Christus immortalis post resurrectionem excedit omnes creaturas in dominio, & imperio, quia sedet à dextris, id est in potioribus bonis patris: & data est illi potestas in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis, ideo dicitur electus, ad est eleuatus, vt cedri. Itẽ guttur eius est suauissimum, i. doctrina euangelica, quæ ex gutture, & ore eius Pr
cessit, & quam nobis reliquit, est suauissima, & dulcissima audientibus. Ex quibus patet, q̃ totus Christus est desiderabilis, & bonus quantùm ad omnia supradicta, s. quò ad caput, & comas, & oculos, quia omnia sunt bona: & desiderabilia, & nil fuit in eo quin fuerit bonũ, & desiderabile spõsæ suæ ecclesiæ. Et ideo concludit spõsa canticum suũ, dicẽs. F
O filiæ Hierusalem talis est dilectus meus Christus, qualem vobis descripsi, & prædicaui. Et ipse est amicus, & sponsus meus, quẽ vidi, & audiui, quem amaui inquem credidi, quẽ dilexi, & tanquã Deũ colui, & in verum Messiam in lege promissum suscepi. Ex supradictis omnibus patet, quomodo ecclesia apostolorum, & discipulorum vulnerata vulnere timoris, & expoliata pallio firmitatis fidei, non ausa fuerat publicè per quinquaginta tres dies fidem Christi confiteri: sed recepto spiritu sancto in die Pentecostes indu
ta pallio fortitudinis fidei, & aliorũ donorũ, & gratiarũ, publicè, & cum fiducia ausa est cantare canticum supradictum: confitendo, & probando Christum esse Deum, & homi

A hominem, & Messiam in lege promissum, & hoc probãdo per scripturas legis, & prophetarum, & conuincendo Iudæos: ut patet per totum discursum actuum apostolorum. Et hæc dicta sint de septimo Cantico.

INCIPIT OCTAVVM Canticum.

QVo abijt dilectus tuus,
O pulcherima mulierum?
Quo declinauit dilectus tuus?
Et quæremus eum tecum.
Dilectus meus descendit in hortum suum
Ad areolam aromatum,
Vt ibi pascatur in hortis
Et lilia colligat.
Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi,
B *Qui pascitur inter lilia.*
Pulcra es amica mea, & suauis
Et decora sicut Hierusalem.
Terribilis vt castrorum acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me:
Quia ipsi me auolare fecerunt.
Capilli tui sicut grex caprarum,
Quæ apparuerunt de Galaad.
Dentes tui sicus greges ouium
Quæ ascenderunt de lauacro.
Omnes gemelli fœtibus,
Et sterilis non est in eis.
Sicut cortex mali punici
Sic genæ tuæ absq; occultis tuis.

QVo abiit dilectus tuus &c. Hoc est cãticum octauũ, in quo Salomon cantat descensum ecclesiæ apostolorũ
C ad prædicandũ populo gentili, & per cõsequens cantat conuersionem populi gentili. In quo cantico spõsus satisfacit petitiom plebis gẽtilis cupientis sociari cũ plebe iudaica, & dealbari a nigredine idololatriæ, & recipi, & introduci in cubiculũ regis, & pasci in horto eius, & quiescere sub umbra eius: prout dictũ fuit, & ipsa petiuit in cãtico 1. Et ideo Christus in hoc cantico recipit plebem gentilem, & pulcrificat, & decorat eam sociando eam sibi simul, cum conuersis de populo Iudaico. In quo cantico duo principaliter facit. nam in prima parte introducit sponsum uocantem, & decorantem sponsam de populo gentili. In secũda vero introducit populum laudantem, & beatificantem eandem sponsam. ibi. sexaginta sunt reginæ &c. Quantùm ad primum est notandum, prout legitur Actuum 13. quòd postquàm eccle- D
sia, & cœtus apostolorum prædicauit, & annunciauit publicè, & cum fiducia uerbum Dei populo Iudaico, probando, & confitendo Christum esse verum Messiam, in lege promissum: in qua prædicatione ecclesia cãtauit præcedens canticum prout dictum est: commendando virtutes, & perfectiones Christi: tunc licèt multi Iudæorum fuissent conuersi ad Christum per prædicationem apostolorum: tamen maior pars, illius populi contradixit prædicationi apostolorũ: & negauit Christum, & persecuta est ecclesiam. Tunc Paulus & Barnabas uidentes ingratitudinem illius populi, dixerunt. Vobis oportebat primùm loqui uerbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gẽtes. Sic enim præcepit dominus. Constitui te in lucem gentium ut sit salus mea, usque E
ad extremum terræ. Audientes autem gentes gauisę sunt &c. Ex quibus patet qualiter reprobatis Iudæis inceperunt gẽtiles cõuerti: ut patet Actuum 13. & per totum discursum illius libri. Et sic Christus sponsus ecclesiæ dicitur declinasse, & descendisse à populo Iudaico ad populum gentilem: in quo fecit & plantauit hortum suum, ex quo collegit plures fructus, id est plures fideles, quàm de plebe Iudaica. Hoc autem prænidens Salomon in spiritu, sumendo parabolam, & figurã ex Iosue: qui ordinatis, & constitutis 12. principibus, & capitaneis adeptus est totam terram promissionis, quam gentiles, & idololatrę possidebant: ita pariter Christus constituit illos 12. apostolos, per quos adeptus est totum populum gentilem. Et ideo Salomon in hac prima parte hu- F
ius cantici cantando conuersionem populi gentilis introducit tres species personarum ad loquendum. Nam primò introducit filias Hierusalem de sponso interrogãtes, per quas intelliguntur minores Iudæi per apostolos conuersi. Secundò introducit sponsam ad quæsitum respondentem. Tertiò introducit sponsum plebem gentilem ad fidem vocantem, et eã decorantem, & sibi sociantẽ. Secundum ibi. Dilectus meus descendit. Tertium ibi. Pulcra es amica mea. Quantum ad primum, quia in superiori cantico sponsa cõmendauerat sponsum, & explicauerat eius virtutes, & perfectiones in gentes: iõ filiæ Hierusalem, id est animæ deuotę, & fideles

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quærunt, & interrogabant sponsam dicentes. O pulchertima mulierum, quò abijt dilectus tuus: quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum. Isti vero interrogãtes erant nomine conuersi de Iudaismo, & minores qui interrogabant cœrum apostolorum, qui tria dicunt. s. quò abijt i, quare recessit à Iudæis; & quò declinauit; quia recedere à populo Iudaico, & ire ad populum gentilem, declinare est tanquã à maiori, & digniori ad minorem. Item subdunt. Quærere mus ipsum tecum. quia multi conuersi ex Iudæis prædicabant etiam populo gentili cum apostolis. Deinde cum dicit. Dilectus meus descendit in hortũ &c. ponitur respõsio sponsæ, iuxta quæsitum. Ad cuius intellectum est notandum. q. delubra, & templa gẽtiliũ, in quibus prius habitabant, & adorabantur idola:

B dicebantur cubilia draconum & dæmonum: sed postea factæ sunt ecclesiæ Xpi, & sanctorũ: in quibus colitur, & adoratur verus Deus trinus, & vnus, & offertur verũ sacrificiũ eucharistiæ, & veræ orationes, & obiationes, & celebrantur diuina officia Deo acceptabilia, quibus Deus dicitur pasci, & delectari. Et sic gẽtilitas per fidem, & baptismum facta est areola aromatum spũaliũm, quibus Christus dicitur pasci. nam sicut Christus pascit nos cibis spiritualibus sacramẽtorum, & doctrina: ita dicitur à nobis pasci liliis, & rosis, & aromatibus bonorũ operum, & orationum, & vniuersaliter cultu latriæ: inquantùm delectatur in nostris bonis operibus, & acceptat illa ad vitã æternã. Respondens ergo sponsa ad quẽsitũ adolescentularũ, & filiarũ Hierusalẽ: q̃n dixerũt. Quo abijt, & declinauit dilectus tuus? dicit. Dilectus meus Christus, reprobatis Iudæis inere

C dulis: quibus primùm oportebat loqui uerbum Dei, quia indignos se fecerunt, ideo cõuersus ad gentes descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Nam ex populo gentili, & ex templis, & delubris eius fecit sibi areolam aromatum, & hortum fructiferum. electa spurcitia idolorũ: ut pascatur in hortis populi gentilis, & colligat ex eo lilia, scilicet uirgines, & martyres, & confessores, & doctores, & iustos vtriusq; sexus, vt pascatur ibi pastu latriæ. s. sacrificiorum, & oblationum, & orationum. Et dicitur Christus descendere à populo Iudaico ad gentilem tanquam à digniori, qui ante Deum colebat minus dignum, qui idola venerabatur.

Sed quia per talẽ descensum Christi ad plebem gentilem, sicut plebs gentilis conuersa pascit Christum per latriæ cultum: ita Christus pascit eam pabulo ecclesiasticorum sacramentorum, & per consequens fit mutuus pastus. ideo subdit. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, quia pascitur inter lilia. q. d. ego exhibeo cultum, & seruitutem latriæ dilecto, & sponso meo Christo, & exhibeo ipsi fideles per regenerationem, quia continuè regenerat ex me filios, & martyres, & virgines, & confessores, & iustos utriusque sexus per baptismum, & alia sacramẽta. Sed ipse largitur, & exhibet mihi pastum, & pabolum spirituale. s. dona spiritussancti: & gratiam sacramentorum in præsenti, & gloriam in futuro. & sic adinuicem correspondemus nobis, & exhibemus, & reddimus uices amoris. Item ego exhibeo dilecto cultũ E latriæ, cui obligor ex debito, sed ipse gratis, & liberè largitur mihi iocalia, & bona spontalia, & spiritualia in dotem, quia tanq̃ sponsam decorauit me corona, & copia bonorũ spiritualium mihi familiariter loquendo: imo iam satisfacit mihi, & correspondet meæ petitioni, & desiderio. Nam ego cum ingenti affectu, & desiderio in primo cantico petiui dealbari, & mũdari à nigredine idololatriæ, & spurcitia gentilitatis, & sociari cũ filiabus Hierusalẽ in eadem ecclesia, & pasci in vno, & eodem horto, & quiescere sub vmbra spõsi in meridie: sponsus autem iam audiuit vocem meam, & annuit votis, & petitionibus meis, quia iam familiariter mihi loquitur per apostolos, & ego loquor ipsi cantando psalmodiam, & diuina officia, quia iam misit apostolos suos ad prædicandum euange F lium omni creaturæ per vniuersum mundum, & sic iam loquitur mihi sponsus, & audio vocem eius euangelicam, & ego iam loquor illi, & respondeo ipsi confitendo ipsum esse uerum Deum, & hominem, & verũ Messiam in lege promissum. Et sic respondeo ipsi per fidem, spem, & caritatem, & cultum latriæ. Et sic sponsus meus pascitur inter lilia martyrum, & virginũ, & oĩm iustorum, eorũ bona opera, & cultum latriæ delectabiliter acceptando. Deinde cum dicit. Pulcra es amica mea, & suauis &c. introducitur spõsus ad loquendũ & ordinandũ, & dotandum ecclesiam sponsam suã de populo gẽtili bonis spiritualib. sicut ante dotauerat ecclesiã de conuersis de synagoga. Ad cuius intellectum

A ctũ est aduertendũ, sicut fuit dictũ in primo cãtico, q̃ sicut Deus est creator vniuersalis ab initio: ita factus est ex tpe, & in tpe cõstituto redẽptor vniuersalis, tã populi gẽtilis q̃ Israelitici. Et iõ sicut patriarchæ, & prophetæ in ꝑsona totius populi Israelitici petebãt Xpm Messiã in lege ꝓmissum, vt veniret ad osculandũ eos osculo oris tui. & vt traheret eos post se, & introduceret in cubiculũ suũ: ita pariter tota plebs gẽtilis hoc idẽ petebat, & petijt p Tamar, & Raab, & Ruth: tanquã p procuratrices, q̃a oẽs illæ petierũt Xpm in ꝑsona totius populi gẽtilis: inquãtũ desiderãt sociari in populo Dei, & venerũt ad fidẽ, & cultũ vnius Dei, & sic desiderarũt Christũ venturũ simul cũ successoribus eorũ: vt dictum fuit ibi. Et desiderarunt dealbari à spurcitia, & nigredine, & sorde idololatriæ dicen

B do. Nigra sum, sed formosa &c. Et iõ sicut sponsus satisfecit plebi iudaicæ, & synagogæ fideliũ p sex cãtica, q̃a iã venit in carnẽ, & osculatus est eã per incarnationẽ, vt patuit in secundo cantico, & osculatus est eã osculo oris sui personaliter per euangelicã prædicationem, vt patuit cantico tertio, & iam traxit eã per familiarẽ doctrinã, & cõuersationem, & miraculorũ operationẽ, vt patuit cantico quarto, & iam introducit eã in talamũ suũ, & ornauit vestibus sponsalibus, vt patuit cantico quinto, & iam pauit, & refecit eam pabulo sacramẽrorũ emanantiũ ex passione Christi, vt patuit cantico sexto, & iam ecclesia congregata ex conuersis de Iudaismo, & ex populo Israelitico recepit Christũ in sponsum, cõmendando, & confitendo eius virtutes, & perfectiones, & omni

C potentia, & magnificentiã, vt patuit in cantico septimo. s. in cãtico præcedenti. Ita pariter in hoc octauo cantico, & duobus sequẽtibus sponsus satisfacit, & vult satisfacere votis, & petitionibus plebis gẽtilis peretis dealbari à nigredine idololatriæ, & sociari cum plebe Israelitica, & pasci cũ ea, & si mul quiescere sub vmbra spõsi, quam petitionẽ Xps adimpleuit cũ misit apostolos ad vocãdum, & conuertendũ populũ gentilem ad fidem euangelicã. Et sic Christus p apostolos suos, & discipulos vocauit plebẽ gentilẽ in eandẽ ecclesiam, & dealbauit eam, & ornauit, & decorauit, & dotauit eam eisdem ornamentis & monilibus sponsalibus, quibus ante ornauerat ecclesiam ex synagoga conuersam. Et sic ex vtroque populo facta est vnica eccle-

sia, & sponsa Christi. Et sic in his tribus vltimis canticis maximè loquitur Salomon de ecclesia populi gentilis iam facta vna, & sociata cũ Iudaica siue Israelitica, vt patebit. Dicit ergo Xps spõsus. O amica mea de populo gẽtili, tu in principio petisti à nigredine idololatriæ dealbari, & cũ filiabus Hierusalẽ sociari, & simul pasci, & quiescere. Et iõ cõpleto iam mysterio redẽptionis in populo Israelitico, & postquã illi satisfeci per incarnationẽ, & familiarẽ prædicationẽ, & mortẽ, & passionẽ, & resurrectionẽ &c. tandẽ volui descendere ad te, vt satisfacerem votis & petitionibus tuis, mittendo tibi apostolos, & discipulos ad prædicandũ, vt in persona mea te dealbẽt, & mundent à nigredine idololatriæ, & pulcram faciant per baptismum, & alia sacramenta.

Et nota, q̃ licèt Christus vocauerit plebẽ E gentilem, & baptizauerit per apostolos, tanquam per ministros: tamen quia per seipsum dat gratiam, & bona spiritualia: ideo loquitur in persona propria. Itẽ dicere Christum, & commendare pulcritudinem plebis gentilis: idem est, quod facere: quia cõmendãdo ipsam de pulcritudine, facit ipsam pulcram, & ipsam decorat ornamentis sponsalibus hic memoratis. Item est aduertendum, q̃ licèt sponsus reperat, & iteret in hoc cantico octauo bona spiritualia, & ornamenta, quæ præmemorauit, & explicauit in quinto cantico: tamen talis repetitio, & iteratio nõ est superflua, nec otiosa, sed denotat duos populos in diuersis temporibus successiuè ad fidẽ conuersos, quos Christus sub eadem ecclesia connexit, & eisdẽ ornamẽtis spõsalibus decorauit. Dicit ergo Christus. O amica mea conuersa de plebe gentili, ego dico F tibi, q̃ tu es pulcra, idest pulcram te facio simul cum plebe Israelitica. Et tu es decora facta sicut Hierusalẽ. Nã tu in primo cantico petisti dealbari, & decorari, & sociari filiabus Hierusalem, & ego dico tibi, quòd tu es facta decora, sicut Hierusalem, & ipsi consociata in vnam ecclesiam, & eisdem ornamẽtis sponsalibus decorata, postquàm recepisti eadem ecclesiastica sacramenta, quia eadem septem dona spiritussancti, recepisti: & ad pugnadum cõtra mundum, & carnẽ, & diabolũ eisdem armis armata fuisti. Et ideo tu es facta terribilis ad pugnandum: sicut vna acies castrorum bellicorum, ad bellãdũ & pugnandum ordinata pro fide euãgelica

Universidad de Deusto
Biblioteca

A defendenda. Item pulcritudo tua sūmè delectat me. Auerte ergo oculos tuos à me &c. Et loquitur ironicè, more amantium: sicut sponsus carnalis quādoque dicit sponsę. Auerte oculos tuos à me, quia tantùm sunt pulcri quòd penetrāt cor meum. & interficiūt me: ita ergo pariter metaphoricè dicit hic Xps. O sponsa mea auerte oculos tuos, s. fidei, & caritatis, & humilitatis, quia tantùm mihi placent, & sunt grati, q̄ me auolare fecerūt: id est relicto, & reprobato populo Iudaico ire dulo me compulerunt, vt repentè descenderem, & venirem ad te. Ad cuius intellectum, est aduertendum, sicut dictum est in cātico quintò, q̄ Xps nō respexit in nobis istos oculos, & ista bona tanquàm formam efficientem, sed tanquàm formam disponentem, q̄ ipse in nobis impressit, vt nos sibi gratos faB ceret. Vnde tria genera oculorum vulneraue runt Christum, & fecerunt ipsum aduolare. vt veniret ad nos redimendum. Primò oculi imaginis naturalis, inquantùm solùm hominem creauit in hoc mundo inferiori ad imaginem suam aptum, & capacem ad suā beatitudinē participādā. & capessendam, & ideo aduolando descendit ad redimēdā suā imaginem, quā in vtroque populo repperit. Secūdo vulnerauerunt, & mouerunt Xpm oculi prædestinationis. Nam quos pater ab æterno p̄destinauit, hoc filius factus homo, ex tēpore vocauit, & hos iustificauit in præsenti, & vocauit, & glorificauit in futuro, ad Ro. 8. Tertij autem sunt oculi gratiæ, ꝓpter quos sumus Deo grati, & accepti ad vitam æternam, & hos dedit nobis gratis Xps, ipse enim Christus dedit nobis oculos fidei cūC caritate, quibus eum cognoscimus, & diligimus, & meremur, & sumus apti ad viram æternam, & isti oculi penetrantur Christi, & faciunt eum aduolare ad premium nobis conferendum, & sic Christus amat quòd in nobis planta uit. Et sic patet, quòd Xps ante dilexit nos, quam nos ipsum: quia Deus ante mundi constitutionem dilexit, & elegit nos, vt essemus sancti, & postea gratificauit nos in Christo filio suo, ad Filip. 1. Et sic patet, quòd Christus dirauit, & ornauit ecclesiā sponsam suam ornamentis sponsalibus: ut sibi placeret, & amplius eā diligeret, quæ quidem ornamenta sunt fides articulorum, & grā sacramētorū, & robur ad obseruationem præceptorū, & varietas statuū, & officiorū, & dignitatū. Et iō ꝓ oculos possunt et intelligi doctores, s. Aug. Hieron. & exteri, q̄ D fuerūt de populo gētili, multò plures quàm de populo Iudaico, p quos doctores, tāquā n p oculos videt, q̄ q dē oculi doctorum, eō, q̄ erāt cū fide, & caritate, iō Xpm aduolare fecerūt. Et sic ēt subdit. Capilli tui, id est populi ex gētibus cōuersi, facti sūt copiosi, & albissimi, & multiplicati per regenerationē baptismalē, sicut greges capraum, quę apparuerūt de Galaad in magno numero. Et dētes tui, qui sunt idem doctores inquantùm rumināt & masticant, & digerunt sacram scripturam, facti sunt albi, & mundi, sicut grex ouium, q̄ ascenderunt de lauacro, prout dictū est in cantico quinto: quia omnes doctores sunt gemelis fœtibus, & sterilis non est in eis, inquantùm ex vtroque testamento quotidie pariunt sacram scripturam, & præbent eam populis fidelium. Et sic etiam genæ tuæ, q̄ E sunt bonæ, & honestæ operationes coram populo apparentes, sunt rubeæ per caritatē, sicut cortex mali punici, absque occultis. Nam sicut malum punicum sub vna pelle rubea continet multa grana rubea, & pulcra, ita ecclesia sponsa Christi, sub vna pelle, & tegmine fidei, & caritatis continet copiam fidelium rubore, & ardore caritatis ardentium, cuius lux lucet coram hominibus, non vt videantur ab hominibus ad propriam laudem, sed vt glorificent dominum, qui in cœlis est. Et ideo subdit: Absque occultis quasi dicat, q̄ talia opera sunt cum intentioni gaudio, & recta intentione latente, & testimonium reddente conscientia eorum. Et sic ecclesia, & quilibet iustus est pulcher, & rubet caritate intus & extra, quia non ad ostētationem propriam operatur, & exercet opera virtutum, sed ad laudem Dei, & proximi bonum exemplum & vtilitatem. Hoc ēt dicit, q̄ a in ecclesia multi sunt martires latenter in corde, licèt non martirium recepetūt publicum in carne.

F

SECVNDA PARS
Octaui Cantici.

Sexaginta sunt reginę.
Octoginta concubinę.
Et adolescentularum non est numerus.
Vna est columba mea perfecta mea.
Vna est matri suæ
Electa genitrici suæ
Viderunt eam filiæ Syon

Beatissimam

A *Beatissimam prædicauerunt Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.*
Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens?
Pulcra vt luna Electa vt sol.
Terribilis ut castrorum acies ordinata?
Descendi in hortum nucum.
Vt viderem poma convallium.
Et inspicerem si floruisset vinea,
Et germinassent mala punicæ.
Nescivi. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
Reuertere reuertere. Sunamitis.
Reuertere reuertere vt intueamur te.

DEinde cum dicit, Sexaginta sunt reginę &c. Hæc est secūda pars huius octauī cā tici. Ad cuius intellectum est aduertēdum, q̄ omnes reges terræ, & principes mūdi geB runt vices Dei in regendo: quia omnis potestas à domino Deo est. Vnde dicit diuina sapientia. Per me reges regnant: per me principes imperant, & decernunt iustitiam. Pro. 8. Et est dicendū: q̄ omnis humana potestas est à Deo, aut præceptiuè, aut permissiuè. vnde reges regnant ex Dei voluntate præceptiua: eo, q̄ ex electione inceperūt regnare, & optimis legibus regunt, & decernūt iudicia. Et ideo propter talem honestū ordinē dominādi regiæ potestates, & regna metaforicè dicuntur vxores Dei, & reginæ. Tyrannicæ autem potestates eò, q̄ violenter regunt & reguntur, ideo dicuntur concubinę, quasi adulterinæ: quia non legitimè possidentur nec reguntur. Et sic Salomō hic regna, & regias potestates mundi appellat reginas, & tyrannides appellat concubinas, & ciuitates, &C oppida appellat adolescētulas, quasi ancillas regum, & principum. Et quia plures sunt tyranni quàm reges legitimi in mundo: ideo ponit cōcubinas in maiori numero. Et quia ciuitates, & oppida sunt in multò maiori numero quàm reges siue regna, & tyrannides: iō ponit eas sub numero quasi infinito. Sed quia licèt omnia ista regna mundi, & principatus, & tyrānides, & ciuitates sint plures in numero, & sint diuersę linguę, & diuersi mores, & licèt sub diuersis humanis legibus regantur, & viuant temporaliter: tamē ex omnibus his facta est vnica ecclesia sub vno capite Christo, & principe congregata, & vnico baptismo regenerata, viuens sub vnica lege euangelica, & vnica gratia sacramentorum: & vnica fide articulorum: quia vbique terrarum vnica est ecclesia sponsa Christi: si D cut vnicus est sponsus. Et hoc est q̄d intendit dicere Salomō in hoc cantico, & loco, in persona Christi, vnde ait Sexaginta sunt reginæ, id est regiæ potestates, & octoginta cō cubinæ, id est tyrannides in mundo: & adolescentularum. i. ciuitatum, & oppidorum, & aliorum populorum non est numerus: quia sunt quasi infiniti in mundo. Sed in omnib. his vna est columba mea. i. vnica est ecclesia sponsa mea, simplex, & innocēs, & pura, sicut columba, & vnica, & ꝑfecta est matri suæ, & electa genitrici suæ. Ad cuius intellectū est notandum, q̄ Xps dī sponsus ecclesiæ, inquātùm eam sibi vniuit per gratiam, & fidē, & ipsa dicitur filia Christi, inquantùm ipsam regenerauit: sed quia Christus regenerauit totam ecclesiam, & regenerat continuè fideles ex aqua, & spiritu sancto: ideo spiritus sanctus E dicitur mater ecclesiæ spōsæ Christi. Et iō dī columba, & columbina, q̄ a ex spiritu sancto regenerata. Et dicitur perfecta matri suæ, q̄ a non ex voluntate carnis, nec viri, sed ex solo spiritu sancto est regenerata, & renata. Et ita etiam dicitur electa matri suæ. s. spirituisancto: ex cuius virtute, & gratia Dei regenerata dicitur, & renata. Et non est mirandū: q̄ Salomō appellet spiritum sanctū matrem ecclesiæ, quia hoc nomē spiritus in Caldeo, & hebræo est feminini generis, sicut in latino est masculini generis, & in græco neutri generis, vt inquit Hier. in sermone de assumptione Virginis Intendit ergo dicere spōsus quia licèt multa, & diuersa sint regna, & principatus, & potestates in mundo viuentes sub diuersis legibus humanis: tamen ex omnibus his, & in omnibus his vnica est eccleF sia sponsa Christi viuens sub vnico principe & vnica fide, & caritate, & vnica lege euāgelica. Deinde cum dicit. Viderunt eam &c. est aduertendum, q̄ postquā ecclesia apostolorū, & discipulorū recepit spiritū sanctū illico nō post multos dies fuerunt apostoli, & discipuli p diuersas prouincias, & regna mūdi ad prædicandum euangeliū omni creaturæ dispersi, prout eis Christus præceperat in die ascensionis. Et sic Matthæus profectus est in Aetiopiam, & Bartolomæus, & Tomas ad regna Indorum, & Andreas apud Scytas, & Simon, & Iudas prædicauerunt per Aegyptū. & Caldæā, & Petrus, & Paulus per Græciam vsq; ad Italiā. Et sic singuli per gratiā sermonū, & virtutē spiritus sancti, & p̄p signa, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A faciebant suscitando mortuos, & sanãdo infirmos,& ejiciendo demonia, conuertebant multos ad fidem Christi. Et sic vnusquisque apostolus faciebat sibi societatem,& exercitum fideliũ conuersorũ ex gentilitate. Tunc ergo filiæ Sion.i animę deuotę,& fideles nutriter conuersæ,& reges,& principes,& tyrãni,& ciuitates,& populi gẽtiliũ videntes ecclesiã in apostolis,& discipulis tanq̃ aciẽ ordinatã ita per mundũ cũ signis,& virtutibus progredi,& proficisci semper augẽdo,& homines ad fide conuertendo. tunc oẽs istę potestates prædicauerunt ecclesiã, & Christianam religionẽ beatissimã. quia in tã magnũ numerum augebatur,& quia tot,& tantis signis,& virtutibus coruscabat,& sic prædicabant eam beatissimã ꝑ magnitudinẽ,& excellentiam sponsi,qui eã beatificabat, & ad B tũ,& talem gradum exaltabat,& dignificabat,& tàm magnis donis,& muneribus decorabat . Et sic non solùm filiæ Siõ s.fideles iã conuersi,sed etiam reginæ,& cõcubinæ.i.regiæ potestates.& principatus,& tyrannides laudauerunt eam videntes,& admirantes signa quæ faciebat contra demones incurandis infirmis . Et ideo si admirantes , & eam beatissimam prædicantes,& laudantes dicebant.Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgẽs.pulcra vt luna,electa vt sol terribilis,vt castrorũ acies ordinata ? Ad cuius intellectum est notandũ,ꝙ ecclesia Christi in principio fuit quasi aurora cõsurgens . Nam sicut aurora consurgens de nocte,& tenebris nondũ habet totũ lumen,sed aliquam tulum tutilat,& splendet habens partem de tenebris , eò quòd adhuc est inter tenebras, C ita pariter ecclesia in principio,qa consurgebat ex nocte,& tenebris legis , & ex nocte , & tenebris idololatrię,ideo cõuersi de iudaismo licèt splenderent radijs luminis euangelici:tamen quia ex toto non valebant relinquere cerimonialia,vt patet ad Roma.& Galã.per totũ.iõ ecclesia in principio erat quasi aurora cõsurgens,inquantùm illi pauci cõuersi habitabant inter infideles . Sed postea cũ ecclesia iam fuit magis multiplicata, tũc fuit pulcra vt luna, quando est plena ex radijs solis,quia tunc fideles abominãtes cerimonialia,& superstitionem idolorum : iam erant magis purificati,& firmi in lege euangelica.Sed postea tempore Decij , & Maximiani,& Diocletiani iam ecclesia fuit electa & excelles sicut sol . Nã sicut sol in meridie non solùm non patitur tenebrã admixtã,sed D ẽt omnia illuminat, ita pariter ecclesia iã tẽpore illorum imperatorum multiplicata nõ solũ pellebat oẽm teneb.ã tã legale q̃ idololaticam, sed etiam splendebat per totũ orbẽ quia iam habebat doctores illuminantes totum orbem suis prędicationibus,& doctrinis & tunc erat frequentia martyrũ, qui rigarũt & auxerunt ecclesiã sanguine suo. Et sic ecclesia pro tunc non solũ fuit electa,vt sol nõ ne splenoris doctrinæ euangelicæ,sed etiam fuit terribilis.vt castrorũ acies,& falanx ordinata ad pugnẽdũ contra tyrannos, & infideles: imo fuit acies ad pugnandũ ꝑ doctores contra infideles.Et fuit terribilis acies ordinata per martyres ad pugnandum cõtra tyrannos:Et notanter dicitur.Quæ est ista quę ,,egreditur. nã ecclesia apostolorũ egressa ẽ E vltra limites.s.ex populo Israelitico, & progressa in populũ alienũ,& gentilẽ . q.d.Quæ est ista quæ cũ tãta audacia.& fiducia ex populo infimo,& humili ãudet progredi armata per populum gẽtilẽ contra reges, & principes,& Deos,& leges imperatorum,regũ? Deinde cũ dicit.Descẽdi in hortũ nucũ.Spõsa explicat,& dat rationẽ sui aduẽtus, explicando resistẽtiã, quã repperit in populo gentili,propter quod incedit armata. Ad cuius intellectũ est notandũ,ꝙ post obitũ apostolorũ creuit aliquantulũ ecclesia per vniuersum orbẽ ẽm,ꝙ aliqui impecatores ꝓmittebant viuere Christianos,& sic fuerũt nouem persecutiones in ecclesia : inter quas ꝓsecutiones fuerunt quandoq; paces,& hoc à Nerone usque ad Dioeletianũ:sec tunc insurrexit quædã persecutio cõtra ecclesiam maior ceteris.In qua ꝓsecutione interfecta fuerũt F infinita millia martyrũ, vbi valdè fuit ecclesia perturbata,& sic ecclesia vndiq; vexabatur ãt ribus inimicis.s.ab imperatoribus , & regibus idololatris,& ab hæreticis, & hominibus carnalibus,& mundanis. Et hãc turbationem,& persecutionem ecclesię memorat ꝓponsa in hac parte,dicens. Non miremini si sic progredior armata sicut terribilis castrorum acies ordinata:quia descendẽs in hortum nucũ.s.in populũ gentilẽ mihi ab æterno ꝑ destinatũ,& per patriarcas,& ,,pphetas ad fidẽ prænunciatũ. Descendi.n.vt viderẽ poma conualliũ.s.vt colligerẽ iustos per baptismũ, & fidẽ,si inspicerẽ si floruisset,& fructificasset vinea populis gentilis germinãdo fideles & si germinasset mala punica.s.martyres,& vngi-

A virgines, & cæteri iusti, & fideles .Et nota ꝙ nux est genus ad omnem fructũ habentẽ nucleũ sub dura testa:& sic ẽt amigdalũ.& auel lana dicitur nux. Et ideo in hebræo habetur, in hortũ amigdali.per quod intelligitur populus gentilis, qui sub testa idololatriæ continebat imaginem Dei.& magnam partẽ prę destinatorum . Et ideo ille hortus dedit fructum suũ per baptismũ tpe gratię.Nã baptismus maturauit fructum illius horti : & vuas illius vineæ:quem fructũ apostoli,& ecclesia collegerunt.q.d.ego veni ad colligendos fructus suprædictos: sed in tali expeditione repperi maximam resistentiam: & ideo ne sciui, id est dubitaui:& timui: & anima mea turbata est propter quadrigas bellicas,& acies contrarias ipsius Aminadab.i . ꝓp exercitus populi gẽtilis, & principũ.& regũ:qui persequebantur me,& tormentis affligebant:intãtum B ꝙ Christiani fugiebant per montes,& latibula spelunearum. Vnde intãtũ ingruit illa persecutio, ꝙ beatus Marcellinus ex timore adoleuit idolis incensum, de quo scelere cũ martyrio postea fuit purgatus. Est autem aduertendũ , ꝙ vbi nostra translatio habet anima mea turbata est , propter quadrigas Aminadab . i.populi mei : in hebrẽo habetur ,,ppter quadrigas Aminadib. i . populi principantis. Quæ quidem litera est magis consona veritati: quia populus gentilis tunc dominabat, & principabatur in mundo. Et ideo creditur ꝙ litera nostra est corrupta vitio scriptorũ . Et iõ dicit ecclesia,Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab.i.ꝓp exercitus, & persecutiones, & tormenta populi gentilis C principantis,& dominantis in mundo.quam quidem persecutionem inter cæteros sæuius & atrocius exercebant Maximianus,& Diocletianus, Et iõ videns ecclesia plebẽ gentilẽ resistentẽ prędicationi euangelicæ, dicit ipsi. Reuertere reuertere Sunamitis . Ad cuius intellectũ est notandũ. ꝙ populus gẽtilis desecẽ debat ex Noe : qui fuit verus Dei cultor: sed recesserat à vero cultu Dei per filios Cam,& Iafet: maximè in cõfusione linguarũ in fabricatione turris Babel. Et sic populus gẽtilis habitabat, & laborabat triplici infirmitate. Primò in idololatria per falsum cultum Deorũ. Secundo in falsitate doctrinæ per falsã superstitionẽ pontificũ tẽplorum . Tertiò habitabat,& erat inuolutus in spurcitia,& fœditate carnis,& aliorũ pctorũ.Et iõ sponsa vocat ter illũ populum:vt egrediatur ab illo triplici er- D gastulo,& infirmatate:& reuertatur ad dñm Deum suũ:à quo per infidelitatẽ ante recesserat.Iterũ est aduertendũ,ꝙ vbi translatio nostra dicit.Reuertere Sunamitis. in hebræo dicitur reuertere sulamit . vnde Sunamitis interpretatur captiua seu lapidea.Et sic conueniebat tunc plebi gentili,quę erat lapidea in quantũ corde duro adorabat idola lapidea,& orat verè captiua in potestate diaboli , Sulamit aũt interpretatur integra, & perfecta.Et sic illa plebs ante baptismũ non potuit dici integra nec perfecta: sed hoc conuenit ipsi post baptismũ. Dicit ergo sponsa ad plebem gentilẽ sibi resistentẽ. O sunamitis.i. captiua & lapidea:reuertere à falso cultu Deorũ,& à falsitate doctrinæ sacerdotũ gentiliũ, & à lasciuia carnali,& superbia,& auaritia,quæ maximè regnat in te. & cõuertere ad dñm Deũ tuũ:vt intueamur te,& baptizemus,& vera,& E sana doctrina instruemus te . Itẽ reuertere à falso cultu,& praua doctrina, & immunditia carnis ad perfectionẽ,& integritatẽ fidei euãgelicæ.Item reuertere à triplici peccato. s.ab originali , & mortali, & veniali:in quibus laboras.quæ quidẽ peccata nulla lex potest delere:nec sanare nisi sola euangelica. Et sic ex sunamite efficieris sulamit.i. ex lapidea,& captiua efficieris integra,& perfecta per baptismũ. Qui quidẽ baptismus maturauit fructus horti,& vuas vineæ populi gentilis , & cõfregit durã testã nucum: & extraxit inde imaginem Dei,& numerũ prædestinatorũ.qui latebat sub testa cærimonialiũ in plebe Israelitica,& sub testa lapidea,& idololatrica i plebe gentili.Qui quidẽ ẽt baptismus sicut ante fecerat pulcrã,& decorauerat plebẽ Iudaicã:ita postea decorauit plebẽ gẽtilẽ. Sed circa fun F damentũ huius cãtici octaui dubitatur . Nã dictum est in tertio.& quarto cãtico, ꝙ Xps per se,& personaliter soli plebi Israeliticæ ꝓdicauit, & vltra terminos Israel ad prædicãdum,& miracula faciẽdum non exiuit: & solam terram Israel prædicãdo, & miracula faciendo peragrauit , ut patet per totũ discursum euangelicum. Et in hoc cantico octauo dictum est. ꝙ Christus per se nõ descendit personaliter ad populũ gẽtilem:sed per apostolos. Et ideo quæritur quære Christus non perrexit illico ad populũ gentilẽ ad prædicãdũ.& miracula faciendũ: quia fortsam fuisset magis acceptus. Ad hoc respondetur ꝙ hoc fecit Christus triplici ex causa,'& rõne . Primò ad maiorẽ confusionẽ populi Iudaici,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & ostendendam, & manifestandã eius cerui cem duram, & ingratitudinem. Secundò ad maiorem laudem populi gentilis, & ostendendã eius obedientiã. Tertiò ad vtilitatem totius generis humani, & necessitatẽ nostrę redẽptionis. Primũ probatur. nam si Christus prius prædicasset, & miracula fecisset in populo gentili: tunc Scribę, & phariſæi habuissent causam ipsum repellendi, & excusationem ipsum contẽnendi, & non recipiendi eum, quia non erant obligati ad recipiendũ aliquẽ extraneũ, nec uenientem ad populũ gentilem in Messiam, sed solum venientem ad eos, & hoc secundùm legem, & prophetas. Ideo uoluit personaliter uenire ad eos, prout promissum fuerat in lege, & prophetis, & sic manifestata fuit eorum cęcitas, & ingratitudo & malitia. Ideo ait saluator, Ioã-
B nis 15. Si non uenissem, & eis non locutus fuissem, & opera in eis non fecissem, quæ nemo alios fecit, peccatum non haberent. Nũc autem non habent excusationem de peccato suo. Secundum probatur: nam maxima laus & meritum prouenit populo gentili, qui non uidit Christũ in carne prædicãtem, nec miracula facientẽ, & tñ ad solam prædicationẽ apostolorũ recepit Christũ, qđ fuit reputatũ ad magnã cõfusionẽ Iudæorũ, put prophetauerunt Dauid ps. 17. Populus quẽ non cognouit seruiuit mihi, in auditu auris obeduit mihi. Filii alieni inueterati sunt &c. hoc idem ait saluator Matt. 8. Amẽ dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Multi enim venient ab oriente, & occidẽte & recumbent cũ Abraã Isaac & Iacob in regno cęlorũ. Filii autem regni mittentur in
C tenebras extetiores. Hoc ide dicit Saluator Luc. 13. Tertium autem probatur. nã mos, & inclinatio naturalis inerat gentilibus deificare homines virtuosos. Si. n. videbant in aliquo aliquod diuinum ultra consuetudinem naturæ, illico faciebant ipsi statuam, & adorabant eum tanquam Deũ. Et isto modo deificarunt Herculem. & Martem, & Saturnum & Mercuriũ, & Iouẽ, & Fœbum, & Aesculapiũ. vnde legitur Actum 14. q cum Paulus prædicaret Listris cum Barnaba, & Paulus sanasset claudũ ex vtero matris suæ, tunc turbę clamauerunt dicentes. Dei similes facti hominibus descenderunt ad nos, & vocabãt Barnabam Iouẽ Paulum vero Mercurium quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem: tauros & coronas ante ianuas afferentes cum popu D
lus volebat sacrificare &c. Ex quibus patet, q si Paulum, & Barnabã propter sanationẽ vnius claudi voluerunt turbæ adorare, & eis tanquã Deis tauros sacrificare, ergo multò magis populi gentiles deificassent, & adorassent Christum cęcos illuminantem, & mortuos suscitantem, & ventis imperantem &c. & sic nostra redemptio fuisset impedita. Et ideo Christus noluit venire ad populũ gentilem, qui faciliter ipsum recepisset. sed uenit ad populum duræ ceruicis in auaritia, & malitia obduratũ. qui videntes Christũ suis moribus contradicentem. & sua scelera detestantem, faciliter ipsum oderunt & crucifixerunt, & sic nostra redemptio habuit locũ, & oportunitatem. Et hæc fuit causa quare Christus nõ venit ad prædicandũ per se populo gentili: sed misit apostolos suos, prout E
prædicitur in hoc cantico octauo, & sequenti. Et hæc de octauo cantico.

INCIPIT NONVM Canticum.

Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum?
Quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.
Iunctura femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.
Umbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis.
Venter tuus sicut acervus tritici.
Vallatus liliis.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli ca
Collum tuum sicut turris eburnea. (preę
Oculi tui sicut piscinę in Esebon, quę sunt in porta filię multitudinis. F
Nasus tuus sicut turris Libani, quę respicit contra Damascum
Caput tuum ut Carmelus.
Et comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus.
Quam pulcra es, & quam decora carissima in deliciis.
Statura tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris.

Quid videbis in Sunamite: nisi choros castrorũ. Hoc est nonũ canticũ, in quo Salomon cantat profectũ ecclesiæ conuersæ de populo gentili. Ad cuius intellectum est notandum prout iam dictum est: q ecclesia de populo gentili successiuè habuit

A buit quatuor status. Nam primò. f. in principio tempore apostolorum fuit quasi aurora cõsurgens, eò q pauci fuerunt cõuersi, & sic ecclesia habitabat inter idololatras, & infideles, & inter tenẽbras multorũ infidelium. Sed postea tempore Traiani, & Cõmodi facta est pulcra vt luna, quia per omnes partes mundi creuit in maiorem numerũ. Sed tẽpore Filippi imperatoris iam facta est electa vt sol, quia iam ipse Filippus imperator factus est Christianus cũ Alexandra matre sua p Origenẽ, & iam tunc incepit magna copia Christianorum. Et iã incepit habere ecclesia copiam magnorum doctorum, quia tunc fuit Origenes, & Clemẽs Alexandrinus & Dionysius Alexandrinus, & plures alij, qui tanquã sol inceperant sua doctrina, & scriptis mundum illustrare. Sed tẽpore Dioclę
B tiani, & Constantini facta est ecclesia terribilis, vt castrorum acies ordinata, quia tunc ecclesia iam in Christo roborata incepit pugnare cõtra seuitiã imperatorum, & regũ, & principũ infideliũ, in qua persecutione interfecta sunt multa millia martirũ, vt patet per ecclesiasticam historiã. Postea aũt ecclesia pugnauit cõtra carnẽ, & mundũ, & diabolum per uirgines, & anacoritas, & viros perfectos, & monacos. Postea pugnauit contra hæreticos per doctores. Et sic in ecclesia apparuerũt multi exercitus pugnantes contra inimicos ecclesiæ. Nã primò surrexit exercitus, & chorus martyrũ, ad pugnãdũ contra tyrannos, & imperatores. Secundò surrexit exercitus virginũ, & monacorũ in Aegypto & Mesopotamia ad pugnandũ cõtra carnẽ & mundũ, & diabolum. Tertiò surrexit exer
C citus doctorũ ad pugnandũ contra hæreticos. Sed oẽs isti exercitus finaliter triumpharunt de inimicis ecclesiæ. Et sic ecclesia de oĩbus inimicis finaliter triumphauit. Nam p martyres triumphauit de regibus, & imperatoribus, & per virgines de carne, & p monacos, & eremitas de mũdo, & diabolo, & per doctores triũphauit de hæreticis. Sponsus ergo uidẽs ecclesiam sponsam suam sic proficere, & pugnare cõtra inimicos per diuersos exercitus bellatorum dicit. Quid videbis in Sunamite. i. in ecclesia ex gentibus cõuersa: nisi choros. i. falanges, & exercitus castrorũ bellicorum paratos ad pugnãdũ cõtra inimicos? q. d. tota ecclesia est in pugna cõtra inimicos fidei, & de omnib. triũphat. Deinde eum dicit. Quã pulcri sunt gressus &c, explicat, & explicando cõmendat choros, & exer D
citus pugnatorũ ecclesię. Quatuor ergo facit. Nã primo commendat totam ecclesiam sponsam suã in vniuersali. Secundò speciali ter commendat chorum, & exercitum martyrum. Tertiò exercitum religiosorũ, & monacorum. Quartò exercitum, & chorum doctorum. Secundum ibi. Dixi ascendã in palmam. Tertium ibi. Ego dilecto meo. Quartũ ibi. Quis mihi det tẽ fratrem meum. Vnde Salomon sequitur ordinem temporis ecclesię secũdùm, q ecclesia processit in proficiendo. Nam primò profecit in populo. Secũdò in martyribus, seu in copia martyrum. Tertiò in copia virginũ, & monacorũ. Quartò in copia doctorum, de quibus omnibus tractatur in hoc nono cantico. Quintò autẽ profecit in copia imperatorum, & regum, & pontificum, & sic fuit in sua prosperitate, de E
quo tractabit in sequẽti, & vltimo cantico. Quantũ ergo ad primã partẽ huius noni cãtici, est aduertendũ, q tota pulcritudo ecclesiæ consistit in ornatu virtutũ, & donorum, & gratia sacramentorũ, & pulcra dispositione membrorum. f. in varietate statuũ, & graduum, & officiorũ. Et ideo Salomon ter describit pulcritudinem ecclesię, secundùm, q Christus successiuè ter ipsam dotauit, & decoranit per discursum temporis. Nã primò descripsit pulcritudinẽ ecclesiæ in statu apostolorum secundũ, q eam dotauit, & decorauit sponsus ante suã passionẽ, qñ misit apostolos ad prædicandum in omnem ciuitatẽ, & locum quo erat ipse venturus, vt patet Matt. 10. & Lu. 10. & etiã secundũ, q eã decorauit Christus in nocte passionis per longũ sermonem, vt patet Io. 13. usq; ad. 17. ca- F
pitulũ. quã pulcritudinem cantauit Salomõ in quinto cantico, Secundò decorauit Christus ecclesiam suã in populo gentili per prædicationẽ apostolorũ in principio, qũ fuit quasi aurora cõsurgens. cui cõmunicauit eadem ornamenta spiritualia, & dona gratiarum, quæ dederat ecclesię conuersæ de populo iudaico. quã pulcritudinẽ cantauit Salomõ in cãtico præcedenti. Nũc aũt in hoc nono cantico cãtat pulchritudẽ quã Xps dedit sponsę suę in suo profectu tempore pugnæ. Quæ quidem pulcritudo consistit in copia, & varietate diuersorum statuũ, & graduum, & dignitatum, & membrorũ, & officiorũ ecclesiæ, qui quidẽ status, & officia intelliguntur per membra officialia, & orna

menta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mēta pulcre mulieris. quæ quidem ecclesia magis profecit in copia, & distinctione graduū,& membrorum.& officiorum in plebe gētili, q̄ in plebe iudaica. Sed Salomō describit dispositionē membrorū huius sponsę modo opposito. Nā in quinto cārieo incepit describere mēbra spōsę à capite ꝓcedēdo ad alia mēbra. Hic aūt incipit a pedibus sertatim ꝓcedendo vsq; ad caput, cuius tō est. Nā ecclesia de populo Israelitico incipit crescere à maioribus vsq; ad minores. nā primò fuit vocata, & electa virgo Maria: q̄ erat de stirpe regia. & exinde Ioānes baptista & apostoli, q̄ erāt de eadē stirpe pro maiori parte. Et oēs isti fuerūt principes & maiores & capita ecclesię. Ex cōsequenti aūt vocati sunt minores. s. discipuli, postea multi deuoti, qui secuti sunt Christum. In ecclesia aūt de populo gē
B tili primò vocati sunt minores & populares & infirmi: sed postea venerūt martires: postea virgines & cōfessores: postea doctores, & postea venerūt impetatores & reges. & magni pontifices, q̄ fuerunt capita ecclesię, & totius mundi. Et iō Salomō describēs pulcritudinē ecclesię conuersę de pp'o gentili incepit à pedibus sponsę, qui sunt plebei & populares. Vnde est aduertendū sicut supra dictū est: ꝙ sicut mulier habet diuersa membra, quibus exercet operationes suas: ita Salomo ponit hic decē membra huius sponsę: ꝓ q̄ intelliguntur decē mēbra siue status & gradus officiales ecclesiæ: quę sunt pedes, femora, vmbilicus, venter, vbera, collū, oculi, nasus, caput, comę. Vnde per pedes huius sponsę intelliguntur populares, quibus ambulat ista sponsa. Itē crura, & femore huius
C sponsę sunt duo populi ad fidem conuersi. s. iudaicus & gentilis: in quibus tota ecclesia cōsistit. Bases aūtē aureę quibus sustentatur tota ecclesia, sūt fides, & caritas. Isti duo populi cōuersi sunt connexi sub una iunctura fidei & caritatis. Vmbilicus aūt huius spōsę est matrix ecclesię, vbi cōcipiūtur & regenerantur fideles per baptismum. Venter vero est ipsa ciuitas Dei triplici muro septa s. fide, spe, & caritate: in quo ventre & ambitu continentur oēs fideles: sicut triticum in acerno et horreo. Duo vbera huius spōsę sūt duo testamenta: quorū lac sugūt fideles, vel sunt duo status. s. sacerdotū: qui prebēt fidelibus lac gratię sacramentorū, et status doctorū et predicatorū: qui perhibēt lac doctrinę sacrę scripturę, et pascunt fideles doctrina et exemplo. Collū aūt huius sponsę sunt D
prælati, qui tanquā speculatores ponuntur in ecclesia ad præuidendū gladium venientem contra ecclesiam: vt clament clangentes buccina. Ezec. 33. Oculi etiam sunt doctores, & prelari: quibus videt ecclesia credē da, & agenda. s. quæ sunt necessaria ad vitam actiuam, & contemplatiuam. Nasus etiam p̄ lati sunt ecclesiæ, qui naso, discretionis discernunt inter lepram, & lepram: sunt etiam iudices, qui discernunt inter iustum, & iniustum, tribuentes vnicuique qd̄ suum est. Caput aūt ecclesiæ est duplex. Vnū principale à quo deriuatur omnis virtus & potestas in ecclesiā. & iste est Christus. Et alterū dicitur caput vicariū, exercēs, & gēres vices Christi. & istæ est summus pōtifex in tota ecclesia, & quilibet episcopus in sua diœcesi. & quilibet rex in suo regno quò ad tēporalia. Co- E
mæ aūt huius capitis, sunt oēs populi fideliū dependētes à capite Christo, vel sunt omnes virtutes, & potestates ex Christo deriuatæ. per supradicta ergo mēbra pulcræ mulieris designat Salomō quasi omnia officia, & gradus et dignitates status ecclesiæ in cōi. Quæ quidem officia & gradus, & dignitates maximè viguerūt in ecclesia conuersa de populo gētili. Et iō dicitur terribilis, vt castrorum acies ordinata, nam quot dignitates. & officia continet: tot choros, & exercitus castrorū dī habere ad pugnādū cōtra inimicos infideles Christus ergo uolēs explicare et cōmendare pulcritudinē ecclesiæ sponsæ suæ in optima dispositione membrorū, incipit à pedibus, dicēs. O ecclesia sponsa mea filia principis. i. populi gentilis principiantis in mūdo. hoc dicit, quasi solus populus gētilis, unde pro ma- F
iori parte ecclesia est egressa, principabatur, & dominabatur per imperatores, & reges & principes, cum populus Israeliticus vbiq; seruiret, & ideo appellat eam filiā principis. Dicit ergo. Quàm pulcri sunt gressus. i. pedes tui in calceamentis. s. populi tui bene instructi. & morigerati. nam sicut calceamēta reddunt pedes honestos, ita boni mores decorant populum. Vnde per gressus pedū calceatorū intelligūtur affectiones & operationes per bonos mores directæ & ordinatæ, qd̄ primū quæritur & aspicitur in populo, & ecclesia Christi. Item per calceamenta intelligit cōstantiā fidei & caritatis, quibus calciati fideles absq; metu calcabant supra serpentes, & scorpiones non timentes minas principū.

Sed

A Sed quia isti populi fideles sunt duo ex Iudæis, & gentilibus conuersi, & sub vna caterna, & iunctura, & nexu fidei, & caritatis connexi, & colligati: ideo subdit, Iunctura femorum tuorum. i. donorum fidelium populorum ad vnam fidē cōuersorum sunt sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. i. ista fides, & caritas, quæ coniungunt istos populos sunt sicut catenæ aureæ fabricatæ manu Christi artificis: qui tanquā lapis angularis ex duobus parietibus fecit vnū, & ex utraque plebe fecit vnam eccl'm fabricatā, & colligatam talibus monilibus, & aureis compedibus, & vinculis caritatis fidei. Deinde cum dicit. Vmbilicus &c. cōmendat Christus ecclesiam sponsam suā in fœcunditate matricis ad concipiendam copiā plis. Et cō
B parat vmbilicum. i. matricē eius ad craterem siue bassinum plenū vino: in quo nunquam deficit poculū. Ita in vmbilico ecclesiæ, quæ est illa piscina aquæ baptismalis in qua regenerātur fideles, nunquā deficit aqua ad baptizandū, quia cōtinuè emanat gratia sacramentorum ex latere Christi, & recipitur in vmbilico ecclesiæ. Deinde cū dicit. Venter tuus: cōparat ventrē ecclesiæ ad horreū cōtinens acerū tritici: in quo cōtinetur infinita grana tritici. ita in vtero ecclesiæ cōtinetur infinita multitudo fidelium: ideo dicit. O
C spōsa venter tuus est sicut acerus tritici in horreo. i. sicut horreū cōtinent acerū tritici. i. copiosius, & fœcūdus in multitudine prolis, & filiorum. Et iste vēter tuus nō est vallatus adulterino cōmercio: sed castissimo connubio: quia est vallatus lilijs, & septus rosis castitatis, & fidei: & quia isti filij ecclesiæ nō ex voluntate carnis nec ex volūtate viri, sed ex aqua, & spū sancto sunt regenerati, & ex Deo nati sunt. Itē duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ. i. duo status. s. sacerdotum, & p̄dicatorum, ex quibus filii sugunt lac sacramentū, & doctrinæ scripturarum: sunt pulcra, & plena sicut vbera capreæ: quæ duo hinnuli gemelli sugūt. q.d. ꝙ sicut duo hinnuli gemelli sugunt vbera matris, & nutriūtur: ita duo populi gemelli ex iudeæis, & gentilibus conuersi sugunt vbera matris ecclesiæ: quæ sunt plena lacte sacramentorū, & doctrinæ, & intelligentiæ sacræ scrip. q.d. sicut duo vbera capreæ copiosè nutriūt duos gemellos: ita vbera ecclesiæ copiosissimè nutriunt istos populos ad vnā fidē cōuersos, & hoc ex copia lactis sacramentorū, & fidei articulorū, & duorū testiū: quæ dispensantur ꝓ D
sacerdotes, & prædicatores. Deinde cum dicit: Collum tuum &c. comparat collum ecclesiæ ad turrim eburneā fortissimā, & cādidā. Et isti sūt milites, & imperatores, & reges & principes christianorū, qui eleuati supra corpus ecclesiæ defendūt eā armis ꝛpalibus. Item collum ecclesiæ sunt prælati: qui ponū tur tanq̄ speculares supra turrim, vt præuideant inimicos venientes contra ecclesiam. Vnde sicut supra collū hominis, q̄ est turris eius ponūtur tres speculatores. i. oculi ad ūidendū, & nasus, ad discernēdum, & voluntas caput ad eligendū, & eiiciendum opationes, & impandum: ita pariter supra turrim ecclesiæ ponuntur prælati tanq̄ speculatores: vt per sciam sacræ scripturæ videant tanquam per oculos, & per dona gratuum discernant tanq̄ per nasum, & per potestatem ecclesia E
sticam eligāt, & imperēt tanq̄ ꝓ caput: imo tanq̄ capita ecclesiæ. Iō dicit spōsus. O spon sa collum tuū. s. prælati, & principes est rectum, & altum, & altissimū, & fortissimum sicut turris eburnea. s. rectū per iustitiā: altū in dignitate, & ad præuidendū: albū in puritate: fortissimum ad defendendos fideles. Item oculi tui, qui sunt prælati perscium sacrę scripturæ, & obligantur inuigilare supra populum, & præuidere ne veniat gladius inimicorum nō solum peccatorem: sed ēt infideliū, & hæreticorum: sunt clari sicut duæ piscinę fontales, quæ sunt in Esebon in terra Basan vltra Iordanē: quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Vnde est aduertendum ad literā: ꝙ in porta Esebon erant duę piscinę fontales plenæ aque clarissimæ, & transparenti propter eius munditiam: ad quas piscinas con- F
ueniebat continuè multitudo mulierum ex partibus, & populis circunstāubus ad hauriēdam aquam propter eius salubritatē, & claritatem, & ideo Esebon dicebatur filia multitudinis: nō solū propter copiam populi quā in sc̄ cōtinebat: sed ēt propter multitudinem mulierum: q̄ ad hauriendā aquā ex confinibus cōcurrebant. Et ideo dicit, ꝙ duo oculi ecclesiæ sunt clari & transparentes ad penetranda mysteria sacræ scripturæ, & ad præuidenda mala futura: sicut sunt illæ duæ piscinæ Esebon. Item Esebon dicitur etiam filia multitudinis inquantum ex ea veniebat multitudo ciborum, & arietū, & victualiū in terrā promissionis. vt dicitur Deut. 32. f. vt sugeret mel de petra: oleumq̄ de saxo durissi-

MQ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mo:butirũ de armento: & lac de ouibus, & adipẽ de armento arietũ filiorũ Basan &c. Sufficit,q̃ per oculos intelligit doctores, qui penetrãt, & speculantur mysteria sacræ scripturæ & prælatos qui vigilant super gregẽ Xpi. Item subdit. Nasus tuus sicut turris Libani. Ad cuius intellectũ est notandum,q̃ sicut doctores & prælati & sacerdotes dicunt̃ oculi inquantũ p̃ eos videt ecclesia.ita ẽt dicuntur nasus inquãtũ p̃ eos discernit,nã sicut nasus.i.olfatus discernit inter odores cõuenientes & disconuenientes & bonos & malos:ita p̃lati & sacerdotes & scribæ docti tenẽtur discernere,inter leprã & leprã pctĩ, vt possint conuenientẽ medelam adhibere:& tenentur discernere inter verã & falsam doctrinã, ne hæretici inficiant ecclesiã.iõ plati & sacerdotes ponũtur speculatores super gregẽ eccle-
B siæ ad præcauendũ mala futura. Vnde est aduertendũ:q̃ inter montẽ Libani,& Hermon est introitus à terra promissionis Emac & cãpũ Damascenũ:vbi rex Tiri concessit Salomoni partẽ terræ:vbi ædificauit altã turrim Salomon:vbi posuit cõtinuos speculatores. quæ quidẽ turris respicit contra Damascum. Et similiter Salomon ædificauit plures alias turres per montes eminentes terræ promissionis,& ideo speculatores qui erãt positi in turri,quę respicit contra Damascũ:uidentes gentes armorũ uenientes ex Damasco:& intrantes introitum Emah: illicò faciebant signũ:cui respondebant p̃ ordinẽ omnes aliæ turres. Et sic in paruo spatio tẽporis aduentus inimicorũ sciebatur in Hierusalẽ, & per totam terrã ,pmissionis,& sic oẽs se prepărãbant ad cauẽdas insidias inimicorũ& ad resi-
C stendum eis. Ita ergo pariter ecclesia,quę est quædã alta turris,quæ respicit cõtra Damascũ.i.cõtra homines sanguineos & terrenos & peccatores, posuit supra se prælatos & sacerdotes tanq̃ speculatores:vt discernant inter catolicos & infideles & hæreticos, & inter lepram & leprã peccati, & pnemoneant simplices,vt caueant peccata & hereses, & schismata. Et ita Augustinus episcopus Hipponensis tanq̃ bonus speculator existens supra turrim, quæ respicit contra Damascum ſ.supra culmen & apicẽ episcopalis dignitatis,qñ persensit Iulianũ miscentẽ venenũ,& fermẽtũ Pelagianũ inter bonã massam ecclesię,illicò cõgregauit cõciliũ omnium episcoporũ Numidiæ,& declarauit doctrinã Pelagianorũ esse hæreticã & pestiferam. Et super hoc scripsit epistolã ad Innocentiũ papã, vt D
inuigilaret sup gregem suum & auisaret totã Europã. Et ita pariter scripsit oĩbus episcopis Africanis & oriẽtalibus. Et vt magis eradicaret & eliminaret illud pestiferũ venenũ:scripsit libros de baptismo paruulorum, & de natura & gratia,& hipognosticõ,& libros cõtra Iulianũ, & cõplura alia uolumina cõtra illã sectã. Et ita pariter fecit beatus Hieronymus,& Atanasius,& Hilarius,et cæteri sacri doctores,& prælati cõtra sectã Arianã & alias pestiferas sectas. Et iõ dicit, q̃ nasus ecclesiæ est sicut turris Libani,quæ respicit cõtra Damascũ. Nã sicut Libanus, q̃ est candidus & mundus respicit contra Damascum quod interpretatur sanguineus: ita pariter turris ecclesiæ respicit,& inuigilat cõtra sanguineos, & hæreticos & peccatores, E
vt eos arceat ab ecclesia. Deinde cum dicit. Caput tuũ vt Carmelus. cõparat caput. i.prælatos ecclesiæ ad montẽ Carmeli, qui est altissimus mõs in terra promissionis post Libanũ. vnde sicut per Libanũ intelligitur Christus qui est caput principale ipsius ecclesiæ,ita per Carmelũ intelligitur papa,qui est caput vicariũ gerens vices ipsius Xpi. vñ Carmelus interpretatur cognoscẽs siue sciẽtia circuncisionis, per quod designatur papa,& omnes prælati,q̃ nõ solũ debẽt cognoscere & distinguere inter leprã & leprã peccati,& hæreticæ prauitatis,sed ẽt debent circũcidere & eliminare omne peccatũ ab ouibus suis,& oẽm hæreticã prauitatẽ ab ecclesia. Et iõ dicit. Caput tuũ.i. Papa & oẽs prælati q̃ capita ecclesiæ sunt,alti, & eminentes & prospiciẽtes, vt Carmelus,& scindentes oẽ pctũ,& oẽm hæretum & falsam doctrinã ab F
ecclesia. Et ẽt quia per caput ecclesiæ primo & principaliter intelligitur Christus, a quo deriuãtur oĩa bona spũalia,& omnis virtus, & gratia & ptãs in ecclesiã, iõ sequitur. Comę capitis tui sicut purpura regis. Nã sicut comæ descẽdunt à capite supra totũ corpus ita omnes potestates prælatorũ, & imperatorũ & regnum descendunt & procedum & deriuantur à Xpo super ecclesiã. Et sic omnes prelati & imperatores dicuatur Comæ capitis ecclesiæ,qui est Xps. Et dicuntur etiã purpura regis Christi, quia potestatem, & autoritatem Christi induuntur prelati & reges ad regendam ecclesiam & Christianam religionem. Et dicitur ista purpura regis iuncta siue vincta,id est tincta canalibus. Nam

Asicut purpura tingitur. & rubricat ur tinctura & colere coccineo in canalibus fictilibus: ita vestis humanitatis Xpi, primo fuit tincta sanguine passionis. Deinde ex illa veste humanitatis per vulnera tanq̃ per canales decurrit & fuit deriuatus sanguis Xpi in totã ecclesiã.vnde virtus sacrorum rubricata sanguine Xpi deriuata fuit per vulnera tanq̃ p̃ canales in ecclesiam. Item per eandem rõnem deriuata fuit ecclesiastica potestas in apostolos:& per apostolos tanquam per canales deriuata est cadẽ potestas in oẽs successores. Et ista est illa vestis purpurea sãguine Xpi rubricata,quæ vestit,& ornat,& decorat totam ecclesiam. Et sic ergo oẽs plati, & reges dicuntur Comę capitis Xpi:induti veste purpurea regiæ potestatis Xpi. Iterũ est aduertendum,q̃ capilli & comæ idem sunt, H
sed solũ differunt in respectu. Dicuntur.n.capilli inquantũ deriuantur,& procedunt & dependent à capite. Sed dicuntur comæ inquãtum ornant,& decorant caput,& facię,& totum corpus mulieris. Et ideo reputatur decens,& honestũ,vt mulier nutriat comam. 1. ad Cor. 11. Et ideo inquantum capilli procedunt,& dependent à capite,non solũ prælati,sed ẽt totus populus christianus dicuntur capilli,& coma Christi,qa omnes dependemus,& trahimus originem.spirituale à Xpo tanquam à capite,& sic omnes dicimur christiani. Per eandem rationem oẽs christian dicuntur comæ capitis Xpi rubricatæ eius sanguine per ecclesiastica sacra,sed quia martyres magis rubent sanguine Xpi q̃ cæteri, ideo magis merentur dici comæ & purpura Christi tincta canalibus. Nàm non solum ru-
C bent sanguine Christi per ecclesiastica sacra, sicut cæteri omnes christiani, sed etiam speciali modo rubent sanguine Christi, quia ipsum realiter secuti sunt per martyrium,& laauerunt stolas suas in sanguine suo:vt inquit Aug. super Apoc. Et ideo martyres tenent sul premum locum in ecclesia. Quinq; ergo genera capillorum dependent à nostro capite Christo,& deriuantur in ecclesiam sponsam suam:& decorant eam. Nam primo deriuatur omnis gratia,& virtus sacramentorum, & deriuantur omnia dona gratiarum & meritorum. Secundò deriuantur omnes fideles p̃ gratiam sacramentorũ regenerati. Tertiò derivatur omnis ecclesiastica potestas in omnes prælatos,& sacerdotes ad dispensandam gratiam sacramentorum & omnem iu-

risdictionem:& ex consequenti à Christo de D
riuantur omnes prælati habentes talem potestatem. Quarto per eandem rõnem à Christo deriuantur omnes principes seculares p̃ secularem potestatem,quia omnis potestas à Domino Deo est, & omnis potestas fuit tradita Christo à patre in celo & in terra. Mat. 28. Quinto autem,& speciali modo deriuantur martyres,& virgines: eò q̃ imitati sunt Christũ in morte sua:& sequũtur agnũ quocunq; ierit. Omnia ergo ista quinq; genera capillorum faciunt vnam comam sanguine Christi rubricatã,& purpuratam, à Christo capite procedẽtem,& in totam ecclesiã sponsã eius deriuatã,ipsam ornantem,& decorantẽ,quæ non solũ dicitur coma, sed etiã purpura regis iuncta canalibus vulnerum Christi,à quibus tingitur,& purpuratur. Quæ quidẽ purpura totã ecclesiã ornat,& decorat, E
de qua dicitur ps. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Postquàm ergo Christus lauit ecclesiã sponsam suam in canalibus suę passionis, & ornauit eam,& decorauit purpura regia suo sanguine rubricata,& per consequens reddidit ipsam pulcram non habentem rugam neque maculam:sed omnibus supradictis bonis ornatam:& optimo ordine membrorum & officiorum dispositam:voleus eam cõmẽdare dicit. O carissima sponsa,quam ego caro pretio mei sanguinis redemi,& lauit,et ornaui,q̃ pulcra es in dispositione membrorũ, et graduum varietate,et dignitatũ,et q̃ decora es in ornatu virtutum,et gratiarum, et p̃ cõsequens q̃ beata es in deliciis spũalib, quibus gaudes,et lætaris cũ tuo spõso. Sed quia ista ecclesia sponsa Christi per talia bona si- F
bi à sponso collata fuit elevata,et exaltata sũ per oẽm humanã facultatẽ, et eminet super oẽs alias nationes,sicut palma super omnes alias arbores. Nam sicut palma superat omnes alias arbores in rectitudine, et altitudine,et fructu,et ideo propter eius altitudinẽ, et eminentiam,qa videtur celũ attingere,dantur victoribus in signum triũphi. Ita ergo ecclesia siue christiana religio excedit,et superat omnes alias religiones in rectitudine iustitiæ:quia sola ipsa continet veritatẽ colendo vnum verũ Deum trinũ et vnũ incarnatũ in filio etc. Et sic continet rectã veritatẽ in cultu latriæ,et ipsa superat alias nationes in altitudine dignitatis, qa celum attingit, nam licet peregrinamur in hoc seculo:tamẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A conuersatio nostra in cęlis est: quia non sumus hospites, & aduenæ: sicut homines terreni, & cęteræ nationes: sed sumus iam ciues sancto rum, & domestici Dei nunc per gratiam, & in futuro per gloriam, & sic ecclesia in altitudine dignitatis, & cõuersationis iã attigit cęlum. Item ecclesia est similis palmæ, & no bilior cæteris religionibus in dulcedine, & perfectione fructus, nam nulla alia religio fa cit fructus meritorios nisi sola Christiana, nec colligit fructus gratiæ, & gloriæ nisi so la ista: nec ex aliqua religione Deus colligit fructus sibi acceptos nisi ex sola ista, nam ex ista collegit primò illum fructum sibi lapidum, & suauem super omnes fructus. s. virgi nẽ Mariã matrem suam: & ex ista arbore col legit Ioannem Baptistam, & oẽs apostolos, & discipulos, & postea martyres, & virgines,
B & doctores, & confessores. Et iõ dicit sponsus. O sponsa carissima q̃ pulcra es, & decora in delitijs, & fructibus spiritualibus, nam statura tua, & altitudo dignitatis assimilata est palmæ quæ supereminet omnes alias arbo res, & in rectitudine, & altitudine, & dulcedi ne, & perfectione fructus. Sicut autem statura tua est assimilata palmæ: ita vbera tua sunt assimilata botris siue vuis, & racemis ip sius palmæ. Nam sicut fructus palmæ q̃ sunt dactyli, excedunt omnes alios fructus in sua dulcedine: ita vbera ecclesiæ siue dulcedo, & sapor lactis vberum ecclesiæ excedit oẽs alios sapores: q̃ quidem lac vberũ ecclesiæ est lac gr̃æ sacramentorũ, & fidei articulo rũ, & obseruantiæ p̃ceptorũ. Et dr̃ et lac duo rũ testõrum, quod superat oẽs alios liquores, & sapores. Sed est vlterius valdè aduertendũ
C q̃ licèt omnia hæc supradicta sint bene & catolicè dicta quò ad expositionem vltimo rum versuum, tamen Salomon maius sacra mentum vult etiam nobis detegere. Ad cu ius intellectum est notandum, q̃ apud oẽs nationes, & religiones palma denotat, & de signat victoriam, & iõ palma dabat victori bus in signum triũphi: & sic arbor palmæ di citur arbor victoriæ: vt dictum est. Sed quia in nulla alia arbore quis adeptus fuit tantũ triũphum nec tantam victoriam quantam, quales adeptus est Christus in cruce contra mundum, & diabolum: q̃a ibi triũphauit de diabolo, & morte: & recuperauit prædam de potestate diaboli: ideo bene merito commu nitur in sacra scriptura per palmam intelligi tur arbor crucis: quæ est arbor, summæ victo riæ. Et non solùm dicitur arbor triumphalis D
ratione prædictæ victoriæ: sed dicitur arbor fructifera assimilata palmæ ratione copię fructuum diuersorum. Nã oia bona in toto isto cantico supra memorata, & oẽs fructus spirituales supradicti fuerunt germinati, & collecti ex arbore crucis, & sic crux fuit illa arbor, quæ cum Xp̃o supradictos fructus ger minauit. Iõ Xps vt deducat sponsam suam ad amorem suæ passionis, & ad deuotionẽ, & contemplationẽ, & veneretionem crucis, ex qua Christus collegit omnia bona illa, & communicauit ecclesiæ, dicit. O sponsa me, per vnionem: & carissima per redemptionẽ & prætium mei sanguinis quo te redemi, multùm mihi obligaris: quia tota tua pulcritudo & copia bonorum quibus te ditaui, & decoraui, procedit ex mea passione. Et ideo
E statura & altitudo tua assimilata est palmæ. t. arbori crucis fructiferæ: ex qua collegi oĩa bona, quæ tibi concessi: & etiam te fęci altam, & fructiferã sicut arborem palmæ, id est si cut arborem crucis. Nam sicut tunc germi nauit omnes fructus redemptionis, & salutis per passionem meam: ita tu assiduè germi nas eosdem fructus per ecclesiastica sacra, & communicas omnibus fidelibus, quasi dicat: eosdem fructus, quos ego ex mea passione in cruce collegi eosdem tu dispensas per ec clesiastica sacramenta. Ideo statura tua & dignitas assimilata est palmæ. Ex ista ergo arbore palmæ: O sponsa carissima dedi tibi pedes tectos ad rectè per hunc mundũ am bulandum, & bene calciatos: ne spinæ, & ve pres tibi nocerent in tua peregrinatione, & dedi tibi femoralia fortissima ad totum corpus ecclesię sustinẽdum: & dedi tibi vmbilicum F
secundum ad fideles concipiendos, & rege nerandos: & dedi tibi ventrem plenum tritico sacrorum ad eos nutriendos, & dedi tibi duo vbera gratiæ sacramẽtorũ, & fidei articu lorum, & donorum spiritus sancti ad eos po tandos: & dedi tibi collum super oẽs alias na tiones sursum eleuatum ad cęlum attingen dum: & dedi tibi oculos ad mysteria profun da penetranda: & nasũ ad inter bona, & ma la discernendũ, & caput ad iudicandũ, & de di tibi comas sanguine meo rubricatas ad tui decorem, & ornatum, quæ bona omnia ade ptus sum, & collegi ex arbore crucis in mea passione: & cõicaui tibi. Ex quo patet, q̃ statu ra tua assimilata est palmę, & arbori crucis: quia omnia bona, quæ habes inde collegisti.

SE-

A SECVNDA PARS HVIVS Noni Cantici.

DIxi. Ascendam in palmam,
Et apprehendam fructus eius.
Et erunt vbera tua sicut botri uineæ,
Et odor oris tui sicut odor malorum.
Guttur tuum sicut uinum optimum.
Dignum dilecto meo ad potandum:
Labiis q̃, & dentibus illius ad ruminandum.
Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.
Veni dilecti mi,
Egrediamur in agrum,
Commoremur in uillis.
Mane surgamus ad uineas,
Videamus si floruit uinea.
Si flores fructus parturiunt.
Si floruerunt mala punica.
B Ibi dabo tibi ubera mea.
Mandragoræ dederunt odorẽ in portis nostris
Omnia poma noua, & uetera seruaui tibi dilecte mi.

DEinde eum dicit. Dixi: ascendã in palmã &c. exequitur Salomon secundam partẽ huius cantici: in quo introducit ecclesiam Xp̃i ad loquendum, & reddẽdum vices amo tis sponso suo. Ad cuius intellectum est no tandum: q̃ postq̃ sponsa audiuit à sponso o mnia supradicta: & cognouit amorem eius erga se, q̃a disposuerat ipsam in tam optima dispositione membrorum: & decorauerat, & orn auerat ipsam tot, & tãtis ornamentis: & ditauerat eam tam magnis, & ptiosis bonis: & armauerat eam tàm fortibus rmis ad pu
C gnandũ contra oẽs inimicos: & dixerat vltimo, q̃ omnia bona collegerat ex arbore cru cis, & ideo assimilauerat eam arbori palmæ in rectitudine, & altitudine, & vtilitate fructus, iõ sponsa non ingrata: sed auida ad red dendum vices amoris pro tantis bonis recep tis, respondendo sponso ait. O sponse tu di cis q̃ statura mea assimilata est palmæ, & q̃ oĩa bona descenderunt ab arbore palmæ. s. crucis triũphalis: iõ volens te imitari sequen do te p̃ crucẽ, & martyriũ: ego dixi, ascendã in palmam, id est deliberando dixi, & propo sui ascendere in palmã martyrij. i. tollere cru cem, & seq̃ te, & hoc dixi, & proposui in cru cẽ ascendere: vt apprehendam fructus eius. Vñ postq̃ tu dedisti mihi arma ad pugnãdũ. s. fidem, & caritatem, & dona spiritus sancti, volo illa exercere contra diabolũ, & tyrãnos, & hęreticos. Iterũ est norandũ, q̃ per palmã D
ad quam ascendit ecclesia sponsa Xp̃i, intel ligitur campus pugnæ, & victoriæ. vnde si cut Xps ascendit in crucem ad pugnandũ p̃ nobis cõtra diabolũ: ex qua arbore collegit fructus nostrę redempt. & salutis: ita eccl̃a ascẽdit in palmã. i. in cãpũ victoriæ & pugnę ad pugnandũ contra tyrannos, & infideles pro fide Xp̃i, & contra carnẽ, & mundũ, & cõ tra hæreticos. Et iõ facti sunt quatuor exer. citus q̃ ascenderũt in palmã ad pugnandũ. Nã primò ascẽdit chorus siue exercitus mar tyrũ ad pugnandũ contra principes, & tiran nos, & infideles. Secũdò ascẽdit exercitus vir ginũ, & continentiũ ad pugnãdũ contra car nẽ. Tertiò ascẽdit in campũ pugnę, & palmæ exercitus contemplatiuorũ, & monacorũ ad pugnandũ contra mundũ, & pompam eius. Quartò ascẽdit exercitus doctorũ ad pugnã E
dũ contra hæreticos. Isti ergo quatuor exer citus ascẽderunt in arborẽ palmæ siue in cã pũ pugnæ ad pugnãdũ. Et iõ ecclesia sũ pius dicta est terribilis vt castrorũ acies ordinata. Et dictũ est ẽr superius. Quid videbis in Su namite nisi choros, id est exercitus castrorũ? Sed q̃a oẽs isti exercitus finaliter triũphar ũt de inimicis suis, ideo dr̃ collegisse fructus vi ctoriæ ex arbore palmæ: siue de arbore cru cis: q̃ idẽ est q̃ arbor siue cãpus pugnæ, & vi ctoriæ. Vñ sicut quatuor gña pugnatorum ascenderunt in palmã ad pugnandũ: ita ec clesia quatuor gña fructuũ collegit, & appre hendit ex arbore palmæ. Nã primò collegit martyres siue fructũ, & victoriã martyrij. Se cũdo collegit virgines, & continentes. Ter tiò confessores, & monacos. Quartò doctо- F
res cum suis scriptis, & doctrinis. Omnes isti quatuor exercitus dicuntur pugnatores: q̃a vita Christiani si secundùm euãgeliũ viuat, pugna, & martyriũ, & crux est: vt inquit Aug. super Ioan. Et de quocunque istorum dicit saluator. Matt. 16. Si quis vult post me veni re abneget semetipsum, & tollat crucem suã et sequatur me. Et sic etiam secundùm Augu stinum omnes coniugati viuentes secũdum euangelium tollunt crucẽ suã: et sequuntur Christum suo modo. De omnibus, ergo istis supradictis dicit sponsa. Ascendam in palmã et apprehendam fructus eius: quia oẽs istos fructus collegit, ecclesia ex arbore palmæ: et ex omnibus his collegit fructus meritorum. quos fructus reposuit in suo horreo siue cel lario. Et isti sunt tesauri, quos ecclesia

dispen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dispensat filijs suis simul cum meritis passionis Christi, quando concedit indulgentias, & fundit orationes, dicens. Per merita passionis Christi, & sanctorũ eius. Dicit ergo sponsa. Ascendam in palmam. i. in arborẽ pugnæ, & crucis, & victoriæ, & apprehendã fructus eius, & tunc vbera tua, ò sponse. & erũt mihi sicut botri vineæ, martyres proferendo: quia exinde colligam martyres effundentes sanguinem pro Christo, qui erunt tanquam vindemia in torculari. Item odores tui: qui sunt viri sancti, & virgines, & continentes, & religiosi, & confessores, & contemplatiui, effundentes odorẽ sanctitatis, & bonæ famæ: erũt sicut odor pomorum. Nam sicut poma præ iosa bene matura expirant ex se bonũ odorem: ita viri sancti, & honesti emittunt odorem bonæ famæ vita, & exemplo. de quibus B ait apostolus 2. ad Corin. 2. Bonus odor sumus vobis. q. d. sponsa. Ego apprehendam, & colligam ex ista palma virgines, & continentes, & confessores, & viros sanctos expirãtes bonos odores suę bonæ famæ, & sanctitatis sicut fuit beatus Paulus Primus eremita, & Antonius, & Benedictus, & Franciscus, & beatus Dominicus, & Augustinus: quorum odores dixerunt alius ad bene viuendum. Item guttur tuum erit mihi sicut vinum optimũ. q. d. doctores, qui sunt guttur tuum emittũt vinum optimum suæ doctrinæ, & suorũ scriptorum: quod quidem vinum erit dignũ, & bonum, & acceptum dilecto meo Xpo ad potandum, & labijs, & dentibus illius ad ruminandum. Ad cuius intellectum est notandũ quod vinum sapientiæ, & intelligentiæ, qđ sancti doctores expressernnt ex vinea sacræ C scripturæ, intrũ fuit de se optimum, & continens veritatem, quod fuit dignum acceptari à Christo, & ecclesia sponsa eius, & ideo dicit, q fuit dignum ad potandum. i. acceptandum ipsi Christo, & ecclesiæ. Et fuit dignũ, & dulce labijs, & dentibus Christi, & ecclæ ad ruminandum. Nam ecclesia per suos prædicatores continuè ruminat scripta, & doctrinam Augustini, & Hieronymi, & Basilii, & aliorum doctorum. Item doctores scolastici posteriores continuè ruminant dicta sacrorum doctorum priorum ea declarando, & in suis quæstionibus disputando. Et sic vinum illorum sacrorũ doctorum quod ecclesia collegit ex vinea, & arbore palmæ semper ruminatur nobis, & a nobis ad fidem nostram cõfirmandam, & contra hæreticos confundendos, & ad vitam, & conuersationẽ nostram D dirigendam. Omnes ergo istos fructus suprdictos collegit ecclesia ex arbore palmę. Sed quia in tali collectione fructuum causatur q dam mutua, & reciproca, & conuersa collatio, & exhibitio: ideo subdit. Ego dilecto meo, & ad me cõuersio eius. Ad cuius intellectum est notandum secundùm Aug. de verbis apostoli, q tota nostra latria, & seruitus erga Deũm non est nisi quædam mutua, & reciproca retributio. Nam primò Deus est donator, & largitor bonorum, & ex consequenti pro gratiarum actione retribuimus ipsi latriam seruitutem. Nam quia primò ipse ex nihilo creauit nos: ideo retribuimus ipsi adorationem cũ prostratione, ratione summæ maiestatis, & potestatis. Et quia gubernat nos, & prouidet nobis de bonis temporalibus: ideo retribuimus ipsi vices per oblatio E nẽ. Sed quia redemit nos: ideo retribuimus ipsi vices per laudes continuas, & patimur martyrium, & persecutiones propter iustitiã fidei eius. Et sic semper Deus est primus largitor, & per consequens latria, & bonæ operationes nostræ non sint nisi quædam retributiones gratiarũ, & ideo dicit Augustinus, q martyrium martyrum nõ fuit nisi quędã retributio in signum latriæ à quia prius pro nobis obtulit se, & pro nobis mortuus est. Et virginitas virginum, & continentia, & labor, & afflictio carnis sanctorum fuit etiam quędam retributio. Item si martyres mortui sunt pro Christo: prius Christus dedit eis gratiam, & fortitudinem ad toleranda tormenta, & ad resistendum tyrannis, & prius dedit apostolis os, & sapientiã, & dona spiritussancti ad loquendum ante reges, & præsides, & F ad pugnandum cum eis. Et ita dedit gratiã, & virturem virginibus, & continentibus ad pugnandum contra carnem, & dedit gratiã confessionibus ad pugnandum contra mundum, & antiquum serpentem, & dedit sapiẽtiam, & veram intelligentiam doctoribus ad intelligendas sacras scripturas, & sic ediderunt multa scripta, & pugnarunt, & triũphaunt de hæreticis. Ex quibus patet, q martyria martyrum, & continentia virginum, & bona opera confessorum, & omnium iustorũ, & omnis doctrina doctorum non fuerũt nisi quædam retributiones: quia retribuebant Deo per effectum quod ab eo prius acceperant per gratiam. Et sic quicquid offert ecclesia Xpo sponso suo, non est nisi quędã

retribu-

A retributio, & gratiarum actiones pro beneficijs prius receptis, & sic est quædam mutua, & reciproca, & conuersa retributio. Ideo dicit sponsa. Ego offero dilecto meo omnia ista bona, & ad me conuersio eius, quia econuerso ipse primò mihi tribuit oia bona: quia ex arbore palmæ crucis prius ista bona collegi. Item ipse mihi gratis omnia ista bona gratiæ tribuit: sed ego retribui ipsi bona latriæ: sed ad me conuersus retribuit mihi bona gloriæ: sic q ipse est primus & vltimus in largiendo. ideo semper ad me conuersio, & retributio eius. Et ideo subit. Veni dilecte mi: egrediamur in agrum &c. Ad cuius intellectum est notandum, q cum hoc carmen sit nuptiale: Salomon ponit casus qui accidunt inter amãtes, & spõsos carnales, applicãdo ad christũ, & ecclesiã. qui sunt spõsi spũales vnde ac B cidit quandoque q puella eligit sibi sponsũ vltra scitum imo contra voluntatem parentum, & sic clam diligit sponsum, & ostendit ipsi amorem cum magna difficultate in abscõdito, sed cum hoc peruenit ad notitiã parentum, affligunt spõsam ne loquatur nec iũgatur sponso tali: sed abiiciat ipsum, & iungatur alteri ad nutũ parentum, & consanguineorũ. Sed cũ illa summè diligat sponsũ cui primo promisit fidẽ, nullo pacto vult acquiescere parentibus. Cum añ parentes anociter affligant ipsam, nõ consentientes: imo repugnantes matrimonio per ipsam contracto, habentes odio sponsũ quẽ ipsa elegerat: tũc illa vehementer sollicitat sponsum, vt educat se de domo parentum, & ducat extra ciuitatẽ, vbi libere reddat ipsi vices amoris: & flẽt, & morentur ibi vsquequo ira parentum sit C placata, & consentiant parentes in matrimonium, & reducant eos in ciuitatem, & in domum suã. Et hoc frequẽter accidit in spõsalibus carnalibus, & mundanis: quæ dicuntur clandestina sponsalia: quæ postea approbantur per parentes, & ecclesiã. Ita ergo accidit ecclesię sponsæ Xpi tempore persecutionum imperatorum, & maximè in persecutionem Diocletiani, & Maximiani. Nã tunc temporis multę puellę contemnentes nuptias carnales, detestantes rium, & superstitionem gentilitatis, promittebant Christo virginitatem, & despõsabantur Christo per fidem, & baptismum vltra voluntatem parentum: vt patet de beata Christiana, & Margarita, & Barbara, quas parentes infideles affligebant, vt Christum sponsum denegarent. Hoc idem fecit magna multitudo vtriusque D sexus in illa tempestate: qui contra voluntatem non solũ parentum: sed contra decreta imperatorũ, & regum, & totius gentilitatis Christo per baptismum, detestantes idololatriam, adhæserunt. In qua tempestate fuit mota tã grandis persecutio contra christianos, & ecclesiam sponsam Christi, q in decẽ annis fuerũt occisa infinita millia martyrum p totum orbem: nec Christum negarunt. vnde personæ eorum capitali sententia, & varijs, & atrocibus tormentis puniebantur, & bona temporalia fisco adiudicabãtur. Et sic tota ecclesia vndiq; affligebatur, & vexabatur intolerabiliter in tantum, q multi christiani videntes intolerabilia tormenta aliorum, & arbitrantes se illa non posse pati: potius elegerunt fugere ad montes, & speluncas, & ibi Deo seruire, quam Christum negare. Et ita E fecit Paulus primus eremita: qui videns tormenta, quæ patiebantur martyres in Alexandria se nõ posse tole rare, fugit in desertum, quem postea secuti sunt multi alii christiani & sic incepit ordo eremitarum, & monacorum in ægypto in illa persecutione, qui quidem monachi, & eremitæ postea creuerũt in magnum numerum per totum orbem. Et non solum fugerunt ad montes in illa persecutione homines simplices: sed etiam papa, & episcopi, & sacerdotes: qui per totam illã persecutionem larẽbant in speluncis. Et sic illa ecclesia fugit de domo parentum suorum. i. de populo gentili, cuius erat filia, & latebat, & morabatur in villis, & speluncis seruiendo Christo sponso suo. Et hoc est quod intendit propheticè exprimere Salomon in hac parte. Vnde quia superius dixit sponsa. F Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. i. sicut spõsus dilectus meus dat mihi bona gratiæ ita ego dilecto meo tribuo latriã seruitutem: & sicut ego tribuo, & exhibeo dilecto meo latriam seruitutem, ita conuersio eius est ad me. i. econuerso ipse dabit mihi, & expecto bona gloriæ ab eo. Sed quia impedior & prohibeor ab imperatoribus, & tyrannis exhibere liberè latriam seruitutem Christo sponso meo: quia volunt me cogere Xpm negare, iõ potius volo fugere ad montes. Et sic ecclesia cõuersa ad Xpm sponsum, dicit: O dilecte mi: licèt imperatores, & tyranni atrociter persequantur, & diris tormentis affligãt me: vt deseram te, & adorẽ idola nefanda, tũ nunquã deserã te, cui semel voui fidẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sed sequendo consiliū tuū, qui dixisti Matt. 10. Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: sic ego volo fugere furiā tyrannorum. Ideo veni dilecte mi fugiamus ad tē pus furiam persecutoris: & egrediamur in agrum extra ciuitates, & cōmoremur in villis & ruribus, & eremitorijs, & speluncis, & ibi i eremo seruiam tibi in hymnis, & orationib. & sacrificijs. Et mane surgamus ad vineas ex colendas: ibi celebrando diuina officia in absconso p̄p metum tyrannorum, ne impediāt & prohibeant nos. Et ibi expectabimus, & videbimus si floruerunt vineæ: & si flores vinearum, & aliarum arborum parturiunt fructus: i. ibi expectabimus vsquequò sit placata ira imperatorū, & principum, & tyrannorum cōtra christianos. i. vsquequò tu illumines eos, & reddas benivolos erga ecclesiā, & B conuertantur ad fidem, prout fuit completū per conuersionē magni Cōstantini, vt patebit. Hoc aūt dicit q̄ vinea populi gentilis licēt in principio esset horrida, & inculta: tñ paulatim videns miracula, & signa quæ per martyres, & viros sanctos fiebant, incēpit florere, & sic cum labore parturiuit fructus fidei: & parturiebat vsq; ad Constantinum, q̄ multi interim conuertabantur ad fidem, vt patet in hystoriis martyrum. Vnde dum beatus Vrba. Papa latebat in rure & prædio beatæ Cæciliæ: ipsā Cæcilia semper florebat, & fructus salubres parturiebat in ciuitate, & sic conuertit sponsum sum Valerianum & Almachium fratrem eius: & misit eos ad Vrbanū: qui cum cæteris sacerdotibus latebat in speluncis, & in illo rure. iō Vrbanus gratias agēs dicebat. Dñe Iesu Xp̄e seminator casti C cōsilii suscipe fructus, quos in Cæcilia semina sti: q̄ a Cæcilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit. Et sic in illa persecutione passa sunt multa millia martyrum & virginū, vtriusq; sexus & ætatis. Et sic illa vinea semper florebat & parturiebat fructus martyrū. dū ecclesia latebat & morabatur in villis & in agris. Et iō dicit. Videamus si floruerunt mala punica. s. flores virginum, & martyrū, & dum mala punica. i. martyres florent & parturiunt in ciuitatibus: ego dabo tibi in agro vbera mea. s. vbera latitiæ, quia nunq̄ cessabo à diuino cultu in hymnis, & orationibus, & sacrificijs, & ieiunijs, orando pro ecclesia: vt tu cōprimas, & humilies corda imperatorū, & infideliū gentiliū ad fidē, ne amplius persequant ecclesiā. Et ideo Mādragoræ, per quas intelligitur fœcunditas ec D clesiæ, iam dederunt odorem suum in portis nostris. Ad cuius intellectum est notandum, q̄ Mangradora est quoddam pomum genitum in radice cuiusdam herbæ facientis folia admodū paruæ lactucæ. Et sic Mandragoræ sunt tanq̄ tubera terræ valde odorifera habentia similitudinē humani vultus: & habent hanc proprietatem, vt dicunt herbarii: q̄ siquis defert secū Mandragoras, attrahit cæteros ad amorē & nutū sui. Item habent aliā proprietatem, q̄ si mulieres manducant Mandragoras disponuntur faciliter ad fœcunditatem, & conceptum prolis. Et ideo Rubē attulit Mandragoras matri suæ Liæ: vt disponeretur ad concipiendum, quæ dixit Iacob viro suo: dormias mecum hac nocte, p̄ Mandragoris. Ge. 30. Ideo Salomon per quandā E metaphoram diuinas & internas spirationes & illuminationes appellat Mandragoras in hoc loco, eò q̄ qñ Deo placuit in illa persecutione Deus inspirauit multa corda hoīm q̄; quidem inspirationes tanq̄ Mandragoræ generabant fructus fidei in mentibus gentilium: & trahebantur ad fidem xp̄i: & sic pro fide xp̄i se morti offerebāt. Itē post illam p̄secutionē: imo in eadē persecutione ex nutu Dei, & p̄p horridam ægritudinē Diocletianus cessauit à persecutione. Et postea Deus inspirauit in Constantinum Mandragoras spūaliū inspirationū: q̄ tractus & conuersus ad Xp̄m reuocauit exiliū xp̄anorū: & magnificauit eccl'm, vt patebit. Iō dicit spōsa quod Mādragoræ. s. virtus spūs sancti & inspirationes dederunt odorē suum in portis nostris. s. in principibus, & imperatoribus, qui sunt portæ populi gentilis, vel in portis eccl'æ: p̄ quē F odorē fuit fœcundata, & multiplicata eccl'a. q. d. fœcunditas, & augmentum ecclesiæ iam apparet in portis nostris. Et hoc dicit sponsa quia dum ipsa orabat in agro latenter, & in eremo: multi ad fidem conuertebantur & postea martyrio coronabantur in populo in ciuitatibus. Et quia ex omni sexu & ætate. s. iuuenes, & senes, & virgines innuptæq; puellæ ad fidem Christi continuè conuertebantur, & martyrio coronabantur: ideo subdit. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. id est obtuli martyres ex omni sexu, & ætate. nam ego seruaui, & obtuli tibi poma noua sicut fuerunt Cæcilia, & Agnes, & Agata, & Lucia, & Catarina, quæ in puerili ætate passæ sunt. Et obtuli tibi p̄ poma vetera; sicut

A sicut fuerunt Marcellinus, & Vrbanus, & multi alii, qui in senectute passi sunt in illa persecutione. Hoc ēt dicit: quia in illa ætate multi conuertebantur ad Christum: alij in pueritia: alii in adolescentia: alii in senectute. Vnde quædam puellæ dedicabant, & consecrabant Deo virginitatem suam, & quædam viduæ seruabant continentiam, & quidam se nes segregabantur ad montes ad seruiendū Deo. Et sic spōsa continuè offerebat Christo sponso suo poma noua, & vetera. Hoc ēt p̄t intelligi de doctoribus: qui continuè offerebant Christo pomo noua, & vetera prædicā do, & probando ipsum esse verum Deū, & hominem, & Messiam in lege promissum p̄ autoritates, & scripturas noui ac vete. testa. iuata illud Matth. 13. Omnis scriba doctus profert de tesauro suo noua, & vetera.

B

TERTIA PARS
Noni Cantici.

QVis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inuenixm te solum foris, & deosculer: & iam me nemo despicias?
Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.
Et in cubiculum genitricis meæ.
Ibi me docebis.
Et dabo tibi poculum ex vino condito.
Et mustum malo. um granatorum meorum,
Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
Adiuro vos filiæ Hierusalem.
Ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectā, donec ipsa velit.

C HAec est tertia pars huius noni cantici: in qua rex Salomon explicat desideriū ecclesiæ redeundi ab eremo ad ciuitates, mitigata rabie tyrannorum, expectando pacē, & tranquillitatē ecclesiæ per conuersionem totius populi. Ad cuius intellectū est notandū sicut dictum est, q̄ ista spōsa erat filia populi gentilis f̄m carnē, quæ ad fidē Christi noui ter erat conuersa contra voluntatem suę matris. s. gētilitatis. Et dictū est qualiter gentilitas affligebat filiā suā. i. ecclesiā, eò q̄ vltra voluntatē, imo contra voluntatē suā despon sauerat sibi Xp̄m spōsum. Et iō ista sponsa fugit in eremū cū Christo sponso suo, nō p̄ semper, sed ad tempus, vsquequo mitigaret ira principū. & totius gētilitatis matris suæ, vt mitigata ira conuerteret ad eū gētilitas, & cōsentiret Xp̄o sponso ecclesiæ. Et iō sicut D spōsa carnalis: quæ fugit à domo matris, & parentū cū sponso sibi clādestinè despōsato dū est in illo exilio sēper desiderat redire ad domū matris, & inducere matrē, & parentes ad amorem sponsi, & consensum sui coniugij: sita pariter ecclesia sacerdotū dū erat in eremo quasi relegata propter metū, & crudelitatem tyrannorū semper, & continuè ora bat Deū, vt conuerteret corda principū, & tyrānorū, & cōuerteret, & mollificaret irā, & fe uitiā gētilitatis matris suæ, vt Xp̄m reciperet, & ipsa ecclesia posset liberè, & publicè xp̄m sponsum suum colere, & eis nomē prædicare, & legem euangelicā promulgare p̄ oīa regna mundi, quod completum est per conuersionē magni Constantini. Nam cū beatus Syluester metu diræ persecutionis p̄ magna tempora lateret cum suo clero, & sacer E dotibus in montibus Serapinis semper orando pro pace ecclesiæ, ex monitu apostolorū Petri, & Pauli fuit vocatus, & quæsitus per magnū Constantinū imperatorē, qui putās ad mortē vocari, obnixè exortabatur totū clerū suū ad martyriū perferendum pro fide Christi. Sed multò, et lōgè aliter fuit fauorabilis toti ecclesiæ imperator, quàm Syluester putabat: quia fuit ipse imperator baptizatus, ad fidem Christi conuersus. Et intantū fuit toti ecclesiæ benignus effectus, q̄ ipse suum palatium lateranense in ecclesiam saluatoris fecit consecrari. Et generaliem licentiā: & facultatē concessit, vt ecclesiæ in honorē Christi possent per totū orbē nouiter fabricari, & templa idolorū in ecclesias cōsecrari, & lex euangelica per totū orbē publicè prædicari. Et sic ad exemplū imperatoris oēs reges, & F & principes mūdi fuerunt baptizati, qui de tesauris suis ecclesias fabricarūt, & ditarunt. Et sic ecclesia per vniuersum orbē fuit magnificata, & sponsum suū Xp̄m sine timore publicè fuit prædicando cōfessa. Et tunc surrexit maxima copia doctorū. s. Athanasius, Basilius, Gregorius Nazāzenus, Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & cæteri, qui publicis prædicationibus omnes populos instruxerunt, & suis scriptis sacras scripturas exposuerunt, et suis disputationibus omnes hæreticos deuicerunt, & ab ecclesia eliminauerunt. Et sic patet qualiter ecclesia de omnibus inimicis finaliter triumphauit, & hoc intendit explicare in hac parte. Dicit ergo sponsa existens in illo exilio ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sponsum. Quis det te fratrem meum.i.quis dabit mihi te fratrem meum sugentem vbera matris meæ.i.ad sugendum vbera matris meæ.q.d. O Christe tu es frater meus p carnis assumptionem: quia sumus filii eiusdem humanitatis. Vnde nota.q; Christus dupliciter dicitur frater ecclesiæ sponsæ suæ, vno mõ per carnis assumptionem inquãtum est homo, quia omnes participamus eandẽ humanitatem.& sumus filii Adam. Alio modo dicitur Xps frater ecclesiæ inquantum est eius sponsus: quia sunt duo in carne vna. lõ sponsa appellat Christum fratrem. Iterum est aduertendum propter id quod ait. Sugentem vbera matris meæ:q; ecclesia illa cõuersa de populo gentili habebat duplicem matrem.s.unam carnalem ex qua descendebat
B secundum carnem.& illa erat gentilitas siue generatio gentilis. Habebat autem alteram matrem spũalem quæ est virgo Maria. nam postq; Xps est frater adoptiuus,& sponsus ecclesiæ:& virgo Maria est mater Xpi naturalis: ergo est mẽ adoptiua ipsius ecclesiæ. Põt ergo esse duplex sensus in hoc versu primò q; dicat sponsa ad Christum. Quis de te fratrem meum sugentem.i.q suxisti vbera Mariæ matris meæ:vt inuenium te foris ? Alio modo potest intelligi referendo ly matrem ad gentilitatem matrem carnalem ipsius ecclesiæ:& tunc sensus est verus, & conformis litere q.d.sponsa. Quis erit ille Deus & ille impator illuminatus per Deum,qui det, & concedat te Christũ.& frattrem, & sponsum meũ:vt sugas vbera gentilitatis matris meæ acceptando ab ea seruitutem latriæ.s.vt tota
C gẽtilitas cõuertatur ad fidem:& exhibeat tibi vbera latriæ.sicut ego facio,& per consequens sicut sugis vbera mea: ita sugas vbera totius gẽtilitatis matris meæ. q.d. Vtinam Deus pater & tota trinitas illuminet imperatores & reges & totã gentilitatem.vt ego.q̃ sum in hoc exilio possim reuerti ad ciuitates & populos.& ad gentilitatẽ matrẽ meã, & possim eam baptizare:vt sponsus meus sugat vbera matris meæ, acceptando eius latriam. In hebræo habetur. Quis mihi det, vt tu tanquam frater meus sugas vbera matris meę,& tũc litera est magis clara.&cõformis huic expositioni. Et iõ sequitur, Inueniam te solum foris ut deosculer te: & me nemo iã despiciat. Ad cuius intellectum est aduertendum.q; hic loquitur ad modum eorum qui primò contraxerunt sponsalia clandestina, qui primò se osculãtur in abscõdito: sed post D q̃ parentes consentiunt in matrimonio, & matrimonium est notum toti populo: tunc sponsi se osculantur in publico absq; erubescentia. Ita pariter fecit primitiua ecclesia de populo gentili. Nã primò fuerat clandestinè Xpo desponsata contra voluntatem & scitũ parentum.eo mõ quo supradictũ est, postea metu parẽtũ fugit ad montes:& erat ibi in agro per totam persecutionem Diocletiani,& sic ibi osculabatur sponsum in abscõdito & secreto. Sed postq̃ beatus Siluester cũ suo clero reuersus est in ciuitatem:& baptizauit Constantinum, & concessa est facultas Christianis publicè prædicandi euangelium & ædificandi ecclesias,& diuina officia celebrandi.tunc ecclesia osculabatur sponsũ suũ in publico & in itinere & in planteis. vbi publice confitebatur Christum,& eius legem E euangelicam.& hoc intendit dicere sponsa, cum ait. Quis mihi det & concedet te xpm fratrem meum.vt fugas vbera totius gentilitatis matris meæ eius latriam acceptando, vt publicè inueniam te foris.s.in itinere & in platea.& ibi solum osculer te publicè coram omnibus.tuum nomen confitendo, & prædicando, vt in tali prædicatione & cultu nemo iam amplius me despiciat nec persequatur sicut factum est vsque ad presentẽ diem:quia per decem imperatores sui afflicta & infestata fugiendo per nemora. In hebræo habetur. Quis mihi det, vt tu tanquã frater meus fugas vbera matris meæ:vt inuenirem te in vico & oscularer te,& nemo me despiceret,& tunc litera est magis clara, & ideo sequitur. Apprehendam te in domum F matris meæ. Et hoc dicit:quia illa sponsa introduxit Xpm in domum matris suæ. s. ad ppl'm gentilem,qñ in populo gentili publicè nomen Xpi predicauit,& ecclesias cõstruxit. vnde sicut in principio apostoli conuerterunt illam paruam ecclesiam ex populo gentili,ita postea illa parua ecclesia multis tribulationibus afflicta conuertit totũ residuũ gentilitatis,& per cõsequẽs cõuertit matrem suã, & introduxit spõsum in domũ gentilitatis matris suæ. Et iõ sequitur. Et ibi me docebis q.d.postq̃ intro.duxero te in domum matris meæ,& publicè potero nomẽ tuũ prædicare,tunc ibi me docebis.i.dabis mihi doctores: quibus reuelabis secreta sacræ scripturæ: & referabunt, & declarabũt scripturas vtriusq; testamenti: & defendent ecclesiam con

A contra hæreticos,hoc autem dicit: quia illicò post conuersionem Constantini fuit in ecclesia copia magnorum doctorum, sicut fuit Athanasius, Basilius, Gregorius Nazanzenus, Ambrosius Hieronimus, Hilarius, Augustinus, & cæteri: qui spiritusancto illustrati glossarunt scripturas,& instruxerunt fideles,& debellarunt, & exterminarunt hæreticos. Sed quia scientia eorum non fuit ab alio nisi à Christo, qui eos per spiritũsanctum edocuit: ideo dicit: Ibi me docebis. Sed quia ecclesia esset ingrata recipiẽdo tot beneficia à sponso: nisi redderet vices amotis per exhibitionem latriæ: ideo subdit spõsa. Et dabo tibi poculum ex vino condito.i. sicut tu me docebis secreta scripturæ aperiẽdo, ita ego dabo, & offeram tibi poculum prædicationis ex vino condito.s.ex intelligẽ
B tia sacræ scripturæ.quæ est dulcior omni vino. vnde dictum est qualiter intelligẽtia,& veritas euangelica est quoddam vinum conditum,& expressum ex vinea sacræ scripturæ ve.te. Et hoc vinum conditum expresserunt doctores ex sacra scriptura obtulerunt Xpo, quod quidem vinum fuit dignum, & sapidum dilecto Christo ad potandum, & dentibus. i.populis eius ad ruminandum,prout dictum est supra. Item sponsa non solùm obtulit sponso poculum sacræ scripturę: sed etiam poculum sacramenti altaris ex vino condito, & consecrato. Et ita pariter offert poculum aliorum sacramentorum, & fidei articulorum, & poculum obseruantiæ præceptorum, & operum misericordiæ, quod poculum est sponso valde sapidum, & acceptum. Sed quia ecclesia non solùm offert
C Christo merita passionis: siue vinum passionis eius in sacramentis: sed etiam offert vinum meritorum sanctorum martyrum, & virginum, & confessorum ideo subdit. Et dabo tibi mustum malorum granatorum meorum, vnde per mala granata intelligũtur principaliter martyres,qui pro Christo sãguinem fuderunt, & ex consequenti intelliguntur omnes confessores, & sanctí, & iusti, qui omnes continentur sub vna pelle,& tegmine fidei, & caritatis, sicut.n.in malo granato continentur multa grana rubea sub vna pelle:ita omnes fideles rubricati sanguine Christi continentur sub gremio ecclesiæ. Mustum ergo istorum malorum granatorum sc licet sanctorum martyrum, sunt merita eorum expressa ex martirio, & laboribus,quos pro Christo sustulerunt. vn- D de hoc mustum malorum granatorum offert ecclesia Christo sponso suo in festiuitatibus,quas celebrãt in memoriã sanctorum. Item hęc merita sanctorum offert quotidie ecclesia simul cum passione Christi in sacramento altaris: vt patet cũ dicit in canone, Communicantes, & memoriam venerantes in primis gloriosæ virginis Marię, & beatorum apostolorum, & martyrum. Et hoc est mustum malorum granatorum, & poculum, quod ecclesia offert quotidie Christo sponso suo. Ex supradictis ergo patet: qualiter ista ecclesia sponsa Christi exiuit in campum pugnæ terribilis,vt castrorum acies ordinata cum multis cotis,& exercitib. castrorum bellicorum. Et pugnauit diu contra inimicos suos: sed tandem deuicit eos,& triumphauit de omnibus. Nam per martyres de- E uicit omnes tirannos: & per virgines,& continentes triumphauit de carne, & per monacos,& eremitas, & religiosos triumphauit de mundo, & diabolo, & pompis eius, & per doctores triumphauit de hæreticis. Et sic postquam tempore Constantini deuicerat omnes supradictos: & fuerat tota gentilitas conuersa tunc sponsa absque timore, & erubescentia osculabatur sponsum in publico, & erat in eius amplexu,& fauore eius legem euangelicam prædicando, & publicè diuina officia celebrando. Et ipse sponsus iam publicè fauebat sponsę tenẽs eã in suo amplexu fauorabili, quando Constantinus dotauit eam magnis muneribus,& diuitijs, & dominio tẽporali, & amplo patrimonio. Videns se ergo sponsa in tanto honore, & prosperitate, & fauore sponsi constitutam, F coneludit dicens. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.i.tam Xps sponsus meus honorificauit me in tantũ, q; læua eius. s.dominum temporale, & copia bonorũ tẽporalium est sub capite meo ad sustentandũ statũ honorificũ in hoc mũdo: & dextera illius.i.potestas eius spũalis quam mihi concessit ad regẽdam ecclesiam,amplexabitur me q. d.q; Christus,sponsus meus amplexabitur me tota læua.i.brachio sinistro. s. copia bonorum tẽporaliũ sub capite meo,& dextera. i. potestas eius spiritualis erit supra me. & sic vtroque brachio amplexabitẽ me.s.temporali,& spũali. Et sic iam in suo amplexu prospero,& fauorabili.tã victrix q̃ triuphatrix,& domina totius mundi fauora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ta. Sed quia sponsa agens gratias glorificata fuerat in Xpo, eò, q amplexus fuerat eā supponēdo loca copiæ bonorum temporaliū sub capite ad sustentandum eius honorificum statum, & ponendo dexteram bonorum spiritualium super eam, & per consequens spōsa iam quiescebat: quasi dormiens in amplexu sponsi liberata à persecutionibus, & laboribus: ideo sponsus eius exhortatur, & adiurat filias Hierusalem, id est omnes deuotos fideles ne excitent, & impediant eam ab illa quiete, & prosperitate in qua manet, & ne separent eam ab amore, & fide sponsi, nec impediant ipsam à cultu latriæ. Ideo ait sponsus. O filiæ Hierusalem adiuro, & admoneo vos ne suscitetis, id est nec impediatis, nec euigilare faciatis dilectam à somno contemplationis, & latriæ: do-
B nec, id est dum ipsa velit. Ad maiorem intelligentiam huius est valdè notandum, q Salomon in hoc libello enumerat, & memorat tres amplexus huius sponsi ad sponsā, & post quemlibet amplexum fecit adiurationē & adiurat filias Hierusalem ne suscitent spōsam. Qui quidem tres amplexus cum suis adiurationibus referuntur ad diuersa mysteria, vnde primus amplexus fuit incarnationis, & humanitatis susceptionis, quando verbum æternum filius Dei assumpsit, & vnuit sibi illam humanitatem personaliter in vnitate suppositali. Hunc autem amplexum incarnationis memorauit in cantico secundo, cum dixit. Dum esset rex in accubitu suo & cætera. Et hoc magis explicatur in fine huius cantici, cum dixit. Lęua eius sub capite meo, & cætera, sed il-
C licò subdit sponsus, dicens. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosque cā porum, id est per patriarcas, & prophetas: ne suscitetis nec euigilare faciatis dilectam, scilicet humanitatem assumptam ab vnitate personali: qua est verbo vnita: donec ipsa velit. Et adiurat per patriarcas, & prophetas, eò, quòd eis fuit sub iureiurando promissum mysterium incarnationis, & aduentus Christi in carnem. Hoc autem dicit: quia quod semel Christus assumpsit: nunquam dimisit, vnde licèt in triduo anima fuerit à corpore separata per mortem, tamen verbum neutrum dimisit. Secūdus autem amplexus fuit filij Dei ad ecclesiam de populo Israelitico tempore eius ostensionis, & prædicationis: quia tunc Christus recepit in suo amplexu ecclesiam con D gregatam de populo Israelitico, quando vocauit apostolos, & discipulos, & alios fideles de illo populo ad fidem, & hoc per prædicationem, & miraculorum operationem. Quem amplexum memorauit sponsa in fine tertij cantici, cum dixit. Inueni quē diligit anima mea, tenui eum nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, scilicet synagogæ, & in cubiculum genitricis meæ, id est plebis Israeliticæ, quæ genuit me secundùm carnem. Quod fuit impletum: quando Christus misit apostolos ad prædicandum in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus, in qua prę dicatione multos conuerterunt, & baptizauerunt, vt patet Lucæ vndecimo. Et sic illa ecclesia apostolorum introduxit spōsum in domum matris eorum per fidem. Hoc E idem fecerunt post receptionem spiritussancti, quia in illa die baptizati sunt ad tria millia de illo populo, & multò plures in diebs sequentibus, vt patet in Actibus apostolorum. Et sic patet qualiter illa sponsa introducit Christum in domum matris suę, vt amplecterentur eam sponsus, & sic mansit illa ecclesia in amplexu sponsi. Sed quia illa sponsa semel conuersa nunquam recessit ab amplexu sponsi, ideo ibidem illicò subdit sponsus adiurando filias Hierusalem: dicens. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas cerusosque camporum &c. Tertius amplexus fuit quando Christus amplexus est ecclesiam de populo gentili, quando Christus amplexus est eam cum multo fauore: prout dictum est in hoc Cantico nono: ad quem amplexum sequitur tertia adF iuratio ad filias Hierusalem: sed ista adiuratio non facta est cum conditionibus supradictarum duarum adiurationum. Nam illa adiuratio facta est per capreas cerusosque camporum: ista autem tertia non: prout patet in litera. Causa cuius potest esse ista. Nam licèt ista ecclesia nunquam erit separata ab amplexu sponsi facta vna cum ecclesia conuersa de plebe Israelitica, eò, quòd licèt fluctuet continuè, tamē nunquam submergetur nauicula Petri: tamen, quia patriarchæ, & prophetæ non præfixerunt nec limitarunt tempus huius ecclesiæ à Constantino, & à tempore eius prosperitatis vsque ad secundum aduentum Christi: ideo sponsus non

A non adiurauit filias Hierusalem per capreas cerusosque camporum in hac tertia adiuratione. Alia causa potest esse, eò q populus gentilis non habuit patriarcas, & prophetas, qui prophetarent amplexum huius sponsæ ad Christum, nec aduentum Christi ad populum gentilem, sicut habuit populus, & plebs Israelitica. Ideo hæc tertia adiuratio non fit per capreas cerusosque camporum. Et hoc de nono cantico.

SEQVITVR DECImum canticum.

B

QVæ est ista quæ ascendit de deserto.
Delitiis affluens?
Innixa super dilectum suum?
Sub arbore malo suscitani te.
Ibi corrupta est mater tua.
Ibi violata est genitrix tua.
Pone me, ut signaculum super cor tuum.
Vt signaculum super brachium tuum.
Quia fortis est ut mors dilectio.
Dura sicut infernus æmulatio.
C Lampades eius, ut lāpades ignis atque flamarum.
Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem.
Nec flumina obruent illam.
Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despicit eam.

HOc est decimum: & vltimum Canticum in quo Salomon cantat prosperitatem, & pacem ecclesię sponsæ Christi, illi datam, & concessam post conuersionem Constantini: in quo quatuor facit. Nam primo describit quandam admirationem de fœlici statu huius sponsæ. Secundo describit quandam exhortationem sponsi ad sponsam, ut ipsum obliuiscatur, allegando beneficia ipsi collata. Tertiò memorat progressum, & continuum exercitiū sponsæ, vt satisfaciat sponso, & reddat vires amoris. Quarto explicat finale præmium desideratum, & vltimatum terminum beatitudinis sponsę, vel ponit vocationem sponsæ ad superiorem felicitatem, & altiorem statum. Secundum, ibi. Sub arbore malo suscitaui. Tertium ibi. Soror mea paruula est. Quartum, ibi. Mille tui pacifici: Quan- E tum ad primum ergo Salomon introducit chorum adolescentularum admirantium subitam prosperitatem huius sponsę.

Ad cuius intellectum est aduertendum prout supra visum est, quòd ista sponsa à principio sui, scilicet post Christi ascensionē semper fuit afflicta, & abiecta, & pugnauit in campo cum inimicis. Sed obtenta victoria, & triumpho de omnibus fuit magnificata per magnum Constantinum in quantum, quod Imperator largitus est ipsi vrbem Romanam, cum toto patrimonio ipsi adiacenti, & dedit ipsi septuaginta duas ciuitates, & duo millia oppidorum (vt fertur) in Italia, & insulis adiacentibus. Et sic Constantinus relicta Italia in potestate Syluestri vicarij Christi, elegit sibi sedem apud Byzantium Thracię, quæ postea Constantinopolis id est, F ciuitas Constantini nuncupata est. Et sic exinde omnes reges terræ, & imperatores, & principes subiecerunt colla iugo Christi, & ecclesiæ sponsæ eius: Et sic ecclesia mansit domina mundi: delitiis spiritualibus, & etiā temporalibus affluens, & mansit innixa, & reclinata in fauorabili amplexu Christi spōsi sui. Videntes ergo adolescentulæ, & filiæ Hierusalem, id est minores ciuitates, & oppida ad Christum conuersę, & simplices fideles, tàm subitam mutationem sponsæ de aduersitate in prosperitatem, & de persecutione, & afflictione in copiam delitiarum, admirantes dicunt. Quæ mulier est ista quæ ascendit de deserto &c. In quibus verbis tria bona explicat, quæ faciunt ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fœlicem, & prosperum statum huius sponsæ. Primò, quia ascendit de deserto, id est quia exit de campo pugnæ, & persecutionis, & ascendit ad statum pacis, & fœlicitatis. Secundò, quòd ascendit delitiis affluens, per quod explicatur copia, & sufficientia bonorum spiritualium, & temporalium, & plenaria potestas super totum orbem, tradita ipsi à Christo sponso suo. Tertiò dicitur, quod erat innixa, & reclinata supra dilectum suũ scilicet Christum sponsum suum: quia tenebat ipsam amplexam vtroque brachio, scilicet temporali, & spirituali: per quod denotatur eius securitas, & quies, & fauor. Et ideo filiæ Hierusalem quas sponsus adiurauerat ne excitarent sponsam dormientem in eius amplexu, videntes tam subitam mutationẽ ab aduersitate in prosperitatem, dicunt. Quæ B est ista quę ascendit de deserto, delitiis, & diuitiis affluens innixa super dilectum suum? Ad cuius maiorem euidentiam est notandũ, q̃ ista sponsa ter exiuit ad ostensionem populorum, & diuersimodè, & ideo filiæ Hierusalem tribus vicibus admirantes interrogauerunt de statu huius sponsæ. Nam primò ascendit per desertum Israeliticum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & turris, & vniuersi pulueris pigmentarij, ut dictum est in quarto cantico, quod fuit quando ecclesia apostolorum peregrinata est cum sponso suo per totam terram promissionis cum signis, & virtutibus, & miraculis, ut ibi dictum est, vt patet per totum discursum euangelicum. Et ideo filiæ Hierusalem, & adolescentulæ, id est omnes populi terræ promissionis admirantes opera Christi mirabilia, & opera C discipulorum, qui etiam in nomine Iesu Christi sanabant infirmos, & eiiciebant demonia, ut patet Luc. 11. & Matth. 10. dicebant. Quæ est ista quæ ascendit per desertum &c. Et dicebatur sponsa ire ascendere, eò quòd Christus ascendebat Hierosolymam ad eam pum passionis ad crucifigendum. Secundò ista sponsa exiit, & progressa est per desertũ populi gentilis, & hoc quasi aurora consurgens: pulcra vt luna: electa ut sol: terribilis vt castrorum acies ordinata ad pugnandum parata, ut dictum est cantico octauo. Et ideo videntes eam filię Sion, & reginæ, & concubinæ laudauerunt eam de fortitudine, & mirabilibus actibus eius, & admirantes, dicebãt. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens &c. prout ibi dictum est. Et dicebatur sponsa progredi per desertum, eò quòd D procedebat, & perseuerabat in sua continua pugna contra inimicos. Tertiò autem quia ista sponsa post conuersionem Constantini exiuit de deserto pugnæ, & persecutionis, & delitiis affluens innixa super dilectum suum sponsum ascendit in tam altum culmen dignitatis, & prosperitatis, & ideo filię Hierusalem admirantur, dicentes. Quæ est ista quæ ascendit de deserto &c. Filiæ ergo Hierusalem de populo iudaico mirabantur in quarto cantico virtutes, & mirabilia opera huius sponsę, quę fiebat in nomine Christi spõsi eius. Sed in octauo cantico filię Hierusalẽ i. conuersi de populo gentili mirabãtur fortitudinẽ, & multiplicem pugnã, & victoriam huius sponsę contra inimicos. In principio autem huius decimi cantici admirantur eius prosperitũ, & felicem statum, eo modo quo di E ctum est. Fuit ergo ista sponsa illico post xpi ascensionẽ & Spiritussancti missionem quasi aurora consurgens à nocte legis, & tenebris idololatriæ, postea crescendo fuit pulcra, vt luna: postea magis lucida incipiens habere doctores facta est electa vt sol: postea repore imperatorum persequentiũ facta est terribilis, ut castrorum acies ordinata ad pugnandũ contra eos, & omnes alios inimicos. Sed habita victoria de omnibus facta est per conuersionẽ Constantini, diuitiis: & delitiis affluens, innixa, & reclinata super dilectũ suum tanq̃ domina mundi. Itẽ ista sponsa fuit quasi aurora consurgens in lege naturæ, & pulcra vt luna in veteri, sed fuit electa vt sol in Christi aduentu: sed fuit terribilis, vt castrorũ acies ordinata in tempore persecutionum: sed F fuit delitiis affluens, & innixa super dilectũ post conuersionẽ Constantini, & hoc est qđ intendit dicere Salomon in hac prima parte. Deinde cum dicit. Sub arbore malo suscitaui te &c. introducitur sponsus ad exortandam sponsam ne integrata obliuiscatur amoris sponsi, & beneficiorum receptorum. Ad cuius intellectum est aduertẽdum: sicut frequenter dictum est, q̃ omnia bona, quæ possidet ecclesia, emanant ex passione Xpi: & hoc tã bona tẽporalia q̃ spiritualia. nam manifestum est, q̃ omnis virtus, & gratia sacramẽtorũ traxit virtutem ex passione Christi. Et oĩa dona spiritussancti, quæ dantur in cõfirmatione, dantur per merita passionis Christi, & omnia merita Christi, quę dispensat ecclesia per indulgentiarum largitionẽ, emanant

A nant ex passione Xpi: & sic est dicendum de omnibus bonis spũalibus. Et non solum bona spũalia: sed etiam bona temporalia data sunt ecclesiæ propter merita passionis Christi. Nam Constantinus: vt infra patebit: dotauit ecclesiam magna copia bonorum temporalium: vt fieret particeps, & consequeretur merita passionis Christi. & sic omnes reges, & principes Christianorum ædificauerunt ecclesias, & ditarunt eas, & multi milites, & ciues instituerũt beneficia in ecclesia: vt participarent merita passionis Xpi. & sic est dicendum de oĩbus eleemosinis, & oblationibus, & decimis, & primitiis, quę dantur ecclesiæ. Sed quia talia bona adeptus est nobis Christus in arbore crucis, iõ dicit Christus ad sponsam, quod sub arbore malo suscitauit eã à morte æterna, & in arbore crucis suscepit B pro ea mortem, & passionem, & adeptus est copiam, & sufficientiam meritorum & bonorum spiritualium, & temporalium ad ditandum, & magnificandum ipsam: ideo ex copia tantorum bonorum non debet superbire: nec extolli: nec posita in tanta fęlicitate debet sponsum obliuiscì, nec ab eius amore recedere: quia in arbore crucis caro pretio sui sanguinis redemit eam, & à morte æterna suscitauit, & innumeris bonis ditauit. Et per consequens sponsa semper memor tantorum beneficiorum debet vices amoris rependere: quia amor non nisi æquali amore comparatur, & persoluitur, sed maiorem dilectionem non potuit Christus ostendere spõsæ quàm pati, & mori pro ea, & facere eam consortem, & participem, & consortem suorum meritorum, & fructuum eorum: ergo C sponsa non potest recompensare nec rependere vices tantæ dilectionis: nisi quod moriatur pro Christo: vel eius præcepta, & voluntatem obseruet. Dicit ergo sponsus. O sponsa non superbias nec te extollas in superbiam, & fastum, eò quòd posita es in tã alto culmine dignitatis, & copia bonorum, & delitiarum, & in tam prospero statu: quia hoc non habes ex natura tua nec genere tuo: quia ex Adam, & natura corrupta non habes nisi malum pura mortem tam temporalem, q̃ æternam, & ab eis non traxisti nisi oẽm miseriam, & infirmitatem. à me autem habes omnem gratiam, & salutem: quia sub arbore malo suscitaui te à morte peccati, & oĩ miseria. Vnde malus est quædam arbor fructifera excellens in fructu super omnes arbores: sicut dixit sponsa in cantico secundo. Sicut D malus inter ligna siluarũ: sic dilectus meus inter filios. In hæbreo autem habetur. Sub pomo suscitaui te, & ideo per malum siue pomum intelligitur arbor crucis: quæ protulit nobis fructus incomparabiles meritorũ, sub qua arbore crucis Christus suscitauit totum genus humanum à morte æterna. Vnde sicut Adam comedendo fructum prohibitum sub arbore scientiæ boni, & mali, præcipitauit totum genus humanum in mortẽ: vbi corrupta, & sauciata fuit tota humana natura mater nostra, vnde trahimus originem, ita per oppositum Xps seruando obedientiam patris, gustando in cruce amaritudinem passionis, suscitauit genus humanum à morte æterna, & sanauit ab omni infirmitate, & miseria. Ideo dicit Christus: Sub arbore malo. i. sub arbore crucis suscitaui te, quia E sup. ibi. i. sub arbore prohibita corrupta est tota natura mater tua, & ibi. s. in paradiso terrestri sub eadem arbore violata est natura mater tua. nam voluntas, quæ ante erat libera facta: violata per carnem, & sensualitatem corruptam quasi violatur, & cogitur violentia complacentiæ ad peccandum, & omne nefas perpetrandum: quia manet prona ad malum, & cum violentia, & difficultate facit bonum: quia regnum eglorum vim patitur pp corruptionem naturæ, & violenti rapiunt illud. Et ideo quia ista litera est transposita, debet sic ordinari in constructione. s. quia ibi. s. in paradiso terrestri & horto delitiarum sub arbore prohibita tota natura mater tua fuit corrupta: quando primi parentes comederũt fructum prohibitum, & ibi fuit violata. i. violenter expoliata genitrix tua oĩ F bus bonis gratuitis: qñ Adam volens descendere ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones: qui ipsum expoliauerunt, & sauciauerunt, & semiuiuo relicto abierunt, ideo ego sumens te super humerum meũ suscitaui te sub arbore crucis &c. quia ibi in arbore crucis germinauit fructus meritorum ad sanãdũ vulnera tua, & ad suscitandum te à pcõ per baptismum, & cætera sacramenta. Itẽ aliter põt intelligi ista litera, referendo ly mater ad synagogam, & legẽ veterem, & gentilitatem, & ly genitrix tua, ad præsentem ecclesiam. q.d. O sponsa ego te suscitaui sub arbore crucis, & ibi in cruce corrupta, & mortua & extincta est mater tua synagoga simul cũ lege Moysi: quia mecũ fuit crucifixa, & mortua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tua, & sepulta, & etiam genitrix tua. s. gentilitas ibi fuit violata cum suis superstitionibus, quia quidem fuit diabolus conuictus, & de populo gentili violenter eiectus, & fugatus. Alia autem translatio secundum hebræum habet sic. Sibi corrupta est mr tua: ibi violenter parturiuit te genitrix tua. & tunc explicatur maius sacramentorum. Nã sub arbore crucis Christus suscitauit nos à morte æterna: quã incurrimus in Adam propter esum ligni prohibiti, & ibi. sin cruce Xpi corrupta, & mortua est mater nostra tam gentilitas: g̃ synagoga. sed ibidem crux, que est mater nostra, cum magna violentia, & dolore Christi peperit, & parturiuit totam ecclesiã sponsam ex latere Christi. Crux ergo siue caritas Christi. quæ est mater nostra, parturiuit nos cum violentia, & dolore per latus Xpi,
B & sic vtraq; expositio est saris conformis literæ, & catolicæ fidei, & veritati, & ideo subdit sponsus, di. Pone me, vt signaculum sup cor tuum, quasi dicat. Si ita est. q̃ ego te suscitaui sub arbore crucis à duplici morte g̃ incurristi in Adam: & fui clauis in manibus clauatus, & lancea perforatus in latere meo parturiui te cum immenso dolore, & violentia, & p̃ te fui vulneratus & ferro & flagelli- signatus in toto corpore ergo pone me, vt signaculum super cor tuum per fidem, & caritatem, & vt figuaculum sup̃ brachium tuum per operationem, & effectum: sicut ego te dilexi per affectum, & effectum, q.d. quod si Deus præcepit filiis Israel, vt portarent signa legis in fronte: & digito, & manu: eò quod liberauerat eos de Aegyptiaca seruitute, & de manu Faraonis ĩ mari rubro:
C ergo maiorem causam habes tu portandi signaculum meæ passionis in corde per affectum, & in brachio per effectum. vnde hoc dicit quia non sufficit portare nomen Christi in solo corde: sed ẽt in ore & opere, ipm publicè confitendo, & prædicando: sicut ipse publicè pro nobis in cruce passus est. Et iõ corde creditur ad iustitiam, confessio autem oris fit ad salutem. Et reddit causam quare tenemur ipsum corde diligere, & ore, & opere confiteri, dicens. Quia fortis est, vt mors dilectio. q.d tantũ fuit fortis dilectio, & caritas quam in corde erga vos gessi, & opere ostendi, quod vsq̃ ad mortem crucis me sponte exhibui, & æmulatio fuit dura: vt infernus, idest rãtum fuit dura æmulatio, idest stimulus amoris erga vos, quod me fecit in
D infernum descendere: vt inde antiquam præ dam repeterem, & fideles ve te. liberarem, fuit ergo illa æmulatio dura, & laboriosa. Et non solum liberaui illos præscitos de inferno. sed omnes iustos futuros præripui ne in illum locum descenderent. Ergo maior fuit ista liberatio totius generis humani ab eterna morte, & seruitute spirituali. quam fuit liberatio Israel de Aegypto, & seruitute temporali. In hebræo autem habetur. Dura vt infernus inuidia, & tunc esset sensus, quòd inuidia qua Iudæi occiderunt Christum pro nobis fuit dura, & crudelis, sicut pœna inferni, siue quod pene, quas Christus pro nobis passus est ex inuidia Iudæorum, fuerunt dure, & crudeles, sicut dolores inferni, sed forsan magis est conformis translatio nostra cum superiori expositione. Est verum quòd sicut
E hoc nomen stimulus siue æmulatio apud nos est equiuocum ad amorem, & ad inuidiam siue odium: ita pariter vocabulum positum in hebræo, sed Iudæi moderni accipiũt & pronunciant alteram significationem. Sed significatio quam accipit superior expositio videtur magis conformis. vt dictum est. q.a illa dilectio & caritas quam Christus gessit erga nos deduxit ipsum vsque ad mortẽ crucis, & ille stimulus amoris fecit ipsum descẽdere vsque ad infernum. ad prædã antiquam repetendam. & infernum expoliandũ. Et iõ subdit. q̃ lampades eius. s. dilectionis, & stimuli amoris quos erga nos gessit fuerunt sicut lampades, & faces & ardores ignis atque flãmarum. q.d. q̃ sicut ardor ignis, & flammæ totaliter comburunt, & consumunt facem, & lignum, & carbonem, ita ignis, & ardor caritatis totaliter creauit Christum tanquam
F verum holocaustum in ara crucis pro nobis: quia tantum fuit copiosa apud eum redemptio, q̃ totum sanguinẽ pro nobis effudit, & exaussit. Et ideo subdit, q̃ tũ fuit fortis ille ignis, & ardor, & flamma caritatis: q̃ aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. i. quòd nullæ minæ, nec persecutiones nec tormenta: nec flagella: nec mors potuerunt extinguere caritatem, & amorem, quin pro nobis Christus mereretur, & per consequens ille ignis, & ardor caritatis fuit maior & fortior quocunque igne materiali, quia non est ignis nec flamma tam grandis quin extinguatur per multam aquã. Item nec flumina ire, & persecutionum obruerunt illam caritatem. Vnde est aduertẽdũ. q̃ per aquas

multas

A multas intelligit persecutiones quas Xps passus est in sua peregrinatione ante mortem, & passionẽ: q.a multas iniurias, & opprobria, & labores passus est: vt patet per totum discursum euãgelicum, quæ quidem persecutiones & labores nunq̃ potuerunt extinguere caritatem eius: nec retraxerunt eum ab incepto opere redemptionis. Iuem per flumina intelligit iram scribarũ, & phariſæorũ: & prãtem Pilati gerẽtis vices imperatoris. Sed nec ista flumina potuerunt obruere, & prosternere illam caritatem: ergo fuit fortior, & firmior, & immobilior illa caritas Christi: g̃ quælibet turris vel domus sita iuxta flumina: quia non est turris tàm fortis sita iuxta flumina: quin corruat si illa flumina excessiuè inundẽt. Sed caritas Christi nũquam potuit corruere nec obrui per violentiam, & inundationem per
B secutionum scribarum, & sacerdotũ nec imperatoriæ potestatis quam Pilatus exercebat: quia mors, & passio Christi ministrata per eos non potuit retrahere Christum ab ardore caritatis. Et ideo concludit Christus q̃ maiorem caritatem nemo poterat ostẽdere pro amico: quàm ipse ostendit pro nobis. nã non solum dedit pro nobis bona temporalia, & bona fortunę: sed dedit pro nobis seipsum ad mortẽ, quia maiorẽ hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Io. xv. Et ideo subdit. q̃ si dederit hõ omnem substãtiam suam pro dilectione: quasi nihil despiciet illam. q.d. non sunt comparãda bona temporalia ad vitam hominis. Nã si homo dederit omnem substantiam suam. i. omnes diuitias, & bona temporalia pro dile
C ctione vnius amici: quasi nihil despiciet eam substantiã, & bona temporalia respectu illius qui dat seipsũ, & vitã pro amico. quia multi dant, & offerunt bona tẽporalia pro amico: sed nolũt dare vitam suã nec mori pro eo: & sic magis diligunt seipsos g̃ bona tẽporalia, & amsẽũ: quia pellẽ pro pelle: & cuncta q̃ hõ habet dabit pro anima sua: vt patet Iob. j. Sed Christus omnia bona temporalia dedit pro nobis. quia pauper venit in hunc mundũ, tã pauper voluit viuere: vt nos diuites faceret in suo regno. Item magis dilexit nos g̃ vitã suã: quia seipsũ, & vitã suam obtulit ad mortẽ pro nobis: vt nos vinificaret, & à morte liberaret. Ex quibus patet qualiter caritas Xpi excessit omnia bona mundana, & omnem dilectionem alionum, & ideo dicit: q̃ ponamus
D nunc suam caritatem, & mortem, & passionẽ & eius nomen, & legem euangelicam in corde nostro per affectum: & in brachio nostro tãquã signaculum per operationẽ, & effectũ. Hanc autem caritatem impertiuit Christus martyribus suis: qui pro eo reddendo vice amoris passi sunt carceres, & tormẽta vsque ad mortem. Et ideo sicut commendat suam caritatem erga nos: ita commẽdat caritatẽ martyrum, & aliorũ sanctorũ erga seipm. Sed forsan ẽt improperat in hoc loco ingratitudinem malis prælatis, & Christianis: qui ingrati pinguedine, & copia bonorum tẽporalium, quæ ex meritis Christi crucifixi possident, elati in superbiã contrẽnunt Xpm. & bona spiritualia, & cõuertũtur ad tẽporalia, q̃d forsan iam tunc prænidens Salomon in spũ prophetico iã in persona Xpi improperat ingratitudinem malis Christianis, & prælatis, & etiam regibus, & principibus. quia oĩs
E potestas deriuatur à Xpo crucifixo: cui data fuit à patre in cęlo, & in terra. Matth. 28.

SOror nostra parvula.
Et ubera non habet.
Quid faciemus sorori nostræ.
In die quando alloquenda est.
Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea
Si ostium est cõpingamus illud tabulis cedrinis.
Ego murus, & ubera mea sicut turris,
Ex quo facta sum coram eo quasi pacẽ reperiẽs

QVia superius in prima parte huius cãtici Xps explicando bñficia quæ nobis cõtulit, & caritatẽ quã nobis oñdit, exhortatus ẽ spõsam, vt redderet sibi vices amoris, dicens. Pone me, vt signaculũ sup̃ cor tuũ &c. Nũc in hac secunda parte explicat quibus modis F debet sponsa ipsi reddere vices amoris. Ad cuius intellectum est aduertendum, q̃ omnia præcepta caritatis reducũtur ad duo. s. declinare à malo, & facere bonũ. Vnde Deus in lege veteri, & noua nil aliud quærit à nobis. Iõ ait per os Dauid ps. 33. Declina à malo, & fac bonũ. Et nil aliud Xps querit à nobis nisi vt reddamus ipsi vices amoris. Sed q.a nemo põt declinare a malo nisi viriliter resistat tentationibus mundi, & carnis, & diaboli. & nemo potest operari siue facere bonũ, nisi exercendo opera misericordiæ. erga proximũ. & opera latriæ erga Deum. iõ spõsus duo facit in hac parte. Nam primò exhortatur sponsam. vt declinet à malo continuè

pugnan do

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pugnando,& resistendo mundo, & carni,& diabolo. Et hoc ostendit, & præcepit metaphorice inquantu ecclesia est quoddam oppidum, & præsidium siue ciuitas bene munita: in qua fideles semper pugnant cõtra inimicos obsidentes,& infestantes eã. Secundò exortatur sponsam ad bene operandũ, & exercendum opera miæ erga proximũ,& opera latriæ erga Deum: inquantù ecclesia est quædã vinea in qua omnes diuersimodè laborãt pro vltimo præmio adipiscẽdo, & fructum passionis consequendo,& lucrãdo. Secunda pars erit ibi. Vinea fuit pacifico. Quã tùm ad primum est aduertendũ, quòd eccle sia nouiter conuersa de populo gentili tempore Constantini dicta est parunla:eò q̃ tũc erat nouitia in fide, & ideo dicebatur non habere mamillas sapientiæ, & intelligentiæ

B sacræ scripturæ: quia veniens nouiter ex superstitione gẽtiliũ,& curiositate philosophorum nondum nouerat scripturas sacras viri usque testamenti: nec ascenderat ad arcem euangel.cã veræ & sapientiæ per Christũ ædificatã. Vnde sicut dictum est in quarto cãti co. sacra scriptura vtriusq; testamẽti, & intelligentia eius dicuntur duo vbera ecclesiæ :q̃ continuè propinant lac doctrinæ, & gratiæ sacramentorũ. Itẽ ibidẽ altitudo, & sublimitas euãgelicæ intelligẽtiæ dicitur collũ ecclesiæ, turris Dauid ædificata cum propugnaculis:ex qua pẽdent mille clypei, & omnis armatura fortium. Ecclesia ergo dicitur habere vbera: inquantũ habet sapientiã euãgelicam, & gratiam sacramentorum ad nutriẽdos filios. & dicitur turris munita inquã tùm est eleuata,& attingit ardua, & profunda, & habet arma sapientiæ ad repellẽdos in

C cursus inimicorum. quã quidẽ turrim Christus, qui est sapiẽtia patris, in ecclesia ædificauit. Vnde dicit Pro.9. Sapiẽtia ædificauit sibi domũ:i.ecclesiã, & excidit colũnas septẽ i.septẽ sacramenta super, quæ sustẽtatur ecclesia.& septẽ dona spũs sancti. ad defendendũ eã. & misit ancillas suas.f.apostolos,& doctores, & prædicatores: vt simplices. & infirmos vocarent ad arcem,& ad mœnia ciuitatis. & subdit. Si quis est paruulus veniat ad me. Ex supradictis patet,q̃ ecclesia nouiter conuersa de populo gentili tempore Cõstantini parunla erat: quia nondũ attigerat arcem sapientiæ: quia nouiter erat vocata ad arcem per Syluestrum,& alios prædicatores, & sic nondum ipsa habebat mamillas ad

D propinandum lac ceteris:imo beatus Syluester,& ceteri prelati ecclesiæ propinabãt ipsi mamillas ad sugendũ. Cum ergo ista sponsa soror Christi tunc nouiter conuersa esset paruula,& inermis,& infirma,& nouitia,nõ habens mamillas lactis euangelici ad prębẽdum cæteris,tunc sponsus eius Christus illi cò post conuersionem Constantini prębuit ipsi copiam doctorum ex nouiter conuersis, sicut fuerunt Chrisostomus, & Eusebius, & Atanasius,& Basilius apud Græcos, & Ambrosius,& Hieronymus,& Augustinus apud latinos: in quibus abundauit copia lactis: vnde omnes accepimus, & tunc illa sponsa iam facta est prouecta,habens mamillas sapientiæ. Item ipse Christus,qui est sapientia, per eosdem doctores ædificauit arduam, &

E munitissimam arcem in ecclesia ad tuendos fideles,& repellendos infidelium, & omniũ inimicorum incursus: nã omnes libri quos Augusti. & cæteri doctores scripserunt, non sunt nisi quædam arma defensiua ad tuẽdos fideles contra inimicorum incursus, & sunt quædam vbera ad eosdem nutriendos. Sed quia isti doctores tanquàm ancillæ diuinæ sapientiæ continuè clamitant, & vocãt paruulos,vt veniant ad arcem, vt ibi tueantur, & comedant panem,& bibant vinum,quod diuina sapienria miscuit in mensa: iũ oportet,q̃ ista turris munita,& ciuitas altis mœnibus murata habeat ostium,per quod introducat paruulos ad arcem,& ciuitatem,& sic ecclesia dicitur arx,& turris,ardua, & altissima habẽs lac ad nutriendũ, & propugnaculas ad defendendũ,& ostiũ ad introducendũ fideles,& paruulos ad arcem:quæ omnia data sunt ecclesiæ per spõsum eius. Et hoc est F

quod intendit dicere Salomon in hac parte. vnde ait sponsus ad angelos sodales suo. Soror nostra ecclesia nouiter conuersa de populo gentili, quam nouiter nobis in coniugium sociauimus, paruula est, & nouitia in fide. Ideo mamillas lactis intelligentiæ nõ habet. nec ve.test.nondum habet, quia non fuit nutrita,& lactata nisi curiositate philosophorũ,& superstitione idolorum: Quid ergo faciemus sorori nostræ in die quando alloquẽda est.f.quando erit de fide, & intelligentia sacræ scripturæ interoganda,& ad disputandum contra hereticos vocanda, & ad expugnandos,& extirpandos, & eliminãdos eos ab ecclesia concitanda:quasi dicat, oportet vt ipsi prębeamus auxilium, & ex paruula,

&

A & inermi faciamus eã magnã,& fortẽ, & altam,& muniamus eam altis muris,& mœnibus,& turribus,& propugnaculis,& ideo (si pro quia),quia murus est.quia eã muris,& mœnibus munuimus, & sepsimus, ædificemus super eam propugnacula argentea .i. imperatores, & principes ad defendẽdũ ecclesiã armis sæcularibus contra incursus infidelium,vt illi,qui ante erãt ecclesiæ persecutores, & impugnatores,sint eius defensores,& fautores,vt imperatores, & reges terræ. qui propter idola persequebantur ante christianos, nunc ad fidem conuersi deleãt idola propter Christũ, & fabricent nouiter ecclesias in honorem Christi,& tẽpla idolorum in ecclesias Christi faciant consecrari. Item si pro quia ostium est.i.feci eã ostium, vel feci ostium in ea ad introducendos fide

B les ad arcem ecclesiæ,& mœnia ciuitatis: iõ compingamus,& cõiugamus. & claudamus illud tabulis,i.portis cedrinis. i. faciamus ipsi portas cedrinas: qui sunt doctores, & prelati,& ministri ecclesiæ: qui introducũt paruulos,& simplices in ecclesia per ecclesiastica sacramenta. Vnde doctores,& prædicatores vocant paruulos ad arcẽ suis scriptis, & predicationibus:sed prælati,& ministri, & sacerdotes introducunt eos per ostium,ministrando eis ecclesiastica sacramenta. Et nota, q̃ plati,& doctores,& ministri ecclesię dicuntur portę ecclesiæ inquantum introducunt bonos in ecclesiam, & excludunt malos p ecclesiasticam potestatem: sed dicuntur portę cedrinæ quò ad quatuor proprietates, & conditiones,quas debet habere omnis bonus prælatus, & minister ecclesię, sicut ha

C bet cedrus. Nam quatuor proprietates habet cedrus. Primò est arbor altissima super omnes alias.Secundò,q̃ est odorifera. Tertiò incorruptibilis, & immunis ab omni tinea.Quartò,quòd fugat,& interficit serpentes,& omne animal venenosum fugat. Has ergo quatuor proprietates debet habere omnis bonus prælatus,& minister ecclesiæ. Primò,q̃ sit altus in scientia sacræ scripturę, vt sciat inuigilare super gregem, & vocare paruulos ad ecclesiam per sacram doctrinã. Secundo,q̃ redoleat fragrãtia, & odore uirtutum,& bonæ famæ,& vitæ:vt nõ solũ verbo,sed potius exemplo vitæ discant,& sequãtur ipsum simplices,& minores.Tertiò,q̃ sit incorruptus, & mundus ab omni vitio ne alios inficiat.Quartò,quòd habeat ecclesia

D sticam potestatem:vt per ecclesiasticą sacramenta omne venenũ peccatorũ extinguat, & hæreticos,& obstinatos, & incorrigibiles mucrone excõmunicationis excludat. Tales ergo prælati,& ecclesię ministri dicuntur portæ cedrinę ipsius ecclesiæ. Sed omnia munera,& bona spũalia supradicta recepit ecclesia à Christo spõso suo post conuersionẽ magni Constantini, quia tunc facta fuit turris altissima,& munita,& inexpugnabilis, & secura,ideo dicit sponsa. Ego murus. i.facta sũ murus,& ciuitas,& turris bene nutrata, & vbera mea facta sunt sicut turris, quia prelati non solum nutriunt fideles lacte sacramẽtorum,& doctrinæ sacræ scripturę,sed etiam defendũt fideles,& ecclesiam contra hæreticos,& sic non solum sunt vbera ad lactãdũ: sed turris ad defendendum:qui per eãdẽ doctrinam nutriunt,& defendũt fideles, & par-

E uos contra magnos hæreticos, & infideles. Et omnia ista habui reperiens quasi pacẽ coram eo,f.sponso meo Christo per conuersionem Constantini,& aliorum imperatorum, & regum,quia ex quo facta sum libera corã eo quasi pacem, & quietem reperiens, liberata ex preteritis persecutionibus, & afflictionibus, ego iam sum murus.i.ciuitas bene murata, & munita, & vbera mea facta sunt turris altissima, & fortis, & prefidium munitissimum. Et nota,q̃ notãter dicit, quia si pacem reperiens, quia licèt ista spõsa reperit pacem quiescẽdo à persecutione idolatrarum,& gentilium,tamen non quieuit simpliciter,& absolutè ab omni pugna, &

F persecutione: quia paulo post Constantinũ incidit in persecutionem hereticorum maximè Arrianorum,quę persecutio fuit sæuissima,& atrocissima per vandalos in Africa, & per Gotos in Europa.f.Italia,& Hispania, & per Constantinũ imperatorẽ,& Iustinã in Italia,& Græcia, vt patet in ecclesiastica historia. Sed postea surrexit secta Mahometica,que atrocius,& vehementis vexauit, & continuè infestat ecclesiam,& sic ecclesia tã quã turris munitissima semper pugnat contra inimicos. Vltrius est aduertẽdum, q̃ tota ista particula potest intelligi, & exponi moraliter, & mysticè referẽdo ad naturam corruptã. Vnde supra dixit spõsus,q̃ tota natura mater nostra fuerat corrupta quo ad sẽ sualitatẽ, & potẽtias naturales sub arbore ,phibita,& q̃ ibi fuit violata.i.ab omnib. bonis gratuitis, & habitibus originalibus

violenter

violenter expoliata, & sic mansit prona ad omne malum, & inepta ad bonum faciendū sic mansit paruula, & infirma non habēs manillas ad eliciendū ex se lac alicuius boni operis, & mansit imbellis, q̄a diabolus, & aper de sylua destruxerat sepem, & murum eius. Et ideo ipse resistere nō poterat diabolo, nec mundo, nec carni: nisi per gratiā Xpi, & eius sacramenta muniretur, & armaretur. Et ideo Christus reperiens eā sicut paruulam, & expoliatam, & inermem, & imbellē muniuit eam muro sacramentorū, & armis virtutum. Et hoc est, quod dicit, vnde ait spōsus de sponsa, q̄ sponsa, & soror nostra, s. tota humana natura, & quælibet anima, paruula est de se in fortitudine, & non habet de se mamillas nec aliquod bonum spirituale: eo, q̄ in natura fuit corrupta, & omnibus bonis expoliata. Quid ergo faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda, & impugnanda est ab inimicis, s. carne, & mundo, & diabolo q. d. oportet, quod muniamus, & roboremus eam per gratiam, postquàm nil boni habet q̄ naturā. Iō si murus est, muniamus eā muro fidei, & spei, & caritatis, & postquam sic fuerit mutatus, ædificemus super murū eius propugnacula argentea donorū spiritussancti, & omniū moraliū virtutū, & si est ostiū. i. quia fecimus ostium in ea, per quod intramus ad eā per baptismū, tunc impingamus, & claudamus eā tabulis. i. portis cedrinis humilitatis, & deuotionis, & bonæ vitæ, & sāctę cōuersationis, tūc anima deuota sic muro, virtutū munita dicit. Ego sū murus. i. firmurata & roborata, ex quo facta sū pacē reperiens. i. postq̄ per Christum, & ecclesiastica sacramenta sū Deo pacificata, & reconciliata.

Inea fuit pacifico, in ea, quæ habet populos.

Tradidit eam custodibus.

Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Vinea mea coram me est.

Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.

HAec est secunda particula tertię partis huius decimi cātici, in qua rex Salomon ostendit, q̄ sponsā nō solùm obligatur ad resistendum malo, & declinādū à malo, pugnādo cōtra mundū, & carnem, & diabolum, & membra eius, q̄ sūt hæretici, & praui homines, & infideles, sed adhuc obligatur facere bonum erga Deum & proximum, vt reddat sponsō vices amoris. Et ideo sicut in superiori particula probauit siue monuit sponsus qualiter sponsa semper contra hostes debet pugnare, & hoc inquantùm ecclesia est quædam ciuitas mœnibus, & muris munita, in qua continuè pugnant fideles: Ita in hac particula monet, vt sponsa semper laboret operando, & faciendo bonum, inquantùm ecclesia est quædam vinea, in qua fideles continuè laborant diuersimodè vnusquisque in ordine suo, & dicit, q̄ ista vinea non est sita in loco arēto, sed est toto orbe diffusa in ea parte, & regione, quæ habet populos. i. vbicunque sunt populi, & in omni parte mundi habitabili ibi est ista venia Christi regis pacifici. Et dicit, q̄ istam vineā toto orbe diffusam tradidit custodibus custodiendam, & cultoribus excolendam. Nam primò ipse Christus rex pacificus plantauit istam vineam in terra per missionis in illo collegio apostolorum, & discipulorum. & iustorum vtriusque sexus, vt dictū est in cantico tertio, & quinto. Et post ea rigauit eam sanguine suo: vt dictum est in cantico sexto, postea tradidit eam apostolis, qui ipsam vineam per totum orbē suis prædicationibus ampliarunt, & suo sanguine rigarunt. Et sic ista vinea produxit suos palmites ab Hierusalem vsque ad terminos orbis terrarum psalm. 71. & 76. quia in omnē terram exiuit sonus eorum, & prædicatio apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorū ps. 17. & ad Ro. 10. Et sic istā vineā cō tinuè ampliarunt & roborarunt prælati, qui fuerunt successores apostolorum, & roborarunt eam martyres, & cæteri fideles multo labore. Sed iam fuit perfectè ampliata, & cōfirmata, & pacificata per conuersionem Cōstantini, & tunc Christus non solùm tradidit eam prælatis ad custodiendum spiritualiter, sed etiam imperatoribus, & regibus, & principibus Christianis ad regendum, & custodiendum temporaliter, & cęteris fidelibus excolendam, vt vnusquisque in suo ordine laboraret in hac vinea. Et sic non solùm posuit custodes, sed etiam cultores, vt excolerent & laborarent in ea dum dies est, antequàm veniat nox, in qua nemo poterit operari. Ioannis nono. Et sic omnes laborant in hac vinea vsque ad sero, & vesperam mundi. Matthęi vig esimo. ut vnusquisque colligat fructum, & recipiat denarium in fine laboris, vt patet ibidem. Et ideo dicit

dicit, quòd vinea fuit pacifico, idest ipsi Christo, qui omnia pacificat in sanguine suo, & attulit pacem mundo, in cuius natiuitate cantarunt angeli. Gloria in excelsis Deo. Lucæ secundo. Isti ergo pacifico fuit quędam vinea, quam ipse plantauit in ea regione, & parte mundi, quæ habet populos, idest vbicunque sunt populi, & tradidit, & commisit eam custodibus, idest prælatis, & regibus custodiendam, & cultoribus, scilicet omnib. fidelibus christianus excolendam. unde sicut omnes prelati, & principes mundi ad custodiendam, & regendam hanc vineam vnusquisque in suo ordine sunt per Christum constituti, ita omnes fideles sunt ad laborandū vnusquisque in sua hora, & ætate vocati, & deputati: & sic tradita est cultoribus, & custodibus. Vnde nota, q̄ propter tria Christus dicitur pacificus. Primo quia duo testamenta, nouum, scilicet & vetus per seipsum adunauit, & concordauit, & tanquàm terminus cōis utriusque test. fuit scilicet finis vnius, & principium alterius. Secūdo quia per sanguinem tuum nos Deo patri reconciliauit, & pacificauit. Tertiò quia duos populos, s. Iudaicū & gentilem sub vna fide, & ecclesia congregauit, & pacificauit, & ideo dicit. Vinea fuit pacifico in ea, s. ecclesia, quæ habet populos, s. duos sub vna fide coniunctos. s. Iudaicum cum gentili, iō dicitur princeps pacis. Isa. 9. Sed sicut apostoli ampliauerunt istam vineā per totum orbem, & ditauerunt eam bonis spiritualibus, ita postea Constantinus, & reges, & principes christianorum dotarunt, & ditarunt eam bonis temporalibus. Nam primò Constantinus illico post conuersionē construxit palatium suū in ecclesia saluatoris iuxta portā Lateranā, & postea ædificauit duas basilicas in honorē apostolorū Petri, & Pauli, & donauit ecclesiæ vrbem Romā cū toto patrimonio adiacenti: & 72. ciuitates in Italia cum multis aliis oppidis. Et relicta Italia elegit sibi sedem apud Constantinopolim in Græcia, & sic exemplo eius multi reges, & principes facti christiani, aut templa idolorum in ecclesias consecrauerunt: aut nouas ecclesias in honorem Christi ædificauerunt: & eas amplissimis donis, & muneribus dotarunt, & ornarunt. Totum hoc autem fecerunt putantes per bona temporalia merita passionis Christi adipisci, & participare, & quasi emere fructus huius vineę. Ideo dicit Christus, quod vir, id est Constantinus, & quilibet alius rex aut princeps catolicus, & deuotus christianus, affert Christo mille argenteos pro fructu huius vineæ emendo, & adipiscendo. Et ponitur numerus determinatus pro indeterminato magno numero: quia multa millia nummorum, & talentorum, & ponderum argenti obtulit, & exposuit Constantinus, & alij reges pro fructu huius vineæ acquirendo. quia inæstimabile fuit pretium quod Constantinus largitus est ecclesiæ cum ipsi tradidit urbem Romam, quæ erat caput mundi & hoc cum suo adiacenti patrimonio. & sic est dicendum de cæteris regibus, & principibus christianorum. Sed ne quis putaret, quòd postquàm Christus tradidit istam vineam supradictis custodibus tuendam, & regendam in absentia sua post ascensionem: quòd propter hoc cessauerit ab eius cura, & custodia, nec amplius intenderit in eius tutela, ideo subdit: Vinea mea coram me est: id est semper est ante oculos meos: & inuigilo super eam: quia principaliter custodio eam rogando patrem ne deficiat fides Petri Lucæ vigesimosecundo. quia nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. quia semper mitto angelos meos ad docendos prælatos, & populos eos docendo, & auisando ut præcaueant futura pericula, & etiam ad exterminandos inimicos, & Sarracenos, ut sæpius compertum est, vt patet, & legitur in historiis Hispanię, & in historia Hierosolymitana. Ex quibus patet quòd hæc vinea semper est coram Christo ad custodiam. Deinde cum dicit, Mille tui pacifici, & cętera explicat diuersitatem meritorum, & præmiorum laborantium in hac vinea. Ad cuius intellectum est aduertēdum, q̄ præsens ecclesia respectu futuræ quandoque in sacra scriptura dicitur ager in quo seminamus. Sed futura ecclesia dicitur horreū, in quo reponimus fructus gloriæ, quos hic seminamus per gratiā. quia hic seminamus temporalia, ut colligamus spiritualia, & ideo dicit apostolus. 2. ad Cor. 9. quòd qui parcè seminat in hoc agro huius ecclesiæ parcè metet pro alio seculo, & qui seminat in benedictionibus. i. abundantia, de benedictionibus, i. abundanter metet in alio sæculo. Item præsens ecclesia quādoque in sacra scriptura dicitur vinea, in qua omnes laboramus per gratiam plantando, & colendo: ut colligamus fructus gloriæ

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in alio seculo. Ideo dicit apostolus.i.ad Co rinth. 2. q̃ qui plantat, & qui rigat in hac vi nea rum sunt: vnusquisque autem propriã mercedem accipiet secundùm laborem suũ. Hoc idem patet Matth.20. de illis qui per totum diem laborarunt in hac vinea: in sero aũt acceperunt denarium pro mercede. Ex quibus patet: q̃ totum tempus huius vitæ, & vineæ est tempus laborandi. & colendi & lucrandi & merendi: & tempus ecclesiæ futu ræ est tempus metendi, & colligendi, & præmiandi, & fruendi. Hic ergo laboramus: ut ibi colligamus, & metamus, & præmiemur, & fruamur, & hic negotiamur, vt ibi otiemur, & satiemur, & quiescamus. Est verum q̃ secundùm mensuram, & quantitatẽ meritorum laboris huius vitæ erit ibi quantitas & mensura fructus, & præmiorũ: quia vnusquisque propriam mercedem accipiet secun B dum proprium laborem. vt inquit apostolus. Et ideo dicit saluator, Matth. 13. q̃ ex illo agro quidam collegerunt fructum tricesimum: quidem sexagesimum: quidam aũt centesimum, prout quis magis aut minus laborauit. Sed quia Christus verus Salomõ & pacificus plus laborauit in hac vinea quã oẽs cæteri: iõ absq; proportione maius præmium, & maiorem numerum fructuum, & præmiorum collegit. & meruit colligere ex hoc vinea: quia eam primò plantauit & exco luit: & tandem proprio sanguine rigauit, & augmentauit. Pòst Christum autem magis laborarunt in hac vinea apostoli & martyres, quàm doctores: & magis doctores quã eremitæ, & cæteri confessores, & magis religiosi quàm coniugati. ergo si fideles coniu- C gati merentur fructum tricesimum, tũc religiosi boni merentur sexagesimum, & doctores centesimum, & apostoli, & martyres ducentesimum, & per consequẽs Christus qui primò vineam plantauit, & sanguine suo ri gauit: meretur millesimum imo infinitum: & ideo sedet à dextris. i.in potioribus bonis patris. Et ideo Deus pater tanquàm iustus, & principalis iudex, & dispensator præmiorum, dicit ad Christum in quantum homo est. Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructum eius. vnde ly tui est genitivus casus huius pronominis tui. mille fructus meritorum, & præmiorum erunt tui Christi pacifici. In hebræo autem habetur Mille tibi Salomoni.i. pacifico & tunc est littera magis plana. quasi dicat, Deus pater: Mille fructus meritorum dabuntur tibi paci D fico, qui plantasti hanc vineam, & rigasti eam sanguine tuo, & per consequens, quia plus laborasti: sed ducenti fructus meritorũ in præmium dabuntur his.i. prælatis, & principibus qui custodiunt fructum eius. & ponitur vtrobiq; numerus determinatus pro indeterminato. Nam Christus plantatione, & rigatione huius vineæ infinitum numerũ meritorũ aduptus est: non solum pro se, sed etiã vt posset membris suis dispensare, quia semper succesiuè dispensat merita suæ passionis, quæ collegit ex hac vinea. tamen nunq̃ explentur eius merita, nec deficiunt merita aũt quæ dantur custodibus ex vinea sunt finita. Sed causa quare sunt sub numero ducentenario ista merita mensurata, est, ista. Nã dicit Saluator Mat. 13. quòd ex illo agro per Christum seminato quidam collegerunt fru E ctum tricesimum, sicut fuerunt, & sunt omnes iusti coniugati, & quidam sexagesimũ, si cut sunt virgines. & continentes. & religiosi. & quidam centesimum. sicut sunt martyres. Sed quia prælati. & pastores habent duplicẽ laborem in hac vinea, quia simul sunt cultores, sicut cæteri. & vltra hoc sunt custodes in vigilando super gregem, ipsum prædicationibus. & sacramentis ecclesiasticis pascendo, & nutriendo: ideo colligunt duplicẽ fructum ex hac vinea: nam si cæteris dantur centum fructus meritorum: ergo custodib. & prælatis in duplo laborantibus dabuntur ducenti. & hoc est quod intendit dicere. Sed adhuc restat magnum dubium. Nam si Xps tunc collegit mille. i. innumerabiles fructus meritorum ex hac vinea: quando pro nobis passus est, & eam plantauit, sed postea cu- F stodes. & cultores colligunt continuè hos fructus secundùm quantitatem laborum: quæritur an Christus post passionem, & ascensionem suam colligat fructus huius vineæ simul cum custodibus. & cultoribus? Ad hoc respondetur, q̃ semper continuè Christus colligit fructus huius vineæ, & ista vinea parit ipsi fructus nouos. Ad cuius intellectum est notandum, q̃ omnia bona quę fiunt in hac vinea: tàm per cultores quam per custiodes, parunt triplicem fructum, & hoc triplici, & diuerso respectu eò, quòd omnis bona operatio iusti cedit in triplex bonum, & triplicem fructum. Nam eleemosina q̃ facit vnusquisque iustus amore Christi, cedit in fructum latriæ respectu Christi, quia offer

A offertur ipsi in latriam, & cedit, & parit fructum misericordię respectu proximi, inquan tùm subuenit ipsi. & releuat ipsum à miseria, & parit fructum meritorum respectu largientis. & facientis eleemosinam. item bona quæ faciunt prelati, & sacerdotes in ecclesia exercendo, & ministrando sacramẽta, & celebrando diuina officia, & orationes, primò pariunt Christo fructum latriæ inquantùm illa acceptat in seruitutem, & latriam sibi gratam. Secundò pariunt toti populo fructum gratiæ. Tertiò pariunt prælato fructum meritorum, quia duplicem fructũ colligit propter duplicem laborem. Item bonus prælatus, & prædicator, & religiosus triplicem fructũ parit in bene viuendo, & operãdo. Nã primò parit Christo fructum latriæ. Secundò parit sibi fructum meritorũ. B Tertiò parit cuilibet proximo, & toti populo fructum boni exempli, quia propter exẽplum eorum omnes videntes, Deum glorificant. Ideo dixit saluatõr oibus prælatis, & religiosis. Matth. quinto. Sic luceat lux vestra corã hominibus v, t videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ q̃ in cœlis est. Per oppositum autem mali prælati, & sacerdotes, & religiosi malè viuendo, primò offendunt Deum. Secundò occidũt animam suam. Tertiò scandalizant populum. Ex quo patet qualiter non solùm cultores, scilicet populus, & prælati custodes, sed etiã Christus semper, & continuè colligit fructus ex hac vinea. quia continuè colligit latriã, quæ consistit in tribus bonis, scilicet in adoratione, & oratione, & oblatione, & continuè colligit numerum electorum ex hac vi C nea. Et ideo multò plures fructus colligit Christus ex hac vinea quàm omnes prælati simul, & custodes, & ideo Deus pater arbiter, & iudex dicit, Mille fructus dabuntur tibi pacifico ex hac vinea, & ducenti his, qui custodiunt fructum eius. Tacet autẽ de cultoribus, quia si custodibus dantur ducenti, signum est, quòd cultoribus dimidio labore laborantibus dabuntur centum fructus, aut sexaginta, aut triginta, vnicuique secũdum quantitatem sui laboris, vt patet Matth. 13. Et sic patet qualiter cultoribus debetur centesimus fructus huius vineę, & custodibus ducentesimus, sed Christo plantatori debetur millesimus. Item cuilibet cultori huius vineę debetur centesimus fructus, scilicet præmium essentiale per diuinam visionem, sed martyribus, & doctoribus, & prælatis, D qui fuerunt ampliatores, & custodes huius vineæ, debetur fructus duplex. s. ducentesimus, quia vltra præmium essentiale debetur ipsi aureola tanquàm præmium accidẽtale. Christo autem plantatori debetur fructus millesimus, id est plenitudo omnium meritorum, & præmiorum ad dispensandum. Et sic sedet à dextris, id est in potioribus bonis patris.

*Q*V*æ habitat in hortis.*
Amici auscultant te.
Fac me audire vocem tuam.
Fuge dilecte mi,
Et assimilare capreæ, hinnuloq; cervorũ super montes aromatum.

HAec est quarta, & vltima pars huius decimi cantici, in qua sponsus vocat, & appellat sponsam ad recipiendum præmium vltimatum sui laboris, & peregrinationis, q̃d est præmium gloriæ. Vnde postquàm superius vocauit eam ad laborandum in vinea: ex qua collegit fructus meritorum: tunc finaliter uocat eam ad quietem in patriam cęlestem: vt ibi recipiat vltimatum finem, & præmium beatitudinis, & colligat fructus gloriæ. Ad cuius intellectum est primò notandum, q̃ ista sponsa tria petiuit in primo cantico dum erat in statu veteris testamenti. Nam primò petiuit osculari à sponso: secundò trahi, tertiò introduci in talamum siue cellaria eius. Sed plebs gentilis idololatria denigrata petiuit alia tria, scilicet cum sponsa Israelitica sociari, & pasci, & sub vmbra sponsi quiescere simul cũ illa, quæ omnia cõpleuit sponsus. Nam primò iam osculatus est spõ F sam Israeliticam per incarnationem ex ea carnem sumendo. Secundò iam traxit eam & vocauit per prædicationem, & iam introduxit eam in cellarium gratiæ per mortem, & passionem, & ecclesiastica sacramenta, vt patuit à cantico secundo vsque ad sextũ & septimum inclusiuè. Item iam compleuit petitionem plebis gentilis: quia iam vocauit eam per apostolos, & dealbauit eam à nigredine idololatriæ, & sociauit eam cum plebe Israelitica sub vna ecclesia, & pauit eam eodem pabulo gratiæ sacramentorum, & doctrinæ, & fecit eam quiescere sub vmbra suæ protectionis, & quietis, & introduxit eam in cellam vinariam, & in vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neam ecclesiæ,vt patet ab octauo cãtico vsque ad decimum inclusiuè. Postquàm autẽ sponsus compleuit petitionem sponsæ quò ad omnia,quę pertinebant ad gratiam. nisi in calce totius libri, & in fine cantici vocat eam ad cellarium gloriæ, ideſt in patriam cœlestem,vt introducat eam ad vltimas nuptias,& ad talamum, & amplexum gloriæ, & pastum vltimæ,& æternæ fruitionis super mõtes aromatum, quod complebitur in die iudicij quò ad vniuersam ecclesiam,& completur particulariter in fine cuiuslibet iusti. Vocabit ergo sponsus spõsam in nouissimo die ad recipiendum fructus gloriæ, dicens. Quæ habitas in hortis amici auscultant te, fac me audire vocem tuam.

Ad cuius intellectum est notandũ. q̃ dũ Christus fuit peregrinatus in carne mortali in hac via,ipse loquebatur familiariter cum sponsa prędicando,& miracula faciendo, & ipsa loquebatur cum sponso petendo necessaria: quia Magdalena familiariter loquendo ab ipso petiuit veniam suorum peccatorum,& sic omnes infirmi familiariter loquẽdo petebant sanari ab eo,& omnes apostoli, & discipuli familiariter loquendo cũ Christo petebant doceri ab eo, & ideo dicebat sponso in cantico tertio. Dilectus meus loquitur mihi, & ego illi. Sed postea ascensionem iam sponsus non locutus est sponsæ familiariter,& personaliter, nisi per amicos angelos mediantes,& hoc durabit vsque ad secundum aduentum in nouissimo die, q̃si nobis loquetur,post quod erit iudicium, & tũc introducet sponsam ad vltimas nuptias, scilicet gloriæ,& ibi sponsa personaliter loquetur sponso verba laudis, & sponsus gaudebit super sponsam,& absque medio personaliter audiet vocem sponsę. Vnde ecclesia, per tria genera amicorum loquitur sponso pro statu isto. Nam primò loquitur ipsi per angelos, qui reuelant sanctis hominibus, & perfectis voluntatem Dei per visibiles apparitiones,auisando ecclesiam de periculis futuris: vel reuelando nobis secreta mysteria. vnde Angelus domini extraxit Petrum de carcere, & angeli reuelarunt apostolis propinquam ruinam Hierusalem monentes eos vt recederent inde, vt patet in ecclesiastica historia, & sic angeli sunt mediatores inter sponsam, & sponsum, prout fuit figuratũ in visione Iacob,qui videbat angelos descẽdentes de cœlo,& ascendentes per scalam. Gen.28. Et sic dicit Hieronymus super Matthæum,quòd angeli deferunt orationes nostras apud Deum. Et ita etiam dicitur in canone missę. Supplices te præcamur omnipotens Deus, iube hæc perferri per angelum tuum in sublime altare tuum. Et sic patet qualiter angeli sunt mediatores inter sponsam,& sponsum. Secundò sunt mediatores sancti qui in patria sunt. Nam quia nos sumus indigni exaudiri, ideo interponimus virginem matrem Christi, & omnes alios sanctos, vt intercedant inter nos, & Christum sponsum: ideo dicimus. Sãcta Maria ora ꝓ nobis,& Sancte Petre ora pro nobis. Tertiò sunt mediatores Christi sacerdotes qui audiunt peccata nostra per sacramentum cõfessionis. Ex quibus patet, quod ꝓ statu isto sponsus non audit sponsam familiariter, nisi per amicos suos,scilicet Angelos,& sanctos, & sacerdotes tanquàm per mediatores. Sed post diem iudicij,quia nulla erit miseria: nulla necessitas:ideo nõn erit opus intercessione nec aliquo mediatore. Sed liberata à miseria huius mundi sponsa Deum facialiter videbit, & facialiter eum in sęculasęculorum absq; aliquo medio laudabit, & eo fruetur. Et hoc idem præstabitur vnicuiq; iusto: quoniam ab hoc mortali vita ad aliam vitã immortalem transferetur. Et hoc est,quod dicit sponsus in fine huius cantici. Vnde ait, ò sponsa quæ habitas in hortis ecclesiæ militãtis offerendo mihi fructus latriæ, & laboraudo in vinea amici mei, scilicet angeli, & sancti,& sacerdotes auscultant te,& audiunt vocem tuam tanquàm mediatores per me deputati,& ipsi deferunt mihi vota tua tanq̃ intercessores,ergo veni ad patriam cęlestem & recipe fructum vltimæ beatitudinis,& fac me in patria audire personaliter vocem tuã .i.simul cum angelis me in secula seculorũ laudando,hoc autem dicit sponsus, quia ibi in patria cessabunt oblationes, & sacrificia, & cessabit omnis labor,sed solùm vocabitur Dei laudibus, vt inquit Augustinus 22. de ciuit. Dei capit.vltimo. Quia beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te psal.83. Vlterius est notandum, quòd duplices nuptias celebrauit Christus cum ecclesia sponsa sua. Primæ fuerunt nuptiæ redemptionis, & incarnationis, & mysticę vnionis, & ad has vocauit sponsus spousam in primo aduentu. Secundæ nuptiæ dicuntur nuptiæ glorificationis: ad quas vocabit Christus spõsam suã in secundo aduentu.s.de quibus dr Apo. 19. Gaudeamus,& exultemus quoniã venerũt nuptię agni,& vxor præparauit se. Et hoc ostẽdit Salomon in calce,& fine totius libri. Nã post quã Xps per supradicta decẽ cãtica vocauit sponsam ad primas nuptias dicẽs. Veni de libano sponsa mea, & celebrauit cum ea nuptias redemptionis dicens. Venite amici, & comedite &c.&ornauit eam ornamẽtis gręç, vt patuit cantico quinto,& nono,ideo in fine huius libelli vocat eã in secũdo aduentu ad nuptias glorificationis dicens. Quæ habitas in hortis &c. Deinde sponsa prębet sponso spontaneum assensum cum dicit. Fuge dilecte mi,assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes aromatum. Ad cuius intellectum est aduertendum, q̃ ista sponsa in statu ve.test.petebat trahi à Christo, & currere in odorem vnguentorum eius: sed quãdo venit Christus in carnem effudit sua vnguẽta gratiæ ad quorum odorem cucurrit sponsa:vt patet per omnia cantica supradicta. Ideo postquam experta est odorem vnguentorum gratię in presenti,hinc est, q̃ in fine huius peregrinationis petit trahi à spõso in cœlestem patriam, & currere in odorem vnguentorum gloriæ eius: ideo dicit, fuge dilecte mi &c.q.d.ascende in cœlum, & trahe me post te,& curam in odorem vnguentorum tuæ gloriæ. Et sic patet qualiter Salomon siue ista sponsa concludit finẽ sui cantus in hoc lib.cũ principio. Nã in priucipio petebat currere post Christum in odorẽ vnguentorũ gratiæ,in fine aũt petit,& desiderat trahi, & currere in odorẽ vnguentorum gloriæ. Etiã iterũ est notandũ, q̃ caprea dicitur capra syluestris:quæ quidẽ caprea habet quatuor ꝓprietates: quarũ prima est,q̃ valdè fugit cõsortia hominũ. Secunda,q̃ in currendo,& fugiendo est animal velocius,& leuius cęteris animalibus. Tertia,q̃ semper petit ardua,& cacumina montiũ inaccessibilia, Quarta,q̃ cum cætera animalia tam volatilia q̃ quadrupediam cũ vulnerãtur aut insequuntur à venatoribus dimittã filios, & fugiant,caprea tamẽ vexata à venatoribus nũquam dimittit nec deserit filium: sed innuit ipsi dando signum fugæ,& trahit semper filium secum præuium,vel ad latus,& animãdo,& concitando filium ad fugam trahit,& ducit ipsum secum ad ardua,& prærupta ea cumina montium inaccessibilia hominibus, & sic saluat se,& filium. Et has easdem quatuor proprietates habet ceruus, & ideo filias cerui dicitur hinnulus, eo q̃ audiuit, & paret nutui, & signo matris fugiendo consortia hominum,& velociter sequendo matrem vsque ad cacumina montiũ, vt saluetur cũ matre,vel hinnulus ab hinniendo, & est quoddam animal simile ceruo, quod vulgariter dicitur capreolus: quę quidẽ animalia maximè abundant in Corsica, quę sunt velocissima cursu, similia capreis supradictis, quò ad proprietatẽ. Christus ergo p has quatuor proprietates fuit similis capreæ hinnuloq; ceruorũ in die Ascensionis. Nam primò ipse fugit cõsortia,& miserias hominũ mortaliũ. Secundò fugit,& ascendit velociter,qa in paruo spatio ascendit vsque ad cęlũ empyreũ. Tertiò petiuit ardua,& altiora,qa ascendit super oẽs cœlos,& hierarchias angelorũ. Quartò non dimisit fideles filios, suos imo eduxit eos de ergastulo,& periculo inferni, & collocauit eos simul secum in cœlo, quia q̃si Christus ascendit in altum, captiuã secũ duxit captiuitatẽ.ps.67. Et ita faciet in nouissimo ,die: quia in corpore glorificato ab ista mundana miseria liberatam sponsam suam vniuersalem ecclesiam collocabit super mõtes aromatum cœlestis beatitudinis, & hoc idem faciꝫ, continuè de qualibet anima iusti post transitum ab hac vita mortali. Et hoc est,quod vult explicare sponsa in fine huius cantici.& totius libelli nuptialis,& pastoralis,vnde ait. O sponse tu dicis, q̃ faciã te audire præsentialiter in cœlo vocem meã, & non loquar tibi amplius per amicos, & intercessores: sed personaliter loquar tibi, & ego dico tibi, q̃ iam cupio dissolui ab hoc corpore,& vita mortali,& misera, & periculosa,& cupio esse tecũ in cęlo. Iõ fuge dilecte mi ab hac mortali vita, & non sis similis lupo,& cęteris animalibus,quæ deserunt filios,& fugiunt,vt solum saluent seipsa. Sed assimilare,& esto similis capreæ hinnuloq; ceruorum,qui non deserunt filios,sed secum fugiẽdo ducũt,& trahũt filios ad montium, & sic liberant,& saluant eos. Fuge ergo tu super montes aromatum. i. super montes altissimos, & arduos cœlorum, & hierarchias angelorũ vbi semper spirant aromata glorię. Et fugiendo ad tales arduos montes, duc me tecum,sicut capreæ,& cerui ducunt secum hinnulos suos,quasi dicat fuge tu, qa ego sequar te, sicut hinnulus sequitur matrem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A trem. vnde hinnulus dicitur, quia annuit, & obedit nutui matris, & sequitur eam ita ego sequar tem montes aromatum: & curram in odore celestis gloriæ, & fruitionis, in quibus montibus Christus pascit oues suas herbis virētibus, de quibus dicitur Eze. xxxiij. Ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas: & habebo eas de omnibus locis, in quibus dispersę fuerant in die nubis, & caliginis; & educā eas de populis, & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram suam, & pascam eas in pascuis vberrimis, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum. Ibi requiescent in herbis virentibus: & in pascuis pinguibus. Item psalm lxvij. Mons Dei mons pinguis: mons in quo Deo beneplacitum est habitare i eo: etenim dominus habitabit in finem. Et sic patet qualiter sponsa petit fugere cum B sponso de fœtoribus huius mundi: & habitare super montes aromatum cœlestis beatitudinis, & fruitionis vt ibi sponsus audiat vocem laudis eius. Ex omnibus ergo supradictis in supradictis decem canticis patet, qualiter Christus sponsus ecclesiæ vtriusque testamēti complet desiderium, & omnes petitiones, quas sua sponsa faciebat in veteri testamento: quas petitiones cantauit in primo cantico. Nam primò petebat osculari osculo incarnationis. Secūdò petebat, vt Christus incarnatus effunderet sua vnguēta odorifera ad reparandam naturam humanam: & traheret ipsam, vt ipsa posset ipsum sequi: & post ipsum currere in odorem vnguentorū eius. Tertiò petebat, vt ipsam introduceret in cellaria sua: vt ibi posset satiari talibus vnguentis, & quiescere cum sponso. Quartò C plebs gentilis peregrina sorde idololatrie denigrata petebat dealbari. Quintò cum plebe Israelitica sociari. Sextò cum ea pasci bonis spiritualibus. Septimò sub vmbra sponsi quiescere, & tutari. Has quidem petitiones Christus adimplet. nam primò venit in carnē, & per consequens osculatus est sponsā vniēdo ipsi naturā nostram in vnitate suppositi & postea vniēdo ipsi totam ecclesiam in vnitate mystica: vt patuit in secundo cantico. Secundò adimplet secundam petitionem: quia effudit decem genera vnguētorum aromaticorum, quibus ad se traxit omnes fideles, & omnes cucurrerunt, & currunt post eū in odorem vnguentorum eius: vt patuit in tertio, & quarto cant ico. Item tertiò adimplet tertiam petitionem: quia sponsam introduxit in talamum suum, & ipsam dotauit D & ornauit bonis, & ornamentis spiritualibus vt patuit in quinto cantico. Item quartò impleuit sextam petitionem: quia de cruce omnes vocauit ad comedendum, & bibendum salutiferum cibum, & potum suę passionis, vt patuit in sexto cantico. Item adimplenit quartam, & quintam petitionem, quia plebē gentilem per apostolos suos à nigredine idolatriæ dealbauit, & ornamentis spiritualibus decorauit, & cum sponsa de populo Israelitico in vnam ecclesiam sociauit, vt patuit in cantico octauo, & nono. Item septimò adimpleuit septimam petitionem, quia spōsam suam ex vtroque populo congregatam sub prospero fauore suo amplexus est, & sub vmbra, & amplexu suo protexit, & copia bonorum spiritualium, & temporalium ditauit, & locupletauit, quia diuitiis spiritualibus, & tē E poralibus affluens innixa super dilectū suum tempore Constantini, & eius successorum in mundo apparuit, quam dilectus eius sub arbore malo, id est sub vmbra crucis suscitauit & in ciuitatem ecclesiæ muro inexpugnabili, & propugnaculis munitam ad pugnādum contra hæreticos, & infideles introduxit, & exinde in vinea huius ecclesię per gratiam ad laborandum, & lucrandam mercedē collocauit. Tandē autem ad supernos montes aromatum ad fruendum per gloriam appellauit, vt patuit in isto decimo, & vltimo cantico. Ex quibus omnibus patet, qualiter Christus sponsus ecclesiæ in suo aduentu complet totum desiderium sponsæ suæ, & satisfecit omnibus septem petitionibus quas exposuerat in primo cantico. Vltenius est etiā ad F uertendum sicut dictum fuit in principio: & etiam in cantico secundo: quòd Salomō in hoc libello voluit cantare, & describere mutuum amorem Christi ad ecclesiam spōsam suam, & cōuerso. & quomodo Christus voluit ostēdere omnia signa, & effectus amoris erga spōsam suam scilicet ecclesiā, quos potest ostendere amicus ad amicum. Vnde dictum fuit in secundo cantico, q viginti sūt effectus veri amoris, & caritatis. Primò, quia zelat non patiens malum in amatum. Secundò, quia non patitur moras absentiæ. Tertiò, quia cum diligentia quærit amatum. Quartò qa traluit amātē ad amatum. Quintò qa languefacit amantem. Sextò, quia liquefacit cor eius ab omni duritia. Septimò qa vulnerat cor eius. Octauò quia inebriat amantem.

Nonò

A Nonò quia inflammat. Decimò quia vrit. Vndecimò quia vnit amantem cum amato. Duodecimò quia fortiter inhæret. Decimotertiò quia fortiter tenet postquam reppetit amatum. Decimoquartò quia ordinat voluntatē & omnes actus amantis erga amatū. Decimoquintò quia non quærit, quæ sua sunt sed quæ amati. Decimosextò quia ad mortē se exponit pro amato. Decimoseptimò qc magis est in amato quam in seipso. Decimo octauò quia trāsformat amātē in amatū. Decimonò quia in eo extasim & soporem facit. Vigesimò quia in amato statuit in æternū quiescere. Et ideo Xps tanq̄ verus spōsus, & amator humanæ naturæ, & ecclesiæ sponsæ suæ oēs supradictos viginti effectus ostendit erga ecclesiam sponsam suam. nam primò non patiens malum culpæ nec malū peccati B nec iugum seruitutis in sponsa sua, nec patiens moras eius absentiæ de cælo in terram descendit: & venit in similitudinem carnis peccati: vt peccatū nostrū dānaret in carne: & tolleret culpam nostram: & nos à seruitute peccati liberaret, & sic ostendit primū, & fin effectum amoris: vt patuit in secundo cantico. Itē eū diligēria, & labore est sua prædicatione, & doctrina, & operatione miraculorū nos quæsiuit, & ad se traxit, vt patuit in tertio & quartò cātico. Et sic ostēdit tertiū, & quartū effectū amoris. Item quærēdo nos amore lāguit: & totus liquefactus fuit: & amor noster vulnerauit cor eius: vt patuit in cantico. 5. Et sic ostendit quintū, & sextū; & septimū effectū amoris. Itē caritas inebriauit ipsum in cruce, & inflammauit & vsliuit & transformauit ipsum in amorem suæ spō G sæ. intrin, q extāsim mortis fecit in cruce, qa dum ibi dormiuit cor eius vigilabat in nostra redemptione, vt patet in cantico 6. in qua cruce ostēdit oēs viginti effectus amoris, vt pōt patere inuēti & deuotè contemplanti oia, quæ dicta sunt in illo, 6. cantico, & etiam in decimo cantico, vbi dicit Christus: Sub arbore malo suscitaui te &c. Itē ibidem: Pone me, vt signaculum super cor mū: quia fortis est, vt mors dilectio, & dura, vt infernus æmulatio lampades eius lampades ignis atq̄ flammarum &c. Sed vltimum effectum amoris, quod est in æternum velle quiescere in amato, ostendit Christus etga sponsam in fine totius libelli eum vocauit cantā ad æternas nuptias glōriæ di. Quæ habitas, hortis, fac me audire vocem tuam &c. Sed omnes hos supradictos viginti effectus amoris ostendit D ecclesia erga Christum sponsum suum, volens rependere, & reddere vices amoris quò ad suam possibilitatem: quærendo sponsum & currendo post ipsum, & tenendo ipsum fortiter: vt patuit in cantico. 3. & 6. & patiendo persecutiones, & tormenta vsque ad mortem pro fide sponsi, vt patuit in 9. cantico. & iugiter laborando in uinea sponsi vt patuit in 10. cantico. Et tandem vocata ad vltimas nuptias gloriæ fugiendo pericula, & miserias huius sæculi secuta est sponsum, vt patet in calce, & fine totius huius libelli. Ex quibus patet qualiter Salomon in hoc libello propheticè cantauit mutuum amorem Christi ad ecclesiam, & econuerso: quem Christus ostendit in suo aduentu operando nostram redemptionem, & reparationem. Sed quia quod dicit apostolus de tota E ecclesia, q̄ est desponsata vni viro Christo: verificatur etiam de qualibet anima fideli, vt inquit Au. lib. de sancta virginitate: hinc est, quòd pro maiori parte omnes sancti exponentes hunc librum non multum curarunt de sensu prophetico, quia iā præsupponebant fidem: sed omnes insudarunt circa sensum moralem, inquantum anima cuiuslibet fidelis debet laborare reddere vices amoris sponso suo Christo: & quętere eum per bona opera, & relictis rebus mundanis inngi, & inherere per bona opera, & per gratiā & fidem, & caritatem, vt post hanc vitam mortalem iungatur ipsi per gloriam. Et hęc fuit sct̄a sollicitudo oīm sanctorū antiquorū circa expositionem huius lib. Sed quia nouimus nostris temporibus fidem minui, & tepescere, & ex diminutione fidei caritatē frigescere, quod fortè accidit ex ignauia & diminutione studii sacrarum literarum, quia à maximo vsque ad minimum omnes studēt auaritiæ, & honoribus huius sæculi, vt inquit apostolus, & quia etiam nonimus nostris temporibus complures recidiuantes à vera fide, & intelligentia sacræ scripturæ apostatasse, & ad vomitum cerimoniarum legis Mosaicæ animam diabolica fraude decepta reuocasse, & forsan in mortifero ritu perseuerasse, ideo mihi visum fuit in libro psalmorū Dauid, & in hoc libro canticorū Salomonis cum diuino auxilio sensum ppheticum perscrutari, & inuestigare, vt mysteria veræ fidei euangelicæ, q̄ maximè in his duobus libris ppheticè latebant, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lucem simplicibus sacerdotibus & exteris fidelibus manifestentur: ne Iudæi obstinati, & eorum cum suis mendacibus & callidis figmentis possint veritatem fidei scripturæ vetere latentem simplicibus Christianis occultare: & ad falsum sensum peruertere atq; torquere. & ideo cum caritate & humilitate rogo omnes fideles Christianos: vt cum caritate velint legere hunc libellum Salomonis cum præsenti expositione. Quia nil aliud ostendit, nisi qualiter Christus Deus & homo, verbum incarnatum, est metrum & mensura, & principium, & fons, & largitor omnium bonorum, & reparator humanæ naturæ lapsæ per peccatum primorum parentum, quam quidem naturam sanauit & reparauit per decem vnguenta, quæ effudit per totum mundum: prout dictum est in primo cantico, sine quo nihil est bonum, nihil sanctum, nihil perfectum, B nihil sanum, nihil validum, & firmum. Qua quidem expositione habita faciliter vnusquisque mediocriter eruditus poterit ad expositionem moralem peruenire, applicando ea quæ dicuntur de tota ecclesia, vnicuique animæ fideli & deuotæ.

SEd quia dictum fuit in primo cantico qualiter tota humana natura expectabat, & perebat Xpm, vt sanaret eam per effusionem vnguentorum suorum: ut in odorem eorum omnes possent currere post Christum: & dictum est etiam per omnia cantica sequentia qualiter Christus vnguenta aromatica suæ prædicationis & mortis, & passionis, quibus reparauit ruinam humanæ naturæ: & sanauit infirmitates omnium nostrum. & sic concluſum est in fine huius libelli Christum fuisse metrum & mensuram & principium, & C fontem omnium bonorum & reparatorem humanæ ruinæ. Ideo ad maiorem declarationem eorum, quæ dicta sunt: Quæritur vtrum solus Christus sit metrum & mensura & largitor omnium bonorum, & reparator humanæ naturæ, ita q; à nullo alio ruina humanæ naturæ potuerit reparari? sed q; oporteat omnes currere in odorem vnguentorum eius ad quodlibet bonum consequendum. Et arguitur primo, q; non. Nã ante aduentũ Xpi fuerunt multi viri sancti & virtuosi in vet. test. qui præter Xpm consecuti sunt virtutes, quia Christus nondum venerat, ergo Xps nõ est principium, & largitor omnium bonorũ. Itẽ secũdo: nõ solũ in pplo hebræorum: sed etiã in pplo gentili fuerunt multi philosophi virtuosi: sicut Socrates & Plato & Pitagoras D & cæteri: & apud Roma. fuerunt multi viri famosi, qui gesserunt & fecerunt opera memoratu dignissima: sicut fuit Brutus & Fabritius & Cato & Scipiones & Marcus Regulus. & cæteri quos Romana cõmendat historia: & tamen illi nunquam habuerũt notitiam de Xpo. Itẽ hoc idẽ patet apud Sarracenos inter quos reperitur magna iustitia: & multi viri eleemosynarij & misericordes. sed Sarraceni non colunt nec sequuntur Christũ nec legem eius: ergo sequitur, quod præter Christum sunt boni in oppositũ autem est illud Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & videmus eum plenum gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine omnes accepimus. Itẽ ca. 15. Sine me nihil potestis facere. Item act. 4. Non est aliud nomen sub cœlo in quo nos oporteat saluos fieri &c. Respondetur, q; ve- E ritas huius quæstionis comprehendit quasi totam theologiam viatoris. ideo vt ab omnibus simplicibus fidelibus intelligatur & capiatur: oportet, q; humano, & simplici mõ pertractetur: quia hic non monetur nisi ad simplicem intelligentiam simplicium sacerdotum & religiosorum & cæterorũ fideliũ. Ideo pro eius decisione erunt 4 articuli. Nã in primo declarabuntur quidam termini cũ quibusdam distinctionibus, ne laboremus in æquiuoco. In secundo autem videbitur qualiter humana natura bona per Deum creata fuit per peccatum primorum parentum dissipata. Tertio vero videbitur qualiter per Christum fuit sufficienter per gratiam & gloriam reparata. In quinto autem articulo mouebuntur & soluentur quædam dubitationes multum vtiles & necessariæ. F

QVantum ergo ad primum articulum est primo aduertendum, q; ista tria nomina, perfectio siue perfectum, & optimum, & bonum, idem substantialiter significant: sed differunt penes modos significandi. Nã perfectio dicitur inquantum perficit rem, & sic perfectum dicitur, quod per aliquam perfectionem perficitur. Optimũ aũt dr inquantũ est optabile & appetibile p talẽ pfectionẽ. Bonũ vero dr inquãtũ beat. i. cõtentat & sufficienter faciat appetitũ. Et sic oẽ perfectum est appetibile: & oẽ appetibile idem possidetur beat. & cõtentat, & sanat, & quietat appetitũ habẽtis. Nec est curãdum de consuetudine grãmaticorũ, qui hoc nomen optimus p superlemento assignant, in comparatione summi

A summi gradus respectu hums nominis bonũ dicendo bonum melius optimum. His ergo habitis, ponitur prima distinctio: scilicet, quod bona sunt in triplici genere. nam quædam dicuntur bona naturæ: quædam bona gratiæ, & quædam bona gloriæ. Nec est necesse poni quartum genus. nã bona alterius, & bona fortunæ sunt per se bona naturæ, sed propter peccatum primi hominis amiserunt nomen post lapsum: prout patebit. Vnde bona naturæ hominis sunt illa, q; naturaliter perficiunt eius naturam ad suas naturales operationes sibi proportionatas. Bona autem gratiæ sunt perfectiones præter naturam à solo Deo gratis datæ, & naturæ super additæ ad sublimandum defectum eius, prout patebit in tertio, & in quarto articulo. Bona vero gloriæ sunt illa quæ supernaturaliter beatificant hominem in altero B seculo. Secũda distin. Bona naturæ sunt in quadruplici genere. nã quædã dicũtur bona speciei, & quædã bona modi, & quædã bona ordinis, & quædam bona finis naturæ hõis proportionati. Bona quippe speciei sunt illa, quæ immediatè perficiunt speciem ab intrinseco sicut sunt potentiæ animæ, quæ oriuntur ab anima, & per consequens fluunt ex principijs speciei, & sunt accidentia consequẽtia formã, & principia operandi, & viuendi: sicut sunt potentiæ, & vires vegetatiuæ, & sensitiuæ, & appetitiuæ, & intellectiuæ. Istæ. n. dicuntur bona naturæ speciei, quia immediatè ab intrinseco perficiunt naturam specificam, & sunt immediata principia operãdi. Sed est aliud bonum perficiens speciẽ ab extrinseco quod est esse actualis existentię in C fluxum à primo ente, perficiens, & actuans, & suppositans naturam, & constituens eam in esse actualis existentiæ, & ideo Aristo. 1. posteriorum genus, & differentiam ponit in primo modo dicendi per se, eò, q; sunt principia essentialia ipsius speciei. Sed accidentia propria consequentia formam ponit in secũdo modo, eò, quòd fluunt ex principijs speciei, & ex forma, sed esse actualis existentiæ ponit in tertio modo, eò, q; actuat, & perficit totam speciem cum suis potentijs, & trahit ipsam ad actũ individualem, & personalẽ, & sic competit primæ substantiæ. Est verũ, quòd Boetius in libello de hebdomadibus ponit esse existentiæ in secundo modo dicendi per se, tanquam primum bonum naturale, quod omnia appetunt. & sic patet quaest

liter potentiæ animæ, & esse actualis existen- D tiæ dicuntur bona naturalia ipsius speciei immediata. Bona autem naturalia modi dicuntur habitus, & dispositiones potentiarũ animæ, eò, quòd naturaliter modificant, & perficiunt eas, & habilitant ad suas, naturales operationes, sine quibus potentiæ non possent exercere operationes suas, nec exire in actum sentiendi, nam sicut potentiæ sensitiuæ non exirent in actũ sentiẽdi, nisi actuarentur, & disponerentur, per species suorũ obiectorum, ita pariter potentia intellectiua nõ intelligeret, nisi disponeretur per species intelligibiles aut habitus obiectorum, & sic habitus, & dispositiones dicuntur perfectiones potentiarum. Bonum autem ordinis naturæ hominis est, quòd partes inferiores subiiciantur, & obediant superioribus scilicet, quòd caro, & sensualitas obediant ra- E tioni, & voluntas obediat Deo, & sit cõformis per omnia diuinæ voluntati. Ista ergo se habent per ordinem, scilicet anima: potentiæ: habitus siue dispositiones, & ordo operationum sine ordo in operando. Bonũ tandem naturalis finis ipsius hominis eius naturæ proportionati erat ante lapsum, vt perpetuaret vitam felicem in illa terrestri paradiso cum dominio, & imperio super omnia animalia, & plantas, & mineralia, vtẽdo eis liberè ad suam facultatem, & hoc erat ipsi præmium meritum, & promissum p eius laboribus. & sic patent quatuor bona naturæ homini debita, & proportionata. Tertia distinctio, q; licèt omnes gratiæ conueniãt in hoc, quod omnes sunt à solo Deo gratis datæ, & naturæ supperaditę, tamẽ aliqua est gratia, quæ non solum est à Deo gratis data: sed etiam est gratum faciens habẽtem. & ista est gratia habitualis, quæ datur in baptismo, & cõfirmatione, & pnia, q; perficit totã essentiã animæ, & facit hominẽ deo gratũ, & acceptum ex solis meritis Xpi: cuius hõ. p talẽ gratiã imaginẽ gerit, & Xpo cõfiguratũ. oẽs aũt aliæ gratiæ perficiũt potentias aiæ, & nõ sẽper gratificãt habentẽ apud Deũ, sicut ã gratia potestatiua ordinis, & gratia sanitatũ, & prophetiæ, & gratia sermonũ &c. quæ quidem dona gratiarũ dãtur ad vtilitatẽ totius ecclesiæ, prout ait apostol. 1. ad Cor. 12. Quarta distinctio, q; præter gratias habituales supradictas reperitur, & memoratur in sacra scriptura quædam gratia, quæ dr motiua, & auxiliatiua libero arbitrio, sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qua hō post lapsum nō potest resistere tēta
tionibus interioribus nec exterioribus: nec
vitare ptā nec implere diuina præcepta, vt
infra patebit. Quam quide gratia defendit
Aug. cōtra Pelagianos, & diuidit eā in preue
nientē, & incipientem, & operantem, & pro
ficientē &c. Et magister sent. in 2. dist. 26. di
uidit eam in preuenientem, & subsequentē,
in quas partes non pōt diuidi gratia habitua
lis gratificans, quæ licēt habeat gradus tamen
introducitur in instanti per sacramēta, ista
aūt datur præter sacramēta, vt infra patebit.
Quinta distinctio, q̄ bonorū glorię quędam
sunt bona corporis, sicut immortalitas siue
impassibilitas, & claritas, & subtilitas, & agi
litas, & quędam pertinent ad aīam. sicut ui
sio diuinę essentiæ, & quędam pertinent ad
B vtrumq; sicut visio humanitatis Christi, & E
fruitio, & secura possessio, quia homo glorifi
catus post resurrectionem per sensus exteno
res videbit humanitatem xpi: & per oculos
mentis videbit humanitatē cū diuinitate, &
sic totus homo videbit totum Xpm, & to
tus homo in corpore, & aīa beatificabitur,
& fruetur bonis glorię. Secūdo est valde ad
uertendum, & notāndū, q̄ tres perplexus fue
rūt apud philosophos ante aduentū xpi, quos
ipsi nunq̄ potuerunt soluere, nec ad eorum,
causæ cognitionem peruenire. Quorum pri
mus est, q̄ omnibus est insitus naturaliter
quidā appetitus cuiusdā statū vitæ felicis ab
sque omni defectu, & miseria: pura, quia o
mnes naturaliter desiderant vitā immortalē
quia omne ens appetit permanere in hoc
C esse, & desiderat hanc immortalē vitam si F
ne omni defectu, & miseria cum sufficientia
oīum bonorum ad satietatē appetitus, quā
vitā oēs putant esse beatā. Sed quia videbāt
philosophi, q̄ talis status non pōt haberi in
hac vita, nec vnq̄ aliqs habuit istū statū: ideo
mirabātur philosophi vnde inerat omnib. ta
lis appetitus, & vnde priuatio talis status
cum appetitus naturalis nō sit frustra, qa vi
dētur ista duo cōtradicere. s. q̄ sit naturalis
appetitus oībus insitus, & q̄ sit frustra. & sic
erāt philosophi in hoc perplexu ante aduē
tū xpi. Secūdus perplexus philosophorū fuit,
q̄ oēs experimur in nobis quādā peruersam
inclinationem in carne, & sensualitate tota
liter contrariam, & repugnātem supradictō
naturali appetitui, & tollentem, & impediē
tem totaliter effectum, & finem eius, imo
inducentem ad totum oppositum, & D
hoc videmus manifestē, nam inclinatio pra
ua, & appetitus carnis ducit hoīem in varias,
& pessimas infirmitates abbreuiantes vitam
hoīs vsq; ad interitū, vt patet de gula, & luxu
ria. Item luxuria non solū inducit varias q̄
gritudines: sed et causauit in mundo varia
bella, & seditiones, & homicidia: vt patet de
bello Troiano propter raptum Helenæ, &
de bello fraterno Thebanorum, & inter A-
treum, & Tyestem. & de bello Tarquiniorū
propter stuprū Lucretiæ &c. Item propter
cupiditatem dominandi, & diuitias acquiren
di multi perierunt, vt non solum secularis,
sed etiam sacra testatur historia, quæ omnia
impediunt, & auferunt vitā hominis, & indu
cunt infinitas miserias contra oēm felicitatē
quam naturaliter vnusquisq; desiderat, & ap
petit, & iste fuit secundus perplexus quē phi
losophi nunquām potuerunt absoluere. Ter E
tius perplexus apud philosophos fuit, q̄ om
nes philosophi cognouerunt istum inordina
tum appetitum sensitiuum esse peruersum
in hoīe contra totum ordinem naturæ, & to
tius vniuersi. Nā in ordine naturæ oīa infe-
riora subordinantur, & obediunt superiorib.
vt elementa obediunt corporib. cęlestibus, &
cęli obediunt intelligentijs mouentibus, &
oēs intelligentiæ obediunt primæ, & mouēt
propter Deum amatum, & desideratum, vt
patet. 12. metaphisicę, & primo cęli, & primo
meteororum. In solo autem hoīe reperitur
iste peruersus ordo, quia sensualitas, & caro,
quæ est pars inferior, & vilior, semper pu-
gnat aduersus spiritū, & aīam. i. aduersus ra-
tionem, quæ est superior, & nobilior, & sem
per resistit ipsi, & vt plurimum trahit volun
tatem rationalem, vt sibi consentiat in suo
prauo appetitu, & sic licēt vnusquisq; cogno
scat talem prauam inclinationem esse con-
tra rationem, & contra uirtutes morales, &
contra legem Dei, tamen omnes pro maio-
ri parte temporis sequuntur sensualitatem
contra conscientiam, & diuina præcepta, &
tamen ante aduentum Christi nullus philo-
sophorū potuit reddere rōnē, vnde proue
niat talis peruersitas in solo homine, & tale
monstrum in humana natura: imo uolen-
tes philosophi inquirere de hac peruersitate
inciderunt in diuersos errores. Vnde Ana-
xagoras dixit hoc monstrum accidisse in
principio mundi quando omnia erant con-
fusa in illo caos, q̄ quando ille intellectus
separando discordia, & combinando cōcor-

dia

A dia creauit oīa recta, & ordinata in sua na
tura: tamen non rectē compaginauit homi
nem, quia compaginauit carnem sic male
dispositam, & discordem cum anima ratio
nali, & ideo sicut tunc in illo caos ista duo
erant discordia, ita, & nunc, ideo semper di-
scordant, & pugnant inter se adinuicem in
homine contra totum ordinem vniuersi.
Alij autem philosophi dixerunt hoc euenire
ex cœlestibus constellationibus, sub quibus
homines generantur, & nascuntur. Aristote
les autem non ausus est clarē soluere hanc
difficultatem imo quandoq; uidetur sibi cō
tradicere. Nam quandoq; dicit sensualitatē
B esse naturaliter inclinatam ad malum: sed D
cum grandi difficultate per virtutes mora-
les posse domari: & quandoq; dicit q̄ felici-
tas, quæ per morales uirtutes acquiritur, est
donum Deorum, & per consequens etiam
ipsæ morales uirtutes, in quarum operatio-
ne consistit, & acquiritur felicitas, essent do
num Dei, & non naturæ, & sic Aristoteles
nō potuit reddere huius causam. Manichæi
autem uolentes redere causam huius per-
uersi ordinis, & monstri dixerunt in homi-
ne esse duas animas, unam bonā factam ex
substantia principis lucis: alteram malam
factam ex substantia principis tenebrarum.
ideo in homine erat continua pugna. Ori-
geniani autem sibi falsum nomen imponen
tes dixerunt ante huius mundi constitutio
nem omnes animas fuisse in cœlo conuersa-
tas, & peccasse cōtra Deum: ideo fuerūt po
steapositæ in corpora mālē complexionata
& ideo est continua pugna inter carnem &
animā. Quas quidem detestabiles opinio
C nes improbat Aug. contra Manichæos in li- F
bro de daubus animabus: & in lib. de natura
boni. Ex quib. patet: q̄ nec philosophi nec hę
retici potuerūt soluere tres supradictos per
plexus: eò q̄ non nouerūt sacras scripturas,
in quibus fuit nobis reuelatū qualiter ista
mala fuerunt humanæ naturæ inflicta in pę
nā peccati primorū parentū: vt in seqnenti
articulo patebit. Sed nūc restat quartus per
plexus qui scandalizat & facit titubare sim
plices Christianos in hoc tempore. nam nō
uidemus homines scientificos, & sacris lite-
ris eruditos, qui ex sacra scriptura sciūt red-
dere causas supradictorum malorum: & sol
uere perplexus supradictos, & sciunt, & præ
dicant qualiter nemo potest euadere pœnas
æternas; nec consequi vitam æternā nisi per

obseruantiam legis euangelicæ: & sciunt q̄ D
superbis Deus resistit: humilibus aūt dat gra
tiā: & in cōplures eorū uidemus inflatos tu
more superbiæ. Itē sacra scriptura quā prę-
dicamus nil aliud clamat nisi bona tempo-
ralia esse transitoria, & falsa, & per conse-
quens contemnenda, & bona futura quæren
da: tñ nos uidemus cōplures eorum esse fau-
ciatos auaritia, & luxuria, & ambitione ho
norū, & dignitatum, & sic faciunt totū op-
positum eorum, quæ sciunt, & prædicant. itē
uidemus oēs principes, & reges terræ, & pla
tos ecclesię scientes se reddituros rationē de
suis omnibus subditis à maximo vsq; ad mi
nimum, & hoc sub comminatione pœnæ æ-
ternæ. & tamen plures eorum extorquen-
tes bona temporalia cum sollicitudine ita
contemnunt salutem, & utilitatem populi:
ac si nunquām essent morituri nec rationē E
Deo reddituri: ideo iste perplexus scandali-
zat simplices fideles: & facit eos titubare.
Sed inferius soluetur: iste perplexus: ubi osi-
bitur qualiter præter scientiam & fidem est
necessaria gratia auxiliatiua liberi arbitrij
ad vitandū oē malum: & ad impleda diuina
præcepta. Et hoc de primo articulo.

QVantum aūt ad 2m articulum ponuntur
octo conclusiones de mente Augusti
ni contra Pelagianos. Quarū prima est ista
.s. q̄ Adam fuit creatus cum omnibus quā-
tuor bonis naturæ. Ista conc sic probatur ex
sacra scriptura Ge. 1. Nam omnia quæ fecit
Deus erāt ualde bona. i. integrè & perfectè
bona & non diminutè secundùm integrita-
tem & sufficientiā suæ naturæ: ut dicit glo-
sa. Quia omnia fecit Deus in numero pon-
dere, & mensura Sap. xi. aut sub specie & mo F
do, & ordine, & per consequens propter ali-
quem finem. ut inquit Aug. 4. super Ge. er-
go sequitur q̄ Deus creauit hominem cum
omnibus bonis proportionatis eius naturę:
& sufficientibus ad integritatem, & necessi
tatē eius. Sed quatuor sunt bona necessaria
ad integritatem, & sufficientiā humanæ na-
turæ. s. species, & modus, & ordo, & finis ho
mini sufficiens, & proportionatus. vt dictum
est ergo cum omnibus istis bonis fuit crea-
tus homo, unde bona speciei hominis sunt
potentiæ, & proprietates, & uires, & esse quī-
bus homo operatur. Sed quia homo omnib.
inferioribus debebat præsidere. s. mineralī-
bus, & plantis, & asalibus: nō fuit creatus cū
oībus uiribus eorum: ut cū oībus conuenā

Universidad de Deusto
Biblioteca

A set ideo habet esse cũ mineralibus: & habet oẽs uires aiæ vegetatiuæ cũ plantis, & oẽs potentias sensitiuas cum animalibus: & habet appetitiuũ potentiã cũ eisdem. Sed ultra istas inferiores potentias habet uires ipsius aiæ intellectiuæ. s. intellectum, & memoriã & uoluntatẽ, quæ pertinent ad partem rationalem, in qua conuenit homo cũ angelis. Habet ergo omnes uires sensitiuas, ut cognoscat omnia sensibilia, & habet intellectũ ut cognoscat omnia intelligibilia. & sic anima intellectiua hominis continet uirtualiter oẽs uires inferiorũ, & oẽs aliæ continentur in ea, sicut trigonũ in tetragono: ut ait Aristo. 2. de ani. Omnes aũt uires dicuntur bona speciei humanæ, eo ꝙ immediatè sequũtur formã: & sunt immediate principia operandi. Sed quia oĩa fecit Deus cum suo
B modo, & dispositione ad expeditè operandũ & ideo creauit istas uires in homine cũ suis habitibus: ut absq; impedimento, & mora posset faciliter operari. Vnde sicut creauit omnes arbores in illa paradiso cũ fructibus suis: ita creauit intellectum & uoluntatem & appetitum sensitiuũ hominis cũ habitibus suis: quia aliter aĩa hoĩs nõ fuisset ualde & integre bona. & sic creauit intellectũ cũ oĩbus habitibus intellectualibus. s. cũ habitu intellectus, quo immediatè adhæsit primis principijs: & cũ habitu sapientiæ, quo immediate incepit contemplari primas, & superiores causas altissimas. s. Deũ, & intelligentias: & cũ habitibus oĩum scientiarũ rerũ naturalium, & matematicalium: quo illi eo speculabat oĩa naturalia, quia illico imposuit noĩa oĩbus rebus creatis ſm naturas
C suas: ut patet Ge. 2. Item habuit Adam habitũ prudentiæ de oĩbus agibilibus, & habitũ artis de oĩbus factibilibus. Itẽ non solũ intellectus sed ẽt appetitus sensitiuus, & sensualitas fuit creata habituata cũ oĩbus habitibus uirtutũ moralium: pura cũ habitu tẽperantiæ, qua modificabat concupiscibilem circa oĩa delectabilia. & utilia, & cũ habitu fortitudinis circa oĩa terribilia: & cũ cæteris habitibus modificantibus sensualitatem circa bona utilia: & circa honores &c. quos quidẽ habitus habebat sine impedimẽto alicuius passionis. Itẽ sicut creauit intellectũ & sensualitatẽ cum suis habitibus: non creauit uoluntatem sibi proprio habitu naturali, quæ est iustitia modificãs ipsam uoluntatẽ ad rectè uolendũ, & eligendũ, & imperãdum. unde iustitia dr perpetua uolũtas tri- D
buẽs unicuiq; quod suum est. i. est perpetuus & integer habitus uoluntatis: quo uoluntas tribuit unicuiq; quod suum est per quẽ habitũ ipse Adã regulabat oẽs suas operationes erga Deũ, & hoĩes, & erga seipsum nã tribuebat Deo uerã latriã ipsi debitam: & hoĩbus mutuũ obsequiũ. Et rectè uoluntas imperabat sensualitati: & cæteris animãtibus, & plantis, mineralibus utebatur in facultatẽ suam. Non. n. uoluntas fuit creata minus integra, & perfecta cum suo proprio habitu iustitiæ, quã intellectu cũ suis habitibus scientificis, & intellectiuis, & quãm irascibilis, & concupiscibilis cũ suis habitibus, & uirtutibus moralib. & ista dicebatur originalis iustitia in Adã. Dicebatur. n. originalis inquantũ ab origine creationis cũ cæteris habitibus traxit ipsam: & ẽt inquantũm E
omnibus suis posteris per generationem cõmunicasset ipsam: Vnde omnes isti habitus supradicti dicebãtur ẽt originales, & naturales: primo inquantũm ab origine fuerunt concreati ad modificandas uires naturales in suis operationibus. Secundò inquantũm erant proportionati, & necessarij ipsi naturæ ad suas naturales operationes exercendas, absque impedimento aliquo. & pertinebant ad integritatem naturæ: & ideo computabantur inter bona naturæ. Sed ultra hęc bona modificantia, & habilitantia uires naturales homines fuit necessarium bonum ordinis in potentijs supradictis. qui quidẽ ordo consistit in debita conformitate uirium & partium inferiorum ad superiores. & ideo fantasia erat subdita intellectui: & sensualitas erat subdita, & obediens uo- F
luntati rationali, & uniuersaliter tota cairo, & corpus erat subditum spiritui: & uoluntas hominis cum omnibus uiribus erat subdita, & obediens, & tota intenta diuinæ uoluntati. & in hoc consistebat tota originalis iustitia ipsius Adam, & debitus ordo eius. & iste ordo dicebatur nauralis in Adam. Nam sicut omnia elementa naturaliter subduntur cœlis, & cœli parent intelligentijs mouentibus, & intelligentiæ parẽt diuinæ uoluntati, quia mouẽt propter Deũ amatũ & desideratum. 12. metasificẽtium secundum ordinem naturæ sensualitas debet parere uoluntati rationali: & uoluntas debet parere Deo. Et ideo species: modus, & ordo, & omnia prædicta computantur

inter

A inter bona naturæ hoĩs. Sed, quia species, & modus, & ordo tendunt in aliquem finem naturæ proportionatum: iõ naturalis finis, & præmium hominis erat habitare, & uiuere in hemisphærio australi, q dicitur paradisus uoluptatis: eo ꝙ ibi duxisset uitam beatã cum omnibus bonis naturalibus absque defectu aliquo bonorum naturalium siue morte, & liber ab omni infirmitate, & dolore, & tristitia. Quæ quidem bona proueniebãt tribus ex causis. Primò ex aspectu cœli. nã secũdùm Ptolomeũ, & Aristotelem secundo cœlithemisphæriũ australe est uertex, & caput & superior pars mundi: ideo ille stellæ sunt fauorabiliores, mittentes uberes, & fauorabiles, & salubres influentias, & ideo propter fauorẽ cœli in illa parte nulla causatur, nec accidit pestilentia: nec sterilitas nec uetustas:
B nec calor excessiuus: nec tenebra, sed aura placida, & salubris, & tẽperatissima in lumine, & calore, & uniformis, prout dictũ fuit psalm. 71. Et sic conseruabat omnes plantas successiuè cum fructibus earum. & sic etiam conseruasset Adam cũ eius posteris in esse salubri, & sic prima causa erat aspectus cœli. Secunda uero, locus ille qui est sub tali aspectu. Tertia causa uitæ perpetuandæ sine infirmitate, & morte, erat lignum uitæ, & sic primi parentes affluebant omnibus bonis naturalibus absque aliquo defectu, & in his consistebat tota eorum naturalis felicitas, & beatitudo tàm corporis, quàm animæ. Nam per intellectum contemplabãtur oĩa creata, & increata, licèt non uiderent Deum per essentiam, & per uoluntatem habebant quic quid boni naturalis uolebant, & nihil mali
C uolebant, & in corpore nullum patiebantur defectum. & ideo erat Adam felix, & beatus naturali beatitudine: quia felicitas nil aliud est nisi tranquilitas animi omni tristitia, & defectu uacantis, & bonum sufficiens delectans habentem. Ex quibus patet quòd primi parẽtes fuerunt creati cum omnib. bonis naturę in sua integritate. Quæ quidem bona sunt species, modus, & ordo, & ille finis, & possessio illius loci cum suis bonis in quo Helias, & Enoch dicunt uitam felicem usque ad secundùm aduentum Christi. Quæ quidem felicitas intantùm dicitur naturalis, inquantùm est proportionata humanę naturę. Ex quibus patet, quòd oĩs habitus quos modo, morales appellamus: tunc potebant dici naturales quadrupliciter. Primò D
quòd à principio erant inditi naturæ. Secundo inquantùm erant naturæ proportionati, non excedentes naturam. Tertiò, quod pertinebant ad integritatem naturæ. Quartò quia omnes posteri traxissẽt illos habitus ab origine, & natiuitate. Sed post lapsum iã non possunt huiusmodi habitus dici naturales sed morales, eo ꝙ per longam moram, & frequentes actus nouiter acquiruntur, undetunc in Adam habitus precesserunt passiones, & actus: sed modo post lapsum in nobis passiones, & actus præcedũt habitus, q cõtra passiones, & actus præcedunt habitus, qui contra passiones refrenandas ex actibus generantur. Item illa habitatio paradisi erat homini naturalis, eo ꝙ erat sita ꝙ omnia animãtia naturæ hominis proportionata, & collata. Secunda conclusio ꝙ præter illa quatuor bona naturalia supradicta primi parẽtes sue E
runt creati in gratia supernaturali gratũ faciente, quod probatur ex autoritate Augustini super Genesi dicentis ꝙ primi parẽtes post longã uitam sine morte, & dolore fuissent translati in uitam meliorem ad cęleste regnum: sed talem uitam non potuissent eõsequi naturaliter per bona naturæ, quia sicut per habitus intellectuales naturales non potuisset uidere diuinam essentiam, ita nec per solum habitum naturalem originalis iustitiæ meruissent illud supernaturaliter præmium, nec frui diuina essentia. Et ideo è dicendum, ꝙ habuerunt gratiam gratificam super naturalem sublimantem eos ultra, & super humanam facultatem ad merendũ illã uitam supernaturaliter beatam, quia p solã originalem iustitiam non poterãt mereri nisi illam præsentem beatitudinẽ humanæ na- F
turæ proportionatam, in qua erant, quæ nõ ponebat eos extra nec ultra humanã facultatem. Et ideo dicunt quidam, ꝙ illa originalis iustitia uel erat radicata in gratia gratificã cum fide, & spe, & caritate, uel erat unẽcta cum ipsa, ut ultra præsentem beatitudinem possent mereri futuram. Et ideo est dicendũ ꝙ ultra habitus naturales intellectus, & uoluntatis habuit Ada habitus teologales. s. fidem, spẽ, & caritatẽ, de Christo futuro saluatore: quę in spũ prophetico præuidit incarnandũ, qui fuit in illo sopore, quæ quidẽ uirtutes nõ fuerũt sine gratia. Ex hoc patet ꝙ Adã non solũ habuit gram gratificã, ꝙ illo statu: sed ẽt gratiũ, & donũ ꝓphetię, quia in illo sopore præuidit mysteriũ incarnationis, & ẽt ec-

eccleſię

Universidad de Deusto
Biblioteca

A clesiæ surgentis ex latere Christi per formationem Euæ ex sua costa: vt inquit Augu. super Ioan. & per Genesi. Quod quidem mysterium explicauit propheticè Adam quando surgès à sopore dixit: hoc os ex ossibus meis & cætera. Tertia conclusio, quòd primi parentes per peccatum licèt non perdiderint bona speciei, quæ sunt vires naturales ipsi⁹ animæ, & corporis: tamen perdiderunt modum, & ordinem, & finem: q a fuerunt expoliati omnibus bonis, & habitibus omniū potentiarum q̃bus expedite, & rectè, & ordinatè operabantur: & per cōsequens fuerunt expoliati illa originali iustitia cū suo p̃mio, q̃ probat Aug. lib. hypognosticon responsione prima. Nā illico post esū ligni prohibiti nouerunt se nudos. i. oīb. bonis gratuitis, & gratificis expoliatos. Et ideo abscōderunt se, &
B fugerunt à facie domini. Gen. 3. Hoc idem ait saluator Lucæ 10. p parabolā illius hois, qui descendens ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones: qui expoliauerunt, & p̃cusserunt eū, & semiuiuo relicto abierūt &c. vbi dicit Aug. q̃ bene merito primus homo fuit oīb⁹ bonis expoliatus. Nam sicut ipse fuit auersus à Deo perdēdo originalem iustitiā: ita Deus fuit auersus ab eo auferēdo bona, quæ ipsi contulerat. Nam perdendo originalem iustitiam perdidit omnia bona naturalia, quæ per illam iustitiam possidebat: & p̃dendo iustitiam originalē, p̃didit etiā gr̃am per quam expectabat, & potuisset consequi futuram beatitudinem. Item perdidit bonum ordinis: q a p̃didit liberū imperiū, quod voluntas rationalis habebat supra sensualitatē, q a sicut volūtas rationalis imperabat: ita
C sensualitas. & caro obediebat. & parebat, sed post lapsum non patet: sed potius imperat: vt patebit. Et sicut perdidit bonum modi, & ordinis: ita etiam bonum finis, quia fuit expulsus ab illa paradiso delitiarum, & præsenti felicitate ipsi naturaliter proportionata, & sic fuit expulsus ab illo hemisphærio australi in hoc hemisphæriū aquilonare, vbi tā quàm exules omnes posteri vitiimus cum ingi miseria expoliati omnibus illis bonis. Ex supra dictis tribus cōclusionib. soluitur primꝰ nexus philosophorum, scilicet vnde inest nobis appetitus vitæ immortalis, & impassibilis, & felicis quam nemo in hac vita potest habere. quia talis appetitus est naturalis, nec est frustra postquàm aliquis in hoc seculo potuit possidere prout primi parentes ante lapsum. Et ideo ex priuatione illius status nobis insitus talis appetitus: quia priuatio est causa appetitus. D

Quarta conclusio: q̃ homo per peccatum non tantū fuit expoliatus omnibus bonis modi, & ordinis, & fuit naturalis: sed ēt fuit percussus, & sauciatus in oibus potentiis, & in tota persona, & hoc quintuplici vulnere: propter quod non potest liberè nec faciliter operari. Prima pars patet per præcedentē conclusionem. Secunda autem pars patet per singula ad experientiam: & prout experimur in nobis. Vnde primo, homo fuit sauciatus in complexione vulnere infirmitatū, & ægritudinum, & morborum, quia nō est aliqua pars in homine quæ non sit subiecta alicui ægritudini imo multis: puta quia accidit oftalmia in oculis, vertigo in cerebro, pleuritis in pleura, & collica passio in colo &c. prout tradidit Auicenna in quarto & v. Canone, quæ quidem mala inducunt finaliter mortem. Ex quo patet, q̃ mors, & febris, & omnes istæ infirmitates iam non possunt dici mala naturalia, sed pœnalia, quia in pœnam peccati inflicta. Item secundò fuit homo vulneratus, & sauciatus vulnere improbi laboris in toto corpore: quia ille qui absque labore poterat viuere: cui terra sponte dabat omnem fructū, & omnia animalia, & plantæ & mineralia erant ipsi ad libitum subiecta: nunc non p̃t acquirere victum, & vestitum absque intolerabili labore, q a vnusquisque cum sudore, & labore, & dolore vescitur pane suo ex sententia domini. Genesis. tertio. Et ideo omnia ista bona temporalia, quæ de sui natura sunt bona naturaliter, & ad necessitatem hominis creata, & in principio liberaliter collata, nunc peruerso nomine dicuntur bona fortunæ ratione modi acquirendi, & possidendi, quia tunc naturaliter erāt omnia communia, sed nunc cum labore, & fraude, vt plurimum acquiruntur, & ab indignis possidentur, & ideo mutato nomine dicuntur bona fortunæ. Item tertio fuit homo vulneratus in sensualitate vulnere pranæ cōcupiscentiæ. Nā sensualitas, quæ erat subordinata rationi, & habituata temperantia, & fortitudine, & continentia, & parsimonia &c. expoliata huiusmodi virtutib. moralibus, & sibi naturaliter indītis, fuit percussa, & sauciata vulnere inordinatæ concupiscentiæ, quæ est fomes, & causa omnium malorum, in qua sensualitate sic expoliata, & sauciata succesſe- E F

A succesſerunt omnes animi passiones: quæ dicuntur ægritudines animi. puta gaudium, & tristitia, ira, & odium, & inuidia &c. quæ non possunt refrenari nisi per morales nouiter acquisitas. Et sic isti habitus virtuosi, qui ante erant bona naturalia, & inudita iā nō possunt dici bona naturalia, sed moralia, quia cū longa mora & labore sunt nouiter acquisiti ex frequentatis actibus, nec morbus concupiscentiæ, nec passiones possunt dici mala naturalia, sed pœnalia. i. in pœnum peccati inflicta. Nā habitus naturales præcesserūt passiones, & concupiscentiam in sensualitate, & passiones, & concupiscentia modo præcedunt virtutes morales, & sic neutra dicuntur iam naturalia. Ex quo patet, q̃ sensualitas fuit uulnerata morbo concupiscentiæ, per quam inclinātur ad omne malum, & est
B segnis ad omne bonum. & rebellis semper, & repugnans rationi & insurgens & colluctans aduersus spiritum. Item quartò tota pars rationalis fuit sauciata multiplici vulnere. Nam intellectus qui per habitus intellectuales concreatos poterat contemplari non solum naturalia, sed etiam supernaturalia per habitum intellectus, & sapientiæ, & habitum scientiæ cōcreatæ. & hoc absq; fantasmatibus: quia poterat ad libitum intellige re per fantasma vel sine fantasmatibus. nunc omnibus illis habitibus expoliatus non potest intelligere sine fantasia, quia necesse est intelligentem fantasmata speculari, vt patet 3. de anima. Et sic necesse est, vt intellectus conuertatur ad fantasiam, si vult intelli
C gere, & ita pariter voluntas quia fuit expoliata originali iustitia, qua omnia rectè volebat & diuinæ voluntati erat conformis, fuit conuersa in suis operationibus ad sensualitatem corruptam & appetitum sensitiuum corruptum & depranatum. Et ista pœna rationaliter fuit homini inflicta, vt inquit August. nam postquàm noluit auerti à Deo & ab eius voluntate, & conuersus ad mulierē, ut sibi complaceret, tunc intellectus expoliatus bonis naturalibus fuit conuersus ad fantasiam de necessitate in sua operatione, & voluntas ad sensualitatem. & superiora ad inferiora. s. spiritus ad carnem &c. vnde eueniunt homini omnia mala. nam intellectus frequenter decipitur p̃ fantasiam in suo iudicio. & voluntas depranatur per sensualitatem in sua operatione. Et iō quia intellectus nō potest habere sciam de rebus nisi p̃ fantasiam: inde est, q̃ frequēter decipitur circa D cognitionē rerū. & iō philosophi primi volētes ex propriis viribus inquirere naturas, & causas rerū, decepti inciderunt in varios errores, vt patet 1. & 2. Meta. & 1. phisico. & 1. de generatione, & 1. de anima. Item nō solum fuerunt decepti in intellectu speculatiuo circa naturas rerum, sed etiam in intellectu practico circa cognitionem boni honesti, & vtilis & delectabilis, & cuius errore accidit prauа electio in voluntate. Ex quibus omnib. patet, infirmitas nostri intellectus, & omniū aliarum potentiarum, & patet etiam peruersus ordo inter eas: quia intellectus decipitur à fantasia, & voluntas ab intellectu practico decepto, & allicitur à sensualitate corrupta, vnde modum huius peruersi ordinis, & decep
tionis ponit Arist. 3. de anima. & 4. & 7. eti
cotum. Vnde est aduertendum, quod in E
in homine sunt considerandæ duæ partes principales. s. pars rationalis, & sensualitas, prout comprehendit sensus exteriores & interiores. s. fantasiam, & appetitum sensitiuū. vnde fantasia sequitur sensum, & appetitus sequitur fantasiam. fantasia autem iudicat de sensatis conuenientib. vel disconuenientibus siue delectabilibus, & tristabilibus, & sic omne delectabile, aut vtile dicit bonum, & omne tristabile, aut inutile dicit malum, & sic appetitus, qui diuiditur in irascibilem. & concupiscibilem sequitur omne delectabile, aut vtile tanquam bonum, & fugit omne tristabile tanquam malum, & sic sequitur honores & dignitates, & omnia ardua sibi apparentia bona, & concupiscibilis oprat. & sequitur voluptates. carnis, & pecunias & cætera sibi concupiscibilia tanquam bona, & vtraque, F
scilicet irascibilis, & concupiscibilis fugit omnia tristabilia tanquam mala. Item in parte rationali sunt duæ potentiæ distinctæ, scilicet intellectus, & voluntas. vnde sicut appetitus sequitur fantasiam, & sensum, ita voluntas in primo actu sequitur intellectum. Sed iste intellectus habet duas portiones, scilicet superiorem, qui dicitur intellectus speculatiuus: & inferiorem, qui dicitur intellectus practicus. vnde sicut intellectus speculatiuus speculatur speculabilia, ita intellectus practicus cognoscit, & rationatur de agibilibus. Sed iste intellectus practicus adhuc habet duplicem portionem, scilicet vnam superiorem per quam cognoscit, & iudicat de agibilibus in vniuersali, prout ipsi offeruntur

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per legē diuinam vel humanam. Et hēt aliā portionem inferiore per quā iudicat de partibus,prout ipsi offerūtur per fantasiam. & tunc intellectus practicus iungitur fantasie,& fit vnum cum ea in intelligendo:& sic iudicat de bonis delectabilibus,& vtilibus secundum apparentiam, & iudicium fantasiæ & sic puertitur in suo iudicio. Nā sicut ante per superiorem portionē iudicabat legem Dei esse bonam,& per consequens obseruādam,& omne malum esse vitandum:& omne adulteriū aut furtum,& homicidium esse malum.& per consequens vitandum : & sic tunc non decipiebatur in suo iudicio. Et tūc voluntas sequens tale iudicium intellectus in prima sua operatione volebat legem Dei obseruare:& omne homicidium, & furtū, & adinuenit nunq̄ malum vitare:&:sic volūtas dicebatur recta,& bona. Ita postea cum fantasia offert intellectui practico aliquod bonum delectabile,aut vtile particulare per appetitum sensitiuū optatum:& intellectus fantasiæ,& deceptus iudicat illud esse bonū , & sequendum : tunc voluntas in secundo actu sequens intellectum deceptum.& cōuersa ad appetitum prauum fit simul vnum cum eo. Et sic deprauata voluntas sequitur desideriū sensualitatis appetendo illud bonum apparens,scilicet vtile aut delectabile:licèt sit nocium,& malum:& contra legem diuinā,& humanam.& contra bonos mores:& sic causatur peccatū in voluntate in tali electione, & executione , & sic patet qualiter vterque decipitur,tām intellectus q̄ voluntas,p̄ conuersionem ad sensualitatē,& ideo dicit Aris. 3.eticorum , q̄ omnis malus est ignorans.i. deceptus:quia licèt cognoscat in vniuersali: tamen decipitur in particulari per conuersionem ad fantasiam:& sensualitatem:vt patet de incontinente 7.eticorum:cuius deceptio causatur ex falso discursu argumentationis, q̄a arguit in quatuor terminis:ideo potius videtur habere opinionem quam scientiam de particularibus.Nam primo in maiori propositione dicit omne adulterium tanquàm malum esse vitandum:eò quòd est contra legē: sed q̄n offertur ipsi ista mulier,licèt in minori propositione deberet dicere, hoc est adulterium:ergo vitandum:tamen alterando terminum dicit hoc esse bonum delectabile: & sic concludit.ergo sequendum: & sic peccat in forma arguendo in quatuor terminis , & p̄ consequens causatur peccatum,& ignorātia in intellectu practico,& error,& prauitas in voluntate sequēdo intellectum,& sensualitatem : & ex consequenti causatur in anima.Et ideo dicit Arist.3. de anima,q̄ voluntas,quæ ponitur quasi medium inter intellectum,& appetitum sensitiuum si sequitur intellectum prout iudicauit in vniuersali:tunc ipsa dicitur recta,& iusta.quia intellectus, vt dicitur rectus.Sed si voluntas sequitur sēsualitatem siue appetitum inferiorem.& intellectū practicum deceptum, & deprauatum p̄ fantasiam:tunc voluntas , rationalis dicitur praua,& iniqua,& facta bestialis:simul cū sēsualitate:quia tunc voluntas iam non est recta nec rationalis , sed praua , & bestialis , & monstruosa effecta per consortium sensualitatis:quia agit cōtra naturam. Nā sicut rota primo mobilis naturaliter trahit oēs orbes inferiores motu recto ab orientē in occidentē:ita intellectus,& tota pars rationalis naturaliter deberet ad se,& secum trahere fantasiam,& totā sensualitatem, & non econuerso.Et ideo quando sensualitas trahit ad se voluntatem,& partē rationalem:tunc talis motus,& actus est peruersus,& monstruosus,& non naturalis , & ideo sicut per motū primi mobilis rectum nunquam causatur malum nec peccatum nec monstrum in natura nec aliquis defectus:sed solùm causatur eclipsis, aut causantur sterilitates aut pestilentiæ aut tēpestates per orbes inferiores q̄ mouentur in circulo obliquo contra motum primi mobilis : ita pariter per primam operationē partis rationalis nunquàm causatur deceptio in intellectu practico, nec peccatum in volūtate, sed quando sensualitas trahit ad se partē rationalem ad suū libitū , tūc causatur pctm̄ & monstrū in anima, quia tūc intellectus fit quasi fantasia,& voluntas fit sensualitas , q̄a nec intellectus per se nec sensualitas p̄ se est sufficiens principium ad mouendū siue ad prosequendum.sed ex his fit vnū principium sufficiens ad prosequēdum bonum vtile vel delectabile.Ex quibus patet,q̄ totus iste discursus per Aristotelem explicatus est cōtra naturam non solùm ipsius animæ , sed etiā contra ordinem ipsius vniuersi.in quo semper inferiora obediunt superioribus.Et hūc eundem peruersum ordinem nostrarum potentiarū memorat Apostolus ad Romanos. octaua,vt infra patebit,& sic Aristoteles,& oēs philosophi bene concedunt talem motum,& modum esse peruersum, & prauum,

& mōstruosum,& cōtra naturam. & ordinē vniuersi.tū nunq̄ potuerunt peruenire ad cognitione causæ:vnde tale monstrū prouenit in homine.Et hoc accidebat eis:quia non nouerant sacram scripturam:in qua nobis est reuelatum qualiter hæc monstruositas. & peruersitas fuit inflicta tori generi hūano in pœnam peccati primorū parētū:eò q̄ omnes potentiæ fuerunt expoliatæ omnibus bonis habitibus concreatis, & fuerūt vulneratæ quintuplici vulnere. s. vulnere multiplicis ægritudinis in complexione: & vulnere laboris , & doloris in toto corpore pro victu, & uestitu acquirendo:& vulnere,& morbo concupiscētiæ in carne,& vulnere prauę cōuersionis, & electionis in parte rōnali . ex quo infligitur vulnus culpæ.& peccati in anima. Sed vtrū vulnus concupiscentiæ dicat aliquā formam positiuā superaditā sensualitati , an dicat solam priuationē modi,& ordinis : longū esset hic disputare. Forsan dicetur in expositione euangelicæ veritis super illud Luce x. de illo homine qui descēdit ab Hierusalē in Hiericho qué latrones non solū expoliauerunt : sed & percusserunt,& sauciarunt: & plagis impositis,& semiuiuo relicto abierunt &c.Sed sufficit ad presens scire,q̄ sicut sensualitas siue appetitus sensitiuus fuit sauciatus vulnere prauæ concupiscentiæ. & inclinationis ad voluptuosa. & delectabilia, & vtilia,quæ sunt falsa bona,ita voluntas rationalis fuit vulnerata quoddā vulnere cœci,& inordinati amoris,& complacentiæ, vt cęteris omissis velit sensualitati complacere:Et ideo dicit Augu. lib.de perfectione iustitiæ hominis, q̄ ex tali vulnere manet nostrum liberum arbitrium claudicatum.& sic oportet , q̄ sanetur per gratiā ad hoc q̄ rectè velit,& operetur.Ex prędictis patet solutio secundi,& tertij perplexus,quos philosophi nunq̄ potuerunt persoluere.Quinta conclusio , q̄ oīa mala tā culpæ q̄ pœnæ, s. omnia quinque vulnera supradicta,traxerunt omnes posteri à primis parentibus per carnē corruptam. Hanc cōclusionem probat Aug. contrā Manichæos, & super Ioan. homilia 2. isto modo . Nam omnes posteri vel trahunt ista mala cum carne:vel cum anima. nō cum anima , quia anima non est ex traduce ab Adā per generationem : sed à solo Deo per creationē,& sic non potest creari nisi bona : quia Deus autor mali non est sed solius boni:ergo sequitur q̄ trahimus huiusmodi mala per solam carnem,quæ est ex traduce à primis parentibus. Hoc confirmatur . Nam primi parentes talem carnem communicarunt posteris suis qualem ipsi habebant tempore generationis, sed tempore generationis post lapsum iam habuerunt carnem,& sensualitatem corruptam,& sauciatam per vitium concupiscentiæ,quæ est fomes omnis mali, ergo talem carnem sic corruptam ,& vitiatam cū suo onere transtulerunt successiuè in omnes posteros . Ex quibus patet , quòd primi parentes omnia mala,tam culpæ.quàm pœnæ, transmiserunt in omnes posteros per carnem sic corruptam,& vitiatam.& libidinosam.Ex quibus sequitur secundùm Aug. q̄ tria mala siue tria genera malorum latent seminaliter & potentialiter in carne à parentibus traducta antēq̄ animetur.Quæ quidē mala exeunt à potentia in actū post animationem successiuè. Nam ibi primo in complexione corporali latent omnia genera infirmitatum , & ægritudinum corporalium . Secundo in ipsa sensualitate latet morbus concupiscentię , & latent omnes passiones animi,quæ quidē concupiscentiæ est fomes oīum malorū culpæ tā originalis q̄ actualis.Oīa.n. ista mala exeunt ex carne à potētia in actum per animationē successiuè: nam illico anima per solū consortium talis carnis sic corruptę trahit peccatum & culpā originalē, & trahit debitum originalis iustitiæ perditæ in Adam , eò q̄ anima fit vna persona cum tali carne traducta ex primis parentibus . Itē secundò per tale consortiū illico exeunt in actum mala pęne in ipso corpore:s.dolor, & tristitia:& successiuè succedunt ægritudines,& infirmitates variæ,Tertiò quando homo peruenit ad maiorem ætatem , & vsum rationis : exeunt omnia mala actualis culpæ ab ipsa sensualitate in anima. Nam sicut caro corrupta per solùm consortium causat culpam originalem in animæ:ita concupiscentia,quæ est fomes omnis peccati latens in carne, & sensualitate, causat culpam actualē,tā venialēq̄ mortalē in volūtate per consensum. Et sic patet qualiter omnia ista mala latent seminaliter in carne añ animationē: & qualiter exeunt in actū post aīationem . Et patet etiā qualiter anima omnia mala culpę trahit à carne,& sensualitate corrupta , & sauciata.Ex quibus etiā sequitur.q̄ oīa mala tā culpæ q̄ pœnæ traximus à primis parentibus:eò q̄ ab eis traximus solā carnem sic corruptam,& sauciatā.in qua latent seminaliter omnia mala culpæ , & pœnæ:

Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ex supradictis sequuntur sex doctrinæ secnn
dum meritem Augustt. Quarū prima est, quod
originalis culpæ non est in carne formaliter,
sed solum materialiter, & seminaliter, sed con
trahitur formaliter in anima. aut per solum
consortium, sicut est peccatum originale, aut
per consensum deliberatum, & sic est pecca
tum mortale: aut per consensum indelibera
tum, & sic est peccatum veniale. Et ponitur
exemplum de arsenico, & silice. nam in arse
nico non est mors formaliter, sed seminali
ter: sed transit formaliter in hominē si gusta
tur ab eo. Item ignis non est formaliter in si
lice, sed transit formaliter in stupā per ictum
& confricationem ferri. Ita pariter peccatum
latens materialiter, & seminaliter in carne,
& concupiscentia sensualitatis transit actua
liter, & formaliter in animam per consortiū,
B aut consensum, prout dictum est. Secunda
doctrina, q̄ licet in eodem instanti temporis
anima creetur. & infundatur in corpore, &
inficiatur ab eo per culpam originalem, eō
q̄ creando infunditur, & infundendo inficitur, tñ in tali ordine sunt considerandæ succes
siuè quatuor instantię naturę. Nam in pri
mò instanti anima cōsideratur prout a Deo
creatur, in secundo prout creatur bona na
turaliter cum suis viribus, & potentiis, scili
cet cum intellectu, & memoria, & volontate
per quod dicitur facta ad similitudinem, &
imaginem Dei, & sic dicitur naturaliter bo
na. In tertio autem instanti cōsideratur pro
ut infunditur corpori corrupto. In quarto
autem prout inficitur ab eo, & est infecta,
& mala malo culpæ. Ex quo patet, q̄ prius
intelligitur bona per naturam quàm mala
per culpā: quia in uno instanti tēporis pos
sunt intelligi multa instantia naturæ. Ter
tia doctrina, q̄ duplex imago reperitur in
quolibet homine. Prima est imago trinita
tis in anima per creationem à Deo impres
sa: per quam dicitur bona naturaliter. Secū
da dr imago ipsius Adā, primò impressa in
carne seminaliter: & exinde translata in ani
ma formaliter. per quā imaginē natura ho
minū dr corrupta, & mala per culpā & pœ
nā. Vnde dicit Aug. contra Faustum, & 12.
super Ge. q̄ hanc imaginem reliquerūt pri
mi parentes in nobis impressam ex uestigio
& similitudine sui peccati. nā sicut ad illud
peccatum concurrerunt tres personæ. s. ser
pens offerens pomum prohibitum: & Eua
acceptans ipsum, & offerens uiro: & Adam
comedens ipsum, vt complaceret vxori: ita
pro maiori parte ad omne peccatum con
currunt tres partes hois. s. sensus offerens rē
delectabilem, vel vtilem. & appetitus, sensi
tiuus, & sensualitas appetens, & alliciens
voluntatem, vt consentiat. & ipsa voluntas
condelectans, & sequens sensualitatem. Nam
sicut serpens ostendit fructum persuadendo
mulieri, & mulier persuasit viro, vt comede
ret: ita sensus offert rem prohibitam ipsi sen
sualitati, & sensualitas offert, & persuadet vo
luntati, & sic consummatur peccatum per
consensum voluntatis. Et sic patet qualiter
primi parentes reliquerunt nobis impressam
imaginem, & vestigium sui peccati. Et sic
ēr pater qualiter in quolibet homine repe
ritur duplex imago. s. imago trinitatis, per
quā dr bonus naturaliter: & imago primo
rum parentum, per quā dicitur malus pena
liter & culpabiliter. Sed in christiano ultra
duas imagines supradictas reperitur alia ima
go, per quam configuratur Christo per baptis
mū & ecclesiastica sacra, quæ quidē imago Xpi
licēt ad præsens non tollat imaginem ipsius
Adam de carne, tamen tollit ipsam ab ani
ma nostra: unde ait Apo. 1. ad Cor. xv. quod
postquàm oēs usq; ad Christum portauimus imaginem ipsius Adam terrem, portemus ergo imaginem ipsius Adam cœlestis,
qui est Christus. Et sic patet qualiter reperi
tur triplex imago in Christiano. s. imago tri
nitatis in anima: quam accepit per creatio
nem, per quam dicitur bonus naturaliter.
Secunda est imago ipsius Adā terreni in car
ne: per quam natura nostra dicitur corru
pta, & sauciata fomite, & morbo concupiscē
tiæ: unde eueniunt omnia mala culpæ. quā
imaginem accepimus per libidinosam gene
rationem. Tertia est imago Christi in a
nima. quam eccepimus per gratiam baptis
mi, & regenerationem. Ex supradictis etiam
sequitur quarta doctrina. s. q̄ quando Aug.
dicit q̄ nostra natura fuit corrupta in Adam
&c. ibi non sumit natura pro natura spe
cifica: sed pro carne siue pro generatione.
Vnde est aduertendum, q̄ natura humana
tripliciter sumitur in sacra scriptura. Primò
enim modo sumitur pro ipsa essentia & na
tura specifica resultante ex corpore organi
co, & anima rationali significata per diffini
tionē. & isto modo dicitur bona naturali
ter: & sic humanitas, & species, & human a
natura reperiuntur in Christo. Secūdo mo,
do

A do humana natura sumitur pro tota genera
tione, & collectione omnium descendentiū
ab Adam per naturalem generationē: sicut
dicitur natura. i. generatio Scipionum, &
Claudiorum, aut Tarquiniorum, aut filiorū
Israel. Et isto modo dicitur ad Ro. v. q̄ om
nes in Adam peccauerūt. i. tota humana na
tura fuit obligata in Adam: quia oēs suos
posteros ad pœnam sui peccati obligauit in
sua natura. Et sic etiā dicitur, q̄ tota huma
na natura fuit corrupta in Adā. Tertio mo
do sumitur humana natura pro carne, quā
vnusquisque traducit ex Adam per natura
lem generationem. Et sic dicit Aug. q̄ vnus
quisque habet naturam. i. carnem, & sensua
litatem corruptam ex Adam: quia nil habe
mus ab Adam, nisi carnem corruptā per ima
ginē eius: quia animā habemus à solo Deo
B per creationem. Vnde caro dicitur natura
in nobis: eò q̄ est nata, & traducta ex Adā:
anima autem non dicitur nata nec genita:
sed ex nihilo creata. Et sic tota linea succes
siua ab Adam vsque ad vnumquemque per
generationem dicitur eius natura, & ista di
citur natura corrupta. Et isto modo solus
Christus dicitur liber in natura à tali corru
ptione, eò quòd non descendit ab Adam p
naturalem generationem: Et sic virgo Ma
riā non dicitur libera in natura, sed liberata
in persona per prequiam sanctificationem.
Et sic peccatum, & corruptio naturæ nō po
tuit transire ad personam virginis: prout di
ctum est in expositione Psal. 45. & super Ma
gnificat. Ex supradictis sequitur etiā quinta
doctrina scilicet, q̄ non est mirū si Auctore
C s, & cæteri philosophi non potuerunt ex
puris naturalibus peruenire ad cognitionē
ipsius monstruosi, & peruersi ordinis, & mor
bi reperti in nostra sensualitate, & natura:
quod non accidebat nisi quia nō nouerāt sa
crā scripturā, per quā nobis reuelatur quali
ter ista corruptio prouenit ex pctō primorū
parentū. Sed beatus Aug. nectare sacræ scri
pturæ imbutus, & diuino lumine illustratus
Hypognosticō rēspōsione secūda, & quarta,
reddit hmōi causam, dicēs, q̄ primi parentes
sibilo venenosi serpentis sunt infecti, & calli
dis eius blandimētis sunt decepti. Et iō hanc
inquietā, & mortiferā pestē eorū corpora cō
ceperunt, & per legitimū vsum postea q̄ de
paradiso sunt ptoiecti in posteros tranimisē
runt. & pctī sui testimonium hæreditario
iure dimiserunt nobis: ut ex hoc præuaricato
rum filiis nos cognoscentes nō gloriemur
de natura nostra peccatrice in cōspectu iu
sti iudicij Dei: sed eius misericordiæ, q̄ no
stris meritis non datur: semper colla nra fle
ctamus &c. In quibus verbis explicat Aug.
vnde prouenīat humanæ naturæ iste mor
bus, & corruptio, & istud monstrū in natu
ra. Nā postquā Adā voluit sequi suasum be
stiæ, & vxoris magis q̄ diuinum preceptum
iō conuersus ad sensualitatem cōparatus est
iumentis in suis operationibus, & similis fa
ctus est illis: Ex supradictis doctrinis sequitur
sexta doctrina catolica, q̄ infirmitates cor
porales, & mors, & omnia mala tā culpæ. q̄
pœnæ non dicuntur nec sunt in nobis mala
naturalia: sed penalia: quia non insunt nobis
ex natura specifica, quia homo valde bo
nus fuit creatus cū supradictis quatuor bo
nis naturæ, liber ab omni miseria, sed omnia
ista mala in pœnā peccati primorū parētū
sunt nobis relicta, & inflicta, prout cōtra Pe
lagianos fuit determina tū i cōcilio Aphica
no, cui interfuit Aug. vt patet de cōs. distin.
4. Placuit, & in cōcilio Romano, cui præfuit
Innocentius Papa, & in concilio Lugdunen
si: cui interfuit Prosper defensor doctrinæ
Augustini contra Pelagianos. Ex hoc patet
vnde eueniāt humanæ naturæ omnia mala
tā culpæ quàm pœnæ. Itē ex supradictis se
quitur ēt septima doctrina. s. q̄ anima no
stra in principio ex cōsortio corporis, & car
nis corruptæ traductæ ex Adā nō solū con
trahit priuationē modi, & ordinis: puta pri
uationē omniū habituū partis sēsit uæ, &
partis rōnalis: sed ēt traxit debitū illorū ha
bituum, in quo cōsistit pctū originale: per
quod illicò anima obligat ad pœnam damni
æternā. vnde aīa per tale consortiū nō solū
priuatur habitib. moralibus in irascibili, &
cōcupiscibili, & habitibus intellectus, & ha
bitu originalis iustitię ipsius voluntatis, &
priuat gratia gratifica. & habitu fidei, & spei,
& caritatis: quos Adā perdidit per pctm: sed
anima cōtrahit debitū omniū supradictorū
habituū annexū cū tali priuatione: quia ob
ligatur ad habendū oēs habitus supradictos
ad operandū per eos, & secundum creatori
reddēdo cultū latriæ, qui est fructus illorū.
Et talis priuatio cū tali debito annexo dicit
pctm originale. quod cōtrahit omnis aīa à
principio per solū consortiū corporis, ut di
ctū est. Ex quibus sequitur, q̄ omnia quæ
vulnera, quibus primi parentes

A ciati per sinum pctm, traximus nos ab eis per generationem carnalem. s. ignorantiam, & peruersum iudicium, & electionem in mente, & concupiscentiam prauam in sensualitate, & infirmitatem in complexione, & labores in toto homine, s. mentis, & corporis, & culpam in anima. Sexta concl. q̄ licèt voluntas hominis trahatur à sensualitate ad peccandum: tamen voluntas non trahitur nec concurrit coacta nec necessitata: sed persuasione allecta, & spontanea quodā amore nō solū naturali, inquantū ambo radicātur in anima: sed etiam amore inordinato, prout dictum est. Quod probatur. Nā sensualitas nō violenter cogit nec necessitas voluntatē in tali actu, sed persuader, & allicit ad sequendum falsum bonum: cui voluntas nō coacta aliqua necessitate, sed allecta ex amore, spontè consentit. Et sic trahit sua quemq; voluptas, vt inquit Virgilius: Et unusquisq; tentatur à concupiscentia sua attractus, & illectus & sic concupiscentia parit pctm̄, vt patet Iacobi 1. Et sic patet qualiter liberum arbitriū non tollitur nec cogitur, sed allicitur. Et sic voluntas semper manet libera in sua prima actione ad volendum, vel non volendum: sed non manet libera ad rectè volendū, eò q̄ perdidit originalem iustitiam, per quam rectè volebat. Et licèt quandoq; libera ad rectè volendum in affectu, cognoscendo adulterium, vel aliud vitium esse peccatum, & per consequens vitandum secundùm legem Dei, & voluntas velit vitare peccatum, & facere bonum: tamen hoc non potest facere in executione effectiuè. Cuius ratio est: nam ad hoc, quòd affectus voluntatis veniat in effectum oportet, quòd maneat corpus tē quam organum: sed voluntas per se non potest mouere corpus propter contrariam dispositionem, & corruptionem: eò quod perdidit imperium super ipsum prout dictum est: ergo sequitur, quòd licèt voluntas sit libera in suo proprio actu primo, & in affectu: tamen non in effectu, quia non potest mouere organum corruptum, & indispositum, & ineptum corporis, & sensualitate. Et ponit Augustinus exemplum in libro de perfectione iustitiæ hominis, de homine claudo, vnde accidit, quòd quis rectus à natura efficitur claudus ex aliquo casu: sed cum est claudus licèt velit ambulare rectè: tamen nō potest propter organum ineptum, nisi perfe- [illegible] partem liberum arbitrium claudicatum per supradicta de per se nō potest rectè velle: nisi per gratiam sanetur, & licèt velit rectè vitare malum, & agere aliquod bonum: tamen non potest exequi in effectu nisi per gratiam adiuuetur: vt patebit. Ex quibus patet, quòd in tali ordine, & discursu peccandi non tollitur liberum arbitrium voluntatis: quia ipsa voluntas non cogitur, sed allicitur: nec coacta consentit, sed allecta spontè consentit sensualitati, & sequitur eius appetitum: quia peccatum intantū est peccatum inquantum voluntarium: secundùm Augustinum, quia voluntas potest impelli: sed non compelli. Item Anselmus libro de libero arbitrio. Voluntas potest impugnari: sed non expugnari, quia non aliena, sed sua vincitur potestate. Item Bernardus de libero arbitrio dicit, quòd voluntas ex ingenua nobilitate non cogitur necessitate. Et ideo ipsi ad peccatum imputatur, quia spontè finaliter consentit sensualitati. Septima conclusio, quòd licèt sensualitas non valeat cogere voluntatem ad peccandum: sed allicere, & suadere: tamen ad vitādum peccatum, & agendum bonum oportet, quòd voluntas cogat, & subijciat. & in seruitutem redigat sensualitatem, & carnem. Prima pars patet per præcedentem conclusionem. Secunda probatur. Nam sensualitas sic deprauata, & morbida, & vitiata semper inclinatur ad malum, & ad id quod lex prohibet, & ratio dictat: & contra id quod lex iubet: ergo oportet, q̄ violenter, & coactè ducatur, & flectatur ad aliam partem. s. ad vitādum peccatum, & faciendum bonum, & implendum diuinum præceptum, vnde sicut lignum tortuosum non potest flecti ad partem oppositam nisi cum magna violentia à fortiori virtute, ita pariter sensualitas vitiata, & inepta non potest flecti ad bonum nisi violenter per voluntatem, quæ est primum mouens in homine. Hoc autem probatur primæ ad Corinth. nono vbi ait Apostolus. Ego autem castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. Item Gregorius super illud saluatoris. Qui non odit animam suam non potest meus esse discipulus. & cætera: ait, quòd tunc animam nostram odimus: cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum fugimus: cum eius voluptatibus reluctantur & cætera. Item super illud. Qui vult post me venire: abneget semetipsum, & tollat

A lat crucem suam &c. ait: quòd forsan laboriosum non est relinquere sua. sed valdè laboriosum est relinquere seipsum, minus quippe laboriosum est abnegare quod hēt, sed valdè multum est abnegare q̄ est. vnde si luxuriosus quisq̄ ad continentiam venerit & vitā mutauerit: abnegat qd fuit. vnde licèt idē sit p̄ naturā: tñ nō p̄ malitiā &c. Ex quibus patet, q̄ oppositio modo se habēt sensualitas, & voluntas in bene, & male agēdo. Nā in peccando volūtas non coacta sed collecta complacet carni, sed in vitādo pctm̄, & bene agēdo ipsa voluntas cōpellit, & cogit sensualitatē, & carnē. Et sic voluntas semper est libera. Octaua conc. q̄ nemo ex propriis viribus pōt vitare peccatum nec implere diuina præcepta: nisi gratia Dei, & auxilio superiori adiuuetur. Istam conclu. probat Au- B gust. ex fundamento superioris & præcedentis conclusionis. Nam homo non potest vitare peccatum: nec agere bonum: nisi voluntas subijciat, & cogat sensualitatem vitiatam, & frangat, & odiat eius peruersum, & contrarium appetitum, & inclinationem. Sed hoc voluntas licèt velit: tamē hoc non potest ex propriis viribus efficere: eò q̄ perdidit imperium, & facultatem supra corpus, & sensualitatem, perdendo originalem iustitiam, vt dictum est in 3. & 4. conclusione, ergo sequitur: q̄ homo nō potest peccatum vitare nec bonum agere: nisi auxilio superiori adiuuet. Itē nemo pōt vitare pctm̄ nec bonū agere: nisi moueat corpus tanq̄ instrm̄: sed tale instrumentum est ineptum, & corruptum per contrariā dispositionē, ergo non potest C nem voluntas per se mouere, nisi superiori auxilio adiuta. Item sicut vnus homo non potest mouere saxum nimis ponderosum nisi adiuuetur ab alio fortiori. ita voluntas nō potest mouere nec superare carnem vitiatam, & ponderosam pondere contrariæ dispositionis, nisi roboretur auxilio superiori. Item homo non potest vitare peccatum nisi voluntas odiat carnem. & frangat eius appetitum, vt supra dictum est, sed voluntas diligit sensualitatem, & carnem amore naturali, & etiam inordinato, vt dictum est in quarta conclusione, ergo per talem amorē naturalem voluntas non potest odire sensualitatem nec ipsi dispicere, nisi per amorē supernaturalem, ergo oportet quod voluntas magis diligat Deum qui prohibet peccatum, & iubet non peccare, quam sensualitatem, quæ semper suadet peccare. Et sic pa D tet qualiter voluntas ex se non potest odire sensualitatem, quam naturaliter, & in ordinatè diligit & amat, nisi feratur, quasi vincatur amore superiori. Et sic patet qualiter homo ex propriis viribus non poterit peccata vitare, nec aliquando bonum agere, nisi adiuuetur superiori auxilio, vt magis infra videbitur. Et hoc de secundo articulo.

Quantum ad tertium articulum, ponitur prima conclu. s. quòd solus Iesus Christus quē colit Christiana religio potuit reparare humanam naturam per gratiam & gloriam, quam Adam dissipauit per culpam, & pœnam. Secunda pars huius conclusionis est probata in secundo articulo. Prima autem pars probatur per omnes euāgelistas, & maximè per beatū Ioan. per totū discursum eius euangelii. vnde arguit sic. Ille solus po E tuit humanam naturā reparare per gratiam, & gloriam, q̄ ipsam creauit bonā p̄ naturā, sed Xps est illud verbum æternū, filius Dei patris, per q̄ verbum facta sunt omnia bona per naturam, ergo ipse Xps filius Dei potuit, imo de facto reparauit humanam naturam per gratiam & gloriam. Maior est nota, quia cuius est naturam concedere bonam, eiusdem est eam lapsam reparare, ergo sicut solius Dei est naturā condere, ita solius Dei est ipsam lapsam reparare per gratiam, & gloriam, qui solus est creator, & patet gr̄æ, & gloriæ ps. 83. Gratiā, & gloriam dabit dominus. Sed q̄ Iesus Xps sit Deus, & filius Dei, & illud verbum per q̄ facta sunt ola, probat beatus Ioan. effectiuè: & experimentaliter p̄ opera totam naturam quæ Xps fecit in suo aduentu, quæ non poterat facere nisi solus F Deus, & filius Dei. Ad cuius intellectum est aduertendum, quod ista decem nomina. s. verbum Dei, filius, veritas, Dei æterna, sapiētia Dei, lux æterna, siue lumen, ars patris, æterna vita, & lex æterna, & Christus, & reparator humanæ naturæ, & Iesus, vnam, & eandem personam diuinam significant realiter sed differunt quò ad modos significandi, & secundum effectus. Vnde Iesus Christus dicitur verbum patris inquantum ab æterno est dictū à patre, & est conceptus diffinitiuus quo pater diffinit, & cōprehēdit semetipsū, aut dictū fuit sup̄ ps. 8. Et dr̄ et verbum patris, per quod pater ex tpe. dixit, & creauit omnia creata ab extra. Itē Christus dicitur filius æternus Dei patris, inquantum ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

A æterno est productus à patre p modum naturæ. Itē dr veritas Dei patris, inquantū est imago patris æqualis, & ipsi per omnia similis. Itē dr sapientia patris, uiquantum est genitus, & productus de tota scia, & memoria fœcunda patris, & per ipsum oia sapienter disponit. Itē dr lumen, inquantū est coæternus patri: sicut lumen ipsi soli, & procedit à patre æternaliter sicut lumen à sole, quia sicut nunq̄ fuit sol sine lumine, nec ecōuerso, ita nunquàm pater fuit sine filio, nec ecō uerso. Et sicut lumen procedens à sole illuminat, & viuificat oia, ita filius procedens à patre illuminat, & viuificat omnia. & maxime omnem hominem venientem in hunc mundum. Item Christus dicitur ars patris in quantum in eo ab æterno continentur ideæ & rationes omnium rerum creatarū ad quarum instar ex tempore facta sunt omnia. Itē
B dicitur vita per essentiam, & qua omnibus influit esse, & dat viram naturaliter, & specialiter hominibus dat vitā gratiæ, & gloriæ. Et dr lex æterna inquantùm ab æterno omnia præuidit, & ex tempore omnia regit & ritæ disponit. Item dicitur Christus inquantùm ex tempore verbum caro factum est. & est Deus homo, per quod verbum incarnatum Deus pater nobis locutus est. Itē dicitur nomen Dei, per quod Deus pater notificauit nobis suam voluntatem. Item dicitur Iesus, inquàntum est salurator, & reparator humanæ naturæ. Si ergo Iesus Christus est uerbum incarnatum per quod Deus pater locutus est mundo, ergo quicquid nobis dixit: erat de mente & voluntate patris. Et sic etiam si est filius Dei incarnatus: ergo est hæres patris, & dominus uniuersi. Et sic etiā
C si est sapientia incarnata: ergo sapienter, & sine defectu disposuit nostram redemptionē, & reparauit nos. Et sic si est veritas incarnata: ergo non potuit falli nec mentiri in sua euangelica doctrina. Et si est lux incarnata, ergo nulla admixtio tenebræ nec ignorantiæ potuit esse in sua doctrina. Et si fuit ars diuina incarnata, artificialiter & ritè vicit diabolum, & reparauit nos, ut dictum est in cantico sexto. Et quia fuit vita incarnata. ergo moriendo in carne occidit mortem nostram, & uitam nostram resurgendo reparauit, & sic vtranq̄ mortem destruxit. s. corporis, & animæ, & nos per gratiam, & gloriam viuificauit. Et quia fuit lex diuina incarnata: ideo quicquid dixit ore, & fecit opere, fuit nobis lex irrefragabilis, quia non solum D
locutio: sed oīs Christi actio nostra fuit instructio: vt inquit Greg. Et sic patet qualiter sicut Xps est illud verbū p quod facta sūt oīa, & illa vita per quam oīa sunt viuificata, & in quo omnia mouentur, & sunt, & est Deus, & filius Dei, & sapientia, & veritas, & ars, & lex patris, & est Deus, qui creauit oia bona p naturam: ita recreauit, & regenerauit, & reparauit humanā natura p gratiam, & gloriam. Sed nunc restat probandū, qūo Iesus Christus est Deus, & filius Dei, & illud verbum patris, per quod facta sunt omnia: & q̄ sit sapientia & veritas patris &c. Hanc autem conclusionem siue propositionem probat Ioannes euangelista per experientiam, & effectum, sic. Ille erat, & est Deus, & verbū Dei, qui fecit opera quæ nemo poterat facere nisi solus Deus, & verbum Dei, sed Chri- E
stus ex solo verbo, & præcepto, & in nomine Dei patris resuscitauit Lazarum quatriduanum iā fœtentem in sepulcro, & suscitauit plures alios à mortuis: & imperabat ventis, & mari, & demonibus, & infirmitatibus: quia solo verbo sanabat oēs, quæ omnia potest facere nisi solus Deus, qui est oīpotens & salus vitæ per essentiā, ergo Xps est Deus & verbum Dei patris, & vita per essentiam, per quem pater omnia ista faciebat. Et ita probat Ioannes per singula qualiter Christ⁹ est verbum coæternum patri, & filius Dei patris, per quem facta sunt omnia, dicens. In principio erat verbum &c. & omnia per ipsum facta. & qūo omne quod factum est erat in eo vita, & quomodo Xps fuit vita, & lux hominum, & qūo verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & quomodo vidimus ipsum verbum & Deum incarnatum, & vidimus gloriam eius quasi. i. tanquam F
gloriam vnigeniti à patre, quia nullus poterat illa facere. nisi solus vnigenitus filius Dei, & sicut vidimus ipsum plenum gratiæ, & veritatis: ita de plenitudine eius omnes accepimus: quia per gratiam, & gloriam, & doctrinam veritatis nos reparauit. Et sic Ioannes euangelista explicatis miraculis, ex quibus probat Christum esse Deū, & filiū Dei, concludit in fine libri, dicens. Hæc aūt facta sunt, vt credatis quoniā Iesus est filius Dei, & credentes, vitā habeatis in nomine eius. Et ideo hic non oportet nos immorari ad probandum istam conclusionem, quia in expositione euangelicæ veritatis longè latiq̄

proba-

A probabitur per omnes euangelistas Deo cō cedente. Nunc autem sufficit dicere genera liter quibus remediis Christus hominem lapsum reparauit. Ad cuius intellectum est aduertendum, q̄ sicut homo multiplici vulnere fuit sauciatus: ita Christus multiplici gratia ipsum reparauit, & sanauit, vnde dictum est: quod gratia est donū à solo Deo gratis datum ad sublimandā humanam naturam siue creaturam rationalem supra se: vel ad supplendum, & reparandum defectū eius, ideo sicut homo multipliciter cecidit, & multiplicem defectum incurrit per peccatum: ita Christus reparator humanæ naturæ multiplici gratia ipsam humanam naturam sanauit, & reparauit. Vnde quia Adam primò perdidit illam gratiam gratificam, q̄ ipsum sublimabat supra facultatem suæ na
B turæ, qua post longum tempus absq; morte fuisset translatus in vitam meliorē æternam. & incurrit vltra hoc iram, & odiū Dei: destinatus cum tota posteritate ad pœnam æternam, & dictum est etiam qualiter eius posteri omnes trahunt originale peccatum ex vtero matris: quo dicuntur filij iræ &c. Ideo Christus instituit sacramentum baptismi: in quo ex meritis suæ passionis datur gratia gratum faciens qua baptizatus absoluitē ab omni debito culpæ, & pœnæ, & reducitur in gratiam Dei. Item quia talis gratia gratum faciens datur per baptismum aut per confirmationem aut per sacramentum pœnitentiæ aut per eucharistiā: ideo Christus instituit sacramentum ordinis, in quo datur gratia potestatiua sacerdotibus: per quam posunt, & habent potestatem administrandi ec
C clesiastica sacramenta. Item quia homo fuit vulneratus in potentia intellectiua vulnere ignorantiæ: ideo Christus quibusdam hominibus prouidit, & dedit specialem gratiā prophetiæ ad præuidendum futura, & quibusdā dedit gratiam sermonum, & quibusdā gratiam interpretationum linguarum, & quibusdam gratiam sanitatum: quæ quidē genera gratiarum diuidit vnus, & idem spiritus sanctus ex meritis passionis Christi singulis prout vult ad vtilitatem ecclesiæ, & totius corporis mystici. vt inquit Apostolus 1. ad Corint. 12. Sed quia adhuc post baptismum & alia sacramenta relinquitur homini morbus concupiscentię in carne: propter quem morbum caro corrupta semper militat, & pugnat aduersus spiritum, ex quo nemo ex proprijs viribus potest vitare peccatum nec D
implere diuina præcepta, vt dictum est, & interius dicetur: ideo Christus inspirat præter sacramenta gratiam actualem ad roborandum liberum arbitrium claudicatum. vt valeat resistere sensualitati, & carni, & ipsam opprimere, & in seruitutem redigere, & non solùm valeat resistere tentationibus interioribus: sed etiam exteriobus: vt possit præcepta Dei seruare, & adimplere. Item quia per supradicta genera gratiarum solùm liberatur anima in præsenti ab omni debito, & peccato, & manet corpus subiectū multis miserijs, scilicet morti, & infirmitatibus, & passionibus: ideo in virtute suæ resurrectionis Christus suscitabit omnes fideles in nouissimo die in corpus gloriosum, per quam gloriosam resurrectionem omnes liberabimur ab omni miseria corporis, & erimus p E
fectè beati in corpore, & anima. Ex quibus patet qualiter Christus reparauit per gratiā, & gloriam humanam naturam, quā Adam dissipauit per culpam. Et patet etiam qualiter Christus est metrum, & mensura, & fons, & largitor omnium bonorum naturę, & gratiæ, & gloriæ: quia ipse Christus est filius Dei, & illud verbum æternum, per quod facta sunt omnia bona p naturā. Sed ex tempore factus est homo, vt hominem lapsum repararet per gratiam, & gloriam. Et ideo Christus per talem reparationem recuperauit omnia, quę perdidit Adam nam prętio sanguinis sui, & passionis non solùm redemit hominem potestate diaboli sed etiam emit regnum cęlorum pro nobis, & recuperauit etiam paradisum terrestrem. Ideo post suam resurrectionem habitauit in F
paradiso terrestri per 40. dies vsque ad ascēsionem. & sic reduxit Adam cum patriarchis, & propheris in pristinam possessionē illius loci quem perdiderat. Deinde introduxit eos in regnum cęlorum. Secunda cō clusio: quòd patriarchæ, & prophetæ, & fideles veteris testamenti non operabantur nec saluabantur nisi cum gratia, & fide Christi futuri. Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd sicut agens naturale intendens introducere formam substantialē per prius disponit, & præparet materiam secundùm exigentiam formæ introducendæ: ita pariter Deus postquàm ab initio intendit, & proposuit redimere, & reparare hominem per mortem, & passionem suam, & per gra

tiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tiam legis euangelicæ: ideo ab initio voluit ipsum gra parare, & disponere per fidē Christi futuri, & per legem oblationum, & sacrificiorum, & cæterorum legalium figurarū & significantium mortem, & passionē eius. Et ideo, quando expulit primos parentes de paradiso, illicò promisit eis se in carnē vēturū, & pro eis, & posteris suis mortē passurū. Et sic dedit eis legem oblationum, & sacrificiorū in figurā sacrificij futuri in cruce offerēdi, & sub tali fide Adam, & Abel, & Set, & omnes posteri offerebant illa sacrificia. Sed ista lex semper processit sumendo incrementum per processum, & discursum temporis. Nam Deus iam in secunda ætate, dedit ali quas cerimonias ipsi Noe. Et in tertia ætate dedit circuncisionem ipsi Abraæ. Et exinde dedit legem scripram ipsi Moysi cum .dc.

B 13. præceptis: quorum maior pars erant cerimonialia significanria Christum, & ecclesiā. Et sub tali lege processit ille populus vsque ad Christum. Quæ quidem lex nil aliud fuit nisi quædam dispositio, & præparatio, & via ad Christum, & legem euangelica: quia omnia opera legis nō fiebant nisi cum protestatione, & fidē Christi, inquātum erāt signacula fidei Christi, vt fuit dictum in .plogo libri ps. & in tractatu contra Iudæos: vt explicat Apost. ad Hebr. 11. dicens, q̄ Abel, & Enos, & Enoc, & Noe, & Abraam, & David, & cæteri sancti ve. te. per fidem Christi operati sunt mistiriam per totum illud tempus, sed non adepti sunt repromissiones nisi nob. scum per Christum, qui per suam passionem, & resurrectionem reparauit naturam humanam per gratiam, & gloriam, quā pri

C mi parentes dissipauerāt per culpā. Ex quibus patet, q̄ omnes fideles ue. te. non operati sunt aliquod bonū sine fide, & gratia Xpi, qui est metrum, & mensura omnium bonorum, & caput totius ecclesiæ ab Adā usque ad iudicium cui oēs fideles utriusq; te. fuerūt membra. Vnde licēt Christus nondum esset incarnatus in primo te. tamen iam erat patriarchis, & prophetis, & cęteris fidelibus ue. te. credibus, & expectatus, & per consequens iam tunc per fidem omnes currebant in odorē unguētorum Christi, ut fanarētur per ipsum, ut ostensum est in primo cantico, di scurrendo per totam sacram scripturā, quia omnes petebant osculari osculo incarnationis, & trahi in odore sanctitatis, & in odorē, unguentorum sacramētorū ecclesiasticorū, & doctrinæ euangelicæ prout postea in nobis impletū est, vt patuit supra. Vñ sicut corpus aromaticū, puta muscus aut cinamomū emitti, odorē ante, & post, & ad omnē differētiā loci: intantū, quod undiq; odor eius rētitur antequam videatur, ita pariter Xps iam præmittebat odorē suarū virtutū ante aduētū suū, & iā per fidē sentiebāt eius odorē patres ve. te. Vnde q̄n Isaac osculatus est filiū suū Iacob: iā sensit odorē vestimētorū humanitatis Christi per odorē vestimēti ipsius Iacob: iō dixit. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, quē benedixit dñs. &c. Ge. 26. Ex quibus patet q̄ patres ve. te. iā sentiebāt odorē virtutis, & sanctitatis Christi per fidem, & gratiā Christi, per quā fidē iā operabātur bonū, & nō solū per virtutes teologicas, sed ēt per morales, quæ per teologicas perficiuntur, vt ostendit Ambrosius in libro de offi- E cijs. Tertia conclusio, q̄ licēt philosophi gētiū, & famosi Romani nō operarētur ēm veras virtutes morales nec teologales, tñ non cohibebāt vitia, nec vitabant enormia pctā, nec faciebāt opera insignia absq; gra Christi. Prima pars huius conclusionis patet, nā illi non habebant virtutes teologales nec cognitionē de Christo: ergo non operabantur per tales virtutes. Itē si non habuerunt virtutes theologales: ergo non habuerunt veras, & perfectas virtutes morales. Hāc cōclusionē probat Lactantius. 4. & 6. libro suarū institutionū. vnde ait, q̄ nulla virtus potest esse vera, & perfecta sine vera sapientia: eò, q̄ virtus moralis est habitus electiuus in mēte cōsistens prout sapiens determinaret, vt patet. 2. Eti. Et per consequens nemo potest ēe virtuosus nisi sit verè sapiens. Sed nullus F illorū fuit verè sapiens nec habuit veram sapientiā: quia vera sapientia est vera cognitio veri, & summi boni, qui est Deus. Sed nullus illorum potuit peruenire ad veram cognitionem summi boni nec veri Dei nec veræ beatitudinis, & veri finis, vt patet in diuersitate suarum opinionum, ergo sequitur q̄ nullus eorum fuit verè sapiens, nec per consequens habuit veras virtutes. Item nulla vera virtus est sine vera religione, sed illi non habuerunt veram religionem, imo falsam, & ideo sicut habuerunt falsam sapientiam falsorum doctorum, ita exercebant falsam religionem, & falsam, & detestabilem latriam per detestabiles superstitiones, & sacrificia, vt patet de baccanalibus

A bus Bacchi, & enormibus, & execrabilibes honoribus deæ Aestæ, & veneris, & Priapi, &c. Ex quibus omnibus patet, quòd non habuerunt veras morales nec teologales virtutes: nec operabantur secundum eas. Item Augustinus quinto de ciuitate Dei capitu. decimooctauo, & decimonono: specialiter, p bat de Romanis, q̄ non habuerunt veras virtutes, nec operabantur secundùm eas. vbi dicit, q̄ vera virtus est, quæ dirigit in optimū finem: sed finis actum Romanorum laudatorum, & famosorum non erat optimus nec bonus, ergo actus illorum non erant officia ueræ uirtutis, quia non operabantur nec fecerunt opera famosa gratia boni finis, sed fola cupiditate dominandi, sicut Cæsar, & Pompeius, aut cupiditate liberatis, ut fugerent seruitutem, & uerecundiam: sicut

B Cato: qui occidit seipsum ne uiueret sub Cæsare uictore: aut cupiditate immensæ, & perpetuę laudis: ut Marcus Regulus, & Marcus Curtius. Vnde hæc triplici cupiditate, scilicet imperii, & libertatis, & perpetuæ laudis apud posteros Brutus interfecit filios sub colore libertatis patriæ. Vnde ait Virgilus in sexto Aene. Vis & Tarquinios reges, animamque superbam Vltoris Bruti: fascesque uidere receptos. Consulis imperium hic primus sæuasque secures Accipiet: natosque pater noua bella mouentes. Ad pœnam pulcra pro libertate vocabat. Infelix utcunque ferent ea fata minores. Vincet amor patriæ laudumque immensa cupido. Ex quibus versibus patet qualiter ipse Virgilius confiteturquòd Brutus non fecit illum actum propter aliquem bonum finem: ni-

C si ex propria passione: & superbia, scilicet cupiditate imperij, & laudis, & liberratis, & per consequens nec ipse nec cæteri fuerunt verè uirtuosi, nec habuerunt veras uirtutes. quod non accidit, nisi quia non habuerunt veram cognitionem nec fidē de Christo: qui fuit & est metrum, & mensura omnium virturum, & regula omnium actuum humanorum. Et per consequens: quia nō currebant in odorem unguentorum Christi, ideo errabant in uia, & in termino. Et ideo dicit Aug. de uerbis Apostoli, & ubi deest agnitio ueritatis incommutabilis, qui est Deus per fidem, falsa est virtus etiam in optimis moribus, quæ quidem virtutes non sunt verę uirtutes, sed similitudines uirtutum. Secunda pars huius undecimæ conclusionis probatur. s. q̄ philosophi gentiū, & famosi Romani D non uitarunt vitia, & scelera enormia: nec fecerunt bona opera sine gratia Christi, licet non habuerint cognitionem de ipso. Vnde præsuppositā sententia Augustin. explicata in tertia, et in quarta, & quinta, & sexta, & septima, & octaua conclusionibus, manifestum est, quòd Socrates, & Pitagoras, qui fuerunt castissimi, & Bias contemptor diuitiarum, & cæteri famosi philosophi ex propriis naturalibus non potuissent cohibere sensualitatem a uitiis, nec subiicere eam rationi, nisi ex aliquo superiori auxilio fuisset eorum liberum arbitrium roboratum, quod quidem auxilium non potest dari nisi per gratiam Christi, ut dictum est. Sed q̄ talis gratia & auxilium esset necessarium humanæ naturæ in illo statu populi gentilis: probatur. Nā si vnusquisque illorū gētilium E fuisset derelictus absque aliquo auxilio in sua natura corrupta inclinata ad oē malum: & infirma ad oē bonū, & inepta: prout dictū est, tunc manifestū est q̄ vnusquisque corruisset præceps in omnia scelera detestabilia, & enormia, & in adulteria, & homicidia, intantum q̄ nulla respublica potuisset permanere: nec ciuitates, q̄ oppida, nec societates hominū potuissent stare, nec perseuerare, nec durare, & sic totū genus periisset humanū. & per consequens nullus illorū nec nepotes eorum peruenissent ad fidem Christi, & sic fuisset frustra nostra redemptio. Et ideo licet illi non cognoscerent, nec haberent, fidem Christi: tamen ut ciuitates eorum permanerent, usque ad Christum: fuit necesse, ut Christus, ante suum aduentum in carnem, daret gratiam specialem auxi- F liariuam liberi arbitrii, aliquibus philosophis, & principibus de illo populo, qui cohiberent passiones suas, & uincerent, & uitarent uitia, & facerent bona multa: ut possent alios docere exemplo uitæ, & instructione doctrinę: & similiter, ut princeps conderet optimas leges: ut earum metu humana cohiberetur audacia: tutaque essent inter improbos innocentia, ut inquit Augustinus, & Isidorus. Et omnia ista fiebant, ut ille populus duraret, & perseueraret, usque ad Christum: ut ipsi aut pronepotes eorum, peruenirent ad fidem Christi: prout uidemus fuisse factum. Sed contra hoc fundamentum posset aliquis instare, dicēs q̄ gratia Christi nō potest esse si.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mul cum peccatore: ergo non potest esse in ali
quo peccatore nec infideli. Ad hoc respon-
detur, sicut dictum est in primo articulo, q
gratia Christi est duplex. Nam quædam di-
citur habitualis, & gratificãs animam ad me
rendum vitam æternam, & ista non potest
esse cum peccato, nec in aliquo infideli nec
peccatore, eò quòd non est sine fide, & spe,
& caritate. Sed est alia, quæ dicitur gratia
actualis & motiua: quàm dimisit Aug in præ
uenientem, & disponentem, & operantẽ, &
cooperantem. Et ideo ista gratia actualis, &
auxiliatiua liberi arbitrii non solũ est neces-
saria peccatoribus: sed etiam iustis; ne in
tentationibus perdant gratiam habitualẽ, &
gratificã. Et non solũ est necessaria omnibus
fidelibus, sed & omnibus infidelibus; ne dere
licti in sua natura corrupta; præcipitentur in
B scelera detestabilia, & ne destruatur genus
humanum, vt dictum est. Et ita datur talis
gratia etiam Sarracenis ad cohibendum ini-
quum appetitum eorum ne destruant chri-
stianam religionem, sed faciant aliqua bona,
& seruetur iustitia inter eos, & perseuerent
vsquequo omnes conuertantur ad Christũ,
prout expectat, & continuè orat ecclesia.
Et sic patet quomodo talis gratia est neces-
saria et infidelibus. Sed q talẽ gratiã actualẽ
præueniẽtẽ & auxiliãtẽ habuerint specialiter
aliqui de populo gẽtili ante aduẽtum Chri-
sti, probatur ex sacra scriptura, vnde legitur
Exo. 4. q Deus dixit Moysi. Ego indurabo
cor Pharaonis, & nõ dimittet populũ &c. vbi
dicit glossa, q Deus nõ indurauit cor Pharao
nis effectiuè malitiã cõferẽdo, sed defectiuè
gratiã subtrahẽdo & ipsum deserendo, quia
si Deus contulisset ipsi gratiã: fuisset cor eius
C mollificatum, & dimisisset populum Israeliti
cum, sicut fecit Cirus, qui dimisit captiuita-
tem Babiloniæ, & dedit licẽtiam, vt possent
reædificare templũ & ciuitatẽ, & dedit multa
danaria &c. Sed oppositum accidit etiã ipsi
Nabucodonor, qui ex oratione Danielis
obtinuit a Deo gratiam, & misericordiam:
& fecit pœnitentiam de peccatis suis, & re-
demit peccata sua orationibus & eleemosy
nis. ut patet Danie. 4. de quò mysterio dicit
Aug. & habetur 35. dist. quæst. 5. c. Nabuco
donosor. ubi dicit Aug. q Nabucodonosor
pœnitẽtiã meruit fructuosam: eò, q post in
numeras impietates flagellatus pœnituit: et
ideo regnum, quod perdiderat, rursus acce-
pit. sed Pharao i ipsis flagellis durior est effe
ctus: & ideo submersus est in mari rubro. D
Quæ diuersitas non accidit, ut inquit Aug.
nisi quia Christi bonus odor alijs est odor
uitæ in uitam: & alijs odor mortis in mor-
tem. Quia quantũ ad naturam ambo erant
homines, & quantum ad dignitatem ambo
erant reges, & quantùm ad causam captiuũ
Dei populum possidebant, & quantum ad
pœnam ambo flagellis clementer ammoni-
ti. Quid eorũ fines fecit diuersos: nisi q vnus
manum Dei sentiens in recordatione pro-
priæ iniquitatis ingemuit, alter libero con-
tra Dei misericordissimã ueritatem pugna-
uit arbitrio: Ex quibus uerbis Augustini se
quitur, quod isti ambo senserunt, odorem
gratiæ Christi, unus per admonitionẽ Da
nielis: & alter per ammonitionem Moysi.
sed ille admisit & recepit gratiam monentẽ
& disponẽtem, per quam egit pœnitentiã. E
iste autem ex iniquo libero arbitrio restitit
gratiæ Christi sibi oblatæ. Ex quibus patet:
q ipsi Nabucodonosor data fuit gratia præ
ueniens, per quam egit pœnitentiam. Item
Io: idem patet de Niniuitis, quorum pœni
tentiam commendat saluator Mat. 12. quia
ad prædicationẽ Ionæ prophetæ egerunt pœ
nitentiam conuersi ex via sua mala. Et ideo
ex Dei misericordia, per quam datur gra-
tia, euaserunt submersionem ciuitatis com-
minatam, ut inquit Gregorius. & habetur
de pœni. di. 2. Niniuite quoque. Ex quo pa
tet: quòd illi licèt per illam gratiam, non
euadebant pœnam æternam inferni: tamen
euadebant pœnam temporalem in hoc sæcu-
lo, & per bona quæ faciebant per illã gra
tiam, merebantur bona temporalia huius
mũdi. Ex quibus patet quod infideles & ido F
lolatræ non operabantur bonum nec uita-
bant malum nisi inquantũ erant derelicti
in sua natura corrupta. quæ quidem gratia
dicebatur gratia Christi, inquãtũ non da
batur nisi per Christum & ordinabatur ad
Christum, ut illi uel nepotes eorum perue
nirent ad fidem Christi. unde licèt illa gra
tia non ordinabatur immediatè ad Chri-
stum nisi ad conseruationem reipublicæ, &
humani generis, tamen finaliter ordinaba
tur ad Christum eo modo quo dictũ est.
ideo dicebatur gratia Christi. Ex quibus
patet, q etiam illi licèt non haberent fidem
Christi, tamen per illam gratiam adhuc cur
rebãt in odorẽ unguentorũ Christi: ut ipsi
uel nepotes eorum peruenirẽt ad fidẽ Chri
sti.

A sti. Quarta cõclusio, q licèt Xps fuerit virtua
liter generis, & sufficiẽs redẽptor, & repara-
tor totius generis humani per suã passionẽ,
& resurrectionẽ: tñ nõ oẽs fuerũt redempti
actualiter, nec participarunt eius redẽptionẽ
nisi soli regenerati p baptismũ. Prima pars
probatur. Nã passio Christi fuit infinitæ vir
tutis, & meriti trãscẽdẽtis oẽm culpã, & ma-
lũ, ergo oẽs homines potuit redimere volẽ-
tes eius merita participare, & ad xpm accede
re. sicut sol oia põt calefacere, q ad suã psen-
tiã accedũt. Secũda pars patet. nã sicut Adã
dissipator generis humani nõ potuit trans-
ferre in oẽs posteros reatũ, & pœnã sui pẽti:
nisi per generationẽ carnalẽ, & libidinosam.
ita Christus reparator humani generis: ut
p iustitiã vinceret astutiã antiqui serpẽtis:
noluit trãsferre merita suæ passionis in oẽs
hoies, nisi p baptismalẽ, & sacrã regeneratio
B nẽ. Et sic nõ possunt participare redẽptionẽ,
nec meritã passionis Xpi: nisi regenerati per
baptismũ, per quẽ baptismum trãsfertur in
nos gratia Christi, & imprimitur in nobis
imago eius. Et iõ dicit Apost. 1. ad Cor. 15.
q sicut oẽs portauimus imaginem primi A-
dã terreni portemus oẽs imaginem secundi
Adam cœlestis: qui est Christus. Ex quibus
patet, q si infideles nõ sunt redẽpti nec repa
rati in actu: hoc nõ est ex defectu passionis
Xpi, quę est infinitæ virtutis in virtute: sed
hoc accidit ex defectu, & obstinatione insi-
deliũ nolẽtiũ accedere ad baptismũ. per quẽ
oẽs regenerãtur, & participãt gratiã Christi.
vnde sicut de præcedẽtibus aduẽtũ Christi
nõ fuerũt redẽpti nec participarũt passionẽ
Christi. nisi illi, qui facti sunt mẽbra eius per
fidẽ, & spẽ Christi futuri, & acceperũt signa
C culũ fidei per circũcisione ac oblationẽ &c.
ita postea nõ sunt redẽpti nec participãt pas
sionẽ Christi nisi baptizati baptismo Christi
& renouati per sacramẽta. vnde sicut medi-
cina non sanat nisi recipientes eã, nec sol vel
ignis calefacit nisi accedentes ad ipsum: ita
passio Christi ac baptismus nõ iustificat nisi
cũ fide ipsum susc ipientes. Quinta conclusio
q licèt regeneratio baptismalis sufficienter
mũdet animã, & tollat oẽm culpã ab aĩa, &
liberet eã ab omni pœna æterna, & ab omni
debito, tamẽ nõ tollit cõcupiscẽtiam nec so-
mitẽ nec ceteras pœnalitates ex carne, qa
adhuc post baptismũ oĩa ista manẽt ĩ carne
Prima pars probatur Mat. vlt. & Marci vlt.
vbi dicit saluator, q qui crediderit, & bapti-
zatus fuerit saluus erit. Item Io 3. Nisi quis D
renatus fuerit ex aqua, & spũ sctõ, nõ põt in
troire regnũ Dei &c. Secũda pars patet per
experientiã, quia adhuc manẽt in nobis mor
bi corporales, per quos ægrotamus, & mori
mur, & miserias patimur. & manet sensualitas
corrupta & sauciata per concupiscentiã,
ex cuius consensu aĩa frequẽter maculatur
mortali peccato post baptismũ. vnde Apost.
Paulus iam regeneratus per baptismum ad
huc cõqueritur, dicẽs. Datus est mihi stimu-
lus carnis spũs Satanę, qui me colafizet 2.
ad Cor. 41. Item ad Roma. 7. in persona cu-
iusliber Christiani, & hominis iam reparati
per baptismũ, dicit. Scimus. n. quia lex spũa-
lis est. ego autem carnalis sum, venundatus
sub pctõ. Quod. n. operor nõ intelligo: non
quod volo bonũ hoc ago: sed qđ odio ma-
lũ illud facio. Si aũt quod nolo illud facio:
cõsentio legi, qñ bona est. Nũc aũt iam non
ego operor illud: sed quod habitat in me E
pctũ. Scio. n. quia iam non habitat in me:
hoc est in carne mea bonũ. Nã velle adicet
mihi: perficere aũt bonũ non inuenio. nõ. n.
qđ volo bonũ hoc facio: sed quod nolo malũ
hoc ago. Si aũt qđ nolo illud facio: iam non
ego operor illud: sed qđ habitat in me pctũ.
Inuenio igitur legẽ volẽti mihi facere bonũ,
quoniã mihi malũ adiacet. Cõdelector. n. le-
gi Dei sm interiorẽ hoiem. video aũt aliam
legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis
meæ, & captiuantẽ me i lege peccati: quæ est
in mẽbris meis. Infelix ego hõ quis me libe-
rabit de morte corporis huius? gra Dei per
Iesum Xpm dñm nostrũ. Igitur ego ipse mẽ
te seruio legi Dei, carne aũt legi pcti &c. hæc
apostolus. Ex verbis ergo apostoli cõcordã
do cũ Arist. patet totus discursus operationis
& dispositionis hominis nõ solũ post lapsũ: F
sed etiam post baptismum & reparationẽ pu
ta qualiter adhuc post baptismum habitat
malũ & corruptio & lex mẽbrorũ in eo, per
quã seruit legi peccati. Et quo per legẽ Dei
quã habet in mẽte cognoscit oẽ peccatũ es-
se malũ, & per cõsequẽs vitãdũ: sed ipsi repu-
gnat lex mẽbrorũ & carnis, per quam agit
cõtra id quod in cõsciẽtia cognoscit esse ma
lũ. Et quo talis pestis & corruptio carnis, &
sensualitatis inest ipsi ex peccato quo fuit
venundatus in primis parentibus. Et quo de
tali pestẽ nemo potest liberari, nec eã vin-
cere nisi per gratiam Christi. Ex quibus pa-
tet esse veram, & firmam positionem Au-

gustini

Universidad de Deusto
Biblioteca

gustini contra Pelagianos,& omnes temera nos, scilicet quòd nemo potest vitare peccatum:nec implere diuina præcepta ex ꝓprijs viribus naturalibus:nisi fuerit adiutus gratia Christi auxiliatiua, & roboratiua liberi arbitrij,ad refrenandum inordinatum appetitū, & refrenandas passiones. Et ideo semper est orandum pro ista gratia,& currendū in odorem vnguentorum Christi,vt sanemur à supradicta peste, vt quod impossibile est fieri ex nostris viribus,fiat nobis possibile per auxilium gratiæ Christi: qui omnia possibilia sunt.Matthæi decimonono. Ex quibus omnibus patet qualiter solus Christus est generalis redemptor, & humanæ naturæ perfectus,& sufficiens reparator,& metrum,& mēsura,& principium omnium bonorum. Et hoc de tertio articulo.

B QVantùm ad quartum articulum mouentur quatuor dubia,quæ insurgunt ex dictis in primo,& secundo, & tertio articulo, vnde dictū est in tertio articulo, quòd Christus fuit verus redemptor, & reparator humanæ naturæ lapsæ, & totius eius ruinæ. postea dictum est,ꝙ licèt per baptismū tollatur peccatum ab anima, tñ adhuc manent pœnalitates in carne,puta ægritudines, & corruptio,& concupiscentia,& mors &c. ꝓut manifestè experimur in nobis.Ex ꝗbus patet,ꝙ Christus non fuit perfectus,& sufficiēs redemptor,& reparatur totius ruinæ,& miseriæ humanæ naturæ: quia non sanauit nos à quinque vulneribus:quibus fuimus sauciati in Adā. Ex quo arguunt Iudæi moderni, Xps nō fuit verus Messias in lege promissus: eò,ꝙ ille debebat sufficienter,&totaliter liberare humanā nām ab oī infirmitate,& morte & miseria corporis,& aīę,vt patet Isa.25. vbi dr.Præcipitabit mortem.in sempiternū, & auferet dominus Deus lacrimam ab omni facie,& opprobrium populi sui auferetde vniuersa terra:quia dominus locutus est: & dicent in die illa.Ecce Deus noster iste expectauimus eum:& saluabit nos.Iste dominus: sustinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari eius, quia requieuit manus domini in monte isto &c.Ex supradictis in hac propherica arguūt Iudæi,ꝙ Christus nō fuit verus reparator nec Messias quia non ꝓcipitauit mortē nec abstulit oēm lacrimam à facie terræ,quia adhuc manemus mortales & infirmi:& miseri &c.Ad quod respōdetur, ꝙ si profundè volumus contemplari ordinē nostræ redemptionis,Christus uerè,& sufficienter,& ꝓfectè redemit genus humanum, nam per mortem,& passionē redemit nos,& reparauit quò ad animam,& per resurrectionē nos reparauit quò ad corpus. Sed illa redemptio fuit virtualis,& potestatiua,inquantùm pro omnibus satisfecit,& habuit potestatem,& virtutem ad liberandum omnes volētes participare suam mortem, & passionem per baptismum, & ecclesiastica sacramenta quibus donauit virtutē,& efficaciam suę passionis:sicut dictum est in quarta conclusione tertij articuli. Et ideo sicut Christus per suam mortem, & passionem meruit à mortuis resurgere in corpus gloriosum,& ascēdere in cœlum, imo emere regnum cœlorum pro oībus membris suis:ita quilibet baptizatus in Christo ex meritis suæ passionis meretur non solū liberari,& mūdari à ꝓctō ī aīa, sed ēt resurgere in corpus gloriosum,& possidere regnū cęlorū cum Christo. Sed istud meritū datur baptizato sub quodam ordine, nam per talem gr̄am Christi collatam in baptismo meretur illico liberari,& de facto liberatur ab omni ꝓctō,& culpa aīæ de p̄senti,& per eandem gratiā meretur euolare illi eo anima post mortem in cęlum ad futurā beatitudinem capessendā Et per eādē gr̄am baptismalem meretur resurgere in nouissimo die in corpus gloriosū,& immortale, & absolui ab omni lacrima,& miseria corporali.Et per consequens per gratiā, & regenerationem baptismalem merentur omnes fideles secundam regenerationem.s. gloriosam resurrectionem in nouissimo die. Et sic baptismus licèt pro præsenti non ordinetur nisi ad regenerationē animæ,tñ ordinatur in merito ad regenerationē corporis de futuro. Et iō Xps duas regñationes ꝓmisit fidelibus.s.vnā ꝑ ꝓsenti quò ad aīam de qua dicit Io.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto nō potest introire ī regnū Dei. Secundam vero regenerationem promisit in nouissimo die quò ad corpus, de qua dicit Mat.19.Vos qui secuti estis me in regñatione cum sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ,sedebitis,& vos super sedes.12. iudicantes 12.tribus Israel &c.Item Ioa.v. Qui bona egerunt in resurrectionē vitę &c. Itē Io. 6.Ego resuscitabo eum in nouissimo die.Itē Apocalip.22.Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorū,& mors vltra nō erit neque

A neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit vltra &c. Ex quibus patet,quod duas regenerationes promisit nobis Christus per suam passionem & baptismum.s.regenerationē aīę, & corporis,sed regenerationem primam.s.animæ recipimus illicò in baptismo,sed per illā generationem baptismalē meremur secundā s.regenerationē gloriam corporis in nouissimo die.Et ideo dicit Augu. in sermone martyrum qui legitur tpe resurrectionis,quī quidem sermo attribuitur etiam beato Ambrosio,ꝙ licèt martyres omnes nondum surrexerunt in corpore:attamen iam surrexerunt in merito,quia sicut fuerunt socij passionis xp̄i ita erunt socij resurrectionis, & nos cum ipsis. Et ita etiam dicit apost.ad Ro.6. quòd sicut omnes fuimus baptizati in Christo:ita fuimus in eo consepulti, & surreximus cum B eo, scilicet in merito, quia sicut Christus resurrexit,ita & nos resurgemus. Ex quibus patet, quod quatuor facit baptismus. nam primò tollit omne peccatum ab anima, secundò tollit concupiscentiam non vt non insit in carne,sed vt non imputetur, vt inquit Augustin.in libro de nuptiis. Tertiò facit ipsum baptizatum meritorum vitæ æternæ illicò post mortem. Quartò facit ipsum meritorium, vt resurgat in corpus gloriosum in nouissimo die. Ex quo patet, quòd gratia baptismalis continet in se ista quatuor merita quæ trahit ex passione Christi, per quæ quidem quatuor merita siue p quatuor effectus meritorum huius gratiæ succes siuè absoluitur homo ab omni miseria corporis,& animæ, & consequitur perfectam beatitudinem. Ex quibus sequitur ꝙ Christus fuit perfectus, & sufficiens redemptor C generis humani, & reparator humanę naturæ lapsæ.Et per hoc patet responsio ad auctoritatem inductam,quia Christus verè præcipitauit mortem in sempiternum, & abstulit omnem lacrimam miseriæ corporis, & animæ:prout prophetauerat Isaias.Secundò dubitatur. nam si per baptismum datur nobis meritum vt resurgamus in nouissimo die ab omni miseria, quare Christus non absoluit nos illicò à tali miseria corporis, sicut illicò nos absoluit à peccato, & quare voluit Christus, vt tales pœnalitates relinquerētur nobis post baptismum,postquàm ita poterat: ab eis nos liberare de præsenti sicut illicò liberat animam à peccato, postquàm contulit baptismo virtutem suæ passionis. Ad hoc rñdet Aug.13.de ciui.Dei cap.4.ꝙ hoc fecit Deus ad maius bonum nostrum, vnde dicit ꝙ primò relictū est nobis experimentū mortis,& cęterarum pœnalitatum in carne ad continuū exercitiū & pugnā, vt per victoriā talis pugnæ mereamur coronā glorię in futura britudine, ꝙa nō coronabitur, nisi q legitimè certauerit:ꝙa si tollerēt tales pugna, tollerēt meritū& corona martyrum & oīum iustorū. Et sic talis cōcupiscentia,& tales pœnalitates sunt bonis bonę,& malis malæ, ꝙa istis cedūt in gloriā:illis aūt in pœnā æternā. Sed o sunt nobis relictæ istę pœnalitates ꝓp meritū spei futuræ resurrectionis, ꝙa si oēs baptizati illicò per baptismum liberarentur ab hmōi pœnitentialib.& mortē:tūc oēs currerēt ad baptismū nō virtutis amore.nec spe futuræ resurrectionis:sed vt illico liberarētur ab hmōi miserijs,& sic oēs cōrēnerēt passionē Xp̄i:q talē virtutē cōtulit baptismo,& nullus curaret nec appeteret futurā gloriam ex passione Xp̄i promissā,nec ēt peteret gr̄am auxiliatiuā,& conseruatiuā,& per cōsequens quotidie de nouo posset homo peccare sicut fecit Adam.Tertiò hoc factum est ad custodiendam,& retinendam memoriā beneficiorum per Xp̄i passionem receptorū. nam si p baptismum tollerentur oīa ista pœnalia de p̄senti,tunc oēs liberati ab hmōi malis post longum tps obliuiscerentur Deū. & beneficia recepta, & sic putantes nunq̄ amittere nec perdere p̄sentem beatitudinem,nec cadere à tali statu:nunq̄ peterent à Deo gr̄am: nec exhiberent ipsi latriā,nec curarent facere aliquod bonū,& sic possent à diabolo superari,sicut Adam,& per consequens posset iterū cadere.unde Adam in tali felici statu F erat ante lapsum,& gratiam habitualem habebat,vt communiter tenetur: sed quia non putabat cadere ab illo statu, ideo forsan nō curauit petere gratiam actualem, & auxiliatiuam, q̄ conseruat gratiam gratificam, vt dictum est.ideo non restitit persuasioni diaboli,& sic fuit superatus,& cecidit,& sic perdidit nō solū gr̄am gratificā cū merito futurę britudinis: sed ēt perdidit bona modi, & ordinis, & finis suæ naturæ. s. beatitudinem naturalem quam in illo loco possidebat. Quartò relictę sunt nobis prædictę pœnalitates p.p ruinam angelorum reparandā. qa illa ruina non poterat reparari nisi aliqui homines per gratiā,& merita laborū conscenderent in gradū illorum angelorum q ceciderunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

derunt per superbiam: sed hoc non pōt fieri nisi per magnam pugnā, & violentiā, quia regnum cœlorū vim patitur, & violēti rapiunt illud Mat. 11. ergo oportet, vt quidam homines per violētem pugnā, & violentiā vincāt carnem, & mundum, & diabolum, vt mereātur illorum sedes possidere, quæ quidem pugna, & per consequens corona tolleretur, si tales pœnalitates nobis post baptismum nō linquerentur, & sic maneret irreparata angelica ruina. Et ideo Christus voluit, vt istæ pœnalitates nobis post baptismum relinquerentur ad continuam pugnam, & coronam adipiscendam, & sedes inter angelos, & ad reparandam angelicam, & vt nos cognoscamus præuaricatorum parentum filios, & non confidamus de nostra natura peccatrice: sed semper petamus istam gr̄am auxiliatiuam à Christo capite nostro, & sēper curramus in odorem vnguentorum eius.

Sed adhuc tertio ex dictis in quinta conclusione tertii articuli, & duobus dubijs præcedentibus insurgit aliud dubium satis arduum. Nam si homo iam baptizatus non potest in adulta ætate bene operari nec vitare peccata nisi fuerit adiutus nostra gr̄a actuali auxiliatiua liberi arbitrij, sequitur quòd frustra datur fides, & spes, & caritas in baptismo, & dona spiritussancti in confirmatione ad vincendas tentationes: & ad bene operandum. Ad hoc respondetur: quòd omni homini post lapsum est necessaria gratia baptismi cum tribus teologicis virtutibus habitualiter infusis ad salutem ante annos discretionis, & cum peruenerit ad annos discretionis sūt ipsi necessarij habitus acquisiti fidei, spei, & caritatis ad credendum, & diligendum Deū, & proximum actualiter, & sperandum bona futura: & est necessaria gratia actualis auxiliatiua ad operandum, & complendum diuina præcepta. Ad cuius intellectum saluo semper meliori iudicio, & determinatione sacrosanctæ matris ecclesiæ est aduertendum: quòd anima nostra per consortium corporis corrupti in suo principio non solùm contrahit priuationem, & carentiam omnium bonorum modi, & ordinis, & gratiæ: sicut dictum fuit in quinta conclusione sed etiā contrahit odium, & iram Dei, & debitum omniū bonorum perditorum in Adam cum suis operationibus: quia obligatur ad recuperandū illum statum cum oībus bonis naturæ iuditis. s. cum illa originali iustitia in voluntate, & cum omnibus habitis tàm intellectualib. & moralibus: & cum illo debito ordine & cōformitatiue sensualitatis ad rōnē, & voluntatis ad Deū & cū illa gratifica, q̄ fuisset post longā vitā translatus hō in meliorem. Et sic Deus nō solū requirit ab homine omnes illos habitus tunc inditos, & concreatos, sed ē requirit operationes illorū. Et sic manet infans illico obligatus ad debitū oīm illorūmet pēnā originale non solū est priuatio, & carentia oium illorū: sed ēt cum debito eorū: imo rō formalis originalis peccati est debitum illorū cum ira, & indignatione Dei. Et ideo non est dicendum, q̄ per baptismum tollatur priuatio supradictorum bonorum, & q̄ iustitia originalis cum cæteris habitibus, & bonis recuperetur, & corruptio, & fomes auferā, sed solùm absolnitur baptizatus ab omni debito, ne priuatio illorum bonorū, & concupiscentiā carnis ad culpam, & pœnam imputetur. ideo dicit Aug. in li. de nuptijs: q̄ baptismus non tollit concupiscentiam, vt non insit. sed vt non imputetur, & non obsit. Ergo est dicendum, q̄ gratia gratifica habitualis quæ datur in baptismo reducit infantem in gratiam Dei, & facit ipsum meritorium vitæ æternæ ex solis meritis passionis Christi cui configuratur per talem gratiam, & habitus infusi fidei spei, & caritatis non reducūt bona p̄dita in Adam. nec operationes eorum, sed tollunt, & absoluunt infantem ab oīdebito eorum: ne talis priuatio, & carentia imputetur ipsi ad peccatum vsque ad annos discretionis. Et ideo mala quæ facit puer ante annos discretionis non imputantur ipsi ad peccatum imo excusatur propter illos habitus teologicos infusos cum gratia. Et sic licēt nō operetur per tales habitus tamen excusatur, & meretur ex solis meritis passionis Christi, ex cuius passionis virtute infunditur. Sed cū hō peruenit ad annos discretionis obligatur operari actualiter per tales habitus, s. credere articulis fidei, & diligere Deū, & proximum, & cōstituere finē suū in bonis celestibus. Sed hoc nō pōt facere per solos habitus infusos nisi ipsi per doctrinā exponantur articuli fidei quibus debet credere: per quam doctrinam acquirat habitus acquisitos fidei, & spei & caritatis. vnde manifestum est: q̄ si infans baptizatus nutriatur inter sarracenos, & infideles: nunquam per habitus infusos poterit credere articulis fidei: nisi ipsi nouiter, & actualiter exponant: & faciat habitū acq̄sitū conuer-

tendo inter Christianos, & sic habitus infusi excitantur per habitus acquisitos ex doctrina parentum aut magistri, aut est studio sacræ scripturæ vtriusq; testi. Et ratio est, quia tale habitus infusi non reducunt habitus perditos in Adam, quibus hō poterat cognoscere in actu: sed tantum datur ad absoluendum à debito illorum, vt dictū est, & ideo tales habitus sunt quoddammō sopiti, sicut in dormiente: qui non possunt excitari nisi per habitus acquisitos. Sed est iterum aduertendum, q̄ si baptismus totaliter tolleret concupiscentiam, & fomitem ex carne, & sanaret sensualitatem à tali morbo ne pugnaret aduersus spiritum: sed sibi obediret, vt exposcit ordo naturæ, tunc baptizatus liberè posset bñ operari, & vitare omnia pēcā, & præcepta Dei adimplere per habitus infusos, & acquisitos teologicos. Sed quia adhuc manet talis morbus in carne, q̄ simul cum mundo, & diabolo nūquā cessat pugnare, quibus tribus inimicis volūtas resistere non valet, ideo de se non potest peccata vitare, nec p̄cepta adimplere, nisi aliquo superiori actuali auxilio fuerit adiuta. Et hoc accidit ratione amoris naturalis: qui est inter voluntatem rationalem, & sensualitatē corruptam cui voluntas studet complacere, prout dictum fuit in. 6. conclusione. Et ideo est necessaria gratia actualis nouiter à Deo inspirata ad excitandas virtutes teologicas infusas, & ad roborādas acquisitas, & ad mouendum, & auxiliandum, & roborandum liberum arbitrium, vt non solùm resistat tentationibus tā exterioribus quàm interioribus sed etiam, vt valeat restringere, & coibere res passiones, & confringere, & in seruitutē redigere sensualitatem corruptam, & ad oē malum contra rationem inclinatam, vt possit vitare omne peccatum, & adimplere diuina præcepta. Est ergo ista gratia necessaria non solū iustis. sed ēt peccatoribus, vt p ea valeant detestari pēcā, in quibus iacēt, & velint ipsa dimittere, & cupiant agere pœnitentiā. Et ista dē gratia præueniens bonā voluntatem. Secūdo est necessaria ista gratia eisdē peccatoribus, vt incipiant, & exequātur pœnitentiā. Et ista dē gratia incipiēs, & operās. Tertiò est necessaria iustis, pœnitentibus vt prosequātur bene operari, & conseruent gratiā gratificā, quā habēt, & recuperauerūt per pœnitētiā, & resistāt futuris tentationibus ne iterum cadāt. Et ista dē gratia proficiens. In finè aūt totius cursus vitæ hominis dicit gr̄a consummata, & pficiēs. Vñ de gr̄a præueniente dē ps. 58. Misericordia, eius subsequatur me oībus diebus vitæ meæ. Et ideo magister diuidit istā gratiā in præueniētem: & subsequētē. 2. sententiarū dist. 26. Et hanc duplicē gratiā petit ecclesia, cū dicit in collecta. Actiones nostras quesumus dñe aspirando præueni: & adiuuādo prosequere. Itē in alia collecta ait ecclesia. Gratia tua hūe præueniat, & sequatur &c. Differt ergo ista gratia actualis auxiliatiua liberi arbitrij multipliciter à gratia habituali gratifica, quæ datur in baptismo, & sacris. Primo, quod illa p̄ficit totā essentiam animæ, sed ista perficit liberū arbitriū, & volūtatē. Secūda differentia, q̄ illa cōsistit in habitu totius animæ, ista autem in solo actu, & motu liberi arbitrij, cuius est auxiliatiua. Tertia, q̄ illa gratificat sēper habētē facīdo ipsum gratum, & Deo acceptum ad vitam æternam, ista aūt non semper facit gratum nec gratificat habentem, quia potest etiam reperiri in peccatoribus disponendo eos ad gratiem gratificam. Item quartò, q̄ illa gratia habitualis gratifica vel est ipsa caritas vel nunquā sine caritate: ista autē quandoq; reperitur sine caritate, puta in aliquo pēcātore pœnitētiā desiderāte. Itē quintò, q̄ gratia gratifica cōitet datur per sacra: ista vero, vt plurimū datur præter sacra. Item sexto, q̄ omnes operationes procedentes à gratia gratifica sunt meritoriæ, & Deo acceptæ ad vitam æternam: sed non semper omnes operationes factę p istam gratiam actualem valent ad vitā æternam pro illo statu. sicut eleemosynæ, & cætera bona facta per homines peccatores. Septima differentia est. nam ista gratia actualis quandoq; p̄cedit rēpore gratiam gratificam, quia disponit peccatorem ad illā recipiendam per pœnitentiam removendo prohibens, quia iuuat liberum arbitrium ad detestandum peccatum, & dimittendum illud, & ad resistendum sensualitati, & cæteris tentationibus exterioribus, & ad subiugandam carnem, & sic recuperat per pœnitentiam gratiam gratificam, quam homo perdiderat per culpam. Quod quidem mysterium explicat saluator Lucæ 15. de filio prodigo pœnitentiam ad gratiā patris reducto, qui cum famelicus custodiret porcos, ad se reuersus per gratiam præuenientem, & motiuam liberi arbitrij, dixit. O quanti mercenarij

Universidad de Deusto
Biblioteca

A natij in domo patris mei, abundant panibus: & ego hic fame pereo. Sed rursus mavis motus per gratiam incipientem, dixit. Ibam ad patrem meum, & dicã, pater peccaui in cœlum, & coram te &c. Sed rursus p gratiam operantem procidens ad pedes patris dixit. Pater peccaui &c. Et tunc pater misericordia motus accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum, & fecit ipsum indui stolam primam, per quam designatur gratia gratifica, & recuperata per illam pœnitentiam. Ex quibus patet, q̃ ille filius prodigus per gratiam præuenientem cognoscendo seipsum detestatus est peccatum & per gratiam incipientem proposuit dimittere, cum dixit: Surgam, & ibo ad patrem meum, sed per gratiam iam operantem procidẽs, dixit. Pater peccaui &c. Sed tũc recupe
B uit gr̃am gratificã: q̃n pater osculatus est eũ & induit eũ stolam primã &c. Ex omnibus supradictis soluitur quartus perplexus memoratus in primo articulo. nam quantumcunque sit aliquis peritus in vtroque testamento, & habeat habitum fidei acquisitum, tñ si nõ habẽt istam gratiam auxiliatiuã: nunquam de se poterit resistere tentationibus nec implere diuina præcepta, & hoc propter morbum concupiscentiæ in carne manẽtẽ. Quartò dubitatur propter id quod dictum, est in octaua conclusione secundi articuli, & in quinta tertij articuli. s. q̃ taliter fuit natura corrupta in Adam, q̃ nemo ex proprijs naturalibus potest uitare peccatum, nec implere diuina præcepta nec agere aliquod bonum absq; diuina gratia. Quia sequeretur, q̃ homo non esset dominus suorum actuum:
C nec compos suæ uolũtatis, & liberi arbitrij, quod esset contra illud eccl. 15. Deus ab initio cõstituit hominẽ, & reliquit eũ in manu consilij sui. Itẽ ibidẽ ait dñs ad hominẽ. Apposui tibi ignẽ, & aquam, ad quod volueris porrige manum. Itẽ ibidẽ. Ante hominẽ vita, & mors: bonũ, & malũ: quod placuerit ei dabitur illi. Item Ge. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Item prou. 16. Hois est animũ præparare. Item Au. Nil tã in nostra ptãte quã volũtas. Itẽ ex hoc sequerentur multa inconuenientia. Primo, quòd nemo ex frequentatis actibus posset consequi morales virtutes sine gratia: quod est falsum, nam Socrates, & Plato, & multi infideles non habentes talem gratiam consecuti sunt morales virtutes. Item secundo sequeretur, q̃ nullus posset culpari de aliquo D
malo, postquàm de se illud non potest uitare, & per consequens nemo deberet puniri pro malefactis: postquàm talia non potest vitare. Item sequeretur, quòd frustra ponerentur leges, vt earum metu humana cohibeatur audacia: & frustra assignarentur pœnæ in legibus contra transgressores. Item sequeretur: quòd nemo obligaretur ad seruanda præcepta: quia ad impossibile nemo obligatur. ergo sequitur: quod ex proprijs naturalibus vnusquisque potest implere ipsa. In oppositum est illud Hieremiæ decimo. Non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. Item ad Ro. 7. Nec quod volo hoc facio &c. prout in superioribus probatum est. Respondetur. q̃ quibusdam catolicis visa fuit nimis dura positio August. contra Pelagianos. s. E
q̃ nullus de se potest vitare malum nec implere diuina præcepta, propter autoritates superius inductas: & propter illa inconuenientia quæ videntur sequi expositione. Augustini. Ideo dixerunt. q̃ Aug. in prædicto libris contra Pelagianos non locutus est limitatè nec determinatè, de ista materia. imo locutus est figuratiuè, & excessiuè ad modum volentis rectificare lignum tortuosum, qui currat ipsum ad aliam partem vltra modum, vt deducat ipsum ad medium. ita ergo vt dicunt fecit Au. nam, vt reduceret Pelagianos ad rectitudinem veritatis: eò quòd totaliter negabant gratiam: ideo excedebat modum in loquendo. Item dicunt isti, q̃ ibi Au. non est locutus nisi de gratia gratificãte & meritoria. Et sic bene concedũt, q̃ nemo põt implere diuina præcepta nec agere bo- F
nũ meritorie sine gratia gratũ faciente: sed cũ hoc stat quod quis ex solo influxu generali diuino absq; aliqua gratia speciali possit vitare peccata, & facere bona naturaliter, & consequi virtutes morales per frequentatos actus licèt non meritoriè. Sed in veritate si bene volumus inspicere fundamenta Augustini contra Pelagianos, & maximè in libro de perfectione iustitiæ hominis, & de natura, & de gratia, & contra Iulianum, & in ceteris: videbimus manifestè, quod Augustinus loquitur limitatè, & serioſe, & non excessiuè sed rectè attentis fundamentis eius, vt probatum est in quarta, & quinta conclusione, & ex fundamento apostoli ad Roman. 7. valdè concordat positio

Aristo-

A Aristotelis. iij. de anima & vij. Aeticorũ. qũo aliter operamur, q̃ ratio, & cõscientia dictat vt in superioribus visum est. Nec est dicẽdũ, q̃ Augustinus loquatur præcisè de sola gratia gratificante, & meritoria: imo loquitur ẽt de ista gratia auxiliatiua voluntatis: quæ secundum ipsum quandoque præcidit, & præuenit cantatẽ, & gr̃am gratificã: q̃ q̃q; subsequitur, & comitatur ipsã: & non solũ est in viris iustis: sed etiam peccatoribus: siũe qua non posset vitare aliqua peccata nec resistere alicui tentationi: nec posset vele aliqd̃ bonum propter naturam corruptam. & hoc manifestè probat Augustinus iij. libro de libero arbitrio, dicens. Illa est enim peccati pœna iustissima. vt amittat quisque quam bene vti noluit potestatem. Item ibidem. Homo igitur cum potuisset sine difficultate omB nia mandata Dei adimplere: nolens benè vti ista potestate, perdidit eam: vt etiam volens non possit mandata Dei adimplere. Item ibidem. Inflictum est homini propter peccatũ: vt non videat quod rectè sit faciendũ. & si videt: & vult facere: hoc non possit implere. Itẽ ibidem. Nec tibi imputatur ad culpã q̃ vulnerata membra non colligis: sed quia volentẽ sanare contemnis. Ex supradictis verbis Augustini patet: q̃ homo ante lapsum, & in sua natura integra ex libera potestate poterat vitare omne malum, & facere bonum ex solis bonis naturalibus sibi inditis, scilicet ex modo, & ordine, & libero imperio quod habebat supra sensualitatem. Sed post lapsũ in natura corrupta, & diminuta, & libero arbitrio claudicato, iam non potest ex viribus naturæ vitare peccatum, nec facere bonum:
C nisi iuuetur per gratiam superadditam naturæ: eò q̃ natura. s. vires naturales fuerunt expoliatæ modo, & ordine, & habitibus concreatis tàm in appetitu sensitiuo q̃ intellecti uo: quibus liberè, & expeditè poterant operari absque obice intrinseco. vnde licèt anima hominis non perdiderit suas naturales potentias per peccatum. quæ sunt potentiæ vegetatiuæ, & sensitiuæ, & intellectiuæ: nec perdiderit naturales operationes earũ: quia sensitiuæ possunt sentire naturaliter sua obiecta: & appetitus tàm sensitiuus quàm intellectiuus potest appetere, & non appetere & voluntas de se potest velle, & non velle. Sed quia istæ potentiæ perdiderunt modum & ordinem: quia tàm irascibilis quàm concupiscibilis perdidit habitus morales cõcrea
D tos, quibus rectè, & recta appetebat: & voluntas perdidit originalem iustitiam qua rectè, & iustè volebat, & nõ volebat. & perdidit ordinem, & imperium quod habebat supra sensualitatem: ideo licèt maneat libera in volẽdo, & non volendo, tamen non manet libera in rectè volendo vel non rectè volendo: & licèt quandoque rectè velit: tamen non patet ipsi sensualitas rebellis, & fauciata, & ipsa voluntas non solùm fuit expoliata illa originali iustitia, quæ rectè volebat: & ordine quo diuinæ voluntati conformabatur, & obediebat, & sensualitati imperabat: sed etiam fuit totaliter ad sensualitatem conuersa amore naturali, & per immoderatam complacẽtiam. Et ideo voluntas non concurrit ad peccandum coacta sed allecta per sensualitatem: in quantùm ipsi ex amore consentit, & eius inordinato appetitui vult satisfacere. & sic li E
berum arbitrium non dicitur coactum: quia uolens trahitur: prout dictum est in sexta cõclusione secundi articuli. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam voluntas semper manet libera in sua actione naturali, scilicet volendo vel nolendo: sed non manet recta in recte volendo: eò quòd perdidit modũ & ordinem qui ante lapsum fuerat inditus naturæ, siue uiribus naturalibus. Et ideo homo est dominus suorum actuum primorum ipsius voluntatis: sed non actuum rectorum, & iustorum, propter defectum modi, & ordinis. Et ideo omnes autoritates prius inductæ, scilicet q̃ Deus ab initio constituit hominem, & reliquit ipsum in manu cõsilij sui &c. omnes illę autoritates tenẽt verum, & sunt intelligendę de homine ante lapsum in sua integra natura; Sed omnes autoritates F
apostoli, & Augustini ductæ in contrarium, tenẽt uerum ex natura corrupta post lapsũ, in qua voluntas nostra sit expoliata non potest vitare peccatum. nec resistere malo, nec per consequens implere diuina præcepta, nisi fuerit superno auxilio adiuta. & roborata. Ad aliud aũt quando dicitur, q̃ philosophigẽtium consecuti sunt virtutes morales absq; gratia Christi, & cætera, iam respondit Augustinos, quòd illi philosophi, & Romani nũ quàm habuerunt veras, sed fictas morales uirtutes: inquantum vna passio vincebat aliam in eis. nam cupido laudis, & dominandi vincebat in eis quandoque luxuriam, aut auaritiam, & cætera vitia, aut passiones, vt estimarẽtur, & honorarẽtur apud vulgus: vt

dictum

A dictum est in vndecima conclusione. Itē etiā bona quæ faciebant sine gratia Dei propter conservationem reipublicæ: vt ille populus duraret vsque ad aduentum Christi: vt ibidem dictum est. Item leges feruntur, & assignantur pœnæ in eis, vt vna passio vincat aliam s. vt metus pœnarum vincat, & prohibeat audaciam malè agendi: & cohibeat alias passiones impellentes ad malum, vt inquit Augustinus, & Isidorus: quia leges ideo condite sunt vt earum metu humana cohibeatur audacia. Et sic homines non virant mala publica virtutis amore, sed formidine pœnæ: vt inquit Horatius, & Augustinus. Ad aliud quā do dicitur quòd nemo obligaretur ad seruanda diuina præcepta: eò q̄ ad impossibile nemo obligatur &c. Respondet Augustinus contra Iulianum: & dictum est super psalm.

B cxviij. q̄ quandoque quis obligatur ad sibi impossibile, quando ipse vel sui perpetrarūt malū, sicut homicida obligatur ad restituēdū quē occidit. & fur restituere furtum quod iam dissipauit. Item licèt vitare peccatum sit impossibile homini ex suis viribus: tamē est possibile cum auxilio gratiæ. ideo perat gratiam cum perseuerantia: quia oportet semper orare. Lucæ. xviij. ideo dicit Augustinus contra Donatum: q̄ Deus non solùm dānat peccatorem q̄ peccauit: sed quia non cucurrit ad medicum. Item libro de libero arbitrio, Non imputatur ad culpam: q̄ vulnerata membra non colligis: sed quia volentem sanare contemnis. Sed quod magis videtur militare contra positionem Augustini est illa autoritas Gen. 4. vbi dixit dominus ad Caim.

C Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nōne si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tecum aderit: Sed sub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius. Ex supradictis verbis domini videtur quòd adhuc post lapsum voluntas habet liberum imperium, & dominium supra appetitum, & supra sensualitatem: & per consequēs per se potest vitare peccatum, & facere bonū absque alia gratia. Ad hoc respōdetur: quod voluntatem subijcere sensualitati, & ipsi dominari: potest intelligi dupliciter. Vno modo ex proprijs viribus sic expoliata habitu originali iustitię, & vulnerata. Alio modo prout est adiuta gratia auxiliatiua liberi arbitrij. Primò modo est impossibile secundùm Augustinum propter corruptionem, & rebellionem carnis, & claudicationem liberi arbitrij: quia perdidit liberum imperium D ad rectè volendum, & fuit voluntas vulnerata amore inordinato erga sensualitatem, vt dictum est. Sed secundo modo ipsa voluntas adiuta per gratiam potest dominari sensualitati, & cuiliber tentationi. Et isto mō sunt intelligenda verba domini ad Caim. q. d. si tu vis petere gratiam sicut frater tuus Abel: tunc adiutus tali gratia subijcies appetitum, & dominaberis illi: quia fuisses adiutus per gratiam, & vicisses iram, & odium, quod incepisti contra fratrem tuum. Et hæc videtur esse intentio Augustini contra Pelagianos. Verumtamen quicquid sit, semper dicta in hac quæstione, & cæteris locis per me, volo subijciantur determinationi, & correctioni ecclesiæ catolicę. Item dubitatur propter illud, quod frequēter dicitur in hac quę stione. s. q̄ homo propter peccatum perdidit modum, & ordinem, & finē. Nam idem Augustinus dicit q̄ species modus, & ordo ma- E nent in vnaquaque creatura tanquàm vestigium creatricis trinitatis. ergo homo non p didit modum, & ordinem per peccatum. Ad hoc respondetur, q̄ species modus, & ordo dupliciter sumuntur in homine: vno modo per respectum ad Deum, & vniuersum, & ad modum sui esse: & sic idem est quod numerus: pondus, & mēsura, & sic ea fecit Deus sub certo numero, & specie: quia species sunt sicut numeri, & sub certo pondere, & modo quia in certo loco vniuersi collocauit, & sub certa mensura, & ordine procedūt à Deo secundùm gradum perfectionis. Et isto modo species modus, & ordo respiciunt esse, & esse tiam rei. Secundò autem modo species modus, & ordo respiciunt operationes, & finē, & isto modo sequuntur formam, & sic vires & potentiæ animæ dicuntur bona naturalia F speciei, quibus anima immediatè operatur. Et habitus, & dispositiones dicuntur modi potentiarum, quibus potentię benè, & expeditè operantur. Et subalternatio inferiorum potentiarum ad superiores in operando dicitur rectus, & debitus ordo, & ista dicuntur bona naturalia. Nam sicut vires dicūtur bona animæ, ita habitus, & dispositiones dicuntur bona potentiarum, & rectus ordo dicitur bonum operationum, & potentiarum. Et isto secūdo modo dicimus, q̄ licèt homo p peccatum non perdiderit bona speciei. s. vires, & potentias, tamen perdidit bona modi, & ordinis: quia vires fuerunt expoliatæ, & vul ne-

A vulnerare, & volūtas p̄didit liberū imperiū supra sēsualitatē nisi iuuet̄ p̄ gr̄am, eo modo quo dictū est. Et iō oportet s. orare, & non deficere & currere in odorē vnguentorum Xp̄i: vt saluemur. Ex solutione supradictorum quatuor dubiorū resultāt quatuor conclusiones. Quarū prima est, q̄ licèt p̄ baptismū nō tollātur p̄nalitates, nec miseriæ corporales de præsenti, tū baptismus confert meritum baptizato, vt possit resurgere in corpus glorioſum in nouissimo die. Et sic licèt baptizatus non resurgat & liberetur ab illis pœnalitatib. in actu, tū iā resurgit, & liberatur in merito. Secūda cōclusio, q̄ p̄ maius bonum nostrū reliętæ sunt nobis pœnalitates in carne post baptismū. s. ad pugnā p̄ maiori corona adipiscēda, & ne tollat̄ meritū fidei, & spei, vt reparet̄ ruina angelorū p̄ homines. Tertia

B conclusio: quod licèt baptizatus recipiat habitum fidei, & spei, & caritatis per baptismū ad soluēdum ab oī debito, tū non pōt per illos habitus operari nisi excitetur per habitus acquisitos, & adiuuet̄ p̄ gr̄am auxiliatiuā liberi arbitrii tempore discretionis. Quarta cōclusio, licèt hō ex propriis viribus non possit implere diuina p̄cepta nisi adiuuetur p̄ gratia xp̄i, obligatur tū s. p̄ ad obtēmandum diuina præcepta. Et sic obligatur ad sibi impossibile, q̄a Deus semper exigit ab homine bonos habitus quos Adā perdidit per culpam, & exigit operationes eorū. Et iō oportet sēper orare & petere gr̄am per quam hō possit adiuuari ad cōplēdū diuina præcepta p̄ grātiā, quæ nō pōt implere per naturā fauciatā. Ex supradictis omnibus patēt & manifestantur nobis quinq; diuersi status hominis successiuè, quorū primus fuit status innocentiæ

C añ lapsū in quo hō fuit in sua integra natura cōstitutus cū oīb. bonis humanæ naturæ ꝓportionatis. s. cū mō & ordine in sua natura, per quæ bona poterat ex ꝓpriis uiribꝫ sic modificatis, & ordinatis vitare oē p̄ctū, & implere diuina præcepta, & sic merebatur de p̄senti illam naturalem beatitudinē possidere in illa terrestri paradiso sub illo fauorabili hemispherio australi, & sic poterat nō mori nec pati miseriam. Sed vltra hoc per gratiā gratificā sibi supra facultatem naturę largitā merebatur post longam uitam rēporalē absque morte transferri in vitā meliorem, & cę leste, & eternā felicitatē. Secū. dus status hoīs fuit post lapsum, in quo statu posti̊ homo p didit locū, & situ illius paradisi, & perdidit ignum uitæ, non potest non mori nec infirmari: imo habet necessitatem moriendi: & infirmitates & innumeras miserias patiēdi. Et quia perdiderunt modum, & ordinem uires naturales: ideo homo non potest uitare peccatum nec implere diuina præcepta absq; supernaturali auxilio diuinæ gratiæ, naturæ superaddito in supplementum bonorum perditorum. Et sic Adam cum tota sua posteritate mansit in ira & odio Dei obligatus ad pœnā æternā sensus uel damni, & per consequens fuit primus filius illa gratia gratificā quia poterat transferri in vitā meliorem. Sed homo in isto secundo statu per gratiam fidei Christi futuri poterat vitare peccata & implere diuina præcepta, & merebatur redimi per Christum in suo aduentu: vt patet de Adam, & Abel, & Enos, & Noe, & Abraam, & cæteris patriarchis, & profe- E tis, & fidelib. vet̄. & qui cum protestatione fidei Christi futuri non solū expiabant peccata, sed etiam merebantur redimi p̄ Xp̄m in suo aduētu, & participare passione eius. Et iō q̄a sub tali ꝓtestatione offerebāt oblationes, & sacrificia, & recipiebāt aliqua facta in signū fœderis, & in figura Christi. hinc est. q̄ meruerūt participare passionē Xp̄i, & recipere nobiscū repromissiones. Tertius status hoīs est post aduentū Xp̄i, in quo oēs hoīes mundi possunt participare passionē Christi per baptismum Christi, & cætera sacramēta, per quem baptismum datur gratia gratificā in actu, & fides, & spes, & caritas in habitu, quæ quidem gratia baptismalis tollit omne debitum, & oē p̄ctū ex anima, vt non insit nec imputetur homini ad pœnam æternā, & tollit ex carne cōcupiscētiam nō vt no insit, q̄a ibi manet in habitu, sed vt nō imputetur F animæ ad p̄ctū per eius cōsortiū, vnde ille fomes, & cōcupiscētia, quæ manet in carne post baptismū, nō imputatur homini nec animæ ad p̄ctū p̄ solū habitū. sed reputat̄ ad p̄ctū p̄ actū cū cōsensu; q̄ voluntas consentit actibus cōcupiscētiæ. Ite gr̄a baptismalis ultra hoc, q̄ tollit oē debitū, & p̄ctū, confert duplex meritū, primò quia per talem gratiā hō meretur uitā ęternā post uitā mortē corporalē, sed̄o meretur glorioſum resurrectionē in nouissimo die. Ite hō in isto tertio statu constitutus licèt ex propriis viribus non possit vitare p̄ctū, nec implere diuina præcepta propter corruptionē, & concupiscentiam manēte in carne, & impedientem habi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tus theologicus in suis operationibus, tamen p gr̃am auxiliatiuã.& actuale postulatã, & largitã pot vitare oẽ pc̃ũ,ne admittat & cõ sentiat voluntas tẽtationibus,& si hõ est i pec cato põt p talem gr̃am disponi,ad pn̄iam & gr̃am gratificam.Quartus status hoĩs ẽ post mortem corporalem:i quo si discedit ab hoc sęculo cũ gr̃a,& caritate,licet corpus resolua tur in terrã:tñ aĩa fruitur in cęlo.visione di uinæ essentiæ cum certa,& firma spe recupe randi corpus gloriosam in nouiss. die, vt ait Aug 12.super Ge.& magister 4.sent.dis.vlt. Quintus & vltimus status hoĩs erit post secũ dam regenerationem & resurrectionẽ:per q̃ auferetur ab hoĩe oĩs lacrima & miseria cor poralis.Et sic erit hõ in vltima sui pfectione & sufficienti reparatione,& perfectã beatitu dine corporis, & aĩæ:& quia possibilis glo B riam vtriusq; s.corporis, & animæ, & totus hõ fruetur toto Xpo, nã p oculos glorificatos corporis videbit humanitatem Xpi,& p partem iõnalem videbit,& fruet̃ tota trinita te in vnitate essentiæ,& sic erit pfectè beat⁹. Ex quo patet magna differentia inter istam secundam regnationem factã p resurrectio nem. & primam factam per baptismum, & pn̄iam,q̃ tñ purgabat aĩam à pctõ:& absol uebat ab oĩ debito contracto,sed nõ contra hẽdo:& conferebat gr̃am gratificam meritoriam vitæ æternæ, & futuræ resurrectionis, vt dictũ est: sed non tollebat nec auferebat cãs pctĩ futuri.qa nõ tollebat corruptionem nec morbum concupiscentiæ ex carne: nec recuperabat iustitiã originalẽ cũ cæteris oĩ bus bonis pdiis in Adã. Sed ista secunda re gnatio.& finalis resurrectio nõ solũ beatifica C bit aĩam,sed ẽt corpus,& totũ hoĩem:nec so lũ absoluet iustos oĩ debito,sed ẽt tollet, & auferet oẽm cãm pctĩ & miseriæ ex aĩa, & corpore,& recuperabit oĩa bona corporis,& aĩæ q̃ pdidimus i Adã: imo adipiscemur oĩa bona gloriæ corporis,& aĩæ cũ securitate.& satietate:& tũc erimus pfectè bti in vltima pfectione. Ex qb. oib. patet qualiter Xps fuit pfectus,& sufficiẽs redẽptor,& reparator hu manæ naturæ,& metrum,& mẽsura, & fons oĩm bonorũ naturę,& gr̃ę,& glorię. Sed nũc restat rñdere ad argumẽta in principio totiꝰ q̃stionis inducta. Ad primũ ergo patet rñsio p sẽtam cõclusionẽ posit̃ in tertio articulo qa oĩs fideles ve.te.erãt mẽbra Xpi p fidẽ: & iã p legẽ sacrificiorũ,& oblationũ,& cæte torũ cerimonialiũ currebãt in odorẽ vnguẽ torũ Xpi: & p cõsequẽs iã o.pãbanꝰ p gr̃am D Xpi.Ad fm ũt patet rñsio p tertiã coclusio nẽ tertij articuli: qa licèt philosophi gẽtium nõ haberẽt fidẽ Xpi:tñ nõ o.pabanꝰ aliquod bonũ.nec cohibebãt vitia sine gr̃a Xpi ,p hi bitiua malorũ:ne perirẽt genus humanũ.sed pseueraret vsq; ad aduẽtũ Xpi:& reciperet fi dẽ eis. Et hoc idẽ est dicẽdũ de sarracenis: vt ibi dictum est. Ex dictis ẽt in scdo articulo soluuntur tres primi pplexus positi i primo articulo. Nã qa primi parẽtes fuerunt creati cũ quatuor bonis naturæ immortales,& libe ri ab oĩ miseria,& cũ copia oĩm bonorũ natu ralium in illa paradiso delitiarum: sed pp pctũ fuerunt priuati, & expoliati illo felici statu: iõ oẽs hoies desiderãt naturaliter illũ statum:qa priuatio est cã appetitus. Itẽ quia hõ nõ solum fuit expoliatus bonis naturæ modi,& ordinis,& finis:sed ẽt sauciatus i oĩ E bus potentijs:iõ agit cõtra id qđ conscientia, & scia,& rõ dictat. Et sic soluit scdus, & ter tius pplexus.Quartus aũt pplexus puta, qđ scãdalizãtur, & mirãtur simplicices Xpiani, qñ vident hoies scientificos, & in sacra scri ptura vtriusq; test. pitos o.pantes contra id, quod dicunt, & p̃dicãt: iste pplexus soluitur p hoc.qa gr̃a sermonum.& sciæ acq̃sitę &c. non sunt gr̃æ gratificæ,sed gratis datæ aliqb. ad vtilitatem corporis mistici: iõ tales gr̃æ dãtur,et malis,q̃ quidem gr̃ę quia nõ tollunt morbũ & cõcupiscentiã carnis,iõ est su.p ne cessaria gr̃a auxiliatiua liberi arbitrii ad vitã da pctã,& implenda p̃cepta:q̃ gr̃am contem nunt petere,vt plurimũ inflati de sua sciẽtia, & viribus præsumentes:& ideo confundunt in operationibus suis. Alii aũt dicũt: qꝰ causa quare multi viri, & mali plati ducunt vitam F prauam:est defectus fidei,& per consequens caritatis.nã licèt prædicent legem euangeli cam:& subtilissimis disputationibus reddant rõnem de rebus diuinis:& nouerint canonica iura:tñ non firmiter credunt articulis fi dei:iõ factis negãt,qꝰ verbis confitentur, & sic committunt multa enormia & illicita cõ tra legem Dei, & sacros canones eccl̃æ. Ex quo patet: qꝰ non habent firmã fidẽ: sed solã opinionẽ de his,quæ dicunt:sicut dicit Arist. de incõtinente.Quicquid ergo sit,sẽper hoc accidit ex defectu gratiæ motiuæ, & auxilia tiuæ liberi arbitrii,per quam virtutes teologales excitãtur,& mouẽtur ad operãdum,vt supra dictũ ẽ,& magis explicabit in euangelica veritate. Oportet ergo ,p ista gr̃a sẽper orare:

A orare,& non deficere, & semper currere in odorem vnguentorum Christi,qui est princi pium & fons & largitor omnium bonorum naturæ,& gratiæ,& gloriæ. Ad quam nos p ducat ipse Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat Deus in sæcula sæcu lorum. Amen.

INCIPIT INTERPRETATIO seu expositio symboli fidei catolicæ.

ATANASII Episcopi.

QVicunque vult saluus esse ante omnia o-pus est vt teneat catolicam fidem.

Titulus huius cantici est Symbolum fidei catolicæ, vel psalmus fidei aut Symbolũ Ata B nasij : eò q̃ Atanasius Alexandrinus episco pus contra hęresim Arianam edidit ad ex planandum fidei catolicę veritatem. Erat quippe Arrius presbyter,& magister scolariũ Alexandriæ,qui episcopatum ambiens : quia adipisci non potuit: hanc hæresim condidit vt diceret patrem maiorem:filium minorẽ. Et spiritumsanctum seruum patris , & filij , vel creaturam. Ob hanc causam ab epo Ale xandriæ pellitur ab vrbe, postea in Nicena Sinodo damnatur. Constantino iubente in exilium portatur. Tandem pœnitentiam fic tè agens in communionem recipitur,ac po stremò in Alexandria diuina vltione hac per cutitur,qꝰ videlicet in secessum effusis viscerib⁹ rumpitur.Contra eius errorem p orbem pullulantem hoc Symbolum fidei ab Atana sio, vt prædictum est editum ab ecclesia in C concilio Niceno approbatum acceptatur ac instituitur,vt dieb.dominicis ad Primam de canteꝰ.Hoc iõ,vt fidelis in principio diei , & initio operum suorum Deum quem inuo cat veraci fide credat.& confiteatur.Et sic lo rica fidei circundatur contra omnia aduersa muniatur, ac in operib. bonis vitam æternã fidelibus promissam mereatur. Inentiõ est ostendere patrem.& filium, & spũ sanctum vnum esse Deum.Indistinctum in essentia, & distinctum in personis,& filium solum in carnatum,& hunc esse verum Deum,& ho minem Deum verum ex patre ab æterno ge nitum,& hominem ex matre virgine in tpe natum.Et sic in duas partes principales diui ditur. In prima parte agit de sanctissima tri nitate . In secunda de Christi humanitate .

Hæc honorius. Dicit itaque sic. D

Quicunq; vult saluus esse,ante omnia opus est , vt teneat catolicam fidem .

Id est oportet vel necessarium est ad salu tem consequendam,'id est vniuersalem fidẽ Christianę ecclesiæ.Nam scribitur Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Ideo subditur .

Quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit,absque dubio in æternum peribit.

Integra fides est,vt omnes & singulos ar ticulos fidei credat firmiter.& in nullo arti culorum dubiter:sicut faciunt hæretici,& sci smatici qui licèt articulos principales credãt, tamen ecclesiæ sanctæ Romanæ obediendũ esse non credunt: contra articulum illum . Credo in spiritumsanctum,sanctam ecclesiã catolicam . tenendo quòd Romana ecclesia non sit caput ecclesiarum:nec ei sit obedien E dum.cum tamen Christus dixerit Matt. 16. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ẽcclesiam meam.Et ribi dabo claues &c. Item inuiolatam fidem seruat , qui vs que in finem perseuerat in fide formata caritate , nec apostatando , aut aliquo mor tali peccato eam violat , aut salvim de pec catis pœnitendo in fide finaliter perseueraꝰ. Sed quæ sit hæc fides subdit.

Fides aũt catoli a hæc est: vt unum Deũ in trinitate,et trinitatem in unitate veneremur.

Nam Deus in essentia vnicus est.Et vt di cit Boetius . Si dici liberat vnissimus est , quia super omnia simplicissimus, & vnitissi mus ac indiuisibilis est in essentia.Sed tamẽ hunc simplicitati nil repugnat trinitas perso nalis in eadem essentiæ vnitate , & sic vnita tem essentiæ in trinitate personarum patris, F scilicet & filii & spiritussancti,ac ipsam trini tatem personarum,in vnitate essentiæ diui næ veneramur. vnde non licet adorare tres Deos sed vnicum , & quis vnicus Deus est adorandus?Respondetur secundum Aug. qꝰ ipse Deus vnicus est pater filius & spiritus sanctus.Sed quomodo hęc subdit .

Neque confundentes personas , neque substantiam separantes.

Vbi notandum , quod Sabelliani hæretici dicebant vnam essentiam, trium personã rum confusiuè , quia confundebant perso nas dicentes eandem esse personam patris , quam & filii, & spiritussancti . Et dum ip se pater vellet vocari pater , vocat se in scri ptura,vel nominat patrem. atque dum vult

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dum vult vocari se filiũ: & similiter dum vult vocari se spũm sctũ. Et hoc est cõfundere psonas. Contra hos dicitur hic trinitatem in vnitate veneremur: neq; confundentes psonas: sicut faciunt pdicti hæretici Sabelliani. Itẽ alij hæretici dixerunt, q; tres personæ in diuinis sunt collectiue: hoc est quãdo sicut plures res diuersarum substantiarum in vnum conuenientes faciunt vnũ pura quando tres psonæ vt delicet Petrus, & Paulus, Ioannes conuenirent in vnũ aliquid, puta in vnũ consilium, vel iudiciũ faciendũ, dicunt vnũ consilium vel iudicium, & plures homines dicunt vnus populus, vel plura membra integrantia faciunt vnum corpus, & nec mõ sunt tres psonæ in diuinis: qa sic dicere esset error Ioachim q reprobatur. Extra de sum. trin. & fide catoli. c. damnamus. Contra tales errores, &

B consimiles dicitur. Neq; substantiam separãtes. i. fundentes essentiam. Non n. essentia diuina diuidi potest in plures substantias, nec purandum, est vnam partem diuinæ substantiæ esse patrem, & alteram partem esse filiũ: tertiam partem esse spiritumsanctum. Vnde Aug. lib. 1. de trinitate. Singulus quisque horum est Deus, & simul omnes, vnus Deus, & singulus quiq; horum plena est substantia, & simul oẽs vna substãtia. Pater n. nec filius est, nec spũs sctũs: sed tãmodo pater, & filius nec pater est, nec SS. sed tantummodo filius. Et spũsanctus nec pater est nec filius, sed tantum spirituſsanctus. Propterea subdirur.

Alia est persona patris: alia filij: alia spiritus sancti. Sed patris & filij, & spiritusſanctꝰ una est diuinitas: æqualis gloria coeterna maiestas.

Vna inquit est, diuinitas nõ confusiua vnitate nec collectiua, vel integratiua, sed identica, quia plures personæ sunt eadẽ essentia deitatis, sicut in alia rationali plures potẽtiæ, vt delicet intellectus, memoria, & voluntas, licet sint tres distincte potentiæ aiæ, tñ sũt vnica anima in essentia. Et ne quis crederet, qd istæ tres personæ diuinæ in vnica essentia essent inæquales, ita q; vna esset maior altera sicut credidit Arrius, ideo addit, q; earũ equalis est gloria, & coeterna maiestas. Hæc declarat, dicens.

Qualis pater: talis filius: talis spiritusſanctus.

Nã licẽt in proprietatibus propriis seu personalib. distinguantur, qa pater à nullo est, filius a patre solo ẽ genitus, & spũsanctus ab vtroq; procedẽs: vt intra dicẽt, tñ in pprietatib. impropriis, vel communibus oĩno sunt equales: videlicet in creationis proprietate, & D immẽsitate, æternitate, oĩpotentia deitatis maiestate, & slnio. Vnde subdit. dicens.

Increatus pater: increatus filius: increatus spiritusſanctus.

Immensus pater: immensus filius: immensus spiritusſanctus.

Idest infinitè virtutis, & incomprehensibilis bonitatis essẽ ac infinitæ sapientiæ, & pietatis. Et equaliter.

Aeternus pater: æternus filius: æternus spiritusſanctus.

Exẽplũ ẽm Aug. Si ignis esset etern⁹, & ei⁹ splẽdor q ab igne ꝓcedit atq; eius calor ꝓcedẽs ab igne, & splẽdore simul esset coeternꝰ.

Et tamen non tres æterni, sed unus æternus.

Scilicet Deus. est.

Sicut non tres increati nec tres immensi: sed unus increatus, & unus immensus. E

Similiter omnipotens pr: omnipotens filius: omnipotens spiritusſanctus.

Et tamẽ nõ tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus pr: Deus filius: Deus spũsanctus.

Quia, vt ait Aug. Tota plenitudo deitatis vel diuinæ essentiæ est in singulis, & simul vna deitas, ideo subdirur.

Et tamen non tres dij, sed unus est Deus.

Ita dominus pater: dominus filius: dominus spiritusſanctus.

Et tamen non tres domini, sed unus est dñs.

Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum ac dominum confiteri Christiana veritate compellimur, ita tres Deos aut dominos dicere catolica religione prohibemur.

Sed ĩquit, Quare nõ possumus catolice dicere tres Deos aut dominos. Nam Deus idẽ est qđ habẽs deitatẽ. Et dñs ille, est quod habens dñium, sed tres sunt personæ habentes deitatẽ. Et hoc dici põt catolicè. quia vt pdictum est. Ita Deus pater, Deus filius, Deus spũsanctus. Similiter tres personę sunt habentes dominiũ, quia ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritusſanctus. quare ergo non possumus catolice dicere tres Deos, aut dominos. Item cum tres sint personæ increatæ, immensæ, æternæ, & omnipotẽtes, vt patet ex hoc ipso symbolo. Quare nõ dicuntur tres increati, vel tres immensi. vel ẽs tres æterni, & tres omnipotentes &c: Respondetur secundũ Bonauent. super 1. sentẽ. dist. 23 q. & arti. vlti. quod catolicè non possumus dicere tres Deos. quia hoc est contra sacram scripturam. Deu. 6. Audi Israel dominus

A nus Deus tuus: Deus vnum est. Item, qui fides catolica in hoc symbolo hoc expresse dicit. Et hoc ipsum ratio dictat secundũ eundẽ Bonauen. concor. Petrus de Tarantalis: quia hoc nomen Deus dicit vel significat diuinã naturã siue substãtiã siue essentiam sine proprietate relatiua: sed diuina natura vel essentia non pluificatur: nec potest numerari in diuinis: eo, q; vnica, & simplicissima est in omnibus, & singulis psonis, ergo nec hoc nomen Deus pluificatur, & p cõsequẽs nõ põt dici tres dij, vel plures dij. sic nec plures vel tres dñi, vel increati, vel immẽsi: aut omnipotẽtes &c. Quia iste ꝓprietates accipiũtur inquantum concernũt, & restringuntur ad essentiam solam vel naturam, quæ non potest pluificari in Deo vt sit sensus. Increatus pater, increatus filius, increatus spũsanctus. E-

B ternus pater &c. Et tamen non tres æterni sicut non tres increati. s. dij vel etiam immẽsi &c. Nec tres omnipotentes dij, aut domini sunt, quia sunt tres personæ increatę eternæ, & omnipotentes, non sunt tres increatæ deitatæ. vel omnipotentes tres essentiæ diuinitatis: sed in vna increabili immensaq; æterna, & omnipotente deitate sunt tres psonæ relatiua proprietate distinctę, s. pater filius, & spirituſsanctus &c. Quorum dominatio est vnica, & essentia vnica increabilis, immensa, æterna, & omnipotens deitas. Ad illud autem, quod arguebatur scilicet Deus idem est, quod habens deitatem &c. Respondet Bonauen. quod hic Deus non significat habentem deitatem sed significat deitatem ipsam. s. essentialiter in comparatione ad habẽtem, & ideo non multiplicatur, cum sit vni-

C ca essentia, licẽt ratione relationis possit in personis pluificari per proprietates personales &c. Postquam ostendit equalitatem personarum in communibus proprietatibus essentiæ diuinæ. Consequentres iam ostendit earundem distinctionem in ꝓprijs proprietatibus vel notionibus personalibus quasi dicat.

Pater a nullo est factus: nec creatus: nec genitus.

Hoc quippe est propriũ personali patris. s. à nullo esse, sed innascibilem esse.

Filius a patre solo est non factus: nec creatus: sed genitus.

Hoc enim est proprium filij quo distinguitur ab alijs personis, quia à patre solo est genitus.

Spiritusſanctus a patre & filio: non factus, nec creatus nec genitus, sed procedens. D

Quia hoc est proprium spirituſsancti scilicet procedere à patre simul ex filio. Si quæras. In quo differt processio spirituſsancti a genitura filij. Respondet Bonauentura super 1. distinct. 13. q 2. d. quod generatio filii est emanatio secundum modum naturę, sed spirituſsancto procedit per modũ amoris, ergo non dicitur generari, sed procedere. Ad id declarandum nota, quod Deus est intellectualis naturæ, sicut presupponitur ab omnibus etiam philosophis: & teologicis: ideoq; in Deo ponitur verbum, vel sapientia, iuxta illud Io. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Et quia Deus intelligit per propriam essentiam vel per seipsum, ergo Deus erat ab æterno verbum, vt declarat Lyra super Ioan. 1. Itaq; secundum Ho- E nor. declarando aduertendum est quod Dei sapientia immutabilis, quia semper eadẽ est: dupliciter se habet. Vno modo prout est sapietia dicẽs, idest oĩa fieri iubens. Et hęc est pater, q dixit, & facta sunt omnia sed m eius iussum. Alio mõ prout est sapietia ducta siue in mẽte diuina cõcepta. Et hæc sapientia est verbũ Dei ac Dei filius à patre genitus per modũ naturæ intellectualis. Et quia inter generãtẽ, & generatũ est naturalis amor. Et inter intelligẽte ac eius intelligentiam vel sapienriam est naturalis delectatio amorosa. Talis ergo amor in Deo dicitur spirituſsanctus: secundũ eandem sapientiam. Sed quoniam in Deo nullum cadit accidens. 8. Metapho. ergo ibi est processio amoris secũdum propriam essentiam diuinam. & nõ accidentalis. Ideoq; in Deo pater intelligens vel sa- F piens. & filius qui est verbum sapientiæ vel sapientia patris. Et spirituſsanctus, qui est amor vel nexus earum amborum sunt vna essentia in tribus prædictis personis iuxta proprietates prædictas distinctionem personalem habens: propter quod subdirur.

Vnus ergo pater non tres patres, unus filius non tres filij, unus spirituſsanctus non tres spirituſsancti.

Quia vnica est persona, quæ à nullo habet esse, vt prædictũ est, quia vnica est persona, quę à solo patre gignitur per modum naturæ intellectualis, quia vnica est persona quæ per modum amoris procedit ab vtroq;. Vnde, & spirituſsanctus dicitur, quia spiratur sanctissime per modum amoris.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Et in hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maius aut minus. sed totæ tres personę: coeternę sibi sunt, & coequales.*

Quia sunt coeternæ. Aug. 7. de tri. In trinitate inquit nō est aliquid maius duæ psonæ vel tres quàm una: neq; prior tempore, vel maior: vel maior pater quàm filius: aut spiritussanctus. Vnde Christus dixit. Ego, & pater vnum sumus. Et hoc est contra errorem Arrij. Proinde subditur.

Ita, ut per omnia sicut iam supra dictum est & unitas in trinitate, & trinitas in unitate ueneranda sit

Qui uult ergo saluus esse. ita de trinitate sentiat.

Sicut in præmissis dictum est. Consequenter in parte secunda huius cantici agitur de mysterio, & fide incarnationis Christi. De
B quia subditur.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Vnde Mat. vlt. Christus ait. Euntes in mundum vniuersum prædicare euangeliū omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur.

Est ergo fides recta ut credamus & cōfiteamur, quia dominus noster Iesus Christus Dei filius Deus & homo est.

Vnde Ieo Papa. Equaliis inquit periculi est. dominum nostrum Iesum Christum, aut Deū tantummodò sine homine: aut hominē sine Deo credidisse: cum vtrunq; sit necessariò cōfitendum, quia verbum caro factū est. i. Dei filius homo factus est.

C *Deus est ex substantia patris ante secula genitus et homo est ex substantia matris in seculo natus.*

Scilicet Dei. i. ab æterno secūm suā deitatē sicut lumē de lumine Deus verus de Deo vero: vt supra ostēsū fuit. i. secūm suā humanitatē, hoc est ex puro virginis sāguine virtute spiritussanctī. i. temporaliter in hoc mundo.

Perfectus Deus perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

Scilicet ab instanti suæ cōceptionis. Fuit .n. mox perfectus in corpore secundū omnia membra. & liniamēta corporis diuina virtute formatus. Et in eodem instanti anima eius creata fuit. & omni sapientia, scientia ac gratia repleta. Et in eo instanti creationis animæ ac formationis corporis fuit diuinitati perfectissime vnita. Vnde Damascē. Non prius caro. nō prius animata caro, sed simul D
caro. simul aīata caro. simul verbi Dei caro: vnde fuit statim pfectus Deus, & perfectus hō. Vnde errār, qui putār, q̄ Christus animā non habuerit: sed diuinitas in eo loco animę fuerit. Cōtra qđ scriptū est. Ioan. 19. Inclinato capite emisit spiritum. i. animam.

Equalis patri secundùm diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.

Scilicet Deo, ga vt sit creatura est. i. fm humanitatē ergo minor ē Deo pr̄e, sed secū dū deitatē equalis gloriæ, & sapiętię maiestatis. & bonitatis ac eiusdē essentiæ cum patre est: vnde Ioā. 10. Christus dicit. Ego, & pater vnū sumus. Hoc dixit de se in forma Dei vel secūdū deitatē. Et idem Christus Ioan. 14. dixit. Pater maior me est, ait in forma serui. s. secundùm humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo, non duo tamen, E
sed unus est Christus.

Quia vna persona est in duab. naturis. f. in deitate, & humanitate cōsistens. Sed qđo sit ista vnitas Christi vel vnio humanitatis ad deitatem Christi subdit.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnē, sed assumptione humanitatis in Deum.

Nō. n. deitas mutata est vel cōuersa in carnē: vel humanitatē, quia deitas est immutabilis. f. p vnionē nō p cōuersionē siue cōmixtionē. Sed vt dicit Leo Papa in sermone nativitatis Salua ꝓprietate vtriusq; substātiæ. s. tā diuinæ q̄ humanę: in vnitatem persone su scipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas: ab æternitate mortalitas &c.

Vnus omnino non confusione substantiæ sed unitate personæ F

Pro qbus notandū est qđ secūdū Alb. magnū 4 lib. naturaliū c. 1 Et concor. To. in 3. par. q. 2. Quatuor modis fieri pōt vnum aliquid ex pluribus. Vno modo per cōpositionē, quādo. f. remanētib. partibus principalib. & ēt secūdarijs in sua integritate ex plurib. componitur vnum, vt in cōpositione domus vbi manent integrę partes principales. s. parietes vel muri. & ēt manent partes minus principales vel secūdariæ. f. ligna uel lapides in parietib. & sic cōponitur domus. Secūdò fit vnū ex plurib. p cōfusionē. f. quādo manēt tm̄modo partes minus principales vel secū darię, & mutātur partes principales cōfusione factā sicut si ex modio frumēti, & modio hordæi cōfundēdo fit vnū. Ibi. n. partes principales mutantur. f. mensura modij, & modij.

Adij. ñ in seipsis integrè manēt partes secundarię. s. grana frumenti, & grana hordæi: quāmuis confusè. Tertio fit unū ex pluribus per connersionem uel cōmixtionē. f. qñ nec principales nec secūdarię partes manēt. Quēadmodum ex cōmixtione aquę, & mellis fit hydromel: ubi nec manet aqua i se purè: nec mel sed cōmisceantur sibi. Quartò fit vnū ex pluribus per unionem: qñ. f. plures res permanentes in sua natura in unum aliquid numero conueniunt: ita quod simul operantur, & vnum non agit sine alio: sed sibi mutuò cōcāt suas operationes: sicut ex aīa, & corpore sit vnus hō. Et hoc vltimo mō. f. p vnionē in diuinitate, & humanitate vnus Xp̄s subsistit: nō aūt p cōpositionē: quia deitas nō habet partes: nec fm partes humanitati cōponibilis est. nec p cōfusionē: ga cō
B fundi nō pōt sicut nec permisceri: sed vt est p vnionē qua deitas assumpsit humanitatem propter quod in symbolo statim subditur. *Nam sicut anima rationalis, & caro unus est homo. ita Deus, & homo unus est Christus.*

Sed iuxta hoc ēt est notādū. q̄ hæc similitudo nō est omnimoda: vt patet p sctm̄ Tomā vbi supra in solutione secūdi argumēti. Quia inquit ex aīa & corpore in vnoquoq; nostrū cōstituitē duplex vnitas. Vna naturæ, alia psonæ. Naturæ quidē inquantū aīa vnitur corpori pficiēs ipsū: vt ex ipsius fiat vna natura sicut ex materia, & forma. Et quantū ad hoc nō tenet ista similitudo, cò q̄ natura diuina nō pōt esse forma corporis. cū sit incōponibilis. Vnitas aūt psonæ constituitur ex aīa, & corpore: inquantū sit vnū aliquid subsistēs in corpore, & aīa. Et quātū ab hoc bene arrēditur, ac tenet ista similitudo. s. Quia
C sicut vnus hō vel vna psona est subsistens in carne, & aīa. sic vnus Xp̄s subsistit in diuina, & humana natura. Hæc To. Itē qa sicut aīa nullā habet operationē quā nō cōicet corpori. 3. de Anima: sic Deus, & hō p hāc vnionē in Xp̄i psona cōicant sibi mutuo idiomata, vt dici possit verè, q̄ Deus passus: est, mortuus est surrexit, & hmōi. Et similiter iste hō vel puer Xp̄s natus creauit cœlos. Et rex est omniū seculorū, & hmōi. Itē quia sicut aīa est tota in corpore humano, & in qualibet parte tota fm essentiā: vt ait Augu. sic Deus D
fuit totus in humanitate, & in qualibet parte totus, & sic de alijs aliquo modo est assimilatio, quòd videlicet Deus, & homo vnus est Christus vnitate personæ.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Scilicet Christus. f. secundùm animam. i. ad limbum sanctorum patrum: vt eos inde educeret visitando eos, & consolando.

Ascēdit ad cœlos sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Secundū Aug. hoc exponit dupliciter: vno modo intelligendo de Xp̄i deitate, & sic ad dextetā patris sedere Xp̄m est in æqualitate Dei patris manere. Alio mō de Xp̄i humanitate, & sic dr̄ Christus sedere in dextera patris. i. in potioribus bonis gratiæ, & gloriæ ac summo honore super oēs creaturas. Nam quos honoramus: dexteram illis damus. E

Inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos.

Hoc est iustos, & impios qui viui reperiētur vsq; ad finē mundi, & qui iā mortui sūt. *Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cū corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem.*

Scilicet præteriti. præsentes, & futuri. s. vt in eis premiētur: vel puniāntur perpetuò: vn de subditur. s. vt recipiat unusquisq; pro operibus in corpore isto siue bonū siue malū secundū merita, & demerita p.p quos sequit. *Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam. Qui uero mala, in ignem æternum.*

Scilicet in corpore, & anima.

Hęc est fides catolica quā nisi quisq; fideliter firmiterq. crediderit, saluus esse non poterit.

Hoc idē in principio positū fuerat: licēt sub aliis verbis. Et hic i fine repetit sicut so F
let fieri sepissimè in canticis, & psalmis ad firmiorē assertionē veritatis. Et ēt ob misteriū: ga p hoc instruimur quod nos qui hic in vita tāquā in principio operū meritoriorū cōfitebimur fidē trinitatis, & humanitatis xp̄i misteria secundū omnes articulos fidei in hoc cātico descriptos. Tandē in fine vitæ, & mūdi merebimur ęternā salutem cōsequi in eiusdē sāctissimę trinitatis, & Xp̄i Iesu facia li visione: Quā nobis prestet Deus omnipotens pater, & filius, & spūssanctus. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX yy ZZ.
AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKX LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS.
a b c d e f g h i k l m n o p q r f t u x y z.
aa bb cc dd ee ff gg.

Omnes sunt quaterniones, præter S S S. qui est ternio. & g g. duernio.

VENETIIS. M D LXXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fr. D. Cosme de Benavides

122

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca